


PL-5145

DIVI  
LAVRENTII IVSTINIA-  
NI, PROTOPATRIARCHAE VE-  
NETI OPERA, NVNC PRIMVM BIBLICIS AL-  
LEGATIONIBVS IN MARGINE ANNOTATIS, AC DV-  
plici Indice, altero rerum uocumq; altero locorum Scripturae paßim explicatur, ex-  
ornata: cunctis Theologiae tam professoribus quam studiosis, tum verbi di-  
uini præconibus utilissima, quod syluam differendi quacunq; de-  
re ad piæ et Christianæ vitae institutionem spectan-  
te copiosissimam subministrant:


Vita auctoris, & scriptorum ipsius catalogus, operi præmissa sunt:



FRO BEN

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 1º C. 88 N. 11.

BASILEÆ M. D. LX.



R-5145

D I V I  
LAURENTII IVSTINIA-  
NI, PROTOPATRIARCHAE VE-  
NETI OPERA, NVNC PRIMVM BIBLICIS AL-  
LEGATIONIBVS IN MARGINE ANNOTATIS, AC DV-  
plici Indice, altero rerum uocumq; altero locorum Scripturae paßim explicaturum, ex-  
ornata: cunctis Theologiæ tam professoribus quam studiosis, tum verbi di-  
uini præconibus utilissima, quod syluam differendi quacunq; de-  
re ad piæ et Christianæ rituæ institutionem spectan-  
te copiosissimam subministrant.

Vita auctoris, & scriptorum ipsius catalogus, operi præmissa sunt.



FRO BEN

DE LA LIBRERIA  
DEL REAL COLEGIO MAYOR  
Reunido de Santa Cruz, y  
Santa Catalina.  
E. 1º C. 88 N. 11.

BASILEÆ M. D. LX.



D. LAURENTII IVSTINIA  
ni Elogia.

PAMPHILVS SAXVS  
Mutinensis.

Quæ nobis laurus dat munera, rostra, triumphos,  
Arcus, pyramides, sceptra, theatra, duces:  
Quæ quoq; iustitiae ius, pacem, foedera, leges,  
Ocia, diuinijs, dogmata, sacra, deos:  
Laurus amica dei, scriptis Laurentius istis  
Dat tibi diuina Iustinianus ope.  
Nascitur hic natura suo cum semine, celum  
Fulget, agunt superi dona beata Iouis.  
Firmat, alit, format, docet, improbat, allicit, auget,  
Pontificem generat, iuraq; pontificis.  
Re patrum princeps, Venetorum clarus in urbe  
Patricius, summi clarius urbe dei.  
Hac eme: donantur dederis si mille talenta:  
Sumit enim dono sydera, quisquis emit.

I.O. ANDREAS R VF V S  
Calepius.

Qui pia ueridici uis noscere dogmata Christi,  
Hoc lege purgato pectori semper opus.  
Quod sacer & sacro struxit Laurentius ore,  
Aliger in Venetis quâ Leo regnat aquis.  
Is patrijs florens opibus, Patriarchaq; tanta  
Vrbis, in angusta relligione fuit.  
Totaq; dum sophie sua tempora commodat alme,  
Hæc monumenta sui non peritura dedit.  
Quæ quicunq; leget, terris sciet ille relictis  
Ire per aetherei regna beata poli.

BALTHASAR HELMERI-  
cus Francus.

Sitibi iustitiae fontes cognoscere curæ est,  
Aspectusq; Dei tempus in omne frui.

Venetijs in templo D. Petri Castelli, aræ marmoreæ imposta est imago  
B. L. Iustiniani ad viuum expressa, cum tali subscriptione:

BEATVS LAURENTIVS IVSTINIANVS,  
PRIMVS VENETIARVM PATRIARCHA,  
DIE VIII. JAN. M. CCC. LV, (o)

Si quo sincero pietatis amore teneris,  
Atq; pijs studijs haud inimicus ades.  
Si cupis in superam Christi traducier aulam,  
Hæres æterni constituiq; boni.  
Si sitis ac optas gelidos haurire liquores,  
Languida ut oblato corpora fonte leues.  
Si Phlegethon team speras uitare Charybdim,  
Cum mors sub legem te uocatura suam.  
Hoc, rogo, sume pium flagranti pectori scriptum,  
Atq; sacra hæc niuea dogmata fronte lege:  
Quæ tibi suauiloquo Laurentius ore recenset,  
Sydere a diutius Iustinianus ope:  
Qui ueluti cuius affabilis atq; benignus,  
Et cui cor placidum, mens moderata fuit.  
Cuiq; impollutus sermo, castissima uita,  
Cui non liuor edax, bilis amara fuit.  
Utq; inter Venetos re princeps, stemmate clarus  
Insigni, patrijs diuinijsq; potens:  
Sic quoq; distribuit nocturnas atq; diurnas  
Impiger in uera religione uices.  
Sic horis certis mysteria sacra peregit,  
Almiferum cecinit peruigil ipse Deum.  
Ergo hoc ueridicum fuluo preciosius auro,  
Accipe opus, rutili ditia dona poli:  
Cumq; aurora polo cæcam dimouerit umbram,  
Voluito sollicita terq; quaterq; manu.  
Non etenim nugas narrat, quas Græcia solers  
Audet commentis commemorare suis.  
Hectora magnanimum, non seuia incendia Troie,  
Non Agamemnonias iactitat hocco rates.  
Continet at leges, castæq; exordia uite,  
Quidue Deo placeat displiceatq; Vale.

F I N I S

REVERENDISS. IN  
CHRISTO PATRI ET DOMINO,

D. ANTONIOTTO PALAVICINO GENVENSIS, DIVINA  
prouidentia Episcopo Praenestino, S. Ro. ecclesiæ tituli S. Praxedis Car-  
dinali dignissimo, uiro doctrina, pietate, sanctimoniamq; insigni, D. Hiero-  
nymus Caballus Brixiensis, congregationis S. Georgij in Alga Venetia-  
rum generalis Rector, eius humilis seruus, reuerentiam suicp re-  
commendationem in domino debitam  
& deuotam.



IHIL est amplissime pater, quod et si expugnari non potest, tamen non  
aliquando oppugnetur. Id quod non in caducis solum fluxisq; rebus eueni-  
re solet, quæ cum multorum singula esse nequeant, alteri eripiendum est,  
quod quisq; sibi corripit. hoc autem absq; pugna fieri non potest: uerum &  
in doctrinis ac disciplinis, honore ac gloria, optimis & multa ratione fir-  
matis institutis: quorum et si absq; alterius damno atque iactura multi diuites esse possunt:  
nescio cur alijs ista inuident homines, nisi quod singulare nec aestimetur, nec est, quod tecu-  
alij quoq; possideant. Hinc fit, ut omnes alios errasse, se tantum recte dixisse, alios obscuros,  
se nobiles, alios peccatores, se uero iustos esse pleriq; monstrare contendant: ac proinde in ali-  
os inuehantur, rati, quod non est, si alijs maledicant, si imponant, si detrahant, si eripiant: si  
pereesse ut ipjs soli existimentur boni, innocentes ac beati. Verum non assequuntur quod uo-  
lunt. Sapientes enim, quorum maxime (non autem imperiti uulgi) iudicium expetendum  
est, res ex earum natura, non ex uerborum sono metiuntur. Prima ueritas, qui Deus est, no-  
potest non fouere ac tueri ueritatem. Hanc ob rem sacrorum ordinum conseruatores ac uni-  
uersales protectores ab summo Pontifice sunt instituti, qui creditos fidei suæ ordines custodi-  
ant, protegant, defendant: & ad eos spectantia suo altissimo consilio moderentur. Quapro-  
pter nemo unquam, mea sententia, ex ijs qui religiosa aliqua sunt familia, ut Canonicorum  
& Collegiorum (ut est nostra) & Regularium, monachorum siue Basilij, siue Benedictis  
fratrum tum Dominicis, tum Francisci, rem suam tutam & securam esse uoleat: quam non  
auspice generali protectore suo efficiat & exponat. Quum itaq; clementissime pater & do-  
mine, superioribus annis in hominis Dei Laurentij Iustiniani, Veneti Patriarchæ primi ex  
ijs, qui congregationem nostram à principio plurimum illustrarunt, suauissimus libris coqui-  
xendis haud parum laborauerim (nec labor iste meus inanis certe fuerit: quippe qui illius san-  
cti uiri omnia fere scripta inuenierim, & inuenta emendari, emenda imprimi curauerim)  
mittare cœpi, cuinam hæc lepidissima & Christianæ pietatis plena uolumina dedicarem.  
Hec item accuratius disquirenti amplissima dominatio tua se se in primis obtulit, cui iure  
optimo deberentur. Quis enim diuum Laurentium nostrum (mecum dixi) maiori caritate  
accipiet, gratori studio extollet, attentiori uigilantia tutabitur, quamvis, cui tota Canonicis  
rum sancti Georgij in Alga congregatio præcipue est commendata: maximæq; curæ est.  
Quis autem sit hic beatissimus Laurentius, plentissime pater, non conabor pluribus expone-  
re: quoniam ab reuerenda dominatione tua pro singulari eius ingenij prestantia, & maxi-  
mo rerum usu, longe melius ex eius codicibus, quam ex aliorum relatione cognitum iri non  
dubittem.

dubitem. Laudantur sculptores et pictores, quorum archetypi ijs, à quibus deducti sunt, ad unguem quadrat: idq; causa fuit, quod Alexander rex ab uno Apelle pingi, & fangi à Ly sippo tantum uoluit. Sed tamen non effingunt aut exprimunt mores aut actus, qui literarū uiua imagine referuntur. At neq; alienæ uitæ scriptores ita sua oratione, ut illip̄si de quibus scribitur, suis uerbis se ostendunt. Non enim alterius, sed loquela tua manifestum te facit. Cernere est igitur ex Laurentij libris, qualis ei animus fuerit. Nam quale corpus, quilibet è uulgo scire potuit. Quanquam etiam ex corporis facie animi habitus plerunq; dignoscatur: quæ etsi in multis fallat, in seruo Christi Laurentio non sefellit. Fuit enim, quemadmodum qui uidere hominem, testantur, statura procerior, gracili corpore, candidus, erectus, decorus, uenerando intuitu, & qui omni ex parte spiraret sanctimoniam, & uere terrestris angelus erat, ut etiam uidebatur. Id quod ex eius libris cernere est. At quispiam fortasse respondebit, Sicut non est secundum faciem iudicandum: ita à labijs cor plerunq; distat. Sit sane, ut aiunt. Certe absq; igne semper ardere, sine Deo semper de Deo loqui, est impossibile: ad tem-  
pus & locum sanctitatem præse ferre, non admodum est operosum, nullum tamen uiolen-  
tum est perpetuum. Dicunt quando de secularibus negocij mundi more audiere loquētem  
Laurentium: tota eius conuersatio semper in calis fuit. Nam unde (oro) tam mellita elo-  
quia, uerba tam ardentia, tam excelsos sermones hausit, quos suis istis diuinis operibus spar-  
sat? E seculi scholis? Ingressus in Deo acceptissimam cōgregationem sancti Georgij in Alga,  
uix prima rudimenta a præceptore didicerat: & tamen sacris in literis nil continetur, de  
quo grauiſſime tractare non posset. Si quando de Deo, de personarum trinitate, de prædesti-  
natione, de incarnatione uerbi, de eucharistia mentionem facit, adeo catholice, pie, & sapi-  
enter loquitur, ut cuius theologo etiam eminentissimo faciat satis: quo fit, ut illum ingenio  
plus quam humano præditum fuisse non dubitem, & (ut de Hierotheo scribit Dionysius)  
doctum, non solum discentem, sed etiam diuina patientem. Citra illa reconditæ sapientiae,  
ad quæ diuini spiritus uehementia nonnunquam rapitur: omnia sunt riui diuino lacte &  
melle manantes, celestisq; torrentes uoluptatis. Placet ex ipsis librorum titulis confirmare  
qua dicimus. Liber eius primus est De ligno uitæ, quod plantauerat Deus ab initio in para-  
diso: hoc est de diuina sapientia. Poterat ne sapientius quam à diuina sapientia scribendi  
munus auspicari? O quam fulgentissimum solem in cunctis posthac agendis sibi proposuit.  
Hoc in libro de omni uirtute disputans, Stoicos omnes longo post se interuallo dereliquit.  
Hac sapientia illum, ut postea De disciplina monastica cōuersationis, eiusq; perfectione scri-  
beret, impulit. Hic liber necessarijs, pulcherrimis, & sanctissimis abundans institutis, nulli  
sacris initiato deesse deberet. Sequitur tertius liber De spirituali & casto connubio uerbi, et  
animæ: quo quid suauius auditu, effatu dulcius, delectabilius cogitatu? Hoc libro te in spou-  
sa thalamum introducit, in quo Christus rationalis animæ ingenti captus amore illam in fi-  
de defponsat, in caritate suscipit, in spe interim nutrit. Videre libet perpetuum & inseparabile  
animæ cum Christo connubium: quod nisi animæ immortalis morte, quam tanq; sola  
sibi inferre potest, interueniente dirimitur. Ne uero meretrix anima prostituta desperet, au-  
dit à uiro illo uno Christo, cui uirgo casta exhibenda defponsa est: Tu autem fornicata es cū  
amatoribus tuis, sed tamen reuertere, & ego suscipiam te. Hoc connubio qui adhæret Chri-  
sto, cum illo unus spiritus est. Nouerat hoc, qui probauerat Laurentius, cuius omnis cogita-  
tus semper cum Deo, semper de Deo fuit. Intolerabile illi fuit diuelli à Deo suo, cui sic totus  
inheserat, ut eius caritate omnia metiretur: proinde flagrantissima eius erga Dñm uolūtate,

ut in ligno uitæ altissimum intellectum contueri datur. Effertur quandoq; generofus homi-  
nis animus tali tantoq; dignatus contubernio: propterea habes à Laurentio De humilitate li-  
bellum. Quoniam insuper uix sciri potest, quonā modo immortalis animus moriatur, ex-  
cudit Laurentius De spirituali animæ interitu opusculum, in quo illam Christo inhabitan-  
te uiuere, deferente autem mori, edoceris. Scriptum insuper est: Fili accedens ad seruitutem  
Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Hanc ob rem ne animo de-  
ficeres, ne antiquo cum hoste dimicans loco cederes, habes à beato Laurentio opusculum De  
triumphali agone mediatoris Christi. Et quum in nullo mitiora sint intestina quam extera  
na certamina, subiecit uenerabilis Patriarcha librum De interiori conflictu. Non multorū  
uerò est hisce in prælijs superare: propterea edidit De complanetu cordis. Quid singulis im-  
moror? Ea omnia Laurentius scripsit, De corpore & sanguine Christi, De uita solitaria, De  
contemptu mundi, Fasciculum amoris in cœna domini, De officio pastorali, De obedientia,  
De gradibus perfectionis: Sermones quadraginta, quorum quum queripiam recitari audi-  
set quidam nostra etate doctissimus uir, captus diuino stylo redundant et copioso, nō prius  
ex cœnobio nostro discedere uoluit, quam totum exscriperit. Ea, inquam, omnia literis tra-  
didit, quæ non nisi à sapientissimo tradi, non nisi à sapientissimo uiro sciri, & tam dulciter co-  
gitari potuerunt. Venit igitur ad te amplissime pater & domine, Laurentius noster in libris  
suis uiuens, loquens, et de diuinis disputans, apud te diutius futurus, quam si per se adueni-  
set: si tamen aduenisset, quod ne credam, facit Eugenij quarti Pontificis max. summa auto-  
ritas, qua tamen uir sanctus nunquam adduci potuit, ut ad urbem se conferret, ueritus ne al-  
tius eueheretur: non quod tanti Pontificis paruifaceret imperiū, sed neque ipse sunimus pon-  
tifex hominem Dei, in uitum cogere uoluit. Venit ad te alter Anselmus aut Bernardus, que  
scio abs te omni uenerationis officio excipiendum, cū ob eius cælestem admirandamque do-  
etrinam: tum ob eius innocentiam, religionem, pietatem, ceterasque omnes uirtutes, quarū  
nulla Laurentio patri defuit. Quum uero angelicum hominem, uel humanum angelum  
amplexus, nonnihil loquentem audieris, suos tibi carissimos filios commenda-  
bit pro singulari erga nos pietate, & egregia erga ampli-  
tudinem tuam fide, Vale.

BERNARDI IVSTINIANI, ORATORIS EXPOLITISSIMI,  
in beati Laurentij Iustiniani, Venetiarum protopatriarchæ, ui-  
tam ad monachos Carthusienses  
PRAEFATIO.



SI non dubito, uenerandi patres, quin Patriarcha Laurentius sicuti uiuens solebat, ita etiā uita functus excipiet à uobis omni pietatis officio: iucundiorē tñ eius aduentū esse existimau, si rationē, qua suauissimus gratissimusq; hospes ad uos ueniat, cognoueritis. Nam quū eū à teneris annis dilexissem, plus etiā q; parentē, atq; illius discessu mōrēs desiderarē aliquid solatij, optabā (ut amantiū mos est) aliquā illius im-  
agine, non Elysippi quidē manibus, aut Apellis, sed quæ potius exprimeret & mores il-  
lius, & actiones, & uerba: quæ nī literarū uiua (ut ita dixerim) pictura fideliter atq; per-  
fecte repræsentari nō possent. Illud igitur unū cupiebā: illud optabā: singulares illius q; le-  
testesq; uirtutes, & cuius pontificum ueterū merito nō impares, præstatis alicuius inge-  
nij literis illustrari. Quod quū ipse mecum s̄epius agerē, s̄aepē etiā cū his uenerabilib. patrib.  
bus uestris, qui apud nos sunt, & præsertim cum angelici spiritus uiro Frācisco Taruſa-  
no, præfecto uestri coenobiū, accidit inter nos officij quādā & pietatis plena cōtentio,  
Quū orarē ego illū, & ille contra me, ut aliquid de uita nostri pontificis scriberē, dicebā  
esse illi autoritatē, esse doctrinā, cōstueuisse per multos annos cū Laurētio, multa uidisse,  
multa cognouisse, singulari caritate ac reuerētia ei fuisse deuinctū. Vereri me præter  
ea dicebā, ne si ego scriberē, sanguinis propinquitas obesset fortasse Laurētij causę, &  
(uelut in foro solet) testimoniu nepotis in causa patrui suspectius haberetur. At ille eis-  
dem contra me rationib. urgebat enixiū, & facultatis, & consuetudinis, & amoris, atq;  
(ut est præstanti doctrina & usu rerū) intueri uibebat Ambrosiū, q; Satyri fratri laudes  
duob. libris cōplexus est, aspicere Bernardū, qui Gerardo fratri inter ceteras nobilissi-  
mas super Cātica homilias locum præcipuū eius laudibus inseruit. Neq; Latinos solum  
memorabat, sed Græcos etiā. Nam & Chrysostomus parentis, & Basilius sororis uitas  
& laudes quēadmodū noster Aurelius Monicæ matris, psecuti sunt. An (præterea dice-  
bat) si quotidie uides alienos, & externi generis homines cōcurrere ad illius sepulchrū  
qui aut status, aut flores cereosue in testimoniu uenerationis apportēt, quid tandem tibi  
necessitudine nepoti, pietate filio, tantis illius beneficijs obstricto agendū est? Te certe  
audiui, quum diceres, illū tibi s̄aepē magnis in laborib. præsenti affuisse numine, quēad-  
modū promisit ipse tibi dū migraret ē uita. Nōnne igitur, ad illius honorē & gloriam  
(nīl ingratissimus esse uis, & haberi) q; cquid in te est, aut facultatis & ingenij, aut deniq; studij & diligentiaz, conferendū? Hæc igitur ille quū diceret non minus prudēter quam  
amicē, certe in memorā redigebat, idipsum usū accidisse fere per omnes ætates. Omit-  
to em̄ priscos illos gētiles, ut Catonē, ut Cæsarē, ut Thucydidē, & Xenophonta, quorū  
hi Græcis, illi Latinis literis res illustrauere suas, adeo nō de amicis, aut propinquis, sed  
de seip̄is scribere non dubitarunt. Dicā de nostris. Certe Athanasius Antonij, Martini  
Seuerus, Barnardus Malachia, Gregorius Basilij, Gregorij Chrysostomus scripsere ui-  
tas, aut discipuli omnes, aut amicissimi. Itaq; refragari iā non poterā summæ autoritatis  
exēplis. Sed illa præcipue ratione nō poterā, quā de illius erga me memorauerat benefi-  
cij. Abiūt em̄ optimus pater ea maxime tēpestate, quū me familiāq; meā turbulentissi-  
mi fluctus & procellæ uarijs modis impeterēt, ut mergi penitus necesse fuerit (tu scis bo-  
ne Deus) nīl inuocatus semper à me benignissimus pater in tātis malis atq; periculis  
opē tuā impetravisset. Ut extaret igitur aliquid grati animi officiū, qd profecto ab ne-  
pore erga patruū sine scelere omitti nō potuit, appuli animū ad scribendū. Quæ aūt nar-  
rabimus, uerè possumus dicere cū Apostolo, quia nō solū à fidissimis testib. audiuiimus  
sed pleraq; ipsi uidimus oculis nostris, & manus nostræ cōrectauerūt, præsertim quum  
ab initio pontificatus ad ultimū usq; uitæ diē ab illius (ut aiūt) laterē nunq; ferē discesse-  
rimus. Placuit aūt uobis potissimum inscribere, clarissimi athletæ Christi. Nā quum Leo-  
nardi parentis cineres atq; ossa mei apud uos habeā pignus eximia erga uos familię no-  
strę obseruatię & pietatis, cur germanos optimos atq; dulcissimos, q; se incredibili pie-  
tate dilexerunt, quātū in me est, pari quoq; cōtubernio nō donem; Venit igitur ad uos

Laurentius,

IUSTINIANI VITA.

Laurentius, pater & uita sanctus, & doctrina instructus, & miraculis coruscans, quibus  
quidem ornamenti quid accedere possit, nō video. Sunt aūt summa omnia hæc: & ha-  
bitant adhuc in oculis omniū, ex quibus & uoluptatem in legendo, & fructū in imitan-  
do percipere possitis.

QVO GENERE, QVIBVS PARENTIBVS SIT ORTVS: ET  
quo pacto adolescens ad disciplinam monasticam sit pro-  
fectus. Cap. I.



Atus est igitur Laurentius Venetijs Bernardo Iustiniano patre, matre  
uerò Quirina. De utriusq; familiæ nobilitate neq; multa dixerem, nec  
omnino silere licet sine illius iniuria. Nā sicut his fortunæ donis gloria  
ri superbiæ leuitatis est: ita fortiter cōtempisse, qd Laurētius fecit, sum-  
mæ grauitatis. Celebre igitur est, & in antiquis Venetorū monumētis  
extat, Iustinianā familiā a Iustiniani posteris defluxisse, tres fratres Con-  
stantinopolis pulso per seditionē uenisse in Italiā, atq; Venetijs cōsedisse. Huius familiæ  
virtus cū multis in bellis, tū in eo maxime claruit, qd à Vitali Michaele duce Veneto  
aduersus Emmanuelē Imperatorē Constantinopolitanū feliciori initio q; euenu gestū  
est. Classem nobilissimā centū triremū & uiginti nauū dux Venetus centū dieb. cōse-  
cit, & in altū deduxit: quæ quū omnē orā Illyrici maris, portus deinde Epiri, atq; Acha-  
ia, & deinde maris Aegaei insulas penē oēs recepisset, captaq; deniq; ac spoliata Chio  
ad insulā, quæ nūc dicit sanctæ Panagia, diuertisset, & descēdisset aquatū (seu pestis  
illa fuit corrupto cæli tractu, seu quod magis creditum est, infectæ ab hostibus ueneno  
aqua) sane incredibili lue uastata est. Iustinianī quicunq; p; etatē potuerat capere arma,  
classem eam concenderant, quasi patrias sedes bello repentes, sed tantum conatū in-  
felix exitus excepit. Nam ad unū omnes, sic uolente Deo, aut ferro aut morbo extincti  
sunt, domi præter aliquot senes sufficiendæ sobolifrigidiiores. Forte evenit, ut unus tan-  
tum supereasset adolescens Nicolaus nomine, apud monachos sancti Nicolai. Vitalis  
dux laceram, & tam milite quam remige uacuā classem trahēs in patriā reuersus. & cū  
præter alia publica incōmoda, tū etiā quālī excidij illus familiæ causa fuisset, quæ totici  
uitati fuerat carissima, incidit in populi odiū. Et ut quoquo modo posset, recōciliaret,  
statuit non solū restituere illā in lucē, sed copulare etiā sibi sanguine. Impetrat ab Alexā-  
dro iii. Pōtifice maximo, ut liceat adolescēti monacho soluere uinculū religionis ad re-  
parandā sobolē suæ gētis, eiq; unicā filiā desponsdet Annā nomine. Faustē fuere nuptiæ  
donauit illos dñs marib. sex, & trib. fœmellis. Lætus tā pspēra sobole Nicolaus, & Deo  
gratias agens uoti ueteris religionisq; nō immemor, ad monasteriū reuersus est, & difica-  
to prius apud Amianū cœnobio uirginū sub nomine sancti Adriani, in quo Anna u-  
xor ipsa quoq; monasticā cœpit uitā. Multis miraculis ambo claruerūt, atq; eorū imagi-  
nes apud ædem sancti Nicolai in testimoniu sanctitatis ad nostram usq; ætatem persi-  
tere. Quod ne cui forte mirum uideatur, ijsdem temporibus idem Alexander pontifex  
Constantiam Guilielmi Siciliæ regis filiam & monacham, & plus quam quadragena-  
riā Henrico imperatori Federici Barbarossæ filio nuptiū cōcessit ad sobolē Guilielmi  
patris, qui Siculis fuerat carissimus, fuscitandā. Ex hac igitur sanctitatis propagine Lau-  
rentius ortus. Bernardus pater iuuenili ætate ē medio magnorum honorum cursu sur-  
ripitur. Quirina mater & ipsa clarissimo genere anno ætatis quarto supra uigesimum  
amisso uiro & quinq; suscepis liberis reliquam ætatem cælibem duxit, domum suam  
regens (ut Apostoli uerbis utar) & filios in timore Dei, & mandatis instituens, instans  
orationibus dñe & nocte: & ne in delicijs uiuens mortua esset, cilicium & catenam  
æream, quoad uixit, circa lumbos gestauit, ieunijs & uigilijs florentem ætatem casti-  
gans, præcipue autem in pauperes misericors & benefica, & quæ ad eleemosynas fi-  
lios semper & uerbo instrueret & exemplo. Accessit ad eximium Laurētij ornamentū  
germanorum fratrum par memorabile Marcus & Leonardus, quorum necessaria men-  
tio me diu tenuit ancipitem, scriberem ne hic aliquid de illorū uita moribusq;. Sed quū  
magni res operis uideretur, malui nunc soli Laurētio dare operā. Vnū tamen illud non

filebo et bona uenial legentium, tres eiusmodi fratres rata virtute, sanctimonia, & omnium bonarum artium scientia præditos (quod quidem scriptorum monumentis excepto) ulla unquam secula tulisse. Nec falli me amore, neque fallere prorsus scio. Natus est Laurentius sub finem belli Genuensis illius maximi & periculosisissimi, & natus quod die pro insigni apud Clodiā uictoria, uniuersa ciuitas supplicationibus & omni lætitiae genere redundabat. Dicere solebat Quirina mater, dum in ea lætitia pareret, gaudio quodam animi perfusa Deo primum gratias egisse, quod eum partum quem tantis in laboribus periculisq; gestasset, in lucem edere cum tanta ciuitatis lætitia: deinde Deum suppliciter orasse, ut hostibus aliquando formidini esset, & saluti ciuib; quod certe uidimus euenisce bello Mediolanensi, sicuti suo loco dicemus. Statim autem primâ aetate declarauit morum elegantiam singularem. Nihil illo uenustius, aut amabilius cum maioribus natu libenter esse, cum æqualibus facilis, minores amplecti. Ceterum excellenti videbatur animi magnitudine, & ad summas res semper intenta. Nihil illum ludicri delectabat, ut solet cæteros iuvenes, sed ad magnas res diuinæ sapientia rapiebat, ut aliquando Quirina mater metuens ne aliorum erumperet ille ardor animi, & mundi horrores amplectetur plusquam par esset, quin tu (inquit) hanc mihi fili infaniam mittis: Infernum sapit ista superbia. Cui subridens Laurētius ueluti per iocum: Noli timere mater, magnum me Dei seruum adhuc videbis. Hoc de seipso puerile præfigium haud multo post dominus impleuit. Annum erat natus unde uigesimalium, eius scilicet ætatis, in qua carnis illecebrae ancipitem facere solent humanæ uitæ viam. Dominus autem Iesus manum illi adhibere uolens apparuit illi, sicut ipse in eo libello, qui Fasciculus amoris inscribitur, meminit. Ipsius uerba subiiciemus: Eram uestri similis quærens æstuanti desiderio pacem in rebus extrinsecis, nec inueniebam. Tandem quædam uirgo sole splendidior mihi apparuit, cuius nomen ignorabam. Hæc propius accedens uenusto uultu placidoq; affatu, o iuuenis, ait, dilecte cur effundis cor tuum? & pacem secundo per multa uariaris: quod quæris, penes me est, quod concupisti, tibi polliceor, si tamen in sponsam me habere uolueris. Quum uero nomè ipsius, & genus, & dignitatem scire peroptarem, se ait sapientiam Dei esse, quæ propter hominum reformationem humanam formam suscepit. Assensi igitur, & dato pacis osculo lata discessit. Hac igitur uisione percussus, rem detulit ad Marinum Quirinæ matris consobrinum, qui fuit tam uita quam doctrina sanctissimus. Is, quanquam magnu aliquid potenderet, & ardentem iuuenem ad omnem altissimæ uitæ rationem intelligeret, perspicere tamen penitus illius animum, & corporis firmitatem experiri maluit. De uestitu nibil mutauit, ne cultus sordidior proderet animi propositum, sed matri nimium amanti secretum esse non potuit: quæ quum præter suspiciones alias ligna quædam rudia super lectum sternere, superq; his lignis cubitare filium deprehendisset (ut est matrum natura mollior) metuens ne filius non satis difficultates religionis intelligeret, induxit in animu tentare illius propositum, & nuptias apparare, & quidem uirgo offerebatur forma, nobilitate, & amplis diuitijs prestantis, quam ego senem cognoui. Id quum animaduertisset filius, & fratres cum matre coniurasse perspiceret, fugam maturauit, atq; ad Marinum auunculum se contulit in religionem Canonicoru collegioru, qui sancti Georgij in Alga nuncupantur. Dicebat autem, initio conuersionis constituisse animo, hinc omnia bona fortunæ, nobilitatem, magistratus, honores, uxorem, liberos, pecuniam, & omnes præterea generis uoluptates, illinc inedias, uigilias, æstus, algorem, seruitutem, sedisse deinde quasi iudicem inter ista, & ab se se ita exegisse. Considera nunc etiæ atq; etiam Laurenti, quid agas. Putasne hæc perferre poteris, aut illa contemnere? Tum se se ad crucem domini conuertisse: Tu es domine spes mea, ibi posuisti certissimum refugium tuum. Sic confirmatus animo relicta matre, fratribusq; calcatis preterea opibus, & honoribus, & florentis ætatis illecebris, ad cælestem militiam profectus est.

Desisti

Desiti, fame, uigilijs, & omni corporis attritione. de dolorum tolerantia per omnem etatem declarata. Cap. II.



Rimum igitur sibi certamen instituit cum corporeis illecebris, cuius uia breuissimam iudicauit, si nihil illis molle concederet, sed bellum gereret quasi cum hoste capitali. Nihil dicam de cibi parcitate, quæ nunquam saturitate, sed uix ultima necessitate definiret: nihil de sitis tolerantia, qua nunquam sic torri uisus est, ut uel per ieunium, uel manuū operationem, uel peregrinationem, uel ualestinem adduci potuerit ut potum deposceret, qui si inuitaretur à fratribus, dicebat: Quo igitur pacto feremus purgatoriū calores, si paruam hanc sitim ferre non possumus: Vigilias à patribus institutas nō solū ita seruauit, ut ad matutinū primus ueniret, ultimus discederet: sed quum omnium monachorum mos sit, post matutinum ad somnum redire, donec sol illucescat, Laurentius per omnem vitam nunquam de ecclesia discessit, donec ad primam fratres conuenirent. Rigente hyeme accedere ad ignem nūquam uisus est, quod fuit admirabilius propter corporis imbecillitatē. Accidit aut, ut pater quidā ad ignē inuitaret, recusante illo palpauit pater illius manū, quūq; obrigenē frigore sensisset, admirans inquit: O fili, magnus calor est quo intus aedes, si frigora ista non sentis quibus obriguisti. Quid illud, ut ne in hortū quidē remittere di animi causa unquam accesserit: qd unū solet esse monachorum solarium. Stabat gradu nixus, dum diuina canerentur officia, nō dextra, nō laeva sed lib. hærens, quæ statū semper in psallendo seruauit. Vident hæc fortasse minus admirabilia ijs, qui nūc experitur, uos aut nobiles Christi athletæ, qui quotidie facitis harū rerū periculum, scio factū difficiliora, quād dictū iudicatis. Huius propositi atq; cōstantiæ perseuerauit ad ultimā senectutē, ut in ipsis ægritudinib; uix ulla corpus remissiori ratione fouveret. Nā quū medis eum laborantē iam fermè septuagenariū ad edendas carnes inuitaret Quadragesimæ tempore, & quo facilius suaderet, afferret exemplum sancti cuiusdam ex ijs recentioribus, qui ob ægritudinem haud maiorē die dominicę passionis pulpam phasiani comedisset, petiuit prīmū Laurentius, an abstinere posset sine uitæ periculo. Quū ille non negasset, unusquisq; inquit, abundet in sensu suo. Sed ut uerum fatear, ualde me delestant ueterum exempla sanctorū. Video aut confessores per carnis macerationē, martyres autem per sanguinis effusionem ad cœlestē patriā contendisse. Itaq; ut ad priores annos redeam, quum factus esset ætate uergente debilior, cogebant eū patres ex Capitulo decreto, ut cibo, & somno, & ueste moderatius ueteretur. Quod ille ægrè ferēs, quāsi ad delicias compelleretur: Iubete, dicebat, ut lubet, parebo iussis, scire tamen uos uelim, ei qui pro Christo pati decreuerit, patiendi uitam nō defuturā. Quarebam ab eo patre, qui hæc narrabat, quid his uerbis significare uoluisset. Disciplinas credebat, id est, uerbera, & plagas, quibus solebat affligi uehementius. Notas quippe & sanguinis maculas sèpissime apparuisse. Non solum autem euicit has cōmunes nature necessitates, sed dolorum patientiam admirabilem ubiq; præstitit. Incidit initio religionis in mōrum fistularum, quas medici appellare scrophulas solent, ijs omne collum repletū est. Desperabant medici de iuuenis salute. Vnum remediū dabant, si setis equinis per transuersum collum sèpe deductis corrupti humores educerentur, adurerentur deinde ferro cādenti. uerū timebant ne dolorem ferre nō posset. At Laurētius uultu, quo semper erat æquali, quid dubitatis fratres fecerit & urat medicus ut liber, an non poterit dominus mihi dare fortitudinem, qui tribus pueris dedit in fornace candēti: Traiectus itaq; & sectus, & adustus est. Vbi illud admiratione dignū, q; præter unam uoce fuisse emissam, ne minimum quidem gemitū edere deinceps auditus est. Ceterum hoc nobis incredibile fuisset, nisi oculis nostris uidissim̄. In ultima ætate quum pontifex esset, eandem animi firmitatem, & quum guttur intumuisset maiorem in modum, ac resolutio tardior appareret, eadēq; difficilis. angeretur autē animi pīssimus pater domi atq; in cubiculo inclusum uacare non posse ouibus suis, ad iustum ferri stetisse penitutis immobile, quū timenti medico diceret: Incide audacter, neq; enim nouacula tua laminas martyrum superabit.

De hanc

De humilitate & mansuetudine, de contemptu ignominiae, de paupertatis amore, de dono orationis & constantiae. Cap. III.

**L**AEC DE CORPORAIS ATTRITIONE, & QUIDEM PAUCA DE MULTIS: SED UENIAMUS AD ANIMUM, ubi plus negocij uidetur. Incipiemus autem ab humilitate, quā ipse cæterarum uirtutum reginam appellabat. Si rector erat monasterij, uelut id sibi muneris contemptui potius esset quam honoris: infima quęq; ministeria diligere, quae relatu sint etiam indigna. Nihil nisi de peccatis suis loqui, sua detestari, contemnij, ac despici cupere. Semper de humilitate domini Iesu, aut beatissimae virginis loqui. Sed omissis quotidianis ipsis uide te patres, quomodo contumelias tulit. Quum de monasterij negotijs aliquando in Capitulo ageretur, frater quidam simplicioris ingenij accusauit, nescio quid à Laurentio factum: Laurentius autem quamvis intelligeret hominis ingenium, & purgare facile posset quod obiecerat, substituit primum, quasi non audiret, tandem leni gradu in medium procedens genibus flexis, Ignoscite (inquit) patres: peccavi in cælū, & corā uobis: ecce pœnitentiā quā dereritis, agā. Tactus pœnitentiā frater ille ad Laurentiū accurrit, & ueniat petēs eius pedib; aduolutus est. Iterū autem quū ille quippam falso obijceretur, cōpressa Laurentius mordicus lingua nihil respōdit: scilicet ne aut mendax cōfessio malū exemplum proderet, aut negatio cōtentione gigneret, loquendi & tacendi tempora prudentissime discriminās. Mūdi uero fastus atq; superbiā q̄ magnifice perdomuit: Non dico ut opes reliquerit & honores. Neq; enim tātē uirtutis est honorē cōtēnere, q̄ contēptū appetere. Plus est enim ut male affici negligas, quam ut bene affici nō cupias. Ceterū illud summe p̄fectionis, ut male affici desideres. Itaq; non silebo, qd. Maphaeus Patriarcha, qui illi successit, & fuerat eius discipulus, mihi narravit. Nā quū de more exīssent ad petēdum pāne, forte accidit, ut frequentiora urbē loca penetrarent. Sensit eum Laurentius motum loci celebritate, & declinare homines cupientem: Maphae (inquit) quid moueris: uadamus constanti gradu, nihil enim profecimus, si reliquimus uerbo mundum, nisi etiā opere declaremus. Eamus cum saccis ipsis quasi crucibus, & gloriosum hodie de seculo triumphum referamus. De paupertatis autem amore quid dicam? Accidit forte ut testum monasterij igni conflagraret, ubi fratres omne penu in spē anni reposuerant. Aberat eo die Laurentius. Aduenienti uero mōsti fratres triste nuncium cum attulissent, hilari uultu Laurentius, Eia filij, quid mali actum est nobis? nōne paupertatem uouimus? Benedictus Deus, qui nos uoti compotes facit. Ipse qui dat semen serenti, panem etiam ad manducandum p̄stabit, tantum ne amittamus confidētiā nostram filij, quae (ut inquit Apostolus) magnam habet remunerationem. Sicut igitur omnes & carnis & mundi illecebrae uiluerant: ita una illi uoluptas erat, ex ecclesia aut cella non discedere. Et orationis quidem & cōtemplationis gratia eū nemo superauit. Qualis enim ueneratio subibat animum, cū illum ad altare cōspiceret, quae corporis immobilitas, quae uultus intentio, quae lacrymæ? Ex fratre quodā audiuit illius in primis familiariter, dū celebraret missam nocte dominice natiuitatis, post cōsecrationē eū charistiæ solutū in mentis excessum, cūq; diutius perseueraret, accedit diaconus semel atq; iterum. Ille persistit immobilis. Tandem casula tractus à fratre, uelut à somno euigilans, ecce prosequor (inquit) frater. Sed quid de infantulo isto tam pulchro faciemus? quomodo solum & nudum in tanto frigore relinquemus? Constantia autem fuit admirabili. Postquam Deum secutus est, maternam aut fraternalē domum ingressus non est. Memini puer adhuc cum esse, uidere eum ad domus nostrā ianuā pulsantem panes petere, domum tamen aut ianuā limen non ingredi, sed foris stantem panes operiri. Mater autem filium ægre ferens tanto onere grauem diutius per urbē uagari, subebat ministris, ut saccum illi panibus implerent. Recusare semper Laurentius, & panibus duobus contentus discedebat, ut operam nauaret humili mendicationis, & non domestici quæstus. Matris dormitioni interesse pietatis esse putauit: ibi noctem egit, ut materni amoris p̄ceptum adimpleret. Dignum illud memoria, quod matrem quam unice dilexit, morientem uidere potuit sine lachrymis, & plorantibus alijs ipse siccis oculis ultimum persoluit officium. Idem ubique erat, nunquam eum quisquam aut latitia exhilaratum, aut ira commotorem, aut solutiōrem remissionē.

remissione animi uidere potuit: non ullum deniq; uestigium metus, cupiditatis, doloris, uoluptatis.

De dono & efficacia uerbi, quo pacto fratrum temptationibus subueniret, de spiritu proprie-  
tate, & de uocatione illius ad pontificatum. Cap. IIII.

**L**RAT AUTEM ILLIUS CONSTANTIA (quod raro solet accidere) mira simul & huma-  
nitate, & ueneratione condita. Sermone fuit suauis, breuis, & pondere ple-  
no, & (ut scriptum est) uerbum quod ex illius ore egrediebatur, uacuum  
nō redibat. Fuit illi præcipuus in adolescentia socius, tam gēnere quam di-  
uitijs clarus, is forte aberat, & in Oriente negotia gerebat, quando Lauren-  
tius dominum Iesum secutus est. Hoc cum accepisset & iuuenis, & ignarus quid esset  
animus diuino spiritu afflatus, pergit ad monasterium cum cantoribus, & citharoëdis,  
& cū aliquid armatis, plane nō dubitans sociū ad redditum pellicere, et si fratres forte ne-  
garent. Tum ui & armis usurpus accersit Laurentiū: quem cum uidisset nō tā habitū ue-  
litis mutatum, quam oris & gestus & incessus, obstupuit. Laurentius benigne salutatū  
incipit illius animum blando prius sermone tractare, tum paulatim à mundi rebus ad  
cælestia deducere. Quid multa! Impulit iuuenem, & qui laqueum ad amicum capien-  
dum tetenderat, in rete improbus incidit. Respondens autem Laurentio, inquit, Fra-  
ter, uerba eternæ uitæ habes, & quoniam frustrata mea spes est, tec̄ ex hoc loco edu-  
cere non possum, tu sane ex hoc seculo me ad te deducere poteris: statutum est tecum  
uiuere, tecumq; mori. Prædicationis ad populum facultas ei defuit, quia nec spiritu,  
neclateribus esset bene firmis. Sed nihil fuit suauis, quam sedentem inter fratres au-  
dire. Cuius quidem rei uos inprimis, uenerandi patres, optimi testes estis, à quibus  
uocari saepe solebat. Vbi aliquando audiuit à fratribus uestris, cum sedissent ad umbram  
patulæ sagi, & dicere aliquid pararet, extemplo nimbis & tonitruis incredibili cum fra-  
gore misceri cœlum uisum esse. Cum uero fratres hinc pluviā grandinemq; metue-  
rent, hinc ægrè ferrent concupita prædicatione fraudari, subridere cœpit Lauren-  
tius, & manu monere. Quiescite, inquiens, fratres, hæc sunt Sathanæ ludibria, qui men-  
dax fuit ab initio, & in ueritate non stetit, nunquid uerbum Dei alligare poterit? Vix  
igitur sermonē instituit, & ecce cœlum uisum est aperiri, diesq; latissimus pio fratrum  
desiderio obsequentissimum præbuit officium. Non minori præterea cura fratribus  
aderat: mōsti consolari, curare infirmos, laborantibus subuenire, cogitationes & dia-  
bolicas insidias exquirere. Vexebatur frater (ut mihi narravit) spiritu ad seculum re-  
deundi, & aliquoties à Laurentio confirmatum non cessabat diabolus instigare. Fer-  
re ille amplius temptationem non poterat. ad Laurentium autem se conferens, succum-  
bo pater, ait, fer opem. Ecce nisi adiuueris, ad seculum redeo. Tum Laurentius, sine mo-  
do mi frater, & tantum hodie ne abeas. Cras, ut libuerit, deliberato. Nox una in oratio-  
nibus & lacrymis absunta sic diabolum fugauit, ut nunquam deinceps eum sit ausus  
impugnare. Sed quod sequitur, admirabilis, quod quidem narrare dubitarem, nisi ac-  
cepissim à patre ueneranda fidei & autoritatis. Quum frater quidam simili instigatio-  
ne premeretur, & ad certissimam Laurentij opem recurrit, accepit Laurentius lau-  
ri ramuscum, qui decoctus aqua relictus erat in uasco. Ad fratrem autem con-  
uersus, accipe (inquit) frater, & in horto planta, & si quidem reuirescit, securus esto  
de perseuerantia tua. Abiit ille, & plantauit, & reuiruit, & de miraculo gaudens me-  
moriam uirgæ Aaron, & palmæ Macarij reuocauit. Cæterum prophetæ spiritu uber-  
rima quadam mensura dominus eum donauit, & hoc ita celebre & diuulgatum fuit:  
ut non aliter ad eum, quam ad oraculum concurreretur. Innumerabilita dicere pos-  
sum, & aliqua dicemus sparsim, ubi res postulabit. Interea unum eligemus è multis,  
uel homine in quo accidit, uel multiplici uarietate, uel certitudine rei præstantissi-  
mum. Fantinū Dandalum scio cognovistis genere, dignitate, uita, & doctrina clarissi-  
mū, qui fuit nuper episcopus Patauinus: hic dū secularis esset adhuc, & primariū in no-  
stra repub, locū teneret, primo die Quadragesimæ ad suscipiēdum de more cinerem ac-  
cedit. Suscepto cinere & benedictione Laurentius ait: Memento frater, quia futuro  
anno tu alijs horum cinerum officiū impēdes. Quod ut audiuit homo secularis, & plus  
q; quinqueparius, surrexit admirans, neq; aliud tñ ibi percūstus est propter locma-  
testem,

testatem, sed in clauistro prætereuntem expectat. Factus autem ad illum propiorrogat, **B** quid illis uerbis significare voluerit. Laurentius substitut aliquantulum cogitabundo similis, deinde subiecit: Dico tibi frater, quod cinerem quidem non impones, sed certe populo distribues ramos olivarum. Fantinus quāvis maiori adhuc admiratione tenetur, quonam modo hoc posset accidere, tamen aliud sub ijs uerbis latere dubitanus discessit. Ecce autem haud multo pōst Martino defuncto, Eugenius Venetus pōrisex egitur. Ad eum Fantinus legatus ab senatu nostro destinatur. Suscipit eum Eugenius maximo cum honore, & inter sacros ordines initiat. Deniq; ante uertentem annum legatum apostolicum Bononiā mittit, quod cum uenisset, & primo die Quadragesimæ imponere cinerem populo necesse esset, inuitatur legatus ad id muneris: ille recusat, quod ab alio quām sacerdote fieri non liceret. Instant enixius illi dicentes, id munera à legatis semper exerceri consueuisse. Fantinus in proposito permanet, atq; id officij non paruo tandem labore deprecatur, nihil adhuc de Laurentij uerbis aduertens. Die uero Palmarum cum similis contentio oriretur, & Canonicī peterent ut oliuā ramos populo distribueret, ille autem ex humilitate eadem sacerdotij excusatione uteretur: tandem Canonici summis precibus postulant, ut si in cineribus legatum sese gerere noluerit, saltē non recuset olivarum officium. Quid multa? Vicitus Fantinus illud officium (ut prædixerat Laurentius) proprijs manibus absoluit. Has autem sancti uiri uirtutes Eugenius pontifex cum audiret, animum induxit Venetis episcopum dare. Quo animo accepit, iudicate, si potestis. Bis fugiendi cœpit impetum, & in abdita aliqua loca secedendi, bis restitit, & stare demum in patrum suorum sentēijs deliberauit. Erat autem ex ijs qui suaderent, non esse summo pontifici obiectandum, sed parendū Christi uicario. Nonnulli uero, ut nullo modo suscipieret suadebāt, mundi fastus, insueta onera, & corporis imbecillitatem memorantes. Fuere etiam qui suaderēt ut fugeret, & afferebant singuli exempla sanctorum, qui uel suscepissent, uel renuissent, uel incogniti profugissent. Indicto tamē ieunio, & oratione solēni decreuerunt patres conari apud Eugenium & literis & nūc ijs, ne sibi patrem ducemq; suum auferret, sine quo societas illa plane periclitaretur. Bis misere, bis rescripsit Eugenius, & extant duę illius epistole, quibus dulcissimis uerbis patres illos consolatur. Rationibus præterea grauiſſimis, & sanctorum patrum exemplis admonet, ne diuinæ uoluntati aduersentur. Non parere igitur non potuit pontifici ter iubenti.

De assumptione pontificatus, familia, ueste, uictu, & pecunia contemptu. Cap. v.

**A**nno ætatis quinquagesimo primo inijt episcopatum, & quidem nulla pompa, aut comitatu, ut fratres etiam germanos adesse noluerit, & aduenisse prius nouum præsulem omnis uicinia cognosceret, quam penè intel ligeret aduenturū. Eam noctem duxit insomnem, Deum precatus orationibus & lacrymis, ut si id munerus ad ipsius honorem suscepisset, nolens alioquin & inuitus, ne se desereret: scire se quantum negotiū susciperet, nosse populi multititudinem, ordinū uarietatem, amplitudinem principatus secularis, quales & quam crebras discordias habuissent cum superioribus episcopis: contrā uero uires sibi tenues & imbecilles, quippe nusquam nisi in monasticis cellulis exercitatas. Quum hęc & ple raq; alia cum lacrymis effunderet, dicebat se tanta animi luce repletum, ut non aliter deinceps illius episcopatus, quam alicuius monasterij munera obierit. Familiam sic instituit. Elegit duos de suo coetu fratres, quorum altero utebatur ad officia diuina, cum altero partiebatur curas maiores. Quinq; præterea ministros habuit per tres & uiginti annos, quibus fuit in eo pontificatu, quanquam per liberalem iocum dicere solebat, familiam sibi grandem esse, cuius cura premeretur, pauperes Christi significans. Veste uisu est colore, quem dicunt caelestino, iusta longitudine. Tapetas, & aulę, & cetera ornamenta ædium omnino spreuit. Mensa non sordida, sed summa mundicie, ad quam de more monastico legebatur. Nihil omnino argenti: uescebatur in uitreis & fictilibus, cibo uulgaris semper usus, amauit oua, quod & stomacho amica essent, & uoluptatem non irritarent. Nihil appetere, aut damnare, quicquid apponeres, sumere. Accidit semel, ut pincerna deceptus colore acetum pro uino apponeret, cum Laurentius aduisset ori, & acetū esse sensisset, nihil ultra questus prandii exigebat sine potu. Pincer-

nia ue-

na ut aduertit, ueniā supplex errori deprecat. Cui Laurētius placido uultu: Eia, inquit curato deinceps officiū tuū diligentius. Cubile habuit uix sex pedes protēsum, tomen to paleari, & opertorio quod ueteres cētonē, nostri sclauinā uocant: exclusis semper de thalamo omnibus, ut liberius uacaret lacrymis & orationi. Statim aut̄ operam dedit, ut pōtificalis ecclesia superiorū episcoporum aut̄ incuria aut̄ avaritia neglecta, pro dignitate sedis excoletur. Canonicorū ordinem ad nihil redactum restituit, addidit sacerdotes, cantores instituit. Eandem adhibuit curam circa alias ecclesias, ut plurimæ in quibus uix missa dicebatur, nunc uideantur esse pontificales. Mores deinde cleri castigare adortus, deq; ijs edidit pulcherrimas constitutiones. Sed nihil erat quod non facile impetraret liberalitate & bonitate naturæ. Erat enim alioquin non grauis. Fruī clerū suis fructibus patiebatur, ut nihil illi oneris imposuerit unquam. Pari cura prosequebatur monasteria, præcipue sacrarum uirginum ob sexus infirmitatem, quibus nihil deesse pateretur uel ad corporis necessitates, uel ad regulares etiam disciplinas: collapsa restituit, noua construxit. Pulchrum huius rei testimonium, quod cum initio XX. aut cīciter obseruantia suscepisset, moriens reliquit quinq; supra XX. Non minori studio aliarum etiam ouium curam gerebat. Non fuit credibile, quantus quotidie concursus fieret mōstorum & laborantium, qui consolari cuperent. qui iuuari ope, oratione, consilio, ad eum omnes confluere. Plebanus quidem sedulo monere, reddituros aliquando proprij officij rationem. Cæterum pecuniam contempsit, ut neminem unquam magis contempsisse crediderim. Domus erat aperta omnibus, omne penu pauperibus patet. Si procurator rationes afferret, nihil accepti uel expensi uidebat amplius, quam quid deesset, aut superesset, indignum omnino ratus, ut qui animarū quæstui præfectus esset, sederet ad calculos. Primum illi de pecunia institutum fuit, ut nullum penitus sibi cum fratribus esset commercium, quia nihil existimauit ad amorem suæ plebis conciliandum, fidemq; comparandam efficacius, quam si tolleret protius omnem ex animis omnium de hac re suspicione, à qua ut longius abesset, cum Leonardus frater aliquando pauperem eleemosynam petentem Laurentio commendasset, uade (inquit ille) & respondere Leonardo meis uerbis, ut tibi ipse subueniat: postquam à domino habet ut de suo dare possit. Illud in amoris fratrem signum retinuit, ut in paschate, & in nativitate domini, & festo apostolorum Petri & Pauli eos donaret duobus panibus ex farinæ flore confectis. Post mortem autem fratrum idem tributum mihi semper pendit, quin potius & à fratribus adiutus ipse est pecunia grandi in bullis apostolicis episcopatus, & à me deinceps non minori præsertim cum ad Patriarchatum euectus est. In cognoscēdis aūt penurij hominū adhibere solebat uiduas aliquot spectare uirtutis & fidei. Quod & ille sexus esset ad huiusmodi misericordiæ opera feruentior, aptior etiā ad indagandas paupertates occultas, eorum præcipue qui ex opibus in inopiam decidissent, quorum generi hominum maxime miserabatur. Malebat autem aliquando decipi, quam nimius esse in examinando, ut si in alterutro esset offendendum: mallet cui non oportet dare, quam nō dare cui oporteret. Libētius dabat res humano usui necessarias, quam pecuniam, & plures libentius summas quam maiores, ut esset communior in tanto populo beneficentia. Oravit aliquando Laurentium consanguineus eius, non ita pauper, ut pecunia eum iuuaret in filiæ dotem. Respondit Laurentius: Considera, quæ frater si parum dedero, non est quo opus habes, si multum, defraudabo multos, ut uni satisfaciā: & præterea quicquid illud est, quod est ad cibos potius pauperum, quam ad intortos crines, aut margaritas, ab ecclesia traditum est. Igitur ignosce si dare non possum. Sed nihil fuit ciuitati gratius, quam lignorum naues onustæ, quas saeuente hyeme distribuebat pauperibus. Pecunia ad eum quotidie confluēbat, unde non crederes. Vidi aliquando, quum ab eo eleemosyna peteretur, quod pecunia non posset, promissione satisfacere, sœpe quum domi nihil reliquisset, æs alienum contrahere. Et quum procurator rogaret eum qua spe faceret, domini mei, dicebat, qui pro me dissoluere facile poterit. Nec spes illum fallebat. Nam continuo submittebat illi dominus pecuniam insperato multis de locis. His moribus & disciplina incredibile est, quantum benevolentiae & authoritatis apud omnes ordines comparauerit.

b Degratia

De gratia uerbi, consilio, sapientia, prudentia, iustitia, conscientia, & infusa scien-  
tia, tum scriptis eius. Cap. VI.

**L**Abuit autem hoc donum diuinatus collatum, ut omnes eum quibus esset, laetos semper placidosq; dimitteret, omnibus satisfaceret. Boni iuxta maliq; modesti, facinorosi, sine ullo penè discrimine illum colebant. Sic uerba, & oculi, & motus, & omnia quæcunq; aut diceret, aut faceret (tanta erat uirtutis & gratiae uis) rapiebant animos omnium in amorem. Initio quidem pontificatus quem de mulierum ornatu decretu edidisset, uxoru quarundam matritis ingratum, Dux noster illorum querelis deceptus quasi libertati seculari metuena accersiri eum iubet. Queritur ea de re acrioribus, ut fuit natura uehemetior. Tum Laurentius pater mansuete simul grauiterq; respondens, sic illius animum demoliuit, ut Dux conuersus ad astantes, neq; lachrymas continens: Angelus, inquit, non homo locutus est, uade pater, & fungere officio tuo. Illum deinceps uelut apostolum ueneratus est, ut aliquando per iocum dicere soleret, præter Laurentium neminem esse mortuum, cum quo animam commutaret. Consulebatur autem dubijs in rebus, & quamquam irent quasi ad hominem diuino potius quam humano spiritu respondentem: restamen humanas tam publicas quam priuatas, quas nondum illi experiri contigerat (siquidem ante uigesimum annum confugit ad solitudinem, primo & quinquagesimo rediit) sic callere videbatur, perinde ac semper tractauisset: ut dicere non uerear, nihilo minus prudentiorem esse usum quam meliorem, si tamen prudentia bonitatis pars non sit. Iam uero in iure dicundo sapientiam illi dicant, qui uiderunt, & præsertim curia Romana, quæ nihil unquam ab eo iudicatum rescindi passa est. Sententia illius inappellabiles habebantur, & quanquam in irrogandis poenis clementior est habitus, iustitia tamen fuit, quæ nec precebus neq; lachrymis frangi posset. Nulli illius coenaculum uel cubile non patuit. Non causarum multitudine potuit, non proteruitate litigantium defatigari. Stabat ueluti rupes immobilis ad turbines causarum, quibus nulla fere (ut opinor) in orbe ecclesia magis agitatur, propter amplitudinem ciuitatis & cleri. Gratiissima in primis fuit breuitas respondendi, qua & paucis absoluiebat, & cæteris adeuntibus satisfaciebat facilius, sed qua iustitia luce afflatus ad iudicandum ueniret, præsertim maioribus in causis erit satis apertum testimonium, quod referemus. Marrimonij lis orta Padua est inter haud vulgares familias. Ad Fantinum episcopum, de quo dixi, defertur. Ille causa cognita quum leges fauere mulieri, quæ uirgo asserebatur, pro muliere pronunciat: iuuenis, qui sponsionem factam pernegabat, innocentia conscius aduersus tantæ autoritatis iudicem, Laurentium pro secundo impetrat. Laurentius autem quum uideret à sapientissimo & optimo alioquin iudice secundum mulierem iudicatum, tamen lacrymis iuuenis permotus, opem implorantis causam non suscipere non potest. Ad orationem autem se confert, quam grauioribus in causis habebat præfidelissimo consiliario. Hac diligentius facta, iudicat secundum uirum. Propinquus mulieris nihilo segnus tertium iudicem petunt, & impearant episcopum Taruisianum. Is quoque pro muliere pronunciat. In discrimine videbatur Laurentij sententia duabus aduersis, & expectabant omnes attentius tantæ contentionis exitum. Quum iudex æquissimus Deus ipse se pro quarto gerere uoluit, & litem omnem dirimere, in lucem producit incestum mulieris, quæ ex consobrino, & eodem clericu grauida quum partu amplius differre non posset, amissio pudore, & patefacto flagitio, diuinam fuisse non humanam Laurentij sententiam confessa est. Conscientia aut fuit explicata, pura, integra, quæ omnia dirigeret æquitate, scientia uero potius diuinatus infusa, quam humanitus acquisita uideri posset. Vix enim elementa prima didicit à præceptore, & tamen nihil est in sacra scripture disputatum, de quo non posset grauissime respondere. Dicam quod accidisse memini. Venit ad eum theologus qui audierat de illius doctrina, & præsertim quod didicisset sine doctore: audire uoluit, & periculum facere, mouet illi questionem de diuinis relationibus. Respondet Laurentius. Ille responsum laudans repetit adhuc, uelut cum circulator sophista sibi res esset. Tum Laurentius. Scriptum est frater, contentiones & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & uane, dixi quid sentirem, si satisfeci, placet, si minus, quare, qui tibi respondeat sapientius. Compun-

ctus ille, & gratias agens petita benedictione discessit. Scripsit autem uolumina X V. & sermones quadraginta. Crebra illius scripturarum usuratio, deuota traditio, stylus redundans & copiosus, qui si gentilium literis dedisset operam, potuit inter scriptores elegantes annumerari. Uoluminum tituli hi sunt: Lignum uitæ, De disciplina monastica professionis, De spirituali & casto connubio uerbi & animæ, De humilitate, De spirituali interitu animæ, De triumphali agone mediatoris Christi, De interiori conflitu, De complanctu ecclæ, De corpore Christi & sanguine, De uita solitaria, De contemptu mundi, De sermone domini in cœna, De officio pastorali, De obedientia, De gradibus perfectionis. Sermonum autem titulos apponere operæ precium non iudicauit.

De mansuetudine & dono lachrymarum, & corporis figura. Cap. VII.



Vanto autem magis authoritate & gloria crescebat, eo indies fiebat humilior. Audite mansuetudinem. Nam quum prælatus magna plus ob pecuniam quam uitam, authoritatis, ductus inuidia uarijs eum quotidie calumnijs laceraret, ut expleret animi malitiam, indicit conuentum plurimorum præstantium & doctrina & dignitate uirorum, quasi de theologia aliqua quæstione disputaturus. At conclusiones quasdam proponit decretis illis contrarias, quæ Laurentius ediderat de sumptu & ornatu mulierum. Ridere partim qui aderant, partim mirari quam ad rem essent conuocati, qui uero grauius sentiebant, indigne admodum pati, quod illud spectaculum non honor Dei, sed maledicendi cupiditas coegisset. Tandem bonus pastor manu silentio indicto, longam pro mulieribus orationem habet, cuius epilogo quum miseris cordiam & lachrymas mouere uellet, pluribus simul locis excitatus risus est. Gratiae ihs qui uenerant, actæ. Disputatores ad cœnam uocati, atq; ita discessum. Affuit quidam patris nostri dilectus in spiritu filius qui huiusmodi re mirifice commotus, quod homo petulans sanctissimum uirum huismodi contumelijs incessisset, accurrit ad Laurentium. Aderam tuum ego forte, quum hic & ira & uia fessus. Et quid, inquit, pater? Patieris ne honorem tuum ab ihs improbis lacerari? Tum Laurentius. Quid est fili? Ille rem omnem uti se habet, natrat, non uerbis solum, sed & ore, & oculis, & manibus sic indignantibus, ut non eum solum, in quem essent illa factata, sed quemvis alium immunem ab iniuria, facile commoueret. Quid tum Laurentius? Putatisne aliquod irati animi signum protulisse? Testor dominum Iesum, quum intentos in eum ad id unū coniecerem oculos, nihil mutationis in eo uultu perspicere potuisse. Nihil indoluit, aut questus est, imò noluit scire, quis affuit, quis dixit, non fronte aut uultu signum aliquando uel minimum edidit animi comotoris. Ut autem morentem filium solaretur, placido uultu, noli, inquit, te afflita refili, dominus Iesus, cuius negocium est, ipse aderit honoris suo. Nec sanè in eo falsus est. Nam paucis post mensibus dux ipse cum satellitibus suis partim exilio, partim uinculis, morte nonnulli affecti sunt. Quanquam autem nihil uidetur addi posse ad hanc mansuetudinem, nescio tamen an id quod accidit iterum in simili genere, sit admirabilis. Nam quum solenni pompa eucharistia sacramentum festo Corporis Christi circumferretur, comitatu (ut solet) totius populi frequentissimo, heluo quidam, qui clericis sceleris ab episcopo damnata impudentius defenderat, ante ostium propriæ domus consistens, dum inde Laurentius transit, Deum nihil ueritus, qui ante eius oculos incedebat. En, inquit, qui pro sancto colitur? O insani, qui talern hominem adoratis. Audit Laurentius. Sed quid arbitramini? Gradu quo uadebat, perseuerat, non uultum, non oculos deflebat ab sacramento. Et quum aliquot pñ homines commoti rei indignitate cum facibus ad illius domum uellent concurrere, uix à me qui tunc aderam, repressi sunt. Quod tamen facinus vindicauit paulo post senatus maiori Laurentij gloria: illa præter cæteras inflcta poena, ut perditus ille frequentiori populo in ecclesia pontificali super pulpite publice mendacium fateretur. Certauit autem dominus cum senatu nostro in poena supplicioq; miseri. Nam paulo post pulsus urbe est, profugusq; nunc erat procul à domo, liberisq; inops atq; medicus. Sed penè infinita sunt talis mansueti-

dñis testimonia. Erat autem uerborum actionumq; tanta mensura, ut si inferiora hæc cælestibus conferri fas est ( cælestis enim certe animus esset ) uix ego motus cælorum, & reuolutes & gyros agi maiori ordine atque mensura crediderim. Ipse quidem discipulo reuelauit, sibi à Deo datum fuisse, ut quois loco aut tempore se colligere uellet, & in cælum mentem erigere, semper posset. Quod si forte aliquibus, ut solet, imarginibus turbaretur, non aliter abigere se diceret phantasias illas, quam si muscas oberantes pelleret ab oculis. Erat in illis causarum actionumq; turbinibus semper quietus & immobilis. Nihil audire dices, quasi in cælo esset animus, corpus in terris. Rursus autem si stylo aut orationi sese dedisset, & interpellaretur (ut sèpe fit ab aliquo eum aduenti) uideres sine ulla molestia, cœpto opere intermissio, quasi ociosum iucundo uultu uenientem excipere, quoad uellet audire. Tanta profecto animi pace, ut angelica interdum uideretur potius quam humana. Hanc tam admirabilem constantiam sola diuina bonitatis meditatio poterat emollire. Dixi superius, quum de matris dormitione loquerer, in illius funere lachrymam non emississe. Videntes patres ubi lachrymæ profluarent. Donum enim habuit lachrymarum, ut nemo ferè alius, quum post prandium aliquando federet, & de diuinis (ut solebat) sermonem haberet familiarem, conuersus ad eos, qui aderant, feruentiori quodam mentis affectu, quid (inquit) agam fratres, quid agam, quum ad iudicem deducar? Quid egi miser, in quo sperare possum? Nihil habeo, nisi quod ad illius sanctissimi ligni radicem prouoluar, & plangam. Hæc quum dixisset, totus solitus in lachrymas est, quas cum profusius emississet, & erectus uidisset, nos qui aderamus compungi, & illas lachrymas admirari, ueritus ne quid ex his laudis humanae surreperet, uidetis ne, inquit, has lachrymas? affectus cuiusdam sensualis fuerunt, non uestræ devotionis, à qua absum longissime: at quam pulchre diuina bonitas conuenientem illi animo sedem tradiderat. Omitte uirtutes, aut sanctitatis nomen, facite uos tunc primum eum uidere angelum, nō hominem credideritis. Fuit proceritate corporis altiore quam iusta, gracilioribus membris, colore cädido, statu erectus & celsus, omni facie admodum decora. Oculis uero uniuersum corpus ita moderantibus, ut uenerationem & sanctitatem undiq; spirare uiderentur.

De amore fraterno, de prophetia, de electione demoniorum, de misericordia, de mortalitate, cui per spiritum eucharistiam communicauit. Cap. VIII.

**S**ed quia de Marco & Leonardo fratribus nihil hactenus dixi, nolim aliquis existimet ullos unquam sese maiori caritate dilexisse. Visebatur ab his quotidie, ad eum publica omnia & priuata deferebant, sed omnes ferè illorum sermones erant de æterna uita. Cæterum quam diuino spiritu omnibus in actionibus suis ageretur, ultimis illorum horis apparuit. Laborauerat Marcus ualeudine diurna, domo per annum non exierat, cupiebat fratrem uidere, quo nihil in terris carius haberet. Recusabat Laurentius uenire. Domo enim fraterna, sicuti materna antea diximus, semper abstinuit. At ille orare enixius & obseruare per fraternæ iura pietatis, ut mori eum non uellet sine sua benedictione. Solabatur eum, & promittebat uenire Laurentius, sed tamen differebat. Ibat ad eum Leonardus pater, ibam ego, orantes ut ueniret, siquidem uiuum reperire uellet. Dicebat, bono animo essemus, uenturum sese quum tempus exigeret, & certe aliquoties uidebatur melius habere. Quum autem apparuit hora quam expectauit, fallere charissimum fratrem noluit. Ecce uenit ad eum, quum minime expectaremus. Iam propinquus erat emissioni spiritus. Ingressus, & super lectulum fratris incumbens, salutat eum dulcissimis uerbis, quasi promissum persolutum uenisset. Marcus hiliori uultu conuersus significato gaudio de illius aduentu inter eius amplexus lætus & uoti compos in domino requieuit. Ne tamen aut forte aut casu hoc accidisse aliquis existimet idem penitus nono post anno in Leonardo fecit, quintum ferè mensem domo exire, & Laurentium uidere non potuit. Ibam aut mittebam, qui diceret fratrem extremum spiritum agere. At ille respondebat horam adhuc non esse. Sic per multos dies rem dum, ego eundo aut mittendo, ille differendo. Horae a qua promiserat, uenit. Quicquid summa

summa cum lætitia eum pater excepisset, uespera eius diei inter illius brachia spiritum feliciter emisit. Addam illud etiam ad eius gloriam, & solatum meum. Oravit pro fratre illis diebus precibus ardentissimis, & quum aliquot dies ad eum uenisset afflictus mœrore adhuc recenti post prima uerba salutationis, Gaudet, inquit, Bernarde filii, Leonardus pater tuus saluus est. Hoc ego cū ingenti gaudio excepisse, & quomodo, inquam, scis pater? Saluus, inquit, est, & aliud ne cures. O lachrymas dulces plenas lætitiae & pietatis, quas ibi fudi ante pedes illius, quum tantæ lætitiae nuncium nuncius tam fidelis attulisset. Quid autem alia innumerabilia consecter de spiritu prophetiæ? Vitam sanctissimæ abbatis à medicis derelictam, dilatam à domino dixit, & paucis diebus liberata est. In eodem monasterio sororem miræ sanctitatis comploratam, & iam penè exanimem lugentibus alijs bono animo esse iussit, & illo triduo omnino libera euasit. Propinquum suum, qui trirementem conduxerat ad conuehendas ex ponto merces, cauere iussit, ne trirementem in ponto dimitteret. Ille uero non solum trirementem dimisit, sed maximo etiam fortunarum naufragio est affectus. Cæterum & filiorum orbitates, & lucra, & damna, & honores, repulsasq; aegritudines & incolumentes, aliaq; tum prospera tum aduersa, quæ quotidie accidunt, innumerabilia ante dicebat. Filium meum desperatum à medicis extreum spiritum agentem ad eum detuli, ut consulerem de loco sepulturæ. Ille suspenso aliquantulum & uultu & sermone, respondet, tempus adhuc non esse talis consilij. Ego, quia ex peste familia extra ciuitatem aberat, admiratus huiusmodi responsum, quoniam modo, inquam, potero pater tempestue delibera, quem iam expirasse existimo? Rursus ille: Redi bono animo, tēpus adhuc nō est. Reuersus igitur domum, reperi puerum præter omnem spem melius habere. Nec tempus illud benignitate Dei ad hunc usq; diem apparuit: & spero filium potius de mea quam me de filij sepultura cogitatum. Sane ipse suum obitum prædictum virginibus sanctæ Crucis per dies aliquot ante quam accideret. Nec minor in eo fuit dæmoniorū pellendorum, & discernendorum gratia spirituum. Qui affuit & uidit, mihi mulierem ad eum deductam retulit, spumantem ore, & dentibus freudentem, quod ille uidens, at tulisti, inquit, mihi hunc dæmonem tanquā ad Apostolum? Ite fratres, & quærite, qui sit me sanctior: sum enim homo peccator. Enim uero illi magis orabat genibus prouoluti. Age, inquit, ualeat uesta fides, quæ Cananeæ profuit, & Centurioni. Imposita arreptitio capiti manu, quid, inquit, male dæmon uenisti paupercula hanc uexare? Vbi nunc superbia tua, quum de cœlo decidisti non te pudet depugnare cum muliercula? Age dimitte illam, dominus Iesus te præcipitem agit. Signaculo suo insignita est. Vide res inter hæc uerba illam contumaciam, atq; oris distorti prauitatem explanari, illum tremorem palloremq; in naturalem uerti faciem. Admirantibus omnibus & omnipotenti Deo gloriam redditibus liberata est. Spiritus uero cogitationumq; discretio ubi nam maior apparuit? Decreuerat monasterium monialium reformare, quod ut factius assequeretur, assignare uolebat illis in confessorem uirum fidelem & sanctum. Is autem ut erat bonus & simplex recusabat, timens cum mulieribus implicari. Postquam negauit, tactus pœnitentia est, deliberat redire. Hunc autem quum Laurentius procul uenientem conspexisset, prius quam uerbum presbyter ille faceret, aut diceret ad quid ueniret, dextra cingulum tenens, bene facis, inquit, frater: noui ad quid uenias. Velim autem scias, ueluti cingulum istud (manu siquidem cingulum suum tenebat) sic à Deo te mihi esse permisum. Admirans ille, & magis corde compunctus, accipe pro seruulo me, inquit, nunquam mandata tua relinquam. De plebano non tacebo adulterio, simonia, furto, & omnibus probris infami, qui ad ultimam inopiam redactus, ut omnino neque se, neque filios posset alere (quos occultos alebat) impias sibi ipsi manus afferre statuerat. Hoc quum cognouisset in spiritu Laurentius, accersit illum, dicit quid cognoverit. Solatur eum uerbis caritate plenis. Tum declarat, accidisse hoc permittente domino propter eius flagitia, & nisi resipiscat, maiora minitatur. misereri tamen illius inopiae. Dat illi deinde aliquot aureos. Quum eximiam caritatem miser ille uidisset, quippe qui uitæ male actæ conscius pœnas potius aliquas quam eleemosynam expectaret, procidit ad pedes illius, & totus liquefactus in lachrymas non poterat diuelli, promis-

tens, & iureiurando contestans uitam reformare, & comprobare quidem opere, quod promisit. Vixit autem postea aliquot annos timēs dominū, & in mandatis illius incēdens magna cum admiratione hominum, qui cum antē cognoverant. Statueram, optimi patres, delibare potius miracula, quām narrare. Mores etenim & angelicam in terris conuersationem describendam præcipue suscepseram: sed ueluti incurrens in hæc, silere non potui. Postea uero quām sic necesse fuit, non omittam hoc, quod est genere præclarum, & magnitudine rarum, & fama notissimum. Sacra quædam uirgo erat magnæ sanctitatis, hæc per multos annos abstinentia, uigilij, orationibus steterat ante dominum. Accidit autem, ut solennitate Corporis Christi neque sorores aliae, neque ipsa communicare diuinis mysterijs possent, & quum ægrè ferrent, & illa in primis sanctissima mulier, oratum Laurentium mittunt, quia prope esset monasterium, ut si gratiam communicandi eo die habere non possent, ipse saltem dignaretur, dum celebraret, pro ancillis suis orare. Promittit Laurentius. Quum autem celebraret, ad populum post eleuatum sacramentum factus extra seipsum est, detulitq; eum spiritus ad illam mulierem in cella clausam & contemplationi uacantem, quæ forte tunc miro quodam desiderio communicandi teneretur, & sacra illi mysteria communicauit, siue in corpore, seu extra corpus, Deus scit. Ab oculis quidem totius populi non discessit, donec ad seipsum reuersus ab illo pietatis officio reliquum missæ peregit. Quum autem uirgo illa quod acciderat, sacerdoti nunciasset, sacerdos patriarchæ, iussit ille, ut gratias omnipotenti Deo agerent, non sibi, & ut nunquam donec uiueret manifestarent. Hæc ego, patres, & huiusmodi alia multa à Laurentio fieri optimū Deum credidimus uoluisse, siue ut suam bonitatem atq; potentiam nec temporum edacitate cōsumi, nec immutari malignitate morum, nec fidei nostræ tepiditate imminui crederemus, siue ut ea etiam, quæ sacræ literarum monumentis edita sunt, & alioquin uideri solent impossibilia, facilius crederentur à nobis. Quippe cum legerimus, Ambrosium, cum esset Mediolani, Martini exequijs interfuisse apud ultimas Gallias, Seuerum item Ruanenatem episcopum ad Geminiani exequias Mutinam in spiritu concessisse. Increbresce retanti uiri fama quotidie & latius atque latius diffundi cœpit. Habere eum sæpius apud se Eugenius pontifex uoluit, semper excusauit, metuens nequid ei noceret curia Romana. Cum autem Eugenius urbe pulsus Bononiam uenisset, efflagitatus ab eo refragari non potuit, quod amplius neque alpes neque itineris longitudinem, sicut ante fecerat, causari posset. Exceptus est à summo pontifice frequentibus Cardinalibus his uerbis: Salve decus & gloria præsulum. Ab uniuersa autem curia maxima ueneratione habitus. Voluit eum Eugenius apud se retinere, sed imbecillitatem corporis excusans, paucos ibi moratus dies rediit inde letior, quām ierat. Reliquit ibi maximum odorem sanctitatis. Parí amore seu maiore etiam Nicolaus quintus, pontifex nobilissimus eum dilexit, ut in illo ornando certauerit cum Eugenio. Nam sicut ille episcopum, cum primum potuit fecit: ita hic patriarcham, cum primum oblata occasio est, creauit. Gradensi siquidem patriarcha mortuo, patriarchatum à Grado nobili quondam urbe transtulit Venetas, idq; nec cognita nec postulata senatus nostri uoluntate quippe qui non minus hominem quām ciuitatem eo facto exornare cuperet. Allata res haud satis senatu placebat, uerenti, ne spiritualis & ecclesiastica dignitas aucta opibus & autoritate, ueteres, quas cum superioribus episcopis discordias habuerant, renouaret: beatissimi tamen patris mansuetudo diremit facile dubitationem. Adiit enim continuo Ducem & collegium: sese dixit abhinc duodeuiginti annos in uitum episcopum factum, & à quiete sua in hos turbines seculares iniectum: desiderare nunc quietem, & minui magis pondus præsulatus, quām augeri, sibi esse in animo hoc oneris, quibuscunq; posset modis deprecari, nisi ipse Dux, ad quem ciuitatis suæ dignitas pertineret, forte sentiret aliud, pro cuius honore, quoniam ita de se merita ciuitas esset, nullum laborem recusare deberet. Excitauit omnium lachrymas sanctissimi patris misera caritatì humilitas. Dux qui rem hanc ægerrime antē tulerat, & ab Eugenio tentatam semper impugnauerat, statim ex sua totiusq; collegij sententia enixe eum rogare cœpit, ut libenti animo id muneris susciperet. Sic quod inuidiosum fuerat in dignitate

gnitate, ex mansuetissimis sancti uiri moribus gratissimum factum est.

De dictis ab eo memoratu dignis, & summa nominis eius celebritate. Cap. IX.



Ed quia mores & actiones illius hactenus prosecuti sumus, subiiciemus etiam de dictis aliqua memoratu digna, quantum meminisse ex domestica consuetudine potuimus. Dicebat, serui Dei non esse à magnis peccatis cauere, id enim esse secularis hominis, sed parua uitare, ne caritas refrigericeret. Non simul ac corpus extenuatum fuerit, de abstinentia remittendum, propterea enim abstinentum. Tribus monacho opus esse: desiderio, moderatione & gratia. Nam ubi horum aliquid desit, ibi perseverantiam esse non posse. Humilitatem esse torrenti similem, qui æstate tenuior quasi serperet, hyeme uero atque uere inundaret. sic humilitas in prosperis quidem exigua, in aduersis magnifica esse debet. Minime sibi placebant in monasterijs ampla ædificia, & cum uidetur latiora cœnacula, cellas ampliores, caput quassans dicebat: Non sic patres nostri, non sic. Dormitorium ipse fecit apud Leonicum ex sepe & creta, cum tamen latericum facere facile posset propter monasterij facultates. Dicebat enim, nullam rem monachum aspicere debere in hoc seculo, quæ desiderium illius teneret. Maxime penitanda esse eorum proposita, qui se conferrent ad religionem, nedum ineptus suscipitur, aptus ab eo corrumpatur. Dicebatq; cum augeretur nimium numerus, rigiditatem uitæ atque monasticum uigorem diutius non posse consistere. Ratam si quidem esse perfectionem. Memini adolescentem nobilem ad monasterium confusisse, quem cum intellexisset fratrum nimis suasionibus pellectum, & patri flagitanti reddidit, dicens: Accipe filium tuum, religionis propositum à sancto spiritu est, non ab humana suadela, & est longe deterius, ab religionis uita deficere, quām eam nunquam suscepisse. Ex quo die factus est sacerdos, quotidie missam celebrauit, nisi ualitudine impediretur. Dicebatq;, qui cum posset domino suo frui, non frueretur, facile se declarare, domini sui curam non habere. Pudicitiam cum carnalibus blandimentis nihil aliud esse, quām ignem extinguere uelle, & ligna superinjicere. Paupertatis donum quantum esset, neminem nosse, nisi qui secreto cubiculo & contemplatione delectaretur. Consultò Deum gratiam religionis hominibus occultasse, nam si cognosceretur illius felicitas, omnes ad eam concurrerent. Neminem bene scire, quid esset humilitas, nisi qui à Deo accepisset ut esset humili: In nullo enim tam falli homines, quām in uera humilitate cognoscenda. Verā scientiam esse, scire hec duo: Deū esse omnia, & se nihil. Sæpe monebat nunquā amittendā de Deo fiduciā illā esse, in qua animæ uita cōsisteret. Diuitē dicebat nō posse saluari, nisi per eleemosynam. Tanto facilius esse munus imperatoris aut ducis q; episcopi: quāto difficilius esset, quæ non uideas regere, quām que uideas. Inter labores publicos bellorū, que eius ætate plurima fuere, dicebat senatorib. nostris: Si uultis dominū uestri misereri, nihil uos ex uobis aut esse aut posse iudicetis. Bonum principem assimilabat capiti, quia sicut caput & lingua implorat auxiliū pro reliquo corpore se nō mouente: ita principis oratio potest placare dominum, quamvis populus alijs intēdat. Vitanda monebat, que multis obstaculis impedirentur, quia opera spiritus sancti facilia essent & æquabilia: diaboli uero aspera & plena sentibus. Et cum de rectoribus ciuitatum secularibus loqueretur, quasi illorū laboribus cōdolens, nō sine clementia Dei fieri putabat, ut uirtutis comes esset gloria, & quasi laborum curarumq; delinimentū aliquod: tātis per aūt gloriæ cupiditati ignoscendū, dū uirtutē uelut ancillā sequeretur, nō aūt quasi domina præcederet. Innumerabilia alia sapienter & dixit & sensit, quæ quidem referre infinitum est. Cæterum iam plenus erat dierum, nomenq; illius & fama latius quotidie fundebatur. Nemo ueniebat ad hanc urbem, qui nō uel in primis spectaculis appeteret hunc patrem uidere. Taceo vulgus & turbam sine nomine, qui quacūq; incederet, ad eum uisendum ueluti ad angelum de cælo demissum per uias & compita concurrebat. Cardinales oēs, duces, & principes domi eū uisere, uitā inuestigare, thalamū, cubile, cœnaculū, omnia lustrare oculis & uenerari. Frāscys Sforcia Mediolani dux, & Blāca uxor Galeatium masorū.

rem natu, & magnæ spei filium adhuc impubem Venetas cum misissent, illud in pri-  
mis mandauere, ut puerum ad sanctum uirum dederent, ut imponeret illi manum,  
& eius orationibus commendarent. Bartholomæus Collonus clarissimus hac ætate  
dux magnam ad eum uim auri detulit, quam in pauperes disperiret. Quod fuit & in  
militari uiro propter devotionem, & in patre nostro propter opinionem rarum & sin-  
gulare. Iam aduenæ & peregrini omnis ordinis & generis, Pannones, Germani, Galli,  
Hispani, uel qui Romam ad limina apostolorum, uel qui in Orientem ad Dominicum  
sepulchrum pergerent, tum felices auras sperabant, si benedictione huius patris acce-  
pta discederent. In maximis uero patriæ periculis Dux noster atque senatus non aliter  
ad illius orationē confugere, quam ad oraculum quoddam. Quantum autem illius ora-  
tio proficeret, unum aliquid prius, quam partem hanc claudam, in testimonium refere-  
mus. Est prope Corcyram locus asper & incultus, ubi uir habitauerat eremita trin-  
ta & amplius annos, uitæ abstinentia & orationibus, & quod primum ferebatur, pro-  
phetæ spiritu insignis. Gerebat forte Corcyra negocium uir quidam de nostris tam gene-  
re quam moribus præstans, qui cum arderet bellum quod cum Philippo Mediolani du-  
ce gerebamus, & afflictiores uiderentur esse res nostre, adjit uirum Dei, rogit eum, nun-  
quid Veneta respublica, ut ferebatur, deplorata esset. Ad quem eremita: Cōmotus est,  
inquit, furor domini contra uos, quia uerbum domini proiecisti, & nisi pontificis ue-  
stri lachrymæ interpellarent pro uobis, iam dudum quasi Sodoma periret. Tale de  
Laurentio testimonium retulit eremita in medijs Corcyra rupibus & speluncis. Cui  
non solum Laurentius, sed omnes ferè mortales incogniti erant & inauditi. Porro ca-  
ritas illa, qua suas uoes prosequebatur, uix animo concipi posset, nedum uerbis expli-  
cari. Totus illi pōtificatus inter grauissimorum temporum maximorumq; bellatorum  
turbines consumptus est. Non erat contentus propria oratione, animabat hortando,  
monendo, obsecrando, iubendo, ut profectò tanto caritatis & ardoris uel minima pars  
uim cælo inferre potuerit. Ethoc ( si mihi liceat ) proculdubio dixerim fuisse Quirinæ  
matris præsgium, quod filio nascenti precata est, ijs præcipue temporibus, quibus ter-  
quatuer in præcipiti fuit Venetum imperium.

De ultima ipsius ualetudine, et que in ipsa dixit, aut fecit. Cap. X.

**A** Gebat annum quartum supra septuagesimum, corpore quidam imbecillo &  
tenui, sensib. aut integris & sine ullo uitio ualetudinis, nisi q; ingrauescens  
ætas additis inediæ, uigiliæ, algorisq; ab ipsa adolescētia suscepit incommo-  
dis, totum corpus pariter attruerat. Nos autem de eius uita plus q; de nostra  
soliciti hortabamur, ut audiendi onera deponeret, quibus ille: Vultis ne lo-  
cū, q; mihi cōmissus est, deserāt? Nā qd ad ieunia, uigilias, & castigationē carnis attine-  
ret senescere corpus, spūs iuuenescere uidebat, & aut Paulū referebat, q; nonagenarius  
uescebatur palmulis, aut Hilarionē, qui centenarius farinula, aut aliud de patribus anti-  
quis. Ut autem nihil ad cumulatam gloriam deesset, perseverauit scribere usque ad  
eam diem. Forte tunc librum De gradibus perfectionis absoluit. Dum autem post  
cibum mecum de more ambularet, quam libenter abiēt, inquit, si domino placeret.  
Neque enim melior sum, quam patres mei: sed tu bone Iesu obsequi non debes uolun-  
tati meæ, sed utilitatì populi tui. Voluit autem dominus preces eius audire. Febrī post  
paucos dīes acerrima corripitur. Lectum paramus, ille commotior & indignanti simi-  
lis, mihi ne plumam paratis: Qui mollibus sternuntur, in domibus regum sunt, non  
in pluma dominus meus, sed in durissimo ligno cubitauit. An non meministis, quid  
beatus Martinus in re simili responderit: non decere Christianum hominem mori nisi  
in cinere & cilicio? Nihil igitur tunc profecimus, uicti q; ad eius mattam detulimus  
inter brachia. Cum autem neque medicis neque pecunia parceretur, & ministran-  
tium circa se studium uideret, compungebatur animo. En quanta, dicebat, ob huius sac-  
ci uilis sanitatem parantur, quanta perduntur, cum interea pauperes Christi non pa-  
nem, non stratum, non ignem habeant ubi calefiant. Intellexit autem uir sanctus mi-  
grationis diē aduenisse. Hactenus filij per iocū res acta est, seriō nunc agitur. Prope est  
ponsus, eundum illi obuiā, & sublati oculis in cælū, uenio (inquit) ad te bone Iesu. Ob  
seruatum

seruatum est autem ab ijs qui ministrabāt ei, quod aliquando plenus animi ardore quo-  
dam sp̄ritus in cælum ferri gestiebat: interdum uero in profundum sese humilitatis abi-  
ciens, pertimescere uidebatur diuinum iudicium. Nam dum ego ad eum non sine la-  
chrymis dicerem, quam læto animo migrare debes ô pater, cui palma cælorum parata  
est. Decerni, inquit, fili fortibus solet hæc palma, non ignavis, meiq; similibus. Hæc hu-  
militatis, illa uero quam plena fiducia: Nam cum nos lachrymari uideret, abite, ait,  
hinc cum uestris lachrymis, tempus lætitiae est, non lachrymarum: sic in fiducia Maca-  
rium, in timore Arsenium referens, inter utrumque medius incedens, ut cum fiducia  
metueret, nec sine timore considereret. In campum igitur cum morte descensurus armari  
sacramentis ecclesiae, & ad sarcophagum inter manus deferti postulauit. Et cum è strato sub-  
leuatus innixus humero meo labantia membra regere non posset, paulum resedit. Es-  
fundebat totus in lachrymas. Quod ille animaduertens, quid ploras, inquit, Bernarde  
filii? da mihi dexteram, quam quum ambabus suis tenuisset, confide, inquit, & bono  
animo esto, nunquam enim te deseram. O uocem dulcem pariter & acerbam. Nescio  
quomodo nō elanguit cor meum, nisi quod temperata fuit tam certa promissione mo-  
stitia. Certe illius diei, illius loci, patres clarissimi, de beo nimis crebro meminisse. Le-  
gatum quod à dulcissimo patre mihi relatum est, omni fide & spe ueluti brachijs am-  
plexabor, quasi obsignatum ab angelis, subscriptum à beatis sp̄iritibus, quorum glorio-  
sam & innumerabilem multitudinem ad suscipiendam fidelis conserui animam cubi-  
culum illud compleuisse non dubito. Quam uero supellectilem creditis fuisse comper-  
tam in his ædibus? Putatisne aurum aliquod aut argentum? illud admirabilius, quod  
nullum omnino librum possederit: cum quotidie legeret aut scriberet, librum tamen  
ullum possidere noluit. Testamentum omne quod fecit, efferrari sese iussit nulla pompa  
ad monasteriū suū, qd abest duo milia passuum extra ciuitatem: ibi in sepulchrī fratrū  
reponi. Neq; semel præcepisse cōtentus, quasi diuinaret, quid cōtentio de illius sepul-  
tura esset futurum, uocari nos iterum iubet. Scitis, inquit, quæ de sepultura mandauit  
facite quod iubeo, nolite pompam parare. Neq; enim is sum, quem forte existimatis.  
Antonium imitatus & Hilarionem, qui in locis obscuris sepeliri uoluerunt, ne coleren-  
tur à uiciniis.

De oratione quam habuit antequam migraret è uita: & de duobus miraculis.

Cap. XI.

**A** Vscepta uero paulo ante diem sacri olei unctione, sermonem habuit de  
mortis utilitate ac de cælesti uita miro quodam sensu ac grauitate uer-  
borum. Nam ut erat supinus, aliquandiu tenuit in cælum oculos. Tum de-  
nuo semiclausis in hanc sententiam fari cōcepit ( uerba etiam quantum po-  
tuimus tenere, subiçientur) Videtis ô filij horam meam aduenisse, bene-  
dictus Deus, qui eam tandem aduenire uoluit, cum nulla sit alia uia, quæ ducat in cæ-  
lum. Ille enim uenit nobis uia, ueritas, & uita, ut eiectis de paradiſo miseris exilibus  
uiam signaret in patriam redeundi. Si enim in hac uita tantum sperantes sumus, misera-  
biliores sumus omnibus hominibus. Sed absit à nobis tam stulta cogitatio. Quid enim  
uita hæc, nisi lanugo quadam ( ut ille inquit ) & ueluti memoria hospitis unius diei  
prætereuntis? Christus pro nobis mortuus est primitiæ dormientium. Pudeat nos  
mortem timere, cum dominus noster propter nos mori uoluerit. Hunc diem semper an-  
te oculos habui. Tu scis domine, quanquam dum uitam meam considero, confusio sit  
mihi potius appellanda, quam uita. Sed in spiritu humilitatis suscipe me bone Iesu,  
uita & salus animæ meæ. Neque enim in iustificationibus meis prosterno preces meas  
ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Illa ego ouis amissa ad te pasto-  
rem redeo. Vocem tuam noui, non alienorum: peto domine ut ad ouile me reducas.  
Potésne spernere uocem clamantis & confugientis ad te? Nónne tu ille qui dixisti  
clamabit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione? Ecce clamabo  
plus corde, quam ore domine, ecce tribulatio proxima est, & non est qui eripiat, nisi tu  
bone Iesu: sed neque felicium sp̄iritu sedes affectare ausim, qui speciem intuentur san-  
ctissime trinitatis. Portio tamen aliqua creaturæ tuae postulat micas suauissimæ mensæ  
tuae. Nimirum mihi fuerit, & heu quam nimis, si subtus calceos infimi electi tui loculum  
aliquem

aliquem huic pusillo tuo seruulo non negaueris. Conuersus deinde paululum ad astantes: Vos interea fratres seruate domini præcepta. Omnis enim caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Contemplamini me. Ecce aruit fœnum, & flos eius cecidit. Horum hanc quis pœterit euaderet? Sed mihi credite filij, nihil est præstantius, quam seruire domino. Hæc cum dixisset, sublato paulisper brachio, quod denudatum tenebat, caligantibus oculis ut Isaac illum antiquum uidere te diceret, astantibus crucis signo, benedicat, inquit, uobis dominus Iesus fratres & uiscera mea, & benedicat filijs meis qui absunt, quos in domino parturij: det uobis cor, ut colatis eum, aperiat animum in lege sua, neque uos deserat in tempore malo: benedicat principi nostro, & universo senatu, ut fortem commissi sibi principatus ad honorem Dei & commune omnium ordinum bonum sibi traditam recordentur. Benedicat deniq; populo meo, cuius amorem, pacem, concordiam dominus indies magis atque magis conseruare & auge dignetur. Diluescere cœperat, & iam antea percreuerat uiuere diutius eum non posse. Mota igitur uniuersa ciuitas est. Canonici quidem primo diluculo sunt ingressi, quos dulcissime recognoscens, ab his ueniam petebat, si muneri suo non satisfecisset. Diuinum honorem commendabat & ecclesiæ cultum, tum ut mutuam inter se caritatem seruarent. Postremò rogabat, ut in diuinis officijs sui meminissent. Quid ibi rurus lachrymarum bone Deus? Quid clamorum edebatur? Illum patrem, illum dominum, præceptorem, ducem. Paulo post Procuratores sancti Marci ingressi sunt, & alij principes ciuitatis, sacerdotes & religiosi viri. Nullus denique ciuitatis ordo arceris foribus potuit. Loquebatur unicuique aliquid ad salutem. Procuratoribus & principibus pauperes & iustitiam, sacerdotibus honorem Dei, negotiatoribus caritatem, aduocatis pauperum causas, singulis denique officiorum suorum munera commendabat, ut admirabile fuerit artus illos penè exanimes intento semper spiritu labore loquendi benedicendi per totum bíduum (tantum enim superuixit) perferre potuisse. Nusquam magis eniuit illa puritas & altitudo animi. Neminem respuit, omnes par fronte suscepit, ut neque pauperis, neque diuinitis, neque secularis ulla apud eum uidetur esse distinctio. Plura interea tum prædixit, tum fecit digna memoratu, quorum duo tantum subiiciemus, ut appareat omnem huius sanctissimæ uitæ partem signis atque portentis sicut cæteris claruisse uirtutibus. Erat ei carissimus in Christo filius Marcellus nomine, clarus genere, sed uita clarior, uir bonus & iustus. Laurentium autem sic diligebat, ut palam diceret, si quid de eo accideret, se nullo modo superuicturum. Cum audisset igitur de illius ualetudine, continuo occurrit, introducit ad eum, cui ad eius osculum inclinato Laurentius submissa uoce, Marcella, inquit, quid de discelsu meo cruciaris? ego quidem præcedo, sed tu me propediem sequeris. Sic domino placitum est, ut hoc paschate nos iterum mutuo amplexemur. Lætior ille huiusmodi uerbo quam tristior, initio Quadragesime acri ualetudine corripitur, & in paschate (ut prædixerat) ad sepulturam elatus est. Dilectissimo autem filio Hieronymo, gravioriter laboranti salutem & prædixit & reddidit. Nam cum destitutus à medicis pro mortuo haberetur, mater autem & sorores nihil iam spei nisi in patris huius orationibus habent, misit ad eas sanctus hic pater, qui diceret, bono animo essent, neque enim illa ægritudine moriturum. Quod sicut dixit, ita factum est. Paulo enim post reliquit eum febris, & pristinæ ualetudini restituitur.

Deuota spiritus emisso, & inhumati corporis diurna permancio. Cap. XII.

**S**ed iam dissoluebantur sanctissima illa uincula carnis & spiritus, & quam indissolubili pace per tot annos atque concordia uixerant, iubente Deo illa terræ, sp̄ritus cælo reddendus erat. Claudere paulatim cœpit oculos, facie quadam hilariori, & membra omnia explicare, quasi de labore ad requiem transiturus. Quas ibi cateruas angelorum aduenisse uidemus, si corporeis oculis potuisset uideri illa societas? Tali igitur comitatu inter eorum celestes uoces & catus felicissimus ille sp̄ritus uelut igniculus in cælū emicuit. Hic finis sanctissimi patris uere felix, uere beatus. O si mihi nunc liceat laxare habenas lachrymis, &

mis, & liberius lamentari. Vim facio mihi patres. Erumpunt lachrymæ, nec cohíbere me possum: sed non est huius loci, secretum cubiculum aptius est, ibi promissa tua, optime pater, quum necesse fuerit, repetam: ibi dexteram tuam testabor, præsertim quum sæpe aliás in maximis periculis inuocatus me miris modis adiuueris. Orta altera luce effusa incredibili concursu tota ciuitas est, ui penè fores effractæ, ut in ecclesiam subito deferrī necesse fuerit ad oculos populi depascendos. Tanta autem continuo circumstetit feretrum multitudo, ut à gradibus chorū ubi positus fuerat, raptus deinde sit non hominum manibus, sed sola sele comprimentium atque impellentium turba usq; ad ualas ecclesiæ. Discissæ uestes, sublati calcei, omnia ad uenerationem direpta. Cæterum ut primitæ aliquæ sanctificationis & publicum iam apparere testimonium inciperet, scholæ illæ quatuor celeberrimæ (sic enim eas appellamus) non quasi ad mortuum, sed ad uiuentem & sanctum, & uiris frequentissimæ & ornatu ac pompa, non quidem lugubri aut funebri, ut solent in mortuorum elationibus, sed ut in processionibus ac supplicationibus, quum gratiæ publicæ Deo redduntur: sic nullo publice aut priuatim iubente suadentœ, sed ipse per se, sic instructæ auratis cereis & omni honoris ac lætitiae significatione accurrere. Quale illud etiam testimonium, quod bini ex uestris fratribus quum ad illud officium, ut cæteri, adiūssent, audire sibi uisi sunt suauissimos quosdam cantus & inauditas modulationes. Redeuntibus autem ad monasterium, & illis non cessantibus, tum alter ad alterum, audis ne frater has melodias? Quid ni audiam: inquit alter, angelicus planè mihi uidetur iste concentus, non humanus. Idē affirmare alius cœpit. Vtrisq; igitur admiratibus nunquā illi catus, quo adusq; ad monasterium peruererunt, conticuere. Expletis officijs quum efferendi tempus aduenisset, ecce quo pacto præcipuo quodam Dei iudicio, tunc quidem occulto, sed paulo post aperiendo omnibus, lis oriri cœpta inter patriarchales canonicos & fratres sancti Georgij. Hi quum ex præcepto patris nostri repeterent, quod mandauerat de loco sepulturar, illi sacros canones afferrent, ut prælati in proprijs ecclesijs sepelirentur. nec semper defunctorū ordinationibus parendū ex Marcellini pōtificis exēplo, qui quanquā corpus suum inhumatū sub anathemate permanere iussisset, uisum esset in sanctis patribus nō tā hominis, quam pōtificis habere rationē. Interim aut sacrū illud corpus in ecclesiæ sacrario reponitur, quasi litis euentum expectatur. Accidit aut res omnibus retro secutis inaudita, pace dixerim sanctorū aliorū omnium, qd quidē extet ex eorū monimētis. Nam ibi corpus illud dum reponitur, altero ac tertio die nec corruptionis aliquid nec fœtoris appetet: itemq; & quinto & sexto, nihilominus integrū perseverat. Tantæ rei miraculo excitata occurrit uniuersa ciuitas, uident & exquirunt diligentius, nunquid sit delibutum unguentis, omnia membra contrectant. nihil pigmenti aut artis, nihil rigoris in membris, fœtoris longe minus, quin potius odorem suauissimum membra illa spirare uidebantur. Additur miraculum miraculo. Nam post biduum rubescere genæ, & uiuus per membra sanguis conspici cœpit. Et iam capere non poterat sacrarium illud concurrentem turbam & se inuicem comprimentem, ut octavo tandem die necesse fuerit in ecclesiam publice deferri ad oculos populi exatiandos. Tum uero & admiratio, & stupor, & clamores. Igitur qui litigant, & hi instantius postulant, & hi custodiunt diligentius. Reponitur iterum in sacrarium, ubi per dies quadraginta perseverauit incorruptus & integer. Omnibus illis diebus nunquam non uisitatus est, numquam sacrarium illud non apertum omnibus fuit uidere & uenerari uolētibus, donec septimo supra sexagesimum die, quum alioquin sat̄is commode seruari posse nō uidebatur, sepulturæ traditus est officijs & honoribus, non quibus cæteri solent, de quorum uirtute & meritis ambigatur: sed quasi sancti cuiusdam reliquiæ sic cum omni honore collocatae decimo sexto, uidelicet, calendas Aprilis, quum sexto idus Ianuarias migrasset ad dominum. Multi non solum ex Italia, sed Illyrico etiam atq; Epiro ad id ostentum domo profecti. Medici omnes, & præsertim Gerardus Veronensis, medicus ætate nostra omnium nobilissimus, qui eum in hac ægritudine uisitauit, naturæ nulla uifieri posse testati sunt, præsertim cum putrida febri laborasset. Diffusus enim per uenas putridus & corruptus humor cū corruperit. Necesse fuit reliquū corpus, ut impossibile penitus extiterit, absente calore naturali, uel paruum aliquid temporis integrum incorruptum.

B. LAURENRII IVSTINIANI VITA.

incorruptumque manere. Quantum igitur quamque admirabile spectaculū fuerit; aliorum sit iudiciū. Nam si beatissimo Bernardo honori datum est, ut dandū erat, quod corpus eius triduo inhumatū substiterit, quid Laurentio nostro tribuendū, qui tot penē menses integer & incorruptus euasit? Mota ciuitas tantæ rei miraculo dare operā uoluit, ne eiusmodi ornamento uel primi, scilicet, uel sanctissimi patriarche reliquias, patriarchalis ecclesia spoliaretur. Hoc facto relatum in memoriam illud beatissimi Martini Turonensis episcopi, qui quū apud Condatensem Pictauorū urbem diem obiisset, & Pictaui, apud quos obiisset, retinere uellent, Turonēles autem repeterent proprium antistitem, tamdiu in contentione res illa uersata est, donec à Turonensibus furto sublatus propriæ ecclesiæ restitueretur. Quæ autem miracula deinceps acciderint, quæque accidunt quotidiæ ad sepulcrum illud diuinam opem poscentibus, ea non aggredi satius existimauis: quippe quæ innumerabilia sunt. Inquirentur fortassis aliquando diligentius ab h̄s, quo rum sicuti autoritas maior est, & officium solennius, ita uix crediderim fieri posse, ut tanti luminis splendorem Deus iacere diutius in tenebris patiatur.

B. LAURENTII IVSTINIANI  
uitæ finis.

S C O P E R V M De L A U R E N T I I I I V S T I N I A N I , P R O T O P A T R I A R C H A E V E N E T I , C A T A -  
logus, cum supputatione annorum ac locorum quibus edita et emis-  
sa sunt, & qua serie impressa.

Lignum uitæ fo.	1	<i>De S. Innocentibus</i>	602
Anno, M.CCCCXIX. in cōgregatiōe.		<i>De circuncisione domini</i>	605
De disciplina & spirituali perfectione	118	<i>De Epiphania domini</i>	608
Anno, M.CCCCXX. in eadem.		<i>De conuersione S. Pauli apostoli</i>	610
De casto connubio verbi & animæ	201	<i>De purificatione B. Mariae virg.</i>	613
Anno, M.CCCCXXV. in eadem.		<i>De S. Matthia apostolo</i>	616
Fasciculus amoris	322	<i>De Annunciatione B. Mariae</i>	618
Anno, M.CCCCXXVI. in eadem.		<i>De Passione domini</i>	621
De triumphali agone Christi	412	<i>De Resurrectione domini</i>	625
Anno eodem in eadem.		<i>De S. Georgio martyre</i>	628
De interiori conflictu	536	<i>De S. Marco euangelista</i>	631
Anno, M.CCCCXXIX. in eadem.		<i>De S. Philippo &amp; Iacobo apostolis</i>	633
De complanctu Christianæ perfectionis	570	<i>De Ascensione domini</i>	636
Anno eodem in eadem.		<i>De Sancta Pentecoste</i>	639
Sermones de sanctis: quorum index pecu- liaris mox subsequetur	594	<i>De Natali B. Ioan. Baptiste</i>	642
Anno, M.CCCCXXX. in eadem.		<i>De S. Apostolis Petro &amp; Paulo</i>	645
Sermo De corpore Christi	702	<i>De S. Maria Magdalene</i>	648
Anno, M.CCCCXXXI. in eadem.		<i>De S. Iacobō apostolo</i>	650
De vita solitaria opus	720	<i>De S. Laurentio martyre</i>	653
Anno eodem in eadem.		<i>De Assumptione B. Mariae virg.</i>	655
De contemptu mundi	763	<i>De S. Bartholomæo apostolo</i>	658
Anno, M.CCCCXXXII. in eadem.		<i>De Natali B. Mariae virg.</i>	661
Opera à iam sene in episcopatu edita.		<i>De exaltatione crucis dominica</i>	664
De spirituali interitu animæ lib. I.	806	<i>De S. Mattheo apostolo et euāgelista</i>	666
De eiusdem resurrectiōe spirituali lib. 2.	823	<i>De S. Michaelē archangelo</i>	669
De regimine & institutiōe prælatorū	843	<i>De S. Hieronymo doctore</i>	672
De obedientia	930	<i>De S. Luca euangelista</i>	675
De humilitate	1000	<i>De S. Simone &amp; Iuda apostolis</i>	677
De gradibus perfectionis	1070	<i>De Omnibus sanctis</i>	680
Epistolæ eius ad diuersos, & diuersorum ad ipsum	1118	<i>De S. Martino episcopo</i>	682
Sermo in Natali domini	594	<i>De S. Andrea apostolo</i>	686
De S. Stephano protomartyre	597	<i>De S. Thoma apostolo</i>	689
De S. Ioanne apostolo & euangelista	599	<i>De S. Hugone, episcopo Lincolnensi</i>	693
		<i>De dominica in ramis palmarum</i>	696
		<i>Sermo exhortatorius ad conuersionem, et ad emollienda obdurata corda</i>	699
		<i>De Corpore dominico siue eucharistia</i>	702

# TITVLO. AC CAPIT. TOTIVS OPERIS

Lignum uite	fol.	1.	De quadruplici ordinatione, homini ad perfectionem prudentiali cupienti uentre necessaria, in qua uirtutis ipsius culmen consistit.	cap. 6.f.31
Ligni uite prologus.	fol.	1.	LIBER DE TIMORIS DONO. fol. 3.	
Liber De timoris dono continet cap. 5. quorū primū est Exhortatio ad audienda quae dicenda sunt de timore domini, et de ipsius timoris descriptionibus. cap. 1. fol. 3.				
De multiplice utilitate timoris. cap. 2.	fol. 4			
De divisionibus timoris seruulis. cap. 3. fol. 5				
Ex quibus considerationibus humano cordi incutiatur timor, de plurimisq; diei extremi iudicij. cap. 4. fol. 5				
De speciebus timoris, atq; ipsius perfectione. cap. 5. fol. 8				
LIBER DE FIDE. fol. 10.				
Liber De fide continet cap. 7. quorum primum est.				
De uirtute fidei, que uisibilium uanitatem, ac inuisibiliū homini efficaciter ostendit ueritatem: atq; de ipsius uirtutis descriptionibus, q; uirtus hoc opusculo Ligni uite eiusdē ligni radicis effectū gerere cōprobatur. c. 1. f. 10				
De dupli cognitione et distinctione informis fidei, et formate, atq; de commendatione ipsius fidei formata. cap. 2	fol. 11			
De multiplici cōmendatione uirtutis fidei. cap. 4. fol. 12				
Quanta bona homini augentur, et quantū proficiat homo ex fidei uirtute. cap. 5. fol. 14				
De cōmendatione unitatis fidei, et quod plurimis ostēda tur rationib. solā fidē Christianā uera esse. cap. 6. f. 16				
Quae sunt necessaria ad hoc, ut fides sit perfecta, que sunt septē: et de felicitate beate uite sub cōpendio. c. 7. f. 19				
LIBER DE CONTINENTIA. fol. 20.				
De continentia tractatus continet capita 6. quorum primum est,				
De uirtute continentiae, atq; de ipsius definitionibus, que uirtus quā optimum prebet adiutorium homini, ut in pristinum reformatum statum, unde per peccatum cecidat, et locū in ordine fructuum Ligni uite possidet primum. cap. 1. fol. 20				
Quā luculenter ex ijs, que inferuntur, claret continentiae uirtus. cap. 2. f. 21				
De considerationibus que mentem iuvant ad refranandū amorem uoluptatis. cap. 3. f. 22				
Quanta mala homini uoluptatū amatori et sectatori prueniat ex ipsis uoluptatibus. cap. 4. f. 23				
Quibus modis ualeat homo incorruptā custodire castitatem et continentiam. cap. 5. f. 24				
De gradib. continentiae, et de eius perfectione. ca. 6. f. 25				
LIBER DE PRUDENTIA. fol. 25.				
De prudentia tractatus continet capita 6. quorum primum est.				
De uirtute prudentiae atq; de ipsius definitionibus, que uirtus in fructib. ligni uite secūdū tenet locū. cap. 1. f. 25				
De divisione prudentiae, et que memorie commendanda sunt. cap. 2. f. 26				
Qrib. affectib. decor et dignitas prudentiae pateat. c. 3. f. 27				
De laudabilibus uirtutis prudentiae effectibus, qui ipsam inter ceteras uirtutes reddit cōmendabile. cap. 4. f. 28				
Quā multa sunt, et que sunt illa, que non mediocriter prudentiae aduersantur. cap. 5. fol. 29				
LIBER DE PATIENTIA. fol. 52.				
De patientia tractatus continet cap. 6. quorū primū est,				
De uirtute patientie, et primo quare hæc uirtus sit homini necessaria, et de ipsius definitionibus, que uirtus in ordine Ligni uite fructū, quīnū habet locū. c. 1. f. 52				
De excelsa				

# TABVL A.

De excellentia et effectibus patientie.	cap. 2.f.53	runt, tanto fortiorē ipsum exhibent ad perseveratiā dum.
Quāta sint utilitatis tribulationes: que sunt via ad adipiscendam patientiam.	cap. 3.f.54	cap. 4.f.77
Distinctio pulchra tribulationum, uidelicet quod aliae sint, que à Deo, aliae que ab antiquo aduersario, et aliae que à proximo inferuntur: et quod cunctæ tolerandæ patienter sint.	cap. 4.f.56	
Quod ex quinq; considerationibus rationabiliter uehemē terq; preparatur homo ad patientiā.	cap. 5.f.58	cap. 1.f.79
De gradibus patientie, atque de ipsius uirtutis perfectione:	cap. 6.f.59	Quā multa et que sunt bona, quibus ditantur paupertatis amatores et sectatores. cap. 2.f.80
De utilitatibus paupertatis, et ad quantam perfectionem animam ducat ipsa uirtus.	cap. 3.f.82	De gradibus paupertatis, atq; de ipsius uirtutis perfectione. cap. 4.f.85
LIBER DE PAUPERTATE. fol. 79.		
De paupertate opusculum continet capita 4. quorum primum est,		
De uirtute paupertatis et dono, atq; de ipsius definitionibus, que in fructibus Ligni uite nonū habet locū ex suis non exigua excellentia.		
Quod ex quinq; considerationibus rationabiliter uehemē terq; preparatur homo ad patientiā.	cap. 5.f.58	cap. 1.f.79
De gradibus patientie, atque de ipsius uirtutis perfectione:	cap. 6.f.59	Quā multa et que sunt bona, quibus ditantur paupertatis amatores et sectatores. cap. 2.f.80
LIBER DE OBEDIENTIA. fol. 60.		
De obedientia tractatus continet cap. 6. quorum primum est,		
De uirtute obedientiae, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius uirtutis definitionibus. Que uirtus obedientiae in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 1.f.60	
Quod ad uirtutem obedientiae plurimum prouocatur homo exemplis insensibilium creaturarū, angelorum et Christi.	cap. 2.f.60	
De multiplicibus effectibus obedientiae, ex quibus clarescit ipsius uirtutis dignitas.	cap. 3.f.61	
De ijs que uirtuti repugnant obedientiae atq; aduersantur: et quāta mala ex propria orientur uolūtate. c. 4. f. 62		
De dupli obedientiae specie, scilicet, reprehensibili, et cōmendabili: et de ipsarum distinctionibus.	cap. 5.f.63	
De gradibus obedientiae, atq; ipsius uirtutis perfectione.	cap. 6.	Quod multis suasionibus hortamur ad acquirendam uirtutem sobrietatis. cap. 2.fol. 88
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 1.f.60	Quod homo sobrietatem exercere debet propter multa, que eidem per ipsam proueniunt cōmoda. cap. 3.f.89
De uirtute sobrietatis, et ipsius uirtutis descriptionibus: que inter fructus Ligni uite decimum fortitetur locum.	cap. 2.fol. 87	Quomodo posuit acquiri sobrietas: et quibus medijs. cap. 4. f. 90
Quā multa sunt, que uirtutis obediens ad acquirendam uirtutem sobrietatis.	cap. 5.f.64	Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.
LIBER DE SOBRIETATE. fol. 87.		
De sobrietate opusculum continet capita 5. quorum primum est,		
De uirtute sobrietatis, et ipsius uirtutis descriptionibus: que inter fructus Ligni uite decimum fortitetur locum.	cap. 1.	
Quā multa sunt, que uirtutis obediens ad acquirendam uirtutem sobrietatis.	cap. 2.fol. 88	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 3.f.89	
Quā multa sunt, que uirtutis obediens ad acquirendam uirtutem sobrietatis.	cap. 4. f. 90	
LIBER DE SPE. fol. 65.		
De spe opusculū continet capita 5. quorum primum est,		
De uirtute spei, atq; de illius definitionibus. Que uirtus Deo militantibus per necessaria est, et ex sua dignitate in fructibus Ligni uite septimum consequitur gradum.	cap. 1.	
De uarijs spei effectibus, per quos ditantur qui illam possident.	cap. 2.f.66	
De quinq; speciebus uirtutis spei, que ad cognoscendū proficiuntur.	cap. 3.f.68	
Quod multa sunt, que uirtutis spei plurimum aduersantur.	cap. 4.	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 5.f.65	
De uerbis et exemplis Salvatoris nostri, aiorumq; sanctorum nota efficitur laus et excellentia humilitatis cap. 1.f.93		
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 2.f.68	f. 95
De multiplicib. effectibus uirtutis humilitatis.	cap. 3.f.96	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 4.f.97	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 5.f.99	
De quadruplici specie uirtutis humilitatis.	cap. 6.f.100	
De gradibus humilitatis, atq; ipsius uirtutis perfectione.	cap. 7.	
LIBER DE HUMILITATE. fol. 93.		
De humilitate opusculum continet capita 7. quorum primum est,		
De uirtute humilitatis sanctissimæ, que in domino Iesu plenissime claruit, atq; de ipsius definitionibus: que uirtus in ordine fructuum Ligni uite undecimum fortitetur locum.	cap. 1.	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 2.f.66	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 3.f.68	
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 4.f.70	
LIBER DE PERSEVERANTIA. fol. 74.		
De perseverantia opusculum continet capita 4. quorum primum est,		
De uirtute perseverantie et de ipsius definitionibus. Que uirtus pro sua dignitate inter fructus Ligni uite octauū possidet locum.	cap. 1.f.74	
De uirtute perseverantie et de ipsius definitionibus. Que uirtus pro sua dignitate inter fructus Ligni uite octauū possidet locum.	cap. 2.f.75	
De commendatione perseverantie et multiplici utilitate, que ex ipsa procedit.	cap. 3.f.76	
Quā multa sunt, que uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 4.f.103	
Quā multa sunt, que uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 5.f.104	
LIBER DE ORATIONE. fol. 103.		
De oratione opusculum cōtinet cap. 10. quorū primū est,		
De uirtute orationis atq; de ipsius definitionibus, que uirtus, plurima ueneratione ex sui prerogativa digna habenda est: tenet autem hæc in fructibus Ligni uite duo decimum gradum.		
Quā uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 1.f.103	
Quā multa sunt, que uirtus obediens est, et quod necessaria sit ad salutem, et de ipsius definitionibus. Que uirtus obediens in fructibus Ligni uite, ex sua excellentia sextū obtinet locum.	cap. 2.f.104	
Quales esse debent, qui in oratione Deo uacare uoluntur, et de duplicitate.	cap. 3.f.104	

TIT. AC CAPIT. TOTIVS OPERIS

- de duplice præparatione ad orationem. cap. 3. f. 105  
 De impedimentis orationis, quæ faciunt illam non exaudiendam a domino. cap. 4. f. 106  
 De ijs quæ disponunt animum ad orationem, et quæ eam exorabilem reddunt. cap. 5. f. 107  
 Vbi et in quo loco orandum sit, et quo tempore. c. 6. f. 108  
 De duabus speciebus orationis, infrauctuosis scilicet, et fructuosis, et de ipsarum diuisionib. cap. 7. f. 109  
 De ijs in quibus preemineat actiua uite contemplativa. cap. 8. fol. 111  
 Que debent concurrere, ut perfecta sit deprecantis oratio. cap. 9. f. 112  
 De gradibus contemplationis, quæ orationis est finis. cap. 10. fol. 113
- DE DISCIPLINA ET MONASTICAE conuersationis perfectione.** fol. 118.  
 Liber continet proœmium et cap. 24. quorum primus est, De triplici lege, qua Dei pietas homini labenti peccatorum remedia contulit. cap. 1. f. 118  
 De considerationibus quibus mundi amatores ad eius contemptum exhortentur. cap. 2. f. 119  
 De prudenti præmeditatione Deo militantium, ne decipiatur a demonibus. cap. 3. f. 122  
 De perniciose affectu, quo carere debent ad perfectionem tendentes. cap. 4. f. 123  
 De Christi seruitute qualiter comprobetur, et de triplici remedio contra metum incipientium. cap. 5. f. 128  
 De exercitiis, quibus debent se exercere seculo renunciare cupientes; et quibus armis armetur. cap. 6. f. 131  
 De celesti statu qualiter representetur in congregatiobus, et quomodo laudabiliter quisque se in ipsis exerceat. cap. 7. f. 133  
 De spiritualium gustu nouiter conuersis necessario, et de triplici meditationum statu. cap. 8. f. 136  
 De ualde periculooso presidium officio, et de multis utiliter præsidium meritis. cap. 9. f. 141  
 De prudentia Deo famulantibus necessaria, et ipsorum intentione dirigenda. cap. 10. f. 144  
 De triplici specie tentationum, et ipsarum utilitate: ac exhortatione ad eas tolerandas. cap. 11. f. 146  
 De multimodis tentationum generibus, quæ Christi seruis a diabolo inferuntur: et earum remedijs. cap. 12. f. 150  
 De instrumento quo diabolus uititur, ut simpliciter ambulantes ad casum impellat. cap. 13. f. 155  
 De euitando ocio Christi seruis. cap. 14. f. 158  
 De uirtute silentij, ac laudabili locutione. cap. 15. f. 161  
 De superabundanti tristitia abiencia. cap. 16. f. 165  
 De alacri psalmodia, quæ plurimum angelii gaudent: et de ipsorum dignitate, atq; gloria paradisi. cap. 17. f. 168  
 De oratione et eius effectib. et laudibus. cap. 18. f. 171  
 De sacramenis confessionis, et eucharistie, et eorum multiplicibus effectibus. cap. 19. f. 179  
 De mentis qualitate ante, in, et post refractionem. cap. 20. folio 182  
 De exterioribus exercitiis seruorum Dei. cap. 21. f. 185  
 De moderata et modesta conuersatione cum proximis. cap. 22. folio 188  
 De regimine proprij corporis post mortificatas concupiscentias: et de ipsius beatitudine facta resurrectione.

- cap. 23. fol. 191  
 De spiritualibus studijs militum Christi, et de statu perfectorum in uia: ac de animarum felicitate in patria regnantium. cap. 24. f. 194
- LIBER DE CASTO CONNUBIO.** fol. 201.  
 Opus De casto connubio uerbi et anime continet prescritione et capita 25. Et primum,  
 Quod ad se contemplandum diuina maiestas regnalem angelorum hominum: natura considerit. cap. 1. f. 322  
 Quam suauiter iustorum corda uerbi Dei recitantur eloquio. cap. 2. f. 325  
 De triplici carnali uidelicet, sensuali, et spirituali amore cap. 3. fol. 331  
 Qualem Dei filius profecturus ad patrem discipulis exhibuerit exhortationem. cap. 4. f. 336  
 Quod nisi ex diuino gusto humanus affectus ualeat satiari. cap. 5. f. 342  
 De uarijs effectib. et sublimitate amoris Christi. c. 6. f. 348  
 Qualiter homo a sua naturali degeneret dignitate. c. 7. f. 352  
 Quod Dei dilectio dictionis nostræ efficiens sit causa. cap. 8. fol. 358  
 Quod ex beneficiorum numero satis homo dilectione Dei erga se agnoscere ualeat. cap. 9. fol. 364  
 Quod ad reparandam desperitam scientiam per mediorem Christum caritatis mandatum institutum fuit. cap. 10. fol. 368  
 Quibus indicijs cordium secreta noscantur. ca. 11. f. 372  
 Quod ex comparatione Christi clara sanctorum decoloritur uirtus. cap. 12. f. 376  
 De excellentia diuinæ lucis, quæ a mundis corde cernitur. cap. 13. fol. 381  
 Quod uarijs pressuris purgatus animus spirituali gaudio repleri mereatur. cap. 14. f. 387  
 De diuersis hominum cupiditatibus. cap. 15. f. 390  
 Quoniam perniciose sit suum ignorantia, que plurimum contumaciter animo dominatur. cap. 16. f. 395  
 Quod diuinorum iudiciorum mortalibus inaccessibile sit lumen. cap. 17. f. 400  
 Quantum qui affectu adhaeret uisibilibus, a naturali dignitate degeneret. cap. 18. f. 404

- TABVLA.**
- Qualiter in peregrinatione hac sp̄sa spirituali uerbi fruatur presentia. cap. 25. f. 315
- FASCICVLVS AMORIS.** fol. 322.  
 Fasciculus amoris prologum continet et capita 18.  
 Et primum,  
 Quod ad se contemplandum diuina maiestas regnalem angelorum hominum: natura considerit. cap. 1. f. 322  
 Quam suauiter iustorum corda uerbi Dei recitantur eloquio. cap. 2. f. 325  
 De triplici carnali uidelicet, sensuali, et spirituali amore cap. 3. fol. 331  
 Qualem Dei filius profecturus ad patrem discipulis exhibuerit exhortationem. cap. 4. f. 336  
 Quod nisi ex diuino gusto humanus affectus ualeat satiari. cap. 5. f. 342  
 De uarijs effectib. et sublimitate amoris Christi. c. 6. f. 348  
 Qualiter homo a sua naturali degeneret dignitate. c. 7. f. 352  
 Quod Dei dilectio dictionis nostræ efficiens sit causa. cap. 8. fol. 358  
 Quod ex beneficiorum numero satis homo dilectione Dei erga se agnoscere ualeat. cap. 9. fol. 364  
 Quod ad reparandam desperitam scientiam per mediorem Christum caritatis mandatum institutum fuit. cap. 10. fol. 368  
 Quibus indicijs cordium secreta noscantur. ca. 11. f. 372  
 Quod ex comparatione Christi clara sanctorum decoloritur uirtus. cap. 12. f. 376  
 De excellentia diuinæ lucis, quæ a mundis corde cernitur. cap. 13. fol. 381  
 Quod uarijs pressuris purgatus animus spirituali gaudio repleri mereatur. cap. 14. f. 387  
 De diuersis hominum cupiditatibus. cap. 15. f. 390  
 Quoniam perniciose sit suum ignorantia, que plurimum contumaciter animo dominatur. cap. 16. f. 395  
 Quod diuinorum iudiciorum mortalibus inaccessibile sit lumen. cap. 17. f. 400  
 Quantum qui affectu adhaeret uisibilibus, a naturali dignitate degeneret. cap. 18. f. 404
- LIBER DE TRIVMPHALI AGONE Christi.** fol. 412.  
 De triumphali agone mediatoris Christi opus præstatione continet, et cap. 28. Et primum,  
 Quam miro diuinæ et ueritatis iudicio actum est, ut per incarnationem uerbi humanæ redemptio celebraretur mysterium. cap. 1. f. 412  
 Quare legalia uoluerit dominus Iesus perficere sacramenta. cap. 2. f. 416.  
 De præconijs uerae humilitatis, que in Christi ministerio eluet pulcherrime. cap. 3. f. 420  
 De fidei excellentia, et autoritate catholice religionis. cap. 4. f. 425  
 De inscrutabili et ueneranda Dei dilectione. c. 5. f. 430  
 De magnitudine mediatoris Christi ad passionis supplicium perferendum. cap. 6. f. 435  
 Quid agere, et qualiter Christi miles in spirituali se debeat habere certamine. cap. 7. f. 448  
 De commendabili uirtute sanctorum, præconijsque uirtutis. cap. 8. f. 446
- De triplici spiritu ali animaru medicamento. cap. 9. f. 451  
 Vnde nocendi inscrutabilis malorum animositas originem trahat. cap. 10. f. 454  
 De prærogativa, et effectibus caritatis, atq; malignitatis. cap. 11. fol. 457  
 Qualiter qui presenti alijs, se in humilitate custodire atq; iudicare debeant. cap. 12. f. 462  
 De quadruplici specie non recte militantium Christo. cap. 13. fol. 467  
 De multifarijs amicitiarum causis. cap. 14. f. 470  
 Qualiter concitati animi furor ualeat demulceri. cap. 15. fol. 476  
 Qualiter post uictoriam exaltare soient bellatores. cap. 16. f. 480  
 Quare sancte crucis uexillum manifestatum sit mundo. cap. 17. fol. 484  
 Quare ho naturaliter curiositati inferiat. c. 18. f. 489  
 Qualiter naturalem paorem mortis superauerunt sancti. cap. 19. fol. 494  
 Quid in contemplatis animo meditatio passionis Christi efficiat. cap. 20. f. 498  
 Vnde excusationis peccati morbus originem sumpserit. cap. 21. fol. 503  
 Qualiter homo delinquendo, liberi arbitrij amiserit dignitatem. cap. 22. f. 506  
 De resurrectione domini, et futura mercede sanctorum. cap. 23. f. 511  
 Quod uehementia amoris comprehensus animus quiescere nequeat. cap. 24. f. 516  
 Quod benignus et misericors dominus appareat delinquentibus. cap. 25. f. 520  
 Qualiter pro conseruanda subditorum pace se habere debant, qui presenti. cap. 26. f. 525  
 Quoniam excellenter se intus exerceat, qui diuini amoris sua census est flamma. cap. 27. f. 528  
 Qualiter mediante fide per uisibilem mediatoris Christi naturam hominem ad inuisibilium projectus. c. 28. f. 532
- LIBER DE INTERIORI CONFLITTO.** fol. 536.  
 De interiori conflictu liber prologum habet et cap. 14.  
 Et primum,
- De magnanimitate uirilium pugnatorum, et qualitate inimicorum, quibus humanum debellatur genus. cap. 1. f. 537  
 Quod discretionis donum precipuum sit, atq; onerosa iustitia detestabilis uita malorum. cap. 2. f. 540  
 De duplice oculo homini prærogato: necnon carnis ac spiritus diro certamine. cap. 3. f. 543  
 De excellentia diuinæ bonitatis; que uerbo reuelante cognoscitur. cap. 4. f. 545  
 De impiorum miseria, et multifarijs demonum infestationibus. cap. 5. f. 547  
 De spiritualium armorum generib. in interiori conflictu necessariis, et commendatione prudentie. cap. 6. f. 549  
 Qualiter per corporales sensus rationalis spiritus proficiat, atq; de ipsius spiritus nobilitate precipua. cap. 7. fol. 552  
 Quod detrimenita plurima ex ignorantia causentur, et de concupiscentiae lucta, que per fidem superatur. ea. 8. fol. 554  
 Quales esse debeat, qui in spirituali pugnaturi sunt studio et liberis nobilitate arbitrii. cap. 8. f. 557

TITVLO. AC CAPIT. TOTIVS OPERIS

- De diuersis speciebus orationis sancte in duplice statu:  
quietis uidelicet, & pugnae. cap. 10. f. 558  
Quod utile sit diabolus non ignorare astutas, & de praecognitis longanimitatis Christo militantibus opportuna.  
cap. 11. f. 560  
Quantum animi fortitudo & prudentie lumen spirituali  
expedit bellatori ad supplantandam leonis ac draconis  
diaboli saeculum. cap. 12. f. 562  
Quod probatum directorem habere studeant, qui per per  
regrinationis huius gradientur iter, si uolunt feliciter  
peruenire quo tendant. cap. 13. f. 565  
Quata dux noster dominus Iesus sit usus perita, ut uniuersum sibi per milites suos subigeret orbem. c. 14. f. 567
- DE COMPLANTV ECCLESIAE,  
opusculū in duos partitum est libros. fol. 570.  
Sermonum liber cuius est supra index. fol. 594  
De corpore Christi tractatus. fol. 702
- DE VITA SOLITARIA LIBER,  
Proemiu & cap. 18. continet. fol. 720. Et primum,  
Quod ex dulcedine interioris quietis, & desiderio diuinæ  
cōtemplationis solitaria appetenda sit uita. c. 1. f. 722  
Quid sit solitudo localis, et quod proficia, quātūne onerosa,  
si nō voluntaria esse cōtingat. cap. 2. f. 723  
Quod solerter à corde temeraria sint resecanda iudicia.  
cap. 3. fol. 725  
Quod proficere uolētes debet prudēter cōtraria uitare, &  
potissimū lingue intēperantiam. cap. 4. f. 727  
De plasmatione humani corporis: & qua de causa rationa  
li spiritui aduersum sit. cap. 5. f. 729  
Quod dominus Iesus exhortationis uerbo atq; remunera  
tionis promisso præsens seculū docuit esse spēnendum.  
cap. 6. fol. 731  
Quod corporales sensus habere debent edomitos, qui quie  
tē eiusq; sp̄iale cupiunt gustare dulcedinē. c. 7. f. 733  
Quare dominus Iesus in ecclesia præsidentium ac prædica  
torū gradus, atq; cœnobitarū instituit loca. c. 8. f. 735  
Quod uniuersis Deo militantibus, & præcipue solitarie ui  
uentib. discretionis sit tenenda censura. cap. 9. fol. 737  
Quātū estimandū sit præsentis uitæ tēpus indultu. ca. 10.  
fol. 739  
Quod uirtutib. & sapiētia rōnalis sp̄us se exercendo cre  
scit, & ad perfectionē attingit. cap. 11. f. 741  
Quare iusti tentari permittuntur: & quomodo contra uit  
ia singula pugnant. cap. 12. f. 744  
Quod triplicē Deus considerit spiritum: & de singulo  
rum proprietatibus. cap. 13. fol. 747  
Quod solerti custodia sub humilitatis censura spiritualia  
dona debent seruari, ne ab immundis diripiiantur inimi  
cisi. cap. 14. fol. 749  
De duplice modo orandi: & quibus singularis specialiter  
congruat. cap. 15. fol. 751  
Quantum sit necessarium spiritualem solitudinem sestantib.  
discretionem habere spirituum. cap. 16. fol. 754  
Quod spiritualis gustus sapientie omnē præcellit delecta  
tionem, que ex creaturis percipitur. c. 17. f. 757  
Quare Dei dona non sint propalanda: & que sint exerci  
tia mentis, in quibus se occupant: qui spirituali posse  
dent solitudinem. cap. 18. fol. 759
- LIBER DE CONTEMPTV MVNDI. fol. 763.  
De contemptu mundi opusculum habet prefationem, &  
capita 21. Et primum,  
Quantum rationis iudicium cetera nature dona prece  
lat. cap. 1. fol. 764  
Quod à fidelibus debet agnosciri, quid utilius debeat sciri.  
cap. 2. fol. 765  
De diuersitate conscientiarum, earumq; proprietatibus.  
cap. 3. fol. 767  
De multiplicitate scientiarum: & præcipua commendatio  
ne diuinorum eloquiorum. cap. 4. f. 768  
Quanta sit Christianæ perfectionis & consiliorum euangeli  
corum autoritas. cap. 5. fol. 770  
Quod in presenti non desint, qui sanctorum precedentius  
uirtutes imitentur. cap. 6. fol. 771  
Quod humanus affectus ad operandum plurimum excite  
tur spe præmij. cap. 7. fol. 773  
De proprietate & dignitate liberi arbitrij. c. 8. f. 774  
De excellentia gratiae gratum facientis. cap. 9. f. 776  
Quod dominus imitatoribus suis ea promittat, que natu  
raliter appetantur. cap. 10. f. 778  
Qualis esse debeat, qui consiliorum Christi cupit esse secta  
tor. cap. 11. f. 780  
De duplice resurrectione: animæ uidelicet, & corporis.  
cap. 12. fol. 782  
Qualia sint spiritualia pascua, in quibus sponsus inter lilia  
pascere perhibetur. cap. 13. f. 784  
Quantum aeternæ sapientie gustus & Dei cognitio opere  
tur in anima. cap. 14. f. 787  
Qualis esse debeat bonus animarum pastor. ca. 15. f. 789  
Quod ignorantia futuræ uitæ sp̄ud mortales uiget: & si  
cut explicari nō pōt, ita nec reticeri debet. c. 16. f. 791  
Valde mirandum est, ut credentes alteram esse uitam con  
uersationem suam non mutent. cap. 17. fol. 493  
Quod solerter studeant mortales diaboli uitare laqueos:  
quorum hic mundus est plenus. cap. 18. f. 796  
Quod nullus illo miserabilior est, qui quum sit seruus, libe  
rum se esse arbitratur. cap. 19. fol. 798  
Qualiter conuersationem suā ordinat, qui in hoc seculo pe  
regrinum se esse cognoscit. cap. 20. fol. 801  
Quātū qb̄sue præses uita sit repleta miserijs. c. 21. f. 804
- LIBER DE SPIRITALI ANIMAE  
interitu. fol. 806.
- De interitu anime, & eius resurrectione tractatus cōtinet.  
prescriptionem & duos libros.
- LIBER DE REGIMINE PRAELATO=
- De institutione & regimine prælato= (rum. fol. 843  
rum prologum continet, & cap. 22. Et primum,  
Quod principandi ambitio in celo sumpsit exordium.  
cap. 1. fol. 845  
Quod quicunq; ad regimen uocatur animarum, prius re  
cta intentionis in se fundamentum instituat: quo media  
te sp̄ialis edificij in Deū structura proficiat. c. 2. f. 848  
Quod sicut ex ministerio humani corporis rōnalis sp̄us  
agnoscitur uirtus: ita in ecclesiæ corpore sancti sp̄us cla  
ret presentia. cap. 3. f. 851  
Quantam erga ecclesiam suam dominus Iesus folicitudine  
gerat: quantaq; pro illius fit operatus salute. cap. 4.  
folio. 855

TABVLA.

- De duplice iudicio: generali uidelicet, & particulari. c. 5.  
fol. 859  
De affluentissima atq; Christi bonitate excellentissima.  
cap. 6. fol. 862  
De spiritualibus luminaribus, quibus illustratur & decora  
tur ecclesia. cap. 7. f. 865  
Quod more medicorum qui præsunt, studeant in priuatis  
locationibus congruam animarum medicinam audien  
tium præbere languoribus. cap. 8. fol. 868  
Quod exemplo eorum qui corporaliter infirmitur, de  
bent spirituales pastores subditos delinquentes cum cō  
paſſione corriger. cap. 9. fol. 872  
Quod per meritum recōciliationis factæ per Christum de  
exilio reuocamur ad patriam. cap. 10. fol. 876  
Quod ad instar eorum, qui tēpore belli urbū excubias fa  
ciunt superintēdat præsules dominicis gregibus: et de se  
perfectionis lumen exhibeant. cap. 11. fol. 880  
Quātū graue sit crimen aliena furari, quamq; detestabile  
honorem Dei & gloriā hominum sibi uelle præ  
pere. cap. 12. fol. 884  
Quod præteriorū laudabilia gesta uirorū plurimū profi  
cere cupientes ad uirtutū prouocēt studiū. c. 13. f. 889  
Quod ex colluctatione carnis & sp̄is uita hominis super  
terrā cognoscitur esse militia. cap. 14. fol. 893  
Quod sicut cæci corpore propter occurrētia incommoda  
indigent ductore: ita & qui in regimine præsunt, opus  
babent sapientia. cap. 15. fol. 897  
Quātū callide diabolus persecutus fuerit Christū & quoti  
die pastores impugnet ecclesiæ. ca. 16. fol. 901  
Quod exemplo ducis exercitus uisibilis incumbit spiritua  
li guberniare in prelio. cap. 17. fol. 905  
Quantum homo ceteras creatureas dignitate præcellat.  
cap. 18. fol. 910  
Quod exterior ornatus non reddit hominem gratum  
Deo: sed interior qui in uirtutum consummatione sub  
sistit. cap. 19. fol. 914  
Quantis ex comparatione uisibili, qui præsidet, debeat esse  
fultus uirtutibus. cap. 20. fol. 918  
Quod grande malum sit ingratitudo, que maxime perfe  
ctionis retardat ascensum. cap. 21. fol. 922  
Quod rationis & intellectus donum uniuersa natura hu  
mane ornamenta præcellit. cap. 22. fol. 926
- LIBER DE OBEDIENTIA. fol. 930.  
De humilitate opusculū habet Præfationē & capita 24.  
Et primum,  
Quod perniciōsum & Deo odibile sit superbie uitium: &  
qualiter ac quibus sit gloriandum. cap. 1. f. 1002  
Quod sit superbia fugienda, & secunda humilitas, que in  
sui uera cognitione subsistit. cap. 2. f. 1005  
Quod ex rationis relecto usu ceteris homo emineat animati  
bus. cap. 3. f. 1007  
De duplice oculo carnis & rationis, atq; de duplice luce: fo  
lis uidelicet, & sapientie. cap. 4. f. 1009  
Quantis qb̄sue medijs Dei sapiētia reuocet ad seipsum,  
ut cognoscat se. cap. 5. f. 1011  
Quod exemplo negotiatorum rerum temporalium, uirtu  
tum ac humilitatis amatores in sui debent cordis exer  
citacione atque custodia semper insisterē. cap. 6.  
fol. 1013  
Quod sicut solis splendor & calor: ita sui cognitio & hu  
militas

TIT. AC CAPIT. TOTIUS OPERIS TABVLA.

- militia uno sunt vinculo copulata, & qualia diuina qualia humana sint opera. cap. 7. fol. 1017  
**Quibus modis ualeat quisq; ad perfectionis alta consenserere.** cap. 8. fol. 1020  
**Quod sicut superbi dignitates temporales & popularem ambiunt famam: ita humiles easdem fugiunt tam diuinum quam sui redemptoris exemplis & admonitionibus eruditii.** cap. 9. fol. 1022  
**Quod Christi militibus sit indicta pugnandi necessitas, & perseverantibus palma victorie resuata: necnon quales sint, cum quibus oporteat eos habere congressum.** fol. 1024  
**Qualia esse debeant ornamenta mulierum secularium, & qualia fidelium animarum: & de qualitate uirtutum, ac earum spirituali ascensiū atq; descensiū.** ca. 11. fol. 1028  
**De duobus donorum spiritualium generibus, quae cōmuni cantur fidibus: & quibus gradibus perficitur uirtutum scala, quae ad Dei cognitionem perducit.** cap. 12. fol.  
**Quibus considerationibus humilitatis uirtus nutritur, atq; accrescit.** cap. 13. fol. 1033  
**Quod rationalis homo debet præmeditari finem, ad quem operum suorum intentionem dirigat: & quis uerus est finis.** cap. 14. fol. 1036  
**Quod pernicioſa sit ingratiſudo, & de diuersis ſpeciebus ſucata humilitatis.** cap. 15. fol. 1039  
**Quod per ſpeculum creaturarum rationalis ſpiritus de spiritualibus ſufficientiſime eruditur, dummodo prius difſcat ſe cognoscere.** cap. 16. fol. 1042  
**Quod aliter rationales uiri et aliter ſpirituales res eſtimet, atq; de multiplici utilitate humilitatis.** c. 17. f. 1044  
**Quales effe debent comites itineris, & de autoritate Christi et ecclie: quantumq; Christi ſeruus fit necessaria humilitatis uirtus.** cap. 18. fol. 1047  
**Quare in mundo exorta fit diuersitas linguarum: & quod per humilitatis uirtutē ad Deum ascenditur.** cap. 19. fol.  
**Quod uita hominis ſuper terram cognoscitur effe militia: necnon quibus signis incipientium quibuscū proficiunt agnoscatur humilitas.** cap. 20. f. 1053  
**Qualis fit uirtutum amator, & quām ſedulō Christum imitari conetur.** cap. 21. fol. 1057  
**De diuerſitate & unitate corporalium ſenſuum, necnon de utilitate & affectibus corporalis ac ſpiritualis lucis.** cap. 22. fol. 1060  
**De diuina uerbi generatione & excellentia Christi, quae humano ad plenum non potest explicari eloquio.** cap. 23. fol. 1063

FINIS TABVLAE TITVLORVM AC CAPITVM LIBROrum, hoc in codice contentorum.

# DIVI LAURENTII


IVSTINIANI, PROTOPA-

TRIARCHAE VENETI,

Lignum uitæ.

## PRAEFATIO.

A



- L**ANTAVRAT dominus Deus paradisum uoluptatis à principio, in quo posuit hominem quem formauerat. Ipse uero decretum domini paruipendens: muliericꝝ consentiens, factus est mandatorum Dei præuaricator: ex quo multarum effectus est particeps æruminarū. Insuper de eodem delitarum loco: in quo honorifice fuerat collocatus, cum dedecore maximo electus est: uitacꝝ priuatus est inuitus: quam pro uoluntate possidebat, lumen quoq; mētis: quod perspicue perceperat, per quod Dei, ſuipſlus, naturacꝝ nouitiam habebat, magna parte amisit, & præminentiam obedientiæ: qua cuncta ei animantia subiecta erant, perdidit: Sicq; miser uarijs circundatus calamitatibus, unde obtemperando potuit angelicis ſpirituibus associari: inde transgrediendo corrui in brutorum opera, & qui ut Deus fieri uoluit, iumento peius prostratus est. Sic nimurum ſic debuit multari humana præſumptio. Sic iustum fuit, ut puniretur uana elatio, quæ dum metas naturæ ſuæ transcendere uoluit, amisit concessa, & dum diuinis noluit ſubdi legibus, aſtricta eft carnis paſſionibus. O cæca elatio, o uana præſumptio, nū quid conditori aquabitur creatura, aut proprio arbitrio deificabitur homo. An nō præuidit ratiō, cognouit intellectus, hoc non effe æquum. Quare posteritatis dāna non considerasti, cur beneficiorum munera perdere non es ueritus. Tuō criminē progenies tua uulnerata eft ô Adam, tuō ſcelere humana eft deteriorata conditio, & hominum genus diri per te tyranni ſeruio mancipatum eft. Inde infirmitates, hinc lacrymæ, gemitus, dolores, labores, ſeruitus, rixæ, contentiones, auaritiae, luxuriæ, & quicquid Deo aduertatur, effluxum eft. Breuis fuit consensus, sed calamitas diurna. Et quis potest fari multifariaſ pressuras, quæ mortalibus irrogatae ſunt per te ô protoparens noster. Multum tibi debemus, quod occione tui cōditi ſumus, ſed (proh dolor) plus eft, quod per te perditum ſumus. Nihil nasci profuiffet, niſi ab æterno liberaremur exitio. Gratias agamus igitur Deo & domino Iesu, qui per carnem, quam de tuo affumpliſt ſemine, in pristinā nos reparauit gloriam, immo longe ſublimiorem. Nam in ipſo nobilitata eft natura noſtra, & ſupra angelicam euecta eft ad dignitatem. Nunquam ad thronum perueniſſet dignitas, niſi per uerbi incarnationem. Per ſe nequaquam restauraretur, nec ad cœli perueniret gloriam. Ipſe uero unigenitus Dei filius noſtra accipiens, munificē largitus eft ſuā. Ipſe humilitate ſua immanissimā nobis iugum excuſſit exactoris. Idem dominus spiritualē plantauit Paradisum, ſanctam uidelicet eccliam, ut illic perditum hominē collocaret: quam ut plantaret, mundaret, ſanctificaret, & perficeret, deſcedit à regalibus ſedibus tradens ſemetipſum, & effundens pro dilectione ipsius proprium cruore. Struens lapidum compoſuit ad eius custodiā, choros ſcilicet angelorū. Inſeruit in ea arbores & ligna, id eft cœleſtia ſacramenta, quorum alimento nutriātur, qui illic collocādi ſunt. Lignum etiam ſcientiæ boni & mali ibi poſuit, uidelicet ſacra eloquia. Egreditur quoq; de loco uoluptatis fluuius, ſcilicet gratia ſpiritus sancti, ad irrigandam hanc paradisum, in cuius fluminis medio poſitum eft lignum uitæ. Hoc eft ſanctum donum timoris dei permanentis in ſeculum ſeculi, & afferentis fructus duodecim, de quo legitur ſic Apocalypſis ultimo. Et ostendit mihi fluuium aquæ uiue, ſplendidum tanquam crystallum, procedentem de ſede Dei uiui & agni, & ex utracq; parte fluminis lignum uitæ afferens fructus duodecim per ſingulos menses, reddens fructum ſuum, & folia ligni ad ſanitatem Lauri. iust. a gentium.



**E**gentium. O preciosum lignum, o lignum salutiferum, quod de medio fluminis oriri dicitur, illius utiq; de quo canit Propheta. Fluminis impetus laetificat ciuitatem Dei. Nemo enim sane intelligentium ambigit, donum timoris speciale esse donum spiritus sancti, si cut Esaias testatur. Et replevit illum inquit (scilicet dominum Iesum) spiritus timoris domini, unde recte tanquam a spiritu uiuificantre procedente timore sortitur nomen ligni uitae idem timor, cuius radix sancta est, quia in fide unius & ueri Dei fundatus est. Cuius fructus memorant esse duodecim, quia licet omnes uirtutes in ipso permaneant, & sine ipso esse non possint, duodecim tamen specialiter sunt uirtutes, que in ipso uiuificantur & crescunt, scilicet continentia, prudentia, iustitia, caritas, patientia, obediencia, spes, perseverantia, paupertas, sobrietas, humilitas, & oratio, sive contemplatio. Quae uirtutes tribus ordinibus distinctae sunt, quia triplici statui conueniunt, & per ipsas quilibet illorum ad perfectionem perducitur. Tria namque militarium genera, uicq; regna caelorum diripiendum in hac militanti ecclesia, & in hac spirituali paradiso esse perspicuum est, praesidentium scilicet certantium in stadio subiectionis, & quiescentium, quorum sicut distincti sunt status, ita & eorum statuum uirtutes, quibus ad perfectionem gloriose perueniunt. Unicuiq; nempe ipsorum quatuor uirtutum exercitiis pollere necessarium est, ut perfecti sint, & ex ipsis uelut quibusdam fructibus saginari & crescere, ut ad uirilem spiritus ualeant transcendere plenitudinem. Quum enim in hac uita nil laboriosius sit praesidentis officio, & apud Deum nihil beatius, si eo modo militent, quo noster iubet imperator Christus, studeant qui in illo gradu positi sunt, prius sui animi, necnon & corporis non rectos appetitus sub iugo continentiae restringere, ut subiectorum uitia ualeant sine rubore perstringere, & corrigerere, & per experientiam sanare. Deinde ut prudentia & discretione decorrent, indigent, quatinus sciant, quid, quando, & quomodo cuncta debeant disponere. Tertio studeant possidere iustitiam, per quam absq; personarum acceptione unicuiq; tribuant quod suum est. Postremo ut caritate dei & proximi ardeat, necessarium est, ut nec pro dulcedine contemplationis proximo ministrare negligat, nec pro utilitate proximi deo per contemplationem uacare postponat. His fructibus, hisq; uirtutum laboribus referti praesidentes pertingunt ad perfectionem. Alijs uero quatuor uirtutibus ornari debent certantes in subiectionis stadio, si ad culmen perfectionis satagent peruenire. Nam ante omnia discant per patientiae uirtutem imitillas tentationes, illata conuictia, & proximorum errata & quanamiter tolerare. Deinde uoluntatem propriam & sensum potestatiue per obedientiam retundere. Subsequenter cotendant metem & affectum uirtute spei ad caelestia erigere. Ultimo hoc non ignorent, absq; dubitate illos adepturos esse hic perfectionem, & in caelis aeternam gloriam, si strenue per uitatem perseverantem omnes labores & cunctos contrarios eventus gaudenter tulerint. Hac est subiectorum regula sub compendio. Quiescentes autem (quorum studia semper debent unioni diuinae bonitatis per internam exercitationem intendere, si & ipsis concupiscunt ad perfectionem sui status attingere, ut nutritur necesse est reliquis quatuor uirtutum fructibus. Primo namque ut abrenuncient per paupertatem uoluntariam omnibus temporalibus usu & affectu. Subsequenter gulæ appetitum per uirtutem sobrietatis restinguat. Postea utroq; composito homine in profunda dei & sui cognitione per humilitatem se collocent, ut opificis aeterni munera absq; sui praejudicio recipere queant. De quo gradu fiducialiter, & iucunda mente ad uirtutum matrem, sanctam uidelicet orationem, alacri festinatione transcendunt, in quanto uehementius proficiunt, quanto in peragendis & conseruandis quae Dei sunt, sollicitiores existunt. Perueniunt hi ad contemplationem & Dei unionem, quae omnium donorum in quiescentibus gerit praerogativa. Iste sunt fructus ligni uitae. Hi nempe sunt sub breuitate distincti gradus uirtutum, quos in cordibus suis disponunt, qui Deo placere student & desiderant. De istis enim uirtutibus latius infra dicetur. Et primo de ipso ligno, scilicet de dono timoris, deinde de fide, quam radice huius esse posuimus. In fine de ipsis uirtutibus sigillatum fiet tractatus, quae sub appellatione fructuum ipsius ligni supra memoratae sunt. Immitte ergo o caelum amor, o indeficiens fons uoluptatis aeternae, radios almae sapientie tuae in cor serui tui, quem utcunq; perfudisti intima caritate. Illustra ora domine intellectum meum, ut ualeam duce gratia tua referare supradictarum praeconia uirtutum, effectus, & perfectio-

**A**nes, quatinus detur legentibus forma profectus spiritualis, & laudis tuae additamentum. Ad hoc enim condidisti nos Deus noster, gaudium, & fortitudo nostra, ut agrum cordis nostri excolamus, diligenti cura de ipso eradicando uitia, & uirtutes inferendo, ut possit tibi factori nostro fructum afferre iustitiae. Præterea ut crescamus in lumine tuae ueritatis, et accendamur ardore tuae caritatis, ac per hoc iuge medullatumq; sacrificium tibi offeramus regi seculorum, siccq; actu & affectu imitemur beatorum spiritus, qui sine cessatione tuae promunt maiestati dignas laudes, de quibus dicitur. Beati qui habent in domo tuae domine, in seculum seculi laudabunt te. Sed quoniam clementissime domine exprobasti & improbasti per sanctum Prophetam tuum peccatorem assumentem & proferentem iusticias tuas per os suum, oro dulcedinem bonitatis tuae, ut digneris mandare cor & labia mea, quatinus pura conscientia & absq; pudore annunciare ualeam uerba sancta tua, tam pro tuae magnificencia gloria, quam pro legem utilitate. Quia non nobis domine, sed tibi & tuis propter te uiuere debemus, qui es omnium donorum elatus munificus, & per secula benedictus.

## EXHORTATIO AD AUDIEN-

DA QVAE DICENDA SVNT DE TIMORE

domini, &amp; de ipsius timoris descriptionibus. Cap. I.



C

MNES sitientes uenite ad aquas diuinæ sapientiae, & qui proficiendi in uirtutibus zelum habetis, aurem præbete, properte absq; cunctatione, intelligite quae dicuntur, & opere copere satagit. Videte opera domini, & quata pro mortalibus fecerit, animaduertite. Spirituale plantauit paradisum sanguine suo, lignum uitae planauit in ea, uiam uirtutum stravit ad patriciam exemplo suo, ianuam caeli certantibus patefecit. Omnibus patet ingredi uolentibus. Nulla aetas, neuter excluditur sexus. Dominus omnium omnibus omnia communia fecit. Neminem perire patitur accedentem ad se. Quis igitur se poterit excusare, quis dissimulare audebit, aut sine tremore contradicere ualebit. Donis namque suis conuincit nos, promissis suis ligat nos, ac minis suis terret nos. Stat ipsa incarnata sapientia, dat in plateis latissimæ caritatis uoces suas, & ait. Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea quae sibi noxia sunt cupient, & imprudentes odibunt sapientiam. Coiuertimini ad correptionem meam. En proferam uobis spiritum meum, & ostendam uerba mea. Qui enim me audierit, absq; terrore erit, & abundantia perfuerit, malorum timore sublato. Venite (inquit) filij, uenite, & audite me, quia timorem domini docebo uos. Non cursus siderum, non rerum naturas, neq; caelorum secreta, sed domini timore docebo uos. Horum scientia sine timore inflat, timor autem domini absq; scientia illorum saluat. Beatus namque uir, non qui multa nouit, sed qui dominum timeret, & in mandatis eius uollet nimis. Quoniam potens erit in terra nomine eius, gloria quoq; & diuinitate in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Ut ille plane est timor domini, & cum sollicitudine inquirendus. Qui enim sine ipso fuerit, non poterit iustificari. Non aliunde debuit ipsa sapientia sua doctrinæ exordium sumere, quam a timore domini. Nam & ipsius sapientiae initium est timor domini. Testatur quoq; quodam loco scriptura dicens. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiae, si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros foderis illam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies. Quicunq; ergo iustificari cupit, quicunq; desiderat sapientia & scientia repleri, & qui salutari spiritu munitus anhelat ad culmen pertingere uirtutum, non aliunde incipiat, quam a timore domini. Nam ipse timor est robur animæ, lumen intelligentie, & salutis spes. Hoc testatur Esaias dicens. A timore tuo domine conceperimus, & peperimus spiritum salutis. Alibi etiam dicit scriptura. Corona sapientiae timor domini, replens pacem & salutis dono. Magna enim salutis spes, & maxima in profectu uirtutum causa est tibi.

**D**icitur quoq; quodam loco scriptura dicens. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiae, si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros foderis illam, tunc intelliges timorem domini, & scientiam dei inuenies. Quicunq; ergo iustificari cupit, quicunq; desiderat sapientia & scientia repleri, & qui salutari spiritu munitus anhelat ad culmen pertingere uirtutum, non aliunde incipiat, quam a timore domini. Nam ipse timor est robur animæ, lumen intelligentie, & salutis spes. Hoc testatur Esaias dicens. A timore tuo domine conceperimus, & peperimus spiritum salutis. Alibi etiam dicit scriptura. Corona sapientiae timor domini, replens pacem & salutis dono. Magna enim salutis spes, & maxima in profectu uirtutum causa est tibi.

mor domini, quia se possidentem solicitum reddit ad peragenda quæ dei sunt, ne incurrat malum pœnæ, quod peccantibus minatur, aut amittat bonum uirtutis, gratiæ, & gloriæ, quod desiderat. Sic enim diffinitur ipse timor. Timor est amor fugiens quod ei aduersatur, scilicet pœnam. Itē timor est specialis fuga mali, ne perdat quod amat, scilicet gloriam. Beati itaq; timentes deum, quoniam oculi domini super eos, ut eruātur à morte, confirmantur in gratia, liberentur à malo, & defendantur in morte.

*De multiplici utilitate timoris.* Cap. II.



Vemadmodum ex uisu pecuniae auari cupiditas accedit, ita ex narratio-ne utilitatis uirtutum prouocatur homo ad illas possidendas. Propterea ut ad donum timoris promoueat animus legentis, in prima frōte narratio-nis ipsius, describendæ sunt illius multiplices utilitates. Primo nanc malū culpæ expellit retrahens hominem ab illico usu membrorum, sensuumq; exteriorum, ac affectionum uitiosarum, ne anima à deo separetur, uel ab illis familiari-tate aliquantulum elongetur, quoniam timere deum nil aliud est, quam nulla quæ facie F da sunt bona præterire. Sicut enim securitas est ad lapsum facilis, ita timor à lapsu prote-git, quia odit uitia, uirtutes custodit, cor sedula uigilantia obseruat ab ingressu eius no-xias cogitationes repellens clava terribili, uidelicet memoria æternæ pœnæ. Ingerit nāque, sicut ueraciter, ita frequenter, quod post hanc peregrinationem tunc edax flamma comburet, quos nunc delectatio carnis polluit, illosq; infinitum baratri chaos patēs de uorabit, quos salutaris timor ab iniā elatione, & à deformitate culpæ non custodit. Ti-mor quoq; uirtutes excitat, ne rubigine ocij consumantur, quia nihil in sancto proposi-to ocio deterius, quod non solummodo non acquirit noua, sed etiam acquisita consu-mit. Sanctæ enim uitæ ratio processu gaudet, & crescit, ocio autem & cessatione tor-pe-scit, & deficit. Quotidianis arescentibus uirtutum incrementis, instauranda est mens ti-more saluberrimo, & uiuendi hoc iter non de transacto, sed de futuro metiendum est. A malo præsentis pœnæ reddit timor hominem securum. Qui enim timet deum, nihil tre-pidat, quia timor domini fidutia est fortitudinis & qui illum possidet, non corrueit. Ab-undantiam uirtutum ac bonorum spiritualium introducit ipse timor. Nam principium nostræ salutis radixq; sapientiæ, iuxta scripturarum testimonia, timor domini est. De ti-more autem domini compunctio nascitur salutaris, de compunctione cordis nuditas & contemptus omnium facultatum, de nuditate humilitas procreatur, de humilitate mor-tificatio uoluntatum generatur, de mortificatione uoluntatum extirpantur atq; marce-scunt uitia, de expulsione uitiorum uirtutes succrescunt, de uirtutum pullulatione puritas acquiritur, per cordis puritatem apostolicæ caritatis perfectio possidetur. Introdu-cit quoq; ipse timor caritatem, & est principium sapientiæ. Nam priusquam animæ deus sapiat, eam afficit ad timendum, & eam instruit ad sciendum. Timet dei iustitiam, timet dei potentiam, & tunc sapit ei deus iustus & potēs, quia timor sapor est. Porro sapor fa-cit sapientem, sicut scientia scientem. Radix enim sapientiæ est deum timere. Obedientem reddit timor. Hoc testatur scripture dicens. Qui deum timent, præparabunt corda sua, & in conspectu eius sanctificabunt animas suas. Custodiunt enim mandata eius, & patientiam habebūt usq; ad inspectionem illius. Igitur ô homo, quum audis quod deus tuus dulcis est, attende quid timeas, ut amore & timore dei excitatus legem eius custo-dias. Hominem timore fortē facit. Nam in via dei à timore incipitur, ut ad fortitudinē ueniat. Sicut nanc in via seculi audacia fortitudinem, ita in via dei audacia debilitatem parit, & timor fortitudinem gignit, uincula cupiditatis dirupit, similiter timor dei uitium corrigit. Nam timor hominum peccandi differt facultatem, & operationem, nō autem aufert: sed retinet uoluntatem, donec habeat opportunitatem uel occasionē, unde & quos suspendit à crimine, audiōres reddit ad crīmē, & æstuat animo, quousq; perficiat, quod malum cogitat. Solus enim dei timor est, qui nocentes corrigit, fugat crīmīna, & perpetem confert bene agendi uoluntatem. Est etiam fons uitæ, & uirtutum cau-sa, dum per iustitiam defert maiori: per prudentiam non credit se sibi, per temperatiā refugit discernere: per fortitudinem se obedientiæ subdit, non ad discernendum, sed ad impletum. Nubes etiam carnalium cogitationum & affectionū fugat. Nam si ad mo-mentum à domo mētis discedat timor, quasi absente domina: cogitationum se clamor, uelut

A uelut ancillarum garrula turba multiplicat, & affectionum carnalium ignis acceditur. Ut uero ad mentem timor redierit, mox confusio tumultuosa compescitur, & more an-cillarum se ad iniunctum opus mens ipsa tacite reprimit, & tunc cogitationes affectio-nesq; protinus se causis proprijs ad utilitatem subdunt. Mentem quoq; ipse timor con-seruat. Breuis igitur & plena commonitio, qua domino cum amabilis timore quis fami-latur. Nam sicut remissa securitas culpas admittit, ita timor desiderabilis delicta semper excludit, & mentem conseruat. Ipse timor riuos concupiscētarum restringit, reptilia ui-torum de terra corporis humani exterminat, mare mundi huius consolidat, ut super il-lud ambulare quis possit. Quid plura: Timor domini, gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exaltationis est. Delectabit nanq; cor, & dabit lætitiam & exultationem in lon-gitudinem dierum.

*De diuisionibus timoris seruulis.* Cap. III.

B Vnc considerandum est diligenter, quam multipliciter timor seruulis & af-ficiens animum distinguatur. Diuiditur enim ipse timor in segnitie, erube-scentiam, uerecundiam, admirationem, stuporem, & agoniam. Est autem se-gnitie timor futuræ operationis. Infirmus etenim animus antequam operi-bus exerceatur, timet illa, & ante tempus cadit. Quid autē dementius, q; an-gi futuris. Stultum est timere, quod uitari nō potest. Tutissima res est nil timere, præter deum. Timidum fortē non facit animum, nisi reprehensibilis uitæ conscientia. Erube-scentia autem est timor in expectatione conuicij. Sed plena uictoria lausq; uera est non formidare conuicia, ad clamantem tacere, & non respondere prouocanti. Habet enim qui huiusmodi est, mercedem de sua patientia, & de fratris medela, si obliuioni detur in iuria. Sicut nihil est deformius quam respondere furiosis, ita nil est utilius, quam tacere dum prouocamur, quia nullus est finis inimicis, nisi ad tempus obtēperetur iratis. Ve-recundia timor est in turpi facto, in adolescentiæ ac iuuenculo laus magna. Et quid ama-bilius uerecundo adolescentiæ. Quam pulchra, quam splendida gemma est uerecun-dia, quam uera & minime dubia, quam bonæ nuncia spei, bonæ indolis index, omnis tur-pitudinis fuga est, soror est hæc continentia. Nullum est ita manifestum signum colum-binæ simplicitatis, & interioris testis innocentia. Est & lampas pudicitia ita iugiter lu-cens in mente, ut nihil in ea turpe, uel indecorum residere permittat. Nam ipsa spiritua-lis & commendabilis uerecundia, est gloria conscientia, famæ custos, uitæ decus, uirtu-tis sedes, uirtutum primitia, naturæ laus, & causa totius honesti. Admiratio timor est ex magna imaginatione. Sed quid prodest ex admiratione timere, & mala accrescere. Pra-sens tempus metu futuri perdere stultū est. Quicquid uereriſ ô formidolose, ne ueniat, id eueniſſe utiq; tibi propone, & quicquid illud est, tecum ipse metire, ac timorem tuum taxa. Intelliges autem non magnum, aut longum esse, quod metuis. Stupor timor est ex insueta imaginatione. Quem ut caueat homo, debet semper cogitare aspera que eueni-re possent, quia minus feriunt facula quæ præudentur, ac etiam cuncta futura aduersa-mitius præmunt, tolerabiliusq; feruntur, si sedula præuisaq; meditatione ipsorum impe-tus non formidetur. Agonia timor est per casum scilicet fortuitu eueniens, sed ex conti-nua dei confidentia roboranda mens est, alioquin in his nimis læditur. Quemadmodū perniciosior est hostis fugientibus, sic omne fortuitum incommodum magis instat ti-menti. In uero autem timore domini est fiducia fortitudinis, & habetibus eum erit pax, quia nihil timentibus deum, deest.

*Ex quibus considerationibus humano cordi incutiatur timor, de plurimiſq; diei extremi iudicij.* Cap. IV.

P Atet clare intelligentibus, quod ex frequenti scripturarum lectione pluri-mum acuitur humanus intellectus, & ex assidua consideratione periculo-rum & pœnaliū habituatur anima, & in timore solidatur. Propterea, quo-niam teste sacro eloquio beatus homo, qui semper est pauidus, ut in hoc sa-luberrimo timore legētis animus erudiatur, iustum fore existimauit in hoc capitulo succincte narrare, quæ sint illa, quæ humano cordi possint incutere timorē. Pri-mo nanc consideratio uehementissimæ passionis Christi. Ex qualitate remedij facile cognoscitur uehemētia languoris. Consput nanc Christus uoluit, ut nos lauaret, uelari

tuoluit, ut velamē culpæ & ignorantiae à cordibus nostris auferret, in capite percuti, ut caput nostrū scilicet Adam, sanitati restitueret, colaphis cædi & uerbis derideri, ut nos labijs & operibus ipsum laudaremus, demum occidi iubetur, ut uulneribus nostris pretioso sanguinis illius balsamo medeat. Fusus est crux medici, & factus est medicamentum phrenetici. Agnoscamus igit̄, quād grauiā sint nostra uulnera, pro quibus necessitate fuit dominum Iesum uulnernari. Secundo, consideratio nostræ culpabilitatis. Si enim tam timet aliquis criminosis, qui scit se reum esse unius criminis, quum est in conspectu terreni principis, quantum timere debet, qui multorum reum se esse cognoscit delictorum, de examine regis æterni. Et si tanta cura pertimescit iudicium pulueris, qua intencionē cogitandum, & qua diligentia formidandum est iudicium tantæ maiestatis. Sic nanq̄ ipse dominus noster uias nostras considerat, & gressus dinumerat, ut nec minimæ cogitationes nec uerba minutissima, quæ apud nos uiluerūt, eius iudicio indiscussa permaneant. Ita ergo præsentis temporis est agenda lætitia, ut nunquā amaritudo & timor sequentis iudicij recedat à memoria. Tertio, consideratio nostre infirmitatis & impatiētiæ. Impatientes nanq̄ dum perturbationi suæ minime obſistunt, etiam si qua à se tranquilla mente fuerant bene gesta, confundunt, & improviso impulsu deſtituunt, quicquid forſitan laboratē longo tempore prouide videbantur. Considerantes quidem ex hoc, quod nos leuissima causa turbamur, nostrum debemus formidare casum. Plerunq̄ etenim musca, aut aliquid aliud leuissimum ad intolerantiam nos trahit, propter quod nos amittimus sinceram benignitatem, & mansuetudinem honorum omnium ornamenti, quæ nunquam sola est, quia de uirtutibus cognoscitur esse generata. Beatus itaq; qui timorem & mansuetudinem tenet, ut in altero disciplina seruetur, in altera innocentia non opprimatur. Quarto, consideratio misericordiæ dei, quam nobis exhibet in presenti, quæ est indicium magnitudinis iustitiae, quam exhibebit in futuro. Lēto enim gradu ad vindictam sui diuina procedit ira, tarditatemq; supplicij grauitate compensat. At tissimus etenim patiens est redditor. Patiens redditor dicitur, quia quos diu ut conuentant tolerat, non conuersos durius damnat: & quanto diutius expectat ut emendentur, tanto grauius iudicabit, si neglexerint. Quinto, consideratio operum iustitiae, quæ à deo facta leguntur. Si enim angelis peccantibus deus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciando in iudicium referuari, & qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt domicilium, in iudicium magni dei uinculis æternis sub caligine reseruauit, quanto magis qui habitant domos luteas, & terrenū habent fundamentum, consument uelut à tinea, si dei mandata præterierint. Et si originali mundo non pepercit, sed octauum Noe iustitiae præconem custodiuit, diluvium mundo impiorum inducens, & ciuitates Sodomorum & Gomorreorum in cinerem redigens, euersione damnauit, exemplum eorum qui impiæ actus sunt ponens, non terribitur homo plurimis circunseptus criminibus hoc considerans. Sexto, consideratio facilitatingis pereundi spiritualiter & corporaliter, quod quotidie in multis cernitur. Vnde nimium præceps est, qui transire contendit, ubi conspexerit alium cecidisse, & uehementer effrenis est, cui non incutitur timor de alieno casu. Amator autem salutis suæ est, qui alienæ mortis incurſu, & cladibus cæterorum, prouidus uitæ sue factus est gubernator. Septimo, consideratio omnipotētiæ Dei, cui resistere nemo potest, & quem nullus potest effugere, de quo per Mosen dicitur. Videte, quod ego sum solus, & non sit aliis præter me. Ego occidam & uiuere faciam, percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad cælum manum meam, & dicam uiuo ego in æternū. Et alibi legitur. Ut tunc capiam, & non resistet mihi homo. Octavo, consideratio sapientiæ Dei lucide uidentis omnia, & cui nihil potest abscondi, unde Apostolus. Viuit est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ ac spiritus. Compagum quoq; & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia nanq̄ nuda & aperta sunt oculis eius. Magna prouinde dementia est si dissimulare volumus, & non timere. Indicta namq; nobis est probitatis necessitas, quum agamus cœram oculis iudicis cuncta cernentis. Nono, consideratio zeli diuinæ iustitiae, qui ex hoc apparet, quod Deus pater potius uoluit, ut unigenitus suis poenam, quād debebat ha-

A manum genitū, solueret, quād ipse eam dimitteret. Quād si non pepercit proprio filio, nunquid parcer figmento, nunquid parcer seruo nequam. Decimo, consideratio extremitati iudicij, circa quod multa attendēda sunt. Nam de ipso die sic habetur Sophoniæ primo. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies illa dies iræ, dies tribulatiōis & angustiæ, dies calamitatis & miseriae, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbis, dies tubæ & clangoris. De hoc die Paulus ait. Terribilis est expectatio iudicij, & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Attendēda sunt tamē aliqua, que antecedunt iudicium, aliqua quæ in iudicio erunt. Antecedēta iudicium sunt tria. Primo signa terribilia, sicut legitur in euangelio. Erunt signa in sole, & luna, & stellis, & in terris pressū gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient uniuerso orbi. Nam uirtutes cælorū mouebuntur. Secundo Antichristi fallacia. Præualebit enim per callidam suasionē, per fallacem sanctarum scripturarum expositionem, per miraculorum operationē, per donorum largitionem, & per tormentorum illationem. Tertio ignis uehementia. Erit nāque ignis uehementia propter mūdi innouationem, propter hominum purgationem, propter maiores in dæmoniorum cruciationem, & propter maiores sanctorum illuminationem. Concomitantia uero iudicium plura erunt, & primo disceptatio iudicis. In maiestate nanq̄ uisuri sunt omnes Deum, quem humiliatum uidere & considerare noluerunt, ut tanto districtius uirtutem sentiant, quanto ceruicem cordis ad pœnitentiam minus inclinarint. Secundo differentia ordinis. Nam alij non iudicabuntur, & saluabuntur, sicut uiri perfecti, de quibus dicitur. Vos autem sedebitis super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israël. Alij iudicabuntur, & saluabuntur, de quibus dominus ait. Esuriui, & dedisti mihi manducare. Alij non iudicabuntur, & damnabuntur, de his dicitur in Euangelio. Qui non credit, iam iudicatus est. Alij iudicabuntur, & damnabuntur, quibus dicetur in iudicio. Esuriui, & non dedisti mihi manducare. Tertio signa passionis, prout dicitur Matthæi 2,4. Tunc parebit signum filij hominis. Considera enim ò peccator, quanta sit uirtus crucis. In die nanq̄ iudicij sol obscurabitur, & luna non dabat lumen suum, ut discas, quantum crux luna lucidior, & sole splendidior sit. Apparebit autem crux ut ostendatur domini nostri Iesu plena & gloria uictoria, & ut quād misericorditer etiam electi saluati sunt, clareat. Proinde uide ò homo, quid de Deo tuo sentias, uide quantum de eo præsumas, uide quibus brachijs amoris amplectendus sit, qui tanti te æltimauit, ut pro te in cruce penderet, & pro te morerer. Mors etenim ipsius à morte te liberat, sapientia ab errore, & gratia à peccato. Mors nanq̄ per iustitiam suā peregit uictoriā, quia iustus, quæ non rapuit, tunc exoluīt. Per sapientiam documentum disciplinæ adimpleuit. Gratia uero ex illa potestate peccata dimisit: quæ omnia, quæcūq; uoluit, fecit. Apparebit etiam crux in ostensione suæ iustitiae, ut appareat quod iustissime reprobi sint damnati, ad quos dominus Iesus in spiritu sic loquitur. Ego propter uos homo factus sum, propter uos alligatus, consputus, delusus, flagellatus, & crucifixus. Vbi est tantarum mearum fructus iniuriarum. Ecce precium sanguinismei, quæ dedi pro redemptione animarum uestrarum. Vbi est feruitus uelstra, quam pro precio sanguinis mei mihi dedisti. Ecce super gloriam meam uos habui, quum essem Deus a parentis homo, & uiliorem me omnibus rebus uestris habuistis. Nam omnem rem uilissimam terræ amplius dilexit, quam iustitiam meam & fidem. Et alibi in exprobationem reproborum loquitur Sapientia dicens. Vocaui, & renuistis, extendi manum meā, & non fuit qui aspiceret, despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo uos, quum uobis quod timebatis aduenerit, quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio & angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non suscepserint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint uniuersæ correctioni meæ. Quarto seueritas iudicantis. Non enim flectetur timore, quia potentissimus est, de quo legitur. Non est, qui tuæ possit resistere uoluntati. Tu enim fecisti cælum, & omnia, quæ ambitu cœli continentur, quoniam dominus uniuersorum tu es. Nec flectetur munere, quia ditissimus est. Veniet nanque ueniet

**d**ies iudicij, in qua plus ualebunt pura corda quam astuta uerba, & conscientia bona quam marsupia plena. Nec flectetur amore, quia iustissimus est. Expectatur dies iudicij ait quis, & aderit ille aequissimus iudex, qui nullius potentis personam accipit. Nec errore falletur, quia sapientissimus est. Ista nempe est scientia summi iudicis, iste tremendus aspectus, cui perulum est omne solidum, & apertum omne secretum, cui obscura clarent, muta respondent, silentium confitetur, & sine uoce mēs loquitur. Et ideo quum eius sapientia sit tanta & talis, non praeualebit contra eam præclarissimum eloquium, & astuta uersutorum oratorum. Quinto accusatores tunc cōtra peccatorē stabunt, primus erit diabolus. Præstò enim tunc erit diabolus recitans uerba professionis nostræ, & infusionis gratiam. Obiūciet nanc̄ nobis quæcumq; fecerimus, & in quo loco, & in qua hora peccauimus, & quid boni tunc facere debuimus. Dicturus est enim ille aduersarius. Aequissime iudex iudica istum meū esse ob culpam, qui tuus esse noluit per gratiam. Tuus est per naturam: meus est per miseriam. A te accepit immortatitatis stolam, à me accepit hanc maculatam & pānosam, qua induitus est, tunicā. Tuam dimisit uestem, & cum mea hoc uenit. Heu heu poterit ne talis aperire os, qui talis inuenietur, ut iuste cum Diabolo deputetur. Alius accusator erit proprium scelus. Tunc loquentia simul opera nostra dicent. Tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus, tecum erimus, & tecum ad iudicium pergemus. De hoc sic legitur. Venient in cogitationes peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Accusator erit quoq; mundus. Merito nanc̄ totus mundus accusator erit, quia offenso creature offenditur totus mundus. Scriptum est etiam. Pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Sexto testis infallibilis. Tres enim testes habebimur, unum supra nos, scilicet Deum, de quo ait Hieremias. Ego sum iudex & testis dicit dominus. Alium intranos, scilicet conscientiam propriam. Quisquis es ô homo, qui futurum iudicium times, præsertim conscientiam corrige. Sermo nanc̄ causæ tuæ testimonium conscientię tuæ, id est angelii, iniquitatem eius. Septimo arcatio peccatoris. O quam angustæ uitæ tunc erunt reprobis. Superius erit iudex iracuus, inferius horrendum chaos. A dextris peccata accusantia, à sinistris infinita dæmonum multitudo trahens ad supplicia. Intus conscientia urens, foris mundus ardens. Miser peccator sic deprehensus quo fugiet. Latere erit impossibile, apparere intolerabile. Octauo sententia irreuocabilis, quam sequetur miserrima calamitas dæmnatorum. Ponentur enim in inferno, ubi erit frigus intolerabile, ignis inextinguibilis, uermis immortalis, fœtor importabilis, tenebrae palpabiles, flagella cædentiū, horrenda uisio dæmonum, confusio peccatorum, & desperatio omnium bonorum. Erit nanc̄ miseris mors sine morte, defectus sine defectu, quia mors ibi semper incipit, & deficere nescit. Quisquis itaq; ad toleranda inferni mala descenderit, nequaquam ulterius ad lucem redibit, quia minime ultra misericordia parcentis liberat, quos semel in locis poenalibus iustitia iudicantis damnat.

De speciebus timoris, atq; ipsius perfectione. Cap. v.

**V**nc in hoc ultimo capitulo de timore, Deo fauete, de speciebus timoris, & de ipsius perfectione dicendum est, utclareat intuentibus quo agitantur timore quum trepidant, & quando defectuose, quādo uero laudabiliter paudent. Horum enim scientia perutilis est. Sciendum igitur, quod septem sunt timoris species, quarū prima est naturalis. Hoc timore quilibet timet naturaliter nocium naturæ. Hic timor non est meritorius, nec demeritorius, quia nō subiacet libero arbitrio. Et dicitur naturalis, nō à natura instituta, sed destituta, quia iste timor est poena pro peccato primorum parentum inficta. Timor iste de futura morte necessario mentem concutit, & quasi supra uires in terrorem adducit. Isto enim timore Christus naturaliter mori timuit. Secundus est timor humanus, quo quis timet pelli suæ. Iste timor nascitur ex nimio amore præsentis uitæ, & est quandoq; mortalis actus, scilicet quando quis prius peccaret mortaliter, quam amitteret uitam suam, quādoq; est uenialis, ut quum quis faceret prius peccatum ueniale, quam permitteret se occidi. Propter hunc timorem non debet homo delinquerere. Nam inter eum qui decem uixerit annos, & eum qui milles, postquā idem finis aduenerit, & irreuocabilis mortis necessitas,

trans-

**A** transactum omniē tempus idem est, nisi quod magis senex magis onustus fasce peccato rum proficiscitur. Non est ergo pro hac mortis ineuitabili necessitate & timore à iustitia declinandum. Tertius est timor mundanus, quando alius nimis timet temporalia perdere. Talis timor fuit in Iudeis, qui occiderunt Christum, ne temporale amitteret regnum. Iste timor multos habet cruciatus. Diuitiae enim plus cruciat adeptæ amissionis timore, quam delectet cupiditas adeptionis amore. Non enim formidanda est diuinitati amissio, quarum sequela est luxuria, ira intemperans, furor iniustus, arrogatia, superbia, & omnis irrationalis motus. Facilis enim res est humanū cor opibus ac libertate disfului, ærumnis uero ac paupertate ad semetipsum colligi. Quartus est timor seruilis, quod quis timet peccare propter poenam principaliter, sed inaniter putat se esse uictore peccati, qui timore poenæ non peccat, quia si nō impletur negocium malæ cupiditatis, ipsa tamen mala cupiditas intus est hostis. Nam si adhuc à prava actione formidanda poena prohibet, profecto formidantis animum nulla spiritus libertas tenet. Nam si poenā non metueret, culpam proculdubio perpetraret. Ignorat itaq; gratiam libertatis, quem ligat timoris seruitus. Quintus est timor initialis, quo timet quis Dei offensam & poenā. Unde quasi habet duos oculos, unum ad poenam, & alterū ad Dei offensam, & hic est prædictis principalior. Igitur ô tu, qui adhuc initiali & non filiali timore teneris, si te amor Dei à peccato non cohibet, saltem te prohibeat terreatq; timor iudicij, metus gehenne, laquei mortis, dolores inferni, ignis urens, uermis corrodens, & flamma tartarea. Ex talium consideratione Deum time, & haec non formidabis. Noueris proinde te, disce que peccantibus Deus comminetur, ut eum timeas. Sed & ipsum noueris, ut ipsum diligas, in uno initians scientiam, in altero consummans, quia initium salutis timor domini, & plenitudo legis Caritas. Quemadmodum ex notitia tui uenit in te timor Dei, atq; ex Dei notitia nascitur amor, sic econtrario de ignorantia tui, superbia, ac de Dei ignorantia uenit desperatio. Sextus est timor filialis, quo quis timet offensam Dei, quia nō uult separari à Deo. Perfectus hic timor in dilectione firmatus foras mittit timorem seruile, & perfectam operatur iustitiam. Sed facile deuiciat à iustitia, qui in causis non Deum, sed **C** homines pertimescit. Hic timor peccandi facultatem auferre potest, uoluntatem auferre non potest. Solus est timor Dei & filialis, qui mentes corrigit, fugat criminā, innocentiam seruat, & perpetuam tribuit felicitatem. Septimus est timor reverentiæ, qui solus erit in patria, de quo in Psalmo canitur. Timor domini sanctus permanet in seculum secūli. Reverentia nanc̄ est resilio à considerata magnitudine Dei in propriam paruitatem. Quum enim supernorum spiritus essentiam Dei simplicissimam, omnipotentem, æternam, nullius egentem, omnia replentem, scientem, continentem, & transcendentem conspiciunt, præ admiratione ac ueneratione tremunt, & adorant, quem tamen sine fine laudabilem & adorandum esse intelligunt. Hic est finis sine fine, & terminus quo gradatim ascendit timor domini immaculatus, & sanctus, procedens à uirtute fidei tanquam truncus à radice. Nemo enim sanè intelligentium ambigere debet, quin ex cognitione periculi generetur timor, & quod nihil timet qui nihil possidet, aut sperat. Et quum constet, quod fides est de re inuisibili, clare lucet, quod ex lumine fidei oritur timor. Quod modo non pauebit homo ex illustratione fidei edoctus, infra se esse puteum damnationis æternæ, & supra se claritatem uitæ perpetuæ, seq̄ in medio constitutum, præcipue quum facilis sit descensus, ascensus autem plurimum difficultis. Merito nanc̄ qui addit scientiam fidei, addit timorem ne amittat bonum promissum, aut incurrat in poenā propositam. Beatus igitur cui est donatum timere Deum, & in mandatis ipsius uelle nimis, quia re uera potens in terra uiuentium erit semē eius. Gloria quippe resurrectionis, immortalitatis, & speciei decorabitur tabernaculum corporis eius, & diuitiae pacis, exultationis, & æternæ felicitatis in domo conscientiae ipsius erūt, sed & iustitia operum illius manebit in seculum seculi. Hunc domini timorem fratres tenete, hunc si ad culmen uirtutum anhelatis pertingere, sectamini. Quia in ueritate comperi, nihil tam esse efficax ad acquirendam uirtutem, ad promerendam gratiam, retinendam, recuperandam, & ad adipiscendam gloriam, quam si inueniamur coram deo semper ambulare simpliciter, & non altum sapere, sed ipsum timer, qui regnat in cælis.

Heb. 1:1

psal. 12

DE

D E V I R T U T E F I D E I ; Q V A E V I S I B I L I V M V A N I T A T E M ,  
ac inuisibilium homini efficaciter ostendit ueritatem; atq; de ipsius uirtutis descriptionibus, quæ uirtus hoc  
opusculo Ligni uitæ eiusdem ligni radicis effectum gerere comprobatur. Cap. I.

Psal. 12



Lumina oculos meos ne unq; obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eum. Hanc orationem protulit Propheta in persona omniū peregrinatiū à domino, & in hac religiōe umbræ mortis laborantium, poscentiū illuminari, ne cadant in peccata, & ab inimicis subsannetur. Nihil plane melius, nūl brevius, q; lumen flagitate potuit, præsertim se in tenebris intelligens. Donec enim in corpore constituti sumus, plurimis tenebrarū uinculis irretimur, quib; uerum æternumq; lumen ne uideamus, impeditur. Quid nanq; peccatum dixerim, nisi tenebras, per quod intellectus noster obtunditur & obumbratur, ne ueritatis lumē aspiciat. Quid carnem & corpus, nisi caliginem opacissimam nuncupauerim, in quo donec rationalis spiritus detinetur, retrahit ab aspectu diuinæ claritatis & gaudij, quantūcumq; polleat sanctitate. Quidue hic mundus, & omnia quæ in mundo sunt, appellari possunt rectius, q; tenebrae, quanquam enim aliter iudicentur ab ipsorum amatoribus, ueræ tamen tenebrae sunt, & palpabiles. Ostendunt enim se esse, quod nō sunt, & falsis suis pollicitationibus insipientium deludunt animos. Trahunt illos post se funiculis uanæ spei, & irrationalis securitatis. Promittū felicitatem, prolixam uitam, & in extremis misericordiam, quum hæc nequaquam conferre queant. O filij hominum graues corde, ut quid tanta auiditate ambitis hæc, tantaq; sedulitate hæc queritis. O præuaricatores, reuertimini ad cor, intelligite non intelligentes, quia omnes mudi promissiones seductrix sunt, omnes blanditiæ uenena, cunctæ delectationes pocula mortalia, uiæq; illius sempiterna mors. Cui nanq; suo dilectori dedit quod promisit, quæ diu regnare permisit. Nonne uno eodemq; tempore sublimauit, & deiecit. Vbi (rogo) potentū gloria, ubi uaria supellex, deaurata uestis, clientum numerositas, diuinarum multitudo, & odoramentorū diuersa genera. Nunquid profuerunt hæc amatoribus seculi, aut ab exitio eripere ualuerūt. Transierūt cuncta, & alienis reliquerūt, quæ cū magno labore cōgregaue runt. Dormierūt utiq; somnū suū, & nihil inuenierunt oēs uiri diuinarū in manibus suis. Quare hæc nō aduertitis, cur aliorū exemplo nō eruditimi, ut quid pereuntium casus non incutit uobis terrorē. An legem nouam seruabit in uobis, & uerax esse poterit, qui semper comprobatus est fallax. Resipiscite ò insipiētes, redite ad uos, recognitate de uobis ne fortè rapiamini, & non sit qui eripiat. Veniet, ueniet extrema dies, quū non putatis. Veniet & horrenda mortis hora, in qua rugiēt circa uos aduersarij uestri maligni spiritus, qui nunc seducunt blandis promissis, ut miseram animam uestram auferant, & secum inextinguibili igne cruciandam demergant. Circunspiciens, nec erit qui adiuuet, clamabitis, & nullus exaudiet. Fiet super uos cælum æneū, & super uos aperietur tertium chaos abyssi. Peribit tunc omnis spes, & quoniā exosam habuistis disciplinā, non poteris liberari. Propterea nunc dum tempus est ueniæ ò seculi amatores, apprehendite disciplinā, eruditimi, qui habitatis orbem, respuite hæcuana mundi huius, quæ aut concupiscentia carnis aut oculorum, aut uitæ ambitio est. Contemnite uisibilia, quia laquei sunt pedibus peccatorum. Relinquite quæ in mundo sunt, ante quam ab ipsis deseramini. Toto desiderio ad inuisibilia animum subleuate. Vociferamini, & clamate. Orate spiritu, orate & mente, & cum Propheta dicide. Illumina ò domine Iesu oculos nostros lumine fidei, ne unquam in morte peccati obdormiamus, dicatq; irridendo, & cruciando inimicus noster diabolus, præualui ad peccatum pertrahendo aduersus eos. Verē enim nisi homo carnalis illustretur lumine fidei, non poterit se cōtinere à peccato, nec iustificari, quia iustus ex fide uiuit. Nā sicut in radice arboris nulla prorsus apparet pulchritudinis species, & tamē quicquid est in arbore pulchritudinis & decoris, ex illa procedit, sic ex fidei humilitate, quicquid meriti, quicquid beatitudinis anima sceptura est, ex ceterarum uirtutum exercitatione, procedit. Ideoq; in hoc opusculo Ligni uitæ non immerito radicis huius ligni sortitur nomen, tanquam necessarium ipsarum fundamentum uirtutum, de qua necessitate dicitur. Sine fide impossibile est placere deo. Ipsa nanq; est, quæ inuisibilem tribuit notitiam, & uisibilem efficit hominem

Psal. 12

Hebr. 11

A minem contemptorem. Sic enim diffinit illam Apostolus. Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Est etiam fides uoluntaria quædā, & certa prælibatio necdum propalata ueritatis. Est quoq; fides p̄ceptio ueritatis rerū cum assertione sine causarum cognitione. Ex quibus patet, quod ex lumine fidei datur inuisibilium intellectus. Quæ quum agnoscuntur, facile & libere omnia quæ possidentur, contemnuntur, & cuncta quæ in mundo sunt, ordinate diliguntur. Vnde quicquid deo placere cupit, quisquis ad uitutum ceterarū perfectionem affectat ascendere, quisquis de peccatorum tenebris liberari desiderat, non aurum, non honores, nō pulchritudine à domino petat, sed fidem, de qua in sequentibus latius domino donante dicitur.

De dupli cognitione, & distinctione informis fidei, & formatae. Atq; de commendatione ipius fidei formatae.

Cap. II.



Voniam in capitulo præcedenti ueraciter dictum est, quod Propheta postulauerat à domino fidem, ipsam uocando lumine, per quod posset ueritatis & inuisibilium notitiam habere, ne omnis cognitio fides appelletur, prius distinguenda sunt cognitiones, per quas haberi potest notitia dei & inuisibilium, & postea de ipsa fide tractandum est. Igitur notandum est, quod duplex est de deo cognitione, scilicet naturalis, & accidentalis. Naturalis duplex est, scilicet ante peccatum, qua homo cognoscet deū aperte. Cognovit enim à quo creatus fuerat, non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quomodo à credētibus absens queritur, sed quadam interiori aspiratione, qua dei præsentiam contemplatur, non tamen ita excellenter, sicut post hanc uitam sancti uisuri sunt, neq; in ænigmate, qualiter in hac uita uidemus. Alia post peccatum, & hæc est per speculum in ænigmate. Cuncta enim hæc quæ uidentur, sunt quoddam speculum, per quod cognoscitur deus. Accidentalis uero cognitione triplex est. Prima acquisita est per rationes naturales, quam habuerunt philosophi, qui ex perpetuitate creaturarum intellexerunt creatorem æternum, ex magnitudine, omnipotentem, ex ordine & dispositione, sapiētem, & ex gubernatione, bonum. Secunda est, quæ habetur ex testimonij scripturarū, quibus colla subdenda sunt, ut ad intellectum quisq; per fidem ueniat, & ex miraculis. Nam miracula insignia sunt non fidelibus sed infidelibus, quia signum fidelibus non est necessarium quia crediderunt, sed infidelibus ut conuertatur. Et hæc cognitione fidei informis dicitur. Tertia est, quæ habetur per infusionem gratiae gratum facientis, & hæc dicitur fides formata, & per talem cognitionem assentit anima primæ ueritati. Vnde ea adueniente per eunt omnes aliæ cognitiones accidentales, saltem quo ad actū. Fides igitur hæc formata per dilectionem & caritatem uirtus est, qua non uisa creditur. Magna utiq; uirtus est fides hæc. Primo quia est actus uoluntatis. Vnde ille qui intense amat deum, uoluntarius est ad credendā omnia quæ de eo recte prolata sunt, & ei beneplacita. Similiter quia est modus difficultatis, quia consentit deo in ihs quæ contra rationem uidentur esse. Transcendit enim usum naturæ, & rationis humanae, & experientie terminos. Si enim diuina operatio tota comprehendetur, non esset admirabilis, nec fides habet meritū, ubi humana ratio præbet experimentum. Præterea quia est excessus dignitatis. Nam fides est radius uiuus procedens à fonte uitæ, & à sole intelligentiæ. Vnde non solum lucet & calefacit, sed etiam est uita mouens ad faciendum bonum, & declinandum malum. Nisi enim fides teneatur, nullatenus ad spiritualem amorem attingitur. Sed neq; mentis humanae acies inuialida in contemplatione æternæ lucis figitur, si non per iustitiam fides emendetur. Postremo quia est opus strenuitatis. Perfectorum etenim fides facit carnem uincere, proprijs uoluntatibus contraire, delectationē uitæ presentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis amare, prosperitatis blandimenta contemnere, & aduersitatis metum in corde superare.

Quæ sit differentia inter credere deo, credere deum, & credere in Deum. Cap. III.



Iicut in Metallis argentum plumbō est preciosius, & aurum argento, sic & in actu fidei atq; diuersitate magna est differentia. Sciendum igitur, quod aliud est credere deo, aliud credere deum, aliud credere in deum. Credere deo, est credere uera esse quæ loquitur, quod & mali faciunt, unde credimus Paulo, sed non in Paulum; credimus homini, sed non in hominem. Credere autem deum, nūl aliud

aliud est, q̄d eum cum assertione cogitare. Per hāc credimus deum esse, quod & homines malí faciunt: nā & dēmones credunt, & contremiscūt. Et hāc fides est necessaria, quia si ne ipsa nō possūmus adamare deum, nec in ipso sperare. Nā et si non uisa adamare possūmus, incognita tamē nō possūmus. Hēc nēpe fides, qua credūt dēmones & homines mali deū esse, qualitas est mētis, sed informis, quia sine caritate est, quā homines malos possē habere Apost. declarat dīcēs. Si habuero omnem fidem, ita ut mōtes transferam, caritatem autē nō habuero, nihil mihi prodest. Credere uero in deū, est crēdēdo amare: credendo in eū ire, credendo ei adlārere, & eius mēbris incorporati. Per hāc fidē iustificat impius, ut demū incipiāt ipsa fides per dilectionē operari. Ea enim sola opera bēdicēda sunt, quae sūt per dilectionē dei. Ipsa nanq̄ dīlectio opus fidei dicit. Ad hāc fidē mouere nos debent diuina opera, quae nobis ostendunt diuinam excellentiam. Debe-  
mus autem attendere diuinorum operum utilitatem, simul & pulchritudinem, ut eum cognoscamus omnia scientem. Debēmus quoq̄ considerare illius operum finē, ut scia-  
mus eum summe beneuolentem. In opere etiā reparationis humanae eius debemus mi-  
rarī caritatem, & in eo quod redemit seruum, diuinam meditari bonitatem. Quis ergo (nisi stultus) non iudicet esse indignum non credere in eum, qui potest omnia sine reli-  
stentia, qui scit omnia sine fallacia, & cui omnia bona placent abfc̄ maleuolentia.

De multiplice commendatione uirtutis fidei. Cap. 1111.

Hebr. 11



Voniam dicente scriptura, impossibile est sine fide deo placere: nunc com-  
mendationi fidei insistendum est, quatinus ex ipsius pulchritudinis inspe-  
ctione accendatur animus ad ipsam impetrādam & possidēdam. Pluri-  
mum nanq̄ deo placet hāc uirtus fidei: quoniam intellectum deo subij-  
cit. Percipit nanq̄ ueritatem rerum sine causarum cognitione: beneficia &  
mirabilia à deo impetrat. Wade (inquit Iesus Centurioni) fiat tibi sicut credidisti. Credi-  
ditq̄ Abraam deo, & reputatum est illi ad iustitiam, & multarum gētium pater effectus  
est. Hāc uirtus est, per quam deus ad hominem ingreditur, quia est ex sui dignitate por-  
ta aurea, per quam intravit in mentem uirginis dominus omnium, rex seculorum, lux et  
deus uniuersæ fabricæ mundi. Beator siquidem fuit gloria uirgo Maria percipiēdo  
fidem Christi, quā cōcipiendo carnem Christi. Nihil enim materna propinquitas Ma-  
riæ profūset, nisi felicius Iesum corde quam carne gestasset. Est etiā fides porta ferrea,  
quia portæ inferi non præualent aduersus eam, sicut Petro à domino dictum est. Profe-  
cto qui intimo cordis amore fidē Christi percipit, quicquid ingruit extra, facile uincit,  
ita ut nec ferro nec igni superari possit. Omnia tormenta propter Christum contemnit:  
nihil præter peccatum metuit: diabolī artibus intantum resistit, quod etiā quos ipse iam  
in peccatum adduxit, de manibus eius retrahit. Est etiā porta signata, superliminare  
cuius dicitur tinctum esse sanguine Christi, ut intuitu passionis eius mens superbiam ca-  
ueat. Est quoq̄ porta sacra tabernaculi scilicet ecclesiae militantis, ubi hostia offerēda  
est. Si enim considerantur, quae domino in ecclesia munera offerūtur, nil gratum esse cō-  
spicitur, quod sine fide offertur. Nam fide Abel plurimam hostiam obtulit deo per quā  
consecutus est esse iustum, testimonium perhibente eius muneribus deo, & per illā ad-  
huc loquitur. Et similiter hāc porta thesauraria, quia ostendit thesaurum regni cælorū, H  
quem daturus est seruientibus sibi deus. Hēc deniq̄ beata fides conterit philosophię sti-  
mulum, & humāe prudentiæ indoctam doctrinam. Nam auferuntur argumenta, ubi  
fides queritur. Piscatoribus nāq̄ plus creditur, quam dialecticis. Elegit enim dominus  
Iesus deū & saluator noster simplices & pauperes, sed in fide diuines, per quos subiuga-  
reptur mundus. Relictis plane sapientibus, relictis fortibus debiles, relictis diuinitibus pā-  
nosos, homines elegit, & prædicatores infirmos abiecosq̄, qui potentes quosq̄ & fide-  
les populos colligerent, habere dignatus est. Ad prædicandam nanq̄ fidem tales ueni-  
re debuerant, qui de laude propria nil haberent, ut tanto solidius diuinum cognoscere-  
tur esse, quod agerent, quanto & apertius cerneretur ad hoc illos non esse idoneos, per  
quos ranta fierent. O beatos piscatores istos, quos dominus Iesus inter tot doctores le-  
gis & scribas, inter tot seculi sapientes, ad diuinæ prædicationis officium, & ad gratiam  
apostolatus elegit primos. Et digna satie domino nostro, atq̄ conteniens prædicationem  
eius fuit talis electio, ut in prædicatione nominis sui tanto maioris laudis admiratio na-  
scere.

A sceretur, quanto eam hominum miserrimi & humillimi secundum seculū prædicassent,  
qui non per sapientiam uerbi mundum caperent, sed per simplicem fidē prædicationē  
de horrore mortis humanū genus liberarent. Non ergo nobiles mundi elegit, ne su-  
specta fieret prædicatio, non sapientes seculi, qui per sapientiam mundi persuasissē hū-  
mano generi crederent, sed elegit piscatores illiteratos, imperitos, indoctos, ut aper-  
ta esset gratia saluatoris. Humiles quidem in seculo etiam ipso attis officio, sed præcel-  
los fide, ac deuotæ mentis obsequio, ignobiles seculo, sed nobiles Christo. Nō scriptos  
in albo terreni senatus, sed in gloria triūphantis ecclesiae. Despectos terræ, sed acceptis-  
simos cælo. Scit enim dominus quos elegit, qui cordis hominum occulta nouit, nō qui  
sapientiam seculi quererent, sed dei gloriam desiderarent, nec diuinitas mūdi acciperet,  
sed thesauros cælestes optarent. Hāc beata fides transcendere facit humanum sensum.  
Nam ille fidelis dicitur, qui nec sibi credit, nec in se sperat, factus tanquam uas perditū,  
sed sic perdens animam suam, ut in uitam æternam custodiat eam. Adauget quoq̄ fides  
homini meritum. Nam apud deum ille plus habet meriti, qui plus attulit, non argenti,  
sed fidei. Considera igitur o homo, quid à te requirat diuina bonitas, quid uelit immē-  
sa dei pietas, utq̄ quod facile implere possit nuda patiēta, despecta mediocritas, ru-

B dis simplicitas. Non per multas detraheris ambages, nec duris difficultatibus ooccupan-  
dus inuolueris. Quod à te, & pro te reposcitur, intra te est, id est, oris famulatus. & cor-  
dis affectus, secundum illud. Corde creditur ad iustitiam; ore autem confessio fit ad salu-  
tem. In anima ergo tua posuit omnia præsidia animæ tuæ dominus deus tuus, ut unde  
peccatum egreditur, inde & peccati medicina petatur. Ipsa est primogenita uitutum.  
Beatificantur, qui non uiderunt, & crediderunt. Nam tales qui ex fide sunt, benedicen-  
tur cum fidei Abraam. Hāc cælestis & sancta fides reprimit fluctus tribulationum in-  
surgentium in hoc mari, & conterit caput serpēti antiqui, ipsum inimicum expellit ab  
homine, & ipsius ignea tela extinguit. Oculum aperit, ut uideatur hostis, qui quum nō  
uidetur, per abrupta uitiorum ducit ad mortem, cuius figura præcessit in Sāsone. Fides  
similiter diabolo contumeliam infert, ostendens ipsum non esse deum, sed torius mali  
autorem, & iam iudicatum existere. Nam ipse diabolus est mali autor, nequitiae origo,  
bonorum hostis, corruptio seculi, homini tempēr inimicus. Ille laqueos tēdit, lapsus pa-  
rat, foueas fodit, aptat ruinas, stimulat corpora, pūgit animas, cogitationes suggestit, mit-  
tit iras, dat uirtutes odio, uitia addit. errores serit, discordias nutrit, pacē turbat, affectus

C dissipat, humana uiolat, & diuina contemnit. Nam quanto propinquius finē mundi ui-  
det, tanto crudelius tentationes exercet, ut qui se continuo damnandum conspicit, so-  
cios sibi multiplicet, cum quibus gehennæ ignibus addicatur. Postremo ipsa fides ingē-  
ti laude esse digna comprobatur pluribus rationibus, uidelicet quia excedit omnem ra-  
tionem, sicut patet de fide Abraæ, qui deo quod in se nectute de crepita filium haberet,  
pollicenti credidit, & Sarra, quae fidei uirtute in conceptione seininis accepit, & preter  
tempus ætatis, quoniam fidelem esse eum qui repromiserat. Quia excedit om-  
nen cōprehensionem, testante scriptura, quae ait. Vere tu es deus absconditus. Et ali-  
bi. Deum nemo uidit unquā. Nam & deo credit, qui sanctis suis credit, in quibus loqui-  
tur deus. Propterea qui de credulitate inuisibilium solidus non est, debet procūl dubio  
maiorum dictis fidem præbere, eisq̄ per sp̄ritum inuisibilium experimentum haben-  
tibus credere. Nam stultus est puer, si matrem de luce idēo pūtat mentiri, quia ipse nihil

D aliud quā tenebras carceris nouit. Quia excedit omnem aliam cognitionem, dum at-  
tingit fides, quod non capit intellectus. Et quid est quod nō inueniat fides. Attingit in-  
accessa, deprehendit ignota, comprehendit immensa, apprehendit nouissima, ipsamq̄  
æternitatē suo uastissimo sinu complectitur. Quia docet rudem conditionem, id est  
humanam. O thesauris omnibus opulentior fides. O uirtutibus corporeis omnibus for-  
tior, omnib. medicamentis salubrior, beati qui possident te. Notandum aut quod duo sunt  
necessaria ad hoc, ut firmiter credatur. Primū est, illastratio ueritatis anima eleuās: secū-  
dū est reūtificatio autoritatis instruentis animū, quorū unū est per fidem, alterum per  
scripturā autenticā, & per sp̄ritum sanctum editā. Autoritas ergo præbet fulcimentum  
fidei, & fides assentit autoritati. Ut rūq̄ uero per Christū est: propter quod & splendor,  
& uerbum dicitur, quia mentem perfidem illuminat, & ueritatem per doctrinā ostendit.

*Quanta bona homini augeantur, & quantum proficiat homo ex fidei uirtute.* Cap. V.

**I**cūt ex cibi sumptione nutritur, crescit, & roboratur corpus, sic ex fidei abundantia, & claritate coalescit, atq; ad perfectionē ascendit spiritus. Ex qua consideratione ut interior homo concupiscat hanc, & ea studeat repleri, nunc de ipsius multis utilitatibus fidei loquendum est, quia tanto audiū esca sumitur, quanto ualeudini corporis utilior esse dignoscitur. Et quis digne multiplices huius uirutis farī poterit utilitates. Nam plurimæ sunt, nec tamen silētio tegendæ. Fides est lux splendens in corde illam possidente, & est lux præcedens intellectum, quia intellectus est merces fidei. Est plane mētium illuminatiua, uiarum dei ostēsua, & dubiorum omnium manifestatiua. Est etiam uiva, fida, & salutaris columna deducens per desertum mundi huīus, ostēdēs ipsum esse plenum malitia, ubi sunt omnia uitiosa, omnia lubrica, cuncta operta tenebris, & obsesa laqueis, ubi periclitantur animæ, & affligūtur corpora, ubi omnia vanitas & afflictio spiritus, ubi finis dubius, & exitus est horribilis. Ipsa quoq; fides sicut sol in meridie, ita fulget in mente, tribuens ei quadruplicem proficuum cognitionem. Cōfert namq; homini cognitionem, à quo est, ne sit ingratus de tanto beneficio. Hæc ignorantia perniciosa est, adducens secū ingratitudinis morbum, quæ ingratitudo est inimica animæ, exinanitio meritorum, uirtutū dispersio, beneficiorum perditio, uentus urens, siccans fontem pietatis, rorē misericordiæ, & fluenta gratiæ. Quanto enim maiora beneficia homini conferuntur, tāto grauiora ingrato supplicia tribuentur, quia nihil miserabilius eo, cui collata dona sine gratiarum actione à memoria excidūt. Tribuit quoq; fides homini cognitionem sub quo est, id est dei, ne sit inutilis, & sciat deum glorificare, quia ipse summe potens est, & summe iustus. Magnus (inquit David) dominus, & magna uirtus eius, & magnitudinis eius nō est finis, quam notitiam per fidem meretur homo. Donat etiam fides cognitionem, ad quod sit homo, ut sciat actus dirigere. Qui enim ignorat se peregrinari à domino, fide caret, & qui hanc peregrinationem pro patria diligit, profecto inter dolores dolere nescit. Sed & fides inexercitata cito languescit, & crebris tentatur incommodis. Remissas excubias callidus insidiator irruptit. Assuetum autem bello uirum hesterna uirtus instruit, & gloriose prouehit ad palmam uictoriæ. Fidesq; hominis, uitam militiam esse super terram certa diffinitione docet. Ingerit præterea fides notitiā supra quid est homo, ut sciat inferiora ordinate amare. Qui em fide caret, omnia terrena ut propria possidet. Sed profecto terrenæ diuitiæ nostræ non sunt, ideo non in ipsis ponamus cor, quoniā teste scriptura, quum interiorit homo, non sumet omnia, neq; descendet cum eo gloria domus eius. Tunc autem ueraciter locuples diuitias suas secum ferret, si ad petentis uocem quum uiueret, erogaret. Nam terrena omnia quæ seruando amittit, largiēdo custodit. Fides etiam est lucerna hominis, stella matutina, & corona radiosa, de qua quinq; radij luminis uiui fluunt super intellectum, scilicet timoris, consiliij, prudētiæ, intellectus, & scientiæ. Ipsa est causa amoris, quia opus fidei amor est, quem fides concipit, spes parturit, sp̄ritus sanctus format & uiuiscit, lactat lectio, meditatio pascit, & oratio confortat, & illuminat. Hæc sancta fides à triplici morte liberat scilicet culpe, de qua dicit. Per misericordiā & fidem purgantur peccata. Temporali, quia tantā gratiam deus præstítit fidei, ut mors, quæ constat uitæ esse contraria, instrumentū fieret, per quod transiret ad uitā. Et æterna, de qua dicit. Omnis qui uiuit & credit in me, nō morietur in æternū. Fūda mentum est omnium bonorum fides, quoniā omne quod non est ex fide, peccatum est.

**R**om. 14 Propterea uidet ruīna querere, qui sine fide uult ædificare, nec stare poterit ædificium, quod absq; fide fuerit fundatum. Hominē quoq; fides facit dei filiū. Nemo enim sine fide ad filiorum dei potest peruenire numerum. Cuncta bona ante fidē inanis sunt, sed & bonū opus intentionē fides dirigit. Tale quippe est, ut sine fide uera quis uelit deo placere, quale siquis tendens ad patriā, ad quā scit se optateuenturū, relinquat itineris restitutiū, & improvidus sectet errorē, quo non ad beatam uitā perueniat, sed in præcipitiū cadat, ut non gaudium peruenienti def, sed cadenti interitus. Vincit fides mundū, & omnia quæ in mūndo sunt, scilicet delicias, dum ostendit corpus nostrū morti esse condemnatū. Licet enim demus corpus nostrū centū annos delicijs, & alios decies centum addamus, quæ erit ex his recompensatio ad æternitatem. Nōne oīna tempus

psal. 144

psal. 48

Ioh. 11

Rom. 14

**A**uitæ huius, quo delicijs frui uidemur, & indulgere libidini, qua si noctis tñius somnus ad æternitatis comparationem. Vincit diuitias, dum æternas eis meliores ostēdit. Diuitiae nancq; seculares si desunt, non per mala opera querantur in mundo, si autem adsunt, per bona opera seruentur in cælo. Animum uirilem & fidei uirtute decoratum nec debent, si accedant, extollere, nec debent frangere, si recedunt. Nam omnia bona mūdi triplex interitus tollit. Aut enim ex ipsissimē ueterascunt, aut luxu dominorum suorū consumuntur, aut ab extraneis dolo, uel uiolentia, seu calumnia diripiuntur. Illas uero solas ueras esse diuitias fides comprobat, quas quum habuerimus, perdere non ualebimus. Vincit similiter honores, dum exemplo Christi docet, illos esse tanquam letale uenient contemnendos. Propterea quicunq; desiderat honorem cælestem, sequatur humilitate terrestrem, quia nō qui maior fuerit in honore, ille maior, sed qui iustior, ille maior. Abstrahunt profecto nos diuitiae & honores, quæ in opinione nostra cara sunt, precio uero suo uilia, nihil habent magnificū, quo mentes nostras in se trahant, præter hoc quod

**B**mirari illa consueuimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudātur, sed concupiscuntur, quia laudantur. Fides etiam ostendit ihs qui in spirituali pugna sunt, si uicerint, eis regnum paratum esse æternum. Et hæc fuit causa efficax, propter quam martyres gloriosissimi talia & tāta passi sunt & tā uaria tormentorū genera. Aspiciebant nāq; uerissime lumine fidei, quod non erant condignæ passiones, quæ à carnificibus & tyrannis eis inferebantur, præ magnitudine gloriæ, quæ eis promittebat à domino. Sed quid est quod tanta nos tenet ignauia. Quid est quod nos teneat, etiam si per medios enses incedere oporteat, ut tantam ualeamus fugere miseriam, & ad tam præclaram accelerare gloriæ, nisi quod mortua est fides nostra. Non dormientibus prouenit regnum cælorum, nec ocio & desidia torpentibus beatitudiæ æternitatis repromittitur, sed certantibus uiriliter & fideliter contra uitia & tentationes pro honore domini. Ostēdit insuper fides prægnantibus Christum tripliciter. Primo, ut strenuum ducem strenue agendi exemplum præbentem. Tota nancq; uita eius, quam in terris cum hominibus gessit, disciplina monum fuit. Omnia enim bona mundi contempsit, quæ contemnēda docuit, & omnia ma-

la sustinuit, quæ sustinenda præcepit. Validiora enim sunt exempla quam uerba, & pleniū docetur opere quam sermone. Ideo dominus Iesus quod alios docuit uerbo, ipse suo prius firmauit exemplo, ne superbus homo doctrinam contemneret, quam nō cerneret uirtutibus roboratam. Secūdo, ut fortissimum adiutorem. Nam beato Stephanus se dominus Iesus, quum lapidaretur, ostendit, stantem tanq; paratum ad adiuuandū. Plurimum enim sibi unitis præstat dominus in tribulationibus præsidium. Vnde quisquis in cælum ascendere festinat, ubi Christum regnare ostendit fides, & unde ualidum nobis præbetur adiutorium, ipsi domino, qui descendit de cælo, & est in cælo, se uera fidei & dilectionis unitate coniungat, aperte firmissimeq; intelligens, quod nullo modo poterit adiuuari ab ipso, nisi crediderit in ipsum, neq; alio ordine, nisi per eum qui de cælo descendit, in cœlum ascendere poterit. Tertio, ut liberalissimum remuneratore. Vtrūq; mihi es (ait quidam) ô domine Iesu, & speculum patiendi, & meritū patienti. Vado (inquit dñs) parare uobis locū, & si abiero, & parauero uobis locū, ueniā & accipiā uos ad meipsum. O benigna promissio, ô liberalis elargitio, præcessit ut pararet, pmisit ut homo nō desperaret. Veturus quoq; est, ut de suis laborib. hominē remuneret. Fides determinat nobis locū pugnē. Nam in hoc mūndo quasi in stadio certaminis positi sumus, ubi Christus mortuus est. Quisquis ergo liuore uel plagam pro honore celestis regis hic nō suscepit, in futuro iudicio miles gloriosus nō apparebit. Ipsa etiā fides uirtus insuperabilis est. Nā sanctissimū humani pectoris bonū est, nulla necessitate ad fallēdum cogit, nullo corrūpit præmio. Vre, inquit fidelis, cede, occide, nō perdā fidē, sed custodiā, se creta dolor queret, sed fides me altius collocabit, malo mihi deesse successum, q; fidē. Et ut sub cōpendio dicamus, hæc uirtus fidei est sordidū spiritualiū purgatiua, bonorū generatiua, errantiū ad semitā reductiua, sursum ductiua, in periculis assecuratiua, sui subiecti fortificatiua, in bello uictoriæ collatiua, omnis male cupiditatis mitigatiua, hostium pugnantū fugatiua, omnis tristitia noxiæ expulsiua, diuinæ flāmæ susceptiua, & intellectus pfectiua. Hec deniq; regit & ordinat totā uitā presentē, deducēs usq; ad æternā gloriam, quæ nūc p speculū & fidē uidet, tūc aut facialiter contemplabit, & æternaliter pfruet.

**D**icitur Iustus, b 2 De

De commendatione unitatis fidei: Et quod plurimis ostendatur rationibus, solam fidem

Christianam ueram esse. Cap. VI.

Eph. 4



Icet namq; diuersis modis dicatur fides, fatendum tamē est unam esse fidē, unde ait Apost. Vnus deus, una fides. Siue enim accipiatur pro eo quod creditur, siue pro eo quo creditur, una fides dicitur. Vnitas autem ueræ fidei probatur ex unitate obiecti, de quo legit. Audi Israel, deus tuus unus est. Ex hac intelligentia fides catholica uniuersalis dicitur, quia idem iubētur fideles credere, & unum idemq; est quod à cunctis creditur. Probatur etiam unitas fidei ex unitate principij, quia est lumen infusum desuper, & non est à probabilitate rerum quæ creduntur, nec diuersificatur secundum diuersitatem rerum creditarū. Ex unitate motui, quia una est ratio credendi in omnibus articulis, scilicet prima ueritas, cui fides una semper principaliter innititur. Ex unitate subiecti, quia natura hominum una est apud omnes. Vnde si intellectus debet deo de iure naturali obsequium fidei, debet quoq; una eademq; fides esse apud omnes. Nam fides catholica (quam qui habent, fideles uocantur, & qui non habent, fideles esse non possunt) communis est omnibus fidelibus, sicut pluribus hominibus facies communis esse dicitur, quum tamen singuli suas habeant. Non enim fides numero est una, sed genere, quæ quum sit in uno, est etiā in alijs, non ipsa, sed similis, & propter similitudinē magis dicimus unā esse, q; multas, sicut idem uolentium dicitur una uoluntas, quum cuiq; sit sua uoluntas. Quibus consideratis, et ijs quæ sequuntur, patet clare, fidem Christi solam ueram esse ueram, cuius ueritate plura cōprobant & confirmant. Ipsam namq; solam ueramq; esse testificantur, & ostendunt miraculorum operationes. Plantata enim est fides miraculis, sicut ostēdit deus in Noe, Abraā, Mose, & Heliā, qui quum in fide ueri dei essent, miracula plura fecerunt, & donec ludet in eadem fide steterunt, talia miracula fecerunt, quam quum deseruerunt, translata est fides & autoritas in Christianos, sicut patet in primitiva ecclesia. Dedit enim dñs Iesus potestatem apostolis super naturam, ut eam curarent, super d̄mones, ut eos euenteret, super elementa, ut ipsa immutarent, super mortem, ut illam contemnerent, super angelos, ut corpus dñi consecrarent. Hæc etiā potestas data est eorum successoribus iuxta ilud Apocalypsis. Hi habent potestatē claudendi cælum, & conuertendi aquam in sanguinem. Exaltata est quoq; Christiana fides miraculis, quum data est Apostolis omnium linguarum noticia, & audacia in loquendo, & totum mundū per paucos simplices subiugando. Licet enim magna, mirabilia, & diuina fuerint, que dñs Iesus gessit in terris, tamē hoc super omnia emicuit, quod in paucis simplicib. totum mundum, & eius altitudinem subiugavit sibi. Comprobata est etiam fides miraculis, quia omnes creature illā comprobarunt, & dñi Iesi diuinitati obediendo testimonium reddiderunt. Nam mare illud deum esse cognovit, & comprobauit, quando sub plātis eius calcabile se reddidit, atq; uoci illius quum intumesceret, obtemperauit. Terra comprobavit, quia ad uocem uirtutis eius, quum clamaret, Lazare ueni foras, mortuū reddidit. Declarauit infernus, cuius ipse portas aereas & uectes ferreos confregit, Sathanamq; ligauit. Et qui mortuos suscitauit, cæcos illuminauit, dñs omnium fuisse probatur, quū eadem manu, qua fecerat, quod defecerat, reficiebat. Cælum quoq; Christi diuinitatē & fidē cōprobauit, quū ipsum post resurrectionē suscepit ascendentē. Nam dñs Iesus dum naturam humanā sideribus importauit, credentibus & fidei ueritatē, & cælum posse patere monstrauit, & dum uincētē in cælestib. eleuauit, uictorem mortis, quō sequantur fideles, ostēdit. Ipsi namq; soli dño Iesi datum est singulariter sedere à dextris patris in gloria coeq; quali, in effectu consubstantiali, pro generatione cōsimili, maiestate nō dispari, aternitate nō posteriori. Ostenditur etiā ueritas Christianæ fidei ex testimoniū dignitate. Testimoniū enim Christo dedit pater dicens. Hic est filius meus dilectus scilicet, præ cæteris, non adoptimatus sicut cæteri, sed naturalis, in quo mihi bene cōplacui. Filius dedit testimoniū de se, in transfiguratione, ostendendo corporis sui claritatē, in miraculorum perpetratiōe, & in uita. Spiritus sanctus testificatus est de eo super illum descendendo in specie colubē, & corda discipulorum in ipsius nomine implendo. Angeli confirmarunt fidei ueritatē in Christi nativitate. Quū aut̄ angelus Christi nativitatē pastorib. nunciasset, & illi de uisis & auditis mirarent, ne unius testis autoritas parva uideret, pro robatoriōe testimoniū

Dent. 6

B

nī

A nū subito facta est cum angelo, qui nūc iauerat, multitudo militi iæ cælestis exercitus scilicet angelorum æterno regi militantium, laudantium deum consona uoce, atq; dicentium. Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Ioānes baptista quoq; Christo perhibuit testimonium dicens. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Multaq; alia præclara perhibuit testimonia, ut in Euāgelio patet. Sanctæ etiā fidei catholicæ, & Christo domino magnum præbet testimonium triumphalis martyrum chorus, qui ferro perempti, flammis exulti, flagris uerberati, uectibus perforati, cruciati patibulo, pelagi periculo demersi, uiui decorati, uinculis mancipati, linguis priuati, lapidibus obruti, frigore afflicti, & fame cruciati, clarum domino Iesu exhibuerunt testimonium. Veneremur igitur & nos inter tantos Christi martyres fidem nostram catholicam, in qua isti illustres athletæ subscriperunt sanguine, morte iurauerunt. Mater nāque martyrij fides Christi est. Veneremur plane in sanctorum martyrum gloria fidē nostram. Quomodo fidem nostram? Ab illis enim dum mortis tolerantia indubitanter ex

Luc. 2  
Ioan. x

B cipitur, spes immortalitatis euidenter asseritur. Nunquam enim hanc uitam sic constanter expenderēt, nisi esse alteram incomparabiliter beatiorem certa definitione sentiret. In sanctis itaq; præconibus catholicæ fidei, & passionis magnanimitas, & resurrectiois declaratur autoritas. Prompti enim pereunt in melius reparādi, quibus per angustias tribulationum aperitur exitus ad plenitudinem gaudiorum. Nouerimus itaq;, quod nō sine magno discrimine de religionis Christianæ ueritate disputamus, quam tantorū sanguine confirmatam uidemus. Magni periculi o homo res est, si post prophetarum oracula, post Apostolorum testimonia, post martyrū vulnera ueterem Christi fidem quā si nouellam discutere præsumas, & post tam manifestos duces in errore permaneas, & post morientium sudores ociosa disputatione contendas. Patet quoq; ueritas Christianæ fidei ex reuelationibus & prophetijs, quæ de ipsa facta fuerunt ante legem. Et hoc claret in dormitione Adam, de cuius costa formata est Eua, in munerib. & morte Abel, in arce fabricatione Nœ diluuij tempore, cui etiam transacto diluuij dicitur est, Ponā Gen. 9

C arcum meum in nubibus, & erit, &c. in promissione seminis Abrahæ, & immolatione filij, pro quo arietem inter uepres cornibus hærentem immolauit, in Iacob benedictione, In Iacob perseuerantia, lucta & prophetia filiorū, in Ioseph uenditione, castitate, & prudenteria super alii monijs. Sub lege & hoc in Mose plenissime elucet, quādo rubum uidit, in transitu maris rubri, & submersione Pharaonis, in manna, in suspensione serpentis ænei, in aquarum inundatione de petra, quod ipse patenter prophetauit dicens. Prophētam suscitabit dominus de fratribus uestrīs, &c. Et quis potest explicare sermone reuelationes & prophetias, quæ de deo & domino nostro Iesu Christo continentur in scriptura Psalmorum, in libris Esaiæ, Hieremiæ, Ezechieli, Danielis, ceterorumq; prophetarum. Redolent namq; humiliter intelligentibus, & de se effundunt ineffabilem suauitatem huius sacrosanctæ fidei. Et post legem scilicet in Euāgelio emicat soliditas catholicæ ueritatis. Non solum ab angelis & prophetis, sed etiam à iustis generatio & fides Christi accepit testimonium. Omnis ætas, uterq; sexus uenturorum miraculorum tempore nativitatis Christi fidem astruxerunt. Nā uirgo generauit, sterilis peperit, mutus locutus fuit, Helisabeth prophetauit, adorauit magus, in utero clausus Ioannes exultauit, uidua confessa est, & Simeon iustus expectans uidit, cognouit, adorauit, prophetauit, & consummata promissione in pace quieuit. Hæc sunt testimonia tua domine Iesu, quæ præmisisti, inspirasti, ut mentes fidelium tuorum roborares in fide. Fulget præterea, & ostenditur ueritas Christianæ fidei ex dignissimis conceptionibus, quas sentit de deo. De ipsis dignissima essentia sic sentit, & loquitur dicens. Deus uera & summa essentia, in quo, & a quo, & per quem beata sunt omnia. Deus, a quo auerti, cadere est, ad quem conuerti, resurgere, in quo manere, consistere. Deus, a quo exire, mori, in quo redire, reuiscere, & in quo habitare, uiuere est. Deus quē nō amittit, nisi deceptus, quem nō querit, nisi admonitus, quem nō inuenit, nisi purgatus. Nam in se est principium & finis. In mundo sicut autor & rector, in angelis sicut sapor & decor, in ecclesia sicut paterfamilias in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut ad iutor & protector, in reprobis sicut pavor & horror. Est enim uirtus inexplicabilis pie tas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis. De Christi autem admiranda incarnatione

Gen. 9

Deut. 18

D tūs locutus fuit, Helisabeth prophetauit, adorauit magus, in utero clausus Ioannes exultauit, uidua confessa est, & Simeon iustus expectans uidit, cognouit, adorauit, prophetauit, & consummata promissione in pace quieuit. Hæc sunt testimonia tua domine Iesu, quæ præmisisti, inspirasti, ut mentes fidelium tuorum roborares in fide. Fulget præterea, & ostenditur ueritas Christianæ fidei ex dignissimis conceptionibus, quas sentit de deo. De ipsis dignissima essentia sic sentit, & loquitur dicens. Deus uera & summa essentia, in quo, & a quo, & per quem beata sunt omnia. Deus, a quo auerti, cadere est, ad quem conuerti, resurgere, in quo manere, consistere. Deus, a quo exire, mori, in quo redire, reuiscere, & in quo habitare, uiuere est. Deus quē nō amittit, nisi deceptus, quem nō querit, nisi admonitus, quem nō inuenit, nisi purgatus. Nam in se est principium & finis. In mundo sicut autor & rector, in angelis sicut sapor & decor, in ecclesia sicut paterfamilias in domo, in anima sicut sponsus in thalamo, in iustis sicut ad iutor & protector, in reprobis sicut pavor & horror. Est enim uirtus inexplicabilis pie tas incomprehensibilis, sapientia ineffabilis. De Christi autem admiranda incarnatione

Laur. Iustin.

b 3 ne

Matt. 30



ne confitetur, quod deus pater unicum filium suum in utero uirginis humanæ naturæ coniungens deum ante secula sibi coæternum, fieri uoluit hominem in fine seculorum. Et quem sine tempore genuit, saluandis hominibus sub tempore ostendit. Vnde salua proprietate utriusq; substantiæ. & in unam coeūte personam, suscipitur à maiestate humilitas, à uirtute infirmitas, ab æternitate mortalitas. Et ad reparandum conditionis nostræ debitum, natura inuiolabilis naturæ est unita passibili. Deusq; uerus & uerus homo in unitate personæ temperatur, sicut nostris remedij congruebat, ut unus idēq; dei & hominum mediator & posset mori ex uno, & resurgere posset ex altero. Euidēter insuper percipitur ueritas Christianæ fidei propter immētas perfectiones, quas sentit de homine & de deo. De homine assueverat, quod sit ad dei imaginem factus iuxta illud, Fāciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Est enim anima, quæ est potior pars hominis, substantia inuisibilis, incorporea, immortalis, deo simillima, habens imaginem creatoris sui, quæ cæteris omnibus occupari potest, repleri omnino non potest. Capacem enim dei, quicquid deo minus est, non implebit. Ipsius nanc; excellētia, Fdonec incorruptibili detinetur corpore, ad plenum non agnoscitur, sed quādo ab ipso liberata fuerit, tūc reuelabitur eius gloria, sicut scriptum est. Carissimi filij dei sumus, & nondum apparuit, quid erimus, quod quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. De deo autem fides Christiana confitetur & prædicat dei æquitatem, iudicium futurum prædicando. Vnde Paulus ait. Nolite ante tempus iudicare, quo ad usq; ueniet dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. Tunc enim in extremo illo examine cum apertis cælis, ministratibus angelis, cum sedentibus Apostolis in sede maiestatis, ac potestatis iudicariæ, Christus apparuerit, omnes hunc electi pariter & reprobi uidebunt, ut & iusti de munere retributionis sine fine gaudeant, & iniusti de ultione supplicij in perpetuum gemant. Prædicat dei liberalitatem, quia filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Nam ipse dominus Iesus pro nobis traditur ad supplicium, ut nos ab æterno libaret exitio. Dicitur & expalmatur qui uere est palma uictorie, spinis coronatur qui peccatorum spinas uenit confringere, ligatur qui soluit compeditos, ligno suspenditur qui erigit elisos, aceto potatur fons uitæ, disciplina cæditur, salus uulneratur, uita mōritur, & iustitia sol obscuratur, occiditq; ad tempus uitam mors, ut in perpetuum occideretur à uita mors. Prædicat dei caritatem in confessione beneficiorum. Minuisti (inquit David) eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eis super operam manuum tuarum. Insuper & angelos ipsos ô domine in ministerium tradidisti homini. Quæ cuncta singularem erga illum tuam esse indicant caritatem. Confitetur dei pietatem in receptione pœnitentium peccatorum. Quotiescunq; (ait scriptura) ingemuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatum suarum. Considera ergo ô homo peccator, qui expectaris ad agendam pœnitentiam, donum diuinæ pietatis. Vnde ne sis ingratus. Hodiernam enim habes diem, in qua corrigaris. Heri malus fuisti, hodie bonus esto. Cogita diligenter, quām multi modo moriuntur, quibus si una hora ad agendum pœnitentiam, quæ tibi concessa est, tribueretur, quām festinanter ad ecclesiæ current, & ibi flexis genibus uel toto prostrato corpore tandem suspirarent, ploraret, & orarent, donec peccatorum suorum ueniam consequi mererentur. Tu uero comedendo, bibendo, iocando, ridendo, & ociose uiuendo tempus perdis, quod tibi deus indulxit ad acquirendam gloriam, & gloriam promerendam. Si dei pietas & patientia non te mulcere potest, terreat te fatigæ mortis, timor iudicij, metus gehennæ, & quod animæ in inferno cruciantur sine spe misericordiæ. Contueri quoq; potest ueritas Christianæ fidei ex hoc, quod debellat infideles. Et hoc habet ex dei promissione, ex fortitudine, ex antiqua assuefactione, & ex prolata condemnatione. Et ut concludatur breuiter, nullæ maiores diuitiae, nulli thesauri, nulli honores, nulla mundi huius maior est substantia, quām fides Christiana & catholica, quæ peccatores homines saluat, cæcos illuminat, infirmos curat, cathecuminos baptizat, fideles iustificat, pœnitentes reparat, iustos augmentat, martyres coronat, uirgines, uiduas & coniugales casto pudore conseruat, clericos ordinat, sacerdotes consecrat, & in hereditatem æternam cū sanctis feliciter collocat.

Quæ sunt necessaria ad hoc, ut fides sit perfecta, quæ sunt septem, & de felicitate beatæ uite sub compendio. Cap. VII.

**A**  Vemadmodum ex preciosorum uarietate lapidum regia decoratur et perficitur corona, sic ex diuersitate actuum atq; uirtutum fidei perfectio uenustratur & cognoscitur. Sciendum est, quod septem sunt, quæ pertinent ad perfectionem fidei. Primum quod sit primæ ueritati innixa, sicut fides Mosis, qui se negauit filium filiæ Pharaonis, magis eligēs affligi cum populo dei, quām temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias existimans thesauro Egyptiorum improperium Christi. Aspiciebat enim in remunerationem. Secundum quod sit caritate formata, sicut fides Magdalene, quæ saluā eam fecit, & cui dimissa sunt peccata multa, quoniam dilexit multum. Fides enim huius saluam eam fecit, quia hoc quod petiit, posse accipere non dubitauit, eiq; in pace ire præcipitur, ut in ueritatis itinere perseveret, & ab eo in uitam scandali amplius non declinet. O uerbum delectabile & suave quām libenter id Magdalena audiuīt, & quām iucundè recessit, & perfectè ad dominum conuersa deinceps honestè & sanctè uixit, ac domino Iesu & matre eius perseueranter adhæsit, quod totum ex merito formatè fidei recipere promeruit. Tertium quod sit deuotione feruida, sicut fides illius mulieris, cui dixit dominus. O mulier magna est fides tua. Quod pater ex uerbo & facto ipsius, quia non fuit retardata à feruore petendi propter Christi taciturnitatem, nec postea propter negatiuam responsonem, nec propter illatum conuicium. Eadem dominus in spiritu conuenienter ait. Iam nō uoco te carnem, sed mulierem fidelem, quia tanta est fides tua, ut me superauit, & uicit. Non uidisti mortuum suscitatum, non leprosum mundatum, nec prophetas audiisti, nec legem meditata es, neq; mare scindi in diuisiones uidisti. Nihil horum contemplata es. Insuper & despecta & contempta es à me, & non recessisti, sed perseverasti petendo. Et quia magna est fides tua, copiosa est gratia effusa. Et sanata est (inquit) filia eius ex illa hora. Quartum quod sit operibus probata, sicut fides Cornelij, qui quum esset gentilis, tamē ibid.

**B** propter fidem religiosus dictus est, & timens deum cum omni familia sua, faciens elemosynas multas plebi, & deprecans dominum. Propter quam angelica uisione premonitus Petrum accersiri fecit, & ab eo sacrum baptisma suscipere promeruit, sicut patet Actum decimo. Quintum quod sit fortitudine roborata, sicut fides Stephani, Laurentij, & aliorum martyrum, qui per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, & adepti sunt repromissiones. Sextum quod sit humilitate subiecta, sicut fides beatæ uirginis, quæ ait. Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Verè enim fides humilitate subiecta erat in uirgine, quia illud credit in se fieri debere ad uerbum angelii, quod nunquam à seculis fuerat auditum, nunquam repertum, nunquam uisum, aut ab aliquo cogitatum. Ofides Deo accepta, ô humilitas grata, ô obedientia omni sacrificio deo iucundius oblata, ô sublimis mater domini, ô mater humiliæ ancilla domini. Quid sublimius esse posset? Quid sentire humilius posset. Ancillam se dicit domini, quæ mater eligitur, & repentina exaltata promissione nullam sibi prærogatiuam tantæ gratiæ uendicauit, quin faceret, quod iuberetur. Septimum, quod sit obedientia decorata, sicut fides Abraæ, qui obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hereditatem, & exiit nesciens, quo iret. Demoratus est enim in terra reprobationis, tanquam in aliena, in casulis habitans cum Isaac & Jacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor deus, scilicet supernam Hierusalem, de qua dicitur. Accessisti ad ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cælestem, & multorum milium angelorum frequentiam, in qua dei amatores, & ueræ fidei sectatores mira pascuntur suauitate, replentur gaudio, pace fruuntur, & incomprehensibili gloria propter fidei meritum sublimantur. Recipiunt nanc; ab ipso fidei autore & consummatore Iesu, immortalitatis stolam, & de ipsius manibus coronantur corona gloriæ. In ipsa enim corona tanquam preciosi lapides, fulgent duodecim genera gaudiorum, quibus decorantur, qui illuc introducuntur, uidelicet sanitas, absque infirmitate, uiuentus, sine senectute, satietas, sine fastidio, libertas, sine impedimento, pulchritudo, sine deformitate, impassibilitas, sine morte, abundantia, sine indigentia, securitas, sine timore, cognitione, sine ignorantia, gloria, sine ignominia, pax, si-

**C** b 4 ne

**D** Hebr. 10  
Hebr. 11  
Luc. 1

ne perturbatione, & gaudium sine tristitia, quod procedit a beata trinitate, a iure da-  
societate, a loci amoenitate, a corporis glorificatione, a mundi uanitate, & ab inferni sup-  
plicijs. Beatus qui fidem rectam, & operibus decoratam usq; ad uitæ consummationē  
seruauerit, quia introducetur in caelestis gloriam Hierusalem, cuius portæ ex saphiro &  
smaragdo ædificabuntur, & ipsius plateæ ex lapide candido & mundo sternetur, & per  
uicos eius alleluja catabitur. Cuius muri circuitus est de lapide precioso, super quo co-  
stituti sunt custodes, qui die ac nocte, uidelicet sine intermissione nō cessant laudare no-  
men domini, qui est benedictus in secula.

D E V I R T U T E C O N T I N E N T I A E , A T Q V E D E I P S I V S  
diffinitionibus, quæ uirtus quā optimum præbet adiutorium homini, ut in pristinum reforme-  
tur statum, unde per peccatum occidet, & locum in ordine fru-  
ctuum ligni uite possidet primum.

Caput I.

Psal. 69



Vbilate deo omnis terra, psalmum dícite nomini eius, date gloriæ lau-  
di eius. Exhortatio hæc, opera diuina contemplantis est uox, quæ tan-  
to maiori promittit affectu, quanto clariori lumine irradiatur. Non la-  
crimas, nō gemitus nec suspiria, sed iubilationes, & laudes omnes pro-  
uocat eructare. Vtq; tanquam quæ intuetur deum in se magnificum,  
omnia potentem, scientem, regentem, & conseruatatem, in creaturis ue-  
rò laudabilem, & incomprehensibilem. Plane omni dignus est laude  
deus noster, qui quæcumq; uoluit, fecit in cælo & in terra. Terram enim replete arbori-  
bus, floribus, fructibus, & iumentis, aquam uarijs piscibus, aerem uolucrib. diuersis, fir-  
mamentum sideribus, cælum uerò angelicis spiritibus. Condidit nāq; deus angelorum  
spiritus, ut essent potentes. Condidit spiritus, glorioſos, beatos, distinctos in personis,  
dispositos in dignitate, ab initio stantes in ordine suo, perfectos in genere suo, immorta-  
litate perpetuos, mente puros, affectu benignos, religione pios, unitate indiuuiduos, feli-  
citatem securos, futurorum præscios, & diuinis laudibus atq; obsequijs deditos. Creauit  
quocq; hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, scilicet ani-  
mam, quam insigniuit imagine & similitudine sua secundum memoriam, intellectū, &  
uoluntatem, cui copulauit corpus, ut esset obtemperans sine rebellione, esset propaga-  
bile sine libidine, esset vegetabile sine mortalitate, esset & proportionabile quantu ad  
proportionem æqualem. Fuit enim illud corpus ita cōditum, ut in eo nulla esset pugna  
rebellionis, nulla pronitas libidinis, nulla imminutio uigoris, nulla corruptio mortis.  
Quæ immortalitas fuit ab anima, sicut ab influete, a corporis æquali proportione, sicut  
a disponente, a ligno uitæ, sicut a vegetante, a régimine uerò diuinæ potentie, sicut ab  
interius conseruante, & exterius protegente. Factus est sine culpa & miseria, nec ad cul-  
pam habuit somnis incitamentum, quinimo datum est illi quadruplex adiutorium, pri-  
mum ad recte uiuendum, quod est conscientia, secundum ad murmurandum cōtra ma-  
lum, & stimulandum ad bonum, quod est Syndæresis, tertium scientia intellectum illu-  
minans ad cognoscendum deum suum, seipsum, & inūdum istum, qui factus fuerat pro-  
pter ipsum, quartum caritas accendens affectum ad diligendum deum super omnia, &  
proximum sicut seipsum. Fecit itaq; deus hominem ratione sapientem, uita innocentem,  
& dominio potentem, quia præpositus est cum suis creaturis, cuius felicitati inuides dia-  
bolus tentauit experiendo in interrogatione, impellendo in assertione, & alliciendo in pro-  
missio. Allexit enim mulier in rationali per scientiam, in irascibili per excellentiam, in cō-  
cupiscibili per suauitatē ligni. Et sic inuidit, metitus est, decepit, ex quo suis peccatis exi-  
gentib. libijs factus est & homini grauis. Multis em oppressus ærūnis, uallatusq; misere-  
rijs, cū nimio labore nūc indiget hō querere, que prius abunde possidebat. Hinc deniq; est,  
q; ei in exercitatio uirtutū desudare necesse est, ne ex incuria uitorū spine, & cōcu-  
piscentiarū tribuli germinates in agro cordis & corruptio carnis reddat illū inutilē, et si-  
ne fructu ante deum. Solerti itaq; cura & nō modica uigilandū est circa uirtutem conti-  
nēti, que aliarū uirtutū peropportuna auxiliatrix est, & comes indiuiduali, cuius lauda-  
bilis

A bils operatio est, rationis in libidinē atq; in alios nō rectos animi appetitus firma et mo-  
derata dominatio. Continentia nanq; quamvis omnibus, præcipue tamen præsidenti-  
bus necessaria sit, ut sine sui detimento aliorum possint insistere profectibus. Nā qui  
adhuc impugnatum certamina uitorum per consensum delectationis tolerant, alio-  
rum curam suscipere non presumant. Quum uero tentationum bella per continentia  
uirtutem subegerint, tunc animarum absq; sui præiudicio poterunt sortiti custodiā. Non enim potest, qui præest subiectorum uirtutia liberè redarguere, nisi ipse ab ipsorum  
fuerit operatione alienus. Mundet se prius per continentiam, qui aliorum imitanditiā  
mundare festinat. Hæc enī uirtus continentia est, quæ hominem deo subditū reddit,  
& hominibus recte præsidentem. Sic nanq; dissinitur. Continentia est amor deo se se in-  
tegrum incorruptumq; seruans, uel est nihil appetere pœnitendum, in nullo moderatio-  
nis legem excedere, & sub iugo rationis cupiditate domare. Est etiā per edomitā uit-  
iorum furias mūda & honesta corporis habitudo, de qua uirtute seriatim infra dicetur.

Quam luculenter ex ijs, que inferuntur, claret continentia uirtus. Cap. II.

**N** Eluti ex corporali intuitu percipiuntur uisibilia, atq; ex eodem concupi-  
scentia generatur, & que ex spirituali uirtutum consideratione apparet di-  
gnitas illarum, necnon & affectio ipsarum in corde concipitur. Tempora-  
lium amor breuis, amarus, & perniciosus est, sed uirtutum dilectio diuturna, delectabilis, & perutilis. Ille suum extrā se trahit possessorem, hæc autē  
& colligit diligentem in se, & eleuat supra se. Temporalium amor animæ mors est, uir-  
tutis uero dilectio immortalitatis radix est. Primus ut exitiale uenenum fugiendus est.  
Virtus etenim totis est præcordijs amplectenda. Non poterit esse à peccato immunis,  
qui uisibilium uoluerit pasci delicijs, & absq; iucunditate spirituali non erit, qui uirtutē  
sedulus fuerit imitator. Quoniam autem non potest diligi, quod nequit intueri, ut dil-  
genter legentis animus ualeat in amorem & actum uirtutis continentia, de qua sermo  
exortus est, accendi, conuenienter nunc in commendatione & utilitate ipsius insisten-

**C** dum est, quatenus alacrior eo reddatur ad illam obtinendam, quo fructus eius opulen-  
tior & dignitas noscitur esse sublimior. Virtus nanq; continentia adeo similis est, quod  
hominem quodammodo similem reddit naturæ angelicæ. Supergreditur nanq; conti-  
nentia humanæ naturæ conditionem, per quam homines uicunq; angelis assimilatur.  
Maior tamen in aliquo est uictoria continentium q; angelorum. Angeli enim sine car-  
ne uiuunt, continentes autem in carne triumphant. Differuntq; in hoc homo pudicus &  
angelus, quod angeli uirginitas felicior, hominis uerò continēti fortior esse cognoscitur.  
Est continēti lesu Christi domus amabilis & pulcherrima. Pulchritudinē enim quis  
maiores potest aestimare decore pudici, qui amatū à rēge, probatur à iudice, dedica-  
tur domino, consecrat deo. Hæc uirtus homini honorem suum custodit. Honor ho-  
minis est libertas uoluntatis, quæ apprehensa potest uelle, & non uelle. Nam in brutis  
& incontinentibus est seruitus appetitus, huic libertati opposita. Apprehenso enim de-  
lectabilī accendi concupiscentia eorū, nec habent potestate eam extingueendi. Merito  
igitur qui post carnē ambulant in uentre & libidinem proni, quasi irrationalib; iume-  
ta reputantur, de quibus legitur. Homo quū in honore esset, nō intellexit, cōparatus est

**H** iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Deo etiā familiarem reddit cōtinēti,  
de qua legitur. Incorruptio facit proximū deo. Vnde pudica & continens anima de sua  
aliorumq; concupiscentia ingemiscens ait dño. Domine per continentiam colligimur  
in unum, à qua dilapsi in multa defluximus. Verè enim minus te amat, qui tecū aliquid  
amat, quod nō propter te amat. Ipsa uirtus ad contemplationē dei præparat. Nam cō-  
tinēti est amor ab amore inferioris pulchritudinis nos remouens, & eleuās ad superio-  
rem. Nil enim nobis uolentibus ad contemplationem ascendere penitus plus est fugie-  
dum, q; ista sensibilia, quæ incontinentia maximum sunt fomentum. Cauendumq; ma-  
gnopere est, dum hoc tegimur corpusculo, ne quo earum uisco pennæ nostræ impedi-  
tur. Quibus integris atq; impollutis opus est, ut ad illam lucē inuisibilē, quæ nobis pro-  
missa est, ab his tenebris euolemus, quam deus nec ostendere quidem dignatur in con-  
cupiscentiarum cauea inclusis, nisi tales fuerint, ut ista uel effracta uel dissoluta possint  
in auras suas euolare. Diabolū multū offendit continentia. Scriptum est enim. Post con-  
cupi-

Psal. 48

cupiscentias tuas ne eas, & à uoluntate tua auertere. Si autem præstes animæ tue cōcupiscētias eius, facient te in gaudium inimicis tuis. Ipsi enim inimici continentiam nituntur auferre. concupiscentiarum laqueos tendunt, primordia bona pulsant, captant rudimenta uirtutum, sancta desideria in ipso ortu festinant extinguit, scientes quod ea subuertere fundata nō possent. Vitia quoq; carnalia cōsentientia extinguit, quod ut facilius assequatur, frequentur reuoluit apud se pudicitię amator: quale futurum sit cadauer hominis in sepulcro. Nihil quippe ad edomandū desideriorum carnalium appetitū tam ualet, q; ut quisq; amore continentiae sedulo hoc quod uiuum diligit, mortuū penset. Glorioso triūphat continētia de suo certamine. Nam inter omnia Christianorū certamina durissima sunt prælia castitatis. Maius proinde miraculū est de propria carne fomitem eradicare luxurię, q; expellere immodicos spiritus de corporibus alienis. Vas cordis syncerum custodit hæc uirtus, de qua dicitur. Hæc est uoluntas dei sanctificatio uestra, ut sciat unusquisq; uas suum possidere in honore. Tale nāq; nos decet seruare deo uas cordis, ut nulla sorde uel contagione carnis polluatur, sed ut castitatis continentia resplendeat. A deceptione quoq; familiaris hostis custodit ipsa continentia. Nulla enim pestis efficacior ad nocendum, q; familiaris hostis. Præcipue igitur hæc nos continentie uirtute ornatos omnes esse oportet. Gestamus nāq; laqueum nostrum nobiscum, circumferimus inimicum, hostem domesticum, scilicet carnem nostram de peccato natam, in peccato nutritam, corruptā nimis ipsa origine, sed amplius ipsa cōsuetudine uitiatam. Hinc est quod tam acriter contra sp̄ritum concupiscit, quod assidue murmurat, quod est impatiens disciplinæ, quod illicita suggerit, quod nec rationi obtēperat, nec ullo timore inhibetur. De qua tunc gloriose triumphamus, quum agnita illius fallacia amore continentiae eam sub disciplina abstinentiae coarctamus. Seruat etiam munditiam hæc uirtus. Si enim continentiam diligimus, turpia fugiemus, anteq; ueniant, nec alium quenquam uerbimur plusquā nos. Omnia enim tolerabilia sunt præter turpitudinē. Ipsa uirtus decorum prouidet moribus nostris, de qua sic per quandam dicitur. Si continens es, animi tui & corporis motus obserua, ne indecori sint, nec omnino illos contemnas, quia latent. Nam nihil differt, si nemo uideat, quum tu ipse illos uideas. Est deniq; continentia ornamētum nobilium, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo uilium, solamen mœrentium, augmentum omnis pulchritudinis, decus omnis regionis, minoratio criminū, multiplicatio meritorum, creatoris omnium dei amica, soror angelorum, uictoria libidinum, schola uirtutum, & possessio omnium bonorum, quam qui possidebit, habebit pacem in conscientia, lumen in mente, hilaritatem in facie, gaudium in anima, securitatem in morte, & partem in æternitate.

De considerationibus, que mentem iuvant ad refrēnandum amorem uoluptatis. Cap. IIII.

**V**oniam in præcedenti capitulo satis compendiose dictum est de multiplici excellentia & utilitate continentiae, nunc in præsenti tractandū est de ijs considerationibus, quæ iuvant mentem ad refrēnandum amorem uoluptatis. Superfluum quippe est laudare uirtutem, & uirtutis uiam nō propalare. Potius se quām uirtutem laudare conuincitur, qui ipsum finem, nec qua ad eum perueniatur, ostendere nititur. Ad contundendam igitur elatam curiositatem, quæ plus alta q; utilia profert, & quæ erubescit plana & humilia, ne hæc sola scire uideatur, dicātur perspicue & simpliciter, quæ sunt illa, quæ compescunt amorem uoluptatis, & hoc ad utilitatem, eruditioñē legentium. Primo nāq; cōsideratio loci, in quo sumus plurimum iuuat. In ualle enim miseriarum positi sumus, ubi eo magis flendū est, quo minus flemus. Undiq; sunt pericula, circumquaq; discurrent hostes, rapiunt, expoliant, uulnerant, interimū. Quoniam uero ignoramus, utrum euademus, solerter studeamus omnē de cordib. nostris eradicare uoluptatē. In hoc enim exilio nequaq; eiecit deus hominē de paradiſo, ut hic aliam faceret paradiſum, sed ut operaretur in sudore, donec reuerteretur in terrā, de qua assumptus fuerat. Excitat præterea ad contemptum uoluptatis tempus, in quo sumus. Vniuersum nāq; tempus præsens quædam est uigilia solennitatis æternę. Vigilia utiq; non est tempus deliciarum, sed dies festus. Ideo fallax suauitas in temporalibus bonis, in fructuosis labor, uana spes, perpetuus timor, & periculosa inest iucunditas, cui initium sine prudentia, progressus absq; rubore, & finis cum poena. Promouent simi-

A similiter ad hanc compescendā uoluptatem exempla Christi & sanctorū. Tota enim uita Christi, quam in terris cum hominib. gessit, disciplina morum fuit. Omnia nempe bona mundi contempsit, quæ contemnenda docuit, & omnia mala sustinuit, quæ sustinenda præcepit. Et quum non possit falli, quum sit sapientia, elegitq; quod carni molestius est, id melius, id utilius, id præeligendū est. Quisquis uero aliud docet uel suadet, ab eo tanq; à seductore cauendum est. Ab omni prorsus pollutione uoluptatis mundū necesse est esse, qui cupit regnare cum Christo. Christi exemplo uiuēdum est tibi o pudicitia amator, si sanctorum cupis habere consortium. Ab immunditia & turpitudinis cogitatu pectus emunda, quoniā nullos nisi sanctos & iustos, simplices & innocētes, ac puros cœlestis aula suscipiet. Macula quoq; quæ per concupiscentiā cōtrahitur, nos ad ipsam comprimēdam adiuuat. Polluitur enim anima huius pestis colluizione fœdata. O detestanda concupiscentiæ turpitudō, quæ non solum mentem effeminitat, sed corpus eneruat, non solum maculat cor, sed fœdat personā. Semper namq; illam precedunt ardor &

B petulantia, semper comitantur fœtor & immunditia, semper sequuntur dolor & pœnitentia, uoluptatis insuper breuitas illā coercet. Voluptas enim breuis est, quæ quo audiūs hausta est, eo citius in contrariū uertitur. Semper famem patitur, quum non habet, quum aut̄ habita fuerit, prorumpit dolor, angit mœror, hebetat mens, ingemiscit ratiō, exhorretur uita, concupiscitur mors, & tarde cognoscitur diu stare nō potuisse, qđ male perpetratum est. Voluptatis quoq; indignitas ipsius ardore temperat. Ad illos namq; diuertenda est consideratio, qui uoluptatib. se tradunt, quarum appetentia plena est anxietate, satietas uero fastidio, quarum motus quid iucunditatis habeat, ignorat. Tristes aut̄ uoluptatum exitus esse, quisquis libidinū suarum reminiscitur, intelliget, quas si explicare ueraciter uellet, nihil aliud q; iumentum se extitisse fateretur, sed nō decet Christianam professionem amor uoluptatis, non conuenit Christiano delicias uoluptatum querere, quum sciat Christū in tot membris necessaria nō habere. Propterea Christianū nomen ille frustra sortitur, qui concupisit uoluptatib. Christum minime imitatur. Parū

C enim prodest solo nominis decorari uocabulo. Si aut̄ Christianum quempiam esse dicit, quæ Christianitatis sunt, gerat, & merito sibi Christianum nomē assumet. Voluptatum etiam impunitas earum plurimū suadet contemptū. Dulcedo nāq; felicitatis humanae non solum multis amaritudinib. respersa est, sed etiam diuersis pœnarum generibus multanda, quod clare exemplo eorum, qui illis potiti sunt, & transierunt, cognoscitur. Vbi sunt (quæso) amatores mundi, concupiscentiarum suarum executores, qui ante pauca tempora nobiscum erant. Nihil aliud ex eis remansit, q; cineres, & uermes. Attende quid sunt, & diligenter considera quid fuerunt, homines fuerunt sicut & nos, comederunt, biberunt, lætati sunt, & in suis concupiscentijs exarserunt, duxerunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descenderunt. Hic caro eorum uermibus, illic anima eorū ignibus deputatur, donec rursus infelici consortio sempiternis inuoluantur in cendijs, ut sicut socij extiterunt in uitijs, ita efficiantur in pœnis, atq; una sententia implacet, quos unus in facinoribus amor copulauit. Voluptatum quoq; uarietas q; plurimū illas conterit, & refrænat. Anima enim delectationis auida, ex quo ab unitate diuinq; &

D fraternæ dilectionis recessit, quū nequeat rerum qualitate satiari, iterū uarietate impleri desiderat. Nunc ista, nunc illa querit, nec tamen reperit, in quo requiescat. Cogitationes alternat, mutat consilia, diuersarū format in se species uoluptatū, ut suo possit stabiliter frui desiderio. Nunq; uero tali indagatione ad sui poterit pertingere finem desiderij, quia sicut impossibile est lucē splendescere cum tenebris, & cum amaritudine persevere dulcedinem, æquè contrarium est & præter naturam, in his temporalibus uoluptatibus pacem perfecte in animo possidere. Quam sententiam profert Ecclesiastes dicens: Vadam, & affluam diuinitijs, & fruar bonis, & uidi quod hoc quoq; esset uanitas.

Quanta mala homini uoluptatum amatori & sectatori prouenant ex ipsis uoluptatibus. Cap. IIII.

**V**oniam contraria contrarijs elucescunt, consequenter quibus exaggereatur incommidis mens uoluptatum amatrix, enarrandum est, ut eorū perceptione fiat quisq; promptior ad continentiam capessendam. Multa nāq; ex uoluptatibus proueniunt mala. Et primo hominem in teterimam seruitutem redigunt, & carnem contra sp̄ritum rebellare faciunt, unde si cōcupi-



piscientiae cōperint habere irritamenta, eisq; parumper consentiatur ad uotū, flunt duo contra unum, & periclitatur conscientia, quia sicut continentia carnem spiritui reddit subditam, sic qui amore uoluptatum delicate nutrit corpus suū, postea inueniet ipsum contumax. Nam & spiritus deficit, ubi corpus in uoluptatibus requiescit. Ut enim caro mollibus, sic duris anima nutritur. Illam blanda fouent, & contumacem faciunt, hāc autem aspera exercent, & cælibem efficiunt. Similiter uoluptates multa corporibus malis inferunt, & pessimas consuetudines gignunt. Semper etenim caro malas suggestit uoluptates: breues, & pœnitentia dignas, & nisi magna moderatione temperentur, in contrarium abituras. Quis uero hostis in quenquam tam perniciosus fuit, quam in quemq; uoluptates suæ sunt. Quidam enim uoluptatibus se mergunt, quibus in consuetudinem adductis illas euadere, etiam ipsarum calamitatibus attriti, & uarijs incōmodis marcerati, nequeunt, & (quod miserrimum est) eo peruerterunt, ut quæ illis superuacua extiterunt, facta sint necessaria. Seruiunt itaq; uoluptatibus, non fruuntur, flagellantur ab ihs, non oblectantur, & mala sua (quod malorum est ultimū) jamāt. Hæ quoq; uoluptates uitiorum labē mentem polluunt. Licet enim saepe in medio carnalium deus protegat uitiam electorum, tamen satis rarum est, ut quisquam inter uoluptates seculi positus à uitijis maneat illibatus, in quibus etsi non cito impicitur, aliquando tamen attrahitur, & fœdatur. Ideo non diu potest esse securus, qui periculis est proximus. Certa sperāda est palma, quando uitiorum uoluptatumq; distat materia. Ipsæ quoq; uoluptates animę impedirent salutem, obliuionem dei inducunt, a sapientia mentem retrahunt, sterilitate bonorum operum inferunt, auferunt animi uirilitatem, hominem impatientem faciunt, & spiritualibus delitijis cor priuant. Delicata enim est diuina consolatio, & non datur admittentibus alienam. Quis nanq; audeat carnis illecebris deditus Paraclitum expectare. Sicut enim impossibile est, ut ignis inflametur in aqua, ita & praeter naturam existit, in compunctione cordis, & spirituali delectatione uigere delicias temporales. Hæ si quidem iniucem sunt peremptoria. Illæ enim generant pudicitiam, hec concupiscentiam, illæ cor constringunt, & eleuant, hæ dissoluunt.

*Quibus modis ualeat homo incorruptam custodire castitatem & continentiam.* Cap. V.

Ezech. 16

 **V**enadmodū continentie thesaurus laboriose acquiritur, ita faciliter amittitur, si eius puritas negligatur. Quapropter nunc sermo formidus est, per quem erudiātur zelatores pudicitiae, quomodo, quibus ue exercitijs ipsam incontaminatam seruare queant. Vnde sciendum est, quod sex præcipue sunt, quæ ualent incorruptam castimoniam custodire, sobrius uidelicet ci- bus. Nunquam enim poterit ad decorum attingere pudicitia quicunq; uoracitati gulæ fræna laxauerit, neq; ardentes poterit concupiscentiae stimulos inhibere, quisquis desideria gulæ arctare nequuerit. Interioris hominis castitas uirtutis huius consummatione discernitur. Nequaquam uero cum robustioribus æmulis colluctare posse fidēdum est eum, qui in leuiori conflictu cōspicitur ab inferioribus paruisq; superari. Labor moderatus. Veluti enim ex temperato labore carnis incendia cohibentur, sic ex ocio fouetur, & crescent. Nam per prophetam Ezechielem dicitur. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ: superbia, saturitas, panis abundantia, & ocium. Nempe ociositas mater est concupiscentiarum: nouerca uirtutum. Ipsa est, quæ uirum pudicum fortissime præcipiat in omniem reatum lasciuia, facit suffocare uirtutem, nutrire libidinem: & construire ad gehennam. Habitus asper & uilis. Sicut enim continens & pudicus uilibus induitur uestimentis, ut se oculis diuinæ maiestatis exhibeat mundum: sicut in Ioanne Baptista claret, qui camelorum amictus pilis erat: ita econtrario impudicus & incontinentis, ut uideatur magnificus, satagit uestiri duplicitibus, indui mollib: preciosis ornari, ut ex Salvatoris patet sententia dicentis. Qui mollibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid est homo preciosis ornatus uestibus, nisi sepulcrum foris dealbatum, intus autem spuria plenum. Utq; hyacinthus, purpura, crocus, & byssus in limo putrescent: aurum, argentum, & gemmæ in luto sordecent. Nam quid sit dignitas & honor apparebit in puluere: potestas & gloria cognoscitur in cinere: lasciuia autem incontinentium & pecculantia demergentur in baratri carcere. Custodia sensuum. Ipsa nanq; pudicitiam seruat. Fons etenim elationis, incentiū libidinis, violatio castitatis est sensuum curiositas,

Matt. 11

ra confessio omnium timentium déum, qui luminis gratiam à dei uerbo se perceperisse pronunciant, & eo uerius diuinæ sapientiae arcana intentuantur, quo ab ipsa increata sapientia, non à seipso, se protestatur imbutos. Est enim increata sapientia uerbum in excelsis, in quo sunt omnia uisibilia, & inuisibilia. Est nāq; in illa spiritus intelligētiae, sanctus, multiplex, unicus, subtilis, modestus, disertus, mobilis, incoquinatorius, certus, suauis, amans bonum, humanus, benignus, stabilis, securus, habens omnem

A tas, quoniam discedente mente à fonte uitæ, à lumine ueritatis, à delectatione spirituali, quam in se inuenire poterat, fornicatur in pulchritudine & amore creaturarū, & moritur, atq; suscipitur à prætereunte seculo, & conformatur eidem. Quod fidelibus diffusa detur ab Apostolo, quum dicat, nolite conformari huic seculo, quicquid enim in ipso est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ, quæ omnia continentiae inimica sunt. Caritas sermonis cum honestate. Alliga ô homo, qui continentiam custodire moliris, sermonem tuum, ne lasciviat, nec luxurietur, & in turpiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis coeretur. Citò lutum colligit animus superfluitate uerborum. Iugum sit in uerbis tuis, & statera, atq; mensura. Age ut sit grauitas in sensu, continentia in mente, in sermone pondus, atq; in uerbis modus. Ingerit enim mors impudicitiae per ostium tuum, si turpiter loqueris, si procaciter, si ubi non oportet. Vanus nanq; sermo facile polluit mentem. Et propere agitur, quod liber ter auditur. Postremo uitatio opportunitatis peccandi, scilicet personæ, loci, & temporis. Ante ignem nanq; consistens (etiam si frigidus sit) aliquando dissoluitur. Proximus periculo diu tutus non erit. Per assiduitatem citò peccat homo. Sæpe familiaritas impli cauit, saepe occasionem peccandi dedit, & quos uoluptas non potuit in primordio, assidue postea superauit. Melius deniq; est habere malorum diuortium, quam cōsortium, quia sicut bona multa habet laudabilis uita, & frequens conuersatio sanctorum, sic plurima mala societas affert malorum, quam quicunq; tenuerit, continentiam nunquam tenere ualebit.

*De gradibus continentiae, & de eius perfectione.* Cap. VI.



N fine commendationis continentiae & castitatis describenda est ipsius cōsummatio atq; perfectio, ut ad quem gradum attigerit, sciat unusquisq; legentium. Primus etenim pudicitiae gradus est, ne euigilantis mens impugnatione carnali moueatur, & elidatur. Secundus est, ne mens uoluptuariajs & turpibus cogitationibus immoretur. Tertius est, ne fœmineo, uel te-

C nuiter, ad concupiscentiam moueatur aspectu. Quartus est, ne uigilans uel simplicē carnis perforat motum. Quintus est, ne quum memoriam generationis humanę, uel tractatus lectio, uel necessitas lectionis ingesserit, subtilissime mētem uoluptate actionis perstringat, sed uelut opus quoddam simplex, ac ministeriū humano generi necessario cōtributum, tranquillo ac puro cordis cōtemptetur intuitu. Nihilq; amplius de eius recordinatione concipiāt, quam si operationem laterum, uel cuiuslibet alterius officinę mente pertractet. Sextus castimoniae gradus est, ne illecebrosis phantasmatibus fœminarum, uel dormiens, illudatur. Licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam nō sit credendum, concupiscentiae tamen adhuc latitantis medullitus indicium est. Quam tamen ludificationem diuersis modis constat accidere. Nam secundum illum usum, quē uigilans uel exercere uel cogitare consueuerat, etiam dormiens unusquisq; tetatur. Hic est continentiae finis, hæc pudicitiae consummatio, hic est immarcessibilis fructus ligni uitæ, & ascensus primus uictoriae brauim in carne existens, quem qui possidet, futuræ incorruptibilitatis beatitudinem utcunq; prælibauit, percipietq; à domino pro suo rūmercede laborum sexagesimum fructum in regione uiuentium domino & cum domino, qui est incorruptionis fons, & largitor Christus, qui est in secula benedictus.

*DE V I R T U T E P R V D E N T I A E A T Q V E D E I P S I V S*

*definitionibus, quæ uirtus in fructibus ligni uitæ secundum tenet locum.* Cap. I.



Vcerna pedibus meis uerbum tuum, & lumē semitis meis. Hæc est uera confessio omnium timentium déum, qui luminis gratiam à dei uerbo se perceperisse pronunciant, & eo uerius diuinæ sapientiae arcana intentuantur, quo ab ipsa increata sapientia, non à seipso, se protestatur imbutos. Est enim increata sapientia uerbum in excelsis, in quo sunt omnia uisibilia, & inuisibilia. Est nāq; in illa spiritus intelligētiae, sanctus, multiplex, unicus, subtilis, modestus, disertus, mobilis, incoquinatorius, certus, suauis, amans bonum, humanus, benignus, stabilis, securus, habens omnem

Laur. Iustin.

c uirtu-

virtutem, omnia prospiciens, & qui capit omnes spiritus intelligibiles. Vapor est virtus dei, & emanatio est quædam claritatis omnipotentis dei syncera, & ideo nihil inquietum in illam incurrit. Candor est enim lucis æterne, & speculum sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Est enim speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum luci comparata inuenitur prior. Attingit ergo à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Omnia illi patent, cuncta famulantur, & ab ipsa oës spiritus intelligibiles illustrantur notitia ueritatis. Hanc enim sapientiam, hoc uerbum quærat sagax anima & rationalis, cui consentiat ad correptionem, quo illuminetur ad cognitionem, cui innitatur ad uitutem, quo reformatur ad sapientiam, cui conformet ad decorum, quo fruatur ad iocunditatem, & per ipsum recto tramite incedens non erret per abrupta uitiorum. Claret ergo totis medullis cordis, quisquis à uerbo se sentit alienum & semotum, dicatq; ipsi uerbo. Illumina oculos meos prudentia & discretione, ne unquam obdormiam in morte ignoratiæ, dicatq; inimicus meus, diabolus, præualui ad uerius eū, decipiēdo ipsum. Illis enim præualet diabolus, qui absq; discretione sua agit. Falluntur namq; diuersimode, nunc nimio zelo, nunc callida suggestione, nunc palliata sanctitate, aliquando inordinata affectione, quandoq; blandis, nonnunquā asperis. Ta libus uero exprobrat sanctus Propheta Moses inquiens. Gens absq; consilio est, & sine prudentia, utinam saperent præterita, & intelligerent presentia, ac nouissima, futura scilicet prouiderent. Euaderet prorsus cuncti protecti diuino auxilio & uitute discretionis. Quæ uitus discretionis, quum omnibus perutilis atq; necessaria sit, præcipue tamē præsidentibus, & aliorum curam gerentibus, quibus congruit sic pollere prudentia & discretione, ut non solum seipso, sed etiā omnes sibi commissos imbuant uitare noxia, appetere salubria, diligere honesta, uitare prohibita, operari recta, spernere terrena, & inuestigare cælestia. At si propter imperitiam & imprudentiam hæc minime agent, euine illis, quod scriptum est. Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foueam cadunt, & apud deum duorum sunt noxijs, sui uidelicet & aliorum, quibus debuerant præbere monita salubria. Sed hanc foueam, hoc exitiale iudicium generose euident, qui prudentia discretioneq; fulgent. Duplici namq; immortalitatis corona decorabuntur, tam propria, quam pro aliorum laudabili uita, quorum potissima extitere causa. Beata igit; anima, quæ hac uitute insignita est, que nouit pernicioſa fugere, & proficia amare. Nā nihil aliud est prudentia, quam scientia rerum bonarum & malarum, cum illarum dilectione, & harum detestatione. Est etiam prudentia amor eorum, quib; adiuuatur, ab ijs, quibus impeditur, sagaciter discernens. Seu prudentia est præsens notio, futurū per tractans euentum. De hac enim uitute ueluti de speciali atq; saluberrimo fructu ligni uitæ in consequentibus domino auxiliante tractandum est.

De diuīsione prudentie, & que memorie commendanda sint. Cap. II.

**D**ividitur namq; prudentia in intelligentiam, prouidentiam, atq; memoriam. Intelligentia autem est, per quam animus prospicit ea, quæ sunt. Prouidentia uero est, per quam uidetur aliquid futurum antequam sit. Sed memoria est, per quam quis repetit ea quæ fuerunt. Est enim memoria thesaurus cognoscibilium, & repositorium quoddam, in quo ueritas utilis, quā ratio inuestigando cepit, fideliter seruatur. In ipsa namq; plura locanda sunt, & tenaciter com mendanda, beneficia (uidelicet) innumera, quæ dedit Deus homini. Cōsidera ô homo, clamat mundus, quantum dilexit te qui pro te fecit me, seruio tibi, quia factus sum propter te, ut tu ita seruias illi, qui fecit & me propter te, & te propter se. Si sentis beneficiū, si recolis donum, redde debitum, si accipis benignitatem, redde caritatem, Memoria mandatorum dei. Tu enim qui ueram requiem, quæ post hanc uitā Christianis promittitur queris hic inter amarissimas uitæ molestias, suauem iucundamq; delectationem gustabis, si eius, qui eam promisit, præcepta dilexeris, eaq; semper in memoria comportabis. Memoria iustitiae, quam deus exercuit in transgressores mandatorum suorum, sicut patet de filijs Israel, quos deus occidit in deserto propter ipsorum uaria ingentiaq; delicta. Memoria diuinæ misericordiae contra desperationem. Memoratus sum ( inquit Propheta) misericordia tua dñe. Misericors enim es dñe, cum creas, quia nullis beneficijs prouocatis ut preſtes, miserator es, quū res cadentes tua pietate restauras. Nā misericor dia

dia tua dñe uitutum, & rex totius clementiae, non solum subsequitur ad custodiā, sed etiam præcedit ad gratiam conferendā. Si enim solum sequeretur, nemo donata perciperet, si tantū præcederet, nullus posset collata seruare. Memoria laudabilis uitæ sanctorum. Qui autem sanctorum merita religiose in arcano memorie pertractat, & qui iustorum gloriam frequenti narratione extollit, eorum mores sanctos atq; iustitiam imitetur, quoniam quem delectat alicuius sancti meritum, delectare debet par circa cultum dei obsequium. Qua enim re imitari non debet, si laudat, aut laudari nō debet, si imitari per tractat, ut qui sanctorum merita admiratur, admirabilis uitæ sanctitate reddat. Memoria aduersitatis in prosperitate, & econtrario, sicut legitur. In die malorum ne immemoris bonorum, & in die bonorum ne immemoris malorum. Et alibi, Memetō paupertatis in tempore abundatiæ. Memoria peccatorum propriorum. Recogitabo (ait Esaias) omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. O memoria salutaris, amaritudo dulcis, felices lachrymæ, compunctio fructuosa, quæ de peccatorum remembrance generatur. Nam lugentes consolatur, pœnitentes emundat, uitutes erigit, componit mores, fugat uitia, criminis delet, diabolum fugat, cælum aperit, Christo conciliat, deum placat, & cælestium spirituum legiones iucundo ad se trahit affectu.

Quibus affectibus decor & dignitas prudentia pateat. Cap. III.



A gna est prudentiae uitus plurimumq; commendabilis. Propterea (sicut scriptura testatur) Beatus est vir, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, quia melior est acquisitione argenti & aurum primi purissimi. Lignum namq; uitæ est ihs, qui apprehenderint eam, & qui illa tenerint beati. Melior est cunctis opibus, & omne delectabile huic non ualeat comparari. Omne aurum in cōparatione illius arena exigua est. Vani enim sunt homines, in quibus non est prudētia, nec absq; formidine debent uiuere, quia sicut imprudentia timidum, sic prudentia reddit securum. Prudentia namq; liberat hominem à periculo. Vbi cuncte enim fuerit prudentia, frustrantur uniuersa contraria, ubi uero prudētia negligitur, omnia contraria dominantur. Hæc uitus propriam confundit confidentiam, & alijs præbet in deliberatione assensum. Magna etenim est & infinita prudentia, quam nemo sic assequitur, ut eam non necessario per alios querere uideatur. Senes ipsi cōsilio sapientiam discunt, & à maturis in commune quæruntur, quod per omnium utilitatē tractatur. Solarium curarum frequenter sibi adhibent maturi reges, & hinc meliores prudentioresq; existimantur, si soli omnia non præsumant. Hominem in bono conseruat hæc uitus. Non enim potest quis à malo fugere, & se in bono conseruare, nisi in cunctis quæ agit, præsit prudentia, per quā discernendo cunctas singulasq; moderari ualeat uultates, ne opinio uersipellis fallat, ne decipiat sermo uersutus, ne quod malum est, bonum, ne quod bonum est malum esse credatur. Astutias diaboli superat. Intuetur namq; antiquus hostis, & humani generis inimicus uniuscuiusq; mores, & cui uitio propinquus sint, examinat. Illaq; opponit ante faciem eius, ad quæ cognoscit facilius inclinari mentem. Nam blandis ac lætis moribus sæpe luxuriam, nonnunquam uanam gloriam, asperis uero mentibus iram, superbiam, uel crudelitatem proponit. Ibi ergo decipulā ponit, ubi esse decipulam mentis conspicit. Quæ cuncta intelligentis prudēs vir ad nihilum rediget, iuxta id quod legitur Prudentia illius percussit superbum. Hæc uitus magisterium habet cæterarum uitutum. Nam discretio & prudentia omni uituti ordinē ponit, modum tribuit, decorum & perpetuitatem confert. Non solum uitus est, sed uitutum moderatrix, ordinatrix affectuum, & doctrix morum, quæ fixo gradu possessorem suū perducit ad dominum. Nulla enim uitus perfici potest sine discretione. Tolle hanc & uitus uitum erit. Ipsaq; affectio naturalis in perturbationem magis conuertetur, extermi niumq; naturæ. Sine hac uitute quasi de lumine ad tenebras currimus. Sicut qui importune radios solis aspicit, tenebrescit, & inde nihil uidere compellitur, unde amplius cerebere conatur, sic dum nosmetipso plus iusto discutimus, de ipso discretionis studio indiscretius erramus, quia plerunq; uitus, quum indiscrete tenetur, amittitur, & quo plus se nosse contendit, eo sine prudentiae moderamine deterius in præcepis ruit. Bona domini nobis multiplicat commissa. Thesaurus quippe desiderabilis in tabernaculo prudentis, sed imprudens homo dissipabit. Nam quemadmodū prudens uitutibus modū imponit, ne fiat uitia, ita econtrario imprudenti si adsit timor, transit in desperationem, si do-

Ior, in amaritudinem, si amor, in adulacionem, si spes in presumptionē, si lætitia, in dissolusionem, si zelus, in furorem. Hæc uirtus lucerna est in uiam paradisi dirigens. Nā qui non habet prudentiam, licet sit magna sanctitatis, similis est homini in altum respiciendi, & ubi ponat pedem suum non uidenti, qui de facili potest ruere. Quapropter melius est prudenter scire infirmitatem suam, quam ea neglecta siderum cursus rimari, & terrarum fundamenta scrutari. Vera enim scientia prudenter afficit, non extollit, nec superbos, quos repleuerit, sed lamentantes facit, qua quisq; quum repletus fuerit, primo loco se scire appetit, & iam sui conscius tanto per illam robustius sapit, quanto se infirmū in illa uerius recognoscit. Hæc constantem efficit mentem. Nam uirtute prudentiae mediū incedere debemus inter nimium timidos & nimium temerarios, ut simus quidem uere cunctiores ijs, qui ut videantur ad indebitos actus sceda ambitione nituntur, & paulo si dentiores ijs, qui iudicij futuri metu, etiam bonorum actuum cuncta refugiūt. Sine ista, Sobrietatis uirtutem minime obtinebimus. Nam cū magno conatu debemus, quicunq; arolumus sobrietatem acquirere, discretionem tenere, quæ nos à nimietate illatos serua potest. Nam ad unum finem nimietas ieunij & uoracitas perueniunt, eodēq; imprudentem dispendio uigiliarum immoderata cōtinuatio, somniq; torpor inuoluit. Ut enī mens cibi auditate laxa perdit orationum uigorem, dum carnis nimia lassitudine prægrauata compellitur dormitare, ita rursum nimietate uoracitatis oppressa emittere ad deum preces, laudesq; non poterit. Nam per indiscretionis excessum debilitatum quilibet ad illum statum reuocari necesse est, in quem negligens per incuriam deuenit. Virtusq; uero declinabit prudens nec per uoracitatem, nec per inediām prætergrediens discretionis limitem.

De laudabilibus uirtutis prudentiae effectibus, qui ipsam inter ceteras uirtutes reddunt commendabilem. Cap. IIII.

**S**icut ex fructibus cognoscitur arbor, & ex claritate & candore aeris ortus solis, ita ex multiplicibus effectibus agnoscitur excellentia prudentiae. Hæc habet enim dirigere actus aliarum uirtutum. Sic enim diffinitur. Discretio siue prudentia, est in dijudicandis rerū causis actibusq; uirtutum prouida humanae mentium ratio & moderatrix. Ipsius est ostendere quid, quādo, & quomodo sit agendum. Vnde qui prudenter accedit ad rem agendam, necesse est, ut caueat, ne id solummodo consideret, ut illa res honesta sit, sed etiam ut habeat efficiendi facultatem. In quo ipso considerandum est, ne aut temere despiciat periculum propter ignauiam, aut nimis confidat de se propter cupiditatem. Intuendum est quoq; ne plus debito capiat, & proiecendum sit onus, ne sub ipso in via contingat deficere. In omnibus ergo negotijs priusquam egrediatur ad opus, adhibenda est discretio. Cunctam enim disciplinam regularis ordinis moderatur & qualitas discretionis & prudentiae, ne nimia remissio nutrita sit criminum, uel impia discretio patricida uirtutum. Ipsius quoq; prudentia est prouidere, ut opera nostra grata sint deo, nobis utilia, & proximo fructuosa, quod tunc sit, quum non excedit terminos. Propterea o prudentiae amator stude, ne tua prudentia terminos tuos excedat, ut nō callidus inuestigator latentium, & scrutator qualiumcunque noxarum ostendaris, alioquin monstraberis dito, fastu plenus uersipellis, & simplicitatis inimicus, commendatorq; culparum, & postremo uno nomine a cunctis, malus homo uocaberis. In has ergo maculas prudentia immensurata perducet, pro quibus omnibus nec deo, nec hominibus placere ualebis. Prudentia quoq; est moderari feruore precipitantem. Nam uirtus discretionis absq; feruore caritatis iacet, & feruor uehemens sine prudentiae temperamento præcipitat. Ideo laudabilis est, cui neutrū deest, quatinus feruor discretionem erigit, & prudentia feruorem regat. Quemadmodum enim arcus ex studio distenditur, ut in suo tempore cum utilitate tendatur, qui si ocium relaxatio- nis non accipit, feriendi uirtutem ipso usu tensionis perdit, sic niuī fit in exercitatio- ne spirituali, quum aliquādo feruor & uirtus per discretionem temperatur, feruatur, ut tantum post uitia ualenter feriat, ignauiamq; excutiat, quantum ab exercitatione interim prudenter cessat. Hæc uirtus res secundum ueritatem non secundum multorum opinionem existimare facit, unde quisquis prudentiam sequi desiderat, tunc per rationē recte uidet, si omnia prius existimet, & penset, atq; dignitatem rebus nō ex opinione mul-

torum,

**A** torum, sed ex earum natura constitutat. Ipsa uirtus facit, ne relinquit aliquid inchoatum, anteq; ad perfectionem ducatur. Ad finem namq; debet perducere ea, quæ prudens intētio uisa est suscepisse, quia sicut perfecta laudem pariunt, quæ perficiuntur, ita & uituperationē generant, quæ in medijs conatib. imperfecta deseruntur. Defectus enim eorum aut consilium titubare, aut uires arguit defuisse. Scito igitur o prudentiae sectator te in quibusdā debere perseverare, quæ cōpisti, quædā uero nec incipere, in quib. perseverera re sit noxiū, quia cōmendabilius est, ut proposita nō inchoes, q; ut inchoata postponas. Prudentia insuper mutabilitatem cauere facit, si autem prudentiā amplecteris o homo, ubiq; idem eris. Et pro ut rerum aut temporis uarietas exigit, ita te accommodabis temporib, ut non te in aliquibus mutes, sed aptes. Vir etenim sanctus in sapientia stabilis manet sicut sol, stultus uero ut luna mutabitur. Ipsa uirtus turpia in occulto sicut in publico uitare facit. Prudenti nempe uiro nihil turpe est faciendum etiam si oēs lateat, etiam si omnes homines celare posset. Quapropter nihil à nobis auare, nihil iniuste, nil libidi- nose, nihilq; incontinenter est faciendum, quia sapientis propriū est quicq; cuius ipsum pœnitere possit, non perpetrare, sed splendide, constanter, grauiter, honeste q; cūcta di- sponere. Hæc quoq; potius in prosperis q; in aduersis docet consulte agere. Tunc enim sancti uiri, qui uirtute prudentiae pollent, quum sibi cernunt suppetere prospera mundi huius, pauida suspitione turbantur. In omnibus quæ agunt, cautele se gerunt, quia timet, ne hic laborum suorum fructus recipiant, formidantq; ne diuina iustitia latet in eis uulnus aspiciat, & exteriorib. eos muneribus cūmulās ab internis & æternis repellat. Sine hac uirtute non potest homo actus rationis (scilicet cogitationes) ordinare. Nā pruden- tem uirum quicquid pudet facere, pudet cogitare. Propterea tunc poterimus uirtutem obtinere prudentiae, quū inutiles laboriosasq; cogitationes nostras represserimus, & tūc incipiemos bonas cogitationes dirigere, quū ab illis quæ malæ sunt, libra discretionis studuerimus spiriti cohibere. Ipsius etiam prudentiae propriū est non solum cogitationes, sed etiā intentionē ad finem dirigere, quod per necessariū est. Quia si cor imprudentis semel noxia intentione corrūpitur, sequētis actionis medietas & terminus ab hoste callido superat, quia omnes fructus arbor amittit, quæ ueneni dēte in radice uictiata est. Sumimā igitur cura & prudenti discretione uigilandū est, ne uel bonis operib. seruens mens reproba intentione polluat. Seire itaq; nobis prius necesse est, quæ sint uiciniora fini, & quo ordine debeant fieri, scilicet ut prius fiat quod est utilius ad salutē. Quo stu- dio scilicet, ut ardentius, quo uehementius ad amore accedit. Quo fine, scilicet, ut ad ædificationē nostri & proximi. Nam sunt nonnulli imprudentes, qui scire uolunt eo si- ne tantum, ut sciāt, & hæc turpis curiositas est, alij ut sciantur, & hæc detestāda vanitas est, alij ut scientiam suam uendant pro pecunijs, & honorib. & hic obſcoenus quæstus est, alij ut adfident, & hæc laudabilis prudentia est. Hæc uirtus prudentiae etiā lingua- moderatur, de qua sic legitur. Labia imprudentium stulta narrabunt, uerbā autē prude- tium statera ponderabunt. Sed & qui moderatur labia sua prudētissimus est. Dirigitur considerandū est, quid loquendū sit, & adhuc tacite prouidendū, ne quid dixisse pœniteat. Sapiens anteq; loquatur, multa prius cōsiderat, quid, cui, quo loco, quo tempore dicat. Nā solus ille scit recte loqui, qui ordinare nouit tacere. Hæc quoq; cælestis prude- tia in spirituali bello triūphat. Vir nāq; sapiens fortis est, & uir doctus, ualidus & robu- stus, quia innitit bello cum dispositione. Propterea erit salus, ubi multa consilia. Ecōtra- rō ualde fortitudo destruit, nisi per consiliū fulciatur. Quoniam quo plus mēs interius sine prudētia custodit, eo deterius in præceps ruit. Mens etenim quæ intus cōsilij discre- tionisq; sedē perdidit, foris se per desideria innumera spargit, & eo facilius ab inimicis vulneratur, quo extra se posita, quibus exagitetur tentationibus, non intuetur.

Quā multisq; & quā sint illa, que non mediocriter prudentie aduersantur.

Cap. V.

Vpientibus ad optatum cuiuscq; rei finem pertinere duo necessaria sunt scire, uidelicet qua ad ea tendit, nec ignorare cōtraria, quibus impediantur. Qua de re quū usq; nūc luculēter patefactū sit iter decusq; prudētiae, apē- riendū est in consequentib. que ipsi prudentię aduersant, quatinus sicut in commendatione uirtutis ex præcedentib. ad illam obtinendam lector sa- cus est alacer, ita ex ijs quæ inferunt, efficiatur prouidus. Tantq; nāq; securius iter per-

Laur. Justin.

c 3 agitur,

agitur, quanto lucidius quæ sit recta, & quæ sit uia obliqua, non ignorat. Notandum est Etn, quod ignorantia prudentiae plurimum aduersa. Est aut ignorantia multiplex, quæ dā uitiosa, quæ excusationem non habet, & prudentiae contrariatur, uidelicet si adsit affectio nesciendi, quæ agenda sunt, uel uitanda, uel negligenda scienti. Multa namq nesciuntur aut sciendi incuria, aut descendit desidia, aut uerecundia inquirendi. Est etiā uitiosa prudentia laudabili ualde opposita, quæ triplex est. Est enim prima prudentia carnis, de qua Apost. ait. Prudentia carnis inimica est deo. Hæc studiosius quæ carnis sunt implet, q̄d quæ spiritus. Vnde necesse est, ut ex ipsius inordinato amore generet pugna animæ laboriosa, & prudentiae aduersa. Secunda est prudentia terrena, quæ pertinet ad diuitias, & honores, de qua sic legit. Filii quoq Agar, qui exquisierunt prudentiam, quæ de terra est, negotiatores terræ & Theman, & fabulatores, & exquisitores prudentiae & intelligentiae, uiam aut sapietiam nescierunt neq cōmemorati sunt semitas eius. Tertia est prudentia diabolica, quæ pertinet ad malitiā, de qua dicit. Sapientes sunt, ut faciant ma la, bene aut facere nescierunt. Huiusmodi namq prudentiae est cor machinationib. tege F re, sensum uerbis uelare, quæ falsa sunt uera ostendere, & quæ uera sunt falsa demonstrare. Opposita quoq multum est prudentiae animi præsumptio. Valde enim est difficile, ut is qui se sapientem existimat, mentem suam prudenter regat. Nam uera hominis sapietiam efficitur humilitas suæ existimationis. Propterea laudanda prudentia est, quæ existimatione sui certo pondere examinat. Inordinata etiam cupiditas contrariat prudentiam. Si cut enim ijs, qui per insanam mentem translati sunt, non iam res ipsas, sed passionis suæ phantasias uident, ita quoq imprudentis mens semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum credit intueri. Aurum enim gratius q̄d sole cōspicit, ipsaq eius ad deum supplicatio aurum querit, & assidue meditat, quod magnæ imprudentiae notissimum est indicium. Postremo insipientium societas non mediocriter prudentiae aduersatur. Hoc sacro attestante eloquio, atq dicente. Qui cum sapientib. graditur, sapiens erit, amicus uero stultorum similis illis efficitur. Diversitas namq naturarū nunq potest habere concordiam. Vnde & plurimum contingit, ut quoties bonus malo conlungitur, non ex bono malus fiat melior, sed ex malo bonus contaminetur. Ideo liquet, quod multos præcipitare facit à uia prudentiae imprudentium nefanda societas.

De quadruplici ordinatione, homini ad perfectionem prudentie cupienti uenire necessaria,  
in qua ipsius uirtutis culmen consistit. Cap. VI.



Voniam difficultimum, & penè impossibile est ad aliquid rei perfectionē attingere absq ordine, & potissimum in certamine uirtutum, atq consum matione ipsarum, in hoc capitulo procurret sermo in narrationem earū rerum, in quibus ordinare debet se mens, ut ad culmen perducat prudentiam. Tanto etenim homo ad perfectionē huius uirtutis erit propinquior, quanto in ijs, quæ sequuntur, extiterit prouectior. Quadruplex autem debet esse prudētis ui ri ordinatio. Prima est considerationis. Nam consideratio est, quæ cōfusa discernit, sparsa colligit, occulta rimatur, uerum inuestigat, uerisimilia examinat, ficta & fucata explorat. Hæc siquidē est, quæ agenda præordinat, acta recogitat, & in aduersis prospera præsentit. Redi igitur per considerationem ad cor tuum, quisquis es, qui sapientiam & prudentiam cupis adipisci. Discute assidue te ipsum, considera unde uenis, quo uadis, quo modo uiuis, quantum quotidie proficis, quantum deficitis, quibus cogitationib. magis incursaris, qualibus affectibus frequenter tangeris, uel quib. tentationum machinis a maligno spiritu acris impugnaris. Quia eo certius, & citius ad culmen prudētis proficies, quo statum interioris hominis considerando plenius cognoscas. Secunda ordinatio est affectionis. Sapientia est deus, & uult nō solū dulciter amari, sed & prudēter, alio qui zelo suo spiritus illudet erroris negligentē scientiā caritatis. Non enim habet callidus hostis machinamentū efficacius ad tollendam dilectionē, q̄d si efficere ualeat, ut incante, & non cum iudicio discretionis ambuletur. Tertia est ordinatio negociorum secundū diversitates temporum. Prout enim ueræ prudentiae competit regula, distribuēda sunt tam spiritualia, q̄d corporalia exercitia. Cui spiritualia, spiritualia, cui temporalia. In quib. sic exoluat omne debitū spiritus deo, corpus spiritui, ut si quid fuerit intermissum, si quid neglectū, si quid imperfectum, suo loco, suo tempore, suo modō tran-

A trahat impunitum, uel irrecompensatum. Hoc tamen sciendū, & tenaciter affinitēdū est, qd extra quotidianum sacrificium, uel lectionis studium, aut corporale exercitium cōscientiæ, discussioni, emendationi, compositioni pars sua diei negāda nō est. Quarta ordinatio est ad spiritualem pugnam. Circa quā animaduertēdū est, qd uirtus atq discretio animæ præparat se ad pugnam debet esse ad certamina sibi cōpetētia, quia qd libet certamen faciliter exuperat, qui mentem certamini ante certamen parat. Quapropter qui pacē, quæ de prælii triūpho prouenit, desiderat, ante bellū se præparet. Qui uictoriā cupit, pericula cōsideret diligēter, & qui prosperos optat euētus, dimicet arte nō casu, prudentia animi non robore corporis, quoniā fit saepicule, ut qui imprudēter se exponunt in aciē, non de uictoria, sed de fuga excogitēt. Nemo etetim prouocare, nullus audet offendere, quem intelligit prudentiorem, superiorem q̄d se, si pugnet. Nam anima uirtutib. multa, & prudentia decorata inimicis suis terribilis est, ut castrorū acies ordinata, quæ etsi aliquando concutī potest, nunq tamen uinci potest. Hæc sunt, in quib. ordi nata mens ad culmen prouehitur prudentiæ. Ista nempe sunt studia ipsius, ut uidelicet caueat quicq per ostentationem fingere, sed sensum uerbis simpliciter aperire, uera, ut sunt, diligere, falsa deuītare, bona gratis exhibere, mala libētius tolerare, q̄d facere, nullā iniuriæ ultionē querere, putare lucrum contumeliā pro ueritate. Sed hæc prudentium simplicitas irridet, & à mundi sapientib. fatuitas reputatur. Aliunt enim, quid stultius in hoc mundo, q̄d amissa nō querere, possessa rapientib. relaxare, nullam pro acceptis iniuriis ultionem reddere, imò adiūctis alijs, patientiā præbere. Sed hæc sunt ueræ sapietiam exercitia. Hæc prudentiæ generosa certamina sunt, quæ uirtus se possidentium est ornamentum insigne, atq in fructib. ligni uitæ memorati secundum obtinet locū, quam qui habuerit, periclitari non poterit, iuxta Salomonis sententiā dicentis. Si inclinaueris cot tuum prudentiæ, si quæsieris illam sicut pecuniam, & quasi thesauros effoderis illā, tunc intelliges timorem dñi, & scientiam dei inuenies, quia dominus dat sapientiam, & ex ore eius scientia & prudentia. Custodiet hæc rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter, seruans semitas iustitiae, & uias sanctorum custodiens in secula seculorum.

tione, que inter ceteras uirtutes præexcelsa pollet dignitate, & in fructibus ligni uite gradum prometur tertium. Cap. I.



Vx orta est iusto, & rectis corde lætitia. Hanc sententiam David plenus spiritu sancto eructauit, insinuans ex quo fonte pullulet iustitia, et quo fine ad amorē iustitiae prouocet legentē. Lucē namq præmisit or tā esse iusto, lucē utiq gratiae, ne inaniter iustus de sua se iactaret iustitia. Nō autē potest uera esse iustitia, sine prius iustificante gratia. Gratia etenim se homini infundēs ipsum iustificat. Hoc Apost. manifestat in quies. Iustificati gratia ipsius, &c. Alibi etiā dicit scriptura. Nō iustifica bit in cōspectu tuo omnis uiuēs, utiq sine gratia. Gratia etenim est quædā lux diuina di uinitus infusa, gratis data, quæ interioris hominis illuminat oculos, et excitat affectū, ut uideat, quæ agēda sunt, et quæcūq uiderit, opere perficiat. Absq ijs nunq iustificabit ho mo. Ecōtrario quātomagis in homine abūdat gratia, tātomagis cumulant in ipso iustitiae opera, in quib. abscondita sunt gaudia & lætitiae, ueritates, atq spirituales infusiones, quæ solūmodo à rectis corde percipiunt, & noscunt, quia māna absconditū sunt. Has qui gustant, merent ex ipsarū participatione cumulatiū esurire iustitiae. Tales nempe beatū sunt, qui felicē esuriem comprobant sustinere iustitiae, quoniam ipsi saturabuntur. Ex qua saturitate alares existunt ad tolerantiam aduersorum, impigrī ad obedientiā præceptorum, & spiritu feruentes ad contemptum terrenorum, atq affectuoso caritatis ze lo accensi ad cōmoda proximorum. Nam uera iustitia magis alijs q̄d sibi prodest, et utilitates suas neglit, cōmunia emolumēta præponēt. Hoc enim totum præsidentibus nēcessarium est, qui amore iustitiae, & ardore dilectionis proximi debet opus nō dignitatē querere, labore nō delicias, nō crescere fastigio, sed humilitate decrescere, ut fiant ser ui & ministri hominum, propter Christū, quatenus intermissa Rachele decora facie in-

trent ad Lyā oculis lippā, & de monte cū Moše descendat de ocio contemplationis ad cā. B  
pum & labore actiōis, alioquin strenue subdītis ministrare nequibūt, quoniā qui proximorū lucra querunt, nō suam sed aliorū debent zelare utilitatem. Tanto ergo quisq; fitius stior, quāto prō iustitiā & caritatis zelo omnib. fit cōmuniōr. Nā iustitia sic describit. Iu-  
stitia est habitus in cōmuni utilitate seruatus suā cuiq; tribuēs dignitatē, uel iustitia est cō-  
seruatrix societatis humanæ, itē est amor soli amato seruiēs, & ppter ea recte dominās.  
De hac itaq; uti de singulari uirtute ac speciali ligni uite fructu specialiter tractandā est.

De diuisionibus uirtutis iustitiae. Cap. II.

**Q**uoniam iustitia cōmuniis est uirtus, ut facilius cognoscāt eius elegantia, diui-  
siones ipsius prius inferendāe sunt, quatinus cōpertis illis in frōte narrationis  
eiusdem ad ea, quā sequentur, praeconia eius uigilantior efficiat lector. Scien-  
dum igitur, q̄ iustitia diuiditur in religionē, pietatem, gratiam, uindicationē,  
obseruantiam, & ueritatem. Religio nanc̄ est, quā cuiq; superiori curam ceremoniāq; af-  
fert. Pietas est, per quam coniunctis sanguine & benevolentia affectus & diligēs tribui-  
tur cultus. Gratia est, qua amicitiarum & officiorū alterius memoria & remunerādi uo-  
luntas continetur. Vindicatio est, per quam ius, & iniuria, et omne, quod obscurum est,  
defendendo atq; ulciscendo propulsamus. Obseruantia est, per quā homines aliqua di-  
gnitate antecedentes cultu quodam & honore dignamur. Veritas est, per quā immuta-  
ta ea, quā sunt, aut fuerunt, uel futura sunt, dicuntur. Potest & breuiter in duo diuidi uel  
le, uidelicet omnibus prodesse, & nulli nocere. Amabis, ait quis deum, si illum imitabe-  
ris, ut uelis omnib. prodesse, & nulli nocere, & tunc uirum iustū appellabunt te omnes.

Quod duplīciter, à natura, scilicet, &amp; à scriptura admonemur seruare iustitiam. Cap. III.

**D**upliciter admonemur seruare & amare iustitiā, scilicet à natura et à scriptū  
ra. Natura enim nos excitat tripliciter. Dedit nāq; rectitudinē humano cor-  
pori, dedit staturam homini rectā, ut ista corporea rectitudo exterioris ui-  
liorisq; figmēti hominē illum interiorem, qui ad imaginē dei factus est, spi-  
ritualis suā seruandā rectitudinē admoneret, & decor limi deformatiōem  
argueret animi, tacite ex hoc illi insinuans nihil indecētius fore, q̄ curuū recto corpore  
gerere animū. Excitat etiā natura ad iustitiam, quācum ea quā iustitiā sunt, pro magna  
paite naturaliter in corde hominis scripta sint. Quod Paulus euidēter exprimit dicens.

**Rom. 2** Quū enim gētes, quā legē nō habēt, naturaliter ea quā legis sunt, faciunt, huiusmodi le-  
gem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordib. suis, te-  
stimoniuū illis reddente conscientia ipsorum. August. etiam ait. Furtū certe punit lex tua  
dñe, & lex scripta in cordib. hominū, quā nequaq; æquo animo ipsum furē furari pati-  
tur. Excitat quoq; ad iustitiā natura, quācum bruta animalia multa docēt, quā pertinet ad  
iustitiam, ut innocentiam, concordiam, pietatem ad animalia sui generis. Nam cuncta  
animantia in suo genere probe degunt, & congregati uidēmus, stareq; cōtra dissimilia.

Leonum feritas inter se non dīmicat, serpentū morsus nō petit serpentes, nec marinæ  
beluæ ac pisces nisi in aduersa genera. s̄eu iunt: At homini ex homine plura sunt mala.  
Non solum (sicut patet supra) natura nos excitat ad iustitiam, sed etiā scriptura, quā  
per Prophetam nos admonet dicens. Indicabo tibi ô homo, quid sit bonum, & quid do-

**Mich. 6** minus quārat à te, utiq; facere iudicium & iustitiam, & diligere misericordiam, & soli-

**Sap. 1** cite ambulare cum deo tuo. Et alibi eius magnificientiam extollēs ait. Iustitia est perpe-  
**Matt. 5** tua & immortalis, iniustitia uero mortis est acquisitio. Beati qui esuriunt, & sitiunt iusti-  
tiam (ait magister bonus, doctor ueritatis, & uirtus dei) quoniā ipsi saturabuntur. Plu-  
ria alia sunt huius gloriōsæ uirtutis praeconia, quā enarrare longum est. Sectemur itaq;  
iustitiam, per quam ad æternā gaudia pertingit, iuxta psalmographi sententiam dicē-  
tis. Iusti epulentur, & exultent in conspectu dei, & delectentur in lætitia.

Quibus effectibus luculenter appareat uirtutis iustitiae excellētia. Cap. IIIII.

**X** multiplicitibus effectibus dignoscit huius uirtutis excellētia. Hæc nāq;  
beatificat, sicut dicit. Siquid patimini propter iustitiā, beati. Et alibi. Qui  
timet deum, faciet bona, & qui continēs est iustitiā, apprehendet illam, &  
obuiabit illi quasi mater honorificata. Et infrā. Stolam gloriæ induit s-  
lum, iucunditatem & exultationem thesaurizabit super illum, & nominē  
æterno

**I. Pet. 3****Ecli. 15****Ibid.**

**A** æterno hæreditabit illum. Ipsa in præsenti uita à malo pœnæ custodit, sicut per Daniēlē  
dicitur. Conclusit ora leonum, & non me contaminauerunt, quia corā eo iustitia inuen-  
ta est in me. Econtrario pœna præsens, quā animum iniusti à prauis desiderijs non mu-  
tat, ab æternis supplicijs non liberat. Sed quē iustitia corrigit, ad sequētia mala nō indu-  
cit. Hæc appetitum boni transitorij restringit. Iustus enim est ille, qui ad terrena nō in-  
curuatur, qui ad cælestia totus erigitur, qui diuinæ uoluntati humiliter subdit, cuius me-  
dium non exiens ab extremis paupertate & patientia regulatur. Ipsa quoq; homini pâ-  
cem tribuit. Duæ sunt amicæ caritatis uinculo conglutinatae, scilicet iustitia, & pax. unā  
uis, & alteram non tenes. Nemo est, qui non uelit pacem, sed non omnes uolunt opera-  
ri iustitiam. Interroga omnes homines, uultis pacem. Respondebūt tibi, uoluimus, opta-  
mus, cupimus, amamus. Si pacem uis, ama iustitiam, quia in diuisiæ amicæ sunt iustitia &  
pax. Ipsæ se inuicem osculantur. Si iustitiam, amicam pacis non amaueris, nō te amabit  
ipsa pax. Ipsa etiam mortem, quā omnibus terribilis est, facit nō timere propter merce-  
dem, quā iustis debetur. Bona enim est mors iusti propter requiem, melior propter no-  
uitatem, optimā propter securitatem. Preciosa utiq; iustorum mors tanquam finis labo-  
rū, uictoriæ cōsummatio, uitæ ianua, & perfectæ securitatis ingressus. Econtrario mors  
iustorum pessima. Nam mala est in mundi amissione, peior in carnis separatione, pes-  
sima in uermis ignisq; contritione. Hæc quoq; tribuit unicuiq; quod suum est. Si enim  
cupis tenere iustitiam, redde omnibus, quā sua sunt. Superiori reuerentiam, & obedien-  
tiam, quarum altera cordis, altera corporis est. Äequali tribue cōsiliū, quo ignoratiā  
eruditur, & auxilium, quo infirmitas adiuuetur. Inferiori autem & subiecto custodiā,  
ut possit cauere peccatum, & disciplinam, ut quod minus uitauit, minime maneat impu-  
nitum. Ipsa etiam principem & populorum rectorē plurimum commendabile reddit.  
Nā regis iustitia est pax populū, tutamē patriæ, immunitas plebis, munimentū gētis,  
cura languorū, gaudiū hominū, fœcunditas terræ, solatiū pauperū, hæreditas filiorū, &  
sibimetipſi spes futuræ hæreditatis. Ipsa est, quā facit parētes, & omnia tēporalia contē-  
nere. Iustitia nāq; uirtutis splendor est maximus, quā nō nouit matrē, personā non acci-  
pit, ueritatē nouit, deum imitāt, & tēporalia cuncta uilipendit. Quod enim peccatores  
uoluptatē existimant, hoc iusti proculdubio pœnā putant. Iustus uero mirāda agit, op-  
probria recipit, ut qui exire foras per laudes potuit, repulsa cōtumelijs ad semetipsum  
redeat, & eo robustius se intus in deo solidet, quo foris minus inuenit, ubi requiescat.  
Hæc fructus uidetur esse aliarum cardinalium uirtutum. Nam propinquior esse cogno-  
scit mercedi iuxta illud. Retribuet mihi dñs secundum iustitiam meam. Salutis, sicut scri-  
ptū est. Salus animæ in sanctitate iustitiæ. Laudi, sicut dicitur de ea. Iustitia perpetua est,  
& immortalis. Corona, prout per Paulum dicitur. Deposita est mihi corona iustitiæ.

Quot uirtus iustitiæ comprehendit in se uirtutes, quā ordinant ad proximum, ad seipsum &amp;

ad deum. Cap. V.

**D** On solum ex ihs quā dicta sunt, comprehendit iustitiæ excellentia, sed  
etiam ex eius dilatatione. Nam generalis iustitia comprehendit uirtutes or-  
dinantes ad proximum, ad seipsum, & ad deum, propter quod iustitia dici-  
tur circuire omnes uirtutes, et quod non tantum est uirtus specialis, sed etiā  
generalis, comprehendens totius animæ rectitudinem, quum ipsa dicatur  
rectitudo voluntatis. Per iustitiam comprehenduntur uirtutes ad proximum ordinan-  
tes, uidelicet æquitas: quā cuilibet dat, quod suum est: quā negligit propriā utilitatem:  
ut seruet communem æquitatem. Et liberalitas: quā est quidam animi motus faciens &  
probans liberas largitiones sine spe retributionis. In ipsa autē liberalitate modus ad-  
hibēdus est rerum & personarū. Rerum, ut nō omnia uni, sed singulis quædam præsten-  
tur, ut pluribus prodesse possint, iuxta illud Prophetae. Dispersit: dedit pauperibus. Per  
sonarū, ut primū iustis: deinde peccatoribus, quibus tantū prohibemur dare: non quia  
homines sunt: sed quia peccatores. Comprehendit etiam uirtutes, quā ordinant ad sei-  
psum: sicut est innocētia, quā est in anima, quā est integra sine peccato. Sicut enim par-  
vulus nō perseuerat in iracūdia: Iesus nō meminit, uidens pulchrā mulierē non delecta-  
tur: nec aliud cogitat, & aliud loquitur, sic & nos nisi talē habuerimus innocētia, & pu-  
ritatē, non poterimus habere ueram iustitiā, quā in regnū cōducit cōlorum. Ordinat  
quoq;

2. Reg. 22

Eccl. 30

2. Tim. 4

Psal. 111

quoq; ad seipsum pœnitentia, quæ est renouatio baptismatis. emprix humilitatis, inde finens abdicatio corporalis consolationis, filia spei, negatio desperationis, conscientia emendatio, voluntaria omnium tribulantiū patientia, & domini reconciliatio. Ad quā peragendam non sufficit mores in melius commutare, & à malefactis recedere, nisi & de ihs quæ facta sunt, satisfiat domino per pœnitentię dolorem, per humilitatis gemitū, per contriti cordis sacrificium, cooperantib. eleemosynis. Nec solum quæ ad proximū, & quæ ad seipsum, sed etiam quæ ad deum uirtutes ordinant, comprehendit iustitia, scilicet latram, pietatem, et obedientiam. Latram enim est cultus deo debitus & exhibitus, uel est uoluntas impendēdi deo cultum debitum. Triplex uero est cultus deo debitus, scilicet cordis, oris, & operis. Cultus autem cordis in duobus consistit, in cognitiōe dei, & in affectione cum debita subiectione. Cognitio autem ad cultum dci pertinēs est credulitas, qua credit anima deo sicut credendum est, scilicet per se, & à se, & super eā, sicut primæ ueritati credendum est. Est etiam credulitas, qua credimus de deo digna deo, ut summam potentiam, summam sapientiam, summam bonitatem, & quod ipse est omniū bonorum creator & conseruator, mundi gubernator, hominis redemptor, seruientium sibi liberalissimus remunerator, & eorum qui pertinaciter rebelles sunt, zelantissimus retributor. Affectionum autem ad cultum dei pertinentium unā est timor, non qualis cuncti timor, sed quali timendus ille est, cuius potentia nullus potest resistere. Alia est spes, non qualis cuncti spes, sed qualis ponenda est in eo, cuius potentia fulcimentum est liberare ab omni miseria, cuius summæ sapientia notissima est miseria nostra. Abyssus enim misericordia nostræ inuocat abyssum misericordiæ illius. Alia est amor, & non qualis cuncti, sed quali amandus est, qui optimus est in se, & ideo omni amore dignissimus, qui est etiam fons omnium bonorum, à quo suscepimus omnia bona, quæ habemus, & quæ habuimus, & à quo nos suscepturos speramus, quicquid boni suscepturi sumus. Quis quis ergo est, qui se, qui iustitiam & dei cultum desiderat, deum timeat & amet, ut ab eo ametur. Tunc autem eum amabit, si in hoc ipsum imitetur, ut uelit omnibus prodesse, et nulli nocere. Cultus autem oris est uocalis professio maiestatis diuinæ, quam fideles faciunt frequenter deum orando, laudando, benedicendo, & gratias agendo. Cultus uero operis est, quum aliquis recognoscit opere singulare dominium dei, genuflexendo, & curuādo se, sicut dicitur. Mīhi curuabitur omne genu. Et alibi. Curuabo genu deo ex celso. Pietas autem quæ ad deum ordinat hominem in obsequio pia religionis, necessitudini generis antefertur. Nulla enim deo merces melior, quam ea quæ habet pietatis munera. Pietas namq; grata deo deum reconciliat, necessitudines souet. Ipsa est dei cultus, merces parentum, filiorum stipendium, iustorum tribunal, egenorum portus, miserorum suffragium, & indulgentia peccatorum. Obedientia uero, quæ ad deum ordinat hominem, est uoluntas faciendi præceptum superioris, scilicet dei. Si cor nostrum per inobedientiam non reprehendit nos fiduciam habemus apud deū, quod quicquid petierimus à deo, accipiemus. Hanc nobis insinuare uoluit dominus Iesus, per obedientiam quæ exhibuit patri, de quæ Apostolus ait. Christus factus est obediens patri usq; ad mortem crucis. Vnde frequenter cogitādus esset amor ille, ex quo altissimus uoluit pro nobis obedire usq; ad mortē crucis, ut confunderemur non obire obediente, quæ ab ipso nobis iniunguntur.

*Quibus studijs exerceatur anima, ut ad perfectionem uere iustitiae attingat, & quæ sit ipsius perfectio.* Cap. VI.  
  
 Vemadmodum omnis professio omniscip̄ ars certum habet modū & exercitium, quo ad sui finem facilius ducatur, ita & uirtus iustitiae, de qua loquitur præsens sermo, habet studia sua, per quæ homo ad perfectionem ducitur ueræ iustitiae, tantoq; efficitur deo propinquior, quanto in his exequēdis extiterit promptior, quia reuera nulla maior est iustitia, quæ seipsum deo offerre sacrificium immaculatū. Cætera namq; sacrificia cælesti regi grata non sunt, si ille, qui offert, semet prius cum alijs sacrificijs non obtulerit. Primum enim sacrificiū, propter quod homo ad perfectam proficit iustitiam, est sacrificium contriti cordis pro perpetratione scelerum suorum. Nam contritio sola est, quæ facit animā obhorrere puram, desiderare cilicium, amare lachrymas, fugere risum, & ueram sectari iustitiam. *Psal. 50. Si uoluissest ait David, sacrificium dedissest utique, holocaustis non delectaberis.* Et sub-

A subdit. Sacrificium deo sp̄ritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non despicias. Aliud sacrificium est corporis propter deum mortificati, de quo Apostolus: Obsecro uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentē, sanctam, deo placentem. Per hoc enim multa acquiruntur bona gratiæ propter hoc opus iustitiae. Amaritudinem nanq; radicis dulcedo pomi compēsat. pericula maris spe lucri delectant, dolorem medicinæ spes salutis mitigat. Qui enim desiderat nucleus, frāgat nucem, & pœnitentiam agat, corpus mortificet, qui uult æterno adhærere bono, & perfectam obtainere iustitiam. Hæc autem Christi præconia narrare possunt, qui ad palmā indulgentiæ peruenire meruerunt. Tertium uero sacrificium, propter quod impletæ iustitia, & deus promeretur, est quum miserijs proximorum cōpatiuntur ex corde. De hoc Apostolus. Beneficentia & cōmunionis nolite obliuisci. Talibus enim hostijs promeretur deus. Misericordia autem est affectio, quæ nec uoluntate coeretur, nec rationi subiicitur, sed ipsas pias iustorum mentes ad compassionem dolētum necessario cogit affectu. Nam misereri dolentium plurimum deo placet. Ipsaq; compassio est timor pius, humiliis, fructuosus, qui cuilibet (quantumlibet) peccatori facile misericordiam prometur. Talis timor generat, nutrit, & seruat humilitatem, mansuetudinem, patientiam, & longanimitatem, & ad perfectam prouehit iustitiam. Est & aliud sacrificiū, quod pro amore iustitiae homo deo offert, id est cordis igne diuini amoris inflammati. Si igitur uis à uestijs perfecte purgari, & iustitiam perfectam obtainere, in quantum præuale, accende in te ignem diuini amoris. Nam si dulcedinem diuini amoris gustaueris, de temporali delectatione non curabis, tantoq; ardenter iustitiae opera implebis, quanto amplius cælesti dilectione abundaueris, & tunc deo suauissimum incensum adolebis, quum cor tuū eius pio sanctoq; amore flagrauerit. Quintum autem sacrificium, per quod iustitia consummatur, si deo iugiter offeratur, est sacrificium laudis, de quo dicitur. Immola deo sacrificium laudis. Illa uero summa & digna laus est, quæ non de creatura, sed de creatore concipiatur, quæ non mortali, sed æterno regi libatur, quam quum acceperis, nemo tollerat à te. Cui aliunde comparata omnis iucunditas mœror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum est, omne decorum fœdū est, omne postremo, quod delectare potest, molestum est. Hæc est, quæ ciues celestes lætificat, & beatos facit, sicut in psalmo dicitur. Beati, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Aliud quoq; est sacrificium iustitiae, quo nihil in hac peregrinatione perfectius, gratiusq; deo offerri potest, de quo sic legitur. Tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausti hostiā accepit illos. Utq; tales sunt, qui pro ueritate & iustitia animas suas tradiderunt tormentis, conuicijs, & morti. Consummatio autem huius est introitus ad gloriam. Adeo enim placet hoc sacrificium deo, quod per ipsum omnia mandantur peccata. Huic patent regna cælorum. Nulli namq; tam secure datur exitus de corpore, sicut cui donatum est per iustitiam seipsum deo offerre. Hic est cursus, & hæc est perfectio ueræ iustitiae, pro qua quicunq; occubuerit, perpetuam recipiet à domino coronam gloriae, sicut ipse ait. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Gradus tertius, & fructus tertius in ordine ligni uitæ est iustitia, quæ qui tenet teneat, nec ipsam deserat, quia hæc est securitas mentis, tranquillitas animi, uitiorum inimica, dæmonum terror, bonorum causa, uirtutum operatrix, hominum auxiliatrix, populorum custodia, securitas mortis, dei amica, angelorum consors, & omnium gratiarum interuentrix efficax, quam qui tenuerit, non peribit in æternum.

V N D E O R I A T V R C A R I T A S, E T Q V A M S I T N E C E S-  
saria uirtus, & de ipsius uirtutis definitionibus. quæ Caritas in fructibus Ligni uite  
quartum fortitudo locum. Cap. I.



Jam mandatorū tuorū cucurri, quū dilatasti cor meum. O uera confessio, & prædicāda cognitio, quæ ignorat usurpare alienā gloriā, & se extollere supra mēsurā. Nemo aliude presumat, q; ab æterno caritatis fonte, nullus si bi arroget, q; potest. Hæc una sit omniū diligentiū deū sentētia. Omnes dicant domino, uiam mandatorū tuorum cucurri, quū dilatasti cor meum.

Quis

Quis potest enim mandatum sine caritate perficere, & quis potest legem absque cordis dilectione complere. Nemo absque te domine potest hoc, sed neque bonum cogitare. Tu es domine gratificare, tuum est iustificare, & glorificare. Quem enim praedestinasti in te, uocasti per te, & ei tribuisti caritatem, donum utique gratiae tuae datum diuinitus ad merendum, sine quo nullus potest mereri, nec in bonum proficere, nec ad gloriam peruenire. Propterea cui plus donatum est, amplius profitit in exercitio uirtutum, perfectius operatur, & ardenter diligit, quo dilector, & eodem amplius currit alacriter uiam mandatorum, quo liberalius dilatatum est caritate cor ipsius. Impossibile namque est attingere uirtutum summitatem absque hac uirtutum genitrice caritate, quae cum omnibus saluadis prorsus sit necessaria, praecipue tamen praesidentibus, quibus dominicarum ouium cura commissa est, ut subiectorum profectum, non sua querant commoda. Quicunque enim in eo quod praepositus est gaudet, honorem suum querit, & commoda sua solum querit, se pascit, non oves. Quapropter discant, qui praesunt, subditorum patres se esse, non dominos, studere magis amari, quam timeri, & si leueritate interdum opus sit, paterna sit, non tyrannica. Matres sunt fouendo patres corripiendo, suspendant uerbera, & producant uerba, pectora lacte pingueuant, non typo superbietur turgeant. Caritas enim non inflatur, non est ambitiosa, non querit, quae sua sunt, & quum praesest subiectorum bonum suo preponit, capies formam ab ipso caritatis magistro, qui ait. Non ueni ministrari, sed ministrare, & anima da re in redemptionem pro multis. Hunc, qui praesest, imitetur tradens seipsum pro grege, sed & qui subest, ipsum sequatur, qui uenit non ut suam, sed ut patris faceret uoluntatem. Quod totum perficit caritas implens legem, quae & praesidentibus & subditis mandatuum tribuit per quod ad perfectionem trahant. Sic enim eam diffinit Apostolus. Caritas est finis pracepti de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Et sumitur finis pro consummatione, quia caritas est consummatio siue perfectio omnis pracepti. Dicitur etiam de corde puro, id est de intellectu puro, quia quanto quis magis intelligit, magis diligit, nisi alioqui impediatur. De conscientia bona, id est spe, quia qui puram habet conscientiam, secure sperat. De fide non ficta, id est non simulata nec fragili, sed inter aduersa fortis. Est quoque caritas dilectio, qua diligit deus propter se, & proximus propter deum & in deo. Vel Caritas est uita copulata amatum cum amato. Item. Caritas est uirtus, qua uidere deum & perfici desideramus, siue. Caritas est uirtus, quae animi nostri rectissima affectio est. Haec quatuor diffinitiones sunt quantum ad actum caritatis, de qua pro eius excellentia non est perfuctorie tractandum, sed distincte, ut elucescat magnificencia eius. De ea dicit Ioannes. Deus caritas est. Et Paulus. Caritas nunquam excidit.

*Quod ad salutem sit caritas necessaria propter ipsum effectus.* Cap. II.

**S**icut qui uidere vult, nec sularium ei est, ut illustretur lumine, ita qui saluari desiderat, eum oportet habere caritatem. Nam caritas est bonorum principium, quia est a deo, & quia mouet ad illud. Caritas enim operatur magna, si est, si autem non operatur, caritas non est. Caritas est bonorum medium, quia secundum deum, & quia opera informat. Est namque actio rectitudinis oculos semper habens ad deum, glutinum animarum, societas fidelium, ocio non frigida, actione non ficta, non fugax non audax, non praeceps. Caritas est etiam bonorum finis, quia propter deum, & quia opera dirigit, & ad debitum finem perducit. Quomodo autem caritas dicatur finis, sciendum est, quod triplex est finis, scilicet consumptionis, consummationis, & terminationis. Primo modo caritas est finis peccatorum, quia ea consumit, secundo modo est finis praceptorum: quia ea perficit, tertio modo tam uita aeterna, quam ipse deus est finis nostri laboris, sed uita aeterna est finis, quo quiescit, sed deus est terminus, in quo quiescitur.

*Quanto ceteris uirtutibus commendabilius sit caritas.* Cap. III.

**A**ceteris uirtutibus commendabilius est caritas, quae ob suam dignitatem oleo comparatur inter liquida. Oleum enim superenatat alijs liquoribus, sic & caritas ceteris uirtutibus. Si namque absque caritate martyrum tulerimus, & substantiam nostram usque ad mendicitatem dederimus, huic operi non tam praemium quam poena debetur, & perfidia magis tormenta, quam corona uictoria. Comparatur etiam auro inter metalla. Nam opera de genere honorum plumbum nulliusque ualoris sunt

**A** sunt sine caritate. Non enim numerositas operum: non diuturnitas temporum: sed aurea caritas auget meritum. Omne quod patet, & quod latet in diuinis codicibus, tenet: qui caritatem seruat in moribus: de qua dicitur in Apocalypsi: Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum, ut locuples sis. Propter ipsum quoque excellentiam comparatur caritas ignis: de quo dominus: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut ardeat: Meritoque ignis comparatur, quia sicut ignis imperiose ferrum quasi ignem efficit: ita caritas ignitam reddit animam quam possidet. Mens enim quam semel afficerit caritas: sui iuris esse non potest. Metuit quod nescit: dolet quod non oportet: solicitatur plus quam voluerit, compatitur nolens, miseretur inuita. Ignis quoque nunquam est ociosus: sic nec caritas. Amor enim dei nunquam ociosus est: operatur magna, si est, si autem operari renuit: amor non est. Splendorem adducit ignis, quod facit caritas. Non enim clarescit anima in fulgore aeternae pulchritudinis: si non arserit in officina caritatis. Ignis in puluerem redigit: illud idem agit caritas. Loquar ( ait Abraham ) ad domum meum: quum sim puluis & cinis: Ignis tendit sursum: similiter & caritas. Cupio dissolui, & esse cum Christo, dicit Paulus, qui plenus erat caritate. Hoc enim habet sancta, & impatiens caritas, ut quem desiderat, semper uidere, & inuenire se credit. Ignorat siquidem aliunde, quam de dilecto cogitare: ideo in celum fertur: ubi suum cognoscit esse amore. Ignis consumit, sic & caritas. Tanto namque igne peccati rubigo consumitur: quanto peccatoris cor caritatis igne concrematur. Ipsa matri comparatur: cuius affectio inter officia & affectus est efficacior. Sic caritas omnium uirtutum mater est. O bona mater caritas, quae siue foueat infirmos, siue exerceat prouectos, siue arguat inquietos, diuersa exhibens siue filios diligat uniuersos. Quum te arguit, misericordia est, quum blanditur, simplex est, pie sollet, saevire: siue dolo mulcere: patienter nouit irasci: humilietur indignari. Ipsa inter fructus spiritus pro sui excellentia prima numeratur Apostolo: fructus spiritus caritas. Quae autem alia fructus spiritus debuit tenere primatum, nisi caritas: siue qua ceterae uirtutes non reputantur esse uirtutes: Ante enim quam ipsa adsit: nullus fructus gratus est, ubi uero caritas: ubi multus fructus: ut autem multi arboris rami ex una radice prodeant: sic multae uirtutes ex una radice caritatis. Nec habet aliquid uiriditatis ramus boni operis: si non manet in radice caritatis. Ipsius etiam excellentia commendatur, quia gratis operatur. Iustitia enim reddit debitum: timor redimit incommode: quod imminent. Spes emittit commodum: quod obtinere intendit: purus uero amor de spe uires non sumit. Purus amor mercenarius non est: nec tamen diffidentiae damna sentit.

*Quod ex sui dignitate praecellat ipsa caritas sancta omnes alias uirtutes.* Cap. IIII.

**V**emadmodum in rebus temporalibus ille creditur locupletior, qui plura possidet: sic & in spiritualibus, qui plus caritatis habet: ille dicitur comprobatur. Caritas namque est dulce & salubre vinculum mentis: sine qua diues, pauperes & in qua pauper, diues est. Primo ratione sui, quia thesaurus est. Ipsa namque caritas thesaurus est absconditus in agro cordis: pro quo emendo uniuersa essent uendenda, quamquam quicunque illum cognoscit: etiam si dederit omnem substantiam domus suis pro ipso: quasi nihil despiciet eam. Necesse quippe est homo: ut quo precesserit dilectionis thesaurus tuus: illuc sequatur etiam cogitationis affectus. Ideo ueritas ait. Vbi est thesaurus tuus: ibi & cor tuum erit. Ut ergo in celis thesaurizemus, celestia diligamus. Vis nosse: ubi thesaurizas: attende quid amas: uis nosse quid amas: attende quid cogitas. Ita fit ut thesaurum tuum ex tuo amore cognoscas: & amorem tuum ex indicio cogitationis intelligas. Est quoque caritas uirtus ditissima ratione habiti, qui est deus. Qui enim caritatē habet: deum habet: sicut ipse caritatis magister dicit: Si quis diligat me: servonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Nullae namque maiores sunt diuitiae, quam deum possidere, & caritatem habere. Nihil deficiet. Deum possidenti. Nam apud ipsum sunt omnes thesauri, & ipse est omnium diuitiarum & bonorum fons indeficiens: largitor liberalissimus: nec improberat, cui tribuit: se libentius quam sua tradens dilectoribus suis. Caritas etiam plus ceteris uirtutibus locuples est ratione lucri. Aliena enim bona sua facit, sicut in Psal. legit. Particeps ego sum omnium timimenti te. Plenissima peccatorum nepe obtinet ablutionem & meritorumque sit participatio: quando totius ecclesiae una est oratio una est confessio.

Laur. Iustin.

& concors extat caritatis affectio. Si enim duorum uel trium sanctorum pio consensu omnia, quæ poposcerint, dominus præstanta promittit: quid negabitur multorum milium plebis unam obseruantiam pariter exequenti, & per unum spiritum cōcorditer supplicanti, atq; in uno caritatis uinculo se pariter copulant. Commendatur similiter caritatis excellentia ratione modi, qui est facillimus. Qui enim amat: non laborat. Omnis nanc labor non amantibus grauis est. Amor solus est, qui difficultatis nomine erubescit. Nil durum, nil amarum, nil graue, nil lætale computat amor uerus. Quæ uulnera, quod ferrum, quæ poena, quæ mors amorem præualeat superare perfectum? Caritas enim impenetrabilis est lorica, respuit gladium, iacula excutit, periculum insultat, mortem irritat, postremo uincit omnia.

Quæ sit utilitatis caritas: & quod sola sit, que filios dei à peccatoribus discernit.

Cap. V.

 Vid inter dei dona: dignitatesq; uirtutum utilius possidetur, quam caritas. Ipsa nāq; regni cælestis signaculum est: sine quo nullus ingreditur. Caritas enim est specialis uirtus piorum atq; sanctorum: quum cæteræ uirtutes bonis & malis possint esse communes. Sola enim est dilectio: quæ discernit inter filios dei, & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis, intrēt in ecclesiis, impleant parietes basilicarum: cantent omnes alleluia: non discernuntur filii dei, nisi si caritate. Qui habent caritatem: nati sunt ex deo. Magnum iudicium: magna discretio. Quicquid uis habe: hoc solum non habeas nihil tibi prodest. Alia si nō habeas, hoc habere, implesti legem, possidebisq; regna cælorum. Est etiam hæc uirtus beata boni retinaculum, & animi ærarium. Est enim arbor: aqua non excidit nec flos desiderij: nec folium boni uerbi, nec fructus boni operis: quum enim ipsius proprium sit nutrire cōcordiam, seruare cōposita: coniungere dissociata, dirigere praua, & cæteras uirtutes perfectionis suæ munimine solidare: si quis in eius radicem se inserit: nec à ueritate defluit: nec à fructu inanescit. Dei etiam gratissimum sacrificium est caritas. Nam sicut mors corpus interimit: sic ab amore rerum temporalium æternæ uitæ caritas occidit, & animam deo in sacrificium offert. Nam quem perfete ipsa absorberit, ad terrena foris desideria uelut insensibilem reddit: nec sanctus quilibet mori pro domino potuisse in corpore, nisi prius à terrenis desiderijs mortuus uirtute caritatis fuisset in mente. Ipsa quoq; est diabolus faculum. Antiquus nanc hostis castitatem in nobis: si sine caritate fuerit, nō timet: quia ipse carne non premitur, ut luxuria dissoluatur: nec abstinentia timet, quia cibo non uult: sed ualde in nobis caritatem ueram, & amorem humilem: quem nobis uicissim propter deum impendimus, timet: ipsoq; iaculo ex liuore inuidiæ uehementer confudit: quia ipse conspicit nos tenere in terra, quod ipse tenere nolens amisit in caelo. Similiter etiam caritas est iusti gubernaculum: per quod iustus in hoc pelago non deviat: sed ad perfectionis portum adducitur. Nam dei caritas est gubernaculum salubre: semper possidentem se, dirigens ad perfectionem. Est quædam uernalis pluuiæ uirtutum: sub qua & bona uoluntas germinat: & operatio sancta fructificans ad maturitatem perducitur. Hæc patiens in aduersis: temperata in prosperis: in humilitate potens: in afflictione lætissima: inimicis beneuola & bonis suis superans malos. Hæc sancta & diuina caritas gignit in anima mititatem & benignitatem: faciens ut nos ipsos bene habeamus in ihs, quæ nostra sunt, mala propria patienter sustinendo: ac etiam bona nostra liberaliter largiendo. Gignit quoq; ueritatem & pietatem: ut in ihs, quæ proximorū sunt, uirtuose nos ingeramus: bonis congaudo, & mala supportando. Parit etiam in nobis fidem: quia nos ad deum dirigit, eo quod sit summa ueritas. Caritas enim robur est fidei, fides fortis: tuto est caritatis, & tunc uerum nomen est, & uerus fructus ambarum: quum insolubilis manet connexio utriusq;. Vbi enim simul non fuerint, simul desinunt: quia sibi inuestigem iuuamen sunt: donec desiderium credulitatis impleat remuneratio uisionis, & incommutabiliter uideatur, & ametur summum bonum: quod sine fide non diligitur, & sine dilectione non creditur. Parit etiam spem deducens nos ad deum: qui est summa caritas. Ille etenim uere deum diligit: qui sine tristitia, sine timore: voluntatis potius studio & spei adiutorio, quam necessitatis præcepta custodit. Parit quoq; longanimitatem dirigens nos ad deum: qui est omnipotens; & magnitudine præmij recompensare potest.

quod

A quod tardius soluit. Conseruat etiam possidentem se hæc merito laudanda caritas à fraterna æmulatione: quia non æmulatur: à praua actione, quia non agit perperam: à tumida inflatione, quia non inflatur: ab elata ambitione, quia non est ambitiosa: à priuata affectione, quia non querit quæ sua sunt: à maligna cogitatione, quia non cogitat malum: & à corrupta delectatione, quia nō gaudet iniquitate. Ipsa est mors criminis: Virtus pugnantium: palma uictorum: concordia mentium: societas electorum: quam fides concipit: ad quam currit spes: & cui profectus omnium bonorum seruit.

Ex uirtutis progressibus quam luculenter eluceat uirtus caritatis. Cap. VI.

 Estante domino Iesu sicut à fructibus operum cognoscuntur homines, ita & ab effectibus uirtutum & gratiarum eminentia comprehenditur caritatis ab ipsa emanantium. Obligat nanc hominem deo obtemperare, quod laudabile est, quia caritas præceptum est, de quo dominus. Hoc est præceptum meū: ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. In obseruatione nanc mandatorū deū: non in prophetia, fide, & alijs dignoscuntur discipuli Christi. Nihil enim arduum diligentibus deū & proximū, & uere humilibus est. Facileq; omnia præcepta ueniunt in effectum: quando gratia prætendit auxilium, & caritas tenet affectum: atq; obedientia mollit animū. Nec dura in necessitate seruitus: ubi diligis, quod iubetur. Caritas ligat deū & hominem, quia uinculum est. O caritas quam magnum est uinculum tuum: quo deus ligari potuit. Si ergo contra deum fuitis fortis: multo magis contra homines præualebis. Nullum uinculum filium dei ad columnam tenere potuisset: si caritatis uinculum defuisse. Nullum ferrum eum in cruce tenuisset: nisi caritas affuisse. Nescio siquid maius in laude caritatis dici potest: quam ut suis uinculis deum ad terram traheret de cælo, & hominem de terra ad cælos subleuaret. Magna uirtus tua o caritas: ut per te usq; ad hoc humiliaretur deus, & usq; ad cælos exaltaretur homo. Caritas etiam ditat, & gratificat se habentem, quia filiorum donum est, de quo Apostolus. Non enim accepisti spiritū seruitutis ite-

Rom. 8

C enim pater erga filios semper est sollicitus, ut proficiant, & bonis abundant, ac mala deuitent: sic & beata caritas semper ad bona prouocat, quos replet: & ad deum trahit. Et quis ipsius potest fari solitudinem: Quando ignorabam ( ait quidam ) me instruxit: quando errabam, me reduxit: quando peccabam, me correxit: quando steti, me tenuit: quando cecidi, me erexit: quando iui, me duxit: quando ueni ad ipsam, me suscepit. Neque pro his omnibus quid rependam habeo: nisi tantum ut diligam. Non enim melius, nec decentius quam per dilectionem rependi potest, quod per dilectionem datum est. Hæc suauissima caritas illuminat, quia lumen est, de quo dicitur. Vnctio eius docet uos de omnibus. Et alibi. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. Quisquis eam pos

psal. 18

sider: utiq; quæ diligenda sunt: diligat confitens in omnibus donum dei, & dicens: Ordinavit dominus in me caritatem. Sed qui eam non habent: ordinem dilectionis peruerunt: nec modum diligendi custodiunt: quum mundum, qui contemnendus est, diligunt. Aut corpus, & sua temporalia minus diligenda plus diligunt, uel proximos suos sicut

D seipso non diligunt, siue deum plus quam seipso forte non diligunt. Ipsa caritas sanat, quia medicina est. Huic sanationi testimoniu reddit bona dispositio gustus interioris. Habent enim caritatem omnia sapiunt: ut sapere debent. O caritas dignissima & melliflua domine Iesu: quanta arte medendi in uino & oleo animæ meæ sanitatem restaurast. Fortiter suavis: & suauiter fortis: fortis pro me, & suavis mihi. Caritas adornat: quia nuptiale uestimentum est. Est enim conueniens uestimentum sponsæ regis Christi, operens multitudinem peccatorum: calefaciens mentem à frigore negligentie, & demulces

Matth. 12

mentem: discernensq; filios dei à cæteris. Caritas præterea requiem præstat, quia iugum suave est: de quo dominus. Tollite iugum meum super uos, & inuenietis requiem animabus uestris: iugum enim meum suave est &c. primo ratione sui, caritatis iugum suave est. Omnia nanc lœua & immania prorsus facilia, & prope nulla facit amor. O iugum sancti amoris: quam dulciter capis: gloriose laqueas, suauiter premis, delectabiliter oneras: fortiter stringis, & prudenter eridis. Ratione exempli, scilicet Christi & sanctorū. Dominus enim Iesu omnibus omnia factus est, ut ipsius exemplo erudiret suos. Nā pauper pauperibus: diues diuitibus: flens flentibus: esuriētibus: sitiēs sitientibus se ostendit.

Laur. Iustin.

d 2 dit,

dit: ut necessitatibus suis ad contraria toleranda suos caritatis accederet desiderio. Ratione auxiliij. Pondus enim meum (ait quidam) est unius diei, & si amplius est, non sentio præ amore. Ratione commodi. Nam caritatis iugum à iugo carnis & mundi liberat: ex quo oritur strenuitas morum: puritas affectionum: subtilitas intellectum, desideriorū sanctitas, operum claritas, virtutum fecunditas, meritorum dignitas, & premiorū sublimitas. Ratione quoq; imperij caritatis iugum suave est: quia qui habet caritatem, voluntatem suam diuinæ conformat voluntati: & sicut diuina uoluntas impletur, sic & eius. Iugo enim Christi qui subiectus est: subiecta habet cetera, & non laborat: quia non resistit, quod subiectū est. Et uir bonus æquo animo sustinebit: quicquid ei acciderit. Sciet enim hoc accidisse lege diuina: à qua uniuersa procedunt. Beatus ergo qui iugum hoc domini ab adolescentia sua portauerit. Non solum ex præcedentibus, sed etiam ex ijs, quæ sequuntur: eminentia caritatis eluet. Habet nanq; caritas uim unituam. Est enim amor quædam mutua & continuativa uirtus superiora mouens ad inferiorū prouidentiam: æ qualia ad insatiabilem uicissitudinem: nouissima uero ad meliorū suppositorū conuersione trahens. Habet etiā uim assimilatiuam. Solus est enim amor ex omnibus: animi motibus: in quo potest creatura, & si non ex æquo, suo respondere auctori, uel de simili mutua repēdere uicem: & si minus diligit creatura, quia minor est, tñ si ex toto diligit, nihil deest, ubi totum est. Renuncians enim cunctis alijs affectionibus tota inclinat amori: effundens se totam in amorem illius: cui respondere debet in reddendo amore. Habet quoq; uim diffusiuam. Alios enim parit: cum alijs informatur: alios curat ædificare, alios contremiscit offendere, ad alios inclinat se, cum alijs se erigit, alijs blandula, alijs seuera, nulli inimica, omnibus mater. Extendit se caritas per totum mundū, quia membra Christi in ipsa iacent, ad quem dilatatur. Habet postremo uim generatiuam uirtutum. Caritas nanq; ad cuncta virtutum facta dilatatur, quæ à duobus præceptis incipit: sed se ad omnia extendit. Nihil aliud est bene uiuere, quam toto corde, tota anima, tota mente deū diligere, à quo existit: ut incorruptus in eo amor, atq; integer custodiatur, quod est proprium temperantiae: ut nullis frangatur incommodis, quod est fortitudo. Edidit: nulli alijs seruat, quod est iustitia: ut uigilet in discernendis rebus, ne fallacia doceue paulatim perueratur: quod est prudentia.

*Que sunt, quæ uehementer accidunt hominem ad deum diligendum. Cap. VII.*

**P**ost multiplicem caritatis commendationem, consequenter enumeranda sunt, quæ uehementer prouocat caritatem in nobis erga deum. Superfluum etenim ferè uideretur, si ostenso thesauro cælesti, & quid operet in anima: non daretur forma, per quam posset apprehendi. Sciendum ergo est: quod quatuor sunt specialiter, quæ hominem plurimum ad deum diligendum excitant. Et primo natura. Merito deum cogit amare natura, quia creata ab ipso. Quare inexcusabilis est etiam omnis infidelis: si non diligit dominum deū suum ex toto cor de suo, & ex omni mente sua. Clamat nempe intus ei innata & ignota rationi iustitia, quod ex toto illum diligere debeat, cui se totum debere non ignorat. Si enim naturaliter amat patrem filius: quantomagis deum homo uehementer debet diligere: Quia insignita natura ab ipso. Parum ne tibi uide (ait quis) quod te fecit deus: sed cogita qualiter fecit. Nempe secundum corpus egregiam creaturam: secundum animam, creatoris insignem imaginem rationis participem: beatitudinis æternæ capacem. Porro ambo coherere fecit sibi artificio incomprehensibili, & sapientia inuestigabili, nec ante promeruit, qui ante non fuit, nec spes retributionis fuit, quoniam bonorum nostrorum non eget. Quia conseruata natura ab ipso. Si enim quis meruisset mortem, & separationem animæ à corpore, foretq; aliquis, qui tales liberaret ab exitio debito: quātū ipsum deberet amare ille: qui tales liberaret ab exitio debito: quantum ipsum deberet amare ille: qui esset liberatus. Ex quo potest colligi: quantum deum debet homo diligere: qui corpus & animam tam mirabiliter coniunxit. Hanc seruauit coniunctionem: quum peccando, mortem multoties meruisset. Quia erecta est natura ab ipso. Belluas nanq; in facies prostratas fecit deus, pastum quærentes de terra: te uero ô homo in duos pides erexit: tuam faciem attendere sursum uoluit. Non ergo discordet cor tuum à facie tua: non habeas faciem sursum, & cor deorsum. Habeto magis cor sursum: nomenq; tibi:

**A**hibi: defraudesq; intentionem artificis, qui te in faciem erexit, ut tu ad ipsum erigeres cor. Non solum natura: sed etiam omnis creatura nos ad deum amandum incitat. Cælū, terra, & omnia, quæ in eis sunt: ecce undique clamant, ut deum amemus: nec cessant dicere omnibus, ut sint inexcusabiles. Dupliciter enim dicunt creature, ut deum amemus.

**V**no modo ostendendo eum dignissimum amore nostro. Bonitas enim uniuersitatis creaturarum ostendit creatorem esse optimum, & ideo amore dignissimum. O quām diues in misericordia, quām in bonitate diligendus, quām in iustitia magnificus, quām in gratia munificus es domine deus noster: Non est, qui similis sit tibi, qui effundis mellifluam bonitatē super omnes creature tuas remunerator copiosissime: liberatorq; p̄fissime, ut prælibatione bonitatis, quam in cunctas creature effudisti: discamus insatiabili concupiscere, & diligere æternum fontem omnium bonorum & desiderabilium: uidelicet te summum optimumq; creatorem. Alio modo dicunt nobis creature, ut detinam Gen. 1 amemus, quia sunt dona dei & beneficia eius: de quibus sic legitur. Faciamus hominē,

**B** qui præsit piscibus maris, & uolatilibus cæli, & bestijs terræ: uniuersæq; creature. Gratia nanq; à deo prælatus est homo cæteris creaturis, ut ex hoc cognita ipsius erga eū dilectione accendatur in amore illius. Tot sunt creaturarum uoces: quot sunt ipse creature. Discat ergo homo dilectus diligere: ne sine dilectione mereatur exterminari. Vehe menter etiam nos inuitat ad deum amandum gratia nobis exhibita in opere redemptio nis. Et primo humiliatio: de qua Apostolus. Scitis fratres gratiā domini nostri Iesu Christi, quoniam propter nos egenus factus est: quum esset diuines, ut illius in opia uos diuites essetis. Semetipsum etiam exinanivit formam serui accipiēs. Prouocat etiam fideiussio: quam pro nobis dominus Iesus patri exhibuit: de qua dicitur: Gratiam fidei iussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Vnde ratio iustitiaq; naturalis in fidei elem urget totū se tradere illi: à quo se totū habet: illumq; totū diligere debere. Mihi profecto fides tanto plus indicat amandum: quanto plus eum meipso existimandum intelligor: quippe illū nō solum mei: sed & sui quoq; ipsius teneo largitorē. Inflammatus etiā ad deum amandum fatigatio, & passio, quam ipse dominus Iesus pro nobis sustinuit. Super omnia reddit te amabilem mihi ô bone Iesu calix: quem bibisti, opus redēptionis nostræ.

Hoc omnino nostrum facile totum sibi uendicat amorem: hoc inquit est quod nostram deuotionem & blandius allicit, & iustius exigit, & arctius stringit, & afficit uehementer. Multum quippe pro nobis laborauit saluator: nec in totius mundi fabrica tantum fatigationis autor assumpit. In dictis nanq; suis sustinuit contradictores: in factis obseruatores: in tormentis illusores: & in morte exprobatores, ut accendantur amore ipsius insipientes uulnera Christi in cruce pendentes, sanguinem morientis: precium redimenti, & liuorem domini patri spiritum commendantis. Caput habet ad osculandum: cor apertum ad diligendum: brachia extensa ad amplexandum: totum corpus expositum ad redimendum. Hæc quanta sunt cogitemus: hæc in statera cordis nostri appendamus: ut totus nobis figatur in corde: qui totus p̄ nobis fixus fuit in cruce. Multos enim filios defecit unicus filius dei: emit sibi fratres sanguine proprio: probauit reprobatus:

**D**redemit uenditus, honorauit iniurias: reuiuificauit occisus. Quare sibi totum nostrum amorem non uendicat: qui totum se pro nobis trādidit passioni: Est & quartum: propter quod inardescit anima in deum: si diligenter consideretur (uidelicet) præmium: quod nobis polliceri dignatus est: felicitatis æternæ, & primo ratiōe suæ delectationis. Illuc festinamus properare: ubi semper delectemur in domino: semper uiuamus domino. Si enim sic amamus istam uitam miseram atq; fluiuadim: ubi cum tanto labore uulnus: & ubi uix currendo, satagendo, sudando, suspirando necessitatibus corporis satis facimus: quantomagis debemus amare illam uitam, quæ omnibus delectationibus plena est: ubi nullum laborem sustinebimus, ubi est semper summa securitas, secura felicitas, felix libertas, & libera beatitudo: de quibus dicitur in Psalmo: delectationes in dextera tua usq; in finem: Excitat etiam illud præmium ad deum diligendum propter exaltationis gloriam, quam recipiunt, qui illic sunt, de quibus dicitur. Erunt omnes sicut angelii dei. O felix & gloriosa societas, ô sanctum coniunctum, ô desiderabilis gloria, ô bene dicta ciuitas, quæ es angelorū sanctorūq; omniū congregatio beatæ: quā mirifice mentis fulgentibus micat in te eterna salus exuberat: nullus ciuis tuus inde ejicitur, nullus Laur. Iustin.

**Psalmus 16.** malus illuc admittitur, ô quam gloria dicta sunt de te. In te pudici angelorum chorus exultant: in te est societas omnium deum uidentium: in te sit solennitas iugis & dulcis à peregrinationis huius labore redeuntum. In te deniq; festivitas sine fine, & eternitas sine labe, & serenitas sine nube. Prouocat quoq; illud præmium ob satietatis perfectionem ad deum diligendum, de quo sic legitur. Satiabor, quum apparuerit gloria tua. Tanta enim uis in illa cælesti pace nos satiat, ut quod in se quisq; non accipit: hoc se accepisse in altero exultet. Una cunctis erit beatitudo laetitiae: quamuis non una sit omnibus sublimitas uitæ. Festinemus ergo ad locum tutiorem, & abundantiam superiorem, ut habitemus sine metu, abundemus sine defectu, epulemur sine fastidio, & satiemur delectationis desiderio. Ex sui etiam eternitate incitat ad deum amandum illud præmium, de quo dicitur. Iusti in perpetuum uiuent. In illa nanque cælesti patria: quicquid amabitur, aderit: nec desiderabitur, quod non aderit. Omne quod ibi erit bonum est: ac etiam beatissimum & eternum. Itaq; amabimus & uocabimus: uidebimus & laudabimus, & hoc erit sine fine. Nam quid aliud noster est finis: quam peruenire ad regnum: cuius finis nullus est: de quo in Psalmo dicitur: Regnum tuum: regnum omnium seculorum.

Quibus causis deus ab homine diligendus sit. Cap. VIII.

**Matthew 23.** **Ibid. 28.** **1. Timothy 2.** **C**icut in præcedenti capitulo dictum est: quæ hominem accendunt ad amandum deum: ita in consequenti dicetur: quibus causis deus diligendus sit: quæ plures sunt. Et primo causa suæ affinitatis, de qua dicitur. Vnus est enim pater uester: qui in cælis est. Et dominus in euangelio. Ite, dicate fratribus meis &c. Ipse enim deus humanam naturam diuinæ uoluit associari in unam personam nunquam ab ea separandam: ut sic saltem amaremus: à quo cognoscemus nos amari. Factusq; est hominū & dei mediator ipse dominus Iesus: ut quia per ipsam nostra longe distabamus à summis: in seipso imo, iungeret ipsa summis: atq; ex nobis uia redeundi fieret: qua summis suis ipsa nostra copularet: essemusq; sicut ipse est unū cū patre: nos quoq; cōsummati cū ipso efficacia caritatis. Diligendus etiā est causa suæ delectationis. Nam si esuris panis tibi est: si siti potus tibi est: de quo inebrīabunt electi præubertate & suavitate ipsius: si in tenebris es, lumen tibi est: si nudus, immortalitatis tibi uestis est. Quæsumus & summa suauitas omni suauitate dulcior: & omni dulcedine delectabilior, sed non carni & sanguini: omni luce clarior: omni secreto interior: omni honore sublimior, sed non sublimibus in se. Multæ sunt tuæ delectationes domine: quibus qui uidet te, pascunt: easq; suscipiunt de te. Amans quoq; est causa suæ largitatis: quia dat omnibus affluenter, & nō impropter. Dedit em̄ nobis nedū sua: sed & seipsum. Quid em̄ melius seipso potuit dare: Dignus plane est, ut redamē, præsertim si aduertat q̄s, quos, quantū, & quare amauerit. Omnia nāq; abundanter nobis tribuit: quare diligendus uehementer est. Amans est em̄ causa suæ inexhaustibilitatis, de qua dicit: Apud te est fons uitæ. Oēs em̄ electi haurient de illo fonte indicibiles delectationes: nec tñ minuerit. Impiebit intellectus sapiētia cōtemplando sapiētia: uolūtas uoluptatib. eternis, & memoria iucūditate felici. Et sic miro modo ex sola dei contemplatione exuberabit anima innumeris bonis: nec hoc mirum est: quum oculus carnis solem inspiciens illustretur luce solis. **H**abesq; ipse diligentibus diminutione. Qui habet intellectum, intelligat. Diligendus est etiam propter amoris ipsius utilitatē. Nihil enim deo fructuosius potest diligi. Nā ipse diligentibus se peccata dimittit: sicut legit. Remittunt ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Ipse se diligētes illuminat, sicut scriptū est. Diligite deū, & illuminabunt corda uestra. Interdu nāq; cōunctionis ardore tantæ sublimitatis est uis amoris: ut hac nec ipse animus possit cōprehendere: qui eā illuminatus meruit habere. Ipse ad contemplationis gaudium se, diligentem adducit. Nam si quis ad contemplationis studium properat: semetipsum p̄ us subtiliter interroget: quantum amat. Machina quippe mentis est uis amoris: quæ, etiam dum à mundo abstrahit, in alta sustollit. Et ut compendiose: quantum utilitatis conferat diuinus amor, dicatur: considerandum est, quam multiplici motu humanae conditionis status varietur. Nihil enim in temporalibus inuenitur, præter unum: quod uita cælestis imaginem representet. Sola dei dilectio est: quam non alterat casuallis eventus: quam separatio corporalis non diuidit: quam temporalis longitudo non aboleret: quem defectui non succumbit. Sola caritas est, per quam absentes uideamus, alloquimur, amplexamur.

**Licet. 7.** **Ecclesiastes 2.** **2. Ad. 11.** **M**odestus dicit: sicut legi. Remittunt ei peccata multa: quoniā dilexit multū. Ipse se diligētes illuminat, sicut scriptū est. Diligite deū, & illuminabunt corda uestra. Interdu nāq; cōunctionis ardore tantæ sublimitatis est uis amoris: ut hac nec ipse animus possit cōprehendere: qui eā illuminatus meruit habere. Ipse ad contemplationis gaudium se, diligentem adducit. Nam si quis ad contemplationis studium properat: semetipsum p̄ us subtiliter interroget: quantum amat. Machina quippe mentis est uis amoris: quæ, etiam dum à mundo abstrahit, in alta sustollit. Et ut compendiose: quantum utilitatis conferat diuinus amor, dicatur: considerandum est, quam multiplici motu humanae conditionis status varietur. Nihil enim in temporalibus inuenitur, præter unum: quod uita cælestis imaginem representet. Sola dei dilectio est: quam non alterat casuallis eventus: quam separatio corporalis non diuidit: quam temporalis longitudo non aboleret: quem defectui non succumbit. Sola caritas est, per quam absentes uideamus, alloquimur, amplexamur.

**A** amplexamur, quæ sic quadam angelica agilitate transuolat, & recurrit: ut nihil de corpore molis aut distantiae localis iniuria conqueratur. Nec solum propter ipsius amoris utilitatem, sed etiam propter fidelitatem: quam dilectoribus suis seruat, ipse Deus est diligendus. De eo dicit scriptura. Amico fidi nulla est cōparatio, & nō est digna ponderatio argenti & auri. Quadrupliciter namq; offendit amicitia ( scilicet ) quādo diligens non diligitur, sed hoc in Deo non est. De ipso enim scriptum est. Ego diligentes me diligo. Et alibi: Qui diligit me, diligitur à patre meo ( ait dominus Iesus amantium amator ) & ego diligam eum. Quum enim posset Deus & dominus noster etiam non moriendo generi humano succurrere, uoluit tamen moriendo subuenire, quia alioqui non minus amasse crederetur: nec uim suæ dilectionis ostenderet: nisi hoc quod à nobis toleratur, ad tempus ipse sustineret. Alio modo amicitia offendit, quando qui in tempore prosperitatis diligebatur: minus aut non diligitur in tempore tribulationis, de qua dicitur Eccles. v. 1. Est amicus secundum tempus suum, sed non permanebit in tempore tribulationis. Sed non sic in Deo est. De ipso enim dicit David in eius persona. Cū ipso ( id est iusto ) sum in tribulatione. Nam qui uerè amicus est, omni tempore diligit. Non illum tormentum separat, labor non lassat, thesaurus non separat, alienus amor non occupat. Non enim propterea debes ô homo amare Deum, ut aliquid tibi præstet, ut pecuniam, uel aliquid cōmodi temporalis. Non enim sic illum amas, sed id quod tibi præstari uis. Amicus amandus est gratis propter se, non propter aliud. Si autem te coarctat regula amicitiae, ut amicū gratis diligas, quām gratis amandus est Deus, qui te gratis amat, & abundantius te diligens in tribulationibus tuis indiuividus se diligenti dux efficitur. Tertio modo læditur amicitia, quando ij qui uiuorū amici fuere, inimici ipsorum efficiuntur post mortem, quum suis bonis liberos expoliant, de quibus dicitur Eccles. 6. Est amicus, qui conuertitur ad inimicitias: sed non sic in Deo est. De ipso enim amicitia scriptum est. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Tunc uerè quam maxime Deus hominem diligere ostendit, quum per corporalem mortem hinc decebat anima. Nisi enim dissolueretur à corpore, non glorificaretur cum corpore. Resurgent nanq; sanctorum corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sine ulla corruptione, depositoq; omni onere, in quibus tanta facilitas, quanta felicitas erit. Ex quo clare patet Dei ad hominem amicitiam minime perfette posse agnosci nisi post mortem. Quartus modo læditur amicitia, quando ij, qui patris fuerunt amici, filiorum efficiuntur inimici: sed non sic Deus. Nam de ipso amicitia sic scriptum est Exodi xx. Ego sum dominus Deus tuus, fortis & zelotes, uisitans iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens misericordiam in milia ihs qui diligunt me, & custodiunt mandata mea. Et ut breuiter dicitur: Beatus qui amat te domine, & amicum in te, & inimicum propter te, & cetera ordinat. Omnis nanq; creatura cum bona sit, bene potest amari & male: bene, si ordine constituto, id est, ad cognoscendum & diligendum Deum: male, si ordine perturbato, id est, si amaueris condita, & deserueris conditorem. Quum enim omnia non amētur, nisi quia bona sunt, pudeat hominem eis. **D**inhærendo non amare bonum ipsum, unde bona sunt.

Quomodo Deus ab homine sit diligendus.

Cap. IX.

**O**dus diligendi Deum est diligere sine modo. In dilectione etenim Dei non est alia ratio, aliaq; discretio: nisi ut sicut ille nos dilexit in finem ( scilicet ) in immensum, sic ( si fieri potest ) nos illum diligamus in infinitum. Notandum tamen, quod quum nullum finem debeat habere deuotio amantis, tamen terminos suos & fines, & regulas habere debet actio operatis. Modus uero diligendi Deum ostenditur Deutero. 6. his uerbis. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Ille etenim Deum ex toto corde diligit, qui eum sapiēter diligit, tota anima diligit, qui illum dulciter diligit, tota uirtute diligit, qui ipsum fortiter diligit. Qui enim Deum diligit sapiēter nulla superstitione uel leuitate, uel spiritu seruentoris uigilancia, meram discretionis deserit. Nec ille dicendus est. Deum ex toto corde diligere, qui intellectū suum in obsequium Christi nō capiuat, sed ad uisionē Dei toto desiderio nō anhelat. Quadrupliciter autē captiuat intellectus, ut ad deū sapiēter diligendū facilis peruenire queat. Primo, ut in ihs q̄ sunt fidei, deo obediat. **Laur. Justin.**

1.Cor. 2

& merito. Nam soli deo de se credendum est, qui se solus nouit. **A**llo modo, ut male de se homo sentiat, & bene de proximo suo: quia considerata infirmitas propria, mala excusat aliena. Ideo magis proximorum uirtutes cogita: homo quam uitia: si uis intellectum captiuare tuum: & deum toto corde diligere. Meditare quid tibi desit potius, quam quid adsit. Quod habes, caue ne perdas, quod non habes: supplica ut habeas. In quantis sis minor, est considerandum: non in quantis sis maior. Si enim cogitas, quantum præcessisti alterum, time tumorem: si uero cogitas, quid tibi deest, ingemisce: & quum ingemiscis curaris. Humilis si eris, tutior ambulabis: non præcipitaberis, non inflaberis. Nam quanto maioris gratiae lumen percipis: tanto magis reprehensibilem esse cognoscis. **T**ertio modo, ut sensum superioris sui: sensui proprio præponat homo. Vnde lignum in paradiſo scientiae boni & mali censura discretionis est, quod in conuersione religionis penes patrem spiritualem, qui dijudicat omnia, & ipse a nemine iudicatur. æque statuendum est. Ipsius enim est discernere: & aliorum obedire. **Q**uarto modo, ut semet ipsum intendat homo. & ab alijs oculos auertat. Nam qui uerus est dei amator: semper debet mentem discutere: ut ad sui notitiam, ex qua compunctione oritur, ualeat peruenire. **Q**atuor etenim sunt qualitates: quibus diligentis deum anima compungitur: & a proximorum operibus oculos auertit. Quum aut malorum suorum reminisci tur: considerans ubi fuit: aut iudiciorum dei sententiam metuens: secum quærens considerat ubi erit: aut cum mala uitæ presentis attendens solerter mœrens considerat ubi est. Aut cum in bona superna patria contemplatur: quæ quia nondum adipiscitur: lugens conspicit ubi non est. His modis captiuato intellectu: homo deum ex toto corde sapienter diligit: quia ab exercitatione interiori, qua deus diligitur ex toto corde: nullis potest seduci fallacij. Tota anima deum diligit, qui dulciter Christo passo compatitur: compungitur, & mouetur. Vnde per quendam deum dulciter, tota anima diligentem dicitur. Super omnia reddit te mihi amabilem bone Iesu calix, quem bibisti opus nostræ redemptoris. **H**oc enim omnino amorem nostrum uendicat sibi. Hoc (inquam) amorem nostræ deuotionis blandius allicit, iustius exigit, arcu stringit, & uehementius afficit, ne ullis ualeat abduci blanditijs. Tota uirtute deum diligit, qui propter amorem ipsius nulla uileat abducere blanditijs. Tota uirtute deum diligit, qui propter amorem ipsius nulla laborum, aut tormentorum uel etiam metu mortis iusticiam deserit. **C**ostans namq; & profectus debet esse amor noster, ut si necesse fuerit, amore illius moriamur, qui amore nostri placide, & benigne mori dignatus est. Discat proinde a Christo anima Christiana deum diligere, quia & ipse nos dilexit sapienter culpam catens, dulciter carnem induens: fortiter mortem sustinens. Et nos debemus deum diligere sapienter ne decepti, dulciter ne illecti, fortiter ne oppressi, deficiamus.

De quatuor speciebus amoris. Cap. X.

Psalm. 17

**D**iligentium deum quatuor sunt species: prima est naturalis: quo amore amant omnes deum & boni & mali. De hoc amore ait Augustinus. Deus quem amat omne quod amare potest sive sciens, sive nesciens. Secunda est, quo aliquis amat deum, eo quod cognoscit eum sibi necessarium: de quo David in Psalmo. Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum: & refugium meum: & liberator meus. Tertia est, qua aliquis amat deum propter delicias, quæ in eo sunt. Quum enim deum diligimus, omnia delectabilia & suauia in eo reperimus. **V**nus est, qui queritur, in quo omnia continentur. O amor suavis: o lucrum mirabile: o competitum singulare, quam uehementer accendis mentem delicias bonitatis tuæ sentientem? De hoc amore dicitur Sapientia v. 11. Amator factus sum formæ illius. Quarta est, qua aliquis amat deum, eo qd sit dignissimus amore: qui amor purus est. Amat namq; castè, qui ipsum quem amat querit: nec aliud querit quam ipsum. Per se iste amor sufficit, per se placet. Ipse est meritum: ipse est & præmisum sibi. Ad hunc gradum diuina miseratione ducit anima successiue per incrementa amoris. A domino utiq; fit hoc. Ipse etenim deus taliter natura cōdit humanam: ut necessarium habeat lugiter, prectorē, quæ habuit cōditoris: & sicut p seipsum nō ualuit esse: ita sine deo nō ualeat subsistere. Quod sane ne de se creatura ignoret: & sibi (quod absit) arroget beneficia creatoris: uult idem conditor hominem tribulationibus exerceri: ut quum defecerit homo, & subuenerit deus (ut digna est) ab homine honore. **H**oc enim prophetica uoce ait. In uoca me in die tribulationis:

Psalm. 49

**A**tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Fit itaq; mira conditoris dispensatione: ut homo, qui præter se neminem diligere nouerat: deum propter se diligere incipiat: quod niam frequenter expertus est omnia posse cum dei adiutorio: & sine ipso nihil. His enim progressibus ad secundum amoris gradum proficit anima: quum deum propter se, non propter ipsum diligat. At si frequens ingruerit necessitas: ob quam & frequens fiat conuersio ad deum: & à deo sedula frequens liberatio conferatur: nonne & si fuerit ferreum pectus: uel cor lapideum ex collatione gratia, ex triumpho uictoria, ex hostium depulsione, necesse est emolliri ad amorem, domumque liberantis, quatinus ascendens ad tertium gradum amoris: homo deum diligat: non propter se tantum, sed etiam propter ipsum? Ex occasione quippe frequentium necessitatum crebris necesse est interpellationibus deum ab homine frequentari: frequentando gustari: gustando probari quam suavis est dominus. Et ita fit, ut ihs exercitationibus anima euoleat ad quartum amoris gradum: in quo ad purem diligendum deum plus allicit gustata suauitas, quam urgeat humana necessitas. Hæc namq; est perfectio perfecte tē diligentium domine: hoc est gaudium, quod non tribuis imp̄ijs: sed eis, qui te tōto affectu diligunt, & colunt, quorū gaudium tu ipse es: & hæc est inchoatio beatæ uitæ gaudere de te in te.

Designis, quibus cognoscitur, utrum homo deum diligat. Cap. XI.



Lura sunt, per quæ cognoscitur, utrum homo deum diligat (uidelicet) quum aliquis cogitat de deo libenter: unde Sapientia. Vi. Cogitare de deo sensus est consummatus. Vis amoris hoc solet in animo agere, ut quem semper ille cogitat: nullum alium ignorare credat. Vis quoq; amoris intentionem multiplicat cogitationis: quum quis uadit in domum dei libenter. De hoc præbuit nobis dominus Iesus exemplum. Nam ingressus in urbem (sicut dicitur Matth. xxi.) intravit in templum: dans formam religionis, ut quocunq; imus, primum domum orationis, si ibi est, adeamus. Igitur tu o homo imitator Christi factus: quum in aliquam ingressus fueris ciuitatem: primo ante omnem actum ad ecclesiam curras. Est & aliud signum, quo dei amator dignoscitur (scilicet) quum de deo libenter loquitur. Nam hic amantium mos est, ut amorem suum silentio tegere nequeant: sed necessarijs curis suis efferunt, & produnt, & flamas suas intra pectus suum cohibere non possunt. Enarrant frequentius, ut ipsa assiduitate narrandi solatium amoris sui capiant: & refrigeria immensi ardoris assumat. Est quoq; aliud signum, id est quum quis de deo libenter audit: de hoc dominus. Qui ex deo est, uerba dei audit. Maria quoq; quia multum diligebat: secus pedes domini sedens audiebat uerbum illius. Verus namq; dei amator libenter uerba illius audit: non doctrinam, non scripturam, non personam spernit. Ab omnibus indifferenter: quod sibi deesse uidet, quærit: non quantum sciat: sed quantum ignoret, considerat. Aliud etiā est signum dilectionis: quum quis libenter pro deo dat eleemosynam. de hoc Ioannes in epistola ait. Qui habuerit substantiam huius mundi, & uiderit fratrem suum necesse habere, & clauerit uiscera caritatis ab eo: quomodo manet in eo caritas dei? Dei enim

**D**amator, mercator est optimus, fœnerator egregius: dat quod non potest retinere, ut recipiat, quod non potest amittere: dat modicum, ut recipiat centuplum: dat temporalem possessionem, ut recipiat hæreditatem æternam. Item quum quis pro deo libenter patitur. Pœna etenim interrogat: si quietus quis ueraciter amat. Nullo namq; modo onerosi sunt labores amantiū: sed ipsos delectant, sicut uenantium, pescantium, aucupantium. In eo enim quod amatur, aut non laboratur, aut labor amatur. Similiter quum aliquis mandatis dei libenter obedit. Si quis diligit me (ait dominus) sermonem meum seruat. Et alibi. Si diligitis me: mandata mea seruate. Nihil enim arduum diligentibus. Facile enim omnia præcepta ueniunt in effectum: quando & gratia prætendit auxilium: & obedientia mollit imperium. Nec dura in necessitate seruitus, ubi diligitur, quod iubetur. Postremo & hoc est uerum signum amoris temporalium contemptus. Tanto denique magis quis frigescit à curis seculi, quanto surgit ardentius in amorem dei. In insuperabilis loco stat animus, qui terrena despicit: inexpugnabilis est, quem multis machinis lacessit fortuna nō cōcutit. Nullus est maior, quam qui aliena dispositus, suaq; distribuit, & fecit sibi pacem nō timendo, nō concupiscendo.

Ioan. 3

1. Ioan. 3

Ioan. 14

ibidem.

Sap. 7



*Que sunt illa, que conferant operanti ea, ut à deo ametur.* Cap. XII.

Pro. 22

2. Cor. 9

Psal. 139

Vnt nanque multa, quæ efficiunt, ut possidens ea à deo ametur ( scilicet ) sapientia : de qua dicitur , Sapientia infinitus est thesaurus hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiae dei. Idem facit munditia: sicut scriptum est. Qui diligit cordis munditiam propter gratiam labiorum suorum: habebit amicum regem. Amabilem etiā reddit deo mansuetudo . Moses qui deo carissimus fuit: mansuetissimus erat super omnes homines, qui morabantur in terra. Illud idem operatur liberalitas. Hilarem datorem deus diligit: quia ipsius imitator est, qui ex liberalitate fecit, quicquid fecit. Carum quoque deo reddit humilitas. Propter hanc dicit uir secundum cor dei: Domine non est exaltatum cor meum. Tanto enim quisque fit amabilior deo, quanto propter eum fit uilior sibi: & tanto uilior deo, quanto preciosior sibi efficitur. Hoc etiam exercet contemptus temporalium. Nemo plane dignus deo, qui opes non contemperat. Temporalia amata inquinant: inquinata autem anima dei amore digna non est. Similiter & dilectio hoc operatur . Nemo enim se amari diffidat, qui iam amat libenter. Dei amor nostrum quem præuenit, subsequitur. Nam quomodo redamare pigebit, quos amauit nondum amantes.

*Que sit differentia inter amorem, dilectionem, & caritatem, & de ipsarum distinctionibus.* Cap. XIII.



Ifferentia est talis inter amorem, dilectionem, & caritatem, licet large loquendo & quiuocum sortiantur nomen. Amor namq; proprie est naturæ: & dicitur amor quasi animorum unio: quia acquietat appetitum in re amata . Dilectio autem est amor proximi : & dicitur dilectio quasi duo ligans. Sociat enim amatum cum amante in amore: ut mutuo se diligant. Caritas est amor in deum. Hæc amicum determinat, & indicat omnibus cariorem. Vnde dicitur caritas quasi cara unitas: uel carum deo agens. Amor triplex est ( scilicet ) gratuitus, naturalis, & uitiosus. Amor gratuitus est laudabilis: quia habet principalem finem, bonum incommutabile: & uirtus est. Hic diuiditur in amicitiam & concupiscentiam. Secundum amicitiam quis diligit deum purissime non respiciens utilitatē suā: sed bonitatem amat: hoc modo plus diligit homo deum quam seipsum. Secundum uero cōcupiscentiam diligit quis deum: quia remunerationē in eo expectat. Amor naturalis nec laudabilis est, nec uituperabilis: & habet finem indigentiam uel utilitatem propriam. Iste similiter diuiditur in amicitiam & concupiscentiam. Secundum amicitiam diligimus hoc amores: & nostri perfectionem, & nostri conseruationem. Atque ea magis, quæ magis sunt necessaria: ut caput, pro quo totum corpus exponimus. Hic communis est nobis & bruis. Secundum concupiscentiam uero diligimus deum: quia necessitatē nostræ uel subuenit uel subuenitur: quia hoc amore non diligitur res propter se: sed propter usum eius: unde hoc amore plus se diligit homo naturaliter, quam deum. Amor uitiosus uituperabilis est, quia peccatum est: & habet finem uoluptatem: siue delectationem in creatura . Hic diuiditur in amicitiam: & concupiscentiam. Secundum amicitiam: diligimus hoc amore delectationem creaturæ propter se quamvis in nobis habeatur. Secundum concupiscentiam uero diligimus hoc amore uoluptatem creaturæ propter nos. Item amor multipliciter diuiditur. Est etenim naturalis erga se: pius erga parentes: iucundus erga socios: iustus erga amicos: violentus erga inimicos: sanctus erga deum. Circa dilectionem notandum, quod alia est dilectio affectus, & alia effectus: Dilectio affectus duplex est, quia alia est innocentia, alia beneficentia. Dilectione innocentia tenemur diligere inimicos: quia non debemus eis optare malum, inquantum malum, sed inquantum eis expediens uel reipublicæ. Affectus dilectionis beneficentia est duplex ( scilicet ) principalis, & secundarius. Affectus principalis est uelle & optare inimicis bona spiritualia: sicut est gratia, & gloria: hoc modo tenemur diligere inimicos nostros. Affectus autem dilectionis secundarius est optare inimicis bona temporalia: hoc modo non tenemur semper diligere inimicos: quia non semper expedit eis habere bona temporalia. Eodem modo distinguendum est de dilectione effectus: qui est similiter innocentia, & beneficentia. Primo tenemur diligere omnes inimicos: quia non tenemur eis inferre mala: nisi ratione personæ, uel reipublicæ. Secundo modo distinguenda est dilectio beneficentie: quia si est beneficiū spirituale ad salutem necessarium.

tunc

A tunc tenemur illud inimicis impendere: sicut orare pro eis, nō quidem in speciali, sed in generali. Ita ( scilicet ) ut non excludamus eos ab orationibus communibus. Si uero est beneficium temporale: ad hoc non tenemur: nisi in casu necessitatis. Notandum tamen esse inimicum dupliciter: scilicet persona & ecclesia. Igitur persona inimico beneficere perfectionis est: nisi in quantum illi uel alteri beneficium nocuum esset: quia in tali causa beneficium subtrahere utile est. Inimico ecclesia beneficium subtrahere perfectius est: & melius nisi in quantum per beneficium speratur reconciliandus ecclesia. De ipsa autem caritate hoc sentiendum est, quod sit recta uoluntas ab omnibus terrenis ac præsentibus prorsus auersa: iuncta deo inseparabiliter & unita: igne quadam sancti spiritus, a quo est, & ad quem refertur incensa: inquinamenti omnis extranea: corruptionis nescia: nullo uitio mutabilitatis obnoxia: super omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa: affectionis omnium potissima: diuinæ contemplationis auida, in omnibus semper invicta. Summa actionum bonarum, salus morum, finis cœlestium preceptorum, mors criminum, uirtus pugnantium, palma uictorum, sanctarum mentium arma, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum: sine qua nullus deo placuit, cum qua nullus unquam peccare posse: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficiens, gloriofa in perseverantibus, uictoria in martyribus, operosa omnino in omnibus fidelibus: ex qua, quicquid est boni oportet, uiuit.

*Quibus exercitationibus proficiat caritas: & que sunt perfecte caritatis signa et operationes.* Cap. XIV.

Xijs quæ sequuntur, ostenditur, quomodo proficiat caritas, & quum perfecta fuerit: dicendum est qualis sit: ne homo horum ignorans decipiatur credens se perfectum esse. Desiderium namq; magnum proficiendi plurimum adiuuat hominem: ut ad caritatis perfectionem attingat. Magna enim pars perfectus est uelle proficere, nolleq; progredi est regredi. Nemo perfectus est, qui perfectior esse non appetit, & in eo perfectiore se quisq; probat: quod ad maiorem tendit perfectionem. Si nolumus redire, currendum est. Excitat quoq; hoc, ut homo à creaturis inferioribus ad creatorem amorem suū recolligat. Quod his uerbis declarat sanctus Augustinus dicens. Ab uno tunc auersus in multis euauit. Exarsi enim aliquando satiari inferius in adolescentia, & sylvestre me sensi uarijs & umbrosis. ambris. Intendere doctrinæ multum proficere facit: sicut enim parvulus absq; sumptione etibi crescendo non proficit, sic anima sine doctrina deficere potius quam proficere solet. Vnde dicitur Eccle. xxvii. Filia fatua in minoratione fiet. Et in Psal. Esurientes & siti entes anima eorum in ipsis defecit. Idem facit meditatio beneficiorū dei, proximi, & ceterarum. In meditatione mea ( ait Psalmista ) exاردescet ignis. Est & aliud: quod uehementer excitat ad profectum caritatis ( scilicet ) tentatio. Electorum namq; desideria deprimuntur aduersitate, ut proficiant: sicut ignis flatu premitur, ut crescat: & unde quasi extingui creditur, inde roboratur: sic nimur quum per tensionem humilitas in anima proficit: prospera est ipsa aduersitas: quæ mentem & caritate accendit, & ab elatione cunctis stodit. His etenim incrementis quum ad perfectionem peruerterit anima, multitudinet

D pacis, claritatē luminis, & inexplibilem gustum, sensumq; percipit caritatis: quæ caritas ex quatuor insinuat suū plius perfectionem: uidelicet, ex sua rectitudine. Perfectus namq; dei amor est rectus, efficiens & afficiens animam deum propter seipsum diligere: & non propter temporalia. Perfecti enim ad hoc utuntur mundo, ut perfruantur deo: imperfeci uero econtrario: ut perfruantur hoc mundo uti uolunt deo. Ex sua strenuitate. Non enim solum rectus est perfectus amor: sed etiā strenuus. Nihil certe est, quod effrenatus captus amore paueat. Plurimi est terroris hostibus perfectus amor, mentisq; strenuitas, & nihil damnabilius est in homine perfecto & Christi milite, quā formido: per quā perfectio uitutum deſtituitur, nutritur pusillanimitas, obrepit inertia, & ad immunditias actus animus occupatur. Ibant Apostoli milites strenuissimi, gaudentes à conspectu concilij, loquentes cum fiducia uerbum dei: & nulla infidelium formidantes tormenta. Ex sui multitudine desiderij. Est enim perfectus amor desiderij plenus. Anima namq; amans perfecte fertur uotis, desiderijs trahitur, ignorat siquidem iudicium: multoties ratione caret: nescit modum: nec aliud: quam quem diligit, cogitare potest: non accedit de impossibilitate solatium: nec ex difficultate remedii: nec consideratione tempore

Psal. 105

Psal. 38

Psal. 106

Psal. 107

Psal. 108

Psal. 109

Psal. 110

Psal. 111

Psal. 112

Psal. 113

Psal. 114

Psal. 115

Psal. 116

Psal. 117

Psal. 118

Psal. 119

Psal. 120

Psal. 121

Psal. 122

Psal. 123

Psal. 124

Psal. 125

Psal. 126

Psal. 127

Psal. 128

Psal. 129

Psal. 130

Psal. 131

Psal. 132

Psal. 133

Psal. 134

Psal. 135

Psal. 136

Psal. 137

Psal. 138

Psal. 139

Psal. 140

Psal. 141

Psal. 142

Psal. 143

ratur: nec pudore frenatur, nec rationi subiicitur. Magna plane est uidelicet caritatis ipsum dei affectum attingens: & uelut sagitta iecur perfecte se possidentis penetrans & transfigens: quod senserat qui aiebat. Vulnerasti cor meum &c. Et ex sui communicatione. Quanto enim quis magis attigerit ad perfectionem caritatis: tanto magis per compassionem proximi pro salute se deserit. Nam qui amare proximum neglit: profecto diligere deum nescit: & tunc plenius in dei dilectione proficimus: non in eius dilectionis gremio: proximi prius caritate latamur. Amor dei amorem proximi generat: & amorem proximi calefacit amor dei. Tunc enim ad summam perfectionem caritas mirabiliter surgit: quum ad ima proximorum se misericorditer attrahit: & quo benignius descendit ad ima, eo perfectius recurrat ad summa. Quod paucis uerbis notificat dominus dicens. Maiores hac dilectionem nemo habet: ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Alio quoque in loco quum quidam a domino peteret, quod esset magnum mandatum in lege: respondit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo &c. Secundum autem simile est huic. Diliges proximum tuum sicut te ipsum: confirmansque sententiam ait. In his duabus mandatis tota lex predebet, & prophetae. Quibus uerbis perfectio colligitur caritatis, quae comprehendit in se omnem legis & prophetarum perfectionem. Quoniam uero in precedentibus capitulis de dei dilectione compendiose tractatus est: nunc succincte pauca de proximi dilectione ponentur: ut luculenter eluceat huius perfectio uirtutis; deturque omnibus forma ascendendi ad perfectionem: & tunc demum ponetur huic tractati de caritate finis: quae est finis, & praesidentium perfectio.

*Quibus exemplis atque documentis incitetur homo ad proximum diligendum.*

Cap. XV.

**N**ostis rationibus & exemplis proximum amare incitamus: uidelicet propter utilitatem huius praecepti & leuitatem: de quo dominus. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dixi uos. O nimiam dei clementiam: & ineffabilem dei benignitatem: premiū nobis pollicetur: si nos mutuo diligamus: & ea nobis praeferemus inuicem, quibus inuicem indigemus. Et nos superbo & ingrato animo ei renitimus, cuius imperium beneficium est: & ab omnibus potest impleri: a paupere & a diuite, ab infirmo & a sano. Non est necesse oues aut boues emere, aut ultra mare nauigare, ut hoc impleatur praeceptum: de quo in Deuteronomio dicitur: Mandatum quod ego praecepio tibi hodie: non supra te est, neque procul positum est: sed iuxta te est in ore tuo: & in corde tuo: ut facias illud. Incitat quoque ad amandum proximum fraternitas naturalis: quae est inter omnes homines. Si putamus non esse proximos, nisi qui de eisdem parentibus nascuntur: Adam & Euam intendamus: & omnes fratres sumus. Propterea deus uoluit unicum hominem primo formare: ex quo omnes procederent: ut tanquam fratres omnes se amarent. Non sic legitur factum esse in angelis uel in brutis: unde dilectio est debitum naturale, quo unus homo obligatus est alteri: a quo debito nullus absolvitur. Sola haec dilectio est: quae etiam reddita semper retinet debitorem. Accedit etiam ad amandum proximum spiritualis fraternitas. Omnes quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani. Huius: Ad id quod Christiani sumus: unus pater est deus: una mater ecclesia. Haec fraternitas tanto est melior fraternitate naturali, quanto meliorem patrem habet deum: de quo dominus. Et patrem nolite uobis uocare super terram: unus est enim pater uester, qui in celis est. Nam haec est uera, indirupta & spiritualis fraternitas, quae gemina amicorum perfectio ac uirtute coincrescit: cuius foedus nec desideriorum uarietas: nec contumeliosa diuidere potest contrarietas uoluntatum. Si autem amandi sunt naturaliter fratres qui diuidendo hæreditatem portionem uniuscuiuscum minorem faciunt: quantum amandi sunt, qui portionem augent. Quanto enim plures erunt electi: tanto amplius gaudebunt. Plus etenim gaudebit unus electorum de gloria anime alterius, quam de gloria proprii corporis. Amor quoque, quem dominus Iesus habet ad homines, ad amandum proximum nos horitur: de quo dicitur. Qui dilexit nos: & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Noli homo tantum uisipendere amorem: tuumque contemnere fratrem. Propterea dominus Iesus dominationi mortis se tradidit: ut ipsum a iugo diabolicæ dominationis crueret: suscepit mortis seruitutem: ut illi tribueret uitæ æternæ libertatem. Non ergo despiciendus

Ioan. 15

Deut. 6

Matt. 22

Deut. 30

Matt. 23

Apol. 1



**A**ciendus est, quæ tam carum dominus habuit. Sollicitudo quoque angelicæ custodiæ nos prouocat ad amandum proximum. De ipsa Dominus dixit. Videte, ne contemnatis uenum de pusillis istis: dico autem uobis, quia angeli eorum in caelis. s. v. f. patris mei, &c. Ad est enim unicuique nostrum etiam minimus angelus bonus. Angelus domini: qui regat, qui moneat, qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigit: & miserationibus exposcendis quotidie uideat faciem patris, qui in celis est. Non ergo est ab homine despiciendus homo, qui a deo angelo carus est. Dulcedo quoque fraternalis dilectionis: quæ pacem in cor maximum diligentis diffundit, fortiter prouehit ad proximum diligendum. In tribus (ait Ecclesiast. xxv.) bene placitum est spiritui meo: quæ sunt probata coram deo & hominibus: concordia fratrum, amor proximorum, & uir & mulier bene sibi consentientes. Tale namque est bonum pacis: quod ex fraternali oritur caritate, ut in rebus creatis nihil gratiosius soleat audiri: nihil delectabilius concupisci: & nihil utilius possideri. Spiritus enim humanus nunquam uiuiscat membra: nisi fuerint unita: sic Spiritus sanctus

**B**nunquam uiuiscat ecclesiæ membra: nisi fuerint in pace fraternalis dilectionis unita. Hoc etiam prouocat ad proximum diligendum: quia omnes sumus membra unius corporis. De hoc Apostolus. Multi unum corpus sumus in Christo. Singuli autem alter alterius membra. Emolumenta præterea, quæ ex mutua dilectione proueniunt: plurimum accidunt cor ad amandum proximum, quæ sunt quinque. Primum est uictoria, quæ ex ipsa oritur. De hac dicit Eccle. 1111. Melius est duo esse simul quam unum: habent enim emolumenta societatis sue. Si quis preualuerit contra unum: duo resistunt illi. Omnis namque pugna unanimiter aggressa parit uictoriam. Secundum est bonorum abundantia. Quod enim deest homini in se, habet in amico. Fraternalis autem dilectio & amicitia adiutoria à natura data est: non uictiorum comes: ut quoniā solitaria non potest uirtus ad bonorum abundantiam peruenire: coniuncta alteri perueniat. Plurimam in se continet hæc bonorum abundantiam: nullo enim loco excluditur, nunquam intempestiva, nunquam molesta est. Nam & secundas res splendidiores facit: & aduersas paties, cōmunicansque

**C**leuiores. Tertium est impetratio eius, quod in oratione petitur: unde dominus. Si duo ex uobis consenserint super terram, de omnibus quacumque petierint, fiet illis a patre meo, qui in celis est. Quartum est mutua exhortatio. De hoc Eccles. 1111. Vnus enim quomodo calefiet? Non equidem potest quisquam bene degere, qui se tantum diligit, qui se tantum intuetur. Alteri uiuas oportet, si uis tibi uiuere. Hæc societas diligenter & sanctè obseruata, que nos homines hominibus miscet, mutuam parit exhortationem, & indicat aliquid esse, commune ius generis humani. Quintum est consolatio, quæ ex ipsa trahitur. Sicut enim unguento & uarijs odoribus delectatur caro, ita bonis amici consilijs, & fraternali dilectione anima dulcoratur. Quoniam uero res humanæ fragiles sunt, & caducae, semper acquirendi sunt quos diligamus: & a quibus diligamur. Caritate enim benevolentiaque sublata omnis est è uita sublata iucunditas.

*Quæ sint illa, que reddit hominem amabilem proximo suo.* Cap. XVI.

**D**Vamuis appetendum sit ab unoquoque & amare & amari, magis tamen desiderandum est amare, quam amari. Beatus utique est dare, quam accipere. Qui enim amari non amare desiderant, si ignem esse uolunt in domo proximi suis: & in domo propriae conscientiae frigore perire cupiunt. Quoniam uero laudabiliter amari debet concupiscere quilibet, nunc dicetur, quæ sint, quæ reddant hominem proximo suo amabilem. Et primò modestia in sermone. Vir etenim sapiens in uerbis amabilem se facit: gratia autem fatuorum effundentur. Principium amicitiae est bene loqui: & grande exordium inimicitarum est maledicere, & contumeliosè iniuriare. Obiurget amicus amicum non iactantia studio, sed affectu caritatis, nec admonitione spera sit, sed dulcis: non sit contumeliosa, sed pietate plena. Amabilem quoque reddit uirtus. Est enim insitum bonis, ut unusquisque uirtutes suas in alijs amet. Econtrario, Oderunt hinc tristes, tristemque iocosi. Nihil quippe est uirtute amabilius, nihil quod magis allicit ad diligendum. Tanta est uis probitatis, ut eam uel in eis quos nunquam uidimus: uel quod maius est, in hoste diligamus. Dissimilitudo uero morum, distantia uitæ, & ingenio contraria dissoluunt amicitiam. Plurimum etiam amabilem facit mansuetudo. De hac Ecclesiast. 111. dicitur. Fili in mansuetudine opera tua perfice: & super gloriam ho-

Laur. Iustini.

Rom. 12

minimum diligeris. Qui enim mansuetus est in omnibus motibus suis, nihil facit quod cuiusquam offendat affectum, sed quod suam deceat sanctitatem. Mansuetudo enim est suauitas malo cedens, subesse sciens, superiori non resistens, & bonis consensit. Pia querit, honorat sancta, non reprehendit, non resistit, propter quod suum dilectum exhibet possessorem. Ad idem ualent obsequia & beneficia: unde Apostolus, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sit, potum da illi. Hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius, id est, cor eius accedes ad te amandum. Quem etenim delestat amari, ab amore rerum mutabilium liber esse appetat, eaque libenter eroget. Ex largitione namque hac multorum acquirit affectum, & ardentium criminum globos benevolentiae suae sonore refrigerat: ac etiam in rivo largitatis obruit inediā proximorum. Postremo ualde amabilem reddit amor. Nulla enim maior est ad amorem in uitatio, quam prouenire amando. Nimirum durus est animus, qui dilectionem si nolebat impendere, nolit rependere. Si uero queris quomodo amicos plurimos facturus tibi sis: ego demonstrabo amatorum sine medicamento, sine herba, sine ueneficio carmine: Si uis amari, ama: & ut ameris, amabilis esto.

Quomodo & quibus exemplis proximum amare debeamus. Cap. VII.

10. 15  
1. Ioann. 2

Ibid. 4

Matt. 5



Vomodo proximum amare debeamus, tripliciter docemur à scriptura. Dominus nanque Iesus exemplo suo recto praebet nobis exemplum, quomodo proximum amemus, dices, Hoc est preceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Amor enim ipsius, quo nos dilexit, gratuitus fuit. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Si autem deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere gratis. Ideo dominus, Si diligitis eos, qui uos diligunt, quam mercedem habebitis? Nonne hoc & Ethnici faciunt? Fuit etiam Christi amor rectus, uidelicet, non propter eius, sed propter nostram utilitatem. Sic & nos debemus diligere. Amicus enim qui utilitatis causa assumptus est: tandem placabit, quandiu utilis fuerit. Sed non sunt fideles & recti in amicitia: quos munus, aut priuata utilitas copulat. Dilectio enim quae munere glutinatur, eo suspenso dissoluitur. Et qui prosperitatibus aliquius inducti eius amicitiam securi sunt: iij fortunam securi perseverant in prosperis: si uero delapsa fuerit, subtrahuntur omnes. Cum enim recesserit ea res quae fuit amicitiae causa, nihil supereft, quare possint in amicitia teneri. Quos enim felicitas fecit amicos, infortunium inimicos faciet. Amavit etiam nos Christus amore discreto. Amor discretus talis esse debet, quod personas amet, & uitia persequatur. Christus enim propter nos in carne de uirgine natus, & conuersatus: contagio culpae inquinatus non est: & tamen ultione culpae depressus est. Comissa propria non habuit, & tam pœnam carnalium ex caritate sine culpa suscepit. & quæ & nos ita proximos diligamus, ut ipsorum facinora sollicitè odiamus. Nulla est, o homo, peccati excusatio, si amici causa peccaueris. Nam cum conciliatrix amicitiae uirtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si uirtute defeceris. Haec enim lex in fraterna caritate sanciatur, ut nec rogemus res turpes, nec rogati faciamus. Fuit similiter amor Christi uehemens. In hoc ipsius caritatem cognouimus uehementem: quoniam ipse pro nobis animam suam posuit. Cuius imitatione & nos pro fratribus debemus animam ponere. Vehemens namque dilectio fratris remedia fert aduersis: eius compatitur incommodis: haec amici onera, quasi iniuncta humero portat, nec patientius propriam iniuriam sustinet, quam amici. Amor quoque Christi fuit fructuosus, ut appareat in donis nobis ab ipso & per ipsum collatis. Sed & nos amemus fratres. De hoc dicit 1. Ioannis 111. Filioli diligamus non uerbo, nec lingua, sed opere & ueritate. Sunt etiam uerba utilia caritati. Propterea dilectio nostra erga fratrem semper exhibenda est ueneratione sermonis, & ministerio largitatis. Haec dilectio fraterna & fructuosa est, quæ fratrem ueneratur deuotum, corripit disolutum: quæ praesenti obsequitur, absentem non rodit, sano applaudit, infirmum non deserit, pacatum non prouocat, fratum ut maiorem metuit. Fuit etiam domini Iesu amor perseverans: de quo dicitur. Quum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Sic & nos perseveranter proximum amare debemus: iij autem non diligunt perseveranter, qui diligunt felicitatem non hominem. Nam cum quis in prosperitate positus diligatur, paucum ualde est, utrum prosperitas an persona annetur. Amissio felicitatis uim inter-

rogat

A roga amoris. Et qui ex aduersitate proximum despicit, aperte contumeliam agnoscitur in bonis amicis. Aspera enim fortuna certos sodalium uultus ambiguosque discernit. Verus enim amator usque ad mortem perseverabit: nec tædio affectus, nec labore fatigatus. Immitabitur dominus suus, qui pro suis certauit in stadio caritatis: pro quibus etiam morti dignatus est gaudenter. Secundo modo docemur in scriptura proximum tanquam nos ipsos diligere: iuxta illud domini mandatum: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Quod duplum potest intelligi. Primo ut illud diligas ad gratiam, & gloriam in futuro: uel in quem te ipsum diligis, id est in deum, illud diligas. Quisquis enim recte diligat proximum, hoc cum illo debet agere: ut etiam ipse toto corde & tota anima diligat deum. Alio modo intelligitur, ut hoc facias proximo, quod tibi uis fieri: quod autem tibi non uis fieri, ei non facias. Duo namque sunt erga proximi dilectione seruanda, ut beneficij impensione foveatur, & nulla malitia laedatur. Notandum autem est, quod nequaquam proximum recte potest diligere, qui prius deum ueraciter non diligat. Amore enim dei firmata debet esse dilectio proximi. Nemo quippe potest fideliter amicus hominis esse, nisi prius ipse sit ueritatis. Ideo inter quos non est diuinarum rerum consensio, nec humanarum plena esse poterit. Necesse enim est, ut aliter quam oportet, humana existimet, qui diuinia contemnit. Nec hominem recte diligere nouit: quisquis eum recte non diligat, qui hominem fecit. Illud etiam sciendum est, quod qui se non nouit diligere, utique nec proximum. Valdeque timendum est, ne ipsum decipiatur, sicut & se. Si te interrogem ait quis, utrum diligas te, respodes quod diligis. Quis enim se odit? Audi Psal. Qui diligat iniquitatem, odit animam suam. Quomodo uolebas tibi committi proximum, ut diligeres eum tanquam te, o homo, qui perdis te? Si enim tuis pœnis te diligis, ut perdas te: sic profecto perditurus es eum, quem diligis sicut te. Nolo autem, ut hoc modo quemquam diligas, uel solus peri, aut corrige dilectionem: aut respue tuam caritatem. Solerter & hoc quoque in hac dominica preceptione considerandum est: quod non dixit, Diligas proximum tuum plus quam te ipsum, sed sicut te ipsum. Videtur enim plus quam se ipsum proximum uelle diligere: qui curationi propriæ non sufficiens, cura aliorum cupit assumere. Quare tu homo, quisquis talis es: cui firma satis propria salus nondum est, cui caritas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera, atque arundinea, quod omni statu cedat, omni credat spiritui, omni circumferatur doctrina uento, cui tanta est caritas, ut ultra mandatum quidem diligas proximum plus quam te ipsum: & rursum tantilla, ut contra mandatum fauore liquefaciat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, auaritia trahatur, pertrahatur ambitione, suspicionibus inquietetur, conuictus exagitetur, curis euisceretur, honoribus tumeat, liuore tabescat. Tu inquam in proprijs te ipsum sentiens minus idoneum ad correctionem, qua nunc dementia, quæso, aliena curare, aut ambis, aut acquiescere. Audi quid de hac tanta & tam uigili caritate dicat scriptura. Noli, inquit, esse nimium iustus. Et dominus. Quid prodest homini, si mundum uniuersum lucretur, animus uero suæ detrimetur patiatur? Sufficit qui eiusmodi est, si proximum sicut se ipsum diligat, ne tumore se conterat, ne proximum iuuando se deserat, ne alios erigens cadat. Tertio modo docemur in scriptura proximum sicut nos ipsos diligere exemplo amoris membrorum corporis humani. Primo in hoc, quod unum membrum non inuidet alijs membra; licet non habeat idem officium. Non omnia namque eundem actum habent membra: nec tam sibi inuidem inuident: sic nec debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiam, quam ipse non habet. Inuidia diabolice uitium est: & habet matrem suam, scilicet superbiam. Suffoca matrem, & non erit filia. In hoc etiam docemur, quod unum membrum non sibi appropriat aliquid officium, sed omnibus illud comunicat gratias: sic & nos. Nam multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alterius membra. Similiter cum unum membrum ab alio leditur, non se uindicat: sic debet esse inter fideles, sicut scriptum est, Nulli malum pro malo reddentes. Item sicut membra infirmiora abundatius honorantur: sic & nos non debemus despicer eos, qui infirmi uidentur: prout dicitur, horiore infirmis peruenientes. Non enim est fraternus amor, nisi se mutuis præueniat obsequijs. Instruimur quoque in hoc, quod siquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, siue si glorietur unum membrum, congaudent cætera membra. Sic fideles debent gaudere cum gaudientibus, & flere cum flentibus. Datur insuper exemplum istud, quia unum membrum reputat sibi fieri, quod fit alteri, siue bonum, siue malum; sic nos quod alijs frangatur, non habis agi

C laur. iust. Deut. 6 Eccl. 7

D poris humani. Primo in hoc, quod unum membrum non inuidet alijs membra; licet non habeat idem officium. Non omnia namque eundem actum habent membra: nec tam sibi inuidem inuident: sic nec debet aliquis inuidere proximo suo habenti gratiam, quam ipse non habet. Inuidia diabolice uitium est: & habet matrem suam, scilicet superbiam. Suffoca matrem, & non erit filia. In hoc etiam docemur, quod unum membrum non sibi appropriat aliquid officium, sed omnibus illud comunicat gratias: sic & nos. Nam multi unum corpus sumus in Christo: singuli autem alterius membra. Similiter cum unum membrum ab alio leditur, non se uindicat: sic debet esse inter fideles, sicut scriptum est, Nulli malum pro malo reddentes. Item sicut membra infirmiora abundatius honorantur: sic & nos non debemus despicer eos, qui infirmi uidentur: prout dicitur, horiore infirmis peruenientes. Non enim est fraternus amor, nisi se mutuis præueniat obsequijs. Instruimur quoque in hoc, quod siquid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, siue si glorietur unum membrum, congaudent cætera membra. Sic fideles debent gaudere cum gaudientibus, & flere cum flentibus. Datur insuper exemplum istud, quia unum membrum reputat sibi fieri, quod fit alteri, siue bonum, siue malum; sic nos quod alijs frangatur, non habis agi

Laure. iust.

e 2 existimare

Ibid. Rom. 12 I. Cor. 6

Rom. 12 I. Cor. 6

**Matt. 25** existimare debemus. Vnde ipse dominus Iesu Ecclesiæ caput dicit: Quod uni ex misericordiis meis fecisti, mihi fecisti. Alio quoque modo docemur: quia sicut unum membris ictus se exponit pro aliis: sic & nos agere debemus imitantes dominum Iesum, qui passio se exposuit: ictum quem genus humanum meruerat, super se suscipiens. Eodem modo prouocamur, quum uidemus quod cibum, quem os recipit, alij membris communicat: ita & fideles facere debent: unde Apostolus ait, Siue exhortamur pro uestra exhortatione & salute, siue consolamur pro uestra consolatione & salute. Isto similiter exemplo accedimus: quia uidemus unum membrum ab alijs separari: sic nihil debet tam formidare Christianus, ne separari a Christi corpore: ex quibus patet modus dilectionis, quam erga proximum habere debemus. Magna etenim uirtus proficiendi in deum est hec caritas mutua, quae data est disiutibus pro gloria, pauperibus pro cœtu, exulibus pro patria, imbecillisibus pro uirtute, infirmis pro medicina, pro uita mortuis. Est enim eius suauissimus fomes, affectuosa synceritas, & mutua obsequia, rerum honestarum crebra collatio, parilitas uoluntatum, iugis & inuiolabilis fides. Vera nancij dilectio tam inter bonos oriri solet: inter meliores proficere, inter optimos uero ad perfectionem duci. Cuius perfectionem aperuit dominus, dicens: Maiorem caritatem nemo habet, ut anima suam ponat quis pro amicis suis. Hec est uictoria, hic terminus caritatis sanctæ, quæ in fructibus ligni uite quartum sortitur gradum: & est brauium consummatæ iustitiae, & perfectionis præsidentiū, qui non debent formidare pro grege animam ponere. Ad quam perfectiōnem uerè inconcusseque tunc perueniunt, quum prius per continentiam uirtutem omnibus se abdicauere uoluptatibus: ne honoribus uel libertate irretiti, non quæ domini sunt, sed quæ sua sunt querant, & efficiantur in sui contumeliam etiam subditis inferiores: qui debent eos, sicut dignitate, ita & uirtutibus præcellere: & quoniam hæc sola uirtus eis non sufficit ad perfectionem: addibenda est huic prudenter uirtus, quæ ordinatæ subditorum omnium disponens studia ad Dei gloriam, eorumque profectum, & ipse præsidens Deo gratissimus efficiatur: iuxta illud: Si separaueris preciosum à uili, ut os meum eris, hōminibusque commendabilis, sicut scriptum est. Gloria patris est filius sapiens. Cui tamen prudentiam iungenda est iustitia, quæ constanter tribuat unicuique quod suum est: ne inordinata dissoluatur affectione, aut ultra metas iustitiae, ne abstrahatur furore: quod dimidiandi genus preciosissimum est. Fiat autem totum hoc non elatione humanæ aestimationis, uel delectatione uirtutis, sed caritate, sed amore Dei, sed desiderio ipsi placendi. Et siue intus per dilectionem Dei ardeat, siue in proximorum se commodis occupet foris: omnem suæ intentionis affectionisque conatum dirigat ad gloriam Dei, & proximi salutem. In quibus duobus consummatur, tantoque perfectior erit, quanto pro gloria creatoris fuerit inflammatus amplius: & de proximoru[m] salute extiterit sitibundus. Beati & perfecti, qui hanc caritatis iustitiam esuriunt in hac uita: quoniam saturabuntur, quoniam deducti fuerint in cælestem Hierusalem post hanc peregrinationem: ubi laudabunt Deum in secula seculorum.

#### D E V I R T U T E P A T I E N T I A B, E T P R I M O Q U A R E

Hoc uirtus sit homini necessaria: & de ipsius diffinitionibus: quæ uirtus in ordine ligni uite fructuum, quintum habet locum. Cap. I

**I**RANSIUIAMUS PER IGNEM & AQUAM: & EDUXISTI NOS IN REFRIGERIUM. Hanc sententiam omnibus proferre conuenit, qui post sudores certaminaque tentationum, meruerunt suorum præmia, id est quietem, internæ pacis possidere laborum. Non enim dantur præmia absque exercitio: neque bonum spiritualis delectationis, sine fatigacione impugnationum. Unde necesse est, ut se præparet ad certamen: quisquis pacis scuauitatem degustare desiderat. Magnum etenim pacis est bonum. Est nancij pax securitas mentis, tranquillitas animi, simplicitas cordis, vinculum amoris, consortium caritatis. Hec similes tollit, bella compescit, iras comprimit, superbos calcat, humiles amat, discordes sedat, inimicos concordat, cunctis est placida: nescit extollit, nescit inflari: hanc qui accipit, teneat: qui perdidit, exquirat: quoniam qui in ea non erit, a Deo alienus efficitur. Nec ad hereditatem domini poterit peruenire: qui bonum pacis non studuerit poscidere.

**A** sidere. Ad pacem hanc per patientiam peruenitur: tantoque magis pacé fruetur homo, quanto erit patientior. Finis patientiae pax est. Prius enim collocandum est fundatum patientiae, ut securius postea fabricetur altitudo pacis. In hoc nancij fundamento ædificando fortitudine opus est, non corporis, sed animi. Peregrinanti etenim homini in hac ualle miserie, multa occurruunt aduersa: aliqua ex innata infirmitate, aliqua ex inolita consuetudine, quædam ex iustitia diuina, nonnulla uero ex malorum hominum malignitate. Sunt & alia grauiora certamina, quibus fatigatur homo continuè ex diabolica suggestione & operatione: quæ tanto plus affligunt, quanto occultius spiritum prement. Ex quibus quædam sunt aspera, quia proueniunt ex insueto labore in principio uirtuosæ conuersationis. Per hos enim labores, argumenta componit tentationum calidus inimicus, aliqua sunt uana, quæ de spiritualibus prosperitatibus oriuntur: ipso nihilominus hoste instigante, quædam sunt dubia, quando homo ambigit, quid certum de aliqua re tenere debeat, ex quo segnior ad bonum efficitur, & pronior ad malum: quia utriusque ignorat ueritatem. Hac enim decipula irretiuit primum hominem, illususque ipsius posteritatem. Sunt nonnulla fraudulenta, uidelicet quando ipse Satanus transfigurat se in angelum lucis sub specie uirtutum inducens ad uitium. Suadet enim honestatem, ut inducat superbiam: hortatur ad iustitiam, ut trahat ad crudelitatem, & huiusmodi. Contra quas machinationes quis poterit sine patientia dimicare? Aequalis periculi est accedere sine armis ad bellum, & absque patientia ad spiritualem subiectionis, obedientiamque properare conflictum. Ille corpus, iste tempus, animamque amittit. Et quoniam omnibus necessaria est patientia, per amplius tamen ihesu, qui in stadio obedientiæ militare decreuerunt: ipsis nancij & crebrior pugna inest, & violentior. Habet enim intus impetum uoluntatis propriæ, ignemque concupiscentiarum & phantasmatum: foris uero improperia præsidentis, diuersos mores, aspera uerba, exercitiaque non pauca, fratum etiā contradictiones more inundantium aquarum impingentes sui habituationem: contra quæ procedere debet miles Christi munitus uirtute patientiae, ne uerecude succumbat. Est enim patientiae uirtus contumeliarum & omnis aduersitatis impetus & quanamiter portans: uel est aliena mala & quanamiter perpeti, & contra eum qui irrogat, nullo animi dolore moueri. Aut patientia est honestatis aut utilitatis causa, rerum arduarum & terribilium uoluntaria & diuturna perpessio. Ex quibus patet, quod patientiae actus est recipere passionem: ita quod animus nec succumbat, neque vindictam appetat inferentis. Quod totum debet non ignorare progrediens ad certamen subiectionis. Quæ enim feriunt premeditata aduersa, minus laudent: si tamen illis patientia opponatur, quæ quanto perfectior est, tanto Dei homo redditur securior, & ad perfectionem capessendam habilior & iucundior, de qua in ipso pugnae primordio se muniat, si in breui ad triumphum peruenire desiderat, iuxta sententiam Pauli dicentis: Per patientiam spem habeamus, & turramus ad propositum nobis certamen.

De excellentia & effectibus patientiae.

Cap. II.



Iicut aquam denegare sitienti crudele est, ita & huius uirtutis patientiae præconia silentio tegere malum est: quia in illo subtrahitur alimentum corpori & in hoc uia clauditur, qua spiritus ad cælum deducitur. Ideo omnibus dicendum est, quod cunctis profuturum est. Per patientiam namque homo uincit persecutores, ipsos diligendo. Nam patientiae uirtus est coram hominibus persecutores tolerare: sed coram Deo est ipsos diligere, quia hoc solum Deus patientiae sacrificium accipit, quod ante oculos eius in altari boni operis per dilectionem persecutorum homo incendit. Tunc enim est quisque uerè patiens, quando ipsum amat, quem persecutorem patitur. Nam tolerasse & odisse non est uirtus patientiae, sed uelamen furoris. Vincit etiam dæmones. Vnde beatus Job, quot uoces patientiæ in laudem Dei percussus reddidit, quasi tot in aduersarij pectus iacula intorsit, & acriora ualde, quam sustinuit, inflixit. Vincit quoque seipsum, quod genus uincendi rarissimum & nobilissimum est. Melior est (inquit scriptura) vir patiens uero fortis, & qui dominatur animæ sue, expugnatore urbium. Innumerabiles sunt, qui populos, qui urbēs in potestate habuerunt, paucissimi qui se. In primo congressu patientia triumphat, in hoc quod familiaris ei efficitur inimicus. In secundo similiter: quia contemnendo insidias diaboli,

Laur. Iust.

e 3

ex ipsis

**E**x ipsis fit proptior. In tertio vero non minus triumphat. Qui enim perfecte se uictus, ad omnia fortis erit. Per hanc quoque glorioli efficiuntur patientes. Ipsorum enim strenuitas cōprobatur. Vir etenim Dei non debet molestè ferre, quoties in certamine passionum fortitudi mentis illius exercetur, sicut virum fortem non decet indignari: quoties bellicus increpuerit tumultus. Illud enim est magnificū & strenuū, si subiectus quis contumelij iudicia Dei laudet, si vexatus aegritudine iudicia Dei deprecet, si inopia depressus nihil minus iustitiā Dei laudet. Assimilatur etiā Christo patiens, quod est gloriosissimū. Sicut enim gloriosum est militi deferre arma regis, sic est & Christiano portare stigmata Christi. Quāta est gloria sponsae, assimilari spōso: Nihil gloriolus reputat, quod Christi portare op̄probrium. Ipsa edificat coronā aeternā. Patientiē em̄ seruiunt aetas & hyems, & omnia aduersa mudi, sterilitas agrorum implet eius horrea: fures & latrones, & omnia hominibus contraria mudi seruiūt ei. Ignis domos aliorū exurens edificat patienti domū in calis. Tāto etenim spes in Deū ualidior surgit, quāto quis pro illo grauiora pertulerit: quia nequam hic retributionis gaudium de aeternitate colligitur: quod non prius pia tribulatio ne seminatur. Patientia hominem ditat. Patiens sapienter agit, ut debita sua soluat. Nibil enim de suo in soluendo expedit: sed facit ut hostes sui pro se soluant. Illatas namque ab eis iniurias sustinet datur abunde. Et tunc bene irrogata conuicta tolerat, cum in secreto mentis: quanta sit ipsorum remuneratio, intuetur. Leue quippe uidetur, quod iniuria percutitur, cum in arcano pectoris conspicit, quod peius est quod meruit. Sicque fit, ut contumelij magis gratia, quam ira debeatur: cum earū interuentu Deus iudice & poena gravior declinari posse confidatur: & ingentes thesauri in conscientia per patientiam redatur. Est enim patientia uelut aurum, quod in igne tribulationis depuratur. Sicut enim sub uno igne aurum rutilat, palea fumat: ita una eademque tribulatio irruens bonos probat, purificat, & elucidat: malos autem damnat, uastat & exterminat. Et unde in eadem afflictione mali Deum detestantur & blasphemāt: inde boni purgātur, & Deum laudāt. Nihil etiā sic iram Dei & proximi mitigat, sicut hæc. Intelligat homo medicū esse Deū, & tribulationem medicamentum esse ad salutem, non ad pœnā. Sub medicamento possum urens, secans, & alligans clamantem non audit medieus ad uoluntatem, sed audit ad salutem. Proinde uapulem sanē, ut male operans, si mihi flagella in meritum cōputantur. Miserebitur Deus flagellato: qui in me non inuenit, quod temuneret. Ita hominem martyrem facit. Sine ferro & flamma martyres esse possumus, si patientia ueraciter in mente seruamus. Nam signis & miraculis maiore esse patientiam non dubitemus. Non medicis animi est patientia, quæ insuperabile facit hominem: uirtutum omnium ornamenti defendit, iustitiae custodit, & inexpugnabili prælio aduersus omnia uitia decertat. Invicta ad labores, fortis ad pericula: ita ut nec ipsam timeat mortem. Omnia vincit aduersa: non colluctando, sed sufferendo: non murmurando, sed gratias agendo. Ipsa est quæ secem totius uoluptatis abstergit: ipsa est quæ limpidissimas animas Deo reddit. Est etiā efficax ad promerendū celorum regnum. Donis namque suis Deus flagella permiscet, ut omne quod nos in hoc seculo delectabat, amarescat: & illud incēdium surget in animo: quod nos semper ad cælestē desiderium inquietet, & excitet: atque, ut ita dicam, delectabiliter mordeat, suauiter cruciet, & humiliiter cōtristet. Exhibeamus ergo nos sicut Dei ministros in multa patientia diffundentes odorem ipsius circumquaque aduersa tolerando. Sicut enim aromata odorem suum, quum incenduntur, expandunt: ita & in nobis omne quod uirtutibus redoleat: in tribulacione per patientiam innescat.

**a. Cor. 6** Quante sint utilitatis tribulationes: quæ sunt via ad adipiscendam patientiam. Cap. III.

**Q**uemadmodum in corporibus reparat sanitatem medicina: ita in animabus patientiam tribulatio generat. Quare nunc consequenter, quante sint utilitatis ipsae tribulationes, differendū est. Nam prīmo tribulatio illuminat. Vide dicitur Trñ. 111. Ego uir uideris paupertatem meam in uirga indigationis eius. Oculos enim quos culpa claudit, poena aperit: quod in Tobiae illuminatione figuratur est. Posito nanque super oculos eius felle uidit lumen. Ipsa emollit cor. Nam sicut cera igni apposita emollitur: & ueterem imaginem deponēs, nouā recipit: ita corda ad ignem tribulationis apposita emolliuntur, deponunt pristina uicia, & se reformant in nouum hominem. Et quoniam difficile est cor malitia induratū ad formā disciplinæ, & specie honestatis incurvare:

**A** cutuare: sic ei necessariū est, ut tribulationibus reformet, sicut expedit, ut dura materia: cū facile ad formā non flectit, ei acrioris flamae incendiū, & mallei grauioris tunis adhibeat. Hæc hominē roborat. Sanctorū em̄ mētes aeternitatis præmia præstolates, uires in aduersitatibus sumūt: quia crescēte pugna glorioli rem sibi non ambigunt imminere uictoriā. Nā dum eorū desideria premūt aduersitate, proficiunt. Sicut ignis flatu premitur, ut crescat: & unde quasi extingui credit, inde roboratur. Ipsa uincula amoris dirūpit: quibus aliquis ligatus est mūdo. Dirupisti, ait David, uincula mea. Electis enim suis, ad se pergetib⁹ dominus huius mūdi iter asperū facit: ne dum quisque uitæ presentis requite, qualis uir amoenitate pascit: magis eum diu pergere, & citius peruenire delectet, & dū oblectat in uia, obliuiscat eorū, quæ sunt in patria. Ipse etenim mūdus dum tot artitudinibus cruciat, dum calamitates ingeminat: quid aliud nisi ut non ametur, clamat? Si militer etiā tribulatio hominem probat: unde scriptura dicit, Vasa fragili forniāx probat, & homines iustos tentatio tribulationis. Ideo nemo uires suas in pace cognoscit. Si bella desint, uirtutum experimenta non proderunt. Improvidus niempe est, qui se fortē in pace gloriatur. Nullus enim quantum profecit, nisi inter aduersa cognoscit. Idecirco aduersitas, quæ bonis uiris adiicit, probatio uirtutis est, non indicū reprobationis. Quis enim nesciat quod prosperū fuit, quod beatus Paulus prædicatus ad Italiam pergebat: & tamē uenies. 2. Cor. 11 naufragiū pertulit: sed nauis cordis in maris fluctib⁹ integrā stetit. Hæc hominē purgat. Ideo dñs omnē palmitē, qđ fert fructū purgabit, ut fructū plus afferat. Omnipotēs enim deus electorū suorū aduersarios temporaliter permittit excrescere, ut per malorū sauitiā expurge uita bonorū. Nunquā quippe dñs aduersus bonos permitteret malos sequire, nisi etiā quantū proficeret, uideret. Nā dū iniusti iniurias inferat, iusti purgātur: & utilitati innocentium militat uita prauorū: dū hos & premēdo humiliat, & humiliādo semper ad melius format. Quod flagellū grano, qđ lima ferro, qđ fornax auro: hoc agit tribulatio homini iusto. Quibusdā tamē in malitia sua inter flagella perdurantibus potest dici illud. Hieremī 1. Frustra cōflauit cōflator. Malitia eorū non sunt cōsumptæ, argentū reprobū uocate eos: quia dñs proiecit illos. Item tribulatio cōseruat. Electū em̄ suū tunc magis diuinā gratia erudiendo custodit, cum quasi percutiendo deserit: & quod durius ex dispensatione flagellat: eò amplius ex pietate cōseruat (si tamen eam spōte suscipiat.) Altissimus enim ipsam cōtulit pro medicina: & uir sapiens non abhorret eam, quia cessare facit peccata multa. Et quis nesciat, quod melius est affligi dolore tribulacionū, quam ardore uitiorum? Et tamē cum corripimur a domino, donum ipsius cōsiderare negligimus, & de tribulacione murmuramus. Hæc est signum diuinī amoris. Quem Deus diligēt, castigat: flagellat autē omnem filium, quem recipit. Ideo si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non sūti estis. Nam electi timentes ultionem, quæ seruatur in finem, feriri paterna correptione desiderant, & dolorem uulneris præcipue caritatis signū putat. Nisi enim Deus electis suis hæreditatem dare disponeret, erudire eos per tribulationes non curaret. Non ergo conquerendū est de uerbere, dum scitur quæ remaneant præmia in aeternitate. Successus enim continuus temporalium certū est futurū

**D** calamitatis indicū. Injustusq; ad aeternā mortem currēs effrenatis uoluptatibus utitur: quia & uituli qui mactādi sunt, in liberis pascuis relinquent. Ecōtrario iustus a delictatione transitorię iucunditatis restringit: quia nimurum, qui ad laboris usum deputatus est, sub iugo detinetur. Cui enim licentia delinquendi eripitur, multum a Deo diligitur. Nihil enim infelicius est felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impietas & mala uoluntas, hostisq; interior roboratur. Hanc sententiam confirmat Augustinus, dicens, Tu semper aderas misericorditer sauiens amarissimis successibus, aspergens omnes illicitas iucunditates meas, ut in te quærerem sine offensione iucundari. Patiebar enim cupiditatibus meis amarissimas difficultates: te tanto magis propitio, quanto minus sinebas mihi dulcescere, quod non eras. Ipsa quoque tribulatio a morte aeternal liberat. Ideo enim omnipotēs Deus quos diligit, temporaliter puniit: ut aeternæ mortis ardores poena redimat temporalis. In ædificatione enim templi omnes lapides prius tundebātur, ne in illorum aptatione sonus mallei audiretur: nec in horreo domini ponitur granum, donec flagellis, aut triturationib⁹ pedibus sit excussum: sic & ueri lapides, qui in illa pondendi sunt Hierusalem: quæ ut ciuitas ædificatur, uarijs infortuniorum concussionibus

poliuntur, priusquam in ædificio cælestis habitaculi collocetur. Quid uero in ipsarum tribulationum laudibus dicendum est, cum ipse glorificant creatorem, cōpellant ad Deum accedere nolentem, etudiant ignorarem, custodiant uirtutes, protegant infirmantem, excitant torpentem, humiliant superbientem, purgent pœnitentem, cum Deo socient laborantem, debilitent impugnarem, & coronent innocentem? Nā sancti uiri quot tribulationes patiuntur, tot uictoria palmas merentur in cælis. Sed si tribulationes ipsorum crudeli miseratione minuantur, paulatim gemmis corona ipsorum priuat: quia quanto in hoc seculo persecutionibus paupertate, inimicorum potentia, uel morbi crudelitate sustinet affliti: tanto post resurrectionem in futuro maioribus honoribus extollentur.

*Distinctio pulra tribulationum, uidelicet quod aliae sint, que à Deo, aliae que ab antiquo aduersario, & aliae que à proximo inferuntur: & quod cunctæ toleranda patienter sint.*

Cap. IIII.

 N præcedenti capitulo luculenter dictum est in genere, quām proficiuntur sint tribulationes: nunc uero distinguendæ sunt species, ut uisa uniuscuiusque utilitate ad ipsarum tolerantiam per uirtutem patientiæ prouocemur. Tribus igitur modis uirtus patientiæ exerceri solet: alia namque sunt, quæ à Deo, alia quæ ab antiquo aduersario, alia quæ à proximo sustinemus. A proximo etenim persecutiones, damna & cōtumelias sustinemus: ab antiquo aduersario tentamenta: à Deo autem flagella toleramus. Sed in his omnibus modis uigilati animo semetipsam debet mens circunspicere, ne contra mala proximi pertrahatur ad retributionem mali: ne contra tentamenta aduersarij seducatur ad delectationem, uel consensum delicti: ne contra flagella opificis proruat ad excessum murmurationis. Cuncta enim aduersa hæc, si recte cognoscantur, grauiæ non erunt. Dei namque correptionis, quæ corporis ægritudo est, gaudenter suscipienda est. Nam sp̄ritus deficit, ubi caro requiescit. Ut enim caro mollibus, sic anima duris nutritur. Illam blanda souent, hanc aspera exercent. Per infirmitatem corporis experitur homo uirtutem animi sui. Non solum in mari, aut in bello, sed etiam in lecto appareat uirtus: unde ipsa domini correptionis patienter ferenda est. Quem enim filium accipit, quem non corripit pater? Ideo corripimur, ut emendemur. Sæpe namque scelerata dum non resecantur, uirescunt. In augmenta facinoris caro proslit, si infirmitatis flagello macerata non fuerit. Sciendum tamē est, quod quinque de causis permittit dominus corpus infirmari. Primo ut merita iustitiae augeantur, sicut apparet in Iob. Quicunq; enim proprium corpus subegerit: nec eius passionibus, aut infirmitatibus permiserit animam suam congrua uiuacitate turbari: hic bene regia quadam potestate se cohibens: merita iustitiae lux feliciter cumulat: dum nec per impatientiam captiuus trahitur in culpam: nec præceps trahitur in uitium. Secundo ut uirtutes custodiantur: & homo non cadat in culpam, ut patet in Paulo. Quosdam enim Deus præsciens multa posse peccata committere: flagellat eos infirmitate corporis, ne delinquant, ut eis utilius sit frangi langoribus ad salutem, quām remanere incolumes ad damnationem. Tertio ut peccata corriganter: sicut patet in Maria sorore Mososis, & in paralytico curato, cui dominus dixit, Vade, amplius noli peccare, ne tibi ali-

Num. 12  
Ioan. 8  
10.11  
10.9  
Pro. 3

quid deterius contingat. Molestus est medicus furenti phrenetico: & Deus indisciplinato uiro, & peccanti. Ille ligando, iste per infirmitatem corpus cædendo, sed ambo diligendi. Si autem isti negligant, & perire permittant, potius odiſſe quām diligere dicēti sunt. Quartò ut glorificetur Deus, ut dicit dominus de morte Lazari. Infirmitas hæc nō est ad mortem, sed pro gloria Dei. Volens enim Deus sanare, & sanando manifestare suā potentiam immittit infirmitates, ut ex repente miraculo qui uident, Deum glorificheret: sicut de cæco nato sacra Euangeliæ testatur historia. Quinto ut fiat non emendati initium futuræ pœnæ. Nam pœna præsens, quæ iniusti animum à prauis desiderijs nō mutat, ab æternis supplicijs non liberat, & quem præsentia mala non corrigit, ad sequentia perducunt. Ex quibus patet quām gaudenter debeamus hanc domini correptionem suscipere: unde scriptura ait: Disciplinæ domini nō abiicias, neq; fatigeris, cum ab eo corriperis. Si ferrum es, per infirmitatis ardorem rubiginem amittis: si argentum, per ignem solidaris: si uero aurum, exercitatum per ignem à magnis ad maiora proueheris. Soli illi in hac Dei correptione deficiunt, qui sine patientia sunt. Tantoq; magis per ipsam proficit quisq; quāto in uirtute patientiæ perfectior fuerit. Persecutiones autem proximorū,

quas

A quas constanter ferre debemus, tripliciter patimur: scilicet iterborum cōtumelij, uel corporum molestijs, uel amissione rerum. Sed qui uerborum cōtumelij pressus uirtutē patientiæ seruare nō sufficit: sanctum David ad memoriam reuocet: qui cum Semei contumelij urgeretur, & armati proceres ulcisci cōtenderet, ait: Quid mihi & uobis filij Sarui? &c. Quibus uerbis indicat, q; insurgentē peccato Bersabeæ cōtra se filiū fugiēs reduxit ad animū malū, quod fecit: & cōtumeliosa uerba nō tam consicia, q; adiutoria credidit: quibus se purgari, sibi q; misereri posse iudicauit. Plena itaq; uictoria est ad cōtumeliam acclamati nō respōdere, & tacere eo prouocare. Habes em̄ mercede de tua patientia, & de fratribus medela, si obliuionī detur iniuria. Nā sicut nihil est deformius, q; respōdere furiosis: ita nihil est utilius, q; tacere nobis prouocatis. Nullus est finis inimicithjs, nisi ad tēpus obtēperemus iratis. Quantā uero patientiā habere debeamus, in molestijs corporis, insinuat dñs, dicens: Si quis te percussit in unam maxillā, prebe ei & alterā. Cū em̄ difficile inueniat, qui zelo uirtutis carnē suā castiget, amicus existimādus est: qui ipsius carnis cōcupiscentias corpus affligēdo resecat. Nā et si ad tēpus uideatur onerosum, tolerando tamē fortiter, pacē reperit in corde: qui prius bella patiebatur in carne. Pro amissiōe uero temporali gaudendū est. Nihil tamē perdit, qui se habet. Dicit tamē querimoniose qui dilexit & amisit temporalia, pecunia perdidi. Fortasse si nō perdidisse, illa te p̄didisset. Felicē te dixerim, si cū illa auaritiā perdidisti, antequā tu haberet, aliis illā perdidit. Intellege tamē q; multis cupiditatibus uia p̄cisa est. Diues em̄ in superfluitatibus resoluīs: à factatia effrena, currat ad libitū, & corruit ad illicitū, & fluit instrumenta pœnarū, quæ fuerū oblectamēta culparū. Labor in acquirēdo, dolor in amittendo, timor in possidēdo, mētem eius semper fatigat, sollicitat & afflit. Solæ autē illæ uerae diuitiæ sunt, quæ nos uirtutibus ditant: quas tunc uerius possidemus, cū nihil in hoc mundo amamus. Qui enim nihil amat, perdit nihil. Sine dolore em̄ amittitur, quod sine amore possidet. Que uero ardēter diligimus habita, ardenter cōploramius ablata. Tentationes autē diaboli, quāuis laboriosæ sint, magno cū animo sustinēdæ sunt. In primis grauis & dirus est

C impetus diaboli: q; si quis forti animo sustinuerit eū, semper inueniet infirmiorē. Quāto em̄ plus percussus fuerit, tāto magis refrigescit & deficit. Ad temptationū igitur pugnas animas preparemus, & intelligamus: quia quāto studiosiores pro nostra salute fuerimus, tāto uehementius ab aduersarijs impediemur. Sed fortior est, qui in nobis est, q; qui aduersum nos est, & per ipsum ualidi sumus: in cuius uirtute cōfidimus. Ob hoc se dñs Iesus tentari à tentatore permisit: ut cuius munimur auxilio, ex eiusdē muniremūr exemplo. Pugnauit ille, ut & nos postea pugnaremus: uicit ille, ut & nos similiter uinceremus. Nulla sunt enim sine temptationū experimētis opera uirtutis, nulla sine probatione fides, nullū sine hoste certamē, nulla sine aggressione uictoria. Vita hæc nostra in medio insidiarum, in medio prēliorū est. Si nolumus uinci, uigilandū est. Si uolumus superare, pugnandum est. Et ideo sapientissimus Salomon. Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, prepara animā tuam ad temptationē. Vir enim Dei sapientia plenus, sciens studiū religio nis labore habere certamīnis, cūm pr̄eudieret pugnæ periculū: antē admonuit pugna

D turū, ne forsitan si ad ignorantē tentator accederet, imparatū citius uulneraret. Nos igit qui diuinis institutionibus eruditū ad agnē certamīnis accessimus: audiamus dicētem Apostolū. Nō est nobis collectatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, cōtra spiritualia nequitia in cœlestibus. Nō ignoremus, q; hi hostes nostri cōtra se omnia geri sentiūt, quęcūq; nos pro nostra salute agere tractamus: & hoc ipso q; aliqd boni appetimus, aduersarios proucamus. Hec em̄ inter nos atq; illos per diabolice inuidiæ fomitē inueterata dissēlio est: ut q; illi à bonis exciderūt, ad quæ nos Deo auxiliāte prouehimur, nostris iustificationib; totqueant. Si ergo nos erigimur, illi corrūt: si nos cōualescimus, illi infirmātur. Remedīa nostra plagæ ipsorum sūt: q; curatiōe uulnerū nostrorū uulnerāt. Ipsorum nāq; est mala suggerere, sed nostrū est nō cōsentire. Quoties eis resistimus, toties superamus, angelos glorificamus, Deū honoramus: qui mādat ut pugnemus, adiuuat ut uincamus, cōsolidat ne deficiamus. Nullus in temptatione diffidat: quia euīdēs diuīnā dilectionis signū est ipsa pugnatio temptationis. Sicut ab uno fonte plurimi emanāt riuuli, ita & à temptationib; multiformiæ utilitates proueniunt. Et primo temptatione erudit; unde dicit sermo diuinus. Hæ sunt gentes

2. Rég. 18

Eph. 6

Ephe. 6

10.13

10.13

10.13

10.13

10.13

10.13

10.13

10.13

10.13

**Iud. 3** gentes quas reliquit dominus, ut in illis eruditet Israel. & grescit pfecto ingenio, nisi in g lectione reperetur. Cito expeditur horrea, que non fuerint assidua adiectione fulcita. Thesaurus ipse, sicut facile exhaerit, si nullis interim pecunijs reficiatur, & cito potest attenuari: sic & patientia virtus deficit, nisi tentatione erudiatur. Humiliat etiam tentatio. Dum enim uitia tentant, proficientes virtutes humilant. Multos enim sua peius felicitas struit, pluresque diurna pax elatione prostravit, eoque illos hostis grauius perculit, quo logiore quietis usu negligenter inuenit. Unde sancti uiiri, cum multa se perficere virtutum prosperitate considerant: quodam supernae dispensationis moderamine exerceri se in tentationibus exulant: quia tanto robustius accepta virtutum gloria custodiunt, quanto tentationis impulsu consummata infirmitatem suam humilius agnoscunt. Hec negligenter repellit. Sicut enim caro, si sale non aspergit: quamvis sit magna & precipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis saliatur, continuo resolutur & relaxatur. Per ipsa nepe tentamenta anima negligenter putredinem excutit: & in spiritu uiuacitate considerat. Ipsa virtutes perficit: Vita etem nostra non potest esse sine peccato, nec sine tentatione: quia profectus noster per tentationem nostram fit. Non enim potest absque tentatione homo ad perfectionem uenire, nec sibi innotescit, nisi tentatus, nec potest coronari, nisi uicerit: nec potest uincere, nisi certauerit, non potest certare, nisi inimicum & tentationem habuerit. Considerat etiam tentatio. Tunc enim interius bene custodimus, cum per dispensationem dei tolerabiliter tamur exterius: aliquando uitios, aliquando pressuris. Nec tentatio exterior culpam perficit: quia interior intentio sursum trahit. Nec rursum interior intentio in superbia eleuat, quia tentatio exterior humiliat. Hec virtute hominis nota facit: de quo dicit Deuteronomio. X 111. Tentat uos deus, ut palam fiat, utrum diligatis eum an non. Proximum edificat. Unde Tobiae 11. Hac tentationem ideo permisit illi uenire deus, ut posteris daretur exemplum patientiae eius. Postremo in futuro coronat. Hoc habebat pro certo domine omnis qui colit te: quia si uita eius in tentatione fuerit, coronabitur. Quod euidenter testatur beatus Iacobus, dicens: Beatus homo qui suffert temptationem: quoniam cum probatus fuerit, accipiet coronam uitae, quam repromisit deus diligentibus se.

**Quod ex quinq; considerationibus rationabiliter uehementerque preparatur homo ad patientiam.** Cap. V.  
**Eccles. 21** **Q**uinq; sunt considerationes, quae hominem ad patientiam preparant. Et primo exempla, quae querimus. scilicet malorum, qui tot & tanta sustinent: ut peccata sua perficiant, qui quotidianis cruciatibus cruciatum merentur aeternum. De quibus scriptura dicit: Via enim peccantiū cōplantata lapidibus, & in fine illius infernus & tenebrae. Similiter exempla illorum, qui pro minimis & transitoriis bonis tot & tanta sustinent. Ecce agricola expectat fructus terrae patienter, donec recipiat eos. Amant denique peruersi homines pro mundi gloria & rebus transitoriis tribulationes: cunctisque pro eis sudoribus libenter seruit: & grauium laborum iugo deuotissime colla submittunt: quod bene sub Effraym specie per Osee Prophetam mystice describitur, qui ait, Effraym uitula docta diligere tritaram. Vitula enim tritara laboribus assueta, relaxata plerumque ad eundem laboris usum etiam non compulsa reuertitur. Ita & prauorum mentes huius mundi seruitio dedita, & rerum temporalium fatigationibus affecta & afflueta: etiam si eis liberem uacare liceat: subesse tam terrenis sudoribus festinat. Quarum exemplo iusti mens edocta, contrarios eventus, & cuncta que premunt, debet aequanimititer tolerare. Exempla quoque sanctorum nos promouent ad patientiam. Unde Iacobus ait, Exemplum accipite fratres existimati, loganimitatis, & laboris, & patientiae prophetas, qui locuti sunt in nomine domini. Ecce beatificamus eos, qui sustinuerunt. Sufferenti lob audistis, & finem dominii uidistis: quoniam misericors est dominus & miserator. Facta enim sanctorum si consideremus, grauia non erunt, quae toleramus. Secundo circa ea, quae fecimus. Unde per Micheam dicit, Iram domini portabo, quem peccauit ei. Tunc enim patienter illata flagella toleramus, cum in secreto metus ad mala perpetrata recurrimus: quia per hoc, quod culpae pondus agnoscitur, afflictionis pena leuigatur. Patienter quippe unusquisque aduersa portat, cum pie meminit, quod in se habet fortasse, in quo ipse debeat tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, cuique ad mentem culpa reuocatur: quia erubescit peccatis alienis non parcere: qui dominum uel proximo sapientia recolit parceret perpetrat. Tertio circa ea, quae meruimus. Leue quidem uideatur, quod iniuria percutimur, dum in actione nostra consideremus: quod peius est, quod meremur. Quem enim ab aliquo iniuste passi sumus, reminiscamur quae pro peccatis nostris

**A** nostris merito sustinere debemus: & tunc si patienter ferimus, aut remissionem omnium accipiemus delictorum: aut si tanta in nobis peccata non fuerint, clarioribus coronabimur meritorum triumphis. Quarto circa ea quae patiuntur persecutores. Quanto enim amplius saeuunt, tanto magis insaniunt, & perditionem suam operantur. Phreneticis sunt, & suo se mucrone interminunt. Cuius namque pectus tam feruum: cuiusue cor tam lapideum: ut gemitus non exprimat, lachrymas non effundat, cum proximi & persecutoris morbi uel interitum intuetur, ut patienti non compatiat, & pereunti non condoleat: Ipse enim dominus Iesus cum crucifigeretur, non est impatientia commotus: cum malediceretur, non male dicebat, nec comminabatur, cum pateretur. Quin potius ipsis copatiens crucifixoribus pro ipsis perditione: orationem ad patrem fudit, dicens: Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Sic & a fidelibus semper persecutores amandi sunt. Nam tanto se unusquisque ad patientiam profecisse uerius demonstrat, quanto persecutorum mala per compassionem robustius tolerat. Nam minus in se conualuit, quem iniquitas aliena stravit: qui in eo quod ferre contumeliam non ualeat, impatientia sua gladio commissus facit. Quinto circa hoc. scilicet tribulationes a deo sunt: & in ipso domino Iesu fuerunt. Unde dicit scriptura, Bona & mala uita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt. Sed etiam omnia bona terrena contempsit homo Christus, ut contemnenda monstraret. Et omnia terrena mala sustinuit, quae sustinenda precepiebat: ut nec in illis quereretur felicitas, nec in istis timeretur infelicitas. Ideo utrumque es mihi, o domine Iesu: & speculum patienti, & meritum patienti: utrumque fortiter prouocat & uehemeter accendit. Propterea semper habebo te domine non retro in humeris, sed ante oculis, ne portans te, o dilecte mi, myrram fasciculum, & non odorans onus premat, & odor non erigat. Videns enim tuas angustias domine, meas leuius portabo.

De gradibus patientiae, atque de ipsis uirtutis perfectione.

Cap. VI.

**C**icut in ceteris virtutibus, ita & in hac differentes sunt status. Nam alio modo flagella sustinent & tentationes, qui in incipientium ordine sunt, aliter qui in proficientium numero peruererunt, atque aliter qui ad perfectionis brauium transuolarunt. Nam sicut proprium est eorum, qui nouiter consuetudinem peccandi reliquerunt, & in Christi militia ascripti sunt: peccata sua deflere, tanquam qui frequenter ex ipsis recordatione pulsantur: sic dictorum patientiae status est patienter ferre aduersa. Quum enim reos se cognoscant pro transactis delictis, quicquid ipsis accidit, patienter (licet penitenter) portant: ad hoc illos trahente innata iustitia, & reuertitudo conscientiae. Nam qui nescit dolere de peccatis, ignorat patienter aduersa sustinere. Vis etenim compunctionis, porros cordis aperit: & uerare patientiae fundamenta disponit. Quumque se studiose mens de transacta ueritate atque prateritis peccatis redarguit: ad omnia contraria toleranda se ordinat, & eo in se ualentius impatientiae motus comprimit: quo se nequius scelera perpetrasse cognoscit. Quum uero mens iusti in hoc gradu per uirtutem patientiae, quae non murmurat, fuerit purgata: tunc ad secundum proficit gradum patientiae: quae libenter sustinet. Illuminata enim mens delectationibus meritorum, cuncta libenter patitur. Nihilque condignum arbitratur, quod patitur consideratione donorum. Leta efficitur: & exponit se ad omnia, ut quod intuetur, possideat. Nutriunt enim praemiorum exempla patientiam, nec quisquam est, qui possit ad culmen perfectionis ascendere, quando irremuneratum cernitur, quod conscientia teste laudatur. Proinde ut suos dominus ad tolerandas accederet passiones ante ipsis oculos uoluit transfigurare se, ut ex recordatione gloriarum libenter portaretur pena. Et sicut in passione sua dignatus est ab omnibus intueri: ita & in ipsis corporis glorificatione & ascensione passus est ab hominibus palpari & uideri: ut alacres ad patientiam fierent, cum non dubitarent de promissione. Tanto namque laetior fit miles in periculo certaminis, quanto certius intuetur, quid pro mercede promittatur. Omne enim opus leue fieri solet, quum eius precium cogitat: & spes praemij solarium fit laboris: atque tantum proficit animus in uirtute patientiae, quantum certior efficitur de corona uictoriae. Perfectorum namque patientia est omnia aduersa pati gaudeter. Perfectus namque in patientia, plenus caritate inter aduersa perseverat cum gaudio: eoque magis in poenis gaudet, quo perfectior est. Quicunque namque ad huius perfectionem uirtutis uenit, non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, nec tristibus mergitur,

**D**tratur, quod patitur consideratione donorum. Leta efficitur: & exponit se ad omnia, ut quod intuetur, possideat. Nutriunt enim praemiorum exempla patientiam, nec quisquam est, qui possit ad culmen perfectionis ascendere, quando irremuneratum cernitur, quod conscientia teste laudatur. Proinde ut suos dominus ad tolerandas accederet passiones ante ipsis oculos uoluit transfigurare se, ut ex recordatione gloriarum libenter portaretur pena. Et sicut in passione sua dignatus est ab omnibus intueri: ita & in ipsis corporis glorificatione & ascensione passus est ab hominibus palpari & uideri: ut alacres ad patientiam fierent, cum non dubitarent de promissione. Tanto certius intuetur, quanto certius intuetur, quid pro mercede promittatur. Omne enim opus leue fieri solet, quum eius precium cogitat: & spes praemij solarium fit laboris: atque tantum proficit animus in uirtute patientiae, quantum certior efficitur de corona uictoriae. Perfectorum namque patientia est omnia aduersa pati gaudeter. Perfectus namque in patientia, plenus caritate inter aduersa perseverat cum gaudio: eoque magis in poenis gaudet, quo perfectior est. Quicunque namque ad huius perfectionem uirtutis uenit, non metu frangitur, non potestate mutatur, non attollitur prosperis, nec tristibus

mergitur, idem est animo, non minuitur, non augetur rerum mutationibus, nec ut parvus fluctuat, aut circunfertur omnium uento doctrinæ, sed manet perfectus in Christo, fundatus in caritate, radicatus in fide. Verè enim perfectus est, qui nec ablatum quicquam sentit sibi: nec adiectū, sed in eodem habitu est: qualiter cunctæ res cedunt, cui siue augeantur uulgaria bona, supra res suas eminet: siue aliquid ex istis, uel omnia casus excusserit, minor non sit: & in cunctis aduersis manet immobilis. Hucusq; est cursus, & hæc uera uictoria perfectæ patientiæ est, quæ suum in aduersis non permittit deficere posse: sed feliciter & in pace potius facit animam possidere: quam qui tenuerit, nunquam peribit. Hæc uirtus Deo plurimum commendabilis est, & tenet inter fructus ligni uitæ quintum locum: apud uero Deum magni meriti est, qui est benedictus in secula.

D E V I R T V T E O B E D I E N T I A E , E T Q V O D N E C E S -  
saria sit ad salutem: & de ipsius uirtutis definitionibus. Quæ uirtus obedientiæ in fructibus  
ligni uitæ, ex sua excellentia sextum obtinet locum.

## Caput I.

Psal. 72

**P**rodijt quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Hanc sententiam protulit Propheta intelligens, quām periculose sit perficere quod libet. Semper enim sola mala uoluntate miser quisq; efficitur, sed mīlerior potestate, qua desiderium malæ uoluntatis impletur. Propterea quicunq; Deo studet placere, & sine animæ suæ scadalo uiuere delectatur: contra propriam reluctetur uoluntatem, nec ei uiræ suæ unquam tribuat habendas. Præceps nanq; ad malū est, nec iudicio subiacet rationis: uult quod libet, nec cōsiderat, utrum liceat. Grande prorsus malum propria uoluntas, qua sit, ut bona nostra bona non sint. Quem enim modum sibi imponit humana cupiditas. Nonne qui per usuram acquirit pecuniam modicam: similiter mundum lucrari conaretur uniuersum, si non deesset possibilitas, si suppeteteret uoluntati facultas. Hæc enim tanto grauius corruit, quantum magis sibi ipsi relinquitur. Et sicut phrenetico imponenda est custodia, statuenda est lex: ita & uoluntati nostræ. Ipsa est peccatorum origo, criminum fomes, & omnium malorum incentiuum. Propter hanc protoparens noster amisit immortalitatis gloriam, & stolam innocentiae speciosam. Nemo sine hac corruist, nullus cum ipsa stetit. Ob hoc, ut tantum evitetur malum, sanctæ sunt leges, decreta firmata, & mādata sunt tradita. Imposuit deus legem Adæ, indixit præcepta Moysi & ecclesiæ suæ per sanctos suos, statuta composita, ne iterum ac deterius præcipitatur. Nullo enim modo salubrius homo reparatur, quām per præceptum. Sicut prostratus est proprio arbitrio: ita restaurandus est alieno: & sicut per inobedientiam incurrit culpam, sic per obedientiam admittendus est ad gratiam: quæ quanto purius impletur, tāto magis dignū reddit hominem deo: ut qui proprio sensu deo similis esse uoluit, humiliatus in pœna, erigatur ad deum iudicio alieno: & discat semper mens non se extollere supra se, quum opus habeat per obedientiam negare se. Est enim obedientia uoluntas faciendi mandatū, superioris: uel est boni operatio secundum regulam sacræ scripturæ maioribus quibuscunq; debita. Est etiam obedientia spontaneum & rationabile propriæ uoluntatis sacrificium. Siue obedientia est pio studio propriæ uoluntatis abnegatio. De qua uirtute in consequentibus latius dicetur.

Quod ad uirtutem obedientiæ plurimum prouocatur homo exemplis insensibilium creaturarum, angelorum & Christi. Cap. II.

Psal. 148

**A**Ec uirtus nanq; ex sui dignitate cūm sit communis, hominem ad se trahit. illarum exemplis creaturarum: & ex sui maxima excellētia, quæ in effectibus comprehenditur. Ad obedientiam quippe nos inuitat creaturæ insensibiles & irrationales: quæ deo uniuersaliter famulantur, de quibus dicitur, Præceptum posuit, & non præteribit. Vnde non mediocris est pudor generi humano, imperio dei insensibilita irrationabiliæ parere, & homines nō obediunt, quibus sensus ab ipso tributus est autore. Homo enim quum in honore esset, non intellexit. In ipso honore constitutus habitabat in paradiſo, & in loco uoluntatis cōuersatio eius. Nihil molestia,

nihil

**A**nihil in dignitatem sentiebat: odoriferis stipatus malis, fulcitus floribus, gloria & honore coronatus, & cōstitutus super opera manuum plasmatoris fuerat. Magis aut ob insigne diuinæ similitudinis præcellebat, & erat illi sors & societas cū genere angelorum, & cum omni militia ciuii supernorū, sed propter inobedientiæ suā cōparatus est iumentis insipientibus, & illis similis factus est. Seruauerunt cuncta animatia legē & ordinem sibi impositum, & ideo persistenter in natura, qua creata sunt. Inobediens aut homo idcirco coruit quia non obtemperauit. Et qui per gratiā futurus erat angelorū collega, ex neglecto imperio effectus est minister iumentorū. Erudit utiq; ad obedientiæ per obedientiæ creaturarū, quæ modo suo dicūt homini. Si uis esse quod fuisti, disce famulari creatori, ut facere cōspicis nos. Pudeat igit hominē posse cōuinci in diuino examine de inobedientiæ à creaturis: quæ quia se nō extulerūt, steterūt. Ad hanc etiā uirtutē inuitat illa cælorū Deo famulantiæ agmina, quæ ex officio obedientiæ meruere angelū nuncupari, de quibus dicit. Qui facis angelos tuos spiritus. Sēper eīm sancti illi cælestis patriæ spiritus psal. 103.

Psal. 48.

**B** sunt spiritus: sed semper angeli uocari nequaq; possunt. Tūc solū sunt angelī quū per eos aliqua nūciantur, & ab ipsis procedit uerbū: quod hīc fit, & per ipsos exerceat salus nostra. Administratori eīm spiritus sunt missi in ministeriū propter eos, qui hæreditatē capiunt salutis. Intuēnt nanq; legē fixam, legem iubentē sine uoce, legē æternā imperantem sine scriptura: sine syllabis & strepitu, semper stantē & cōtinuo loquentē, & ex illa faciūt quicquid hic fit: in nullo prætergredientes iubētis imperiū. Sed nihil mirū si angelū sua obedientia nos prouocat, quū ipse dominus Iesus deus noster Dei filius, lux, dux, & legifer noster hanc suo nos docuerit exemplo: de quo scriptū est. Et quidē quū esset Dei filius: didic̄t ex ih̄s quæ passus est, obedientiæ: ut fieret omnibus obtemperantib. sibi causa salutis. Si ergo Dei filius obedientiæ didic̄t per experientiam tantorū laborū, non debet homini onerosum esse hanc addiscere sui creatoris exemplo: & præcipue seruis suis, qui singularis priuilegio amoris in ipsum obedientiæ stadiū uocati sunt, quāquam omnes ex debito tenent. Voluit enim Deus rationalē creaturā uoluntarij boni munere & liberi arbitrij potestate dotare, ut boni & malī capax utruncq; naturaliter posset, licet quippe illi eligere & respuere, probare & reprobare. Nec est quo magis rationalis creatura cæteris præferatur, nisi q; quū alia omnia cōditionis & necessitatē tantū habeat bonum, hæc sola etiā uolūtatis. Ideo dignū est, ut munus à Deo collatū, ipsis largitoris fāmuletur obsequio. Meliora nanq; merent suscipere, qui cōcessa bona de corde nō probantur amittere: sed in conditoris laudem per obedientiam continuo student offerre.

De multiplicib; effectib; obedientiæ, ex quibus clarescit ipsius uirtutis dignitas.

Cap. III.



Iicut ex gusto dignoscitur dulcedo mellis, ita ex effectibus comprehenditur uirtutum dignitas. Vnde ut perspicacius eluceat obedientiæ uirtus, aperiendi sunt ipsis effectus. Quanto nanq; clarius patebunt præconia eius, tanto amplius accendetur mens ad ipsam possidendam, quia thesaurus quā manifestus efficitur, hominis in se excitat concupiscentiam. Tantæ enim excellentiæ est

**D**obedientiæ uirtus, quod hominem fratrem Christi facit. Dum autem dominus esset occupatus in officio prædicandi, suggestit ei quidā de matre & fratribus, insidias tendens, ut spirituali operi carnem & sanguinem anteponeret. Cui dominus. Ecce mater mea, & fratres mei: quicunq; fecerit uoluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est. Quare sic respondit dominus Iesus: Vtiq; propter nos, ut cōuersos ad dominum, iam non solicet cura parentum carnalium, & necessitudines illorum non impedian exercitium spirituale. Quandiu enim in mundo sumus, debitores nos constat esse parentum. Postquam uero per obedientiam nosmetipso reliquerimus, nos a eorum necessitatibus cognoscamus esse solutos. Hæc hominem gratum Deo reddit, & ei acceptissimum præstat obsequium. Legitur enim Eccles. 4. Multo melior est obedientia, quām stultorū uictimæ. Quia autem Deus cor querit, cor inspicit, intus testis est, & uelut iudex approbat uoluntates: sufficit o homo, ut ei offeras per obedientiam tuæ sacrificium uoluntatis. Quum enim potes, ore confitere ad salutem, opere te exerce ad pietatem, quum autem non potes corde laudare, propriam reprime uoluntatem. In area conscientiæ uictimas uoluntatis impone, & infundetur tibi pax in terra cum homini-

Marc. 3.

Laur. Iustin.

bus

bus bona voluntatis. Ipsa etiam Deum glorificat, hominemque excellentem facit: unde est. B  
 citur Esaiæ 58. Si glorificaueris Deum tuum, dum non facis vias tuas, & non inuenitur voluntas tua ut non loquaris sermonem, tunc delectaberis super domino, & sustollā te super altitudinem terræ ( ait dominus ) Et Deuter. 26. Si audieris vocem domini Dei tui, faciet te Dominus Deus tuus excelsorem cunctis gentibus. Quod uult à Deo, impetrat hæc uirtus beata. Si cor nostrum non reprehendit nos ( ait Ioannes ) fiduciā habemus apud Deum, quod quicquid petimus, accipiemus, quia mandata eius custodimus. Non enim obedientis potest repellī oratio, quæ de puritate cordis exhibetur. Sicut enim seipsum Deo tradidit uoluntatem propriam immolando, sic à Deo omne quod poposcerit, cōsequetur. Nam & dominus Iesus quū per obedientiam se in crucis ara immolarebat, & effundebat cum clamore ualido & lacrymis preces pro crucifixoribus, non utique repulsa est eius oratio, quin potius exauditus est pro sua reverentia. Ipsa hominē reddit exoneratum. Tu itaque qui relinquere omnia disponis, teque sub obedientia exonerare satagis, te quoque inter ea quæ sunt relinquenda, numerare memento, imò uero maxime & principaliter abnega temeripsum, si desideras sequi eum qui per obedientiam exinanuit se propter te. Nihil enim grauius premit, quam uoluntas propria, quæ auersa ab incōmutabili bono, & cōuersa ad propriū arbitriū, & bonū priuatū aut exterius, aut inferius peccat. Ad propriū nanquam arbitriū cōuertitur, quū suæ potestatis uult esse, ad exterius quū aliorū propria, uel quæcumque ad se non pertinent, cognoscere studet: ad inferius uero quū uoluptatem corporis diligit. Cunctis autem oneribus istis liberū efficit obedientia, à periculo maris huius mundi liberat etiam obedientia. Qui enim suavitatem obedientiae, cælestisque uitæ dulcedinē ( quantum possilitas admiserit ) constanter & uerè gustauerit, ea quæ in terris amauerat etiam seipsum libenter relinquat, & relinquendo ab omni periculo sit securus. Econtrariò nullo uitio tam præcipitem diabolus trahit hominē sub obedientiae statu militante, ac perducit ad mortem, quam quū neglectis cōsilijs seniorum suo iudicio persuaserit, definitioneque cōfidere. Sicut enim sine duce non confiditur de uictoria, & sine gubernatore non peruenitur ad portū, ita & absque obedientia impossibile est in huīus uitæ pelago non periclitari. Ista facit hominem triumphare. Dum enim obediens alienæ uoci humiliter subditur, seipsum in corde superat: & de seipso triumphat. Nulla nancque maior uictoria est quam sui. Nullus laudabilior triumphus, quam cōsuetudine de prauatam uoluntatem ordinare. Omnis autem uiolenta propria uoluntatis reluctatio habet in exordio dolorē, donec in meliorem partē consuetudo flectatur: sed quum peruerterit ad bonū opus & ad obedientiam, paratus erit affectus: quem ut adipiscatur, cum dolore cōsuetudini malæ reluctandū est. Sine hac pugna, non acquirebitur obedientiae triumphus. Sub hac quoque homo custoditur à peccato. Nam multi quieti sub præceptore uiuant, quos si ab iugo obedientiae soluas, uideas non posse quiescere, nec se ullo modo seruare innoxios: qui quum protegerentur oratione pastoris, excitarenturque exemplo fratribus ne in foueā laberentur, amiserunt gratiā propria uoluntate seducti. Hæc denique uitus hominē ditat, letificat ecclesiā, pacē tribuit, mentē ornat, animā castificat, cælū appetit, uitā felicem homini tribuit, & omnes uirtutes custodit. Sola nanquam obedientia uerisimile uirtus est rationalis creature que cæteras uirtutes meti inserit, insertasque custodit.

De ijs que uirtuti repugnant obedientie atque aduersantur, & quanta mala ex propria oriantur uoluntate.

Cap. IIII.

Xijus que dicta sunt, quum possit homo sufficienter excitari, & ad uirtutem obedientiae capessendam accendi, dignum nunc est, ut que præfatae aduersantur uirtuti, aperiantur: quatinus tanto alacrior efficiatur homo ad se iugo ipsius subisciendum, quanto lippidius ei elucescunt & merita eius, & que illi aduersantur, ut aut uirtutis decore trahatur, aut uitiorum deformitate retrahatur. Scindendum est igitur, quod præcipue sunt duo, que obedientiam uehementer impugnant, & eam à suo statu subuertere nituntur ( uidelicet ) sui confidentia, & propria uoluntatis affectio. Et quid nequius quam de se cōfidere, & præsumere? Præsumptuosus enim in congregatione primus præsidere desiderat, in consilijs primus respondet, non uocatus accedit, non iussus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta: quicquid ipse non fecit, aut non ordinauit, nec recte factum, nec pulchre existimat ordinatum, iudicat iudicantes,

A dicentes, præiudicat iudicaturos: qui si cum tempus aduenerit, non promoueatur, aut inuidia face accenditur, aut iracundia mucrone iugulatur. Non enim potest maiorum & prælatorū subesse iudicio, qui sui ipsius præsumptione languescit. Tātoque quisque in obedientia fit perfectior, quanto apud se fuerit uilior. Velle nancque esse super omnes, uitupera bile est: sustinere autem alium super se nimis gloriosum est. Quantū uero obedientia aduersetur propria uoluntas: & quam ingentia cōmittat mala, quis sufficenter explicare potest? Dico enim fiducialiter, & ueraciter dico, quod nemini qui in propria uoluntate fundatus sit, posset totus mundus sufficere. Utinā propria uoluntas rebus istis temporalibus eset contenta, & in sui perniciem calamitatibus hominum suum repleret affectū. Quinimo etiā in ipsum (quod dictu nefandissimum est) deseuit autorem, & contra eum ceruicem cordis non ueretur erigere. Vellent enim Deum, qui huiusmodi malæ uoluntatis sunt, homines aut peccata sua iudicare non posse, aut nolle, aut nescire ea. Volunt nanquam quantum in ipsis est ipsum non esse deum: cum concupiscunt illum aut impotentem, seu iniustum, seu insipientem esse. Crudelis equidem detestandaque malitia hæc est, quæ ut libere uti ualeat peruersa uoluntate, Dei potentiam, iustitiam, sapientiamque perire desiderat: quoniā quum uult Deum esse impotentem, iniustum, ignorantemque, quantum ad ipsam pertinet, Deum occidit, & de sua gloria deīcere affectat. Proinde ab ipsa tanquam à corrupta radice procedunt plurima mala. Aufert enim homini Deum. Non enim dabat inobedienti copiam sui Deus & dominus Iesus, qui tantus obedientiae amator fuit, ut mori magis, quam non obedire maluerit. Beneficia Dei subtrahit. Dignū quippe est, ut ab eis beneficis sit quilibet extraneus, qui eius qui confert, iussionibus non uult esse subiectus. Danti enim rependi quicquā gratius ab accipiente non potest, quam si ipsius obediat mandatis, gratumque habeat, quod accipit. Nam spiritui gratiæ contumeliam facit, qui beneficium dantis grata mente non suscipit. Meritum etiam euacuat. Nam insani, infantibus, in itinereque dormientibus nihil quod faciant, uel bonum, uel malum imputatur, quia nimisrum suæ non sunt compotes rationis, nec usum retinent uoluntatis:

C ac per hoc nec iudicium libertatis, aut condemnationis assequuntur. Quum uero suæ uoluntatis extiterint, participesque rationis, poenam siue præmium merentur: unde per Esaiam. Quum dicant tales domino, ieunauimus, & non aspexisti, &c. Respondit illi dominus causam, quare non exaudiū fuerint, dicens: Ecce in die ieunij inuenitur uoluntas uestra, &c. Igitur cum uoluntati nec leges imperent, nec principes dominentur: cum non habeat liberum arbitrium nisi se, merito non iudicatur nisi ex se: que quum mala est omne prosus animæ euacuat meritum. Ipsa elatum efficit hominē, & conditorem suum negare facit. Sola etenim obedientia est, quæ fidei meritum possidet, sine qua infidelis quicunque conuincitur. Nec aliud est contra cōditorem superbire, quam precepta eius peccando transcendere, & à se iugum dominationis eius excutere, cui per obedientiam subesse debuerat. Hominem inobedientiae superbia, sua dignitate priuat, ut patet de Saule, cui dicitur: Quia proiecisti sermonem domini, proiecisti te dominus, ne sis rex super Israel. Hæc quoque turrim Babylonis euertit, linguam confudit, prostravit Goliam, suspendit


D Absalonem, interfecit Nicanorē, peremit Antiochū, Pharaonem summersit, & Sennacherib interemit: Ionam insuper belluæ marinæ deuorañdū exposuit. Hunc etenim Dei fugitiuum tempestas inuenit, sors ligat, mare suscipit, & bellua marina absorbet, & quia autoris uoci obediēre renititur, ad locum quo missus fuerat, suum reus in carcerem reportatur. Hæc etiam hominem morte temporali & æterna dignum efficit. Quid enim odit Deus, aut quid punit, præter propriam uoluntatem? Cesset uoluntas propria, & infernus non erit. In quid nanquam defauit, nisi in proprias uoluntates? Nam propria uoluntas Deū impugnat, & aduersus eum extollit. Præterea ipsa est, quæ paradisum expoliat, infernum ditat, sanguinem Christi euacuat, & ditioni diaboli mundum subiugat.

De duplice obedientie specie, scilicet, reprobabilis, & de ipsarum distinctionibus. Cap. V.

Ciendum præterea est, quod alia est obedientia reprobabilis, & alia est obedientia commendabilis. Obedientia reprobabilis triplex est. Primō quum aliquis obedit creaturæ inferiori hominē, scilicet, pecuniæ: sicut dicitur Eccles. x. Pecuniæ obediunt omnia. O pestis maligna, ô detestada avaritiae obedientia: & semper bonis animis exhorrenda, quid illesum, quid in Laur. Iustin.

Esa. 58  
Ibid.

I. Reg. 15



concupisum dimittis: Tu genus humanū cōfudisti, tu discipulum Christi cōmitē ab apostolatu p̄cipitasti, tu milites custodientes domini sepulcrū captiuasti. Amori enim pecuniae uilis est omnis affectus, & anima lucri cupida, etiam pro exiguo perire non metuit. Nullumq; est iustitiae in illo corde uestigium, in quo sibi auaritia fecit habitaculum. Secundō cū ex remissione superioris inferior p̄cipit. Quisquis enim ex negligētia pastoris aperte uel occulte satagit, nedum ipse p̄cipere, sed quod habet in uoluntate, ut ei p̄cipiatrū à p̄relato: ipse se seducit, & sibi quasi de obediētia blāditur. Nec ipse in ea re p̄relato, sed magis ei p̄relatus obedit, ac per hoc ad easum & ruinam perducitur: quia nullo uitio tam p̄cipitem diabolus trahit monachū, aut perducit ad mortē, quācum cū neglectis consilijs seniorū suo iudicio suaserit, definitioniq; confidere. Tertiō cū aliquis suo superiori in malo obedit. Nam sic modus obediētiae tenendus est: ut bonis in malo nō consentiatur, nec malis in bono cōtradicatur. Abīcienda plane est obediētia, quæ cōtra diuina mādata p̄cipit, & in nullo ei parendū est, qui propriam magis, q; Dei p̄cipit fieri uoluntatē. Propter Deum nanc; obediēdum est, nō cōtra ipsum. Ideo cū peccatū p̄cipitur, ut impleatur: prorsus obtemperādum nequaquā est: quia Deo potius q; hominibus obediendū est. Obedientia autem cōmendabilis duplex est: quædam enim est necessaria, quædā abundans, atq; perfecta. Obedientia necessaria est in ijs ad quæ tenetur. Nec ideo putandum est quædā cōtemnenda esse mandata, quæ ad salutē necessaria sunt, quia leuiora sunt. Cōtemptus em̄ cuiuscunq; p̄cepti p̄cipiētis iniuria est. In quois gradu, in quois proposito & quale peccatū est: uel prohibita admittere, uel iussa nō facere. Nā iussa sine culpa nō negliguntur, & sine crimine nō cōtemnuntur. Perfecta autē obediētia legē nescit, locis nō arctat, nec cōtentā est angustijs professionis, sed largiori uoluntate fertur in latitudinē caritatis, & ad omne quod iniungitur sp̄otaneo uigore liberalis alacrisq; animi modum nō considerās in infinitam libertatem extendit. Vnde perfectus in obediētia ille censendus est: qui in nullo prorsus resistat maioribus, aut inuidet paribus, uel cōtra minores per superbiam se extollat, sed p̄relatis sit obediens, socijs congruens, subditis utiliter condescendens: Deo deuotus, magistro subditus, senioribus obtemperans, & minoribus placens, uerbo utilis, corde humilis, & omnibus mansuetus, atq; eo animo opus iniunctum recipiat, quo p̄cipitur.

De gradibus obediētiae, atq; ipsius uirtutis perfectione. Cap. VI.

**P**ostremo in hoc ultimo capitulo dicendum est, quibus gradibus obediētia ducitur ad perfectionē. Per ascensum nanc; uehitur anima ad consummationem culmenq; uirtutum. Primus enim obediētiae gradus est obediēre libenter. In ipsa etem obediētiae uia tibi, o homo, sortasse aliqua dura & aspera occurrere possunt, ita ut accipias interdū p̄cepta nonnulla, quæ licet salubria sint, minus tamē suauia uidentur: hoc si moleste cōperis sustinere, si dijudicare p̄relatū, si murmurare in corde, etiā si impleas exterius, quod iubetur, nō est uirtus obediētiae, sed uel amē malitiæ. Verus ergo minister est domini Iesu, qui deuotione cordis libenter audit, quod imperatur, ut perficiat. Nec dubiū quin ampliorem gratiā mereatur huiusmodi, qui patratum se exhibet ante mandatum, quām qui obediēre satagit post mandatum. Secundus est obediēre simpliciter. Sunt nanc; multi, qui post p̄cipiētis imperium plurimas faciūt questiones, & s̄p̄ius ingemināt. Vnde hoc uenerit: quis hoc dederit cōsūlū. Propter quod oritur murmuratio, excusatio, simulatio impossibilitatis, & aduocatio amicorum: cōtra quos per Prophetam loquitur dominus: In auditu auris obediuuit mihi, ut ostēderet uno eodemq; momēto obediētēm simplicem, & audisse p̄residentis imperium, & obsequium perfecisse. Quod etiā in lege p̄cepit dominus dicens: Quod p̄cipio tibi, hoc tantū facias, nec addas uel minuas quicquā. Propterea nō debet simpliciter obtemperātē magistri imperitiae, seu indiscreta potestas mouere: sed meminerit scriptū, quia nō est potestas, nisi à Deo: & qui potestati resistit, Dei ordinatiōi resistit. Ideo quodēcūq; fecerit obediens, operetur simpliciter: & ex animo sicut Deo, & nō hominibus. Tertius est obediēre hilareiter. Hilarem enim datorem diligit Deus. Nam in obediēti ratione hæc generalis regula teneatur: ut in difficultoribus agēdīs obediētio quidē gravior: quām p̄uaricatio grauior iudicetur, & in facilioribus minusq; onerosis, contemptus damnabilior: quām actus laudabilior existimetur. Quapropter serenitas in uultu, dulcedo in sermo-

psal. 117 Num. 22

Rom. 13

2.Cor. 9

A nibus, alacritas in opere hilariter obsequentis decorat obediētia: quia nō seruili metu, sed caritatis affectu, nō timore pœna, sed amore iustitiae seruāda est. Quartus est obediēre uelociter. Vidiſti (ait Sapientia) hominē uelocem in opere suo, corā regibus stabit: nec erit ante ignobiles. Vnde cū uocareſ Zachēus, festinās descendit, ut exciperet dominum: à quo meruit audire, hodie salus domui huic à domino facta est. Promptus itaq;, uelociterq; obtemperare desiderās mādatum nō procrastinat, sed statim parat aures auditū, linguam uoci, pedes itineri, manus operi: & se totum intus colligit, ut mandatum p̄eragat imperantis. Quintus est obediēre uiriliter. Si enim manū (ait quis) missisti, o homo, ad fortia: agendū est instāter, & cōstanter obediendū: nec inter asperitatem uerborū tam regalis est fēmita relinquenda. Tunc em̄ Deo uera obediētiae obsequia reddimus, cū nullis occurritibus aduersis ab incepto opere deficimus. Illeq; merito p̄dicādus est, qui percussus nō cēdit: irritatus nō dolet, grauatus nō deficit: sed Christi cōmunitus exemplo pugnā, quā semel in obediētiae stadio arripuit, nullo fractus labore derelinquit.

Prov. 29

B sextus est obediēre humiliter. Nam unū atq; idem inobediētiae p̄sumptionisq; genus est: uel propter actionis instantiā, seu propter ocij & orationis desideriū senioris p̄terire mandatū. Tamq; dispēdiosum est pro somno, q; pro uigilātia: imperatī statuta cōtemnere. Tantū deniq; est p̄siderētis transire p̄ceptiū, ut legas: quantū si despicias, ut dormias. Humilitas nanc; sola est, quæ propriū abdicat sensum, & propriæ inimicat uoluntati: atq; ab ipsa tanquā à pestifero ueneno ceruicē suam excutere cōtendit. Vnde necesse est, ut qui ad obediētiae culmē satagit ascendere, mente studeat ab elatione mundare: quia tanto proficiet citius, quanto fuerit humilior. Septimus & ultimus est obediēre perseverātē. Sic currīt (ait Apostolus) ut cōprehendat. Nō enim poterit quis ad cōsummationē uirtutis attingere, nisi uoluerit in ipsius exercitatione perseuerare. Non sufficit plane terrā fodere, arbusta plantare, atq; nascentes fructus inspicere, si nō aequo animo permittātur etiā māturescere. Sic nimirū omnis labor, quælibetq; uirtus laudē non meretur, nisi in eadē uiriliter perseuereretur. Et quemadmodū gradiēs cōtra fluminis impetum (si remigrare desierit) defluit: ita & certanti in obediētiae cāpo euenerit. Quū em̄ proprię uoluntati habenas laxauerit, statim ipsam sentiet cōtumacem. Quare edomāda est perseuerāti infatigabiliq; uigore, quatenus ex diuturno flagello discat māsueſcere: ut dūce gratia miles Christi ad obediētiae perfectionē ualeat peruenire. Nā quū per obediētiae ipsam subegerit: plena trāquillitate ac ingēti pace fruētur: quia pacato interiori hoste, nō erit deinceps, qui frāgat animū. Si em̄ uoluntas subiicit rationi, quicquid homo à Deo uoluerit, impetrabit. iuxta illud, Si duo ex uobis cōsenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint, sicut illis à patre meo, & meritō. Nā qui per obediētiae uirtutē adheret Deo, unus sp̄iritus fit cū eo: à quo pro mercede suorū agonū duplē meret habeere coronā, scilicet, certā sp̄em eius uitæ, quæ nūc est futuræ: pro qua potēs efficitur ad superāda omnia certamina occurritia. Et quoniā in obediētiae perfectione laudabilis sp̄et uirtus, & cælestis p̄emij certitudo donat: cōuenienter in cōsequentibus de ipsa uirtute & sperādis rebus loquendū est: quatenus eo mēs in agone subiectiōis fiat p̄optior, quo

2.Cor. 9

C petum (si remigrare desierit) defluit: ita & certanti in obediētiae cāpo euenerit. Quū em̄ proprię uoluntati habenas laxauerit, statim ipsam sentiet cōtumacem. Quare edomāda est perseuerāti infatigabiliq; uigore, quatenus ex diuturno flagello discat māsueſcere: ut dūce gratia miles Christi ad obediētiae perfectionē ualeat peruenire. Nā quū per obediētiae ipsam subegerit: plena trāquillitate ac ingēti pace fruētur: quia pacato interiori hoste, nō erit deinceps, qui frāgat animū. Si em̄ uoluntas subiicit rationi, quicquid homo à Deo uoluerit, impetrabit. iuxta illud, Si duo ex uobis cōsenserint super terrā, de omni re quācunq; petierint, sicut illis à patre meo, & meritō. Nā qui per obediētiae uirtutē adheret Deo, unus sp̄iritus fit cū eo: à quo pro mercede suorū agonū duplē meret habeere coronā, scilicet, certā sp̄em eius uitæ, quæ nūc est futuræ: pro qua potēs efficitur ad superāda omnia certamina occurritia. Et quoniā in obediētiae perfectione laudabilis sp̄et uirtus, & cælestis p̄emij certitudo donat: cōuenienter in cōsequentibus de ipsa uirtute & sperādis rebus loquendū est: quatenus eo mēs in agone subiectiōis fiat p̄optior, quo

Matth. 18

D de mercede certaminis extiterit certior: qd clare aperit Psalmista, dicens: Inclinaū cor meū Deus ad faciendas iustificationes tuas in æternū propter retributions. Fructuū ligni uitæ sextū tenet locū hæc. Deo grata obediētia: quā qui uerē perfecteq; possederit, ad Deum & dominū Iesum tutum habebit accessum, qui factus est obediēs usq; ad mortem crucis: propter quod Deus illum exaltauit donās ei nomē, in quo curuatur omne genitū: nēdum terrestrium, infernorumq; sed etiam cælestium, qui est benedictus in secula. Phil. 2

D E V I R T V T E S P E I, A T Q V E D E I L I V S D I F F I  
nitionibus. Que uirtus Deo militantibus pernecessaria est, & ex sua dignitate in fructibus ligni uitæ septimum consequitur gradum. Cap. I.



Mitte sp̄iritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ. Hæc uox psal. 103: Prophētæ affectuosa desiderium pandit cælestium sp̄irituum. Quum enim administratorū sp̄iritus sint in ministerium missi eorum, qui hereditatē capiūt salutis, uideatq; genus humānū plurimis infirmitatib; circumdatū: uarijs etiā miseris obrutū; nec sua uirtute exigētibus delictis suis, posse erigi Laur. Iustin.

f 3 in salutem

in salutem: p̄ijs desiderijs clamāt ad Deū: ut tātis erumnis ponat finem, mittatq; de super  
nis sedibus sp̄iritū sanctū: q; luce sua caligātem illuminet intellectū humanū, & igne san-  
cto suo accendat affectū, quatenus dono suo interioris hominis facies irradiata toto de-  
siderio eleuetur in Deū, & renouetur per gratiā, quæ prius deformata fuerat per culpā.  
**H**ic nanq; diuinus & almus sp̄iritus monet memoriā ad recolenda quæ Dei sunt: docet  
rationem ad cogitandū de Deo, mouet uoluntatē ad dei mandata seruanda. Dat p̄ignus  
salutis, robur uitæ, scientiæ lumen. Dono sapientiæ negligentiā in pigro repellit: dono  
intellectus diligenda rationabiliter querit: dono cōsiliū diuinā prudentiam inuenit: do-  
no fortitudinis tentationes fortiter retūdit: dono sciētiæ obliuionem lubricā dū esse nō  
sinit: dono pietatis humanae fragilitati clemēter indulget, & dono timoris improvidam  
ignorantiam ardenter decoquit. Hic nempe infirma roborat, aspera planat, corda puri-  
ficat: & quicquid uidetur in hoc seculo nequā, difficile & angustum, leue facit & latum,  
opprobrium gaudiū iudicat, despectionem exaltationē esse persuadet. Tales utiq; sunt  
fructus, talia sunt opera te possidentium, ô beatissime sp̄iritus: ueni igitur ad nos, illabe-  
re cordibus nostris, emitte cælitus radiū tuæ lucis, & illumina sedentes in hac opaca pec-  
catorum caligine. Veni, inquā, propera, festina, ô Pater pauperū, ô lumen mentiū, ô lar-  
gitor munerum: laura quod est folidū, rīga quod est aridum, rege quod est deuīū, foue  
quod est frigidū, & sana quod est sautum. Tu enim es, ô diuine amor, requies in labore,  
gementum consolator, errantium uia, periclitantiū salus, certātum uirtus, quiescentiū  
gaudium, peregrinantiū comes, peccantiū propiciator, iustorum robur, mōrentium in-  
teruentor, salus mundi, animarum uita, Dei recōciliator, cordium scrutator, & genitoris  
summi genitiq; sanctum osculum & amplexus. Excutiat (oramus te domine) de cordi-  
bus noltris omnem torporem præsentia tua. Rumpātur peccatorū uincula, & fluant ir-  
rigua lacrymarum fluenta. Roboretur præterea mens nostra ad respuenda cuncta tem-  
poralia, & solis cælestibus pascatur delicijs, fugiat uitia, & uirtutū sectetur pulchritudi-  
nem, relinquat se, ut possideat te, & possideatur à te, ac per laudabilia opera & cōpositos  
mores regeneretur in spem uiuam, per quā potens efficiatur in offenso pede pertingere  
brauiū felicitatis æternæ. Hæc enim spei uirtus, ô domine, donec in hoc corporisculo ui-  
uimus, necessaria nobis est. Ipsam nobis tribue, ut certi reddamur per illam possidere re-  
gnū. In æternitatē etenim animū figit hæc: idcirco nulla mala exterius, quæ tolerat, sen-  
tit. Quæ uirtus cùm omnibus necessaria sit, per amplius tamē ijs, qui sub obediētiæ ago-  
ne deputarunt se. Quū enim forte atq; arduū arripuerint cōtra se, cōtra proximos, cæte-  
raq; tentamēta inire certainē, nisi per hāc assidue uirtutē roborati fuerint, ut deficiāt ne-  
cessere est. Ideo crebrescētibus laboribus à domino illis subministrāt efficacius eternt spes  
præmij, & cælestis certitudo triumphi. Nec cuiquā cōuenientius q; certāti & uincēti do-  
nat fiducia regni, & spes gloriæ. Nā spes sic diffiniūt. Spes est certa expectatio futuræ bea-  
titudinis ueniēs ex Dei gratia: & ex præcedētibus meritis. Vel spes est uirtus, qua quis ad  
id qd credit se peruenturū presumit. Siue spes est appetitus boni cælestis cū fiducia obti-  
nēdi. Est quoq; spes uirtus, qua speramus præmij uitę æternę iustorū meritis reddendū.  
**E**x quibus patet, q; necessaria uirtus sit ijs, q; abnegat seipso, & q; decenter donec eisdē  
tanquā prima stola, de qua uirtute in cōsequentibus differeſt domino concedente, qua-  
tenus per inspectionē pulchritudinis ipsius, pugiles regis nostri Iesu Christi ad consum-  
mationem accendantur certaminis, agnoscentes labore suum nō inanē esse in domino.

De uarijs spei effectibus, per quos ditantur qui illam possident. Cap. II.

Matt. 16

**V**enite omnes, qui laboratis ( ait dominus ) & onerati estis ad me: & ego uos  
reficiam. Tollite iugum meū super uos suaue, & requiem præstabo, per insu-  
ffionem sp̄iei animabūs uestris. Hoc nanq; iugum sp̄iei propter sui excellentiā,  
& multiplices effectus: plurimis donis ditabit uos. Vera etenim spes primo  
securitatem parit. Merito nanq; sperās in domino securus est: quia protector est omniū  
sperantiū in se: eisq; est idem dominus pro muro undiq;, & turris fortitudinis ipsorū, de-  
qua scriptum est. Turris fortitudinis nomen domini. Ad ipsum confugiet iustus sperans  
in eo: cui occurret dominus quasi ciuitas munita, ad eum suscipiendū: iuxta illud Esaiæ:  
**E**saiæ 17: Vrbs fortitudinis nostræ Sion: saluator ponetur in ea murus uirtute diuinitatis, & ante  
**P**sal. 90: murale ex merito humanitatis, cui merito cātabitur. Altissimum posuisti refugium tuū.

Ipsa

Sap. 3

Dan. 13

Ex. 1

**A** Ipsa meretur intelligentiam, & Dei auxiliū: sicut legitur. Qui confidunt in illum, intelli-  
gent ueritatem. Quocunq; se uerterint prudenter intelligētes, & de Deo suo confiden-  
tes: agnoscēt etiam aduersa diligentibus deum cooperari in bonum: ut patet in Susanna, de qua dicitur. Erat enim cor eius fiduciā habens in domino: propter quod magnifi-  
cē meruit liberari. Hæc patienter portare facit onus præsentis miseriæ. Ille etenim bene-  
nouit in exterioribus miserijs sustinere, qui scit de spe interna semper gaudere. Futurū  
spes laborantibus, & sub pressuris præsentis uitæ desudantibus, requiem parit: sicut in a-  
gone positis dolorem mitigat spes coronæ. Spes est quasi columna, quæ totū spirituale  
edificiū sustentat, qua deficiente edificium corruit, & in baratrū desperationis concidit.  
Est etiā ancora animæ eam seruans, ne procellis tentationū irrumpatur: de qua Aposto-  
lus. Firmissimū solatium habeamus, qui cōfugimus ad tenēdam propositā spem, quam  
sicut ancoram habemus animę tutam ac firmā, & incedēt usq; ad interiora uelaminis,  
quo pro nobis præcursor introiuit Iesus secundum ordinem Melchisedech pontifex fa-  
ctus in æternū. Igitur si te uideris fluctuare in mari isto, noli diuelli ab hac anticora, ante  
quam intres hunc portum. Fluctuat nauis in ancoris, cōquassatur ueterum suorū recor-  
datione delictorū mens: sed nō diffidat, nec prēmia diuina posse obtinere desperet. No-  
uit dominus mutare sententiā, si tu noueris emēdere delictū. Hæc quoq; uirtus hominē  
facit fortē. Qui em in dño confidunt, mutabunt fortitudinē: propriā siquidē fortitudinē  
mutat in diuinā. Felix sane ista mutatio. Dum em de suis uiribus diffidūt, diuinū eis adiu-  
torium præparatū est. Nihil em tam omnipotentiā Dei clariorē reddit, q; quod omnipo-  
tēs reddit ijs, qui in se sperāt. Ipsa est baculus necessarius peregrinātibus in uia præsentis  
uitę. Nō enim fatigātur, uel debilitātē sperātes in domino: quin potius assumēt pennas  
ut aquilæ: current, & nō laborabūt: ambulabūt, & nō deficiēt. Quot em labores miseri-  
cordiæ Deo offerentes exercēt, tot iam remuneratioñis suæ pignora intra spei suæ cubi-  
culum clausa tenent, & eo minus deficiūt, quo maiora patiuntur. Spes etiā in possesso-  
nē regni cælestis animā quodammodo introducit, & existentibus in hac uita mortalī:

**C** immortale attingere facit: sicut legitur de beatis martyribus scriptū. Si coram homini-  
bus tormenta paliū sunt: spes illorum immortalitate plena est. Ab illis enim dum mortis  
tolerātia indubitanter excipitur, spes immortalitatis euīdēter afferit, & suauiter degu-  
statur. Nunquā enim hanc uitā sic constāter expenderēt, nisi esse alterā incōparabiliter  
beatorem perfecta diffinitiōne sentirent. In præsenti enim tempore spes est quædā ui-  
gilia solennitatis æternæ. Non ieunat, sed quasi iuge conuium celebrat, cùm mentem,  
quam replet cælestibus dapibus uerumq; impingat. Ipsa facit inter dolores gaudere. Si  
mihi ( ait quis ) præmia promittantur, per te obtinenda sperabo. Si insurgant aduersum  
me prælia, si fremat inuidus, si sequiat malignus, si ipsa caro aduersus spiritum cōcupiscat,  
in te ego sperabo domine. Quicquid igitur malū ferre imponit, firmo gaudentiq; ani-  
mo tolerandum est. Remedium enim malorum, honorū spes est. Nec innocentem debi-  
litat mentem illata contumelia, quoniam in aduersis solatium est non meruisse, quæ pa-  
titur. Innocentem fortuna deserit sāpe: at bona spes nunquā. Spes nanq; est arca æterni

Sap. 3

Psal. 26

**D** præmij, & ponderatio futuræ suauitatis: cui datur intrare in hortum spiritualis uolupta-  
tis, & inde afferre odores ad condiendas amatitudines præsentis aduersitatis. In deserto  
mūdi delicijs hæc affluit, & temporalium damna nō sentit. Hæc est quæ domino cōfiden-  
ter dicit. Quid em mihi est in cælo, & à te qd uolui super terrā? Ipsa est in labore requies,  
in ęstu tēperies, in fletu solatiū. Ideo quiescere debet uox nostra à gemitu, & oculi nostri  
à ploratu, quia merces nostra magna est nimis. Hæc quoq; Deo adhærere facit, & cōsi-  
dēter dicere. Tu es dñe spes mea. Hæc omniū promissionū, ait sperās, mihi una est: & in  
hoc uerbo tota ratio meæ expectationis solidat. Alter meritū pōdus diei & æstus susti-  
nere se iactet: ieunare bis in sabbato dicit: postremō nō esse, sicut cæteri hominū glorie-  
tur. Mihi autē adhærere Deo bonū est: ponere in domino spem meā. Gemma speciosissi-  
ma, & gratissima spes est: quæ ad modū gēmæ perlucida est: & per uia in suo interiori:  
ita ut per eam uideant bona æterna. Ipsa deniq; elisos erigit, & uires reparat. Latro agno-  
uit sperando: Petrus uero timendo negauit. In Petro mōlitratur quenquā de se nō debe-  
re præsumere: in latrone nullum īpium conuersum debere diffidere. Timeat ergo bo-  
nus, ne pereat per superbiam: & malus, ne desperet per malitiam. Nullus desperare de-

Psal. 90

bet

bet ueniam, etiam si circa finem uitæ ad pœnitentiam conuertatur. Vnumquemq; enim **H** Deus de suo fine, non de uita præterita iudicat.

De quinq; speciebus uirtutis spei, quæ ad cognoscendum proficiæ sunt. **Cap. IIII.**

**Rom. 2** **Q**uoniam in præcedentibus luculenter descripti sunt effectus & dignitates spei: nunc domino donante, in speciebus & diversitatibus ipsius immorandum est, quatenus à uitio discernatur uirtus. Facile nanq; in elationem mens corruit: quum distinctiones uictiorum & uirtutum ignorat. Sciendum igitur est, quod quædam spes est maledicta: de qua dicitur. Est infidelis fiducia solius maledictionis capax, quum spe peccamus. De hac Apostolus. An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnisti ignorans quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Secundum autem duritiam tuam: & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ. Nullum enim scelus corā Deo tam abominabile fit, quam spe misericordiæ Del peccata perpetrare. Tunc miserabilis quadam spe erigitur anima: cum turpia & obscoena delectant. Et desinit esse remedij locus: ubi tanquam mores uitia dominatur. Est spes **R.** præsumptuosa, quum aliquis sperat se facturum quod uoluerit: cum uires eius excedat. Aduersaria enim præsumptuosaq; confidentia est, quæ periculis pro certo uitam suam commediat. Et lubrica spes est, quæ interfomenta peccati saluari se sperat. Incerta uictoria est inter hostilia arma pugnare: impossibilis liberatio est flammis circundari, & non ardere. Expedit igitur magis bene timere, quam male confidere: & utilius est, ut infirmū se homo cognoscat, & stet, quam ut de se presumēt cadat. Est spes uana, quū fiducia quæ ponenda est in creatore, ponitur in creatura. De hac Hier. dicit, Maledictus homo, qui cōfidit in homine, & ponit carnem brachium suū, & recedit à domino cor eius. Hic super arundineum baculum confidens (id est in creatura) quæ pro se nihil potest, collidetur ualide, si fractum fuerit. Spes utiq; huiuscmodi quasi lanugo, quæ à uento tollitur, & tanquā spuma gracilis, quæ à procella dispergitur. Est spes falsa, quū quis sperat, quod futurū nō est: sicut ille, cui dictum est: Stulte hac nocte repetent animā tuam à te, & bona quæ præparasti, cuius erunt. De his dicitur. Posuimus mēdacio spem nostram. Quis **G** quis es, o homo, qui hanc falsam spem de corde tuo eradicare utiliter proponis: mortis horrorem, iudicis terrorem, ardoris gehennæ metum ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriam: recognita annos tuos in amaritudine animæ tuæ: meditare uitæ humanæ pericula, cōsidera fragilitatem, & in huiusmodi cogitationibus si perseveraueris, nihil reputabis cuncta quæ foris uidentur, in quibus falso confidūt homines, dum toto corde circa interiorum molestiam occuparis. Est spes uera, si in solo Deo ponatur, de qua dicitur: Quis sperauit in domino, & confusus est: Tunc nanq; ueram esse hominis spem potest cōprobari, si adsit meritum. Integra enim consolatio est, cum nō solum quid sibi sit sperandum: sed unde sit præsumēdum nouerit quisq; parum habet laudis uirtutum corona, & spei magnitudo, quæ ex labore non descendit. Potest quidem habere palmam, sed non habet gloriam. Hæc est magnarū ratio uirtutum, ut quanto plus homo laborat, tanto plus mercedis acquirat & spei. Item si in tribulatione non deficit: unde lob. Si etiam occiderit me, in ipso sperabo. Tanto etenim **H** spes solidior in Deo surgit, quanto pro illo quisq; grauiora pertulerit: quia nequaquam gaudium spei de æternitate colligitur, quod hic non prius pia tribulatione seminatur.

Quod multa sint, quæ uirtuti spei plurimum aduersantur. **Cap. IIII.**

**Eccle. 2** **S**ciendum præterea, quod multa sunt, quæ spei aduersantur, uidelicet, diffidentia de Deo: de qua dicitur. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: ideo nō proteguntur ab eo. Aduersatur quoq; plurimū spei cōfidentia, quæ in creaturis ponit: quæ triplex est, scilicet, præsumptio sui: de qua legiſ. Qui cōfidit in corde suo, stultus est: quoniam qui de nihilo factus est, in nihilum redigeretur: nisi ab autore suo sustentaretur. Ab hostibus insuper suis citò deīceretur, nisi à Deo actualiter sustentaretur. Rursus si boni spiritus se à nobis elongauerint, impetum malignorum sustinere quis poterit? Fatuitas etiam est de se confidere, quum per se non sufficiat homo bonum cogitare. Non enim sumus sufficientes ( ait Apostolus ) cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed nec in bono perseverare. Nam citò bonum amittitur, nisi à Deo largiente custodiatur. Sed paucis uerbis qualis ex se homo

**A** homo sit, notificat Deus per Osam, dicens: Perditio tua Israel, tantummodo in me au- **Ose. 13** xilium tuū. Ideo clamet homo medullis cordis: dicat quoq; uoce. Domine scio me nun- quam posse peruenire ad te, nisi gradiendo post te. Sed nec hoc quidem, nisi fuero adiu- tus ad te. Precor ergo te, ut trahas me post te: quia reuera beatus homo, cuius est auxi- lium abs te. Secunda est cōfidentia, quæ ponitur in homine. De hac legitur Esaiæ x. xxi. Væ qui descendunt in Ægyptum ad auxilium in equis sperantes, & habētes fiduciam super quadrigis, & non sunt confisi super sanctum Israel, & Deum non exquesierunt: & Hier. x. vii. Maledictus homo, qui confidit in homine. & dignè. Procluis enim & mutabilis est humana conditio, & quocunq; intendit, eò uergit, & illud præponderat: Nihil ad uirtutum studia, uel ad illecebras uictiorum fugientas. Vana utiq; est spes liæ: quia uani filij hominum, mendacesq; filij hominum in statu, ut decipient ipsi de uaniti- tate in idipsum. Tertia est in creaturis spem ponere, quæ est summa fatuitas: scilicet in di- uitijs & huiusmodi. De hoc Psalmus ait. Diuitibus huius seculi præcipue non sperare in **I. Tim. 6**

**B** incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo. O amatores, amatores mundi, cui tam sollicitè milli- taris: maior non poterit esse spes uestra in mundo, quam ut amici mundi sitis. Vbi quid nisi fragile, plenum periculis: per que pericula peruenitur ad maius periculum? Pereant hæc omnia, & dimittamus hæc uana & inania. Conferamus nos ad illa sola, quæ finem non habent: ponamus spem in rebus æternis. Vita enim hæc mors est miserabilis & ca- duca, subito surripitur: & post hæc negligentæ supplicia luenda sunt. Sunt etiam ali- quæ alia, quæ eidem uirtuti spei aduersantur: scilicet peccati magnitudo, & multitudo: de qua dicit Caym. Maior est iniquitas mea, quam ut ueniam merear, quod indecēs est. Vbi enim abundauit delictum, plerunq; superabundat & gratia. Et quid tam graue cō- mittitur, quod non Christi morte soluatur? Meritò igitur in Christo spes mihi valida est, qui sanat omnes languores meos, qui redimit de interitu uitam meam, qui coronat me in misericordia & miserationibus. Tam liberaliter nanq; dominus omnem donat iniu- riā, ut iam nec damnet ulciscendo, nec confundat improprio, nec minus diligit

**C** imputando. Pulcherrimum insuper affectandæ ueniæ, & conuersionis exemplum præ- rogatum est, quod tam citò latroni peccata relaxātur, & uberior gratia quam precatio. Semper enim plus tribuit Deus, quam quis precatur. Nemo igitur desperet. Iudam pro- ditorem non tam scelus, quod commisit, quam indulgentiæ desperatio fecit penitus in- terire. Aduersatur quoq; spei tentationum multitudo: sed econtrario multiplicatio ten- tationum signum est liberationis, sicut dicitur. Qui diligit filium suum, instanter erudit: & de Israel quoq; he sunt g̃etes, quas reliquit dominus, ut erudiret Israel. Vita em̃ nostra in hac peregrinatione nō potest esse sine peccato: ideo nec absq; temptatione. Profectus noster per tentationes fit. Nec sibi innoteſcit quisq; qualis sit, nisi iētatus: nec potest coro- nari, nisi uicerit: nec potest uincere, nisi certauerit: nec potest certare, nisi inimicū & ten- tationes habuerit. Ad magnam igitur utilitatem nostram exercitatio tentationum no- **Prou. 13** bis impensa est: ut non superbiat sanctitas, dum tentatur infirmitas, non tepescat uirtus: nō desit profectus, nō diminuatur meritum, non amittatur gloriæ corona. Spei insuper

**D** cōtrarius est frequens casus, & peccati recidiuatio. Sed considerandum est, quod frequēs casus humilitatē generat, humilitas triumphū. Quis sine peccato extitit: quis in seculo **Prou. 15** enormius Paulo peccauit: quis in religione grauius Petro: Illi tamen per pœnitentiā & benam spem meruerunt aſſequi non solum ministerium, sed & magisterium sanctitatis. Quid meruit Publicanus, qui repente de templo absolutus exiuit? Meritò quippe etiā post peccatū ualde sperandū est. Fit enim plerunq; gratior Deo amore ardens uita post culpam, quam securitate torpens innocentia: quia qui gaudet in bonis gratiæ & ueniæ, quā inuenit: & recordatur mala, quæ euasit, difficile reddit ad malum. Memorare quoq; uirtuti potissimum aduersatur nimia tristitia: de qua dicitur. Miserere animi deīcitur spi- ritus. Nunquam ergo tristetur, qui de spe gaudere desiderat. Felix enim qui non habuit animi tristitiam: nec excidit à spe sua. Oportet nos semper de Dei miseratione confide- re: & de nostra infirmitate formidare, non tamen funditus obruat spem metus. Eo nanq; fit damnabilior, quo à soliditate spei animus fit longior. Semper nanq; oportet miseri- cordiam & iudicium domino cantare, si uolumus secure de uirtute spei gaudere.

Quomodo

Quomodo tripliciter, scilicet in Deo, in beneficiis Dei, & in sanctorum suffragijs debet se exercere mens, que uirtutem spei nutrire desiderat: atq; de perfectione eiusdem.

Cap. V.

**S**icut cunctis patet, non datur in aliquo qualicunq; negotio pertingere ad finē sine medio, ita nec ad cōsummationē uirtutis. Quapropter ut omnibus de forma proficiēdi, in hoc capitulo, quod præ manibus est, aperiēda sunt, que iuuant uirtutē spei, & quibus cōsiderationibus ipsa uirtus nutriatur & perficiatur. Sunt nanc; multa, quæ si cōsiderentur, uehementer exultatione spei replent animā. Quarum considerationum prima & potissima est, cùm rationalis creatura intuitum suum dirigit in deum multiplicitate: scilicet in quātum ipse creator hominis est. Hanc enim prærogatiuam homini creando dedit: quia ad imaginem suam ipsum fecit. Ad imaginem quippe Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari potest; repleti non potest. Capacem enim Dei, quicquid Deo minus est, non implebit. Et sicut Deus omnem creaturam, sic anima omnem naturam corporalem nature dignitate precellit. Non enim potest Deus odisse quod fecit: de quo scriptum est. Diligis nanc; omnia p; quæ sunt, & nihil odisti horū quæ fecisti. Vbi autē maiora caritatis indicia, ibi est maioris spei materia. Similiter inquantū dominus est. Nunquid uolūtatis meæ est (dicit dñs) mors impij: & non magis ut conuertatur à uijs suis, & uiuat? Deus nanc; tristatur, non de sua iniuria, sed de hominis perditione. Sicut rex audiens criminosas personas, quū sit benignus, lege quidem compellente ipse mortis sententiam dicit aduersus eas: tamē misericordia instigante lacrymas fundit super ipsas, & uult eas adiuuare, & non potest contradicente iustitia: quoniā sicut iustitia sine misericordia non est iustitia, sed crudelitas: ita misericordia sine iustitia non est misericordia, sed fatuitas. Eodem modo Deus maluit parere, q; irasci: latiusq; misericordia q; iustitiam cōtra hominem operatur. Prouehitur etiā anima ad spei uirtutē, quū Dei cōtemplatur misericordia: immo uerius cùm ipsum ipsam esse misericordia non ambigit: hoc psalmo attestat, q; ait, Deus meus misericordia mea: quid dulcior, quid mitius, quid hoc benignius audiri potuit? Nunquid, ait scriptura, potest mater obliuisci filij uteri sui? Tametsi illa oblita fuerit, ego non obliuiscar tui (dicit dominus) Misericors plane, & miserator dñs. Misericors est cùm creat: q; nullis beneficijs prouocat, ut præstet, miserator autē cùm res cadētes sua pietate restaurat. Misericordia em est alienæ miseriae cōpassio, qua q; si potest subuenire cōpellitur. Propterea dñi miserationum recordabor, ne ingratus inueniar. Multas enim miserationes cōtulit animæ meæ, quas coram omnibus referabo, ut una sit omnī uox, & affectus laudis eius. Multi nanc; in seipsis has inuenire possunt, quas dicturus sum. Prima est q; à pluribus peccatis adhuc in seculo positū custodiuit: prima quidē non inter omnes, quas contulit mihi: sed inter has quas narraturus sum. Quis nanc; dubitet, quin ut in multa cecidi: ita & in plura poterā cecidisse facinora, nisi omnipotēs pietas cōseruasset me: Fateor em & toto corde clamabo, nisi q; omnipotēs deus, & misericors adiuuissest me: utiq; in omnē reatu cedisset anima mea. Aliā quoq; miserationē in me exercuit dñs, quæ q; benigna, q; libera, q; gratuita sit, sermone nequit explicari. Heu dñe peccabā ego, & tu dissimulabas, non cōtinebam à sceleribus: & tu abstinebas à uerbetibus, & prolongabā ego multo tēpore iniūtitatē: & tu clemēs pietatē tuā, qd est magnū miserationis opus: quia non dolere de peccato, qd perpetrat: magis indignari, atq; irasci facit Deū, q; multa, quæ iam præterita sunt. Addidit etiā hanc misericordiarū pater, ut ex uisitatione sua fierēt mihi amara, quæ prius dulcia uidebātur. Nam hoc est quod nos lætificat in omnibus laboribus, in omnibus periculis huius uite, hoc nēpe amarescere facit, qd peccādo prius placebat: amor, scilicet noster in Deum, & pium studiū, certa spes, & seruor spiritus. Indulxit etiā benignus dominus animæ meæ donū istud, ut susciperet misericorditer pœnitētiā meā: atq; in eorum numerū me ascripsit, quos beatos psalmus uocat, dicens, Beati quorū remissæ sunt iniūtates, & quorū, &c. O pœnitētiā quid in laudibus tuis efferā, quid de te dicā? deū tu placas, hominē ad statū suū reparas, om̄ia ligata tu soluis, om̄ia clausa tu aperis, om̄ia aduersa tu mitigas, om̄ia cōfusa tu lucidas, om̄ia desperata tu animas, & opprobria, quæ pugnantibus debent, tu tegis. Parū autē hoc uisum fuit diuinæ clemētiæ: nisi etiā tribueret istud mihi, uidelicet uirtutem continendi deinceps: per quam mutarem in melius incompositos mores, nec paterer reciduum, fierentq; nouissima mea peioribus.

Ex

**A** Ex quo dono revoluebā frequenter in animo: & intelligebam grauiorem esse culpam post ueniā: renouatum uulnus peius dolere post curam: molestius hominem sordidari post gratiā. Nam uere indulgētiæ ingratus est: qui post ueniā peccat: sanitatis indignus est, qui semetipsum postquā sanatus est, uulnerat: nec mundari meretur: q; seipsum post gratiā coinquinat. Ex his em quæ dicta sunt, à malo me liberauit dominus meus: sed q; nō sufficit abstinere à malo, nisi fiat qd bonū est: sicut legit. Declina à malo: & fac bonū. Exhibuit animæ meæ ipsa diuina bonitas duplicitate misericordiā: ut ex plenitudine gratiarū totus transeā in laudes dilectionis eius: & repleat spe beatitudinis illius. Quarū prima est gratia promerendi. Solā em gratia est, quæ discernit redēptos à perditis: quæ quū homini infundit cūcta mētis illius abscondita manifestat. Tunc diligere incipit, qd prius nesciebat: tunc spe roborat, omnia propter deū operatur: & eo magis auget meritum: quo per dilectionē amplius exercet: quia sicut æquum est desidiosis laboratiū premia denegare, ita cōuenit diligētibus & operatibus optata remuneratiōis merita cumulare. Alia est spes obtinēdi. Qui enim gaudet in spe, tenebit: qui autē spem nō habet: ad rē nō poterit peruenire. Manet enim deluper speculator cunctorum præscius deus, bonis premia, malis supplicia dispensans. Nec in deo frustra positæ sunt spes precesq; quæ recte quū sunt, inefficaces esse nō possunt. Auersamini igit̄ ô mortales uirtutis uirtutes collate: per spem ad recta animū subleuate: humiles preces in excelsum porrigit, magna uobis est (si dissimulare nō uultis) collata operādi facultas: quoniā bonis operibus uestris repromissa est æterna felicitas. Hæ sunt domine miserationes, quas fecisti ancillæ tuæ. Hi sunt riui profundantes suauitatē ab æterno fonte bonitatis tuæ, irrigantesq; mirifice cor meum. In his cōsiderationibus spe nutritur, delectatiōe pascitur, & uirtutibus robatur, nec in uia poterit à bono opere deficere, si quæ dicta sunt, nō neglexerit cogitare. Est etiā alia consideratio, quæ singularē habet effectū ad erigendā mentem in uirtutem spei: scilicet beneficiorū dei, quæ possunt quadrupliciter distingui. Quædā enim generalia sunt: ut est redēptio mundi, institutio sacramentorum, & alia quæ ad salutē pertinent C generis humani. Hæc quis enarrabit: Quæ lingua dicere, quæ ratio capere sufficit redēptionis beneficia: quomodo factus est homo hominis factor, ut sugeret ubera regēs sidera, ut esuriret panis, sitiret fons, dormiret lux, ab itinere uia fatigaretur, falsis testibus ueritas occultaretur, iudex uiuorum & mortuorum à iudice mortali iudicaretur: ab iniustis iustitia damnaretur, flagellis disciplina cædere, spinis bovis coronaretur, in ligno fundamentum suspenderetur, uirtus infirmaretur, salus uulneraretur, & uita pro mortuis moreretur: Quanti uero beneficij sit institutio sacramentorum saluti hominum necessaria: non est qui digne loquatur. Ab ipsa nanc; dei sapientia homine assumpto: à quo in libertatem uocati sumus: pauca sacramenta saluberrima constituta sunt, quæ societatem Christiani populi sub uno deo libere continerent. Constituta nanc; sunt ab ipsa incarnata sapientia pro salute hominum septem sacramenta, pro diuersitate saluādorum. Primum est intrantium: ut est baptismus. Secundum est pugnantium: ut est confirmatio. Tertium est uires resumentium: ut est Eucharistia. Quartum est resurgentium: ut est pœnitentia. Quintum exeuntium: ut est extrema uncio. Sextum ministrantium: ut est ordo. Septimum nouos milites introducentium, ut est matrimonium. Horum etenim sacramentorum magna est utilitas. Baptismus ordinatus est contra originale peccatum: pœnitentia contra mortale: extrema uncio contra ueniale: ordo contra ignorantiam: eucharistia contra malitiam: confirmatio contra impotentiam: matrimonii contra concupiscentiam: quam temperat, & excusat. Disponunt quoq; hæc sacramenta ad septem uirtutes habendas. Baptismus est sacramentum fidei: confirmatio spei: eucharistia caritatis: pœnitentia iustitiae: extrema uncio perseverantiae, quæ est fortitudinis completem: ordo prudentiae: matrimonium temperantiae. Sunt & aliæ complures homini sacramentorum dignitates, & causæ, quæ omittebantur sunt. Patet enim euidenter ex his generalibus beneficijs, quo uigore in uirtute spei mens ualeat proficere illa considerando. Aliqua sunt beneficia specialia, quæ etiam promouent ad spem, quæ quibusdam collata fuerunt ad legentium profectum à domino Iesu pietatis fonte & uitium magistro. Vnde ô domine Iesu omnino propter mansuetudinem, dulcedinem, & caritatem, quæ de te prædicatur & legitur, intrepida spei uirtute currimus post te scientes

scientes quod non pauperes spētas, peccatores non horreas, infirmos non ab̄icias, & ignobiles non contemnas. Nempe pie Saluator dulcissime domine non horruisti confitentem latronem, non lacrymantem peccatricem, non Cananeam supplicantem, non deprehensam in adulterio, non sedentem in theloneo, non orantem Publicanum, non negantem discipulum, non persecutorem discipulorum, nec ipsos crucifixores. Horum exemplo beneficiorum accensus & prouocatus nequaquam diffidere de me, & sperare de te cessabo. Consideratio quoq; corporalium beneficiorū non mediocriter eleuat & erigit contemplantem: ut est creatio mundi, gubernatio, & ipsius sustentatio: quæ quoniā experientia nouimus, & intelligimus, silentio tegēda sunt. Tam multa enim sunt, quod nec facundia exprimuntur: nec intellectu percipiuntur: ideo magna ueneratione digna sunt. Ex his etenim cognoscitur ipsorum factor. Tria quidem maxime de creatura scienda sunt breuiter: scilicet, quis eam fecerit: per quid fecerit: & quare fecerit. Si querit quis fecerit: deus: si per quid: dixit & facta sunt: si quare fecit: quia bonus est. Neq; quisquā autor excellētior est deo: nec ars efficacior dicitur uerbo, nec causa melior, quā ut bonum crearetur à bono deo. Intelligat ergo rationalis creatura, quod hoc bonū à summo bono ei ad bonū traditum sit: ut cognoscat creatorē & largitorem uidelicet ex perpetuitate quia creator est æternus: ex magnitudine quia omnipotens: ex ordine & dispositio ne quia sapiens: ex conseruatione quia bonus: & ex largitione quia caritas. Cælum cæli domino (ait Propheta) terram autē dedit filijs hominum. Merito nāq; debet confidere: cui tanta donata sunt. Quis autē diffidere poterit, si cōuerterit cor suum ad intuenda beneficia spiritualia: quæ fidelibus à deo tribuuntur: Infundit enim deus filijs suis spiritum suū multipliciter ad salutem, ad miraculum, ad auxilium, ad solatium, ad feruorē. Ad salutem quum in toto corde reuertimur ad deum. Ad miraculū, quum signis & prodigijs coruscare facit fideles. Ad auxilium quū in temptationibus & pressuris adiuuat infirmitatem nostrā. Ad solatiū quū per internam suauitatē testimonium reddit spiritui nostro, quod filij dei sumus. Ad feruorem quū in cordibus perfectorum uehementius accedit G ignem caritatis: ut non solū in spe filiorū, sed etiam in tribulationibus gloriantur, contumeliam gloriam reputantes: quod est perfecta spei certissimū signū. Hæ etenim quatuor beneficiorum dei cōsiderationes: quasi quatuor flumina sunt egredientia de paradiſo uoluptatis, id est ab ineffabili clementia maiestatis diuinæ: & irrigantia totā terrā, corda, scilicet fidelium: ut per uirtutem spei, quæ horum meditatione nutritur & perficitur, proferre ualeant opulentissimos uirtutum fructus, nec deficere præ siccitate exuberantū passionum: quatinus circū quæ muniti, intrepidi possint ascendere ad ciuitatem sanctā Hierusalem, quæ est omniū electorum mater: in qua deum sicuti est, uidebunt se liciter. Sunt etenim nō mediocris exhortationis ad profectum spei suffragia ac merita sanctorū: quæ ut clarius eluceant, quadrupliciter distinguenda sunt: quarum potissima & summè amabilia sunt Christi Iesu domini nostri suffragia ac merita. Nam ipse dei & hominū mediator, ut culpam nostræ transgressionis extingueret: & ad cælestia speranda cor eleuaret, uoluit fragilitatis nostræ naturā assumere: in qua opprobria & uaria contumeliarū genera perpessus est, ut efficaciter notificaret: quo nos amore diligenter, quæ nos fiducia erigeret: quibus meritis nosdītaret. Voluit quippe ipse dominus p̄ omnia in natura, in passione, in morte assimilari nobis: ut fidelis pontifex fieret ad patrem, & repropitiaret delicta nostra. Talis enim cōgruebat nobis, ut fieret pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, excelsior cælis factus, & cōstitutus ad dexteram dei in cælestibus super omnem principatū, & potestate, & uirtutem, & dominationē, & omne nomē, quod nominatur: non solum in hoc seculo: sed etiam in futuro ad interpellandū pro nobis: de quo per Ioannē dicitur. Aduocatum habemus apud patrē Iesum Christū: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Hæc utiq; est tota spes nostra: omnisq; fiducia: ubi enim natura & caro nostra regnat: ibi & nos regnare gloriemur. In ipso enim domino Iesu dulcissimo iam resurreximus: iam ascendimus: iam in cælestibus consedimus. Sumus membra eius, & ipse est caput nostrum: ex quo totum corpus cōpactum est. Ideo abigenda est omnis dubitatio, & diffidētia. Os de ossibus nostris, & caro de carne nostra est. Ideo iā non poterit spernere nos: quia caro & frater noster est. Quā utiq; carnē patri ostēdit cicatricibus plenā, uerberibus suis collisam, & pro electorum salute

Psal. 113

1. Ioann. 2

1. Petri. 11

A salute in altari crucis extitisse immolatam. Et ex hoc non potest contemni, quod tanto precio redemptum est, talis intercessore postulatur, tam uehementi amore diligitur, & tam mirabilis uinculo copulatur. Graudeamus igitur omnes in domino Iesu, quia non solum in paradisi possessione per ipsum firmati sumus, sed etiam usq; ad diuinitatis thronum in ipso cōscendimus, ampliora recepturi per eius ineffabilem gloriam, quā per diaboli perdideramus inuidiam, quia quos diabolus de primi habitaculi felicitate eiecit, hos dei filiū sibi conformatos ad dexteram patris collocauit. Concipienda est præterea magna fiducia in dei & domini nostri genitrice post ipsum redemptorem nostrū dominum Iesum. Hæc est dulcedo & spes nostra, quia est mater pulchræ dilectionis, timoris, magnitudinis, & sanctæ spei. In ipsa omnis gratia uitæ & ueritatis, & omnis spes uitæ & uirtutis est. Quid dei matre nobilis, quid Maria splendidius, quam splendor gloriae elegit, ut ex ipsa naturam nostram assumeret. Hæc mentis copiosa, quia uirtutibus plena. Ipsa fuit corde humilis, uerbis grauis, animo prudens, loquendi magistra, intenta B operi, uerecunda sermone. Hæc nāq; nouit deum querere, nullum lādere, omnib; bene uelle, iactantiam fugere, rationem sequi, uirtutem amare. Quando ista fastidiuit humilem, quando irrisit debilem, quando uitauit inopem. Nihil in oculis toruum, in uerbis procax, in actu incompositum. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior. Talis nāq; fuit, ut ipsa corporis species simulacrum mentis fieret, & probitatis exemplum. Ipsa deniq; est thronus gratiae, de cuius plenitudine accipiunt uniuersi, captiuus redemptionem, æger curationem, tristis consolationem, peccator ueniam, iustus gratiam, angelī lātitiam, filij persona humanæ carnis substantiam, deniq; tota trinitas gloriam, ita ut non sit, qui se abscondat à calore eius. Hæc est stella maris in peccatorum conductione, quia per mare huius seculi eos dirigit, ad portum pœnitentiae, & ad filium perducendo. Vnde oculi omnium peccatorum sunt ad ipsam, sicut oculi omnium nautarum ad maris stellam. Si igitur insurgant uenti temptationum, si incurras scopulos tribulationū, ne auertas oculos a fulgore huius sideris, si non uis obrui procellis. O quis C quis te intelligis in huius seculi profluuo magis inter procellas & tempestates fluere, quā super terram ambulare, respice stellam, inuoca Mariam. Si criminum immanitate turbatis, uel conscientiæ fœditate confunderis, aut baratro desperationis absorberis, respice stellam, uoca Mariam. In periculis, in angustijs, in rebus dubijs cogita Mariam, non recedat ab ore, non recedat à corde, & ut impetres eius suffragium, ne deseras exemplum. Ipsam sequens non deuias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans nō erras, ipsam tenens non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia peruenis. Hæc est, quæ dedit cælis gloriam, terris deum, pacemq; refudit, fidem gentibus, finem uitij, uitæ ordinem, & moribus disciplinam. Ad hunc fontem diuinæ gratiae, quæ emanat in Maria, sitibunda properet anima nostra. Ad hunc misericordiæ cumulū expanso & dilatato animo erigatur spes nostra, cui humili corde & deuota supplicatione fiducialiter dicamus. O benedicta inuentrix gratiae, genetrix uitæ, domina angelorum, rogamus te ut per te accessum habeamus ad filium tuum dominum Iesum. Per te suscipiat nos, qui per te datus est nobis, excusat apud ipsum integritas tua culpā

D nostræ corruptionis, & humilitas tua deo grata nostræ ueniā impetrat uanitati, copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum, & fœcunditas tua, fœcunditatem nobis conferat meritorū. Quis enim diffidere debet sanæ mentis existens, quū videat super se ex miseratione diuina tam sedulam angelorum custodiā. Angelī nāq; boni ad ministerium humanæ naturæ deputati sunt, offeruntq; uota, precesq; hominū, si sine deceptione puras leuari in cælum manus perspexerint, & eos protegūt ab incurribus inimicorum. De his per Psalmistam dicitur. Angelis suis mandauit de te ut custodianter te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quātam nobis debet hoc uerbum afferre reuerentiam, afferre deuotionem, conferre fiduciā. Reuerentiam pro præsentia, deuotionem pro benevolentia, fiduciā pro custodia. Quid igitur sub tantis custib; tūdib; timēamus. Superari non possunt, quia potentes sunt, seduci nō possunt, quia prudentes sunt, minūs autem seducere possunt, quia fideles sunt. Tātu sequamur eos, quāriam sub eorum protectione deficere non poterimus. Nam quotiescunq; grauissima cernitur urgere tentatio, & uehementis tribulatio propulsauerit, clamemus ad illos, inuit

Psal. 99

Laur. Iustin.

g temus

temus custodes nostros, directores nostros, adiutores nostros in opportunitatibus in pe-  
riculis. Non enim dormitant, neque dormiunt, et si ad tempus obaudire dissimulent. Quia  
enim perseverauerimus in prece, ipsorum plane sentiemus presentiam pariter & praesi-  
dium. Agunt utique celestes spiritus & uenerandi custodes nostri, diem festum latentes  
super ihesu, qui fugientes omne, quod deo odibile est, per exercitia uirtutum, ipsorum festi-  
nant se sociare confortijs. Sed uale nobis, si quando prouocati sancti angelii peccatis &  
negligentijs nostris indignos nos iudicauerint presentia & uisitatione sua, qua prote-  
gere nos, & abiijcere poterant inimicum. Quoniam igitur necessariam habemus fami-  
liaritatem dignationis angelicæ, caueamus omnem offensam, qua possint contra nos  
quoquo modo alterari. Tunc grata nobis erit eorum presentia, tunc præcipua super nos  
custodia uigilabunt, tunc erga nos eorum erit iucundus aspectus, quem uiderint nos ca-  
stitatem, sobrietatem, & humilitatem diligere, quem nouerint nos orationem frequen-  
tare, crebros singultus & gemitus amoris ad cælum emittere, quem mentis puritatē, ca-  
ritatis unitatem, spiritus feruorem, & uirtutum perfectionem perspexerint nos uelle ap-  
prehendere. Satagamus igitur talibus studijs eos latificare in terris, quorum suffragijs  
confidimus eorum posse æqualitatem consequi in cælis. Excitat postremo non medio  
criter pusillanimitatem nostram, & spei uirtutem efficaciter inserit, & perficit in cordi-  
bus nostris, suffragium & exemplum sanctorum. Summopere enim desideranda nobis  
sunt sanctorum suffragia, ut ipsorum intercessione nobis donetur, quod nostra non ob-  
tinet possiblitas. Ad eorum igitur suffragium configiendum est, potentes in terra sunt,  
sed in cælo potentiores ante conspectum dñi dei nostri. Si enim hic dum adhuc uiueret,  
miserti sunt peccatorum, & orauerunt pro eis, nunc tanto amplius, quanto uerius agno-  
scunt miserias, orant patrem in cælis, quia beata illa patria non immutauit caritatem eō  
rum, sed augmentauit, & nunc potius induunt sibi viscera misericordiæ, quem ante fon-  
tem misericordiæ assistunt, unde si sanctorū suffragijs cupimus adiuuari, eorum uitā no-  
bis iugiter præponamus, & sequamur opere, quos orationib. pulsamus. A malitia, odio  
& superbia cogitatu mundemus cor, quoniam nō nisi iustos, innocentes, simplices, & pu-  
ros, cælestis aula suscipiet. Venite pusillanimes, accedite in spiritu ad hoc spirituale con-  
uiuium oēs uos, quos conscientiæ formido & præteriorū deterret memoria peccatorū,  
considerate diuinæ fontem misericordiæ super salute mortaliū, intuemini quanta homi-  
nib. spiritualia, & corporalia dona collata sunt, contemplamini auido corde, q̄ iucunde  
omnia illa cælorum agmina deum laudantia suis orationib. iuge uobis præstet patroci-  
num. Sed nec pretereat uos dulcis filii dei & genetricis ipsius recordatio, quō assistunt  
deo, orent pro uobis, & compatianf. Sumite fiduciā, & in dei bonitate sperate. Hæc co-  
siderate quæ dicta sunt, quia uitæ æternæ uerba sunt. Tāto nāq̄ solidius & perfectius in  
dño sperabit cor uestrū, quanto prius hæc mente tractabitis. Et eo minus in hac peregrina-  
tione deficietis, quo uerius in fontem diuinæ misericordiæ per uitutē spei mētis oculos leuaueritis. Hæc est enim uitus, quæ claritate sua deū nobis manifestat, hæc est, quæ  
inter hostiū cateruas intrepide ante faciē dñi nos perducit. Tolle hæc à corde hominis,  
& illico corrue in foueā desperationis & perditionis. Summum utiq̄ gradum obtinet  
hæc inter cæteras uitutes, apud deum uero magnum possidet meritū, sed inter fructus  
ligni uitæ septimū sortitur locum. Quam qui tenuerit, petire nō poterit, sicut dño canit  
Propheta dicens. In te dñe sp̄eraui, non confundar in æternum, & in secula seculorum.  
*Psal. 30.*

### D E V I R T U T E P E R S E V E R A N T I A E E T D E I P S I V S D I T-

*finitionibus. Quæ uitus pro sua dignitate inter fructus ligni uitæ octauum possidet locum. Cap. I.*



Omine dilexi decorem domus tuæ & locum habitationis gloriæ tuæ. Animum mos est, ut semper præsentem habere studeant, quem amant. Tantoq̄ frequentius, quanto ardentius. Nec se ullo ualent satia-  
remodo, quin potius ex gusto esuriem, & ex hausto sūm ad ipsiſcūtur, sed nec ipsa plenitudine gradus sui requiem inueniunt, donec dilecti  
fruantur potitis amplexibus. Fit eis interim onerosa mora, & omnis de-  
latio poena. Clamat & ardant, & in ipso clamore deficiunt præ amore, præ dulcedine,

A præ abundantia iucunditatis & gaudij. Sicut enim nō satiatur oculus uisu, sic nec isti ca-  
ritate. Qui quum nequeant implere ardorem desideriorum suorum, cogitationibus se  
excent. Reuoluunt animo decorem domus dei, & locum habitationis gloriæ ipsius,  
qua ex preciositate sui, ex claritate, ex æternitate, & immensitate trahit post se concipi-  
fientias hominum, angelorumq;. Attollunt contemplationis oculos in gloriam condi-  
toris, rimantur ipsius incomprehensibilem pulchritudinem, regni magnificenciam, & do-  
mini Iesu inenarrabilem cellitudinem. Discurrent per admirabilem plenitudinem gau-  
dij cælestium spirituum, non se ualentes capere præ suauitate, unde fit eis onerosus cor-  
poris carcér, & prælongatio præsentis exili pro desiderio æternitatis. Appetunt uotis,  
instant orationibus, & operibus protestant ardorem cordis, et corporis dissolutionem.  
*Matt. 25*

B fiducia exhibenda. Et post rubrum mare præsentis exilij submerso spirituali Pharaone  
cum suo exercitu, tympanum tenens diuinæ modulationis pro perseverantia & uicto-  
ria militis egredientis præcinet responsuris. Cantemus domino, gloriose enim honorifi-  
catus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Horum etenim cogitatio & gustus illo-  
rum est, qui sub agone obedientiæ dedicarunt uitam suam, quia nec in tentationib. mol-  
lescere, nec in difficillimis nouerūt deficere, qui quotidie pro Christo moriētes in Chri-  
sto uiuere didicerunt. Nam uitæ ianua mors est. Istorū nāq̄ mentes à propria, firma  
& inconcussa nequeunt stabilitate moueri, quia sc̄iunt, cui seruiunt, quid acquirāt. Pro-  
pter quod obliuiscentes, quæ retro sunt, & ad anteriora intellectum affectumq; exten-  
detes, omnem cogitationem cunctumq; studium in exercitationem uirtutum, in extin-  
ctionem uitiorum, & propriæ uoluntatis oppugnationem conuertunt, quoniā deo re-  
uelante & experientia teste dīcēunt talibus exercitijs deum promereri posse, nec ad  
illa posse pertingere, nisi usq; ad mortem perseverauerint. Vnde uiriliter arripiunt pu-  
gnam, & fortiter in ipsa perseverant scientes quod nō pertingit ante finem operis ad  
mercedem laboris. Hanc enim perseverantiam diligunt, ipsam cæteris uirtutibus ante-  
ponunt. Nam etsi omnes uitutes ad cælum possessorem suum trahant, solam tamē hæc  
esse cognoscunt, quæ accipit brauium. Quam ut facilius assequatur, sibi ipsi præponit  
instabilitatis damna, & perseverantiae merita & coronas, quatinus & allicitantur dulce-  
dine meritorum, & consideratione cohibeantur pœnarum. Nām perseverantia est in ra-  
tione bene considerata stabilis & perpetua permancio. De qua uitute quoniam in tra-  
statu patientiæ plura dicta fuerunt, quæ huic concurrunt, pauca succinctè scribentur,  
& sic finis erit.

*De commendatione perseverantie & multiplice utilitate, que ex ipsa procedit. Cap. II.*

**S**icut enim oculis corporalibus necessaria est lux, ut suo perfruatur sine, ita  
& omnibus prædestinatis & uocatis ad regnum cælorum hæc uitus per-  
severantiae. Et sicut absq; luce frustra aperitur oculus, eodem modo inaniter  
currit, qui usq; ad finem uitæ non perseverat. Quapropter ut omnibus deo  
famulantibus, & in mandatorum dei uia pergentibus detur audacia perse-  
uerandi, hic aliqua in ipsius uitutis commendationem subscribenda sunt. Nam omnis  
labor leuis efficitur consideratione mercedis. Plurimum nāq̄ ad perseverantiam acce-  
dit promissio, quæ perseverantibus fit, de qua per Ioannem in Apoc. dicitur. Esto fide-  
lis usq; ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Nam semper solet diabolus perseverantie  
insidiari, quam solam inter uitutes nouit coronari. Utilitates etiam plurime quæ ex  
hac proueniunt uitute perseverantiae, dant robur. Nam impetrat, quod uult. Vnde do-  
minus ait de amico, qui media nocte uadit ad amicum, ut panem petat. Si perseverauerit  
pulsans, & si nō dabit, eo quod amicus eius sit, propter improbitatem eius surget, &  
dabit quotquot habet necessarios. Si enim homo perseveranter petenti dat ex tædio,  
multo magis deus qui sine tædio largissime donat, quod petitur, perseveranter petenti  
donat ex amicitia. Et quomodo non dabit perseverantibus in prece, qui ut gratis tribuat  
nobis, hortatur ut petamus, cui displicet, si nō petamus. Quomodo autem quicq; nega-  
bit perseveranter petentibus, qui sponte obtulit se nō petentibus. Et qui proprio filio nō  
*Laur. Iustin.*

pepercit, sed pro omnibus nobis tradidit illum ad occidendum, quō nōbis cuncta, quae perseueranter petimus, non donabit. Hæc uirtus perseuerantiae difficultia facit leua. Subito nanc procedenti de umbra ad solem, de ocio ad laborem graue est ei, quod incipit, sed postq; in his assuescere & perseuerare cœperit, usus tollit difficultatem, & facile esse incipit, quod impossibile ante putauit. Ipsa nihil imperfectum relinquit. Nam nil est, q; non impugnet pertinax, & intenta operatio, ac diligens & perseuerans cura. Videmus mulieres senilis ætatis perseuerando longas peregrinationes perficere, & aquam quæ adeo mollis est, lapidem tam durum perseueranti percussione cauare. Ipsa meretur apprehendere præmium. Nam perseuerantia est singularis filia summi regis, finis uirtutū, earumq; consummatio, sine qua neq; qui pugnat uictoriā, nec palmam uictor consequitur. Nutrix est ad meritum, mediatrix est ad præmium, soror patientiæ, constantiæ filia, caritatis uinculum, sanctitatis propugnaculum. Tolle hanc, nec obsequium mēcedem habet, nec beneficium gratiam, nec laudem fortitudo. Sola est, cui æternitas redditur, uel potius quæ æternitati hominem reddit, dicente domino. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.

*Quæ multa sunt, et quæ sint illa quæ hominem, ne perseuerantiam teneat, prepediunt.* Cap. III.

Vpienti proficere, & ad palmam uirtutis peruenire anhelanti nō sufficit, quæ agenda sint scire, nisi etiam cognoscatur, quæ debeat declinare. Quare nunc subsequenter, quæ perseuerantiae aduersant, dicenda sunt, quatenus utrarumq; scientia edoctus & præmunitus, ualeat facultus ad finem prope rare. Vnde sciendum est, quod plura sunt, quæ perseuerantie aduersantur,

*Eccles. 27* uidelicet primo fatuitas sicut scriptum est. Stultus ut luna mutabitur. Nam sapientia habet idem uelle, idem nolle, diuerſitas uero uitium est, & signum uacillantis animi, ac nō dum habentis uigorem suū. Proponit sibi quod vult, nec in eo quod sibi proposuit, perseuerat, sed transilit, nec tantum mutat, sed redit in ea, quæ prius deseruit, ac dānauit. Variatur quotidie in talibus iudicium, & in contrarium uertitur, ac agitur eorum uita per uisum. Aduersatur etiam non mediocriter perseuerantie peccatum. Nam cor imp̄ quæ si mare fertur, quod quiescere non potest. Iuxta quod scriptum est. Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Visitata nanc culpa obligat mentem, ut nequaquam surgere possit ad rectitudinem. Conatur, & labitur, quia ubi sponte diu persistit, ibi etiam quum noluerit, cadit. Lex enim peccati est uiolentia consuetudinis, qua trahitur iniustus animus eo merito, quo in eam uolens lapsus est, ad quam quodam progressu peruenit anima. Primo fit titillatio delectationis in corde, deinde cōfessio, tertio operis perpetratio, postremo consuetudo, in quam deueniens anima, suorum extra se trahitur uinculis peccatorum. Multum quoq; reddit instabilem animum impatientiæ uitium, & ad perseuerantiam ineptum. Quis siquidem tam felix est, ut quum dederit impatientiæ manum, illico statum suum mutare non optet. Coercerit omniō nequit animus impatientiæ uitio commotus, quia zelus sapere nescit, & impatientia consilium nō habet, ratione caret, & sui iuris esse non potest, aut secum commorari, quisquis morbo impatientiæ irretitus est. Carentia timoris similiter uirtute perseuerantie priuat hominem. Ti-

*Tren. 1* minor enim stabilem animum reddit, sicut ancora nauem stare facit. Ancora nanc mentis est pondus timoris. Fugit ovis tremebunda ad caulas ueniente lupo. Abscondit se columba pauitans accipitre viso. De cauerna itus exire non audet esuriens ambiente casto. Sic nec qui timet, aut amittere gratiam & gloriam, uel incidere in peccatum, & damnationem à soliditate perseuerantiae poterit se amovere. Defectus quoq; dilectionis loge facit hominem à perseuerantia. Amor quoq; boni animum stabilem facit, sicut radix profunda arborem. Qui enim implantatus est, abundabit nequitia. Nam & amicitia tanto certior, quanto profundior est, quia facile mutari non potest, quod per longa tempora custoditur. Qui uerè est amicus, perseueranter & omni tempore diligit. Nam formatum non separat, labor non laxat, thesaurus non superat, alienus amor nō occupat. Aduersatur etiam uehementer perseuerantie cordis duplicitas & simulatio, de qua dicitur. Vir duplex animo inconstans est in omnibus uis suis. At contra nihil stabilius, nil feli cius simplici corde, quia qui innocentiam erga alios exhibet, nihil est quod ab alijs formidet. Habet enim arcem animi simplicitatem suam, nec suspectus est pati, quod se fe-

cisse

A cisse non meminit, nec ab incepto itinere deuiat, quum semper roboretur dulcedine internæ puritatis & simplicitatis. Mens autem prava & duplicitate plena semper in labi ribus est, semper in fluctuatione, quia aut molitur mala, quæ inferat, aut metuit, ne sibi illa ab alijs inferantur. Tot enim passibus, tot gradibus decidit à perseuerantiae bono, quod malis machinationibus polluitur, & foedatur.

*Quibus indicijs possit rationabiliter presumi de hominis perseuerantia, quæ quanto magis in unoquoq; concurrent, tanto fortiorē ipsum exhibent ad perseuerandum.* Cap. IIII.

Venadmodum ex aeris temperie comprehēditur qualis futura sit messis, ita ex ijs, qui sequuntur, effectibus potest comprehendēti, qualis futura sit hominis perseuerantia, quibus quicunq; caruerit, ad cōsummationem cursus peruenire non poterit. Sunt enim uera indicia soliditatis mentis, quæ soliditate quisquis ornatus fuerit, à perseuerantiae uirtute deficeret nequaquam ualebit. Horum enim certum indicium esse arbitror intellectus stabilitatem, de qua per

B Paulum dicitur. Non sumus paruuli fluctuantes omni uento doctrinæ. Vnde quicunq; hanc soliditatem apprehendere festinat, non aliunde quā à fonte, à ueritate, ab altitudine diuinorum eloquiorū ipsam speret percipere. Est enim sacra scriptura nobis à domino exhibita, ut in ipsa intellectus nostri curiositas solidetur, & uelut in quodam spe-

cule interna nostra facies uideatur. Ibi quid uerum, quid falsum sit, cōspicitur. Ibi foeda, ibi pulchra cognoscuntur. Ibi quantum intellectus proficiat, quantum capiat, sine offuscatione aperitur. Quid plura. Nihil in hac uita magis solidat intellectum, solidatumq; ostendit quā studium sacre scripture. Nihil in hac peregrinatione dulcius sentitur, nil dulcius sumitur, nil uerius capit, nil ita ab amore mundi mentem separat, nihil sic animum contra tentationes, & intellectum contra errores roborat, nihil ita hominem excitat, & adiuuat ad omne opus, & omnem laborem, sicut uerborum dei assidua meditatio. Ignitum (ait Propheta) eloquium tuū uehementer, in quo rationalis intellectus tan

quam in spirituali igne appositus solidatur, atq; perficitur. Est & aliud indicium ueritatis

C te plenum (uidelicet) & quanimitas in utraq; fortuna. Animus enim intuēs uera, péritus fugiendorum ac appetendorū, non ex opinione sed ex natura precia rebus imponens, in asperis blandisq; pariter inuentus, neutri se fortunæ submittens, super omnia quæ contingunt imperturbatus, intrepidus, quem nulla uis fatiget, quem nec attollant fortuita, nec deprimant, perseuerantie ac stabilitatis suæ certum reddit testimonium. Stat nanc rectus sub quolibet pondere, nulla illum res minorem facit, nil illi eorum quæ ferenda sunt displicet, quicquid cadere in hominem possunt, in se accidisse non queritur, uires suas nouit, uincit uirtute fortunam. Loci quoq; stabilitas hominem reddit decorum, & perseuerantie filium manifestat. Nam impossibile est in uno hominem figere animum suum, qui non alicui loco prius affixerit perseueranter corpus suum. Qui enim ægritudinem animi sui migrando de loco ad locum effugere nō sit, sic est sicut qui fugit umbras corporis sui, seipsum enim fugiens, seipsum circumfert, locum mutat nō animum. Eūdem se ubiq; inuenit, nisi quod deteriorem facit ipsa mobilitas. Quid terrarum iuuare nouitas potest, quid mutabilitas locorum. Irrita quidē est illa iactatio, onus animi de-

D ponendum est, & tunc omnis placebit locus. Frequens enim migratio instabilis est animi. Ut autem o homo animum possit continere, primum corporis fugam siste, deinde plurimum remedia continuata proficiet, sine dediscere oculos tuos, sine aures assuēte sanioribus uerbis. Quotiescumq; enim processeris, aliqua quæ renouent cupiditatem, occurrit. Dina Iacob filia egressa uidere mulieres regionis Sichemorum corrupta fuit, sic & anima discurrens per corporis sensus amittit interiorem integratatem, & instabilis efficitur, quia interna despicit, præterita non respicit, præsentia nō conspicit, futura nō prospicit. Firmitas etiam contra uentum temptationum probabilem exhibet hominem uirtute perseuerantie. Hanc enim constantiæ & perseuerantiae prærogatiuam dedit dominus Ioanni Baptista, quum de ipso ad turbas loqueretur dicens. Quid existis in desertū uidere, harundinem uento agitatam, quasi diceret, non fuit Ioannes mobilis sicut harundo, ut leuitate mentis & fidei de domino ambigeret, quem ante prædicauerat. Non fuit harundo Ioannes sed columna immobilis. Non mouebatur uento temptationum, nec prosperis erigi, nec aduersis inclinari ouerat. Nō quatuebat timore, nec flectebatur adu-

Laur. Iustini:

g 3 latione,

latione, nec eum blandum gratia, nec ira cuiuslibet asperū faciebat. Sic inimicos ut amicos diligebat, sic potentes ut impotentes arguebat. Discamus & nos harundines uento agitatæ non esse, solidemus animum inter auras tentationum positum, stet infelixis statutis mentis nostræ, nulla nos detracitio ad iram prouocet, atq; ad remissionem inutilis gratiæ, nullus nos fauor inclinet. Non nos prospera eleuent, non aduersa perturbent, ut qui in soliditate fidei, & amore uirtutis figimur, nequaquam temtatoribus, aut rerū transiuntium mobilitate moueamur. Perseuerantia atq; stabilitas in operatione patet ostendit operantem in electorum numero computandum, ac uirtute perseuerantiae esse redditum. Incassum enim bonum agitur, si ante uitæ terminum relinquatur, quia frustra uelociter currit, qui priusquam ad metas ueniat, deficit. Non potest recipere agricola frumenti grana, nisi in agro labore messis, in area ardorem solis pro separatione palearū à grano perseueranter pertulerit, sic neq; nos ad mercedis retributionem pertingimus, nisi in perseuerantia operis fortiter perstiterimus. Quum enim desideria bona concipiuntur, semen in terram mittimus, quum uero opera recta incipimus, herba sumus, quum autem ad perfectum boni operis crescimus, ad spicam peruenimus. Sed quum in eiusdem boni operis perfectione solidamur, atq; usq; ad mortem perseueramus, iam plenū frumentum proferimus, non igni comburendum ut zizania, sed per manus sanctorum angelorum in horrea cælorum deducendum, ubi tanto anima erit felicior, quanto quæ hic esset in corpore, in ardore caritatis, in perfectione uirtutum, in perseuerantia laborū fuerit promptior, atq; in extinctione propriæ uoluntatis extiterit feruentior, quia nō est vir strenuus, qui laborem fugit, nec diuinis honoribus cumulandus est homo, nisi erescat in dilectione perseuerantiae animus illius rerum difficultate. Beatus uir, qui non deficit contrario eventu, sed qui proficit de uirtute in uirtutem, quoniam huius mansio cū angelis in cælestibus collocabitur. Hic finis perseuerantium, & hæc est palma illorum, qui animas suas & corpora pro domino tradiderunt. Quum enim nil terrenum posside re uoluerunt, se diuinis honoribus dignos reddiderunt. Currite currite ô uos omnes milites Christi, properate festine & festiuue, quicunq; in obedientiæ & subiectionis studio certatis, seu certare disponitis ad audiendum, quæ magna uobis perseuerantibus à rego uestro & nostro promissa sunt. Vobis nanq; specialis facta est regni promissio, uobis patefactæ sunt cæli ianuae, uobis parata sunt regia insignia, & consortium angelorū. State in pugna, neq; deficiatis, ne desistatis ab incepto opere. Solum non perseuerasse, est amisisse coronam. Attollite oculos ad cælum, intuemini ipsum certasse, & uicisse, & certantes fortiter adiuuare exhortationibus, exemplo, uerbis, promissis, & donis. Nulla debet esse trepidationis ignauia in tantis fauoribus. Currite ad montem dei, ad gloriam ipsius contemplandam, ad perfectionem uirtutum, ad cacumen perseuerantiae. Ibi preparata sunt dona multa, & preciosa monilia. Ibi de manu regis cælestis recepturi elitis diadema speciei, & duplicita centuplicata. Ita tamen ascēdite, scilicet fortiter, simpliciter, confidenter, & perseueranter. Fortiter nanq; ascendendum est, & constanter iter uestrum arripiendum, quoniam multa in studio uestro aduersa sunt. Nam cōtra diabolum, contra hominum mores, uoluntates, & naturas, contra sensualitatem uestrā, & habitus uestiorum uestrorum, se uestra extendit colluctatio, quæ pro immanitate, pro diuersitate, pro numerositate, pro assiduitate fortissimum exigunt pugnatorem. Nisi enim fortis animo certauerit, quisquis hoc aggreditur bellum, necesse est, ut succumbat, & deficiat. Ideo in primo progressu, & ascensione huius intellectualis motis, perfectionis (uidelicet) & brauij, subiectionis figendum est tentorium ad radices ipsius uirtutis patientiæ, quatenus per ipsam ualeat strenuus pugil Christi omnia aduersa gaudenter tolerare. In secundo autem simpliciter ambulandum. Ei nāq; qui subest, necessarium est omnem propriam uoluntatem edomare sub præsidentiis & præcipiētis imperio. Quod nisi fiat simpliciter, inaniter curritur. Exigit enim uera obedientia, ut qui ea potiri nitatur, euacuet de corde suo omnem intellectus & uoluntatis propriæ existimationē, seq; ex omni simplicitate committat ei, cui propter deum obedire decreuit, & sub quo militare statuit. Tanto nanq; perfectius hanc obedientiæ uirtutem apprehendet quis, quanto simplicius se neglecto alijs obtemperauerit. Quum autem huius secundi ascensus a propinquauerit perfectioni, tunc ex munere diuino fugatis tenebris desperationis, & dubi-

A dubitationis, quantis bonis sit replendus intelliget, intelligendo gustabit, & gustando sperabit illa percipere. Tunc uirtutis spei tertium ascendit gradum, lætanter, uelociter, infatigabiliter, & corde lætabundo eructat affectu pleruncq; & uoce illud Prophetæ. Lætatus sum in iis, quæ dicta sunt mihi, in domū domini ibimus. Et iterum. Quæm dilecta tabernacula tua domine uirtutū, concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. Operatur qui huiusmodi est, quæ ei insunguntur feruenter & humiliiter exterius, interior ueiro ardet caritate, fertur uotis, gemitus emitit, seq; totum illi committit, quæ ex toto corde diligit, ac præ magnitudine amoris & spei frequenter ingeminat dicens. Quando ueniam, & apparebo ante faciem dei. Talibus enim exercitijs uirtus spei perficitur. His stimulis agitata mens de tertio ad quartum prouehitur gradum. De uirtute spei, & per uirtutem spei trahitur & currit ad consummationem perseuerantiae. Quæ uirtus est cæli ianua, paradisi porta, & regni introitus. Quo quum peruenerit abiecto carnis onere, & disruptis peccatorum vinculis, nec non & debellatis hostibus, indicibili exultatione, inco-

B prehensibili gaudio, & flagrantí caritate promit dicens. Ecce quod concupiui iam uideo, quod sperauit iam teneo, ipsiq; sum iuncta in cælis, quæ in terris posita tota dilectione dilexi, ac toto corde quæsiui, & simplici intentione seruiui. Talis cursus, terminus talis, & triumphalis gloria perseuerantium in statu subiectionis & obedientiæ, quam eis largitur dominus Iesus ipsorum rex, laus, & dilectio, qui regnat in secula. Amen.

D E V I R T U T E P A U P E R T A T I S E T D O N O, A T Q V E D E  
ipius diffinitionibus. Que in fructibus ligni uite nonum habet locum ex sui non  
exigua excellentia. Cap. I.



C

Aratum cor meum deus, paratum cor meum, cantabo, & psalmum dicam. Vox hæc uox illorum est, qui diruptis terrenarum cupiditatū uinculis puro corde feruntur in deū, tantoq; iucundius & expeditius, quanto exterius minus habent, quod amittere possint. Grauis etenim sarcina est, & laboriosa temporalium sollicitudo, quæ nunc demulcendo, nunc uiolentando trahunt hominem extra se, & in quoddā cogitationum & affectionum demergunt pelagus. In quod uelut in quoddā turbulentum & procellosum salum rationalis mens ascendit & descendit, percutitur & repercutit, ac pleruncq; inundatione aquarum dissoluīt, crebris nihilominus & ualidis contra eam flantib. auris. Ibi dolor ibi labor, ibi pauor. Dolor pro amissione eorū, que inordinate diligunt. Labor pro sollicita exercitatione congregandi, & possidēdi. Pauor ne ex uehementia uentorū aquarūq; impellat nauis in scopulos, & eodē uno uero momēto rebus homo priuet, & uita. Quis enim non timeat, quū uideat super se cœlū turbatum & mare, & omnia secū ferre, que possidet. Insipientiū nanq; est in tāto nō pauere periculo, & talib. nō atteneri laboribus. Magnæ demētiæ est signū euīdēs imminēte temporaliæ eterni nā nō timere mortem, quæ eo facilis rapit, & deuorat, quo minus præuident, & fugitur. O lugenda mortaliū cæcitas, ô detestanda temporalium cupido, cur queris cū tanto labore ô homo quod possidere nō poteris, cur uano labore cōsumeris, quare non præuides, quæ futura sunt, ut quid nō eruditis exēplis, ubi (obsecro) sunt, qui sibi thesaurizauere super terrā, repleuere horrea, & magna cōstruxere palatia, ubi illorū uaria supellex, ubi auri & argēti plurima cumulatio, ubi gēme, ubi uaria uestimentorū ornamēta, & clientiū numeroosa caterua, nōne hæc omnia uelut umbra trāsierunt. Dormierūt utiq; somnū suū, & nihil inuenierūt hi uiri diuītarū in manib. suis. Descenderunt in profundū abyssi, & ipsorum nomina de terra, & de cælo deleta sunt. Recepérunt duplicita de manu dñi, biberunt calicem iræ ipsius, & salutis illorum ablata est omnis spes. Torquebunt diris cruciatiib. & cælesti in æternum priuabuntur lumine. Et quoniam noluerūt audire, quū adhuc uiuerent, uocantem dei sapientiam, perierunt in sua insipientia, nec ipsiis est amplius locus ueniac, quia spreuerunt tempus gratiæ. Talis est finis, & hæc remuneratio illorum est, qui contēnentes diuīna monita magis elegerunt temporalib. & spiritualibus abundare diuītis. At qui deo fideliter seruire desiderant, qui deum cunctis opib. anteponunt, hi diuītias disperidunt, & paupertatem uoluntariā sectantur. Quum autem ab

omnibus deo faulatitib. debeat amplecti hæc uirtus, ab illis tamen præcipue toto cor de diligenda est, qui studio quietis, & orationis amore ab omnibus uisibilib. se abdicantes solo pascuntur desiderio, & contemplatione æternorū. Non enim possunt deo quiete uacare, qui temporalia diligunt. Nam hæc fugiendarum diuitiarum præcipua causa est, quia uix, aut nunquam sine amore ualent possideri. Præoccupatum quippe animū temporalium desiderijs, declinat delectatio sancta. Nec misceri poterunt uana uetus, æterna caducis, spiritualia corporalibus. Propterea necessarium est cupientibus ad perfectionem quietis pertingere, ut hanc paupertatis uirtutem teneant, et ipsam pro fundamento collocent. Facile namq; proficere poterunt, si hanc temporalium possessionē nō habuerint. Nam paupertas sp̄ritus est cum spirituali intentione uolūtaria abdicatione temporalium, est etiam quædam manuductrix in uia, quæ dicit ad cœlum, uinctio athletica, & exercitatio magna & mirabilis. Est quoq; portus tranquillitatis, nutrix confidentiae, quietis fundamentū, orationis adiutorium, peregrinationis exhortatio, & perfectionis porta, sine qua nemo coram deo in spiritu diu perdurare poterit. De hac uirtute pauca sub compendio dicenda sunt, ut uelocius sermo de perfectione quietis percurrat.

*Quæ multæ, & quæ sint bona, quibus ditantur paupertatis amatores & sectatores.* Cap. II.

 Viuscunq; rei bonitas ab effectu ipsius dignoscitur, & uirtutum excellētia ab earum multiplici utilitate. Quare sicut & in cæteris, ita & in hac paupertatis uirtute plura consistunt, & emanant bonorum genera, quæ eius dilucidant dignitatem. Hæc digne nanq; laudanda tutum efficit suum posseſſorem. Semper enim tuta est Christiana paupertas, nec pauet in isto mūdo in diligentia laborare, cui donatum est in omnium rerum domino omnia possidere. Operātibus enim, quæ bona sunt, non omnino metuendum est, ut eis desit facultas bene operādi, quum & in duobus minutis Euangelicæ illius uiduæ sit laudata deuotio, & pro calice aquæ frigidæ, præmium habeat gratuīta largitio. Ex affectib. enim benignitatis mensura taxatur. Et nunquam eum mensurandi efficacia deserit, in quo misericordia ipsa nō deficit. Ipsa hominem reddit expeditum. In hac enim uita peregrinamur, & quotidie ad patriam tendimus. Sicut nanq; ridiculum est peregre proficiscentem se onerare lapidibus, ita quoq; properantem ad mortem cumulare diuitias. Quare o quisquis es, qui expedite cupis pertingere ad perfectionem in hac uita, & ad cælestem post hanc abiçce à te diuitiarum onera, & amplectere uoluntariam paupertatem, remoue à te uincula cupiditatum, abiçce anxietates & tædia, quæ temporalibus animos inquietat. Si habes, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, si non habes, grādi onere liberatus es. Qui enim disperdit temporalia, ad currēdam cælestem patriam expeditus est. In obſeſſa enim uia pauperi pax est, nihilq; habere secularis concupiscentiæ magna securitas, quia qui nihil habet in mundo, quod diligat, nihil est, quod eum ab æternorum desiderio impedit. Teste nanq; sacro eloquio fruſtra iacit uite ante oculos pauperum penitentiorum, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Ipsa iudicem efficit eum, qui se ſectatur, sicut ipſe dominus Iesus uiuorum & mortuorum iudex pollicetur dicens. Vos qui fecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Hanc enim prærogatiuam dominus pauperibus dare dignatus est, ut ſicut præ cæteris hominibus cuncta, quæ mundi ſunt propter Christum reliquerunt, ita & illi omnibus glorioſiores in iudicio uideantur. Hæc uirtus hominem reuocat ad deū, & ad ſeipſum. Reuocat ad deum, quum ipsum puro corde laudare facit. Adeo enim hæc laudabilis paupertas, & felix inopia ad deū trahit, ut & ipsum tacite laudet, & de patientiæ ſuæ uirtute cōcelebret. Mutus eſt ſi psallat diues, pauper aut & inops laudant deum, etiam quum uidetur habere silentiū. Donec abundauit filius prodigus, silentium tenuit, quum uero ergo coepit, patris misericordiam agnouit, & tacentia ora in uocem humilis cōfessionis lauauit. Reuocat utiq; paupertas ad ſe, & merito. Familiaris res eſt humanum cor opibus, ac libertate diſſolui, ærumnis autem ac paupertate ad ſemetipſum recolligi. Plurimum etiam reddit hæc prædicanda paupertatis uirtus animū quietū. Magna nanq; trāq; uilitas cordis eſt nihil habere concupiſcentiæ ſeculariſ. Nam ſi ad terrena concupiſcenda, & ad diuitias cumulandas cor inhiat, tranquillus & quietus eſſe homo nullatenus potest, quia aut non adepta concupiſcit, ut habeat, aut acquisita metuit ne amittat.

Matt. 19

Prou. 1

Matt. 19

A Et dum in aduersis ſperat proſpera, in proſperis formidat aduersa, huc illucq; quælibet uolubilitate uerſatur. Si non ſemel in uitute paupertatis & appetitione ſupernæ patriæ forti ſtabilitate animus figitur, nimis rerum temporalium perturbatione uerſatur. Expellit hæc ipsa uitus adulantes à ſe. Nam adulatium moſ eſt ſemper in proſperitate mulcere, & donec temporalia ſuppetunt applaudere. Adulator eſt amicus in obſequio, hōſtis in animo, compunctus in uerbo, turpis in facto, letus ad proſpera, fragilis ad aduersa, anxius ad opprobria, immoderatus ad gaudia, facilis ad humana, difficultis ad honesta, metuſas diuitiū frequentans, pauperum domos declinans, graditum cum diuitiis, & pauperum consortia paruſpendit. Proinde beata paupertas, & felix inopia, quæ non adulatur aliquādo, nec adulanti credit, quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur, nec facit malum aliquādo, nec patitur, quippe quæ non habet adulacionem comitem ſibi parcētem, fortunam hominis, & non personam amantem. Iſta quoq; uirtus uerum demonstrat amicum. Quod

B enī diuitijs non potes ſcire, paupertate ſcies o homo. Illa ueros certosq; retinebit amicos. Discedunt utiq; qui non te, ſed tua ſequebantur. Non enim ſunt fideles in amicitia, quos munus aut gratia copulat. Nam cito deiſerunt, niſi ſaþe acceperint. Dilectio nāq; quæ pecunijs & munere glutinatur, eo ſuſpenſo diſſoluitur. Vera amicitia eodem ocuſo respicit diuitem amicum & mendicum, forteſ & debilem, ſanum & ægrum, humile & ſublime. Hæc etiam uirtus cupiditates edomat, & uincit. Non enim potest niſi uoluntaria paupertate reſtrīgi cupiditas. Qui ſeruus Christi ſemel effectus eſt, nō erit manuæ famulus, cuius certe ex uoluntaria renunciatione fit dominus. Illa enim ut fugientem ſequi, ita fugere conſueuit ſequentem. Mens uero pecuniæ auida cupiditatis eſt ſeria, quæ nec abſtinere nouit à uetitiſ, nec gaudere conſeffit, nec pietati adhucere coſenſum. Angustatur ex abundantia, triftatur & conſtrīgitur ex opulentia. O ignis inextinguibilis, cupiditas inſatiabilis quis unquam primo uoto fuit contentus, quum adipiſciatur, quod optauerat. Desiderat ampliora, in habendis ſemper, & nunquam in habitiſ ſi- nem conſtituit. Semper amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Ipsa paupertas etiā ſpiritualibus donis ſe amplectentem diuitē facit. Qui nanq; carnalia & terrena propter ſaluatorē noſtrum dimiſerit, recipiet ſpiritualia, quæ comparatione & merito ſuī ita erunt, quæli pro uno centenarius numerus comparetur. Non enim ſanctus uir ideo terrena deiſerit, ut hic in hoc mundo poſſidere multiplicitus poſſit, ſed per centenarium numerum qui à domino pauperibus omnia relinquentibus pollicetur, perfectio deſignatur, quia ſi quis propter dei nomen temporalia contemnit, hic perfectionem mentis recipit, ut ea non appetat, quæ contempſit. Cēties uero recipit, quod dedit, qui perfectio ſi ſpirituſ accipiens terrenis non indiget, etiā hæc non habet. Non habet hæc promiſio aliquid temporale, aut terrenum in ſe, ſed promittit ſaluator quasdam ſpiritualis coſolationes, & primitiæ ſpiritus, quæ ſuper mel dulces ſunt, & omnibus transitorijs gaudeiſ iucundiores, atq; quodcunq; deſideratur in ſeculo hoc nequam, iſs non ualet comparari. Hæc uirtus imitatorem Christi efficit eum, qui ipsam præelegit. Ipſe nanq; dominus ita pauper fuit, ut ueniens in mundum non in ſua, ſed aliena domo naſceretur, uiuēs-

C D non haberet ubi habitaret, nec moriens unde nuditatem ſuam tegeſet, nec mortuus unde inuolueretur, nec ſepulchrum ubi mortuum corpus locaretur. Et licet in hiſ omnibus præcipuum paupertatis nobis exemplum præbuerit, in nativitate tamen hoc abundantius exhibere uoluit ipſe dominus noſter, de qua per quendam ſic dicitur. O amanda, o admiranda dignatio, deus immensæ gloriæ, uermis contemptibilis fieri non despeſisti, dominus omnium, conſeruus uideri uoluisti, parum tibi uifum eſt te nobis patrem eſſe, etiam frater noſter eſſe dignatus eſt. Et tu domine uniuersorum, qui nullā habes indigentiam, inter ipsa tuæ neceſſitatis initia nō horruisti abieciſſimæ paupertatis deguſtare incommoda. Vt enim ait scriptura, tibi quum naſcereris, non erat locus in diueroſio, nec cunabula, quæ teneritudinē tuam acciperent, habuisti, ſed in uili preſepio ſordētis stabuli tu, qui terrā palmo concludis, inuolutus pāniculis reclinatus eſt, & hoc ipsum a brutis animalib. mater tua mutuo accepit. Consolamini igitur consolamini, qui in ſordibus paupertatis enutrimini, quia uobis ſum eſt deus in paupertate. Non cubat in deli- cijs ſplendidi cubilis, nec inuenitur in terra ſugauerit uiuentium. Quid ergo gloriariſ

LXXX

eo di-

¶ diues resolutea in uolutabro lecti picti & delicati, quū rex regū suo recubitu stramienta pauperum honestare maluerit. Quid dura strata detestaris, quum tener infantulus, in cuius manu sunt omnia regna, tuis sericis & plumeis lectis duras iumentorum stipulas prælegérit. Damnauit nēmpe in stabulo pauperrimo huius mundi honores, pōpas, & uanitates. Insuper delicias, mollities, & carnis delectationes, similiter diuitias, abundantiā temporalium, & superfluitates. Et quum esset diues in omnibus, factus est in hoc mūdo omnium pauperrimus, ut quām magnum esset bonum paupertatis uirtus, prius ostenderet exemplo, quām uerbo, quam etiam postea commendatur erat. Acquirit postremo hæc beata & spiritualis paupertas cælorum regnum. Beati ( inquit dominus Iesus) pauperes, quoniam uestrum est regnum cælorum. Vnde tibi ô tu, qui egenus propter Christum factus es, non displiceat paupertas tua, nec te frangat egitas, uel temporalium poenuria. Vis cognoscere, quām locuples sit. Cælum emit. Quibus thesauris cōferrī potest, quod paupertati uidemus indultum. Ut ad regnum cælorum ueniret diues, possessione sua obtinere non potuit, nunc pauper obtinet, ut perueniat. Bonum est igitur cum dispensatione facultates pauperibus erogare, sed melius est pro intentione sequendi dominum insimul donare, & absolutum solicitudine egere hic cum Christo, & post hanc uitam regnare cum ipso.

De utilitatibus paupertatis, & ad quantam perfectionem animam deducat ipsa uirtus. Cap. III.



**Ezod. 28** Vum de paupertatis effectibus in præcedenti capitulo dictum sit, nūc duce dei sapientia de ipsius utilitatibus, & ad quantam prouehat perfectio-  
nem animam referandum est. Valet namq; ad quatuor specialiter, quæ tripli-  
citer distincta præfigurantur pro magno sui ualore, miraq; pulchritudi-  
ne per illas duodecim præfulgidas gemmas in portis nouę Hierusalem de-

**Esa. 48** scendentis de cælo positas. Designantur etiam per duodecim lapides preciosos in typi-  
co rationali quadruplici ordinatione distinctos, in quibus nomina tribuum duodecim  
Iſrael Moses legitur descripsisse. Valet enim hæc, de qua loquimur præfulgida margari-

ta & singulari paupertatis uirtute, ad exterminium iniquitatis, ad exercitium perfectæ  
uirtutis, ad publicationem Euangelicæ prædicationis, ad possessionem perfectæ iucun-  
ditatis & contemplationis. De quibus omnibus in sequentibus distincte dicetur. Effi-

cax primo est ad exterminium iniquitatis tripliciter. Primo propter expiationem culpa-  
rum perpetratarum. Est enim caminus purgans & eliminans sordes uitiorū, iuxta illud

**Esaia.** Collige te in camino paupertatis. Hoc nanq; patet in Lazaro mendico, & diuite  
epulone. Purgauit enim ignis inopie pauperem ulcerosum, & diuitis bona remunera-

uit felicitas transeuntis uitæ. Illum paupertas afflixit & tergit, & istum abundantia remu-  
nerauit & repulit. Quum igitur quosdam pauperes aliqua reprehēsibilia perpetrare cō-

spicimus, illos minime despiciamus, quia fortasse, quos superfluitas tenuissime pauper-

tatis inquinat, caminus paupertatis curat & abstergit. Secundo exterminat paupertas  
iniquitates per subtractionem occasionum peccati, quia sicut diuitiarum affluētia cre-

scunt, sic uoluntaria paupertate minuuntur. Nam Christianus in paupertate cōstitutus,  
qui sua distribuit propter deum, & abiecta se superbiæ typum, non erit arrogās, sed pa-

tiens, obtemperans, pudicus, & mitis. Qui uero in diuitijs constitutus est, multa illum  
adhuc mala impediunt. Inspiciamus deniq; quæ sunt, quæ diuites operantur. Rapiunt

aliena, æstuat cupiditatib; nefandos nō desinunt perpetrare cōcubitus, maleficia cūcta  
cōmittunt. Nōne uniuersa hæc cōspicimus ex diuitijs generari. Inflammant quoq; animos,

superbiā pariunt, inuidiā parant, & eo usq; mentē alienant, ut illos fama pecunia etiā  
nocitura delectet. Nam cum omnib; malis suis etiā hoc malū habent diuitiæ, quod mali-

gnitate peccantes ab ultionib; tuent, & qui diuitias possident, semper peccantes nulla  
pœna reuocant, sed sine ullis remedij uulnera suscepturi sunt. Quo enim impuniti libe-

rius peccat, eo uehemētius dānatione plecten̄ aeterna. Valet tertio paupertas ad iniqui-

tatiū exterminium propter abscessionē uitiosarū radicū. Abiūciamus enim quæcunq; cor-

pus florete faciūt. Vitiā aut̄ animā, utputa diuitiæ, delicie, & gloria. Hę sunt nanq; pecca-

torū radices præcipue. Quāta uero germinet mala, & quātis scelerib; implicitæ sint, bre-

uiter tibi ô homo monstrabo, ut latē animo ipsas despicias. Si enim pecuniam congre-

gare conaberis, eripies habenti, aut cupiditatibus laceraberis. Si dignitatibus fulge-

**D E P A U P E R T A T E .** 83  
A re uelis, danti supplicabis, & qui præire cæteros cupis, poscēdi humilitate erubesces. Si potentiam desideras, subiectorum insidijs obnoxius periculisq; subiacebis. Si gloriā ap-  
petis, per aspera quæq; distractus, securus, & quietus esse desistis. Si uoluptuosam uitam  
eligis, quis nō aspernat, atq; abiūciat uilissime fragilissimæq; rei, corporis, scilicet, seruus  
esse. Congregetur deniq; in te, quicquid multi locupletes possederant, ultra priuatū pe-  
cuniæ modum fortuna te prouehat, auro tegat, purpura uestiat, & ad hūc te deliciarum  
& opum perducat statū, ut non tantum tibi habere liceat, sed calcare diuitias, maiora cu-  
pere ab ijs disces. Si aut̄ ad naturam uiues, nunq; eris pauper, si ad opinionē, nunq; eris  
diues. Exiguum natura desiderat, opinio immensus. Secūdo ualeat & utilis est hæc pau-  
pertatis uirtus ad exercitium uirtutis perfectæ tripliciter, primo quia uirtus acquisita cō-  
probat. Non enim potest quis præmium accipere, nisi legitime certauerit, nec glorioſa  
uictoria esse, nisi fuerint laboriosa certamina. Ideoq; dñs in Euāgelio. Beati pauperes sp̄  
ritu, nō dicit diuites, sed pauperes. Ibi enim incipit beatitudo diuino iudicio, ubi ærum-  
**Matt. 5** na existimatur humano. Omnis deniq; uirtutis magistra est inopia et index. Non ita lau-  
damus Ioseph, quum frumentum distribuebat, sicut quum carcerem habitabat, & afflige-  
batur inopia. Similiter ualeat hæc, quia per illam uirtus probata custoditur. Nam Crates  
ille Thebanus homo quodam ditissimus quum ad philosophadum Athenas pergeret,  
magnū aurī pondus abiectit, nec putauit se uirtutes posse simul & diuitias possidere. De-  
niq; & tu ô miles Christi auditā sentētia saluatoris, si uis perfectus esse, &c. Verba uirtu-  
tis operib; comproba, & nudam crucem nudus sequere, purisq; manib; & cādido pecto-  
re, & spiritu, & opere gloriare, expeditior & leuior consēdens scalam Iacob. Valer pre-  
tereā in hoc, qd' uirtus custodita expeditius in finē perducit per hanc. Quapropter non  
habentes diuitias nō propter hoc doleamus, sed magis gratias uniuersorū deo & dñore  
feramus, quia nos paruo labore eandē mercedē poterimus, quā diuites, promereri, & si  
uoluerimus etiā ampliore. Nam ex paruis magna lucramur. Ante em̄ dei oculos nunq;  
est uacua manus à munere, quū arca cordis repleta fuerit bona uoluntate. Et qm̄ uolun-  
**C** tas ubi deest possilitas, pro facto reputat, æque diuitib; & pauperib; constat uelle face-  
re eleemosynam. Concludit quod non minus erogat, qui cōpatitur egenti, qui orat pro  
afflito, qui hortat, cōsulit, & huiusmodi operat spiritualiter nō habēs quod trubuat cor-  
poraliter, q; qui solū corporalia peragit, qm̄ quāto anima corpore melior, tāto spiritua-  
lis exercitatio superexcedit corporalē, per quā & perfectius uirtutes perficiunt. Ex quo  
colligit, quod per paupertatē uoluntariā uirtus acquisita probat, probata custoditur, et  
custodita expeditius in finē perducit. Tertio efficacissima est hæc uirtus ad publicatio-  
nē Euangelicæ prædicationis tripliciter. Primo quia facit illā magis credibile. Tale enim  
est lumen uirtutis, & paupertatis efficacia, ut non solum luceat in se, sed etiā ad lucē per-  
ducat, & irradiet, qui illam considerant. Quū enim uiderint homines Euangelizantem  
dei uerbum, omnia præsentia contēnere, & ad futura preparatū ante oēm sermonē ope-  
rib; illius credent. Quis enim ita est amens, ut uidens eum qui heri lasciuiebat, & ditab-  
tur, omnib; exutum, & ad famē & inopiā, & durā uitā, & pericula, & sanguinē, et occisiō-  
nē, & ad omnia, quæ uident̄ periculosa præparatū, nō manifestā ex hoc accipiāt futuro  
rū demonstrationē. Si aut̄ prædictor præsentib; se immiscuerit, & temporalia possederit,  
qualiter credi poterit, quod ad aliā possessionē, & cælestē hæreditatē festinet. Presentiū  
nāc̄ contēptus certū est īdiciū spei eternorū. Itē reddit hæc uirtus prædicationē effica-  
cē. Euangeliū enim diuinæ cognitionis prædicatū est, nō bellicis, sed carneis exercitatio-  
nib; aduersarios deuincens. Pauci nāc̄, nudi, pauperes, illiterati, uerberati, & mortifica-  
ti crucifixū corpore mortuū prædicatēs, sapientib; & insipientib; preualuerunt. Igne et  
enīm spiritus sancti quasi nouae lucis fonte Christus Apost. perfudit, & ut nihil in hoc  
mundo possiderent, præcepit, ut ipsi postmodum uniuersum mūdum quasi duodecim  
solis radij, totidem lampades ueritatis lumine, & paupertatis exemplo illuminarent, &  
ad deum conuerterent. Ac etiam ineibriari nouo uino, & futuorum spe erecti, & uita,  
scientiaq; irrigarent, & accēderent corda omnium populorum. Insuper ipsa paupertas  
exhibit prædicationem magis acceptabilem. Cuius euīdens signum est, quod per Apo-  
stolos pauperes reb; & spiritu, quātis numero paucos, diffusa est Euangelica ueritas in  
orbē terrarū, ut de ipliis uere dictum sit. In omnē terram exiūt sonus eorum, Qui quim  
**Psal. 13** pro-

rium peccat, eo uehemētius dānatione plecten̄ aeterna. Valet tertio paupertas ad iniqui-  
tatiū exterminium propter abscessionē uitiosarū radicū. Abiūciamus enim quæcunq; cor-

pus florete faciūt. Vitiā aut̄ animā, utputa diuitiæ, delicie, & gloria. Hę sunt nanq; pecca-

torū radices præcipue. Quāta uero germinet mala, & quātis scelerib; implicitæ sint, bre-

uiter tibi ô homo monstrabo, ut latē animo ipsas despicias. Si enim pecuniam congre-

gare conaberis, eripies habenti, aut cupiditatibus laceraberis. Si dignitatibus fulge-

prophetias haberent, miracula facerent, non hæc eos mirabiles fecerunt. Multi namque prophetæ extiterunt, multi infirmitates curarunt, & dæmones de corporib. obsessis elecerunt, qui quoniam iniquitatem operati sunt, non sunt facti mirabiles, sed diaboli ludi bria, & inferni stipule. Sed quid est, quod illos, de quibus loquimur, euangelicos pauperes effecit glorioſos. Pecuniarum contemptus, gloriae temporalis despectus, & ab omnibus uitæ huius negotijs erexit. Qui si hæc non habuissent, etiam si Christum mortuum suscitassent, non solum non profecissent, sed et seductores existimati fuissent. Inductiua est quarto hæc uirtus laudanda paupertatis ad perfruitionem iucunditatis internæ, & elevationem contemplationis excelsæ tripliciter. Primo quidem ratione extrinsecè securitatis, quæ secūritas disponit plurimum ad contemplationem. Diuitem enim neceſſe est plurimis indigere, & turpiter feruire, formidare, & suspicari, & timere eorum, qui suspicantur, oculos, & calumniatorum ora, & auarorum concupiscentias. Sed non paupertas aliquid tale patitur, quinimo uniuersorum regina est, pluribus non subiecta, sed munera portibus tranquillis, palæstra, & gymnasio philosophiæ, propter quod mirabiliter cōfert ad sublimationem contemplationis excelsæ, quia in nullo solicitatur animus. Nam & dominus Iesus à discipulis suis pauperibus, quos super montem confēlationis extulit, omnem solicitudinem amouit dicens. Nolite solliciti esse animæ uestræ, quid manducetis, &c. Omnis enim sollicitudo pauperibus ueris & ad contemplationem anhelantibus interdicitur, quatenus algorem pusillanimitatis & solicitudinem pro necessariis fugiant, & calorem confidentis caritatis cum promptitudine ad perferenda paupertatis incommoda constanter assumant, ut in iubilo iucunditatis internæ, sit eis iucunda & secura mens, quasi iuge conuiuum, & sit eis uolatus securus & liber ad contēplandum deum. Ipsi namque pauperes sunt spiritualia uolatilia, qui uacantes contemplationi singulari cura pascuntur ab ipso domino, & considerantes magnalia suæ potentia, atque dolores suæ assumptæ naturæ abundanter nutriuntur. Sic Helias in solitudine ministrabus coruis pascitur, sic Danieli in lacu ad leonum prædam iussu regis inclusu, prandiū diuinitus portatur. Quibus exemplis euidenter ostenditur nihil posse ad necessitatem deficere pauperibus contemplationi uacantibus. Non solum ualeat hæc uirtus ad iucunditatem & contemplationem internam propter securitatem, quæ deo cōcipit mēs, sed etiam ualeat ratione expectata mercedis. Quisquis enim diuini amoris stimulo agitatus hic terrena despexerit, ille proculdubio iudicariæ potestatis mercede obtinebit, ut simul tunc iudex eum iudice ueniat, qui nunc consideratione iudicij, & desiderio contemplationis internæ se spontanea paupertate castigat. Felix ergo paupertas uoluntaria omnia retinquentium propter te domine Iesu, felix (inquam) quæ tam glorioſos reddit in illo singulari fulgore elementorum, in illo tremendo examine meritorum, & in illo tanto discrimine iudiciorum. Et licet in hac uita hi pauperes in sua humilitate recipiant a reprobis pudorem, & de paupertate aliquem labore, in alia tamen uita consequentur duplicitia (uidelicet) pro pudore honorem iudicariæ potestatis, & pro labore refrigerium placidissimæ sessionis. Nam ipsa paupertas est, quæ castigat, purgat, probat, humiliat, & exaltat. Valeat tertio & ultimo hæc paupertas ad contemplationis elevationem ratione perfusa consolationis, quæ in ipsa est. Qui enim paupertatē cum gratiarum actione suscipiunt, pueris illis tribus similes sunt, qui in ignis fornacem regis imperiū missi fuerunt. Sicut pueros illos non incendit ignis, sed dissoluit eorum uincula, sic eorum qui in paupertate gratias agunt, soluuntur uincula peccatorum, & non incendiuntur a ueritate igne. Nam & illis in igne ros illapisus est, & pauperibus diuinæ consolacionis ros immittitur. Etenim maximus est ros non detineri cōcupiscentia diuinitarum. Illi quoque contententes regem, facti sunt rege clariores. Ita qui despiciunt mundana negocia, mundo efficiuntur honorabiles, ut ergo homo & contemplatione excelsa & cælo dignus efficiaris, deride præsentia. Ita enim & hic eris clarior iucunditate interna, & futuri potieris bonis in cælesti patria, sicut testatur psalmus. Edent (inquit) pauperes, deum hic contemplando, & saturabuntur, qui uir gloria domini ipsorum appetuerit, & latidabunt dominum tunc, qui eum requirunt siue, uiuentque corda eorum in seculum seculi & ultra.

Psal. 21

De gradibus paupertatis, atque de ipsius uirtutis perfectione.

Cap. IIII.

**A** N fine tractatus huius ordinandi sunt gradus: quibus anima ducitur ad perfectionem paupertatis. Sciendum igitur est, quod triplex est gradus paupertatis, & hoc tripli ascensu prouehitur anima ad perfectionem huius: de qua loquimur, uirtutis. Primus gradus est abdicatio affectionis temporalium rerum retento usu, earumque dominio. In quo gradu extitit, de quo dicitur, Erat Abram diues ualde in possessione argenti & aurii: qui quum locuples esset, nequaquam inordinate diuitias dilexit, quin potius illas pauperibus erogans hospitalitatē plurimum intendebat. Numquid enim Deus non secundum affluentiam rerum, sed secundum inordinatum effectum iudicabit. Nec diuitiū obsunt opes, si bene utatur, nec pauperem egestas commendabilem facit, si inter sordes & inopiam ambire non desierit. Habeat homo multas facultates, si in eis non extollitur, pauper est. Non habeat aliquid, sed cupiat, & infletur: inter diuites & reprobos iudicabitur: quia diuites & pauperes in corde interrogat Deus, non in arca & in pecunijs. Diuitem namque illum, quem dominus reprobatum fuisse commemorat, non damnauerūt pecunia. Non enim reprehendit, quod terram coluerit, uel fructus in horrea congregauerit, sed quod fiduciā in eis posuerit, nec pauperibus erogauerit, ut ab eis reciperetur in æterna tabernacula. Nam & magna dignitatis fuit apud seculum, sed maioris meriti apud Deum: qui non erat diuinitarum amore diues, sed tantummodo possessione: propterea non excluduntur hi tales à discipulatu saluatoris, nec à paupertatis uirtute. De his dicitur per psalmum. Diuitiae si affluant, nolite cor apponere. Non dixit, nolite habere, sed cor apponere. Non damnat diuitias, unde cælum homo meretur, sed ut cor non apponatur, scilicet illas reconducto, & non erogando. De hoc statu etiam Apostolus ad Timotheum scribit, dicens, Diuitibus humanis seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuinitarum, sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum: bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamētum bonum in futurum, psal. 61

i. Tim. 8

**C** ut apprehendat uitam eternam. Secundus uero gradus est, quo quis omniū rerum temporalium abdicato priuato & dominio sustentatur de non suo, scilicet non sibi proprio: sed communi cum alijs à collegio posseſſo. Huius namque paupertatis forma præcessit in turba fidelium, de qua in actibus dicitur Apostolorum. Multitudinis autem credētum erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum quæ possidebat, sua esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Quem scripturæ locum tractans Hieronymus ad Demetriadē ait. In actibus Apostolorum quando domini nostri Iesu Christi calebat crux, & feruebat recens fides credentibus, uendebant omnes possessiones suas, & precia ad Apostolorum ponebant pedes: ut ostenderent pecunias esse calcandas: & dabatur singularis, prout opus erat. Hanc etenim uitam qui imitantur, cœnobitæ uocantur: quæ uita tanto felicior est, quāto magis statum futuri seculi imitatur: ubi sunt omnia communia. De hoc statu dicit Augustinus de communione uita & regula clericorū, in hæc uerba: Non dicatis aliquid proprium, sed sint uobis omnia communia: & distribuatur unicuique uerstrum à præposito uestro uictus & tegumentum: non æ qualiter omnibus, quia non æ qualiter ualeat omnes: sed potius, sicut cuius opus fuerit: sicut legitur in actibus apostolorum: Quia erant eis omnia communia, & distribuebatur universis, sicut opus fuerat. Qui aliquid habebant in seculo: quando ingressi sunt in monasterium, libenter uelint illud esse commune: qui autem non habebant, non ea querant in monasterio, quæ nequaquam foris habere potuerunt: sed tamen eorum infirmitati quod opus est, distribuatur: etiam si paupertas eorum, quando foris erant, nec ipsa necessaria poterat inuenire. Tamen non putent ideo se felices esse, quia inuenierunt uictum & tegumentum, quale foris inuenire non potuerunt: nec erigant ceruicem, quia associantur eis, ad quos foris accedere non audebant: sed sursum cor habeant, & terrena non querant, ne incipiāt monasteria utilia esse diuinitibus non pauperibus: si diuites illic humiliantur, & pauperes illic inflantur. Et rursus ille qui uidebatur aliquid esse in seculo, non habeat fastidio fratres suos: qui ad illam sanctam societatem ex paupertate uenerunt. Magis autem studeant non de parentum dignitate, sed de pauperum fratrum societate gloriari. Nec extollantur, si conuentui de suis facultatibus contulerint aliquid: nec de suis diuinitis ma-

Laur. Iustin.

h gis

Act. 4

Acto. 4

gis superbiant, quia eas in monasterio impertuntur, & si eis in seculo frueretur. Et quid prodest dispergendo dare pauperibus, & pauperem fieri: cum anima misera, superbior efficiatur diuitias contemnendo, & fuerat possidendo? Tertius autem gradus paupertatis: in quo ipsius uirtutis perfectio consistit, est quo quis abdicato omnium rerum temporalium domino proprio, & communis sustentatur de non suo, id est, non sibi proprio, nec suo collegio in communis, sed alieno, pie tamen ab alio sibi pro sustentatione collato. Hanc specialis paupertatis forma tanquam perfecta Christus in semetipso seruauit, & Apostolis seruadam instituit: ac etiam iesus, qui ad perfectionem uenire desiderant, consulendo suasit. Ostendit hanc dominus nascendo, uiuendo, & moriendo. In stabulo natus dominus Iesus nascitur, & a Maria uili fascia cingitur, & in presepio inclinatur. Non erat ibi cedrina domus, nec lectus eburneus, in quo pareret omnium cretorem, & hominum poneret redemptorem, sed uelut exul & peregrina in aliena domo mundi peperit dominum, & tanquam foemina pauper non sericis, sed pannis uilibus inuoluit, & in presepio collocauit, quem ut peperit, statim ut Deum adorauit. O stabulum felix, o praecepe beatum, in quo nascitur Christus, & reclinatur omnium Deus. Ibi fuerunt obsterices angelicæ potestates, & solitu angelorum, ibi erat milia milium exultantiū: ibi uagiebat Christus in stabulo, & siebat laetitia magna in caelo: plorabat in presepio Christus: & tamen de illo exultauit multitudo celestis exercitus resonans gloria Deo in altissimis, & in terra pax hominibus bonae uoluntatis: quia bonitas caeli nata est in terris. Descenderat pax uera de caelo, & inde angi exultantes decantant gloria in altissimis Deo. Non solum nascendo, sed & uiuendo, & moriendo ipsam commendauit paupertatem. De qua Bernardus. Ut te domine Iesus per omnia nostræ paupertati conformares, & omnes uitæ nostræ calamitates susciperes: quasi unus de turba pauperum stipendia & eleemosynam seriatim per ostia medicabas. Quis dabit buccellarum illarum manducatarum participem fieri, & illius diuinī edulij adip saginari? Nam & tantæ paupertatis fuit, ut in urbe maxima in die palmarum nullum hospitium, nullam mansionem inuenire, sed in agro paruulo apud Lazarum & forores habaret. Noluit dominus habere, quod perderet: ne haberet diabolus, quod auferret. Volemus in summe paupertatis nuditate uitam concludere, nudus elegit in cruce pendere, & nudus mori, atque in alieno sepeliri sepulcro. Hac quoque paupertatis perfectionem apostolis ipse dominus mandauit, dicens: Nolite possidere aurum neque argentum. Et alibi. Nihil tuleritis in uia, nec uirgam, nec panem, nec peram, nec pecuniam. Vnde apostolus Petrus primus executor dominicæ sententiae ostendens se non in uanum Salvatoris audiisse mandata, cum posceretur a paupere, ut ei aliquid pecuniae largiret, ait: Argentum & aurum non est mihi. Tamen non tam in hoc gloriatur Petrus, quod aurum & argentum non habet, quam quod seruat domini mandatum dicendum, Nolite possidere aurum. Ipsam etiam omnibus sequi uolentibus suavit, & præcipue quiescentibus, & solitariis Deo uacantibus: quod patet in sanctis patribus in Aegypto olim comoratis: de quibus sic dicit Chrysostomus. Nunc ueniens in eremum Aegypti hanc reperi paradiso meliorem effectam. Etenim est uidere ubique in regione illa Christi exercitum, & spiritualis regni ipsius dignitatem, ac supernorum ciuium urbanitatem. Extrinsecis rebus exuti, & mundo omnino crucifixi sunt sumentes ad indigentiam cibum. Nec enim quando ieiinant, uacare per diem dignum existimat: sed apostolicu sumentes zelum manuum operibus insistunt: nocte autem hymnis, sacris uigilijs, & orationibus occupantur. Venemur igitur omnes illos pauperes, qui nihil præter manus & corpus habentes impensas de labore manuum suarum student acquirere, ac Dei laudibus & contemplationi affidue uacare: quod nequaquam possent, si temporalia possiderent. Ex quibus omnibus perfectio & altitudo huius declaratur uirtutis. Hec namque uirtus cuidam puellæ pulchritudinem comparatur. Etenim oculus eius est purus, & præclarus, nihil habens turbulendum: sed mansuetus, tranquillus, delectabilis, ad omnes respiciens, nullum odio habens, mitis & humilis. Os illi & lingua sana est, plena gratiarum actione, & utilibus amabilibus uerbis abundans. Longanimes est, & longe quam abundantia excelsior. Si esurit paupertas, & Paulus esuriebat: si non habet requiem, nec filius hominis habebat, ubi caput suum reclinaret: si autem fugiunt eam multi, ne mireris. Siquidem & alias uirtutes fugiunt insipientes. Anima quidem inopis voluntarij fulget uelut nitens margarita: flor

reficit

A rescit autem ut rosa, & redolent ut lilium: non est illi tinea, non furoris timor, non erugo consumens, non solicitude huius uitæ negotiorum, sed sicut angelus, ita conuictus. Vis anima huius uidere pulcritudinem: Vis inopie diuitias addisceret. Non subiacet demonibus, non assistit regibus: quia militat Deo, & cum angelis ipsi celorum regi famulatur. Non habet horrea, ubi grana reponat: sed talem abundantiam, ut habere mundum uniuersum nihil existimet. Non habet, quod thesaurizet in terra: quoniam cuncta, quæ possidet, recondit caelo. Non indiget seruis, magis autem seruos, possessiones, & cogitationes, quæ regum corda dilaniant, regnum, aurum, & omnia talia: quemadmodum puerorum ludibria deridet: & sicut præteriens umbra cuncta, quæ omnibus cara uidentur, existimat fore contemptibilia. Quid paupertate melius? quid securius? quid iucundius? Tristentur omnes, cuncti gemant, formident uniuersi: haec semper hilaris, semper eodem uultu, eodem animo perseverat. Bonum celeste præstolatur possidere in caelo: ideo nihil habet, quod possit amittere in terra. Frequenter euolat ad supernam patriam, ubi remuneratorem suum esse cognoscit. Talis est pulcritudo, tales thesauri: & haec est perfectio, & perfectionis celitudo huius beatæ paupertatis: qua uelut quodam monili se ornant, quicunque per internam dulcedinem, & celestem contemplationem Deo adhaerere desiderat: & hanc uti fundamentum spiritualis exercitij, & adiutorium suæ exercitationis præcipuum assumunt. Nam Deo mundo corde uacare penitus non potest, quisquis temporalium rerum implicatur amore, & distrahit occupatione. Spiritus est Deus, & eos qui eum adorant, oportet in spiritu & ueritate adorare: ut unum cum Deo efficiantur, quod est proprium quiescentium, quorum uota sursum tendunt, & quorum exercitatio spiritualis est. Vnde ab omni affectione & cura per paupertatem uoluntaria omnium temporalium liberi esse debent, quatenus Deo liberius uacare queant. Vbi namque spiritus domini, ibi libertas: ubi libertas, ibi pura celestium contemplatio: quam contemplationem quicunque apprehendere festinat, paupertatem amplectatur: quæ uirtus inter ceteras non mediocriter commendabilis est. Ipsa sui diuitem facit possessorem: ipsa etiam inter fructus huius ligni uitæ nonum sortitur locum: apud autem Deum magnum meritum, qui est benedictus in secula. Amen.

D E V I R T V T E S O B R I E T A T I S, E T I P S I V S V I R T U T I S descriptionibus, que inter fructus ligni uite decimum sortitur locum. Cap. I.



Eatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Hanc sententiam. Psal. 136 uir spiritu Dei plenus protulit, considerans quanta propter eum ligni uetiti, nec non & propter gulæ inordinationem euenerint mala hominibus. Ipsa namque extitit causa ruinæ, & multorum malorum sometum. Ea propter resecanda est uoluptas, & concupiscentiarum sunt amouenda someta. In omne malum ruiturus est quisquis impetu uoluptatis & uoracitatis non cohibuerit. Hac namque Loth in horrendu filiarum pertraxit cocubitu: haec Noe uerenda detexit: per haec primogeniture honore se priuauit Esau: ipsaque multorum filiorum Israel stragem exercuit. Quid namque mali ex gulæ inordinatione, atque uentris repletione non oritur? Est enim fomes libidinis, flagitorum omnium mater, radix criminum, origo uitiorum, turbatio capitum, stomachi laßitudo, subuersio sensus, tempestas lingue, procella corporis, naufragium castitatis, infania uoluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus uitæ, honestatis infamia, animæque corruptela. Confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, & incurrit in damnationem æternam. Sane igitur beatus ille est prædicandus, qui iuxta Prophetæ sententiam hanc tenuerit, & paruulos concupiscentiarum cogitatus ualide brachio sobrietatis & temperantiae alliserit ad petram. Ille enim uictor existet, qui carnis desideria statim, ut procaciter prorumpunt, extinguit. Laboriosa quidem res est ardorem uentris edomare, & gulæ temperare impletum. Magnus discretionis labor est exactori (id est uentri) aliquid impedere, & aliquid denegare, & dando naturam nutritre, & non dando gulam restringere. Vnde necesse est, ut contra carnis desideria abstinentiae arma arripiat, quisquis uirtutem sobrietatis contendit acquirere: tantoque illam perfectius possidebit, quanto plus haec sub rationis dominio coarctauerit. Est nanque sobrietas uirtus, quæ nimium ciborum appetitum ra-

Laur. Iustini.  
h. 2. tationis

D huius declaratur uirtus, quæ in opere voluntarij fulget uelut nitens margarita: flor

tionis imperio refecamus. Est etiam sobrietas mentis & sensus, membrorumq; omnium corporis protectio, tutela castitatis, pudicitiae proxima, & orationis singulare praesidium. Quae virtus quum omnibus Deo placere uolentibus sit perutilis: praeципue tam quiescentibus, & in contemplatione se exercentibus omnibus omnino est necessaria. Solitudo nanc; & quies sicut nouit emendatis moribus, & sopitis concupiscentiarum stimulis per sobrietatis uitutem contemplationem purissimam reserare, & in cuitu syncerissimo spiritualium sacramentorum scientiam reuelare: ita eorum qui minus emendati sunt uitia, & eorum qui se curis carnis & uentris occupant, non solum non corrigit uitia, uerum etiam exaggerare consuevit, ac in opacas insensibilitatis & ignorantiae tenebras cor adducit. Nequaquam enim mens nostra ad contemplanda interna & caelestia prouehitur: nisi gulæ appetitum sobrietate coarctauerit, atq; ab ihs, quæ extreius implicant, studiose se substraxerit. Quod dominus paucis uerbis discipulos edocet, dicens: Videte, ne corda uestra grauentur crapula, & ebrietate, & curis huius seculi: quia nunquam affectus uester ad desideria aeternorum perfectè accendetur: neque intellectus ad caelestium contemplationem limpide acuetur: nisi temporalium rerum occupationes reliqueritis, ac etiam curam carnis & curæ libidinem frequenter, fortiterq; per sobrietatem repuleritis. De qua uitute in consequentibus dicetur: ut quam sit utilis, quamue Deo grata existat, elucescat, quatenus omnes, & maxime orationi uacantes inflamentur ad ipsam capessendam, ut celo facilius se conferant non habentes carnis concupiscentias, quæ inordinatae deorsum deprimant.

*Quod multis suasionibus hortamur ad acquirendam uitutem sobrietatis.* Cap. II.

 Acile ad acquirendum plurimum efficitur, quod suasionibus roboratur: unde ad sobrietatis uitutem plura nos hortari nequaquam negligendum est. Suadet nanque natura, ut sobrietati operam demus. Innatum quippe est ab illo mundi conditore, qui nobis uitendi iura descripsit, ut sobrie de ihs, quæ naturaliter procreatur, nutriamur, & salui simus: non ut delicatis deliciis uacemus: quæ miserrime & solitè comparantur. Ut amur ergo hoc naturæ beneficio inter magna numerando, cogitemusq; nullo modo illam melius potuisse disponere de nobis, quam quia quicquid ex necessitate desideratur: sobrie & sine fastidio sumatur. Suadent quoque ad sobrietatem mala, quæ ex uoluntatibus proueniunt. Nam quis hostis in quæcum ita contumeliosus fuit, sicuti in quosdam uoluptates suæ? Qui-dam enim se uoracitatis ac uoluptatibus mergunt, à quibus in consuetudinem adductis nequaquam declinari queunt. Ob hoc miserum est, quod eo peruerentur, ut quæ illis superuacua fuerint, facta sint necessaria. Seruunt itaq; uoluptatibus, non fruuntur: & mala sua (quod malorum est ultimum) amant. Hinc præterea oritur mentis hebetudo, rationis amissio, & mortis formidolosa expectatio. Ab his uariæ infirmitates, podagræ, febres, uentris tortiones, stomachi lassitudines, & similia generantur, quæ natu ram hominis maculant, & corruptunt. Econtrario abstinencia & ieunium sanitas est corporis, ualetudo membrorum, mors culpa, excidium delictorum, remedium salutis, radix gratia, & fundamentum castitatis, ac uitæ diuturnitas. Suadent etiam ad abstinen-

*Exod. 3. 4* tiam & sobrietatem exempla. Moses quippe quadraginta diebus abstinuit se à cibo, ut legem accipere mereretur. Ipsum ieunantem & abstinentem non uoces magnæ, non fulgura, non nubes umbrosa & sumigans Syna perterruit. Neque enim intrasset in numerum, nec uocem Dei loquentis de medio ignis sine periculo salutis audisset, nisi mun-

*Judith. 8* tus sobrietatis & ieunij armis. Judith quoque omne tempus uiduitatis suæ his sobrietatis armis & abstinentie munita peregit: & omnium Assyriorum circumuenit exercitum:

*Hefr. 4* sobrij uigore consilij abstulit Holoferni caput: seruauit pudicitiam, & uictoriam reportauit. Hester etiam pulcrior sobrietate effecta, omne genus suum à persecutione liberauit: ita ut regem sibi faceret esse subiectum: non libidinis ardore flammatum, sed caelesti miseratione conuersum. Sed & dominus Iesus hanc præcipue uitutem suo nobis commendauit exemplo, ne hunc conformaremur seculo: sed crucifigamus sobria abstinentia ueterem hominem, & carnis curam non faciamus in concupiscentijs. Congruit nanque statu nostro, ut donec peregrinamur in hac miseriaram & periculorum ualle: reprimendarum carnalium uoluptatum crux nobis ipsi faciamus: sicut Apostolus dicit,

A dicit: Quis autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentijs. In hac sobrietatis cruce per totam istam uitam, quæ in medijs temptationibus posita est, perpetuò debet penderé Christianus. Non enim est in hac uita tempus euellen-di clauos, de quibus psalmus: Cōfige clavis à timore tuo carnes meas. Carnes enim sunt carnales concupiscentiæ: clavis uero vigor sobrietatis & abstinentiæ. His illas timor Dei configit: qui nos illi acceptabilem hostiam crucifigit. Quare si terreno limo gressus nolumus immergere nostros, de hac cruce minimè descendamus.

*Quod homo sobrietatem exercere debet propter multa, quæ eidem per ipsam proueniunt commoda.* Cap. III.

 Nter cætera diuinæ largitatis beneficia, hoc ab initio homini præstitū est, ut semper bona concupiscat, & suorum mercedem desideret laborum: quatenus naturaliter appetat summum bonum: uitutes apprehendere festinet, quæ multorum sunt causæ præmiorum in futuro, & donorum in præsentí.

Vnde non mediocriter uti & reliquæ, uitus sobrietatis & abstinentiæ alli- cere debet cor hominis ad se possidendā, quum de ipsa quam plurima procedant com-modā. Valet nanq; hæc uitus ad corporis incolumitatem. Nihil enim sic corpori iucundum est, atq; proficuum: ut cibus sobrie sumptus & bene digestus: nec sic sensum acumen operatur: nihilq; sic ægritudinē fugat: ut moderata refectio. Sobrietas quippe neutrimentum præstat corpori & sospitatem: exundantia uero morbum facit, & molestiasingerit, atq; ægritudines generat. Quod enim facit famæ, hoc facit plenitudo ciborum: aut potius peiora. Fames quippe in paucis diebus auferit hominem, & liberat ex hac uitæ poenali: excessus autem ciborum consumit & computrescere facit corpus humanū, & macerat languoribus diuturnis: insuper perimit morte crudeli. Hæc quoq; uitus ad iucunditatem præparat spiritualem. Nam si à carne hoc, quod ei libet, abscidimus: mox in spiritu hoc, quod delectat, inuenimus. Econtrario ijs qui in delicijs, & comeditionibus uitam ducunt, resoluta quidem corpora, & omni cera molliora circunferunt. Quibus ad cumulum malorum, tremor & immatura senectus accedit: sensus uero tardi, graves & obtusi, & quodammodo iam sepulti. Ipsa etiam Deum glorificat. Si enim, ô homo, quod manducas & bibis, sumis ad refectionem corporis, reparationemq; membro-rum, gratias tribuens ei, qui necessitatem tribuit mortali & fragili: ista supplementorum solatia, id est, cibus tuus & potus, laudent Deum. Sobrietas similiter seruat homin trationis libertatem. Nam de sobrietate prodeunt castæ cogitationes, rationabiles uoluntas, salubria consilia, atq; per uoluntarias afflictiones caro concupiscentijs moritur, & uitutibus spiritus innouatur. Vbi autem est crapula, ratio cespitat, intellectus obtunditur, consilia deuiant, iudicia subvertuntur. Hæc quoq; uitus membrum nobile, scilicet, os regit, & temperat. Vir etenim sobrius sermones suos præcogitat, & examinat prius in pectore, quam proferat in ore: qui autem comeditionibus deditus est, nullo renum pondere innixus, loquitur quæcumq; animo suggeruntur. Alliga igitur, ô homo, uitute sobrietatis linguam tuam, ne inconsideratè loquatur, nec lasciuat: sed decenter proferat sermones suos. Sub magna enim libraminis moderatione frænanda est, non

D insolubiliter obliganda, ne aut laxata in uitium defluat, aut restricta à proximi utilitate torpescat. Labilis enim est, & nisi censura uitutis cohibeatur, penetrat ut sagitta, tollit amicos, multiplicat inimicos, mouet rixas, seminat discordias, uno ictu multos percūtit, interficitq;. Blanda est, & subdola, lata, & parata ad exhaustienda bona, & miscenda mala. Qui enim sobrietate & temperantia custodit linguam suam, custodit animam suam: quoniam mors & uita in potestate linguae est. Ipsa quoq; uitus contra spirituales hostes nos uiriliter promouet. Incassum nanq; ad conflictum spiritualis agonis assurgitur: si nō prius inter nos metipso hostis impositus, gulæ (uidelicet) appetitus per sobrietatem endomatur: quia si non ea, quæ in nobis sunt uiciniora, prosterimus: inaniter ad ea, quæ longius sunt impugnanda, transimus. Superuacue quippe contra exteriores inimicos in campo bellum geritur, si intra urbis moenia, ciuis insidiants habetur. Nam & Daniel Dan. 6 trium hebdomadarum abstinentia leones mitescere fecit: missusq; in lacum, in adamantineam soliditatem sobrietatis abstinentiæ rigore duratus, non potuit vulnerari. Sic enim disposerant membra ieunia, ut in eius corpore ferarum mortibus locus esse non posset. Clausa tenebant leones ora, quæ abstinentia propheticæ sanctitatis comprimer-

bantur: ut ea feræ aperire non possent, ueluti quibusdam uinculis alligata. Sobrietas. B  
quoq; ab igne luxuriæ protegit. Venter nanc; cibo meroq; æstuans, cito spumat in libidinem. Venter enim & genitalia uicina sunt: & alter alteris subministrat. Ex uicinitate quippe membrorū sequitur confoederatio uitiorū. Ciborū autem saturitas carnis luxuriam suscitat: edacitatis uitio, crescit carnis tentatio, & ciborū repletioni semper libido adiuncta est. At cōtrā libido abstinentia restringit: & luxuria sobrietate superat. O ignis infernalis luxuria, cuius materia gula, cuius flama superbia, cuius scintillæ prava colloquia, cuius fumus infamia, cuius cinis inopia, cuius finis gehena. Cohibe gulam: & hæc omnia cessabunt. Nunquam enim poterit ardentes concupiscentiae stimulos inhibere: quisquis desideria gulæ refrenare nequuerit. Interioris hominis castitas, uirtutis sobrietatis consummatione discernitur. Nequaquam autem robustioribus æmulis colluctari posse confidas eum: quem in leuiori paruoq; conflictu conspexeris ab inferioribus superari. Superfluitates & temporalium appetitum resecat uirtus hæc. Si enim quod satis naturæ est, repellere indigentiam uelis: nihil est, quod fortunæ affluentiam petas. F Pausis enim minimisq; natura contenta est: cuius satietate si superfluis urgere uelis, aut iniucundum quod infundes fieri, aut noxiū: propterea simplicior uictus, & mensa mediocris, plurimum iucunditatis habet & pacis. Diuitum autem mēsa execrabilis quodammodo & horridæ: ac membrorum contaminationibus plenæ. Ipsa quoq; uirtus preterita delet, & facienda præcauet delicta. Bona equidem & salutaris sobrietas & abstinentia, qua redimuntur æterna supplicia, dum remittit peccata. Non solum est abolitio peccatorum, sed etiam extirpatio uitiorum: nec tantum obtinet ueniam, sed meretur & gratiam: non solum delet peccata, quæ commisimus, sed & repellit futura, quæ committere poteramus. Hæc eadem uirtus mentem regit, ne à sui soliditate deficiat. Felix plane sobrietas & satietas salutaris, quæ quanto copiosius sumitur: tanto abundantius sobrietatem mentibus donare dignatur. Quum nanc; moderata & sancta sit: ita corpus attenuat, ut mentem eleuet & regat: ne res humilitatis gignat superbiam, & uitia de uirtute nascantur. Nam incassum per abstinentiam corpus atteritur, si inordinatis motibus dimissa mens uitij dissipatur. Proinde per abstinentiam & sobrietatem uitia carnis extinguenda sunt, non caro. Sic prorsus necesse est, ut artem sobrietatis quisq; teneat: quatenus non carnem, sed uitia occidat. Saepè enim dum in illa hostem inseguimur, etiam ciuem, quem diligimus, trucidamus: & plerunc; dum quasi concuii compatimur, ad prælium hostem nutrimus. Propterea modicus & sobrius cibus & carni & animæ utilis est. Sunt & aliæ plures utilitates de uirtute sobrietatis procedentes, quæ sub compendio dicendæ sunt. Nam preparat ad munditiam, cauet Dei offendam, uigilantiam seruat, ministerio Dei idoneum efficit, auferit diabolo ingressum in hominem, concupiscenti carni contra spiritum uictualia auferit: hominem custodit, & honorabilem reddit: atq; à laqueis tentationum protegit. Nam sicut pisces capiuntur hamo, & aues comprehendunt laqueo: sic illaqueantur non habentes sobrietatem refectionis tempore. Creaturæ enim Dei in laqueo sunt, & in tentatione, & in muscipula pedes insipientium.

Quomodo possit acquiri sobrietas, & quibus medijs. Cap. IIII.



Vum esurienti cibi dulcedo, & nutrimenti utilitas commendatur, & sitienti fontium abundantia propalatur, non remedium, sed maior patienti generatur cruciatus, nisi modus tribuatur, quo suum ipse patiens satiet appetitum.

Sic de commendatione uirtutum definiendum est. Nam præconijs efferre virtutem, & quo ordine ad ipsam possit perueniri non ostendere: nihil aliud est, quam sitienti frigidam demonstrare aquam, & ei bibendi copiam denegare. Quare ad hoc uitandum post sobrietatis & abstinentiae commendationem recte subnectitur, quomodo ualeat adipisci, & quæ sint illa, quæ ipsam faciant possidere. Plurimum nanc; disponit ad sobrietatem acquirendam moderata occupatio. Semper enim aliquid agendum est, ne mens distracta per desideriorum campos suis capiatur concupiscentijs. Nam testante scriptura desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quicquam operari manus eius: tota die concupiscit & desiderat. Esau quippe amisit primatus benedictionem: quia maluit cibum accipere, quam querere. Ocioli enim mens nihil aliud cogitare nouit, quam de escis, aut de uentre: & qui ociosa quiete perficitur, nisi spiritualiter uixerit, morē

Prou. 21 Heb. 12

A more pecudum uitam dicit. At contrā dum plus iusto caro per inordinatos labores affligitur, etiam ab exercitatione boni operis eneruatur: ut ad orationem uel lectionem non sufficiat, dum incendia uitiorum quisq; in se funditus per labores suffocare festinat. Sed quemadmodum chorda in cithara si minus tenditur, non sonat, si amplius raucum sonat: sic qui uel ocio tabescit, aut nimio labore lassescit, dignè Deo laudes per sobrietatem resonare non ualeat. Ideo quisquis sobrietatem Deo offerre festinat, magno sibi met debet moderamine præesse: ut nec ad culpam caro per oculum transeat, nec ab effectu rectitudinis ex inordinata operatione laguescat. Habilitat etiam ad sobrietatem obtinendam fuga illarum rerum, quæ dant occasionem cadendi, sicut est delectabilitas, uarietas & nimietas. Fuge (inquit scriptura) quasi à facie colubri peccata. Si enim accesseris ad ea, suscipient te. Qui autem sensuum curiositatē deseruit, facile corruīt. Sensualis appetitus his uisibilibus pascitur, his nutritur, in his delectatur, ignorans quam perniciosa sit ipsorum adhæsio, quum reuera incautis sit animæ mors. Videlicet (sicut scriptum est) mulier quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulcrum oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu eius, & comedit, deditq; uiro suo, qui comedit: & aperti sunt oculi amborū. Si autem auertisset Euā oculos ab aperiū uetiti, minime concupiscentia ipsius sensisset, sed aspexit, concipiuit, comedit, & maledictionis sententiam incurrit: si radice extirpasset, stetisset plane, nec sibi, nec nobis uarias calamitates acquisisset. Ideo non licet intueri, quod non licet concupisci. Promouet quoq; ad sobrietatem obtinendam frequens cogitatio, qualis sit caro futura post mortem. Nihil tam ualeat ad domanda carnis desideria, quam frequens mortis consideratio, quæ carnem macerat, & exterminat. Quis enim non erit sobrius, quum meditatur corpus suum post paululum, cadauer putridum futurum? Tunc nanc; omnis eius tumor cessabit, omnis gloria conquiescat, omnis amor deficiet. Voluetur in panno, ponetur in feretro, reuoluetur in tumulo, & exiguo facto interallo membrorum robur marcescat, ossium compago dissoluetur, & è carne fœdissima uermes pullulabunt ex ore, ex naribus, ex oculis: qui eam morsibus

B est) mulier quod bonum esset lignum ad uescendum, & pulcrum oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu eius, & comedit, deditq; uiro suo, qui comedit: & aperti sunt oculi amborū. Si autem auertisset Euā oculos ab aperiū uetiti, minime concupiscentia ipsius sensisset, sed aspexit, concipiuit, comedit, & maledictionis sententiam incurrit: si radice extirpasset, stetisset plane, nec sibi, nec nobis uarias calamitates acquisisset. Ideo non licet intueri, quod non licet concupisci. Promouet quoq; ad sobrietatem obtinendam frequens cogitatio, qualis sit caro futura post mortem. Nihil tam ualeat ad domanda carnis desideria, quam frequens mortis consideratio, quæ carnem macerat, & exterminat. Quis enim non erit sobrius, quum meditatur corpus suum post paululum, cadauer putridum futurum? Tunc nanc; omnis eius tumor cessabit, omnis gloria conquiescat, omnis amor deficiet. Voluetur in panno, ponetur in feretro, reuoluetur in tumulo, & exiguo facto interallo membrorum robur marcescat, ossium compago dissoluetur, & è carne fœdissima uermes pullulabunt ex ore, ex naribus, ex oculis: qui eam morsibus

C deuorabunt acerrimis. Longè tunc erunt amici, qui eos abigant: nec ipsa sibi met prodesse poterit. Resoluetur quod relictum à uermibus fuerit in puluerem. Et vox domini complebitur, dicentis: Terra es, & in terram reueteris. Versemus hæc sedulò in animo, & circuncidamus carnis concupiscentias. Nemo scit nostrum, quam propè infest terminus. Sic itaq; formemus animum, tanquam sit ad extrema uentum. Venientem nemo hilaris mortem recipit, nisi qui se ad illam diu composuerit. Nihil aequè proficit ad temperantiam omnium uolupratum, quam assidua cogitatio breuis æui, & miserandæ consumptionis humanæ carnis. Memorare (ait sapiens) nouissima tua, & non peccabis. Qui enim quotidie recordatur se esse moriturum, contemnit præsentia, & ad æterna festinat. Ad hanc præterea sobrietatis uirtutem accendit mentem consideratio futuræ coenæ, de qua dicitur. Beati qui uocati fuerint ad coenam agni. Quis etenim non commutabit læto animo has carnales epulas pro æternis? Hæc nanc; tanta auditate appetuntur: quia ignorantur quæ promittuntur. Harum nulla est proportio. Temporales e-

D pulæ pascunt corpus, & grauant: ingerunt carni delectationem, dum sumuntur: & tam post ipsam delectationem, quæ breui temporis interallo finitur, subsequitur hebetudo, uel crapula, aut uentris inordinata protensio, siue grauedo. Quæ cuncta si de-sint, ineuitabilis succedit resumendi cibi necessitas, eo laboriosior, quo frequentior. Celestes autem epulæ, nec animam grauant, nec poenam ingerunt: quin potius omnium suauitatum delectatione perfundunt comedentem: ita ut nec amplius aut aliud concupiscere possit. O uere felix, & gloria satietas: ô sanctum conuiuim, ô desiderabiles epulæ: ubi nimicum anxietas nulla, nullum poterit esse fastidium: quādo satietas summa, & summum inerit desiderium. Inuitat quoq; ad sobrietatem frequens meditatio malorum quæ sequuntur post ciborum superfluitatem, uidelicet, mors culpæ, interdum etiā corporalis mors, & postea mors æterna animæ & corporis. De quibus quoniam in præcedentibus uerunc; tractatum est: hic nequaq; de ipsis dicitur.

Optimum est sobrietate edomare carnales concupiscentias, & gratia stabilire cor. Hæc transeunt, gratia uero domini manet in æternum.

Ecclesiastes 2:1

Gen. 2:1

Ibid.

Ecclesiastes 7:1

Apocalypses 19:19

Quae uitanda sunt ab ijs, qui sobrietatis uirtutem obtinere concupiscunt, atque de eius perfectione.

Cap. V.

**Q**uicquid sine modo geritur, necesse est, ut aut imperfecte fiat, aut imperfectum relinquatur. Quare ut ad sobrietatis perfectionem pertingere ualeat, quisquis eam adipisci desiderat, dignum esse duxi in hoc ultimo capitulo describere, quibus modis sobrietatis perfectio teneatur, & quanta sint bona, quibus ditantur, qui ea potiri digni sunt effecti. Primo summopere caudum est, ne statutum tempus comedendi nimium præueniatur, aut differatur. Recens nanque cibi perceptio tam in uespertinis, quam in nocturnis orationibus tenuem leuemq; sensum non sinit inueniri. Ideo satis commode & utiliter hora nona refectionis tempus indulsum est. In quo reficiens se quicunque contemplationi uacare desiderat: non solum in nocturnis uigilijs leuis & uacuus: uerum etiam in ipsis uespertinis solennitatibus digesto tam cibo orationi aptissimus inueniatur. Secundo deuitanda sunt cibaria laitoria & nimia studiositate condita. De hoc admonet Apostolus Petrus, dicens: Obscro uos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere uos a carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. Ideo agendum est, ut palatum fames exciter, non sapores. Sunt autem quidam, qui superstitionis nimis in præparadis cibis studium adhibent, infinita decoctionum, & condimentorum genera excogitant, modò mollia, modò dura, modò affa, modò sale condita secundum consuetudinem prægnatiū mulierum uaria desiderantes: ita quod ibi desudant coquorum artes: & cum tanta sollicitudine præparantur, ut deuoratis pluribus ferculis prima non impediunt nouissima, & quum iam stomachus crebris ructibus repletum se indicat: nondum tamen curiositas satiatur. Horum namq; mores longè sunt a pulcritudine sobrietatis, quæ paruo redime studet sua desideria. Tertiò, cohibendus est nimius cibi appetitus. Nam longè melius est moderatè carnibus ad usum uesci, quam uentuoso legumine usq; ad uentris repletio nem exaturari. Præcipue quum Esau non de carnibus, sed de lente sit reprehensus: & de ligno Adam, non de carnibus sit damnatus: atque Ionatas ex gustu mellis, non carnium morti iudicatus fuerit. Econtrario uero Heliā innoxie carnem comedit: Abraam angelos carnibus gratissimè pauit, & de ipsis sua fieri sacrificia præcepit Deus. Quartò, ne mensura in refectione excedatur in uigilādum. Nam abstinentia sic est adhibenda temperies, ut corpus nec saturitas exciter, nec inedia immoderata debilitet. Sic abstinendum est, ut non palpet corpus, & respirare uix possit, sed ut fracto eius appetitu, nec in lectionibus, nec in psalmis, uel uigilijs solito quid minus fiat. Quicunq; igitur his præcis temperata discretione uitam suam decorauerit, fatendum est, quod ad celitudinem pertigerit sobrietatis. Quæ sobrietas est recti iudicij tenax memoriæ recordationisq; inseparabilis uigor, sapientiæ secretorum custos, lectionum & doctrinæ capax, studiorum ac artium bonarum discipula pariter & magistra, ingeniorum & capiendarum rerum pedissequa, bonæ famæ semper autrix, in cogitationibus salubria atq; utilia creans, uirtutis singulare auxilium cuncta cum ratione disponens. In congregatione honestorum seipsum semper ingerens temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officijs obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamq; cum moderatione gubernat, & fidem sibi cōmittentibus seruat. Hec deniq; uirtus in animo se possidentis concupiscentias frenat, affectus temperat, desideria sancta multiplicat, uitiosa castigat, confusa ordinat, cogitationes prauas remouet, sanctas ingerit, ignem libidinosæ uoluntatis extinguit, mētem placida tranquillitate componit, atq; totam ab omni tempestate uitiorum defendit. Hæ sunt diuitiae, quibus soberij ditantur, hæ utiq; sunt gemmæ huius, de qua dictum est, sobrietatis: quibus redimiti sunt, qui ipsam perfecte obtainent. Quæ uirtus inter reliquas non mediocrem sortitur locum: sed in fructibus huius ligni uitæ ex sui dignitate decimi gradus sublimatur honore: apud uero cælestem regem sumum meretur fastigium: quia sicut ex gulæ transgressione illata est homini confusio & poena, ita dignum est, ut pro uirtute sobrietatis ei conferatur honor & gloria in secula.

De

DE VIRTUTE HUMILITATIS SANCTISSIMÆ,  
que in domino Iesu plenissimè claruit: atq; de ipsis diffinitionibus, quæ uirtus in ordine fructuum ligni uite undecimum sortitur locum.

Cap. I.



Lluxerunt coruscationes tuæ orbi terræ, uidit & commota est terra. Psal. 98  
Confessio hæc uox est intelligentis opera Dei, & mira ipsius dona remoratis. Quid mirabilius, quid uicidius dicit potest, quam quod Deus & dominus noster nostri similis fieri sit dignatus? Præcellentissima est hæc ipsius dignatio, inaudita est à seculis talis descensio. Excedit hæc gratia cæteroru donorum eius innumerabile multitudine, nec ex sui incomprehensibilitate ab hominibus explicari ualeat. Et quid miru, cū neq; ipsa cæloru Deo famulatia agmina ad plenū id queant indagare? Stupet, mirant, & uenerant huma  
**B**nam in Deū assumptā esse naturā. Cōtemplari mira & iucunda suauitate nō desinūt: quomodo homo Deus, & Deus homo effici dignatus est. Quod cū plane nō capiunt, laudant, magnificat, & quibus ualeat, uotis extollunt diuinā bonitatē, quæ tam munificē se prebuit mortalibus, nō tantū in assumptione nature, sed etiā in humili cōuerlatione. Miratur namq; illū nunc latente in utero, nunc iacente in presepio, nunc latente in gremio, uagientem, plorantem, in Egyptum fugientem, & genitrici obedientem. Nec non tentatum, fatigatum, persecutionē passum, ueditum, captum, illusum, consputum, expoliatum, flagellatum, spinis coronatum, felle potatum, clavis cruci affixum, extinctum, & lancea uulneratum: insuper in sepulcro iacentem, tertia die resurgentem: cum discipulis & inter discipulos apparentem, comedentem, benedicentem, & ad cælos ascendentem, atq; spiritum emittentem. Præterea ipsum cernunt per discipulos, & in discipulis prædicantem, populos conuertentem, & per eosdem miracula facientem. In qua admiratione nil aliud quam Deo laudes offerre possunt, qui tam eximis operibus mortalium corda ad C se trahere dignatus sit. Bandem quoque inspicio per spiritum uir Deo plenus, Deo gratias reddens, & futura tanquam præterita narrans aiebat. Alluxerunt coruscationes tuæ, ô domine, id est, manifestatæ sunt in carne passibili uirtutes tuæ, doctrina tua, miracula tua orbi terræ. Vidi hæc homo Dei fide, spiritu, & oculis, & mota est terra. Motu sunt plane corda terræ hærentia, terram diligentia, & terram possidentia. Aliter enim ad Deum nequaquam ualebant conuerti homines. Non enim cognoverunt per sapientiam Deum: ideo placuit ei per stultitiam prædicationis, per infirmitatem carnis sanos eos facere, & contundere ipsorum duram ceruicem, atque per humilitatis uirtutem ad suam gratiam & gloriam sublimare: ut sicut superbia extiterat causa ruinæ: ita & humilitas fieret materia reconciliationis. Quæ humilitas perfectissimè eluet in uita & uirtutibus Saluatoris: quibus se comparando homo quid de se aestimare debeat, perspicue edocetur. Perfectio nanque ipsius humilitatis in nobis collocat fundamentum, dum humana mens in illo miratur omnium carismatum plenitudinem, omniumque uirtutum consummationem, atque in se omnium uitiorum tomitem & transgressionem. In lumine uirtutum ipsius illuminatur de se corruptibilis homo, & per cognitionem eius ueram de se profert sententiam humilitatis. Confitetur in ipso omnem diuinitatis plenitudinem habitare, & in se nullum habitare bonum. Magnificat dignitatem illius, & suipius prædicat uilitatem. Ob quam confessionem humilem suorum ueniam obtinet delictorum, & multarum percipit plenitudinem gratiarum. Sicut enim Deus superbis resistit, ita & humilibus dat gratiam. Humiles nanque sunt, qui propriæ infirmitatis conscientiæ sunt. Nam sic describitur humilitas. Humilitas est uirtus, qua homo uerissima sui cognitione libimet ipsi uilescit. Item humilitas est ex intuitu propriæ conditionis uoluntaria mentis inclinatio. Est quoq; humilitas contritæ animæ sensus, & uoluntatis propriæ abnegatio. De qua uirtute in consequentibus dicetur: quatenus & per hoc prouocemur ad ipsam obtinēdam, & cum ipsa gratiam & gloriam acquirere ualeamus. Quæ uirtus omnibus necessaria est, & præcipue quiescentibus & Deo per orationis exercitium uacare uolentibus: quia nunquā poterit quis Deo uera citer inhærere, si nō fuerit hac uirtute munitus. Ex uisitationibus nanq; Dei superbus intumescit, alij se prepavit,

x. Cor. 2

Colo. 2

i. Pet. 5

De

nit, & deterior efficitur. Vnde necesse est, ut humilitate polleat: quisquis ad Dei contemplationem propinquare festinat. Merito igitur ante orationis tractatum de humiliitate dicendum est: ut strenuus Christi pugil humilitatis armis munitus, liberè & absque sui detrimento possit in campum, & latitudinem contemplationis se transferre, ut tanto in suscipiendis spiritualibus donis fiat dignior & capacior: quanto per humilitatis uitatem extiterit in se profundior & abiectior. Quod Propheta referans domini Salvatoris aduentum, paucis manifestat uerbis. Inquit enim: Omnis uallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. De quibus in cōsequētib⁹ dicitur domino auxiliātē.

Esa. 40  
Quod uerbis & exemplis Salvatoris nostri, aliorumq; sanctorum nota efficitur laus & excellentia hu-

militatis. Cap. II.

**R**egum gloria ex numerositate, & nobilitate dignoscitur subditorum scientia ex facundia & sufficientia clarescit discipulorum: & uirtutum prærogativa nota efficitur ex autoritate atq; dignitate commendantium. Vnde quum nunc describenda sit humilitatis celitudo, causa, gradus, & perfec-  
tio: dignum est, ut prius magistri humilitatis uerba & exempla ponantur, quatenus quantæ excellentiæ sit hæc uirtus, pateat: quæ à Dei filio domino Iesu prædicata extitit, & operibus comprobata. Quum enim turbas alloqueretur fidelium, nunquid ait, discite à me cælum fabricare, mortuos suscitare, uaria infirmatum genera-  
ra sanare, sublimia loqui, & futura prædicere? Non. Sed quid docuit: quid loquutus est?  
Matt. 11  
Discite à me, ait sapientia Dei, ait uerbum, per quod facta sunt omnia uniuersa ordina-  
ta. Discite (inquit) non uerbis, non disputationibus, sed operibus à me, qui feci uos, qui  
quæsui, qui inueni, qui in humeris meis ad patris præsentiam, ad ouile meum miseri-  
corditer reportauit: quia mitis sum, & humiliis corde. O uerbum dulce, & doctrina salu-  
berrima, breue eloquium, profundus sensus, & ueneranda sententia. quid dulcius, quid  
facilius, quid efficacius fari potuit, quo conuerterentur corda hominum à uanitate ad  
uirtutem, ab errore ad ueritatem, ab exterioribus ad seipso, à creaturis ad deum suum?  
Prorsus detestanda & miserabilis præsumptio est audire, & oculis fidei conspicere Deū  
suum mitem & humilem, & uelle sectari honores, appetere dignitates, & alijs præesse  
desiderare. Discit homo putredo & uermis, puluis & cinis se humiliare. Imitetur regem  
gloriæ, qui quum esset dominus omnium, factus est opprobrium hominum & abiectione  
plebis, ut suo omnes prouocaret exemplo. Quis unquam in uita sua, in actibus suis sic  
se deiecit, sic se exinanuit, sicut dominus Deus noster, salvator & redemptor noster:  
Omnis eius conuersatio, quam in hac peregrinatione habuit cum hominibus, humili-  
tatis exemplar extitit & perfectio. Quæ ut clarius elucescat, discutienda est breuiter: ut  
uideat homo, quo affectu, quâve sedulitate debeat ipse sectari humiliatæ, quam sic do-  
minus Iesus in uita sua ostendere dignatus est. Primo namq; de matre pauperrima nascens  
& humili, uirtutem nobis humilitatis commendauit. Fulget plane dignitas & humilitas  
Christi: non quia magnos progenitores habeat & potentes, sed quia exiguo & uiles. Si-  
cuit enim mirabilis iudicatur, nō quia mortuus tantum est, uerum quia etiam crucifixus:  
sic etiam in generatione illius dici potest: quod nō solum quia suscepit carnem & homo  
factus sit, admiratione existat dignus: sed quia etiam progenitores tales habere digna-  
tus est, nihil de nostris uilitatibus erubescens. Per ista proculdubio docens, quod nos  
quoque de uilitate nunquam erubescamus parentum, sed semper queramus nobilitati  
propriarum honore uirtutum. Non est omnino, non est de nobilitate, aut uilitate pa-  
rentum laudādus aliquis, uel uituperandus: sed de suarum decore uirtutum, siue defor-  
mitate culparum. Nullus igitur in superbiam de gloria eleuetur parentum, sed confide-  
rans progenitores dominio: omnem euacuet & comprimat mentis tumorē, & solis uir-  
tutibus glorietur. In nativitate similiter hanc humilitatis uirtutem prædicauit exemplo.  
Quum enim pastoribus annūciatus, quæsitus & repertus fuisset, nunquid inuenierūt pa-  
latium marmoribus splendidum: nunquid aulam regiam diuersis populis personantē:  
nunquid clypeatas militum cateruas: nunquid equos regalibus phaleris insignes: nu-  
nquid currus auro argentoq; fulgentes: nunquid matrem eius diademate coronatam,  
aut in lecto eburieo recumbentem: nunquid puerum & byssō & purpura inuolutum?  
Vtique non. Sed potius angustum & humile tugurium, uile squalidumq; præsepium,

& magis

A & magis animalibus; quam hominibus aptum: puerum uilibus pantis inuolutum, ma-  
trem uix tunicam habentem unam, non ad ornatum corporis, sed ad tegumentū nudita-  
tis. Circuticidi quoque uoluit, quod est præcipuum humilitatis exemplum. Nam uesti-  
gium nullum habens dominus Iesus, alligaturam vulneris non refugit. Non sic impij,  
non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescit utiq; peccator vulnerum alligatu-  
ram, & plerunque vulneribus gloriatur, & qui sine initio est, ac omnium seculorum do-  
minus: non est designatus peccator reputari. Confundatur igitur humana temeritas, &  
humilietur exemplo humilitatis Christi, qui uoluit pro utilitate peccatorum peccator  
existimari. Quid plura? Voluit præsentari in templo, & rediri peccator. Fugit in Ægy-  
ptum ut impotens: subdidit se parētibus, & omnem exercuit humilitatis formam in ui-  
tu, in peregrinatione, in discipulorum electione, in necessitatibus, in angustijs, in per-  
secutionibus, in opprobijs, in passione & morte. Quæ quum nota sint, & humanum  
transcendat intellectum, magis silentio prætereunda sunt, quam paucis & in composi-  
tis explicanda uerbis. Omnis namq; quam Deus in homine exercuit, conuersatio cum  
hominibus: summa & inexplicabilis est perfectio humilitatis, quæ eo est uenerabilior,  
quo incōprehensibilior. Imitanda tamen est, quia ad hoc ostensa. Non solum in uita Christi  
Iesu relucet excelsæ uirtus humilitatis, sed etiam in sanctis omnibus, qui ipsius domi-  
ni imitatores extiterunt, & præcipue in Salvatoris mundi genitrice, sicut eadem testa-  
tur, dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent  
omnes generationes. Ecce quam humili quam uilia de se sensit: & totum diuinæ gratiæ  
tribuit. Iudicio suo monstrauit se humilem: sed respectu supernæ gratiæ sublimem: ut  
quod natura in primis parentibus per superbiam perdidérat: per ipsius humilitatem ac-  
cipiteret. Ideoq; uerbum patris per humilitatis suæ meritum carnis substatiæ, quam sibi  
uniaret, assumpsit: & tunc ad eam, quam prius abiecerant naturam sublimandam per mi-  
sericordiam respexit. Et quoniam quod erat, humilius recognouit, dicendo se ancil-  
lam: sublimiter quod non erat, mater esse promeruit. Nam ipsa beata uirgo non à filio  
Luc. 1  
C suo domino nostro celos didicit fabricare, non angelos creare, non mirabilia, & diuini-  
tatis insignia perpetrare: sed se humiliare, cæteraq; documenta uirtutum intra humili-  
tatis custodiām aggregare: unde & in se solam humilitatem respexisse fatetur domi-  
num: quæ custos est cæterarum uirtutum. Collocauerat enim in tuto stationis portu  
sublimia meritorum suorum exercitia: & ideo est diuinitus sic illustrata. Propter hanc  
quoque uirtutem Moses, qui erat mitissimus super omnes homines: qui illo tempore  
morabantur in terra, qui se domino excusabat, dicens: Quid sum ego, ut uadā ad Pha-  
raonem, & educam filios Israel de Ægypto, meruit audire. Constitui te dominum  
Pharaonis. Per ipsum etiam fecit dominus signa, & prodigia ingentia: & eduxit popu-  
lum Dei de domo seruitutis: & cum illo facie ad faciem loquebatur, sicut amicus cum  
amico. Quid de Gedeone dicendum: qui dux & iudex populi sui constitutus est pro-  
pter humilitatem? Hanc ostendit. Quum enim dominus diceret ipsum Israel liberatu-  
rum de manu Madian, respondit: Obscro mi domine, in quo liberabo Israel? ecce fa-  
milia mea infima est in Manasse, & ego dominus in domo patris mei. Pro hac etiam uir-  
tute sublimatus est Saul in regno, audiuitq; à domini Propheta: Nonne quum paruu-  
lus essem in oculis tuis, caput in tribub⁹ Israel factus es? Vnxitq; te dominus in regem  
super Israel: misitq; te, & ait: Vade & interfice peccatores, &c. Et quoniam in ipsa uirtute  
se minimè custodiuit, audiuit ab eodem Propheta: Pro eo ergo quod abiecisti sermo-  
nem domini, abiecit te dominus, ne sis rex. Dauid similiter hac uirtute decoratus ad re-  
gnifastigium: quia humilius erat, prouectus est. Hæc Hieremiam, Esaiam, Da-  
nielem, cæterosq; Prophetas insignes fecit. Ipsa Petrum, Paulum,  
Exod. 3  
Num. 12  
Jud. 6  
1. Reg. 15  
Deo

D milia mea infima est in Manasse, & ego dominus in domo patris mei. Pro hac etiam uir-  
tute sublimatus est Saul in regno, audiuitq; à domini Propheta: Nonne quum paruu-  
lus essem in oculis tuis, caput in tribub⁹ Israel factus es? Vnxitq; te dominus in regem  
super Israel: misitq; te, & ait: Vade & interfice peccatores, &c. Et quoniam in ipsa uirtute  
se minimè custodiuit, audiuit ab eodem Propheta: Pro eo ergo quod abiecisti sermo-  
nem domini, abiecit te dominus, ne sis rex. Dauid similiter hac uirtute decoratus ad re-  
gnifastigium: quia humilius erat, prouectus est. Hæc Hieremiam, Esaiam, Da-  
nielem, cæterosq; Prophetas insignes fecit. Ipsa Petrum, Paulum,  
Ioānem, & omnes sanctos sublimes reddidit. Et ut pau-  
cis excellentiam humilitatis concludam ser-  
monibus, nemo absq; illa Deo  
placuit, & nemo cum  
illa displicuit.

De multiplicibus effectibus virtutis humilitatis. Cap. III.

**N**on tantum ex autoritate ac dignitate commendantium, sed etiam ab ipsius virtutis effectibus fulget magnitudo humilitatis. Hæc nanc̄ est, quæ Dei gratia meretur. Nam qui de suis confidit meritis; & proprijs innititur operibus, in cor illius nō intrat gratia. Nimurum plenus est, nec in eo inuenit gratia locum suum. Sicut autem non patitur natura vacuum, quin illud replete: sic nec gratia humilium, quin illi se infundat. Humiliare igitur, ô homo, Deo: euacua cor tumore elationis, quia tanto perfunderis abundantiori gratiae suauitate, quanto mundior fueris sece presumptiois. Ipsa virtus humilitatis eos, qui se possidet, glorificat, sicut scriptum est: Qui humiliatus futerit, erit in gloria: & quicunq̄ inclinaverit oculos, ipse saluabitur. Nam gloriam præcedit humilitas. Quicunq̄ igitur desiderat primatum cælestem, sequatur humilitatem terrestrem. Non enim qui maior fuerit in honore, ille maior: sed qui fuerit humilior, ille maior. Hæc sapientiam in hominem introducit. Sicut enim qui thesauros effudit, terram reiçit, foueam in altum facit, & sedulus insistit, donec inueniat, quod quaerit: sic qui thesauros sapientiae reperi desiderat, omne pondus terrenum à se abhiciat, in se foueā humilitatis agat, nec quiescat, donec ad id pertingat, quod cupit. Ipsa nanc̄ stultitia angeli, fuit elatio cordis. Vera autem sapientia efficitur homini humilitas suæ estimationis. Hæc caritatem reparat. O homo, qui per elationem amisisti caritatem, fode in te fundementum humilitatis, & attiriges ad fastigium amissæ caritatis: quia sola est virtus humilitatis, amissæ reparatio caritatis. Hæc virtus de hoste triumphat: de suo vulnere roboratur, de infirmitate fortior efficitur. Ipsa nanc̄ pacatissima est, in paupere grata est, in diuite gloriofa, inter inimicos blanda, inter amicos officiosissima, in contumelij pacifica, non extollit prosperis, non immutatur aduersis: non extorquet seruum, non querit tuoc̄ es laudantium: quia se laudatione nouit indignam. Nam superbia accipit corticem, humilitas nucleus: illa florem, ista fructum: illa pulcrum, ista bonum: illa opinionem, ista veritatem, illa ascendit, & prosternit: ista descendit, & exaltatur. Sola est humilitas, quæ non solet gloriari, non nouit præsumere, contendere non consuevit: non exclamat in iudicio, non prætendit iustitiam. Ipsa est radix virtutum. Non enim possumus tenuire ad libertatem, non possumus habere caritatem, non ualemus seruare unitatem sine hac. Vnde ueraciter illa in nobis virtus pullulat, quæ in radice propria, scilicet, humilitate perdurat. A qua nimurum si absconditur, arescit: quia uiuificantem se inferius humorem humilitatis perdidit. Hæc virtus hominem gratum Deo & hominibus reddit. Nempe nihil adeò efficax est ad exhibendum, ô homo, te cunctis benevolum, quam si uitæ merito & humilitatis extiteris decorus. Sequere humilitatem, non quæ ostenditur, atq̄ simulatur gestu corporis, aut ficta uoce uerborum: sed quæ puro cordis affectu exprimitur. Nam aliud est virtutem habere, aliud virtutis similitudinem ostentare. Sed illa deformior est superbia, quæ sub quibusdā signis humilitatis latet: quia tunc turpiora sunt uitia, quando sub virtutis uelamine teguntur. Ipsa humilitas est turris fortissima seruorum Dei. Quū enim in sublimi sunt humiles positi: unde se in omnibus despiciunt: inde contra omnia securiores, & super cuncta altiores fiunt. Abstrahunt profecto absq̄ humilitate à recto fine diuitiæ, honores & pompæ: quæ opinione nostra cara sunt, prelio suo uilia. Nihil habent magnificum, quo mentes nostras ad se trahant: præter hoc, quod admirari illa consuevimus. Non enim quia concupiscenda sunt, laudatur: sed cōcupiscuntur, quia laudata sunt. Securo igitur gressu inter ipsas pergit humiliis, qui in sui cognitione se collocans tanto cunctis est fortior, quanto se cæteris sentit abiectionem. Ipsa virtus est omni lapide precioso præstantior, omni flore elegantior, omni odoramēto fragrantior. Nam aliter redolet flos uiae: quia magna est opinio prædicatorum, qui inebliant mentes audientium. Aliter flos oliuæ, quia suave est opus misericordiæ, quod refouet & lucet. Aliter flos rosæ, quia mira est fragrantia, quæ rutilat, & redolet ex cruce martyrum. Aliter flos liliæ, quia candidatur uita carnis de incorruptione uirginitatis. Super hos autem omnes spargitur flos uiolæ, quia virtus humilium, ultima loca per humilitatem tener: eo de se ubiorem odorem emittit, quo se intra se, ne agnoscatur, includit, & quum in hominum aspectibus nullius decoris agnoscit, ante faciem Dei extat gloria, & odore suo suauissimo regem celi miro ad se trahit affectu. Propter hanc

**A** hanc humilium humillima Maria mater Dei meruit nuncupari & esse. Hoc ipsa psaltria egregia protestatur, quum dicit: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Hanc sectemur, hanc totis præcordijs amplectamur, hanc cunctis delicijs præponamus. Tunc enim sublimes erimus coram domino, quum præ omnibus nos videbimus abiectiones. Tunc redolebimus, tunc audiemus dominum clara uoce dicentem: Ecce odor filij mei sicut odor agri plenis: cui benedixit dominus, qui regnat in secula. Gen. 27

Quibus considerationibus peruenire potest homo ad humilitatem, & quod multa commoda conferantur ex iugi mortis memoria. Cap. IIII.



**N** humanis peragendis rebus duo potissimum necessaria sunt, ut ad perfectum attingatur operis: æque in adipiscendis virtutibus perspicuum est, & præcipue ad acquirendam humilitatem: de qua præsens tractatus inscribitur, uidelicet, consideratio eorum, quæ ad propositum habilitant opus, & a-

**B** etus operi conformis. Quare ad insinuandum, qualiter homo Dei ualeat humilitatem possidere, hæc duo inferenda sunt. Plurimum namque ad humilitatis virtutem nostra nos trahit cōsideratio: tum ex parte corporis, tum ex parte animæ. Quis etenim se extolleat, si carnis suæ originem, uitæ calamitatem, & finem diligenter inspicerit? Recogita, ô homo, ut humilioris, originem tuam. Intellige unde uenis, & erubesce: aduerte ex quo conciperis, & humiliare. Nam in putredine conciperis, in sordibus generaris, in latribus confoueris, & in doloribus parturiris. Formatus es nempe, ô homo, de puluere: de luto, de cinere (quodq̄ uilius est) de spurcissimo atque foetidissimo sanguine, in pruritu carnis, in seruore libidinis, in foetore luxuriae, & (quod deterius est) in labo peccati, in obligatione delicti. Primum uocem plorando emittis: utpote uallem plorationis ingressus. Sed & hoc cōsiderare non negligas, quod singula quæc̄ nascētria propria quædam habent munimenta, quibus naturam suam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborē, penna tegit uoluerē, pīscem squamma operit, lana ouem induit, pellis iumenta & feras uestit, concha testudinē excipit, solus homo inermis nascitur & nudus, ut eo ad humilitatem fiat prænior, quo se cæteris rebus in ipso suæ nativitatis primordio intuetur abiectione. Qualis uero sit hominis progressus, dum uiuit, facile (si cōsideretur) agnoscitur. Tantis nanc̄ malis uita ipsius repleta est, ut comparatione eius mors remedium putetur esse, nō pœna. Hanc em̄ humores tumidant, dolores extenuant, ardores desiccent, insanias morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, ioci dissoluunt, tristitia cōsumit, solicitude coarctat, securitas hebetat, diuinitæ iactat, paupertas deſicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frangit: & post hæc omnia mors interimit, uniuersis gaudijs finem imponit: ita ut cum esse desierint, nec fuisse putentur. Quo autem fine claudatur hominis caro, insinuant ipsa sepulcra ossibus plena, foetoribus intolerabili, uermibus referta. Nam post hominem uermis de ea generatur: post uermem foetor & horror exhalat. Sicq; in nō hominem uertitur omnis homo. Igitur ô seculi amatores, ô carnis concupiscentiarū fautores: Quū fex, cum limus, cū res uilissima simus, unde superbimus? Quare

**C** corporis nostri miseriam nō cōsideramus? O mira fatuitas, ô stupēda cæcitas, ô denganda uanitas cordis nostri: cuius ceruicis motus omnino domare nō potest humilitatis tanta materia, quin adhuc superbiat puluis & cinis. Ex parte autem animæ plurimi humiliamur, si culpæ grauitatem diligenter intuemur. Diabolo nanc̄ utcunq; peiores sumus, cum peccamus: quoniam diabolus nulla præcedentis peccati vindicta superbens peccauit: nos autem uila eius pœna contemnentes ad peccatum properauimus. Ille in innocentia cōstitutus, nos restituti: ille perstigit in malitia Deo reprobate, nos Deo reuocate: ille induratur ad punientē, nos ad blandientē: & si cōtra Deum omnes, ille cōtra nō requiriemus se, nos cōtra morientē pro nobis. Sed quid mirū, si humiliamur in statu culpe talia considerantes, cum etiam nō mediocriter humiliemur in statu gratiæ infirmitatē animæ intelligentes? Nonne se per humilitatem deſicit homo, si solerter conspiciet in se negligentiam proficiendi, difficultatem standi, facilitatem cadendi, laborem resurgentis, & debilitatem uitia uincendi? Hæc sunt nempe, ô homo, in quibus gloriari potes: si tamen hæc gloriam merentur. Age ergo pœnitentiam in cinere & fauilla: & pro tua elatione gemitus compunctionis emite. Dic ad dominum humili uoce, & uera cōfessio-

ne. Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum verbum tuum. Consideratio etiam priorum defectuum causat humilitatem. Propterea sancti uiri, ut humilitatis in se pariant & nutriant uirtutem: quum quædam mirabiliter faciunt: ante mentis oculos student reuocare: quod nondum agere queunt: ut dicitur ex una parte considerant infirmitatem suam: ex ea parte, qua perfectus est eorum animus, non se extollant. Vnde qui plenissimè per sui cognitionem ad humilitatem tendere nistitur: talis nimis debet conspicere, qualis non est: quatenus ex bonorum forma metiatur, quantum ipse deserto bono deformis sit. Lucem enim debet intueri, qui uult de tenebris iudicare. Lumen namque propriæ intelligentiæ uirtutem generat humilitatis. Ideo quanto quis majoris gratiam intelligentiæ percipit, tanto amplius reprehensibilem se esse cognoscit. Respectus quoque meliorum acquisitionis est humilitatis. Si enim incentiu[m] elationis est intuitio deterioris, nemo dubitet, quin in cautela humilitatis est consideratio melioris. Nam ad humilitatis gloriam ille citò festinat, qui aliorum bona subtiliter pensat: quia dum ea quæ sunt feliciter facta foris ab alijs aduertit, eum qui de singularitate uictus erumpere p[ro]nititur, superbiam tumorem premit. Cogitatio insuper mortis & corporis resolutionis uirtutem in nobis gignit humilitatis. Necesario nanque timor & consideratio future mortis mentem concutit, & quasi eleuans omnes carnis motus & superbiam, ligno crucis affigit. Considera ergo frequenter, ô homo, te iam mortuum, quem scis te de necessitate moriturum. Dispice qualiter oculi uertentur in capite, uenæ rumpentur in corpore, & cor scindetur dolore. Talis exercitatio cogitationis somitem magnum partem humilitatis. O bona mortis consideratio, quis quāta per te acquirant emolumenta, ualeat intelligere: quis potest capere, quis propalare? Plura profectio de te eueniunt cōmoda. Nam utilis est tui memoratio ad fugandū uitiorum exercitum, & fugiēdos peccatorum laqueos. Qui em̄ uigilāter animaduertit, qualis erit in morte, erit semper pauidus in operatione, ac inde in oculis suis quasi non uiuit, unde ueraciter in oculis sui conditoris uult. Nil quod transeat, appetit: cunctis uitæ presentis desiderijs contradicit, & penè mortuū se considerat: quia moriturum se minimè ignorat. Perfecta namque uita est mortis recordatio, quā dum iusti sedula mente pertractant, culparū laqueos ualenter evadunt. Facile relinquere mundū facit mortis memoria. Nihil em̄ tam proficit ad contemptū omnium rerum, quam frequēs cogitatio mortis. Quotidie namque morimur, quotidie diminuitur alia pars uitæ, & tūc quoque decrescimus, quū uita crescit. Infantia amittimus: deinde pueritiam, postea adolescentiā usque ad extremū. Quicquid transīt temporis perit: & ipsum, quē agimus, diem cum morte diuidimus. Non ergo laboriosum est relinquere, quod teneri non potest: immo quod singulis amittimus horis. Consideretur uita terminus, & non erit in hoc mundo, quod ametur. Sollicitum quoque exhibet hominem ipsa mortis cogitatio. Congruē unusquisque diem nouissimum formidare debet, & suum ultimum diem assidue meditari (quia nullus scit, qua hora ueniat) ne quū uenerit, forte imparatu[m] reperiatur. Nam ad hoc conditor noster latere nos uoluit finem nostrum, diemque nostræ mortis esse incognitum: ut dum semper ignoratur, semper proximus esse credatur: & tanto quisque sit feruētor in operatione, quanto incertior est uocatione. Propterea omnis dies uelut ultimus ordinandus est: quia qualem inuenierit unumquaque suis nouissimus dies, cū de hoc seculo egreditur: talis in die nouissimo iudicatur. A mortis pauore efficaciter liberat mortis recordatio. Nullus namque nostrum scit, quam prope nos uitę uersetur terminus. Sic itaque mentem ordinem, tanquam si mori oporteat. Veniente nemo hilaris mortem suscipit, nisi qui se ad illam diu cōposuerit. Sed hoc mirum, quod nemo tam impetratus est, ut nesciat sibi quandoque moriendum: tamen cū propè accesserit, terguesatur, tremit & plorat. Quid autem fles miser: quare trepidas: cur exire dubitas? Omnes hac necessitate ducuntur: eo ibis, quo omnia eunt: ad hanc legem natus es, hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc & omnibus ante te: sed nec ambiguus sis: quia etiam hoc cunctis post te. Quantus te populus moriturum sequetur: quantus comitabitur. Fortior (ut opinor) es, si multi tecum morerentur. Sed multa milia hominum hoc ipso momento, quo tu mori dubitas: animam uarijs generibus emittunt. Nil, fateor, meius æterna lex fecit, quam quod unum introitum dedit ad uitam, exitus multos. Sed neque ipsa natura quicquam breuitate uitæ contulit præstantius: tot periculorum genera,

A tot morbi, tot metus, tot curæ, toties inuocata mors est, ut nullum frequentius sit uatum. Fatendum igitur est mortem munus necessarium esse naturæ iam corruptæ, quæ non est fugienda, sed potius amplectenda, ut fiat voluntarium, quod futurum est necessarium. Offerendum itaque est pro munere, quod Deo tenemur reddere. Quemadmodum ex ijs, quæ memoratæ sunt, considerationibus acquiritur humilitatis uirtus: ita etiam exercitatione horum, qui sequuntur, actuum nutritur, & crescit. Aptissimè namque hanc uirtutem accendit contumeliarum sustinentia. Multi homines culpam suam confitentur, & humiles non sunt. Nam pleriq[ue] existunt, qui se argente nullo peccatores esse confitentur: quum uero de culpa sua fuerint fortasse correpti, patrociniū defensionis querunt, ne peccatores esse videantur. Indicia autem uerae humilitatis sunt, ut sicut unusquisque peccatorem se dicit, ita id de se dicenti alteri non contradicat. Et indicium superbia certum est, ut quod fateri quisque de se sua sponte dignatur, hoc sibi dici ab alijs designatur. Humiliū quoque familiaritas humilitatem parit. Qui enim communicae-

B rit humili (sicut scriptura testatur) induet humilitatem. Nulla namque res magis animos inducit honestos, & proteruiæ inclinatos revocat ad humilitatem, quam humiliū uiorum conuersatio: quia necesse est, ut talis efficiatur homo, quales sunt, cum quibus conuersatur. Exercitium etiam humile creat humilitatem. Humilitatio uia est ad humilitatem, sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si ergo uirtutem appetimus humilitatis, uiam non refugiamus humiliationis. Sicut sine gradibus non scanditur ad summitatem: ita absq[ue] humili exercitio non peruenitur ad humilitatem. Habitus quoque uilis humilitatem parturit. Ornatus quippe uestium priuationis uirtutis humilitatis indicium est. Nemo enim preciosa uestimenta querit, nisi ad inanem gloriam. Propterea humiliū amator, uestis tibi pura & uilis circundetur, non ad pulcritudinem: sed propter necessarium tegumentū: ne dum à te foris exquisitus concupitur ornatus, intus humiliū amittatur amictus.

Quibus indicijs potest cognosci: utrum quis possideat humilitatem. Cap. V.

C  Mnum rerum (si bene obseruentur) indicia certa sunt, & argumentū morum ex minime potest cognosci. Sicut impudicum & lascivum incessus ostendunt, & flexus oculorum improbus & insanum: sic ex ijs quæ sequuntur, humilitatis cultor deprehendit. Proprium humilitatis indicium est fuga altitudinis & dignitatis. Considerat autem humiliū, quod quanto quisque in superiori constitutus est loco, tanto in maiori uersatur periculo: & quanto splendoris honore celsior quisque est, tanto (si delinquat) peccator maior est. Fuerunt namque nō pauci, qui in humiliū constituti gradu seipso optimè nouerunt gubernare, in laboribus, in uigilijs, in abstinentijs, qui quādū licuit ipsis esse priuatis, & nihil aliud curare, quam propria, humiles erant, & Deo placebant, atq[ue] inde non modica philosophiae incrementa rapiebant: at ubi fastigium dignitatis affecuti fuere, & in publico prodierunt, ac multorum imperitias emendare necesse fuit: aliqui inter exordia tantum sufferre pondus non potuerunt officij, & se subtraxerunt: qui uero tolerare coacti sunt perdentes conscientiam & humilitatem priorem, sibi intulerunt magna dispendia, & nihil alijs profuerunt.

Hæc intelligentes humiles omnem dignitatis altitudinem obhorrent, ne disperdat in pelago, quod magno cum labore in portu adepti sunt. Amor quoque propriæ uilitatis humilitatis insigne est testimonium. Verus enim humiliū uilis uult prædicari, nō humiliū reputari: gaudet contemptu sui, laudesque contemnit, tantoque in cōspectu dominis fit preciosior, quanto pro amore ipsius est in oculis suis despectior. Sed ualde humiliū est sic ostēso opere autoris gloriam querere, ut de illa laude nesciant priuata exultatione gaudere. Aliorum quiescere consilio præcipuum est humilitatis signum. Vera nanque discretio, non nisi uera humilitate acquiritur. Cuius humilitatis habetur probatio prima, si non solum uniuersa quæ agenda sunt, sed etiam quæ cogitantur, reseruantur seniorum examini: ut nihil quis suo iudicio credens illorum per omnia diffinitionibus acquiescat: & quid bonum uel malum debeat iudicare, illorum traditione cognoscat. Re enim uera consilium seniorum ex apertis obscura cōstat, ex paruis magna, ex proximis remota, ex partibus totū. Scit enim quid, quando aggredi debeat, & citò singula & distincte uidet. Reddit quoque hominem humilem, & fatetur, iniuriarū patientia. Qui enim gloriam Laur. Iustin.

non querit, iniurias nō sentit, nec ueretur confundi in præsentia hominū, qui solum glo-  
riam quærerit apud Deū. Sed nescio quis nostrūm hoc humilitatis genus possit implere,  
ut laceretur opprobrijs fama nostra, & exultemus in domino. Eleganter itaq; legitur in  
quodā uolumine: Si nō queras gloriam, nō dolebis, si inglorius fueris, quod si gloria cu-  
pis, gloriā respue, & ex humilitate eris omniū glorioſiſſimus. Secretū etiā diligere est hu-  
militatis indiciū. Nō enim parcit sibi arrogans, non superbus, nō cupidus inanis gloriae,  
mentiturq; de se. Verē autem humiliſ parsit animaſ ſuā, qui ne putetur, quod non eſt,  
quantum in ſe eſt, uult nesciri, quod eſt. Postremo libenter obedire certum eſt humili-  
tatis ſignum: quod exemplum Christi magis quam autoritatibus probari potest: de quo A-  
phil. 2 postolus: Semetipſum exinaniuīt formam ſerui accipiens, factus obediens uſq; ad mor-  
tem. Sed etiā matri ſubdi per obedientiam non eſt dedignatus ad noſtri instruclionē,  
& noſtræ ſuperbiæ conuisionem, qui frequenter renuimus ſubiſci illis, & ſuperioribus.  
Disce ergo, o homo, disce terra ſubdi, disce populis obtemperare, erubefce ſuperbe ci-  
nis. Deus ſe humiliat, & tu te exaltas. Deus ſe hominib; ſubiſcit, & tu dominari geſtiēs  
hominib; tuo te præponis autoris. O exemplum ſingulare, o medicinam omnibus co-  
ſulentem, omnia tumentia comprimentē, omnia tabefcentia reficientem, omnia ſuper-  
fluſ reſecantem, omnia deprauata corridentem. Hanc omnes imitemur, quicunq; hu-  
militatem adipisci deſideramus.

De quadruplici ſpecie uirtutis humiliatiſ. Cap. VI.

**Q**uemadmodum ex contrarijs eluēſcūt contraria, ita ex diuersimoda uirtutū  
ſpecie facile deprehenditur ipsarum decor, atq; ſimulatio. Quare ut perſpicac-  
iter hæc in humiliatiſ uirtute capiatur: ſubneſtēdē ſunt diſtinctē ipſius uirtutis ſpecies, quatenus uera à ficta ualeat lector discernere humiliatiſ. Eſt em̄  
humilitas ficta, de qua ſic legitur: Eſt qui nequiter ſe humiliat, & ipſius interiora plena  
ſunt dolo. Quidā enim honores fugiunt, ut honorib; fruantur: ſingunt ſubeffe, ut poſ-  
ſint præeffe. Hi tales statim, ut promoti ſunt ad dignitatem: in ſuperbiā extolluntur, &  
in iactantiā effrenātūr. Non curant prodeſſe, ſed gloriantur præeffe: priores dedignan-  
tur, amicos & notos contemnunt, ſibi pares despiciunt, antiquos deridēt, uultum auer-  
tunt, ceruicem erigunt, fastum ostendunt, grandia loquuntur, ſublimia meditantur, ſub-  
effe nō patiuntur, & omnibus uolūt anteponi, quibus dignitate præeunt. Eſt & alia hu-  
militas infirma, quæ ex tentationis impulſu, aut diſpensatione lapsus generatur. Sæpe  
nanq; pia conditoris diſpensatione agitūr: ut de ſe confidens anima diſpensoria tenta-  
tionē pulſet: unde infirmata, quid ſit inueniat, & præuumptionis fastum propriæ de-  
ponat. Fatendum igitur eſt ſuperbiis utile eſſe cadere in aliquod apertum & maniſteſtum  
peccatum: unde per humiliantē infirmitatem ſibi diſpliceant, qui antea ſibi placebant,  
dum ſtarent. Salubrius enīt Petrus ſe infirmū conſpiciens, humiliauit ſe, quando fleuit:  
Eſt ſibi applauſit, quādo præuumpſit. Hoc protestatur Psalms, dicens: Impie facies eorū  
ignominia, & querent te domine. Oportet nanq; humiliſ ſentire de ſe nitentem ad ſu-  
periora & altiora: ne dum ſupra ſe attollitur, cadat ad ſe, niſi in ſe firmiter per ueram hu-  
militatem fuerit ſolidatus. Et quia niſi humiliatiſ merito maxima minime obtinentur,  
propterea qui prouehēdus eſt, correptione humiliatus, humiliatiſ meretur. Tu iigitur,  
o homo, cūm te per tentationes humiliari uideris, habeo id bonū ſignum omnino gra-  
tiae appropinquātis. Nam ſicut ante ruinam exaltatur cor, ita ante exaltationē humili-  
atur. Hoc teſtantur eloquia diuina, cūm dicūt. Deus ſuperbiis reſiſtit: humilibus autē dat  
gratiā. Eſt quoq; humiliatiſ uera, & hæc eſt duplex. Nā alia eſt humiliatiſ, quā parit ue-  
ritas nobis, & nō habet calorē: alia eſt humiliatiſ, quā caritas inflāmat & informat. Hæc  
quidē in affectu, illa in cognitione conſiſtit. In eo qui grauiter peccauit, etiā amāda non  
eſt, admiranda tamē eſt. Si quis autem innocentia retineat, & nihilominus humiliatiſ ſungat, hīc nempe geminū cenſendus eſt poſſidere decorē. Eſt etiā humiliatiſ ſufficiēs  
& abundās, quæ tres habet gradus. Primus eſt ſubdere ſe maiori, & nō ſe æquali pre-  
ponere. Secundus eſt ſubdere ſe æquali, & nō ſe preſerve minori. Tertiū eſt ſubdere ſe mi-  
norī: & hæc eſt perfectio omnis humiliatiſ & iuſtitia. Eſt em̄ quēdā humiliatiſ, quæ pri-  
mo gradui aſcribitur, arcta & anguſta ualde: ita ut quād ab ipſa pedem uerteris, in  
peccatū cadis. Hæc nō patitur quenq; alii ſe præponere, nec æquare præpoſito. ſed  
eidem

A eidem in omnibus ex corde obtemperare. Eſt alia humiliatiſ ſecūdi gradus latior & am-  
plior, uidelicet, nō ſe pari æquare, nec minori præponere. Hæc nanq; uerat ſuperbiū eſſe  
apud ſocios, uerat auarū eſſe, uerbis, rebus, affectibus, cōmunem ſe felicemq; omnibus  
præſtat. Nullū malum alienū purat: bonum autē ſuum ideo maximē, quod alicuius bo-  
num futurū eſt, amat. Qui talis eſt, nullū onerosus, officiosus cunctis eſt: nemine lēdit, ſu-  
periorem reueretur, & equali famulatur, ac minori ſe toto amabilem præbet affectu. Quis  
quis itaq; huius ſecundi gradus cupit tenere fastigia, humiliatiſ ima ſectetur. Si uult fra-  
trem & equalē præuenire regnādo, prius illū præueniat obſequendo. Vincat eum officijs,  
ut poſſit uincere ſanctitatem. Postremo ſicut ſumma & intolerabilis ſuperbiā eſt ſuperio-  
ri ſe præponere, ſic inferiori ſe ſubdere plena perfectaq; humiliatiſ eſt: quæ dignitatē gra-  
duis tertij ſortitur. Hæc nempe humiliatiſ unicūq; ius ſuū reddit, nō ſurripit honore Deo,  
nec ſibi attribuit alienū, ſed dat Deo laudē, proximo famulatū, & retinet ſibi utilitatem:  
nullū diſjudicat, nemini ſe præfert uel cōparat, ſed minorē omnibus ſe arbitratur, & locū

B nouiſſimū ſibi eligit & optat. Huius ſummi gradus exemplū præbuit nobis ſaluator, cū  
coram peccatorib; & inter peccatores baptizari uoluit, & peccator apparere homini-  
bus. Hæc perfectionē inſinuauit Dauid, qui aliquid eſt illi maledictū a ſeruo: at ille ne  
quaquā ſenſit iniuriam, quia præſenſit gratiā. Quid mihi, ait, & uobis filij Saruie? O uerē  
hominē ſecundum cor Dei, qui potius ulcifentē dominū humiliter timuit, quād ex-  
probrantि ſeruo mali quicquā in ferendum putauit. Sæuiebat lingua maledica, & ille in-  
tendebat, quid ageret Deus. Vox maledicentis in aurib; & animus inclinabat ſe ad be-  
nedictionem. Et quoniam ſe deiecit, erectus eſt: ſuiciebat ſe omnibus, & omnibus ex-  
celsior eſt effectus. Si huius Prophetæ appetimus dignitatē, toto annixu, animo prompto, latoq; affectu illius ſequamur humiliatiſ.

Degradiſ humilitatis, atq; ipſius uirtutis perfectione. Cap. VII.

**A** Mœnitate florū decoratū arua, fulget uniuersitas diuerſitate creaturarū,  
commendabilis eſt firmamenti celsitudo rutilatione stellarū, præconio di-  
gnus efficitur animus exercitatione uirtutū, ſed & uirtutis laus ex graduſ  
diſtinctione percepitur. Vnde ut facilius fastigium & perfectio humiliatiſ,  
de qua præſenſ loquitur tractatus, à legentiſ cōprobetur: congruē in hoc ultimo ca-  
pitulo diſſerendi ſunt ipſius gradus: quatenus tanto laude dignior appareat, quāto eius  
ascenſus uidebitur ſublimior: & eo lector efficiat ad ipſam capiſſendā alacrior, quo cla-  
rius perſpexerit: q; ex adeptione eius æternæ retributioni fiat præ cunctis propinquior.  
Sciendū igitur, quād ſex ſunt gradus, per quos anima ascendens, attingit ad humiliatiſ  
perfectionem. Primus enim gradus eſt, ſe peccatorē, uel cōtemptibilem eſſe agnoſcere.  
Cūm nanq; mens ex iuſtificatione gratiæ cæleſtis irradiari cœperit & iuſtificari: tunc reue-  
lantur, quæ prius ſœda latebant: tunc animi deformitas, peccādi pronitas, caſuſ frequen-  
tia, omniumq; uitiorū ſomites deteguntur. Et ex hoc lumine conuincit mens cogno-  
ſcere infirmitatem ſuam, & horrere per gratiam, quod antē ignorabat in culpa. Nec po-  
test ſe nō intelligere peccatricē eſſe, quādo in ſe, & cōtra ſe tot uidet deformia apparere

**D** delicta. Hoc totum fit ex illustratione ſuperuenientis & illustratiſ gratiæ: quia teſte Pa-  
lo omne quod arguitur, à lumine manifestatur. Postquā autem anima ex memorato cœ-  
perit repleti lumine: tunc sagacious perluſtrās cordis ſuī latebras ad ſecundū humiliatiſ  
aſcendit gradū, in quo anima affectualiter ſentit de ſe uilia, & ſe peccatricē comprobat,  
quod totum prius ſuperficie tenus ex dono gratiæ intellexerat. Intuetur quantus ſit, qui  
offenſus eſt, quoties, qualiter, & quis ſit, qui deliquit. Quę omnia cūm grauent peccatū,  
& innumerabilium ſe mole oppreſſum uideat delictorum, formidare incipit, facinoro-  
rum ſe corā Deo clamat, pectus tundit, lacrymas fundit, nec diuinam defiſit implorare  
clementiā, tanto affectuosius, quanto uerius uulnerū ſuorum detegit ſœditatem. At ubi  
anima per cōpunctioniſ gemitus, & lacrymarū inundationū terſerit priorum ſordes ui-  
tiorum: nihil aliud reſtarat, q; ut ipſamet uel per confessioniſ ſacramentū, ſeu per peccati  
odiū alijs referet: quod ſibi ſoli eſt notū, quatenus ex hoc capiat plenam de preteritiſ fa-  
cinorib; indulgentiā, pronunciā cum Propheta: Dixi conſitebor aduersum me iniu-  
ſitiam meam, & tu domine remiſiſti impietatē peccati mei, propter quam propalatio-  
nem meretur tranſcendere ad tertium humiliatiſ gradū; ad quē quicquā peruenit, alijs

Laur. Iuſtin.

2. Reg. 16

Ephe. 1

Psal. 32

i 3 narrat

narrat cōtra se, quid sibi de se reuelatum est. Beatus plane, qui saluberrima compunctione perfusus alijs non ueretur dicere, quod intus latet in corde. Talis nanc̄ confessio meritetur ueniam, delet culpam, acquirit gratiā, & nutrit humilitatem. Quum autē sint non nulli, qui se peccatores esse cognoscunt, & alijs uoce propria confitentur, non tamē ita uolunt credi de se, certum est, quod tales necdum attigerūt ad quartum humilitatis gradum. Nam ijs qui ad illum peruerunt, hoc est propriū (scilicet) malum, quod de se ipsis sentiunt hoc etiam uelle, ut ab omnibus credatur. Nec hoc mirum est. Qui enim uolunt, ut aliud homines de se sentiant, quād quod est ueritas, utiq; se ueritatis aduersarios ostendunt. Sed nō sic uerus humilis, non amat latebras, non se excusat, non cupit uiuere in cordibus hominum, nec mortalium fauores exquirit. Quin potius contra se odium concipiens, & suum detestans scelus, & uoce propria ipsum manifestat, & hoc ab alijs credi toto affectu desiderat. Non uult extra se in laudibus transitorij gaudere, cūm conspiciat se in se in squaloribus uitiorum turpiter iacere. Qui autem eiusmodi est tactus compunctione sancta, & accensus amore humilitatis, non hoc gradu contentus est. Nā quemadmodum qui corporis languorem perpessus est: non planè de febrium, aut dolorum cessatione quietatur: nisi etiam pristinam recipiat ualeitudinem, & amissam naturæ refumat uirtutem: sic neq; qui uitiorum tabe pollutus extitit, gaudere potest sola abstinentia priorum peccatorum, si non eidem à domino concedatur quoq; palma uirtutum. Quapropter humilitatis amator, quum in quarto ipsius uirtutis gradu se iam esse deprehenderit: ignitus sancti face amoris ad quintum euolare molitur. Eredit nanc̄ se cōtra se: propriū affectuose agnoscit facinus, alijs confiteri non erubescit: affectus ut ab omnibus creditur esse miserrimus: & ut in ore hominum extinctus sit, desiderat: ut à cunctis dicantur errata sua. Nam hic est terminus quinti gradus humilitatis: unde qui illum possidet de se (ut patet) uult ab uniuersis dici: quicquid in se deprehenderit uitiosum. Talis mundum spernit, fauores calcat, carnem macerat, carnalia desideria extinguit, & in hoc mundo solo corpore retinetur. Restat igitur, ut toto conamine, & magnitudine desiderij exultet in opprobrijs & contumelijs, quisquis anhelat ad perfectionem huius uirtutis, quæ sexti gradus obtinet principatum. Ipsius est enim proprium gaudeare in derisionibus, in infamijs, & ab omnibus cōtemptibilis reputari. Proponit sibi Salvatoris exemplum, sanctorum uitam meditatur, & uirtutum altitudinem rimari non desinit. His etenim urgetur stimulis, talibus inflammatur lampadibus, se pro posse deiicit, & cuncta pro quibus commendabilis uideri possit, obhorret. Quum irridetur, gaudent: quum despicitur, exultat: quādo persecutionem patitur, securus est. Si maledicitur, econtrariò benedicit. Quicquid applaudit, fugit: omne quod abiectum est, gratauerit suscipit, & ueneratur: & quum nihil sit foris, quod appetat, aut timeat, pleno intus humilitatis lumine & ardore caritatis cælestem gloriam præstolatur. Illud sæpe animo reuoluit, quod pius Salvator protulit, dicens: Beati eritis, quum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me, gaudete, & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in cælis. Hucusq; cursus, & hæc est humilius mera, atq; perfectionis indicium infatigabiliter sitire opprobria, scrutari iniuriarum causas sine causa, nec non esurire per omnia Christi conuicia, ita ut ueraciter ualeat dicere: Absit mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Ascensus in descensione, ublimis in humilitatis decore. Quæ uirtus in fructibus ligni huius uitæ sortitur undecimum gradum, in conspectu uero cælestis regis altum meritum, & honorabile fastigium sortitur. Hanc quicunq; dilexerit, quæsierit, inuenierit: & infatigabiliter tenuerit, in æternum perire nequibit: quin potius cum humillimo cælorum rege domino Iesu regnabit per secula: cumq; angelorum choris in cælestibus mansionibus, ubi pro opprobrijs gloriam, pro contumelijs dignitatem, pro persecutionibus supernam ciuitatem, & pro sui abiectione consequetur beatitudinis perpetuam fruitionem, atq; pro sui condemnatione gaudijs replebitur infinitis. Et hoc ab ipso Deo, qui est benedictus in secula.

A. DE VIRTUTE ORATIONIS, ATQUE DE IPSIVS definitionibus. Quæ uirtus plurima ueneratione ex sui prærogatiua digna habenda est. Tenet autem hæc in fructibus ligni uitæ duodecimum gradum. Cap: I.



Vis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Et stuantis animæ, & ad contemplationē decorem orationis ascendere affectantis uerba sunt hæc. Nec ab re tanto id exposcit desiderio: quippe cūm se aspiciat carne circundatā, carnis uoluptatibus oppugnatā, ac multis modis presentis peregrinationis anfractibus collisam. In his nanc̄ se uersans, nec interne dulcedine pacis, nec superni fulgore lumen repleri atq; irradiali se intelligēs, toto nixu, & oīni, qua ualeat, uirtute cōtendit iugū à se excutere temporalium actionū, quatenus expeditis gressibus, ac celeri uolatu ad cæstium cōtemplationem secretorū ualeat properare. Retūdi autē sentit se, quoties relicto

B. quietis portu ad lata huīus procellosi seculi negocia egredit: propterea tāto studio ad se redire cōpellitur: nec breui temporis interuallo sui dulcedinē oīci interrupi (quantū est in se) patit: tāto tenacius, quāto uberioris in uirētibus contēplationis pascuis inebriat. Hoc nimirū, hoc persenserat spōsa fidelis in cantorū cāticis: cūm tam sedulō tamq; suauis allocutione nunc sororis, interdū columbae, aliquādo speciosæ nomine uocitaret à spōso: ut ei aperiret, secumq; exiret: aut pro subleuāda inopia pauperū, seu pro spirituali profectu delinquentiū uocanti excusationis uerba proferret, & diceret: Expolauit me tunica mea, quomodo induar illa! Lavi pedes meos, quomodo inqnabo illos? Sagaciter nanc̄ se prouocati pādit suæ quietis profectū, nec nō & actionis defectū: ut hæc audiēs sponsus uolētibus infestare deuotionē contēplatis imperet, dicens: Adiuro uos filiæ Hierusalem, ne suscitatis, neq; euigilare faciatis dilectā: donec ipsa uelit. Tūc sedet securius, tunc dulcius iocūdatur: funditus extinguit in se exteriorū solitudines, affectionibusq; temporaliū se exuit, atq; sanctæ cōunctionis ardore omnē humanæ cōuersationis ma-

C. culam à corde abstergit: ita ut sic libera, sic dealbata & munda possit feliciter introire in thalamum sponsi, in amplexus dilecti: nec inde discedere, donec tota caritate perfusa, delectatione repleta, lumine irradiaata possit ueraciter confiteri. Viuo ego: iam non ego, uisit autem in me Christus. Tales enim si aut diuina dispensatione, siue pigrā exercitatione, uel forsan proximi dilectione elongentur à solita & interna delectatione solent rememorare præteriorum: recogitare quād suauiter, & dulciter inhærebant sponsos, & uocabant Deo, atque per assiduam meditationem quād delectabiliter cælestibus pascebantur. Quibus considerationibus cōuertunt se ad dominum: & omni quo querunt, desiderio flagitant auxilium. Interdum uero non sustinentes cordis sui temorem ex recordatione donorum præteriorum: & absentia sponsi, quem totis præcordijs diligunt: se conuertūt ad suffragia sanctorum, angelorumq; ipsos interpellando, & orando, quatenus suis precibus impetrant ad pristinum eos restitui caritatis affectū: sicq; gemebundo cordis affectu, uoto pī amoris ingeminant, & dicunt: O quis dabit nobis pennas si- Galat. 2

D. cur columbae? Utique si hoc merebimur, uolabimur per orationum frequentiam, & quiescēmus in plenitudine summi boni per contēplationis studia. His nanc̄ exercitijs erigemur de imis ad summa: unde cecidimus euolādo. Huiusmodi exhortationibus cuncti, qui uel deliquerunt, siue temporalium curis se immerserunt: aut quietis cupiunt tenere portum, se prouocare non desināt: sed præ omnibus adimplere desident: qui uitam solitariam elegerunt, ac soli Deo uacare decreuerunt. Cūm enim omnia & seculi & carnis oblectamēta repudiauerint: si non per internam delectationem mentem saginauerint: necesse est, ut langueant ab arrepto proposito, & solo corpore militent Salvatori: cūm reuera ipsorum statui congruat in spiritu ambulare: spiritualia intelligere, & spirituali quadam anhelatione Deum & futura gaudia sitire. Quis uero attinget hæc absq; orationis exercitio, & contēplationis dono? Munera nempe ista sunt uere quiescentium: & ad Deum ignito amoris desiderio per orationis studia currentium. Nam sic à diffinientibus describitur oratio: Oratio est mentis conuersio in Deum per pium & humilem affectum. uel Oratio est ascensus intellectus in Deum. siue Oratio est ostensio uolūtatis nostræ ei, à quo impetrare speramus id, quod desideramus. aut Oratio est pī-

mentis ad Deum conuersio fide, spe, caritate subnixa. De qua uirtute in consequētibus latius dicetur: deinde pauca de contemplationis dono subinherentur: quatenus cognitae eius eximia dignitate, accendatur lector sagax ad illius studia non segniter uel superficialiter: sed ardenter humiliterq;. Tales enim ipsa sancta cupit habere cultores.

*Qualibus effectibus eluceat uirtus sancte orationis.* Cap. II.

**V**erbi ex sonora uocum dulcedine psalterij, uel organi docta agnoscitur artificis manus: & ex uerborum ordinata prolatione doctoris patet facundia: sic ex effectibus uarijs orationis, illius percipitur excellētia. Magna em̄ cūm sit uirtus, sublimes meritō debet proferre effectus. Infirmitatē nanc̄ hæc orationis uirtus sanat: de qua sic legit: Fili in infirmitate tua ne despicias te ipsum, sed ora Deum, & ipse curabit te. Quum autem ægrotaret Ezechias ad mortem, nullum adhibens medellæ remedium: conuertit se ad parietem, fleuit, orauit, & sanitati illico restitutus est. Voluit Deus ipsius exemplo cunctis uim orationis innotescere, ut dum homo morbo percutitur, discat à Deo flagitare auxilium. Omnes medici pecunijs, Deus autem noster pura oratione ad conferendam sanitatē placatur. Hæc spirituales sanat morbos. Nam hæc est potissimum remedium eius, qui uitiorum tentamentis æstuat, ut quotiescumq; quolibet tangitur uitio, toties se ad orationem uertat: quia frequens oratio uitiorum expugnationem extinguit. Et sicut aqua ignis extinguitur: ita concupiscentiarum uitiosarum impetus oratione superatur. Ipsa orationis uirtus in corporali bello triumphat: quod euidentissime in Mose patet. Nam quum Amalech expugnaturus esset, ascendit in montem non armis, sed precibus pugnaturus. Extensis ad cælum stabat manibus, deuoto orans affectu: non de terra, sed de cælo auxilium postulans, ut quem loci diuersitas ab inimicis se iunxerat: orationis effectus bellatorem præsentem hostibus exhiberet. Fit Mose orante pugna occulta, sed manifesta uictoria. Solus orabat, ut multi seruarentur: sed desinit Israel uincere Mose desinente in prece: perseuerante autem illo perseuerans uictoria roboratur. Denique tandem ista diuersitas ualuit, quandiu iugis oratio defuit: ut dum diuersa populis exhiberentur, orationis nobis potentia demonstraretur. Quis enim iustorum non orando pugnauit? Quia non hostem deprecando deuicit? Orationibus Danielis sponuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici uincuntur. De spiritualibus etiam hostibus uictoriā reportat oratio. Huius rei exemplum nobis præbuit dominus Iesus: qui quum proximus passioni & in agonia positus prolixius oraret, Angelicam uoluit in oratione habere præsentiam: post quam ultro se hostibus exhibuit: quatenus debellatis qui non apparebant: etiam uisibilis superararet aduersarios. Nam ab oratione tanquam à flagello fugiunt aduersarij. Instandū tamen est in ea, dum pugnat contra nos. Non ipsorum hostium turba, non debellantū forma, nō quasi fulgens uitrea terreat armatura. Donabit certatibus uictoriā, qui orandi dedit audaciam: quod testatur Dauid, dicens: Benedictus Deus, qui nō amouit orationem meam, & misericordiā suam à me. Deniq; orationis uirtus hominem illuminat. Nam & oratione melius soluūtur dubia, quam inquisitione alia: citiusq; pandūtur secreta precibus, quam studio. Oranti enim Danieli aperiūtur mysteria, fiunt reuelationes: & quod seculi sapientibus erat clausum, illi per orationem efficitur manifestum. Ipsa quoq; ad tranquillitatem adducit: unde Iob: Si disluculo surrexeris ad Deū, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet tabernaculum tuum. Sed etiā quoties impugnationibus, aut laboribus agitaris, ô homo, proptera ad orationis suffragium, ista precibus, ora gemitibus, & lacrymis deprecare: quia si magno in oratione te exhibueris studio, amissam recuperabis gratiam, atq; exuberanti tranquillitate ex illa repletus abibis: nec alibi quam in oratione quæras eam, quin potius quādo ira animū tuum turbat, mentē enormat, tranquillitatē fugat: ascende in presidiū, ad altitudinē orationis confuge, ibi ab infestationibus securus lata tranquillitate frueris. Hæc Deum mitigat, & uelut quoddam scutum ab ira Dei protegit. Nam oratio possita est, per quā ira Dei suspēditur, uindicta differtur, uenia procuratur, poena refugitur, & præmiorum largitas impetratur, cum Deo loquitur, cum iudice fabulatur: præsentem sibi facit, quem ante præconfusione mentis uidere nō poterat: atq; ad penetralia iudicis adducit, & nullus in ea respuitur, nisi qui in ipsa tepidus inuenitur. Quid multis immo-

Eccle. 38 rationis uirtus sanat: de qua sic legit: Fili in infirmitate tua ne despicias te ipsum, sed ora Esa. 38 Deum, & ipse curabit te. Quum autem ægrotaret Ezechias ad mortem, nullum adhibens medellæ remedium: conuertit se ad parietem, fleuit, orauit, & sanitati illico restitutus est. Voluit Deus ipsius exemplo cunctis uim orationis innotescere, ut dum homo morbo percutitur, discat à Deo flagitare auxilium. Omnes medici pecunijs, Deus autem noster pura oratione ad conferendam sanitatē placatur. Hæc spirituales sanat morbos. Nam hæc est potissimum remedium eius, qui uitiorum tentamentis æstuat, ut quotiescumq; quolibet tangitur uitio, toties se ad orationem uertat: quia frequens oratio uitiorum expugnationem extinguit. Et sicut aqua ignis extinguitur: ita concupiscentiarum uitiosarum impetus oratione superatur. Ipsa orationis uirtus in corporali bello triumphat: quod euidentissime in Mose patet. Nam quum Amalech expugnaturus esset, ascendit in montem non armis, sed precibus pugnaturus. Extensis ad cælum stabat manibus, deuoto orans affectu: non de terra, sed de cælo auxilium postulans, ut quem loci diuersitas ab inimicis se iunxerat: orationis effectus bellatorem præsentem hostibus exhiberet. Fit Mose orante pugna occulta, sed manifesta uictoria. Solus orabat, ut multi seruarentur: sed desinit Israel uincere Mose desinente in prece: perseuerante autem illo perseuerans uictoria roboratur. Denique tandem ista diuersitas ualuit, quandiu iugis oratio defuit: ut dum diuersa populis exhiberentur, orationis nobis potentia demonstraretur. Quis enim iustorum non orando pugnauit? Quia non hostem deprecando deuicit? Orationibus Danielis sponuntur flammæ, feræ hebetescunt, cadunt hostes, inimici uincuntur. De spiritualibus etiam hostibus uictoriā reportat oratio. Huius rei exemplum nobis præbuit dominus Iesus: qui quum proximus passioni & in agonia positus prolixius oraret, Angelicam uoluit in oratione habere præsentiam: post quam ultro se hostibus exhibuit: quatenus debellatis qui non apparebant: etiam uisibilis superararet aduersarios. Nam ab oratione tanquam à flagello fugiunt aduersarij. Instandū tamen est in ea, dum pugnat contra nos. Non ipsorum hostium turba, non debellantū forma, nō quasi fulgens uitrea terreat armatura. Donabit certatibus uictoriā, qui orandi dedit audaciam: quod testatur Dauid, dicens: Benedictus Deus, qui nō amouit orationem meam, & misericordiā suam à me. Deniq; orationis uirtus hominem illuminat. Nam & oratione melius soluūtur dubia, quam inquisitione alia: citiusq; pandūtur secreta precibus, quam studio. Oranti enim Danieli aperiūtur mysteria, fiunt reuelationes: & quod seculi sapientibus erat clausum, illi per orationem efficitur manifestum. Ipsa quoq; ad tranquillitatem adducit: unde Iob: Si disluculo surrexeris ad Deū, & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet tabernaculum tuum. Sed etiā quoties impugnationibus, aut laboribus agitaris, ô homo, proptera ad orationis suffragium, ista precibus, ora gemitibus, & lacrymis deprecare: quia si magno in oratione te exhibueris studio, amissam recuperabis gratiam, atq; exuberanti tranquillitate ex illa repletus abibis: nec alibi quam in oratione quæras eam, quin potius quādo ira animū tuum turbat, mentē enormat, tranquillitatē fugat: ascende in presidiū, ad altitudinē orationis confuge, ibi ab infestationibus securus lata tranquillitate frueris. Hæc Deum mitigat, & uelut quoddam scutum ab ira Dei protegit. Nam oratio possita est, per quā ira Dei suspēditur, uindicta differtur, uenia procuratur, poena refugitur, & præmiorum largitas impetratur, cum Deo loquitur, cum iudice fabulatur: præsentem sibi facit, quem ante præconfusione mentis uidere nō poterat: atq; ad penetralia iudicis adducit, & nullus in ea respuitur, nisi qui in ipsa tepidus inuenitur. Quid multis immo-

Psal. 65 etoriam, qui orandi dedit audaciam: quod testatur Dauid, dicens: Benedictus Deus, qui nō amouit orationem meam, & misericordiā suam à me. Deniq; orationis uirtus hominem illuminat. Nam & oratione melius soluūtur dubia, quam inquisitione alia: citiusq; pandūtur secreta precibus, quam studio. Oranti enim Danieli aperiūtur mysteria, fiunt H reuelationes: & quod seculi sapientibus erat clausum, illi per orationem efficitur manifestum. Ipsa quoq; ad tranquillitatem adducit: unde Iob: Si disluculo surrexeris ad Deū,

Iob. 8 & omnipotentem fueris deprecatus, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet tabernaculum tuum. Sed etiā quoties impugnationibus, aut laboribus agitaris, ô homo, proptera ad orationis suffragium, ista precibus, ora gemitibus, & lacrymis deprecare: quia si magno in oratione te exhibueris studio, amissam recuperabis gratiam, atq; exuberanti tranquillitate ex illa repletus abibis: nec alibi quam in oratione quæras eam, quin potius quādo ira animū tuum turbat, mentē enormat, tranquillitatē fugat: ascende in presidiū, ad altitudinē orationis confuge, ibi ab infestationibus securus lata tranquillitate frueris. Hæc Deum mitigat, & uelut quoddam scutum ab ira Dei protegit. Nam oratio possita est, per quā ira Dei suspēditur, uindicta differtur, uenia procuratur, poena refugitur, & præmiorum largitas impetratur, cum Deo loquitur, cum iudice fabulatur: præsentem sibi facit, quem ante præconfusione mentis uidere nō poterat: atq; ad penetralia iudicis adducit, & nullus in ea respuitur, nisi qui in ipsa tepidus inuenitur. Quid multis immo-

**A**randum est: Nam oratio est animæ sanctæ subsidium, angelō bōno solatium, diabolo supplicium, Deo gratum obsequium, uitiorum extinctio, uirtutum mater, huius peregrinationis solatium, animæ speculum, conscientiæ robur, cognitionis uia, confidentiæ nutrix, caritatis incentiuum, laborum solatium, compunctionis causa, cæli porta, cogitationum malarum interēptrix, coadunatio dispersionis mentis, ignitarum affectiōnum receptaculum, angelorum imitatrix, & omnium spiritualium bonorum interuentrix optima: quam qui perseueranter tenuerit, perire nequibit.

*Quales esse debent, qui in oratione Deo uacare uolunt: & de duplii preparatione ad orationem.*

Cap. III.



Cedere uolentes coram terreno rege, prius debent se ita disponere, ut nil aut habitu, aut uerbo incompositum sit, quod principiis animo displaceat: multo magis id perficere debent cupientes adstante ante hominum & angelorum regem. Quare ut orationi uacare uolentes non ignorent, quales esse debeant: nunc quomodo se ante illam præparent, congruenter differendum est. Sciendum igitur est, quod duplex est ad orationem præparatio, scilicet remota & propinquā. Præparatio nanque remota, est orantis uita laudabilis. Multum enim iuuat orationis puritatem, si in omni loco, actu & tempore, nos ab operibus temperemus illiscitis, & diuinis obediamus præceptis: si semper ab ociosis sermocinationibus auditum pariter castigemus & linguam. Quæcumque enim saepius agere, loqui, uel audire consueuimus, necesse est frequenter ad animum quasi solitam propriamq; recurrent ad sedem: quia sicut uolutabra sues palustria: columbæ limpida solent uisere fluenta: ita cogitationes impuræ mentem perturbant: & uita laudabilis animam purgat, & sanctificat: atque orantis precem efficit acceptabilem. Sed non est minimum uix, aut in nullo audimus. Non enim possumus habere precum certam fiduciam, qui adhuc in præceptis Dei pigritamus. Quia quos peccandi recordatio deleat, quod in oratione interpellant, adipisci non merentur. Nam hoc exigit iustitiae regula, ut non ualeat impetrare homo peccator ab illo bonum, quod flagitat: cuius legi non obedit. Viuat igitur secundum Dei mandata: quisquis ambit recipere, quod concupiscit obtinere. Ad propinquam uero præparationem pertinet, ut animus ab exterioribus ad interiora reuocetur. De hoc admonet dominus, dicens: Tu autem, quum oraueris, intra in cubiculum tuum: & clauso ostio, ora patrem tuum. Ante nanque orationem purgandus est animus: atque temporalium rerum cogitationibus restringendus: ut pura acie uere, & simpliciter ad spiritualia dirigatur: quia longè adhuc est à Deo, qui in oratione cogitationibus seculi fuerit occupatus. Propterea electorum mentes, si quas in se præsentis uitæ cogitationes inueniunt: pœnitentiæ ardore consumunt, nec cogitationes suas extra se dilatari permittunt: sed eo se districtius in seipso colligunt, quo feruentius assistere ante Deum per orationis studium disponunt, quia reuera absq; confusione Deo uacare non potest, qui extra se mente inaniter extiterit dilatatus. Ad propinquam quoq; præparationem expectat consideratio sui. Vnde fugiter debemus nosmetipso coram Deo constituisse, quasi facie ad faciem: & in lumine eius propiscere, gemere, & flere debemus, quæ turpiter cōmisiimus. Nec cessare fas est cōsiderare, quales facti sumus per naturam, quales per culpam, quales per gratiam: si ad orationem sine detrimento properare satagimus. Frustra nanque cordis oculum erigimus ad Deum, si nondum idonei existimus ad uidendos nosipso. Prius enim est, ut cognoscamus inuisibilia spiritus nostri, q; possimus habiles esse ad cognoscenda inuisibilia Dei. Quod si nō ualemus agnoscere nos, nō præsumamus apprehēdere, quæ sunt supra nos. Proprium autem speculum, & principale ad intuendū Deū, est animus rationalis intuē seipsum. Ad propinquam etiam præparationem congruit, ut attendatur ad illum, cui sacrificium orationis offertur. Vacate (inquit Propheta) & uidete, quia ego sum Deus. Deus utiq; splendor nunquā deficiens, uita non mortens, fons semper scaturiens, seminale uitæ seminarium, sapientiæ principiū, initiale bonitatis initiū. Tantæ nanc̄ excellētiæ est, tātæq; præcelsæ immensitatis, q; implet omnia, tenet omnia, cōpleteit omnia, superexcedit omnia, sustinet omnia. Nequaq; ex una parte sustinet, atq; ex alia superexcedit;

Matt. 6

neq; Psal. 43

neq; ex alia parte implet, & ex alia circumpletebitur: sed circulectendo implet, implendo circumpletebitur, sustinendo superexcedit, superexcedendo sustinet, sine inquietudine superius regens: absq; lassitudine inferius sustinens, interius sine extenuatione penetrans, exterius sine extensione circundas. Est itaq; inferior & superior sine loco: est amplius sine latitudine, est subtilis sine extenuatione: & qui per molem corporis nusquam est, per incircumspectam substantiam suam nusquam decit. Merito igitur uigilanter & humiliter ei per orationem assistendum est, qui ex sui dignitate omnem supereminet creaturam. Nam tanto eidem orationis sacrificium deuotius exhibetur, quanto sagacius qualis & quantus sit, mente conspicitur.

De impedimentis orationis, que faciunt illam non exaudiri a domino. Cap. IIII.

**Esa. 1** **Hier. 4** **Q**Vemadmodum qui terram colit, solerter sentes debet eradicare, ut uberior res ualeat colligere fructus: ita qui concupiscit dulcedinem deuotionis in oratione gustare: summoperè studeat ipsius impedimenta declinare: quia incassum currit ad portum orationis: quisquis illi aduersantia non tota intentione refugit. Multa enim sunt orationis impedimenta. Primo enim plurimum aduersatur eidem peccatum: de quo Esaias: Quum multiplicaueritis preces uestras, non exaudiam: manus enim uestræ plenæ sunt sanguine. Alibi etiam per Hieremiam dicitur: Nos iniquè egimus, & ad iracundiam prouocauimus te: idcirco inexorabilis es. Nam omnipotens Deus orationem illius saepe in tribulatione non audit, qui illius præcepta in operatione adimplere cōtempnit. Dignum quippe est, ut ab eius beneficijs quisq; sit extraneus: cuius iussionibus non uult esse subiectus. Ideo quicunq; cupit orationem suam exaudiri a domino, prius studeat illius obedire imperijs: quia tunc cor fiduciam in oratione accipit, & non in prece repellitur, quum sibi uitæ prauitas in illa non contradicit. Præpedit etiam orationem orantis dubietas: quia reuera indignus cœlesti benedictione esse conuincitur, qui dubio querit affectu. Indignum namq; est, ut mens dubitatione in oratione frāgatur, cum magnam exauditionis precum suarum habeat materiā. Adeò in cælo dominus Iesus, hominū mediator, & redemptor, & frater: cui uota fundūtur, & qui orat pro nobis uoce, affectu & sanguine: & quā pro nobis assumpsit humanitatē offert patri interpellatricem orationis. Nec repellere quibit fideliter orantem, quum & ipse sit orans. Impedit quoq; orationem, quia petitur, quod non petendum est. Nam fideliter supplicans Deo pro necessitatibus huius uitæ, aut pro quacunq; alia causa misericorditer non exauditur. Prouidet enim Deus meliora, quām petuntur. Sicut contingere assolet parvulus, qui Deum exorant, ne in scholis uapulent: sed non datur talis postulatio-  
nis effectus: quia impedit exauditio ad profectum. Indignitas quoq; eius, pro quo oratur, inexorabilem reddit orationem: sicut Hieremias dicit: Noli orare pro populo isto neq; assumas pro eis laudem: quia non exaudiam. Sancti nanq; uiri pro seipsis exaudiuntur: iuxta domini pollicitationem dicentis: Quicquid orantes petitis, fiet uobis: sed non semper pro alijs exaudiuntur: quia quum peccare non desinunt, Deo offerūt, quod pro se factam orationem repellit. Abundantia etiam malarum cogitationum plurimum, ne exaudiatur oratio, obstat. Merito non exaudiri meretur, qui obscoenis irretitus cogitationibus non intelligit, quid oret. Propterea magno studio prauæ & superfluæ amputandæ sunt cogitationes, ne fructum nostræ orationis exterminent. Nam & si funditus diuelli nequeunt a corde, quia somitem suum habent in corde: semper tamen conterendæ sunt, ne procedant ad actum. Certum enim est, quod ad peccatum, quod opere perpetratur, non perueniet: quisquis incentiuu uitiorum statim, ut nata fuerint, in mente iugulabit: & parvulos Babylonis allidet ad petram. Istis nanq; somitibus quasi quibusdam gradibus omne peccatum coalescit. Cogitatio enim prava delectationem parit, delectatio consensum, consensus actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatē, necessitas morte. Ex quo patet, quod resecta cogitationis radice cuncta peccati arbor exciscatur. Quia prostrata pura euolat ad cælum deprecatis oratio, & a domino postulata reportat: Efficaciter etiam oppugnat rancor irrogatae iniuriae, ne exaudiatur deprecantis oratio. Relinque (ait scriptura) proximo tuo nocenti tibi: & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Et dominus in Euangello: Quum statis ad orandum, dimittite siquid habetis aduersus aliquem: ut pater uester dimittat uobis peccata uestra: quod si non dimis-  
ritis

**Hier. 29** **Marc. 11** **G** **Q**uemadmodum inire satagentibus conflictum cum hostibus uisibilibus per necessarium est non solum scire, quomodo euadant insidias inimicorum, & detegant eorum machinamenta, sed etiam qualibus eis resistant uiribus acque prudentia illorum conterant contumaciam. & quæ in spirituali reor non ignorandum esse certamine. Horum enim quæ obstant uirtutibus, habere notitiam laudabile est: non tamen ualde proficuum est, nisi addatur eidem cognitio materierum: quibus uirtute adipiscuntur. Virtiorum nanque fuga, & uirtutum exercitatio sunt duo, quæ efficiunt Christi militem strenuum, ac coram cæli ciuibus honorabilem. Qua in re, quum in præcedenti capitulo plura dicta sint, quæ impediunt, ne oratio exaudibilis sit: nunc pandenda sunt ad Dei gloriam, legentiumq; profectum: quæ adminiculum præbeant oratiibus: ut ipsorum deprecatio cœlesti regi fiat grata, illisq; fructifera. Ista etenim latere non debent Deo famulantes, & præcipue ad Deum festinare cupientes per quietis statum, ac orationis studium. Alter ambigendum minime est, quin inaniter laboraret. Igitur sciendum est, atq; memoria tenaciter tradendū, quod puritas plurimum ualeat, ut deprecantis oratio fiat accepta: & ipsius orantis animus ad orationem fidoneus efficiatur. Beati (inquit dominus) mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Deus ineffabilis est. Qui eum uult uidere, cor mundet: quia nullam habet similitudinem, ut appareat dormienti, nullam corpoream speciem, ut appareat vigilanti: nec ulla rationis indagine capitur. A mūdo corde humiliter amanti uideri potest: & apprehendi-

**Matth. 5**  
**Nam**

**A** ritis: nec pater uester dimittet uobis peccata uestra. Itaq; à nobis tota haec res sumit exodium: utrum oratio nostra exaudiatur, atq; quale futurū de nobis debeat esse iudicium. Ne enim uel irrationalis quisquam, aut in magno aliquo, aut exiguo delicto conqueri posset ipsum reum dominum illius sanctæ esse sententia, quemadmodū tu ipse iudicaueris: ita & te exaudiā, teq; iudicabo. Si enim dimiseris cōseruo tuo, a me quoq; eandē gratiā cōsequeris. Et certè nequaquam istud & quale est. Tu enim remittis, quū ipse remissione indigeas: Deus uero cum nullius indigeat unquam, ignoscit. Tu cōseruo remittis, Deus seruo suo. Tu quidem mille peccatorū reus, Deus autem ab omni peccato extra-neus. Et tamen sic abundantia suæ miserationis ostendit. Quo igitur digni supplicio sumus, quæ tali nobis à Deo potestate donata, ipsi orationi nostræ & saluti efficimur proditores; Nihil enim tam exorabile nostrā reddit orationem, q; ut malignis & nos ledentibus simus placabiles. Additio similiter peccati potissima est causa, ne oratio exaudiatur. **Eccles. 34** **V**nus enim orās (ait sermo diuinus) & unus maledicēs: cuius uoce exaudiēt dominus: B quasi dicat neutrius. Nam duobus modis impeditur oratio: ne impetrare ualeat postulata, uidelicet si adhuc quisq; mala committit, aut si delinquenti sibi debita peccata non dimittit. Sicut autem nullum medicamentum proficit, donec ferrum latet in uulnere: ita nihil prodest illius oratio, cuius uoluntas uersatur in scelere, uel odium proximi manet in mente. Non parum resistit paruitas desiderij: quatenus orationis effectū obtineat, qui petit. Dominus namq; noster sciens clemētia suæ pondera atq; mensuras interdum non exaudit orantem, ut eum probet: & magis ac magis eum prouocet ad orandum: & quasi igne examinatū iustiorem & ardenter faciat ad orandum & petendū. Profecto liquet, quod exaudibile apud Deum non efficiunt orationem uerba nostra, sed desideria. & ter-nam em uitā si ore petimus, non corde desideramus: clamātes tacemus: si uero corde cōcupiscimus, etiā nihil loquendo clamitamus. Agit tamen non nunquam diuina prouidētia nobiscum, ut differat utiliter: quia liberaliter donare disponit, ut discamus magna magnē desiderare: quia quo diutius abest, quod ardenter diligitur, eo robustius expectatis C desideria cumulantur: tantoq; dulcius sapit, & cautiū conseruatur, quod percipitur: quanto diutius in prece suspensus extitit petentis affectus. Postremo defectus perseuerantia in orando ualde aduersatur affectui orationis. Virtutis nanq; pondus nec impen-trandi gratiam possidet oratio: quam nequaquam perseverantia continui amoris tenet. Vnde igitur, ô homo, ne per inconstantiam deficias in oratione. Deus quod concessus-tus tibi est, etiā differt, non aufert. Non leuitate uititur, qui promisit: nec facile Dei senten-tia mutatur: quod promisit fixum est, fallere non potest: habet unde tribuat. Viriliter itaq; persevera in prece: si effectum concupiscis reportare de oratione:

De his, que disponunt animum ad orationem, & que eam exorabilem reddunt. Cap. V.

**Q**uemadmodum inire satagentibus conflictum cum hostibus uisibilibus per necessarium est non solum scire, quomodo euadant insidias inimicorum, & detegant eorum machinamenta, sed etiam qualibus eis resistant uiribus acque prudentia illorum conterant contumaciam. & quæ in spirituali reor non ignorandum esse certamine. Horum enim quæ obstant uirtutibus, habere notitiam laudabile est: non tamen ualde proficuum est, nisi addatur eidem cognitio materierum: quibus uirtute adipiscuntur. Virtiorum nanque fuga, & uirtutum exercitatio sunt duo, quæ efficiunt Christi militem strenuum, ac coram cæli ciuibus honorabilem. Qua in re, quum in præcedenti capitulo plura dicta sint, quæ impediunt, ne oratio exaudibilis sit: nunc pandenda sunt ad Dei gloriam, legentiumq; profectum: quæ adminiculum præbeant oratiibus: ut ipsorum deprecatio cœlesti regi fiat grata, illisq; fructifera. Ista etenim latere non debent Deo famulantes, & præcipue ad Deum festinare cupientes per quietis statum, ac orationis studium. Alter ambigendum minime est, quin inaniter laboraret. Igitur sciendum est, atq; memoria tenaciter tradendū, quod puritas plurimum ualeat, ut deprecantis oratio fiat accepta: & ipsius orantis animus ad orationem fidoneus efficiatur. Beati (inquit dominus) mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Deus ineffabilis est. Qui eum uult uidere, cor mundet: quia nullam habet similitudinem, ut appareat dormienti, nullam corpoream speciem, ut appareat vigilanti: nec ulla rationis indagine capitur. A mūdo corde humiliter amanti uideri potest: & apprehendi-

**Oſe. 2** Nam Aaron niſi prius ter lotus fuſiſet, non ingrediebatur in ſancta ſanctorum. Dispo-  
nit quoq; pleniffimè ſolitudo: de qua per Oſeam dicitur: Ducam eam in ſolitudinem, &  
loquar ad cor eius. Quandiu nanci animus permixtus eſt turbis, & in multitudine flu-  
ctuantum uolutatur: nec uacat ſoli Deo, nec ſegregatus eſt à uulgo. Propterea, o ani-  
ma, quæ per orationem & cōtemplationem Deo uacare decreuifisti: eſto ſola, hominum  
conforția fuge, tumultuosas mortalium cōuerſationes deuita, ut illi ſoli te ſolam ſerues,  
quem ex omniib; elegiſti. Sponsus enim tuus amator eſt uerecundus: & nō uult ſpon-  
ſa ſuæ ſecreta ſua reuelare in publico. Habilitat etiam non parum animum ad orationis  
& contemplationis donum & gulfum: exercitatio in operibus actiua uitæ. Vnde con-  
uenienter qui prius in actiua uita proficit, bene ad contemplatiuam aſcendit: & iuſte ad  
iſtam extollitur, qui in illa utilis inuenitur. Quapropter quicunq; ad arcem orationis, &  
contemplationis pulcritudinem attingere deſiderant: prius ſemetipſos in campo per exer-  
citium operis probent, quām ad quietem tranfeant, quatēnus ſciant, an illata conuicia à  
proximis æquanimiter portant: an oblatis temporalibus bonis mens laetitia ſoluitur: an  
ſublatiſ uehementi dolore fauiantur: an quum ad ſe introrsus redeunt: in eo quod ſpi-  
ritualia rimantur, ſecūm umbras tranſeuntium rerum ferunt: uel fortaffe tractas à men-  
te, manu discretionis abigunt. Quisquis hęc patitur, adhuc in actiua uitæ operibus non  
eſt purgatus: nec ad sanctæ orationis ocium idoneus. Afflictio ſimiliter ac tribulatio pa-  
tienter accepta: non mediocriter mentem ad orationē diſponit. De hoc legitur in Deu-  
terono. Afflixi te penuria, & dedi tibi cibum māna. Nam prius exurit cordis rubiginem  
triftitia & tribulatio: & caligo uitiorum detergitur: deinde raptim & abunde incircum-  
ſcripto lumine mens illuſtratur: atq; in gaudio cuiusdam ſecuritatis absorbetur: & quāli  
poſt defectum præſentis uitæ ultra ſe rapta in quandam nouitatem recreatur. Ibi menſa  
ex immenso uisionis ſupernæ roreaspergitur: ibi nō ſe ſufficere ad id, ad quod rapta eſt,  
cōtemplatur, & ueritatē ſentiendo uideſt: quia quanta eſt ipſa ueritas, non uideſt, cui ſe tā-  
tum longe eſſe existimat, quantum appropinquat. Nam niſi illam utcunq; proſpiceret,  
non eam aſpicere ſe non poſſe ſentiret. Promouet etiam ad hoc sanctæ orationis bonū,  
ſilentium. Sedebit ( inquit Hieremias ) ſolitarius, & tacebit, & leuabit ſe ſupra ſe. Et a-  
libi: Bonum eſt praefolari cum ſilento ſalutare Dei. Libenter enim ſe infundit uerbum  
expectanti & tacenti. Vnde fit, ut dum illo pafcitur, terrenū pabulum non requirat. Nec  
enīm potest pariem ſeculi cupere, qui ſuaui gusto reficitur Saluatoris. Negligit plane cu-  
ram corporis, qui pabulo orationis intendit: nec hominum colloquia habere uoleſt, qui  
diuinis in oratione ſaginatur consolationibus. Hęc nanci oratio eſt, quæ replet mētem  
exultatione, animam illuſtrat ſupernis ſplendoribus, & compleſt uifcera ſuauitate mellifiua. Ieiunium præterea & abſtinentia ad orationis eleuat ſummitatē. Nihil enīm ſubli-  
mius, nihil potentius homine orante. Qui autem orat cum ieiunio, duplices habet alas:  
quibus ad rimanda cęleſtia uifollitur: nam nec oberrat, nec torpet, nec perire permittit-  
ur. Quamuſ uero ieiunium morbos auferat uitiorum, carnis amputet paſſiones, crimi-  
num cauſas propellat: tamē ſine deuotionis unguento, abq; orationis exercitatione,  
ſanitatē mentibus non reponit, nec à terrenis animū quiescere ſinit. Quies in ſuper-  
cūm ſit orationis ſomētum, ſe poſſidentem efficit oratorem, & contemplationi propin  
quum. Nunquam enīm commotioni contemplatio iungitur, nec præualet perturbata  
mens intueri ſpiritualia, quæ uix tranquilla ualeſt: quia quemadmodum ſolis radius ne-  
quāquā cernitur, quum commotæ nubes cæli faciem obducunt: nec turbatus fons re-  
ſpicientis imaginem reddit, quam tranquillus propriam oſtendit: ſic nec inquietus ani-  
mus Dei caritatem in orationis ſpeculo poſteſt conſpicere. Imitetur itaq; mentis quie-  
tem, pacisq; amplectatur bonum: quisquis exuberantibus, quæ in oratione donatū: cu-  
pit inebriari uoluptatibus: quia nullo modo animus ad uim intimæ contemplationis ra-  
pit: niſi prius à terrenorum deſideriorum tumultu per adēptionem quietis ſopiatur.

**i. Tim. 2** Vbi & in quo loco orandum ſit, & quo tempore. Cap. V I.  
Vnc autem ubi orandum ſit, breuiter intimandum eſt: ac deinde quo tem-  
pore. Vbi enīm orandum ſit, inſinuat Apoſtolus, quum dicit: Volo uos o-  
rare in omniſi loco leuantes puras manus ad Deum. Non enīm tantum lo-  
cus querendus eſt, quātum ſenſus. Hieremias orans cōfortatur in carcere,



Daniel

**A** Daniel inter leones exultat, tres pueri in fornace exultantes & deum bheldicentes tri-  
pudiāt. Job nudus in sterquilinio triūphat, paradise de cruce latro promeruit. Et quo-  
niā non eſt locus, ubi non ſit deus, ubiq; effundenda eſt ad illum deprecatio. Vbi ſunt  
pericula, illuc petendū eſt ſuſfragium. Nec querendus eſt locus, quum à deo & ad deū  
noſter prouocatur affectus. Tria tamen ſpecialiter loca ad orandum cōgrua eſſe cogno-  
ſcuntur, & primo locus ſecretus, de hoc dicit dominus. Tu autem quum oraueris, intra  
in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum. Minus enim uanis cogitationib;  
ſtimulatur, qui orat, ubi non eſt hominum frequentia, ſicut minus auaritia tentatur, qui  
concupiſcibilā non cernit. Et quia iucundum eſt habitare ſecum, & cum deo familiari-  
ter loqui, fuge o orationis amator multitudinem, fuge paucitatem, fuge uel unum, qua-  
tenus ſine tui diſpēdio abq; humano respectu tua ad cælū ualeas dirigere uota. Quod  
ſi coram hominib; tibi orare contigerit, non uoce clamofa orabis ad dominū, ſed con-  
ſcientia recta ſtude placare illum, quia non eſt uocis ſed cordis auditor. Cauſe ne tunc  
**B** orans aliquid noui facias, quod audiant aſtantes, non manus extollas, nec oculos leua-  
bis, ſed affectu intimo cælum clamoribus replebis. Templum quoq; materiale ideo di-  
catum idoneum ad orandum eſſe non dubitatur, de quo loco ſic legitur. Oculi mei erūt  
aperti, & aures erectæ ad orationem eius, qui intrabit in locum iſtum. Nam elegi & ſan-  
ctificaui iſtum, ut ſit ibi nomen meum in ſempiternum, & permaneat oculi mei, & cor  
ib; cunctis diebus. Nam & dominus Ieſus frequentabat templum, ut ibi doceret, & ora-  
ret. Hoc nanci decebat, ut tanquam bonus filius patris adiret domum. Nos igitur Chri-  
ſti imitatores effecti, quum in ciuitates, quum in caſtra, & monaſteria introiuimus, ante  
omnes actus in ipſo introitus primordio accedamus ad eccleſiam, introeamus in tem-  
plum, & ibi orationum uota, & gratiarum actionum offeramus ſacrificia, egrediētesq;  
de illo armet oratio, ſicq; ad peragenda negotia accingamur. Tertius deniq; locus ad  
orandum aptiſſimus eſt ſpirituale templum, ſcilicet cor mūdum & purum, de quo Apo-  
ſtolum ait. Templo dei ſanctum eſt, quod eſtis uos, in hoc enim templo oramus ſpiritu,  
**C** oramus & mente. Nam talis oratio cordis eſt, non labiorum, nec enim precantis uerba  
intendit deus, ſed orantis cor aſpicit. Quid oratio prodeſt ſtrepitū labiorum, ubi eſt cor  
mutum. Sicut enim uox ſine modulatione auribus hominum onerosa eſtit, ſic oratio  
abq; deuotione auribus dei inexaudibilis eſt. Sed ille in ſpiritu etiam ueraciter orat, qui  
amorem in cōpunctione habet, & gemitus ardentis caritate emittit, nec infructuosa eſſe  
poterit, quando de cordis amore & puritate procedit. Quo uero tempore ſit orandum,  
ſiquet, quia omni tempore orandum eſt, iuxta Saluatoris ſententiam dicentis. Oportet  
ſemper orare, & nō deficere. Nequaquā enim debet Christi miles orationis arma abiſſe-  
re, donec perſeueraſt pugna. Quoniā uero quousq; uiuimus, in acie militiæ deſudamus,  
oremus continuē, nihil autem tam ualidum reperiuit ad hostium noſtrorum conteren-  
dam rabiem, quām orationis perſeueraſt opus. Sed quia alia negotia hoc minime per-  
mittunt, non prætermittenda, ſed intermiſcenda eſt noſtris oratio actionibus, quamuſ  
magna uoce ille clamet ad dominum, qui etiā lingua taceat, bonis tamen operibus per-  
ſeueraſt. Innitendum autem eſt, ut in primordio ſaltem cuiusq; operis dirigatur oratio, et  
**D** diuini ſuſfragij imploratio, quia ſicut militem procedere ad conflictum non congruit ſi  
ne armorum protectione, ita nec homini Christiano abq; orationis munimine aliquid  
agere licet. Egredientem igitur de hospitio armet oratio, regredienteſt de platea comi-  
tetur, cum ambulante ambulet, cum operante collaboret, nec prius corpusculū requie-  
ſcat in ſtratu, quām anima precibus reficiatur.

De duabus ſpeciebus orationis, in fructuofis ſcilicet & fructuofis, & de ipſa-  
rum diuisionib; Cap. VII.



Eſtante Apoſtolo diſidimus uaria eſſe ſpiritus dona, quæ Christi fidelib;  
elargita ſunt, quum tamen unus ſit ſpiritus cuiq; diuidens, prout uult. Pa-  
ri quoq; modo fatendum eſt eſſe diuersa orationum genera, quæ ſub uno  
orationis actu ab omnibus immolantur, quæ licet diuincta uocabula for-  
tiantur, unum tamen uirtutis orationis corpus efficiunt, quod in ſequenti  
bus clarius eluēſcet. Hoc igitur uigilanter ſciendum eſt duas eſſe orationis ſpecies, &  
iſparum effectus uarios. Alia nanci eſt oratio in fructuofa, & alia fructuofa. Harum pri-  
ma

Matt. 6

3. Reg. 9

2. Para. 6

1. Cor. 3

Luc. 18

1. Cor. 12

ma, quinque habet species. Prima est labiorum absq; mentis exercitatione, de hac dicit **Esa. 29** Esaias. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Nihil uero proficuum est sola ad dominum uoce clamare, sed ipsa est suauissima orationis harmonia, quando uox cognoscitur animo cōsonare, nec aliud corde quam lingua profertur. Nā si hæ duæ res discrepabili sibi uarietate dissentiant, nequaquam possunt gratam deo orationis facere cantilenā, neq; ad aures domini uenit, quod se mutua uarietate confundit. Secunda est propera, & sine prævia cōsideratione, sicut patet in Helia, qui petijt animæ 3. Reg. 19 suæ ut moreretur. Debet autem qui ad deum preces fundere disponit, examinare, quid petat. Si enim inconsiderata petitio terreno regi porrecta repellitur, & contemnit, quāto magis quæ deo dirigitur. Componat se mens antequam postulet, ne imprudenter pertens abijsciatur à domino. Non enim impetratur quod flagitatur, nisi statera fuerit discreta. 2. Cor. 12 mulus ab eo amoueretur. Filii etiam Zebedæi dictum est à domino. Nescitis, quid pertatis. Collocandi etenim erat ad Christi dexteram miseratione diuina, sed ipsi perniciofa petitione se cum damnandis constitui flagitabant ad sinistram. Taliū oratio miseria corditer non exauditur, iuste repellitur, & meritò reprobatur. Quarta est præsumptuosa, quod patet in Pharisæo de suis operibus tumescente. Horum nempe oratio abominabilis est deo, nec exaudiri meretur. Nam quemadmodum oratio feruēs & humilis cælum absq; dubio penetrat, & inde uacua redire non sinitur, ita & præsumptuosa nequam auditur, quin potius mensuram propriam excedens prorsus repellitur, quia iusto diuini iudicij moderamine agitur, ut plerūq; amittat, quod impetrare poterat, qui auda. Et er aut animo elato ea, quæ attingere non ualeat, arripere festinat. Quinta est ridiculosa, quum homo petit, quod deo præstare omnino non conuenit. Fur nanciū ad deprædandum properat, orat, ut prosperetur in furto, fornicator crucis sibi signum imprimit, ut non comprehendatur. Sed nunquid exaudiri sunt digni. Minime, in modo facilius capiūtur, & comprehenduntur in scelere, quia nescit deus patrocinium dare criminibus. Frustruosa autem diuiditur in postulationem, obsecrationem, meditationem, orationē, gratiarum actionem, & contemplationem. Postulatio est circa temporalia bona & huius uitæ necessaria obtainenda, uti tranquillitas pacis, incolumitas corporis, aeris temperies, & huiusmodi. In istis postulantis deus approbat bonam uoluntatem, facit tamē, quod melius esse iudicat, quoniam quid infirmo sit utilius, magis nouit medicus, quam ægrotus. In postulationibus piè ac fideliter orandum est, non tamen in illis pertinaciter insistendum, quia nonnunquam homo male dispensatur id quod uult accipere, deo miserante non consequitur. Nam si hoc ab illo petitur, unde homo laedatur, melius non exaudiatur. Nempe hoc ualde metuendum est, ne quod posset deus non dare propitijs, det iratus. Obsecratio est anxia in exercitijs spiritualibus ad deum instantia. In ipsa insistendum est cum omni humilitate & patientia, quia non afferunt fructum nisi in patientia. Accidit enim plerūq; ut quum gratia non subuenit celeriter, fiat obsecranti cælum æneū, et quum relicti sibi humani cordis duritia ad uotum exaudiri non meretur, anxietas obsecrantis negari sibi existimat, quicquid differtur. Hoc tamen mira conditoris dispesatio ne agitur, quatenus desideria dilatione extendantur, ut proficiant. Proficiant, ut ad hoc quod perceptura sunt, incalescant. Vtq; obsecrans excitatur in certamine, ut maiorib. sumuletur præmij in retributione, & labor protrahitur pugne, ut crescat corona uictoria, eo tamē dulcius ac suauius fruitur, quo diutius dilatum est obsecratiois desideriū, ut quod petitur, impetretur. Meditatio est studiosæ mentis intentio circa aliquid inuestigandum diligenter insistens, & distincta promotione semper se ad altiora extendens. Est etiam prouidae animæ obtutus in ueritatis inquisitione libenter occupatus. Meditationum uero tria sunt genera. Vnum in creaturis, unum in scripturis, & unum in mortibus. Primum surgit ex admiratione, secundum ex lectione, tertium ex circumspectiōe. Oratio est hominis deo adhærentis affectio, & quædam familiaris & pia allocutio. Talis nanciū purus orationis affectus, & hæc bona affectionis suauitas non inuenitur, sed quasi interuenit, quum repente gratia præuenit. Quod aliquando incipientibus prouertit, quū rudis adhuc eorū animus in eū orandi assumit affectum, qui pro merito sanctitatis reddi solet meritis perfectorū. Quū uero hoc sit, agit, ut uel in iudiciū suū nō neglegenti

A genti liceat nescire, quid negligat, uel ut prouocatio caritatis amorem in eis ultra se proferens accendat. Ex quo tamen fit, ut multi fallantur, qui quum pascantur pane filiorum se filios arbitrantes, inde deficiant, unde proficere debuerant. Et ex uisitante gratia euā nescant à conscientia sua se arbitrantes aliquid esse, quum nihil sint. Gratiarum actio est in intellecū & cognitæ gratiæ dei bonæ uoluntatis indeficiens & irreflexa intētio. Nullum enim officium referenda gratia magis necessarium, quia maiora meretur suscipere, qui collata bona de corde non probatur delere. Disce ergo ô homo in gratias referendo non esse tardus, disce ad singula gratias agere, diligenter considera, quæ tibi præstantur à dño, ut nulla ipsius dona debita gratiarum actione frustrantur. Nam iugiter sibi subuenire facit, cui impensum beneficium ante oculos semper assistit. Sed etiam inuitatur ad magna, qui de paruis gratias agere assuevit, & spem de futuris recipit, qui transacta beneficia recognoscit. Propterea ô dñe Iesu quamvis de innumeris donis nūhi exhibitis nunquam tibi gratias debitas ualeam referre, tamen illud certe ubiq; non desinam consideri me referre non posse. Hæc etenim humili confessio non parua est gratiarum factio. Contemplatio est uerus certusq; intuitus cuiuscunq; rei, seu apprehensio ueri, & non dubia consideratio. Nam & contemplatio est illa species, quæ rapit omnem animā desiderio suo tanto ardentiore, quanto mundiorem, & tanto mundiorem, quanto ad spiritualia magis exurgentem, & carnalibus desiderijs, ac terrenis affectibus moriente, de qua latius paulo inferius dicetur.

*De ijs in quibus præmineat actiuæ uitæ contemplatiua.* Cap. VIII.

**P** Verorum mos est cuncta secundum sensum eligere. Nihil enim sapiunt, nisi quod pulchrescit uisu, mulcet auditu, lenocinat odoratu, sapit gustu, & mollescit tactu. At spiritualis homo omnia dijudicans, hæc paruipendens, sola spiritualium examinatione delectatur. Quapropter quum præsens orationis tractatus illis solis congruat, qui spiritualium exercitationi uacant, dignū duxi enucleare in hoc capitulo, quantum præcedat actiuam contemplatiua uita, quatenus qui illam cupiunt sectari, prouocentur ardenter, & qui iam illam elegerunt, amplectentur & tenent caute. Singulare enim donum est, & paucis concessum, ideo qui tenet, teneat, nec ipsam ante finem uitæ derelinquit, quia post hanc peregrinationem perficietur. Notandum est igitur, quod contemplatiua uita in pluribus actiuæ uitæ præeminet. Et primo quia contemplatiua uita intendit meliori, scilicet deo, quum actiuæ intendat proximo. Nam contemplatiua uita est caritatem dei tota mente tenere, & ab exteriori actione quiete, soli conditoris desiderio inhærente, & calcatis curis omnibus ad intuēdam creaturis faciem animo inardescere. Actiuæ uero uita uestiendo nudum, suscipiendo peregrinum, gubernando subiectum, redimendo captiuum, tuendo uiolenter oppressum, iugiter se ab omnibus iniuriatibus suis emundat, & uitam suam bonorum operum fructibus ditat. Præcellit etiam contemplatiua in hoc, quia clarius uidet. Nam mens quæ contemplando ocia appetit, plus uidet, sed pauciores filios deo generat, qui uero ad prædicationis labore se dirigit, minus uidet, sed amplius parit. Et quis ignorat, quod sicut oculum studiosum ineffabilem suavitatem sapientiae cælestis, & iucundum lumen latenter ueritatis infundit oculo, ita spiritualis occupatio laborum sanctorum multiplices affert fructus humanæ societati occupato. Itineribus quippe diuersis incedunt, sed ad unam patriam tendunt, & ad unum regnum disparibus militates officijs Christo rege omnium uocante perueniunt. Præminent quoq; in hoc contemplatiua, quia mūdior est. Laur. (in cant. 5) quid sponsa contemplationi uacans in canticis cantorum) pedes meos, quomodo inquinabo illos. In istis nanciū uisibilibus quæ intuemur, cor nostrum spargitur, premitur, & foedatur, & quicquid de se intrinsecus agatur, obliuiscitur, dum extrinsecus occupat. Si igitur homo ita creatus est, ut per id quod in eo præcellit, attingat id, quod cuncta præcellit, & unum uero optimū, sine quo nulla natura subsistit, nulla doctrina instituit, nullus usus expedit, ipse queratur, ubi mūda sunt nobis omnia, ipse cernatur, ubi omnia nobis certa sunt, ipse diligatur, ubi nobis recta sunt omnia. Commendabilior etiam est actiuæ uita contemplatiua, quia securior. Nam & temporalium occupatio multis uallat periculis, & plena est spinis. Versari in his & non laedi diuinæ potentie est, non uirtutis humanæ. Hoc probat transeuntium raritas, periclitantiū multitudine. Ecōtrario qm frustra facit

facitur rete ante oculos pennatorum, & facile euadit laqueos metis, qui oculos habet in cælis, illa tutu uia dicenda est, in qua nihil est, quod timeatur, quæ compensatur mentis placiditate, leuatur usu, sustentatur ocio sancto, non occupatur aliquibus molestijs, nō urgetur humanis discursibus. Excellētior præterea iudicanda est contemplatiua uita q̄ actiuia, quia quietior. Nam contemplatiua pacatis uitiorum tumultib. optata in Christo mentis quiete fruitur, quum in plurimis actiuia turbetur. Cessare quoq̄ dominus à mudi laborib⁹ imperat, & sanctæ quietis dulcedinem suadet, & tamen uæsana hominū mēs plus se asse qui aspera carnaliter, q̄ blanda tenere spiritualiter gaudet, plus acerbitate fatigationis, q̄ quietis dulcedine pascitur. Præstantior similiter est cōtemplatiua propter hoc, quod iucundior. Merito enim iucundior est, quia actiuia uita habet sollicitum cursum, cōtemplatiua gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur, hæc facit pulsare bonorum operum uelut quibusdam manibus ianuam, ista uocat consummandos in patriam, in hac contemnitur mundus, in ista uidebitur deus. Sedebit (in psal. 32 quod Propheta, de contemplatiuis) populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiducie, & in requie opulenta. Apparet etiam præminentia contēplatiuæ uitæ, quia permanentior est. Contemplatiua hic incipit, & in cælesti patria perficitur, quia amoris ignis, quo hic ardere inchoat, quum ipsum, quē amat, uiderit, in dilectiōe amplius igne scit. Actus autem cum corpore deficit, quia panem non porrigit esurienti, quoniam nemo esuriet, neq̄ cætera opera pietatis ager, quia non erunt necessaria. Fulget insuper dignitas contēplatiuæ uitæ, quia preciosior, & hoc quia rarior. Actiuia nāq̄ uita multorum est, contēplatiua paucorum. Quod in Noe arca figuratū fuit, de qua dicitur, qd̄ inferius erat lata, & in cubito summitas consummabatur. Videmus enim multos in ecclesia superbire, lasciare terrenis rebus, irasci, rixari, & proximum lædere, sed quia illos ecclesia tolerat, quasi in latitudine arcæ bestiæ fuisse referuntur. Videmus alios aliena nō rapere, illatam iniuriam æquanimiter tolerare, rebus proprijs contentos esse, humiliter uiuere, & diuinis sollicitate famulari præceptis, sed quoniam iam pauci sunt, angustat arca. Cernimus uero nonnullos possessa relinquere, nullum terrenis rebus studium dare, inimicos diligere, carnem domare, omnes motus ratione premere, atq̄ per cælesti desiderium contemplationis pœna subleuari, quoniam autem sunt parati, arca iuxta cubitum consummari perhibetur, ubi homines & uolatilia continebantur. Postremo in hoc præcellit actiuam contēplatiua, quia uitæ cælesti est similiors. Actiuæ uitæ exercitia sunt panem esurienti tribuere, uerba sapientiæ nescientem docere, errantem corrigere, ad humilitatis uiam superbientem proximum reuocare, infirmantium curam gerere, & quæ singulis quibusq̄ expediāt dispensare. Quum autem nil horum exerceatur in patria, & in his non se occupet contēplatiua, nisi in sola cognitione, & laude conditoris, cōspicuum est contēplatiuam exhibere imaginem æternæ patriæ, ubi uidebimus & amabimus, amabimus & laudabimus, quod est beatitudinis gaudium iuxta Prophetæ sententiam dicentis. Beati, qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te.

*Quæ debent concurrere, ut perfecta sit deprecantis oratio.* Cap. IX.



N rebus humanis ille sagacior, ille prudentior esse cognoscitur, qui in agē dis negotijs proprijs uel alienis seruato modo, loco, & tempore opus arreptum ad finem dicit. Et que in spiritualibus fatendum est, & præsertim in orationis actu, quia quanto excellentior est operatio, tanto prudentius debet fieri. Quoniam uero deo astare, & illi laudis sacrificium offerre angelorum imitatio est, perutile existit non ignorare, qualiter nostras ei debeamus dirige re orationes, ut & in seipsis perfectæ sint, & cui offeruntur acceptæ. Multa nanq̄ sunt, quæ debent concurrere, ut perfecta sit deprecantis oratio. Primo enim orandum est attente. Nam in orationibus uigilandum est, ne animus cogitet aliud, præter id solum qd̄ precatur. Indignum quippe est in corpore astare deo, & mente per campos inutiliū cogitationum euagari. Qui enim in sensu cordis orat, & præsentem dominū in sua oratione cognoscit, nil horum patitur, sed totum se colligens in se ante faciem dei se statuit, ut ei æstus amoris, dilationem patriæ, peregrinationis ærumnas, tentationū impulsus, frequentes casus, necessitates non paucas, et hostium inuisibilium importunos insultus patat, & ab illo suscipiat iuxta uota auxilium spirituale. Quemadmodum aut̄ preces, quæ

attente

A ttente & puro animo fundunt, à domino reportant, quod petunt, ita despiciunt leues, dissidentes, inutiles, in seculi curiæ anxiæ, rebus temporalibus implicitæ, & honorū ope rum fructibus infecundæ. Item orandum est cum magnitudine desiderij. Sic nanq̄ scriptum est Deuteronomij 4. Quum quæsieris dominum deum tuum, iuuenies eum, si tamen toto corde quæsieris. Magnitudo quippe desiderij clamor est quem deus exaudit. Hoc tamen nequaquam silentio prætereundum est, quod sæpe mens statim non potitur eo, quod ardēti desiderio à domino postulat, & importune pulsare per orationes cogitur, quod magis ad profectum efficit orantis, quam ad contemptum, quia quum su perficietenus petitio negligitur, uota exorantis altius in cogitationum radice solidantur, sicut & semina messium gelu pressa solidantur, & quo ad superficiem tardius exēt, eo ad frugem cumulatiora consurgunt. Sancta enim desideria dilatione crescunt, & unde ad tempus detrimentum tolerare uidentur, inde maiora lucra in retributione reportant. Orandum quoq̄ est cum lacrymis & gemitu. Quum esset (inquit scriptura) An-

1. Reg. 1

B na amaro animo, orauit dominum flens largiter, & abunde obtinuit, quod petiuit. Nemo ad deum aliquando flens accessit, qui non, quod postulauit, accepit. Nullus ab eo beneficia dolenter optauit, qui non impetravit. Ipse est enim, qui consolatur flentes, do lentes curat, pœnitentes informat. O lacryma humiliis tua est potentia, tuum regnum, tribunal iudicis non ueroris, amicorum tuorum accusatoribus silentium imponis, non est, qui te ad deum accedere uetet. Si sola intres, uacula non redibis. Quid plura. Vincis inuincibilem, ligas omnipotentem, inclinas filium uirginis, aperis cælum, fugas diabolum, tu cibus animalium, roboratio sensuum, abolitio delictorum, uitorum extermiñi, uirtutum præuia, gratia socia, refectio mentium, & lauacrum culparum, tu odor uite, sapor spiritus, gustus indulgentiæ, sanitas redeuntis innocentia, reconciliationis iucunditas, serenatae conscientiae suauitas, & electionis æternæ spes ualida. Qui te orationis suę comitem habebit, gaudeat, quia post orationem securus abibit. Orandum deniq̄ est humiliiter. Respexit (inquit Propheta) in orationem humilium, & non spreuit preces eorum. Ille nanq̄ perfectam deo exhibet orationem, qui semetipsum, quam pusillus sit, humiliiter uidet, qui nihil sibi uirtutis tribuit, qui bona, quæ agit, esse de misericordia conditoris agnoscit. E contrario perfectam deo exhibere orationem, atq̄ contemplari dei sapientiam non ualent, qui sibi uidentur sapientes, quia tanto ab eius luce longius sunt, quanto apud semetiplos minus sunt humiles. Nam in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, & orationis puritatem, & contemplationis aciem claudit, sicq̄ unde se lu cere præ cæteris existimant inde se lumine priuant. Orandum præterea est perseveranter, quoniam exaudiiri in prece à domino nequaquam meretur, qui confidet in animo ac perseveranti studio nō poposcerit. Sicut enim certaminis brauium non assequitur, qui antequam ad metas attingat, deficit, sic orationis fructu priuatur, quisquis in illa nō extiterit importunus. quod dominus Iesus euidenter ostendit exemplum proponens iudicis iniqui deum non timentis, & homines non reuerētis, qui improbitate uictus uiduæ, uindictam illi fecit de aduersario eius. Nemo igitur nostrū deficiat ab oratione, nullus paruipendat orationem suam, quoniam ipse ad quē oramus, nō paruipendit eam. Post

psal. 102

D quam autem egressa est ab ore nostro illam ipse scribit in libro suo, propter quod unum & duobus sperare indubitanter possumus, quoniam aut dabit, quod petimus, aut quod nouit utilius. Hæc est forma, & ista sunt, quæ nostram, quum effunditur, perfectam efficiunt orationem.

Luc. 18

*De gradibus contemplationis, quæ orationis est finis:* Cap. X.  
Iatorum hæc est consuetudo, & commēdabile propositum ab incepto nō deficere itinere, donec ad terminum, quo pergunt, attingant. Hoc agunt strenui bellatores, quod non prius discedunt de loco certaminis, nisi post consummationem uictoria. In omni re, in quolibet negotio uidendus est finis. Nihil laude dignū est, quod imperfectū relinquitur. Coepisse, nec per fecisse opus, non caret reprehensione. Hoc contingit in agricultura, hoc in ædificijs cōstruendis, hoc in studio literarū, hoc in moribus cōponendis, per amplius uero in adipiscendis uirtutibus. Nō profecisse nanq̄ in uirtute in uanū cūcurrisse est. Studeant ergo, qui in statu sunt quiescentiū, quiq̄ deo adhærere, & unū cū illo effici spiritū per orationis Laur. Justin.

k 3 vir-

virtutem & exercitationem elegerunt, nullam spiritui suo dare quietem, nūnqā à concepto languescere desiderio, donec uotorum siant compotes suorum. Ne uero ignorātia fallantur putantes se ante terminum culmen attigisse orationis, dignum duxi, & fore proficuum arbitratus sum in hoc ultimo capitulo tractatus orationis distinctos enarrare gradus, quibus uerè quiescentes perueniunt ad fastigium contemplationis, quæ orationis finis est, prout superius patefactum est. Sex namq; sunt gradus contemplationis, per quos proficiens anima ad portum ueræ quietis ducit. Primus enim gradus consistit in sola imaginatione. Tunc etenim contemplatio nostra in imaginatione uersa, quum obstupecētes attendimus corporalia ista, quæ sensu corporeo haurimus, & sunt multa, & magna, & diuersa, & pulchra & iucunda. Et in his omnib. creaturis illius summæ diuinæ essentiæ potentiam, sapientiam, munificantiamq; mirandam ueneramus. Veneratio ne nanq; omni dignus est, qui talis est, ut potentia sua cælum ornaret syderibus, aerē uolucrisbus, aquas piscibus, terram animantibus diuersarum specierum. Nam & ipsam fœcundauit uarijs fructibus, diuersis arboribus, multarum herbarum speciebus, florib. innumeris, quæ omnia ex sui dignitate deum magnum magnifice confitetur, quod intuēs Propheta spiritu sancto refertus aiebat. Dñe dñs noster qd admirabile est nomen tuū in uniuersa terra. A solis ortu usq; ad occasum laudabile est nomen tuū ô domine. Secundus gradus exercetur in imaginatione, & secundū rationē. Rimatur enim uniuscuiusq; rei ordinem, dispositionem, causam, modum, & utilitatem. In qua consideratione interluet contemplati quædam spiritualis lux diuinæ bonitatis, quæ mīro modo se cōmunicauit etiam insensibilibus, tribuens illis virtutem curandi, effectum procreādi, donis roborandi, & alia quamplurima. Vni dedit suauitatem odoris, alteri dulcedinem saporis, atq; alteri preciositatem ualoris, et sic diuersis diuersa contulit pro beneplacito uoluntatis suæ. Hoc speculatione contemplationis intuens animus præ admiratione clamat cum Propheta, & dicit. Quām magnifica sunt opera tua domine, omnia in sapientia fecisti. Tertius gradus est, quando per rerum uisibilium speculationē subleuamur, & quādam manuductione ad inuisibilia suspendimur. De hoc Apostolus ait. Inuisibilia enim dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoq; eius uirtus, & diuinitas. Hæc enim uisibilia confitentur creatorem suū, & modo suo dicunt. Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Illustratur mens contemplantis quadam dulcedine admirationis, & iucunda suauitate respersa in laudem prorumpit dei. Efficitur ergo intellectus cogitantis contemplatio amantis formans illum in quasdam spirituales consolationes, quæ cor & dilectione replent, & desiderio accendunt cælestium gaudiorum. Quartus gradus est, quando segregato omnis imaginationis officio solus animus intēdit, quæ imaginatio non nouit, sed quæ mens ex ratiocinatione colligit, uel per rationē comprehendit, ut quando inuisibilia nostra, quæ per experientiam nouimus, & intelligentiam, in considerationem adducimus, & ex eorum consideratione in cælestium amarum & spirituum beatorum intelligibilem contemplationem assurgimus. Tunc qd magna sit multitudo dulcedinis dei, timentibus absconditæ, percipiunt. Contemplant enim qui huiusmodi sunt, regni cælestis gloriam delitarum abundantiam, regis magnificientiam, ciuium supernorum naturam, numerositatem, & beatitudinis supereminētiā. Talibus nanq; referti considerationibus, & ardentī plurimum repleti caritate, atq; desiderio affecti societatis ipsorum, qua ualent, uirtute ignitis affectib. in spiritu dicūt. Quām dilecta tabernacula tua dñe uirtutum, concupiscunt, & deficiunt animæ nostræ introire in atria tua. Beati nempe serui tui domine, qui stant coram te semper, & contemplant gloriam tuam semper, tecq; laudare non desinunt. Quintus gradus est, quando ea, quæ ex diuina reuelatione cognoscimus, nulla nostra ratiocinatione integre inuestigare sufficimus. Talia sunt, quæ de diuinitatis natura & quæ de simplici essentia creditur, & scripturarum diuinarum autoritate approbamus. Super rationem, & non tamē præter rationem, censenda sunt, quoniam id quod intelligentiæ acie cernitur, humana non potest ratio inuenire, tamē facile acquiescir, & sua attestatione alludit. In hac enim carne uiuentibus, & in hoc statu inæstimabili uirtute crescentibus, contemplationis acuminē potest æterna dei claritas uideri, & sensu illuminati amoris attingi. Intelligendus enim est deus cogitandusq; quædam uita æterna uiuens & uiuificans, immutabilis, omnia

A nia mutabilia immutabilitē faciens, ueritas fixa, stans indeclinabilis; ex qua iera sunt omnia, quæ uera sunt, in qua sunt æternaliter rationes rerum omnium euidentium temporaliter, cui uita ipsa essentia est, quæ uita uiuens ipsa sibi est, quæ est ipsa deitas, æternitas, magnitudo, bonitas, uirtus in semetipsa existens, & subsistens, excedens omnem locum uirtute naturæ illocabilis, æternitate uero omne tempus, quod uel ratione uel optione comprehendī potest. Quæ certius sensu humili & illuminati amoris, quām quo libet cogitatu rationis attingitur, & semper melius est, quām cogitatur, melius cogitur, quām dicitur. Ipsa est summa substantia, non subiecta prædicamentis uocum, sed rerum omnium subsistens causale principium, in quo esse nostrum non morit, intellectus non errat, amor non offendit, qui semper queritur, ut dulcius inueniat, dulcissime inuenit, ut diligenter queratur. Sextus contemplationis gradus est, quando animus illa ex diuini luminis irradiatione cognoscit, quib. omnis humana ratio declinat, & intelligibilium intelligentia rationem amittit, & omnem humanam ratiocinationē & intentionem transcendit. Hinc emanans fluminis impetus lætitiat animum contemplantis memoria abundantiae suavitatis dei, in quo gustu quum ad deum totis præcordijs amandum facile abducat hominem potentia eius, & uirtus, & gloria, maiestas, bonitas, beatitudo, ad contemplanda eius amabilita per seipsa in affectum cordis contemplantis eluentia, hoc potissimum amantem rapit in amabilem, quia ipse in seipso est, quicquid in eo amabile est, qui est totum quod est, cui bono amore ipsius boni sic se intendit pius affectus, ut non se inde reuocet, donec unus cū eo spiritus effectus sit, quod quum in eo fuerit perfectum, iam solo mortalitatis huius uelo differt, ac diuiditur à sanctis sanctorum, à summa illa beatitudine supercælestium, qua tamen in fide & spe eius, quem amat, in conscientia fruitur. Iam quod superest, tolerabili præstolatur patientia. Hic est destinatus solitarij certaminis cursus, hic finis, hoc præmium, hæc requies laborum, consolatio dolorum, & ipsa perfectio, & uera hominis sapientia deum querentis, & deo uacantis, & adhærentis per orationis studium, per contemplationis ocū. Quæ orationis uirtus quantæ apud deum sit dignitatis, comprehendit in præactis, & quæ ex existimationis apud homines percipitur ex hoc quod & duodecimum sortitur gradum, & ultimum possidet locum fructuum ligni uitæ, quos domino opitulante ordinauit, descripsi, & ad finem deducendo peregi.

## P E R O R A T I O :



Vis autem ascendet in hunc montem domini, aut in locum sanctum elusa. Utique uere quiescentes, si tamen strenue abdicauerint à se omnem mundi substantiam, omnem facultatem, & cuncta, quæ mentem ab interiori exercitatione diffundere ualent, & voluntariam elegerint paupertatē prorsus se diuinæ committentes prouidentiæ, quæ neminem despicit, uel in se confidentem derelinquit. Sed nequaq; hoc solo contenti sint, quin potius concupiscentias gulæ, & uentris illecebras iugulēt mucrone sobrietatis & temperantiæ, quatenus redacto in rationis seruitutē crudeli tyranno, mēs igne diuini amoris succensa, lata, & expedita ualeat se colligere in se, & per internas cordis exercitationes, & uirtutē orationis ascendere suprase. Hoc tñ non lateat quiescentem, quod ut facilius ascēdat, quiescat dulcitus, securiusq; possideat dona, quæ ei donanda sunt, prorsus associāda est duabus prioribus humilitatis uirtus, quæ cælestis regis singularis filia esse cōprobat, adeo ut illi nec paupertatis uirtus, nec sobrietatis bonum, nec ieunij labor, nec eleemosynarum elargitio, aut orationis sacrificiū sine ista placere queat. Custos enim uirtutū est, & ante deum astare uolentib. per necessaria. Nulla nāq; potest esse in oratione repulsa, quando hæc deprecantibus fuerit socia, & orationis prævia. Eo nāq; mens in oratione erit alacrior, & in contemplatione sublimior, quo in se extiterit abiectior, atq; humilior. Propterea serutus Christi, uirtutum amator, orationis sectator humilitatem habeat, humilitatē exhibeat in negotijs, in moribus, & per amplius in orationibus. Quæ uirtus quū animā cōpleuerit, defecerit, liquefecerit, tunc incipiet cor dilatari dilectione, irradiari ueritate, repleri lumine, perfundi exultatione iucundari suauitate, saginari deuotione, eleuari spiritu, inebriari iubilo, contemplatione nitescere, potiri amplexibus, circundari splendoribus, odores aspergi, atq; ineffabilibus gaudijs ditari. Hinc secretorum oritur reuelatio, seri-

pturarum declaratio, futurorum cognitio, sensuum corporalium alienatio, cælestiū bonorum medullaris participatio, diuinæ bonitatis adhesio, & unitatis spiritus beata fructio. Quod totum hauritur ex orationis exercitio, & contemplationis ocio, & opitulatione diuinæ miserationis affientis uniuscuiusq; cor, & prout uult dona diuidētis. Nō enim literatoria sunt hæc studia, non uoluptaria, non robore corporis acquisita, sed spiritualia, pacifica, humilia, humilibus consentientia, deuotis exhibita, mundis corde tradita, diuina non negligentibus mandata concessa. Quæ non foris exercent, sed intus potius aguntur in spiritu mentis, in feroce spiritus, in emundatione cordis, ubi renouatur homo induens nouum hominem, qui secundum deū creatus est in sanctitate, & iustitia ueritatis. Ibi enim fit animus, ibi fit intellectus bonus omnib. facientibus eum. Prius em q; hæc diuina pandant, q; hæc cælestia infundant, exercendus est animus in operib. miseris cordiæ, in obsequijs pietatis, in patientia multa, in tribulationib. multis, in temptationib. uarijs, in infirmitatib. crebris, in uigilijs assiduis, in necessitatib. plurimis, in iniurijs non paucis, in persecutionib. iniuitis, in conuicijs duris, nonnūquam & in mortis periculis. Qum autem purgatus his & similibus fuerit animus, tunc nouo lumine clarificat, in solito affectu depascitur, & contemplationis munere fœcūdatur, quia nec corona tribuitur sine certaminis labore, nec uirtutis bonum absq; uitiorum impugnatiōe, & uictoria neq; contemplationis fastigium sine aliquali perfectione uirtutum. Quapropter uirtutū nō horreat inire conflictum, qui deuotionis concupiscit gustū, sed lato animo, lato desiderio, uoluntate pertinaci, caritate nō ficta, magnanimitate ingenti, corde strenuo, prudenti discretione, sagaci ingenio, humili mente, oratione assidua, solicitudine nō pigra & perseveranti studio se disponat, sibi uim faciat in acquisitione uirtutum. Nō enim gaudiū dei priuabitur, neq; cælesti remuneratiōe expers erit, quisquis uitiorum acerrimus impugnator, & uirtutum pro caritate Christi Iesu extiterit non ociosus amator. Beatus (inquit Propheta dño) cuius est auxilium gratiæ operantis abs te, qui ascensiones in corde suo posuit, in ualle lacrymarum euellendo, dissipando, disperdendo, destruendo consuetudines, concupiscentiasq; uitiorum, ut ad uirtutum perfectionem ascendat, quoniā ei tribuet benedictionem, & exultationis abundantiam, spiritualium prælibationē bonorum legislator, per quæ post hanc peregrinationem, post deuictum triumphatumq; mundum, deposito carnis onere facialiter, & uisione limpida, atq; iucunda uidere merebitur deum deorum in Sion, qui est omnium se diligentium salus, uita, beatitudo, et pax in secula seculorum. Amen.

### DIVI LAVRENTII IVSTINIANI IN DISCIPLINAM, & perfectionem monastice conuersationis,

#### P R O L O G V S.

**D**iuina bonitas suorum uolens animas electorum cælestibus remunerare diuitijs, donec in hac mortali degunt carne, spiritualibus non cessat eos ditar charismatibus, ut per ipsa exercentes se, & proximorum profectibus se accommodates, diuinę legis factores, & fraternalę salutis cooperatores efficientur. Spiritualia quippe dona, ut participantur, elargita sunt. Nā Paulus hoc testatur, dicens. Vnicuiq; autem datur manifestatio sp̄ritus ad utilitatem. Alij quidem per sp̄ritum datur sermo sapientiæ, alijs sermo scientiæ secundum eundem sp̄ritum, alijs fides in eodem sp̄ritu, alijs gratia sanitatum in uno sp̄ritu, alijs operatio uirtutū, alijs prophetia, alijs discretio sp̄irituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonū. Hæc autem omnia operatur unus, atq; idem sp̄ritis, diuidens singulis prout uult. Diuidit certe ipse sp̄ritis dona sua, non ut lateant, non ut sine fructu sint, sed ut erogata proximis lucifaciant possidēt̄. Proinde graui periculo se ingerunt, qui deī munera suscipiētes, nullū ex eis fructum ad deī gloriā elicere studuerint. Rationē etenim positurus dñs cum seruis suis, fidelibus & sollicitis tribuet perennēs honores, infidelibus uero & tepidis, immensa supplicia. Ad hoc nanq; cōmunicat sua beneficia, ut multiplicetur ad profectum illorum quibus donantur, & non ipsius. Bonorum enim mortaliū non eget domi-

**A** dominus, cui cuncta ad uotum suppetunt, & uoluisse perfecisse est. Delectatur famē, ut mutui profectus exerceatur amor, & qui abundat, tribuat indigenti, non temporalem substantiam tantum, sed & spiritualēm gratiā, & dona spiritus quæ prorsus gloriæ ipsius ministeria sunt. Nil enim sic deo laudes, & ipsum exhibit laudabilē, sicut donorū spiritualium fraternā, & humili communicatio. Ex his caritas nutritur, quæ omniō so litaria esse non potest. Nam semper est ad ergādum hilaris, semper lāta ad tribuendū, nedum sua, sed etiam se, ad proximorum commoda. Hanc mādauit dominus, ut uerbo & opere erga fratres exerceatur, propterea ne p̄cepti transgressores existant, ne proximorum salutem paruipendere comprobent, quicunq; cælestis gratiæ participes sunt, magnopere studeant fratribus sibi collata diuinitus munera impertiri, maxime que profectibus eorum deseruire ualent. Impium enim est erogantis dona euertere intentionē, ut quæ ille contulit, ut publicentur, silentio tegantur. Ideo priorum temporum uenerabiles patres memoria digni tam sedulo, tamq; liberaliter propalare proximis conabantur per exhortationis uerbum, per epistolarum directiones, per librorum uolumina, quæ illis dominus in arcano pectoris reuelare dignabatur, ne absconditi talenti rei tenerentur. Quærebant nempe nō suam, sed domini gloriam, & proximorum lucra, hoc solum contenti stipendio, quod dominus laudabilis appareret, quæstum enim suum diuīnam gloriam esse censebant, & fratribus profectum proprium arbitrātes, ut de suo, sic de alie no lātabantur. Quæ uera caritas, quæ sua non facit sua, quos nanq; replet, non quæ sua, sed quæ aliorum sunt, concupiscere facit. Hoc qui accensi sunt sancto zelo, s̄æpe altissimo uota fundentes impetrare conantur, quatenus per ipsorum instrumentum laudabilis idē dominus apparere dignetur, quorū pia desideria omnipotens ex alto prospectas, optato dignos efficit uoto. Nihil utilius, nihil rectius, quam dei gloria, & proximorum salus concupisci potest. Hoc irradiatu lumine, hoc sancto perfulus odore, nō meis fretus fratribus, sed fraterna præuia gratia roboratus, operam dare statui apud me seruorum Christi ultimum, talentū mei spiritualia cumulare lucra ad laudem dei mei, atq; simplicibus fratribus in cœnobij & congregationibus deo dicatis conuiuentibus, quæ ipsorum statui congruant, reserare. Magnum nempe pietatis opus est, atq; deo satis acceptabile sacrificium, dæmonum fallacias detegere, uitiorum actus & causas aperire, uirtutum altitudinem pandere, certamina spiritualia docere, & monasticæ conuersationis disciplinam, & perfectionem manifestare. Hoc quamvis arduum, quamvis imperito laboriosum sit, cognitum tamen dei sapientia operante in singulis, difficile nō est. Nempe ipsa est, quæ mitorum soluit ora, & infantium linguis disertas facit. Ipsa olim puerū David prophetam fecit, pescatorem Petrum implens doctorem egit eximium, & ut plurimū, ex ore infantium & lactentium perfecit laudem suam. Mirum quippe & nunc non erit si ad laudem nominis sui, & suorum profectum seruorum simplicium, per hominū indoctum, & hebetem opusculum hoc perficere dignabitur. Eo nāq; gloriosior cognoscetur, quo per instrumentum fractum & inutile ueritatem suam pronunciare dignabitur. Adesto igitur nunc ô increata sapientia, & de altitudine sedium tuarum illabere miscant lumine gratiæ tuæ in cor indigni serui tui. Fuga ô splendor diuinæ maiestatis, ô cædor paternæ gloriæ, ô meridiana lux, ô dator munerum, ipsius erroris tenebras claritatē tuæ almæ ueritatis, & illi reuelare digneris incerta & occulta sapientiæ tuæ, quatenus te solo intus docente & non alio, promat militibus, & seruis tuis in monasterijs, & congregationibus tibi famulantibus, quibus se præmunire debeant spiritualibus armis, anteq; in hunc durum & diuturnum conflictum conuersationis monasticæ ingrediantur, quæ agere, quæ ūe declinare, & qualiter in eodem cum hostibus eos oporteat decertare, nec non quibus exercitijs ad perfectionem ualeat peruenire. Hoc autem (ut nosti) proprijs uiribus attentare non audet exiguis seruus tuus, quia impares sunt. Zelus uero tuus, & de bonitate tua concepta fiducia, atq; fraterna dilectio præbent illi ausum fandi de talibus. Da ergo ô fons æternæ prudentiæ te sicuti seruulo irriguum inferius, & irriguum superius, ut recte, humiliter, & absq; errore arcana proferat huius sancti conflictus ad laudem gloriæ tuæ, & tuorum profectum fidelium, qui puro corde tibi famulari desiderant uiuenti in secula.

**QVALITER DEI PIETAS LABENTI**  
**HOMINI AB INNOCENTIAE STATV TRIPLOCI EI LE-**  
**ge peccatorum remedia contulit, atq; in temporis plenitudine misit unigenitum suum,**  
**ut uerbo, & exemplo fideles ad contemptum mundi, & uirtutum**  
**palmam accenderet.** Cap. I.



**Psal. 48** Ostquam paradisi gaudijs per priorum parentum præuaricationē ex pulsū est humanū genus in hanc lacrymabilem peregrinationem ærumnis plenā, sicut multarum particeps calamitatum effectum esse cognouimus, ita ingentibus delictis obnoxium non ambigimus. Vnde suis exigentibus meritis semper ad ima dilapsū est, amittendo prestita, & perpetrandō prohibita. Qua in re medullari pietate permota ac paterna attracta miseratione diuina clementia, ne ad nihilū deueniret quod condidit, uiscera suæ benignitatis super exulem ægrotum aperuit, atq; succedentibus temporibus opportuna eius adhibuit medicamenta uulneribus. Dedit enim in primæuo naturæ legem mortalium cordibus insitam, qua duce contemptores mandatorum conditoris, reparentur ad uitam. Adiunxit nihilominus huic sacrificia pro expiatione facinorū, quaterius qui in multis per singula quæq; momenta offendebatur, talibus munerib; placaretur deus, operante hoc offerentium fide. Crescente autem hominū malitia ita inoleuit peccatū, ut pene originalis iustitia deleret. Proinde addidit omnipotens per sanctū puerū suum prophetā decalogi legē, in qua iudicialia, cæteromialia, & moralia edidit præcepta, ut transgressoribus naturalis decreti tolleretur per paginas dei dīgito conscriptas omnis excusationis materia, patenter indicans qualiter deum placare, illiq; placere deberent. Hanc secundo præuaricatus est homo dei legem. Discessit nāq; à seipso, rationis amissio lumine. Recessit à patre obediētiæ spreto bono, & in regionem lōgin quam peregre profectus est, in qua distracto patrimonio naturalium, gratuitorūq; dominorum omni se tradidit uoluptati. Sicq; iusto deo iudicāte factum est, ut qui in propria domo uirtutum fuerat dominus, in aliena uenundatus cunctorum uitorū efficeretur seruus. Iacebat deniq; elatus, qui noluit stare subiectus, & qui longe plus cæteris animab; precellebat dignitate, ad ipsorum æqualitatē redactus est sua iniuitate, hoc attestante Propheta, qui ait. Homo quum in honore esset nō intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vnde omni humano atq; proprio destitutus auxilio solo cælesti iuuandus erat adiutorio. Complacuit itaq; aeternæ bonitati etiā tertio noua hominī remedia præstare salutis, aut quæ innatam olim aboleuerat legē, & aliam per ministeria angelorū sibi datam contēperat, noua iterū lege erigeretur. Dum igit̄ medium silentiū teneret omnia, & mortale genus hominū in maximo peccatorum foctore iaceret prostratū, atq; sub diro sœuissimi tyranni dominio teneretur captiū, uenit in tēporis plenitudine unigenitus dei patris per carnē ad homines homo factus. Ap paruit in homine uisibili inuisibilius deus, cum hoste pugnaturus æquitatis lācē, qui post humillimā reclinacionē in presepio, post pœnalē sanguinis effusionē incircūcisiōe, post peregrinationē in Ægyptū pro intentata nece, post glorioſos tētationū triūphos in ere mo, post illuminationē cœcorū, sanitates infirmorū, resurrectiōes mortuorū ueluti rex pacificus magnificusq; dñs, & triūphator in omnib; glorioſus ualedicturus suis in natu ra passibili tribuit & ipse legē cæteris sanctiorē. Tradidit mādatū dilectiōis, ut hoc uno reliqua completeret, & quod alijs deerat, isto suppleret. Lex hæc caritas est, lex amoris, lex dulcedinis & totius suauitatis, lex perfectiōis & sanctitatis, lex nēpe quæ leue facit omne onus. Hæc utiq; lex nō ut olim in tabulis lapideis conscripta est, sed in cordib; mūdis, & humiliib; per sp̄itū sanctū diffundit. Quos em̄ replete hæc caritas, erigit spe, roborat in fide, dirigit in naufragio huius uite, deducit in sui cognitionē, perducit ad pacē, in humilitate def̄icit, iniqtati cōgaudere nō sinit, & in dilectionē ac desideriū cælestis premij deuenire facit. Hac legifer noster accēdit ad sp̄uale certamē fidelitē corda, abstulit timorē, & infudit amore, ut delectabile fieret quicquid imperabat. Amanti nāq; nihil difficile, nihil laboriosum est. Ignem, carceres, tormenta, & ipsam ultimū terribilium non uere-

A ueretur mortem. Præsentia deserit spe futurōrum, temporalium damna lucru existimat æteriorū amore. O mirabilis artifex ē cælo missus. O incarnata sapientia magister amoris, qua arte reparas lapsos, quibus uinculis trahis post te filios Adā, qua uirtute totū legib; tuis subdīs orbem. Grauiā suades, contraria corpori consulīs, & tamē innumerōs tibi quotidie uendicas amatores, difficultora iubes q; olim in lege, & nihilominus innumerosiores tibi aggregas sectatores. non metu mortis, non terrore iudicij, non horrore gehēnæ, sternis sub iugo tuo colla mortalium, sed solo id amore. Iugum etenim amoris tui suauiter prementis, o q; fortiter trahit, q; dulciter capit. Vis nāq; tua amio est tui. Nō armis carnalibus, sed facib; amoris inflamas tuorum mentes fidelium ad cūrēdām uiam mandatorū tuorum, atq; ad capessendam perfectionem cōsiliorum tutorū. Quis uero auderet terrena relinquere, temporalia oblectamēta spernere, carnem assidua māceratione edomare, & crucem suam (sicut mandasti) quotidie baūlare post te, si tuī nō traheretur amore. Intuet quippe fidelis et deuotus homo, his grauiora tē sustinuisse pro

Luc. 9

B se, & hac cōtemplatione edoc̄tus, hoc amoris fulgore irradiatu, se totū exponit pro te, indignum arbitrās fore, ut floreat in seculo seruus, dñō crucifixo. Sic sic melliflue amor, & super omnia diligende, exaltatus à terra omniū corda puro intuitu aspicientiū te trahis ad te, ducis post te, caritatisq; igne uulneras de tē, ut totis medullis desideriorum suorum transformentur in te. Non uerbo tantū. O uere hominum amator, sectatores tuos ad uirtutum palmam, & contemptum terrenorum exhortari uoluisti, quin etiam cōfimasti exemplo. Proinde naturam uniuersæ mortalitatis, quam induere tibi cōplacuit, exposuisti flagellis, opprobrijs, sputis, mortijs, ne obhorrent secutura membra, quod in te sancto capite agnoscerent præcessisse. Paupertatem deniq; elegisti, humiliatē ostē disti, cæterasq; uirtutes dicto factoq; commendasti, quatenus cunctos tibi famulantes ad perfectionis iter animares. Præcipue tamen subiectionis bonum, & obediētiæ uirtutem tuis mandasti, ut per hæc assuererent propriam extinguere uoluntatē, quæ omniū potissima est causa malorū. Congruū quippe fuit, ut sicut homo propria ruerat uolunta-

C te, ita erigere aliena. Propterea o excelsa & deifica sapientia, te inspirāte erecta sunt monasteria, & cœnobia constructa, ut in illis spreto letali luxu carnalium uoluptatum, atq; abdicato usu tēporalium cupiditatum, mentes tibi placere cupientium, aptius cōtra se, & feruentius cōtra uitia dimicarent. Quoniam uero arduū institutioni propositum est hoc, & superexcedit hæc lucta, huiusmodijs conflictus humanā uirtutem, sine gustu cæritatis tuæ, & absq; præmonitione pugnæ, illud aggredi nemini fas est. Quisquis igitur per internam inspirationem afflatus, & ex prelibatione quadam spiritualium gaudiorū accensus est, ad currendum post te in odorem tuorum unguentorum, dissoluat iugum exactoris, quo premitur, & concito gradu capessat monasticam conuersationem, moriturus in ea. Non tñ absq; consilio eorum, qui in eodem certant stadio, id attentare præsumat, nec cuiusq; se committat arbitrio. Habeat uirum prudentē, pugnæ assuetum, uirtutibus ornatum, qui magis experientia, quam sola sit edoc̄tus scientia. Quum talem inueniet, realiter se committat illi. Difficile nāq; reperitur qui spiritualis certaminis ualeat enodare secreta, nisi abs te dñe singulari munere prius fuerit edoc̄tus. Plane autem beatus quem tu erudieris dñe, & de hoc uirili certamine monasticæ conuersationis docueris eum, ut alios instruere idoneus inueniatur. Ignorantia nāq; horum plurimum perniciosa est, sicut econtrario scientia perutilis est, & potissima causa uictoriæ.

Quod ex admonitionibus domini Iesu, ex consideratione uilitatis, & instabilitatis rerum temporalium, ex compa- ratione spiritualium gaudiorum, exhortentur seculi amatores ad contemptum mundi. Cap. II.

Vlneras caritate dñs Iesus, & salutem sitiens animarum, fideles omnes uocibus hortatur p̄ij amoris, & affectu intimæ caritatis ad se imitandū, dicens. Venite ad me omnes, qui laboratis in aggregatione temporalium diuitiarum, & onerati estis fasce propriarum uoluntatum, & ego uos reficiā. Tollite iugum mandatorum meorum super uos, quoniam suauit est, & onus dilectionis meæ leue, & requiem inuenietis animabus uestris. O salubre consilium, o suasio fidelis, o admonitio salutaris, quid hac exhortatione consultiū, quid breuius, quid melius dici potuit. Docuit his paucis humanata ueritas terrena despicer, spiritualia appetere, uana fugere, uisibilia non amare, pacem querere, & cælestia possi-

Matt. 11

possidere. Quis hæc audiens se continere poterit, quin obtemperet tam prudenti consilio. Quis autem compos sui dissimulare audebit, & nō magis toto animo totoq; affectu tanto se præparabit obedire præceptor, præcipue quum pacem suis spondeat sectatoribus, quam naturaliter concupiscit rationalis creatura. Quicunq; igitur pacem diligit, quicunq; liberis gressibus peregrinationē huius uitæ peragere cupit, atq; à ceruice cordis graue onus temporalium actionum excutere satagit, imitetur dominum Iesum non corpore, sed spiritu, non passibus carnis sed affectionibus caritatis. Tollat super se iugū sua ue amoris ipsius, ut secum habeat coadiutorem laboris sui. Iugum enim hoc nō premit sed roborat, non perimit sed reficit, non onerat sed singulariter refugium præstat. Nā portat portantem se, & in laboribus fortitudinem subministrat. Tunc nanc; huius sancti iugi Christi suauitas degustatur, quum realiter ipsius dominio se substrauerit homō. Tunc delectationibus insuetis exuberat, tunc intima fruitur tranquillitate mentis, tunc delectatur in multitudine pacis, quam dominus Iesus quum ascensurus esset in cælum, suis in solatium, in præsidium, in dilectionis signum discipulis dereliquit. Expergiscantur itaq; omnes labentis seculi amore detenti, euigilentq; uniuersi à graui somno carnalium uoluptatum miserabiliter oppressi, antequam præcidantur, contemnant que ad tempus possident, ut diuitijs ditentur æternis. Erogent superflua pauperibus, ut reponat ea in cælum, uideant mentis oculo quām mutabilis sit mundus iste, qui semper tēdit ad nō esse, & per momenta singula fluit in nihilum. Intelligent non intelligētes, quām plenus sit laboribus, doloribus, anxietatibus, periculis, & innumeris flagitijs, qui suis spondet amatoribus, quod nō habet, atq; his blanditijs ad interitum eos trahit æternū. Cuīnāq; promissa seruauit, cui ad uota successit, cui sine retractione sua bona donauit. Cunctos in se cōfidentes decepit, uniuersosq; sibi inherentes lethaliter præcipitauit. Nemini etenim fidelis est, nemini parcit, nullumq; ueretur. Non ætati, non sexui, non dignitati, nō prudentiæ, non conditioni miseretur. Vno promissionis calite cunctos sui inebriat dilectores, eodemq; oēs infidelitatis mucrone interimit. Hoc uniuersis ipsi fidelior, quod nulli fidem seruasse probatur. Hunc extollit honoribus, cæteros facit antecedere dignitate, primatu eum ornat, ac permittit in populis præ omnib. principari, hinc uallat multitudine famulorum, inde copiositati nobilium præfertur, efficitur enim honorabilis in oculis omnium. Sed quum ad horam floruerit, illico forte mutata contemptibilis existimat. Nam priuatur honoribus, denigratur opinione, subsannatur in turbis atq; declinatur ab ihs, qui paulo ante eum ut deum uenerabantur, & qui usq; ad cælos fauoris. hominum extollebatur, usq; ad abyssum ignominiae præcipitatus cognoscitur. Alium diuitijs replet, possessionibus dilatat, pecunij cumulat, gemmis ornat, familia nobilitat, uariaq; supellestile præcelsum ostentat, mox emergente causa amissa substantia tempora lium facultatum, ablatis possessionibus, & decedente familia, ad tātam deuenit inopia, ut penè fame perclitetur. Esto autem, quod quibusdam prosperitas arrideat, dum uiunt, in ipso autem separationis momento fallax hic mundus adimit quod concessit, uixq; uilissima sindone eosdem tegi permittit, quos tantis prius ditauerat facultatibus, atq; in breuissimo sepulchro cadauer collocat uermium escam futurū, quod sericis uestimentis antea decorauerat. Quid multa. Iste niempe mūdus quotidie deiçit & eleuat, dirat & spoliat, blanditur & iniuriatur, milleq; modis mortalium genus ludificando percutit, & occidit. Et (proh dolor) quum tot alternantibus successibus sine interuallo defluat & illudat, uix reperitur, qui hæc intelligat, atq; ipsius laqueos euadere studeat. Ceccata etenim mens, & peccati labe polluta, ac carnalibus irretita passionibus, et si aliquā do raptim quodā naturali illustrata rationis lumine capere præualeat, quām fallax sit mūdi gloria, diurna tamen male uiuendi prægrauata consuetudine nō potest in eo per seuerare quod uidet, sicq; dupli confusione se ream facit, conscientiæ scilicet & rationis, dum aliter agit quām id quod agendum esse dījudicat. O filij hominum incircensis auribus, & graues corde, ut quid cum tāto animi ardore ambitis fugitiuos honores, fallacem gloriam, temporalem substantiam, breuissimas uoluptates & perituras uitā. Aduertite diligenter cui militatis, cuius iugo colla submittitis, quo ūe tenditis. O prædicatores redite ad cor, resipiscite à uījs ueltris, ne post paululum in æternū pereatis. Cobibete corda uestra, ne post suas abeant concupiscentias, nē quando uos mors rapiat,

nec

A nec sit qui eripiatur. Vendite quæ possidetis, & hoc felici commercio cælestem gloriam adipiscamini. Donate Christo quod seculo relicturi estis, præmittite ante uos facultates uestras, quatenus necessitatibus multiplicatae restituantur uobis. Voluntarie abrenunciare mundo, ne cum mōrere de eodem exire cogamini. De necessitate uirtutē facite, & post hanc uitam regnum accipietis æternum. Finem illorum diligēti examinatione cognoscite, qui præcesserunt uos, atq; uiuere uoluerunt tanquam uos. Nempe in seculo floruerunt, diuitijs abundauerunt, & omni se uoluptati dederunt. In cantis, in choris, in conuiuijs, in commissationibusq; lœtati sunt, duxerunt in bonis dies suos: & in puncto ad inferna descenderū. Exiguo exultarunt tempore, & æterno damnati sunt exitio. Non sic autem contingit ihs, qui Deo militant, qui pro Christo animas suas tradiderunt, & sub præceptoris imperio absq; ulla requie proprias crucifixerūt uoluntates. Diuites (inquit Propheta) eguerunt & esurierunt: inquirentes autem dominum non deficient omni bono. Qui enim domino famulantur (naturaliter uiuentes) psal. 33 paucis indigent: non exquisita uolunt cibaria, non lauita appetunt fercula, sed ihs quæ apponuntur contenti, minime quæ non habēt, inquirūt. Omnes carnis suæ appetitus sub imperio cohibēt præsidentis. Semper em quod uolunt, habent: quia nihil aliud q; quod habent, uelle noscuntur. Pacata nanc; mens, & intimo decorata caritatis affectu, potentissimè sensualitatis passiones sub rationis frænat dominio: suiq; libertatem neq; opulentia, neq; egestate uendit alienis. Proptera quia nil possidet, nihil amittere formidat. Quo enim cernit minus sibi terrena suppeteret, eo ardētius assūscit celestia sperare. Tenet enim pollicitationem domini, dicitis: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. O beata paupertas uoluntaria nihil in hoc seculo possidens, nihil formidans, quoniam omnem thesaurum suum recondit in cælo. Non irruentes piratas, nō insidiantes latrones, non terræ sterilitatem, nō aeris tempestates pauescit. Quicquid infortunij, quicquid noui eueniat secura est, semper hilaris, semper abundans est, & quum nihil habeat, omnia sibi communia facit, omne incommode suo facit profectui de seruire. In facie lēta, iucundiorq; in corde Deum ubiq; reperit prouisorem: hominum facultates renuens: in solo diuino innititur suffragio. Tanquam uiator uacuus, & peregrinus in hoc seculo semper gaudet, qui hac fuerit ornatus. Margaritam quippe absconditam in agro inuenit: pro hac distractit omnia sua: insuper abnegavit se ipsum, quatenus ipsa dignus efficiatur. Nemo certè nisi expertus percipere sufficit quām amabilita, quām dulcia, quām preciosa sint, quæ largitur Deus ihs, qui pro ipsius amore suis, sibiq; renunciait. Supereminent nanc; omnibus quæ oculis placent, aures mulcent, odoratum reficiunt, gustu sapiunt, & mollescant tactu, & quum in solo conditore lœtentur, nihil præter ipsum est, quod eos ualeat satiare. Magna prorsus sunt stipēdia, quæ pro sua participant subleuatione laborum: longè autem præstantiora existunt, quæ illis pollicentur futura: si tamen usque ad uitæ terminum dimicauerint. Hæc etenim utcunq; conspi ciuntur fide, ac tenentur spe, sed amplectuntur caritate. His roborati encenjs Christi milites, nec labore deficiunt, nec timore fugiunt, nec tentatione succumbunt, quin potius D quotidie talibus saginati spiritualibus dapibus: per hæc quæ sibi cognoscunt esse præstata, discunt ardenter amare promissa. Pietatis igitur eruditæ testimonij ab ijs, ô fratres, ô Christi fideles opera tenebrarū: excutiamus à nobis iugum Ægyptiacæ servitutis, atq; quæ ut homines possidemus in terra, pauperibus erogemus, sicq; nudi, & ab omni solicitudine liberi per obedientiæ regulas curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in autorem fidei, & consummatorē Iesum, qui pro nobis obediens factus proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione contempta. Examus igitur extra patriam, extra cognitionem, extra nosipos, ipsius im properium portantes. Non enim habemus hic ma nientem ciuitatem: ideo futuram quæramus: ut sicut cum ipso patimur, ita & cum ipso regnemus:

Laur. Justin.

lob. 21

psal. 33

Matt. 5

Q. 22

Quod noui et veteris testamenti docentur admonitionibus, qui seculo renunciare uolunt: ut prudenter premeantur status, loci, personarumque conditiones, cum quibus Deo militent: ne a demonibus decipiantur: qui multimode Christi seruos tentant. Qua uirtute qui priuati fuerint, grauiter ceciderunt. Cap. III.



Exod. 12

Triusque testamenti paginis, & quotidianis eruditur exemplis, ut quotiescunq; aliquid arduum aggressuri sumus, prius diligent examinatione perscrutemur quid in ipso opere sit opportunum ad id perficiendum. Legimus enim dominum per Mosen Hebraeis mandasse, quū illos de Pharaonis servitute, qua premebantur, eripere decreuisset: ut non solum ipsi cum mulieribus, & liberis discederent, sed etiam secum deferrent oves, bouesque, & quicquid diuinu cultu, ac proprio usui necessarium esset, ne Deo fierent odibiles, si unde placari posset, libamina defecissent, aut fatigati alimoniae defectio, in Aegyptum quam reliquerant, reverti cogerentur. Dominus quoque Iesus in Euangelio mandat, ut si quis turrim ædificare disposuerit: prius recogitet apud se, si sumptus, qui in eodem expedient ædificio habeat, ut ad sui perfectionem ducatur, ne forte deficientibus pecunijs imperfectum opus cōpellatur relinquere, & fiat cunctis prætereuntibus ridiculū, quia cœpit ædificare, nec ualuit consummare. Solent quoq; qui maria transfretare disponūt, qui ad nundinas pergere festināt, antequā iter aggrediantur, præparare uictualia, domum, familiam, suaq; ordinare negotia, quatenus quietius ea, que agere intendunt, ualeant pertractare, atq; debito fine concludere. Sic nimur, sic matura consideratione cuncta præsentia, & futura præuidere debent: quicunq; renunciare seculo, & Deo militare desiderāt. Studient nanq; diligenti examinatione, priusquam in spirituale intrent stadium: animi sui constantiam, spei fiduciam, corporis ualeitudinem, status congruentiam, personarum qualitatem, internam uocationem, & operis discutere finem, ne si hæc considerare neglexerint, eos contingat cum rubore à cœpto proposito resilire. Rarò nanq; contingit quempiam esse uictorem, qui sine armis congruentibus, & absq; prudenti circumspectione: sed sola mentis temeritate decerpere præsumit. Non enim minus prudentia, quam robur necessaria est bellatori, præsertim in hoc spirituali certamine. Non autem in hoc conflictu bellum arripiuntur cum hominibus tantum, qui interdum prece placantur, uel precio abiguntur, aut fuga declinantur: sed etiam aduersus principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cælestibus, qui sunt malitia plenī: nocendi aviditate accensi, pugnandi affiditatem, & tentandi callicitate conspicui. Inimicantur etenim homini, ut laborum eius diripiant mercedem: suadent mala, ut consentientibus bonum auferant gratia. Insidiantur deniq; operibus nostris, ut si quid in ipsis reprehensibile cognoverint, illud Deo in damnationem propinantr nostri: si iure interitū nostri, & de casibus nostris gaudere non cessant. Nobis stantibus ipsis tristes fiunt: nobis uero à Dei itinere deuiantibus consolatione replentur. Nō diebus, non noctibus persequi desinentes, inuisos laqueos parant incessanter animabus nostris. Dolent quippe uehementer ipsis subdoli, & inuidiæ facibus accensi, nos illic posse concendere: unde ipsis irremediabiliter cecidere. Hac potissimum ratione nos tentat: hac de causa nobis seculi oblectamenta suadent & promittunt, quatenus pro temporali lætitia diripiunt consentientibus æternam. Protoparentes nostros (proh dolor) tali decepterunt fraude. Dum enim eis æqualitatem Dei, & boni ac mali scientiam spoponderunt, si de uetito ederent, eos immortalitatis dote, atq; innocentia stola spoliaverunt. Nemo igitur tam sanctus, nullus tanta perfectione præditus est, ut eorum testamenta ad plenum ualeat superare. Quum autem spiritus sint, & nullo repellere possint materiali obstaculo: temerarie solitudines irrumpunt, monasteria ingrediuntur, domos inuadunt: ita ut non sit, qui se abscondat ab infestationibus eorum. Nec mirum. Si enim ausi fuere suasionibus suis dominum Iesum appetere in eremo, in ciuitate sancta, in uertice montis, in cruce, quis ab illorum insidijs audebit esse securus: aut quis (nisi qui sensu caret, & omni priuatus est iudicio rationis) presumeret cum ipsis habere conflictum, quin diligenter præuideat, qualiter eos ualeat superare: Fuere nempe nonnulli, qui hoc attētare moliti sunt, & in sua imprudētia defecerunt. Nā quidā eorū in ipso exordio pugna uicti fuerūt, & tāquā canes ad uomitū redeūtes, fecerūt nouissima sua peioribus.

Matt. 4

Alij

A Alij uero minus caute incedētes, atq; de bonis domini se inaniter extollētes, ambulauerunt in uanitate cordis sui: nil laude dignū de sua cōuersatione reportātes. Vnde ad ipso rum correptionem tradidit illos Deus in ignominiae passiones, & in uarios lapsus enormiū delictorū: atq; supra uirtutē misericorditer tentari permisisti sunt, quatenus ex his casibus patēter erudit: resipiscātes à sui ignorātia, discerēt in domino gloriarī, & nō in se. Plerique etiā extiterūt, qui propter instabilitatē terga uerterūt, & à sancto pposito (quod semel bona fide, ac simplici corde cooperūt) cōmoti sunt: eligētes in alio statu, q; in eo ad quē uocati fuere, domino militare. Ingēti nempe criminē tales reos se fecere. Hi etenim tacite Deū calumniauerūt insipienter egisse: se statū arripere nō cōgruentem sibi. Talis eorū opinio omni uacua est ratione, imo iniquitate, & cæcitate plena. Qui em̄ hominē sua sapiētia plasmauit ex nihilo, & ex sua mera caritate: potuit ne ignorare quid illi opus sit, aut illū prode: si in cōgregationē eum uocat, in qua animē salutē ad ipsi nō ualeat: Ridiculū, & ab omni æquitatis iure semotū est arbitrari Deum sapiētia sua mundi & omnium quæ in mundo sunt, probatissimū esse rectore, & in hac sola uocatione defecisse. Horum autē finis & Dei gloriā, & ipsorū patefacit errorem. Nam si in prima uocatione remissē, & negligenter conuersati sunt: in secunda longē deterius se habent. Efficiuntur tales ut plurimū instabiles, sicut experientia docet, & tanquā folium, quod à uento mouetur: huc, illucque discurrūt. Tot mutat loca, quot (ut ita dicam) cogitationes in mēte resurgunt. Gyrouagi & dyscholi cūm sint: nō sibi p̄sūlū profectū acquirūt: populis uero, & cæteris Christo famulantibus uertuntur in opprobriū. Tales namq; cūm necq; in primordio suæ cōuersationis, neq; in progressu prudentiā habuerint: in omnia hæc ruerūt mala. Et quoniā inimicorū insidias præuidere neglexerūt, in suis defecerūt iniquitatibus. Ipsorū igitur exēplo qui cum diabolo & proprijs cōcupiscētis pugnaturi sunt, erudiant prius quā ad pugnā pcedāt: diligētissimē in quo loco, in quo statu, cū quibus personis, & sub quo debeant præceptore militare, per seipso, per notos sagaciter inuestigent, quibus se desiderijs munire debeant: antequam in campū intrent, quæ pati, quæ agere, quæ uitare, & ad quē finem uocationis suæ cursum dirigere teneantur. Horum omnīū quicunq; fuerit magis expertus: Iesu Christo domino duce facilis, celeriusque ad perfectionis gloriōsoris attinget triumphū. Perspicuum ualde intelligētibus est: quod in initio uocationis, in progressu, in fineque, prouidentiæ & discretionis uirtus pernecessaria est propter inimicorū insidias, ac uarias deceptiones, & tentationes innumerās, quas patientur qui domino eligunt famulari. In his autem omnibus non debent terrori, nec effici pusillanimes. Deo nanq; inhärentes simpliciter, eidemque se humiliēt in oratione prosternētes, ac deuotē se cōmittentes, instrui merentur à domino, neq; deserī possunt, quin eripiantur à su peruenientibus temptationibus. Insuper & quæque fidelis anima Christi sponsa effecta per quotidianam exercitationem spiritualium studiorū, quæ per seipsum, & per alios experit, instruitur abundē tam de fraudibus inimicorum, quam etiam de uirtutē profectibus, atq; ex uerbis sacri eloquij, & patrū consilio eruditissima efficitur: tanto celerius ad perfectionis culmen attingens, quanto ardenter Deo in omnibus placere cōcupiscit.

D Quod triplicem diuinarum scilicet propinquorum, & carnis propriæ debent euacuare de corde perniciōsum affectum, qui seculo renunciare uolunt, & ad perfectionē attingere: Et quod ex consideratione unionis carnis & spiritus uideretur eliciatur: quantum Christus ecclesiam diligat, qualiter unusquisque proximum diligere debeat, & quod humanae fætuti humiliatio sit necessaria. Cap. IIIII.



Vicunq; superne gratiæ illustratione irradiatus est: quicunq; caritatis zelo accēsus, & supercælestis Hierusalē decore affectus est, quicunq; dñi Iesu suauis amore, & perfectionis desiderio uulneratus crucē suā post ipsum baiulare disponit: studeat summopere priusquam in obedientiæ agonē se transferat: mentem suā ab omni temporali amore emūdere, & uoluntatis propriæ indumento se exuere, quatenus libere, & absq; sui præiudicio Christo ualeat militare. Maxima nempe abusio est affectibus carnalibus prægrauatū, cacumē perfectionis uelle cōscendere: quū etiam sine ullo duce iter difficile sit. Quisquis hoc attentare præsumit: se à ueritatis lumine, ac prudētia uirtute fatetur alienū. Nā olīm dñs Moysi sancto præcepit, ut pedes suos nudaret, cū in loco sancto stare: ipse uero Propheta diuino nō est ausus appropriare fulgori, nisi postquā de pedibus abstulit calciamēta sua iuxta dñi mandatū: quo peracto securus Laur. Iustin.

stetit, liberè dominū adiūt, uocē ipsius audiuit: populi ducatū promeruit: virtutemq; mītū raculorum faciendō tunc adeptus est, cū mundi huius materiam abiecit. Sic Helias Prophetarum eximius cū esset cum Heliæo, & incidentes sermocinarentur: uelletq; eum dominus per turbinem eleuare in cælum, antequā igneum ascenderet currū: palliū suum domino permittētē reiecit. Voluit tūc sub figuris spiritus sanctus posteros admōnere, ne ad perfectionis statū auderent accedere, antequā carnales affectus de cordis habitatculo expellerēt. Purus nanc; est Deus: & diligendus simpliciter ab ihs, qui illum apprehendere concupiscunt. Indignum nempe se facit eo, quisquis cum eo aliquid uitiose amare uoluerit. Incongruū etenim est carnis & spiritus simul miscere affectus: cū adin uicē cōtrarij sint. Carnis quippe affectus deprimit ad ima: spiritus uero sursum rapit. Visibilibus nutritur caro, inuisibilibus uero spiritus. Corruptioni semper propinquat caro, & in ea delectat: incorruptibilis uero cū sit spiritus, incorruptibiliū delectatur amore. Hęc p̄senta inceſanter appetit, ille nisi eternorū repleri nō potest. Nemo carnaliū affectionum p̄apeditus onere cælū petere p̄sumat: cū Apostolus dicat: Carnē & san-  
guinem regnū Dei possidere nō posse. Nam redemptor noster in carne apparēs, erigere uolēs hominis affectū in imis iacentē, ut facilius summa appeteret, trīplē illi interdixit affectū. Sciebat nanc; ipse dominus hominē, quē plasmauerat, absq; dilectione nō posse persistere. Re etenim uera aut delectatur in summis, aut in imis: quo uero ardenter studio iucundatur in summis, eo uehemētius torpescit ab infimis: & quāto amplius affectū inhāret imis, tanto plenius fastidit summa: utrumque enim pariter amari non ualeat. Propterea cælestis bonitas, priusquam infundat in animam suæ caritatis diuinum līquō rem: lutosos antē uoluit euacuare affectus. Morem quippe seruauit medicorū, qui morituri medentur corporibus: nunquam enim ægrotantibus restaurantē p̄ebēt medici-  
nā, nisi prius purgationibus abstulerint humores noxios, & corruptos. Sic doct̄s agricola primū uomere radicitus euellit sentes, & postmodū in terræ sulcos spargit semina. Prudenter nanc; intelligit, qđ ad maturitatē nō ualeat spica coalescere, quæ fuerit sentibus p̄focata. Hac usus arte cælestis medicus, & doctissimus agricola noster dominus Iesu mandauit fidelibus suis, ad perfectionis culmen attingere anhelantibus: priusquam se diuinis imbuendos traderent disciplinis, ut abdicarent à se temporalium rerū, & propinquorum suorū, ac carnis propriæ inordinatos affectus: quatenus habiliores fierēt ad sui dilectionis plenitudinem capessendam. Hi nempe suprà memorati affectus ingenitum, innumerorumq; delictorū gignunt effectus: nec non & multorum afferunt impi-  
dimēta bonorū. Quis etenim enumerare sufficit quāta exuberēt peccata ex inordinato amore temporalium facultatū? Ex ipso nanc; odia nedum inter extraneos, sed etiā inter propinquos generātur & affīnes. Nam quos uno amoris uinculo natura copulauit: hos cupiditas, & habēdi amor ab inuicem segregauit, & fecit alienos. Hinc lites, iurgia, rixæ, furta, homicidia, rapinæ prodeunt. Hic affectus prauis animū machinationib; replet, & qualiter proximū fraudare ualeat, consilia adiuuenit. Hic humanitatis officiū, & pietatis extinguit, & proximo misereri nullatenus permittit. Ignorat hic perniciosus affectus fratrem diligere: nescit aliena damna: quia proprio & singulari gratulatur bono. Hic p̄senta amat, temporalia cumulat, spiritualia negligit: quia nec credit, p̄missa, neq; sperat futura: & cū totus se spargat in imis: nil potest amare de summis. Heu quantos hic quotidie perire facit: quātos ab itinere cælestis patriæ deuiare cōpellit! Internos hie claudit oculos, nec futurū sinit preuidere iudicium. Diuturnā pollicetur uitā, prosperos promittit successus, & cū animi ab uniuersali corporis resolutione amouerit cogitatū: mox cupidi animā in baratum demergit æternū. Hoc expertus est in se diues ille, qui multa cōgregare cogitā bona, horrea ampliare disponens sua, atq; per plurimos annos ipsiis terrenis frui opibus sperās, dicebat intra se: Ecce anima habes multa bona posita in annos plurimos, requiesce, comedē, bibe, & epulare. Sed diuina repente ultione percussus, subsequenti nocte cum graui mœrore defunctus est: iustoq; Dei iudicio factū est, usq; qui temporali substantia solummodo gaudere curabat: uno momento & temporalē partier, & æternam amitteret gloriam. Dignum quippe fuit, ut tali feriretur sentētia, quia in creatura potius, quam in creatore latari uolebat. Nō enim dati commodum, sed dantis diligi debet affectus. Meritoq; iudicādus est, qui uana seductus spe temporalibus rebus inhāret  
LUC. 12

A inheret amore: Qui igitur perfectionis apicem conatur apprehendere: necesse est, ut labientium facultatū abīciat onus. Nā iuxta domini sententia, qui nō renunciat omnibus quæ possidet, Christi legitimus nō meretur esse discipulus. Cōpescuit quoq; ipsa incarnata sapientia imitatores suos ab inordinato amore parentū, cū ait: Qui nō odi patrē suum, & matrem, & uxorem, & filios, & sorores, non potest meus esse discipulus. Sciebat nanc; ipse dominus hunc amorē ualde perniciōsum esse cupētibus esse perfectis. Nō tamen inhibuit naturali, & moderato affectu parentes diligē, cū ipse in lege iubeat honorare parentes. Vult em dominus Deū p̄eponi parentibus: nec quicquā de diuinis p̄aermitti p̄ceptis sub p̄textu carnalis pietatis. Nā sunt quām plurimi, qui adeò carnali genitoribus & propinquis inhāret affectu, ut supernæ aspirationi obtēpare negligat propter eos. Vocatur à Deo, ut seculo renunciant, & cōtemnunt, cū uiderint parētes de sua absentia cōtristari. Talem debet calcare affectum, quisquis militia Christi ascribi desiderat: magisq; tenetur diuinis acquiescere consilijs, qđ blanditijs propinquorū. Deo nanc; indignū se facit, qui spirituali & æterno carnalē p̄eponit patrē. A Deo nanc; accepimus animē decorē, à parentibus autē carnis originē. Sed inspiciamus qualē. Exiguā prorsus corpori nostro ministravere materiā foetidissimā, & horrore plenā, & nil amplius contulerunt. Non ab eis accepimus membrorū formas, nō sexum, nō uitam, nō animam, quin potius conceperunt nos in feruore libidinis, in ignominia passionis, in pollutione peccati: ante nos fecerunt damnatos quām natos, procreaveruntq; nos seculo ad laborē, & (heu) secū nos trahere uolunt ad sempiternū interitum, tanquā illis damnatio propria nō sufficiat. Cū enim audierint liberos uelle de seculo fugere: uelut de undoso naufragio, ut securius Deo uacare queant: illico gemūt, lacrymas emitunt, tundunt pectora, crines dilaniant, uestes scindunt, seq; morituros mœrore denunciant, & quasi super cadauera extincta diros ad cælū proferunt eiulatus. Ostendūt deniq; ubera, ruunt in amplexus filiorū, ut laetifera imprimāt oscula: quatenus emollire ualeant secundū animi cōceptum rigorē. Proh dolor, o quot exorbitare fecere à uia Dei parentum insidiae: quot demiserūt in profundum malorū cognatorum affectus: o quot cælestē amiserūt gratiā iniqua decepti persuasionē propinquorū. Dum em lenire filij molitur deceptorū, & carnalē propinquorū affectum, & dolorē: ipsi paulatim tepeſcūt, ac à sancto defluūt proposito specie seducti pietatis, atq; ex assidua eorū blāda cōuersatione obliti quales fuerint, in omnē postmodū se transferūt uoluptatē. In hāc nempe peccatorum decidūt souēā, qui Dei dilectioni parentū p̄eponentes amorē, indignos se faciūt cōuersatione angelica, & Christi amicitia, domino dicente: Qui amat patrē aut matrem plus qđ me, nō est me dignus. Qui autē dulcedine caritatis respersi sunt, qui Christo inseparabili amoris uinculo copulāt, qui supernæ lucis irradiātur splendore: nullū in hoc seculo p̄aeterquā regnantem in cælis agnoscent patrem: cui quotidie à uerbo in carne apparente edocti medullatū offerunt deuotionis sacrificiū, dicentes: Pater noster qui es in cælis. Hi etenim animi magnanimitate, & rectitudine cordis decēter ornati, ac caritatis iaculo uulnerati uoluci cursu, spretoq; omni affectu carnaliū propinquorū cōfugiūt  
D ad Christum, eligentes potius abieciūt esse in domo Dei, quām habitare in tabernaculis peccatorum. Et quoniā ardentī desiderio parūa cōtemnunt, sublimibus donis dītātūt à Christo. Quid autē de proprio & perniciose carnis amore dicendū est: cū ipsa ex sui natura spiritui inimica sit? Sēper em cōtraria suæ salutis cōcupiscit. Si nutritur, impinguata & incrassata recalcitrat: si inedia & laboribus atteritur, murmurat: si preciosis induxit uestibus, extollit. Blāditijs feræ mansuescūt sylvestres: hęc autē proteruior efficitur. Ipsa detiūq; domestica est hostis, quæ spiritui aduersari nō desinit. Nam infirmitatibus referata, animā suis grauat officijs. Nunc dolorē patitur capitū: nunc uiscerū torquetur tortionibus, nunc stomachi debilitate lassescit: Oculorum, dentium, pedū, ceterorumq; membrorū languoribus absq; ulla dilaniatur quiete, frigore, fame, siti, caloreq; cōsumitur: A planta pedis usq; ad uerticem capitū nulla in ea sanitas reperitur. Esto tamē, q; ab his liberā sit grūnnis: aduerte obsecro, o homo, cū ipsa in columnis est: quid emittat per nares, quid per oculos, quid per os, ac ceteros corporis meatus, quod enarrare pudet, tam fœdum est. Velut enim abominabile quoddam sterquilinū sine interallo scaturire non cessat horrendū foetorem. Talis nanc; ex sui natura est, quod nisi miro modo cōdito-

ris sapientia singulari amoris glutino animam eidem naturaliter copulasset: illi omnino intolerabilis esset: quod incredibile nequaquam est, consideratis utrarumq; naturarum uarijs affectibus. Spiritus enim sobrietatem, caro uero diligit saturitatem. Spiritus uigilis se exercere conatur, ut Deo magis uacare possit: caro autem tanquam sus lota in luti uolutabro sopori funditus immergitur: sibi soli uacare studens. Spiritus ut futurum queat uitare iudicium, se mōrōre afficit, ac diligenti inquisitione, atq; sancto cōunctionis ardore spiritualia uitia resecare nō desinit: hęc autem tota exterioribus occupata illecebris, ita illis pasci concupiscit, & refici, ac si nunquam debeat iudicari. Postremo spiritus cælestis patrī captus amore, & superna Hierusalem afflatus desiderio piis gemitibus sincerae caritatis latus & exultans dicit: Quando ueniam & apparebo ante faciem domini? Putrida uero caro suis in unum affectibus congregatis (prout ualeat) ait: Venite, fruamur bonis quae sunt, coronemur rosis antequā marcescant, sicut plenius in libro Sapientiae continetur. O altitudo diuitiarū sapiētiae & scientie Dei, quām incōprehensibilia sunt opera eius, & inuestigabiles uiae eius! Quae causa, quae ratio, quae dispensatio huius tantæ confederationis carnis & spiritus? Cōtrarij cūm sint, quomodo in unū conuenire possunt? Videmus namq; cōtraria elementa nullo modo sibi posse uniri. Si ignis apponatur nūibus: illico aut extinguitur, aut nives resoluens in bullientem aquā conuertit. Quomodo ergo fit, ut caro tam onerosa, tam infirma, tamq; contraria, & despicibilis diligatur à spiritu, & ab eo tam sedulo foueatur obsequio, dicente Apostolo: Nemo unq; carnem suam odio habet: sed magis eā fouet, & nutrit. Nemo ab eius retrahitur dilectione, quis corruptibilis, quis de uili materia procreata sit: quin potius eam secum uult cōmorari secum uiuere, tantoq; cum illa amore coniunctus est: ut neq; post mortem sine ipsa propria plenus sit spiritus glorificatione. Mysterijs quippe cælestibus referata est, & magnā spiritus redolet suauitatem sanè intelligentibus. Hęc tamen mira connexio carnis & spiritus diuersa in naturis, & concors in affectione & dilectione. Magnum hoc sacramentum est, Christi uidelicet & ecclesiæ. Nam quantūcunq; infirma sint membra, quantumcunq; faceant & foeteant, non repelluntur à Christo, non deferuntur ab ipso: sed fouentur, pascuntur, curātur & uiuificant. Quoties uolui cōgregare filios tuos (ait ad Hierusalem) quemadmodū gallina cōgregat pullos suos sub alis, & noluitis: Nōne Saman tanum semiuiuū iacentē, uulneratum, & a prætererūtibus derelictū suscepit in humeris: reduxit ad stabulum, souit, uulnus alligavit, & stabulario cōmendauit: Nūquid abiecit Publicanū spiritu ægrotantē? nonne suscepit eum, humiliiter orantem exaudiuit, & iustificatum de tēplo abire permisit? Quid de Maria dicendū est, quae tantorū immanitate scelerum oppressa facebat: q; dulciter eam traxit, q; suaviter emolliuit cor eius: imbribus lacrymarū sibi lauari permisit pedes, extergi crinibus, & oculis deliniri, nec inde eam discedere passus est: donec cunctorū uenia recipere delictorū. Cur hęc? Nēpe quia membrum suum diligebat: et si nondū sancti, tamē sanandū. Nō aspiciebat dominus quid tunc ipsa erat: sed quid futura erat, tanquam si artifex, & faber lignorū de sykua excidat rudē arboris truncū, de quo uelit ingenio suo formare imaginem ad decorē regiæ domus. Iam enim imaginē operatus est in corde suo antequā dolare lignū inchoet. Iam in suo gaudet artificio: tantiq; rude lignum æstimat, quanti quod ex ipso elicere meditatus est. Sic (nimurum) sic agit optimus artifex omnium dominus Iesus. Diligit namq; quos prædestinavit electos suos, illos tolerat, illos intimo fouet caritatis affectu, non ut ipsorum commendet facinora: non ut placeant ipsorum spirituales sordes ei, cui nihil immundum placet: sed quoniā prædestinati sunt ad uitam, præstolatur Dei sapientia, ut suo tempore eos mundet per gratiā, iustificet à peccatis, dicit virtutibus, donisq; spiritualibus ornatis ita ut digni efficiatur qui sint preciosi lapides in structura cælestis Hierusalē. Ipsos itaq; electos suos: non quales sunt in fœtoribus criminum: sed quales in arte summae sapientiae suę illos facere disponit, amplectitur & amat Deus. Nam licet in hac uita absq; sceleris contagione esse nequeant: quandoq; tamen in superna patria futuri sunt sine ruga & macula, atq; laudaturi Deū in secula seculorum. Qualiter etiā proximū unusquisq; diligere debeat, notificare curauit dominus ex hac quam inservit mira carnis & spiritus dilectione. Sieuē enim dominus mandauit, ut proximū tanquam nosmet diligenteremus: ita penes nos, & in nobis hęc formā imprimere uoluist caritatis: quatenus omnino inexcusabilitas esset,

A eset, quicunq; hanc uiolaret, hanc ignorare se dicet. Ex te igitur, ô homo, ô Christiane fratrem tuū nō carnis, non sanguinis, sed naturæ, sed cōmunionis, sed gratiæ, disce diligere. Quāto studio amas te? Infirmat uerbī gratia oculus: nōne manus sana lāguēti oculo solicita est remedia adhibere? Se totā exponit in ipsius obsequiū, palpāt, linit, medet, & si quid aliud impartiū ualeat solatiū, semper præsto est. Quantūcunq; occupeſ, quāuis ex labore fessa sit, nunquā tamen se retrahit à ministerio. Nam oculi malum suum putat propter confederationem naturæ. Hoc agit os, hoc pes, hoc cuncta alia membra. Omnia enim membra uno cōsensu, pari uolūtate, libentis animo, & absq; ulla requie se exercant: ut oculus recuperet sanitatem. Non labor, non uigiliæ, nō inedia ipsa tēpescere faciunt, ut non famulentur ægro: ita ut uno languente cætera infirmari non dubitent, & tamen alia in formæ specie, in operis ministerio est oculi natura, alia manus, alia pedis. Vnūquodq; membrum iniunctum sibi à natura exhibet famulatum: singula suis inhēret officijs. Nō oculus auditiū se immiscet, nec manus ambulandi unquam sibi uehidicat a-

B etum: sed unum membrū nature obtēperat iuxta donū & actum suū. Inter ipsa nullū auditur schisma: nullū odiū, neq; aliquando aut inuidie liuor, aut cōtentiosa nugacitas oborta est. Et ut paucis dīcam, tāta in eisdem humani corporis mēbris inest copula, tantus amor, tantacq; inseparabilis, atq; insuperabilis dilectionis unitas: ut unum sine alio non ualeat gaudere. Lētitia illis communis est: poena æqualis, et si non in actu, tamen in affectu: ita ut quod uni tribuitur, cætera recepisse se gratulentur. Redi igitur ad te, ô quicunq; hęc audis. Ex te qualiter proximum diligere debeas aduerte. Non cælum, nō angelū, nō alia contra te producentur testimonia. Tu tuī accusator eris, tu testis, si hoc mandatum fueris prætergressus. Disce secūdum præceptū domini proximū sicut teipsum diligere: si conspicis ipsum egere, si fame periclitari, si frigore atteri: tribue illi non totum quod possides, non partem, sed necessitatem solam, ut alteri etiā erogare queas. Recipe peregrinantes hospitio, infirmantes aliquo refoue obsequio: consolare mīestos, consule ignaris, & errantes reuocare ne cesses, omnibus de tuis facultatibus præsta (si potes) humanitatis beneficium, si non uales: semper omnibus compassionem saltem, & pietatem ostende. Hoc deniq; est sacrificium, hoc est munus, quod diuitibus & pauperibus commune est. Possunt quippe deesse temporalia stipēdia, corporisq; ualētudo, & cætra nature dona, per quae proximi inopiam subleuari oportet: nunquā tamen ac nulli deficere debet cordis pietas, & internæ affectio caritatis. Hęc namq; caritas si uident proximum temptationibus fatigatum, cōpatitur & orat: si intuetur fratrem à Deo flagellis percussum, miseretur: si conspicit aliquem in Dei itinere remissē, ac nequiter incidentē, hotatur uerbo, & prouocat exemplo: si attendit quēpiam in quodquā decidētem delictū, gemit corde, eiusq; turpidinem celare festinat. Non illud publicat, non de peccatore murmurat, non detrahit, sed ipsum admonendo, aut increpando, aut orando erigere studet. Qui autem murmurat, & detrahit, omnino se à caritate satetur alienum. Tripli enim criminē reum se facit, qui murmurat. Nam fratriæ æstimationem in corde perimit audientis: audientis quoque animū in odium concitat delinquentis, & propriæ

C D animam mucrone percutit detractionis. Non est hęc caritatis lex. Nam caritas patientis est: benigna est, non æmulatur, & cætra quae Paulus describit. Non ut detegantur, ut publicentur peccantes mandauit dominus. Sed quid? Si peccauerit in te frater tuus, uade, & corripe inter te, & illum solum. Non præcepit, ut in plateis diuulgetur, non ut uindictæ zelo prædicetur in fratribus, sed tanquam frater corripiatur blandè ac dulciter. Nam mollibus potius quāduris sermonibus compungitur animus delinquentis. Sunt tamen nonnulli, qui magis asperis invectionibus, quam dulcibus uerbis emendantur. Talibus dura & fortis increpatio ex ore proferatur: semper autem erga illos compassio seruetur in corde. Hoc enim modo siue intus per compassionem, siue foris per admonitionem lex implebitur caritatis. Tanquam igitur ægro corporis membro: la peccanti fratri nunc exhortationis uncio, nunc increpatiōis adustio exhibeat, prout ars iudicat medicantis. Nec enim minus diligitur cūm corripitur, quam quā lenitur: quia utrumq; de fonte oritur caritatis. Reducet quoq; non mediocriter in animo cōtemplatis, ex hac carnis & spiritus unione & dilectione quādā diuinæ bonitatis mira & iucunda dispēsatio saluti humanę prorsus necessaria. Creauit nāq; Deus rationalē spiritū,

& ipsum plurimis decorauit uirtutibus, ac ex sua naturali dignitate fecit illumitem. Socia uit uero eundem carni & luto passibili: quatenus ex hac infirmitate eruditus disceret non eleuari supra se. Nam semper spiritus ex sui natura ad alta tendit: spiritualia querit, celestia appetit, & terrenis non indigens indesinenter ad degustandum diuina euolare festinat. Et sicut ceteras creaturas praecellit nobilitate naturae: ita cum eisdem naturaliter cohabitare deditur. Duplici itaque ratione Dei sapientia rationalem spiritum fragili atque passibili copulauit naturae: ut qui luteo amictus erat indumento, atque in hoc exilio cum ceteris positus animantibus aequianimior esset, ac humiliter praeftolaret tempus: quo de hac traheretur peregrinatione. Præterea ut ex assida consideratione corporeæ fragilitatis occasionem caperet conseruandi eximia dona suæ ipsius spiritualis naturæ: quia propria latæ diuitiae facile depraedatur: quæ uero latent, custodiuntur sine labore. propter quod Dei sapientia sub carnis uelamine munera spiritus celare disposita. Nam post lapsum & preuariationem ueriti Adam cum omni sua posteritate tunica pellicea, & carne corrupibili, & mortali contexit, atque in hac misericordia ualle collocauit peregrinaturum: ut ex qualitate exterioris hominis discat non elate præferre se ceteris. Sed ex continuis punctiōibus, quas indesinenter propter infirmitates & necessitates carnis patitur spiritus materialiam sumat se in humilitate custodiendi, & omni circumquaque se muniens diligētia cum summa alacritate cordis, & animi desiderio ad patrem, qui in celis est, repatriare festinet. Miro enim modo (Dei operante clementia) quod illi illatū est ad peccati supplūcium, couertitur in salutis adiutorium: & ipsa caro, quæ male suadendo ærumnis & passionibus prægrauiatur: omnium misericorditer efficitur custos donorū. Quis igitur audiat asserere carnis substantia etiam esse perimendā, per quam, & de qua tot eliciuntur bona? Quis definire præsumat dominū mādasse, quam ipse condidit, ut odio habeat naturam? Nā ipsa caro, quæ de luto terræ per manus Dei formata est (sicut sacra testatur eloquia) debet diligi tanquam Dei creatura, & bene condita, atque hominū utilitati plurimū proficia. Ipsa uero opera, quæ de ipsa prodeunt, postquam labē peccati foeda est, cōtemnenda, & odio habēda sunt. Hoc namque Apostolus cōmemorat, dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunitia, auaritia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, cōtentiones, æmulatiōes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidie, homicidia, ebrietates, cōmessiones, & his similia. Sic uero cōcludit, quoniā qui talia agunt, regnum Dei non cōsequuntur. Luculenter igitur ex præmissis patet, quod carnis natura: qualis ab autore formata est, ualde bona est, & plurimū diligenda. Ipsa autem desideria, quæ de peccati fonte generātur, omnino resecanda sunt, ab ijs præcipue quæ mundū cōtemnere, & Deo uacare uolunt. Hæc etenim mādauit dominus, ut odio habeantur, tanquam spiritui iniuncta. Non ergo negligant hos concupiscentiarum affectus de suo eradicare corde: qui cūq; sub iugo Christi strenuè cupiunt militare. Poterit namque Dei amor in ipsorum membris fructum generare iustitiae: si fuerint mundi à sordibus carnalis concupiscentiae.

Quod ex iustificatione impiorum laudabilis appareat Deus, & quod ex comparatione mundialis seruitus Christi seruitus comprobetur: pròpter quam assequendam, quicunque seculo renunciare disponit, in sue primordia conuersio nō omniā se debet repellere metum triplici excitatus adiutorio. Cap. v.

  
Mnia quæ sunt siue vegetabilia, siue sensibilia, seu rationabilia, pro Dei gloria creata sunt. Celi uolucres, terre reptilia, & hominum genus, atque quicquid fulget desuper, si quid in aquis mouet: cūcta propter seipsum cōdedit uniuersorū dñs. Peruersitas hominū, & ipsa nequitia spirituū immundorū Deo militare cogunt. O prouida cōditoris nostri uenerādaque sapientia, quæ plurima bona de peccatis hominum producit in lucem gloriæ suę. Eo namque gloriōsior Dei laus cōprobatur, quo hominū culpa deformior esse cognoscit. Quid uero deformius in uniuersitate naturae esse deprehendit, quæ hominis mali inordinata uoluntas, quæ nec iudiciū timet, nec Dei iustitiae reueret. Hæc Dei mādata negligit, & intumera redēptoris beneficia parū pendit. Nō temporalement, nō æternā meditatur euadere poenam. Horret quicquid pium, quicquid honestum est. Hæc omni belua saeuior, omniq; serpente uenenosior inuenit. Quum deterius labitur, quum horribilius delinquit, securior stat. Non diuinam præsentiam, non potentiam, non bonitatē ueretur. Superbia denique eius ascendit semper, & donec sibi ipsi relicta fuerit, omnino incorrigibilis est. Si autem diuina clementia stolidicia

A licticia gratiae suæ irrortare uoluerit: si superno splendore claritatis suæ peruersæ uoluntatis domicilium irradiare decreuerit: illico fugatis tenebris peccatorum opaca nox sicut dies illuminatur, & quæ prius præ sterilitate horrida facebant corda: mox florere, mox germinare misericordia opera conspicuntur. Nonne ut inulta eremus mens erat Pauli dum sequeret in Christum, dum omnes in Christum credentes uinculis materialibus, ac legalibus captiuare satageret, & ducere in Hierusalem? At ubi de celo clamauit dominus: ubi diuina bonitas persecutorē cælesti circunfusit luce, ubi tonatissimam audiuit uocē dicentē: Saule, Saule quid me persequeris: sine mora in uirum mutatus est alterum. Factus est denique de blasphemо confessor, de persecutore doctor, de ministro iniquorum Iudeorum, dux fidelissimus cunctorū Christianorū. Cuius sunt hæc mira stupenda opera? Nonne eius qui olim mare conuertit in aridam, & sicco uestigio filios Israel transire permisit? Nonne eius qui de tenebris facit lucem splendescere? & uocat ad nutum ea quæ nō sunt tanquam ea quæ sunt, ita ut nō sit qui illius resistere valeat uoluntati? O

B quātos quotidie cernimus mole peccatorū obrutos: à Dei cognitione alienos, sine compunctione, absque misericordia, & ab omni laudabili proposito extraneos, repente uocari cælitus & operante in eis diuina gratia uitam corrigere, mores in melius mutare, lacrymas ubertim fundere, cōpunctionis gemitus ad cælum emittere, & desiderijs sancti a moris intus ardere, atque prius tacentia in diuinis laudibus postmodum ora laxare. Tales nonnunquam conuersatione cōmuni minus contenti, arctiore propensi rigorē affiguntur. Suos enim relinquunt propinquos, sua erogat pauperibus, seipso etiam in monasterio perpetuo damnat carceri sub imperio præsidētis. Et q[uod] paulo antea nullis legibus subesse uolebat: omni postea deposita feritate, tanquam agni mitissimi cūctis efficiuntur humiliores. Vnde fit, ut contra eos acerrima permittente Deo moueantur certamina. Nā inuidie liuore exagitatus diabolus, dura contra illos ordinat bella: de quibus omnibus uictoriæ palmæ consequentibus diuina mirabiliter laus exoritur, quæ spiritu mole corpora uestitū, facit spiritum sine carne superare. Hoc ante fideliū oculos superna clementia quotidie proponit spectaculū, ut tali exemplo animati, si qui intra uocari se senserint ad obedientiæ statū, non resistat gratiae, quin potius toto conamine de Dei bonitate confisi, crucē suā post Deū baiulare non trepidēt. Debet nāc hoc diuinæ uocationis magni pēdere munus, & tam singulare Dei donū minimè a se repellere. Quid (oro) excellētius in hac assequi potest peregrinatione, q[uod] ut diuino quis mancipetur obsequio: q[uod] ut Christo persoluat quod accepit a Christo & dominū sibi faciat debitorem, cui antea multa debebat? Qui legit, intelligat. Cōspicimus etenim persæpe homines sagaciter laborare, proprias exponere facultates: mortis periculo ultro se dare, ut cuiuspiam præpotētis principis fungātur amicitia: quos tamen interdū cernimus post assecutos honores, post ademptā familiaritatē, post diuinarū aggregationē, ex sola maledicorū inuidia, & animi cōcitatio ne furētis, nūc decapitari: nunc culpēdi patibulo: nunc exilio relegari. Heu præualere ne poterit plus in cordibus hominum dilectio tyranni morituri, quam amor eterni Dei uiuentis? An plurimæ æstimabitur temporalis substantia, quam cælestes facultates: terrena dignitas, q[uod] angelorū æqualitas? Pudeat hoc dicere, pudeat uel cogitare. Hæc nēpe est sola altitudo appetēda: hæc est sola præfulgens dignitas quærēda: hæc est sola secura, proficia, stabilitas, honesta, & iucunda præminentia diligenda, quæ Christo nos facit esse subiectos. Christi enim seruitus uera ingenuitas esse probatur. Nam celorum, terre, maris, diuinarū, uictiorū, hominū, dæmonumq; dominū apertissimè esse cognoscitur: quicunque Christi legitimus extiterit seruus. O perfecta & ignota libertas Christi famulatio, facultatibus & morte redimēda. Reliquæ prætereūt dignitates: hæc incōcussa persistit. Cæteræ curis & timoribus plenæ sunt: hæc autem pace & gaudio reserta suū laetificat possessorem. Sermo nō explicat: uerba nō suppetūt, animus nō capit, mens nō apprehēdit huius præcellētissimæ seruitutis sancta præconia. Omnis laus hac inferior est, propterea melius silētio, q[uod] uoce prædicat. Qui igitur uerā appetit libertatem, Christi seruus esse festinet, fugiat mente & corpore seculū, & ipsius laboriosa cōmercia: atque toto animo, omnique alacritate spiritus cōuolet ad monasteria. Meminerit tamē se ab immūdis spiritibus plurimas passurū infestationes: ideo spiritualibus se muniat armis, anteq; in stadiū ingrediat. Prius abdicet a se humanum & servile timorem, si Christo cupit uiriliter famulari. Est autem

C quotidie proponit spectaculū, ut tali exemplo animati, si qui intra uocari se senserint ad obedientiæ statū, non resistat gratiae, quin potius toto conamine de Dei bonitate confisi, crucē suā post Deū baiulare non trepidēt. Debet nāc hoc diuinæ uocationis magni pēdere munus, & tam singulare Dei donū minimè a se repellere. Quid (oro) excellētius in hac assequi potest peregrinatione, q[uod] ut diuino quis mancipetur obsequio: q[uod] ut Christo persoluat quod accepit a Christo & dominū sibi faciat debitorem, cui antea multa debebat? Qui legit, intelligat. Cōspicimus etenim persæpe homines sagaciter laborare, proprias exponere facultates: mortis periculo ultro se dare, ut cuiuspiam præpotētis principis fungātur amicitia: quos tamen interdū cernimus post assecutos honores, post ademptā familiaritatē, post diuinarū aggregationē, ex sola maledicorū inuidia, & animi cōcitatio ne furētis, nūc decapitari: nunc culpēdi patibulo: nunc exilio relegari. Heu præualere ne poterit plus in cordibus hominum dilectio tyranni morituri, quam amor eterni Dei uiuentis? An plurimæ æstimabitur temporalis substantia, quam cælestes facultates: terrena dignitas, q[uod] angelorū æqualitas?

D Pudeat hoc dicere, pudeat uel cogitare. Hæc nēpe est sola altitudo appetēda: hæc est sola præfulgens dignitas quærēda: hæc est sola secura, proficia, stabilitas, honesta, & iucunda præminentia diligenda, quæ Christo nos facit esse subiectos. Christi enim seruitus uera ingenuitas esse probatur. Nam celorum, terre, maris, diuinarū, uictiorū, hominū, dæmonumq; dominū apertissimè esse cognoscitur: quicunque Christi legitimus extiterit seruus. O perfecta & ignota libertas Christi famulatio, facultatibus & morte redimēda. Reliquæ prætereūt dignitates: hæc incōcussa persistit. Cæteræ curis & timoribus plenæ sunt: hæc autem pace & gaudio reserta suū laetificat possessorem. Sermo nō explicat: uerba nō suppetūt, animus nō capit, mens nō apprehēdit huius præcellētissimæ seruitutis sancta præconia. Omnis laus hac inferior est, propterea melius silētio, q[uod] uoce prædicat. Qui igitur uerā appetit libertatem, Christi seruus esse festinet, fugiat mente & corpore seculū, & ipsius laboriosa cōmercia: atque toto animo, omnique alacritate spiritus cōuolet ad monasteria. Meminerit tamē se ab immūdis spiritibus plurimas passurū infestationes: ideo spiritualibus se muniat armis, anteq; in stadiū ingrediat. Prius abdicet a se humanum & servile timorem, si Christo cupit uiriliter famulari. Est autem


autem hic timor perniciosissimus decertare ualentibus, & Deo ualde odibilis. Legitur enim in libro Iudicū, quod quū decreuisset dominus per manus Gedeonis populum Israel de manu Madianitarū eruere: essetq; uirorum ingens multitudo cōgregata: ut cum hostibus dimicaret, dominū ipsi Gedeoni mādasse, ut præconizaretur in populo: q; omnis timidus & formidolosus remearet ad propria. Ex hoc nanc; innuit, q; pauidi cordis non sunt illi grata seruitia. Quare omnis metus de animo Deo seruientiū abiisciendus est. Ille solus paueat, qui à Dei protectione se alienū putat. Sed huiusmodi secedat de prælio, & tanquam meticulosus iuxta domini mandatū redeat ad domū suā: nec omnino certame presumat arripere: quia aut cum dedecore ē bello fugiet, aut miserabiliter gladijs inimicorū occumbet. At cuius mens de Deo rectē sentit: sicut de se prorsus diffidit, ita in Deo habet omnem fiduciā. Illuminatē etenim mētis certum hoc indicium est nihil de se confidere: sed cum Apostolo dicere: Omnia possum in eo qui me cōfortat. Qui hoc cōfiteretur, diuinæ sapientiæ particeps efficitur; atq; ipsius arcano irradiata splendore ueraciter degustat stillicidia spiritualium gratiarū defluentia incessanter: & abundē ab ipsius beatitudinis æterno fonte. Nemo itaq; desipiāt, nullus quīppiam boni de se quasi à se arroga re præsumat, siue in temporalibus, siue in spiritualibus. Si quid commodi acciderit, ab ipso est. Omne datum optimū, & omne donum perfectum (teste Apostolo Iacobo) de sursum est, descendens à pātre luminū. Quāuis enim quis scientia polleat, quāuis sensu uigeat, quamuis futura præuideat, uel præsentia prudenter disponat: totum hoc diuino habet ex munere. Nam qui habuerit de inimicis uisibilibus uictoriā, ipso pugnāte ultor existit. Si aduersus spirituales nequitiās quis prævaluerit, ipso protegente insuperabilis perstittit. Nisi dominus custodierit ciuitatem (sicut Propheta clamat) frustra uigilat qui custodit eam. Se deniq; potentibus suffragium præbet, se inuocantibus adest: de ipso præsumentibus gratiam uirtutemq; subministrat. Tanto etenim quisq; in omnibus robustior inuenitur, quanto de Dei amplius confisus fuerit bonitate, & eo debilior, quo de suis uiribus securior. Qua igitur ratione debent Christo famulari cupientes, cum hostibus dubitare inire certamen: quum in se, & pro se dominū habeant propugnatorem. Custodit nempe ipse dominus suorū castra seruorū: præcedit bellaturos, horatur pugnātes, neq; ad momentū se ab eisdem patitur absentare. O mira Dei dignatio, & laudib; extollenda largitio, que profectibus nostris tam sedulò ministrare cognoscitur. Operatur enim salutem nostram per seipsum: operatur etiam per angelos suos, dicens Apostolo: Nonne omnes administratori sp̄ritus sunt in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Magnam prorsus & inuiolabilem præbere debet fiduciam cunctis Deo militantibus sanctorum angelorum indefessa custodia. Nā si orant, eorum preces offerunt Deo: nec uacui reuertūtur ad illos, si pugnant, & que ipsi eum eisdem pugnāt: si quiescunt, nempe excubias agunt, ne quid malū ab aduersariis patiantur: si ignorant, docent eos: si cadunt, erigunt: si pusillanimes efficiuntur, sanctis exhortationibus ipsos roborant, & ascendunt: & qua parte humana curuatur infirmitas, ea parte se opponunt casuris. Sicq; custodiunt electos in omnibus uīis suis: ne forte offendant ad lapidem pedes. Cur igitur trepidas, o formidolose? quare dubitas pro Deo sub tantis ducibus militare? Regem nanc; cælorum inhonoras, angelos offendis, sanctis gaudium subtrahis, proximum non ædificas, teipsum perimis, si te à certamine subducis. Suscipe fidei oculo patens cælum, intuere Iesum stantem, cōtemplare sanctorum cœtus cum ipso regnantes: & deposito metu aggredi pugnam, ne uerearis. Noli formidare aduersarios tuos. Maiora minātur quām possint. Moliuntur tibi metum incutere, ut tuum ualeant debilitare principium. Toruos ostendūt oculos, diramq; faciem, ut terrorēm ingerant. Suggerunt animo difficultatem uictoriæ, asperitatem uīæ, longitudinem uīæ, fragilitatem naturæ, infirmitatem carnis, laborem pugnæ, ut tuum queant reuocare propositum. O quot (aiunt) ausi sunt pugnare contra nos, qui non præualentes cum dedecore ad seculum redierē? O quantos egimus suggestionibus nostris felipos suspendere laqueo, ignibus cremare, aquis suffocare, gladio se ferire, atque duplixi interire morte. Nunquid tu omnibus nobis eris fortior? Nunquid stare poteris aduersus nos? Tantis te opprimemus tentationibus, tam saeuis lacestemus infuriis, tamque innumerosis circumueniemus fraudibus, ut labore, aut fædio, aut importunitate,

**A** nitate superatus cogatis deficere, & Christū negare. Saniore propterea utere cōfilio, & nostris suasionibus acquiesce. Fruere gaudijs huius mūdi, quæ Deus ad humanum condidit usum. Memento quia scriptū est: Lætare iuuenis in adolescentia tua. Poteris transacto in delicijs seculi iuuentutis flore ad Dei confugere gremium. Misericors enim quī sit, cum gaudio semper suscipit poenitentes: sicq; ab eodem benignè susceptus, tempore pariter & æternam consequere lætitiam. Hæc & his similia interius in corde loquuntur, nemine audiente, non ut uerum suadeant, sed ut tuam intentionem Deo seruendi inuertant. Et quoniam uirtute nequeunt te uincere, deceptione seu metu conantur te superare. Nolunt si eis conceditur, tecum habere conflictum: quia tuis inuident triumphis. Norunt ipsi subdoli protectorem tuum & custodem tuum: ideo pugnare recusant. Tu uero, o Christi miles ex tuorum metu inimicorum esto securior. Timor namque ipsorum infirmitatis & impotentiae notissimum est signum. Nam etiā ex sua natura uiribus fortes sint, & intellectus acumine transcendant nos: tamen uirtutem suam ad lumen nequeunt exercere, quia debilitata est. Dei quippe sapientia descendens ad nos, nostramq; fragilem naturā assumens obiecit se diabolo, atq; cuim eodem pugnauit. Quē cūm gloriose superasset, alligauit, eiusq; uasa diripuit. Ab eo tempore, & citra uires suas amisit, potestatem perdidit, & nihil contra nos ualet agere, nisi permisus. Si illi resistimus, fugit à nobis: si autem ei præbemus assensum, dominium sibi uēdicat in nobis. Debilitate nostra fit fortis, sed uirtute infirmus. Nostrum est aut uincere, aut succumbere: Nostro mucrone aut percūtitur, aut perimit nos. Igitur, o tu, qui uocaris à domino, omnem abiçce metum domino tecum pugnante, & ne trepides cum spiritualibus potestibus habere conflictum. Incipe præliari uiriliter, & intelliges experientia te docente, q; maligni spiritus nihil possunt contra te sine te. Ex crebris triumphis, ex assiduo profectu quotidie magis strenuè dīmicabis. Tunc clare percipies quod ex Dei munere, & nō uirtute propria uales pertingere ad coronam. Factus itaq; in spiritu alacer, in mente deuotus domino iugiter in corde cantabis, dicens: Diligam te domine fortitudo mea, dōminus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus, iau-dans inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero semper.

**B** bitum nequeunt exercere, quia debilitata est. Dei quippe sapientia descendens ad nos, nostramq; fragilem naturā assumens obiecit se diabolo, atq; cuim eodem pugnauit. Quē cūm gloriose superasset, alligauit, eiusq; uasa diripuit. Ab eo tempore, & citra uires suas amisit, potestatem perdidit, & nihil contra nos ualet agere, nisi permisus. Si illi resistimus, fugit à nobis: si autem ei præbemus assensum, dominium sibi uēdicat in nobis. Debilitate nostra fit fortis, sed uirtute infirmus. Nostrum est aut uincere, aut succumbere: Nostro mucrone aut percūtitur, aut perimit nos. Igitur, o tu, qui uocaris à domino, omnem abiçce metum domino tecum pugnante, & ne trepides cum spiritualibus potestibus habere conflictum. Incipe præliari uiriliter, & intelliges experientia te docente, q; maligni spiritus nihil possunt contra te sine te. Ex crebris triumphis, ex assiduo profectu quotidie magis strenuè dīmicabis. Tunc clare percipies quod ex Dei munere, & nō uirtute propria uales pertingere ad coronam. Factus itaq; in spiritu alacer, in mente deuotus domino iugiter in corde cantabis, dicens: Diligam te domine fortitudo mea, dōminus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus, iau-dans inuocabo dominum: & ab inimicis meis saluus ero semper.

vt prius spiritualibus habilitet se exercitijs quām seculo in toto renunciet quisquis in via Dei proficere desiderat: & prudentia ac proposito perseverantie se munit: precipue tamen desiderio mala patienti pro Chri-  
sto uiriliter armetur: per quod multa consequetur spiritualia commoda. Cap. VI.

**C** Olent qui ad uisibilem pugnam pergere uolunt, antequā belli statutus instet dies, se diligētissime præparare. Armis nanc; se induunt, equos cōscendunt, hastam uibrant, & acsi adessent inimici, tota se qua ualent, exercēt industria. Nunc fugere aduersarios, nunc insequi cōspiciuntur. Aliquando itus intorquent, quandoq; declinant: sicq; certaminis se habilitat, quatenus cūm præliari eos cōtigerit, minimē superētur. Facile etenim prosternitur: qui nec oner assūscit armorū, nec usu acuitur luctādi, nec oportunis armis se munit. At si cuncta quæ D memorata sunt, suppetant, mox pugnaturus hilarescit, mox de uictoriæ palma sperare inchoat, & ut præfixum dīmicandi tempus adueniat, ardēter cōcupiscit. Nec immerito. Nam uictoriæ spes plurimas uires adiçcit bellatori: atq; facile ille uictor efficitur, qui à se humano abiecto timore uiriliter præliari proponit. Sic quippe Christi miles, sic qui ad obedientiæ statū festinat accedere, se solerter exercere studeat in spiritualibus negotijs, ne forte si inexpertus in stadio ingredi ausus fuerit, ab aduersariis opprimatur. Conetur nanc; corpus coaptare ieunijs, assūfacere uigilijs, edomare exterioribus actionibus, hominum declinare consortia, orationi uacare, humilitati se dare, propriam abnegare uoluntatem, cor à fluxu secularium cogitationum restringere, seq; spirituali deuotione totū occupare. Hæc quippe sunt, in quibus se probare debet quisquis in cōgregatiōnibus Deo seruire elit. Absq; horū experientia facile humana prosternit fragilitas. Cuius uero mens aliquandiu in talibus se exercuit, in monasterij campo pugnaturus nō trepidet. Properet audacter de domini bonitate confidens. Non ullis propinquorū suasionibus: non domesticorum blanditijs conuertat se retrorsum, ne ut olim uxor Loth in statuam mutetur salis. Regno nanc; Dei indignus esse conuincitur, qui gratiā negligit redemptoris.



redemptoris. Qui autem simpliciter obtemperat, non confundetur in æternum. Non se excusat, qui ad domini cœnam per internam inspirationem inuitatur, ne postea ob contemptum beneficium à cœlesti exclusus eōiuio permaneat semper ieiunus. Facile enim se diuina clementia negat ingratias, & qui obedire dissimulat, torquebitur inedia. Nam si quis ad mortalis obsequium regis uocatus omnino cōtradicere non præsumit, qua pœna dignum iudices: quisquis omnipotēti Deo resistere audet; Dissimulat summa maiestas delinquentium peccata, ut illos ad emendationem prouocet. Non conuersos autē durius ferit. Cōtemptores quippe sui Dei sapientia ad tempus tolerat: in fine uerò æternum eos damnabit suppicio. Nam derisoribus sui ait per quandam. Vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexitis omne consilium meum: & increpationes meas neglexistis: Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabō, quum quod timebas, aduenerit, quum irruerit repentina calamitas, & interitus, quasi tempestas ingruerit: Quando uenerit super uos tribulatio & angustia: tunc uocabunt, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non suscepérunt, & nō acquieuerint consilio meo. Itaq; quicunq; uocantur à Deo, imperantis iussa perficere non tardent. Præparent se, ut securi in acie perseuerent. Abiçiant enim à se carnalem affectum, amoueant de suis cordibus humanum timorem, & tanquam duabus gemmis ornent se uirtute discretionis, & desiderio patiendi. Discretio nanq; contra deceptions, & aduersariorum fraudes pernecessaria est: non tamen minus patiendi amor aduersus tentationes, & carnis colluctationes. Vbi enim pugna agitur, ibi aptitudo certandi, & fortitudo tolerandi bellorum disciplina, adhibenda sunt. In hac quippe lacrymarum ualle, & potissimum in Dei itinere multimoda insurgunt incōmoda, quæ animi magnanimitate perferēda sunt. Hęc autem uita nil aliud quam spiritualis quædam militia, seu tentatio appellāda est. Propterea Deo seruire cupientem, diuinus sermo hortatur, dicens: Fili accedens ad seruitutem Dei, stā in iustitia & timore, & prepara animā tuā ad temptationes. In hunc uerò spiritualē cōflictum desideriorū: armis, & zelo patiendi pro christo procedendum est. Qui enim absq; huiusmodi zelo in hunc spiritualem agonem intrare præsumperit, facile uincetur: qui autem ad cuncta toleranda aduersa præmunitus fuerit, gaudeat: quia supra durissimam petram fundatus à sua soliditate everti nō poterit. Hoc nanq; desiderium tanquam firmissimus adamā in spiritualis structura ædificij pro fundamento locandum est. Tale etenim habentes desiderium homines seculi negocij deditos pro adipiscendis dignitatibus, pro acquirendis diuitijs, pro sectandis uoluptatibus uidemus die noctuq; sub fascibus laborum desudare, pericula contemnere, corporis quietem nihil pendere, pacem mentis amittere, ipsamq; mortem ultimum terribilem non formidare. Si tantum potest hic amor in cordibus peccatorum, quantum ualebit in cordibus iustorum, qui pro cælorum gloria, pro paradisi gaudijs, pro perenni felicitate decertare noscuntur: Nā etiam si causa suppetat, debent Christi serui spontanea uoluntate se morti tradere. Semper autē pro sui regis honore seipso contra uitia crucifigere. Hoc ante nos desiderio accensi fuere multi pueri, puellæ, uiri, senes, decrepiti, & cuiuscunq; ætatis, uel discretionis: quorum quidam uastitatem eremi, cauernas petrarum, concava montium, inuia solitudinum, & deserta solis sylvestribus habitabilia feris, penetrare ausi sunt: ut iucundius Deo uarent, & in diuinis laudibus sine strepitu se indestinenter occuparent. Aliqui autem corpus attenuantes ieiunijs, uigilijs edomantes, lacrymarum imbris madefacientes, ut carnem spiritui subigerent, pœnitentiæ crucem pro rege suo Christo baiulare toto uitæ suæ tempore non trepidarunt. Nonnulli etiam hoc ebrj amore atroces pœnas flammorum, lampadum, carcerum, scorpionum, equuleorum, peregrinationum, & opprobrium perpeti non formidauere, ut immortali Deo gratissimum fierent holocaustū. Tangitorum enim ducum exempla in cordibus Deo seruentibus, globum ignis, & incēdium sancti amoris excitare debent. Mortales nanq; erant sicut ij, fragilitate carnis amicti: & tamen spe cœlestis præmij animati, caritate Dei adusti, & patiendi desiderio inflammati nullis cessere periculis, ut regni participes, & regis amicitia digni haberētur. Quis enim huius sancti desiderij ualeat profectus explicare? Animo quippe uires subministrat, & pœnam exhibet leuiorem, perseverantiam præbet, sanctitatem adducit, coæquat martyribus,

**A** tyribus, & cœlesti patria dignū suum efficit possessore. Opera nanq; eo fiunt superno iudicigratiora, quo ardentiori fuerint facta caritate. Nō qui plus operatur, sed qui plus diligit, magis cōmendatur à Christo. Amor eīm desiderijs nutritur: desideria autē ab amore tanquā calor ab igne prodeunt. Quare absq; magna remunerationis mercede esse nō poterit, quisquis ardore patiendi accensus extiterit. Parū quippe operatur, quāuis multa agat: qui nō amplius agit affectu, quām actu. Non meruit secreta scire cœlestia Prophetæ Daniel, quia ieiunauit: sed quia cōcupiuit, dicente angelo: Ego autem ueni, ut indicarem tibi, quia uir desideriorum es. Et quis potest uerbis propalare sancctorum desideria: Soli experti norunt amantium affectus, quām sēpe desiderio patiūtur, dilaniātur, uruntur, occumbunt. Quod si liceret, nō segnius sustinerent actu, quām desiderijs concupiscat. Immensa est amoris uis, & nullo abbreviata fine: quæ sicut nutritur de se: ita dilatatur in se, nō alieno indiget adminiculo, sibijs sufficit, quū uitatem suam exercere ualeat. Omnia eīm trahit ad se, cūm est in meridie. Exultet humiliter gratias agēdo, qui huc usq; peruenit. Introductus nanq; in cellā uinariam arcana audiet, quæ non licet homini loqui. Vult nempe sponsus dona sua silentio tegi. Ideo fas non est propalare uerbis, que sponsus mādat esse secreta. Hoc patiendi desiderium ijs prorsus congruit, qui uitatum zelo accensi sunt. Nam ascensus ad uitutes difficultis est, & multis inacessibilis. Vnde nisi Christi miles toto se conamine exercuerit, ad uitatum perfectionem attingere non merebitur. Quædam enim ipsarum naturæ, quædam consuetudini oppugnare noscuntur. Virarunq; laboriosa est pugna. Nemo nisi qui magnanimitate præditus fuerit, ac amore ignitus aduersa tolerandi, contra naturam suam, & inolitos mōres audebit habere congressum. Qui uerò talis est, ardua aggredi non timet, aspera sustinere nō ueretur: non minis, non plagis, non opprobrijs, non temptationibus cedit. Amore quippe uulneratus nequit à cōcepto proposito declinare, quæ retro sunt obliuiscens: in anteriōra se infatigabiliter extēdit. Trahitur enim ratione, trahitur dono, trahitur uisione, trahitur caritate. Et quoniā proficiendi desiderio nunquam desinit spiritualia superaddere fomenta, facile peruenit quò cupidit, quāto amplius progredit, magis habilitatur itineri, & uiam reperit planiorem. Vires restaurat, quūm decertat, & eo fit robustior, quo plus exerceatur. Quid multa? Quicunq; huiusmodi desiderij igne fuerit perfectè comprehensus, & suauitate illectus, insuperabilis est, & cōrōne propinquus. Talis ueraciter cūm Apolito dicit, Quis me separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an nuditas, an famæ, an persecutio? Certus enim sum, quia neq; mors, neq; uita, separabit me à caritate Christi. Securè igitur perget ad pugnam, qui huius sancti desiderij primitias habere iam meruit. Non tamen hoc solo contentus sit, sed huic addat propositum perseuerandi in eadem, qua positus est uocatione. Facile enim ruit, qui hoc perseuerantiae desiderio non fuerit præmunitus. Non loca muter, non institutiones uariet, qui uult Deo placere. Vbiq; nanq; potest esse perfectus, quicunq; in acquirendis uitutibus, & multiplicandis charismatibus extiterit studiosus. Non extra se, sed in se uigilet: & in corde disponat ascensus in ualle lacrymarum: quisquis satagit esse perfectus. Nō sibi credat, nēc se propriō committat arbitrio: sed sub præceptoris se coercent disciplina, ne inimicorum insidijs capiatur. Innumeri quippe fuere, qui ab aduersarijs prostrati gratiam domini perdidérunt, præsumperunt proprio iudicio, & non seniorum consilio consensum præbere. Ardua nanq; quūm sit uia Dei, & insidiatoribus plena: necesse est, ut in illa deficit, qui cuncte inexpertus & absque duce ipsam peragrare uoluerit.

**C** Quod in congregationibus Deo dicatis, & uniformiter uiuentibus: perspicue eluceat status cœlestis patriæ, & qualiter sub obedientia se exercere debeat, quisquis in ipsis congregationibus laudabiliter Christo militare uoluerit. Cap. VI.

**D** N humanis rebus, & in hac peregrinatione nihil tam efficaciter gerit in se imaginem cœlestis patriæ, quām monastica conuersatio & congregatio diuino cultui dedicata. Superis nanq; ciuibus una est mansio, una gloria, communis lætitia, concors uoluntas, mutua dilectio, & sempiterna securitas. Aliquid in congregationibus uniformiter degentibus reperitur. Una quippe est omnium habitatione indistincta, & cunctis ad usum æqualiter concessa. Communis natiq; ipsorum est gratia. Sibi enim iauisem spiritualia communicant dona. Nam humilitas unius, omnia Laur. Iustini.

niūm proponitūt in exemplū. Caritas quoq; alterius se singulis præbet in adiutoriū & solatiū: sicq; reliquæ virtutes specialiter præstīt cunctis militāt ad profectū. Nō in his regnat inuidia, non boni alterius pernicioſa emulatio, sed quod est uni propriū, uniuersis fit commune: hoc mirabiliter operante caritate, quæ nescit amulari. Non hic est diffensio uoluntatum, non disceptatio opinionum, non odia, non detractiones, sed prorsus animorum pax, morum conformitas, lætitia conuiuentium, & quædam imitatio spirituum supernorum. In istis nanc; qui in ecclesia militant, tanquam in illis, qui in cælis regnant, Christus habitare dignatur: quanquam aliter, ipso domino dicente: Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Ab illis uero Deo laudes, & sine intermissione gratiarum persoluuntur actiones. Ab istis statutis horis, quamvis non desint in carne uiuentes, qui uotis agunt, quod illi actu perficiunt. In hoc potissimum distant, quod illi cum Christo regnant: isti autem pro Christo pugnant. Illa triumphantium, hæc congregatio dicitur militantium. Maxima illorum multitudine primo huic militiæ ascripta fuit, postea uero perfecto certamine angelicis sociata spiritibus. Nam quod illi tenent in re, isti habent in spe. Illius cælestis ciuitatis iste est introitus. Iste nempe est locus, de quo ait sanctus Iacob: Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli. Qui hic uiriliter & perseveranter certauerit, coronabitur illuc gloriōse. Ambo castra Dei, ambo sedes sapientiæ, ambo sanctorum ciuitates. Qui in hac laudabiliter conuersatus fuerit, ab illa excludi non poterit. Profectus istius, illius est gaudium: & huius multiplicatio aggregatio est alterius. Illa choris angelicis uelut marginis ornatur: ista uero beatis circunuallatur spiritibus propter inimicorum incursus. Lpsietenim angeli sicut cupiunt hominum consortium: ita præbent illis iuge ministerium. Hic uiui lapides deteguntur, quadrantur, insculpuntur, ut cælorum certibus habilius inferantur. Illa pro ista solicita est, preces fundit, salutem concupiscit, & præsentiam diligit: quia illa sine ista nequaquam perfecta esse potest. Vnus est & iustorum, & iustum dominus, una hereditas, unaq; societas. Secure speret post hanc peregrinationem ad illam supernam intrare Hierusalem: quicunq; in iustorum congregationem fuit uocatus. Magnum quippe electionis indicium est huius fraternitatis habere consortium. Facileq; ab illa excluditur, qui ab hac fuerit segregatus. Ideo cum omni circumspectione, & animi maturitate se studeat, quisquis in hæc sancta collegia Deo dicata uocatus est: ne diaboli fallacia, aut sui negligentia, seu ignorantia amoueat ab illis. Potissimum uero stabilitatis remedium, saluberrimumq; consilium est obedienciam super se iugum assumere, & propriam uoluntatem omnino abnegare. Grauissimum nanc; à se onus reiecit, qui suam repulit uoluntatem. Propria uoluntas Deo semper inimicatur. Dominari toto posse conatur, rationis iudicium extorquet, suo faciens arbitrio militare. Non maioribus acquiescit, non reueretur, non obtemperat, nulli subesse potest: nec commoditate flectitur, nec minis humiliatur, semper procax est, effrænata in locutione, incomposita in morib; inordinata in affectionib; Ignara sui, & à proximi dilectione aliena. O malum detestabile, o antiquata nequitia quantum præualeat: quantum dominaris! Per te angelorum ruina facta est, & cælorum agmina minorata, per te delitiorum paradisus homine orbatus est, & humanum genus innumeris cladibus sauciatum: Te suadente corruit Adam: & innocentia stola nudatus est: A te dominandi ambitio, & à Deo apostatandi sumptere principium: Tu cognatorum amorem scindis, & coniugum diuortia facis: Tu amicitarum iura uiolas, & domesticorum uota dissoluis: Tu cunctum perturbas orbem, & plurimis reples flagitiis: Tu bellorum discordias generas: Tu pacem fugas, & odiorum uenena disseminas: Tu infernum ditas, & gehennibus flammis fomentum subministras. In cælo præualisti, & in hoc seculo principaris: Vnico solo remedio debilitaris, & uinceris: quo quicunq; caruerit, saluari non poterit. Obedientiæ nanc; uirtus, & subiectionis amor te percutit, & occidit. Magnum quippe bonum, & saluti necessarium est obedienciam, quæ gratiam confert, Deum honorat, cælum referat, animam ornat, & propriæ uoluntatis uirus euacuat. Hanc in specialem eliat sponsam, quisquis Deo famulari desiderate, in solitudine, in domibus, in ciuitatibus obedienciam tenenda est. Præcipue tamen in coenobij & congregationibus Deo dicas: hæc tenaciter custodienda est. Propterea quicunq; collegialiter uiuere decreuit, in suo

A suo principio propriam abdicet uoluntatem, sc̄q; alicui prudenti, & probato de eadem quam elegerit congregatione committat realiter, & absque eius consilio, & uoluntate nil agat: Omne suum iudicium, & deliberationē in ipsius, cui se tradiderit, relinquat arbitrio, ut quod hic approbauerit, & ipse laudet, & quod condemnauerit, ipse similiiter condemnet. Deum uero in illo loquentem non dubitet, illiq; tanquam Christo subesse non obhorreat, quia de se confidentem, & propter se submittentem nunquam deserit dominus. Qui enim olim per subiugale animal & irrationale Prophetam docuit: ipse per rationalem creaturam & sibi famularem, instruere non dignabitur pusillum credentem in se, dummodo simplici se prosterat corde. Vbi nanque dubia, aut simulata agitur obedienciam: abest profectus subiectionis & diuina prouidentiæ gustus. Quare sub alterius imperio realiter abneget se, qui uirtutis gustu, & cælestis patriæ delicijs frui cōcupiscit. Non differat subesse, quum pro se idoneum apud altissimum reperit fidei forem. Imprudentiae etenim notissimum est testimonium uelle quem de le Deo redde rationem, quum quempiam inueniat pro se posse satisfacere. Et quis mente sanus, & rationis compos incedere audebit auro, & gemmis onus per deuia, & sylvestria loca, atque latronibus repleta, quum ualeat alicui præpotenti, & fideli uiro totum hunc, etiam tutò commendare thesaurum: Nemo sine gubernatore pelagus navigare præsumit, & hoc spirituale mare magnis scopulis plenum, procellis, & tempestatibus agitatum: in quo draco ingens & sæuus ad illudendum positus est: consideret Deiseruus uadare securus: Naufragio & morti propinquus est, qui hoc agere cogitat. Qui militare terrenam militiam, non sunt sine duce, & solus Christi miles erit sine directore: Incongruum est hoc. Vbi nanque ualidior, & sagacior est hostis: ibi diligentior custodia adhibenda est: & ubi preciosiores thesauri reconditi sunt, ibi solicitiori uigilantia incumbendum est, ut seruentur. In uisibili bello uisibilis est hostis, & temporalis amissio facultatis. In spirituali uero inuisibilis, & dirus est inimicus, & preciosissima margarita. Qui enim hac se permiserit priuari margarita, amitteret Deum: cælestium gaudiiorum non fiet C particeps, à consortium angelorum excludetur, uitiorum & dæmonum erit captiuus, & à collegio sanctorum alienus. Ideoq; sine duce & defensore in Dei itinere non maneat, qui cælestis gratiæ, & præfulgidæ margaritæ possessor effectus est. Omnis prouincia, quælibet ciuitas, singulæ domus præceptorem habent. Quisq; quamvis potens, quamvis nobilis & diues, superiorem recognoscit: & Christi famulus erit absque præsidente: Magna nēpe abusio hæc est. Esto autem, quod prouinciæ, ciuitates, uel domus ex incuria inordinate cōsistant: Christi tamen sp̄la nullatenus debet inordinate relinqui: nec sine pastoris custodia: præcipue ppter importunos incursus, & inopinatus insultus spirituum immūdorum. Nam die noctuq; fieri debent excubiae à præsidentibus, ne à rugientibus leonibus rationabilium Christi ouium uel una rapiatur. Non enim cessant suæ malignitatis uenena diffundere: ut perimant innocentes. Proinde sicut animarum ducibus incessanter congruit super sibi commissos uigilare: ita ut unaquæq; ouis sub proprij umbram pastoris confugiat, & ibi quiescat, ut ab irruentibus latronibus secura permaneat. D Quæ uero soliuaga, & absque duce uagatur, cibus efficitur intellectualium bestiarum. Habitent illa, quæ propriam diligunt salutem cum cæteris. Pastor is sui agnoscat uocem, uestigia imitetur, mandatis obtemperet, & suam sub illo abneget uoluntatem. Proprio pastori tanquam Christo obediat, & semper in præsidente Deum audiat loquentem: Christi reformat imaginem. Qui enim spiritualis patris mandatum contempserit, Dei quoque sui contemptor reputabitur, ipso dicente: Qui uos audit, me audit: & qui uos Matt. 10 spernit, me spernit. Ideo non minus superioris, quam Dei paruipendenda uox est: præcipue eius, qui specialiter animam suam pro sibi commissio non recusat exponere. Raro quippe inuenitur, qui animam suam pro amico exponere dignetur. Quando talis inuenitur, uenerandus est, & fideliter diligendus: atque ut ipsem, & plus quam cætera carior æstimandus. Adiuuandus est, quatenus super impositum illi onus libentius ferat. Tunc autem adiuuatur: tunc ipsius participatur labor: tunc latus effectus pondus non sentit: quum prompto obeditur affectu. Coacta nanque seruitia fastidioso suscipiuntur animo. Quæ uero alacri mente, placido uultu, & uolenti exhibentur corde, latificant præcipientem. Totus se exhibeat, qui obedienciam regulam uiolare timeret Laur. Iustin.

& uoluntate propria tanquam confusionis indumento se expoliet, qui Christum imitari desiderat. Totum tribuat, qui totum possidere uult. Nam qualem se quisque pro domino esse studuerit: talem dominum sentiet erga se. Pure nanque obsequentibus omnino seipsum negare non ualet. Elaboret igitur, qui aggregatim praelegit domino famulari: obedientiam diligere, obedientiam peragere, obedientiamq; custodire: ne inaniter, & solis hominum aspectibus militet. Nam qui suaue Deo cupit offerre sacrificium, & in subiectionis campo querit obtainere triumphum: conetur obedire libenter, ut sibi per obsequium voluntarium in cælis aggreget æternam mercedem. Nil enim sicut cumulat merita, sicut libenter famulari. Simplici quoque corde obtemperare studeat, ne præceptore prudentior esse videatur: atque iterum cogatur resumere supra se, quod alteri tradiderat pondus. Famuletur lætanter, ut Deo amabilis reddatur: sanctosq; imitetur angelos, qui indicibili dulcedine, & iucundissima conditoris suo obediunt caritate. Obsequatur uelociter, nec imperantis uotum procrastinet, sed repente iussa perficiat, ut euidenter eluceat totum ipsum pendere in patris arbitrio, dertque illi semper ex sua festinatione ausum imperandi. Obtemperet uiriliter, ne minus in arduis, quam in leibus cognoscatur parere mandatis, magisq; superioris, quam propriam in omnibus æqualiter se habens diligit uoluntatem. Obediat humiliter, ut non tantum præminentiora, sed etiam uiliora peragat cum hilaritate obsequia: nec solis senioribus, sed etiam se inferioribus subiectus sit. Postremò famuletur perseveranter, ne præteriorum laborum amittat mercedem. Parum nanque prodest aliquantulum fortiter cucuruisse, & antequam perueniatur ad metas, deficere. Non enim placet homini immaturus fructus, nec Deo imperfectum opus. Tunc autem obtutibus redemptoris gratia fiunt humana obsequia, quum ingenti aguntur ardore caritatis, & laudabili concluduntur fine. Hanc obedientiae formulam sibi in corde proponat: quisquis in monasterium Deo militatus accessit. In ipsa tanquam in quadam spirituali se componat speculo: & iugiter contempletur, ut interioris qualitatem hominis intueri ualeat. Poterit nanque deformitatem suam reformare, animæ maculas tergere, mentemq; erigere, nisi forte solo corpore sanctitatis statum assumplerit.

*Quod spiritualium gustus delectationum nouiter conuersis necessarius est, propter quod debent introduci ad uitam & passionem Christi meditandam: & de triplici meditantum statu: animali scilicet rationali & spirituali. Atq; qualiter meditantes diabolus conetur decipere. Cap. VIII.*

**S**acræ tradunt historiæ, quod dominus Iesus postquam Hebraeorum populum in signis & portentis mirabilibus de Ægyptiaca liberasset seruitute, atque submerso in mari rubro Pharaone cum omni suo exercitu duxisset in desertum: quum terrena consumpsissent cibaria, illis cælestia præstitit alimenta. Nam manna illis de cælo pluit ad manducandum, ut cælico satiatæ pane, escas quas in Ægypto reliquerat rursus nō appeteret. Cuncta ipsi populo carnali, ac rudi in figura contingebant. Re autem uera ad eruditionem nostri scripturant. Indicauit tunc in illis diuinus sermo posteris, quod sicut qui de Ægypto educti fuere, cælesti necesse fuit ut pascerentur cibo, ne iterum corpore & desiderio reuertentur ad illam, de qua redempti fuerant seruitutem, si nimia fatigarentur inedia. Ita & qui de uoluptuosa ac foetida seculi huius conuersatione exeunt, & in spiritualē solitudinem monasticæ asperitatis introducuntur: omnino ne defluant ad illa, quæ deseruerunt, & ad uomitum redeant: oportet ut supercælesti pascantur refectione, & spirituali reficiantur alimoniam. Humana etenim mens temporalibus assueta delicijs: nequaquam illis priuari patitur: nisi spiritualia utcunque degustet. Quæ uero istis caret, & illa non habet: facilè ad pristinam cupit remeare seculi conuersationem, & murmurans contra dominum dicit: Ut quid induxisti me in hanc sterilem solitudinem, ut fame & siti periclitarer? Igitur his præmoniti animarum patres, & Christi ouium rationabilium pastores solerter uigilent, quum primum suscepient nouum militem recenter ablatum de Ægypto, & positum in monasterio ipsum spirituali reficere exhortationis pabulo, & salutari recreare devotionis poculo, antequam mentis patiatur ariditatem, & immundorum spirituum experietur insultus. Qui autem hoc agere neglexerit, sibi ipse iudicium, & subdito gravius inducis dispendium. O quot ex incuria pastorum ignoran-

A tes quæ Dei sunt; & quæ sancto congruunt statui, a sancto retrocedunt proposito? Heu quanti ariditate spiritus confecti, & deuotionis gustu alieni: quia sicut oportuit in primordio conuersationis spiritualibus non fuerunt imbuti: uocationis gratiam, quam habere meruerant, perdidereunt. Sunt etiam quam plurimi, & utinam non maior pars illorum, qui super se iugum domini tulerunt, & domino Iesu famulatum exhibere uidentur: qui prorsus ignari exercitationis spiritus, & à dulci deuotionis suauitate extranei solo corpore Christo seruiunt: mente autem obscenis, & inutilibus, & terrenis cogitationibus implicantur. Hi namq; ieuni ab interna refectione famem ut canes patiuntur: & si non saturantur, murmurant. Tales de nomine sanctitatis sibi plaudentes, atq; de sola professione confidentes: omne sibi ad promerendam gratiam, ad acquirendas uitutes indultum tempus in uaniloquij, in iocis, huc, illuc discurrendo consumunt. Non intelligunt huicmodi quod dominus cordium, & renum scrutator est, & ab unoquoq; exigit iuxta sui status qualitatem. Non hominum eget testimonio, qui in faciem uidentur:

B non exteriori delectatur habitu, necq; numero personarum: sicut dicit per Prophetam: Multiplicasti gentem: sed non magnificasti lætitiam. Quin potius mentem diligisti humilem, uirtutibus decoratam, sapientia & discretione fulgentem, sanctitate insignem, puritate nitidam, mundano affectu vacuam, desideriorum sanctorum calore succensam, & sua caritate refertam. Talium est cælorum regnum: & hæc est generatio quærentium faciem Dei Iacob. Quemadmodum enim exteriori se componit: quæ mortali placere uult sposo, & cunctas de corpore abstergit fôrdes: ita qui cælestem amat sponsum, spirituales sui spiritus diluet fôditates. Nempe qui carnaliter uiuit, terrena concupiscit ornamenta, ut humanis splendeat oculis: generosus uero Christi miles uirtutes acquirit: ut diuinis redimitus conspicatur obtutibus. Vbi thesaurus, ibi cor. Propterea in dirigendis animabus qui deputati sunt, toto posse elaborent, ut subditorum imbuant corda spiritualibus disciplinis. Studeant præcipue eorum præcordijs imprimerre Iesu dulcem affectum. Nil hoc gustu sapit dulcius, nil utilius diligitur, nil congruentius cogitat. Matt. 5

C tius cogitat. Quid nanque in hac uita sapit dulcius, quam cælestis sponsi mellifluus amor? Quid utilius amat, quam creatoris sui immensa bonitas, & incarnata maiestas? Quidue congruentius reuolui potest, quam redemptionis humanæ ineffabile sacramentum: per quod peccati chirographum deletur, impius iustificatur, fidelis saluatoris gratia donatur, culpa soluitur, & cælorum aditus reseratur. Quoniam uero rudi nouitius quasi cæcus de tenebris mundialis conuersationis procedens ad lumen fulgentis ueritatis reuerberatur fulgore spiritualis uitæ: manu ducendus est prudenter, donec asuetus mentali exercitationi ualeat percipere per seipsum, quod absque præceptore non poterat. Diligentissime igitur redire ad se doceatur, & per iugem meditationem commorari secum: quod nequaquam agere quib; nisi seris diuini timoris, & censorum spiritualis obstruxerit curiositatem exteriorum sensuum: per quos noxia ante ingredi consueuerant. Per hos nanque sensus quasi per quasdam ianuas, carnales concupiscentiae introeuentes ad cor: perniciose desiderijs, & imaginationibus illud fôdere non cessant; sicut per Prophetam dicitur: Mors intrat per fenestras nostras. Proinde omnino resecandas est eorum inordinatus affectus, quatenus amoto hoc obstaculo mens adhuc infirma facilius & quietius ualeat spirituali meditari. Sed quia rationalis spiritus ab exterioribus semotus illecebris diu in se persistere non est idoneus: necesse est, ut instruatur qualiter absque animi mœrore id agat. Proponatur itaque illi ad sedulò meditandum domini Iesu humana conuersatio. Nihil autem ita fructuosè ad meditandum inexperto offertur nouitio: sicut Christi uita, & potissimum ipsius passio gloriösa. Sunt enim Saluatoris gesta spirituale lac, introducendis nouitijs proficuum: & prorsus necessarium, quoadusque sensim, & per diutinam exercitationem sensualibus animus asuetus uoluptatibus, & transitorij cogitationibus, abstrahatur ab his, & discat salubriter, & sine sui detrimento carnalem spiritualiter diligere delectationem in carnere, & deuotionis, atque corporalia spiritualiter cogitare, quæ Dei filius gessit in corpore. Nam animalis homo percipere non ualens quæ Dei sunt: spirituali nollatus est in principio exercendus studio: ne unde proficere debuerat, cogatur relabi. Nempe latente pascendus est: & illis exercitijs nutriendus: quibus ab amore seculi, & a pristinis

abstrahatur consuetudinibus. Sunt nanque complures, qui proflus discretionis virtute carentes: in ipso itineris Dei ingressu, corporalibus se implicant, ac temporalibus negotijs, aut spiritualium se tradunt exercitationibus. Vt rurq; etenim labor periculus est, & penè absque profectu. Nam primi sola intentione mutata, ad primas seculi cui renunciarunt, redeunt actiones, ignorantibus quid de ipsorum occupationibus dicat e*Tim. 4*. lectionis uas. Timotheo nanque scribens ait: Exerce te ipsum ad pietatem. Nam exercitatio corporalis ad modicum utilis est: pietas autem ad omnia utilis est: promissionem habens uitæ quæ nunc est, & futuræ. Secundi uero, & ipsi curiositatibus, uel elationis directi spiritu: antè fieri cupiunt magistri, quam discipuli. Audiant tales hominem secundum cor Dei domino fiducialiter decantando, dicentem: Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei: neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Ideo per experientiam eruditus: alibi quid singuli agere debeat notificat: *Psal. 130* quum dicit: Vanum est uobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis. Sedeant igitur omnino in suo exordio uocationis nouitij, si uelint Deo utiliter militare: non ut tabescant ignauia, non ut ocio consumantur: sed ut quietius instruantur de Ihs, quæ illis congruunt. Sedeant quippe secus pedes Iesu: non tamen ante Iesum. Sedeant humiliter, & deuotè, ac pure: quatenus ex ipso exteriori habitu internam exhibeat humilitatem. Nullus enim alijs locus debetur nouitio, quam ubi sunt pedes Iesu. Sed primo retrosecus pedes ipsius domini Iesu fideat: ut postmodum mereatur sedere ante Iesum, & ad pedes Iesu: atque ab ipso Saluatore cum Maria uerbi saginetur dulcedine. In his nanque si fideliter se exercuerit, dignus efficietur surgere ad Iesum. Cuncta uero hæc suo & proprio fiunt tempore. Proinde absurdum est, ut qui adhuc terrena, & carnali fœdatus est cogitatione & actione, erigatur ad Iesum. Detergendas prius est, probandas, & sanandas, antequam spiritualibus imbuatur disciplinis. Itaque, qua ualeat, mentis humilitate: prosternat se nouitius secus pedes Iesu: ibi q; cum ingenti singultu, & profluui lacrymarum recogitet annos suos in amaritudine animæ suæ. Consideretq; diligenter quanta contra Deum commisit delicta, turpia, perniciofa, ociosa, cogitando quanta omissa bona, quæ agere debuerat: quanta erga proximum perpetravit, nunc detrahendo, nunc iudicando, nunc irridendo, & quod multimodè proximi dilectionem, quem ut se amare debuerat, prætergressus est. Hæc & innumera errata alia reminiscendo, adeò moerore compleatur, ut uix se capiat præ compunctione. Talis etenim cum salubri hac perfunditur compunctione, lamentabiles ad cœlum emittit uoces, spiritalia trahit extimo pectore, ingeminatq; ad Deum lamenta contra se: nec prius ab hoc cessat compunctionis opere, donec abstergat suoru debita delictorum: & fiat propè per contritionis donū, qui lōge fuerat per deformitatē culpe. Tunc audet accedere ad Iesum, tunc ad sancta attingit uestigia Salvatoris: oscula imprimit uenerandis pedibus, lacrymis lauit, capillis tergit eo familiarius, quo mūdius, ac fidelius accedit: nec inde (quantum in ipso est) recedit: nec secedit longius, sed toto studio, & omni, qua ualeat, uirtute in illa sancta se occupat actione: non spirituali, non rationali, sed animali. Nam ablutis animæ masculis, & mundato interiori oculo, meditando intueri meretur humanitatem Christi, & ipsius gesta cogitare. Tunc omnia illius acta tanquam myrrhæ fasciculum intra sui pectoris arcana recondit: & cum ingenti cordis letitia meditari non desinit: qualiter mundi Salvator statim, ut natus est, reclinatur in præsepio in medio duorum positus animalium: qualiter agnitus est à pastoribus, circuncisus in carne, adoratus à Magis, oblatus in templo, fugatus in Ægyptum, reductus ad propria, perditus in turba, inuentus à matre, & subditus parentibus. Deniq; se præsentem exhibit, quum baptizatur à Ioanne, quum tentatur à diabolo, quum prædicat in populo, quum discurrendo miracula facit. Sicq; domini sui sedulò pertractans cuncta, quæ ut homo gessit, ad passionis eius ruminando deuenit mysteria. Tunc totus se colligens in se pietatis affectu præsentem, & copunctum: passionem domini quantum ualeat meditari conatur. Cœnانتem nanque dominum Iesum cum discipulis aspicit: & discipulorum pedes lauantem miratur. Quum in horto orat, præsens est, quum sanguis emitit sudorem, nimio dolore vulneratur, quum traditur à discipulo, uallatur à turba, sistitur coram pontifice, accusatur iniuste, alapis cæditur, facie conspuitur, irridetur, flagellatur, condemnatur, & cruce angariatur,

**A**t tur, oculo fidei aspicit, & compatitur. Quum in patibulo penderet, lacrymari non cessat: atque cætera passionis eius acta usque dum exanimè corpus in sepulcro reconditur: mirari non desinit, & redeuntem dominam in ipsa sua meditatione consolatur. His nanque cogitationibus refectus, ac lacte spirituali nutritus, nimio lucundatur gaudio: obliuiscitur quæ reliquit in seculo: & omnibus se priuat exterioribus delectationibus. Discit quippe Christū ex his meditationibus humanitatis carnaliter diligere: & ueluti carnalis nō quæ Christi, sed quæ sua sunt querere. Quod tamē illi nequam à domino imputatur: quia parvulus est: quia inexpertus est: quia inhabilis ad solidiorem capiendum cibum. Ideo lacte hoc humanitatis Christi alendus tandiu est, donec ad maturiorem crescat ætatem: in uitrum perfectum, in plenitudinem ætatis Christi: ita ut cum Apostolo dicere possit: Etsi nouimus Christum secundum carnem: sed iam nunc non nouimus. Hæc nempe sunt rudimenta, quibus imbuendus est nouus Christi miles, ut possit spiritualia degustare mysteria. Hæc fundamenta in principio conuersationis cuiuscunq; nouitij iacienda sunt: quatenus sequuturas tentationes ualeat superare. Tandiu nanque se exerceat in meditationibus infantiae uitæ, & passionis Christi pure, piè, humiliter, & assidue: quoadusque intus luceat cordi meditantis altitudo, longitudo, sublimitas, & profundum tanti sacramenti. Hoc etenim lumine irradiata mens aduentus Christi agnoscit causam: pro se carnem sumplisse, pro se esurisse, & mortem pertulisse non ambigit. Tunc fugit mel de petra, & oleum de saxo durissimo: Tunc dominum Iesum ardenter inchoat: aspersus fragrantissimo odore uitatum illius. Tunc gratiarum innumeræ actiones ei offerre non desinit: ne ingrata inueniatur de munere. Sic sic erudita mens meditationibus humanitatis Christi, percipere meretur lumen ueritatis, & ardorem caritatis Christi: & quæ prius tanquam animalis retrò secus pedes steterat Salvatoris: solummodo carnis opera simpliciter cogitando: cætero de rationalis effecta sifit ante Iesum, ut uitatu illius efficaciam: & perfectionis altitudinem indagare queat. Re etenim uera de qualibet Christi operatione studiosa mens, & meditationibus intenta: excutit & concipit cognitionem, & dilectionem: ex quibus prudens & amans efficitur. Altero autem ipsorum deficiente languet homo in spirituali profectu: quia nec uirtutes ualeat acquirere absque prudentia: neque tentationes superare sine dilectione. Vbi uero melius prudentia, quam ab ipsa percipitur sapientia? Et qualiter congruentius amor acceditur, quam quum de ipso amoris fonte cogitatur? Vtrunque Christus est. Est nanque patris uerbum & sapientia: est & ipsa caritas. Idcirco quicunque esse Dei fidelis seruus & prudens desiderat: Salvatoris gesta, & præcipue ipsius passionem ruminare non negligat. Quisquis autem amator Christi cupid fieri, eius uerba & facta reuoluere intra se non tepestat. Nec uereatur qui huiusmodi est, priuari delicijs, & contubernio Iesu, si uitam eius meditari frequenter segnis non extiterit. Dona namq; Dei non tepidis, non elatis, non uerbolis tribuntur: Diligit enim Deus sollicitos, humiles, & diuina in suo cordè charismata recondentes. Proinde qui erigi ad Iesum anhelat, qui intima illius amicitia frui desiderat: per inanitatem euagari non sinat: sed ad suum reuocet redemptorem: atq; uirtutes, quas meditando agnouit in Christo, imitari non negligat. Suumq; redemptorem magis ac magis amare peroptet. Expectet autem domini præsentiam, agat quæ agenda sunt uirtutiter: & per orationis studiū pulsare non desistat, donec uerbum Dei callos aperiat: & de regaliis sedibus, de angelicis choris, illabat ad animā cælesti spōso copulandā. Quis queat enarrare: inò propalare audeat delicias, quæ tūc hinc inde affluunt? Quis (nisi expertus) ignitos affectus, amplexus castos, sanctaç; colloquia mutua detegere ualeat? Tunc cunctus seruulis abscedit timor, & omnis premeditata locutio lōge fit, prout suggestit amor, spōso fatur spōsa. Et si qua adulterina se immiscuerit dicta uel gesta: quadam perspicua, & illuminata discretionis manu abigūtur à spōsa: ne tāti solatio spōsi, elatione priueſ. O quoties, quæ minus in amoris arte erudita est, decipit, deprædat, p̄sternit? O quoties euolat sponsus, atq; ab aspectibus evanescit dilectaç; Repetit quippe, ut supra se inaniter erigit anima, fugit Christus. Humilis em̄ humile diligit: elata uero tanquam indigna repudiat, & repellit. Hæc nanque aspernatio, & hic sponsi discessus miro incredibilis modo cruciat diligentem: prudentem tamen efficit ad discernendorum spirituum discre-

**C** diosa mens, & meditationibus intenta: excutit & concipit cognitionem, & dilectionem: ex quibus prudens & amans efficitur. Altero autem ipsorum deficiente languet homo in spirituali profectu: quia nec uirtutes ualeat acquirere absque prudentia: neque tentationes superare sine dilectione. Vbi uero melius prudentia, quam ab ipsa percipitur sapientia? Et qualiter congruentius amor acceditur, quam quum de ipso amoris fonte cogitatur? Vtrunque Christus est. Est nanque patris uerbum & sapientia: est & ipsa caritas. Idcirco quicunque esse Dei fidelis seruus & prudens desiderat: Salvatoris gesta, & præcipue ipsius passionem ruminare non negligat. Quisquis autem amator Christi cupid fieri, eius uerba & facta reuoluere intra se non tepestat. Nec uereatur qui huiusmodi est, priuari delicijs, & contubernio Iesu, si uitam eius meditari frequenter segnis non extiterit. Dona namq; Dei non tepidis, non elatis, non uerbolis tribuntur: Diligit enim Deus sollicitos, humiles, & diuina in suo cordè charismata recondentes. Proinde qui erigi ad Iesum anhelat, qui intima illius amicitia frui desiderat: per inanitatem

**D** mentem euagari non sinat: sed ad suum reuocet redemptorem: atq; uirtutes, quas meditando agnouit in Christo, imitari non negligat. Suumq; redemptorem magis ac magis amare peroptet. Expectet autem domini præsentiam, agat quæ agenda sunt uirtutiter: & per orationis studiū pulsare non desistat, donec uerbum Dei callos aperiat: & de regaliis sedibus, de angelicis choris, illabat ad animā cælesti spōso copulandā. Quis queat enarrare: inò propalare audeat delicias, quæ tūc hinc inde affluunt? Quis (nisi expertus) ignitos affectus, amplexus castos, sanctaç; colloquia mutua detegere ualeat? Tunc cunctus seruulis abscedit timor, & omnis premeditata locutio lōge fit, prout suggestit amor, spōso fatur spōsa. Et si qua adulterina se immiscuerit dicta uel gesta: quadam perspicua, & illuminata discretionis manu abigūtur à spōsa: ne tāti solatio spōsi, elatione priueſ. O quoties, quæ minus in amoris arte erudita est, decipit, deprædat, p̄sternit? O quoties euolat sponsus, atq; ab aspectibus evanescit dilectaç; Repetit quippe, ut supra se inaniter erigit anima, fugit Christus. Humilis em̄ humile diligit: elata uero tanquam indigna repudiat, & repellit. Hæc nanque aspernatio, & hic sponsi discessus miro incredibilis modo cruciat diligentem: prudentem tamen efficit ad discernendorum spirituum discre-

tionem. Ad hanc nempe cognitionem per assiduam orationem, per casus mortorem, & per spirituale, & occultum sponsi magisterium facile peruenitur. Sed antequam sapientia imbuatur anima, priusquam Dei uerbo amoris uinculo cōfederetur: sēpe labit, errorem pro ueritate fuscipiens. Plerunq; tamen permittente sponso, ut sibi ardentius dilectam copulet: aut ad altiora prouehat, aut prudentiorem efficiat: Satanas in lucis angelum transformatur, atq; illo tanquam sancto contubernio admiscetur: quem quum anima adhuc cælestium ignara uisitationum erroris admiserit spiritum, & uelut domino se illi substrauerit: sine mora secedit sponsus, & illico succedunt tenebrae, ac quādam opacamentis hebetudo. Continuo obdurescit animus, & propria confusione contunditur: atq; ex his quā patitur, perspicuē intelligit spiritum quem suscepit inimicum. Mox fluunt lacrymarum imbræ, & gemitus emittuntur mœroris indicia, ingeminantur preces, mentis proponitur custodia, & cordis omnimoda uigilantia de cætero statuitur. Talibus itaque prouocatus singultibus, talibusq; promotus spiritualibus studijs, aduenit sponsus, & placido se ostentat aspectu. Nam diu sibi dilectam affligi non patitur. In isto uero secundo aduentu quis sermo, quā facundia, quōdue humanum ingenium capere ualeat quanta exuberent dilectionis solatia; ibi intellectus excluditur, soplitur cogitatio, & solus amor mutuarum deliciarum testis efficitur. Amor loquitur, amor discurrit, amor castissimo contubernio in uno ambos copulat uinculo caritatis, & arcana dilectionis proferuntur uerba, quā non licet homini loqui: eo dulciora, quo affectus est uehemtior, & amor purior. Tota in hac spirituali & singulari unione resoluitur anima dilectione: tota inebriatur & deficit in se transiens in dilectum. Nil est in quo exterius dicitur, quum intus immensis pascatur bonis. Hoc solo afficitur desiderio, ut magis magis accendatur amore. Et quamuis tota ardeat caritate, tamen omne quod sentit, parū putat præ concupiscentia dilectionis. Nempe sic inflammata quendam diuinum, infinitum & æternū induit laudis & caritatis affectum: & licet corpore teneatur in terris, desiderio tamen cōmoratur in cælis. Semper cupit (si liceat) sic esse: quia quē quæsiuit, inuenit: quē diligit, dulciter amplectitur: illiq; copulata est corde, quē totis uisceribus cōcūpiuit. Diu uero ei nō datur taliter permanere: unde sibi derelicta, & ad se rediens, aut de mandato sponsi, seu ex incubēte proximorū cura, cōpellitur ad exteriores egredi actiones, & uacare proximis, & animarū exercere lucra: quē omnia intolerabilia foret amāti, nisi hoc sponso placere recognosceret. Occupationibus nanc; subiecta est nō uolēs: sed propter eum qui eam subiecit: in spe interiori tamē implet exultatione; reminiscēs quia & ipsa quādoq; liberabitur ab omni seruitute actionis, & corruptionis, quū transierit in libertatē angelorū Dei, & electorū sanctorū. Tunc plenē trāsformabitur in ipsum quē diligit, & diuinis intēta laudib; æterno saginabitur conuiuio. Exhilarata em ex speciosissimo dilecti aspetu, & beatorū cōsortio tota lēta, tota dulcedine inebriata, per latissimas Hierusalē plateas discurrens, & tripudians alleluya cantabit. Interim uero spe nutritur, promissionibus sustentatur, & subarratur quadē prælibatione futurorum honorū, quatenus ei sit tolerabilis huius ærumnosī exiliū incolatus, & corpore molis grauis sarcina tanquā spirituali & ardēter amāti, spiritualibus roboratur & reficit alimonij. Nemo igitur audeat apprehēdere hunc summū amoris gradū, nisi prius ut animalis humānū diu meditatus fuerit Christi cōuersationē: & ut rationalis anima Christi agnoverit ex parte perfectionē. Qui enim in paruis negligēs est, sublimū donorū omnino indignum se facit: at qui in paruis fidelis existit, spiritualium ditabitur multitudine gratiarū. Propterea, ô nouus Christi tyro, ô tu qui seculo renunciasti, & Deo uacare prudenter elegisti, in tuae primordio conuerzionis in meditationibus te exerce. Relinque parumper exteriora negocia, tec̄ totum redde tibi, quatenus ualeas gustare in te, quām suauis est dominus. Contra antiquas tuas malas consuetudines decerta, & animi tui fluctuositatem contendere recondere in te: imo in Christo, sedulō meditando quā idem innocens, & mitissimus dominus pertulit pro te. Hæc uero non ab ore, non recedant à corde, quia in ipsis reperies ingentes thesauros, & suauissimum deuotionis liquorem: per quem lapū eriguntur, refouentur debiles, restaurantur casuri, iætificantur tristes, animantur pugnantes, quiescētes pascuntur; & omniū fideliū mentes immutatur in melius. Caeū aūt summpere, ne ab hac simplicitate frāgaris. Duobus quippe modis solet humani

mani generis inimicus tibi inuidens: sanctis tuis studijs aduersari: ut tuze præcipiat meritum sanctitatis. Primo nanque conatur mentis tuæ domicilium uarijs exagitare tentatiōibus, aut hebetudine obnubilare: quatenus ex his impulsionibus tuo perturbatus animo nequeas cogitare qd prius quietus meditando dulciter gustare consueueras: ac per hoc affectus tēdō usum actūq; deseras meditādi. Hac machinatione aduersarij, qua plurimi prostrati fuere: arbitrantes se magis placere Deo, silectionibus, uel operibus manuum occupentur, quām si reluctantēs contra seipso, mentis sue sterilitatem meditando, & orando abigere contendant. Horum deceptoria deliberatio prorsus ab orationis placida tranquillitate eos abstrahēs, in turbulentō mari diuersarum inutilium cogitationum naufragare coegit. Quod si hac nil se uiderit arte proficere uersutus hostis, simplicitatem studet irridere meditantis: & hoc meditationis sanctum opus tuum, nouitorum asserit esse principia: uere cūdumq; fore suggerit, ut post diuturnam in uia Dei conuersationem nouitorum debeas exercitia sectari. Ista suadet inuentor malorum dia bolus, ut hac palliata decipula seductus subtiliora & magis profunda querat, quām sibi conueniant: in quibus nihil proficias: imo tua merito elatione prostratus amittas quod dulciter utiliterq; tenebas. His itaque edocēs paginis, ô noue Christi miles, qui cupis Deo feliciter inhærere: uide ne ullo modo à consueto meditandi frangaris modo. Non hebetudo mentis, non tentationum infestatio, non inimici qualisq; suggestio à consuetudine diuellat meditandi. Si enim memoratas constanter superaueris tentationes, tanquam triumphator egregius in latissimā orationis campum misericorditer proueheris.

Quod magni periculi sit officium præsidentium, & quod solerter considerare debent qualiter circa unumquem se habere oporteat: & qua uia sibi commissos ad perfectionem dirigant, nec non quod multa sint merita illorum, qui utiliter præsent. Cap. IX.

**C** Abent hoc proprium, qui medicinæ arti inserunt: & corporum moriturorum moliuntur patrare remedia, ut quum cōperint uisitare ægrotum, mox ipsius morbi causam, originē, naturamq; indagare non desinant: quatenus habita horum quā præacta sunt agnitione, ualeant oportuna languenti irrogare subsidia. Nam difficulter quod ignoratur, curatur malum. Hac nimirum prudentia, hoc medicandi ingenio pollere debent, qui animarū profectibus deputati sunt: & qui nouitorum introducendorum in uiam Dei funguntur officio. Primo, & præ omnibus studeant naturas, mores, ac singulorū sibi commissorum desideria diligenter agnoscere, ut postea unicuiq; possint congrua inferre antidota. Nō enim omnia uno medicaminis genere sanantur corpora, neq; cuncte animæ pari institutione purgātur. Propterea inæquali modo sicut expedire censemur dirigendæ sunt, ut in virtutibus crescant. Ideo grauiter errauerunt, qui in dirigendis animabus ducatum habētes, in hac discretionis regula esse neglexerunt. Perspē ex admonitione inexperti ducis, in baratrum deductus est subditus desperationis. Non nunquā etiā ex imprudētia pastoris ij qui ad summā uirtutū arcem, & perfectionis fastigium facile concendiunt: euauerūt nil de fuga proficiētes, cōuersatione: & qd deterius est, à sancto proposito resiliūt. Terra etenim quā sagaci excolitur agricultoris manu, uberē producīt ex se fructū. Si autē hæc eadē negligenti tradatur ac nescienti operario, repente urticis repletur & uepribus. Qui legit, intelligat. Proinde onus graue & ualde formidabile esse cōprobatur animarū regi men. Sed heu hodie à multis desideratur, quæritur, emitur, & absq; timore obtinet: quia quale sit, ignoratur. Attendūt huiusmodi præsentia, nec futura prōspicīt. Magni existimant, si preponātur cæteris, si alijs imperēt, si honoribus extollātur. Gaudēt iuxta domini sententiā uocari ab hominibus rabbi, & à subdītis ut patres uenerari. Attendūt quid æstimētur, nō quid sint: nec considerat ipsi elatione tumidi, mente cæcati, intētione corrupti, & moribus perdit, quām sit breue ipsorū gaudiū, q; formidabilis status, q; fugitiū honores. Nam tanquā somnium surgētum de stratu est uita hæc, & omnis illius delectatio ad instar puncti. Labitur em quū tenetur, amittitur quū possidetur. Nihil in ea stabile, nil mundū, nil securū, nihilq; æstimatione dignū. Quo autē dulcius tenet, eo durius ac laboriosius relinquit: & quāto quis in ea sublimior fuerit, tanto maiora ab eodē exigētur. Teste nāq; scriptura, iudiciū durissimū fieri ijs q; præsūt. Veniet q; ippe, ueniēt dies, q; dominus sap. 6

dominus Iesus uiuorum iudex & mortuorum à singulis suorum inquiret munitissimam rationem donorum. Vnusquisque nanque pro se redditurus est rationem: prælati uero pro seipso, & pro commissis respondere cogentur. Si autem pro se uix reperitur, qui satisfacere ualeat: quomodo qui præsunt, pro se & pro multis? Stabunt omnes: præcipue tamen animarum duces ante Christi tribunal: & ibi de operibus, de omissionibus, de uerbis, de cogitationibus, de intentionibus, de affectibusq; fiet interrogatio uniuersalis. A pastoribus autem exigetur si doctrina, exemplis, & solicitudine lucra quaesierunt animarum. Nam à Deo ideo præpositi sunt, ut subiectorum insistant profectibus: & emendatores reddant Christo, quos acceperunt a ipso. Propterea meritò pœnas luent pro negligentijs, & pro subditorum delictis, si dissimulasse, si tacuisse, si non clamasse, aut non orasse fuerint deprehensi. Si qua uero ouicula ex ipsorum errauerit perieritq; incuria, tunc ipsius sanguis de eorum extorquenterbitur manu. Proinde debent sine intervallo admonere uerbis, redarguere increpationibus, ac terrere minis: quatenus omnes sub loris diuini timoris coerceant, & quantum in ipsis est cunctos saluificant. Vniuersis quoq; ut sint speculum sanctitatis, uirtutis exemplum, & morum forma, necesse est. Nec tamē desistere debent, quin domino assistat in oratione: & lacrymis humilibus, ac deuotis supplicationibus Dei exorent clementiam, ut ipsis sapientiam tribuat, & prudentiam ad bene gubernandū cōmissos. Subditis autem gratiā obediēdi, & tolerantiam perseverādi. Hoc totū agant: quatenus quod deest ipsorum ministerio, diuino cōferatur auxilio: nec exauditi dubitent. Nam exaudibiles prorsus sunt præsidentium preces: illorū maximē, qui Dei gloriā, & sibi cōmissorum utilitates querunt. Vnde prece, prudentiaq; animarū rectores uigilent super gregē suum: atq; assidue cogitēt qualem patrifamilias de sua uillicatione exhibeāt rationē. Quod tunc aptius sit, quā solerter ipsi attendūt mores, & sibi cōmissorū inclinationes ad bonū: atq; pro quali exercitio illis Deus gratiam largiore cōferre dignatur. Diuina enim sapientia, summaq; bonitas non uniformiter operatur in omnibus: sed in alio quidem sic, in alio autē sic. Opus quippe suum ipse prænoscens, ut pote optimus artifex cuiq; impertit suorū qualitatē donorum, & unūquenq; dirigit: ueluti expedire dījudicat. Ideoq; diuersos in ecclesiā corpore ordinauit status: quatenus cōgruentem sibi quisq; reperire ualeat vitam. Distinxit etiā exercitia laudabilia: in quibus humana fragilitas huius seculi naufragosum possit in columis peruadere pelagus. Pater nancū cūm sit omniū Deus, cunctorū salutem misericorditer prouidēs gratiam & naturā disponit singulis saluti proficiā. Propterea illuminatæ oculo prudētia, nō quod sibi libeat, sed quod Deo placere, ipsumq; operari cognouerit: prouide debet indagare prælatus in subdito. Vnde si quē uiderit orationis gustu uisitari a Christo: atq; in ea exultatione humili, seu uera cōpunctione perfundi: hūc & ipsa hortetur uacare Deo & ore, modū tempusq; illi tribuere nō negligat. Si uero alium perspexerit in cellula sibi ipsi utiliter uacare: hunc nequaquam cōpellat cōuersari in publico, nisi forte necessitatē causa, aut maxima utilitate secutura: ne gratiam quam inuenit in cella, amittat in foro. Si autem quempiam intuebitur nec per orationis studium, neq; per quietis silentium proficere, & in Deum eleuari: sed pacem in anima, refrigerium in tentationibus, bonum in corpore, tranquillitatem in conscientia, per manuum operationem abundantiter gustare: hunc cum humanitate dulci, & prudentia ordinata exerceat: illiq; iniungat quod iudicabit opus competere. Sicq; in singulis se habeat prælatus tāquam nutrix in puerum: quæ sollicitè uigilat super infantem: nunc ab eodem amouendo noxia, nunc suadendo utilia, nunc necessaria conferendo. Beatus seruus quem constituit dominus super familiam suam: & nil prætermittit eorum, quæ subditis proficia sunt: quoniam ueluti præfulgens gēma in Dei tēplo collocabitur: iuxta quod scriptū est: Qui ad iustitiam eruditū mullos, sicut stellæ in perpetuas fulgebunt æternitates. Nihil em tam carum, atq; tam gratū Deo offertur munus, quām anima à sordibus libera uitorū, & uirtutū profectibus decolorata. Pro animabus saluandis, fœcundandis, atq; glorificandis ipse mundi conditor carnem assumpsit: carnis cōuicia passionesq; sustinuit. Propterea Dei sui eximus imitator est, qui pastoris ueri fungens officio: anitas quas uitiorum labe fœdatas amisit de seculo, spiritualium studiorum dealbatas lauacro laborat largiri Deo. Hic corona redimitus immortalitatis inter choros angelorū magnifice sublimabit. Negligēs uero pastor,

Math. 24

Dan. 12

A & sola temporalia concupiscens, sua quærens, & subditorum commoda parūspēdens, uti foetidum cadaver in profundum demergetur abyssi. Ibi cum tenebrarum principe ultricibus traditus flammis, æternis damnabitur cruciatibus. Diuina enim iustitia sicut nouit strenuos remunerare operatores: ita non prætermittit, quin grauiter puniat gratiæ contemptores. Studeant autem magnopere Christi ouium præpositi sibi commissos spiritualibus (si capaces existūt) coaptare disciplinis: quatenus ex his purgationes efficiantur, & Deo per orationis studium, & amoris desiderium propinquiores. Quod si talibus nequaquam habilitatur deuotionū affectibus: tūc eis foris per corporale opus suadeat occupari. Meminerint tamen nunquam quenquam ita permettere spirituali intendere ocio, ut penitus certis horis nil operetur manibus, aut in cella, aut extra cella. Neq; sic aliquē pastorianē se exercere exterius, ut nō interdū orationi uacet. Plus autē actions, q; ocio frequēt̄ operariū, & amplius orationi q; operi manū sollicitēt̄ deuotū. Sciat quippe pastoris prudentia singulis impertiri, quod cuiq; magis proficiū est: alioquin nō sine suo preget.

B dāno. Curet quoq; solerter qui præsider, & qua discretionis lance, & nō propria affectiōne, uel passione singulorū dījudicare itinera. Accidit nāq; persæpe, ut minus purgata rectoris mens dirigere conetur subditos, prout sibi ipsi libuerit, uel sicut ex propria cognovit experientia menti suæ esse cōforme, atq; parvi fore meriti arbitretur: quisquis ab eo qd ipse aut uiuēdo, aut loquēdo cōmendauerit, dissentit. Sola quæ iuxta propriū sunt appetitū laudat: cetera uero nūc dissuadēdo, nūc detrahēdo deprimere molis. Hoc omnino nō expedit: sed singula in singulis Dei extollēda sunt dona: quæ quāuis cōtraria esse uidēatur: uno tamē laudabilis intētionis cōsensu & in Deū tendūt, & Deū pariter magnificare noscūtur. Propterea debet qui præst, ne in has errorū decidat foueas, sibi q; cōmissos trahat: mentē habere à passionibus liberā, & superne splēdore sapientiæ decoratam, atq; fraternæ cōpassionis affectu perfusam. Cuncta quæ agit, prudentiæ lumine semper conspiciat: prius se uideat, se discutiat, quām aliorum proferat sententiam: & sua potius quām aliorum studeat emendare delicta. Animī constantiam seruet, ne reprehensibili-

C ter exeat extra se. Corripiendos ut pater arguat, in inobedientes uerborum inuehatur asperitate, intus nīhilominus seruata pietate. Mitibus & humilibus se tractabilem & benignum reddat: atq; tanquam æqualem se illis faciat: seruato tamen modo & tempore. Discretionis & sapientiæ polleat cognitione: ne ipsis nelscientia subditis pernicioſa sit. Sic uiuat, ut ipso tacente sua loquantur opera. Nihil indisciplinatū: nihil (si possibile est) in eo appareat uitiosum. Tunc suam, tunc suorum operatur salutem, quum cuncta quæ agit, subditis proponit in utilitatis exemplum. Ut autem utiliter præst, reformat se in subdito sana & salubri consideratione, ne segnius subditi, quām proprium concupiscat profectum. Re nancū uera omne bonum sibi cōmissi uti propriū arbitrari debet. Gloria enim patris est filius sapiens: & discipuli disciplina declarat magistri sufficientiam. Nam qualis arbor, tales ipsius fructus sunt: & qualis sit homo in se opera manifestant. Quis Deo gratiō sit an præsidens, an obediens, ignoratur. Neque gradus meliorem, neq; abiectio efficit uiliorem. Nec merita efferunt, nec demerita quenquam deiſciunt.

D Horum nanque certa in die domini habebitur scientia. Nunc uero cuncta in latibulo sunt: ne quis se extollat, ne proximis calumniam inferat. Nulli quanti sit meriti notum est. Soli Deo claret cuiuscunq; cor, qui lucem habitat inaccessibilem: cui omnia nuda & aperta consistunt. In die etenim magno aperientur libri: opera manifestabuntur, detergentur intentiones, cogitationes cognoscentur: & qualis quisq; fuerit in se, patebit ex meritis. Non erit latebræ locus, non tergiuersandi tempus, non testis excusans, nō premium redimens, nō adiutor protegens. Iudex proprius conscientia propria erit. Euacuabitur principatus, & omnis auferetur potestas. Singulorū opera deducētur in mediū: bonorum malorumq; unusquisq; uices recipiet. Beatus qui sic uiuit, ut securè dormiat. Felix qui domino incorruptū tribuit, quod accepit a domino. Dignus uero sempiterna sit gloria, qui nō solum se, sed etiam plurimos secum Christo proprijs laboris gratia in se operante luceratus est. Tantorum prorsus erit particeps meritorū, quantorum salutis extiterit causa. Hoc est propter quod honorabilis redditur præsidentium dignitas: hoc est, propter quod (si licet) appetenda est. Ut enīm prosit, non ut præst, desiderare debet uir Dei. Exiguū nanq; est hominis meritum, nisi profectibus cumuletur aliorū. Ideo uerū pastor

Prov. 17  
Matt. 7

1 Tim. 6

pastor otium Christi, totis desudet viribus, tum pro Dei gloria, tum pro subditorum utilitate, tum etiam pro suo commodo: quatenus quos regit, ditescant meritis, virtutibus crescent: & quotidie mentis spiritu renouetur. Hec quippe agens sedulo animam suam liberat a periculo: & illam cælo habilitat, atq; pro suorum salute filiorum ipsam cælesti militia commendabilem reddit. Propter hoc conuersis aiebat Apostolus: Nonne uox estis gloria mea ante dominum? Agit enim Dei clementia in electis suis hoc, ut tot fulgeant gaudiorum meritis, quod pro ipsorum doctrinis reperti fuerint saluati. Non igitur renuant prelati infatigabiliter pro saluandis laborare: scientes quia duplice fulgebit stola, quicunque pro commissio sibi grege humiliter, ac perseveranter pati non recusauerint.

*Quod cunctis Deo famulantibus prudentiae virtus præcipue sit necessaria: per quam singulis horis proprias debent diuidere actiones. Et quid cuilibet operi competit, ut perfectum sit: atq; circa que Christi serui mentis sue principaliter dirigere debeant intentionem.*

Cap. X.

**S**ynecdoche. Mnes prouinciarum duces, ciuitatumque rectores quo prudentiores sunt, eo populum sibi commissum ordinatus regunt. Nam ad hoc præcipue intendunt, ut singulis illas iniungant actiones, & officia diuidant, quæ sufficientia ipsorum norint congruere. Condunt nihilominus leges, statuta ordinant, iura proponunt: ne quid aut incuria, aut præsidentium ignorantia incompositum confundue remaneat. Nam ubi ordo non est, ibi tumultus, rixaque mox sequitur. Econtrario certum est, quod moderati prouida dispositione regiminis cuncta succedunt prosperè, & debito clauduntur fine. Hoc in naturæ operibus luculenter appetit, quæ nequaquam ullo casu, ulloque euentu conditoris legem sibi iniunctam, vel in minimo prætergressa sunt. Præceptum illis summus imposuit artifex: quod à sua constitutionis primordio irrefragabiliter custodiuit: Vnaquamque etiam urbs & quantulacunque domus ne confundatur & deficiat, necesse est ut moderamine componatur. Quod si in humanis & corporalibus rebus ordo omnino expedit, ut seruentur, ne confusione deficiant: quanto magis in spiritualibus habendus est: Vbi enim maior incumbit tactura, ibi sollicitiorem con- gruit diligentiam adhibere. Quid uero preciosius, quid carius aestimari ualeat, quam regnum cælesti, & gloria paradisi? Quid autem ardentiis concupisci potest, & prudens inquiri, quam angelorum consorium, & supernoru ciuium iucunda societas? Hæc omnia simul amittit, quicunque gratia Dei suis demeritis se facit indignum. Possidentes igitur Christi serui immensum thesaurum in factilibus uasis reconditum: præcipua tamen diligentia in se uigilare non desinant, ne illo priuentur. Omne à se amoueant virtutis obstaculum, omneque peccati blandimentum, ut illud securius custodire queant. Semel namque si perditur, aut uix, aut nunquam recuperatur. Non prece, non precio, non cuiuscunque fauore humano redimi ualeat. Solo diuino ex munere cœlestis redonatur gratia: quæ hominis malitia propulsatur & amittitur. Ne itaque hoc singulari supernæ gratiæ de- pendent dono: sub obedientiæ iugo, & præsidentis imperio infatigabiliter substernat se, quotquot Christo militare in stadio monastica cœversationis elegerunt, sequebuntur quicunque muniant prudentiæ uirtute, ne quid in ipsis inordinatum prætereat. Quod enim inconsulte agitur, uix uacat à culpa: qui uero inconsulte uiuit, lapsi propinquus fit. Cōspicimus quippe ducibus bellatorum, exercitibusque eorum maximam esse fugæ uel exercitiū causam, quum inire certamen cœperint, si non prius parent arma, acies disponant, insidias meditentur, cunctumque ita exercitum ordinent, ut nulli ignotum sit, quando & ex qua debeat parte certare. Confusa namque & inordinata turba facile prosternitur & dissipatur. Nec minus in collegijs Deo dicatis, & in unaquaque mente casus, & ruina formidanda est, si prouidentia desit. Proinde debent animarum rectores prudentiæ oculo super sibi commissum uigilare gregem, ne à recto exorbitent itinere. Debent quoque subditi non minus super seipso attendere. Nam plerunque ex obliuione, aut negligentia, uel alia qualicunque causa quedam omittuntur ordinanda à præsidente & rectore: quæ ut disponantur à subdito omnino expedit. Cuncta quippe à pastori bus nequeunt imperari: sicque congruit, ut quod prætermittitur à præposito, reformetur à subdito. Singuli itaque Deo famulantes studeant proprias interioris & exterioris hominis loco & tempore dirigere actiones: ne anteponenda postponant, & agenda prætereant: quia frequenter seductio persuasione decipiuntur, qui absque sedula discussione in via Dei pergere assue- scunt.

**A**scet. Maximi procul dubio periculæ est, prout suggerit animus uelle degere. Propter ea cunctis consulendum est, ut taliter unumquodque disponat opus: quatinus qualibet hora propriam habeat actionem. Sciant quando orationi, quando lectioni, quando operi manuum incumbendum sit, ne accidiat spiritu in mentis dubietatem, uel hebetudinem euecti tempus suum inaniret consumant. Semper studeant potiora opera quietiori, & congruentiori tempore coaptare. O quoties immundorum spirituum ridiculum efficiuntur imprudentes: O quantis spiritualibus deprædatur profectibus in qui sperto mentis consilio suis inseruiunt uoluptatibus? Quam sàpè lectioni uacat quū orare deberent: orationi insistit quum liceret operari: ac per hoc torpore depresso, fraudeque decepti cuiuscunque operis debito priuantur fructu, insipientia ipsorum hoc perpetrante. Non sic uero qui pollent prudentia: & qui cælestem magnipendentes gratiam, cælorum regna sagaciter diripere moluntur. Suo etenim tempore orant: suo tempore legunt, suo tempore manibus operantur. Singula singulis peragunt horis: nec penes ipsos quicquam inordinatum prætermittit. Et quoniā cuncta statutis perficiunt temporibus: ideo proficiunt: uitamque suam sine tempore deducunt: atque semper anhelositiant operandi desiderio, ad anteriora procedere, solicite perficere satagunt, quæ tenent præ manibus. Renanci uera caritas, quæ illorum cōplete corda, eos nequaquam quiescere sinit. Dei quippe amor, qui acidæ inimicatur, operatorius semper est. Ideo nec laboribus fatigat, nec tempore frangit, nec exercitijs minoratur. Vbique hilaris, ubique iucundus est: & quantum uigeat in corde, patefacit ex opere. Zelatores itaque caritatis, & uirtutum amulatores sic sua disponunt negotia, sic diei spatium metiuntur: ut cuncta alacri faciant animo: non ex consuetudine, neque ex necessitate, aut ex tristitia. Quæque etenim res, quæque operatio, ut deo placeat, & uirtuose fiat: habere debet in se tempus, & modum, & intentionem. Si autem aliquo horum caret, imperfecta est: nec ad plenum diuinis splendet obtutibus. Beatus qui hæc dijudicat. Sine speciali nanci sapientiae dono nequit hoc fieri: sed neque absque his ad perfectionem attingi potest. Libra enim perfectionis est prudentia ordinans omnia. Fons autem prudentiæ est cordis munditia. Munditia cordis gignit orationem: orationem uero sanctam ornat & nutrit caritas. Caritas quoque quum sit abyssus indeficiens, riuus defluens, paradiſus affluens, lumen irradians, cibus replens, satietas fouens, exultatio eleuans, uinculum uniens, amor liquefaciens, gustus inebrians: sicut ordinatur à deo: ita cunctas ad eum dirigit actiones, intentiones, & affectiones: quæ quanto purius excentur, tanto uehementius ipsam, de qua prodeunt, augent caritatem. Viciſſim namque sibi famulantur, & perfectio operis, & effectio caritatis. Ideo amici dei, & Christo in cōgregationibus seruientes caritatis affectum cōcipere, & nutritre debet: ut expeditius ad perfectionis metas attingere ualeant. Cuius celitudinis dignitatem eo celerius apprehendent, quo prouidentius sua spiritualia, & temporalia negotia congruis temporibus, modis, & intentionibus disponet. Oes igitur Christi serui, cuncti deo placere cupientes, primordia diei & actionum conent cōsecreare altissimo: quatinus cætera secutura opera a suo non declinent principio. Vnde mox ut à somno euigilat, semper cor sursum erigere contendant. Prima uox, prima cogitatio, primus affectus diuinæ resonet laude, ignitâ ad deum dirigat supplicationem, & illi se syncero corde cōmittat, qui ualeat potenter de imminentibus periculis liberare. Mundissimo namque domino mundissimum debet offerri sacrificium: non terrenis fœdatus cogitationibus, nec obscenis imaginationibus cōinquinatus. De stratu quoque quo facit tāquā de uinculis dīri carceris ardēter, propereque se excutiat: ut ueluti strenui milites ad bella processuri: crucis signaculo fronte, os, pectusque suū muniāt. Circa duo potissimum adimplēda se preparēt deo amabilita, & saluti omnino humanæ necessaria: uidelicet ad persoluendas diuinæ laudes, & ad exercēda spiritualia domini prelia. Hæc nēpē seruorum dei propria sunt exercitia: hæc illorum qui Christo famulantur sunt studia: in quibus toto se debent occupare desiderio. Nam in his comprobatur caritas, uirtus dignoscitur, gratitudo commendatur, augetur meritum, cumulatur gratia, uictoria acquiritur, & gloria corona fidelibus condonat. Vere etenim hil cōgruetius, quam dei cōcupiscitur laus. Popterea q; in sensu cordis dñi militant: nullā in cunctis quæ agett privatā querunt laudē, nullosque de suis actibus humanæ & glorificationis uolūt fructus; solā sui cōditoris appetunt laudē: solā dei gloriā de suis laboribus expectant mercedē.

Laut. Iustini.

Magnum

Magnū putant consequi pietatis lucrum, si in se, & per se deum suum efficiunt laudabilem. Non tamen hoc cōtentī, uoto ut opere perficiant quod gerunt in corde: suā mētis intentionem uigilanter extendunt: tam ad uitiorū extinctionē, quam ad uirtutū pēfessionē obtinendā. Ex qua re sc̄uā aduersum se concitant inimicorum rabiē: qui nullā legitime certātibus pr̄bentes requiē, suis eos cogunt importunitatibus à mentis custodia, & ab animi rigore non relaxare spiritum. Nam strenuo militi, & feruenter dimicāti: nunquā immundorū spirituū desunt certamina. Impugnat & repugnat: insidias patitur & orat: temptationū iaculis impetratur, nec succumbit: atq; in his positus colluctationibus diuinō sentiens se roboratum suffragio, ad resistendū hostibus semper insurgit ardentius. Certa nanc̄ intelligit definitione, quod triūphus ex spiritali proueniens cōflictū, deo gloriam, & uictori perpetuam confert palmā. Vnde diuinæ laudis accensus desiderio, & cælestis patriæ prouocatus gaudijs: quantum profectibus quotidianis attollitur, tantum dæmonum infestationibus acrius urgetur.

*Quod semper diabolus humano generi aduersatus est: & potissimum post aduentum Christi fidelium populū tripli temptationum infecutus est specie: & confusus per gratiam Christi: Atq; de multiplici temptationum utilitate: & demultimoda exhortatione ad tolerantiam temptationum.* Cap. XI.

**N**universo terrarum orbe diaboli suadente malitia hoc spirituale inolenit uitium, ut quanto quis amplius temporalibus floret honoribus, pecunijs dītescit, prosperitatum successibus pollet, hominūq; opinione extollitur: tanto plures felicitatis suā æmulos patiatur. In quo nanc̄ corde abest caritas, inuidia & liuor facile reperitur. Hæc etenim est antiqua pestis: hic est detestabilis morbus: qui ab ipso diabolo traxit originē: per quem etiā in hoc exiliū grūnis plenū mors introiuit. Mox quippe ut ipse antiquus hostis ruit: inuidere cōspicit homini stanū: nec passus est eundē ascendere, unde ipse peccādo expulsus fuit: neq; sustinuit, ut gratia quā ipse amiserat, in humanū diffunderetur genus. Hac de causa primo inuidens homini, & suarū successorē sediū uidere non patiens: callida machinatus est arte, ut ipsum tāto priuaret bono. Nec à suo letali, quod meditatus est, fraudatus est desiderio. Nā frau dulenter, & uersute suadens falsum pro uerō, hamūq; sub esca tegens, captiuū sibi fecit hominē: quē suā gloriā futurū nō ignorabat possessorē. Hac autē obtēta uictoria in malitia aduersarij roboratus, hoc triumpho in superbiam euectus: omni Adā posteritati, cunctisq; mortalibus factus est inimicus. Singulas enim generationes infecutus est: nee fuit aliquando q; illius tyrānidē posset euadere: nullūq; suarū temptationū permisit esse exercitū. In omnibus pariter propriæ intorsit malitiæ facula, quātum desuper permisus est. Ipsū quoq; dei filiū dominū Iesum suis suasionibus aggredi ueritus non est: quē quum insuperabile persensisset, ad extinguendū nominis eius cultores tota se armauit cōstantia. Quum em̄ disponeret oēs in Christū credentes abolere: principū orbis aduersus fideles cōcitauit animos: ipso nihilominus intrinsecus persequente. Hinc martyruū persecutions, carceres, uincula, flagella, tormentorum horrenda genera, & mortis uiolenta crudelitas effluxerunt. Ab eo diuersarum hæresum pernicioſa & cæca intelligentia: errorum uenena innumera, opinionumq; contentiosa loquacitas: ac schismatum elata cū pīditas hauserunt uires. Ab ipso spiritualia certamina, infestationes, temptationes, & deceptions multæ productæ sunt. Sed meditata de fidelium perditione diaboli malignitas confusa est à dei uerbo humana carne uestito. Dei nanc̄ sapientia mira arte egit, ut debellaret superbum. Prius quippe per seipsum eundē prostrauit antiquū hostē in deserto, in ciuitate sancta, in monte excelsō, in uarijs persecutionū & temptationū generibus, in passione, in morte. In cunctis enim insultibus semper gloriosissime triūphauit. Parū uerō fuisset, si sapientia malitiā: si creator superasset creaturā. Voluit insuper per fideles suos tunica mortalitatis circūamictos, immūdi sp̄ritus cōterere audaciā: suāq; magnificare ecclesiā: atq; unūquēq; credentē, & certantē iuxta pugnā qualitatē facere gloriosum. Quis etenim explicare ualeat uerbis celitudinem martyruū, inclitosq; illorū triumphos: q; pro immaculatæ fidei cōfessione, & amore unici & uerī dei se flāmis dederunt, cruciatibus, & morti: Sanguine nanc̄ ipsorum roborata est ecclesia, cōuersus mundus, fideles accensi, fides aucta, & decoratum cælum. Impellebat enim diabolus ministros suos, terrarum principes; ut formētorum atrocitate tam strenuos prosterret athletas.

**A** & faceret illos negare Christum: pro cuius confessione cōspiciebat eosdē cælos consēdere. Sed nequaquam pr̄ualuit eius truculenta seueritas. Quo enim amplius s̄æviebāt persecutores, eo magis crientium populus augebatur: fidei ueritas propalabatur, & inuidorum malitia confundebatur. Triumphantib; in his omnibus Christus, & martyres coronabantur à Christo. De falsis uerō dogmatibus, & hæreticorum uerisutia quam claram ueritatis emicuerit lumen, facile dīgnoscitur. Sancti etenim patres superinā sapientiæ scientiam habentes, tanquam honoris dei, & salutis animarum zelatores ueritatis ex dolosa hæreticorum argumentatione simplicium mentes populorū in errore trahi, disputationibus & scriptis se illis opposuerunt: euidentissimis rationibus eorū cōfutantes opiniones: detestandaq; falsiloquia. Nec hoc solo contenti fuere. Nam pro futurorum munimento libros considerunt innumeratos, per quos irradiaata fundatur ecclesia miro sapientiæ fulgore, & ornata suauissimo eloquentiæ nestare, ita ut nullum erroris argumentum remansisse noscatur, quod non facillime conuincatur. Summa uerō &

**B** inscrutabili dei prouidentiā actum est: ut quemadmodum malitiæ inuētor diabolus catholicam fidem sua uoluit obtenebrare fallacia: ita Christus, qui est dei sapientia, per sanctos suos illam dilucidauerit doctores, eosq; pro ipsorum remuneratione laborum, uerū fulgentissimas stellas, in cælestibus collocauit sedibus regnatorū per ævū. Nil autem profecisse se sciens, ad alia se conuertit nocendi ingenia. Nihil enim suasor malorū in martyres per gentium reges, nihil per falsos cernens pr̄ualuisse doctores, magistrum se arbitratus est obtinere uictoriā, si per seipsum aduersus homines initet conflictum. Ignorabat tamen ipse homicida malitia excēcatus, quod non contra homines: sed cōtra deum haberet certamen. Merito itaq; sicut in pr̄actis insultibus confusus fuit, ita & in tertio. Non enim est fortitudo, neq; cōsilium contra dominum. Quem ipse saluare decreuerit, nemo poterit superare: quē ipse elegerit in se: nulla tribulatio, nulla hominum persecutio, seu dæmonum fraus prostertere poterit in finem. Sed quoniam quos p̄adestinauerit deus, ignorat diabolus: cunctos suis non cessat sagittis appetere: ut per

**C** mentis consensum ad illecebras trahat peccati. Propterea post uaria errorum dogmata fidelū animos diuersis suggestionum modis, plurimisq; temptationum generibus cōcūs sit: afflixit, & penè prostrauit. Nam pacis tempore facile uincitur hostis. Concupiscentias quippe carnis, & oculorum, nec non & huius uitæ gloriæ concupiscentiā adeo uementer cōcitauit in hominib;: ut ferè omne genus hominum in hac pericitareetur pugna. Vnde aduersus huiuscmodi dæmonum machinamenta debilitas uiri des suas sentientes uires: inspirati cælitus de medio laqueorum innumerabilium, & cœnosi seculi fugere decreuerunt. Prudenter nanc̄ cognoverūt, quia letale est: & dementiē signum cohabitare cū latronibus, & homicidis. Hac de causa deserta, quæ solummodo feris sylovestribus habitabilia erant, hominibus repleta fuere: & squalentia loca, inuiaq; cāquām dei ciuitas, & castra domini facta extiterūt. In quibus seruorū innumerofā cōgregatiōnes dominū Iesum die noctuq; laudantiū cōmoratē sunt. Hoc deniq; exemplo instituta sunt cœnobia, & collegia Christo famulantia: quæ ueluti fidelū tutissima & munitissima

**D** ma castra orationibus, exhortationibus, & exēplis eos prouocat, protegūt, & defendūt ab incursibus immūdorū spirituū. In imminēsum autē Christi operante, uirtute, suūq; nomē magnificante, creuit taliū militū cælestis cōuersatio: ita ut per uniuersum terrarū orbē diuina personet laus: & nullus sit locus, prouincia, uel ciuitas, qui seruorū Christi refertus nō sit. Inter quos nō mediocris est turba mulierū cōtinētiū, uirginūq;. Cuius nanc̄ hæc magnifica sunt opera, nisi tua ô domine Iesu: qui splēdore diuinitatis tuæ fugas te-nebras, gratiam prēstas, prosternis superbos, & exaltas humiles prēsumentes de te. Vnde hodie tanta pax diffusa est in ecclesia tua: & in cordibus fidelium te diligentium, nisi abs te domine. Tu enim secularium principum tumentes animos sub iugo tuę sanctę fidei misericorditer subīcis. Tu nempe dominaris potestati maris: & motum fluctuum eius tu mitigas. Tu ô pie domine Iesu humiliasti sicut uulnifatum superbū diabolū: & in brachio uirtutis tuę dispersisti omnes inimicos nostros. In multitudine uerō gloriae tuę, & in delectatione dulcedinis tuæ, congregasti dispersos tuos electos in unum, ut narrent mirabilia tua, & laudent, atq; glorificant te, qui es refugium nostrum, & uitius, necnon adjutor in tribulationibus. Nam quantus sauire callidos aduersarios, &

spirituales nequicias permittas ad tempus aduersus nos: ne quaquam illos finis preualere in finem. Ad eruditionem quippe & profectum nostrum hoc facis ô domine Sabaoth. Proinde ignorantia pleni grauiter errant; & in animas suas peccat, qui audent murmurare contra te totius bonitatis æternum fontem: quia illos permittis diuersimode ab angelis Saranae impugnari. Alieni nanc quum sint à gusto æternæ sapientiae tuae: & nō percipere ualentes inscrutabilem altitudinem iudiciorum tuorum: opera tua secundum carnis sensum iudicare non cessant. Sed tu, ô secretorum cognitor, & cunctorum creator, qui omnia in sapientia fecisti: abscondisti horum scientiam à sapientibus, & prudenter huius seculi: & reuelasti illam paruulis, mundis corde, & de te in bonitate sentientibus. Non enim potest humanum cor peccatorum tenebris inuolutum, arcana tuae penetrare dispensationis, atq; iudiciorum tuorum rimari secreta. Cui uis aperis ô domine, & cui non aperis, proculdubio ille in sua cæcitate perseverat. Non igitur operū tuorum latentes rationes iudicare præsumat hominum ignara temeritas: sed prona quod nō intelligit, ueneretur mēte, pulset humiliter, ut sibi aperiatur. Agnoscat se nihil posse absq; te. Ideo prosternat sui paruitatem intellectus sub te, qui es fons sapientiae in excelsis: de quo hauriunt non solum omnes qui sane sapiunt, & peregrinantur à te: sed etiā omnium cælestiū spirituū beata agmina. Hi etenim, domine, à uerbo ueritatis, & splendore tuae sapientiae irradientur perspicue, atq; delectabiliter inebriant ab ubertate domus: & à torrente uoluptatis tuae sempiternæ. Nā quicquid sapiunt, percipiunt à te in te. Confidens est itaq; ô summa bonitas quod omnia quecūq; facis nobis: in uero agis iudicio siue deprimendo, siue exaltando. Non em ut hominū, ita sunt opera tua: neq; sicut illi uident, ita & tu. Quin potius iuxta propheticā sententiam, Sicut exaltantur cæli à terra, sic exaltatae sunt uiæ tuae à uijs nostris: & cogitationes tuae à cogitationibus nostris. Cuncta quippe tua sapientia metiris. Ante em quām fiant quæ futura sunt in te ordinata, & à te præcognita sunt. Si domine nec foliū arboris absq; tuo cadit nutu, quāto minus credēdū est, quod tentationes tuis eueniant fidelibus præter te: quibus cælestem promisisti hæreditatē. Quod si ô pie plasmator iniquis & sceleris prouidentiae tuae gubernacula nō subtrahis: quis audeat afferere amicorū tuorū te curā negligere: qui sua & seipso dederunt propter te. Electos etenim tuos quū uarijs temptationibus agitari permittis, tenerime diligis: & tanquā uerus pater in ipsis optime cōplaces: & illorū salutem dulciter operaris.

Ez. 55

Tu domine p Apostolū tuū dixisti: Ego quos amo, arguo, & castigo. Multiplices nanc utilitates ex tuis proueniūt flagellis: atq; diuersimode proficiūt, qui flagellātur à te: si in humiliter, si æquanimiter sustineat. Fateor audacter ô rex cælorū, q; omnino tuis nō cōgruit electis sine disciplina correctiōis in hac uiuere peregrinatione. Ideo redeat ad se, q; te agēte, aut permittete affligunt, & præterita nō prætermittat cogitare tēpora. Iustitię em tuae operibus bonis mercedē, iniquis uerò cōdignam cōuenit reddere retributionē: quod aut in præsenti, aut in futuro expedit ut fiat seculo. Quis aut diligēter cōsiderans quāta aduersum te cōmisit delicta; & quām grauia pro his passurus est tormēta, nō gau debit, quum intelliget in temporalem te æternam cōmutasse sentētiā: atq; pro purgatoriū igne tentatiōiū incendia tolerare. Certum nanc est: q; omnis tentatio in præsenti quidē non uideat esse gaudij: sed mœroris. Postea uerò exercitatis per eā pacatissimum fructū reddet iustitię. At quis mētis sue cōpos tuorū recogitans multitudinē beneficio rū tā liberaliter, tā sedule, tāq; affectuose collatorū: recusabit suscipere à te patiēter quas cunq; infligis temptationes, quū constet te eas nō nisi amādo tribuere. Pudeat humanam fragilitatē quid sinistrū de tua ineffabili caritate suspicari. Et que enim in electis tuis ut dona, ita militant & flagella. Proinde impudicē mentis, & ingratē indicium notissimum est lētari in prosperis: & murmurare de aduersis. Qui autem magis tua, quām te querunt domine, facile turbantur, quum illis cuncta ad uota nō suppetunt. Tu solus ô beatorum exultatio, propter teipsum diligendus & considerandus es. Ideoq; fideles serui tui ut erga te uerum dilectionis affectum se habere perhibeant: nullo modo pro illatis debent temptationibus perturbari. Resistant fortiter, & in tua dilectione permaneant quia tentari, nec ab amore tepescere: perfectae caritatis est signum, & tuae maiestatis sacrificium suauissimum. Peccator autem, & à tua caritate alienus tunc gratias aget: tunc confitebit tibi: quū beneficeris ei. Quū em radices nō habeat, nec de tuae dilectionis nū triathē

A triatur humore: credit ad tempus, & à te in tēpore temptationis recedit. Tui uerò dilectores tanquam electi palmites in te uera uite manentes purgantur assidue, ut fructum coram te iustitiae proferant. Re etenim uera neq; uirtus sine temptatione perficitur, neq; grātia absq; probatione cumulatur. Hac de causa omnes sancti qui tibi ab initio placuerūt: in camino tribulationum & temptationum examinati sunt. Nullum exortem passionum esse uoluisti, ut magis, magisq; spiritualibus ditarentur donis, & perfectioribus uirtutibus ex quotidianiis impugnationibus efficerentur ornati. Complacuit quoq; tibi o diuina prouidentia, ut hac occasione electi tui cognoscerent, atq; faterentur se positos esse in exilio, & ex inundantia temptationum cōgerentur redire ad te: apud quem est secura quies, quieta lētitia: lēta felicitas, felix libertas, libera immortalitas, & sempiterna beatitudo. Noluisti ut donec in luto erant inuoluti, perfecte iucundarentur in seculo: quatinus per experientiam cognoscerent, quātum inter peregrinationem distet, & patriam.

Vt autem seruis tuis tolerabili fierent flagella, quæ pro expiatione culparum: aut augmento uirtutum passuri erant: tu o domine Iesu misericordiarum deus, & multæ miserationis, calicem passionis bibere uoluisti, fecistiq; dulcescere in te, & per te, quod sine te erat importabile. Postquam uerò passus es o rex gloriae, angelorum gaudium, & torus caritatis abyssus indeficiens, traxisti post te hominum innumerabilem multitudinem crucis suas alacriter baiulantium propter te. Perspicue nanc uerbis, exemplisq; cunctis insinuasti, quod non potest pertingi ad triumphum supernæ gloriae, nisi præuīs tribulationibus. Non enim in hoc seculo diuitijs, uoluptatibus, honoribus, & prosperitatibus florere uoluisti: sed neq; in amplis nasci palatijs uel stratu deauratis ornametis coperto, quin potius mox ut in hoc mundo apparuisti, iacere super foenum: reclinari in præsepio in medio animalium, & in uilissimo diuersorio elegisti. Insuper post persecutionem Herodis, post parentum obedientiam: post famem, sitim, nuditatem, peregrinations, in oratione pernoctationes, diaboli temptationes, post pharisearū detractiones, obseruationes, oppressiones, post sudorem sanguinis, uenditionem discipuli, post

C falsa testimonia, sputa, alapas, flagella, opprobria, blasphemias, coronam spineam, fellis potum: tandem inter iniquos tanquam reus, & homicida super crucis patibulum in Calvario monte mori dignatus es: ut uiam, qua tenderetur in cælum, tuis demonstrares fidibus, & non obhorrerent serui sustinere pro domino, quod dominus pro seruis pati uoluit. Huius nempe consideratio tam præcipua, tamq; uehementissimæ caritatis: cunctas suauificat passiones & omne leuiuificat temptationum pondus. Leuemus ergo fratres desideria nostra ad Christum: erigamus omnes nos, qui domino Iesu elegimus militare, mentis oculos in crucem domini, quum tentamur: & leue existimabitur, quod tolleramus comparatione illius. Gloriemur inquam in cruce domini nostri Iesu Christi, & in tribulationibus, in temptationibus, in infirmitatibus, in necessitatibus pro Christo. Nō est legitimus miles, qui regē suum imitari recusat: Neq; dignus cælesti gloria, qui Christo domino non uult conformari in poena. Consideremus etiam quam breue est: quod patimur comparatione retributionis æternæ. Quod enim momentaneū est, & leue tribulationis nostræ, in sublime pondus gloriae operatur in nobis. Pudeat nos palma obtinere uelle absq; certamine, & cum strenuis militibus sine bellī periculo equaliter triumphare. Sicut illi certauere: pugnemus & nos: & usq; ad mortem non secedamus de prælio. Aequalis illis, & nobis sit sors, quibus communis est gloria: quia si compatimur, & conregnabimus. Omne quoq; gaudium existimemus: quum in uarijs inciderimus temptationes. Nam tunc magna salutis nostræ concipienda spes est: quum agrum suum dominus dignatur excolere: ut uberiorem cælestem afferat fructum. Tunc cælestis medius iacenti ægroto largitur remedia sanitatis. Desperaret utiq; de nobis, si non aliquod præberet temptationis remedium. At postquam nostri mēmor est: & cōfribis tribulationibus erudit nos: notum facit quoniam diligit nos, nec longe à nobis abesse patitur. Igitur tanquam fideles dilectores, & bellatores strenui, atq; filii carissimi patris disciplināne abiiciamus: sed qualecūq; immiserit nobis temptationis genus, alaci animo & uiriliter toleremus. Nequaquam uereamur ad tempus pati pro Christo, & flagellari. Breuis est pugna: & sine ullo dīlabēs interuallō: remuneratio uerò perpetua: & multa nimis. Exempla nos roborent sanctorū ad patientia, & innocēs uita crucifixi Iesu. Non congruit ut

Gal. 6

2. Cor. 4

Rom. 8

Iac. 1

D fidelitatem in sublimis pondus gloriae operatur in nobis. Pudeat nos palma obtinere uelle absq; certamine, & cum strenuis militibus sine bellī periculo equaliter triumphantibus. Sicut illi certauere: pugnemus & nos: & usq; ad mortem non secedamus de prælio. Aequalis illis, & nobis sit sors, quibus communis est gloria: quia si compatimur, & conregnabimus. Omne quoq; gaudium existimemus: quum in uarijs inciderimus temptationes. Nam tunc magna salutis nostræ concipienda spes est: quum agrum suum dominus dignatur excolere: ut uberiorem cælestem afferat fructum. Tunc cælestis medius iacenti ægroto largitur remedia sanitatis. Desperaret utiq; de nobis, si non aliquod præberet temptationis remedium. At postquam nostri mēmor est: & cōfribis tribulationibus erudit nos: notum facit quoniam diligit nos, nec longe à nobis abesse patitur. Igitur tanquam fideles dilectores, & bellatores strenui, atq; filii carissimi patris disciplināne abiiciamus: sed qualecūq; immiserit nobis temptationis genus, alaci animo & uiriliter toleremus. Nequaquam uereamur ad tempus pati pro Christo, & flagellari. Breuis est pugna: & sine ullo dīlabēs interuallō: remuneratio uerò perpetua: & multa nimis. Exempla nos roborent sanctorū ad patientia, & innocēs uita crucifixi Iesu. Non congruit ut

Laut. Justin.

n. 3

mem-

membrum illæsum permaneat sub capite uulnerato. Propterea tanquam uera capitis nostri membra communicemus Christi passionibus, ut in reuelatione eius gloria exultantes gaudemus.

De multinodis temptationum generibus, quæ seruis Christi à diabolo inferuntur: Et de ipsarum remedijis.

Cap. XII.

**Q**uemadmodum si quis stellas cœli, aut pluviæ guttas, seu arenam maris diuineret uoluerit: cassò consumitur labore: ita & quicunq; uarias dæmonum fraudes ad plenum referare conatus fuerit, superuacue desudabit. Nempe ipsorum uenenata malitia inscrutabilis est: & prorsus ignota mortalibus. Deo solo reuelante eorum possunt detegi insidiae. Tortuosi nanq; quum sint colubri, & anfractibus assueti plurimis, mox quum teneri putantur: è manibus defluunt. Mille enim modis inuestigabilis nocendi arte: ac infatigabili circumuentione simpliciū animas decipere moluntur. Nunc blandis persuasionibus ignorantium mentes decipere studet: atq; quibusdam rationibus fictis ad peccatum eos alliciunt. Nunc callidis machinationibus & astutis eosdem præcipitare contendunt. Tales nanq; nisi maiorum per omnia acquiescant cōsilij: irremediabiliter ruunt. Aliquando uero ut manifestus hostis totis viribus per aperta certamina corda impetunt: & euertere nituntur laudabile mentis propositum bellorū Christi. Si autem sagittis eorum ignitis scutum opponatur patientia, cūcta quæ intorquētur resiliunt iacula. Nam impenetrabile est patientia scutum, et ferè in omnibus temptationibus necessarium, quo quicunq; caruerit, facile superabitur. Quandoq; etiam horribiliter humanae menti se ostentant per tetras imagines, & insolitos aspectus: atq; per terribiles comminationes, insuetosq; terrores tremorem conatur ingerere uehemētem: quatinus relicta cōfidentia anchora in pusillanimitatis pelagus ipsam demergant. Horum autem insultus non sunt formidandi: Grandia minantur quū nihil possint. Quid uero mirum si erga Christi seruos infirmi sunt: quum neq; in brutis animalibus præualere queant: prout euangelij textus proloquitur: Aliquādo assiduis temptationibus deo misericorditer permittente impetūt animam superbiæ uitio: & propriæ sufficientia ueneno infectam: atq; in obscoenis eam delictis prosternūt. Postea uero desperationis laqueos contra eandem tendunt. Mox autem ut cecidisse se cognoscit anima: quæ prius stare uidebatur, ad humilitatis remedia illico configiat, & diuinā erga præsumentes dispensationem cogitare studeat, qualiter Petrus apostolorū princeps Christū negauerit, qualiter David prophetarum eximus in adulterium, & homicidium deciderit: ad memoriā reducat, & post perpetratum delictū abundantiorē super se gratiā collatam esse mirari nō ccesset. Talibus nanq; roborata cogitationū suffragiis dei in se laudabit clementiam, quæ ex percussione tantā illi emendationis intulit gratiā. Hoc expertus est Propheta: qui dixit. Misit deus ignem in ossibus meis: & erudiuit me. Inter dum ipsi deceptores dei misericordiam, & ipsius largissimam bonitatem falsis rationibus obtenebrare decertant obiiciēdo interiori homini suorum sarcinam peccatorum, quæ irremissibilia esse præ multitudine: præ magnitudine, præ obscoenitate demonstrat: quatinus pondus cōscientia, & suæ deformitatis turpitudinē non ferens homo in baratum desperationis amissa spe ueniæ se mergat. Huic nāq; tam pestiferæ suggestioni opponenda est domini nostri Iesu Christi sanctissima mors, & quanta pro humani generis restauratione pati uoluerit, attente animo reuoluenda sunt. Nullū enim adeo est graue peccatum, quod Christi sanguine non deleatur. Si autem crucifigentium scelus abolevit sacrosancta domini passio: quis dubitet quin aliorū ualeat auferre delicta: Propter hoc dei filius carnem de humana sumpsit propagine: ut hominum peccata deleret. Toties ergo configiat peccator sub crucis Christi umbraculum: quoties desperationis laculo se cognoscit transfixum. Hac uero fraude si repugnantem nequeūt animam superare, illico deum tam misericordem erga peccantes seductoria assertione prædicant, ac si nec iudicare peccata: nec peccatores damnare ullo modo patiatur. Dæmonum uero callida intentio est animam in dissolutionem & audaciam delinquēdi allicere, ut amissio timoris gubernaculo in omne eam nefas inuoluant. Tunc si assensum præbuerit: quodam temeritatis mucrone occulte se necans, criminibus fræna relaxat: nullamq; de virtutibus exhortationē patitur audiē: iuxta quod scriptū est. Impius quū in profundum malorum

A malorum uenerit, contemnit. Meminisse tamē debet, qui hac peste percussus est: quam seuere contra delinquentes deus suam iustitiam exercuerit. Nam peccantibus angelis nequaquam pepercit deus, sed mox ut extulerunt se, æternis damnati fuerūt incendijs, & irremissibili ultione percussi condignam suæ præsumptionis suscepere mercedem. Peccanti quoq; primo homini: quamuis dei manib; plasmatus fuisset: quamuis in paradiſo deliciarum collocatus, & supra dignitatem cunctorum animatuum euectus: nequaquam indultum fuit. Repente nanq; ut legem obedientiæ transgrediens de uetito comedit: cum dedecore electus sententiam quam ei dominus cōminatus fuerat, in se recepit. Dīdicit nanq; ex poena quid meruerat per culpat. Non uniuerso orbi diluuij tempore: non populo dei in idolis fornicati: non Moysi mitissimo omnium hominum, qui tunc morabantur in terra: non Dauid uiro secundum cor dei: non cuncto Israeli legis mādata præuaricanti: inulte per trāsire permisum est. Sic enim deus peccatis & inquis aduersatur operibus: ut potius permitteret ignominiosæ morti suum tradi filium:

B quām ut impunitum remaneret peccatum. Plerūq; etiam deo dispensante, ipsi spiritus nequam ita pusillorum conscientiam confundunt dubietate, ac multitudine stimulorum: ut neq; (ut sic dicam) pedem ualeant mouere præ timore conscientiæ: qui sic tētan tur. Aguntq; suis persuasionibus & importunitatibus: ut quid minimū aut nullum peccatum est: mortale credatur. In immāne se ferunt præcipitum: qui huiusmodi tentationi assensum præbent. Atq; aliquando propter conscientiæ onus grauiter delinquunt in ihs, quæ sine peccato agere potuerant: quoniam qui facit contra conscientiam adificat ad gehennā. Talis conscientiæ impulsus omnino audacter refellendus est: & tanquam antiqui hostis figmentū debellandus. Tunc etenim plene debellatur, tunc huius tentationis qui impugnatur, uictor efficitur: quū ex aduerso suggestioni se opponens, uel in minimo nullo modo eidem obtemperat. Hoc nanq; manifeste comprobat istud diabolūcum esse opus, quia & conscientiæ resistit, & nihilo minus conscientiæ pax reperiatur. Nonnunquam quoq; ipsi callidi insidiatores fugam se arripuisse simulant: & de cæ-

C tero nullam bellatori Christi molestiam se illaturos fatentur. Discedunt quippe ad tempus, quatinus animus a sui custodia remissior factus: grauius sua securitate sternatur. Prudens uero Christi seruus intelligens se in medio positum laqueorum eo suspectior erit, quo quietiores contra se sentient inimicos. Vbi nanq; latenter pugnatur: ibi omnis uigilantia adhibenda est. Nam manifestus aduersarius facile uincitur, occultus autē insidiator uix à quoquam superari potest. Proinde omni tempore cunctisq; momētis dia boli insidiae præcauendæ sunt. Donec hac pelle tegimur: cor, lingua cæteriq; sensus corporis diuino sunt muniendi timore. Nulla cum inimicis spiritualibus pax firmando est. Semper mētiuntur: & absq; rubore laqueos tendunt. Sui etiam confusiones paruipendunt, dummodo ad peccati consensum animas trahere ualeant. Solent quandoq; maligni spiritus, qui secessisse uidebātur repente irruere, ac tanta uehemētia furoris rabia in corde hominis accendunt: ut nisi diuina opitularetur clemētia: & in deum blasphemā dīrigeretur, & proximis uita auferretur. In ipso furoris impetu quicunq; deducitur,

D non dei dilectionem, non cælestis patriæ desiderium, non gehennæ metum: non mortis formidinem: non maiorum reuerentiam: non proximorum caritatem, non sui ipsius a morem habere se sentit, & nisi diuina miseratione tentatio ipsa cohiberetur, nullus illorum, qui tali insanía uexantur, sanus fieret. Solus omnipotens tam ignitam irritationabiliem, & perturbantē impulsione extinguere potest. Deo gratias agat inexpertus: experitus autem ori suo custodiā ponat, hominum pro tunc consortia uiter, & deo (si potest) libeternat se humiliter ipsius implorando auxilium. Assueti sunt etiam hostes humani generis seruos Christi aggredi uarijs: importunis, obscoenisq; cogitationibus, & impudicisphantasmibus, adeo ut cuncta quæ præterita commiserunt delicta: reucent ad memoriam, loca, personas, tempora, modosq; suggestendo: quatenus inexperti milites fatigati ex crebris impulsionebus: & uehementibus iictibus ignitarum cogitationum efficiantur formidolosi, & resiliant à proposito cœpti certaminis: uel sentientes se flexibiles ad consensem cogitationum, quibus impugnantur, opprimantur tristitia: quæ tentatis ualde perniciosa est. Sed nouerint tales pro his temptationibus potius gaudere debere, quam tristari. Ex diaboli liuore ipsorum procedit infestatio.

conficit enim ipsos strenuos futuros Christi milites, & ad magnam peruenturos p[er]fectionem. Vnde haec non ferens inimicus: qui omni inimicatur bono, conatur totis viribus illos euertere. Deus autem dolum eius conuertit in caput ipsius. Nam ipse suos in certamine confortans milites quotidie eos efficit fortiores. Intuentes uero Dei serui ex solo mentis consensu hominem posse cadere, & non ex impugnatione sola aduersarij, interioris hominis muniunt sensus, & diaboli resistunt temptationibus, quae tanto minus formidandæ sunt, quanto amplius displicant. Interdum consueverunt ipsi magni spiritus in cordibus simpliciū procaciter loqui contra Deum uerba blasphemie. Audent namq[ue] in auribus eorum, præcipue quum orationi insistunt, & sacrosancta tractantur mysteria: diuinam maledicere maiestatem, & obscoena quædam aduersus Dei genitricem immittere phantasmatum: atq[ue] sanctorum omnium chororum cum Christo regnantium subsannare gloriam. Ista nempe impudici aduersarij sunt uerba. Olim namq[ue] temerarie locutus est. Ponam sedem meam ad Aquilonem, & ero similis altissimo. Conſueuit enim tanquam alienus à Deo, & omni spe ueniae priuatus tam nefanda pronunciare. Hæ autem ipsorum immissiones uelut fulgura & iacula fortiter intorta pauore repellente cor penetrant. Sed tanquam nix solis radijs resoluta evanescunt huiusmodi cogitationes, & nusquam comparent: si tamen sine tristitia impugnati animus perseveret. Confunduntur prorsus & colliduntur in seipsis talium authores maledictionum: atq[ue] ipsorum blasphemie super eos deuoluuntur. Caeant uero qui huiusmodi nefandis blasphemie temptationibus impugnantur: ne expaescant aut ex ipsis turbulentur, uel fiant pusillanimes. Ad arcem semper recurrent rationis, hanc muniant, hanc custodian, hanc clavis diuini configant timoris: hanc interdum uinculis diuinæ caritatis religatam teneant. Firmissime nanque in hac ueritatis sententia roborentur, & confidant quod nūquam potest animæ inferre morte infestatio temptationis, nisi in uno secum consensu conueniat deliberatio voluntatis. Pacem quidem mentis perturbare temptationes possunt, gratiam uero Dei auferre nō possunt. Impugnando labores ingerunt, & coronas immortalitatis parant. In paucis qui à diabolo infestantur, uexantur, postea autem in multis bene disponentur. Nam Deus illos tentare permittit, faciet uero eos dignos se. Tanquam aurum in fornace probat illos, & quasi holocausta hostiæ accipit illos. Transacta autem post hanc peregrinationem temptatione fulgebunt iusti sicut sol, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. ludicabunt quoq[ue] nationes, & dominabuntur populis: regnabuntq[ue] cum Deo in eternum. Nonnullos etiam ipsi callidi seductores de prædestinatione tentare consuevere, quibus persuadere nituntur iudicium iam factum esse, & contra eos diuinam promulgatam sententiam: cunctamq[ue] propriæ salutis spem, ex ipsorum cordibus conantur extinguere. Huic autem irrationabili suggestioni facile respondetur. Sicut enim ratione caret: ita leuiter superatur. Cunctis namq[ue] sanæ mentis patet, quod Deus nullum iudicat, antequam de corpore exeat. Donec enim in carne uiuit homo, aut damnari aut saluari potest. Solum post resolutionem corporis aduersus singulos uel condemnationis, uel absolutionis profertur sententia. Qualis unius cuiusque uita fuerit, talis erit & sententia. Causa namq[ue] hominis tota ab eo pendet, nec aliter iudicat Deus, quam secundum quod quisq[ue] uixerit. Ignotus quippe omnibus mortali bus est singulorum finis. Sed neq[ue] ipsi angeli boni: qui Dei contemplantur gloriā (nisi forte ex diuina reuelatione) scire ualent: utrum quis damnetur, an saluetur. Quanto autem minus angeli Sathanæ, qui ab initio mendaces fuere, hoc noscere possunt? Parvissimæ est ipsorum falsa comminatio. Studeat quilibet laudabiliter uiuere, Dei mandata custodire, se de Deo humiliter sternere: proximum ut se diligere, patienter queque aduersa tolerare, & usq[ue] ad finem in uirtuosis actibus perseverare. Taliter itaq[ue] uiuendo quisq[ue] de diuina bonitate plurimum confidat: quia de numero non segregabitur electorum. Si uero non teperuerit in operando: sed magis opera bona augmentare studuerit: ab hac qua pulsatur temptatione prædestinationis liber erit. Aliquando falsis suasionibus ipsi homicidæ mentis simplicitatem peruertere moluntur: atq[ue] globum maximum tenebrarum: & infidelitatis uenenum oriri faciunt in secreto cordis, per quod omnis tranquillitas animi confunditur. Afferere quippe ac rationibus affirmare conantur, Deum non esse nec beatam uitam, nec futura supplicia: sed solummodo præsentia, & tempore talia

**A** talia esse oblectamenta. Potissimum autem aduersus immaculatam & ueram catholica[m] fidem, & Christi diuinitatem detractionis argumenta singunt. Moliuntur enim persuadere alias infidelium sectas, & inanes opinione[u]s ueritatē continere in se, atq[ue] Christi miracula, & quæ de illo in sacris cōtinentur libris, nequaquam fuisse uera. Mox etenim si huic temptationi accōmodaretur consensus, illlico deficeret omne bonum inceptū opus, & cunctis uoluptatibus fræna laxarentur: præsentis uitæ amor cōsurgere: & si quid boni aut mali post cursum huius peregrinationis sequeretur, recogitare negligeretur. Ideo totis uirib[us] huic pessime suggestioni renitendum est. Animi quoq[ue] uirtute potius quam ratione reluctandum est: quia supra omnem rationem, & ultra humani captum ingenij sunt opera fidei. Perseuerantia, & propagatio Christianæ fidei, multitudine fidelium toto terrarum orbe diffusa: uita uirorum, iuueniū, uirginum cuiuscunq[ue] conditionis seculo renunciantium, prophetatum oracula, auctoritates scripturarum, martyrum pro Christo effusus sanguis, & ecclesiastum thesauri, imperturbabile fundamentum, inuincibilis ratio, credibilita[n]is sint testimonia catholica[u]e ueritatis. Si enim iuxta legem ueterem, & sententiam Saluatoris in ore duorum uel trium testium omne uerbum consistit: & si in quocunq[ue] seculari uel ecclesiastico iudicio totidem testibus indubitanter ac firmissime creditur, qua temeritate, quâue animi pertinacia tam innumerabilibus quis audebit contradicere testimonij: Prudenter itaq[ue] & fortiter concilcanda est & sponda omnis curiositas humanæ intelligentiæ sub iugo fidei: ne plus sapere uelit quam oporteat: sed ad sobrietatem. Sufficere cunctis potest pro ratione fidei: quod patres ueteres, & doctores sancti qui tanquam luminaria in ecclesiæ firmamento fulgebant, de fidei ueritate crediderunt, & intellexerunt: atq[ue] operibus confirmauerunt. Summa etenim imperitiæ argumentum est uelle discutere uel reprobare quod illitantis rationibus definierunt. Humiliter igitur & fideliter singuli credere debent, quod uniuersalis Christi consitetur ecclesia. Solent etiam angeli Sathanæ ex diuina dispensatione seruorū Dei mentes in tātam obdurbationem, & cordis insensibilitatem deducere: ut cœlum illis esse æneum, & omni potentis Dei aures ad exaudiendū obturatae uideantur. Adeo namq[ue] tanto rādio interdum afficiuntur, ut monasterium angustissimus & intolerabilis eis carcer appareat: psalmodiæ suavitas laboriosa ualde sentiatur, orationis tranquillitatem tanquam flagellum maximum arbitrentur: atq[ue] omne spirituale exercitium ueluti ingentem obhorreat cruciatum. Non legere, non meditari, non uiuere sub disciplina monasterij, non operi manuum uacare libert: sed cuncta, quæ spiritui prodesse possunt, odibilia tunc iudicantur. Sicq[ue] agitati, & acidiæ tabe perfusi sunt: ut de sua perseuerantia trepidet, & de propria salute diffidant. Hæc autem si diu perseueraret temptatione: uix de milibus unus sufferre ualeret. Proinde diuina pietas pro subleuanda hominis fragilitate manum suam dignatur apponere. Nam mox ut suum uiderit seruum deficientem, & temptationi consentientem illustratione sua & quadam spirituali dulcedine omnem dissoluit cordis duritiem, & tempore quo undiq[ue] uallata fuerat ipsius mens: in rorem pia[u]e devotionis conuertit. Tunc resoluta interioris hominis glacie suauiter fluunt imbræ lacrymarum: tunc pacato mentis domicilio, atq[ue] fugatis spiritualibus tenebris in omni opere, in omni loco Dei, in cor de resonant laudes, & gratiarum actiones. Eo etenim beato tempore, remigio alarum amoris cor sursum fertur in Deum: illiq[ue] copulatur iucundissimo caritatis uinculo. Ipsò autem perdurante cordis iubilo nec præterita memorantur mala, nec futura formidantur. Contra uero hanc cordis insensibilitatem optimum, & salubre remedium est, cōsulta deuotionum & uirtutum exercititia infatigabiliter custodire: neq[ue] ab illis actu deficeret & desiderio, immo ea potius augere. Studeat qui tentatur de Dei bonitate resumere spem sibi ipsi dicat: Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me. Spera in Deo: quoniam adhuc confitebor illi. Nam si bona de manu domini suscepimus: mala autem quare non sustineamus. Patientia namq[ue], & animi fortitudine uictor efficietur, quisquis in hoc positus fuerit conflictu. Considerunt quoq[ue] maligni spiritus hanc aduersus Dei strenuos bellatores tentati exerceere artem. Quū enim conspexerint eorum mentes ex omni parte prudetiæ, & disciplina uigore munitas: illlico in omnē se cōuertunt immanitatem, & nullo in tentando servato ordine cūctorū uictorū ignitas immittit. cordi sagittæ: ut fatigatus animus ex crebra suggestione ui quadā ipsarū trabatur ad delectationis

lectationis cōfensum. Nam laboriosum est in tam sāuo certamine inflexibilem seruare p  
mentem. In nullo autem terreatur, qui harum diuersarum cogitationum tentationib.  
impugnantur, quin potius resumentes uires cum medullari cordis lētitia & mentis cō-  
stantia reluctentur, & uincant: clament: & ingeminent uoce & affectu Iesu mellifluū  
& sanctum nomen. Est enim aereis potestatibus terror maximus, & intolerabile flagel-  
lum: ad cuius inuocationem tanquā ab igne resilunt. Leuēt nihilominus ad cōclū cor,  
diuinum flagitantes auxiliū: & mox spiritualibus fugatis inimicis cælesti in se sentient  
adiutorium. Tunc in quoddam mentis deducti tripodium pro adepta uictoria deo lau-  
Exod. 15. des decātabunt: & dicent. Cantemus domino: gloriose enim honorificatus est: equum  
& ascensorē deiecit in mare, &c. Hac nāq̄ experīetia erudit, hoc spirituali roborati p̄  
fidio, in omni dæmonū infestatione & pressurā ad dominū clamēt quum tribulētur, &  
Psal. 49. liberabuntur. Ad hoc seruū suum tentatū per Prophetā dominus hortatur: quū dicit. In  
uoca me in die tribulatiōis, eruā tē, & honorificabis me. Re etenī uera magnā de p̄pria  
salute debēt cōcipere spēm, qui huiusmodi diuersis temptationib. agitantur. Nisi em ipso  
rum cōuersatio Deo acceptabilis, & inimicis esset onerosa: ne quaquā tanta illorū cor ag-  
gredierentur importunitate, atq̄ conarent euertere mentis domiciliū à stabilitate sancti  
propositi, quod arripuerūt. Dei aut̄ clementia cunctā immūdorū spirituū fraudē in suo-  
rum militare facit profectum seruorū. Ex his quippe temptationib. qui amoris Christi &  
perfectionis feruent desiderio, maximam sumunt occasionum tantarum fieri possesso-  
res uirtutum, quantorum impugnantur suggestionibus uitiorum. Vnde quum super-  
bia cogitationibus tentantur, ne in ipsum corrūant uitium, humiliantur. Quum de ira-  
cundia pulsantur, ne succumbant: patientiæ uirtutem fortiter seruant. Quum de gula al-  
liuntur, ne uoluptatibus habenas laxent, temperantiæ iugo substernunt se. Quū de in-  
uidiā uruntur, ne fratrem suum odio habeant: caritatis uiscera induere conātur. Quum de habendi cupiditate infestantur, ne ultra necessitatē temporaliū cura aggrauet, quan-  
doq̄ etiam necessaria subtrahunt, quū carnis delectationibus accenduntur: ne serui effi-  
ciāt luxuriæ, corpus nō cessant edomare ieunijs, uigiljs, & laboribus, ut pudici fiant. G  
Quū uero acidiæ uitio premuntur, ne tempus ociosē cōsumant, ad orationē, uel op-  
pus manuum se conuertunt. Mito itaq̄ diuinæ dispensationis ordine sit, ut quot susci-  
piunt in se tentamenta uitiorum, tot inueniānt instrumenta uirtutum. Et quod illis p̄  
paratur ad casum, hoc uertatur ad triumphū. Habent etiam ipsi nequa sp̄ritus hoc pro-  
prium, quod non uniformiter omnes tentant. Obseruant autem loca congrua, tempora  
aptiora, & singulorum naturas: ut ad suum quos tentant, trahant consensum. Callida et  
enim arte unicuiq̄ ( permittente Deo ) secundum proprium gradum tendunt ad de-  
piendum laqueos. Incipientes nāq̄, & nouiter introductos impugnant de difficultate  
spiritualis belli, de austereitate uitæ, de asperitate pœnitentiæ, de memoria præteritarum  
delectationum, de affectione parentum, de sodaliū & amicorū lasciuia cōuersatione: de  
instabilitate status, de tentatione & laboriosa impugnatione, de multorum casu qui cō-  
perunt nec perseverauerunt, & de impossibilitate perseverantiae usq̄ ad uitæ terminū. H  
Contra uero proficientes nimio furore bacchantur. Nam aduersus eos omnium tenta-  
tionum genera ( si permitti sunt ) irruere faciunt. Pronos ipsos ad iracundiam, ad elatio-  
nem, ad gulam, & ad singula quæq̄ uitia reddunt: præcipue tamē ad fornicationē. Non  
diebus, non noctibus ab illis secedunt. Nimis enim inuidiæ face succensi: de ipsorū pro-  
fectibus gratuitet cruciantur. Propterea tanquā rugientes sāuiq̄ leones sine ulla require  
infesti sunt militibus Christi generosē certantibus: si quo modo eos impingant in con-  
senſus delictorum. Ipsī autem diuino fulti præsidio quotidie robustiores fiunt: & ex usu  
ad dimicandum aptiores, atq̄ cælesti igne accensi tanto acrius aduersarios prosternūt,  
quanto uehementius ab illis impelluntur. O mirandum Deo & angelis tale spectacu-  
lum, uidere scilicet sp̄iritum fragili & infirma carne uestitum debellare & uincere sp̄i-  
ritum nullō cātnis pondere prægrauatum: spirituali assuetum certamni naturali acu-  
mīne perspicuum, nec ullo locorū spacio inclusum. Ipse nūc est, qui præsumpsit anti-  
mī ceruicem erigere contra suum conditorem, & discere. Sedebo in monte testamenti  
in lateribus Aquilonis, & siā altissimo similis. Nunc autem in suæ opprobriū elati-  
onis à fragili superatur homunculo. Viros autem perfectos ad spiritualia assuetos  
certamina

**A** certamina, callide semper obseruat. Illis nāq̄ in lucis angelum transfigurāt se: & uitia  
sub uirtutum specie suadere continē nititur. Nam sub colore zeli furorem inserit: sub  
iustitiæ imagine crudelitatem: sub uelamine caritatis carnalem affectionem, sub p̄tex  
tu honoris Dei, priuatam laudem, & sub desiderio salutis animarum, p̄lationis offi-  
cium suadet: ut quæratur. Hortatur etiam ad p̄dicationes, ad secularium conuersatio-  
nem, & ad uirorum, mulierumq̄ indistinctam collocutionem: illud Apostoli comme-  
morans. Omnibus omnia factus sum: ut omnes lucrifaciam. In his omnibus latent frau-  
des, & inimicorum laquei formidabiles, quibus capiuntur qui carent prudentia, & ela-  
tum habent cor. O quot, qui siā inter astra nidos suos collocasse credebantur, occasio-  
ne fraternæ caritatis in lutum carnalis concupiscentiæ turpiter corruerunt. Quot tem-  
poribus nostris fuerunt, & sunt, qui tanquam ardentes lampades & mundi luminaria  
lucebant coram hominibus, paulatim ex frequenti secularium conuersatione & con-  
fabulatione tepefacti: ad pristina opera secularis uitæ miserabiliter redierunt. Quām  
**B** multos quotidie intueri possumus, qui donec in humili statu & sub obedientiæ dis-  
ciplina perstiterunt, in mentis puritate, cordis celitudine, & uirtutum perfectione se cu-  
stodierunt: sed post adeptam dignitatem, post assumptum pastorale officium, propter  
insuetos honores & nimias occupationes obliti quales fuerant, ad īma miserabiliter de-  
scenderunt. Apostolorum sanctorumq̄ opus est in p̄lationis dignitate humilita-  
tem, in secularium conuersatione mentis puritatem: in condescensione proximorum  
cordis seruare rectitudinem, & corporis castitatem. Ideo qui stat, uideat ne cadat: & qui  
ascendit, diligenter aspiciat quo ascendit. Verecundum nāq̄ coram hominibus, & deo  
odibile est, post ascensum descendere. Qui legit intelligat. In omnibus igitur insultibus  
spirituum immundorum, in cunctis temptationibus quibus Christi serui impugnantur,  
abīcere conentur propriam confidentiam, & diuinum non cessent flagitare auxilium:  
**C** Si enī sub Dei timore se strauerint, frequentauerint orationem, sui cordis cogitatio-  
nes obseruauerint, impetus animi sub rationis imperio subegerint, uirtutes acquirere  
studuerint, & pacem mentis possidere quæsierint: gaudeant quoniam cadere uix uale-  
bunt, tamen si ceciderint non collidentur: quoniam Dominus supponet uelociter ma-  
num, ut erigate eos.

Quod diabolus multoq̄ies ut instrumento uititur hominibus ad tentandum eos, qui in congregationibus degunt;  
& simpliciter atq; uirtuosè conuersantur: ut illos impellat ad casum. Cap. XIIII.

**D** Onsueuerunt ut plurimum homines quandoq; aliquod difficile aggredi-  
si sunt opus, quum ad id peragendum impares se uiribus senserint, mox ab a-  
miciis & domesticis subsidia quærerent: quatinus quæ propria nequeunt uit-  
tute perficere, alieno ualeant adiutorio. Hac malitiæ arte, hoc sagaci inge-  
nio, uti solet: humani generis antiquus hostis & seruorum Christi implacabilis inimi-  
cus. Quum enim ad debellandos & exercendos fidelium animos ex superna dispen-  
satione constitutus sit in hoc aereo & caliginoso loco, quibus ualeat modis & industria,  
eos tentare non desinit, ut decipiāt, & prosterneat. Apponit nanque incessanter calli-  
ditatis suæ uenena, quantum ei à Domino conceditur: sed non ad uota. Nam si ad  
decipiendos mortales plenam à Deo susciperet potestatem, prorsus non fieret salua o-  
mnis caro, nec quisquam reperioretur qui laqueos illius posset effugere. Diuina autē di-  
spensatione & pia agitur miseratione cum electis, ut nequaquam supra uires tententur:  
Quoties nāq̄ præualet aduersarius, & casui appropinquant: adest Dei clementia: atq̄  
fugatis hostibus, suis præsidia militibus subministrat. Ipsī etenim tanquā membris infir-  
mitantibus, ac debilibus in fide, spiritualia adhibet deuotionis nutrimenta, per quæ in ca-  
ritate crescāt, roborentur in spē: & fiant aptiores ad dimicandum. O mīra omni potētis bo-  
nitas, ô dei nostri inenarrabilis sapientia, qua caritate, quāue paterna teneritudine foues  
seruos tuos, q̄ simplici tibi corde famulant. Indefesso empietatis intuitu sup ipsorū uigi-  
las custodia, & immīnētē ruīnē periculo sub latissima alarū tuarū umbra, p̄tegas & defē-  
dis. Hoc in spū Propheta p̄fesserat, quū dicebat. Abscōdes eos in abscondito facie tūq̄  
à cōurbatiōe hominū: p̄teges eos in tabernaculo tuo à cōtradictiōe linguarū, & sp̄iri-  
tuū immūdorū. Quāuis aut̄ cælesti sup dei seruos diabolus sentiat adiutoriū, q̄q̄ nemis  
nē saluādorum de manib; dñi Iesu eripere ualeat, nō cessat tamē ipse malignus quin rō-  
tis

tis conatibus illis infestus sit, nunc per seipsum, nunc saepè per alios. Ideo ad tentandum humano utitur instrumento: potissimum aduersus eos, qui in monasterio & congregatiōne Deo militant. Hæc nanq̄ est fraus maxima, & ad cognoscendum difficultis. Hoe enim argumento primū hominem de loco deliciarū deiecit, expoliauit tunica immortalis, priuauit gratia: & obligauit ad mortem. Hac arte, apostolorum principem ad Christum negandum induxit. Hoc medio martyrum mentes emollire ac flectere curauit. Hoc instrumento cōplures superauit: quos dinumerare lōgum est. Prouide itaque in via Dei incedendum est: & prudenter inspiciendum, ne inſciamus pedes in tendicula inimicorum. Nec minus solerter elaborandum est: ne nos ipsi efficiamur laquei proximorū, atq̄ uices geramus dæmoniorū: quod in congregationib. Deo dicatis frequenter euenire consuevit. Quandocunq; enim quis in collegio degens, detractionibus uitam absentiū dilaniat: proculdubio diaboli minister est, & fraternæ cædis reus. Gladio nanq̄ detractionis suæ famam proximi, cui detrahit, occidit in corde audientium. Audi entes quoq; uulnerat detractionis sagitta, eosq; plurimum prouocat ad illius odium, de quo murmuratio sit. Propriam uero perimit animā, & à Dei gratia alienū se facit. O quā ferales laquei ad capiendas animas sunt labia detrahentium? A caritate excisum se fatetur, qui detractionibus assuetus est. Hæc etenim pestis, per quam caritatis uinculum disoluunt, à collegiis seruorum Dei omnino amouenda est. Deo quippe & fratribus odiabilis est omnis detractor. Qui diuinum cupit effugere iudiciū: murmurationis uerba nō proferat. Custodite uos ( inquit Sapiens ) à murmuratione, quia nihil prodest, & à detractione parcite lingua: quoniā obscurus sermo in uacuū non ibit. Impiū enim est detractioni accommodare os, quod diuinis laudib. deputatū est. Benedicte ( ait Apostolus ) nolite maledicere. Maledicus nanq̄ & detractor regnum Dei possidere non ualebunt. Fugienda itaq; sunt detractiones, ne ad odiū proximi prouocentur. Rarus quippe reperitur, qui aduersus suum detractorem silentium sibijspi uelit imponere. Rarior aut qui nullo odij rancore moueatur. Qui uero fratrem ut se diligit, erga aliū detractionis uerba nō loquitur, necq; loquentem libenter auscultat. Alio quoq; modo caritatē fraternā, & pacē simul conuuentiū, cunctorū inuētor malorū diabolus dirūpere conatur. Nam cōtentiones generare inter Christi seruos nō desinit. Est enim cōtentio ignita diaboli sagitta ad perdendas animas. O quanta iurgia, quanta odia ex cōtentiosis oriuntur sermonibus: O quoties ueritas occulta, & falsum pro uero defendit timore cōfusionis. Pessimū nanq̄ malū est cōtentioni uacare, per quā amicitiarū cōpago dissoluitur, & amorū dulce uinculū dissipat. Qui cōtentiosus existit, antiqui hostis in se immisiones admittit, diaboli ministeriū operat, dirūpit pacē, rixas cōcitat, parit odiū, furorē nutrit, denigrat honestatē, sapientiā perdit, rationē cōfundit, oculū mēris obnubilat, gratiā lumē repellit, fraternā dilectionē frāgit, & ipsam celestē in se occidit caritatē. Qui à cōtentiosis lingua cohabet, humilitatis amator est. Cōtentiosus uero & pertinax elatiō & superbia se plenū esse cōfitetur. Vt uictor appareat cōtentiosus, fratrem in publico cōsideret nō ueretur, & de fratribus opprobrio magnum se putat reportare triumphū. Veh qui de tali latetatu cōmercio, & qui garrulis clamorib. ueritatē conatur euertere. Hanc cōtentiosus rixam fugere hōrtatur Apostolus, quū dicit. Cōtentiones & pugnas uerborū deuīta, generant enim lites. Seruū Dei non oportet litigare, sed mansuetum esse, & cum modestia docentem eos qui resistunt. Consuevit etiam nonnunquam ipse nequam spiritus minus graues & timore Dei uacuos ad irrisiōnem commouere simplicium uerbo aut gestis, quatinus perturbet animarum puritatem simpliciter conuersantium, faciatq; illos simplicitate amissa omittere inchoatum bonum, aut perpetrare quod oderunt malum. Diabolicū est figmentum hoc, & prorsus caritati contrarium. Non enim interrogare debet quis, quod sibijspi uideatur intolerabile. Hoc naturae lex mandat, hoc caritatis Christi iura uolunt, ut illud proximo præbeatur: quod erga se quisq; fieri gauderet. Regale quippe mandatū est dilectio mutua, quæ omnem legis institutionē perficit, Q bona caritas, o proximorū laudanda æmulatio, quis tua potest referare præconias quis effectus atq; profectus tuos ad plenum magnificare ualeat? Tu Deum hominib. proprieū exhibuisti, tu semper tuū Dei uerbū induisti carnē, suspendistiq; in ligno: tu proximorū onera, & amicorū delicta æquanimiter toleras, tu locū tempusq; obseruas, ut pec-

tit.

*Sap. 1.*

*Rom. 2.*

*Tit. 3.*

A cata corrīgas. Exclamas exteriū cōtra delinquētes iustitiæ zelo, & gemis interius, atq; ardes dulcedine pietatis. Tu irridere nescis, & subsannare quempiam uehementer formidas. In proximo Christum semper uidere meditari, & fratrem tanquam te amare cōsueisti. Omnes astrictos tēnes indissolubili caritatis compagine. Quos potes hortaris, quibus uales auxilium impendis, debiles foues, inscios instruis, errantes reuocas, cadentes erigis, & pereunte defles. Nulli onerosa es, cunctis uero beneuola, amabilis, & iucunda. Nullum irritas, nullum confundis, nullum supplantas. Temporalem indigentibus præbes substantiam, si illam possides. Si ea cares, compateris pietatis affectu. Nemini nem à te uacuum abire permittis. Deo carum, angelis amabilem, hominibusq; uenerabilem reddis possessorem tui. Qui te habet, semper hilaris est, in prosperis humilis, in aduersis fortis, in periculis securus custoditur. Qui uero proximo suo contumelias & irrisiones irrogare non metuit, diaboli instrumentum & tuo indignū se facit contubernio. Seruum etenim tuum nulli congruit irridere, sed potius ut sit mansuetus, benignus, & pius. Est & alia tentatio ceteris periculosior, quam in cordibus seruorum Christi in congregatione uiuentium, & minus caute conuersantium, humani generis aduersarius ad exterminandam caritatem, concordiam, & mentis tranquillitatem disseminare non deſinit. Frequenter nanq; face æmulationis, & inuidiæ liuore quorundam accēdit animos contra aliquos collegij, simpliciter, humiliter, & solicite cōuersantes. Agitq; suis persuationibus, ut negligentibus intolerabilis sit uita bonorum. Nam repleti huiusmodi diabolica malignitate, & inuidiæ sagitta transfixi profectum fratrum suorum proprium uidicant detrimentum. Propterea instigante liuore detractionibus lingue habenas laxat, & uitam proximorum murmurationibus dilaniare non cessant, obseruant gressus, uerba discutiunt, & mores illorum quibus inuident, semper dijudicant. Eorum derogat de uotionibus, eorum uirtutibus lacessuntur, eorumq; bonis operibus affliguntur. Facile & pro minimo aduersus eos quos æmulantur, turbantur, nec spiritu liuoris agitati suū ualent cohibere uel dissimulare furorem. Non possunt pacifice loqui, sed mox ut uerba protulerint, feruere intrinsecus inchoant, forisq; contumeliosa uerba faculantur. Bonū illorum malum dicunt, sed uel utinam malum bonum. Insanabilis prorsus est istorū languor. Non enim placantur blanditijs, non mulcentur obsequijs, non rationibus acquiescent. Quin potius quemadmodum ignis accēditur additione lignorum, ita & horum passio augetur multiplicatione uirtutum. Hominibus insanabilis est hæc spiritualis infirmitas, deo autem nihil est impossibile. De eodē hoc uito sautiati fuere filij Iacob aduersus Ioseph, de quibus scriptum est. Oderant enim eum, nec quicquam ei pacifice loqui poterant. Nam quum ad illos properaret quadam die mansuete, & humaniter gratia directus à patre, ecce ( inquit ) somniator uenit, occidamus eum, & uidebimus quid ei prosint somnia sua. Fecissentq; inuidia instigante tam immane scelus, nisi dissuaseret Ruben. Veruntamen ipsi liuore bacchantes puerum Ismaelitis uendiderunt, atq; ueditiōis germani facti sunt noxiū. De hoc quoq; letali ueneno ex omni parte abundauerūt Iudæorum Sacerdotes & Pharisei contra dominum Iesum, de quibus in libro sapientiæ sic scriptum est. Circumueniamus iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidendum, quoniam dissimilis est alijs uita illius. Tanquam nugaces æstimatim sumus ab illo, & abstinet se à uis nostris, tanquam ab immunditijs. Contumelij et tormento interrogemus illum, & probemus patientiam eius, morte turpissima condemnemus eum. Hæc cogitauerunt, & errauerunt, excœcauit enim illos malitia eorū, & nescierunt sacramenta dei. De hoc inuidiæ mōrbo quum plenus est animus, sualioē dia boli non indiget. Ipse nanq; sibijspi laqueus & insidiator est. Qui autem ab hac pestifera tentatione liberari desiderat, proximum suum tanquam fratrem, tanquam cælestis regni cohæredem diligat, & complectatur intimis uisceribus caritatis. Caritas nāc uera, & fraterna dilectio huius tentationis, & ceterarum, quæ de proximo, aut erga proximū generantur, est interemprix mirifica, & docta triumphatrix. Hanc quicunque in ueritate possederit, non capietur à diabolo, non proximi detractor, non contentio-

fus, non irrisor, non inuidus esse ualebit.

Laur. Justin.

Gen. 37

Sap. 2.

Quod perniciōsum sit seruis Christi collegialiter uiuentibus ociū, quod magnopere deuitare debent plurimis fidationibus & exhortationibus, nec non qualiter illud declinare debent. Cap. X I I I I.

**I**luinum atq; naturale ius, necnon & humanæ leges clamant, ut cui plus dilectionis, humanitatis, & muneris elargitū est, tanto amplius exigatur ab eo, & tanto magis ingratitudinis uitio quisq; sit reus, quanto cōtra honorem, uolūtatem, & præcepta sui largitoris segnior, atq; proteruior extiterit. Propter hoc rationalis creatura, quæ præ ceteris nobilitate nāturæ, & gratuitis donis sublimata est, plus cunctis suo debet famulari cōditori. Debet quippe ipse homo infatigabiliter exercere se, quatenus ad cognitionem beneficiorum dei ualeat deuenire. Nunquam (si fas est) desinat excitare mentem, purgare affectum, præmonere fragilitatem, ut ad hoc attingat lumen. Contulit nanq; dei pietas hac de causa munera sua hominibus, ut ex ipsis spiritualē cōsequantur profectum. Per se ipsum nihil deo gratum potest homo agere, neq; suis uiribus, aut propria sufficiētia ualeat quis satisfacere creātori. Nisi enim deus gratis homini tribueret unde debita solueret, nunquam ad indulgētiām perueniret. Dedit autē ipsa diuina bonitas rationali creaturæ plura beneficia, per quæ facile ad dei ualeat ascendere cognitionem & dilectionem. Maxime etenim mortalium multitudini præbuit intellectus acumen, naturalium scientiam, fidei communio nem, sacramentorum participationem, & alia huiusmodi ueluti primicias quādam, ut per hæc præstantiora mereantur munera, si de his ingratī non sint. Sublimiora uero, & potiora quādam charismata aliquibus præstat, in quibus ei complacet propalare latissimam suā mirificā caritatis gratiam ad eruditionem & excitationem illorum, qui nondum talia percipere digni habiti sunt. Sed nullus est, qui de dei excellētissima diffidere debeat largitatem. Nunquam enim ipsius minūtūr thesauri, tepeſcit amor, dormitat prouidentia, sapientia errat, & misericordia ociatur. Absq; personarum acceptione semper se diffundit pro captu & meritis singulorum, ita ut nemo reperiatur, qui multarū sit expertus cælestium gratiarum. Excellentius tamen & dulcior seruis suis, qui iugo ipsius substrauere colla, se communicat. His etenim sicut ceteris sublimiora accipiunt dona, ita maiora debita cumulantur. Ideo tum pro debito obedientia, tum pro recompensatiōe singularium gratiarum, tum etiam pro mera dilectione illius, à quo se diligē extēstimo donorum non ignorant, debent huiusmodi insatiabiliter pro honore dei, pro salute animarum, pro augmento uirtutū laborare, neq; tædio, aut fatigatione lassescere ab expletione cælestium mandatorum. Vitio nanq; ingratitudinis obnoxius habendus est, quisquis magna percipiens minima negligit adimplere. Quum enim quotidie ac continuo diuina clementia se suorum mentibus seruorum propalare & diffundere non desinat, ut illos euigilet, erudiat, repleat, & attollat, quomodo ipsi absq; maximo propriæ salutis periculo tabescere præ ignavia, & à dei lege uel modicum declinare ualebit. Cordis quippe hebetudo, paruitas desiderij, querimonia laborum, corporis quies, mentis dissipatio, & præsentis uitæ amor, ingratæ animæ indicia manifesta sunt. Super omnia uero temporis amissio absq; ulla interioris & exterioris hominis exercitatione. Hoc enim modo ociali, deo & hominibus odibilem reddit. A tali nanq; torpore & ocio cū eti cauere debent, & potissimum serui dei. Nam mens quæ sic ociatur, de se emittere nō cessat inutiles cogitationes terrenas, & pernicioſas. Si ipsius desideria qualia sint discutiantur, prorsus carnalia & sine sensu esse noscentur. Nil mundum, nil deo gratum ueratur in illa, sed (proh dolor) consumit in se rōrem cælestis gratiæ, supernæq; benedictiōnis desiccat fontem. Tempus enim quod illi misericorditer ad detergendum delicta, ad promerendam gratiam, ad adipiscendam ueniā, ad beatam uitam possidendam concessum est, totum dissipat, amittit, & paruipendit. Donum nanq; tam preciosum prō filio dicit, & tanquam irrationale animal sine sensu pro luto commutat aurum, gaudium pro dolore, temporale pro æterno. Non præsentia cogitat lucra, non damna metuit imminentia, non futura præuidet bona. O si mentis oculo diligenter prospicerent extēnum diem, & horam ultimam. O si temporis preciositatem considerare non negligērent. Nulla quippe hora, nullumq; temporis momentum pertransit, in quo non ualeat quisquis æternas sibi congregare diuitias, & immensos lucrari honores. Nā donec spiritus mortali corpori copulatus est, donec suprema dies aduenit, & mors præsentis uitæ ter-

A terminum intercidit merendi facultas à deo homini donata est. At ubi finis uitiandi adest, pariter & promerendi gratia aufertur. Quantum cunctq; enim sanctitate homo dū ad huc in carne dedit, ornatus extiterit, quamuis multiplicita sua merita cumulauerit, nil suorum post hanc uitam augere potest gratiæ meritorū. Propterea donec dies est, que adusq; acceptabile tempus instat ad promerendum, operib. bonis, & misericordiæ actib. uacandum est, ne superueniente noctis caligine repete anima trahat de corporis carcerre absq; ulla spe ueniae, unde scriptum est. Quod cunctq; potest manus tua, instanter opera re, dum uiuis, quia neq; ratio, neq; scientia est apud inferos, quo tu properas. Nō prætermittendum est uel breuissimum præsentis temporis spatium sine spirituali fructu. Nam tēpus seminandi nunc est, colligendi uero post hanc peregrinationē. Pro ut unusquisq; seminauerit, metet. Si in carne seminauerit, corruptionē metet, si in spiritu, uitā æternā. Carnalis aut̄ homo hēc considerare negligit, dūmodo in hoc seculo floreat, quid futurū sit cogitare non curat. Existimat se stare stabiliter, & tēporali cæcatus felicitate nō intellegit, quod semper ad nō esse festinat. Indesinēter etenim fluunt tēpora, & succendentib. sibi spatijs tanq; torrens inundans resoluūtur in nihilum, dilabunt sine ulla mora, ita ut quum esse cōperint, raptim transeant ut non sint. Adeo nāq; præteritis futura succedit, ut presentiū nō appareat locus. Suo nēpe cursu, suaq; uelocitate mouet omnia tēpus. Eo aut̄ discurrente uniuersam secū trahit in hoc exilio positā creaturā, defectus ipsius ceteris rebus finē immittit, ita ut hāc ipsius legē nemo sit, qui possit euadere. Hoc clamāt præteritē generationes, hoc desolata regna, hoc urbes euerse, hoc collapsa mœnia, hoc ipsa quotidiana experientia protestat. Animaduerte igit̄ o serue dei ociose, o quisquis es, qui ad dei seruitiū positus negligēter dies tuos peragis, quia decurrēte tpe pariter tu quoq; iero appropinquas. Quū uero extremus aderit dies, quū suprema mortis hora te de corpore exire cōpellet, tunc (& utinā non serō) cognosces quanti æstimare debueras preteritū quod absq; ullo spirituali profectu inaniter cōsumplisti tēpus. Recogitabis ipsa hora transactos annos tuos in amaritudine animæ tuæ. Taliq; consideratione cruciabant

C interiora tua, atq; indicibili poena dāni dilaniabit cortuum, qm uno fine, & æquali cōdictione defecerunt tibi peccati delectatio, peccādi facultas, & tēpus pœnitentiā agendi. Non erit qui de te tā laborioso ualeat liberare cōflictu, neq; qui uel unius horæ spatiū tibi possit indulgere ad tuorū satisfactionē delictorū. Nō scientia diu studiose acquisita, non facultates per multa tēpora congregatae, non amicorū propinquorūq; solatia, & lacrymæ te ab examine iusti iudicis eripere ualebūt. Frustra tūc de professiōe regulari, de habitu sanctitatis, & de mortalitū opinione tibi applaudes. Hēc etenim potissimum cōtrate clamabunt, hæc aduersum te testificabunt. Quis nāq; ignorat, quod status sublimior, habitus religiosior, gratia singularis sanctiore exigunt uitā, et conuersationē excellētior rem. Quid reprehēsione dignius, q; ornamēta sumptuose regalia, & in lutosis operib. tota die uersati. Bellica quippe arripiisse arma, & ad præliū recusare accedere propter meū, ualde ridiculosum est. Non tñ minus uituperabile est mundo solo corpore & hominum aspectib. renunciāſſe, atq; in monasterio ociosam ducere uitā. Cōsidera o serue ne quā, piger, & ociose, quod in stadio certaminis positus es. Oportet em te pugnare, alioquin miserabiliter occideris. Omnis tibi fuga interdicta est, & pugnādi indicta necessitas. Non aut̄ putas te esse securū, quia ad monasteriū confugisti. Quid (oro te) prodest æquoris euasisse procellas, marisq; pertransisse pericula, & in portu præ negligētia periclitari. Multi nanq; pereunt securitate. Pericula quippe hominē (ut plurimū circumspēctum, uigilantē, sollicitum, & robustum faciunt, securitas uero dormitantē, lentū imprudentē, & remissum. Sed donec uiget fames, donec uiuit caro, donec diabolus insidiatur, noli esse securus. Vbiq; laquei, ubiq; bella, undiq; pericula, undiq; tentationes. In solitudine in foris, in domib. in congregationib. in monasterijs non desunt pugnatores, & pugnæ. Quocunq; pergis o piger, reperies inimicos. Mundus hic insidijs plenus est. Nullum locum, nullum tēpus inuenies, in quo ualeas esse securus. Siue enim dormias, siue uigiles, uel comedas, uel ieūnes, te ut impugnet, obseruat aduersarius. Quū legis, quū oras, quum proximo ministras, quum manib. operaris, expedit, ut lucteris, ne cadas. Si fugis in secretum cellulæ tuæ, si cum proximis cōuersaris, si aliquantulum fragilitati carnis indulges, adeſt diabolus. Quomodo igit̄ potes in medio tot periculorū, tam crudi-

Laur. Iustin.

o 2 delium

delium inimicorum, & tantarum insidiarum constitutus securus esse. Ocio sum nanc̄te, intuens aduersarius irruit repente super te, & nullo illi renidente vinculis suae malignitatis te tenet astrictum ducit te, quod uult. Esto aut̄ quod diabolus desinat impugnare, nonne consideras, qd tu tibi acerrimus es persecutor. Attēde (oro te) cōcupiscētias procreat̄ in carne, innatas necessitates, & inueteratas consuetudines, cōtra quas euaginatum semper oportet ut teneas gladium spiritus, & tunc q̄ sollicitus esse debeas, facile cōsidērabis. Si ad animæ languores, ad passiones uitiorum, ad hebetudinē mētis, ad desideriorum seculi lenocinia, & ad inutilium noxiarum cogitationum innumerabilem exercitum accommodabis intellectum, pene desperabis etiam fortiter luctando posse euadere. Quanto magis autem ociose uiuendo. Quod si nec temporis decursus infatigabilis, nec pericula præsentis uitæ, & insidiantium dira rabies, nec propriæ infirmitatis grauis sarcina, & implacabilis inimicus operarium te efficiunt, uel saltem pudeat te cæteris laborantib. creaturis, ociari. Omnia nanc̄ q̄ omnipotens creauit siue in celo siue in terra, iniunctū sibi à deo exhibent ministerium. Et tu ō tepide qui angelicā uitā ducere crederis, qui sanctitatis habitum induis, qui cælestia gaudia contemplari debes, qui laborib. pauperum & eleemosynis egenorum sustentaris, uis esse ociosus. Suspice cælum, & so- lis, ac lunæ, stellarumq̄ infatigabilem cursum contemplare. Terræ arbusta, herbarū germina, cælorum uolatilia, terrarum reptilia, aquarum pisces, & omnium genera iumentorum quadrupedum & serpentium diligenter attende. Et si qua uideris ab ingenita lege naturæ, uel ab imposito conditoris ordine aliquātulum declinare, atq̄ ab incepto actu in ullo desisterē edicito. Hęc omnia coram uniuersitatis dño aduersum te testimonium dicent. Nihil enim de operib. naturæ ociosum reperies, & tu solus uis ab opere uacare, qui plus cæteris ex debito iustitiae astringeris dei mandata seruare. Cōsidera quoq̄ ō piger, qd in ipsa cælorum militia, & angelorum innumerabilis exercitus à suo propter qd conditi sunt, nō cessant opere. Nā milia milium ministrant æterno deo, & immortali sc̄culorum regi, suoq̄ famulant imperio, & tuo inferiunt profectui. Decies uero cētēna milia eidem assistunt sine ullo proculdubio tēporis interuallo laudis sacrificium offerentes. Putas ne quod dñs deus te de duris seculi eduxerit laborib. & de oneroso cōmercio mundi in maligno positi liberauit, ut in clauistro ocio tabescas. O ingrate piger, an ignoras, quod agrorum cultores, artifices mœchanici, terræ negotiatores, populorum iudices, prouinciarum duces, gentium reges, omneq̄ genus humanū utriusq; sexus & cuius cūq; conditionis si prudēter attendit, ad tuum sunt quoquomodo deputati obsequiū. Quare hęc cōsiderare negligis. Cur illis laborantib. & tibi ministrantib. tu dies tuos inutiliter transis. Vt quid manum sub axilla tenens maximā uitæ partem ociose cōsumis. Proh pudor, quotidie sedes per monasterij claustra, per angulos domus uaniloquia tractando, scurrilia sectando, & inutilia, atq̄ perniciofa cogitando. Discurris huc illue, nunc clamitando, nunc ridendo, nunc curiosa, nunc ociosa peragendo. Non aduertis ō miser, quod inertia tua, & infructuosa conuersatio sc̄adalum generat fratrib. tuis pro te laborantib. Memento dñm dixisse. Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspendat mola asinaria in collo eius, & demergat in profundum maris. Remissius tibi fuisse quisquis talis es, si in operibus hominum, si in mundi huius negocijs omni tempore uitæ tuae desudasses pro uescendo pane, q̄ in clauistro posuit, & militiae Christi ascriptū ociose, & absq; uirtutis exercitio dies tuos finire. Seruus nanc̄ piger qui nullum de talēto accepto reportauit lucrum, & à dño expoliatus ac reprobatus est, huic præfatae sententiæ testimonium perhibet. Isto etenim exemplo omniū hominum, & præcipue sibi famulantium uoluit dñs damnare ocium. Proinde diuinæ uocis oraculo eruditus ō ociose tuam expelle pigritiam, mentē excute, & singula corporis membra ab hac letali peste redimere stude. Nol̄ de honestate statum tuum, quoniam angelicus est. Supra naturam, supra humanas uires, præter cōmunem hominum usum est uocatio tua. Talis igitur sit cōuersatio tua, qualis congruit ordinī & professioni, cui militare elegisti. Sentiant quoq̄ sentiant orationum tuarum fructum, qui purgant in igne, & qui in camino tribulationis constituti sunt, ac etiam quotquot ipsarum suffragia seu supplicando, seu eleemosynas erogando flagitarunt à te. & difficiliter insuper & cuncti te aspicientes de tua modestia & sollicita exercitatione, trahant uniuersi qui aspersi sunt.

Matt. 18

- A sunt lumine supernæ gratiæ ab odore sanctitatis tuae, quatenus imitatiōe tui, & ipsi spreto seculi luxu, & terrena substantia Christi fideles efficiantur discipuli. Gaudeat omnes cives cælestis Hierusalem super te, & de tua laudabili conuersatione, & infatigabili prōptitudinē dignas gratiarum actiones, & excelsa præconia persoluant omnipotēti deo, qui quum uult, de puluere eleuat egenum, & de stercore pauperē, ut sedere eum faciat cum principibus, atq̄ tenere solium gloriae. Lætetur quoq̄ anima tua pro acceptis munierib. & pro augmento spiritualium donorū, quæ perceptura est. Nam iuxta dñi sententiā omni habenti desiderium proficiendi dabitur facultas, & abundabit diuitijs celestib. ei autē qui non habet, etiam id modicum religiositatē quod uidetur habere, aufere tur ab eo. Noli (precor) te tātis fraudare bonis spiritualib. per ocium & inertiam. Neque uelis omnes priuare electos gratia caritatis, qui laudabilem actuum tuorum ex cōtubernio dilectionis efficiunt participes. Exultent angeli, & cōgratulenf regnantes cū Christo, utpote in suum qnq̄ te recepturi consortium. Hoc nanc̄ facile ass̄queris, si uiriliter, B & perseveranter oēm à te propulsaueris torporem, atq̄ si semper aut interiorius, aut exteriorius in aliquo uirtutis exercitio fueris occupatus. Habeto tñ tecū duos coadiutores ueraces, unum à dextris, & alterum à sinistris quorum stimulis inde sinenter agitatus occū fugias, & ad perfectionis arcem ascendere non tepecas. A sinistris habebis timore pœnæ, à dextris uero dei amorem, & beatitudinis desiderium. Vt aut̄ timere ualeas, iugiter memorare ineuitabilem mortis necessitatē, ipsius incertum eventum, horrendū chaos, ignis inextinguibilis ardorem, & inferni æternum uāh. Sed ut amoris delectabilem gustum in te excitare possis, ne cesses cogitare dñi Iesu invidicibilem caritatē erga te, actualē dei prouidentiam, supernæ felicitatis concupiscibilē gloriam, sanctorum omnium communem lætitiam, & beatorum spiritum omnium delectabilium abundantiam. His cogitationib. alternatis suo loco & tempore fugatur ocium, tepr expellitur, negligētia abigitur, amor accenditur, calor excitatur, mens erigitur, animi alacritas resumit, & bene operandi insuperabilis uigor roboratur. Hęc nanc̄ omnia dei seruo ad perfectiōrem tendenti necessaria sunt. Nam tanto uniusquisq; in dei seruitio fit promptior, quanto timore & amore fuerit locupletior.

Quod serui Christi cum magno affectu diligere debent silentij uirtutem, & lingue lapsum toto posse uitare, per quem maxima animæ oriuntur detimenta, & in quibus occupare se debeant sermonibus, qui domino placere appetunt. Cap. X V.



- Vm terreni reges & gentium principes urbium suarum possessores pacificieri appetunt, hac prudētia & huiusmodi ingenij calliditate utuntur, ut uidelicet de ciuitatibus amoueant, & condemnent quotquot sui principatus suspectos habēt, ac sua dominationi aduersarios effici posse formidat, quatenus ablatis seditionis fautorib. tute & absq; metu ualeant dominari. Consuevit quoq; doctus agricola uomere radicitus sentes ex agro diuellere, ne forte si reuiuiscerent, & denuo germinaret, seminatae segetis immaturum præfocarent fructū. Sic quilibet Christi seruus, sic quisquis animi sui inordinatis motibus pacifice principati desiderat, & spirituale fructum deo amabilem ex agro interioris, exteriorisq; hominē nō proferre cupit, agere non desistat. Studeat nanc̄ solerter abdicare à se oēm cordis suifictam & coinquinatam intentionem & affectionem, atq̄ suppressione pernicioſum & inordinatum usum membrorum corporalium, ut segregata & sopita per uirtutis habitudinem, & continentia magisterium utriusq; hominis carnali & uitiosa consuetudine, deo pacifice, & suauiter uacare queat dominatrix anima, atq̄ per laudabilia spiritualis exercitationis opera fructum ex se ualeat ubere producere iustitiae. Habent quippe cūcta corporis membra actuum suorum reprehensibiles motus, habēt spiritui aduersantes in solitasq; concupiscentias, de quibus innumerabilita generantur delicta, quæ nisi disciplinæ rigore diligenter conculcentur, graue animæ pōdus inferunt, miserabilemq; ruinā. Quis etenim oculorum sine prohibitione uane & curioſe circumspicientium, ualeat hū mano sermone narrare concupiscentias, quās hauriunt ab exteriorib. & letaliter transmittunt ad cor. Quis tantā pollet prouidentia, & tātē custodiae sui munitus est clypeo, ut à telis concupiscentiarum oculorum liber existat. Ab ipsis enim dominandi amor, in dumentorum fastus, mortali elatio, diuitiarum cupiditas, domorum, agrorum, & haberi-

Laur. Justin.

O 3 di

di inordinatus procreatur affectus. Adulteria, fornicatioes, furtum, homicidia, uite huius  
illecebrosus amor, & cuncta alia uitiorum genera ab his fomentum accipiunt. Quis  
aurum, narium, manuum, pedumque, aliorumque membrorum corporis, humana potest  
reserare facundia quanta sint peccata, & enormia, & deo detestabilia. Hæc namque quia  
inexplicabilia sunt, melius silentio quam calamo traduntur. Præ omnibus autem alijs lingua  
membrum diuturna & mala depravatum consuetudine perniciens operatur. Est quippe  
modicum membrum (ut ait Iacobus Apostolus) & magna exaltans. Ignis quoque est  
uniuersitas iniquitatis. Nam lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum  
corpus, & inflammat rotam natuitatis inflammatam à gehenna. Omnis etenim natura be-  
stiarum, & quadrupedum, & serpentium, & cæterorum domantur, & domita sunt à na-  
tura humana, linguam autem nullus domare potest. Inquietum namque est malum plena  
mortifero ueneno. De ipsa uero tanquam de suo fonte indesinenter emanant hi iniquitatibus  
riuali, scilicet iuramentum, periurium, blasphemiam, contra deum murmuratio, proximi  
detractio, adulatio, mendacium, maledictio, infamatio, contumelio, impugnatio ueritatis  
agnitæ, discordie seminatio, proditio, falsum testimonium, derisio, contradicatio obedi-  
tia, vaniloquium, multiloquium, stultiloquium, turpiloquium, uerborum curiositas, ia-  
ctantia, peccatorum defensio, rixa, risus, lenocinium, & alij multi. Hæc autem omnia so-  
la taciturnitatis censura declinantur. Qui uero silentium neglit, sciatis se peccatorum me-  
moratos laqueos prorsus uitare non posse. Nihil enim ita incongruū homini deo famu-  
lanti, & ad perfectionem tendenti reperitur, sicut effrænata lingua nullo considerationis  
moderamine religata, quæ omnem metitatem dissipat & occidit. Ideo qui deo ua-  
care, & inhærere elegit, hanc regat, hanc refrænet, hanc sub rationis dñi subigere co-  
netur. Est namque ianua per quam læpe diabolus ingreditur ad cor, & per quam patet omnis  
interioris hominis status. Vbi enim cōposita est lingua, ibi nil potest esse occultum. Hæc si  
moderetur, reddit hominem moribus ornatum, mente tranquillum, conscientia sine-  
cum, & cunctis amabilem. Nemo sapiens, qui uerborum suorum pondus non discernit,  
existimandus est. Præterea proferantur diligenter examinanda sunt uerba, quum enim in  
discussa emittantur, sine reprehensione esse uix possunt. Prout suggerit animus, impru-  
dens loquitur. Qui uero deo placere cupit, taciturnus erit. Non est autem sapientia ue-  
rus amator, qui procaciter loquitur. Pacifica autem mens cultrix dei, & uirtutum ama-  
trix, atque in oratione pure ardenterque domino astare desiderans prouida gubernatione  
intra claustra silentij cohibet linguam. Nil enim sic dissoluit mentem, compunctionem  
dissipat, confusionem adducit, denigrat honestatem, et interioris gustus dulcedinem te-  
pefacit, sicut inanis, & presumptuosa loquacitas. Obmutui (ait Propheta) et humiliatus  
sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Propter hoc concaluit cor meum intra  
me, & in meditatione mea exardescet ignis. Nam quemadmodum ignis quanto magis  
in unum colligitur, tanto amplius nutritur, & flamas euaporans sursum impetuofus  
erumpit, ita & mens, quum diutius intra se commorata fuerit, & ardenter per amoris in-  
tendum urit in se, & per desiderium eleuatur in deum. Sed si tunc uerba quædam pro-  
tulerit, tota ignita, sapientia nectare condita, ueritatis splendore irradiata, & diuinarum  
laudum suauitate plena erunt. Sic matrem domini gloriosem egisse legitur. Non post spi-  
ritualem & angelicam salutationem, post uerbi ineffabilem ex se incarnationem, post de-  
sideriorum humilium ardorem, & innumerabilium gratiarum exhibitam deo actionem,  
post Helisabeth tacitam salutationem, tanquam plenissimum uas odorantorum cælestium  
in se nimia ardens caritate, quum os sanctissimum aperire coepit, eructauit cantorum  
illud eximum, canticum æternis iubilationib. plenum, & sacramentis multis refertum,  
& ait. Magnificat anima mea dñm, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo, &c.  
Nec mirum. Nam tacentes & orantes dñs ut plurimum uisitare dignatur. Non autem tan-  
tu deuotione uisitat, sed etiam sapientia imbuit, & discretione erudit, ut scient quid eos  
oporteat loqui. Hoc namque in Christi discipulis præcessisse nouimus. Ante enim Christi  
resurrectionem eosdem rudes ingenio, literis inexpertos, mente timidos, carnales sen-  
su, & diuinæ legis ignaros fuisse cognoscimus. At ubi dñs cælos ascendit, postquam in silentio  
orationi uacare coeperunt, spiritus sanctus super illos descendit abunde, omniumque  
linguarum scientiam, omnium dogmatum disciplinam ipsius tribuere dignatus est. Tan-  
to

A to quoque verbi dei simbre, tanta fortitudine & spirituali intellectu eorum corda repleteuit, psal. 18  
ut breui temporis spacio in omnem terram exiret sonus prædicatiōis eorum, & in fines  
orbis terræ uerba eorum audirentur. Hoc etenim exemplo posteros spiritus Iesu doce-  
re uoluit, ut nemo publice loqui audeat, nisi prius in secreto cordis silentio per oratiōis  
studium instruatur ab ipso. Ezechiel quoque propheta anteque prædicationis officium su-  
meret, reuelationum mysteria uidit, & dñm audiuist ad se loquentem uerba hæc: Fili ho-  
minis omnes sermones meos, quos loquar ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis ag-  
di, & uade, ingredere ad transmigrationē, ad filios Israel, & loqueris ad eos, & dices eis:  
Hæc dicit dominus deus, &c. Propterea quicunque sapientia uerba utiliter farī desiderat, Ezch. 3  
in silentio prius discat intus, quod postmodum uiua uoce foris loquatur. Re quippe ue-  
ra nullus scit fructuose loqui, qui ignorat prudenter tacere. Taciturnitas tamenque bene lo-  
quendi principium est. Nec quenamque mouere debet sane intelligentem, quod per Hiero-  
miam prophetam dicitur. Væ mihi, quia tacui. In persona enim hoc loquitur prælator  
B rum animas regentium, quibus omnino silentium interdictum, ad quos dñs per Esaiam  
dicit. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocē tuam, & annuncia populo meo scelerā eo-  
rum, & domui Iacob peccata eorum. Graui itaque criminis reos se esse cognoscāt, atque ini-  
genti supplicio plectendos esse non dubitent, qui pastorale officium habētes subiectō  
rum delicta corrigerē dissimulant, & zelo fraternali caritatis frigidī nullo exhortationis  
uerbo eos ab erroris tenebris reuocare conantur. Tales propheticus sermo redarguit,  
quum ait. Canes muti non ualentes latrare. Nam quemadmodum latratibus canum lu-  
pi à gregibus arcentur ouium, ita clamoribus prædicatorum maligni spiritus, & uitia fu-  
gantur à cōuentu populorum. Nemo igitur præsumat pastorale onus assumere, qui idō  
neus non sit ad alios docendos uerbis, uel moribus, & uita ædificādos, qui autem aliter  
audebit, caueat ne pereat. Vnde sicut rectoribus animarum omnino congruit alios ad-  
monere, ne per ignorantiam deuient, & per negligētiā ab incepto proposito tepe-  
scant, ita sub obedientia præsidentium, & monasterij disciplina politis prorsus cōuenit  
C silentium, ne aut præsumant, aut proximis scandalum ingerant. Pone (inquit Propheta  
in persona talium) ô domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis, ut  
non declines os meum in uerba malitiæ. Nec ab re, hæc Propheta sanctus orādo posce-  
bat à domino. Sciebat enim quod effrenata lingua nullo temperantiae freno religata, fa-  
cile in detractionis & contentionis sermonem dilabitur, atque ex hoc toti congregatio-  
ni scandalum efficitur, & pacificis mentibus tanquam ignis deuorās. Ab hac ergo peleite in-  
consideratæ locutionis, & à damnabili consuetudine garrulæ loquacitatis sumopere  
immunes sint, quotquot sub obedientia in monasterio deo militare statuerunt. Discant  
quando & quomodo debeant proferre sermonem. Silentij etenim uirtus hæc est non  
semper tacere, sed illa sola quæ loqui non licet. Hanc namque discretionis regulam multæ  
ignorantes graui ter delinquunt. Quidam enim ipsorum extremo se restringunt silentio,  
& solam taciturnitatem uirtutem esse putant. Tacet utilia proferre ihs, quibus prodesse  
ualerent, & interdum necessaria proximis interrogantibus respondere negligunt. Hu-  
iusmodi quippe discretione carētes proximis scandali occasionē præbent, & libi plisi in-  
sidiantes efficiuntur, dum proximorum mentem & fraternali caritatē, quæ silentio  
maior est, offendunt, & grauem in se excitant luctam iudicando, & condemnando lo-  
quentes. Alij quoque reperiuntur, qui ideo tacent, quia loqui non audent, aut nesciunt. Ta-  
les tamen cogitationum tumultus patiuntur in corde, & intus absque cessatione loquun-  
tur, atque nullo respondentē rixas agunt, clamores ingeminant, iudicia uersant, interrogant,  
opprobria inferunt, & amplius quam uociferantes in foro silentij censuram dilaniant.  
De his scriptum est. Labia dolosa in corde, & corde locuti sunt. Nemo istorum sibi silen-  
tij uirtutem arroget, nullus talium de sua sibi applaudat taciturnitate. Cuncti namque pru-  
dentiae lumen non habentes in suis decipiuntur cogitationibus. Regium etenim silentij iter patefacit sanctus Propheta, quum dicit in psalmo. Dixi custodiā uias meas, ut  
non delinquam in lingua mea. Non ut raceam (inquit) sed ut non delinquam. Fugiant  
igitur omnes domino Iesu placere cupientes extreum silentium. Fugiant quoque o-  
ciosa, contentiosa, detractoria, inhonesta, adulatoria, & pompatica uerba, & secun-  
dum Apostoli sententiam ipsorum sermo, semper in gratia sit sale conditus, ita ut col. 4  
valeat

ualeat ædificare audientes. In omni loco & tempore adhibeāt ori custodiam, & præcipue quū humanitatis gratia simul congregantur. Tunc nil indiscretum proferant, sed quod ædificet, loquant. Sic enim sanctos patres uirtutū sectatores, zelatores sc̄i animarū olim egisse legitur. Statutis quippe dieb. e proprijs egredientes cellulis utilitatis causa cōueniebant in unum. Eo itaq; tempore nihil reprehensibile audiebat in eos. Non extollentia, non murmurationis, non irritationis uerba sonabant, sed totum quod dicebat, animæ cibus erat, unde spiritualis nutrīebatur sensus. Ibi modesta locutio, uilis habitus, humiliis conuersatio, lacrymarum effusio, cōpunctionis & dilectionis gemitus relucebat. Nec quisq; sine spirituali profectu inde discedebat, quia omnes propter cōmūne & priuatam utilitatem conueniebant. Iuxta ipsorum laudabile propositum dei clemētia mirabiliter operabatur in singulis. Sed heu hodie nō sic. Nam rarus intenit, qui ædificationis uerbum possit pronunciare. Rarior aut qui ex operandi desiderio ad audiendum sit auidus. Frigescere nanc̄ spiritu, & ab interna exercitatione cessante deficiunt, qui cōuenire in unum cupiāt, & utilia, quæ proferant uerba. Quod absq; seruorū Christi ignominia nō fit. Videmus nēpe agricultores quum in unum coadunant, repente & sine tādio de ijs, quæ agriculturæ sunt, sermocinari. Artifices mœchanici de artificijs suis, mercatores de mercimonij, oratores de suis facultatib. confabulari. Et (proh dolor) soli dei serui quæ proprio congruunt statui audire uel loqui non curant, aut ignorant. Si tñ cōueniant simul, ut plurimum tacent propria & utilia, & de alienis proloquuntur negotijs. Quum uana audiunt, & scurrilia loquuntur, intenti sunt, quum uero spiritualia, cito fatigantur, & persæpe miserabiliter merguntur somno. Sicut enim olim filij Israel de Aegypto egressi cælicum mannae cibum fastidientes concupierūt ollas carnium, pepones & allia, ita & hi dei uerbum, animarū pabulū dulcissimum subsannantes, quæ mundi sunt, interdū uotis cupiunt, sermocinationib. uero sapissime pertractant. De talib. aut nequaquam tam frequenter fabularent, nisi in ipsorum amore detinerent. Commorantur etenim in pascuis uarentib. & resident iuxta fluenta plenissima, & tñ fame tabescunt, ac siti perclitan. Expellunt à suo cōsortio sanctos angelos, ipsumq; dñm angelorū suis ad irā pro uocat inanib. uerbis. Nō enim ipsorum cōtib. deleat̄ totius sanctitatis dñs. Vbi uero humiles congregantur simul, ubi utilia pro animabus, ubi spiritualia & cælestia tractantur, ibi adeat dñs. Vbi nanc̄ fuerint duo uel tres in nomine meo congregati ( ait dñs Iesus ) in medio eorum ego sum. Quantum autem dño placeant, qui diuina proferunt eloquia, & q̄ gratanter cum eisdem conuersetur, post resurrectionem patēter declarare dignatus est. Cum duob. quippe discipulis pergentib. in Emaum, & colloquentib. de ijs quæ acciderant de eo, & ipse tertius comes effectus est cum illis cōfabulans, & incedens. In medio simplicium habitat dñs, & cum ipsis sermocinatur. Vbi uero detractiones & nūgæ fiunt, abest. Neq; enim particeps peccatorum esse potest saluator noster. Quomo do autem approbare ualebit, quod idem minatus est iudicare. De omni, inquit, uerbo ocioso quodcūq; locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Nam si exigeretur ratio de ociosis sermonib. quid de irrisorijs, mendacib. murmuratorijs, & huiusmodi, qui omnino seruis Christi non congruunt. Sunt tamen multa uerba, quæ in se ridicula & uana esse uidentur, quæ interdum prudenter & opportuno dicuntur tempore, uel H pro propria subleuanda fragilitate, uel proximorum amouenda tristitia. Hæc nempe talia ab infirmis mentibus nequam redarguenda sunt, quia ociosa non sunt. Plerique huiusmodi magis fructificant, q̄ spiritualia & diuina. Non autem in consuetudinem deducenda sunt sub intentione subductoria, sed raro suo loco & tempore pronuncianda. Iac. 3 Laude nanc̄ dignissimus est, qui intentione non decipitur simulata. Qui uero nō offendit in uerbo, ille perfectus est uir. Studeant ergo Christi serui, quum in unum congregantur, & inuicem reperiuntur, semper de rebus necessarijs, uel de animæ profectib. habere seruonē. Maximā nanc̄ & indeficientē loquendi materiam inuenient, si de miseria præsentis uitæ, de periculis huius peregrinationis, de varijs temptationum generib. de diaboli fraudibus, & de uitiorum difformitate, de uirtutum ornamenti & meritis, de mortis ineuitabili necessitate, de pœnis inferni, de regno dei, & præmio paradisi, frequētius uero de dei ineffabili caritate humano generi per Christū & in Christo exhibita. De huiusmodi aut tā pro dei amore & dilectione, q̄ p audietū ædificatione & suum pfectu dei serui

A serui tractare non desinant spiritualibus spiritualia propinates. Deat uero unicuiq; primum uerbi pabulum iuxta personarum qualitatem, & temporum. Nemo autē de ignorantia excusare se ualeat, quum dominus per Prophetam dicat. Aperi os tuum, & implebo illud. Quod patenter in se Dauid completum fuisse testatur, quum dicit. Os meum aperui, & attraxi sp̄ritum. Non enim tam cōposita uerba, & humanæ scientiæ eloqua tia ornata, quām ignita, & puro prolatâ corde approbat dominus. Sicut duo uiduæ pauperulæ minuta grata effecit saluator, ita uirtutem tribuet euangelizanti simpliciter. Absq; spirituali nanc̄ fructu esse non potest, quicquid de fonte producit caritatis, quia non scientem, sed amantem diligit omnipotens.

Quod Christi seruus conari debet à se abijcere superabundantem tristitiam, que multorum malorum, & precipue desperationis causa existit. Et secundum deum quum delinquit, dolere studeat. Semper autem in domino iuxta Apostoli sententiam gaudere disponat. Cap. X V I.

Phil. 4

B  Vnctis ad montium altitudinem, & ad sublimum celitudinem collum ascendere desiderantib. duo potissimum necessaria esse noscuntur. Ut uidelicet deponant omne temporalium onus, quo grauantur, & excutiant à se animi pusillanimitatem, & patiēdi metum, qui utiq; oritur ex assumpto laboriosi, & difficilis ascensus proposito. Altero nanc̄ horum deficiente quum intolerabilis sentiatur itineris labor, aut uix, aut nunq; attinget quo tenditur. Sic sic prorsus expedire fatendū est ijs, qui arduū perfectionis iter aggressi sunt, & sub obedientiæ agone in monasterijs decertare pro dño elegerunt. In iplorum etenim conuersationis exordio non negligant à se abijcere omnem terrenarum rerum peritū faculatatem, & proprię uoluntatis deprimens & importabile pondus, atq; pusillanimitatis patiendi pro Christo, & tristitiae grauē sarcinā, ne forte huiusmodi fatigati pressuris cōpellantur ex tādio diuturni itineris ab arrepto languere proposito. Hec nanc̄ si adsint, plurimum degenerare faciunt Christi militem pergentem ad pugnā. Nec de talibus uictoria speranda est, quum in ipso ingressu certaminis succumbant, & sibi ipsiis impugnatores existant. Propterea quicunq; uolucrī cursu, & indubitanti animo ad fastigium anhelat perfectionis ascendere, sp̄ritis temporalibus diuitijs, & propria abdicata uoluntate nudus nudum crucifixum imitari non desinat. Sua eroget, seipsum pro Christo uendat, ut lāta fronte, & mente libera coram domino semper ualeat apparere, nec hoc solo contentus sit commercio, sed aliud æque necessarium possidere festinet. Summo enim cum studio de proprio corde propulsare non differat animi pusillanimitatem, internam conseruentem fortitudinem, & ignauiam sp̄ritus, mentis uigorem extinguensem, atq; coris tristitiam, quæ animam sibi cōfederatam iugiter desperationis mucrone confodit. Pes sima quippe pestis est, irrationalis & superabundans tristitia, quæ omnem prorsus admittit proficiēdi fiduciam. Ipsa uero prostrata magnum post se trahit spei solatium. Desiccatio autem fonte internæ spei illico tota mens deuotione arescit, tabescit ignavia, dormitat præ tādio, tristitia opprimitur, tentationib. agitatur, desperatione confunditur, cogitationum confusione colliditur, affectionis dulcedine priuatur, pauore replet, animi uigore spoliatur, tenebris inuoluitur, lumine spirituali spoliatur, formatæ fidei iucunditate caret, caritatis pabulo iejuna iacet, presentia mala omnino pati recusat, & exterma præmia obtinere nō sperat. Sicq; ad omne spirituale studiū inutilis effecta sibi ipsi immensam lapsum foueam subministrat. Quoniam autē nil tam indignum dei seruo cognoscitur, q̄ à gustu spei diuina deficere, & tristitia tabe seipsum confundere, caueant quotquot deo placere desiderat, ne prosterant ab illa. Ipsam manu sancti desiderij, & dulcedine spiritualis gaudij abigat à domicilio mētis, atq; toto conamitie caritatis uisce ra obtinere satagat. Quod si aliquā permittente dño, aut ex fragilitate propriā, aut impulsu temptationū delinquent, tristentur quidē, sed mēsurate, sed humaniter, sed scienter, sed confidenter. Quantumcunq; enim cadant, quāuis spiritu tepeſcāt, nunq; tñ amittere debet orandi fiduciā, nunq; carere debet spe resurgendi. Desperatio nanc̄ in minimis etiā detestanda est. Hac qui percussus est, a uenia alienus est. Ideo astute antiquus hostis uigilat, ut ipsum immittat in animam, & per eam delinquēti obstruat aditum accedēdi ad deum & exorandi. Ipso autē clauso facile committitur omne scelus. O quoties sub speie boni, & sub imagine sanctæ compunctionis inexpertos, & ad spirituale certamen indo-

D ditate caret, caritatis pabulo iejuna iacet, presentia mala omnino pati recusat, & exterma præmia obtinere nō sperat. Sicq; ad omne spirituale studiū inutilis effecta sibi ipsi immensam lapsum foueam subministrat. Quoniam autē nil tam indignum dei seruo cognoscitur, q̄ à gustu spei diuina deficere, & tristitia tabe seipsum confundere, caueant quotquot deo placere desiderat, ne prosterant ab illa. Ipsam manu sancti desiderij, & dulcedine spiritualis gaudij abigat à domicilio mētis, atq; toto conamitie caritatis uisce ra obtinere satagat. Quod si aliquā permittente dño, aut ex fragilitate propriā, aut impulsu temptationū delinquent, tristentur quidē, sed mēsurate, sed humaniter, sed scienter, sed confidenter. Quantumcunq; enim cadant, quāuis spiritu tepeſcāt, nunq; tñ amittere debet orandi fiduciā, nunq; carere debet spe resurgendi. Desperatio nanc̄ in minimis etiā detestanda est. Hac qui percussus est, a uenia alienus est. Ideo astute antiquus hostis uigilat, ut ipsum immittat in animam, & per eam delinquēti obstruat aditum accedēdi ad deum & exorandi. Ipso autē clauso facile committitur omne scelus. O quoties sub speie boni, & sub imagine sanctæ compunctionis inexpertos, & ad spirituale certamen indo-

inductos iudicat diabolus, & occidit. Latenter namque inuenit occasionem intrandi ad ipsum. rum cor, & tandem angelus lucis suadere conatur huiusmodi redire ad se, & humilitatis causa suorum diligenter considerare sarcinam peccatorum. Hoc ipsis minus caute peragetur. idem aduersarius paulatim aggregat dolorum, aggrauat delictum, accedit tristitia, & auferit spem. Nec prius hi insidiatoris calliditatem agnoscunt, quod in foueam ruant desperatiois. Re etenim uera pusillanimis, iracundis, & spiritu tristitiae assuetis ualde perniciosa est propria consideratio, & frequens lapsus. Ex his namque abuidans tristitia & desperatio generant, quae omnia anima & robur extingunt. Erudita uero menses & interna gnara pugne nequaquam sic prosternit. Mox etenim ut ex immoderata se sentit agitari tristitia, erigit se contra se, pondus pensat delicti proprii misericordiam sui cogitat conditoris, & redemptoris mortem, quam pro delinquentibus pertulit, rememorare non cessat. Suam quoque fragilitatem humiliiter proponit ante dominum, emittit suspicia, lacrymas ubertim fundit, processus ingeminat, & se satisfacutram esse fiducialiter protestat. Nec ante ab oratione surgit, quod deum erga se intelligat esse placatum, atque in corde suscipiat obtentae ueniæ riotissimum signum. Ex hoc quippe sit, ut quanto saepius spiritualis homo hac irrationabili pulsatur tristitia, tanto uehemetius animet ad uitutes, roboret in spe, alacritate replet, illustre tur cognitione, & dei caritate dilatetur. Nec immerito. Confueuit enim superna clemencia animam de se sperantem, & de sua humiliter largitate presumenter protegere, & suis spiritualibus donis uisitare, quatenus experimento manifestet, quod uerum sit, quod dei spiritus

**Psal. 33** tu exuberans canit Propheta dicens. Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestra non confundentur. Nam semper praesto est caelestis maiestas latissimo suæ caritatis mellifluæ gremio souere ad se accedentes, credentes, presumentes, amantes. Propterea si uina quisquis propitiæ cupit habere munificentiam, ad ipsam accedat credendo, & de ipsa presumat amando. Nam plenus amore & timore capit, & potius deuotio & morte mulcetur. Non enim mortititia, sed dilectione peccata soluuntur, Paulo attestante

**1. Pet. 4** qui ait. Caritas operit multitudinem peccatorum. Vulneribus autem peccatorum prebeat deus antidotum caritatis. Semper namque omnipotenti deo magis complacuit amari, quam timeri.

**Exod. 20** In ueteri quippe lege primum ac singulare mandatum posuit dilectionis dicens. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, &c. In novo autem testamento, in quo incarnata sapientia dedit in capite platearum uocem suam, quid saepius mandat, quid dulcior suadet quod dilectio. Omnis ipsis sermo dilectione miscetur, omnis actio, omnis promissio redolet caritatem. Computrescere quippe fecit ipse Saluator iugum a facie olei. Dedit legem, modum docuit, & prebeat formam caritatis. Misit denique hunc sanctum ignem in terram, ut arderet, ut corda sursum attolleret, ut celum reseraret, ut rubiginem peccatorum consumaret, ut reformaret mores, ut pessimas consuetudines aboleret, ut fugaret uitia, ut uitutes insereret, ut congregaret errantes, ut pacificaret discordes, ut reconciliaret aueros, ut prohibaret debiles, ut recipiat penitentes, ut deum homini, & hominem deo indissolubilis amoris vinculo copularet. Numquid tanta amoris uis non ualebit cor hominis infirmitatibus?

prægrauatus expergesfacere, atque a pusillanimitate spiritus liberare. Nunquid poterit uel minimus in corde uestigium in mente remanere post tantum considerationem insignium gratiarum. Velut enim quidam rapidissimus turbo, & tandem uelocissimus torres inundati aqua. Hoc exterminat de humano corde tristitia diuinæ gustus caritatis. Non habet locum in corde, ubi sancta caritas posuit habitaculum. Augmentum caritatis tristitia diminutio est. Certum namque est, quod deus deprimentem non approbat tristitia, quoniam tantis preconis extollit caritatem. Sane autem intelligendum est, quia non oem deus reprobat tristitia, sed solu illa, quae caritati aduersa. Nā secundum deum tristitia penitentia in salutem stabiliter operatur. Hec nequaquam caritati contraria est, immo plenissima caritate. Dolet quippe amas & moreres, quia amor offensus est. Non tristat propter se, sed propter eum cuius contempsit imperium, cuius pretergressus est mandatum. Tristat in qua quoniam delinquit, ut satisfaciat dilecto, ut reuocet illum ad se, quem propter culpam a se declinasse cognoscit. Dolore enim in corde sumit tamquam legitimam amorem indicium. Ideo tamdiu gemit, quod diu reuocat dilectum. Mox autem ut persentit ipsis fragilitatem, statim ut illum ad cordis sui habitaculum appropiare per internam intelligit aspirationem, cunctum quem prius conceperat, abiicit in corde, se humiliat, se iucundum facit, ut lasta facie occurrat uenienti. De talibus dicit dominus. Beati qui lugent propter offendit,

aut

**A**ut sponsi absentiam, quoniam ipsius potentia consolabuntur. Hoc namque paucorum est. Illorum solum est, qui solido amoris utuntur cibo, & exercitatos habent sensus ad discretionem boni & malorum. Consultius igitur securiusque lactis dulcedo devotionis, & spiritus laetitia in via dei potius quam tristitia pro communius usu capienda est, præcipue quoniam humanæ fragilitati, & teneritudini spiritus singulare adminiculum sit ipsa interna deuotio, arduum namque quoniam sit homini crucem suam tollere, & Christum sequi, carnem edicare uigilijs, iejunis macerare, atterere laboribus, in carcere monasterij recludere, cibi delicias denegare, aqua potu sicuti restringere, atque carnalium sensuum curiositatē superprimere, qua nū iucundius secundum carnem in hac uita gustari potest. Nam omne hominum genus, ut plurimum delectationem capitur a sensuum lenocinio, quos refrenare debent, qui deo strenue cupiunt militare, iuxta quod scriptum est. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum uitij & concupiscentijs. Dignum est ut tatus labor spirituali aliquo temperetur leuamine. In alio quoque spirituali conflictu constitutus Christi miles ne succumbat, necesse est, ut spirituali laetitia ad toleratiā animetur. Ad exercitationem namque spiritus permittuntur a deo tentationes uariæ, acerrimæ, & assidue mentis hebetudines, insensibilitates cordis, dubietates fidei, spiritus blasphemiae, pusillanimitates, & quamplurima similia, que experti norunt. In hoc spirituali martyrio quoniam reluctatur Christi seruus, ne succumbat, uterque homo, caro scilicet & spiritus crucifigetur, & nisi diuina uitute, humana in tali conflictu infirmitas roboraretur, proculdubio deficeret. Præbet autem præsidium domini misericordia homini sic oppreso, nunc hostem repellendo, nunc uitutem fortiter resistendi praestando, nunc dolores & flagella mitigando, nunc gustum internam pacis infundendo, nūc celitudinem immensitatemque aeterni premij uictoribus repromissi lumine quadam ineffabili patefaciendo. Sicque spiritus sapientiae de regalibus sedibus spirans in corde affliti quando uult, & quomodo uult, eundem ab instanti pressura respirare facit. Nam quamvis dei pietas homini iusto flagellato opem misericorditer ferat, licet neminem electorum diuina clementia supra

**C**id, quod potest, tentari permittat, faciens cum temptatione prouehendum, debent tamen ipsi concessu uti adiutorio propriæ rationis, & naturali prudenter, quatenus facilius possint laboriosum huius peregrinationis peragere iter. Nil enim in natura arbitrandum est deum fecisse ociosum. Ratione quippe dominus insigniuit hominem praeceteris creaturis, quae morantur in terra, ut ea ueteretur pro instrumento uitutis, & pro solatio laborum, quos in hac peregrinatione passurus erat. Proinde prudentissimum censemur est, & deo gratum, si dei seruus pondere misericordiam carnis prægrauatus, concupiscentiarum aculeis creberime uulneratus, ignorantiae & imbecillitatis propriæ langore depresso, & a dæmonibus tentatus, ab hominibus lacessitus, curis temporalium occupatus, & a uisibilium uoluptatibus illectus, interdum humanæ capiat auxilium laetitia, atque deo suo semper in spiritus exultatione seruire contendat, maxime quoniam ad hoc diuina exhortatione permoueat, dicente Propheta. Iubilate deo omnis terra, seruite domino in laetitia, introite in conspectu eius in exultatione. Nemini autem in hac uita constituto sic congruit gaudere, sicut Christi famulis regi caelesti militantibus, qui adoptionis spiritu recipientes, tandem electionis uasa diuino cultui mancipati sunt. Cui enim angelorum consortium, celorum possessionem, dei uisio, & caelestis repromissi gloria, debet indubitate cordis laetitia. Peccatori uero cui gehena, inferni cruciatus, horribilis demonum aspectus, et aeterna mors preparata est, incessabilis esse debet, pluuius lacrymarum, inenarrabilis gemitus, & cordis inconsolabilis in corde. Gemat igitur peccatores, & tristent, atque sine interuallo lugeant quod passuri sunt. Currunt namque extreto collo, & infatigabiliter ad sempiternum pergit exitium. Latent autem & exultent oes Christo famulantes non inaniter, non carnaliter, sed in spiritu, non in seculo, sed in domino, qui sua eos propria uitute uocavit & gratia. Tu itaque o serue Christi, tu (inquit) qui ex miserationis dei dono ad monasticam uocatus es conuersationem, depone cunctum animi tui in corde, & omnem tristitiam te deprimetem, & in domino gaude semper, qui de te coenosu seculi naufragio, & mundi oneroso discrimine assumere, & in loco uoluptatis, securitatis, & pacis collocare dispositus. Te etenim de tenebris delictorum in admirabile lumen gratiae suæ uocare, te a sorribus uitiorum abluere, te annulo formatae fidei subarrare, te collegio sanctorum suorum aggregare, te assidue per spiritua-

les

**D**icitur igitur peccatores, & tristent, atque sine interuallo lugeant quod passuri sunt. Currunt namque extreto collo, & infatigabiliter ad sempiternum pergit exitium. Latent autem & exultent oes Christo famulantes non inaniter, non carnaliter, sed in spiritu, non in seculo, sed in domino, qui sua eos propria uitute uocavit & gratia. Tu itaque o serue Christi, tu (inquit) qui ex miserationis dei dono ad monasticam uocatus es conuersationem, depone cunctum animi tui in corde, & omnem tristitiam te deprimetem, & in domino gaude semper, qui de te coenosu seculi naufragio, & mundi oneroso discrimine assumere, & in loco uoluptatis, securitatis, & pacis collocare dispositus. Te etenim de tenebris delictorum in admirabile lumen gratiae suæ uocare, te a sorribus uitiorum abluere, te annulo formatae fidei subarrare, te collegio sanctorum suorum aggregare, te assidue per spiritua-

Iles consolationes uisitare, te in ministrum suæ laudis eligere, tibi incerta & occultas sapientiae suæ reuelare, tibi sacramentorum coelestium sacrosancta mysteria committere, tibi iudicariam dignitatem & uitam æternam promittere, sua ineffabili bonitate dignatus est. Tibi iterum dico qui talis es, gaudie in domino, ut illi alacrius et ardentius ualeas famulari, ut per dilatationem iucundissimæ caritatis expeditius mandatorum eius uiam currere queas, ut sacrificium laudis & fragrantiam uotorum tuorum purius illi offere ualeas, ut per iugem gratiarum actionem, & ignitum cordis amore in amabiliorum teili exhibeas. Pro his causis secure & indubitanter gaudie. Sic tamen age, ut modestia tua nota sit omnibus hominibus, atq; percipiāt ex uerbis, ex facie, ex moribus te semper in domino gaudere. Sint uerba sancta & sapientie sale condita, sit facies hilaris sine sensu curiositate, sint mores graues, compositi, & modestia pleni. Si sic eris, facile cunctis suis debis, quod uere in domino gaudias. Non sic autem, non sic apud eos, qui gaudent, sed non in domino. Esto igitur talis, ut merito cum Propheta iucunda cordis iubilatione cantare ualeas, & dicere. Ego autem in domino gaudabo, & exultabo in deo Iesu meo.

*Abac. 3 Quales esse debeant, qui diuinis intersunt laudibus, & deo psallunt, & quod plurimum congaudeant sancti angeli in alacritate psallentium. Nec non & de angelorum dignitate, atq; de gloria celestis Hierusalem.*

Cap. XVII.

**N**ortalium regum ministri, & terrenis imperatoribus famulantes quotiescunq; suorum se præbent aspectibus dominorum, cunctas quas uel in vestibus, uel in facie gerunt sordes, diluere studiose conatur, ne quid in ipsis incompositum, aut indecorum appareat, quod oculis principis despiciabile uideatur. Dignum quippe est, ut quicquid sordescit, quicquid deformest, amoueat à se, quatenus aspectus illorum alliciant, quibus placere concupiscunt. Capitur etenim animus plerunq; ex ornatu & speciositate creaturarum. Hanc regulā, huc quoq; morem solerter custodire debent omnes æterno regi militantes. Illis namq; congruit ita exteriorem habitum, corporis gressus, morum actus, animæ cogitatus, animorumq; affectus componere, ut nūl in eis reprehensibile cognoscatur, pro quo rationabiliter repellantur à præsentia redemptoris. Delectatur prorsus dominus Iesus in gravi te uitæ, in cordium puritate, & in perfectione uirtutum seruorum suorum. Si enim cum tanto studio, & tanta sedulitate temporales homines ministros cupiunt habere formos, morigeratos, prudentes, & nobiles, quantomagis seculorum regi immortali, & invisibili, cui soli honor & gloria exhibenda est, conuenit sibi astantes habere ornatos uitutibus, & omnium motum elegantia. Propterea angelicam conuersationem tenent, quotquot cælesti domino gratissimum desiderant exhibere famulatum. Magni nempe periculires est sordescentes, impudicos, criminososq; audere diuinis astare a spiritibus, & spirituales deo promere iubilations. Non enim speciosa laus est in ore peccatoris. Sanctos rectosq; decet collaudatio. Proinde Christi serui qui die noctuq; in ecclesia dei excubias celebrant, qui septies in die laudes proferunt creatori, studeant labia habere impolluta, corpora casta, & immaculata corda, ut iucunda, grata, decoraq; sit ipsorum laudatio. Vnde priusquam in templum domini intrent, ante quā domino assistant, & diuinis erumpant in laudes, toto conamine, & quadam animi uirtute de suis cordi bus, atq; de memoriæ domicilio abiijant omnem terrenam occupationem, & labentem affectionem, ita ut (si dicere fas sit, & possibile agere) solo spiritu ingrediantur. Reuocare quippe non negligant cunctam animi sui intentionem, & omnem cordis sui dispersionem in unum, ut sibi ipsi dicant. Venite exultemus domino, iubilemus deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Magnum namq; adiutorium & efficax incitamentum ad pure diuinam laudem promendam est, quum cor reddit ad se, & diligenter intelligit quid acturum sit. Nam quicunq; absq; præmeditata intentione cantica profert cælestia, facile uagatur mente, & elongatur à se, atque admittit immunda phantasmatæ. Itaq; qui cupiunt strenue spirituales persoluere lades, & psalmodiæ sacrificium deo pure offerre, se repræsentent coram dei tribunali, & ipsum in spiritu præsentem habeant, uti est, nihilq; inter se & eum habere uelint, sed tanquam amicus cum amico colloquantur domino. Est enim psalmodia quædā dei ad hominem, atq; hominis ad deum dulcis, læta, & familiaris allocutio, que immensas in seco

Psal. 32

litiones. Non enim deus in seco

**A**finet delectationes. Ideo indignum est, ut quandiu anima cum Deo sermocinatur, alio se diuertat. Intendere debet omnino illi, qui intendit sibi: & omnia uerba sacri carminis suspensa debet audire mente, tanquam si ipsi soli essent prolata. Quod autem uoce clamat, concordet sensu, seleçtæ coaptet intellectui scripturarum. Nihil uero de ihs quæ foris sunt, illo beato tempore cogitet, nihil appetat, sed sola ei sufficiat præsentia redemptoris. Quicquid enim tunc importunè ex impulsione dæmonum, aut ex propria fragilitate in corde obortum fuerit: mox manu sancti desiderij arceatur procul, ne sacrosanctum contaminetur Dei sacrificium. Sic namq; olim sanctissimus patriarcha Abraham quum victimas Deo offerret, egisse legitur. Nam quum in hora holocausti aues celi teterimæ arrumperent, ut carnes diriperent, magno caritatis zelo, & per uigili cura eas ab altari abigebat: ut quod mundum mundo obtulerat corde, totum sine macula aduloret holocaustum. O quām longè distant studia nostra ab huius sensu vigilantia! O quot nostris laudum sacrificijs intersunt rapaces uolucres aeris huius caliginosi, ut ea foedent illusio-

**B**nibus plurimis! Ipsas autem nequaquam abigimus, sed tāquam & insensati, & sine corde: cunctis earum suggestionibus aurem præbemus. Multimode namq; maligni spiritus obseruat, ut rapiant psallentium corda ab intentione diuinæ laudis. Nunc enim obscurorum uoluptuosorumq; phantasmatum fœtorem immittunt, ut psalmodiæ suave polluant sacrificium. Nunc uerba diripiunt, & intercidunt carmina, quum oscitare importune, aut insensibiliter dormitare faciunt. Nunc omnium membrorum ingerunt lassitudinem, ita ut nulla corporis pars illæsa esse uideatur. Omnis quippe mora tunc intollerabilis sentitur, hoc totum spiritu acidæ operante in homine negligente. Nunc mentes psallentium terrena negocia, & secularia gesta ingerendo distrahit, atq; per abrupta & deuia noxiarum & inutilium cogitationum impellentes animum: totam dissipant laudis oblationem. Et (proh dolor) quum ita callide seducat, uix reperitur, qui hoc intelligat, & uincat. O quām ſēpe qui diuinis occupantur in laudibus, solo assistunt corpore, & tanquam garrulæ aues sine interiori sensu emitunt uerba. De talibus per Prophetam dominus dicit: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lōgē est à me:

Matt. 15

O quoties tædio præuagata mens ab omni gusto cælestium cantionum ieuna pertransit. Loquitur, & ignorat cui, clamat uoce, nec seipsam intelligit, nec percipit, quid dicat. Nam totaliter extra se euecta, atq; uelut amens effecta aduersum se Deum prouocat uehementer. Numquid huiuscmodi sacrificio honorificatur Deus? Numquid polluta laude effertur diuina maiestas? Corda quippe non corpora, gustum mentis, non solum uocis, affectum animi, non linguae motum requirit omnipotens. Hoc Citharœda sanctus Dei spiritu plenus persenserat, quum dicebat: Psallite Deo nostro, psallite, psallite regi nostro, psallite sapienter. Sapienter utiq; dicit esse psallendum: ut quod pronunciatur per os, ruminetur in mente. Vnde Apostolus idem sapienter dicit: Psallam spiritu, psallam & mente. Nec immerito. Nam quicquid in psalmis resonat, quicquid profertur, spiritus sancti sententia est. Sancti enim prophetæ cœlitus imbuti, & diuinitus afflati sancta cantica considerunt. Vnde non loquenti, sed intus reuelanti ascribenda sunt. Habet quoq;

Psal. 46

**D**sub uelamine literæ, & sub uerborum cortice mirabiles ueritates, & iucunda mysteria, atque arcana sacramenta, quæ meditationibus ac cogitationibus tanquam granum de paleis excutienda sunt, & tanquam suave uinum de racemis exprimenda. Sic namq; ad lucem ueritatis prolata intellectui placent, & cordis palato dulciter sapiunt. Hac edocetus experientia Prophetæ canit, dicens: Quām dulcia fauibus meis eloquia tua super mel ori meo? Indignum nempe est, ut tam suauissimus cibus absq; attritione indulgentia glutiatitur. Proinde diuina carmina attenta sunt intentione ruminanda, atq; alacritate spiritus pronuncianda, alioquin psalmodia ualde onerosa erit: quoniam omne quod sine gusto agitur deuotionis, operanti laboriosum est: præcipue tamen diuini officij de cantatio, quæ corpori cunctam subtrahit uoluptatem. Deficiente etenim in psalmodia interna delectatione, & nihil existere in ea, quod carnales mulceat sensus: omnino fatigatur qui psallit, & mente, corpore; ac uoce languere dignoscitur. Vox namq; remissa tempore diuinæ laudis arentis cordis signum notissimum est. Quæ uero in sensu cordis & iucunditate uocis prolata sunt cantica, animo dulciter sapiunt, auribus sonora sunt, angelis sunt amabilia, atq; ipsi Deo suauissimum redolent laudis odorem. In modula-

Psal. 118

1. Cor. 14

Laur. Iustin.

P tione

tione autem psalmorum cor à lingua non discrepet, ne repellatur quod petitur. Inexaudibiles namq; efficiuntur, que in diuinis laudibus aguntur orationes: quando qui postulant, ignorant quid petunt. Vt autem exaudiantur, intelligendæ sunt: ut uero intelligantur, cogitandum est cui offeruntur. Vt autem per cogitationem agnoscat, cui prece offeruntur: ipsius opera inuestiganda sunt, quæ ex earum excellentia prædicant creaturæ deitatem. Vnde scriptum est per quendam: A magnitudine speciei creaturarum facile creator agnoscitur. In præsentia itaq; tantæ maiestatis iucunda laus exhibenda est. Propterea Psalmographus ait: lubilate domino omnis terra: cantate, & exultate, & psallite: Psallite domino in cithara, in cithara, & uoce psalmi, in tubis ductilibus, & uoce tubæ cornæ. Lubilate in conspectu regis domini. Non segnis, neq; remissa laus in auribus domini sabaoth, delectabiliter sonat: sed repellitur, & fastidit. Ab ipsis quoq; sanctis angelis, qui coram cœlorū rege solennes indeclinenter exercent excubias, & promunt laudes cœlestiū cantionū, toties abijciuntur, quoties negligenter pronunciantur. Hi etenim superni ciues & sancta agmina interlunt choris laudantiū, exultatq; in laudibus psallentium; si tamē distincte, si attente, si uigilāter, si ardēter, si cōcorditer, si humiliter dicātur. Discurrūt namq; inter illos: utpote ipso rū cōciues, & cōsortes regni. Comprimūt & immundorum spirituum impetus, nec eos sœuire patiuntur tanquā fideles custodes. Nunc ascendūt, nūc descendūt semper ad illorū profectū. Vbiq; uero alacres sunt, ubiq; festiūt, ubiq; solliciti, ne diuina interrupatur laus, ne cœlestia cantica maculētur. At si uel ad momentum tepeſcar affectus, distrahatur animus, aut dormitet oculus: illico indignatūt oscitantes, & nō inuenientes quid offerant, suam mox præsentiam subtrahunt. Veretūdum igitur & ualde pernicioſum est in cōspectu tantorum principum irreuerēter psallere, uerba intercidere, inutiles cogitationes tractare, & corde torpescere. O si præsentiam suam propalare ualerent: ô si quantum congaudeant de puritate alacriter psallentium, eis liceret ostēdere: prorsus omnis torpor abscederer, omnisch; ignauia fugaretur. Venustus namq; aspectus, & suavis ipsorum affatus, cunctam animi depellūt tristitiam, atq; indicibilē intuentibus cōferunt iucunditatē. Rutilant enim immortalitatis cando. Reueſti, nec minus fulgēt caritatis diademate redimiti. Toti decori sunt, toti affabiles, toti deiformes. Pulchritudine quippe incōparabiles sunt, atq; fortitudine inuincibiles. Si illorū exquiratur sapiētia, sciunt omnia, quæ scienda sunt: si eorū gloria cōtempletur, omnem prorsus transcendent humanū intellectum. Nam siue eleuentur per admirationis contemplationē supra se, siue per sui custodiā firmentur in se, siue per dilectionē proximi descendant sub se: Dei semper uisione fruuntur, Dei delicijs pascūt, Dei dulcedine inebriantur. Celebritas enim illorum nullo clauditur fine, nullo euentu variatur, nullis momentis interrumpitur. Vinculis namq; perfectæ caritatis astricti, nulla ualent ratione ab amplexibus conditoris diuelli. Veneremur itaq; dilectissimi, quum in ecclesiâ Dei psallimus, quum in diuinis occupamur laudibus, cœli ciues, & sanctos angelos. Veneremur, inquam, senatores supernæ Hierusalem, & cum ipsis pure, alacriter, & solemniter semper in corde, ac iugiter ore domino decantemus. Inde corum ualde est præsentibus angelorum cœtibus psallere negligēter, atq; uerba sacri carminis arido corde promere. Proinde in diuinis officijs ardeat affectus, clamet uox, uigilent oculi, & uita concordet, ut merito dicere ualeamus: In conspectu angelorum psallam tibi Deus meus, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo domine. Quid autē sublimius in hac peregrinatione celebrari potest, quam pari consortio angelorū in Dei laudibus occupari? Quid dulcius, quid uerius suauius cogitari potest, quam in terra agere, quod sanctorum cōciues, & beata cœlorū agmina in excelsis perficiunt? His beatissimis spiritibus sine interuallo, nobis autem certis temporibus huic tam strenuo operi uacare licet: quia illi res uelata facie: nos autē sub specie per fidem, & in ænigmate Dei gloriam contemplamur. Illi nempe tanquam triumphantis ecclesiæ duces honoratissimi & Deo præsentes, proras, ignitas, immensasq; summae maiestati offerunt laudes: nos autē pusilli, & debiles, atq; corporis sarcina pregrauiati, & peregrinantes à domino, mixtis interpollatisq; laudibus efferrimus conditorem. Si tamen & illis & nobis una laudandi intentio, par uotum, equa uoluntas, quāuis dispar sit laus & gloria. Erimus autem quandoq; etiā nos iuxta dominum pollicitonē sanctis angelis similes: quādo dominus Iesus tradiderit regnum Deo, & p. 15

A tri, atq; euacauerit omnem principatum, & uirtutem. Tunc enim videbimus eum sicuti est: tunc laudabimus perfectè, amabimus ardenter, uocabimus actualiter, inhærebimur totaliter. Erit namq; tunc Deus omnia in omnibus. Nam nihil in nobis à laude cefabit. Erit enim rationi Dei sapientia, plenitudo lucis: erit affectioni Dei bonitas & clementia, multitudo pacis, & superabundantia dilectionis: erit memorie Dei mira essentia & maiestas, continuatio fruitionis. Erit quippe tunc in cœlesti gloria lœta societas, concors uoluntas, communis felicitas, sempiterna libertas, secura tranquillitas, indubibilis honestas, plena pax, uera dilectio, mutuus amor, una gloria, eadem mansio, & imperturbabile regnum. O quam dilecta sunt tabernacula tua domine uirtutum. En super flumina Babylonis sedens seruus tuus clamat anxiè, pulsat assidue, concupiscit affectuose, dolet dulciter, suspirat iugiter: dum fidei oculo intuetur regem in decoro, assidentium laudes, lætantium choros, epulas conuiuantium, ministrantium uota. Ardēt

1 Cor. 2, 5.

B nanque affectus, & humiliiter dicit non sine admirationis gaudio: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Sed heu me, quoniam incolatus meus prolongatus est: quoniam in loco horroris, in corpore mortali, in ignorantia tenebris obuolutus sum: factusq; sum alienus ab ih̄s, qui ineffabiliter diuinam laudant magnificetiam. Propterea absq; ulla cessatione (si dominus dederit) in toto corde meo, & cum omnibus præcordijs desideriorum meorum clamare non desinam, & dicere: O quādo ueniam, & apparebo ante faciem tuam! Ecce seruus tuus cupit uidere te, nec ualeat, conatur, nec apprehendit. Spe namq; nutritur, fide roboratur, dilectione tenetur, atenteq; præstolatur; donec fiat uox de firmamento, & de throno Dei, & dicat: Veni electa mea, egressore de ergastulo carnis, & de medio laqueorum: intra in gaudium domini tui. Concupiui speciem tuam, mihiq; complacuit tibi dare regnum electis paratum ab origine mundi, ut mecum regnes in secula, & feliciter uivas in æternum.

Psal. 8, 5.

C Quod in creaturis laudabilis Deus appareat, precipue in humana creatura iustificata. Et de bono orationis. Et qualiter orantes se habere debeant ante orationem. De multijugo ascensiū in Deum per orationis exercitium.

D De uarijs insulib; quos patiuntur orantes, & de ipsorum remedijis. Atq; de modo orandi, & tempore. Nec non de ipsis orationis effectibus, & laudibus. Cap. XVIII.

N in institutione uniuersi innumeras creaturarum species. Deum procreasse: atq; earum singulis iuxta proprias naturas uaria dedisse loca ad habitandum: prout sua sapientia quibusq; congruere iudicauit, perspicuum est. Iumentis enim tanquam tardioribus, ac minus puris terram habitabilem cōcessit. Aliibus autem ueluti puritate, & corporis agilitate, atq; alarum remigio amplius decoratis, purius ac nobilius aeris elemētum tribuit. Stellas uero longe cæteris insensatis, & irrationabilibus creaturis excellentiores: sicut perpetua operandi uirtute, lumenis fulgore ornauit: ita in eminentiori cœlorum regione, scilicet in firmamento collocauit. Angelis autē in natura dignioribus, in specie pulcrioribus, in intellectus acumine perspicacioribus, in uirtute poterioribus, in gratia locupletioribus, in meritis sublimioribus cunctis alijs creaturis: empyreum tradidit cœlum ad habitandum: non ut in illo circunscribantur, sed ut illud orment. Singulis itaq; creaturis diuina bonitas sua dona impertita est secundum qualitatem naturarum, potiora potioribus communicando: & ita unicuiq; diuisa gratiam donationis suæ, ut conditoris opera nemo sit, qui digne, uel im minimo possit arguere. In his enim tanquam in speculo mundissimo eluet diuinæ sapientiae altitudo. Vnde Apostolus ait: Invisibilia em Dei à creatura mudi per ea, quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur: sempiterna quoq; eius uirtus & diuinitas. Per hæc cōsiderantis animus mirabili iucunditate repletur. Ideo Prophetæ canit: Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Ab his effertur magnificè artificis industria, & omnipotentia. Propterea Citharoëda in Psalmis dicit: Celi enarrant gloriam Dei: & opera manuum eius annunciat firmamentum. Vocibus namq; suis & modis, quibus ualent: omnes creature Deum laudant, & confitentur. Ad hoc nempe creatæ sunt: sicut in trium puerorum exprimitur cantico Deum laudantium, & dicentium: Benedicte omnia opera domini domino, laudare, & superexaltare eum in secula, &c. Dignatus tamen est ipse dominus humanam procreare naturam: per quam non

Rom. 11.

E Laur. Iustin. p. 2 minus

Psal. 9, 1.

Psal. 18.

Psal. 10, 2.

Psal. 102

Gen. 1

Psal. 144

Psal. 72

Psal. 34

Psal. 9

Prov. 1

Dan. 12

Phil. 3

minus laudabilem in ipsa sola, quam in ceteris alijs simul, manifestare se uoluit. Longe namqe sublimiore consilio usus est, quum hanc formaret, quam reliquas, pluraqe contulit dona. Quum enim uniuersum conderet terrarum orbem, & omnia que in illo sunt, a principio dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Non aliter angelorum naturam, quam cuiuscunqe uermiculi creauit, non amplius laborauit. & qualiter cuncta proprio creauit arbitrio. At uero quum hominis naturam plasmare uelleret, ut ostenderet qualis esset, quem facere uolebat, quantumqe illum diligeret, ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Non autem uilis putadus est, quem ad Dei imaginem formatum non ambigitur. Quod si ex creatione propter corporalem, passibilemqe naturam non apparet quantis sit homo: ex restauratione tamen & redemptione luculent agnoscitur. Quanta enim pro humana natura Deus fecerit, quanta pro eadem pertulerit, quantaqe illi donauerit: non lingua hominum, non lingua angelorum ad plenum sufficit referare. Ineffabilia nance sacramenta, & omni ueneratione dignissima in ihs, quae ad humanam pertinet restorationem, latent. Merito igitur laudabilis est Deus, sicut Propheta canit in ecclesia sanctorum. Perspicue quoqe ipsius fulget misericordia in consilio iustorum & congregatione: pro quibus dura, dira, & laboriosa dignatus est sustinere. Sicut enim in reprobis & peccatoribus iustus & rectus dominus comprobatur: ita & in electis & iustificatis miserator & misericors, patiens, dulcis, & longanimis cognoscitur. Vnde prophetico plenus spiritu homo secundu cor Dei canit in Psalmo: Quam bonus Israel Deus ihs, qui recto sunt corde! Et alibi: Confitebor tibi in ecclesia magna, & in populo graui laudabo te. Et iterum: Confitebor tibi domine in toto corde meo in consilio iustorum, & congregatione. In congregacione etenim iustorum, & in collegiis Deo famulantium euidentissime cælestis miseratio, & diuinæ caritatis mira dignatio prorogata ostenditur. In illis autem tanquam in uasis mundissimis, & in templis sanctificatis diffusa est abundantia spiritualium charismatum, atqe singulis diversimode spiritualiter donatum est, quod ceteris omnibus creaturis naturaliter & corporaliter cœlsum est. Participat enim aliquiliter cum cunctis alijs creaturis. Quibusda nance ipsorum G tanquam rationabilibus iumentis temporali administratio cōcessa est: per quam nō suam, sed Dei gloriam, & proximoru commoda querere cōprobantur. Aliqui autem tanquam spirituales aues, repudiū libellū uitij, & uoluptatibus carnis dātes, que semper ad imitā hunc, per uirtutū exercitia & desideriorū pennas se ad spiritualia appetenda sustollunt. Talibus nil nocent figmenta diaboli, & omnis ipsius meditata malitia evanescit. De his dicit Propheta: Frustra iacit rete ante oculos penitentū. Nonnullis uero scientia charitas, & notitia spiritualium sacramentorum abundē tributa est: per quam tanquam radices stellæ in ecclesiæ rutilant firmamento, cunctis præbentes lumen supernæ sapientie. De ipsis ait Propheta: Qui ad iustitiam erudiunt multos: fulgebit sicut stellæ in perpetuas æternitates. Sunt quoqe quidam purgati à uitij, & ab omni coenosi & carnali amoris onere exuti: qui quasi angeli effecti, & ad summa eucti per ardorem diuinæ caritatis, & studium orationis in cælestibus conuersantur. H̄i nempe cum Apostolo dicunt: Conuersatio nostra in cælis est. Tales etenim radiantes introrsus per conscientię puritatem, & dilectionis uehementiam tantu ceteros præcellunt sanctitate, quantum contemplativa actiua uitæ meritis & dignitate supereminet. Nam nulli sane intelligēti ambiguum esse debet, quod in multis contemplatio & oratio dignior sit, quam operatio. Contemplatio nance quoniā principaliter intendit Deo: est rectior, est clarior, est mundior, est securior, est quietior, est iucundior, est permanentior, est rarior: & est beatæ uita similiior: si tamē iuxta suæ excellentiæ puritatem exerceatur. Est nance intuitus parus, & actus spiritualis, atqe prorsus in spiritu operandus. Vnde pro sua nobilitate ac perfectio ne solis illis congruit, qui spretis temporalibus facultatibus, & calcata omni affectione labentium rerum: uniuersali domino se totaliter dedicarunt. Certum quippe est, quod mens que ad areana sacramentorum cælestium contemplanda, atqe in suauitate spiritus ad eadem degustanda accensa est, ut eleuetur ad summa, opus habet se intimis spoliare. Alioquin laborioso onere temporalium prægrauata curarum frustra ad alta nititur. Iretita etenim & obligata compedibus poluti amoris, se omnino erigere non ualeat. Tones nance reuerberatur & obtunditur caligine affectionum terrenarum: quotica se

A præ se conatur eleuare. Propterea multa eget prudentia & magna spiritus libertate: qui Deo per orationis studium uacare desiderat. Debet nance se diligenter custodire in uerbis, in morib⁹, in cogitationib⁹, in affectionib⁹, ac immaculatum seruare: quatenus tam beato orationis tempore pure, & absque forde noxiarum imaginationum Deo astare queat. Est quippe humana mens multorum receptibilis phantasmatum. Hæc quum sibijs sine diligentia uigilantia relinquitur, reuoltere intra se ac ruminare non definit. Talia enim animus imprudens & absque diuini timoris custodia cogitat qualia ei cogitanda offeruntur, atque uelut iumentum indomitum discurrat effrænis per deuia uitiorum. Proinde solerti industria, quadamqe uirili intentione ab animo omnia ante orationem amouenda sunt: quæ orationis tempore ipsam possint coinquinare. Qui autem hoc agere negligit, nunquam mundo orabit corde, nisi forte repente à superueniente uisitetur gratia. Interdum enim consueuit diuina bonitas suos inopinatè, & sine ulla prōs̄us præparatione, aut dispositione interno illustrare splendore: siue ut iacentis

B animi torpem excitet ignauiam: siue ut elationis, & propriæ aestimationis auferat materiam: siue ut pusillanimitatem ac fragilitatem foueat & erigat humanam. Cauet tamen Christi seruus, ne ob hanc domini degustatam dulcedinem, quasi propter donum securior effectus, erga sui custodiam remissior sit: atque ad se disponendū tepidior. Turpiter nempe ridiculum fieret spirituum immundorum, si hoc agere non formidaret. Debet ita quisquis, tanto esse sollicitior ad bene uiuendum, atqe ad promerendam gratiam supernæ uisitationis promptior: quanto cælestis infusionis amplius se participare cognoverit. Nam si Dei ueneranda maiestas frigidam amoris eius & segniter conuersantem uisitare dignatur mētem: quanto magis feruentem spiritu & se sollicitè quærentem per amplius afflabit gustu cælestium deliciarum: Sed grata mens, & uere caritatis faculo uiulnerata nihil, quod ad se pertineat, perficere negligit. Eadem uirtutum exercititia, idem orationis studium peragit, quum spiritualis lætitiae poenuriam patitur: sicut quum diuino calore repletur, licet id non eodem agat gusto. Scit nance sapientiae

C erudita magisterio, quod maiorum donorum dignior efficitur, post labores & certamina. Hoc significare uoluit Propheta, quum diceret: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tua lætificauerunt animam meam. Paucorum uero est quod suprà commemoratum est. Nam perfectæ caritatis argumentum notissimum est in aduersis fiduciam non amittere, & uirtutes uniformiter semper operari, atque sub Dei disciplina eodem animo, eodemqe uultu perseverare. Negligentibus hoc impossibile uidetur: amantibus uero nihil. Agat itaque Christi seruus, qui Deo uniri cōcupiscit, tam in præparatione orationis, quam in ceteris quæ agere debet quod suum est, ut Deo carus fiat. Reliquum autem totum diuinæ realiter committat uoluntati, quæ nullum bonum, quāuis minimum, irremuneratum relinquit. Diligit enim Deus siros, nec quicquam à se diligentibus retrahit opportunum. Qui hoc fideliter nouit, in cunctis & ubiqe pacificus erit. In orationis uero hora, quum miles Christi ad orationem procedit, in sensu cordis cogitet propter quid accedit, ut quoties mens per inania de fluxerit: aut à concepto calore tepuerit, reuocata ad se sibi dicat: Ad quid uenisti? Confusio nance amissæ gratiæ, & agnitiō extincti desiderij ad pristinum facile reuocat deuotionis exercitium. Ante orationem quoqe se componat orationis amator, & qualem esse cupit, quum orat, talem se ante orationem exhibeat. Memoretur iugiter quod Deo astare debet, & cuncta sollicitè fugiat, quæ coram Dei conspectu animæ ruborem possint afferre. Indignum ualde est erubescēti pati orationis tempore: in quo nihil aliud, quam Dei laus & gratiarum actio in spiritu resonare debet. Præsentiam autem domini ante mētis oculos (si ualeat) actualiter teneat Dei famulus: quoniā efficaciter mētem ad orationem hæc cogitatio ordinat & disponit. Prouidebam (inquit Citharœda sanctus) dominum in conspectu meo semper: quoniā a dextris est mihi, ne commouear. Propter quod orationis tempore lætitatum est cor meum: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescit in spe. Cuncta etiam fugiat quæ orationi aduersantur: quisquis delectationib⁹, quæ in oratione percipiuntur, repleri desiderat. Laboriosum quippe satis est mentem aptificare orationi. At si efficaciter à ab illa comprehensa fuerit, ubiqe orare ualebit. Veris etenim oratoriis, & diu in spiritu exercitatis: omnis locus & om-

D fluxerit: aut à concepto calore tepuerit, reuocata ad se sibi dicat: Ad quid uenisti? Confusio nance amissæ gratiæ, & agnitiō exticti desiderij ad pristinum facile reuocat deuotionis exercitium. Ante orationem quoqe se componat orationis amator, & qualem esse cupit, quum orat, talem se ante orationem exhibeat. Memoretur iugiter quod Deo astare debet, & cuncta sollicitè fugiat, quæ coram Dei conspectu animæ ruborem possint afferre. Indignum ualde est erubescēti pati orationis tempore: in quo nihil aliud, quam Dei laus & gratiarum actio in spiritu resonare debet. Præsentiam autem domini ante mētis oculos (si ualeat) actualiter teneat Dei famulus: quoniā efficaciter mētem ad orationem hæc cogitatio ordinat & disponit. Prouidebam (inquit Citharœda sanctus) dominum in conspectu meo semper: quoniā a dextris est mihi, ne commouear. Propter quod orationis tempore lætitatum est cor meum: & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescit in spe. Cuncta etiam fugiat quæ orationi aduersantur: quisquis delectationib⁹, quæ in oratione percipiuntur, repleri desiderat. Laboriosum quippe satis est mentem aptificare orationi. At si efficaciter à ab illa comprehensa fuerit, ubiqe orare ualebit. Veris etenim oratoriis, & diu in spiritu exercitatis: omnis locus & om-

ne tempus congruet orationi. Pusillis autem & lacte nutrientis locus & tempus habile accommodandum est. Solius Dei est orationis praestare gustum, & deuotionis affectum: sed hominis est orandi adiuuenire modum. In diuinis uero uoluminibus facile agnoscidur qualiter se homo in oratione habere debeat, ut in ipsa proficiat, crescat, uaniatur, liquefacat. Non enim ab omnibus eadem orandi forma seruanda est, idemque ascensus in Deum. Aliqui nanque psalmos, dominicam orationem, & quædam alia deuotionis uerba uocaliter & attente proferendo: Deo se sentiunt esse propinquos. Quidam infantiam, uitam, actus, miracula, passionem, ad inferos descendens, resurrectionem Saluatoris ascensionemque seriatim in oratione meditantes inardescunt spiritu, & per deuotionis gustum Deo propinquui fiunt. Nonnulli se humiliter prosternentes corpore, & spiritu, atque per compunctionis gemitum, & suorum rememorationem delictorum se plus omnibus uilipendentes, & condemnantes: quo se longius à Deo esse arbitrantur, eo per humilitatem uiciniores fiunt. Alij per scripturarum latitudinem, & allegoriarum suauitatē internos meditando elicientes sensus: ueritatis gustu recreantur, & à Deo uisitari merentur. Plerique Dei beneficia, tam corporalia, quam naturalia, & spiritualia in sua oratione iugiter, & distincte reuolentes per medullatum holocaustum actionis gratiarum Deo acceptissimum, omnipotentem Deum aduocantes ad se, præsentia eius efficiuntur digni. Nonnulli coram Deo corpore & spiritu se statuentes: ipsius bonitatem, excellentiam, & diuinitatem laudibus & uotis, quibus ualent, extollentes & magnificantes: efficaciter in Deum per amoris uehementiam & delectationem mentis trahi se sentiunt. Quidam nouo ueritatis irradiati splendore ex superuenienti gratia ita exuberanti gaudio repente perfunduntur, & intima pace fruuntur, ut Deum in corda sua aduenisse non dubitant. Aliqui ex consideratione beatæ uitæ, & futuræ felicitatis contemplantes angelorum, sanctorum, & animarum iustorum inenarrabilem gloriam: eleuantur supra se, atque ex ardentí desiderio societatis illorum se illis copulantes Deo ex parte assistere merentur. Alij ex diuina reuelatione utcunq; Dei essentiam & immensitatem oculo illuminatae fidei aspicientes, in admirationem & raptum supra & extra se euecti Deo dulciter uniri merentur. Sunt quoque nonnulli, qui diuini luminis irradiatione, & cælestis caritatis æterno & plenissimo fonte repleti, atq; potati Deum supra omnem humanam intelligentiam, & uirtutem gustare digni efficiuntur. Hinc nempe inebriantur ab ubertate bonorum Dei, & potantur à torrente inexhaustibilis uoluptatis ipsius. Hic plane gustus ad Deum amandum ex totis præcordijs absorbet hominis affectum, & amantem rapit in amabilem: adeò ut solo huīus mortali tatis indumento diuisus sit à summa illa cælestium spirituum gloria. Omnia uero ascensum artifex & doctrix est Dei æterna sapientia, quæ iuxta arcanum suæ dispensationis consilium unicuique seruorum suorum tribuit prout uult. Nullus tamen est etiam illorum, qui apud eum minimum sortiti sunt gradum, qui ultra condignum meritum de manu domini non suscepit. Ideo ab uno quoq; seruorum Dei tristitia pondus, & inuidiae liuor: qui de proximi prosperitate affligitur, propellendus est. Tenaciter autem & tota animi intentione in corde ab omnibus zelus proficiendi tenendus est, atq; desiderium imitandi eos, qui Deo per uirtutum merita uiciniores sunt, ut ipsorum donis participes efficiantur. Nutriendū est igitur quicunque muneribus cælestibus locupletari anhelat, orationis studium, quod quandiu uixerit, non derelinquit. Est nanq; oratio uia brevis, ascensus facilis, iter securum: per quod ad Dei notitiam dulciter & ueraciter peruenitur. In ipsa autem oratione qui profectum illius cōcupiscit obtinere, mentis curiositatem deuitet: quæ incerta & occulta diuina sapientia penetrare consuevit, meminenterque scriptum: Altiora te ne quæsieris, & sublimiora te ne scrutatus fueris: quoniam scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Religet etiam altitudinem intellectus sub humilitatis iugo: & sola quæ sibi cogitada propoluit, gustare studeat. Non em quæ eleuent, sed quæ pascant & accendat in oratione perquærenda sunt. In qualicunque cogitatione affectus rapitur, immorandum est, nec ab eadem resiliendum est, donec idem perseuerat gustus. Debet autem humana mens spirituali se substernere immisioni, & semper illi sollicitè coaptare se. Vbi uel qualiter impetus spiritus orantis animum dirigere uoluerit, consentiendum est. Nam quisquis secundum suæ voluntatis beneplacitum super-

A nam aspirationem & Dei uisitationem torquere conatus fuerit, præsumptionis uitio seductus, atq; ignorantiae tenebris circumseptus non profectum, sed prorsus iudicium sua reportabit oratione. Homo quippe Deo; & non Deus homini subesse debet. Propterea Christi seruus prudentia decoratus, quum in oratione positus est: cuncta dona, quæ eidem diuinitus largiuntur, humiliiter suscipiat: gratias Deo agat, & horum indigñissimum ueraciter se arbitretur. Qui autem conditoris gratiam repellit, & qui Dei dona impudenter dijudicare non ueretur: nunquam spiritualibus ditabitur donis. Dignatur namq; dominus simplicem uisitare mentem, & secum amica confabulatione habere. Nec immerito. Quum enim repugnare nesciat, & contradicere non præsumat, realiter se diuinæ subiectu voluntati. Magni quippe aestimat quicquid illi à Deo donatur. Nō extollitur de beneficijs, non eleuatur supra se inaniter, largitoris gratiam non disperdit, non iudicat aliquem, non murmurat de aliquo, arcana Dei non pandit, tota ductilis est, semper docilis, ad parendum facilis, hilaris ad tribuendum, atq; ex his diuinæ laudis optimum efficitur instrumentum. Nam cordis simplicitas hominem exhibet esse deuotum. Nam cordis simplicitas hominem exhibet esse deuotum. Humanæ uero generis aduersator diabolus eo amplius erga orantes æmulationis face acceditur, quo magis uidetur illos in deuotione proficere. Vnde consuevit deprecatis animi memoria perpetrate culpe recutere: quatenus ex hoc amittat fiduciam, & ex impedimento cōcepte pusillanimitatis non ualeat deuotionis exercitia secundū cōsuetudinē peragere. Huic autem fallaci suasioni ne quaquam fides accommodanda est. Proinde Christi miles egregius caueat ne cōfundatur: sed cum se peccasse cognoverit, humilietur in spiritu ante pedes dñi se prosternat: confiteat delictū suū dño, blandisq; uerbis offensum mulceat dilectū, & statim gratiæ intelliget adesse presentiam: per quam resumptis animæ uiribus, & cōcepta fiducia de cætero dño quieto animo uacare ualebit. Nō tamē facile hæc admittenda sunt, sed prudēti ratione discutienda: quia maligni spiritus persæpe sub cōpunctionis specie ardore desiderij, deuotionis gratiæ de oratiis corde dissipat & extinguit. Solet tamē interdū diuina bonitas ab oratiis C affectu se subducere, eumq; totū aridū, totumq; reddere in deuotū. Tunc quicquid meditationi offertur, desipit, quicquid cogitare disponit, indiscutsum præ ariditate spiritus derelinquit. Nihil sapit, nihil delectat, nil reperiit quod pascat affectum: quin potius ubiq; tenerbra dēfissimæ palpatur: ubiq; sterilitas sentitur: quasi prius nihil dulce gustatū sit. Fiunt quoq; intus fragores, tonitrua, coruscationes, & immisiones per angelos malos, ut euerant à sua stabilitate animū, faciantq; illū ab oratione cessare. Eo autem tempore, quo hæc aguntur, orationis actus prætermittendus nō est, sed perseueranter custodiendus. Si enim qui ista patitur, petierit dulciter, accipiet: si quæsierit prudenter, inueniet: si pulsauerit fideliter, aperietur ei lumen superni fulgoris: uidebitq; solem, qui prius erat in nubilo, fulgentem in meridie. Qui legit, intelligat. Retunditur etiam quandoq; ex Dei dispensatione orantis animus innumerabilium uarietate cogitationum, quæ præ sui multitudine & importunitate ipsum instabile reddit, ac ipse more carinæ fluctuantis in medio pelagi huc illucq; agitatus per temptationum scopolos collisus atteritur: atq; amissio delectabilis D quietis tranquillo portu incessanter ad dominum clamare cogitur, & dicere: Saluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ usq; ad animam meam. Infixus sum in limo profundus. Tunc factandæ sunt anchoræ bonæ spei in mare diuinæ miserationis. Tunc toties ad cælum uociferandū est humili & ardentí cordis desiderio: quoties impingitur oratiis animus ab impetu pernicioſarū cogitationū. Pius autem dñs, nō permittit diu laborare clamantem ad se: sed imperat uentis & mari: & fit repente tranquillitas magna. Post hæc uero diuina laus, & gratiarū actio domino decatatur pro obtenta pace, & inimicorū fuga. Iusto nanq; iudicio dominus tepidos spiritu, & ad orandū pigros tentari permittit: quatenus necessitate cōpulsi orare cogantur. Magnus quippe dominus omnia in sapientia disponens hominū salutem mirabiliter operatur. Nunc humiliat, nunc exaltat, nunc mortificat, nunc uiuiscitat, cuncta autem semper irreprehēsibili disponens iudicio æquitatis ad illum, quæ ipse ordinat, singula deducit finē. Nemo est, qui illi resistere ualeat: nullus qui debeat tanto unumquenq; dirigit consilio caritatis. Propterea ipsius maximè sunt iudicia ueneranda: quæ quamvis incomprehensibilia sint: tamen semper uera & iusta sunt. Caueat igitur diligenter, ne in ipsa impingat, quisquis inoffenso mentis pede ad Deum

per orationis studium accedere festinat. Ob hoc quippe uigilater iugiterq; orationis uacan-  
tandum est, & in sensu cordis semper domino assistendum, quatenus ex frequenti con-  
sideratione ueritatis, fumus humanae sapientiae, & caligo carnalis intelligentiae, ab inter-  
ioribus animae aspectibus irradiante gratia amoueri possit. Alioquin mens quasi qua-  
dam consuetudine ad orationis actum deducta: aut tanquam cæca ingeret le superno  
fulgori, & inde reuerberata prosternetur: aut per lubrica & inania insensibiliter rapta-  
bitur & deuiabit: quod sine magno spirituali dispendio fieri nequit. Qui enim huius-  
modi illusiones in oratione patitur, nullum de sua oratione percipiet fructum. Hoc ex-  
primere uoluit Propheta, dicens: Populus meus seductus est non habens cor: uidelicet  
ad intelligendum & diligendum. Hi ut resipiscant, & ad se redeant, optabat Moses, cum  
dicebat: Vtinam sapienter quam grauia fuere quæ commiserunt delicta, quam amiserunt  
spiritualia lucra, qualia meruerunt supplicia. Vtinam intelligerent fugaces seculi blandi-  
tias, & importabilia onera, Dei super se internam aspirationem, multiplicem Deum di-  
ligentibus pacem praestitam, & Salvatoris erga homines ineffabilem caritatem. Vtinam  
nouissima prouiderent, ineuitabilē scilicet mortis necessitatē, horæ mortis incertitudi-  
nem, pœnarū inferni importabile suppliciū, & cælestis gloriae triumphale præmiū. Ho-  
rum namq; cōsideratio uigilantem efficit orantis animū. Eorum que q; quæ dicēda sunt,  
ignari nequaquam esse debent Deo per orationis exercitium uacare cupientes. Nam  
seruorum Christi mens, quæ minus cautè ante orationis tempus se compoluit, plerumq;  
solet tædio affici ipsa orationis incumbente hora, atque ab oratione uehementer sub-  
terfugere, tamquam ignara quid in ea agere, quidue cogitare debeat, utpote minus in spi-  
ritualibus exercitata, & disciplina orationis minus imbuta, atq; delicijs quæ in oratione  
percipiuntur insueta. Ad hanc itaq; coercendam ignauiam, ad hanc pusillanimitatem  
mentis compescendā, optimum saluberrimumq; medicamentū est meditationis quen-  
dam generalem modū in corde suo statuere & firmare: quatenus orantis animus semper  
præparatam habeat materiam utilia cogitandi. Gesta igitur Salvatoris, uidelicet ortus,  
uite progressus, passio, & resurrectionis, nec nō & ascensionis exultatio, si diligenter me-  
ditantur: maximū spiritualis dulcedinis animo cogitantis ingerūt nutrimentū. Nulli aut  
famulantiū Christo fas est has postponere meditationes redemptoris, ut ex ipsarū cōsi-  
deratione intelligat humano generi caritatem exhibitā, pati concupiscār, cōpati discār,  
redamare studeāt, & Deo gratias agere nunquam desinat. In his utiq; meditationibus  
assidue ardenterq; incumbēdum est, & singula diligenter pertractāda sunt: nisi forte ex  
superuenienti nouo gratiae lumine, aut ex abundantiori caritatis affectu cor ad alia me-  
ditanda raperetur. Nā huiusmodi infusionibus nunquā resistendū est. Quicquid em̄ tūc  
cogitatur, uel cogitandū præponitur boni, intermittendū est, & ad tēpus seponendū, ac  
sic tota spiritus alacritate cælesti immisioni subdendum est cor, atq; prout gratia cōmu-  
nicauerit, obediē non renuat. Repugnare autem & uocantii Deo nolle humiliter ac-  
quiescere nil aliud est, quam fluenta gratiae desiccare, & ad sui præiudicium aditum in-  
Psal. 75 ternarum deuotionū obstruere, ac Dei iram cōtra se fortiter aduocare. Propterea Pro-  
1. Tef. 5. pheta dicebat: Terribilis est ei qui auferit spiritum. Et Paulus: Spiritum nolite extingue-  
Eccl. 10. re. Alibi quoq; dicitur: Quum spiritus potestatem habens irruerit super te, da ei locum.  
Hoc quippe beato tempore consuevit anima perfundi splendore nimio, aut solito ar-  
dentiori spiritus calorē ignescere. Nec immerit. Tunc etenim per seipsum dominus  
animam uisitare dignatur. Tunc rex gloriae cultu deposito regio, & tremenda maiestatis  
reiectione sceptro uelut placidus sponsus animæ thalamum ingreditur: potissimum  
si ipsam humilitatis uirtute decoratam agnouerit. Hunc autem sponsi aduētum in Can-  
ticorum canticis sponsa insinuare uoluit, quum dicebat: En ipse stat post parietem no-  
strū respiciens per fenestras, prospiciens per cæcellos. Et deinde: En dilectus meus lo-  
quitur mihi. Aperi mihi soror mea, columba mea, &c. Nō enim absq; maxima animi im-  
pudentia, & spiritus præsumptione resisti potest amabili & æterno sponso tam dulciter,  
tam humiliter, tam sagaciter uenienti. Hic namq; sponsi aduentus, qui in oratione sit, fa-  
cile cognoscitur, si diligenter obseruetur. Quum orantis mens humili replete repletur  
exultatione, quum admirationis illustratione clarescit, quum cordiali & mellifluu dile-  
ctione liquefacit: tunc sine ambiguitate dominus est. Non sunt eo tempore uerba cōpo-  
nenda

A nenda: sed sicut suggestit spiritus, agēdum est. Spiritus autē tunc postulat genitibus pro  
nobis inenarrabilibus. Tam diu in hoc amoris tripudio immorādum est, quām diu per-  
seuerat affectus: quo deficiente, aut tepescēte ad interposita meditationis studia redeū-  
dum est: ne post percepta charismata spiritus perefluat animus: atq; ex pollutione no-  
xiarum cogitationum soedetur templum domini, quod paulò ante per Dei præsentiam  
mundatum & sanctificatum fuerat. Observandi proinde sunt prudentissime, atq; uigi-  
landi corde examinandi omnes interioris hominis motus orationis tempore, quo spi-  
ritu, quāue intentione dirigantur. Nam immundi spiritus omni, qua ualent, calliditate  
soedare, ac perturbare orantis animum nituntur: ut in diuersa illum rapiant, aut in præ-  
cipio tentationum collidant. Intermiscere utique falsa ueris, & inspirationibus tenta-  
tiones moliuntur. O quoties spirituali gaudio mentis leuitatem & securitatem inorū  
natam, quæ à sui custodia remissum reddunt animum, ingerunt: quatenus foras reiecta  
grauitate faciant gaudere. O quām sāpe incautam mentem tempore deuotionis im-  
pellunt, ut postpolita reverentia plus quam congruat, domino faciat adhærere, atq; hu-  
militatis oblita secum loquatur: quod non licet creaturæ & seruos. Nam quod aliquādo  
ex uisitante gratia, & præ abundantia caritatis deuota anima experta est: hoc idem in-  
terdum præsumit etiam non uisitata à Deo, aut uocata. Istud nempe periculosum auda-  
cīæ genus est, & omnino à conspectu domini amouendum. Si ego (inquit dominus) u-  
bi honor meus: Propterea qui ad spirituale orationis conuiuum à domino inuitantur,  
in nouissimo per humilitatem cordis debent recumbere loco, ut ab inuitate eis dicatur,  
ut ascendant superius. Caveant tamen hoc deceptionis offendiculum, ne scilicet nimio  
humilitatis zelo in tristia, seu diffidētia, aut hebetudinis mētis decidunt soueam, quæ  
orantis animum dissipare consuevit: quoniam inaniter laborarent. Quia uero indicibi-  
le est, & prorsus impossibile explicare quibus modis, quibusue fraudibus furtum men-  
tis in oratione proueniat, solicite in hoc uigilandum est. Causas autem norunt, quamvis  
non ad plenum, qui custodiā super cor suum constituerunt, atq; ex superna reuelatione  
Malch. 1. C astutias Sathanæ nō ignorant. Hi etenim congrue mentis latebras: immundorum spi-  
rituum argumenta, uitiorumq; affectus propalare ualeant. Proinde ut ad hāc spiritus per-  
spicuitatem, & orationis perfectionem pertingere possint, quicunque uacare Deo cu-  
piunt: studeant quum orationi insistunt, mentali exercitationi incumbere: & à uocali  
oratione cessare. Nam iuxta incarnatæ ueritatis sententiā, adoratores ueri, Deum in spi-  
ritu & ueritate adorant. Quum Deus sit spiritus, tales querit, qui in spiritu illum adorāt.  
Nō tamē semper uocalis oratio ab adoratoribus ueris repudienda est orationis tēpore,  
aut cōdemnāda. Frigescēte namq; spiritu, & ab exterioribus ad interlora redēsite, oppor-  
tunum ad miniculum ad deuotionē excitandam est uocalis oratio. Accenso uero deu-  
otionis igne: ori silentium imponēdum est, & à uocali oratione cessandum, ne pro exi-  
guo maximum præpediatur bonum. Seducitur enim quisq; quum superuenientis gra-  
tiae perfunditur dulcedine: si oranti lingue non interdicit loquela: excepto dum taxat  
illo tēpore, quo diuinorū officiorū persoluit debitū, ad quod tenetur. Tūc etenim (si ua-  
let) oret spiritu, oret & mēte. Omnisbus nēpe modis nitendū est, atq; subsidia adiuuenie-  
da sunt siue per uocalē orationē, seu per prostrationes, aut manū extensiones, uel quo-  
modo libet, ut mēs absq; impedimento eleuet in Deū, quū orationi insistit. Nā orationis  
finis hic est, ut anima Deo uniatur per pium caritatis affectū prævio lumine diuine agn-  
itionis. Quicūq; autē aliter se exerceat, uel aliud orādo querit, in tenebris ambulās nescit,  
quò uadit. Ut autē facilius mēs assequi possit, qd orādo habere desiderat, diligēter cōsi-  
derādum, atq; illud tēpus prudēter eligendū est, in quo animus magis se sobriū senserit,  
& ab onerē corporis ac alimentorum eius minus agrauari cognouerit: ne à curis terre-  
narum actionum, atq; ab earum phantasmatibus repercutta mens inepita efficiatur ad id  
capessendum, quod querit, & adipisci desiderat. Nō autem mediocriter aduersatur cor-  
poris inordinatio, & exteriorū tumultus ad pacem mentis, & animi obtinendam tran-  
quillitatem: quæ oranti omnino necessaria sunt. Illud etiam solerter obseruet, quisquis  
in pacifico orationis portu à fluctibus huius naufragosi seculi abstractam nauem men-  
tis religare desiderat, ne statutum orandi tempus ullo modo prætereat: ne pro opere  
manū, aut quoq; alio exercitio illud postponat, sed tenaciter & irrefragabiliter custo-  
dias.

ditat. Consueverunt quippe maligni spiritus orationis horas obseruare, & fortiter tenare, ut eam impeditant. Solummodo autem propter corporis necessitatem, & obedientiae uirtutem, atque proximi manifestam caritatem, indicum orandi tempus intermitendum est. Cæteris uero omisis ueniente statuto tempore orationi vacandum est. Habeat itaq; Dei seruus præfixum orandi tempus, quod iuxta uirtutem propriam, & gratiam sibi collatam in hoc tam sancto ocio dispensare ualeat sine mentis ignauia. Illud autem temporis spatium quod sibi quisque elegerit, nec propter cordis duritiem multum diminuendum, nec propter mentis devotionem inordinate prætergrediendum est. Vtrobicq; latent insidiæ. Nam in diminutione negligentia saepe triumphat, in prolongatione autem indiscretio dominatur. Sic uero æqua discretionis libra utrumque prouide disponendum est: & orationi tempus accommodandum, ut eadem fiat absque fastidio, & in ea perseverare non plegeat. Hoc nempe tunc ueraciter sit, quum animus orandi famem patitur, & ipsa oratione pascitur & nutritur. Nam quum plus debito oratio insuetè protenditur, ipsius gustus facile amittitur. Vnde per quandam sapientem scriptum est: Mel inuenisti, comedere quod sufficit, ne in fastidium uersus euomere incipias. In cunctis igitur prudentia adhibenda, & præcipue in orationis actu, in qua innumera laqueorum genera tenduntur ab aduersarijs: qui nisi præuideantur & evitentur: omnem orationis disperdunt fructum. Non autem nisi quibus donatum est spirituum discretio, & diuinæ dulcedinis gustus, atque ipsius mentalis orationis opus, intelligere ualent uerbum hoc. Peracta igitur orationis hora ante discessum fidelis & Christi deuotus seruus uirtute, qua ualeat, totus redeat ad se, secumq; habitans affectuose Deo gratias agat de sibi collatis gratijs. Videat uero ne uacuus ab oratione recedat, etiam si ad sui probationem ualde insipidus stetit: sed animi constantia super domini dispensatione præmunitus, aut affectione pia compunctus, aut cogitatione aliqua sancta deuotus, sinum sui cordis replere non desinat: quatenus omne tempus in cōditoris laudibus occupet: iuxta quod

**Psalmus 75** scriptum est: Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agent tibi. Quisquis itaque Deo placere affectat, quicunq; huius seculi labioriosam peregrinationem peragrare desiderat, si spretis transitoriae uitæ lenocinijs æterni coniuuij spirituales ac supercalestes delicias apprehendere ac degustare concupiscit: studio orationis se tradat, ad illam alacriter & paratus accedat: in ea ardenter, & in sensu cordis coram domino assistat: nec non & in ipsa quotidie perseveret. Est quippe beatissima uirtutum nutrix, uictiorum interemptrix, culpæ uenia, peccatorum abolitionis, interuentrix mundi, salus hominum, caritatis mater, castitatis robur, iustitiae regula, prudentiae speculum, sanctitatis decus, scientiae lumen, sapientiae cellarium, domestica Dei, fiducia animæ, medicamentum pusillanimitatis, gaudium cordis, fida huius peregrinationis comes, mœstorum consolatio, impugnatorum impenetrabile scutum, secerorum Dei cognitrix, humilitatis norma, fidei clavis, honestatis prævia, obedientiae plenitudo, securitatis fons, angelorum imitatrix, iustorum exultatio, temperantiae magistra, pacis pelagus, dæmonum fugatrix, quiescentium refugium, conscientiae ornamentum, additamentum gratiæ, amoris incentiuum, porta cæli, petitionum nuncia, auxiliatrix strenua, mediatrix præcipua, & cælestium sacramentorum referatrix optima. In ea nil sordidum, nil curuum, nil reperitur coquinatum, & quum tota sit pulchra, & omnipium donorum foecunda, semper hilare, semper iucundum sui exhibet dilectorum. Clamat hoc sacro sancta uirtutum regina, & gratiarum nutrix, dicens: Venite ad me omnes, qui concupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini. Fructus enim meus super mel ducis, & hereditas mea sempiterna est. Ego utique mater pulcræ dilectionis, timoris, magnitudinis, & sanctæ spei. In me nempe omnis spes uitæ: in me omnis plenitudo gratiæ. Propterea qui me inuenierit, inueniet uitam, & habiet salutem a domino.

**Ecclesiastes 24**

A Quod dominus Iesus in stadio militantis ecclesie duo potissimum saluberrima instituit sacramenta, confessionis, scilicet & eucharistie tanquam presidia spiritualia pugnantibus necessaria, per quæ tribuitur uulneribus peccatorum salus, & robur pro reparatione uirium deperditarum. Et qualis debet esse confessio. Atq; de effectibus eucharistie, & præparatione ad ipsam. Nec non de multiplici consolatione, qua potiuntur qui ad illam dignè accedunt. Cap. XIX.



Onsueuerunt laborates in agris & in uineis post sudores operis, meridianæ astus ardorem declinare, umbras petere, atq; uirentia prata eligere: quatenus in ipsorum planicie & amoenitate residentes, fesso corpori iucundius cibaria subministrat. Habet etiam nautæ hoc proprium, ut post sedatas tempestates, post sulcata per tempus prolixum & quora querat portum: solicite perlustrant littora: in quibus descendat, nauem religet, uela resarciant, atq; quicquid uertustate corruptum, aut procellis dissipatum est, restaurat: quatenus iterum flate prospero uento

B marinis se fluctibus tradat. Capi ductores quoq; & exercituū principes cum aduersus hostes uisibilis dimicare disponunt, tentoria & quædam specialia deputat loca: in quibus pro resumēdis uiribus, pro supplēdis necessitatibus, seu medēdi causa accedere ualeat bellatores. Sic quippe dux noster, sic spirituali militi inuictissimus rex Christus, certatibus in hoc spirituali & inuisibili stadio militatis ecclesie: spiritualia quædam ordinatis munera præsidia, ad quæ pugnantes cōfugiant: ut in illis resumptis uiribus, uel fotis uulnibus iterum in campū redeat acrius bellaturi. Hæc nēpe tutissima & inexpugnabilia loca a domino Iesu eius parata militibus ad refocillāda corda, & ad detergēda animæ vulnera, spiritualia sunt sacramēta. Per hæc nanq; datur lapsis requies, debilibus robur, formidolosis audacia, & semel prostratis fiducia dimicādi. Quis etenim ualeret aduersus immundos spiritus pergere, in acie perseverare, & de talibus aduersarijs obtinere uictoriā, nisi diuinis interdum effet recreatus alimentis, & exhortationibus animatus? Quis in tam diuturno certamine cōtra tam acerrimos luctatores persistere unquam possit, nisi super

C cælesti adiutorio, & uerbi Dei pabulo pasceretur? Nullus sibi arroget causam uictoriæ nemo de proprijs uiribus præsumat: agat Deo gratias in cunctis operibus bonis, atque domino exercituū, suum de inimicis ascribat triumphū. Ipse nancij est, qui electos suos eripit de manibus persequentiū: ipse est, qui oves suas in montes excellos, & in pascua pinguis deducit: easq; misericorditer protegit ab incuris bestiarum: ipse est, qui milites eligit suos, eos faciens contra aeras potestates resistere, & perseveranter pugnare. Ipse nempe est, qui ad se de spirituali prælio redeuntes fouet, & nutrit sacramentalibus aliumentis. O quam salubria sunt cibaria hæc: o quam munera sunt diuina præsidia: Si quis em ueneno diabolij perfusus est: si quis peccati morbo percussus incontinenter ad refugium confessionis accedat, & ibi suarū recipiet medelam plagarum. Si quis uero inedia tabescit, uel fatigatus in prælio reparare uires cōcupiscit, sacro sancta corporis Christi fideliter sumat mysteria, & statim conualescet, in melius pristina restaurata uirtute. Est nanq; sacramentum hoc tanquam cellarium quoddam omnium aromatum in se

D tinens preciositatē & uirtutem. In ipsum qui ingrediuntur, refocillātur ab omni fatigatione, nec deficiunt, donec presentis uitæ terminus finiatur. Est etiam mysteriū hoc quasi ingens arbor uarentibus referta folijs, sub quā quicunq; fugiunt laborates & peregrinates, protegūtur in ipsius umbraculo ab diei astu: a turbine quoq; & pluvia. Confessiones uero sacramentū uelut sinus pacatissimus est, in quo hominū cōsciētiae religātur, ne a procellis absorbeant delictorū. Diecta erigūtur, amissa reparātur: & quicquid immunitæ in undātibus tentationum tempestatis, aut operatē malitia in nauim cōscientiæ perfusum est, reiçit & purgatur. Hæc deniq; sacramenta in remedium infirmitatis humanæ diuina cōtulit miseratio omnino saluti necessaria. Nemo em quācūcunq; sanctus, quantūvis innocēs, & perfectus, secernit. Nullus prorsus est, qui hoc cælesti nō indigeat auxilio. Omnes quidē peccauerūt, & legēt gloria Dei. Sed neq; q; nō peccet reperit. Quis enim (sicut scriptura loquitur) castum gloriabitur se habere cor: aut mundū esse à peccato. Quicunq; igitur deliquisse se meminit: si quis reatum suum agnoscit, ad confessionis remedia quanto citius potest, recurrit. Nam delicti confessio ueniam impetrat, gratiam promeretur, humilitatē nutrit, cælum aperit, iram Dei coercet, pacem reddit, & offensam maiestatem

maiestatem citò propitiat, dummodo debito modo fiat. Debet namq; confessio simplex esse, & nullo duplicitatis errore fuscata. Non autem ut hominibus satisfiat, nō ut laus capiatur humana, non ex solo mortis uel gehennæ metu cōfitendum est: sed solum ut placetur Deus: & ut omnipotens remittat errata. Vnde sanctus Propheta dicit: Dixi confitebor aduersum me iniustiam meam domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Sunt autem complures, qui dupli corde incedentes ideo confitentur delicta: ideo peccatores se dicunt, ut iusti existimentur, & humiles prædissentur. Horum quippe confessio inanis est, & diuinio reprobanda iudicio. Excelsus etenim quū sit dominus, tamē humilia respicit. Proinde humilem diligit confessionem, quæ animo & lingua non discrepat, quæ pudore perfusa est, quæ ex compunctione emititur, quæ lacrymabili uoce profertur. Qui enim uerè humilis est, qui uerè pœnitentia lamenta suscepit in se, humiliiter, pure, & fideliter confitetur, suorum non dubitans ex hoc se percepturum esse ueniam delictorum. Ideo cælesti illustratus gratia, sacerdoti tanquam Christo assistit, humili prostratus, uultu demissus, animo pauidus, dolore confossus, & compunctione perfusus. Præmeditetur autem prius quam ad confessionem accedit, quæ dicturus est: ut compungatur, ut nihil horum quæ deliquit iuxta possilitatem omittat: ut non aliter, quam prout sunt, peccata manifestet. Sic namq; quia ut plurimū confessio absq; diligenti consideratione facta caret contritione, & multa prætermittit accusanda delicta. Non consuetudine, sed in sensu cordis, in spiritu mœroris, in feruore caritatis cōfiteatur. Nam peccata ab eo, qui ueniam habere desiderat, distincte & nude propalanda sunt: non sub excusationis uelamine regenda: non generaliter, sed particulariter, prout perpetrata sunt confitenda. Prudenter tamen, ne proximi accusentur, ne scelerum consortes agnoscantur. Propria autem, & non aliena sunt manifestanda delicta. Non coacte, non ex seruilitate libentis animo, & sua sponte uerè pœnitens confitetur. Caveat namq; quodā timore, sed libentis animo, & sua sponte uerè pœnitens confitetur. Caveat namq; quodā multis reprehensibiliter agitur. Sunt nempe multi, qui propterea ad confessionem accedunt: quia confitendi instat tempus: uel quia ecclesiastica statuta compellunt, aut quia patrum decreta sic ordinant. O quām libentius hi tales sine confessione præterirent: o quām iucundius, quia ipsorum cor non est rectum cum domino, sua peccata cælaret. Sed ne calumnientur in publico, ne in congregazione detegantur, ne redarguantur a prælato, id faciunt. Sciant uerò huiusmodi, quoniam ipsorum talis confessio Deo parum grata, & sibi ipsi modicum est proficua. Sicut autem uoluntarium fuit delictum: ita spontanea debet esse confessio. Nam tepidi, indeuoti, & ingratii cordis est indicium, nolle confiteri. Qui uerò ueraciter se agnoscit, & Deum ardenter diligit, frequenter confitetur. In minimis utiq; se arguit, in omnibus se deliquesce accusat, atq; plus ceteris peccatores se profitetur. Quod enim sibi displicet de se, alteri aperire non ueretur: non dimidiat confessionem: sed integraliter sui ipsius condemnator existit: quum ei licet, sacerdoti iugiter confitetur: quum autem sacerdotis copia deest, soli Deo quotidie confitetur. Hoc quum agere uult, se reuocat ad se, & in spiritu mœroris, & zelo compunctionis statuit se ante Dei tribunal, & humiliiter de omnibus quæ cogitatione, omissione, uerbo, uel opere commisit: accusat se, atq; ut sibi ignoscatur, exorat. Nec diu perseuerat in prece, quin sentiat ueniam se percepsisse à domino, dummodo pure ac fideliter confitetur. Haec namq; regula, hic confitendi modus à cunctis, qui Deo militant, & ad perfectionem attingere desiderant, seruandus est. Eo etenim mens Deo fit propinquior, quo mūdior custoditur: atq; tāto quisq; dignior efficitur ad sumendū dominici corporis sacramentū: quātū a sordibus peccatorum fuerit purgator. Duo namq; sacramenta hęc in unum conueniunt: amboq; simul à Christi fidelibus frequentari oportet. Neq; confessio absq; eucharistiæ sacramento, neq; sine confessionis sacramento eucharistiæ perceptio proficit ad salutem. Sicut enim qui quotidie delinquit, ita quotidie (salem domino) confiteatur: & qui quotidie peccando deficiunt, quotidie spiritualiter communicando restarentur: sacramentaliter autem interdum. Non enim ab omnibus uniformiter communicandum est, sed a quibusdam sèpius, à quibusdam rarius, prout unius cuiusq; affectus trahitur, & uirtus meretur: potissimum tamen ab ihs, qui Deo dicati sunt, sumi debet sacramentum hoc. Ex ipso quippe digne sumentes maximum consequuntur spiritualiter profectum. Nam significantur interius corpori Christi incorporantur, spiritualiter resciuntur.

A ciuntur, deuotione augmentantur, dulcedine nutritur: caritatis scilicet ad Dēum, & dilectionis ad proximum, & suavitatis in seipsis. Fit quoq; ex ipsa sumptione in illi somitatis mitigatio, gratiæ collatio, uirtutum roboratio, peccatorum remissio, contra diabolum armatio, spei eleuatio, amoris excitatio, fidei commendatio, angelica coniunctio, regni cælestis largitio, intellectus illuminatio, & omnium bonorum partici pationis. Quis autem huius excellentissimi sacramenti dignitatem sufficienter fari potest? Humanam & angelicam transcendit gloriam. Quicquid in illo est, diuinum est. Sub ipsius nomine accidentibus totus Christus est: Deus uerus, & homo uerus, integer permanens in divisione sacramenti: totus sub unaquaq; particula. A singulis sumitur totus; à quibusdam digne, à quibusdam indignus. Non laceratur manibus, non atteritur dentibus, sed semper in seipso incoquinatus, & impassibilis perseverat. Quoniam uerò iudicium sibi manducat: quisquis ad illum peccatorum sordibus pollutus presumit accedere: ideo iuxta Apostoli consilium probet se homo, & sic de pane hoc edat. Videat uero quilibet, ne consuetudine, aut cordis elatione ad perceptionem ducatur tanti mysterij: sed deuotione, sed prævia meditatione. Nam alia sacerdotum, alia cæterorum debet esse consideratio, & mentis dispositio. Excellentior quippe gradus perfectiorem exigit preparationem. A cunctis tamen requiritur puritas castitatis, affectus deuotionis, memoria Dominicæ passionis, amaritudo contritionis, & promptitudo atq; desideriū bona operationis. Iuxta mensurā caritatis effectus percipitur huius sacramenti quandoq; sensibiliter, quandoq; insensibiliter. Vir namq; bonus unquam caret profectu spirituali. Nam etsi deuotio plurimum huic congruat sacramento: tamē prius uita committabilis habenda est: deinde deuotio. Nam uita sine deuotione multum confert, absq; uita deuotio nihil. Hoc autem definitum est, quod nec laudabilis uita sine deuotione esse ualeat: neq; uera deuotio sine recta uita subsistit. Ut ratiq; uerò Christi milites habere semper studeant. Nam ita cautè uiuant, ut deuotionis gratiā mereantur ad ipsi: & sic in deuotionibus occupent se, ut in nullo (si possibile sit) uirtutem prætermittant. Deuotionis C namq; sanctæ testimonium est commendabilis uita, & laudabilis conuersationis adiutorium est interna & spiritualis deuotio: quæ potissimum percipitur in hoc sacramento. Nemo autem seruorum Dei ab hoc prorsus se subtrahat sacramento, quamvis actualis desit deuotio: nec quisquam eo priuetur. Diuersimode etenim operatur Dei sapientia in sibi famulantibus effectus gratiarū suarum: nulliq; fas est iudiciorum Dei arcana rimari. Incomprehensibilia namq; sunt, & intellectui inaccessibilia humano. Propterea non debet à sancto domini conuiuio repellri indeuotus iuste uiuens, virtuosè conuersans, humiliiter se agnoscens, pure confitens, & reuerenter accedens. Talis quippe insensibiliter ac spiritualiter hoc sacramento nutritur, & uiuit. Nam manna absconditum est in se continens omnium spiritualium abundatiā deliciarum. Maxima nempe deuotionis materia in ipso est. Et quis non excitetur ad mentis deuotionem: quum diligenter consideret tam ineffabilem diuinæ dignationis caritatem sic inclinari ad se: ut nequaquam horreat hominis uilissimam substantiam, deformatam naturam, & damnabilem culpam: D Aut quis non compungatur, quum dominū gloriæ recognitat uenturum ad se corporaliter: uel quis non corde prostrato totis medullis ueneretur tantæ præsentiam maiestatis? Cuius uel ferreum pectus, aut adamantina mens non liquefacit præ deuotione, cū Deum sibi, & se Deo senserit corporaliter unitum: Non capit cor, lingua deficit, humusq; sopitur sensus ad inuestigandum tanti arcana mysterij. O quantæ ibi deliciae, quantus odor, qualia uerba, quām uehemens amor, quām casti amplexus gustatur: quis pro palare ualeat? Nil tunc ibi nisi dulcisona interioris hominis cantica, clamores desideriorum, gratiarum actiones, laudum præconia, affectionum gemitus resonant in laude dilecti. Pia etenim mens tanti sponsi lætificata præsentia uenerando hoc mediante sacramento repletur gaudio, exultatione perfunditur, humilitate deiicitur, lumine irradiatur, pace satiatur, roboratur fide, deuotione saginatur, atq; indissolubili amoris uinculo redemptori interius copulatur. Ex quo seruentior in dilectione, fortior in labore, promptior in opere, in tentatione prudentior, solicitior in uirtute, in administracione, laetior: nec non & in ipsius frequentatione efficitur ardenter. Talia nempe sunt munera tua, ô domine Iesu, taliaq; amoris encanaria: quæ amicis tuis deuotis & dilectis per Laur. Iustin.

hoc sacrosanctum mysterium conferre dignaris, ut omnem transeuntis uitæ superent delectationem. Per illud nanque uenerabile mysterium tradis te ipsum fidelibus tuis, quatenus discant ex ipsius suavitate amare te, tenere te, cognoscere te, laudare te. Aperi igitur, ô melliflue amor: aperi, inquam, ô diuina bonitas, interiores fidelium oculos, ut formatae fidei irradiat lumine mereantur uidere te. Dilata etiam domine affectum ad suscipiendum te, ut eruditia te querant te per te: & requiescant in te omnium desiderabilium æterno fonte. Tu enim, ô domine Iesu es moerentium consolator, peregrinatum comes, errantium uia, protector simplicium, fortitudo rectorum, peccatorum spes, merces iustorum, salus mundi, triumphator inferni, dux ad patriam, beatorum gloria, sanctorum laus, angelorum dominus, ciuitatis Hierusalem inextinguibile lumen, principium, sine principio, candor lucis æternæ, speculum sine macula, splendor diuinæ manifestatis, imago paternæ bonitatis, sapientiae thesaurus, æternitatis abyssus, caritatis incedium, uerbum continens omnia, latitudo amplectens omnia, uita uiuificans, pietas sustentans, & omnium bonorum totum continens.

*Qualiter ante refectionem seruorum Christi præmuenda mens sit. Et in ipso discubitu quædes effe operat, qui Deo placere desiderant. Et quod magna post cibum adhibenda est sui custodia,*

*ne suprefluat mens. Cap. XX.*

**N**SUS docet, quod quanto quis ubiores vult colligere fructus, tanto diligentiori & solicitiori cura terram excolit uomere, sentesq; de ea eradicare conatur, ne nascentes aristas prefoecare possint. Nam si inculta permaneat, uepribus urticisq; repletur, & hominum usibus omnino inutilis efficitur. Neque uero minori diligentia humani corporis terrena substantia disciplinæ spiritualis uomere colenda est, si cx se gratos Deo ualeat procedere fructus. Certum quippe est si ad momentum inexercitata permaneat, quod repente cōcupiscentiarum aculeos, desideriorumq; carnaliū stimulos inumeros generat ex se, & nutrit in se. Labe etenim peccati polluta, & somite delictorum primorum parentum vulnerata nihil sanctum, nihil laude dignum educere ualeat. Quicquid autem de immundo concepitum est semine: immundas necesse est ut procreet foeditates, quæ mox ut natæ apparet cōperint, resecandæ sunt gladio spiritus, & zelo disciplinæ: ne cælestis gratia germina sua opprimant, & sterilem agrum cordis efficiant, de quo fructus debuerat exuberare iustitiae. Plura nanc; sunt carnis desideria spiritui inimica: quibus nisi resistatur, corpori animæq; mortem infierunt. Inter hæc autem sœvit acerrimè gulæ appetitus, & ciborum immoderata inlluies: secum trabens uictorum exercitum numerosum, quæ mentis habitaculum sua malignitate euertunt. Propterea bellatores Dei, & Christi fidèles serui, qui tam pro honore Dei, quam etiam pro ipsorum salute propria cum carne, & carnis desiderijs pugnam aggressi sunt: aduersus hanc dimicare non desinant: atque temperantæ loris ipsam religatam tenentes, eandem spiritui omnino seruire coarctent. Laboriosus plane hic conflictus est & diutinus, sed laude dignissimus. Ideo uirtute indiget non modica: quisquis de eo triumphare desiderat. Quia uero cælorum regnum uim patitur, & illud uiolenti diripiunt, ideo formidolosus, aut pusillanimis, atque debilis in stadium spiritualis pugnae, & in collegia Deo dicata ingredi non presumant: nisi uiriliter pugnare uelint, ne forte ipsorum timor, & negligenter cæteris fortiter certantibus inferat impedimentum, uel scandalum. Exemplis nanc; & uita plurimum roborantur, aut debilitantur intuentium corda. Vnde dupli scelere rei sunt, qui opus Dei faciunt negligenter: quia & proximis obijciunt cadendi offendiculum, & sibi ipsi maximum acquirunt supplicium. Itaque quum Christi seruis indicta sit bene uiuendi necessitas, ac uirtutes operandi, ne maledictionis incurvant sententiam: id potius agere studeant zelo caritatis, quam impulsu necessitatis, quoniam leuius perficitur & uerius. Contra uitia virtutum desiderio pugnare conentur. Aduersus superbiam humilitate, aduersus iram patientia, aduersus inuidiam caritate, aduersus propriam uoluntatem obedientia uirtute decertent. Contra luxuriam castitate, contra auaritiam liberalitatem, contra acidiam animi magnanimitatem, & contra gulam temperantæ & sobrietatis rigore resistant. Ad hanc igitur gulæ edomandam inlluiem refectionis horam anticpare obhorreant Christo militantes, atque cibum capere segregatim devitent, nisi compellat

**A**pellat necessitas. Simul omnes habitent, simul reficiantur. Unus sit cunctorum discubendi locus, una hora, unus cibus, unaq; uoluntas, quatenus unitatem cælestis patriæ terrena congregatio imitetur. Ducantur autem ad refectionem magis pro sustentatione naturæ, quam pro explenda uoluptate. Euntes uero ad hoc carnale conuiuium uocari se ad æternum arbitrentur, & in illud tota suspendantur mente. Considerent, nanc; conuiuantum numerositatem, residentium unitatem, deliciarum affluentiam, ciborum uniformitatem, cœnaculi immensitatem, & bonorum omnium opulentissimam satietatem: In his etenim euecta mens, & spiritualibus dapibus saginata uix corpori necessaria indulgere ualebit. Longè quippe à carnalibus spiritualia distant alimenta, & audiōri sumuntur desiderio. Ex repletione carnalium enim hebetatur mens, sensus obtunditur, animus dissipatur, uenter distenditur, calor naturalis accedit, & corporis organum humoribus præpeditur. Ex spirituali uero refectione irradiatur intellectus, exhilaratur cor, iucundatur animus, & cælesti caritate inebriatur affectus. Carnales quo

**B**que epulæ fastidium: spirituales autem acuunt desiderium. Illæ onus corpori: istæ delectabile ingerunt gaudium menti. Post illas corporalis omnino secuturā mors est: post istas etiam uita æterna donanda est. Ideo illæ ad solam sustentationem capienda sunt sobrie: istæ semper inhianti corde, & dilatato affectu concupiscendæ, & percipiendæ sunt. In corporalibus alimentis non quod palatum mulceat, uel excitet appetitum, appetendum est. Hæc nanc; secundum carnis desideria, & proprias uiuentes uoluntates, querunt. Comedendum est simpliciter, quod apponitur cum gratiarum actione: summo autem studio caueant Christi serui: ne murmurent fastidientes, quæ illis præparata fuerint. Hoc etenim in congregationibus & refectionibus iustorum detestabile uitium est: quibus omne quod offertur, diuino prouisum est munere. O si tales Dei dona, & sua opera diligenter examinarent: etiam aqua frigida se arbitrentur indigni. Si ex qua radice ipsorum procedat murmur, sagaciter intuerentur: prorsus uerecundarentur. Deberent hi in gratitudine, & gulæ uitio uulnerati reuoluere intra se quanti sint, quibus de sunt ea, quæ illis copiose supersunt. O quam multi sunt, qui ex diuina permissione de suis expulsi sunt domibus: expoliati possessionibus, deprædati diuitijs, & omni facultate nudati præ egestate coguntur ostiatim eleemosynas querere: per alienas ædes quotidie huc illucq; discurrere: & cibum prece, & cum rubore sumere: quibus, cum in proprijs essent habitationibus, temporalium inerat abundantia facultatum, & numerositas, seruorum: quorumq; cellaria panibus referta erant, atq; promptuaria eructabant ex hoc in illud: O quanti qui uitam innocenter ducunt, & simpliciter conuersantur: solo panis alimento indigere noscuntur: O quam multæ mulierculæ in uideitate degentes, pupillos suos oleribus, & aqua uix alere possunt: quæ magna apud Deum pollent sanctitatem, cælum crebris pulsant singultibus: & intus erga proximos induunt uiscera pietatis. Quantii infirmi in platearum iacentes porticibus carent uilissimo tegumento: & arido pane. Sunt quoq; foeminæ in puerperio decubantes, quæ tam pro seipsis, quam pro uagientibus infantulis extrema afficiunt inedia. Quia igitur fronte, quâue ratione Christi serui, qui crucem post dominum baiulare uidentur: qui carnalibus desiderijs resistere creduntur: qui perfectionis uiam aggressi sunt: mumurare audent, si omnia, quæ illis apponuntur, gustu non sapiunt. Ignominiosa quippe res est hæc. Nunquid dominus Iesus hæc docuit uerbo aut opere? Nunquid sanctorum gesta, & illorum monita suadent talia? Ipsi certè tanquam milites strenui, & zelatores Dei ieunijs corpora macerabant: & carnem prolixa inedia subiugabant: ita ut quasi uita deficerent præ lassitudine. Leguminibus nanc; oleribus, pane, & aqua parce utebantur. Et ijs contenti, quibus natura sustentabatur: spiritualibus potius, quam corporalibus nutriebantur alimonij. Sed (heu) temporibus nostris refrigescente caritate, & deficiente calore spiritus: non est qui saltem delectabilibus priuari uelit. Nam preciosa exquiruntur uina, exquisita appetuntur fercula: saporesq; uarij desiderantur, ut prouocent appetitum. Quibus deficienibus adeat obrectatio: coquorum inscitia redarguitur: & persæpe aduersus monasterij dispensatorem fit proclamatio: ueluti ad personam, quæ caritate proximi caret. Non considerant huiusmodi: quod pro amore gulæ fraterna scinditur caritas. Non prece, non precio, neque pro humano favore illis ministratur: sed solo Christi amore. Sed nec

Laur. Iustin.

ipsimet laborant pro suo uictu corporaliter, uel mentaliter, quin potius paratas suo tempore sedent ad mensas aliorum sudoribus ordinatas, & (proh dolor) neq; sic contentantur. Serui nanc; uentris quum sint, saturari se non arbitrantur, si quid ad uotum gulæ defuerit. Quam nequam seruus est gulæ deditus: ô quam crudeli se stravit tyranno. Inuenientus est & impudicus: infirmitatem simulat, caritatem ostentat, prudentiam habet, futura præuidet illectus delectatione præsentium. Redeant igitur ad se, quicunque gulæ tentationibus agitantur: diuina non cessent beneficia meditari: egenorum inopiam oculo mentis conspiciant: fratrum sibi ministrantium laborem, & humilem caritatem recogitent: ingratitudinem propriam, detractionem, & uentris immoderantiam condemnare nequaquam prætermittant, & sic forsitan ipsorum curabitur morbus. Si uero extremam horam, mortis horrores, sepulcri claustra, inferniq; tormenta iugiter considerabunt, suam poterunt resecare in gloriem. Serui autem Christi non fastidiunt apposita: non concupiscunt quibus carent, sed de ihs, quæ habent, qualiacunq; sint, naturæ debitum, quæ paucis contentantur, persoluunt, & tanquam de manu altissimi deuota mente suscipiunt. Priusquam carnale capiant alimentum, Deo gratias, & laudes immensas uoce ac spiritu pro ihs, quæ apposita sunt, reddunt, prout diuina clementia ministrauerit: post quas cibum sumunt parcè, uoracitate religata. Non circupsicunt quid alijs appositum sit, non qualiter, uel quantum cæteri comedant: sed honestè sedent, ante se posita intuentur: mente nihilominus ad altiora suspensa. Indignum profus est, & à uia spiritus alienum, ut mens, quæ nullo corporali eget alimento, corporæ se reficiente ieuna permaneat. Propter quod semper refectionis tempore aliquid de divinis scripturis legendum est: quatenus interior homo habeat unde nutriatur. Diuina nanc; eloquia, & lectionis scripturarum sic animæ, sicut panis corpori tribuit nutrimentum, iuxta dominî sententiam dicentis: Non in solo pane uiuit homo: sed ex omni uerbo, quod procedit de ore Dei. Eapropter sancti patres cælesti afflati spiritu, & sa-

Deut. 8 pientia lumine radiantes sanxerunt, ut in congregationibus & refectionibus Christo

Luc. 4 militantium, quum mensis discubitur, martyrum certamina, aut sanctorum gesta, seu ipsorum dicta ab uno alta uoce cantentur, ut ex ihs quæ pronunciantur exterius: euauata mens ab insimilis in sensus carnalium non transeat delectationum. Igitur lingua omnino sub silentij rigore persistente tota mens in consideratione eorum, quæ leguntur, delectabiliter occupetur, & de ihs saginetur, nec aliò uagetur, nisi forte ex superuenienti gratia ad altiora traheretur. Deficiente autem eo, qui legat, circa ea, quæ paulò superius narrata sunt, exerceatur animus. Prorsus quippe lingua refectionis tempore reganda est à seruis Dei, quibus omnis congruit disciplina sanctitatis. Quis autem explicet uerbo, quanta inania, dissoluta, & detractoria in conuiciis proferantur uerba: quantum distrahatur animus: repleatur uenter: & offendatur Deus: Si uero hæc in secularium comedationibus detestanda sunt, quanto magis in refectionibus seruorum Christi, quibus omnino interdicitur huius confirmatio seculi: Ipsius enim incumbit necessitas, ut non quæ placent, sed quæ aedificant, agere debeant. Sic (inquit dominus) luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrum, qui in cælis est. Non enim sufficit sibi ipsi satisfacere ei, qui ad perfectionis sublimitatem uocatus est. Debet quippe cautè uiuere, ne quod infirmis mentibus det offendiculum. Nam in uerbis, & in omni morum grauitate illos decet redimitos esse: præcepit tamen refectionis tempore: in quo cadendi materia plurimum uiget. Ideoq; absque lectione, aut mentali exercitatione minimè fas est in refectione discubere: ne in carnalium uoluptate epularum absorbeatur in homine præsidens ratio, & compellatur sola carnalia cogitare. Sicut autem rationalis spiritus cum Deo coniunctus unus cum illo efficitur spiritus: ita & carni confederatus (ut sic dicam) una efficitur caro. Propterea quemadmodum mulier, quæ uiro alligata est, quæ mundi sunt, cogitat: quomodo placet uiro: sic & spiritus carni irrationaliter copulatus tanto uehementius, quanto naturali amoris uinculo conglutinatus est strictius. Thorii nanc; amor perquam frequenter concupiscentiarum impulsu polluitur, animi concitatione diuiditur, sed omnino morte interueniente extinguitur. Animæ uero & carnis affectio nullo euentu, nullaq; lege, nec in præsenti, nec in futuro dirimitur, quin potius purius, ardenter, perfe-

Matth. 5 ctitus,

1 Cor. 7 efficitur spiritus: ita & carni confederatus (ut sic dicam) una efficitur caro. Propterea quemadmodum mulier, quæ uiro alligata est, quæ mundi sunt, cogitat: quomodo placet uiro: sic & spiritus carni irrationaliter copulatus tanto uehementius, quanto naturali amoris uinculo conglutinatus est strictius. Thorii nanc; amor perquam frequenter concupiscentiarum impulsu polluitur, animi concitatione diuiditur, sed omnino morte interueniente extinguitur. Animæ uero & carnis affectio nullo euentu, nullaq; lege, nec in præsenti, nec in futuro dirimitur, quin potius purius, ardenter, perfe-

A. Etiusq; in animæ & corporis glorificatione perseverat. Proinde quia rationalis spiritus inclinatione quadam naturali, & non parum, quæ corpori utilia, & delectabilia sunt, cogitare cogitur: aliquo spirituali pabulo in ipso discubitu erigendus est: in quo quanto amplius fuerit occupatus & illectus, tanto minus carnalia cogitabit. Reprehensibile nempe est, ut rationalis spiritus, qui est imago Dei, sapientiae sedes, & beatitudinis capax: sic à naturali sua degeneret dignitate, ut se transferat in actus iumentorum. Ad hoc igitur euistandum congruum ualde est, ut ita animus sua spirituali exerceatur consideratione, sicut caro pascitur propria & carnali refectione: alioquin omnis rationis censura dissoluitur, & omne iudicium confunditur discretionis. Completa uero refectione corporis, studeant domino famulantes corde & lingua gratias altissimo exhibere, ne ingratitudinis uitio obnoxij indignos ac debitores se faciant sumpto conuiuio. Magni nanque periculi res est domini dona suscipere, & ipsi domino gratias non perfoluere. Consummato autem officio gratiarum actionum, qui minus solliciti sunt, col-

B. loqujs se immiscent inutilibus & iocosis absque fræno custodiae. Consuevit quippe semper post uentris saturitatem, & repletionem stomachi lingua fieri effrænationis: & corporis sensus minus compositi: atque facile ex hoc animus ad illicita perpetrandâ dilabitur. Hos Propheta redarguit, dicens: Incrasatus est dilectus, & recalcitrauit. Incrasatus, impinguatus, dilatatus dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Non sic autem agunt, qui dilectione Dei feruent, qui erga suum cor uigilant custodia diligent: qui ad uirtutum perfectionem auido anhelant desiderio. H̄i nempe post refectionem arctius se stringunt, scientes quod ubi proclivius tenditur ad ruinam: ibi sollicitior uirtutum censura seruanda est. Propterea eadem hora hominum frequenter declinant consortia, aut si cum proximis conuersantur, adhibent linguae custodiā, uel in aliquo, si opus sit, corporali occupantur exercitio: quatenus transfacta utiliter hora aestuantis stomachi, in qua noxiiorum mens est perceptibilis phantasmatum: de cætero sine corporis læsione animus ad quæcunq; uoluerit, ualeat reliquum dispo-

C. nere tempus. Duobus nanc; contrarijs simul militari non potest, nec carnis & spiritus pariter teneti delectatio potest. Ideo expedit omnino: ut qui in via Dei proficere cupit, sensuum inordinationem & carnis illecebras, quæ ex se delicta germinare non desinunt, refrænare contendat. Si utrisque quis uoluerit famulari, casso desudabit labore. Carnis nanc; uoluptatibus dedito, spiritui seruire non licet. Sed & spiritus desideria qui curat perficere, prorsus carnis desiderijs renunciare compellitur. Alteri quippe ipsorum, scilicet carni, aut spiritui expedite principaliter uacare. Vnicuiq; eligendi quodcunq; placuerit datur optio. Talem uero quisq; uiam eligat, qualem eligere uoluisse, si in mortis articulo constitutus esset. Consideret quilibet, quod mors uenire non tardat. Singulis enim horarum spatijs semper fit propior. Nulli scit parcere, nulli promittit dilationem: omnes suspectos sua reddit incertitudine. Nec honr, nec diuinitas, nec ipsa iuuentus de ipsius manibus eruere potest. O quam sæpe ueluti irruentes inuadit latrones inopinata mors: nec unius hebdomadis ad pœnitendum cōcedit tempus: quandoq; nec diei spaciū, quandoq; nec horæ. Semper igitur præcauēda est, semper laudabilis uita eius: ictibus obijcienda est, ne indispositos reperiatur, quos exire de corpore, uelint, nolint, sua cōpellit tyrannide. Quum enim mortis necessitas naturæ intolerabilis sit, hoc solo lenitur remedio, si conscientia seruetur innoxia, & futurorū bonorū iugis habeatur memoria.

Quod serui Christi in actionibus temporalium, & exterioribus exercitijs non se totaliter occupare debent: sed partim actioni, partim deuotioni se tradant. Et qualiter in operibus exterioribus, & necessitatibus proximorum, ipsos habere oporteat, ut uirtuosè agant.

Cap. XXI.

Visquis intra urbis mœnia constitutus ad remotas disponit peragrare regiones: prius necesse est, ut proprias metiatur uires: nec nō & quæ illi pro quotidiano usu sunt necessarie, præparet alimonias, ne uiribus destitutus, aut sumptibus deficientibus cogatur præ inedia deficere: seu ad locum unde discessit remeare. Similiter qui in cōgregationibus sanctis in tutissimo loco sunt positi, atq; circa deuotiones & spiritualia studia suæ primordia cōuersarunt: priusq; terrenarū actionū iter arripiat, & seculi huius uoluptuosí ad negotia pertractāda se trāserat: pprias uirtutes discutere nō desinat, ac quantū in uirtutibus, quantū in moribus pro-

Laur. Justin.

q. 3

fecerint,

fecerint, qualesq; in tentationib; qualesq; in oblati honoribus inueniātur, diligenter considerēt: ne spiritus deficiente uigore in his temporaliū curis succumbere, aut mente & corpore destituti ad secularia coacti sint redire oblectamenta. Hoc per scripturas patrum nouimus, hoc per quotidianā experientiam multis accidisse perspicuum est. Propterea quicunq; Dei militiam aggressus est, quicunq; propriam salutē diligit, atq; gradū sibi cælitus datā custodire desiderat, caueat ne repente se transferat ad exteriora exercitia: atq; ne in eo quod agit corporaliter totus extra se rapiatur: quatenus amissa ex hoc morū honestate, & mētis grauitate, ad se ut expedit, redire nō curet. Sunt autē multi, qui spiritus leuitate permoti, & inordinato seruore sub pretextu caritatis seducti, adeo in exterioribus actionibus implicātur: ut de se nihil curare videantur. Diē quippe totū in his occupāt, mentē dilaniat, corpus atterūt, & spiritualia studia negligūt, sola temporalia cogitantes. Istorū autem quale fuerit opus, exitus cōprobabit. In diuinis nanq; legitur scripturis, q; Moses, quū ex Agypto egressus esset, & absq; interuallo causas populi occupatus audiret: à letro suo cognato admonitus est, q; stulto labore, & ultra vires proprias desudaret: cū minora maioribus anteponeret, & plus debito in exterioribus sedūtare. Et quis Mose sanctior: quisue seruētor: qui à Deo dux populi Israēl electus est: qui super omnes homines, qui tunc morabātur in terra mitissimū: qui causas populat dēfissimo caritatis zelo iudicabat: ut audeat sine lēsione persistere in eo, in quo sanctus Propheta perseuerare nō ualuit. Audito nanq; gentilis uiri consilio prudēter restrinxit negotia proximorū: ut in ihs quæ Dei erant, suo quietius uacaret tēpore. Nō enim rātus Propheta saniori dignatus est acquiescere cōsilio: propter quod etiā plurimū proficisse dignoscitur. Huius admonitione exēpli erudimur utilibus semper parere consiliis: atq; operibus exterioribus spiritualia deuotionū intermīscere exercitia: quatenus gustū eorū resumptis uiribus, & roborata mente, utilius iucundiusq; exteriora agamus. Videamus quippe iumenta post lōgos labores, post diei æstus duci ad præsepiā, & cibarijs illis cōgruentibus refocillari: ut ex hoc reparata pristina fortitudine iterum laborare cogantur. Naues quoque post diutinam nauigationem ad portum ducuntur, super littus trahuntur, resarcuntur, renouantur: ut denuò petant eequora. Humana etiam corpora post diei fatigationem cibantur: in stratis ut nocte quiescant, somnum capiant, uirtutem recuperent, componuntur. Et solus rationalis spiritus temporalibus curis attritis, innumeris cogitationibus dilaceratus, onere carnis pressus, spirituali pabulo remanebit iēsus: Egent ne ista exteriora ocio & restauratione, & non magis humanus spiritus? Nunquid fumentis & corporibus morituri tam sedulō ministrabitur, & animæ salus Matt. 6 atq; profectus negligetur? Nonne pluris est anima, quām corpus? Nam etiā pro corporibus arbusta, pisces, uolucres, cæteraq; animantia, terra mariq; condita sunt: tamen ipsa corpora, cælum, & quicquid in cælo fulget, aut in terris mouetur, principaliter pro animabus creati sunt: ut in ipsis tanquam in uisibili speculo gloriam intelligent conditoris. Quicunq; igitur suæ mentis compos est, & futura bona presentium mercede mereari cupit: modum habeat in ihs, quæ foris sunt, ne horum impedimento interioribus priuetur bonis. Præponat spiritualia temporalibus lucris, & inuisibilia uisibilibus. Meminerit etiam à domino ueraciter dictum: Quid prodest homini, si lucretur uniuersum mundum: animæ uero suæ detrimentum patiatur? Parum quippe proderit in hora extus, & in die iudicij monasteria ampliasse, magna ædificia erexisse, redditus & prouentus cumulasse, & spiritualis animæ neglexisse profectus. De operibus pietatis, de mūditia cordis, de perfectione uirtutum, nō de operibus manuum principalis fiet interrogatio. Non terrenas opes, non humana opera: sed hominum animas requirit omnipotens. Nō enim pro mundi rebus, sed pro animabus Christus passus est. Esto autem quod hæc temporalia corporibus Deo seruientiū necessaria sint. Esto q; qui soli Deo uacare studet, corporalibus egeant alimonij: nunquid propter hæc diuina laus prætermittenda est? Nunquid ita corporalibus uacandū est, ut omnino cōtemnatur, q; spiritus adhēreat Deo, à quo temporalia pariter & spiritualia possidet. Sicut corporalia, sic sunt spiritualia lucra quæreda. Nā iuxta domini sententiā ista oportet facere, & illa nō omittere. Vt riusq; prudēter propria tēpora coaptāda sunt. Neq; em̄. ita spiritualia exercitia extollēda sunt, ut corporalia damnētur, aut exteriora opera sicut laudāda, ut spiritualibus detrahāt. Scimus nanq;

A nanq; quod in eadē domo, ubi dominus Iesus residebat interfuisse sorores, Marthā scilicet ministrantē domino, & Mariā dominū audientem. Ambas sanctas, ambas Deo gratas, ambas cōmendatas à domino, & dominū in eodē suscepisse hospitio. Nō em̄ ad Mariā neglecta Martha accessit: nec opus Marthæ sine ocio Mariæ requisuit. Vt riusq; uoluit dominus, utrūq; laudauit, utriusq; actus sibi placere perhibuit. Significauit tēc spiritus Iesu, & posteros monuit, ut intelligerent, quod opus Marthæ absq; ocio Mariæ ex nimia occupatione & turbatione præcipiter, & rursus ocium Mariæ sine adiutorio Marthæ stare nō ualeat. Nā & ipse dominus Iesus uerbo & opere insinuauit fidelibus suis (dū adhuc esset in corpore passibili) hoc esse faciendum. Per diem nanque prædicationi uacabat: pernoctabat autem in oratione Dei. Hoc ipsum agant Christo militantes, illum sequantur: quia in erroris tenebras præcipitari non poterūt. Partem temporis Dœo, partem exterioribus tribuant actionibus. In ipsis uero prudenti se circumspectione custodiāt. Nam solet interdum in eisdem animus effrænari & lingua: ita ut om̄issa om̄ni B grauitate spiritu leuitatis totus feratur in præceps: neq; quid agat, uel quomodo, considerare uelit. Facile tunc uerba proferuntur nullo sapientiæ sale condita: quæ audiētū corda impatientiæ faculo feriunt, & totam dissipant dulcedinem caritatis. Vix etenim temperantiæ fræno religata lingua peccatum euaderē ualeat: quanto minus autem absque disciplinæ rigore permitta: Semper enim tanquam indomitum animal gubernaculo indiget: semper coercenda est sub imperio rationis, & potissimum in exterioribus actionibus: in quibus (ut plurimum) silentijs claustra irruimpere conatur, quæ silicentiam habuerit, interioris hominis extinguit incendium. Ideo in sanctis cogitationibus occupanda mens est, quum corporale sit opus: ut pariter cordis & corporis gratum altissimo offeratur holocaustum. Quod si hoc fieri nequit, uerbū pronuncietur ædificationis, uel uocalis saltem non deseratur oratio: ut dominus dupliciter laudetur. Debent quippe, qui Deo placere cupiunt, nihil horum prætermittere, quæ ualeant cor accendere, aut proximum ædificare. Licit interdum, quamvis raro, quum commūnia fiunt exercitia: quædam humana, & iocosa proferri uerba pro propria, aut pro fratris subleuanda fragilitate, & deprimenta tristitia. Paucorum nempe est rigorem ubiq; seruare silentijs. Vnde ne inordinati cogitationum tumultus sentiantur in corde, uerba quandoq; honesta audiantur in ore: non disceptationis, non elationis, non murmurationis, sed caritatis, & pacis, quæ possint ædificare audientes. Quum autem quippiam operis à superiorē iniungitur: cuncta cordis alacritate suscipiendum est, ac diligentis solicitudine perficiendum. Nihil huic fas est anteponere: non orationem, non lectionem, non corporis quietem. Cuncta negotia, & proprias uoluntates præsidentis præcedat imperium. Nulla prorsus ratione frangatur, nullisq; persuasionibus omittatur, nisi forte diuinis contradicat præceptis. Tunc enim si præceptoris imperia conditoris aduersentur mandatis, repudienda omnino sunt: quia Deo potius quām hominibus obtemperandum est, in manifestis tantum: in dubijs uero superioris iudicio magis quām proprio credendum est. Illi nanque tanquam Christo obedire oportet, & quæ ab illius ore sunt prolata: dominum Iesum dixisse fatendum est. iuxta illud Apostoli dicentis: An experimetum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Propter quod animarū rectores in omnibus prouidi sint, nihil agant reprehensibile, nihil proferant indiscretum, ne ponant simplicibus cadendi offendiculum. Nam qui præsunt, diligenter videant, quid imperent: subditi autem animaduertant, qualiter contradicant. In omni obedientia non hominibus, sed Deo obtemperare existiment. In cunctis actionibus, præcipue in ihs, quæ circa corporalia, uel spiritualia proximorum commoda sunt: omnis adhibenda est diligentia, & spiritus promptitudo. Tanquam Deo illis famulandum est, in singulis Salvatoris persona configuranda est. Ipse nanque dixit: Quod uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Maximum quippe gaudium, copiosam mercedem, & dulce laborum leuamen percipiunt à domino: quicunque proximo seruientes Christo ministrare se cogitant, sicut & faciunt. Cum hominibus nanque conuersatur ipse Christus, in pauperibus ipse pascitur, potatur, induitur, sepelitur, exhortatur in proximis: supportatur in illis, persecutionem patitur in illis: prout Paulo seruos suos persequenti ait: Quid me persequeris? Dignatus est autem ipse dominus se cum suis unire fidelibus mi-

ra ac indissolubili compagine caritatis. Vnde ipse ecclesiæ suæ caput, & fidelium congregatio eius corpus effectum est. Propter quodquitquid impeditur corpori, siue boni, siue mali, capiti exhiberi dubium non est. In cælos uero ascendens caput: ibidem & ubique regnans: corpus suum in terra dereliquit: quatenus dilectio & dilectionis operatio, quæ glorificato iam capiti impendi non potest, in suo corpore demonstretur, experienturq; evidentissime quantum ipse ab omnibus diligatur. Ut etiam seruorum suorum fidelium caritas exerceatur, crescat & perficiatur: permittit ipse dominus quosdam electorum suorum egere temporalibus necessarijs, pati penuriam, infirmitatibus flagelli, pressuris opprimi, temptationibusq; agitari. Valet nempe ipse dominus per seipsum, quum uult, omnibus subuenire, atq; cunctis corporis & spiritus solatia irrogare: sed ne repescat caritas, ne dilectio mutua amittatur, ne fraternitatis unitas dirimatur, obicit ante singulorum oculos calamitates miserorum, ut compassionē permoti qui diligunt, & zelo dilectionis accensi, qui Deo placere cupiunt, misericordiae operibus se expnentes misericordiam & ipsi consequantur: sicut idem dominus pollicerū dignatus est,

**Matt.** 5: quum diceret: Beati misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus. Ob capitum itaq; reverentiam debemus membris infirmantibus subuenire grataanter. Si temporalia abundant, impertiri studeamus cum illis: si spiritualia adsint, nec minus cōmunicare cū ipsis. Nihil sic proprium, sed omnia conditoris dona communia sint. Qui habet non habenti tribuat, qui poteſt ministret impotenti, & qui scit erudit ignorante: ut adimpleatur lex Christi. & qualis quippe natura cunctis hominibus donata est: eadem fides ab omnibus confitetur: eademq; felicitas singulis repromittitur electis. Improbum etenim est, ut impietas, infidelitas, & inhumanitas secernat, & diuidat, quos natura, gratia, & gloria fecit aequales. Caritatem igitur, & caritatis unitatem, quam habituri sumus in cælo, initiemus & teneamus in terris, quam facile affequerimus, si futuram communitatem gloriam assidue cogitabimus, si Christi humanitatem in membris singulis intuebimur. Nam qui corporalem redemptoris substantiam in proximo deuote perspexerit: corporales & spirituales proximorum infirmitates læto animo, & dulci caritate aequanimiter tolerabit.

Quod in collegijs Deo dicatis moderatè, modestèq; cum proximis conuersandum sit propter multa, quæ in eis de conuersationibus eueniunt pericula. Et qualis esse debeat habitantium in monasterio mutua & fraternalia conuersatio.

Cap. XXII.

**V**olentes domos, aut palatia cōstruere primò studēt in imo supra petrā, uel super stabile solū fundamēta locare, & postmodū reliquias edificiorū partes suis locis & temporibus ordinare: quatenus firmato fundamēto cætera ædificada seruent. Quale etenim fuetit cuiuscq; rei fundamētu: talis erit eiusdē perseuerantia & laus. Hoc in materialibus, hoc in secularibus humanisq; negotiis cōtingit: nec minus in spiritualibus iudicandū est. Proinde quicunq; in cōgregationibus militatiū Christo cupiūt absq; sui detrimēto, & proximorū scādalo fratrū & domesticorū habere cōsortia: prius uerē caritatis conētetur in seip̄lis fundamēta iactate, atq; demū poterū seruatis cōgruis modis & temporibus, utiliter cōuersari. Non enim paruipendēda sunt hæc. Maxima nanci pericula & formidāda, innumeriq; casus latitat in cōversationibus proximorum. Nam & sub redolente rosa pungētes teguntur spinæ, quæ imprudentiū perforant manus aculeis suis. Proximorum quippe cōversationis, & socialis uita delectabile bonū est, & multorum laborū singulare leuamē esse agnoscitur, si prudēter agatur. Hæc etenim uirtuosē adipisci non ualer, qui proximū, sicut mādauit dominus, diligere nescit. **Deut.** 6: Sic p̄ceptū est: Diliges proximū tuum sicut te ipsum. Prius diligat se, deinde proximū sicut se: quicunq; proximi utile & Deo gratum uult habere cōsortium. Qui enim non se diligit, quomodo fratrem suum diligere poterit sicut se? Qui uero fratrem suum non diligat, prout amare debet, neque ipsius conuersationem uirtuosē obtinere ualebit. Propterea seruus Dei in congregatione positus studeat, sicut caritatis lex iubet: diligere se, ne nequiter proximum diligat, quem debet diligere sicut se. O quam rarisunt, qui diligent se. O quam difficile reperiūtur, qui ordinato amore uelint diligere se. Nemō certe diligit se, qui Dei mandata negligit, qui ipsius voluntatem adimplere non satagit. Quantumcunque carnem suam foueat homo: quamuis contraria corporis uitæ,

A uitet, fiōtēs ambiat, & obtineat: innumeras congreget diuitias, possessiones acq; rat: deaurata ædificet palatia, uestibus preciosis induatur: comitatus incedat multitudo seruorum, nequaquam ex his diligere se censendus est: si nequiter uiuit, si uitia se etatur, si concupiscentijs carnis habenas laxat, si in temporalium prospexitatibus spem figit suam: si delectationibus & uoluntatibus Dei suas anteponit. Huiusmodi nempe tanto amplius se odit, quanto magis delinquit. Hoc sanctus Propheta testatur, quum dicit: Qui diligit iniūtatem, odit animam suam. Hoc in Euangelio dominus aperteuit; ubi ait: Qui amat animam suam, perdet eam. Sicut autem non se diligere, sed odisse descendus est, quisquis pro breuissimo delectationis spatio corporalem sibi irrogat mortalem: ita neq; se amare iudicandus est, quicunq; pro momentaneis præsentis uita uoluntatibus supplicia mercatur æterna. Maxime prorsus dementiæ argumentum est cæli diuitias, & gaudia paradisi pro temporali commutare commercio. Ille solus prudentia pollere, ille solus seipsum diligere æstimādus est, qui corporalibus sensibus denegat lenocinia: qui carnalibus uoluptatibus lora restringit: qui contra uita & delicta reputat acriter: qui uirtutes appetens de ih̄s, quæ Deo grata sunt, nihil negligit, qui celestia diligens Deo adhærere per amoris uinculum toto corde concupiscit. Qui talis est supernæ gratiæ splendore illustratus, seipsum diligere nouit: & illi sicut se proximum diligere mandatur. Huic uero amore diligent se, & sic proximorum sicut sua propria quærenti spiritualia lucra, nequaquam interdicenda est proximorum conuersatio: sed suadenda & iniungenda. Absque sui detrimento multorum profectibus hic autor esse potest. Liberè nanque in omni tempore cum omnibus conuersari ualebit. Qui uero minus proximum diligat, quam se, qui adhuc paruulus est, & sensuum delectatur illecebris: qui nec dum perfectam adeptus est caritatem: caueat, & diligenter obseruet quæliter cum proximo conuersetur: ne sub imagine caritatis dono gratia priuetur. Nam & diabolus consuevit sub uelamine sanctitatis multimode insidias tendere imprudentibus, easq; tegere, ne agnoscantur. Propterea cupientes placere Deo, & ad perfectiōnis fastigium ascendere, prudenti examinatione cuncta, quæ agunt, considerare non cessent: ne in diaboli laqueos inīciant pedes. Præcipue tamen uideant cum quibus conuersentur. Omnes quippe diligendi sunt, boni in Christo, mali propter Christum. Cum multis amicitia custodienda est: moderata autem conuersatio cum solis Deum timentibus, & uirtuosē uuentibus habenda est. Qui enim cum discholis conuersari uoluerit: proculdubio fieri illorum similis. Multorum nanque & specialiter obrectatum & impudicorum aspernanda sunt consortia, quia inficiunt sibi adhærentium animos. Secum etenim gerunt letale uenenum: & simplicium animas ualido perditionis mucrone confodiunt. Semper huiusmodi discurrent, semper similiū sibi consortia quæritant: in angulis, in latibulis, silentiū tempore ut plurimum confabulari appetunt: & absentium uitam lacerare non desinunt: & tanquam ipsiū non sufficiat propria perditio, alios secum damnare conantur. Nil autem perniciosius detractore in collegijs iustorum. Dissipat nanque caritatem, dissipat unitatem, humilitatem fugat, pacem turbat, rixas parit, nutrit discordias, lites mouet, odia generat, & omnem dirimit sanctitatem. Est quippe detractor mortifera sagitta emissā de pharetra Sathanē ad perdendas animas: à quo quicunque declinauerit, Deo & hominibus amabilis erit. Considerent quoque prudenter qui detrimenta, quæ in familiari conuersatione eueniunt, fugere appetunt: qua intentione conuersantur. Nam si ex puro supernæ caritatis amore, aut pro propria utilitate agatur, sancta quidem, & commendabilis est: sin autem, segreganda. O quot sub specie caritatis seducuntur, & seducunt: O quanti simulata pereunt dilectione! Heu quam multi in principio pure, & sine deceptione conuersantes ex nimia familiaritate paulatim infecti in immane præcipitum dilapsi sunt: eo miserabilius, quo fœdius. Sub ueræ caritatis nanci prætextu in tales subintrat amor sensualitatis, alter enim nequaquam decipi possent. Hic amor cum in corde imprudentis exortus radices mittere, ac pullulare cōperit, corporalem quærit dilecti præsentia, cum eodem cohabitare, cum eodem loqui desiderat. Sicut autem ex ipsius gaudet aspectu: ita absentia cōtristatur. Solus uult cum eo, quæ sensualiter diligat loqui: solus cū eo cōversari, quia in illius mente habitare sā cōpet. Liuore quippe inuidiæ accēdit: si quēpiam ab eodē diligi,

Psal. 18  
lxx. 12

C nō fastigium ascendere, prudenti examinatione cuncta, quæ agunt, considerare non cessent: ne in diaboli laqueos inīciant pedes. Præcipue tamen uideant cum quibus conuersentur. Omnes quippe diligendi sunt, boni in Christo, mali propter Christum. Cum multis amicitia custodienda est: moderata autem conuersatio cum solis Deum timentibus, & uirtuosē uuentibus habenda est. Qui enim cum discholis conuersari uoluerit: proculdubio fieri illorum similis. Multorum nanque & specialiter obrectatum & impudicorum aspernanda sunt consortia, quia inficiunt sibi adhærentium animos. Secum etenim gerunt letale uenenum: & simplicium animas ualido perditionis mucrone confodiunt. Semper huiusmodi discurrent, semper similiū sibi consortia quæritant: in angulis, in latibulis, silentiū tempore ut plurimum confabulari appetunt: & absentium uitam lacerare non desinunt: & tanquam ipsiū non sufficiat propria perditio, alios secum damnare conantur. Nil autem perniciosius detractore in collegijs iustorum. Dissipat nanque caritatem, dissipat unitatem, humilitatem fugat, pacem turbat, rixas parit, nutrit discordias, lites mouet, odia generat, & omnem dirimit sanctitatem. Est quippe detractor mortifera sagitta emissā de pharetra Sathanē ad perdendas animas: à quo quicunque declinauerit, Deo & hominibus amabilis erit. Considerent quoque prudenter qui detrimenta, quæ in familiari conuersatione eueniunt, fugere appetunt: qua intentione conuersantur. Nam si ex puro supernæ caritatis amore, aut pro propria utilitate agatur, sancta quidem, & commendabilis est: sin autem, segreganda. O quot sub specie caritatis seducuntur, & seducunt: O quanti simulata pereunt dilectione! Heu quam multi in principio pure, & sine deceptione conuersantes ex nimia familiaritate paulatim infecti in immane præcipitum dilapsi sunt: eo miserabilius, quo fœdius. Sub ueræ caritatis nanci prætextu in tales subintrat amor sensualitatis, alter enim nequaquam decipi possent. Hic amor cum in corde imprudentis exortus radices mittere, ac pullulare cōperit, corporalem quærit dilecti præsentia, cum eodem cohabitare, cum eodem loqui desiderat. Sicut autem ex ipsius gaudet aspectu: ita absentia cōtristatur. Solus uult cum eo, quæ sensualiter diligat loqui: solus cū eo cōversari, quia in illius mente habitare sā cōpet. Liuore quippe inuidiæ accēdit: si quēpiam ab eodē diligi,

& cum eodem conuersari perspexerit. Absentiam etiam ipsius magnam sibi delectationis facturam existimat. Sicut enim amat singulariter, ita & amari uult: atq; cęco seductus errore, ignorat se uesano amore percutsum. Passione namq; uictus dicitur inuitus: & tyrannice superatus ad opera carnis, quadam (ut sic dicam) necessitate abstractus, & illitus: ac intentione quadam latenter palliata & polita seductus, ut suum ualeat assequi appetitum: patrum ordinationes frangit: monasterij institutiones non obseruat: silentia parui pedit: orationem postponit: cellulæ secretam quietem negligit: & intus nihilo minus stimulante & urente conscientia uelut amens post suam totus trahitur concupiscentiam. De uerbis, de actibus mutuis, de cogitationibus obscoenis tacendum est: quæ sub colore caritatis omnia ex inordinata paulatim familiaritate generantur. De talibus Galat. 3 dicit Apostolus: Videte ne quū spiritu cœperitis, carne cōsumamini. Proinde interdicenda est assidua & priuata conuersatio in collegijs seruorum Christi: quæ quanquā in nullo alio reprehensibilis sit: sine proximorum tamen scandalo fieri nequit. Moderate uero, modesteç, ac congruo tempore cum ihs, qui uirtuosè degunt, conuersandum est: ut ab eis bene uiuendi forma capiatur, instruantur mores, excitetur spiritus, accendatur amor, propulsetur tempor, abigatur tristitia, & humana complexio pariter recreetur. Socialis etenim naturæ quum sit homo, & socialiter uiuere gratuletur: ita prudenter regenda est: ut & natura subSIDium, & spiritus non patiatur detrimentum. Nam solent in conuersationibus familiaribus, nimiumq; assiduis (nisi agantur cautè) intermiseri uanilugia, scurrilitates, detractiones, & effrænati risus: per quæ mens distrahitur, compunctione dissoluitur, gratia subtrahitur, proximus male ædificatur, oratio confunditur, confidentia amittitur, conscientia obtenebratur, atque preciosissimum tempus inutiliter consumitur. Ista norunt, qui iugiter exitus horam: diemq; iudicij cogitat: & qui Deo ardenter adhærere cupiunt. Frigescentes autem in amore Christi, & omne opus bonum Eccl. 13 tepidi derident hæc. Derisor autem (sicut scriptura dicit) deridebitur. Tales namq; sibi quis parcentes, quia ignorant, quæ Dei sunt: carnem spiritui subigere non curant. Properea quoniam interiora solatia, & spiritualia patrocinia non habent: carere exterioribus non patiuntur. Ideo amant sibi similiū contubernia, iocis delectantur, spatiari desiderant, noua semper audire & uidere appetunt: & aliorum negotia percunctari sedula curiositate non cessant. Nec aduertunt huiusmodi, quod tanto uehementius interiori infirmantur in spiritu: quanto magis exterioribus pascuntur: & quodam hydropis morbo laborantes: quo audiuit labilem huius uitæ delectationem hauriunt: eo acrius ipsam sittire coguntur. Hanc etenim sicut illecebrarum carnalium facillimè ualerent extingueze: si Dei consolationem humilibus præstitam suauiter degustarent. Quia uero in praesenti pro sua negligū laborare salute: sentient in ultima hora sua pauperiem suam: quādo irremediabiliter eorum extinguetur lampas oleo deficiente. Dolore tunc cruciabūt, sed infructuoso, seroç pœnitentiam agent. Clamabunt & ingeminabunt uoces, nec filii aperietur: quia exosam habuerunt disciplinam: & quoniam Dei præcepta, dum uiuerent, contempserunt, meritò exitio punientur æterno. Ideo dum adhuc dies est, dum acceptabile tempus accommodatum est: præcauenda est mors: atq; cuncta præcedenda, quæ tunc opem miseris ferre non ualeant.. Intermittenda est etiam proximorum conuersatio, ut Deo uacare liceat, libeatç. Interdum quoç habenda: ne ex prolixitate exercitationis corpus plus iusto grauetur: & spiritus à suo rigore languescere compellatur. Ut adiuuetur spiritus, non ut deprimatur cum proximis conuersandum est. Eo tamen pacto, ut pro ædificatione fratris, aut sui fiat: ut tempore congruo, & honesto modo teñatur. Sit in ipsa mens pura, conscientia munda, intentio recta, lingua moderata, & exterioris hominis sensus tēperantiae frēno restricti. Exhibeatur cum superioribus humilitas: cum paribus caritas, & cum inferioribus sobria & pudica humanitas. Cum his uero qui foris sunt, ne scandalizentur, prudēs maturitas, quæ in facie sit laeta, in moribus cauta, & in sermonibus circumspecta. Quando namq; conuersatio talis est,

Deo efficitur grata, angelis iucunda, hominibus amabilis, & pariter conuersantibus plurimum fructuosa.

A. Quod ex multis rationibus evidenter appareat, quā sit congruum mortificatis carnibus concupiscentijs: corpus proprium prudenter, discreteq; regere. Et quod in plurimas decidunt contrarietates, qui hoc agere negligunt. Atq; de ipsius corporis beatitudine post resurrectionem. Cap. XXXIII.



Nter cætera creaturarū corpora: quæ ad sui gloriam diuina condidit bonitas: humanū corpus reliqua dignitate præcellere, recte intelligētibus perspicuum est. Hoc namq; uarijs ornauit membris, quæ in uno amoris confoederata uinculo, miram opificis efferunt omnipotentiam. Diversa enim quum sint, & forma, & effectu: in parem tamen omnia conueniunt intentionem. Pedes quippe pro sustentatione corporis: manus pro administratione: aures pro auditioñ disposuit: oculos autem tanquam nobiliores & necessarios, in publico ad decorum aliorum, & regimen collocauit. Oculorum namq; ministerium ceteris membris adminiculum præstat. Pes quippe claudicat: manus tardius operatur sine illo: & penè singula membra imperfecta permanent isto deficiente. Instar quoç materialis instrumenti æquè nobilitate præexcelsum rationalem Deus cōdidit spiritū: quem ut uisificaret corpus, infudit. Ornauit nempe illum uirtutibus: ueluti spiritualibus membris: patientia ad aduersa æquanimiter toleranda: pietate ad erogandum egenis necessaria: obedientia ad diuina implendum præcepta. Prudentia uero & discretione ad discernendum & dijudicandum præsentia, ad præuidendum futura, ad memoriam cōmendandum præterita. Hæc namq; prudētiae uirtus, quæ ubiq; intueri solet, in rationali spiritu tanquam spirituales sunt oculi: sine quibus cætera uirtutū spiritualia mēbra imperfecta censenda sunt. Necq; enim patientia, aut pietas, uel obedientia, si discretione careat: uirtutes per se esse ualent. Nam hæc prudētiae uirtus interiori & exteriori homini ad decorum & regimen necessariò data est. Hac qui priuatus fuerit secundum spiritum, per anfractus ducitur uitiorum: & multimode labitur in soueas delictorum spiritualiter. Corporaliter uero per immania præcipitia in ægritudines diuersas, & tādem in morte deuenit. Ut aut informentur mores, uirtutes perficiantur, animæ potētiae erudiātur & crescāt: spirituale hoc à Deo discretionis lumen donatum est. Ut uero homo à cæteris discernatur animatibus, ut illis præsit, ut corporis membra debito fungantur officio: præstitum est nihilo minus lumen hoc. Nullum etenim opus quāuis delectabile, quāuis pulcrum, per instrumenta agitatur corporalium sensuū: quod nō perfectione careat, si ratio desit dijudicās inter bonū & malum, uerū & falsum. Principatur namq; uirtus prudentiæ, nedū in spirituali hominis natura: uerum etiā in corporali. Rationalis quippe spiritus quū discretionis est compos, & sensibus utitur corporeis: per eosdē aut prouehitur ad fastigium angelorum, aut prosternitur, & deducitur ad opera iumentorum. Toties uero angelorum sibi dignitatem uendicat, quoties ex aspectu speciei creaturarum, ex numerolitate, ex diuersitate, ex forma, ad inuisibilia rapitur contemplanda. Quandocunq; autem ex auditu sonoræ & dulcisonæ uocis, ex harmonia symphonie, sambucæ, horumq; similiū musico rum amore spirituali accenditur, & in laudibus conditoris effertur: proculdubio angelis coæquatur. Sicutq; fit ex rationabili & ordinato usu ceterorum corporalium sensuum. At D uero si per uisum, auditum, aliosq; corporis sensus seductus animus in concupiscentias carnis, & amorem præsentis seculi deciderit: proculdubio propria amissa dignitate, insensatius brutis similis efficitur. Ideo non est paruipendenda huius corporisculi cura: per quod rationali spiritui siue uitæ, siue mortis ianua aperitur. Tanquam irrationali creaturæ accommodatus est corpori intellectualis spiritus: quatenus discretionis oculo ratione semper præuia abstrahatur à noxijs, & in utilibus exerceatur. Vnde sicut caro prudentia caret, ita à delicto immunis est: nec ipsi irrogatur culpa flagitijs, uel attribuitur palma uirtutis: sed spiritui rationali inhabitanti & regenti. Quoniam uero iustitiae regula mandat, ut per hæc puniatur homo, per quæ deliquit: nequaquam à poena humanum corpus esse liberum, nec in præsenti uita, nec in futura: potissimum in damnatis, fatendum est. Sicut enim quum in uno bene operandi conueniunt proposito & actu, caro & spiritus præmium merentur æternum: ita ambo pariter puniendi sunt, si delinquunt. Debent itaq; uniuersi, & præcipue domino famulantes summo cum studio discretionis censuram seruare in corporis regimine. Non illi superflua aut illicita concedenda sunt ex inordinato amore; nec necessaria deneganda ex immoderato feruore.

re. Quamvis autem vilissimum sit cadaver, corruptibile, & spiritui contrarium: non tamen eius cura postponenda est. Humanum quippe corpus custodiri debet, & quadam via regia nutriti, tanquam ad promouendū necessarium instrumentum, dummodo uirtus non prætermittatur. Impium etenim ualde est zelo indiscreto substantiam corporis uelle necare: cui rationalis spiritus quadam uiuenda natura copulatus est. Quotidiano nanc experimento eruditur naturam in nulla creaturarum specie; quamvis minima, ab esse suo uelle deficere. Nam terra quodam naturali instinctu procreandi ac germinandi uirtutem restringit in se hyemis tempore: ne acerbitate frigoris pereat nascentia: & esse desinat, quum cœperint pullulare. At ueris tempore in suis (ut sic dicam) dilata uisceribus, omnes quos prius recluserat, emittit humores: propter quod campisfiant, prata uiresunt, arbusta pullulant: & cuncta terræ germina, quæ paulò ante mortua uidebatur, frigore inimico depulso, suo modo reuiscere & gaudere conspiciuntur. Reptilia quoq, & cuncta terre animantia, uolucresq; cæli suos agnoscimus fouere fortis, donec ad perfectum deueniant robur. Tunc quippe quasi per se ualidos, & ad capiens cibum necessariū idoneos, à se abiiciunt & repellunt. Sic & infantes tādiu lacte sub nutricis uberibus coaluntur, donec habiles sint per se ipsos sumere alimentū: nam fame periclitari cogeretur, sante legitimā etatem parentū mammis priuarentur. Si igitur natura irrationabilis & humana proprios norūt alere filios, ne uita deficiat: qua ratione sola carnis substātia negligēda est & extingueda: quæ omni carē discretione tanquæ grota, insanabilis, & morti propinquā in suis facit cōcupiscentiarum fœtoribus provocata. Nullū sibi p̄ se ipsam ualens caro adiutorium conferre: alieno prorsus, ne moriaſ, indiget auxilio. Vnde ab uiuificāte spiritu alēda est, nō solū propter sui imponentiā & imbecillitatē: sed etiā ob natura debitū. Tāta nēpe natura cōfederatione caro & spiritus colligati sunt: ut nec caro sine spiritu subsistere queat, nec spiritus absq; carne quicquā mereri ualeat. Caro eīm sine spiritu moritur & putreficit: spiritus autē absq; carne ad plenū gaudere & beatus esse nō potest. Ambo uero in unā coeuntes personā, hominem perfectū efficiūt in natura: & æternæ felicitatis sine rūga uel macula capacē. Hac itaq; ratione tanquā college suo, & portioni ipsius, ne in via deficiat, ne & ipse de suo ante tempus coarctetur egredi tabernaculo: sedulum rationalis spiritus humano corpori studeat exhibere ministerium. Horrendū omnino est, & secūdum naturā prolongandū tale diuortium. Pauet quippe humanus spiritus, quū hoc deserit seculū: & per ignotas alterius uitæ regiones cogitūt introire: nullo preter opera ipsius illū comitante: prēcipue quum dæmones formidabiles aspectu occurruunt, & immanissima poenarum genera ipsum p̄ oportet. Delicta nanc, quæ in hac peregrinatione per poenitentia lamenta deleta non sunt: in alia uita ignis atrocitate purgantur. Proinde rationali spiritui quoaduscq; in hoc positus est exilio, quādiu hac mortalitatis tunica, & fragili carne uestitus est: misericorditer à Deo conceditur posse poenitere, atq; de proprijs reatibus satisfacere conditoris. Transacta uero hac uita, quantūcunq; spiritus cruciatibus atteteratur, quamvis multum deliquisse poeniteat: nil illi computatur ad meritum. Præsens enim seculum locus est ueniat, locus est promoterendi, locus est, in quo operari licet: locus ubi tēpus acceptabile, & salutis dies saluandis tribuuntur. Nā nūc misericordia prærogatur tēpus: quo euoluto iustitia tēpus subsequitur. Vnde Propheta canit: Misericordia & iudicium caritabo tibi domine. Propterea donec miserēdi adest tempus, nō cēsent domino seruientes exhibere corpora sua hostiam uiuentē, sanctam, Deo placentē. Ita tamē agat, ut rationabile sit ipsorum obsequium: quatenus nō præripiant corpori ex immōderato feruore indultu à Deo poenitēdi tēpus. Crudelis nanc sibi efficitur, & Deo cēsendus est aduersarius: quis quis prudētia carē uitā sibi abstulisse conuincit: quoniā instrumentū per quod peccata delere, & merita augere poterat: imprudenter amisit, & cōditoris opus dissipauit. Telle quippe Apostolo humana corpora spiritus sancti sunt tēplū: quæ ob illius reuerētiā, cuius factura sunt, nō polluēda, uel extingueda sunt: sed mundāda & custodiēda. Nō mediocris etenim criminis rei iudicādi sunt, quicq; Dei plasma temerare, aut necare præsumperint. Hoc nanc quām plurimi discretionis oculū obtusum ex nimio desiderio tenentes, cōsiderare negligēt. Pusilli eīm cūm sint spiritu, magna corporaliter perficere, & supra uires operari moluntur. Onera poenitētia, & carnis macerationē ultra propriam uirtutem

2. Cor. 6

Psal. 100

Rom. 12

2. Cor. 6

**A** virtutē bāiulare festinātes: sub fasce periclitari coguntur. Hī nempe sanctorum gesta, & præcedentū patriū uitā solummodo attēdentes exterius, nec percipere ualentēs q̄ ma xime superna gratia fulgebant, & abundabāt interius, toto eos affectu satagunt imitari, sed deficiētē illis cooperante gratia, more aut̄ absq; alarū remigio cæli alta petentiū, ad īma terrarū ruere cōpellunt. Cælestis nāq; gratia omnibus se cōmunicat, non tñ æqualiter. Cūctos saluare uult deus, nō aut̄ sanctificare. Quosdā eīm elegit diuina misericordia, quibus tantā donorū spiritualiū præstítit affluentia: ut cōmune hominū transcendentētes cōuersationē, angelicā potius q̄ humana uideansducere uitā. Hoc paucis donatū est. Hoc quippe acta magis uenerāda, q̄ imitāda sunt. Per inhabitatē eīm spiritū, quod cæteris impossibile credit, illis est facile. Vnde debiles in spū, & discretionis lumine carent, quādo oculis carnis aspiciūt, mirātur. Sola sanctorū exteriora opera magnipēdūt, & in ipsis spūalia bona cōsistere arbitrātur. Ideo hæc agere, hæc adimplere totis uiribus elaborāt: nō intelligētes q̄ nequaq; ex corporalibus operibus, sed ex uirtutibus animis,

**B** & dilectiōe gratificatur homo deo. Ieiunia nāq; crebra, prolixæ uigiliæ, parsimonia cibis, extrema paupertas, corporalia exercitia, & his similia, nequaq; deo amabilē exhibēt operantē, nisi cordis habeat mūditā, in aduersis patiētiā, humilitatē in prosperis, ad iniūicos benevolentia, & supér omnia erga deū & proximū ignitā dilectionē. Hoc Apostolus testatur dīcēs: Si linguis hominū loquar & angelorū: si distribuero in cibos pauperū oēs facultates meas: si tradidero corpus meū ut ardeā: si habuero fidē ita ut mōtes transferā, caritatē aut̄ nō habuero: nihil mihi prodest. Talia igitur imprudētes, & immo derato desiderio præcipites parū cōsiderantes: nō iacentes in interiori homine funda menta uirtutū: sed in aperto exteriorū operū ædificiū erigentes: cassō labore desudant. Deuotionū quippe tēpore quū pace mentis fruuntur, fortiter se affligunt: sed protinus irruente tentationū procella, seu deficiente deuotionis imbre, arescant: & tāquā sine ulla spiritus soliditate homines in itineris medio opus intermitūt, aut miserabilitet suc cumbunt. Intermittunt utiq; opus, quū ab incepto resiliūt proposito: succumbunt uerō, quum per corporis ægritudinem se defecisse testātur. O quantos quotidie cernimus diabolica fraude deceptos, qui discretionis metas trascendentētes: corpore infirmati sunt. Hī nempe quemadmodū in incolumente positi, in ieiunijs, uigilijs, carnisq; mortificatione cæteros antecedere conabantur: non sive quadā præsumptione uel mentis levitā te sibi ignota, deo autē manifesta: ita postea spiritus feruore deficiebit, cunctis tepidiores efficiuntur. Merito etenim in itineris medio defecere: & in nō præmeditata corporis debilitate & ægritudine deuoluti sunt: qm supra donum gratificatiis gratiae a gere præsumperunt. Alijs onerosi fiunt, & sibi p̄s. Nam impatiētæ in morbo detēti, si quid eis defit ad uotū, gemitibus & improprijs queritatem non cessant. Heu clamāt: ubi fraterna caritas: ubi ad languentes compassio: ubi lex Christi: ubi sanctorū imitatio: aliorū tunc non propriā solliciti sunt imperfectioni discernere: & sine aliqua spiritus fortitudine decubātes, obliti quales fuerāt, omni se cura carnis præcipites præbēt. Vnde alieni à uirtute, si quid deuotionis, si quid religionis, quicquid fetuoris, quicquid bo-

**C** rō, quum per corporis ægritudinem se defecisse testātur. O quantos quotidie cernimus diabolica fraude deceptos, qui discretionis metas trascendentētes: corpore infirmati sunt. Hī nempe quemadmodū in incolumente positi, in ieiunijs, uigilijs, carnisq; mortificatione cæteros antecedere conabantur: non sive quadā præsumptione uel mentis levitā te sibi ignota, deo autē manifesta: ita postea spiritus feruore deficiebit, cunctis tepidiores efficiuntur. Merito etenim in itineris medio defecere: & in nō præmeditata corporis debilitate & ægritudine deuoluti sunt: qm supra donum gratificatiis gratiae a gere præsumperunt. Alijs onerosi fiunt, & sibi p̄s. Nam impatiētæ in morbo detēti, si quid eis defit ad uotū, gemitibus & improprijs queritatem non cessant. Heu clamāt: ubi fraterna caritas: ubi ad languentes compassio: ubi lex Christi: ubi sanctorū imitatio: aliorū tunc non propriā solliciti sunt imperfectioni discernere: & sine aliqua spiritus fortitudine decubātes, obliti quales fuerāt, omni se cura carnis præcipites præbēt. Vnde alieni à uirtute, si quid deuotionis, si quid religionis, quicquid fetuoris, quicquid bo-

**D** ni operis prius habere uidebantur, in ipsa corporis ægritudine se amississe operibus protestantur. Tunc discretionis oculū aperit infirmitas carnis: tūc serō intelligūt errorē suū, & experimēto discūt, quod omne, quod absq; discretionis disciplina agitur, diu perseue rare nō ualeat. Re nāq; uera nemo absq; sui leſionē repete ad summa cōscendit. Prudētia decoratus tardē semperq; proficiēs suo tēpore ad perfectionē attingit. Opus uero q̄ ante finem intermitit: nec diuina, nec humana dignūt laude. Ideo nō omni spiritui credendū est, sed ex fine singula dijudicanda sunt: maxime in dei itinere, in quo pergen tibus innumeris inuisiōt tenduntur laquei: quos ille solus ualet euadere, qui cælestis sapientia lumine, & uera discretionis iudicio ornatus extiterit. Hic nempe uires corporis, animi constantiam, cordis desideria, spirituales immisiones, interioris exteriorisq; hominis gesta propria considerationē examinat. Utilia enim sequens, & noxīa quæq; de uitans, sui corporis substantiam ad uirtutis instrumentum sumere nouit. Carnis quippe desideria insequens, & naturā diligēs, nō de extinctionē corporis, sed de mortificationē uitiorū gloriosum studet obtinere triūphū: Nō quid sit caro, sed cuius sit factura cōsidērat: nec tm qualis in sepulcro esse debeat: sed etiā qualis post resurrectionē in celi palat

Laur. Iustini.

tis

tio regnatura sit, sedula meditatione recogitat; Nam et si contemptibilis appareat, licet ex peccati poena calamitatibus plena sit, quavis ex debito originalis culpae temporali leto subiaceat, & ex animis effecta in puluerem redigenda sit: inquit quin propriam quadocum resumptura formam, & in celestem prouehenda sit gloria: dubium non est. Decore quippe immortalitatis induet omni deposita corruptibilitate. Nullum sui patietur detrimetum, nullumque membra diminutionem. Non dolor, nec de susceppta gloria post resurrectionem sentiet amissionis timorem. Semper hilaris, semper iucunda erit: quia erit de eternitate secura. Nimirum quoque claritate fulgebit: ita ut Solis septies transcendat splendorem. Non autem lumine suo intuentum se reuerberabit aspectum: sed ineffabili quodam modo confortabit, clarificabitque. Erit tota eius substantia corporeis oculis visibilis: adeo ut viscerum, ceterorumque membrorum harmonia conditoris declaret magisterium admirandum. Tanta insuper agilitate erit praedita, ut in momento in omnibus obtemperet imperio spiritus praesidentis, absque retardatione, & sine ulla grauedine eo se diuertet: quo impetus spiritus dirigit se. Denique quam in hac vita degit, & peregrinatur a domino, animalis naturae est: post uero resurrectionis gloriam tota spiritualis efficietur: ita ut omne solidum ei sit peruiu. Non claustris teneri poterit inclusa: non uinculis religata: non restricta custodibus, sed liberam ingrediendi, & egrediendi ubique recipiet facultatem. Nec quoque quam sit passibilis, & uarijs aegritudinibus, diversisque casibus subiecta uideatur: intemperie ut non pretereat temporis momentum, in quo propria non flagelletur necessitate, uel fragilitate. Tunc omni fatigatione semota corruptibilitate uestietur. Tunc quodam ineffabili repleta gaudio catabit. Vbi est mors uictoria tua: ubi est mors stimulus tuus? Gloria quippe & honore, & immortalitate, & eternitate circumacta suo inharebit auctori, sine deformitate, sine laesione, & absque macula in mensuram etatis plenitudinis Christi reformata, per oculos suos sensus multimodis exuberabit deliciis. Delectabitur oculus in amabili redemptoris aspectu, quem uidebit regem in decore suo gloria ornatum, ac diademate redimitum: quo coronauit eum mater sua in die desponsationis cordis illius: quem celum Solis, Lunae, stellarumque splendore rutilans intuebitur. Harmonia celorum, melodica cantica ciuium supernorum non mediocriter mulcet auditum. Super muros nanci Hierusaleni custodes constituti sunt, qui die nocturnaque nomen domini laudare non cessant. Sed & per uicos & plateas illius a cunctis infatigabiliter alleluia cantatur. Fragrans quoque suavitatis celestium odoramentorum mira liquefactione resperget odoratum. Hos prælibauerat (tenuiter tamquam) qui dicebat. Odor tuus o domine excitauit in me concupiscentias eternas. Indicibilis etiam dulcedo omnium delectabilium, melliflua quadam & iucunda satieta oris saginabit palatum. Nec mirum: Nam exultationes dei in gutture eorum erunt, & misericordias domini in eternum cantabunt. Ipse demum tactus sibi congruis abundabit deliciis, quas experti norunt. Fas etenim non est, ut in illa celorum gloria quicquam uacet a dei laude: quin potius iustum, ut cuncta corporis membra suum modo proprio efferant conditorem: quatinus sicut ab ipso sumpsere principium: ita & in illo deducant suam beatitudinis finem, ut sit deus omnia in omnibus.

**Quibus spiritualibus studijs exercere se debeant militantes Christo: ut ad perfectionis fastigium attingere queat.** H  
**Et de statu perfectorum in uia. Necnon de animarum felicitate in caelesti patria cum**

*Christo reguantium;* Cap. **XXIIII.**

 R<sup>t</sup>ifex omnium increata & eterna dei sapientia, quae ad modum cuncta poterat  
creavit ex nihilo: ita singula prudenterissimo disponens consilio, certum ordinavit  
ad finem. Quæque naturæ res, quælibet creaturarum species, proprium ad quæ consilii  
tæ sunt, appetunt finem. Nulla quippe uir humana, nullaque ratione ab insita &  
innata diuelli possunt lege conditoris. Semper quippe proclives sunt, semper  
mobiles, donec attingant, ad quod naturaliter præordinatae sunt. Lapidés quidem, quæ ut  
terræ soliditate sustentur, facti fuerint quâ tacutæ virtute iacentur sursum, sua pôdero-  
sitatem semper ad ima tendunt. Marinæ uero beluae, & aquarum pisces, quâdiu in aquis sunt  
mouentur, uiuunt: mox autem ut ex fluctibus auferuntur, & arida tangunt, palpitant, et  
mortem uicinam euidentibus signis esse denunciant. Sic omne quod per spaciosum uolu-  
tatem aerem, quadam agitatur anxietate, quo ad usque incaueis recludatur. Ut uero naturali  
poterit libertate, alas protendit, cantus promit, & inter densissima nemorum fo-  
lia

**A**lia latitare festinat. Quid multa: Cuncta quæ omnipotens in hoc seculo condidit naturali instinctu, esse suum perpetuare conantur: & ob hoc illa sola concupiscere: illa quæ rere noscuntur, per quæ uiuere ualeant. Habet quoq; ipsa humana natura insitum in se, & proprium appetitum, ad quod infatigabiliter properat. Quilibet namq; homo naturaliter appetit uiuere: sed diu, sed feliciter, sed beate. Hoc solo ex culpe debito errore de luditur quisq;: quia quid sit beata uita, ad quam possidendum laborat, ignorare conuincitur. Nulli quippe sit dubium, quin beatam uitam inhianti desiderio oës ueraciter perquirerent: si in ea, qua cōditi sunt, naturali puritate consisterent. Sed ex amissione naturalis decoris exigentibus delictis, beate uitæ ignorantia inoleuit. Hinc est, quod de huiusmo di ueritate tam uariæ opinione in uniuerso mundo diffusæ sunt. Quidam namq; beatam uitam in corporis uoluptatibus esse definierūt. Hos redarguit Apostolus dicens: Quo Phil. 3 rum deus uenter est, & gloria in confusione eorum, qui terrena sapiūt. Et alibi. Esca uenti, & uenter escis: hūc & has destruet deus. Aliqui in diuturna sui memoria & laudibus

**B** hominum. Quid laudatis defunctis conferre possunt laudantium uoces? Tanquam fo-  
lium quod à uento rapitur: & uelut nix, quæ solis ardoribus resolutur: sic laudantium,  
& laudatorum exterminatur imago. Qualis esse debeat finis eorum, qui in fauoribus ho-  
minū esse beatā uitā iudicauerunt, indicauit Propheta dicens: Dominus dissipauit ossa psal. 52  
eorum, qui hominibus placent: confusi sunt: quomodo deus spreuit eos. Alij in prospe-  
ritatibus seculi: & aggregatione diuinitarū spem suā cōstituentes: hāc esse uitā beatā arbit-  
rati sunt. Taliū insipientiā redarguit & erudit Apostolus scribens Timotheo sic. Diui-  
tibus huius seculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto diuinitarum: sed in  
deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundāter ad fruendū, bene agere, diuites fieri, in o-  
peribus bonis, facile tribuere, cōmunicare, thesaurizare sibi fundamētū bonū in futurū,  
ut apprehendāt uitā æternā. Non nulli in inflante sciētia, & naturaliū cognitione beatā  
uitā esse censuerūt. Huiusmodi (ut plurimū) se præ cæteris extollūt: sapientiam, quæ de  
terrīs est, quærūt: & ut scire sciant, cōcupiscunt: nō tamē cōsiderāt, quod siderū cursus;

C uirtutū herbarū, omniū cælestiū terrestriūq; habere notitiā parū prodest: si suūpsius, uel eius, qui supra se est, sciētia defit. luxta Pauli sententiā Sciētia inflat: sed caritas ædificat. Hi oēs in suis euānuerunt cogitationibus: & beatā uitā in huius mūdi uoragine apprehendere cupientes, cassō labore desudantes, diēs suos inaniter consumplerunt. Sola illa beata uita dicenda est, quæ caret morte, nō subiçcitur miserij, nō perturbatur aduersis casib; non uariatur, nō alienis indiget admitticulis: sed per seipsum sibijsi sufficit, sibi placet, semper lāta, semper secura, repleta pace, abundans exultatione: sua absq; sui diminutione cōmunicans, nulla tenebrarū caligine aut ignorantiae cæcitatē depressa: omnia sciēs, cūcta potēs, singula dījudicās, ubiq; præsens, ubiq; discūrres, mouens uniuersa, & immobilis manēs: disponēs omnia mirabili æquitate: perlustrās quæq; proprio lumine: dās cūctis et à nullo recipiēs: nō subiecta lineamētis, nō tēporū mēstrata spacijs, nō perceptibilis corruptione, nō uisibilis corporeis oculis, nō manib; palpabilis, aut ulli carnali sensui captabilis: sed solis mūdis corde, & purgatis affectū cognoscibilis: nō

D tñ ad plenū, sed ex parte, sed per fidē: sed in ænigmate, donec reuelatē se sicuti est: ab hjs quos prædestinatuit in se, vocauit, iustificauit, glorificauit: per se in se videatur. Non igit in hac peregrinatione quicquā ad plenū beate uiuere cōcessum est: in futura uero uita id donat electis: in qua deus facie reuelata cōspicitur, in qua diuina maiestas in sua sim- plicissima & excellētissima cernitur puritate. Hæc nāq; ex sui participatiōe, ex inhæsiōne, ex cōprehensione beatū efficit contemplantē prout dei sapientia in carne uelata te statut dicens: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum, & quem misisti Iesum Christum. Nil autem est beata uita, nihil aliud æterna uita dici potest quām deus, qui est bonitas, sapientia, omnipotentia, uirtus, æternitas, iustitia: & quicquid melius rectiusq; fari uel cogitari potest. Per hunc quippe quisq; tanto fit beatior, quanto fuerit illi pro- pinquier: non loco, sed fide: non corpore, sed spiritu, sed imitatione, sed intentione, sed affectu, sed uisione. In hoc uero seculo fidelis anima disponitur: & illi beatæ uisioni co- aptatur per uirtutū exercititia, & sanctæ caritatis incremēta: ut eo aptior efficiat, quo purgator à uithjs, moribus orniatior, & dei imaginī extiterit similior. Hæc nāq; præsens uita, que temporū spacijs uoluist, utrisq; casib; tractat: illius beatæ uite atriu est. In hac electio

rum quilibet se cōponere debet diuersis odoramentorū meritis, uirtutū margaritis, bonorum operum monilibus, & præfulgida nuptiali ueste uenustissimæ caritatis: quatinus quū corā uniuersali domino. & cælorū apparuerint rege, nihil in eis deforme cōspicua leat: quod oculis diuinę displiceat maiestatis. Quocūq; em̄ operū indumento, & merito rū gratia in hac quisq; fuerit insignitus uita: eisdē in illa beata decorabitur uiuorū regio. ne. Qui hic parce seminat, illic parce & metet: & qui in benedictionibus seminat, de benedictiōibus metet uitā æternā. In arbitrio quippe seminantiū in terra: messis glorię cōlorū constituta est. Proinde quicunq; illius sempiternæ uitæ delichis, diuitijs, honoribus que abūdere desiderat: donec in carne uiuit quādiu operari licet, uirtutū semina sparge re non desistat, ut meritorū manūculos in horreis cælestibus ualeat aggregare. Semper proficere studeat: qualiter in uia dei crescere possit, assidue mediteat. Et nunquā eradicati de se permittat perfectiōis desideriū: quin potius quantūcunq; profecerit, quāvis plurimis uirtutibus locupletatus extiterit: cōtinue cū Apostolo dicat. Ego em̄ me nō arbitror cōprehēdisse. Vnū aut̄ quā quidē retro sunt obliuiscēs, ad anteriora meisplū ex- tendens ad destinatiū prosequor brauiū supernæ uocationis in Christo Iesu. Atq; ex his æstuatis amoris prouocatus stimulis semp̄ maiora appetat dona: & meliora spiritus charismata cōcupiscat. Indes inenter etiā interioris hominis habitus cōponat, latebras detegat, tergit sordes, & uelut amœnissima paradisus, in quā sponso libeat declinare, areolis aromatū mentē plātare nō cesset. Ascensiones quoq; in corde suo, quoadusq; in hac ualle lacrymarū constitutus est, disponat: per quas tanquā per spirituales gradus ad perfectionis fastigiū ascendere queat. Hoc si cupit assequi, totus reddat se sibi: secū cōmori si libeat. Nil sit foris, quod polluto querat affectu, quū sciat intra se habitare, quē amat. In se agenda ordinat, loquenda discutiat, eligat diligēda, & quasi spiritualis rex in rationis solio præsideat animus dijudicans internos motus: cōpescendo noxios, & exequendo pios. Qui uerò adhuc suūplū ignarus exquisitor est, qui nondū secum habitare cōsuevit, paruulus quū sit: à perfectiōis arce plurimū distat: & uirtutes per seculo operari nō potest. Est nāq; hominis ratio, quum splēdore illustratur sapientiæ: & diuino appropin G quat lumini, quædā spiritualis regula, & magistra uirtutū: per quā quid rectum, quidue obliquū uersetur in corde, quid agendū, & quid omittendū sit, sufficiēter intelligit. Ideo Christi legitimus seruus, & perfectionis amator nunquā cesset rationis iudicio uirtutū actus examinare: ne incuria discretionis uitū sub uirtutis uelamine ad opus exeat. In hūusmodi quippe frequenter ruat discipula, qui sua discernere negligit, uel ignorat. Currit & nescit quō pergit: nec percipit quā. Super arenam mentis domū adificat: & arbitratut se super solidā petrā fundamenta locasse: secundū corporis fatigationē anima putates se mercedē. Non aut̄ considerat, quod parū prodest non adhibita intentionis rectæ custodia, multa operari. Sicut em̄ auri exigua massa magnū superexcedit cumulū uilis cuiuscunq; metalli: ita pauca opera peracta cum incendio puræ caritatis in cōspectu conditoris magis fulgent, atq; gratiora fiunt, quam multorū exercitiā laborū prodeuntia ex radice negligentia, & de fonte intentionis inculta. Spiritualis itaq; homo omnia diuidet in corde, nec quicquā immundum in conscientiæ domicilio morari permittat. Disfcat recto examine ipsam impollutā liberamq; seruare: ne delicta grauioris culpæ quā fint æstimet, aut deploranda contēnat. Casso nempe dolore cōpungitur, & inutili pena afficitur, quisquis oēs insurgentes animi motus cohibere uolens & non ualēs, stimulis uritur conscientiæ. Discretionis uerò uirtute carens qui talis est, nudato homini simili est: qui extensis brachijs flantes carpere auras. Consultius huic est ex quadam animi concepta libertate regionem relaxare uirtutis, quam conscientiæ nauiculam in errorum collidere scopulos. Melius quoq; illi est cum uno oculo ad mentis tranquillitatem pertingere, quam duos habentem demergi in desperationis abyssum. Caudum nibilominus est ne ex hac libertate concepta mens ad illicita defluat: atque insensibilis effecta nullo conscientiæ aculeo mordeatur. Vtique etenim modo conscientiæ serenitas maculatur, & perfectionis meta transcendir. Propterea quicunque ad perfectionis culmen concupiscit attingere: prævio discretionis lumine per quadam uiam regiam conetur incedere: ut ad libertatem perueniat conscientiæ: quatinus adepta interiori pace, & pacato conscientiæ stimo, ad altiora sine impedimento consen-

A cōscendere, atq; intentionem cordis ardentius ad perfectiores uirtutum actus dirige re queat. Est nanq; intentio animi amantis quidam uirtutum auriga, qui actus informat uirtutum: potiora eligens, altioraq; incessanter concupiscens. Vnde in peragendis negotijs interioribus, uel exterioribus adest celeri discretionis iudicio, preciosum separās à uili. Nunquam dormitat, nunquam à proprio lagus cit studi. Perfectione siquidem illectus Christi miles, & uirtutum ignitus amore, quo prius intentione efficitur, eo ardentior ad spiritualia exercitia inuenitur. Suorum quidem percipliens quasdam primi as sp̄ritus laborū: exultatione perfunditur, acceditur desiderijs, profectibus animatur, suauī pace repletur, & bonis operibus fecundatur. Propter hāc uerò ad orationem alacrer, ad contumelias patiens, ad aduersa intrepidus, ad fratrū obsequia indefessus, ad silētium promptus, ad solitariam quietem expeditus, & deo suo per mentis elevationem inuenitur deuotus. Ipsū sibi præsentē cōspicit, suorumq; actuū inspectore cognoscit: intentionū cogitationūq; arbitriū esse certissime fateſ. Ideo aut̄ nil in cōsciētia foedū, ni- B hil in intentione admittit obliquū. Oēs quippe actus suos obtutibus obiicit cōditoris, tāto libētius ac crebrius, quāto de intentionis fonte purius emanāt. De habitibus nanq; uirtutū actus suos eliciens, medullatū deo in ara cordis exhibit sacrificiū. Et quantū humana patitur fragilitas in arca memoriarū intentionē animi statuens, in nūllo alio præter q; in sui directione, uel cōditoris oblectatione occupari permittit. De hoc aut̄ minime cōtentus amator Christi, magis magisq; ad perfectiora sui interioris hominis potestias extēdere affectat. Propterea cūctas sui cordis cogitationes sub discipline iugo restringit: pernicioſas obhorres, inutiles deuitas, & que sine sensu sunt omnino abiiciēs, indeſinēter mētis lubricitatē reſecare conat. Indignū etenim arbitrat ut sapiētiae sedes alienis tradat: & intellectus petspicacitas in alio, quam in ueritatis lumine exerceat. Nā per ipsum sapientia intrat ad cor, ipsi loquitur arcana, reuelat mysteria, & abdita pādit: ipsum illustrat splēdore, & sapore ueritatis impinguat. Nūc ad opéra naturæ, nūc ad creaturarū specie cōtēplandā deducit. Aliquādo uilitatē per propriā carnis originē, p̄ incremēta, p̄ actus, p̄ finē cognoscendā obiicit. Quādoq; uerò spiritualis essentiæ nobilitatē, speciositatē formē, immēlitatē capacitatē, immortalitatēq; naturæ cogitate cōpellit. Interdū quoq; ad innumera beneficiorū doña inuestigāda trāmittit: in quib. p̄ immēlitate, diuersitatiq; deficit. Iugiter aut̄ ad uerbi incarnationē, nativitatē, cōversationē, & passionē mediā trahit: in qua sugit mel de petra, oleūq; de sāxo durissimo. In his & huiusmodi cogitationib. que circa mores sunt, erga nature opera, & creaturarū mirabilia, atq; Christi ueneranda mysteria eruditus intellectus sub sapientiæ disciplina, & magistretio uerbi, habilitatur paulatim ad sublimiora tūmāda. Capaxq; effectus spiritualiū mysteriorū cōtēplationis radio, sub cælorū excelsa prouehitur: eo clarius, dulcius, & sāpius: q; in se purgatus, & ab exterioribus segregatus, in sapientiæ splēdore amplius delectatur. Mira etenim quādoq; claritate circūlus, ac suavitate refectus: cælorū militiam, & beatoū spirituū gloriā cogitare meretur. Angelorū quippe ordines mentis oculo discutit: singulūrū officia meditatur, naturā ueneratur, dignitatē miratur: & species, decorēq; illorū ad plenum indagati nō ualēs ingenti iocunditatis stupore inebriatur. Sicq; modo quo pōtest, supernorū ciuitū beatitudinē cōsiderare nō cessat. Nō tamē sine exultatione cordis, & dulcedine caritatis. Talibus saginatus spiritualibus delicijs, ad immēlitatē dei, & diuinæ maiestatis essentiām considerandā trahit: quām non sicut est, neque prout ipse uult, sed iuxta sibi cælitus donatam mensuram intelligit, & comprehendit. In hac quippe contemplatione æternæ ueritatis, uidet non uidens, capit non tenens, & repulsus admiratur. Nimo nanq; fulgore diuinitatis obtusus intellectus, & humanus reuerberatus sensus, ad se redire compellit: nō tamē uacuus, sed clamoribus desideriorū, & suauī admiratione repletus. Post hūc etenim gustum ex parte sanctificatus animus, ad id quod semel percepit, pro pōſſe humiliter redire conatur. Totus de cælito in arcano sui pectoris se colligit: secum habitat, & solo dilecti contentus contubernio, hominum consortia quantum licet deuitat. Hinc familiarior efficitur: ex assiduaq; sponsi allocutione amor crescit, affectus acceditur: & feruere inchoat caritas, que prius humiliter in corde residebat. O quām sāpē in ipsius sponsi præsentia dilatatur cor, rapitur animus, & quodam amoris igne omnia interiora ardere uidentur. Tuūc uox sileat, labia

non mouentur, & nullus exterius clamor auditur: intus uero nunc gemitus desideriorum. b  
 nunc amoris suspiria, nunc uerba incōposita sonat: hominum quidem auribus ignota, sed maiestati diuinæ sapientiae manifesta. Nec mirum, quum ipsa materia sit loquentis amoris artifex. Affectus quippe cordis in amati præsentia leges non seruat, timorem abjectit, tacere nescit: sed prout amoris uis impellit deducitur. Crebro nanque si uisitatur à sponso quendam amoris induit habitum, per quem tepeſcere non sinitur, nec in diuersa vagari, quin potius ſepiſſime ignitis desiderijs & precibus pifſſimis, ad diuinæ pulsans ostium bonitatis introire meretur: in cuius aspectu altans ſponsam, miro amoris & amandi flagrat desiderio. Se etenim totaliter caritatis uinculis uinciens cum dilecto, inhæret illi amore pio, amplexu caſto, delectatione ſuaui, & humilitate iucunda. Amat quidem ardenter, ardentiusq; amare peroptat. Hoc orationibus flagitat: hoc toto desiderio concupiscit. Amari nanque ſe ſentiens, amandi uoto cruciatur anhelo: quia non potest actu perficere quod cupit affectu. Tunc erudita à uerbo & dilatata per gratiam, quodam diuinæ laudis perfunditur g��, tanto delectabilius, quanto uehementius. Tunc laudes eruſtæ cæleſtes: tunc dulcifona pronunciat amoris carmina in honorem dilecti: præconijs illum extollit, laudibus honorat, gratiarumq; actionibus ueneratur. Eſſert ipsum quibus ualet uerbis, qua uirtute, quoue desiderio: nec tamen plene ſatiatur, nimio amore allecta. Supra ſe quidem euecta, & in hoc mortali corpore cōſtituta, atq; carnis onere prægrauata, ſponſum nō ualet laudare quantū illū intelligi laudabile. Ex hoc ei grauis efficitur carcer corruptibilis naturæ: & maximo diuine laudis accensa desiderio: clamat totis medullis cordis in cælū, & omni qua ualet uirtute, ut cæleſtibus admisceatur choris, ut perfecte laudatibus ſocietur: tantoq; amore in deū rapitur, ut beatorum omnī laudes ipsa persoluat, laudis desiderio. Tali uero indicibili & incōprehēſibili (nec cognito niſi ab expertis) inebrιata desiderio laudādi: utiq; corpoſe deficeret, ſi diu perſeueraſet. Modificatē autē ſponſo desiderij ardore, paulatim dilecta totā relinquit ſibi ne uiribus deficiat: perficiatq; quicquid peragendum ex caritate, in iunctū eſt. Ex illo deinceps subarrata caritate, validū amoris uulnus latenter geſtar in G pectore, in testimoniu diuinæ miserationis, & indiſſolubilis caritatis. Ex huiusmodi nempe uulnerata amoris sagitta, hilariſ effecta, ſuſpensa incedens mente: & ſeipſam quantū ualet ſimmaculatā custodiens: ſpiritualia & amator, a cantica in laude non ceſſat promere dilecti. In cordis enim ſui penetalibus illū tenet<sup>1</sup> absconditū. Si quid agit ardenter operatur, pſallit ex corde, orat ex corde, operatur ex corde: & quadam inuincibili ſuſtodia, ſponsi ſemper præſentiā meditatur: quaue mentem non ſinit eſfluere & affectū caritatis tepeſcere. Alternatis etenim ſuccesibus & ſpiritualibus clarificatis ſenſibus: ſuſcundo cursu & delectatione non modica de uirtute proficit in uirtutem: de claritate trahitur ad claritatem, & de affectu acceditur in affectum. Supernā ſiquidem illam præcedente & comitante gratia, nec laboribus frangitur, nec honoribus extollitur, nec ad uerſis retrogradit: ſed ad perfectionis altitudinē quotidie festinat ascendere. Preterita nanq; obliuiscens, & ſe ad anteriora protendens, ex acquisitiſ chariſmatibus nequaquam efficitur ſegnior, maiorū animata donorū desiderio. Quāto aut̄ potiora à ſpoſo percepit, tanto ardētiora acceditur perfectiōis face: atq; in carne degēs cæleſtem cōuerſationē imitari conat. Corporis quoq; resolutionē à cunctis formidādā, tāquā ſingulare bonū toto desiderio cōcupiſcit. Hæc ſunt ſpiritualia ſtudia per quaue quicq; ſeruorū Christi metiri potest quantū profererit. Hæc ſunt nempe interioris hominis exercitia & perfectionis indicia, quaue in cæleſtibus ſedibus tanto deo propinquiorem efficiunt animā: quantum in ipliſ dum peregrinatur proiectiōi iudex omni ſuſſe cognouerit. Proinde omnes aeterno regi militantes ſemper eſuriem & ſitum patientur iustitiæ: quaerant ſemper proficere, ne in agone ſpiritualis militiæ cogantur deficere. Caritatem uero cunctarum matrē uirtutū in præcordijs ſuis geſtare ſoliciti ſint. Nam iuxta eiusdem caritatis mensurā, aeternæ retributionis gloria condonatur. Non gradus, non nobilitas, non prudentialia remuneratur in cælis: ſed caritas, laboribus, tentatione, patientia, orationibus, uigilijs, ieunijs, puritate, fraterna dilectione, rectitudine conscientiæ, & uirtutibus cōprobata. In his & huiusmodi dei ſeruitus laudem meretur à deo, perpetuamq; uictoriā illa i. Tim. i menſecum habuerit caritatem, quaue ſit de corde puro, conſcientia bona, et ſide nō ficta. Hæc

A Hæc utiq; dilectionis opera, perfectionisq; desiderium omnes haberē debent: & potissimum Deo famulantes: in quorum præcordijs zelus diuini honoris cōgruit, ut ſemper uigeat: ut potè amici Dei à conuertione ſeculi ſegregati, participes sacramētorum, & ſecretorum cæleſtium ſpeculatorēs effeſti. Grande etenim pondus ī qui Deo ſeruunt ferunt ſupra ſe, ſi realiter, ardentē, perſeuerañterq; non ſe exerceant in ſtadio Christiana militiæ ad quod uocati ſunt: habentes sanctos angelos, & ipsum angelorum dominiū ſuī certaminis inspectorem. Parum quidem Deum ſe fatentur diligere qui neglegenter uiuunt, & hoc immensum bonum paruipendere ſe operibus protestantur. Quod tidiq; ſeculi amatores morti ſe tradunt pro fugitiuis honoribus, pro carnis illecebris, pro cumulatione pecuniarum, & pro ſuorum dilectione benefactorum. Quid igitur acturi ſunt diletores Dei pro ſublimi regni cæleſtis gloria, pro remuneratione perpetua, & pro honore aeterni regis uuentis in ſecula? Debent nempe indubitanter, & alacri desiderio omnibus periculis, & cunctis tormentorum generibus ſe dare: quum omnia ipliſ illata, ne exiguae quidem guttæ aeternæ felicitatis ualeant comparari. O ſi ſcirent mortales qualia & quanta ſint gaudia electis reponita in cælorum conuilio. O ſi Christo famulantes uigarent, quaue præparauit Deus diligentib. ſc: excuterēt prorsus à ſe omnem torporem, omnemq; mentis hebetudinem abjecterent ſine mora. Quæ autem mens non ferueat desiderio, non elangueat caritate, non repleatur exultatione: ſi recogitetur diligenter delicias paradisi: ſi humani ſpiritus futurā gloriam affidue meditetur. Magna quippe eſt & immensa, atq; angelorū beatitudini per omnia coæquanda. Diuinis nanq; ſplendoribus & perpetua claritate fulgebit rationalis potentia. Incomprehēſibili nanq; lumine, ueritate perſpicua, ſerenitate lucidissima, & iucunda uifione illustrabitur. Nam ſecunda Dei uerbo, & clara ei inhærens uifione, inſcrutabilis ſecretorum Dei iudicia, & ineffabilis ſapientiæ ipſius arcana, uero percipiēt cognitionis intuitu. Videbit quidem Deum in ſeipſo, uidebit ſe in Deum: & Deum in ſe. Videbit Deum in creaturis, & creaturas in Deum: ſicq; uespertina, matutina, & meridiana luce decorabitur. Lumine nempe quodam gloriæ circunfusa, aeternū ab aeterno aeternaliter genitū contuebitur: atq; meridiano ſplendore illustrata, ſine differente medio, uel obnubilatē, ſeu diſponēte, Dei eſſentiā contēplabitur: nō quod est, ſed ſicuti eſt: tāto perſpicatius, quanto ardentius Deū in præſenti uita dilexit. Hæc nanq; uifio & uifionis admiratio, uita aeterna eſt: quam Dei ſapientia paſſibili unita naturæ, per crucis patibulū, aſpetſionemq; ſanguinis prædestinatis acquisiuit fidelibus: nō ex ipliſ ſorum præcedentibus metit, ſed propria, mera, & libera ſua ipſius gratuita dignatione. Cōcupiſibilis quoq; potētia, & ipſa pleniffima atq; perfeſta abūdabit caritate. Tota etenim in Deū ſedēs, tota Deo plena, Deū ex toto corde, ex tota anima & ex omnibus uirib. diliget: ſupra quā dici potest exuberabit gaudio præ multitudine amoris. Per caritati quippe excessum, & ſobriā ebrietatē, extra ſe rapietur, ſupra ſe & in Deum pōſita atq; Deo unita, nō aliud quā de Dei gloria, de ipſius bonitate, immensitate, aeternitate, uirtute, & ſapiētia beata erit. Mātui ſiquidem amoris ſuave uinculum, & participatio diuinæ caritatis: quicquid proprium eſt, cōmune faciet. Nam perfectus amor, & amoris uera unitas, nil habet priuatum, nil poſſidet ſingulare. Exponit ſua, tribuit ſe liberaliſima caritate. Non inuidet, nō abſcondit, non negat quod habet, ſed totum communicat diligenti dilecto. Ex hoc nempe ſanctorum animarum cum Christo & in Christo regnantium felicitatis & amoris caſti latitudo utcunq; cognoscitur: quaue quām Deo perfectiſſimo caritatis contubernio coniunctae ſint, bonorum omnium, & totius beatitudinis ipſius participes eſſe merentur: quām aliter ipſe de ſeipſo, quām illæ de ipſo gaudeant. Satis illis erit, quod plenæ erunt exultatione, cognitione perſpicua, referteſt laetitia, iubilatione festiuæ, caritate ſuperſeruādæ, amore exuberantes, & ultra quām humanus capiat ſenſus de Deo in Deum ineffabili iucunditate, & iucunda dilectione perſuſa. Nihil aliud appetēt, nil querēt. Dei laetificiū ſimilis uifionis capaces. De puro nanq; fonte aeternæ uitæ hauriētes aquā ſapientiæ, & diuinæ caritatis ſuauiflum liquore, inebriabūtur ab ubertate domus Dei: & torrētē uoluptatis gloriæ ipſius ſufficiēter potatæ, atq; deificat effecte de cetero ſitire nō poterit. ſateturabūt caritate, laudabūt infatigabiliter, delectabūt q; mirificè in multitudine pacis & gratulabūt de numeroſitate ſocietatis. Ex ipſa ſiquidem locupletiores effecte p; partici-

patione fraternali beatitudinis inexplibili replebuntur exultatione, & præ nimio caritatis ardore communem omnium proprium singularem existimabunt honorem. Occupabuntur in Dei laudibus, & ipsæ toto laudantes affectu. Latabantur insuper de angelorum consortio, de speciositate, de plenitudine, & de felicitate ipsorum, tanquam de conciubus suis. Nam ibi angelorum hominumque concors erit uoluntas, grata societas, æqualis gloria: eadem beatitudo, consona, dulcis æterna, indefessa, melliflua, perfecta, & Dei laudatio. In Dei quippe clara uisione absorpti, præ admiratione, præ satisfaktione, præ gaudio, præ delectatione, præ amoris ardore, diuina præconia, laudesque ipsius omnino tacere nequibunt: iuxta illud citharœdæ Dauid. Beati qui habitant in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te. In hærendo etenim Deo, & cum ipso unum effecti nil aliquid quam Deum laudare ualebunt. Ab immensitate decoris, à perennitate gloria, à suauitate spiritus, à liberalitate infusionis, à continuitate gaudij, ab inhæsione dilectionis totaliter comprehensi: omnes circunfusi quodam irreuerberabili intuitu, & imperturbabili quadam pace Dei beatissima fruentur essentia. Sicque totus rationalis spiritus Dei in signitus imagine, in suum se transformabit autorem: nulla polluendus labet, nulloque timore turbandus. Tunc laborum suorum percipiet fructum, & quanta, qualisque eius futura sit gloria: manifestè patebit. Tunc electi omnes pari uoce exultationis, lætoque animo decantabunt: Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini virtutum: in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum. Seque erigentes in Deum, nec se præ multitudine suauitatis & amoris continere ualent, cum ingenti iubilatione pronunciabunt, quod sequitur. Secundum nomen tuum o Deus: sic & laus tua in secula seculorum, Amen.

B E A T I L A V R E N T I I I U S T I N I A N I V E N . P R O T O P A .  
In librum cui titulus de spirituali & casto uerbi animeque connubio.

## PROEMIUM.



Vum omnium Deus sit uita mortalium, cunctorumque & ipse largitor sit munerum, æquissimum profectò est: ut sic quisque suos studeat mores compонere, suaque disponere dona, quatinus honori Dei, & proximorum commodis ualeat militare: alioquin negligenter atque ingratitudinis iudicabitur reus. Sua namque Deus erogat munera, non ut in sudario occultetur: sed

Matth. 10. ut indigentibus impellantur gratis: unde in Euangelio Veritas ait. Gratus accepisti, gratis date. In nullo igitur tam gratanter tamque salubriter cuiuscumque potest occupari uita, quamquam quum sibi dona præstata universis profectus spiritualis causa, ardenter pureque comunicare studuerit. Est quidem sacra pagina uiua quædam & perpetua uox cælitus infusa ad communem omnium profectum mortalium. Nam multis in locis plurimisque personis uno eodemque se ualet accommodare momento absque cuiusquam detrimento. Hoc attendentes uenerabiles patres nostri, atque utriusque legis doctores, quorum excelsa memoria in cælestibus indeficienter, in terra uero iugiter celebratur: sedulo curauere mandare posteris, quod ipsi diuinitus acceperunt. Proprijs quippe non contenti stipendijs, multorum sibi aggregare conatis sunt diuinitas meritorum. Eorum utique sancto studio & zelo laudabilis librorum tanta sunt exarata uolumina: tam perspicuis rationibus Christiana religio dilucidata est, tantorumque corda uiuentium salubribus ipsorum documentis mutata in melius. Hoc præteriorum temporum: hoc quotidiana assuerat experientia, quod in aliquo studio tantum acceptabili Deo & ecclesiæ proficuo occupari nemo potest: quantum in sanctarum explanatione scripturarum: earum potissimum quæ Dei notitiam, amorem diuinitatis, & morum honestatem ualent conferre legentibus. Magni siquidem meriti apud altissimum huiusmodi autores arbitrandi sunt, quod propter

Dan. 12. talis Danielis testimonio comprobatur. De talibus enim ait sic. Qui ad iustitiam eruditum multos, quasi stellæ in perpetuas fulgebunt æternitates. Ipsa quoque sapientia sapientis Ecc. 24 uoce sic loquitur. Qui me elucidat, uitam æternam habebunt. Talibus ergo eruditus testimonijs, huiuscmodi prouocatus exemplis, summopere curauit præteriorum patrum imitari uestigia non tamen pari gressu: neque & quali sufficiencia aut meritis: sed diuinae pitulante

A pitulante gratia: eodem zelo honoris Dei laudisq; conditoris, atque similiæ mutatione fraternali caritatis. Acceptum quippe talentum occultare nolens, ne quaqua passus sum habere solus: quod multis prodesse poterit. Non autem de meo quicquam nec a me, sed de insufficientibus æternæ sapientiae thesauris exponere in publicum, atque legentibus erogare concupisco. De ipsa quidem amabili sapientia, de sempererno Dei uerbo: diu animo me tacite reuolente quid scriberem, tandem statui propalare iucunda, quæ in deuota mente celebrantur, sacramenta. Erit namque in opere hoc plena ipsi gloria, quæ de se per me quid loquetur laudabile. Quo etenim cithara, in qua citharizatur, est uilior, eo pulsantis manus suauiter commendabilior audientiū iudicio existimat. Quid uero paruitate mea uilius: quid contemptibilius? Nullū ( fateor ) meo abiectius reperi Dei sapientia ualuit instrumentū, per quod se suis notificare potuisse. Hac fretus fiducia diuinæ uolui aspirationi præbere assensum. Nā potest, quod uult: per quæ, & sicut uult manifestare. Homo quippe ipsius: nō aut ipse humano eget auxilio. Iuste quoque mihi: siquid reprehēsibile, hono-

B rabiliter uero illi, siquid commendabile exaratū sit, ascribi poterit. Tu itaque o sapientia in sublimi residēs cælorū throno: o uerbum, per quod facta sunt, quæ sunt siue corporalia, siue spiritualia, seu cælestia: adesto mihi, largaque benedictio tuæ fluēt gratia infūde in me: ut & ego effundam ppter te arcana tui amoris sancti, & ueneranda mysteria, atque spiritu lis ac castissimi cōnubij tui dele stabilia gaudia. Ex hoc quidem accēsi qui legerint, fermentoribusque prouocati studijs semper ad altiora ( te duce ) cōscendent. Nihil prorsus arbitror posse dulcius suauiusque ad gustandum apponi peregrinantib. amatoribus: quam tuū connubij exercitia, colloquia, oscula, & amplexus. Nemo igitur hoc perfidere tralet, nisi afflante spiritu tuo intus trahatur a te: ducatur ad te, collocetur in te. Talis namque gustus gratuitus est, nō humanus, ideo nō uirtute sola gratia præuenta, sed prece assidua, & humilitate intima hoc obtinendū est. Nā uelle ( ait Apostolus ) mihi adiacet, perfidere aut nō inuenio. utique, nisi ex gratia. Quamobrem sicut gustus talis in hominis nō est potestate: ita nec in huiuscmodi affatus. Loqui namque de affectib. caritatis absque experimento, temeritatis nota est. Quemadmodū aut nullus, quæ in homine sint, scire ualet, nisi hominis spiritus, ita nemo, quæ sunt Dei, nisi ipso Dei spiritu reuelate. Proinde o mellifluæ amor, o Dei ineffabilis sapientia oro te, per te ut prius erudiar experiētia, quam proferam lingua: prius cordis palato degustum, quam uoce pronunciem: ne es efficiar sonans aut cymbalum tinniens. In congruum quippe est: ut in tenebris positus alijs ueritatis apertum lumen, atque æternæ uitæ demonstrato uerbi fonte: ipse ariditate deficiam.

Rom. 7.2.Cor. 2.

Q V O D D E U S S I T C A V S A F I  
N I S Q' V E U N I V E R S O R V M , E T D E H V I V S VI  
te peregrinatione: atque de multifarijs inimicis, à quibus impugnantur pere  
grinantes.

Caput I.



Voniam uniuersitatis artifex Deus sua creaturarum omnium numerositatem ita dispositus sapientia: ut singulæ naturali suo cursu tendant indefessæ ad ipsum, ad quem conditæ sunt, finem: indubie definitum est nullam scientiarum omnium utiliorē esse: quam illam propter quā agnoscitur uniuscuiusque rei causa & finis. Hac quicunque carēt cognitionis regula: multiplicū inuoluunt errorū caligine. Utia quidem sepiissime noxijs, uera falsis, spiritualia corporalib. uirtutes uitij, cælestiaque obscurato mēris iudicio, postponit terrenis, utunt fruendis, & fruūtūt utēdis, quod est nefas pessimū, & Deo inimicissimū. Hac ignorātia subvertitur ratio, diuina aboletur lex, naturæ iura mutantur, euacuant promissa, honestas confunditur, perit fides, iustitia negligitur, laguet spes, & ipsa cæteris uituitibus caritas eminētior tepeſcit. Negat enim caritas nec uitutes cæteræ esse ualent, ubi Dei ignorantia locum habet. Qui Deum negat, ignorat quoque aliarum rerum causam & finem. Uniuersorum quippe causa & finis Deus est, causa per quā, finis uero ad quē. Omnia quidem fecit ppter se, ideo efficiēs & finalis

nalis

**Apoc. 1.** nalis causa omnium ipse est: qui ait. Ego sum alpha & o, principium & finis: Rebus ta-  
men singulis esse generaliter tribuit, propriumque effectum, ut ex altero sapietia & ex al-  
tero eius bonitas comprobetur. Vniuersis namque que sunt, esse illis Deus dedit, ut sint: a-  
liquibus earum esse simpliciter concessum est: ultra quod nequeunt: quibusdā ut uiuant  
donavit Dei clemētia (in melius tamen proficere non sperant) alijs præstū est, ut bene  
uiuant (tali nihilominus lege, ut pro suo arbitrio ualeat & possint proficere in melius, aut  
in dēterius labi) hi namque homines sunt. Sunt uero alijs angelici, (uidelicet) spiritus, qui  
bus gratis tributū est: ut beate uiuant. Sicut enim propter confirmationis gratiā nequeat  
à beatitudinis arce, in qua cōfirmati sunt, defluere: ita nec ad excellentiōē substancialis  
gloriā gradum ascendere. Soli igitur humano generi licet mereri & demereri: proficere  
& deficere: quod irrationabiliter uiuentib. nō datur, neque angelis. Omnis prorsus causa  
uiuendi bene, mortalib. uniuersis hæc esse debet: ut ad finē attingant laudabilem. Nō aut  
omnis finis cōmeñatione dignus est. Est quidē priuationis finis: ad quē quiq; tendunt  
**Eccl. 3.** uitētes: dicente Sapiente. Vnus est interitus hominū & iumentorū. Est quoq; finis per-  
**2. Tim. 1.** fectionis, & hic caritas est, de qua Apostolus ait. Finis autē p̄cepti, caritas. Hūc intui-  
tus Propheta sanctus letabudo aiebat corde: Omnis cōsummationis uidi finē, latū man-  
**Psal. 118.** datum tuū nimis. Est etiā localis terminationis uniuersis cōmunis: quāuis dissimilis. Nā  
infidelibus, & peccatorib. atq; à Deo alienis: pro ultimo peruerētionis fine supplicia æter-  
na députata sunt, inferni claustra, & dæmonū horridæ visiones: iustis uero, & Dei culto  
tibus, ac uiris probatis in omni sanctitate, sicut cælorū regna, angelorū contuberniū, im-  
mortalitatis stola pollicent: ita uite cōsummato agone, felicitatis perpetua stipedia pre-  
rogantur, quibusdā cumulationora, aliquibus uero parciora, prout cuiusq; suppetū men-  
ta. Eo nāq; quisq; in illa cælorū regione erit beatior, quo fuerit in caritate perfectior. Ca-  
ritas quippe æquitatis statera est, in qua appendunt merita singulorū: per quā homos  
proximus deo: cuiusq; exercitatione & profectu cōsummat uerbi connubium, & anima  
sponsa efficitur sapietia. Quādiu autē ad terminationis tēditur finē, in hoc proficere per-  
fectionis licet. Per carnis hanc cōsumptionem quemadmodū ad æternam peruenitur  
**G**loriā: ita etiā mērēdi adūmitur copia. Quamobrem donec uiuitur, donec peregrina-  
tiōnis terminatur cutus: in huius mūdi stadiō pro hac sancta caritate pugnare suppetit,  
& in illa crescere, atq; ad Verbi connubium attingere posse donatur. Nihil pro cōmissis  
culpis assumptus dolor, nihil post hanc uitam prodesse ualent cōcepta desideria. Ad lu-  
crum exequendū nō pecuniae, non honoris, nō voluptatis, sed uirtutū, sed meritū, sed  
caritatis p̄fens tēpus accōmodatum est. Hoc autē scire negligunt, qui terrenis impli-  
cti sunt curis, qui uisibilibus delectantur, qui carnis in columitati inseruiūt. Horū liquidē  
corda huius seculi princeps excœcauit, ne eis fulgeat æternæ uitæ splendor: ne fidei lux ir-  
radiet illos, & saepe. Quum enim mundi istius ciues se esse fateantur, futuræ quam-  
ignorant, uitæ ciues fieri dēdignantur: timent in seipsis, contra insontes sœuiunt, & ad-  
uersus Deum cordis ceruicem erigere non uerentur: atq; ipsum cōtemnentes tanquam  
si humana non iudicaturus esset opera, peccata peccatis aggregare non cessant. Detali-  
**Psal. 9.** būs sub iunius persona Propheta testatus, Propter hoc (ait) irritauit impius Deum, di-  
xit enim in corde, non requiri. Merito quidem impius, quoniam licetius uoluptati-  
bus ut uacatet: hæc unica sentētia diuinā destruere legem, iustitiae Dei detrahere, extre-  
mum negare iudicium, & futuram uitam abolere, conatus est. At uero iustorum men-  
**Psal. 11.** tes, quæ p̄ de Deo sentiunt in bonitate, legis diuinæ approbant autoritatem, & cūm  
Propheta dicunt. Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatū, probatum  
**Psal. 18.** tērā: purgatum septuplum. Et iterum. Lex domini immaculata conuerteñt animas. lu-  
sticam quoq; Dei iudiciumque confitentur cūm eodem dicentes Propheta, iustitia & iu-  
**Psal. 88.** dicitū p̄pāratio sedis tuae. Propterea aiunt. Iustus es domine, & rectū iudicium tuum.  
**Psal. 118.** De suis autem operibus retributionem præstolantes æternam: illud memorati Prophe-  
tæ sāpē reuolutunt anīmo. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æter-  
nū propter retributionem. Se nanque peregrinos agnoscētes, suorum non in hac  
sed in futura expēctant mercedem laborum. Vnde illam Salvatoris memoriē tenet  
**Psal. 118.** sentētiam: quam quum de ultimo loqueretur iudicio: protulit dicens. Et ibūt hi in sup-  
pliūm æternū: iusti uero in uitam æternam. His itaq; ueritatis eruditī sermonibus &  
innume-

**A** innumerabilibus sanctarum scripturarum testimonijs omnem absq; gētes infidelitatis er-  
orem tanquā aduenae, & peregrini seculi istius uiuunt: uniuersam siquidem uirtutū atq;  
perfectionis regulam sectantes operibus insistunt pietatis, propria largiuntur egenis;  
corpus abstinentia macerant, disciplinæ spiritualis uigore uoluptates abscindunt, affe-  
ctum ab inferioribus retrahunt, mente uisibilia transcendunt, aduersa fortiter tolerant,  
& omni præsentis uitæ abrenunciant delectationi. De talium consortio se fatebatur A-  
postolus, quum dicebat. Non enim habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram in-  
quirimus. Ideo alibi aiebat. Qui gaudent, tanquam non gaudentes sint: qui emunt, tan-  
quam non possidentes: qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur: præterit enim si  
guria huius mundi: Merito quippe præterit, quia non patria, sed peregrinationis est uia:  
Hic namque seminatur, & alibi metitur: hic operandi licentia datur, sed alibi operum fru-  
ctus percipiendi. Qualiter quisq; in corpore hoc mortali constitutus uixerit: taliter in a-  
lio seculo merita consequetur. Vita etenim hæc iter est, per quod graditū ad patriam:  
**B** uia utiq; labōiosa, anfractibus plena, referta doloribus, sollicitudinibus anxia, inuolu-  
ta periculis, latronibus circunsepta, perturbationibus agitata, inquieta casibus, frau-  
dibus perfusa, malis mista, & liuore simulata: nunquam enim læta est, nunquam  
secura, sed ex emergentibus īfortunij semper formidolosa, semper suspecta, nulli  
sanè recte sapienti permittitur in ea frui felicitate, nulli diu iucundari: quia dele-  
ctionibus caret, delectabilibusque ignara est bonis. Locus quippe certaminis est;  
& stadium pugnæ p̄fens uita, sed futura remunerationis. Hæc peregrinatio est, illa au-  
tem hæreditas sempiterna. Ad illam nemo accedit, nullus feliciter in ea renaturus est, il-  
lorum ( uidelicet ) qui sanæ sunt mentis: si hic non fortiter dimicauerit. Quamobrem  
ab uniuersis mortalibus, & p̄cipue mente ac corpore uerē peregrinantibus, quorum  
intentio ad cælestē est tendere patriam, & supernæ Hierusalem ciues fieri, atque beato-  
rum angelorum agminibus aggregari, solerter animaduertendum est, ubi sint, quo per-  
gant, qualiter uiuant, quibus se componant motibus, qua intentione dirigantur, cum  
**C** quibus pugnaturi sint hostibus, qualibus muniantur armis, quibus obstatulis retardari  
queant, quid habeat quætere, quid concupiscere, quid lucrari: quæ sit promissa corona  
uincenti, qualis sit merces in præsenti, & qualis in futuro. Nil horum ignorare debet;  
quisquis Christi militiæ ascribi desiderat, & ad sacros Verbi aspirat amplexus. Legitimi  
amoris hæc lex est, huiusmodi exercitatio & excelsa perfectio. Torpentibus quidem  
negatur sponsi connubium & contubernium sapientia: magnanimitis autem promittit  
ur & donatur. Proinde pugnandum est strenue, prudenter considerandum, diuq; per-  
seuerandum. Sicut non deet, qui impugnet, ita deficere non debet, qui repugnet. Ascē-  
sus difficultis, acerrimus hostis, & uictoria multiplex est. Gloriosissimus in hoc congres-  
su efficitur uictor: uictus uero peccati seruus, consuptionis mancipium, electorum eru-  
ditio, humiliatis magisterium, & æternæ mortis filius. Necessitatis indicta lex legi-  
timum exhibit bellatorem. Non enim longe sunt, qui certa mina moueant. Apud  
quemque, & in unoquoque plura, & uaria sunt inimicorum genera eo ad uincen-  
**D** dum difficultiora, quo in una malignitatis cathena confederatoria noscuntur. Non  
est Sathanas contra Sathanam diuīsus, sed caro aduersus sp̄ritum mirabiliter. Nam  
carnis natura peccati, colluione foedata & in priorum parentum concepta delicto: ra-  
tionali sp̄ritui aduersari non desinit. Calamitatibus quippe prægravata, attrita misé-  
rijs, necnon innumeris fatigata doloribus, crudelissimum animæ excitat bellum: ita ut  
neque ad momentum quiete cere illam patiatur. De hoc quidem certamine per Paulum  
dicitur. Caro concupiscit aduersus sp̄ritum, & sp̄ritus aduersus carnem. Hæc etenim  
lucta miro æquitatis iudicio uigere permittitur. Debuit nanque homo sibijsi mole-  
stus fieri, qui bene conditus diuinæ legi noluit esse subiectus. Nam in constitutione hu-  
manæ naturæ, hanc Dei sapientia indixit legem, pacatumq; firmavit, ut caro sp̄ritui,  
& sp̄ritus famularetur Deo, quamvis propter inobedientiæ delictum, contrarium ui-  
deatur. Non ut dominaretur, sed ut obtemperaret, caro ex terra limo plasmata est. Hu-  
iusmodi uero dominatus, quem aspicimus quotidie sibi uendicare: aculeiq; eius, quos  
aduersus sp̄ritum indesinenter profert: non ex naturali prima conditione, sed ex fo-  
mitis peccati rediuua pullulatione, ex diuinæ permissione iustitiae, atque ex inolita  
corrū-

corruptionē proueniūt. Propterea necesse est, ut quicunq; ingenitam dignitatē & naturalem rationalis spiritus dominandi principatū reformare peroptat: contra carnē pugnam minimē uereatur assumere. Nec enim de triumpho desperet, quoniā quod naturaliter insitum est, quamvis incautē amissum: ex diuina opitulatione & uigilanti studio, atq; perseverantī certamine redimitur, & obtinetur. Non quidē inermis, & absq; prouida consideratione in spiritualē campum pugnaturus accedat. Dupliciter se, qui triumphare desiderat, munit, spiritualiter ( uidelicet ) & corporaliter. Resolutionem carnis & qualis inter sepulcri angusta eadem caro futurā sit, esca, scilicet, uermiū, cadauer fœdissimum, uisu horridum, naribusq; intolerabile, rationalis spiritus ruminare non neglegat. Non tantū quid sit, uerum etiam quid futura sit, diligenter examinet. Tali siquidē consideratione sui impetum cohibebit amoris, & tanquam grauissimo euigilans somno ex quadam animi magnanimitatē dēdignabitur tam uili subesse mancipio, unde suē ponet modum uolūtati, suæq; uoluptati tēperantiae habenis fortiter reluctabitur. Nam huic spirituali colluicationi ut de carnis putredine reportet uictoriā, adiūciat disciplina pugnorem, atq; corporalis regulam abstinentiæ, quatinus caro attrita uerberibus, laboribus flagellata, necnon sobrietatis exarata uomere, concupiscentiarum spinas & tentationum aculeos germinare desuescat. Sic nempe prudenter edomita paulatimq; in melius proficiēs & ardorem temperabit suum, & ad ministerium spiritus se facilimē accōmodabit. Non tamen hoc repente fiet: non ex humana uirtute solum, aut ex industria propria: sed etiam cælesti Dei suffragio. Deus quippe ipse est, qui carnis naturam immutat, eiusq; mortificat uoluptates. Ipse nanc; per Prophetā ait sic. Vide: quod ego sum solus: & non sit alius præter me. Ego occidā & uiuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & nō est qui de manu mea possit eruere. His testimonijs uictoriæ compotes erudit: nō sibijs suis, sed Deo palmā sui asribentes certaminis: cum Prophetā cantabunt. Non nobis domine nō nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non tamen securi efficiantur huiusmodi, quasi inuictissimi: propè enim se insidiantem attendant aduersarium superandū. Hic nanc; cūm carne inq; fœdus ad subuersionem spiritus. Inimicus iste blandus quidē in facie: sed in effectu perniciosus & dirus, est præsentis uitæ dulcis illecebra, quam naturaliter in carne uiuens appetit omnis homo, eo ardentius: quo minus futuræ uitæ degustat gloriam. Hæc sanctis & spiritualibus uiris inimicatur, hæc peregrinanti in corpore insidiatur animæ, & delectationum reticulo ipsam sibi fraudulenter captiuare molitur, unde contra illam conspirare non cessat. Hinc est: quod tam crebræ in interiorido coniurationes fiunt, simulata consilia, seductoriarū allocutiones, innumeræq; suggestiones. O quām sæpè malum ab ipsa sub tegumento palliatur boni, & quod culpæ est, ascribitur naturæ: Difficillimē & uix post lapsum huiusmodi machinamenta noscūtur, & rarus inuenitur, qui euadat illæsus. Tam uersuta, tamq; naturæ coharent oblectamēta hæc, ut ab exercitatis mente laboriosè penè fugiantur. Omni siquidem laude cēsendus est dignus: qui ita gratia suffultus est, ita pollet prudentia: ut quod satis est, naturæ tribuat. & quod superfluum, deneget uoluptati. Talia intus in animo geruntur: foris uero quod perstrepent aduersitates, quanta immitrantur temptationum iacula, quām sæpè pulsant, irruantq; oblectamēta peccati: quis intelligit? quis enarrare sufficit? Patet quippe semper accessus ad animam per sensus carnis: qui si non diligētēt diuini timoris obstruant seris, rationalem supplantant spiritum, & interioris hominis sibi uendicat principatum. Verūm quām indecorum sit, quanke detestabile, ut animus spredo incommutabili bono, atq; deserto ueritatis & æquitatis iudicio, se totus precepis effundat per sensus, curiositatū uacet, carnī laxet habenas, & solum quæ carnis sunt, sapere studeat: illi ueraciter norunt, qui cælestis uitæ gaudia contemplari merentur. Nam sicut caro uisibilibus, ita inuisibilibus enutritur animus. Quamobrem ualde ab ingenita degenerat dignitate: quum aliunde quām in Deo, uel de Deo, aut propter Deum delectationes inquirit. Rationalis etenim quum sit, inhærendo tertēnis sicutendoq; uoluptates, similis efficitur iumentorum: ideo uoce prophetica de ipso perhibetur, ubi dicitur. Homo quum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Debet itaque homo, qui Dei imagine insignitus est: suæ conformari imaginī, debet se erigere supra se, & à uisibilibus transcendere ad inuisibilitatem.

Dedignet

A Dēdignetur igitur delectari in imis, qui ut summa possideat, procreatus est. Validissimum ergo contra præsentis uitæ illecebras medicamentum, est futuræ uitæ habere notitiam. Absq; æternæ uitæ scientia & gustu, istius non habemus contemptum. Nam futura gaudia præsentis uitæ ærumnas produnt, & tanto minus in peregrinatione tempora lia diligimus, quanto ardentius ad cælestem patriam suspiramus. Aeternorum enim memoria, præsentium ærumnas gemere cogit. Hoc Propheta sanctus sentiebat, quum diceret. Super flumina Babylonis, illuc sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Quamobrem iugiter meditemur, quæ nobis in cælis re promissa sunt, ne earum seducatur blanditijs, quæ ad usum nobis cōceduntur in terris. Vile existimemus omne, quod auditum mulcet, sapit palato, aut pulchrescit uisu, comparatioē æternorum. Vocem suam pariter & affectum Psalmista dicentis. Renuit consolari anima mea, memor fui dei, & delectatus sum, & exercitatus, & defecit spiritus meus. Fugiamus etenim, cælestia meditando, præsentis uitæ illecebras, fugiamus humanos fauores & adulatiū lin-  
guas. Plurimum quippe obsunt peregrinantibus, & ad æternam patriam tendentibus. Infirmis nanc; mentibus multum nocent detrahentium labia, proficientibus autem & spiritualiter uiuentibus, si incauti fuerint, non minus plaudentium uerba. Hic nanc; contagiosus languor hebetat animum, & ab interioris eneruat proposito rectitudinis, dei suadet deprædarī gloriam, & priuatam captare facit, atq; suorum denudat animam multitudine meritorum, excæcat quidem mentis oculos fumo extollentia, & propriæ infirmitatis lumen aufert, dum magis adulantis linguae quām consciētia approbat testimoniū. Reprimendus nempe est hic callidus insidiator humilitatis uirtute, necnon scripturarum autoritatibus conuincētibus. Intorqueatur in illum Propheticum illud memorabile. Populus meus qui beatum te dicunt, in errorem te mittunt. Et illud Dauidicum. Corripet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autem peccatoris nō impinguet caput meum. Et iterum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Pauli quoq; Apostoli flagelletur sententia, qua ait. Quid enim habes, quod non accepisti, si autē recepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. Deprædator etenim diuīna est gloria, quicunq; sibi quippe arrogat boni, quum constet, quia nō possumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed omnis nostra sufficientia à deo sit. Quid nanc; sunt nostræ iustitiae, nisi pannus menstruatae. Prinde si ueram appetimus gloriam, si dignitatum ambimus altitudinem, illam non in presenti sed in futuro, non in peregrinatione sed in patria, non elatione sed humilitate quæramus. Meminerimus dei sapientiam dixisse. Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Per necessaria quippe est humiliatis uirtus peregrinantibus, & in hoc seculi stadio pugnaturis. Hanc enim malignorum spirituū innumerabilis exercitus tanquam flagellum perhorrescit, & fugit. Hi nanc; spiritus aerei acriter nos laceſunt, & omni qua ualent uirtute iter nostrum impedire contendunt eo uehementius, quo ardētius uiderint nos ad perfectionis culmen uolare. Sed re uera asperime torquentur, quū profectus aspiciunt nostros, quum augmentur merita, quum incalescit spiritus, quum quotidie succrescit in cordibus nostris amor æternorum. Inuidentia nempe urunt face agnoscentes ad cælorum nos alta posse concendere, unde ipsi irremediabiliter corruerunt. Ex hoc quidem discordiæ seminarium ortum est, ex hoc bellorum existit causa singularris. Tanto etenim contra nos odij liuore tabescunt, ut nulla ualeant arte mulceri. Implacabilis sane illorum est uenenata nequitia. Hec eorum est omnis intentio, ut suæ nos miserabili captiuent tyrannidi, suęq; damnationis faciant esse consortes. Quamobrem iuxta Petri sententiam sobrie uigilemus, & in fidē mediatori illis uiriliter resistamus, magnā in domino habeamus fiduciā, quoniam ipse pro nobis dignatur inire certamen, nō tam sine nobis. Præbet nanc; nobis uirtutem reluctantī, tribuitq; liberaliter spem uincendi, dummodo non à nobis, sed ab ipso teneamus fiduciā triumphandi. Zelus itaq; dei nos comedat, & diuini nominis reuerentia aduersus nequam spiritus penetralia cor dis exurat. In conflictu hoc honor dei agitur, imago ipsius requiritur, & ut illius templum polluatur, ausu temerario attentare præsumitur. Nefas igitur est dormitare, atq; à repugnandi uirtute languescere, quoniam nemo nisi consummata uictoria pertinet ad coronam. Veruntamen quisquis trophæum certaminis de malignis dæmonibus reporta-  
Laur. Iustin.

Psal. 136

Psal. 76

Esa. 3  
Psal. 140  
Psal. 13

1. Cor. 4

Esa. 64

Luc. 14

1. Pet. 5

Iohn. 2

s re

re concupiscit, necesse est, ut duplii armorum genere munitus sit. A sinistris quidē huius militate, à dextris uero oratione se protegat. Humilitas namq; omniem animi tumorem cunctamq; suimet fiduciam de cordis repellit habitaculo. Proinde miles omnis Christi sibi dissuelcat credere propriumq; iudicium dubie tenens, iudicio se totaliter committat: alieno, non autem cuiq; se subdat, sed illi tantum, cui consulendi diuinatus cōcessum est donum. Talis uero esse debet, qui alteri consilium tribuet, ut seipsum formam aliquam praebeat ad exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in gravitate, ut si sermo eius salubris atq; irreprehensibilis, consilium utile, uita honesta, & sententia decora. Nam qui sibi ipsi consulere ignorat, quomodo alteri utilis erit. Quis enim prudentem eum causæ alienæ iudicabit, quem inutilem cernit uitæ suæ. Quis autem in coenationem requiret. Quis de turbida aqua potum petet. Itaq; ubi intemperantia, ubi dominandi libido, ubi morum inordinatio, ubi confusio uitiorum. Quis sibi inde aliquid salubre hauriendum existimabit. Nam qui sibi nequam est, cui bonus erit. Supra nos itaq; esse debet, cuius nos cōsilio committere debemus. An uero idoneum putabimus uacare nobis, qui non uacat sibi, cuius animum uoluptas occupat, libido deuincit, cupiditas perturbat, deuastat ira, & negligentia torpor heberat. Impudica quidem uita famam cōmaculat, & uitiorum deformitas consulentis autoritatem interimit. Aduertimus igitur, quod in acquirendo cōsiliū dono plurimum adiuuet uitæ probitas, uirtutum prærogatiua, benevolentia usus, & sapientia gratia. Fraterno deniq; uallatus cōsilio, & humilitatis clypeo à sinistris munitus, quicunq; immundorum spirituum insultus patitur, scūtoriae compos & peregrinatiois huius laboriosum iter intrepide peragrare desiderat, orationis iacula indesinenter in dextera tenere non negligat. In nullo siquidem armoriū genere sic conteritur inimicorum rabies, in nullo spirituali studio sic ipsorum deteguntur insidiæ, quemadmodum in orationis exercitio. Tot namq; reperiuntur & uulnerantur spiritualium iustibus sagittarum, quot orationis affectibus diuinum contra illos imploratur auxilium. Hæc nempe sunt arma, quibus Christi milites uestiuntur, hec sunt salutis argumenta, quæ sancti patres & Christianæ militiæ inuictissimi duces, in spirituā certamine frequentare consuevere. Hoc Moses, David, Helias, Helisæus, Daniel, ceteri prophetæ, & amici dei fideles egerūt, ut certissimum est. Ipse quoq; uniuersorum dominus & saluator noster his usus est armis. Passionis namq; suæ tēpore noluit nisi premissa oratione subire certamen. Non autē pro debilitate animi, non pro infirmitate propria, non pro succubendi formidine, sed pro nostra prorsus eruditione ipsum orasse certissimum est. Exemplum enim saluberrimum posteris fidelib. suis dereliquit, quatenus quoties impugnantur spiritu, flagellantur in carne, persecutiones patiuntur ab inuidis, & diversimode tribulationum grauantur pressuris, orationis arma discat arripere. In arduis, in dubijs, in laboriosis, in aduersis, in prosperisq; nunquam oratio pretermittenda est. Ipsa peregrinationis nostræ indiuidua sit comes. Si accubare, si ambulare, si operari, si quid aliud agere disponimus, semper præmittatur oratio, & ubiq; præsto sit. Reprimit namq; hostium audaciam, nostræ peregrinationis fatigationem temperat, animi uirtutē roborat, & intelligentia oculum sapientiae luce perfundit.

De excellentia spiritualis lucis, & qualiter ad ipsius perueniatur notitiam.

Cap. II.



Nter cætera, quæ omnipotens deus ad sui gloriam creare dignatus est, eluet plenissime in hominis natura ipsius emanatio bonitatis. Sicut nāq; hominem condidit, ut factorem suum agnoscet, agnoscendo diligeret, diligen- do quandoq; frueretur, & inde beatus esset. Quoniam uero diuinum contemptit seruare imperium, à dei sui facie longe projectus, in huius ploratio- nis exilium relegatus est, ubi quāta patiatur mala, & quām multa amiserit bona, ipsa mi- seriarum uorago & flagellorum interminata perpessio, eidem clarissimum tribuūt ma- gisterium. Nullo, ut de hoc instruatur, indiget doctore. Redeat quidem ad se, & absq; er- roris umbraculo intueatur se, & facile intelliget, qualis sit. Adeo quippe ipsius putue- runt cicatrices, tātaq; in illo exuberat sanies delictorum, ut nulla interioris exteriorisq; hominis pars à corruptione sit libera. unde propheticum illud uerissime in eo comple- tum est. Omne caput languidum, & omne cor moerens, à planta pedis usq; ad uerticē ca- pitis non est in eo sanitas, uulnus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, neccu-

A rata medicamine, neq; fota oleo. Nam amissio æternæ bonitatis suauissimo fonte, igno- rantiæ, dubietatis, & fatigationis pœna mulctatus est, propter quod ut cecus cadere, ut dubius errare, ut seruus laborare cōpellitur. Hæc sine ulla patitur cessatione, nec ab his, quantacunq; polleat scientia, decoretur moribus, humana fulciatur potentia, se ualeat re- dimere, quin potius tanquam à durissimis exactoribus Pharaonis, in temporalium cu- ris & afflictionibus seculi quasi in luto & lateribus cogitur desudare. Præfigurauit nāq; in Ægypto Hebreorum corporalis captiuitas spiritualè nostram, in qua sub peccato uenundati sumus, liberatioq; ipsorum imaginem nostræ prætulit libertatis. Omnia qui dem illi populo rudi, carnali, & electo contingebat in figura, quæ in nobis spiritualiter completa sunt. Præmonstrauit etenim tunc dei sapientia futura, & in oculis populi illius eximia uitæ uirtutis opera patefecit, tam ut excitaret præsentes, quām ut eruditet futu- ros. Ex comparatione quippe ipsorum nostra tempora declarantur, illis corporalia, no- bis spiritualia, illis temporalia, nobis æterna sunt præstata. Per Mosen illis, nobis in filio Hebr. I.

B deus locutus est, illis terrena possessio & reprobarum confinia gentium, nobis uero cæ- lestis hæreditas, & immundorum spirituum sedes deuenere in præmium. Vniuersa hæc mira conditoris dispensatione gesta sunt, quatenus dicitur Christianus populus se deo subdere, præcepta seruare, agnoscere dona, uenerari iudicia, potiora intelligere, sem- per gratias agere, & diuinæ caritatis incessanter uices rependere. Graue equidem super se æquitatis iudicium tolerabit, si hæc rememorare neglexerit. Quamobrem in suæ mē- tis altitudinem descendant, qui de tenebris uitiorū, & de seculi opaca uoragine in ad- mirabile lumen diuinæ cognitionis uocati sunt, & quāta secum miseratione actum sit, recogitare non desinant. Ipsi namq; genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, po- pulus acquisitionis uocari & esse meruerunt. Nam olim captiuū, nunc liberi, olim lōge, nunc prope, olim inutiles serui, nunc filij carissimi sunt, si tamē in ea, in qua uocati sunt, perseuerauerint gratia, alioquin melius esset illis iustitiae uiā non agnoscere, quām post agnitionem retrorsum conuerti, ab eo quod illis traditum est, sancto mandato. Nō igi- 1. Pet. 2.

C tur in solestant, non securitate torpeant, non huius peregrinationis itineri hæreāt, quia liberi, quia amici, quia facti sunt filij. Donec peregrinantur à domino, quandiu hac cor- poris mole grauantur, nauigāt in incerto. Nam stare possunt & cadere, proficere & de- ficere. Itaq; non præsumant de eo, quod habent, sed potius adipisci studeant, quod nec- dum habent. Verus quippe amor gradu uno contentus non est, ad altiora semper nitit, & ad perfectiora indesinenter concupiscit attingere. Quas habet, non magnipendit uirtutes proficiendi accensis desiderio. Hinc est, quod Apostolus sincero caritatis flagrās amore aiebat. Nō quod iam acceperim, aut perfectus sim, sequor autem, siquo modo comprehendam in quo comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres ego non arbi- tror me comprehendisse. Vnum autem, quæ quidem retro sunt obliuiscens ad anterio- ra extendens me, prosequor ad ipsum destinatum brauūm supernæ uocationis Christi Iesu. Quicūq; igitur perfecti sumus, hoc sentiamus. Ex seipso beatus Apostolus omnes Phil. 3. instruit, ut uolentes ad uirtutum fastigia concendere, semper studeāt perfectiora rima- ri. Semper enim quod esse debent, & cupiunt, ardenter mente conspiciant, ne ex eo, qd

D se esse agnoscunt, inaniter intumescant. Nullus quidem tam sanctus, tam humilis, tam patiens reperitur, qui non longe ualeat in bonitate esse præstantior. Si autem palmes in uite manens & fructum afferens magis magisq; purgandus est, ut uberiorē afferat fru- ctus, quanto qui incolitus est sollicitius excolendus est. Si nauis in portu sita gubernato- re indiget, non indigebit, quæ in medijs adhuc agitat fluctibus. Si demum perfecti ui- ri ne deficiant, uel ut amplius proficiant, diuino egent præsidio & gratiae opitulatione, putabimus minūs perfectos non egerē. Singuli nāq; cum Propheta dicere possunt. Ni- si quia dominus adiuuit me, paulominius habitatset in inferno anima mea. Quamobré sit hæc uox peregrinantium unā & assidua omnium. Deus in adiutorium meum inten- de, domine ad adiuuandum me festina. Vbi enim ignorantia est, ibi sapientia, que deus est, implorandum est adiutorium. Vbi error est & dubietas, ibi præceptoris ac præcesso- ris adiutorium uerbi flagitandum est. Vbi quoq; labor & fatigatio, ibi remuneratiōnis & mercedis æternae, quæ deus est, petendum est adiutorium. Hæc namq; uita ignorantia, erroris, & laboris anxietate referta est. Prinde qui in illa peregrinant, ut ad uerā perue- Laur. Justin.

niant Hierusalē, quæ est in cælis mater utiq; electorū omnium, adiutorio indigēt lucis, ducis, & mercedis. Lucis, ne per ignorantia cadant. Ducis, ne per uitiorum deuia erēt. Mercedis, ne laboribus lassati deficiant. Absq; hiis nēpe opus nec inchoatur, neq; perficitur laudabiliter. Vniuersi huiusmodi egēt adiutorio. Quis autem temerario ausu afferuerare præsumat se ignorantiae carere caligine, quum Propheta sanctus hoc affirmate  
 Psal. 17 nō audeat. Ait enim. Deus meus illumina tenebras meas. Alibi quoq; sic. Illumina oculos meos, ne unquam obdormiā in morte. Quo uero lumine se illuminari depositat, insinuat dicens. Emitte lucem tuam & ueritatē tuā. Lux quippe patris filius est, lux dei uerbum est, unde idem Propheta memoratus. Lucerna pedibus meis uerbum tuū, & lumē semitis meis. Hæc nanq; lux non corpore, sed mente percipitur, nō carnis oculo pater, sed iudicio rationis. Sapientia quippe est, ueritas est, uerbū est, lux spiritualis est, de qua per Prophetā dicitur, Gētiūm populus, qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnā. Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. De eadem luce Ioannes in euā loan. 1 gelio ait. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundū. Ipsam & loan. 8 quoq; uerā lucem de se testimonium perhibent audiamus. Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ. Nemo quidē habet uitam sine luce hac, nullusq; recte uidet sine ipsa. Quā uero illustrauerit mentem, uidere facit laudabiliter, prudēter, discrete, & in ipsius lumine æterna intueri. Absq; luce ista nemo sapiēs, ubi autem ista, nullus indoctus, impudicus nullus, nemo uitij s deditus esse ualeat. Sobrietatem enim docet, & sapientiā, & iustitiam, & uirtutem. Hæc quippe educit, adducit, conduceat, educit de uitij, adducit ad gratiam, cōducit in requiē. Vel sic. Educat de seculo ignorantiae tenebris possesto, adducit ad gremiū unitatis & oscula caritatis, coneducit ad splendorem deitatis & gloriam immortalitatis. Porro hæc diuina lux præfigurata fuit in exitu Israel de Ægypto. Præcedebat enim (ut legitur) dei populum peregrinantē in eremo, & ad re promissionis terram pergentē rutilans colūna ignis, quæ ex suo radiante fulgore depellebat tenebras, insidias detegebant, & intuentū animos in fidem Exod. 13 borabat. Quis sapiens, & intelliget hæc. Sacramentum hoc magnum est. Christi dico et ecclesiæ, uerbi & animæ. Nemo illud capit (nisi sapientia illustretur) nisi in lumine uerbi. Altitudinem autem uerbi quis nisi in splendore percipiet sapientiæ? Tenuiter tamē, quia ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Excellentiam quoq; huius almae Iucis quis inuestigabit? Inaccessibilis nempe est propter suā claritatem, propter simplitatem, propter munditiam. In suæ etenim diuinitatis essentia tantæ est sublimitatis lux hæc, quod mens de illa cogitans deficit, quum sit incōprehensibilis. Sensus eam non capi, quum sit inuisibilis, lingua ipsam non explicat, quū sit ineffabilis, tempus illam non metitur, quum sit interminabilis, locus eam nō capi, quum sit incircumscribibilis, scriptura ipsam non declarat, quum sit inæstimabilis, uirtus illam non attingit, quum sit inaccessibilis, desideria & uota transgreditur, quum sit incomparabilis, ueruntū ut intelligibile fieret uerbum, ut diuina lux hæc conspicua efficeret hominib. humanam assume re naturam dei sapientia uoluit, eaq; tanq; nube obumbrari dignata est. Nam per humanitatis formam, ad diuinitatis gloriam ascensus cōponitur, ideo Propheta sanctus ait. Psal. 103 Qui ponis nubē ascensum tuum. Quisquis igitur uerbi ineffabilem claritatem concipi H scit iuxta humanæ fragilitatis modulum utcunq; conspicere, nō alibi, q; in assumpta hu manitate tanq; in speculo illam contempletur. In hoc quidē speculo lux ipsa delectabilis apparet, atq; iucunditatem quandam spiritualem ueluti quosdam radios ad se intuentū oculos affluenter emittit, dummodo nullo mundanæ sapientiæ humore caligens. Nam sicut ægris oculis odiosa lux est, ita sanis delectabilis cōprobatur. Mundāda itaq; estacies cordis, detergendæ sunt interioris hominis maculæ, assuefacienda est mens cōtemplationi huius sancti luminis, ne tanquā inexperta et immunda diuiniis reuerberata fulgorib. opprimatur à gloria. Quicunq; uero æterni luminis arcana ausu temerario intendagare uoluerit, cæcitate percussus exteriores projicitur in tenebras. Huiusmodi autē indignitati infirmitatiq; summa obuiavit sapientia. Quemadmodum enim olim Moses diuina locutione effectus dignus sibi super faciem uelamē imposuit, quia adhuc carnis & rudis populi turba Hebræorum, splendorem uultus ipsius sustinere non poterat, ita & uerbum dei ad homines ueniens maiestatis suæ gloriam humanitatis obtexit ueramine,

A lamine, quatenus capabile fieret. Obſciendo nanq; humanis aspectibus formam serui, quam induerat, quosdam per illam ordinauit spirituales gradus, quibus rationalis mēs proueheretur ad diuinæ notitiam claritatis. Lumen quippe diuinitatis suę nequaquam totum exhibere uoluit, sed paulatim & per incrementa, prout intuentum uirtus capere ualebat, unde sicut ætate proficiebat, ita & sapientiæ opera & diuinitatis magnalia demonstrabat. In primordio quidē nativitatis suæ quum intra angusta præsepī infantulus decubaret super foenum, crepusculum suum spirituale lux hæc pastoribus uigilias noctis custodientibus patefacere uoluit. Candore autem huiusmodi exhilarati de omnibus, quæ audierant & uiderant, deum laudare cōperunt. Succedente deinde tempore & lucis huius appropinquante die rutilans aurora emicuit. Nam quum à parentibus puer Iesus duceretur in templum, repente Simeonis oculi, qui præ nimia senectute caligare inchoauerant, hac luce perfusi fuere. Mox quidem ut infantem uir longæuus & sanctus suscepit in ulnas, agnouit, adorauit, benedixit, & ait. Nunc domine dimittis seruum tuum in pace, quia uiderunt oculi mei salutare tuum, quod paraſti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel. Eadem quoq; hora Anna uidea sanctissima hoc irradiata lumine cōfitebatur domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant redēptionem Israel. Quo facto lux ista suos continuat radios, atq; sub nubis tegumento se occultas usq; ad tempus lucere desinit. Transacta deniq; puerili ac iuuenili ætate quum ad uiriles deuenisset annos, essetq; in uertice montis tribus cum discipulis, subito lux ipsa in clarum erupit diē, & Apostolorum reuerberans oculos suo nimio splendore eosdem prostrauit ad terram, & (sicut sacratissima Euangelij narrat historia) resplenduit facies Iesu tāquam sol, atq; ipsius uestimenta ut nix alba effecta sunt. Deinde prædicato Euāgelio, patratis miraculis, consummatoq; passionis agone quum lux hæc prorsus extincta crederetur, magis magisq; rutilare cōpedit. Fulgentissimum nanq; candorem suum hæc eadem lux multis aperuit, quum resurrectionis gloriam, mortisq; triumphum, ac regiam notam fecit C potestatem. Præcipue tamen quum coram positis discipulis & sanctorum turba non modica cælorum alta petere decreuisset. Dum enim eleuaretur in cælum, & unde uenerat, regrederetur, stuperentq; qui astabant, præ tanti admiratione luminis, illico duo angelii apparuere dicentes. Viri Galilæi quid statis aspicientes in cælum, hic Iesus, qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet, quemadmodum uidistis eum eūtem in cælum. Hi omnes uerum lumen uiderunt, & illi adhærentes tanquam radiantes stellæ in ecclesiæ sunt positi firmamento, perhibentq; lumini testimonium, à quo lucem acceperunt, unde per Prophetam dicitur. Stellæ dederunt lumen in custodijs suis, & lœtatæ sunt, uocatae sunt, & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Luxerunt utiq; ei, qui fecit, illas non sibi. Nam si sibi, & non cōditori luminis obsequium præbuīsent, repente amissio splendore ad tenebras corruiſſent. Non æterno lumini, sed sibi luxere uoluit ille, qui priuatam gloriam quærēdo, dicere præsumpsit. In cælum consendi, super astra cæli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in latere Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Propterea à cælorum sublimi sede & ab arce ingenitæ dignitatis præcipitatus, in tenebrosum tartarum intrusus est cruciandus, & quia in ueritate non stetit, ueritas in illo non est. Non autem sic amicus sponsi, vox uerbi, præco iudicis, præcursor ueritatis. Lucerna quippe erat ardens & lucens, fulgens stella, & accensa lampas, & tamen nihil proprium sibi arrogare præsumpsit. Nam uerbo incarnato testimonium perhibuit dicens. Qui habet sponsam, sponsus est, amicus autem sponsi, gaudio gaudet propter uocem sponsi, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Discipulus quoq; quem diligebat Iesus, ipsi clarissimum perhibuit testimonium dicens. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Et infra. Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Quotquot autem sancti tam ueteris, quam noui testamenti ueritatis lumine & sapientiæ splendore fulserunt, in ipsius lumine uerbi lumē uiderem ueruerunt. Communicat enim absq; sui diminutione lumen suum, communicat & dona. Nemo uitiorum tenebras, pericula peregrinationis huius, & inimicorum insidias ualeat euadere sine hac præeunte luce. Hæc quidem lucet in corde, sentitur in corde, s 3 corde,

**Matt. 5** corde, & cordis nobilitat habitaculum. Mundet igitur cor, quisquis aliae lucis huius B particeps fieri concupiscit. Non qui fulgent in seculo, non qui diuitijs abundant, non qui extolluntur honoribus, sed qui pauperes sunt spiritu, & qui mundum habent cor, beati prædicantur. Hic lumen hoc admittentes, in se deum uidere merentur, iuxta Salva toris sententiam dicentis. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Ipsa uero spirituali luce quicunque priuati sunt, humano indigent ducatu, ne in huius uitæ percant naufragio.

De triplici peregrinantium statu, necnon de cuiuscumque proprio spirituali  
duce. Cap. III.



Vemadmodum diuina narrat historia, quum diuina miseratio suæ de Aegyptiorum seruitute populum liberare decreuisset, ducem illis & præceptorem dare dignata est, qui sui uicem in populo gereret, cui etiam turba uniuersa tanquam deo obtemperaret, fieret ipse mediator dei ad plebem & plebis ad deum. Per hunc quippe ad populum precepta legis, mandata uita, ritus sacrificiorum, cæremoniarum instituta, & iudiciorum decreta dabantur. Per eum quoq[ue] populi uora, alimentorum inopiae, atq[ue] mentium secreta offerebantur altissimo. Hic iram Dei mitigabat, occulta pandebat mysteria, hostium superabat audaciam, inimicorum orando debellabat saevitiam, hortabatur plebem, resistentium sibi reprobabat increpando duritiam, atq[ue] seditionis oratione Dathan & Abiron prædictis sententiis. Iste ducis ministerio, horrenda portenta & diuina miracula fuere celebrata. Induxit quidem in Aegypti regionem palpabiles tenebras, aquas cōuertit in sanguinem, ranas produxit & cynipes, uineas extinxit & fuculneas, atq[ue] omnium primogenita Aegyptiorum diuina ultione percussit. Insuper ipsius uirga aperitur mare, exiccatur profunda æquoris, submergitur Pharaon, liberantur Hebræi, & ab eisdem laus diuina depromitur. Quid multa! Petra percutitur, de ea aquarum fluenta ebulliūt, satiatur populus, necno & singulis reprobationis terra diuiditur. Vnde tanta ducis huius autoritas, cur tanta uni homini uirtus collata, cur hæc gesta, cur literis sunt memoriae commendata? Certe figuræ erant, monita erant, mysteria erant, & futurorum exempla. Instruebat namq[ue] nunc spiritus sapientiae fideliſ ſuos, ſeruos ſuos, & per caritatis donum ad ſe uocandoſ, ut nemo pœnitentiae deferti in via penetrare, & cum malignis spiritibus inire certamen auaderet, atq[ue] promissam sanctis patribus cælestem hereditatem possidere speraret, ſi non sub duce ſibi ab ipso præstito strenue militaret. Quis etenim in hac præsentis uitæ positus peregrinatione, & in huius spiritualis eremi constitutus ualitate, ubi errores innumerari, inimicorum ſæua genera, & prædonum diſcurrens insidiatur exercitus, incedere ſecurus abſq[ue] directore audeat, quum uix euadere ualeat, qui præceptorē habet, & qui spiritualis expertiq[ue] ducis munitur prudentia. Nemo quippe indoctus conuincere per ſeipſum credat errores, nullus inermis ad pugnam pergere, nec quisquam ſolus praefat bellū obtinere uictoriā. Væ h̄oſ ſoli (ait sermo diuinus) quoniam ſi ceciderit, non habet ſubleuantem. Quamobrem ſpiritualē habeat præceptorem, ducisq[ue] unius manu data custodiat, quicunque uirtutum culmen, ſpiritualisq[ue] pugnae habere triumphum, atq[ue] ad dulcissimum uerbi cupit peruenire connubium. Non autem ad hoc elatus mente, non scientia inflatus ſpiritu, non animo remiſſus & tepidus, non temporalium admittitur curis implicitus, ſed humilis, ſed mansuetus, ſed ſolicitus, ſed interiori exercitationi prudenter intentus, ſed cæleſtium ſecretorum amator ignitus. Huiusmodi quippe dominum non ex arbitrio pendet uolentium aut currentium, ſed ex libera largitate misericordis & inclinantis ſe uerbi, non pro tempore conceditur, ſed pro meritis, non artis, nō ſexu, non conditio discernitur, ſed gratia. Omnes namq[ue] in domino unum ſunt. Nam ſeruus in domino liber est. Pauper & facultate nudatus, in Christo diuines efficitur, ignobilis profapia, diuina generatione ſublimatur, quatenus non ſe extollat caro, nec quisquam donis naturalibus glorietur. Vera quidem ingenuitas & gratissima deo progenies ex ſpirituis nobilitate & uirtutum perfectione agnoscitur, ut ille ſublimior qui humilior, ille fortior qui infirmior, ille sapientior qui mēte purior, ille ſuperior qui inferior, ille dominus Iesu iudicetur acceptior, qui in oculis propriis ex infuso lumine ſe omnium abiectiorem efficiet. Non enim ſicut uides homo, ita deus. Nam quod altum est in oculis,

A lis hominum, diuiniſ ſolet aspectibus. De lumine ſapientiae uisus cuiusq[ue] prædeat ſtudium, ut uideat æquitatem, ducem quicq[ue] habere ſtudeat proprium, ne in huius peregrinationis inuio errare contingat. Vniuersis obedientiæ regula indicta eſt, cuncti indigent præceptore, quamvis non æquali. Quemadmodum uero alia ſunt infantium iocaz, alia iuuenum exercitia, alia ſenum instituta, ita etiam spiritualiter. Non enim incipientium, proficientium, & perfectorum ſimilia ſunt, licet finis diſſimilis non ſit. Primi circa exteriora, ſecondi circa interiora, circa diuina tertij exercentur. Primiti homo, medijs ratio, ultimis paraclitus ducatum præbet. Incipientes namq[ue] tanquam nouellæ planationes ex Aegypti diuulſæ nemore, quoniam proni ſunt redire ad illa, quaꝝ reliquerunt in ſeculo, ueluti delicati, debiles, & minus capaces per hominem dirigendi ſunt. Inſtruendi quidem ſunt, quām uile fuit, quod deſeruerunt, quantis præſens uita ſit plena periculis, quām fugitiua, quām finis eius incertus. Annunciandum quoq[ue] illis eſt, quanta ſupplicia reprobis, & à uia dei retrogradientibus parata ſint, ignis (uidelicet) in

B extingibilis, dentium stridor, horridus dæmonum aspectus, palpabiles tenebrae, lacrymarum imbræ, fœtor sulphuris, conſcientia uermis, diuina uisionis carentia, & omnis ſalutis certa desperatio. Ne autem nimio absorbentur timore proponatur inter dum illis, quām magna electis & in ſancto proposito perfeuerantibus ſint præmia condonanda, grata ſciliçet & iucunda ſanctorum ſocietas Apostolorum, patriarcharum, prophetarum, martyrum, confessorum, uirginum, beatorumq[ue] omnium, angelorum quoq[ue], archangelorum, uirtutum, potestatum, principatum, dominationum, thronorum, cherubim, ſeraphimq[ue], aspectus delectabilis incarnati uerbi, & diuina uisionis incomprehensibilis maiestas. De his meditentur non ſemper neq[ue] uniformiter, ſed pro loco & tempore, atq[ue] mentium diſpoſitione, quatenus prudenter edocti non frangantur labore, aut inchoatae pœnitentiae non fatigentur puſſilanimitate. Discant itaq[ue] corpus ualenter macerare ieuiujs, uigilijs atterere, attenuare fatigationibus, uoluptatibus priuare lætiferis, & maxime ſenuum curiositatem temperantiae lege atq[ue] disciplinæ cohibere uigore. Erudiendi non minus ſunt, ut linguae moderamina & ori ſuo (iuxta Prophetæ uocem) custodiā imponant, ne forte in uerba proruſtant blasphemiae, detractionis, discordiae, mendacijs, periurij, elationis, impudicitiae, adulatioñis, iactantiae, ſcurritatis, & uaniloquij, meminerintq[ue] notabile illud propheticum. Psal. 38

C quis eſt homo, qui uult uitam, diliget dies uide bonos. Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum. Propterea ne in talibus idem Propheta caderet, de ſe aiebat. Dixi custodiā uias meas, ut non delinquam in lingua mea. Doceantur insuper incipientes, quām irrefragabiliter debeat obedientiae disciplinam custodire, ſubiffe omnibus, senioribus obtemperare, nulli in bono reſiſtere, nemini in malo acquiescere, ſibiſ ſi credere, ducis ſui ac præceptoris nequaquam monita præterire, illi quomodo achare ſe ipsos oporteat, conſilia non negligere, & in cunctis tanquam Christo eidem famula. Psal. 33 De ipſo ſentiant magna, iudicent recta, ſanctaq[ue] cogitent, ne callida diaboli ſuggestione opinione deuotionis & fides conceptæ dilectionis ad patrem, intereat. Nam decipiatur facillime, atq[ue] ſpirituali ruine efficitur proximus, quisquis ducis ſui laudabili affectu Psal. 38 tione priuatur: Hoc quippe caſus & apostatandi initium eſt. Quamobrem ſpiritualis dux & animarum rector talis eſt ſtudeat, ut nulli ſubditorum nulliq[ue] ipſum imitari uocentium tribuat offendiculum, uel occaſionem delicti. Doceat magis uita quām uerbis, ipſius mores ſubiectorum documenta ſint. Induat uifcera pietatis, nō ex affectu ſed ex ratione causas iudicet. Praefit ſemper in illo mentis deliberatio, ne paſſione uictus in temerarium proruatiudicium. Proximorum in ſe reformet personam, motus ſui tempreſt animi, & in cunctis prodeſſe conetur, ſui ipſius ſollicitus examinerat, ne elatione uulneratus damnationis ſententia perimatur, nullius personam accipiat, patrem ſe ostendat non dominum, & amari potius uelit, quām timeri, nō obliuſcatur, quod homo eſt, & à deo præpoſitus alijs, ut non ſolum de ſe, ſed & de uinuerſis ſibi commiſſis ratione strictiſſimam redditurus. Pro ſubditis quoq[ue] intercessor ſit, hortetur pigros, corrigit in quietos, elatos premat, foueat ſimplices, mœſtos conſoletur, eruditat inſcioſ, omnesq[ue] pio amplectatur caritatis affectu. Foris ad ſubiectorum profectum iuſtitiae censuram teneat, intus uero humilitatis custodiā non relinquat. In ſermonē grauiſ, rareſ, sit,

D hoc quippe caſus & apostatandi initium eſt. Quamobrem ſpiritualis dux & animarum rector talis eſt ſtudeat, ut nulli ſubditorum nulliq[ue] ipſum imitari uocentium tribuat offendiculum, uel occaſionem delicti. Doceat magis uita quām uerbis, ipſius mores ſubiectorum documenta ſint. Induat uifcera pietatis, nō ex affectu ſed ex ratione causas iudicet. Praefit ſemper in illo mentis deliberatio, ne paſſione uictus in temerarium proruatiudicium. Proximorum in ſe reformet personam, motus ſui tempreſt animi, & in cunctis prodeſſe conetur, ſui ipſius ſollicitus examinerat, ne elatione uulneratus damnationis ſententia perimatur, nullius personam accipiat, patrem ſe ostendat non dominum, & amari potius uelit, quām timeri, nō obliuſcatur, quod homo eſt, & à deo præpoſitus alijs, ut non ſolum de ſe, ſed & de uinuerſis ſibi commiſſis ratione strictiſſimam redditurus. Pro ſubditis quoq[ue] intercessor ſit, hortetur pigros, corrigit in quietos, elatos premat, foueat ſimplices, mœſtos conſoletur, eruditat inſcioſ, omnesq[ue] pio amplectatur caritatis affectu. Foris ad ſubiectorum profectum iuſtitiae censuram teneat, intus uero humilitatis custodiā non relinquat. In ſermonē grauiſ, rareſ, sit,

fit, & modestus, nūc ex suo ore proferat, quod audientes non ædificet. Nam testimoniū cordis uerbum est, & qualis quisq; maneat apud se, lingua declarat, ideo in uerbo & in omni suo opere animarum dux prudentia munitus sit atq; sapientia decoratus. Est quippe, qui præst, quasi speculum quoddam, in quo incipientes uiuendi formam accipiunt. Igitur irreprehensibilis esse conetur, ne infirmis anteponat infidelitatis materiā. Non solum uero ab illicitis, uerum etiam à licitis interdum abstineat, sciens uitam suam ad subiectorum debere militare profectum. Instituuntur namq; (disponēte sempiterno dei uerbo) duces animarum, non ut honoribus preferantur, non ut in clero dominetur, inflenturq; potestate, sed ut ordines distinguantur, ordinetur uniuersitas, & caritas demonstretur. In commissis quidem tunc præsidentis fulget dei amor, quum eisdem conatur ad perfectionis prouehere fastigium, & ad spiritualis pugnæ triumphum. Proinde ut uigilet semper, necesse est, ne quem eorum aberrare contingat. Nam insidiatur calide prosperis incipientium successibus commentor malorum diabolus, nunc suadēdo blande, nunc aspere comminando, ideo ducatu indigent alieno, ne resiliat territi, aut cādant seducti. Absq; experimento autem quis immundorum spirituum euadet laqueos. Quis uero sine preceptoris magisterio ualeat esse expertus. Prima namq; incipiētium rudimenta sub spiritualis patris disciplina ordinanda sunt, ut locato in humili obedientia prius fundamento ad proficientium perfectorumq; possint structuram concēdere. Incipientes disponunt sua ad imperium præsidentis, proficientes autem ad iudicium rationis, ideo secum habitare conantur, & interiora sua dijudicare non cessant. Nam in uirtutum stadio proficientium corona fabricatur. Triplici enim mentis habitu quasi marginis tribus proficiens ornatus sit, desiderio (uidelicet) fortitudine, & cognitione. Desiderium quippe uirtutum in acquisitione uirtutis ne cessarium est. In omni peragēdo negotio siue corporali, seu spirituali hoc congruit. Quis inuitus ad pugnā pergens uictor existit. Quis nisi amator sit sapientia, efficitur sapiens. Magna uictoria pars est uincendi desiderium. Facile namq; animus sui uictor efficitur, quum contra se pugnare non ueretur. Desiderium quippe uires auget, attollit cor, debilitat aduersarium, laborem temperat, exhilarat mentem, disponit ad gratiam, & deo reddit amabilem. Quis uero proficiendi non ardet desiderio, quum regem gloriae sui intelligat inspectorem, adiutorē, iudicem, remuneratoremq;. Virtus enim nunquam irremunerata relinquitur. Nemo nisi uirtutis amator à deo diligitur, uerus autē amor ex uirtute cognoscitur, uirtus uero magnanimitate possidetur. Vis animi amor est, amor autem legitimus fortis semper est, nec scit cedere, aspera non ueretur, pati non recusat, aggreditur ardua, aduersa sustinet, dolorē non sentit, semperq; ad altiora concendit proficiendi accensus desiderio. Si pugna excitetur, si ebulliant uitia, si totus concitetur mundus, diligēs fortiter prosterniō ualebit. Aquæ multæ, sicut legitur, non potuerunt extinguere caritatem, quoniam in fortitudine sapientiae, & in soliditate uirtutis fundata est. Qui autem nō diligit, atq; qui pati formidat, uirtutis palmam non apprehendet. In arduis uirtus locata est, uiolēter pro illa certandum est. Est namq; incontaminata in se amica regis, cæli scala, bonoru[m] mater, prævia meritorum, gratia auctrix, spei nutrimentum, caritatis præco, uitorum mors, conscientia pax, peregrinationis leuamē, angelorum imitatrix, naturæ habitus, uitæ ratio, morum pietas, cultus deitatis, honor hominis, intellectus decor, & totius speculum sanitatis. Ex ipsius cognitione, feruore possessionis illius accenditur animus, necnon & faboratur ad tolerantiam arduorum, quæ in eius acquisitione tolerat. Hic nempe funiculus triplex difficile rumpitur. Isto quidem uinculo quum proficientis animus ligari coepit, erigitur fortiter contra se, concupiscentiarum motus, uoluptatem affectus, animi fluctuationes, cordis hebetudines, innatas passiones, inolitas consuetudines, & cunctas interioris hominis inordinatas affectiones sub rationis contendit deprime-re imperio. Nunc prostrata eleuat, nunc elata humiliat, miroq; certandi modo huc illic se diuertens omnem animi petulantem familiam ad spiritus unitatem disciplinæ uigore coeret. O grande spectaculum, triumphus gloriōsus, mirabile prodigium uidere gratiam oppugnare naturam, & animum inniti aduersum se. Rara uirtus haec, spirituale certamen, & merces eximia. Huius quidem uenerandi confictus iudex & inspector est deus, testes angeli, theatrum mens, remuneratio uirtus, dux ratio. Haec autem

A autem minimè per se sufficit. Hæc ex sola ingenita & naturali probitate non ualeat ini-micorum saevitiam, & uitiorum numerositatem debellare, nisi uerbi sapientiæq; illustre tur splendore, atq; ipsius doceatur elogio. Est enim in ipsa sapientia spiritus intelligēti sanctus, unicus, multiplex, subtilis, discretus, immobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, qui nihil uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnē habens uirtutem, omnia propiciens. Nulli quidem dubium, quin cui illa se accōmoda uerit, & qui illa dignus fuerit, spiritualis pugnæ uictor existat, laureatusq; de proficien-tium statu ad perfectorum ascribatur numerum. Prudentiam quippe in sui tenēs cordis penetralibus tanq; in spirituali libro eruditus ab ipsa intelliget, quid agendum, quid ue-sciendum sit. Scire uero utile est, dum modo sciatur, quo studio, quo ordine, quo fine sci ri debeat. Quo studio, ut illud ardenter agnoscat, per quod uehementius accēdatur animus ad amorem, quo ordine, ut illud prius, per quod maturius ad salutem, quo fine, ut nō propter obliquum. Sunt quidam, qui curiose scire uolunt, ut sciant, quidam ut ina-niter sciantur, aliqui ut turpis lucri causa scientiam uendant, nōnulli (& hi rari) ut ex ea-ritate ædificant, & ædificant. Tales porro incontaminatae sunt amatores sapientiae. Ipso rum ratio per uerbum instituta, errores latebrasq; uitiorum detegens semper ad altiora prouehitur, faculo autem quidam spirituali intimi amoris uulnerata & sapientiæ lumi-ne perfusa, perfectorum studia utcunq; degustare meretur, nō tamen absq; paracliti du-catu auderet uel posset. Quanto enim ascensus altior, tanto maturius incedendum est, quia & ruina miserabilior, si fieri contingat. Ideo diuina cum maxima semper sunt uene-ratione suscipienda, prudenter agnoscenda, nunquam uero curiose inaniterq; rimāda. Hoc donum, hanc spiritualem scientiam nullus accipere nisi ex magisterio spiritus san-cti meretur. Nemo paracliti disciplina dignus efficitur, nisi prius carnem spiritui, & ani-mum subegerit uirtuti. De cætero huiusmodi licebit contemplari diuina. Quadam et-enim bohitatis suauitatisq; aspersus fragrantia, ueluti quadā nebulæ umbra protectus, admittitur ad secretius sponsi cubiculum, ibiq; eidem incerta & occulta diuinæ sapientiæ C iudicia & arcana reuelantur tanq; præcipuo amico, non autem repercutitur eius acies, confunditur facies, redarguitur fiducia, desideriorumq; clamor, sed pro humilitate, pro puritate, pro flagrantissima caritate, nunc eleuatur ad summa, nūc ad exteriora profun-ditur, nūquam carens duce, uix autem & ipse dormitans à custodia sua. Quum enim at-tollitur supra se, aut intelligentia oculo dei sapientiam omnia disponentem, aut ipsius benevolentiam singulis sua liberalissime communicantem, siue eius excellentiam cuncta transcendentem, & delectabilita omnia in se continentem, iucundissime cōtempla-tur. Interdum uero in sueto amoris igne accenso non nisi in cælestibus affectu commo-rari permittitur, eo, uidelicet, tempore, quo lumine caloreq; intimo repletus, humanos agnoscitur transcendere limites. Si uero ad ima dilabitur, cōpunctione liquefcit, os cō-primit, & siquid illi pro proximi utilitate iniungitur, id pernici motu corporis perficere festinat, nunquam inutiliter tempus consumit, sed quandoq; pro alijs, semper pro se spi-ritus uigore compellitur, hoc nimirum operante, qui præcordia compleuit, spiritu ueri-tatis. De uirtute in uirtutem, de lumine in lumen, de affectu in affectum sensibiliter pro-ficiscitur tanquam à domini spiritu. Ex his nempe profectibus & uerbo fit familiarior & crebrius uisitatur ab ipso, in ipsa tamen uisitatione reciprocí amoris pię caritatis prorū pit in uoces, & dicit. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, quando ueniā, & apparebo coram te. Quis inhi det te fratrem meum fugentem ubera matris meæ, ut inueniam te foris, & deosculer, apprehendam te, & ducā in domum matris meæ, & in cu-biculum genitricis meæ. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex uino condito, & mu-stum malorum granatorum meorum. Qui legit, intelligat, quoniam uerbum mysticum est. Nemo igitur ad huius gradus tertij fastigium attigisse confidat, nisi primi secundiq; ascensum fecerit. Possunt quippe ex diuina dispensatione quādam primitiæ secundi & tertij in primo gustari gradu, sed longe inter se meritis distant, id quod ex dei largitate repente sentitur & transit, & id quod ex mentis habitu possidetur. Nullus tamen quan-ti apud deum sit meriti, dijudicare ualeat, sicut nec utrum odio an amore dignus habeat. Omnia uero incerta futuro iudicio reseruantur, ut cūctum sui animi tumorem compri-mat homo sub humilitatis censura, quæ cæterarum est tutissima custodia uirtutum.

Quod per peccatum naturalis affectus ueri & boni debilitatus sit, & qualiter restauretur, atq;  
de spirituali iustorum peregrinantium mercede. Cap. IIII.

**D**uplicem inesse naturaliter homini affectum cui libet recte sapiēti notissimum  
est, uidelicet appetitum boni & ueri. Hī nanc ab ineūte aetate pariter nutriū  
tur, pariter crescunt, eo uehemētius, quo altius homo rationis est capax. Hoc  
autem non sine uenerabili bonitatis dispositione cōditoris ac mīro ipsius sa-  
pientia ordine gestum est. Qui enim fecerat hominem propter se, iustissimum fuit, ut tali  
ter conderet, qualiter iuxta naturalē instinctum si uiueret, non alio tenderet, aliudq dili-  
geret, q̄ id ad quod & propter quod plasmatus erat. Quod si aliter de ipso homine di-  
spositū fuisset, defecisset utiq̄ hominis natura. Cūcta quidē suo naturali cursu infideliter  
pergunt ad illum, propter quē ordinata sunt, finē. Finis aut̄ hominis quām sit deus,  
debet & ipse, qm̄ bene conditus est, suo naturalē cursum dirigere fini. Totum ergo ho-  
minis delictum & omnis illius pruaricatio tanto grauior censem̄, quanto à suo fine lon-  
gius euagat. Diuinæ tunc legi derogat, suæ bonum naturæ abolet, predestinata beatitu-  
dine se priuat, ipseq̄ contra se acerrimus efficit impugnator. Hoc quidē sanctarū testi-  
monio scripturarum luculenter probat. Tradit nanc diuina historia, quod quū ex calli-  
da serpentis persuasionē parentes primi de ligno uerito comedētes diuini p̄cepti trās-  
gressores fuissent, uterq̄ propter inobedientiam dei sententia percussi fuere. Mulieri in-  
flicta est pariendi poena, multiplicatio ærumnarum, & subiectio seruitutis uiri. Ad aue-  
rō Gen. 3. cui gratior inerat culpa, dictum est. Maledicta terra in opere tuo, in laboribus come-  
des ex ea, spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ, in sudore uultus  
tui uesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua assumptus es, quia puluis es, &  
in puluerem reuertaris. Post huius autem promulgationem maledictiōis pariter de uo-  
luptatis paradiso à facie dñi eiecti, in hac, in qua nunc peregrinamur, terra exilio dāna-  
ri sunt. Hinc naturæ deordinatio, lucta carnis & spiritus, creaturarum inobedientia, &  
lestis patriæ amissio, ueri ignorantia, & boni insensibilitas effluxerunt, sed nō prualuit  
uiri iniuitas opus Dei funditus destruere. Vulnerauit quidem, nō tñ totaliter extinxit G  
naturæ bonum. Nam ueri & boni inest illi appetitus licet lōge debilior, q̄ prius. In hoc  
quippe maxime propter peccatum læsa est hominis natura. Ex appetitu nanc ueri sci-  
entiæ & cognitionis desiderio fatigamur, ob hoc quoq̄ cogitationes in animo uersamus  
multiplices, cōsilia adiuuenimus, leges statuimus, occulta rimamur, ignota querimus,  
& secreta etiam dei mysteria atq̄ profunda iudicia penetrare cōtendimus. Qm̄ uero de-  
serto uero deo ueri acumen naturale inuestigandi debilitatū est, & pro maiori amissum  
parte, tot opinione, errores, sectæ, argumenta, sophismata, schismata oborta sunt, quo-  
rum mundus hic plenus est. Hinc idolorum cultura, dæmonum ueneratio, ariolādi ars,  
uaticinia falsa, superstitionum adiuuētio emanauere. Ex ignorantia etiam summi & ue-  
ri dei diuinitatis honor ligno, lapidi, metallo, hominiq̄ exhibitus est, & commutauerūt  
homines gloriam incorruptibilis dei in imaginem corruptibilis hominis, uolucrū, qua-  
drupedum, & serpentium. propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorū in-  
semetipsis, quia cōmutauerūt ueritatē dei in mēdaciū, & coluerūt, & seruierūt creaturæ  
potius, q̄ creatori, qui est deus bñdictus in secula. Verunt̄ humano diuina clemētia cō-  
idolēs errori, opportuna huic lāguori adhibuit remedia. Hāc statuit legē, ut quicunq  
deis uteret ad bonū, ueritatis lumē agnosceret, qui uero ad malū, seu contemptor exis-  
tet, aeternæ dānationis poena feriret. Duobus quippe modis hominē dei sapientia do-  
cuit erigere intellectū ad cognitionē ueri, per intelligentiā, uidelicet, diuinorū eloquio-  
rum, & per obedientiam fidei. Est nanc sacra pagina scalæ, quam in somnis uidit san-  
ctus Iacob, comparata, cuius summa cælos tetigisse describitur. Per ipsam etenim  
quasi per quosdam gradus prouehitur intellectus ad agnitionem ueri & summi dei. Est  
& tanquam mensa multarum dapiū numerositate referta. Super hāc quot libri, quot  
sentientiæ, tot ferculorum diuersitates appositiæ sunt. Nemini licet exire ieuno, cunctis  
propriis infertur cibus, siue indoctus siue doctus inuenit quisq; quod edat. Cōuiuum  
quippe sapientiæ est cibus grandium & parvulorum lac, unde & uoce sponsi, uerbi sci-  
licet inuitantis animam, dicitur. Veni soror mea sponsa, miscui uinum cum aromati-  
bus meis, comedi fauum meum cum lacte meo, comedite amici mei & bibite, & in-  
ebria-

E

**A**ebriam hñi carissimi. Nullus autem ad hoc pingue uerbi conusū, nisi credat, accedet  
re præsumat, alioquin uelut immūdus & sordidus foras eiſcietur. Nemo altus corde, ne  
mo infidelis intrare permittitur. Humilis est ianua, humanus est spiritus sapientiæ, ideo  
humilem requirit, cui suam aperiāt claritatē. Sinite, inquit, parvulos uenire ad me. Non  
nobiles secundum seculi & carnis prosapiam, non potentes, uel locupletes temporaliū  
facultatum, non sapientes secundum elementa huius mundi inuitat ad se, sed pauperes,  
humiles, simpliciterq̄ credentes. Tales porrò docibiles sunt, nesciunt contradicere, re-  
pugnare nolunt, de diuinis non extolluntur muneribus, autoritatibus sanctorum fidei  
ter acquiescent, & tanquam dei filij cælestibus oraculis dissentire non audēt. Huiusmo-  
di nanc elegit semper dominus, ut per ipsos sua ostenderet magnalia mundo. Quid A-  
braham, Isaac, Jacob, Moses, David fuere, nisi ouium pastores? Quid Petrus, Andreas, Ia-  
cobus, Ioannes extiterunt. Nonne pescatores, & in seculo cōtemptibiles? Stultam fecit  
deus mundi sapientiam, & quoniam in dei sapientia non cognovit mundus per sapien-  
tiam deum, placuit deo per stultiam prædicationis & per simplicitatem fidei saluos fa-  
cere credentes, ut non glorietur omnis caro coram eo, sed qui gloriatur, in domino glo-  
rietur. Apertum est fidei ostium simplici idiote, & ingenioso patet aditus cognoscendę  
ueritatis. Quicunq̄ aliunde quām per ostium ingredi præsumet, uelut fur & latro dāna-  
bitur. Humiliet se humanus intellectus, fidei iugo colla substernat, cedat diuinæ autori-  
tati, patrum sententijs non deroget, & quicquid non capitratione, fide teneat. Tunc ue-  
ritatis radius splendoribus replebit cor, tunc meridiana lux uerbi, fugatis tenebris insol-  
ito fulgore clarificabit intellectum, ut quæ prius dubia, siant certa, & quæ occulta, ma-  
nifesta sint. Tunc in uoce exultationis & confessionis laudes deo persoluet, lāetusq̄ can-  
abit. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis domine. Hucusq̄ de appetitu ueri. Ex  
appetitu uero boni quo labores, quanta studia, quām multa subeāt pericula, quis enar-  
rate potest. Qui dominandi potestatem bonum summum esse iudicant, bella cōmouēt,  
neces hominum paruipendunt, pauperum oppressionibus nō mouentur, ut sui uoti cō-  
potes siant. Ex hoc quoq̄ accentū quidam desiderio boni, maria transierūt, fluctibus se-  
undosis dantes peragrarunt regiones exteris ignotasq̄, perambulauerunt uastas solitu-  
dines, alta montium & collium excelsa transilierunt, nemorosas ualles speluncas, caue-  
nas terræ lustrauerunt, ut aurū gemmarumq̄ uenas ac loca perquirerent. Hinc etiam ue-  
nere uoluptates, incestus, stupra, adulteria, alieni uiolatio thori, obscœna cōrectatio-  
nes, & huiusmodi, qđ dicere nefas est. Hinc ioca, uerba scurrilia, theatrici luxus, come-  
sationes, ebrietates, lāta conuiua, uaria epularum fercula, & omne quod ad explēdam  
spectat corporis uoluptatem, exortum est. Hinc humanæ affectus laudis, crebra uigilia-  
rum fatigatio, inuidiæ faces, inimicitarum, odiorum, dissensionū seminaria, detrac-  
tum uenena, adulantium fraudulenta uerba, facta seruitia, simulati mores, prostratiōes,  
salutationes, blanditiæ, hypocrisis, sanctitatis imago, prelatiōis ambitio, & dominandi  
amor sumpsere principiū. Talia autem sectantes, gehennalib. cruciabunt flammis. Nā  
incōmutabili & summo spreto bono cōmutabili & infimo adhæserunt. Summū quidē  
bonū non corporis sensib. capit, spirituale enim est & aeternū, intellectu cōspicit, affe-  
ctu degustat, fide cōprehendit, spe concupiscit, caritate tenet, amoris brachijs ample-  
xat. Nil tēporale, nil falsum, nil sordidū, immundū, & peccati fece pollutū reperit in il-  
lo. Omne pulchrū, omne delectabile, omne iucundū ipsum esse scito. Si immensitate il-  
lus quæris, intellige illud excelsius cælo, inferno profundius, longius terra, & mari la-  
tius. In se cōtinet omnia, p se regit omnia, uicificat omnia, cōseruat omnia. Sinelabore  
sustinet, sine errore discernit, sine sui mutabilitate mutat, sine passione punit, sine sui de-  
trimēto tribuit, sine personarū acceptiōe miseret. Non circūscribit loco, non uariat ca-  
sib. nō prēterit tū tēpore, nō indiget auxilio. Per se sufficit, per se placet, per se pōt, cælit  
replet, terrā metitur, uniuersitatē regit. Cuncta illi patent, omnia famulan̄, nihil ipsius  
valet præterire imperium. Largitur enim dona, delicta punit, indulgentiā pollicetur, re-  
tribuit merita, & relaxat facinora. Eo quisquis dignus fuerit, carens omni malo, summo  
fruetur bono. Non in uita hac, quæ malis & bonis, iumentis & hominibus plena est, ui-  
deri potest, sed in celis, ubi angelorum archangelorumq̄ glorioſus manet exercitus. Ibi  
nanc pugnantium, pœnitentium, peregrinantiumq̄ se constituit p̄æmium. Nemo il-  
lud

Iuc nisi hic purgatus intrabit, nullus id summum & æternum bonum apprehendere posse confidat, nisi prævio fructu bonorum operū, & diuinitatis scientia. Ob hoc dei sapientia obedientiæ mandata instituit, ut inobedientiæ aboleret culpam, legem dedit, ut bonorum operum fructus cumulatior fiat, præcepta indixit, ut merita crescant. In cunctis deus noster benevolus est, patiens, misericorsq;. Nulli gratiam subtrahit, omnibus offert, neminem excludit uenientem ad se. Sicut delictum elongat, ita opus bonum proximum facit deo. Elatio facit contumacem, humilitas autem reconciliat amicum, inobedientia paradisum clausit, referat autem obedientia cælum. Ex inordinato affectu diuinæ similitudinis languet appetitus summi boni, & ex desiderio expletionis uoluntatis dei idem reuiuiscit & restauratur. Inobedientia naturam corruptit, adduxit iram, gratiam ademit, & priuauit gloriam. Hæc est grande malum, priorum parentum opprobriū, damnatioq; posteritatis. Medicamentum autem languoris huius optimum est obedientia præceptorum, per quā reformatur natura, augetur gratia, mirescit iustitia, & gloria prerogatur. Ut autem homo obtemperaret alacrius perfectiusq;, uenit uerbum per carnē ad hominem, confirmauit mandatorum legem, & consiliorum suasit altitudinem, maximam utrīsp; pollicēs remunerationis mercedem. Sciebat enim p̄ius magister, quod difficile quisq; arduum aggreditur opus sine ulla spe retributionis. Hoc quoq; nature innatum est, ut qui laborat, in spe operatur percipiendæ mercedis, ideo propheta ait. Inclina ui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionem. Nullum omnino absq; remuneratione esse permittit operaitem bonum. Peccatoribus quidem & huius seculi incolis, temporalium reddit pro labore mercedem, quam appetunt, quam querunt, & qua contentantur tanquā alieni à deo, & à sanctorum hæreditate extanei, iustis autem atq; uere peregrinantibus aliter merita compensantur. Ipsi nempe temporalis surripitur successus, terrenis spoliantr opibus, interdum etiam diuturnis asperisq; atteruntur flagellis, ut tanto maiora percipient in cælis, quāto grauiora in terris receperint. Quibus enim æterna donantur, merito transitoria negantur. Nam facile amittunt cælestia, qui terrenis abundant. Quamobrem iusti consolari renuunt, prospicari formidant, temporalem negligunt mercedem, ut consequantur æternam, pati non uerentur, in aduersis non deficiunt, flagellarē expetunt, ut gratiam conditoris inueniat, unde Propheta. Ingredietur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescā in die tribulationis, & ascēdam ad populum accinctum nostrum. Agit tamen cum illis misericorditer dei clementia, atq; duplice eos remuneratione lætitificat, spirituali (uidelicet) & æterna. Spiritualem quidem tribuit, ut in tribulationibus robustiores, in certamine alacriorēs, in bonis opēribus prōptiores sint. Desicerent quippe in uia, nisi quotidie spirituali pabulo nutritrentur. Interim uero subarrantur à uerbo, & quasdam futuræ gloriæ suscipiunt primitias, ut ex his discant potiora sperare. Pacé etenim conscientię in reconciliationis indicium fruuntur, mentis lætitiam assēquuntur, quæ amicitiarum testis est uera, futuræ felicitatis spe pascuntur, unde iucundantur, & dicunt. Lætatus sum in ihs, quæ dicta sunt mihi, in domum dōmini ibimus. Sacræ lectionis saginiantur pabulo, per quod à noxijs fluctuationibus abstrahitur eorum animus, dum in intimis suauiter delectantur, sacramentorum quoq; frequentatione ecclesiasticorum plurimum roborantur, ut iter præsentis peregrinationis constantius perficiat. Si enim subcineritius panis & aquæ potus Prophetæ tantas adhibuir uires, ut in ipsius cibi uirtute gradiens diebus quadrininta & noctibus toride permaneret iejunus, quid caro Christi, qui est panis uita, recte sumentibus spiritualiter fortitudinis conferre ualebit. Non sufficit humanus sermo explicare, sed nec animus capere, quām crebro, quām dulciter iusti mens suorum degusteret mercedem in domino studiorum, nunc per compunctionem, nūc per lacrymarum effusionem, nunc per spiritus exultationem, nūc per cælestium contemplationem. Hæc quidem sentiri possunt corde, ore autem minime proferri, unde unusquisq; magis per experientiam, quām ex aliorum uerbis donorū dei studeat habere notitiam. Quanta aut sit iustorum æterna merces, in consequentib. (uerbo reuelante) ap̄rietur. Interim nutriamur in fide, spe succudemur, & amore repleamur. Caritas nō est, quæ secretorum cælestium attingit arcana. Amantem enim perfecte nil late.

A Qualiter animus ducitur ad cælestia contemplanda, & de sponsi elegantia, atque superne ciuitatis gloria.

Cap. V.



Vum diuina mens humana nititur pandere mysteria, fatigatur uehemeter: tum ex sui paruitate, tum ex profunditate materiæ. In hoc plorationis loco constitutus, ac multimodis prægrauatus curis: uix ad momentum homo erigitur supra se. Pondere quidem carnis fatigatus, cælestia cogitare nō ualeat, iuxta Sapientis sententiam. Nam corpus ( ait ) quod corruptitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Visibilium quoque usui assuetus, inuisibilia quomodo penetrare ualebit? qualiter referare? quibus verbis? quo modo? quo ordine? Veluti si quispiam Hebræorum ignorans regnum: ignarus idiomatis eiusdem, nulliq; notus Hebræo, uellet eorum elementa proserre: dicere consuetudines, & gesta narrare: nonne uideretur magis barbarice frendere, quām Hebraicè loqui: audientesq; prius prouocaret ad risum, quām ad intelligentiam excitaret? melius etiam silentio, quam uerbis eruditet. Hoc usus docet, & mens apprehendit humana. Hinc deſicitur animus, clauduntur ora, lingua comprimitur, & omnis carnalis sapientia obmutescit. Nam animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt, sed neq; spiritualis, nō diuinitus instruatur, aut per imagines & per exempla manuducatur pedetentim. Spiritualia sunt, cælestia sunt, & diuina. Illa nec oculus uidit, nec audiuit auris, nec in cor ascendit hominis. Ideo qui ad ipsarum indaginē peruenire desiderat, uerbi indiget magisterio. Non humana sapientia, non naturali ingenio, sed per uerbum instruendus est. Dei quidem sapientia, ut doceret hominem, uenit ut lux, & iuxta hominis capacitatē ad ima descendens, inuisibilia & æterna per materialium similitudines delectationum: per corporearū formas rerum apponere curauit: quatenus ex carnalibus ad spiritualia, & ex uisibilibus ad inuisibilia ascendere ualeret: quod mirabilis sapientiæ arte & præcipuo caritatis furore actum est. Quum enim incomprehensibilis sit Deus secundum sui naturam, hominem misericorditer assumens comprehensibilem utcunq; fecerit: per ipsumq; quem assumpsit, hominē: ad capiendum inuisibilia & cælestia uiam strauit, modum dedit, regulamq; instituit, cui cōtradicere uerbis uel moribus fas nō est. Nemo credat se impune transire, si uocanti, inuitati, exhortanti, cōminanti resistere presumet. Vox quidem sapientiæ ad cōtemptores hæc est: Vocaui, & renuistis: extendi manū meam, & nō fuit qui aspiceret: despexitis omne cōsilium meum, & increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ridebo & subsannabo: quū quod timebatis, adiuenerit: quū irruerit repentina calamitas, & tempestas quasi uentus ingruerit: quādo uenerit super uos tribulatio & angustia: tunc inuocabūt me, & nō exaudiam: mane cōsurgent, & nō inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinā, & timorē domini nō suscepint, nec acquieuerint cōsilio meo, & detraxerint uniuersæ correctioni meę. Terrentis nō confundentis, amantis nō indignantis ista uerba sunt. Cōminatur ut corrigat, hortatur ut erigat: inuitat ut liberet: clamat ut excitet: futura prædictit, ut non feriat. Omnis ipsius uox amoris est. Non potest non diligere, quos cōdidit, quos elegit, quos prō-

D. prio redemit sanguine. Nunquid potest obliuisci mulier infantis uteri sui? Nunquid ualeat non amare caritas? Nempe ipsa sapientia mater est, sicut per Sapientem ait: Ego mater pulcræ dilectionis, timoris, magnitudinis, & sanctæ spei. Ipsa pater, quia uerbo ueritatis suæ nos genuit: est etiam frater & sponsus. Sic habes, & sic in Canticis loquitur: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: uulnerasti cor meum: non lancea, non gladio, non sagitta: sed amore, sed compassione, sed benevolentia, sed caritate. O quām uehementer uerba Verbi penetralia cordis perforare, quām fortiter accendere, quām deletabiliter inebriare ualeat: facula sunt, & amoris faculae. Nil aliud quām caritatē sonat: in aliud redolēt, nec immerit. Nam uerbu amor est, sapientia est, caritas est, sponsus est. Si intres ad cor illius, liqueſces agnoscēs, hominum salutē sitiens, patris honorem zelans, restorationem Hierusalem concupiscens, sponsæ amorem flagitās, in ipsius amplexus ruere spiritualiter flagrans intelliges. Si ad opera manuum illius tuam dirigas considerationem: cælum & quicquid cæli ambitu cōtinetur, seu solem, seu lunam, seu stellarum multitudinē, opus illius esse iudicabis: unde Propheta: Quoniam uidebo cælos tuos opera digitorū tuorū: lunā, & stellas, quæ tu fundasti. Quicquid in cælo fulget, quicquid ue-

Laur. Iustin.

Esa. 49

Eccle. 24

Cant. 4

psal. 8

psal. 8

getatur

geratur & uiuit in terra: omneq; qd in aquis natat, uel per aera uolitat, si quid placet uisu, G  
mulcet auditum, & sensu capit: facturā illius recognoscet. Præterea siue angeli, siue theo-  
ni, siue dominationes, uirtutes, potestates, ceteræq; beatorū spirituū innumeræ legiones  
scias, quod ipsum uenerantur ut Deum, famulatur ut filio Dei, ut patri coeterno, cōsub-  
statali & simili. Est enim uerbum, per quod facta sunt omnia, in quo uiuunt omnia, sine  
quo nihil: de Deo Deus, de lumine lux, splendor paternæ gloriae, iustitiae sol, diuinitatis  
radius, candor æternæ lucis, speculum sine macula, imago bonitatis Dei, genitus de pa-  
tre in cælis sine matre, in terris sine patre de matre: Deus ante secula, homo in fine secu-  
lorum factus nobis sapientia & iustitia, sanctificatio & redemptio. Si uero ad elegatiam  
humanæ speciei te uertas, audias Prophetam dicetem: Speciosus forma præ filiis homi-  
num. Quis unquam illo pulchrior? quis modestior? quis sapietior? Ornatus in moribus,  
maturus in gressibus, in sermonibus facundus, in cōuersatione circunspectus, in redar-  
gutione seuerus, in exhortatione blandus, in collocutione suauissimus, & in omni suo  
opere ueneradus: aspectus illius uenustate plenus, humilitate uerecundus, suavitate re-  
fertus, & tota elegantia decoratus: labia illius lilia distillantia, uerba uitæ æternæ ema-  
nantia, mel & lac eructantia. Illud quidem resonabat in ore, quod latebat in corde: ideo  
solabatur mœstos, urebat frigidos, resuscitabat mortuos, infideles illustrabat: cunctosq;  
ad se accedentes reddebat beneulos: sermonibus quoq; suis audientium corda ad mū-  
di animabat contemptum: ad uirtutum profectum instruebat: maxime quum de regno  
Dei loquebatur, & de gaudijs paradisi. Quis autem non languesceret? quis iucundo nō  
inebriaretur amore, si uideret ambulans Verbum, sapientiam loquentem, unigenitum  
Dei cum peccatoribus conuersantem, lacrymantem, orantem, spiritu frementem, in  
carne patientem, carnisq; langores sustinentem. Prorumpant nunc in medium probra,  
cōtumeliaz, blasphemiaz, illusiones, sputa, alapæ, flagella, corona spinea, sceptru arundi-  
neum, purpurea uestis, effusio sanguinis, poculum tellis, apertio lateris, dolor matri, &  
cruiciatus ignominiosæ ac diræ mortis. Omnia hæc habent uoces suas amoris: cuncta i-  
sta sapientia uerbi præconia clamant. Quāto nanc; se magis deiecit, tanto sublimiorem G  
ostendit se: & quo ampliora pertulit opprobria, eo maiores meretur laudes. Nam quum  
patitur, suam exhibit patientiam, nostram informat, quum substernit se, suam patefacit  
humilitatem, & nostram terit elationem, cùm loquitur, suam declarat sapientiam, nostram  
uero erudit insipientiam: sicq; si ingreditur mens ad cotemplandum interiora cordis  
sponsi, si ad sublimiora Verbi, si ad exteriora opera conditoris, si ad ima humanitatis, nil  
aliud perspicit, quam amoris immensitatæ, sapientia fonte, bonitatis affluentia, & uirtutu  
omniū singulare magisteriu. Nil uacat in cunctis operibus & sermonibus uerbi ab eru-  
ditione amoris. Qui legit, diligat: & intelliget propositionem. Amor agnoscitur amore:  
amore sentitur, nec ad ipsum nisi amando intratur. Initiatur autem amor ex exteriorum  
cōsideratione, nutritur ex uirtutu perfectione, perficitur ex diuinitatis cognitione. Ha-  
bes in sponso carnem, animā, & Verbum, antiquū, nouum & æternū. Ascensiones fecit  
de se, in se, ad se, ut te traheret ad se. Alios noli gradus querere, multo minus tibi cōpo-  
nere, ne cōdemneris ut fur. Si inexpertus es, si nec dū cœpisti, si expedit ut lacte nutria-  
ris: meditare infantiam Saluatoris, quomodo uagiebat in angusto positus præsepio,  
quomodo genitricis sugebat ubera, maternis fouebatur in ulnis, pauperrimisq; tegeba-  
tur panniculis. Si in spiritu adultus es, spōsi reuolue fatigaciones, uigilias crebras, humili-  
tatem summam, orationem assiduum, mirabilem patientiam, caritatem ignitam, recti-  
tudinis zelum, ceterasq; uirtutes, quas uerbis commendabat & opere. Si ad perfectum  
caritatis robur translīsti, & corporis resolutionem præ amoris magnitudine concu-  
piscis: uerbum fidei & dilectionis oculo contemplare in patris gremio quiescens, ad pa-  
tris dexteram sedens, immortalitatis gloria præfulgens. Vbiq; tibi occurrit festiuum, suauitate plenum, amore seruidum, ad erogandum liberalissimum, ad excipiendū paratissi-  
mum, & ad te amplexandum dispositum. Paruulis paruulum se fecit, ut doceret tenere  
innocentiam, seruare obedientiam & diligere castimoniam. Proficientibus animi con-  
stantiam, cordis sapientiam, divini honoris fragrantiam exhibuit, ut maturus & longae-  
uus uir. Perfectis autem æternæ felicitatis & futuræ gloriae se largitorem, regem, & du-  
pliciter possessorem ostendit. Omnibus se præbet diligentibus se: cunctos mellifluis uo-  
cibus

A cibus caritatis inuitat uenire ad se, neminem suæ beatitudinis uult esse expertem. Ipsius illa uox est, quæ ait: Trāsite ad me omnes, qui cōcupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini: spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauū, memoria mea in generatione seculorum: qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibūt me, adhuc sitient: qui audit me, non confundetur; & qui operantur in me, nō peccabunt: qui elucidat me, uistam æternā habebūt. Hac exhortatione quid dulcius? quid utilius? quid amabilius? Sui quidē dilectoribus pollicetur præsentis uitæ mercedem, & præmiū futu-  
re: hic beatè uiuere tribuit, illuc æternaliter. Ut autē tantis suasionibus præbeamus assen-  
sum, & ne inuitatis spōsi monita negligamus, erienda est mētis acies ad inuestigandū, Rcm. 8  
quāta & qualia sint, quæ nobis proponuntur in præmiū: quatenus tum ex cōsideratione  
remunerationis, cum ex amplissima caritate largiētis omnis interioris hominis affectus  
ad ea capessanda se dirigat. Magnitudo nāq; mercedis afferit tēdiū laboris, & amort p̄r-  
stat additamentū. Cui autē peregrināti, laborāti, patiēti leuamen nō interrogabit: cūm audīt;  
B nō sunt cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā, quæ reuelabit in nobis: Cuius  
amātis nō elangueat præ iucunditate cor: cūm Prophetā audit dicentē: Inebriabunt ab  
ubertate domus tuæ, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos: quoniā apud te est fons ui-  
tæ, & in lumine tuo videbimus lumen: Et illud: Beati qui habitant in domo tua domine,  
in secula seculorū laudabūt te: Cuncta ibi magna, omnia delectabilia, omnia perlecta,  
quāuis beata, magna ciuitas, delectabilis cōuenientiū unitas, perfecta corporis anima, q  
immortalitas, & beata diuinæ uisionis satietas. Ciuitas quidem hæc ciuitas magna, aspe-  
ctu grata, ab hostibus secura, à doloribus aliena, à perturbatione extranea, à morte liber-  
tima: nil immundū in ea est, nil sordidum, nil corruptioni obnoxium, totum in illa placet,  
totū lucet, totū arridet: plateę eius auro mūdo sternūt: portę ex sapphiro & smaragdo  
ædificantur, ex lapide precioso omnis circuitus muri eius: super turre, super muros cu-  
stodes constituti sunt, qui die noctuq; nomē domini laudare non cessant: sed & per pla-  
teas uicosq; mirabili exultatione ab uniuersis alleluya cantatur. Nō indiget solis aut lu-  
C na lumine, ut illustretur: quoniam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius agnus est.  
Fulget enim claritate, amēnitate floret, æternitate uiget, & mirabili dilatatur immēsi-  
tate, sine consummatione magna est, sine comparatione pulcra, sine defectu conspicua,  
sine oppositione præclara. Ibi uirgines, quæ nescierūt thorū in delicto, omnes auro textis  
ornatae cycladibus choreas ducētes, sponsiq; uestigia imitantes, hymnos amoris perso-  
nare noscuntur. Nulli autem datur, qualia ipsi, promere cantica: quoniam uestimenta  
non inquinauerunt sua: sed à concupiscentiæ colluuiione seruauerūt illæsa. Harum quidē  
dem uoces sicut citharoëorum citharizantium in citharis suis. Ibi martyrum innumerabili ex exercitus Deo laudes exhibere nō cessant. Omnes hi laureati, claritate circuamicti,  
sanguine purpurati, cicatricibus corusci, amore seruidi coram suo immortalis rege excu-  
bias celebrant, triumphi sui coronas deponunt, honoribus Deum efferunt: & mirabili  
modulatione uerbi magnalia confitentur. Ibi apostolorum sacratus chorus sponsi præ-  
cantia propalare contendunt. Iudiciaria nanc; dignitate prædicti, singulari cum rege glo-  
D rīæ amicitia fœderati, cunctis honore præpositi se Deo laudis sacrificium offerre lata-  
tur. Ibi prophetarum eximius cuneus seruitutis obsequium uerbo actitare festinant. In  
illa deniq; inuictissimi regis ciuitate nullus tristis, nullus inuidus, nullus ignobilis inue-  
nitur. Omnibus omnia communia, cuncta nota, quæq; manifesta sunt. Uniuersi de uno  
potantur uoluptatis fonte: de uno irradiantur ueritatis lumine, & in uno copulatur uin-  
culo caritatis. Ideo nil proprium habent, nil priuatū querunt, quin potius non minus  
aleno, quam suo congaudent bono. Viciissim dona communicant, participant bonis,  
quia una uisione fruuntur. Dispar quidem gloria, at concors illis est desiderium uolun-  
tatis. Omnis ipsoū affectus, omnis actio in Dei cognitione & dilectione subsistit. Sin-  
guli quoq; in illa terra uiuentū duplicitibus uestientur. Corporibus quippe inerit iucun-  
dus splendor & immortalitatis decor. Nunc quidem seminatur corpus in corruptione:  
resurgent tunc in incorruptionē: seminatur in ignobilitate, resurgent in gloria: seminatur  
in infirmitate, resurgent in uirtute: seminatur animale, resurgent spirituale. Omnia nanc;  
huius corpusculi membra quendam diuinæ bonitatis personabunt concentum: ita ut  
nihil à Dei laude videatur alienum. Nulla deformitas, nulla membrorum erit inæquali-  
tate. Laur. Iustin.

tas. Videbunt enim oculi regē in decoro suo, & in diademate, quo coronauit eum mater sua in die despōsationis suæ, & in die lætitiae cordis illius. Sicq; singula singulis decora buntur ornamentis. In plenitudine etatis Christi: in perfectione gloriae fiet tunc uera resurrectio mortuorum. De cetero nullus luctus, nullus clamor in illa perstreper ciuitates sed lætitiae uox, exultationis laus, gratiarum exhibitiō, benedicentium uota, atque dīcentium: Benedictio & claritas, & sapientia, gratiarum actio, honor, uirtus, & fortitudo Apoc. 7 Deo nostro in secula seculorum. Absorta quidem erit mors in uictoria: propterea felicitati securitate & iucunda pace gaudebunt. Non erunt mali qui exerceant, non inimici qui tentent: non æmuli qui lacestant: non mors quæ cruciet: sed sempiterna requies, inenarrabilis tranquillitas, satietas sine fine. Tunc immortalis Dei potentia, uerbi sapientia, paraclitic peace clementia cognoscetur. Tunc sponsi gloria, encēnia sponsæ, regni magnificētia, regnantium gaudia, & beatorum omnium perpetua beatitudo patebit. Angelorum animarumq; æqualis erit gloria, eadem uisio, una societas, unanimis affectio, similitas affectio, quamvis angelorum natura sit longe sublimior. Quod autem minus deerit, supplet gratia cōditoris. Videbitur Deus in se, & cuncta in ipso: quia erit omnia in omnibus. Hoc erit hæreditas filiorum Dei: hoc pauperum, mītū, esuriētiū, lugentium, miserantium, mundorum, pacificorū, persecutio[n]es patientium, præmium. Cūlī sacerdotes, omnes reges, uniuersi diuites, singuli potentes, quicq; sapientes existent. Non minorabitur ex conuitantium numerositate cumulus felicitatis: non ex gradu[m] diuersitate affectus caritatis. Et quæ parvus ut magnus beatus erit. Singuli in suo ordine & de propria mensura lætabuntur. Non sexus, non conditio, non officia, non dignitates: sed merita discernentur. Iuxta mensuram caritatis cuiq; dabitur corona mercedis. Quem delectat igitur celitudo remunerationis: non terreat asperitas laboris. Sine pugna nemo coronandus est. Post trituram in horreis grana reponuntur: & post peregrinationem peruenit ad requiem. Nullus nisi prius examinatus ad regis aulam, ac sponsi cubiculum intrare merebitur. Necesse est, ut temptationibus erudiatur, quisquis ad uerbi sp̄ituale coniubium concupiscit assumi.

*Qualiter fidelis anima accendatur ad pugnam: & erudiatur de inimicis habere triumphum.* Cap. VI.

**S**icut in precedentibus uera citer definitum est: nullus nisi probatus ad summaz prouehitur. Hanc humana prudētia cōsuetudinem tenet, hoc naturalis diuidicratio, hoc etiam iura uolant: quicq; uero aliter præsumpsit, suorepelletur iudicio. Quis unquam manipulos colligeret, nisi antea seminauerit. Præcedit in cunctis labor mercedem. Proinde pati non formidet, qui spiritualibus ditat vult. Degeneris quidem animi est fugere ante pugnae finem. Prius uitia resecanda sunt, & uoluptates cohibendæ, quam de stadio secedendū. In bello pugnantis uirtus agnoscitur. Omnes pacis tempore uictores sunt, cum non sit qui repugneret: qui autē tubæ info[n]uerit uox, quā dīmicandi superuenerit hora, & armorū fragor ingruerit, qualis quisq; maneat apud se, notum fiet. Non uerborū pompa, non uulgī fator, nō propria æstimatione, sed animi uigor, magnanimitas cordis, diffidentia fuit, Christi militem commendabile reddit. Commendata est Abrahæ obedientia post temptationem: Joseph castitas post adulteræ insolentiam: Job tolerantiam post sobolis restitutio[n]em. Virtus nempe certaminis merces est: pugna autem testimonium uirtutis, amor uero utriq; famulatur. Qui non diliget, nec in certamine fortis, nec possessor potest esse uirtutis. Amor pugnandi & dilectio uirtutis fortitudinem confert, ministrat animo uires, consummat uictoriā. Stene caritate qui certare uult, omnibus ridiculus erit: aut enim hostiū captiuus fiet, aut ante exitum pugnae de stadio discedet inglorius. Melius est non inire cōflictum, quam nō perseverare in ipso. Difficillime quidem uincitur, qui ardēter diligit, & ad temptationem tolerantiā prudenter se munit. Ob hoc tam solerter Sapiens pugnatū hortatur, dicens: Fili accedens ad seruitū Dei, sta in iustitia & timore, & præpara animā tuā ad temptationē. Cognouit autē uir sapientia eruditus naturæ imbecillitatem humanę, inimicorū liuorem, oppugnantiū ſeuitā, diuturnū conflictū, & militatiū Christo maximā effe repositā gratiā. Ideo nō dissuasit pugnā, sed cōmendabilem ostēdere uoluit pugnā prouidentiā. Minima quæ si impronta ueniāt, grauiter feriunt. Ante omnē euētum quæ futura sint aduersa, cogitāda proponatur, & futura tanq; preterita examināda sunt, ut nū nouā

A noui cōtingere videatur. Tunc mens à soliditate nō decidit: quū præmunita fortitudine pati ardūa nō refugit. Nemo tamen de se cōfidat, nullus de proprijs uiribus in hoc spirituali cōflictu præsumat, totū ascribat Deo, totum se illi cōmittat. Nō in uirtute (ait Prophet) mea, sed in Deo meo transgrederi murū. Sicut enim in corporali pugna audacia uires: ita & in spirituali sui diffidētia uictoriā subministrat. Angelorum etenim magisterio edocit ac protecti custodia, in cunctis temptationibus triumphū sperare debemus. Nam quum ad capiendum Helisætū multa armatorum manus à Samarite rege mittetur, domumq; uallasset: ab Giezi clāmatum est, insidiæ, insidiæ. Quod quum Prophet audisset, puerum ne paueret hortatus est, orauitq; ut ipsius aperiretur oculi: qui mox uidit omnē mōtis superficiem, domumq; armatis uallatam militibus: & ait: Plures pro nobis sunt, quam contra nos. Huius exemplo non formidolose, sed cōfidenter temptationū bella aggredi debemus cælestiū militū muniti legionibus. Memoratum quidē Prophetam, ne in minimo quidē, ut illū raperet missi, lādere ualuerūt: quin potius orante Prophetam ipsi cæcitate percussi sunt. Veneremur igitur protectores nostros sanctos angelos: ueneremur diuinā præsentia. Vt roq; præsidio septos pudeat nos inimicis terga utere. Nō nos certāndi labor, nō certaminis incertus finis, nō infirmitas carnis, non tepr spiritus cōcuriat. Ad uirtutē difficultas ascensus est, breuissimus labor maxima recōpenſatur mercede. In acie positi sumus: qui uicerit, spōsi amplexibus dignus fiet. Potuit olim Dauid, ut regis gener esset, incircuncisō centum auferre præputia cum sui periculo, & non poterit Christi seruus, ut sapientia dignus habeatur cōnubio castissimo, temptationū suppressione insultus. Valebit ne mulieris amor plus quam uerbi? Allūciet ne amātis cor plus carnalis copula, quam sapientia perpetuum contubernium. Innumerū sunt, qui ut terreni fastigia teneant imperij, omni se labori etiam cum corporis animaç detimento exponunt: & qui Christi nuncupātur serui, ut æterni regni participes sint, tabescēt ocio, & præignauia dormitabunt. Vtq; prudentiores robustioresq; tenebrarū filii sunt filii lucis in negocijs suis, & in temporaliū cumulatione. Stupeat cælū, clamet terra: & omnis creatura miretur, quū hominem plus alliceat labor, quam uires: mors quam uita: crea tura quam omniū conditor. Nō absq; cordis cæcitate fieri potest hoc. Ignorātur quippe, quāta sint cælestia gaudia, ignoratur quoq; quid sit uirtutis bonū. Attendūt homines, q; sine fatigatione maxima uirtus nō ualet acquiri, & pati refugiunt, quia parū diligūt. Considerat temptationū & tribulationū certamina, nec percipiunt quid inde sequat. Utinā saprēt, & intelligeret, ac nouissima prouideret, forte resipisceret. Sine mirabili Dei consilio nemo dubitet Christi seruos flagellari aduersis. Non ut alieni, sed ut filij habentur, quām disciplina erudiuntur. Quem filium non corrigit pater? Est quidem in iustis tribulatio, amoris indicium, futuræ beatitudinis præfigurum, & prædestinatio[n]is testimonium. Hoc scriptura sacra, hoc sanctorū uita testatur. Non absq; spinis redolens nascitur rosa, neq; sine temptationibus perficitur uirtus. Ambo connexa sunt. Factum est ( inquit scri ptura ) uespere & mane dies primus. Virtus enim languet, nisi exerceatur: lacestā autē crescit. Ignis quo plus agitatur, plus serpit. Videmus syuestres feras, quū irritātū īdōmitas fieri: quū uero quiescunt, mansuescere. Quis sufficienter narrabit, ad quātum perfectionis culmen lob euexerit temptationē? Prius soli Deo notus erat, prius uitius menti inerat tanq; nouella plantatio: post probationem uero uelut ingens arbor proficiens, & per humilitatem ad ima terræ radices sparsit, & in alto foras erecta cacumine omnem sua uiriditate lætifica uit ecclesiam. Transierūt multa iam annorum curricula, nec tamen arbor hęc fructūficare destitit. Electorū siquidem uirtus temptationū examinata incendio & rubiginem uitij amittit, & perfectione sua rutilans elucescit: unde Sapiens: Aurum probat fornax, & uiros iustos examinatio[n]is temptationis. Ad uirtutis perfectionē proculdubio temptationē uia est, quæ nō solū hominē perficit, uerūmetiā diuinā prouidentiā & thesauros patefacit. Opera nāc Dei ex sui profunditate in cōprehensibilia sunt in se. Quis autē nisi temptationibus probatus, quātum supra se diuinā sapientia prouide euiglet, indagare ualeat? Quis uerbi magisteriū in temptationibus nō miretur, si intellēgit. Flagrat interdum mens libidinē dominandi, dignitatis ambit, honoribus extollī peropat: sed mox diuinā disponente sapientia in aliquod apertum permittitur cōllabi scelus: per quod omnis interioris hominis euacuat tumor. Cōfusionem nāc sui elatus nō ferēs

Laur. Iustin.

C creatura miretur, quū hominem plus alliceat labor, quam uires: mors quam uita: crea tura quam omniū conditor. Nō absq; cordis cæcitate fieri potest hoc. Ignorātur quippe, quāta sint cælestia gaudia, ignoratur quoq; quid sit uirtutis bonū. Attendūt homines, q; sine fatigatione maxima uirtus nō ualet acquiri, & pati refugiunt, quia parū diligūt. Considerat temptationū & tribulationū certamina, nec percipiunt quid inde sequat. Utinā saprēt, & intelligeret, ac nouissima prouideret, forte resipisceret. Sine mirabili Dei consilio nemo dubitet Christi seruos flagellari aduersis. Non ut alieni, sed ut filij habentur, quām disciplina erudiuntur. Quem filium non corrigit pater? Est quidem in iustis tribulatio, amoris indicium, futuræ beatitudinis præfigurum, & prædestinatio[n]is testimonium. Hoc scriptura sacra, hoc sanctorū uita testatur. Non absq; spinis redolens nascitur rosa, neq; sine temptationibus perficitur uirtus. Ambo connexa sunt. Factum est ( inquit scri ptura ) uespere & mane dies primus. Virtus enim languet, nisi exerceatur: lacestā autē crescit. Ignis quo plus agitatur, plus serpit. Videmus syuestres feras, quū irritātū īdōmitas fieri: quū uero quiescunt, mansuescere. Quis sufficienter narrabit, ad quātum perfectionis culmen lob euexerit temptationē? Prius soli Deo notus erat, prius uitius menti inerat tanq; nouella plantatio: post probationem uero uelut ingens arbor proficiens, & per humilitatem ad ima terræ radices sparsit, & in alto foras erecta cacumine omnem sua uiriditate lætifica uit ecclesiam. Transierūt multa iam annorum curricula, nec tamen arbor hęc fructūficare destitit. Electorū siquidem uirtus temptationū examinata incendio & rubiginem uitij amittit, & perfectione sua rutilans elucescit: unde Sapiens: Aurum probat fornax, & uiros iustos examinatio[n]is temptationis. Ad uirtutis perfectionē proculdubio temptationē uia est, quæ nō solū hominē perficit, uerūmetiā diuinā prouidentiā & thesauros patefacit. Opera nāc Dei ex sui profunditate in cōprehensibilia sunt in se. Quis autē nisi temptationibus probatus, quātum supra se diuinā sapientia prouide euiglet, indagare ualeat? Quis uerbi magisteriū in temptationibus nō miretur, si intellēgit. Flagrat interdum mens libidinē dominandi, dignitatis ambit, honoribus extollī peropat: sed mox diuinā disponente sapientia in aliquod apertum permittitur cōllabi scelus: per quod omnis interioris hominis euacuat tumor. Cōfusionem nāc sui elatus nō ferēs

D mitas fieri: quū uero quiescunt, mansuescere. Quis sufficienter narrabit, ad quātum perfectionis culmen lob euexerit temptationē? Prius soli Deo notus erat, prius uitius menti inerat tanq; nouella plantatio: post probationem uero uelut ingens arbor proficiens, & per humilitatem ad ima terræ radices sparsit, & in alto foras erecta cacumine omnem sua uiriditate lætifica uit ecclesiam. Transierūt multa iam annorum curricula, nec tamen arbor hęc fructūficare destitit. Electorū siquidem uirtus temptationū examinata incendio & rubiginem uitij amittit, & perfectione sua rutilans elucescit: unde Sapiens: Aurum probat fornax, & uiros iustos examinatio[n]is temptationis. Ad uirtutis perfectionē proculdubio temptationē uia est, quæ nō solū hominē perficit, uerūmetiā diuinā prouidentiā & thesauros patefacit. Opera nāc Dei ex sui profunditate in cōprehensibilia sunt in se. Quis autē nisi temptationibus probatus, quātum supra se diuinā sapientia prouide euiglet, indagare ualeat? Quis uerbi magisteriū in temptationibus nō miretur, si intellēgit. Flagrat interdum mens libidinē dominandi, dignitatis ambit, honoribus extollī peropat: sed mox diuinā disponente sapientia in aliquod apertum permittitur cōllabi scelus: per quod omnis interioris hominis euacuat tumor. Cōfusionem nāc sui elatus nō ferēs

3 Sponte

sponte humiliationi colla substernit. Sæpe caro concupiscentijs inflammat, illicitam in operationem præcepis impellitur, & tanquam indomitum animal in uenereas uoluptates se præcipitare conatur. Repente autem dispensante sapiëtia fortis illa languor inuidit: qui robur omne debilitat, medullarum calorē refrigerat, audaciā cōprimit, & flagello castigat spiritui reluctari nō sinit, ideo Propheta aiebat: Misit igne in ossibus meis, & erudivit me. O altitudo diuinarū sapiëtiae & prouidetiae Dei, quām incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uitæ eius! Tentationis enim aqua incendium extinguit libidinis percussione carnis uulnus sanat mentis, perpetratione sceleris uirtutem nutrit humilitatis: de infirmitate ualetudinē, de egestate abundantia, de tribulatione sciētiā, de mœrere gaudium, & de tentatione erumpere diuinæ lumen facit prouidetia. Cuius hæc sunt opera? Cuius tam mira mutatio, nisi dexteræ excelsi, & doctrinis sapiëtiae? Cum etiam suo disponit moderamine, uniuersaq; suo cōpellit militare imperio. Pro suo omnia ordinat beneplacito, collapsa erigit, abiecta colligit, fortia deserit, confusa componit, & alta deiçit: & tamen nemo est, qui ista Dei magnalia, cur fiant, penetrare possit. Intellectus obtunditur, ratio conquiescit, caligat mens, hebetat animus, & in horum consideratione omnis humana uincitur sapiëtia. Per uerbum quippe & in uerbo suo Deus dñadicat singula, & quis inuestigabit? Quis sempiternum uerbi lumen in hoc mortali intueri potest corpore? Quis inaccessibilem diuinæ sapiëtiae claritatem agnoscere? Quum enim uisibilia inuisibiliter operatur, non sine maximo æquitatis modera-  
Tren. 1 mine id agere fatendum est: ideo ueneranda potius, quām inuestiganda sunt diuina iudicia. Miseretur, cui uult: & quem uult, indurat: hunc humiliat, & illum exaltat: nunquam tamē iniustè. Petro, ut se sequeretur, dixit: Ioannem autem, ut sic maneret, sibi placere perhibuit. Reprehendit nihilominus Petri curiositatem, qui non ad sobrietatem, sed plus, quām oportebat, sapere cupiebat: illicq; ait: Quid ad te tu me sequere. Instruimur ex hoc, ne plus iusto diuinam scrutari uelimus uoluntatem. Sufficit, ut tentari omnes discutiant propriam infirmitatem, ut sanentur: non dñjudicent Dei uoluntatem, ne dammentur. Optimum quidē humanæ infirmitatis medicamentum est tentatio. Ex im-  
pulsu temptationis humilitatis lux emicat: dum sibi psl animus notus fit, qualis sit. Ex cognitione sui nutritur humilitas. Quo melius modo apostolorum princeps ad sui devovere potuisset notitiā, quām ex temptatione? Stabat in se confidens de se, & nesciens se, sed tentatus per ancillam mori timens negauit ueritatē: post autem inspectus à domino recepit à luce lumen, uidit, agnouit, erubuit, amare fleuit. Fleuit inquā delictum suum, ignorantiam suam, infirmitatem suam, & lōgē salubrius profecit ex tentationis flagello, quām ex eruditio magistri, licet tentatio magistri fuerit admonitio. Bona tentatio, sed me-  
lior temptationis instructio: quia gratiæ dona à muneribus naturæ discernere facit, oculos aperit, ut sapiëtiae lumen excipiatur, ne in sui ignorantia caligent. Perniciofa nanc; sui nescientia est, & ad omne facinus procliua: quæ dum se stare putat, facit miserabiliter. In tenebris obuoluta est uidere se arbitrans, sed sellis collyrio inungenda est, ut re-  
Etē uideat, manuq; temptationis erigenda est, ne pereat. Vtrunq; uero per uerbum. Est enim Dei uirtus, & Dei sapiëtia. Virtus quidem, quia quos amat, arguit, & castigat: sa-  
Heb. 12. H  
piëtia autem, quia exemplo suo docet temptationū flagella & quanimitate tolerare. Non enim ( inquit Apostolus ) habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, per omnia tentatū pro similitudine absq; peccato. Ipsius quippe tentatio nostrorum singulare leuamen est. Dulcesunt nostræ, quū cōsiderantur illius. Afflictiones nostræ propè nihil sunt comparatione poenarum eius: propterea qui tentantur, qui aliquo dolore cruciantur, proponat sibi exemplū sponsi, & in speculo passionis eius, quāta indignè ab indignis dignatus est pati, considerare non desinant. Percipient planè consolacionem nō minimam. Nec immerito. Fecit autem antidotum spirituale sputo, aceto, felle, sanguine, flagellis, irrisione, opprobrijsq; compositum: quo uulnera, dolores, tentationes, cruciatusq; linarentur nostri: & fierent tolerabiles Saluatoris exemplo. O stupor, o caritas, o uerbi ineffabilis sapiëtia, qua arte mederis: quo uinculo trahis: quo uulneras amore? O quam dulciter allicis, quam suauiter blandiris, quam recte capis, quam fortiter tenes? Quis ut ouis tua non sequetur uestigia, o pastor bone? Quis te cælestem ducem in passionum, temptationum, & laborum certamine imitari uerebitur? Quis tuis, o excelsa

A excella Dei sapiëtia saluberrimis monitis obtemperare negliget? Trāfige, o dulcissime Iesu corda nostra sagittis ignitis amoris tui: i trumpe, o domine domine penetrālia mentum: illacj misericorditer tuo illustra diuino splendore, ut uulteratis de te, & illuminatis à te, in te sit habitatio nostra, pax nostra, delectatio nostra, requies nostra, delli- ciæ nostra, satietas nostra, spes nostra, amor noster, exultatio nostra, uita nostra, teſectio nostra, lux nostra, tranquillitas nostra, fiducia nostra, & omne bonum nostrum. Tuo enim amore quid dulcius? tua caritate quid salubrius? tua dulci memoria quid suēdius? Te, o sapiëtia, nihil melius quæritur, nil arctius stringitur, nil ardētius amplectitur, nil suauius possidetur. Norunt hæc, qui diligunt te. Amor quidem tuus immortalis otigo est, sapiëtiae fons, fluuius uoluptatis, uita credentium, abyssus caritatis, paradisus deliciarum, peregrinantium solatium, beatorum merces, nutrimentum dilectionis, uirtutum radix, meritorum statera, certantium robur, conuiuentiū uinculum, & totius sanctitatis stabile fundamentum. Qui sitit, ueniat ad te, & aqua sapiëtiae salutaris potabitur: Qui fatigat, tuū, ueniat ad te, & accipiendo onus tuum letie super se, requiescat. Qui aduersarijrum & temptationum exercetur insultibus: ueniat & ipse ad te, & audiendo atq; imitādo te uictor existet. Permisisti etenim te tentari, ut in tuis nostras instrueres superare tentationes. Commendasti quoq; nobis in ipsis loci solitudinem, ciborum parcitatem, temporalium contemptum, diuinæ legis meditationē, & orationis frequentiam. His munis-  
tus armis, tu omnium o fortissime cum hoste dimicaturus intrasti in stadiū, & reportasti triumphū. Nec enim licet, ut milites tui alijs utātur armis. Quisquis igitur exemplo domini de inimicis spiritualibus uictoriæ trophēum obtainere desiderat, hominū consortia declinet, tumultus deuitet, & in secreto rem se conferat locum: quatenus super sui custodia diligentius ualeat uigilare. Diffusa quidem per exteriora mens, ad interiora cōside-  
randā minus sufficit. Vtricq; uacare nequit, proinde ne födetur, ne temptationum ignara uincatur, frequentiam fugiat, & ad remotiora secedat diuinum flagitando suffragium. Est nempe solitudo amica mœroris, mater quietis, locus contemplationis, & receptaculum supernæ uisitationis. Hac edocitus experientia Propheta cum tentaretur, aiebat:  
C psal. 54  
Elongauit fugiens, & mansi in solitudine: Expectabam eum, qui saluum me fecit à pu-  
fili animitate spiritus & tempestate. Amicus quoq; sponsi eruditus à uerbo quum adhuc in tenella esset ætate, deserti antra, fugiendo hominum cōsortia, petiuit, ne ad horam ce-  
deret aduersarij, ne aut innocentia nitorem tenuissima delicti contagione födaret. Non est tuta in urbibus conuersatio: ubi omnium exuberant materiae peccatorum, ubi elatio regnat, excruciat liuor, rixæ conturbant, libido dominatur, diuitiæ dilaniant, uoluptas blanditur, & socialis carnalium colligatio animum effeminat. Vix qui sibi ua-  
cat præsentis uitæ naufragium potest evadere. Habitent in seculo, qui se diligunt, qui pugnandi uel uincendi pro uirtute nullo caritatis accensi sunt zelo: at quicunque ad perfectionem anhelat ascendere, quicunque præ animi magnitudine cum uitijis & spiri-  
tualibus nequitijis non pauet habere congressum, iuxta uerbi consilium primum cum-  
etis, quæ possidet, renunciet: deinde solitudinem sibi in seipso ædificet, in qua Deo fi-  
D tendere & spirituali pugnae non desinat loco & tempore: etiam domesticorū consortia fugitando. Habeat redemptoris exemplū: qui quū à diabolo tentaretur, solus in deserto esse uoluit: post cōsummatā autē uictoriā homines secū habitare permisit. Solitudo semper amanda est: tenēda uero nō semper. Quisquis illa prudenter usus fuerit, gloriosum de hostibus uictoriæ triumphū in temptationibus reportabit: si tamen eidem adjicuat abstinentiam. Nam solitudinem tenere, & gulæ fræna laxare, brutorum est uita. Animalia nanc; sylvestria sylvas incolunt & solitudines, sed quia nullo temperantiæ moderam-  
tione carnales cohibent impetus, omnino feræ sunt. Parum quidem prodest solitudinem quærere, & carnis uoluptates non frænare. Temperantia semper solitudini indiuidea comes sit. Solitudo corpus: abstinentia autem corporis edomet passiones. Vtrunque suo dominus commendauit exemplo. Nusquam nisi in solitudine legitur Saluatorem reiunasse. Sobrietas quidem ciborum, temptationum tempore plurimum laudabilis est: Timet antiquus aduersarius cum abstinentibus habere conflictum. Si parentes primi abstinuerint à uetito cibo, nunquam à sua celitudinis arce corruissent. Discant qui tentantur, sobrietatem custodire, discant suasionibus non acquiescere: studeat diligē-  
tissimum

tissime temporalia non amare. Perniciosus enim est hic amor pugnantibus. Abiicit à se terrenas facultates, qui spirituali militiae ascribi desiderat. Nunquam tentationibus carebit, qui terrena dilexit. Sunt quippe opes arma diaboli, temptationum fomentum, rubigo mentis, exterminium quietis, passionum auctorices, & perfectioni inimica. Graue onus est temporalium affectus. Contemptor sit mundi, sit & contemptor sui, qui Deo placere cupit. Læto semper animo ad cælestia tendit, qui ex corde seculo renunciavit. Securus accedit ad pugnam, qui uitiosè nil diligit. Acerrimus contra tentationes prælator esse potest, quicunque temporalium contemptor est. Ipse Saluator saluberrimum de cōtemptu mundi, cum à diabolo tentaretur, nobis præbuit documentū. Nihil quippe temporale diligere debet, qui cum aduersario pugnare cœpit. Solum cælestia diligat, & in diuina lege iugiter meditetur. Est quidem sacra pagina pharetra quedam spiritualis, in qua sagittæ acutæ & ignitæ latitant. Hanc nemo Deo militans derelinquit. Ex assiduo cogitatu uirtutem intelligat scripturarum: ut iuxta qualitatem suggestionis, responsionis intorqueat iaculum. Hac accinctus dominus Iesus perrexit ad pugnam. Ex eadem tres eduxit sententias quasi sagittas, & prostrauit aduersarios: unde Propheta: Emitte sagittas tuas, & dissipabis eos. Eruditur quoque animus scripturarum meditatione ad agnoscendas diaboli astutias. Sic enim legitur in Psalmo: Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo. Per se non sufficit. Non autem aliunde congruentius, non plenius, non suauius edocet, quam in eloquio sapientiae: dummodo non sit elatus, nec infidus. Tales nempe refugit Dei sapientia. Lux est sapiētia, & in humilium cordibus se diffundit: ideo Propheta ait: Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Fiat humilitate parvus, qui sapientia magnus fieri concupiscit: sanctorum meditationibus scripturarum se muniat, quicunque cum maligno spiritu uult habere conflictum. Tanto de uictoria magis fiet securus, quanto & in diuinis eloquij exercitatus, & in oratione Dei amplius fuerit assiduus. Vterque simul optimè cōueniunt, & in quadam spiritus confoederatione concurrunt. Vix absq; orationis suffragio diuinæ legis haberi potest notitia. Sed oratio sæpe decipitur, si sapientiae ueritate illustrata noti fuerit. Consuevit angelus transfuga in lucis angelum se figurare, ut decipiatur simpli- cem, & minus scientem falsa opinione seducat. Postulanda ob hoc est à Deo sapientia. Nam sapientia errorum detegit latebras, & oratio tentantium prosternit insultus. Maxima uictoria spes oratio est, & præcipua ad sapientiam uia. Sustollit animum à uisibili- bus, & suo humili ac suaui uolatu facit proximum cælo. Replet illum claritate Dei, & cognitione sui, quibus nihil utilius est in uita hominis.

*De triplici Deo famulantur ordine, atq; de singulorum temptationibus, earundemq; remedij: Cap. VII.*

**V**icunq; Dei mirabilia opera diligent consideratione indagare uoluerit, alia corporalia, alia uero esse spiritualia uerissime iudicabit. Corporalia quidē, quæ sensuum usibus, uel lineamentis subiecta sunt, aut esse possunt: spiritualia autem, quæ rationali uia animæ percipiuntur, uel tanguntur affectu. Corporalium scientia innumeri reperiuntur peritissimi: spiritualium uero pauci. In occupazione corporalium penè totus mundus est deditus, in spiritualium contemplatione rarus, qui se exerceat, inuenitur. Corporalis exercitatio ex industria procedit humana, spiritualis ex gratia diuina. Nemo sibi arroget, si quid de diuinitate, uel de spirituali na- tura cognoscit. Magnarum quippe mentium hoc opus est, & earum potissimum, quæ Dei uerbo connexæ sunt uinculo caritatis. Ex familiari nanque uerbi alloquitione instruuntur, & inde hauriunt mentis exultationem non modicam. Quomodo possunt non gaudere in contemplatione ueritatis, quæ animarum proprius est cibus? Lætan- tur quippe in lumine sapientiae, sed non ad plenum. Tunc quidem ad plenum & perse- stet, quum reuelabitur gloria domini: quum filiorum Dei dignitas apparebit. Videbi- mus etenim tunc Deum non per speculum aut in ænigmate, sed prospicere sicuti est. Hæc est uita æterna, hoc est sanctorum præmium. Nunc autem donec peregrinamur à domino, donec hac mortalitatis ueste tegimur, per fidem ambulamus. Hinc est, quod de spiritualibus naturis diuina ( uidelicet ) angelica, & rationali tam laborioso inuestigamus, tam tenuiter capimus, tamq; modicum, quod attingimus, possidemus: quum teneri creditur, repente labitur, & quum inter spirituales suauiter degustatur amplexus, absq; uia euolat

Psal. 143

Psal. 118

Ibid.

1. Cor. 13

**A** euolat premonitione. Experimento discit, amantis animus est his altercationibus amo- ris, perfectam non esse in præsenti uita fruitionem dilecti. Efficitur sagacior ex hoc, ar- dentior robustiorq; ad agnitionem ueritatis, & gustum caritatis. In his nanque nutritur, & per hæc quotidie renouatur spiritu, transformaturq; de claritate in claritatem. Ultra modum nempe amanti fortiter & dulciter, onerosus fieret huius peregrinationis inco- latus, nisi frequenter sponsi munusculis fouveretur. Nec immerito. Conspicit enim se ua- nitati esse subiectum. Atteritur assiduis fatigationibus. Contendit semper per internam ei, quem diligit, placere exercitationem: amoris uritur desiderijs, & crebris examinatur tentationibus. Hæc cuncta quamvis ex spiritu seruore sint leua: ex carnis tamen pon- dere plurimū laboriosa esse noscuntur. Quamobrem ne mens deficiat, ne in labore sue- cumbat, & caritate pascitur & ueritate. Caritate quidem, ut à seculi amore se voluntarie subtrahat: ueritate autem, ne ignara temptationibus cedat. Quod autem non agnoscitur, eius periculum tum declinatur. Quum tierò hominis uita super terram tentatio sit, nec quisquā sine temptatione uiuere possit: definitū est, quod nullū tam utile ab eo, qui Deo seruit, suscipitur munus, quam spirituum discretionis & interiorum motuum clarae ex- perientiae. Non multum interest, si diuinæ naturæ, angelicarumq; substantiarum mens ea- reat sciētia: sed non mediocris est damni, si spiritualium temptationum & affectionum nō habet notitiam. Multi in sua simplicitate per fidem saluati sunt: quis autem sine agni- tione saluus fiet? Proficua ualde temptationum scientia. Nemo ad uirtutum perfectionē absq; hac potest ascendere. Hæc est uia sine errore: hæc est perfectionis scala. Quisquis itaq; uirtutum amator est, sui diligens inquisitor sit. Quo impulsu, quōue affectu ipsius moueatur mens, considerare non negligat. Multifarij sunt interiores animi motus, & ad cognoscendum difficiles. Aliter qui incipiunt, aliter uero proficientes mouentur. Si- cut inæquales ipsorum motus: ita & remedia. Ex cognitione morbi congrua a groto præbetur medicina. Vbi originis infirmitatis est nescientia, ibi animæ corporisq; pro- pinqua mors est. Discant, qui ad perfectionē uolunt concordare, horum differentias & causas. Qui infirmi sunt, & spiritualis pugnæ prospicere ignari, suos habent internos mo- tus, quibus in temptationes ( ut plurimum ) impelluntur. Mouentur enim uoluptuosè. Quum autem quæ carnis sunt, sapiunt, & recenter carnalia reliquerint opera, facile ad eadem relabuntur. Ignorat sæpe huiusmodi se quispiam uitiosè diligere, non intelligit, quid carnaliter quidem sit naturaliter amare: ideo seducti seducuntur, à suis captiui ducuntur passionibus: sua querunt cōmoda, & omne qd libet, sibi licere arbitrant. Proprias his co- nantur perficere uolūtates, atq; cōplere uoluptates, & post carnis cōcupiscentias currere non cessant, nec prius ista percipiunt, quam in grauem ruant foueam delictorū, aut ten- tationum laqueos. Tunc intelligunt, quo fuerint agitati spiritu, tunc serò apertis mentis oculis suum agnoscunt errorem. In fatuarum numero uirginum computandi sunt: quo- niam delectationi carnis, curiositatē sensuum, & amori uisibilium, postposito spirituali gaudio, ac interiori bono, prostituerūt se. In sapientiū quidem quū sint diuinæ consolatio- nis & inexperti, in creaturarum pulcritudine & delectabilitate suum conātur perficere

**C** desiderium. Quod nequaquam allequi ualent. Ideo relicto æternæ uite fonte in sua per- manent siccitate. Hinc temptationibus grauantur, anxietate laborant, & absq; uia requie perseuerant. Nūc ista, nūc querunt illa, & tanquam profugi super terrā & instabiles noua semper meditantur adiuuenire oblectamēta. Fiunt sibi ipsi dispensante Deo onerosi, & sua amplius delectatione utuntur. Ex alio impellūtur in aliud: & quo plus satiari cu- piunt, eo ardenter uoluptate fatigantur. De hac aqua ( iuxta Saluatoris sententiam: ) Qui biberit, sitiens adhuc. Sed si quis de aqua, quam ipse dare pollicetur, biberit, non si- tiens unquam: quin potius fiet in illo fons aquæ salientis in uitam æternam. Hoc autem optimū est ac salubre remedium ad comprimēdum uoluptuosos animi motus: ut si quis hac se senserit peste vulneratum, omni qua ualeat uirtute, studeat diuina frequentare sa- cramenta. De dilectione Dei ad homines, & humanitate Christi iugiter in se cogitando reuoluat: & potissimum de futura electorum felicitate. Poterit quidem cælesti illū opitu- lante gratia: si perseveranter se in his occupauerit, uoluptuosum animi affectū, conditio- ris amore, & cælestis patriæ suauitate retundere: atq; carnis delectationem in spiritus fu- cunditatem commutare: quod supergloriosum est. Est & alijs perniciosus animi motus ineruditum

Ioan. 4

ineruditum Christi militem inuadere assuetus. Hic ex cōsideratione perfectionis, virtutum altitudinis, & patrum sanctitatis praecedentium mentem efficit pusillanimē, hebetem & frigidā. Suggerit quoq; illi, quanta sit inimicorum importunitas, sagacitas, & fortitudo: quanta uitiorum numerositas debellandorum: quām grauis carnis sp̄ritus q̄ cōflictus, quām diuturnus & consolationis exp̄rs, quām uerū ignotus sibi animæ profectus. Et ex his quādam cogitationum tentationumq; format congeriem: sub qua effeminata obruit desperatione mentē: nō se necādī, sed proficiendi. Quo peracto quū captiuam se mens tali subegerit desperationi pusillanimitatis: quis enumeret quātis dilanietur temptationibus, & cogitationibus dilatet? De cætero uelut mortua effecta singularia negotia cogitat quid in mūdo agatur perquirit, quæ ipsa egerit, quid facere potuisset, sedula cōsideratione meditatur: recluditur in cella corpore: mente uero (ut sic dicam) omnem seculi perlustrat ambitum. In diuinis insensibilis est laudibus, qui talibus agitatur motibus, quū per orationis studium Deo uacare uult, uanis potius intendit cogitationibus, interdum etiam obscoenis. Tempus omne cōsumit: nunc scurrilia loquendo, nunc per tractando inania, ocio tabescit, uigilias obhorret, ieiunia refugit, silentiū nō custodit, disciplinę morum subesse nō patitur. Fit miro Dei iudicio, ut dum nullis se uult pro acquirendis uirtutibus dare laboribus, amplius ociando & dormitando labore. Dum temptationes se euadere arbitratur, in grauiores se p̄cipitet temptationes. Omniū namq; temptationum hæc periculosissima est, aut nō tentari, aut nescire se tentari: quod Propheta intelligens aiebat domino: Proba me domine, & tenta me. Ignauie (ut plurimū) uel insensibilitati nō tentari ascribendū est. Probi em & generosi milites uix ad momētū quiescūt, sed uir uirtutis in suo etiā labore pacificus est: qui autem uirtute caret, quiescendo laboret. Ergo quicunq; iucundē & fortiter præsentis peregrinationis iter peragrare desiderat iugum super se suave, & leue sapientię onus tollat, atq; magnanimitate pro adipiscēda uirtute pugnare nō negligat. Sentiet post certamē, quātus sit uirtutis triūphus: quale meritū, & quām suave gaudiū. Qui autē domini talentū nullo de ipso factō lucro in terra absconderit: timeat, ne tanquā indignus à spōli cōuiuo amoueat. Est quidē disciplina cælestis uelut mare. In eo nihil, nisi uiuat, perseverare potest: omne em morticinū & immūnum ad littora projicit. Hinc est quod in Apoca dicit: Vtinā frigidus aut calidus es: sed quia tepidus es, & nec frigidus, neq; calidus, incipiam te euomere ex ore meo. Vx qui euomit, quoniam regno Dei ineptus iudicatur. Deo autem cūcta possibilia sunt. Quisquis igitur hos perniciosos animi motus, & quæ ex ipsis temptationes generantur, euadere cōcupiscit: mortis acerbitate, illius incertā horam, horrendū Dei iudicium, & pœnarū inferni æternitatē, acerbitateq; iugiter meditādo reuoluat. Poterit em resipiscere, & rediuia resurrectione Deū laudare, uitā corrigere, & uerae resurrectionis particeps esse. Proficiunt uero interni motus, & pugnatiū pro Christo & uirtutibus (ut plurimum) proueniūt insultus & temptationes ex infirmitate, ex ignorātia, ex cōsuetudinē, ex natura, ex diuina disp̄satione. Ex infirmitate quidē, cum diuino mens afflata desiderio, & uirtutū animata profectu: in cunctis quæ agit & loquitur, reūtudinē seruare contendit, nec ualet. Reuerberata nempe propria infirmitate relabi cōpellitur. Nam peccati somite depressa patitur nolens, & bene agere uolendo non sinitur. Hec est originalis pœna delicti, à qua nemo quamvis eximia polleat sanctitate, liber existit. Quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine (exceptis duntaxat mediatore Dei, & hominū hominē Christo Iesu, & ipsis matre) sub hac peccati lege sunt conditi: unde propheta uoce omnium gemens, ait: Ecce em in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis cōcepit me mater mea. Hinc Apostolus deplorās, dicit: Nō em quod uolo bonū, hoc facio: sed quod nolo malū, hoc ago: si autē quod nolo, illud facio: non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Condelector enim legi Dei secundum interiorē hominem: video autem aliam legē in mēbris meis repugnantē legi mētis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Mox uero sanctorū cum Christo regnantiū libertatē considerās, & eandē concupiscentia, suamq; infirmitatē, nisi corruptibilis carnis deposito onere non posse declinare sciens se, optansq; ipsorū beatorū cōsortio sociari exclamādo subinfert: Ibid. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: gratia Dei per Iesum Christum dominū nostrū. Hac itaq; infirmitatē pro pœna peccati, Dei sapientia ordinatissime dominari

Psal. 25

Apoc. 3

Psal. 50

Rom. 7

Ibid.

A dominiā in suis permittit electis, ut semper unde se humilient, sc̄s exerceant, materia non desit. Conantes enim, quod nequeunt agere, humiles, & ex ipsa eadem impotentia efficiuntur fortes: conualescūt de infirmitate, & de bello fortiores fiunt. Hoc diuinæ sapientiae magisterium est, quæ uirtutis defectū ad sanctorum suorū facit militare profectū. Hoc de fonte æternæ caritatis noscitur emanare. Nunquam uult, ut deficiat, qui impinguet: ut ex certamine nunquam desit, unde coronet. Sic cum populum suum ad terrā dūceret promissionis, uoluit ut causa semper adesset, per quā ipsum tentādo probaret: Permisit ut insequeretur Pharao, ut in deserto aqua deficeret, ut populi, ad quorū terrā possidendam uocabantur, resisterent ut etiā eadē possessa reliquæ gentiū tributarīæ, in medio eorum remaneret. Cuncta illa in figura ipsis cōtingebat. Non desperet, sed pugnet, qui se intuetur bonū non posse facere, quod uult. Permittit infirmitatē hanc in carnere signare, permittit etiā ignorātia in anima perseverare, quæ multarū temptationū fomitē subministrat. Quis temptatione carebit, quū se ignorare uideat, quod expediat. Quis securus

B dubitādo incedet: Nesciētia dubietatē, dubietas timorem, timor gignit pœnā. Hinc est, quod Propheta sanctus tam sedulō precat, dicens: Doce me facere uoluntatē tuā, quia Deus meus es tu. Qui em diligit, & quod Deo magis placet, nō ignorat: alacriter operatur, quamuis laboriosum sit: qui uero ignorat & dubitat, remissē agit. Vbi nescientia, ibi mentis inconstātia, animi pusillanimitas, cogitationū confusio, alternatio cōsiliorum, perturbatio pacis & spiritualis gaudij. Delectabile bonū est scire quid optimū. Beatus proinde, qui inuenit sapientiam, & qui affluīt prudentia: quoniam melior est acquisitionis eius negociatione argēti & auri primi & purissimi. Lignum quidem uitæ est ihs, qui apprehenderint illam: & qui tenuerit eam, beatus. Ipsa plane ignorātia fugat tenebras, temptationum tumultus propulsat, securitatem adducit, lætitiam nutrit, & proximum Deo facit. Pro hac adipiscenda labore non negligat, qui Deo dicatus est. Non in fatigatione corporis, sed in oratione se reuelat. Amat in cordis habitare secreto. Mundet se, qui ignorātia tenebris carere gliscit. Huius etenim diminutio temptationum minor.

C ratio est. Ex consuetudine præterea peccandi quot temptationum bella moueantur aduersus proficientes, & pro Christo luctantes: solum norunt qui ipsam demoliri conantur. Semper enim ad id quod reliquit, consuetudo reflectitur. More quidem fluminis defluentis in aluum hæc repetit, & quandam necessitatis legem redeundi ad pristinā suo imponit possessori. Gratia indigent non mediocri, qui inueteratos cupiunt, & uolunt abolere mores. Huic rei, difficilis seniorum impudicæ uitæ conuersio, perhibet testimonium. Rarus quis eorum inuenit, qui realiter conuertatur ad dominū. Obruti pessima consuetudine tanquam quadam arenae aggere, nisi grandi ac terribili uoce excitentur: è monumento resurgere nequeunt. Nemo itaq; tardet in suo senso conuerti ad Christum. Dum arbusta noua sunt & tenella, pro agricolæ beneplacito flectuntur sine difficultate: si autem durato cortice fructificare coepirint, in propria de cætero inflexibilitate perseverant. Beatus plane, qui domini iugum super se ab adolescentia portare consuevit. Ex longo usū etiam difficillima, leuia fiunt: potissimum ubi gratia cooperatur: ubi uero natura rebellis consuetudini copulata est prauæ, ibi absque dubio insuperabilis est pugna, & temptationum rixa indefessa. Mens quippe, quæ horum duorum insultus patitur inimicorum, indiget indui uirtute ex alto. Semper ut uictoriā obtineat, euaginatum sp̄ritus teneat gladium ad ultionem aduersariorum, atque mox ut ipsorum paruulos exortos esse conspexerit: ad petram eos allidere non sit segnis. Quod si à sui custodia neglecta uirtute dormitare inchoauerit: crudelem in se uitiorum sustinebit tyrannidem. Nam uitia continuo in deterius (nisi uirtutum disciplina coercentur) proficiuntur. Superbia ne contra Deum & proximum se erigat, humilitate comprimenda est: uoluptuosa carnis delectatio, ne mentem ad peccati consensum subiiciat, pudicitia uigore refrænetur: cupiditas ne in amorem temporalium accendat animum, desiderio cælestis patriæ repercutiatur: ira impetus ne rascentem ad odium fratris commoueat, patientia frano coarctetur, inuidia ne ad dolorem de bono proximi mente impellat, dulcedine caritatis durissime flagelletur, galea peccantia ne aduersus sp̄ritū carnē excitet, sobrietatis iugo subiiciatur: acidiz ignauia ne accepto proposito animū faciat repescere, amore uirtutū & remembrance æternorum sine

D tia cooperatur: ubi uero natura rebellis consuetudini copulata est prauæ, ibi absque dubio insuperabilis est pugna, & temptationum rixa indefessa. Mens quippe, quæ horum duorum insultus patitur inimicorum, indiget indui uirtute ex alto. Semper ut uictoriā obtineat, euaginatum sp̄ritus teneat gladium ad ultionem aduersariorum, atque mox ut ipsorum paruulos exortos esse conspexerit: ad petram eos allidere non sit segnis. Quod si à sui custodia neglecta uirtute dormitare inchoauerit: crudelem in se uitiorum sustinebit tyrannidem. Nam uitia continuo in deterius (nisi uirtutum disciplina coercentur) proficiuntur. Superbia ne contra Deum & proximum se erigat, humilitate comprimenda est: uoluptuosa carnis delectatio, ne mentem ad peccati consensum subiiciat, pudicitia uigore refrænetur: cupiditas ne in amorem temporalium accendat animum, desiderio cælestis patriæ repercutiatur: ira impetus ne rascentem ad odium fratris commoueat, patientia frano coarctetur, inuidia ne ad dolorem de bono proximi mente impellat, dulcedine caritatis durissime flagelletur, galea peccantia ne aduersus sp̄ritū carnē excitet, sobrietatis iugo subiiciatur: acidiz ignauia ne accepto proposito animū faciat repescere, amore uirtutū & remembrance æternorum sine

sine ulla requie stimuletur. Virtus, uirtutum oppositio resistendū est. Nunquā ut ad actū. E  
nunquā ut pertrahāt ad cōsēsum, permittēda sunt. Sicut intus fremunt, ut prosiliant ad  
opus: ita quoq; intus mucrone resistētia iugulētur: iuxta Prophetae ad monitionē dicē-  
tis: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris cōpungimini. Huiuscmodi  
Psal. 4 arte dimicandi, propitiante gratia, debilitatur etiā consuetudo inueterata, & natura re-  
bellis reformatur in melius. Plus ualet gratia, quam natura: quia superior est. Neminem  
spēnit, nulli se subtrahit, quin potius anticipat quærentes se, & præoccupat dignos se.  
Nemo itaq; de infirmitate, de ignorantia, de consuetudine, de natura excusationem ac-  
cipiat, quod non proficit: nullus quia tentatur, conqueratur: nulli nisi ignauo & tepido,  
ac resistere nolenti tentatio nocet. Feruens & pugnans militat ad salutem. Quosdām su-  
per communem modum & ultra humanas uires Dei sapientia tentari permittit: ut illos  
continua & acerrima pugna præ cæteris gloriiosiores faciat. Neq; ad momentum per-  
mittuntur quiescere, ut deuictō triumphatoq; hoste iucundius in perpetuas gaudeant  
eternitates. Non sunt igitur Dei iudicia curiosē rimanda: non de permissione diuina ra-  
tio inuestiganda. Quisq; sub uerbi gubernatione se ponat, cuncta sibi occurrentia etiam  
aduersa & inscrutabilia reuerenter excipiat. Nō potest Dei sapientia errare, fallere nun-  
quam consuevit. Omnes diligit, omnium salutem paterno peroptat affectu. Sui etiam  
contemptores non relinquit ex corde, benigna est & exaudibilis: nemo expers est be-  
neficiorū eius: infirmos flagellando custodit: exercitatos tentādo erudit, prouectos spi-  
ritu deserendo accedit, debiles quidem in spiritu, ut se cognoscant, ut humilitatis fun-  
damenta iacent, internis exagitari temptationum impulsibus misericorditer annuit: ro-  
bustos & spiritu calescentes, ut ex temptationibus profectum uirtutum reportent brauiū:  
in ihs que sunt poena peccati, grauiter impugnari permittit: qui uero de uitijis obtēta per-  
fecta uictoria in Christo suauiter quiescunt, tentantur & ipsi: non tamen sic, ut cadant,  
sed ut cadere posse se agnoscant, nisi ex occulta forte & æquissima dispensatione. Diu-  
ina sapientia lex imponenda non est. Qui cadit, iuste, & qui stat, cum illo agitur miseri-  
corditer. Incomprehensibilita sunt opera spiritus & ueneranda. Interdum qui in imis ia-  
cent, repente sustolluntur: & qui cælos ascendisse credebātur, dei ciuntur. (Singulotum  
tamen status & merita ex perseverantia iudicanda sunt.) Nam & perfecti quamuis ten-  
tationibus humilientur: cæteros nihilominus præcellunt sanctitate. Ex habitibus uirtutum  
ad exteriora impelluntur: & quo commotos esse arbitrantur ab infirmis, eo imitan-  
tes incarnatum uerbum fortius stant. Interdum habent & ipsi motus suos, sed alijs dissi-  
miles. Accenduntur quidem zelo rectitudinis: & erga delinquentes inuentionis iacula  
intorquēt. Dedignantur, sed non dedignantur persecutions excitant: sed amantes, nō  
hominis naturam: sed hominum uitia insequuntur, ut corrigan, non ut perdant. Salua-  
toris in hoc confirmantur exemplo: qui facto de resticulis flagello de templo boues &  
columbas uendētes eiecit, subuertitq; numulariorum æs. Hoc Moses accensus zelo ui-  
ginti tria milia uirorum, qui uitulum aureum adorare præsumperant: uno in die iugu-  
lavit. Hoc Finees repletus maximam fornicatorum exercuit stragem: unde illi ad iusti-  
tiam in sempiternum reputatum est. Quotquot ad perfectionis ascenderunt fastigium: H  
hoc rectitudinis zelo ardeant. Sua prius insequantur uitia: deinde subditorum, sua sine  
mericordia: subiectorum autem non absq; pietatis zelo: potissimum illorū, qui cor-  
rigibiles sunt. Bonus rectitudinis zelus, sed pietatis non minus necessarius. Vt rōq; te-  
neat, qui perfectus est, ut misericordiam & iudicium domino ualeat decantare. Vt rōq;  
usus est suis causis & temporibus redemptor noster. Fleuit super Hierusalem: fleuit su-  
per defunctum Lazarum: sed increpauit Petrum, & respexit Petrum: mundauit tem-  
plum uenalibus, dicens: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei; domum  
negociationis. Docebat quoq; in templo, & clamabat. Si quis sit, ueniat ad me, & bi-  
bat. Præcipuum suis in hoc fidelibus Dei sapientia præbuit documentum: ut quos de-  
linquentes uiderint, corrigan: & quos compunctiones aspicerint, pietatis uisceribus fo-  
uendo erudiant. Quisquis itaq; alios ex rectitudinis zelo monere uult, semetipsum, ne  
tentetur, consideret quia homo est: si autem pietatis zelo compatitur delinquēti: caueat  
ne potius pusillanimitate, quam compassionē reticeat. Vt rōq; disciplina censura ser-  
uetur. Corripiatur peccatum severè, & ametur frater delinquēti. Veruntamen quoniam  
in

A in cunctis difficultissimum est, ita rectitudinis pietatisq; zelum custodire: ut neq; ad dexte-  
ram, neq; ad sinistram uir spiritualis incēdat: tertium contra se zeli seruorem non negli-  
git assumere. Recurrat uelociter ad pœnitentiæ lamentum, & se deliquisse grauiter con-  
fiteri minimè erubescat, atq; satisfacere non dissimulet, quum se in fratrem peccasse co-  
gnoverit. Sciens quidem Dei sapientia sine contagione delicti etiā probatissimos uiros  
non posse uitæ suæ cursum consummare, dedit generale pro omnium facinorum satis-  
factione remedium: pœnitentiæ (uidelicet) portum, ad quem quisq; fideliter confuge-  
rit: quamvis ingenti delictorum fasce oneratus sit, damnari non poterit. Est namq; pœni-  
tentia una munitissimarum ciuitatum, quas dominus Mosi maridauit segregari in salu-  
tē fugitiuorū: quatenus si quis incaute proximi effunderet sanguinem, securē & absq;  
sui detimento in qualibet ipsarum habitare ualeret. Est pœnitentiæ commune bonum  
pro salute omnium accommodatum. Nullum tam immane scelus est, quod non cordis  
compunctione deleatur. Infirmus es, & temptationum procellis obrutus, clama ad domi-  
num de profundis, & liberabit te. luxra est ihs, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritū  
saluabit. Miles Christi es, & cōtra uitia pro adipiscendis uirtutibus certare cœpisti. Quū  
ex infirmitate & ignorantia temptationū pateris incursum, & tu cum Propheta clamare  
ne obliuiscaris, & dícito: Iudica domine nocentes me, expugna impugnantes in me: ap-  
prehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi: effunde frameam, & conclude  
aduersus eos, qui tribulant me: dīc animæ meæ salus tua ego sum. Spiritualis effectus es,  
& in omnibus probatus: si ex immoderato zelo ut homo in aliquod incidisti delictum:  
dic & tu cum eodem Propheta: Ne proiicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne  
aueras à me: redde mihi lætitia salutaris tui, & spiritu principalí confirma me. Est quippe  
uincendi singularis fiducia, quum quis in tribulationum uel temptationum certamine  
positus nouit ad quem tutum possit habere confugium.

Quibus considerationibus humanus in spirituali certamine spiritus roboretur. Capitulum octauum.

E  Vemadmodum diuine, longè ab humanis distant cogitationibus, ita & affe-  
ctiones. Hoc qui recte sapit, capit. De cogitationibus quidem ait Propheta:  
Non sicut uitæ meæ uitæ uestræ, & cogitationes meæ cogitationes uestræ: sed  
sicut exaltantur cæli à terra: ita exaltatae sunt uitæ meæ à uitijis uestris, & cogita-  
tiones meæ, à cogitationibus uestris. Nam humanæ cogitationes quum futura prospiciunt,  
ex opinione iudicant: præterita pauca & imperfectè memorando pertractant:  
præsentia uero tenuiter & cum magno adiuueniunt labore: nec tamē illa sine dubieta-  
tis caligine contuentur. Hoc perspicue cognovit Propheta, quum diceret: Vniuersa uia-  
nitas omnis homo uiuens. Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra con-  
turbatur. Non autem de Dei scientia sic. Cognoscit quippe temporalia æternaliter, com-  
mutabilia immutabiliter, contingētia infallibiliter, futura præsentialiter, dependentia  
independēter, creata increase. Nec hoc per alia: sed à se, in se, & per se. De affectionibus  
autē ratio suadet, & quotidiana experiētia docet. Qui humanè diligunt, quid aliud, quam  
felicitatem temporalem, & delectationem propriam in amore quærit dilecti. Cupit qui  
sic diligunt, dilectum florere in seculo, extollī honoribus, dignitatibus sublimari; diuitijs  
abundare, & diuturna uiuere uita. Hanc humanam apostolus Petrus affectionem erga  
dominū se habere ostendit. Quū em̄ dominus multā se prædiceret passurum esse in Hie-  
rusalem, & in ea moritum: Petrus fiducialiter ait: Propitius esto tibi, nō fiat hoc. Quia  
ardenter (sed humanè) diligebat, quærebat, si forte ex sua uiasione à passionis & mortis  
posset eum, quem carnaliter amabat, acerbitate liberare. Dei uero incarnata sapientia  
hæc carnalem discipuli affectionem inuentione durissima repressit, dicens: Vade post  
me Sathana, scādalo mihi es: non enim sapi, quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominis. Nam  
hominis affectio ad ea, quæ sunt carnis, se extendit: diuina autē ad illa, quæ spiritus sunt.  
Homo sola in diligendo præsentia prospicit, Deus futura intuetur. Homo ut fruatur di-  
lecto diligit: Deus uero ut dilectus diligentem possideat. Homo delectabilia: Deus au-  
tem diligendo utilia suadet. Qui legit, intelligat. Hinc est, quod uerbum caro factum nō  
delectabilia carni, sed spiritui proficia commendauit: non pacem, ut uisibilia quererent-  
ur, sed bellum: ut inuisibilia lucrarentur, ponere in hominibus uoluit: unde ait: Non ue-  
ni pacem mittere in terram, sed gladium. Concitat bellum, ut separentur ab inuicem,

Matt. 16 Ibid.  
Io. 7 Matt. 10  
Laur. Justin. u qui

qui se inordinate diligunt: ut contra uitia pro amore uitutu dimitent: qui ipsum habere peroptat: ut temporalia pro aeternis relinquat, qui felicitatis supernae cupiunt esse particeps. In stadio nos constituit, pugnandi necessitatem indixit: certaminis nostri se iudicem fecit: uincenti coronam proposuit, pugnati plurima admicula praestitit. Nihil reliquum est, nisi ut in conflictu hoc strenue preliemur. Munitissima namque preparauit nobis praesidia, ad quae quoties in bello fatigamur, ad ipsa accedamus: quatinus resumptis uiribus robustiores ardentesque in certamina redeamus. Tutus etenim locus & inexpugnabilis est uerbi ueneranda humanitas, in qua protectus quisque ab inimicorum incursibus liber efficitur. Ad hunc inuitabat ipse Saluator, ut accederemus locum, quem dicebat. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Magnam quippe deperitarum uirium sentit restorationem, qui in praesidio hoc habitare nouit. Omnes pene concupiscentiarum sopiauntur motus, omnis inimicorum saeurabies supprimitur: quum in praesidio hoc spiritus requiescit. Non audent aduersarij irupere & secretum turbare uerbi perterriti maiestate: sed & inimici, sponsaque pauent asperatum. Vident quidem ex allocutione sponsi faciem illius solito fulgentiorem, desideria ardentera: uires quoque fortiores, & locupletiorem gratiam. Quis enim aduersus robustum militem ex omni parte armis obiectu habere congressum non ueretur: Nemo pugnantus ignoret locum hunc. Pacis tempore respersus est suauitate mirabilis: belli autem tempore inuenientis munitus custodij. Semper accedere uolentibus patet: nullus est, qui prohibeat. O pugnatores ostia hec intuemini diligentissime, lateris, manuum, pedumque fixuras uidete redemptoris, apertae sunt, introire ne timeatis, intus est latitudo immenfa, delitiae inestimabiles, odoramenta, per quae omnes interiores animae sensus reparantur, & pacatissima quies. Experimini, uidete, gustateque suave est, que iucundum, quamue tutum cōmorari in satere Saluatoris. Quum infesti sunt aduersarij, quoniam illis impares uestrar senseritis uires, quum titubare, formidare, & ipsorum suggestionibus inclinare coeperitis, sine mora ad praesidia currite uerbi, ad petrae foramina, ad vulnera redemptoris. Consuevit quidem fortiter pieque protegere accedentes ad se. Non autem corporis gressibus, sed anima affectibus, sed sedula meditatione, sed intentione recta, sed corde pio in eadem ingredendum est. Si attenta mente omnes milites aeterni regis & humili deuotione cogitaueritis, quanta in carne, dum uiueret Saluator sustinuit, fatigations, peregrinations, persecutions, flagella, conuicia, sputa, opprobria, contumelias, & milia huiusmodi, in pedum foramina intrastis: si autem donatas sanitates, mortuorum resurrectiones, documenta caelestia, & spiritus charismata, si quomodo condidit uos, quesiuit uos, elegit uos, quotidiani beneficijs fouet uos, & innumeris donis sine temporis intervallo reficit uos, uigilanti meditatione pertractaueritis, in manum vulnera procul dubio ingressi estis: sed si caritatem ipsius ignitam: latitudinem dilectionis: sapientiam praeclarissimam: thesauros diuinitatis: affluentiam donorum sponsi: unionem utriusque naturae: tunc exultate & letamini: quia lateris arcana penetras. Munitissima sunt praesidia haec: & inimicis inaccessibilis. Ibi reparantur uires: recalescit animus: reuiviscit spiritus: renouatur mens: reintegratur, quod dissipatum fuerit: quod amissum: quod debilitatum: quod fuerat peritum. Hec de humanitatis praesidijs. Habet & diuinitas praesidia sua. Ad illa accessus est: sed non inhabitatio. Habitant in eis: qui ex carcere liberati ipsius clara uisione fruuntur: in eis quoque ipsa spirituum supernorum coelestia agmina suas fecere mansiones tanquam incolae: & tanquam carissimi perpetuae uinculis caritatis: & indissolubilis funibus amoris ei dulciter copulati. Illis uacare, uidere, inhabitare, frui licet: nobis autem accessus & recessus accommodatus est. Quoties supra nos attollimus: & diuinæ miserationis profluuium erga delinquentes considerando rimamur: quoniam (uidelicet) longanimis sit dissimulando eorum peccata: ut ad poenitentiam redeant: quoniam sedulus corrigendo per corporis flagella: per temporalium damna: per carorum amissionem: & multarum inflictionem poenarum quoniam paratissimus poenitere uolentibus ad gratiam suscipiendum: toties prostrata omni desperatione & diffidentia ueniae ad praesidium munitum euolauimus. Sed et si revoluamus animo liberalissimam diuine bonitatis largitatem circa cuncta, quae fecit: quomodo cuique creaturarum iuxta speciem suam particularia dona concessit: minoribus minora, & potiora praestantioribus: qui busdasa

A busdam solum esse, aliquibus esse & uiuere: nonnullis esse, uiuere, & sentire, alijs uero esse, uiuere, sentire, & intelligere: tunc de quodam nubilo mentis eruti in quandam exultationem luminis, & admirationis assumpti tanquam in praesidio sublimi nos stare uidebimus. Præterea si opera diuinæ sapientiae non negligenter: sed matura meditacione cogitabimus: qualiter omnia ( quamuis in speciebus diuersa & dissimilia: quamuis in naturis contraria ) quandam diuinæ laudis ex suo ordine efficiant harmoniam: sentiemus utique in iucundo diuinitatis praesidio nos positos. Multa his similia sunt praesidia: in quibus pugnantis animus collocare se meditando ualet. Pigris haec quidem ignota sunt: amantibus autem dulcia & nota. In his David figuraliter: quum a facie Saul fugeret: cum suis habitabat: ideoque in cunctis agens prospere ad regni ascendet fastigium. O dei clementia, quae omnibus mirabiliter prouidentia praesto est. Nam sicut spiritualibus spiritualia præbet praesidia: ita & infirmis humana proponit exempla. Quid est aliud sanctorum uita: quam infirmorum exhortatio: & pugnantium uigor. B In theatro quippe Christianæ militie omnes constituti sunt. Singuli sua quaeque propoununt fortia gesta, in ipso pueri, pueræ, iuuenes, uirgines, uiri, senes, & decrepiti. Omnes fidei oculo inspiciendi sunt: & quanta uirtute certauerint considerandi: pre ceteris tam agones martyrum multum fideles quosque edificant ad certandum. Vnde ipsa dei sapientia ut eorundem glorioissimum exercitum proferret in exemplum pusillis uoluit in Ecclesia passiones illorum tam iugiter recitari: inter quos extitere nonnulli utrūque sexus: qui ultra hominis naturam pugnauerunt accerrime. Quis etenim non confundetur tempore dormitans? aut quem non accendet pugnantem pro Christo & tribulationibus laborantem ad tolerantiam: si audierit, qualiter beata Agatha lætiissime & glorianter ibat ad carcerem: & quasi ad epulas inuitata suum agonem precibus domino commendabat: ipsaque quoniam fortis in mamillarum tortura: in mortis perpassione extiterit: Cæciliam quoque quum carnem cilicio domuisse: quum organis cantantibus ipsa in corde domino: ut corpus ipsius fieret immaculatum decantasse: quum plurima tormentorum genera superasse cognitum fuerit: nonne & ipsa suo multum prouocabit exemplo? Cuncta beatissimorum martyrum uulnera, uincula, carceres, aculeorum cruciatus, lampadarum adiustiones, membrorum sectiones: excoriationes, persecutio-nes, uerbera, opprobria, exquisita & auditu horrenda tormenta suis uocibus clamant: ut fortiter dimicetur. Prae omnibus uero incarnati uerbi passio in exemplum propo-nenda est. Haec quidem roborat debiles: fouet pusillanimes: excitat pigros: nutrit paruos: certantes prouocat, accendit perfectos. Huius consideratio tanquam myrræ fasciculus inter ubera mentis commoretur: ut quoties aduersa premunt, tentamenta grauant: uires animi in crucifixi speculo reparentur. Cuius etenim saxeum pectus non emolliant uulnera saluatoris? Quis pati renuet paciente domino? Crucifixus quidem reliquit exemplum: ut sequamur ipsius uestigia. Proinde nullus a doloribus Christi debet fieri alienus: nemo extraneus sit a communione sponsi: si gaudijs illius cupit esse gu-stator. Praecessit gigas magnificus: & passionis subiit certamen: ut ceteri ei militantes similia sustinere non pauent. Verecundum quippe est, ut irrumpe duce tribulatio-num cuneos reliqui imitari dedignantur. Non est abiectum in seruo: quod praecessit in domino. Dolorem serui dolor lenit domini. Passio passione uincitur, et cruciatus cruciatis superatur. Aspicientes igitur in autorem fidei, & consummatorem Iesum per patientiam curramus ad propositum nobis certame: nam & ipse proposito sibi gaudio crucem sustinuit, confusione contempta. Habemus autem in illo exemplum, habemus & adiutorium ab eodem. Paruum quidem sine admiculo proficeret exemplum. Vtrumque egit. In ipso instruimur, & ab ipso prouehimur. Talis fieri uoluit, ut uideretur, audiretur, palparetur, pateretur, & moreretur. Tales quoque nos facere uoluit, ut a natura docere-mur, duceremur, & perficeremur. Ipsa quippe natura in salutis adiutorium accommo-data est. Quid enim rationalis ipsius uis naturaliter appetit, nisi sapientiam? Ab illa enim eruditur in omni regula ueritatis: ex ipsius magisterio, de morum probitate, de iudicio æquitatis, de gubernatione rei familiaris, de cognitione sui, de scientia naturalium, de spiritualium discretione, de contemplatione coelestium, de illuminatione diuinitatis habet notitiam. Ipsa quidem uerbi instrumentum est, templum est, sedes, & exemplar. Heb. 12

Ipsa est hominis ornementum, gubernaculum actionum, iudex rerum, & pedissequa sapientiae. Tolle hanc, & sua hominem priuabis dignitate. Si haec absit, non erit, cui in homine loquatur sapientia. Ista deficiente deuiciabit amor, languescet caritas, diripientur spiritualia lucra, sordescet conscientia, & quitas peribit, præcipitabit opus, offendetur Deus, deficit meritum, caro dominabitur, & omnis interioris hominis species denigrabitur. Ipsa edomat concupiscentiam, detegit errores, cogitationes parit, discernit intentiones, affectiones erigit, uirtutes attollit, & uitia reprobat. Concupisibilis nempe uis animae tanquam indomitum diffueret animal, si non rationis gubernaretur habenit. In mentis etenim arce constituta, & uelut in tribunali residens clamat innata, ac naturalis ratio, ut toto corde Deus & ex omnibus ulti bus diligatur. Quomodo non diligit anima eum, à quo nouit se esse: per quem uiuere se intelligit, & de cuius uisione credit futuram se beatam? Naturaliter si bruta & irrationabilia ex instinctu suo diligere uidentur ea, per quæ uel ex quorum ministerio uiuunt, cur non magis homo rationis compos Deum diligit, de cuius munere confitetur se esse, quod est? Cæli auicula, F catelli, & cætera domestica animalia, quæ socialiter apud homines habitant, quis non miretur, quanta alacritate, quo trïpudio, quib[us]ue amoris nutibus erga beneficos suos gratitudinis signa exhibeant? Non tamen minus homo, si in propria naturali permaneat puritate. Vbi ratio non perueritur, & uoluntas non repugnat, ibi naturalis decor eluet, & Deus pura diligitur caritate. Si duo hi consenserint in spiritus unitate, quicquid petierint, fiet illis à patre. Altero ipsorum à suo naturali tramite deuiente non potest esse in homine pax. Vbi haec conueniunt, ibi nil difficile. Nequaquam beati martyres illata ualuerint superare tormenta: nisi amborū excellentia fuissent armati. Rationalis quippe uis uerbi illustrata splendore absq[ue] ulla ambiguitate, sine aliquo errore Deum esse cognoscit unum principium, à quo omnia, per quæ omnia, & in quo omnia, ipsumq[ue] bonorum & malorum retributorem: ipsum etiam summum & perfectum bonum, cuius fructus beatitudo est, & uita perennis. Hunc solum diligendum, querendum, possidendum esse ratiocinando concludit, & concupisibiliter proponit. Concupiscentia autem in amore mox summi accensa boni omni, qua ualeat, uirtute nititur eo frui. Hinc exaltans uis nascitur amoris. Quo nanc[em] plus diligit, eo diligendi ardor magis accentuatur. Sicq[ue] de seipso nutritur amor, dum amor amorem acuit, amore pascitur, amando crescit & perficitur. Ut uero totus eidem inhæreat, nec (si fieri possit) uel ad momenta separetur, neu quid interponat se, quod amorem tepercere faciat, cum uitij[u]s luctam agreditur. Quamobrem irascibilem uim animæ in suum excitat adiutorium, tanquam sibi naturæ vinculo copulatam. Haec de sua ingenita dignitate nescit uitij[u]s cedere: nullius patitur habere dominiū soli Deo se subiicit, soli obtemperare cunctorū regi prebet assensum, carnis insolētiā, & sensualitatis petulantiam sub rationis redigit imperium: uirtutes naturaliter appetit, præminentiam cupit, æterna concupiscit tanto liberius ardētiusq[ue]: quāto magis ratione suadetur, & beatitudinis urgetur cōcupiscentia. Iste nēpe funiculus trīplex est, qui difficile rumpitur: si in sua naturali maneat dignitate. Nō aduersis frangitur, nō tormentis flectitur, nō minis uincitur, nō blanditij[u]s seducitur, nō corrūpitur promissis: nō ipsa omniū terribilissima morte superatur. Ex hoc funiculo athletæ Dei & Christianæ professiōis uictoriōfissimi martyres fuere cōstricti, ideoq[ue] nullis cesse re supplicij[u]s: nullis huius seculi uoluptatibus inclinari potuerūt. Gratia nanc[em] ipsorū naturæ utente instrumento eosdem insuperabiles reddidit. A bono quidē Deo bona cuncta faciente, hominis natura bene cōdita maximū salutis est adiutorium. Nam etsi nūne inordinata uideatur, non conditoris, aut ipsius conditæ naturæ defectui ascribendum est: sed delinquenti homini, cuius uitio huiusmodi deordinatio suborta est. Sic nempe peccati lex & peccandi consuetudo inoleuit: ut naturæ bono homine abutante, cunctum decorem ipsa uideatur amississe natura. Dei autem super hominis restauratione ac salute plurimum commendabilis est prouidentia, quæ deordinationi huic uoltuit adhibere remedia. Ad humanæ nanc[em] custodiā naturæ, ministeria instituit angelorum. Singularis hominibus proprium deputauit angelum: quatenus ipsorum adiutorio ualeant præsentis uitæ transire discrimina. Ipsi etenim sancti angeli aereas coercent potestates, ne ad libitum nos tentent, eorum detegunt fraudes, eorum argumentis obuiant: si ca-

A dīmus, nos erigunt: si ignoramus, instruunt: si frigescimus, accendunt: ubique tanquam fidi comites nos tuentur dormientes, stantes, deambulantes, quiescentes, operantes: illuminant quoq[ue] intellectum nostrum excitando, disponendo, & lumen in nos diuinum transformando, purgant nos phantasmatu[m] amouendo, quum eleemosynas damus, quum oramus, nostras perferunt ad cælum orationes & oblationes & Deo offerunt, nobisq[ue] deferunt gratiam ac spiritualia dona: nostris gratulantur profectibus, nostris uirtutibus delectantur. O quanto exultant trïpudio; quum aspiciunt crebris nos cælum pulsare gemitibus, & assiduis orationibus diuinum flagitare suffragium? O quam suauiter latantur, si uiderint nos sapienter psallere, deuote canere, legere frequenter, fugiter meditari, sine intermissione orare, uigilias celebrare, diuinis interesse laudibus, diuina frequentare mysteria, lacrymas fundere, & sedulum Deo exhibere obsequium. Maximum spei de salute nostra capiunt solatium, si super cordis nostri non dormitemus custodia, si mentis dispersionem aggregemus in unum, si cogitationes subtiliter discer-

B namus, si intentiones dirigamus, si prius, quam proferantur uerba, persens uis singula: si in gestis, in moribus, & in omni opere matura circumspectione uiuimus. Nos diligunt, nostramq[ue] zelant salutem, tanquam ciuium suorum & æterni regni coheredum. Ipsorum inspirationibus sanctis annuere, eorumq[ue] saluberrimis monitis obedire debemus. Nō autem sub sanctorum positos custodia angelorum, formidare fas est. Ut pugnemus uiriliter, ut in spirituali, quæ constituti sumus, Christiana militia perseveremus, supernorum spirituum diuina nos uoluit sapientia muniri adiutorio, eidemq[ue] complacuit cœlestis patriæ gloriam polliceri uincitibus. Veruntamen ne ulla strenuè dimicandi maneret excusatio fidelibus suis: hanc ipsam pro se certatibus gloriam patefecit militibus. Protomartyr siquidem sanctus Stephanus, quum saxonum crepitantium turbine quateretur: nōne inter æthereos cœlestis aulæ sinus uidit Iesum stantem ad patris dexteram? Vedit fidei oculo, & certissima ueritate agnouit cælos apertos esse pugnantibus pro Christo & perseverantibus in Christo: unde ipse dominus: A diebus (inquit) Ioannis re-

C gnatum cælorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Non tamen ab re Dei uerbum dominus reseratum cælum, secq[ue] suo militi in articulo mortis cōstituto ostendere dignatus est. Magna quidem sapientiae arte usus est. Nam tacite imitatoribus suis & amicis fidelibus significauit: quod qui seculo renunciat, & cui negatur terra, tribuatur cælum. Intalium persona Propheta sanctus ait: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Olim Abraam patriarcha ad dominicam iussionem de terra sua, de cognitione sua, & de domo patris sui egressus est, ut repromissionis terram sortiretur: & nō cunctis, quæ possidet, renunciabit Christianus, ut cælorū possideat terram, de qua memoratus Propheta ait: Portio mea in terra uiuentium: Nam quemadmodum Christiani hæreditas est uberior, ita & sit abrenunciatio liberalior. Se ipsum nanque Dei uerbum, quo nil excellentius, nil melius, in suorum se præbuit hæreditatem seruorum. Sublimis & locuples est hæreditas hæc, ac nullis terrarum thesauris, aut preciosissimis comparanda gemmis. Pro hac adipiscenda seculi reges, & principes, atque omnium prouinciarum populi sub fidei catholicae iugo colla strauerunt, martyrum sanguis effusus est, repleta monachorum deserta, patrimonia distracta, monasteria constructa, & Christianæ religionis propagata confessio. Ob amorem nempe diuinitatis, & pro consequendis cœlestis Hierusalem delicijs, omnis labor & ipsa mors optanda est. Nulla huius peregrinationis mala felicitati æternæ æquanda sunt: ideo apostolus ait: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quamobrem, ô milites Christi, ô uos qui diuinis mancipati estis obsequijs, ad quos mea dirigitur oratio: excutite de torporis compedibus pedes uestrros: abicite opera tenebrarum, & induite arma lucis. Non hominibus: sed omnipotenti Deo, cui celorum militiæ famulantur, obtemperare cœpistis. Memetote scriptum esse: Maledictus qui opus Dei facit negligenter. Si humana absque diligentia, & caritate acta non placet seruitia, quanto magis diuina! Præponetem argentum auro, plumbum argento: quis nō arguet? Nōne amplius, si quis pluri[m] æstimauerit temporalia, quam æterna, uisibilia quam inuisibilia? Redite ad eorū, considerate cui militatis, uestramq[ue] militiam. Non est uobis collectatio aduentus carnem & sanguinem tantum, sed etiam Laur. Iustin.

A.7

Matt. 12

Psal. 15

Psal. 141

Rom. 8

Hier. 48

aduersus uitia, contra seculi uoluptates, & innatas atque inolitas concupiscentias. Aduersus quoque rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in cælestibus. Laboriosa planè pugna uestra est, & dubius successus: ideoq; magna sit prudentia uestra, ignitus affectus, timor sanctus, non dormitans oculus, & constantia perseverans. Hæc sunt militiæ uestræ arma: facile sine his quisq; superatur. Nemo uestrum ad hoc spirituale certamen audeat inermis accedere: nullus cum inimicis absque prudentia habeat congressum. Nam qui inconsulte uiuit, fallitur leuiter: qui autem prudens est, tanquam ciuitas munita efficitur. Vestrum est, ô athletæ Dei, certare: uestrum & uincere. Siue pugna nō obtinebitis uictoram. Propulsate humanum à cordibus uestris timorem. Formido enim & infidelitas Christianæ professioni aduersæ sunt. Pudeat quenque uestrum diffidere de Dei immensa bonitate. Præparauit equidem pugnantibus tuissima præsidia, ad quæ confugiant: proposuit exempla, quæ erudiant accendantq;: præbuit adiutoria, quæ prouehant & custodiant: patefecit cœlestia regna, ut in quæ introeāt. Currite igitur, currite prius quam ianuæ claudantur: ne cum fatuis uirginibus exclusi à regno ingemiscatis, dicentes: Domine, domine aperi nobis. Donec dies est, dum operari licet, concito gradu ad alta uirtutum pergit. luxta Prophetæ uocem quærite dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Nam qui olim longè erat, prope factus est. Fecit quidem grande conuiuium, nuptias celebravit. Nemo itaque ipsius uerbi castissimo dignus fieri connubio, nisi in spirituali conflictu probatus fuerit & coronatus.

*De unione in Christo celebrata diuinæ & humanæ naturæ in unitate personali.* Cap. IX.

**N**ter cætera, quæ diuina maiestas ad sui dignata est condere gloriam, hominis natura excellentior comprobatur. Duplii nanque fulget dignitate, ornatu (uidelicet) corporalium, ac spiritualium sensuum. Per corporis quidem sensus uisibilium & corporalium notitiam habet. De coloribus, speciebus, uocibus, sonis, odoribus, fætorebus, & huiusmodi multa optimè dijudicat (nisi forte aliquo sensus carnis impediatur obstaculo.) Spirituales quoq; habet sensus, ut spiritualia discernat. Non enim ueritas, bonitas, caritas corporis oculo inspici potest, sed mentis. Spiritualia dona, internæ aspirationes, substantiæ cælestes, & amoris sancti præludia interioribus animæ sensibus patent, non corporalibus. Carnales carnalibus, & spirituales utuntur spiritualibus. Primi diffluunt extra se quæritantes, qualiter pascantur uisibilibus: secundi autem longè præstantiores, secum habitant, suas secum ferunt delicias, unde nutriantur: nunc uisu, nunc interno reficiuntur gustu. Nam quamvis exterior ipsorum homo corrumpatur: tamē is, qui intus est, renouatur in dies, ut ad suam reformatur imaginem. Oculos aperint ad Dei intuendum magnalia, aures, ut audiāt, quid in illis loquatur Deus: olfactum, ut futura præsentiant: gustum, ut quam suavis sit dominus, percipiāt: tactum, ut de uerbo uitæ, quod apud patrem erat, & apparuit hominibus, certi sint. Nam etsi Deus spiritus simplicissimus est & inuisibilis substantia: ut spiritualibus animæ sensibus fieret capabilis, maximo suæ pietatis mysterio uisum, auditum, cæteraque sensuum officia, ac humani corporis membra sibi inesse in sacro uoluit attestari eloquio. De uisu nanque & auditu Propheta ait: Oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum: uultus autem domini super facientes malam. De olfactu autem, quum peracto diluicio. sanctus Noe de cunctis pecoribus & uolucris mundis obtulisset holocaustum, diuinus sermo sic ait: Odoratusq; est dominus odorem suavitatis. De ore Esaias ait: Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominavit. De manibus propheta inquit: Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me. De pedibus alter ait Propheta: Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Ex huiusmodi quidem tropicis locutionibus non designatur serenissima & inclita Dei maiestas humanam se ostendere habere formam, ut informet homines. Inclinando enim se erigit nos, infirmando sanat & erudit. Nemo tamen sic desipiat, ut humanam arbitretur Deum habere formam, aut humanis subiacere sensibus. Nullo homini diuina indiget natura, quamvis in homine à uerbo assumpto cuncta membra fuerint humana, tanquam in homine perfecto. Omnes istæ locutiones de Deo, & de anima humano prolatæ usu spiritualiter intelligenda sunt. Nam talium sacrae paginae plenæ sunt.

**P**sal. 35: **I**nferioribus mundis obtulisset holocaustum, diuinus sermo sic ait: Odoratusq; est dominus odorem suavitatis. De ore Esaias ait: Et uocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominavit. De manibus propheta inquit: Manus tua fecerunt me, & plasmauerunt me. De pedibus alter ait Propheta: Cælum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum. Ex huiusmodi quidem tropicis locutionibus non designatur serenissima & inclita Dei maiestas humanam se ostendere habere formam, ut informet homines. Inclinando enim se erigit nos, infirmando sanat & erudit. Nemo tamen sic desipiat, ut humanam arbitretur Deum habere formam, aut humanis subiacere sensibus. Nullo homini diuina indiget natura, quamvis in homine perfecto. Omnes istæ locutiones de Deo, & de anima humano prolatæ usu spiritualiter intelligenda sunt. Nam talium sacrae paginae plenæ sunt.

**A**sunt. Propterea in sanctarum expositione atq; lectione scripturarum, & potissimum in materia sacri uerbi animæq; connubij: quæ in hoc uolumine ipso fauente uerbo tractanda est: omnis carnalis intelligentia, omnisq; indocte humanæ scientiæ sensus amouēdus est. Qui enim spiritualia & diuina carnaliter intelligit, cæcatur à luce: ex dulcedine amaret, & proprio mucrone se perimit. Ad suæ notitiam ueritatis diuinus sermo humiliè, recte credentem, simpliciter ambulantem, & ardenter amantem admittit: cæteros uero tanquam indignos se, foris stare permittit. Quis nancq; (nisi sanum habeat cordis palatum, & oculos mentis diuina luce perfusos) capere ualebit cælestis mysteria sacramenti: quum Iesum Dei uerbum in Euangelio audiet loquentem & dicentem: Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo: Quæret, qui carnem sapit, ubi sponsus, ubi sponsa, ubi nuptiarum locus: Quum autem nusquam carnales uiderit epulas: symphonias & musicorum non audierit sonitus, nec choreas ducentium senserit tumultus: esse deliramenta putabit, quod Prophetarum uocibus spiritus sanctus prolo-

**B**quitur. Præter id quod sensibus subiaceat, nil esse arbitratur. At quisquis spiritu uiust, & spiritu ambulat, qui iudicans omnia à nemine iudicatur, qui Prophetarum oraculis credit, & sanctorum autoritatibus cedit: fideliter hæc omnia confitetur, ueneratur & colit. Vtriusque nanque testamenti doctus eloqujs quod didicit, fatur: & quod expertus est, non ueretur afferre. Prophetam audit dicentem: Quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Et eundem iterum: Et gaudebit sponsus super sponsam, & gaudebit super te Deus tuus. Alium quoq; Prophetam, & plus quam Prophetam, quo nullus inter natos mulierum surrexit maior, audit loquentem sic: Qui habet sponsam, sponsus est. Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter uocem sponsi. Sub hoc quidem sponsi ac sponsæ uocabulo sanctus spiritus diuinam ad hominum genus uoluit commendare caritatem, & uerbi ad animam spiritus unitatem. Si enim relinquens homo patrem & matrem, & uxori adhærens sit unum cum ea: & sic efficiuntur duo in carne una: quanto magis humana diuinæ adhærendo naturæ in unitate personali unum fient: Sed & si quis adhærens meretici unum efficitur corpus: nonne amplius, si ecclesia adhæret Christo, unum corpus sunt? Sacramenta magna hæc sunt, profunda mysteria, spirituales nuptiæ, & spiritualiter perscrutandæ. Sponsus nanque Verbum est: sponsa humana natura: sponsa sancta ecclesia: sponsa fidelis anima: non qualisunque, sed talis, quæ meritis & dilectione sponsæ uocabulo digna sit. Ut autem uerbum Dei sapientia suas cum filijs hominum delicias esse notificaret: humanam homo factus, assumpsit naturam, sibiq; copulauit ecclesiam: atque in fide & caritate desponsauit: & quotidie desponsat deuotam sibi animam semper caste, semper misericorditer. Nunquam sua quærens commoda, sed sponsæ. Nulla capit mens sacramentorum altitudinem, donorum numerositatem, unitatis uinculum, & immensitatem caritatis: quæ inter diuinam naturam & humanam, inter Christum & ecclesiam, inter uerbum & animam concurrunt mirabiliter. Omnis caligat intellectus, ratio excluditur, miratur cælum, uenerantur cælorum militiæ, tantorum arcana mysteria:

**C**or. 4: **D**riorum fari nequeunt, & tacenda non sunt. Gaudeat homo in hac superari materia. Cuncta nancq; diuina sunt, quæ in ipsa sunt: cuiq; proprius propter sui excellentiam debentur tractatus. Prout poterit (non tamen ut dignum est) sermo explicabit pauperulus: indocta lingua, ingenium rude, & tepens animus. Quis autem percunctari ualeat: quis sufficit referare Dei dignationē, & hominis gloriam in ipso Dei hominumq; mediatore: Humana etenim natura, quæ prius iacebat deformis, & contemptibilis ut adultera: nunc ad diuinitatis thronum euecta residet, ut carissima sponsa: & quæ ante diabolii tyrannide premebatur ut serua, nunc supra omnem beatorum spirituum eleuatur gloriā: & uenerabiliter honoratur ut regina. Totum hoc sit: quia Deo copulata est: quia uerbi sponsa est: una persona, & unus emanuel. Hanc autem humanæ naturæ gloriam longè antea, quam manifestaretur: pro hominum exhortatione & solatio prioribus patribus, sanctisq; Prophetis Dei benignitas uoluit præmonstrare. Hinc est, quod superno irradiati splendore, & mira præsentia illius respersi fragrantia: atque uenustatis maiestatisq; ipsius alleagi decore, tanto cum desiderio eiusdem mediatoris flagitabant aduentum. Vnde Prophetarum eximius dicebat: Obscro te domine: mitte quem mis-

**Psal. 84** surus es: Alius quoque aiebat: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & salutare tuum. **Esa. 45** da nobis. Alter etiam sic: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem. Iterumque: Utinam dirumperes cœlos, & descenderes. Amoris nanque illius ardentes desiderio, uoces sui tam sedulò ingeminabant affectus. Sciebant quidem delectabilem ipsius esse præsentiam, locupletem gratiam, sublimem gloriam, uberemque mercedem. Propterea Propheta loquebatur, dicens: In illa die stillabunt mortes dulcedinem, & colles fluent lac & mel: tunc lætabuntur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lily: germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Ipsi uidebunt gloriam domini, & decorum Dei nostri. Tunc aperientur oculi cœorum, & aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut seruus, claudus: & aperta erit lingua mutorum. Quare sanctorum omnium tanta iubilatio: Quæ ipsorum causa lætitia, nisi quia Deus in homine uisus est, & cum hominibus conuersatus est: De hoc testimonium Euāgelista perhibet, dicens: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: & uidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre, plenum gratiæ & ueritatis. Verbum sponsus, caro sponsa. Virginalis uterus thalamus, in quo factum est, & de quo egressum est, ut habitaret in nobis. Hoc exprimere citharœda sanctus uoluit, quem in psalmo canerer, dicens: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Merito talis eligitur thalamus, in quo diuina celebrentur mysteria. Erat quidem beata uirgo thalamus puritate nitidus, moribus ornatus, & omni predictus sanctitate, floribus aspersus, uirtutibus decoratus, fragrans castitatis odore, caritate seruens, uirginitate redolens, pollens humilitate. Ipsa est gloriosa domina, & beata fœmina, innupta & fœcunda, mater & uirgo, ancilla & genitrix, quæ culpam abstulit, & dedit gratiam, quæ contulit mundo pacem, hominibus Deum, finem uicijs, uitæ ordinem, moribus disciplinam. Ipsa est, quæ suscepit uerbum, concepit filium, & parerit Christum. Ipsa effecta est porta cœli, paradisi ianua, stella maris, solarium mundi, peccanti refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, erranti uia, desperanti salus, mundi interuentrix, interempræ peccati, diaboli terror, & spiritualibus nequicijs. **G** pauor. Ipsa est tabernaculum testamenti, arca fœderis, templi propitiatorium, thronus Dei, uirga florida, nubecula leuis, hortus cœclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lily candens, flos nitens, uirgula fumans, oliua uirens, uitis fructificans, cupressus se attollens, palma frondens, terebinthus se expandens, campus germinans, terra pullulans. Est etiam ipsa gloriosa aurora surgens, lucifer rutilans, luna pulcior, sole splendidior, auro purior, gemmis preciosior, balsamo suauior, margaritis carior, necesse dulcior, omni harmonia delectabilior. Hæc est uirgo pudicissima, quæ chirographum aboleuit decreti: & protoparætum abstulit opprobrium, quæ arenæ seculo stillicidia gratiæ irrorauit, & ipsum fœcunda dñauit fruge: quæ pereunti mudo & aquarum diluicio inundanti: portum salutis aperuit. Hæc nempe est uirgo sanctissima, quæ uirtutum omnium ornata decore, & gratiarum plenitudine, atque donorum cœlestium irradiata fulgore, cœlorum regem suo ad se traxit odore. Nimo namque innocentia ac uirginitatis respersa candore, tanquam præ cœteris sanctior Dei mater efficitur. Hæc quidem propter humilitatis meritum & feruentissimum caritatis affectum ab altissimo adamat: eligitur à uerbo, fœcudatur spiritu, diuina prole dñaf, in scripturis præfiguratur, à prophetis prænunciatur, præponitur archangelis, cœlesti omnique præfertur militia. Quæ em cœli capere nequeūt, & omnis natura miratur, Maria mēte cōcepit: cōcepit in uentre, gestauit in utero, nutriuit lacte, souit gremio, brachijs amplexata est. Dignum quippe fuit, ut talis esset mater unigeniti Dei plasmatoris omnium conditoris seculorum. Quicquid honoris, quicquid dignitatis, quicquid meriti, quicquid gratiæ, quicquid est gloriæ, totum fuit in Maria. Magna quum nascitur, maior quum concipit. Vbique sancta, ubique plena, ubique immaculata. Sancta quidem mente & corpore, plena gratia & uirtute: immaculata uerbo & sponso. Veruntamen si tanta donorum prærogativa beatæ uirginis collata est: ut genitrix fieret domini: quantam putandum est prærogatum esse homini Deo? Si innumera belli ornamenti meritorum nouimus piaediu thalamum nuptiale, qualia æstimanda sunt sponsæ monilia? Quantu a solis splendore lunæ distat claritas aut stellarum: tantum munera Christi à matris muneribus. Nulla ho minis

**A** minis facundia, nullus humanus explicat sermo excellentiam unionis diuinæ humanaeque naturæ. Itaque quum ad intelligendum huiusmodi sacramentum mens accedit humana: abigat omnino à se terrenarum caliginem rationum: & ab illuminatae fidei oculis mundanæ sapientiae fumus abscedat, præcedat intelligentiam fides, & ratio cedat Dei sapientiae, semper sibi deesse arbitretur. Nemo enim ad cognitionem ueritatis magis appropinquant, quam qui intelligit in rebus diuinis, etiam si multum proficiat, sibi nunquam deesse, quod querat. Quis uero ad plenum capere sufficit, quod credere compellitur: qualiter (uidelicet) uerbum Dei manens cum patre, nostra suscipiēs, & propria non amittens, in homine hominem renouans, in se incommutabilis perseuerat? Verbum quippe Deus dum conciperetur, ueritatem carnis accepit ex uirgine: & quum nascetur, integratatem uirginitatis seruauit in matre. Nec enim sic seru formam accepit, ut amitteret formam Dei, in qua patri æqualis est. In forma nanci serui, quam assumpsit, minor est patre: sed in forma Dei antequam formam serui acciperet, æqualis est patri. In forma **B** Dei uerbi, Deus de Deo, de æterno coæternus, de luce lux. In forma serui natus ex muliere, factus sub lege. In forma Dei fecit hominem, in forma serui factus homo, in forma Dei dominus angelorum, in forma serui ab angelis paulo minus minoratus. Suscipiendo enim humanitatem non amisit diuinitatem: factus humili mansit sublimis. Ex Deo Dei filius secundum ueritatem diuinæ naturæ, & ex homine hominis filius. Non autem duo filii, sed unus filius confitendus est. Non uerbum in carnem conuersum aut mutatus: sed carne ut carnalibus congruenter appareret indutum. Ita sane factum, ut non tantum ibi sit Dei uerbum & hominis caro, sed etiam rationalis animal. Atque hoc totum Deus dicatur propter Deum, & homo propter hominem. Tanta uero est unio utriusque naturæ, ut totus dicatur Deus, totus homo, & uicissim Deus homo, homo Deus. Hanc naturarum unitatem in una persona diuina comprobauit autoritas. Quum enim Moses Deo loqueretur, posceretque instater, ut ipsius ostenderet gloriam, responsum accepit. Dixit nanci illi Deus. Non poteris uidere faciem meam, non enim uidebit me homo, & uiuet. Et iterum. Ecce (inquit) locus est apud me: stabis supra petram: quumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dexteram mea donec transeam: tollamque manum tuam, & uidebis posteriora mea: faciem autem meam uidere non poteris. In Evangelio quoque ipsa uox patris euidentissime testificatur: quum transfiguratus dñs apostolis ait: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacuit, ipsum audite. Eadem ipsa ueritas Christus de seipso dicit sic: Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo, filius hominis, qui est in cœlo. Adeo quippe ineffabilis & incomprehensibilis est unio uerbi hominisque: tantæque pefectionis, ut uerissime Deus dicatur ab hominibus uisus, cum hominibus conuersatus, pro hominibus illusus, flagellatus, crucifixus, mortuus. Econtrariò homo fecit cœlum & terram: condidit angelos, gubernat uniuersum, in sede residet maiestatis, in throno trinitatis, ad dexteram Dei, ad æqualitatem patris. Nam Deus & homo una est persona, unus Christus, unus mediator Dei & hominum: & si quid melius dici potest. Nullum tamen diuinitas suæ omnipotentiæ detritum subiit: nec serui forma Dei formam uiolauit: quia summa & sempiterna Dei essentia, quæ se ad humani generis inclinavit salutem, nos in suam gloriam transtulit: & quod erat esse non desit: unde quum unigenitus Dei minorem se patre confitetur, uel quum se dicit æqualem, ueritatem in se formæ utriusque demonstrat, ut & humanam probet imparitas, & diuinam declarat æqualitas. Maiestati igitur filij Dei corporæ natura nihil abstulit, nihil contulit: quoniam incommutabilis substantia nec augeri potest, nec minui. Quod enim uerbum caro factum est, non hoc significat, quod in carnem sit Dei natura mutata, sed quod à uerbo in unitate personæ sit caro suscepta. Ideoque Apostolus, ut in domino Iesu Christo & uerbi diuinam prædicaret essentiam, & assumptus homo ad quantam proiectus sit, notificaret gloriam, ad Hebreos scribens, ait sic: Multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissime autem loquutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & secula, qui quum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, porransque omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis

illis nomen hæreditauit: Ad tantam itaque hominis natura à uerbo assumpta est gloriæ sublimitatem, ut supra omnem principatum, & potestatem, & uirtutem, & dominationem, & omne nomen, quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, prælata sit. Neque dedignantur eundem deferre honorem assumpto homini, quem Deo, quum Deum & hominem unum agnoscant Christum. Ipsius mirantur gloriam, uenerantur præsentiam, obtemperant maiestati, subiçuntur imperio, laudant magnalia, delectantur specie, fruuntur sapientia. Non autem ualent non magnificare & colere: cuius pedibus uident cuncta subiecta, omnia famulari: quem uident sibi præpositum, præsidentem cælo, regentem terram, implentem universa. Eo quidem uenerabilius ardenter eundem honorare ac laudare desiderant: quo perspicacius diuinam in homine contemplantur essentiam. Nam ipsius cognitio beatitudo est: unde idem dominus ait: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum Deum: & quem misisti Iesum Christum. Ipsum itaque honorificant tanquam Dei filium, tanquam patris imaginem, gignenti coæqualem, seculorum regem, electorum caput, conditoris suæ restorationis autore. Maximam quippe naturæ ipsorum exercuit ruinam ille apostata angelus: qui corde elatus, & summum bonum atq; priuatum commondum propria quærens uirtute aiebat: In cælum concendam, super astra cæli exaltabo solium meum: sedebo in monte testamenti, in latere Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Quotquot autem illius nefariæ cogitationi præbuerunt assensum: cum eo simul in damnationis baratum perierunt: ob quorum existiam irremissibilem casum magnam ciuium suorum iacturam cælestis Hierusalem pertulisse cognoscitur. Non enim dignitate, non felicitate: sed numero imminuta est: quæ nisi per hominem, hominumq; naturam restaurari non debuit. Nam ad hoc ipsum, hominum genus conditum fuit: propterea Propheta sanctus angelorū hominumq; naturam ardenter concupiscens post utriusq; lapsum restaurari intransiter dominum precepit, dicens: Benigne fac in bona uoluntate tua Sion, ut ædificantur muri Hierusalem. Quamobrem Dei sapientia induens se miseratione ex alto semetipsam exinanuit: serui formam suscepit, centesimam quæ perierat, ouem quæsiuit, errantem per deuia inuenit, inuentamq; iuis humeris (solito prius ouis debito) ad superna pascua reportauit. Abinde citra, maceria angelorum & Hierusalem sancta reedificari cœpit: atq; quotidie reintegratur de uiuis lapidibus quadratis & sectis tribulationum ferro & exercitio uirtutum. Factus est ex hoc paries unus, una societas, par gloria, cōcors fraternitas hominum angelorumq;: faciente ipso uerbo carne Dei & hominis filio hoc in se.

Ephes. 2 Est nanque angularis lapis: qui parietes duos copulauit in unum hominem: pacem faciens ihs, qui longè, & ihs qui prope. Hinc est, quod apparente in carne uerbo angelus se non permittit ab homine adorari. Agnoscit quidem in homine puro imaginem hominis Dei regnantis super se uiuentis in secula. Quam enim intuetur hominis naturam ad Dei æqualitatem eleuatam in unitate personæ: nequit despicere, nec ualeat non diligere. Veneratur in homine Deum, adorat Deum hominem, in quo omnis diuinitatis plenitudo habitat corporaliter, hominumq; consortio lætatur uehementer. Ob hoc maxima hominibus lætitia oboritur causa: & magna nobilitatis suæ ingenitæ notitia: atque diuina caritatis ad ipsos præcipua experientia, dum naturam suam conspiueat ad tantum gloriæ culmen esse prouectam. Si sic angelus hominem honorificat Deum: quid ipsi agere debent homines? Si angelus alienam sic colit naturam: cur non magis homines propriam? Veneremur itaque Deum hominem omni, quo ualeamus, affectu: Honoremus in Deo hominem nostram, diligamus nos in ipso, seruemus nos ipsi, ambulemus ad ipsum, permaneamus in ipso, delectemur in ipso, ut postea fruamur ipso. Plutis quidem in ipso, quæ in nobis æstimandi sumus. Nos etenim sine ipso inutiles sumus: filij computamur gehennæ: uasa efficiunt mortis, & stipulæ æternis depositandæ incendij. In ipso autem filij existimus Dei: sicut gloriæ angelorum, membra corporis Christi. De huiusmodi corporis unitate, de cōpagine capitis & membrorum: de ruptijs Christi & ecclesiæ sequens tractatus exponet. Diuinum igitur exhibeamus honorem Dei filio & hominis: uerbi sponsam naturam nostram magnifice laudemus: quoniam in ipsius ineffabili & sacrosancto connubio magnu est sacramentum pietatis & unitatis.

A unitatis, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu: apparuit angelis, prædicatum est gentibus: creditum est in hoc mundo, & assumptum est in gloria.

De plenitudine gratie & sapientie Christi: atq; de spirituali copula Christi & ecclesie:

Capitulum decimum.

**H**omo quemadmodum alijs omnibus catior est Deo creaturis: ita ab eodem potiora suscepit munera. Naturam quippe ipsius uarijs donorum tam naturalium, quam spiritualium decorauit gemmis: ut in ea suæ largitatis apertret thesauros: disceretq; homo in seipso, quantum Deo deberet horiorem: quantumq; illi impendere dilectionis affectum. Nam beneficium amoris indicium est. Contulit namq; illi inter præcipua naturæ ornamenta, ut esset sociale animal, nec solus posset uiuere. Hoc sanctorum autoritas, hoc naturalis ratio, hoc uiuens testatur usus, & experientia singulorū. Hinc est, quod in omni terrarum orbe tot hominum milia utriusq; sexus, diuersi generis, imparis conditionis, complexionisq; uariet:

**B** in ruribus, in castris, in ciuitatibus sparsim cohabitare, & simul uiuere noscuntur: unde ciuitas à ciuium unitate nomine sortita est. Vbi autem unitatis cōpago deest: etiam ipsa affinitatis, fraternitatis, familiaritatisq; naturalis affectio dissoluitur, & pericitur. Quotidie namq; bella, seditiones, contentiones, liuores, odia, perturbationes, & his similia cernimus oriri inter parentes & noscos: & eodem tāquam ferales belias, & iumenta irritabilia se uicissim opprimere, dilaniare, percutere, & interimere. Quare hoc: nisi quia quisq; illorum relicto communi & uniuersali bono proprium requirit ac priuatum? Eo namq; unitatis & caritatis citius dissipatur uinculum, quo ardenter sua non aliorū quilibet lucra sectatur. Non autem sic naturalis societas, non sic amor fraternitatis, & unitas caritatis. Hæc etenim nihil habent singulare, nil proprium, non minus alieno, quam suo gaudent bono, sua libenter impertinent, gratis tribuunt, hilariter communicant, se exponunt, ut aliena quærant: suo se priuant commodo: ut pro sint cæteris. Sed unde minui ab insensatis arbitrantur caritatis & unitatis diuinitæ, inde augent & crescunt. Quum

**C** erogantur, multiplicantur: cū ad profectum militant proximorū, cumulantur. Hoc in diuinis figuratur historijs. Nam cū famæ Israelitarū terrā inuaderet, & cælum per dies plurimos non daret pluuiam: ad mulierculamq; quandā diceret Helias & subcineritum parvulum ei de modico farinulæ & olei cōficeret panem: illa Prophetæ uerbo obtemperans, hoc promeruit: ut ex illa die usq; post triennium farinæ hydræ non deficeret, & olei lecythus non minueretur. Tanto quidem largius abundauit: quanto confidentius Prophetæ uitam de propria studuit sustentare inopia. Non enim sapientiae & caritatis possunt minorari thesauri: sed neq; occultari debet. Nam sicut erogati ex caritatis æmulatione fraternali augmentur: ita quoque negligenter occultati depereunt. Quanto igitur quisq; profusior est ad communicanda sibi dona concessa pro conseruando unitatis uinculo, & augendo caritatis bono: tanto efficitur Deo gravior, populis amabilior, & meritis ditior. Producantur ad hoc comprobandum in medium Ioseph, Mosisq; exempla post ad mediatoris nostri gratiam, unionem, caritatemq; commendandam sermo decurrat.

**D** Ipse namq; operis huius auctor est & causa. Erat Ioseph sanctus super uniuersam præpositus Ægyptum: qui ob sibi diuinitus sapientia concessam gratiam quum in horrea regis innumerabilem frumenti congregasset copiam: uidissetq; populum cunctum pericitari fame, sui immemor commodi plebis inopiam studuit subleuare. Vnde mox aperiens horreis singulis recepto communī precio tribuit uictui grana necessaria. Nec ab hoc unitatis & caritatis desist opere: donec fertilitas terris redditæ est. De omni labore suo nil aliud, quam regiæ dignitatis ac facultatis ampliationem: atque egenorum uitam & gratiam reportare curauit. Moses quoque uir mitissimus super omnes, qui morabantur in terra: quum dux esset populi Hebreorum: fecissetq; idem populus uitulum aureum, eumq; adorasset, dicens: His sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti: Dei iustitiam acriter irritauerunt contra se. Quum autem omnem multitudinem de superficie terræ se uelle delere dominus comminaretur, dicens Mosi: Cerno quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos: & deleam eos: faciamq; te in gentem magnam. Prophetæ sanctus: qui dei gloriam & populi salutē cupiebat: fiducialiter aiebat domino. Peccauit populus iste peccatum maximum: secerunt ibid.

## DE CASTO CONVIVIO

240 sibi deos aureos, aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo, quem seruasti. O virum admirabile multo praeconijs efferendum: qui nimio unitatis caritatis & amore seruescens non laboribus attritus, non iniurijs lacessitus, non mortis periculo atteritus, non damnationis suae metu uictus est. Ut autem Dei mitigaret vindictam, seipsum opposuit innocentiae scuto munitus, ut populum ab exitio imminentia eriperet, sed de uitæ libro deleri poposcit. Praeualuit caritas, & placabilis ad supplicantis preces effecta est diuina maiestas. De mediatoris uero nostri zelo pro caritatis ac unitatis amore quid, quo exordio, qua facultate, quibus uerbis, quoue sensu explicari potest? Erat quippe uerbum apud Deum Deus in sinu patris quiescens, & in gremio residens immortalitatis. Hoc utique de regalibus uenientibus sedibus mortalitatis nostræ humanitatem assumere dignatus non est. Venerit (inquam) ad nos non recedens a patre, nostra suscepit, sua non dederens, factusque homo Deus esse non desinet. Homo quidem perfectus, passibilis, mortalilis, nostri similis in natura: quamuis longe dissimilis in gratia, in scientia, in meritis. His itaque Joseph sanctior, Mosesque præstantior, & omni quavis creatura cunctarum plenior exitit multitudine gratiarum. A sui natus conceptione plenissime ac perfectissime habuit gratiam excellentiæ personæ singularis (uidelicet) habitum caritatis propter uerbi unitatem. Et ex ipsis affluentia exuberat sensus & motus in sibi adhaerentia membra. In utero enim positus repletus est spiritu sapientiae & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiae & pietatis: nec non & spiritu timoris domini. Poterat ex sibi collata gratia iustificare impium, remittere peccatum, sanctificare iustum. Quum sanaret ergo guttum, cæcum illumiriaret, erigeretque mortuum: hoc propter gratiae plenitudinem sibi præstata absque ulla poterat agere prævia oratione. Oravit Helias, oravit Heliseus, ut adolescentulos suscitarent: orauerunt apostoli, ut credentes per suarum impositionem manum spiritum sanctum reciperent, & obtinerent orationis suffragio a domino: quod non ualebant per se: non sic autem homo Christus. Cæcis ut uiderent: iacentibus ut surgerent, mortuis ut reuiuiscerent: mandauit, & sine mora factum est. Calcauit maria, impetravit uentis, tempestates compescuit, multiplicauit panes, mutauit ad libitum eleminta. Cæteri sancti siqua perpetrarunt miracula: hoc per ipsum: ipse autem per se. Ipsi quidem datus est principatus & honor regni: ei seruient tribus, populi, & linguæ nunc & in æternum. Resurrectionis quoque autoritas eidem tamquam primitæ mortuentium & mortuorum primogenito prærogata fuit. Sanctis namque, qui ante illum præcesserunt, data fuit sinus Abrahæ requies: liberi extiterunt a poena, & immunes a gehenna: non tamen assumti in gloria, nisi resurgeret dominus uirtutum, & rex glorie: ipse autem resurgente multorum corpora sanctorum, qui dormierant, resurrexerunt cum eo, & introserunt in sanctam ciuitatem: illoque ascende in celum in iubilatione & in uoce tubæ cunctus iustorum præcedentium ecclæsum cum eodem pariter ascendit: captiuam secumduxit captiuitatem, deditque dona hominibus. Hinc est vox illa Prophetæ dicentis in psalmo: Currit Deus decem milibus multiplex milia latitantum: dominus in eis in Sinaï in sancto. Alius quoque admirans in persona supetnorum ciuium, ait: Quis est iste, qui uenit de Edom tinctis uestibus de Bosra formosus in stola sua, gradies in multitudine fortitudinis suæ?

Matt. 27 Psal. 67 Isa. 63 Resurgens quidem mediator portas æreas contrivit: & confregit uectes ferreos: sicut cælorum additus, qui per tot annorum curricula obstructus fuerat ex tunc & deinceps patefactus est (domino prius resurgentem atque ascendentem, ubi erat antea.) A patre autem data est illi omnis potestas in celo & in terra: ac etiam autoritas iudicium facere: quia filius hominis est. Non enim Dei forma, sed serui apparebit, ut uideant, in quem transfixerunt. Cicatrices uulnorum, signa clauorum, & ipsa crux, domino iudicante, manifesta erunt. Undique ipsius exuberant gratiae beneficia: multimode cognoscitur illius gratiae plenitudo. In eo namque fuit gratia sufficientia, quæ in iusto quolibet reperitur: fuit gratia copia, quæ apostolis donata est, spiritu sancto super ipsos descendente: sicut scriptum est: Repleti sunt omnes spiritu sancto. fuit gratia uniuersitatis quæ est in ecclesia, cui nullum deest donum: fuit gratia excellentiæ, quæ beatæ virginis concessa est: fuit gratia superfluentia, de qua dicitur: Plenum gratiae & ueritatis: fuit quoque in ipso mediatore a suis conceptione gratia capit. Non solum autem iniquum Deum caput est ecclesia: sed etiam iniquum homo & iniquum motum spiritus & gratiae in cunctos, qui illi copulatur

A tur per fidem rectam, uel fidei sacramentum. Fuit etiam gratia unionis, de qua supra dictum est. Hæc de plenitudine gratiae Christi. Veruntamen sicut in ipso fuit omnis plenitudo gratiae: ita & omnis plenitudo sapientiae non solum quantum ad cognitionem: uerum etiam quantum ad modos ac differentias cognoscendi. Est autem quædam cognitione sensualis, per quam multa per sensum experientiam spiritus rationalis percipit. Non enim ad cognitionis perfectionem attingi potest absque hac. Potest quis habere scientiam de dulcedine mellis, de corporis languoribus: de laboribus exercitorum: de importunitate & tentationum molestia. Quum autem ad horum experientiam deueniret: quod non intelligere ualebat: ex tolerantia plurimum agnoscat: fitque doctus, cautus, & in multis probatus: eruditus experientia. Sic mediator noster plenam de dolorum natura, de qualitate temptationum, & huiusmodi habebat notitiam. At ubi eadem expertus est: quædam ut homo didicit, quæ prius tanquam inexpertus nesciebat. Longè etenim amplius didicit humanæ condolere miserias: postquam dolores pertulit, quam an-

B tæ: ardenterque fleuit ex corde: unde Apostolus inquit. Quum esset filius Dei, didicit ex ipsis quæ passus est, obedientiam & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Itaque ex sensu & scientia perfectam ut purus homo eorum, quæ ad humanitatem attinent: possedit notitiam. De naturalibus quoque præ cunctis philosophis ac physicis sapientior fuit: ne & ipso protoplasto: qui tanta pollebat naturam & creaturarum omnium scientia: ut ex naturali acumine ingenij cuncta animantia, & uniuersa uolatilia cæli, & omnes bestias terræ appellaret nominibus suis, non inopinata, sed scienter iuxta uniuscuiusque naturam & proprietates. Nihil quidem in uniuersi cœstitutione extitit, de quo homo Christus perfectissimam non haberet notitiam: nihilque ipsum latuit de ipsis, quæ ad humanam pertinent redemptionem. Cæteris prophetis diuersis diuersa sunt reuelata mysteria: quibusdam minus, quibusdam amplius de incarnatione uerbi, & generis humani reparatione: ipsi autem Christo longe excellentius quam omnibus angelis, patriarchis, aut prophetis. Non enim solum habuit scientiam per habitum innatum, ut Adam & angeli: sed etiam per habitum insusum, uelut sancti per gratiam illuminati. Verbo quidem unitus ignorare nil potuit. Nam ab instanti sui conceptionis Dei fruens faciali uisione ut homo omnia cognovit, finita quidem cognitione actuali, infinita uero non nisi cognitione habituali uel excessiva. Sicque Christi anima per comprehensio- nis gloriam capiebat, quantumcumque natura finita unita infinito capere potuit. Quoniam autem Christus Deus & homo est: ex parte deitatis cognovit omnia simul finita & infinita. Nam Deus uidet se per se, & in se uidet uniuersa, quæ fecit, & quæ agere posset, quævis infinita sint. Itaque Christus dominus omni plenissimus fuit sapientia: adeo ut nil quæcumque occultum fuerit, uel sit, ualeat ignorare. De hoc Apostolus ait. Viuus enim est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiæ, pertingens usque ad diuisionem animæ & spiritus, compagnum quoque & medullarum, & discretor cogitationum, ac intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt ante oculos eius. Quum igitur homo Christus in carne adhuc te- D neretur passibili, essetque sanctitate incomparabilis, meritis ditissimus, gratia plenissimus; & sapientia præ cunctis præclarus mortalibus, solus suas noluit possidere diuicias: quin potius uelut unitatis & caritatis zelator Dei filios, qui erant dispersi, in unum uoluit cōgregare, & tanquam uerus pastor per infidelitatis deuia, & uitiorum abrupta errantes colligere oves, atque sicut legitimus animarum sponsus electos quoque ad unitatis gremium summo cum studio coadunare curauit. Post etenim sacra rudimenta infantia, post paternæ uocis super Iordanis ripam auditionem oraculi, post uerbi Dei & cælestis prædicatiōis propagatum semen, post laboriosam castrorum urbiumque circuitiōem, post duros aduersantium hominum conflictus, post poenales famis, litis, lassitudinisque agones, post acerrimos innocentissimæ passionis illius cruciatus, tandem super crucis lectulū ueraciter obdormiuit, in qua soporatione sanctam sibi castissimo mystico connubio copulauit ecclesiam. Quiescente nempe illo dum miles crudelis lancea latuus eius aperiret, continuo sacramenta regenerationis, ac redēptionis humanæ pro fluxerunt ueneranda. Aqua quidem pro abolitione originalis delicti: sanguis uero pro satisfactione actualis peccati. Hæc namque sunt sacramenta cælestia, hec sunt diuina myste

Laur. Iustin.

Heb. 5.

Heb. 4.

ria:



ria: per quæ in toto orbe sancta mater aggregatur ecclesia: immaculata sponsa, corpus Christi. Mater quippe propter spiritualem prolis fidelium fœcunditatem, immaculata sposa propter fidei integratatem, & castimoniae puritatem: corpus Christi propter spiritus unitatem, & membrorum connexionem. Nemo absq; horum participatione sacramentorum ad corpus potest pertinere Christi. Nullus nisi sanguinis Christi emundetur lauacro, ad supernorum ciuium societatem perueniet. Sed neq; nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, intrabit in regnum cœlorum. Nam quemadmodum tres sunt, qui testimonium dant in cœlo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt: ita & tres sunt, qui testimonium dant in terra, spiritus, sanguis, & aqua, & hi tres unum sunt. Quisquis igitur cupit fieri membrum Christi, per sacramenta ecclesiastica corpori uniat ecclesia, congregati se iungat fidelium. Sicut enim corpus Christi uerum ex purissimis constat membris: ita corpus ipsius mysticum ( uidelicet ) ecclesia ex puris constat fidelibus. Veruntamen pro ut corporis membra humani non uiuificantur à suo spiritu, nisi in membrorum uiua unitate persistant: sic nec quis à spiritu uiuificantur Christi, nisi in uera perseveret unitate ecclesiae: quæ est columna & firmamentum ueritatis. Hanc utiq; ecclesiam dei filius homo Christus adamauit, suscepit, & copulauit. Pro hac patrem reliquit & matrem, ut fierent duo in spiritu uno. Sacramentum hoc in Eva & Adam à mundi exordio figuratum est. Non n. gratis illam dilexit. Reliquit patrem pro ea, quum semetipsum exinauiuit: reliquit matrem: quum omnem prisce legis ritum synagogamq; destruxit, ut huic suæ castissimæ adhæreret uxori. Tanti etenim suum aestimauit amorem, ut ne periret ipsa, se morti tradere non dubitauerit. De huiusmodi tam sancto & ignito amore Apostolus ait. Viri diligite uxores uestras sicut & Christus ecclesiam: & semetipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipse sibi ecclesiam gloriosam non habentem maculam, neq; rugam, aut aliquid eiusmodi: sed ut sit sancta & immaculata. Huic quidem spirituali sponsæ, quam de errore ad ueritatem, de inimicitia ad pacem, de dispersione ad unitatem, de tenebris reuocauit ad lucem: ut ad sui arctius deuinciret amorem, plurima & preciosa ergo gauit donaria. Dedit quidem illi in animabus ligandis, soluendisq; maximam protestatem: ita ut ratum uelit esse in cœlo, quod ipsa egerit in terra. Vnde Petro confidenti Christum dei filium ex totius persona ecclesiae dictum est: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: tibiq; dabo claves regni cœlorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Magna quippe autoritas hæc, magnumq; caritatis indicium: si tamen non abusa fuerit. Ideoq; ne erret, ne male eo, quod optime concessum est, utatur, & ipsi ruinæ occasio fiat, quod ad decorum profectumq; tributumq; est: contulit sponsæ suæ ecclesiae etiam scientiæ clauem: quatinus sciætia eruditæ autoritatem derigeret ad lucrum animarum. Nouerat enim dei sapientia, quod cogitationes hominum uanæ sunt: nisi superno illustrentur lumine. Nouerat, quod facile quisq; in sublimi positus, & dignitate præditus sua præceps ducitur uoluntate, nisi scientiæ ueritate imbutus cohibeatur. Prona nanq; ad lapsum hominis natura celeriter suo paret affectui, & quid libet, leuiter sibi licere dijudicat. Propterea optime simul conueniunt autoritas & scientia. Nam autoritas sine scientia errat: & scientia absque autoritate iacet. Habeat scientia à sinistris conscientiæ ut timeat, à dextris autem sapientiam, ne foris inaniter se diffundat. Autoritas quoq; à sinistris humilitatem, ne extollatur: à dextris uero rectitudinem, ne flectatur. Hæc quidem utriusq; propria sunt ornamenta: sine quibus stare non possunt. Magna deniq; præsidenti æquitatis censura tenenda est, ne reum absoluendo se liget, aut insolente iudicando se damnet. Vt ergo enim modo se priuat autoritate sua, suoq; mucrone se percudit. Non est iniustus deus: ut flagitiosum liberet, neq; iniquus, ut innocentem damnet. Ut ergo suam eruditæ ecclesiam, autoritatè pariter & scientiæ eidē conferre dignatus est: quatinus per autoritatè tumores deprimat, & per sciætia innoxios absoluat. Clave autoritatis calorū ianuas claudit, reseratq; portū elationē ligat, per lōga terrarū spacia se dilatat, cōpede peccatorū obligatas liberaat animas, energuminos ab immūdis eripit inimicis. Clave aut̄ sciætia arcana mysteriorum pandit, scripturarū obscura penetrat, errorū conuincit argumēta, hereticorū fallacias

**A**cias detegit, gentilium superstitiones rationabili castigatione eliminat, mores instruit, uitia detestatur, attollit uirtutes, omnemq; instruit regulam sanctitatis. Ex authorite sacramenta eucharistiae, ordinis, cæterorumq; conficit & ministrat: sed ex scientia futuræ felicitatis, extremi iudicij, tormentorum inferni, angelorum naturæ operumq; mira per spicuitate sacramenta discernit. Habet quoq; pro singulari priuilegio caritatis sancta ecclesia, ut sit tanti capitum corpus mysticum. Nam & Apostolus ait. Sicut corpus unū est, & membra habet multa: omnia autem membra corporis quum sint multa, unum sunt corpus: ita & nos in Christo. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus, siue Iudei, siue gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes uno spiritu potati sumus. Hoc itaq; ecclesiae corpus dominus diuersis ornauit uirtutibus tanquam membris & cuiq; proprium contulit donum. Quamuis autem varia sint ecclesiae spiritualia ornamenta gratiarum: in uno tamen conueniunt caritatis ac unitatis uinculo ad utilitatem cuiuscq; membra. Quosdam enim posuit Deus in ecclesia apostolos, quosdam prophetas, doctores q;: quibusdam uero dedit gratias curationum, uirtutum, opitularionum, gubernationum, generis linguarum, interpretationis sermonum: singulis autem prout uult. Neq; quis inflari debet, quanquam potiora uideatur recepisse munera. Propria enim non sunt. Sed etiam: ut illa alijs membris ministret, suscepit. Non potest dicereculus manu, opere tuo non indigeo, neque caput pedibus, non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ uidentur corporis membra infirmiora esse, magis necessaria sunt, & quæ putamus ignobilia membra esse corporis: ea honore abundantiori circundamus: ita & quos contemptibiores in ecclesia, humana esse arbitrantur iudicia: Dei ob tutibus saepè honorabiores sunt. Incerta sunt Dei iudicia, & dona spiritus ignota. Sunt qui fulgent coram hominibus, & fortent Deo, & sunt qui hominum estimatione apparent damnabiles, & tamen omnipotenti Deo charissimi sunt. Cuncta Deus reliquit incerta hominum merita, ut unus non intumescat præ alio. Qui humiliis est, qui unitatis amator est: nescit extollere se: confert alijs, quod accepit, absq; disceptatione congaudet animaduertisse in altero, quod non uidet in se: omnia aliorum sua putat esse dona: sicut & sua aliorum. Hæc est ecclesiae unitas, hoc est caritatis uinculum, per quod corporis Christi membra composita sunt, quæ quamvis diuersa sint ministerio, ordinatio: sicut tamen in uno sunt instituta ecclesiae corpore: quam quidem institutionem Apostoli notificare curauit, quum diceret. Et ipse quosdam quidem dedit apostolos, quosdam prophetas: alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis filij Dei: in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Tunc quippe quum fient hæc, nullo suorum ecclesia indigebit ministerio membrorum: non erit in suo corpore infirmum quid: nullam patietur necessitatem. Suo nanq; capiti coniuncta uelut plena luna in sponsi sui regno gloria fulget. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim amici eius uestiti erunt duplicibus: lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. **C**Qui oderunt illam, confundentur, & qui persecuti sunt, tabescunt eius contemplantes decorem: atq; capita mouentes dicent. Hæc cne est ciuitas sancta, & militantium congregatio: Nonne hæc est quæ in terris posita tantarum fluctuabat inundatione proceliarum: dilaniabatur à carnificibus, includebatur in carceribus, seditionibus quatiebatur, torquebatur angustijs, & plagi sautabatur: Insuper seipsam atterebat iejunijs, inedia macerabat, sua distrahebat, aliena humiliiter queritabat, squallebat sordibus, stridebat dentibus, ab omnibus spernebatur. Vix qui eam aspiceret, reperiebatur. Nunc uerbis, nunc minis, nunc contumelijs afficiebatur: & in his cunctis ueluti insensibilis reddebatur. Quum malediceretur, non maledicebat: quum pateretur, non cōminabatur: nulli malum pro malo retribuebat: alebat egentes, uisitabat ægrotos, concordabat litigiosos, oppressos eruebat, potentum consortia fugiebat, obhorrebat superborum mores, humilium humilis sectabatur uestigia. Nunc autem quantis exuberat meritorum gauidijs: Quātis lætatur filiorum triumphis! Nunc quoq; delicijs affluens tota super suum innititur dilectum: de labore ad requiem, de peregrinatione transmigravit ad patriam: & quoniam uniuersa patienter tolerat mala, æternō digna effecta est conuiuio & Laur. Iustin.

angelorum contubernio: sponsæ nomen dignitatemq; meruit: quia fidem illibatam cu  
stodiuit. Hæc de uniuersali ecclesia: hæc de unaquaque fidelis anima reproborum uox  
est. Quælibet seu ecclesia siue deuota anima prius studeat spiritu copulari uerbo, dum  
peregrinatur: ut postea diuinis & æternis digna efficiatur amplexibus. Hic inchoantur,  
in futura perficiuntur uita: hic dantur primitiæ, ibi perfecta copia prærogatur. Quan-  
to quis hic fuerit ardenter caritate, tanto erit ibi sublimior dignitate. Nullus sponsæ me-  
rita lucrari negligat: qui eiusdem gratiam possidere desiderat. Quo autem ordine, qui-  
bus studijs, quæ solitudine merita sponsæ & gratia obtineantur, sequentia declara-  
bunt. Ad hoc quidem omnis huius operis intentio destinatur.

*Quædilis esse debeat anima, que merito, uerbi sponsa debeat nuncupari.*

Caput X I.

**D**iuina opera atque sapientiæ ipsius profunda mysteria quo diligenter con-  
siderantur, eo amplius contemplantis animum admiratione replent &  
gaudio. Admiratio quippe propter altitudinem sapientiæ: gaudio pro-  
pter claritatem ueritatis agnitiæ. Quis uero non miretur & gaudeat, si ad  
naturæ innumerabilia opera mentis oculum figere uoluerit, atque cogi-  
tando penetrare? In quo cunque elemēto infinita sunt ueneratione digna. Quum enim  
prata rident, & flores uernantis uarijç coloris circunquaque sparguntur: quis nō exultet  
spiritu in opificiis laudibus ad odorem decoremq; florum, & terræ fœcunditates?  
De eodem solo exiguo in loco unde tantæ species, tam diversæ formæ, tam multi colo-  
res? Nemo de hoc terræ elemento, quanta germinent, sufficit enarrare. Aut fulgor, ar-  
genti nitor: sonoritas æris, cæterorumq; metallorum uaria genera: Carbunculus, smar-  
agdus, saphirus, chrysolithus, topazius, adamas, & aliæ quamplurimæ gemmarum  
qualitates: Balsamum, cinnamomum, fistula, nardus, crocus, piper, cyminum, multaq; alia odoramentorum genera: Cupressus, cedrus, palma, oliua, abies, pinus, arbores  
quoque aliæ, & fruteta quasi innumerabilia de ipso terræ elemento procreari noscen-  
tur. Quinetiam ipsum hominem his omnibus præstantiorem de eadem principium ha-  
buisse perspicuum est. Sic nanque diuina testantur eloquia. Formauit Deus hominem  
de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Cuncta hæc quæ memora-  
ta sunt, sensibus patent carnis: longè autem meliora sunt quæ latent in ijs, quæ gignun-  
tur de uentre terræ, & nota sunt, uel esse possunt rationi mentis: uidelicet de uirtutibus  
herbarum, de proprietatibus rerum. Multi quidem horum tractatores fuerūt, qui non  
omnia, sed de plurimis aliqua inuestigando dixerunt. Quod autem de ijs, quæ ex ter-  
ra producuntur: hoc de reliquis elementis dici posset. Cuncta ista breuitatis causa reti-  
cenda sunt. Miranda euidem sunt, quæ naturaliter diuina operatur maiestas. Sed mul-  
to mirabiliora existunt opera gratiæ. Talium nanque ratio inuenitur licet difficulti-  
tē: qui aut curiosus fuerit explorator gratiæ Dei, tanquam cæcus in parietem im-  
pinget. Quare hunc eligat, & hunc reprobet, humanus non capit intellectus. Cur i-  
stum donis ditet spiritualibus, illum in sua relinquit paupertate, non querat, qui erra-  
**H**re non uult. Legimus in diuinis historijs Saul à Deo in regem electum, à Prophetæ un-  
ctum, & à populo confirmatum, tandem fuisse reprobatum: Dauid autem à patre re-  
probatum, à fratribus expulsum, & tamen ad regni fastigium honorabiliter sublimatum.  
Quis non miretur Saulum tanto cum furore ecclesiam dilaniantem: per syna-  
gogas sanctos trahentem, ligantem, percutientem, carceribus mancipantem, rabido latrantem ore repente mutatum in Paulum ecclesiæ omnium solitudinem ge-  
rentem, à ludæis persequitionem patientem: uincula sustinentem, uerberum uirgas  
tolerantem, carceres seditiones que alacriter perferentem, dominum Christum co-  
ram regibus & seculi principibus atque uniuerso orbe magnifice prædicantem? Pu-  
blicanus Matthæus, qui telonei lucra publicè turpiter que quærebat, eligitur: & Iudas  
in apostolatus apice sedens relinquatur, se funesto suspendens laqueo. Quotidie uide-  
mus nefandos homines nequitet uiuentes, diripientes aliena, peccantes publicè, &  
impudice mutari in melius: cælibem ducere uitam, & meritis transcendere multos,  
qui longo tempore diuinis fuerant mancipati obsequijs. E diuerso quosdam, qui  
sanctorum

**A** sanctorum uidebantur per omnia sectari uestigia, & nubium celsitudinem contempla-  
tione periuolare: conspicimus miserabiliter corruisse, & in obscoenis operibus uolupta-  
ri. Hæc ueneranda sunt, non inquirenda. Per hæc enim occulta & iusta iudicia eruditur  
peccator, ne desperet: iustus, ne presumat. Nā pœnitenti parata est uenia: peccanti uero  
iustitia. Peccator quidem uigilet, quomodo ad libertatis gratiam ascendat, & ueniam  
consequatur: iustus autem qualiter de uirtute in uirtutem proficiat, & dona potiora sortia-  
tur. Peccator deniq; ut iustus sit, iustus uero perfectus. Peccator nullam sibi tribuat re-  
quiem, donec amicus uerus efficiatur dei: iustus autem donec fiat legitima sposa uerbi. Ad  
hunc quidem obtainendum gradum maxima in spirituali exercitio diligentia adhiben-  
da est. Sublimis gradus excelsa uirtutum exigit studia. Rarus reperitur, qui iure sponsæ  
nomine nuncupetur, non nisi præuixi multis tribulationibus & laboribus ad id attingi-  
tur. Ne autem seducantur, aut se legentes seducant, arbitrandes se esse quod non sunt: in pre-  
senti capitulo qualis esse debeat anima, quæ sponsæ uocabulo (& merito) digna sit, de-  
scribendum est. Nec ab re. Nam sæpe speculi claritas ignorantiam notificat deformitatem,

& aperit oculos, quos priuatus amor obstruxerat. Decet itaq; uerbi sponsam decoram  
esse facie, ut suo placeat sponso. Nam si deformis sit: sponsæ nomine, quia re caret, digna  
non est. Quemadmodum igitur corporis facies quatuor decoratur sensibus: ita & ei-  
dem animæ aspectus ac uultus ornari debet. Primo omnium expedit, ut ignara non sit  
cælestium inspirationum. Super hoc plurimum uigilare eam oportet: alioquin sedu-  
ctorios multimode admittet spiritus: & sæpe sponsi resistet aduentui. Amant quidem  
nequam spiritus mentis irrumperem domicilium, pacem euertere animi, omnemq; cor-  
dis intentionem maculare. Quod quum aperte nequeant, fraudulenter id agere conan-  
tur. Alienam speciem sumunt, claritatem cælestium angelorum se habere fingunt, ut  
facilius suadeant quod uolunt. Ad ipsorum uero detegendas insidias expedit, ut qua-  
lempungit internarum uerbi sponsa habeat notitiam inspirationum: quatinus ex infusa  
sapiëntia seu ex indocta experiëtia sciat suscipere angelum, & propulsare inimicū.

**C**abo quidem decertant ut trahant animam ad se: dissimiliter tamen. Inimicus agit, ut fu-  
retur, maectet, & perdat: angelus ut conseruet, illuminet, & sponso habitaculum paret.  
Vterq; suadent, uterq; audiri uolunt, ut aperiatur illis. Habet namq; angelus immissio-  
nes suas bonas, quum incitet semper ad bonum, aut docendo, aut corrigendo, aut ac-  
cendendo: habet etiam suas apostata angelus. Sicut de domini proditore dicitur: misit  
diabolus in cor: ut traderet eum Iudas. Non autem dubium est, quin suas habeat spon-  
sus immisiones. Sto ( inquit ) ad ostium, & pulso. Quoties prouocat ad dilectionem,  
ad uirtutes, toties pulsat, ut aperiatur. Inspirationes sanctæ utiq; sunt uerba interna  
spiritualia & sponsi uoces: quas ignorare non expedit, neque negligere. Quam sit  
hæc detestabilis ignorantia: qui amat, nouit. Debet semper sponsa, ut has internas intel-  
ligere ualeat uoces, super sui uigilare custodia: omni spiritui facile non accommodare  
fidem humili cogitatione: unde, quo, qualia ue sint, quæ sentit in se: sicut Mariam egisse  
legitur: quum ab angelo officiosissime salutaretur. Prius namq; intelligendæ sunt, quam  
D perficiendæ spirituales immisiones. Sicut autem reprehensione digni sunt: qui desi-  
deria sancta intelligentes implere negligunt: ita qui non intelligendo eadem opere co-  
nantur perficere. Primi ignauiae morbo languent: secundi imprudentia obuoluuntur.  
Non autem sic: quæ sponsa est. Habet quidem pro ornamento interni ac spiritualis au-  
ditus intelligentiam & obedientiam. Hæc quippe sunt animæ aures: quæ mentis faci-  
em uenstant. Intelligentia tunc uera est, quum operatur quod intelligit. Testimonij  
scripturarum utrunq; probatur. Quod uero ad auditum spectet intelligentia, Prophetæ  
insinuat, quum deprecatur in Psalmo dominum, dicens: Intellige clamorem meum:  
intende uoci orationis meæ. Præmisserat enim. Verba mea auribus percipe domine. Sed  
quod obedientia & ipsa ad auditum pertineat, idem memoratus ait Prophetæ. Populus  
quem non cognoui, seruuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. O quæamcōmendabilis  
anima est, que nec fallacijs seducitur, nec torpore deprimitur: quæ intelligendo & ope-  
rando diuinam sine intermissione exequitur uoluntatem: quæ auri spiritualium orna-  
ta decore, corde ueraciter ait domino. Loquere domine: quia audit seruus tuus. Hæc de  
auribus sponsæ. De oculis uero quid? Nunquid audit, nece uidet? Potest ne carere

Ioan. 19.

Apoc. 3.

psal. 5

2. Reg. 22

1. Reg. 3

Cant. 6.

oculis, & placere sponsor. Absit, ut uel in modico maculata sit sponsa, potissimum in ea. **B** parte, quæ præstantior est. Habet aures, habet oculos: per quos ob ipsorum speciem ad se sponsum attrahit. De ipsis sponsi uoce in Canticis dicitur. Auerte oculos tuos: i-  
psí me auolare fecerunt. Ecce quām fulgidi, quām perspicui, quām decori sunt, qui sic sponsum alliciunt: ut non accedere, sed ipsum faciant auolare. Vno quippe oculo sci-  
entiae luce perfunditur: ut cognoscat præsentia. Alio sapientiae splendore clarescit, ut  
futura contempletur. Per scientiam mala qualiter uitare debeat, intelligit: quid sit, à quo  
sit, & ad quid sit, nouit. Proximorum necessitatibus subuenit: temporalia prouide mi-  
nistrat, pericula cauet, timeret ne cadat, aduersa & quanimitate tolerat: sic præsentibus uti-  
tur, ut non priuaret æternis. Sapientiae uero oculo quanta sint electis reposita bona:

**psal. 15.** Ruminat, Dei præsentia cunctis intuetur horis: iuxta Prophetæ uocem dicentis. Proui-  
debam dominum in conspectu meo semper. De dilectione Dei alta percipit: interdum

**Esa. 33.** beatorum perlustrat agmina, & supra se attollens diuinam miratur omnipotentis ma-  
iestatem, De hoc intime lucis splendore aiebat Propheta. Videbunt oculi tui regem **F** in decore suo. Hi nempe sunt spirituales sponsæ oculi: per quos peregrinationis huius  
graditum semitas, nec aduersis frangitur, nec prosperis eleuatur. Ipsorum ne obtenebre  
tur lux: uniuersa fugit lumini contraria: nec quidem ad momentum patitur se hac luce  
priuari. Magno nanque cum studio carnales cohibet motus: carnis reprimit passiones  
Valde etenim mentis oculis carnis inimicantur desideria: & nisi uiliter conterantur,  
internæ se aciei opponunt, & tanquam depressoſſimus paries oculos grauant: ne su-  
pernam ualeant contemplari claritatem. Nunc suggerunt necessaria: nunc suadent  
blanda, nunc aduersa minantur, suisq[ue] suasionibus adeò infesti sunt, ut nullo finante  
pacto animum quiescere, nullaq[ue] tranquillitate potiri. Amouet itaque solicite se o-  
bicum carnalium uoluptatum: detergit non minus uigilanter ab oculis puluerem ter-  
narum actionum. Vehementer quidem temporalium implicatio mentem obnubilat,  
ne lucis internæ dulcedine pascatur. Rapiunt extra se animum, terrena negocia huc il-  
lucq[ue] captiuam ducunt animam, nunc ista cogitare compellunt: nunc illa rixas com-  
mouent, iurgia fabricant, deiecta ædificant, collapsa erigunt: qualiter amissa & distra-  
cta colligi, custodiri habita: & non habita congregari debeant, prudenter erudiunt.  
**G** Quum que in his omnibus captiuatur animus, per maximos curarum dilaniatur an-  
fractus. Insensibilis nanque effectus & lumine priuatus tota die molere, & per circui-  
tus deambulare compellitur. Nunquam qualis maneat apud se, percipit, nisi quum ab  
exterioribus uacans ad se redire uoluerit. Tunc tenellas interiores, tunc cæcitatem  
suam intelligens, quas passus sit, insidias recogitando cognoscit. Innumerabilem  
phantasmatum in domicilio suo sentit exercitum: uidet se repellari a se: & quām longe sue  
rit a se, lacrymabiliter intuetur. Meritoque hæc se pati considerat, quia magis alienis  
a se quām sibi intendere studuit. Hanc sui erroris mercedem iuste se percepisse diju-  
dicat, quum inordinate exterioribus uacando & negligendo interiora sua ad hoc de-  
uenerit: ut ad se reuerti, secumque habitare non liceat. Damno igitur sponsa erudita  
alieno, quotidianis edicta exemplis: sua' que facta prudens experientia mauult esse  
**H** speciosa & sterilis: quām lippa & fœcunda. Si ocij condemnatur, & quo fert animo,  
**Luke. 10.** meminit que uerbum dixisse: Martha Martha turbaris erga plurima, Maria opti-  
mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Hinc est, quod sponsi roborata senten-  
tia, quantum fas illi est, terrenis refugit ingeri actionibus, ne fœdatur: animi quoque  
resistit passionibus, ne turbetur. Non quidem mediocriter furor mentis oculum offu-  
scare consuevit: ideoque Propheta hoc in se patiens dicebat. Turbatus est a furore o-  
culus meus. Nil prorsus sic mentis statum euertit: uelut conturbans furor. Est quidem  
animi passio subuersio naturæ, de honestatio hominis, opprobrium seruorum Chri-  
sti, repulso gratia, fraternalis dissipator, demoniaca imitatio, fugator paracleti: om-  
nis' que sanctitatis inimicus. Nullum sanum consilium, nulla matura potest esse delibe-  
ratio, ubi iræ passio dominatur: Petulitatur ratio, ineptiatur cot, incomposita uerba  
prosiliunt: immutatur facies, lumen oculorum præsente furore caligat. Propterea  
sponsa ne in illo tyranni huius pessimi detrimentum patiatur: in patientia & miti-  
tatis arce se collocat, timoris ac silentij sexis os obstruens, desuper que prospectans

**psal. 6.** cunctas

**A** cunctas animi commotiones mox, ut leniter flauerint, tranquillitatis ac pacis gla-  
dio trucidat: perseverat quieta in se spirituali quadam claritate perfusa: oculos men-  
tis apertos tenet in diuini contemplatione lumen: & quamvis pro ueritatis agnitione  
sit læta, nunquam tamen ualeat esse secura. Oportet enim ipsam omnino non dormitare.

Quanquam autem carnalium parietem cupiditatum ualenter repulerit, quamvis terre-  
narum puluerem actionum prudenter exterserit: licet insani motus furoris sub rationis  
dominio fortiter subegerit: restat adhuc, ut elationem cordis, humilitatis vinculis ligati-  
um terreat. Præ cæteris mentis tumor scientiae ac sapientiae lumen obnubilat: & à ue-  
ritatis tramite seducit. Simul præsumptio & sapientia nequeunt habitare. Sic rianç in  
sapientiae legitur libro. In maleuolam animam non introibit sapientia. Humilitas sapi-  
entiam, & superbia ignorantiam generat. Qui in sapientiae speculo præsentia dispone-  
re: & futura cupit ueraciter intueri: elationis maculam de mentis oculis amouere non  
negligat. Sicut enim albugo in oculo nascitur, & oculi lucem perdit: sic elatio pleruncq[ue]

**B** de lumine otitur intelligentiae, & ueritatis lumen caligat. Qui enim plura nouit, & se  
sub tegmine alarum humilitatis nequaquam custodit: quo amplius sapit, eo tumore ce-  
catus miserabilius despicio ruit. Hoc Propheta sanctus expressit: quum gloriam ca-  
sumq[ue] Luciferi descripsit dicens. Tu signaculum similitudinis: plenus sapientia; perfe-  
ctus decore, in delicijs paradisi fuisti: omnis lapis pretiosus operimentū tuum: sardius,  
topazius & iaspis, chrysolitus, onyx & beryllus: sapphirus, carbunculus & smaragdus:  
tu cherub extensus & protegens: & posui te in monte sancto dei, in medio ignitum la-  
pidum ignitorum: ambulasti perfectus in uis tuis à die conditionis tuæ, donec inuenta  
est iniurias in te. Hæc quippe sponsa uerbi erudita magisterio non ignorans tota sata-  
git in humilitatis latere latibulo. Non minus in humilitate studet proficere, quām in co-  
gnitione sapientiae. Iugiter memorabile illud reuolutum animo, quod in Canticorum can-  
ticis sponsi uoce ad sponsam dicitur. Si ignoras te ô pulchra inter mulieres: egredere, &  
abi post uestigia gregum. Ob hoc tam sedulò virtutum exercitio uniuersa, quæ interiori

**C** aduersantur lumini, de cordis habitaculo eliminare non desinit. Sicq[ue] fit, ut quanto ma-  
gis timeret, & timendo resistit uitij: tanto amplius uideat: & uidendo sciētia ac oculos sa-  
pientiae lucidiori puritate custodiat. Veruntamē sicut obedientiae addidit sapientia: ita  
& sapientiae associat fidem. Nouit scriptum esse. Sine fide impossibile est placere deo.  
Est quidem fides spiritualis animæ sensus illi diuinitus accommodatus ad inuisibilita &  
æterna percipienda. Sic ipsam describit Apostolus. Fides (inquit) est sperandatum sub-  
stantia rerum, argumentum non apparentium. Quod intelligibiliter percipit obedien-  
tiae auris: quod scientiae & sapientiae contemplatur oculus. Hoc dei olfactus discernit:  
occulta penetrat, remota rimæ, sempiterna degustat: agit magna, aggreditur ardua, im-  
possibilia credit, futura nouit, uentura prædictit, æterna querit: non paueat tempestæ, mor-  
tem non ueretur: & cælestia sperat. Itiusmodi fragrantissimo odore sancti noui ac uete-  
ris testamenti patres respersi ueram & uiuentium supernam repromotionis terram à lo-  
ge odorantes, aspicientes, salutantes, cōfitentesq[ue] se hospites esse atq[ue] peregrinos in hoc

**D** seculo fatebant: unde ipsa quoq[ue] uerbi legitima & dilecta sponsa ne præsentis uitæ cor-  
rumpatur lenocinijs, ne irretiatur uoluptatibus, ne honoribus extollatur, formatæ si-  
dei refouetur odore, per quem facile uisibilia spernit, temporalia deserit amore æter-  
norum. Ut igitur animæ ipsius facies suo placeat, cui uivit, sponso: exteriorē audiu-  
tum, & corporis aures obturat detractionibus, uaniloquij, & scurrilibus uerbis, quā-  
tinus i[n]spirituales ualeat intelligere immisiones: unde ueniunt, uel quo uadunt. Car-  
nis oculos diligenter custodit, ne uideant uanitates & insanas falsas: ut liberius p[ro]u[er]bi  
que intueatur in certa & occulta diuinæ sapientiae, atque scientiae uerbi. Odorem suum  
ab his auertit uisibilibus & labentibus cunctis: ut per lumen & formatæ fidei dele-  
ctationem usque ad dei inuisibilita se queat erigere. Os quoque & linguam carnis re-  
frænat à pernicioſis, murmurijs, & ociosis sermonibus: quatinus magis quiete ac  
prudenter sciat quid loqui deo, quando, aut qualiter debeat loqui proximo. Ne-  
mo quidem quomodo deo: quid proximo dicat, scire sufficienter meretur, nisi prius  
didicerit ori suo ponere silentium. Oportet ut assuescat lingua taciturnitati: deinde fer-  
mocinationi. Sic (inquit Iacobus) omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem

Hebr. 11

ad

ad loquendum. Os nanq; quod silere nouit, facile fari prudenter discet: quod uero in-  
continens est, multa proferet ( praeter uoluntatem ) & redargutio digna. Salubre  
Psal. 38 quidem consilium est non à noxijs tantum, uerum etiam ab utilibus interdum linguam  
cohiberi sermonibus. Obmutui utiq; à noxijs, & silui à bonis ( ait Citharœda sanctus )  
& dolor meus renouatus est: concaluit cor meum intra me. Pronus est semper ad ma-  
lum, ac ruinæ propinquus, qui linguosus est: qui autem eruditam possidet linguam,  
tanquam turris Dauid, quæ edificata est cum propugnaculis. Mille quippe clypei pen-  
dunt ex ea: omnis armatura fortium. In cunctis itaq; sponsa sufficenter instructa tem-  
pus nouit esse silentij & tempus eloquij: propterea quum opportunum esse arbitratur,  
hominum declinans consortium, & linguam inter claustra reprimens, atq; corde cla-  
mans sponsum ad se aduocare non cessat. Si enim abest, lacrymis, gemitibus, desideri-  
orum uocibus ipsum insequitur: ac humiliter ut reuertatur, exorat: si autem præsens  
est, nunc blandis illum affatur sermonibus: nunc amatoria profert: nunc ignitis pro-  
rumpit in laudibus. Talibus nanq; sagittis sponsi cor uulnerat: ita ut & ipse amore lan-  
Cast. 4 guens dicat. Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua: hortus con-  
clusus soror mea sponsa: hortus conclusus, fons signatus: emulsiones tuæ paradisus  
malorum punicorum cum pomorum fructibus. His nempe spiritualibus ac mutuis  
uerbi sponsæ allocutionibus, feruente caritate nihil dulcius degustatur. Ex sui qui-  
dem excellentia sicut in cor inexperti non ascendunt: ita nec ab expertis manifestari li-  
Eph. 4 cit: quoniam arcana sunt. Quisquis qualia sint noscere cupit: crescat, ut capiat: profici-  
at ut sponsa. Propalatio nanque pulchritudinis illius cunctis sit forma proficiendi.  
Non enim gratis accepit ut fieret sponsa, sed gratia secum cooperante hoc meruit.  
Quemadmodum ergo decet sponsam speciosam esse facie: ita & amore pudicā. Nullum  
præter dilectum diligit, nullum scire desiderat, ne polluto amore fœdetur. Totam se illi  
tradit, quem totum cōpletitur uisceribus caritatis. Ipsum præcipue, & omnia in ipso  
diligit. Sicut nihil reliquit de se, quod non daret sponso: sic nil habet extra se, quod sine  
ipso diligit. Ut alteri nihil sui impertiatur amoris, diligit iuxta humanæ modulum fragi G  
litatis ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus. Si quid in corde uersatur, aut de il-  
lo, uel propter illum est: si quid agere intēdit: ipsum sibi prius proponit: quatinus inten-  
tionem dirigat futurum opus: & intentio actionem perficiat. Sit nanq; omne quod sit,  
si non fiat in caritate & ex caritate: sitq; reflexibile caritati, sponso placere non pos-  
se: ideo sicut caste, ita sancte diligit. Quum enim esset paruula, de sponso carnaliter sa-  
piebat ut paruula: cogitabat ut paruula, diligebat ut paruula: quum autem sponsa effe-  
cta est, utiq; euacuauit, quæ erant paruulae: unde spiritualiter diligens cum Apostolo fi-  
duecialiter dicit. Etsi nouimus Christum secundum carnem: sed iam non nouimus. Ante  
2.Cor. 5 quam de uerbi altitudine haberet notitiam, carnem uerbi solam diligebat: at ubi de di-  
uinitate uerbi hausit dulcedinem, ubi uerbum propter nos carnem factum esse credi-  
dit, cognovit, gustauit: tota in amore ipsius caritate resoluta est: præcipue quum se nō  
ut amicam, non ut filiam, sed ut sponsam sentit diligi. Hinc nedum sancte, sed etiam ar-  
dentiter diligit: quatinus ad operandum sit ualida: sedula ad inquirendum, & ad possi-  
dendum tenax. Non debilitatur aduersis, sed roboratur: non tentationibus superatur,  
sed crescit. Quo uehementius ipsius flamma uentilatur amoris, eo amplius inardescit.  
Si caret sponsi præsentia, ne tepescat: & tanquam indigna repudietur: laborat exterius,  
intus uociferatur: suaq; ui, quod amisisse uidebatur, multiplicatum recipit: ideo Pro-  
pheta ait. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo cōsolations tuæ  
laetificauerunt animam meam. Si uero præsentia potitur, tunc ardenter diligit. Nam  
ferrum ferro acuitur: ignis igne nutritur, & amor amore augetur. Voto suo ( sed non  
ad uotum ) utitur. Quem quæsiuit, intuetur: quem diligit, tenet: non tamen qualem uel  
quantum concupiscit. Differtur, ut perficiatur: non quidem in hac peregrinatione, sed  
in patria. Quousq; in hac mortali spōsa includitur carne, satiari nequit: eoq; minus, quo  
amplius ac perfectius diligit. Quum igni superponuntur ligna, lignorum magis fit capax.  
Nec aliter de uera caritate in telligendum est. Quanto ignis est uehementior, tanto su-  
um latius diffundit splendorem, pariter & calorem. Sic quæ uerbi legitima est sponsa,  
profusius alijs suæ sanctitatis spargit calorem, & morum splendorem. Ex ipsius quidem

virtutum

A virtutum perfectione secernitur à cæteris, ac præ cæteris commendabilior iudicatur.  
Est nanque in moribus circumspecta: in uerbis grauis, in agendis prouida, in facie hi-  
ilaris, in exhortando humiliis, in corripiendo recta, in perferendis malis læta, in prospe-  
ris suspiciofa, in orationibus crebra, in uigilijs assidua, in diuinis laudibus iucunda,  
in compassione proliuis, in dilectione singularis, in animo serena, in consilijs matu-  
ra: in humanis placida, in diuinis suspensa, in corpore ueluti in carcere detinetur, in cæ-  
lo mente ac desiderio conuersatur. Talis est uerbi sponsa, & huiusmodi uirtutum splen-  
doribus rutilat amica sponsi ô filiæ Hierusalem. Non frustra sponsæ nomen sortita est,  
neque sine causa talem unigenitus dei adamauit animam. Est quidem facie speciosa,  
dilectione seruens, & morum probitate uenusta. Hæc de sponsæ elegancia sub com-  
pendio dicta sunt. Nunc qualiter prouehatur rudis anima: sequens percurret tracta-  
tus.

Quibus gradibus sponsa prouehatur ad fruitionem uerbi.

Cap. XII.



Oalent quisunque ab humanæ dignitatis sunt collapsi fastigio, toties mœ-  
tore sautiari: atque alta ab imo pectoris eructare suspitia, quoties reuolu-  
unt animo, quid fuerint, & quid sint. Augmentum quippe præsentis in-  
fortunij memoria est præteritæ felicitatis. Et eo grauiori contodiuntur do-  
loris uulnere, quo sublimior fuit transacta prosperitas. Veruntamen si sic  
temporalium ac fugitiuorum pompæ bonorum, quæ singulis horarum momentis de-  
currunt, mentem afficiunt: quanto magis amissio æternorum: Si homo de eo, quod (ue-  
lit nolit) perdit, sic cruciatur: quanto amplius de immortalitatis gloria, quam primus  
homo in innocentia statu positus, si uoluisset, tenere poterat: & amisi: omne homi-  
num genus intolerabili debet mœroré transfigi? Qui enim cælestis Hierusalem se ci-  
uem profitetur, incolatus præsentis exilij ærumnas ægre ferre debet, quoties delici-  
as recolit amisisse, quas habuit: unde in persona peregrinatium Psaltes egregius flebili

C Psal. 13. uoce ait. Super flumina Babylonis illie sedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Si-  
on. Quis nanque rationis compos non gemat sua, & totius Adæ posteritatis damnâ,  
quū recogitat quid perdidit, & quid patitur? Conditus etenim homo fuit, ut deū agno-  
sceret, diligenter, ei inhæreret, eo frueretur: Cæteris prælatus fuit creaturis, imagine  
dei ac similitudine insignitus, ut non mori posset, si uellet: ut paradisi delicias terreni  
haberet, tandemq; consummato ( iuxta dei ineffabilem prouidentiam ) uitæ suæ cur-  
su in superna cælorum patria cum angelis, archangelis, uirtutibus, dominationibus,  
reliquisq; beatorum spirituum agminibus diuina frueretur uisione, nunquam illa cari-  
turus: in omnibus suis partibus, corpore ( uidelicet ) & anima glorificandus. Pecca-  
tis uero suis exigentibus deserto æternæ bonitatis fonte ad hoc deuenit, ut huius mi-  
serimi factus sit ciuis exilij. Decurrentibus quippe annorum curriculis, & in hoc plo-  
rationis loco firmata statione iam pene ex hominum memoria deletum est illud anti-  
que nobilitatis diuinum genus, ita ut nemo reperiatur ( nisi qui inuisibilis gratia spleni-  
dore illustretur ) qui qualis fuerit, cuiusque conditoris in protoparente possit aut uelie

D agnosceret. At quibus adhuc naturalis inest ( gratia mediante ) uigor acuminis & inna-  
ta sensus probitatis: ij sunt quibus præsentis uitæ onerosus est cursus. Hos quidem  
in seipso Propheta expressit, dicens. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est:  
habitauit cum habitantibus Cedar, multum incola fuit anima mea. Tædebat eum tunc  
huius uitæ carceris pœnalitate gravius præsentium & dilatione eternorum. Pati se  
uidebat, quod nolebat: nec habere, quod desiderabat: angebatur hinc inde: gemebat  
sub fasce utique terrenæ habitationis, quotidie fame, siti, lassitudine, frigore, calore,  
nuditate, egestate cernebat hominum genus affligi: insuper doloribus cruciari, labori  
bus premi, infirmitatibus attenuari, diuersis calamitatibus fatigari, & ineuitabili mor-  
te consumi: ideoque compassionē ac desiderio anxius aiebat. Vsquequo dominus  
oblivisceris me in finem, vsquequo auertis faciem tuam à me? Memor esto oppro-  
brij seruorum tuorum. Sciebat quidem vir sanctus neminem sine diuino posse saluari  
adiutorio, atque ab instantibus eris flagellis: propterea tam obnoxie domini exora-  
bat clementiam. Potest utique quisque per seipsum delinquere, se interimere, cælesti  
gratiae

gratiæ repugnare: multaq; enormia perpetrare facinora (non autē absq; speciali dei auxilio) à uis prauis resipiscere: conditoris se reconciliare, deperditam in se reparare gratiam. Malum nanque potest per se: non autem sine dei adiutorio potest bonum: proinde mediatoris indiget gratia. Misit enim deus filium suum in similitudine carnis peccati: ut de peccato damnaret peccatum in carne sua: ipse quoque ueniens mediator, ut pro hominis satisfaceret erratis: quod non ualebat delinquens, ipse perfecit. Hinc est, quod tanquam ouis ad occisionem seduci pertulit: & quasi agnus coram tendente se non aperuit os suum: se despexit: non pepercit sibi, ut ignorauerit peccatori homini: omnise exposuit iniurie propter nimiam suam ad hominem caritatem: urebatur intus dilectione, & piæ liquefiebat desiderio compassionis, ex forma flagellati corporis, ex pallore angelici aspectus igniti incendium amoris aperuit: non peccauit, & peccantium super se flagella sustinuit. Acerbitatem causamq; ipsius mediatoris passionis paucis Propheta extinxus insinuavit, quum dixit. Vidi mus eum, & non erat aspectus: & desiderauimus eum despectum: nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitate: & quasi absconditus uultus eius & despectus: unde nec reputauimus eum. Vere lagores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit: & nos reputauimus eum quasi leprosum & percussum à deo atque humiliatum: ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis super eum, & liuore eius sanati sumus omnes: Nos quasi oues errauimus unnsquisq; in uiuam suam. Venit igitur pious pastor & Samaritanus benignus rationalem querere ouem: & languenti homini uulneribus adhibere remedia. Nisi ardenter diligenter, non tam sedulo quereret: unde sollicita percunctatio magni amoris est exhibitio. Quæsiuit utique nos propter nos: quaramus & nos ipsi: m propter ipsum: nec sine ipso. Nemo illum inuenire presumat, si non diligenter perseueranterq; quæsierit. Non enim repente inuenitur, quum etiam sollicite queritur. Quibusdam nanq; gradibus peruenitur ad ipsum. Nullus ad ultimū attinget, nisi gradatim ascendat. Quærat itaq; qui prudenter ad uerbi cupit amplexus deduci, qualiter consentiat legi. Impudicum quidem satis est tantæ maiestatis presentiam G polluto corde: immūdis labijs, gressibus obliquis, atque squallidis uestibus querere: atque familiari contubernio uelle eidē adhærere. Quæq; etenim anima prius, quam uerbi notitiam habeat, tota fœtet: tota deformis est nigredine peccatorum. Corde nanque inculta est: animo inordinata, affectu curua, intentione obliqua, sermone effrænata, moribus incomposita. Nil nisi carnem alliciat, sapit: nil nisi sensibus arrideat, delectat: nil nisi adulazione aures mulceat, grater suscipit. Solum uacat quomodo carnis perficiat desideria, impletat uoluntates. Prorsus ab omni spirituali gustu aliena est: suarū quoque concupiscentiarum mancipium facta nullum de spiritu libertate iudicium habet. Intus quidem forisq; inordinata tanquam quædam confusione est domus: ideoq; quum primum dei uerbum concupiscit agnoscere: legem uerbi querat, ut illi consentiat ad correctionem: unde uerbum audiat in euangelio loquēs sic. Esto cōsentiens aduersario tuo, dum es in uia. Aduersarius quippe delinquētum lex est, quæ dum prohibet, aduersatur. Potissime autem lex, quam uerbum in corde fixit mortalium: quæ omnino uerat concupiscentias. Hanc ignorat, quisquis lumine caret gratiae: ideo tanquam indomitum animal per abrupta trahitur uitiorū. Nulli uult rationis subiecti iudicio, nulla disciplinæ lege frenari. Iustus autem quamuis sciat se non esse legi subiectum: nō uult tamē absq; uerbilege uiuere. Hoc Apostolus indicans de se ait. Iis qui sine lege erāt, tanquam sine lege essem: quū non essem sine lege Christi. Lex quidē uerbi spiritualis est nō a trāmēto & stylō exarata, sed dei dīgito in corde depicta: sicut Propheta testatur. Os (inquit) iusti meditabit̄ sapientiā, & lingua eius lequetur iudicium: lex dei eius in corde ipsius, & nō supplanta buntur gressus eius. Lex etenim hęc illabente gratia in hominē imprimitur cordi, & aduersatur carni. Rixam aduersus uitia excitat, ut tota familia animæ ad uerbi se expōnat obsequium. Rationalis quippe sp̄ritus agnito (etsi tenuiter) præuenientis gratia lumine obtēperare eidē nititur tanquam superiori suo. Intelligit nullo modo carnis & spiritus simul posse intēdi operibus. Hinc zelo rectitudinis armatus interiori aduersatio conatur obedire. Irrupit quidē cordis hospitiū, ut omni aduersaretur carnis uoluptati. Venit, ut pararet uia uerbo, disposeret habitaculū mentis, excitaretq; animū ad querendū uerbum.

**A** uerbum. Præcipua itaq; regula animæ affectantis uerbi connubium est, ut proprijs uiri liter repugnet concupiscentijs malis: quas aut ex carnis colluione contrahit, aut exceptandi consuetudine nutriuit. Prægrauata etenim his nunquam ad uerbi se inquisitionem erget: consentiat legi sp̄ritus, quam Dei sapientia præmittit ante se: cōtra sibi aduersantes pugnam arripiat: quos si ignorauerit minime superare ualebit. Quærat igitur uerbum, ut illustretur ad agnitionē. Sicut sine lumine ipsum intueri non potest lumen: ita absq; uerbi lumine ad ipsum non peruenitur uerbum. Ardenter quidem anima concupiscentis in uerbi amore proficere: & per ipsum ad perfectionem transcedere: legem sp̄ritus, hostium qualitatē, uerbiq; personam nō ignoret. His si sufficienter fuerit erudita, facile ad summa euolabit: finaliter inuacuū elaborat. Lex sp̄ritus lumē est, uirtus est, habitus est: amor est in animam infusus per donum gratiæ gratum facientis. Hęc quidē semper bona suadet, præteritos ueteris hominis detestatur mores, æterna aperit, conscientiæ secreta detegit: seculi pompā, quam uilis, quam labilis, quam puerilis, quam dampnabilis sit, edocet. Omne temporale quam sit breve: quid sit æternū, cordi ingerit. Huic nemo cōsentiens perire potest. Quos prædestinavit deus ad gloriam, hos uocat ad gratiā: illis confert gratiā. Qui legis huius nouit effectū, nunquam insolect, nunquam presūmet, nunquam diuinū sibi usurpabit honorē. Siquid boni, siquid uirtutis, siue in se seu extra se operari detur, totum huic ascribet. Veluti prudēs pater familias proferet de thesauro sui cordis noua & uetera. Vetera utiq; cogitādo delicta intelliget, quod fuerit ex se: noua uero uirtutū acta nouæ attribuet gratiæ, nouæq; legi. Fuitis (inquit Apostolus) alii quando tenebræ: nunc aut lux in domino. De se aut sic ait. Gratia dei sum id, quod sum. **Eph. 5** Alio quoq; in loco clarius exprimens dicit. Lex autē sp̄ritus uitæ in Christo Iesu libera uit me à lege peccati & mortis. Quotquot enim legis huius uel gratiæ participes effecti sunt: debitores nō carni & sanguini: ut secundū carnē uiuāt, sed sp̄iritui. Qui secundū carnē uiixerint, morientur: qui uero sp̄iritu facta carnis mortificauerint, uiuent. Lex quidē hęc tanquam uerbi lumen seipsam sane intelligi ostendit: ne qui illius particeps est, de se presumat. Ostendit inimicorū qualitatē: ut sciat cui relistat. Inimicæ enim carnis doct̄ desiderijs esse resistendū: sp̄iritus aut fructibus assentiēdū. De utrisq; Apostolus loquēs ait sic. Opera carnis sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, auaritia, quæ est idolorū set uitus: inimicitiae, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, inuidia, homicidia, commissiones, & his similia: fructus uero sp̄iritus est caritas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas. **Gal. 5** Aduersus huiusmodi non est lex. Qui aut sunt Christi, carnē suā crucifixerūt cū uitjhs & concupiscentijs. Qui utiq; sunt Christi, legi sp̄iritus consentiunt ad correctionē: atq; cū concupiscentijs carnis luctū habētes ipsas cruci affigūt: ut expeditius uerbū querant in lumine uerbi per assumptū hominē. Humanitas quidē Christi lumē uerbi est (uidelicet) illuminatū à uerbo. Verbū uero lumen est illuminans omnem hominem uenientem in hunc mundum. Tunc uero & ipsa humanitas lumen uerbi effecta est, quū uenit temporis plenitudo: in quo dei sapientia, ut dragmam perditam inueniret, lucernam accendit. **D** Domumq; euerrit: unde uerbo unita humanitas & ipsa lumen est nō tantū illuminatū, sed etiam illuminans propter personalem unionem, perfectam, incōprehensibilē, & diuinā. Quū igitur capabile effectū sit uerbu: ut illuminetur uerbi cognitione oēs, qui ad fruitionē & amoris ipsius unionē cupiunt ascendere: ipsum uerbu in assumpto querant homine. Omnis qui sic querit, inuenit. Nā sic quæsisse ex parte inuenisse est. Quærat etenim ardens anima uerbu, ut de cognitione ad uirtutē transeat, de uirtute ad sapientiam, de sapientia ad decorē, de decorē ad fœcunditatē, de fœcunditate ad fruitionē, **Gal. 5** Nemo quidē facilis cōuenientiusq; de cognitiōe uerbi, quæ ex parte monstrata est, per uenit ad uirtutē: quam per exemplum uerbi. Est enim uirtus animi uigor omnia dirigēs ad rationem. Quid autem rationabilius, quam ut seruus dominū, creatura deum, anima uerbum, ratio sapientiā, infirmus uirtutē imitetur. Omniū quidē uirtutū in hominē hominibus formā exhibuit uerbu. Caritatis: sicut ipse ait. Animā meā pono pro ouibus meis. Humilitatis: de qua dicit. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde. Obedientiæ: quia parentibus subditus fuit. Patientiæ incōparabiliter: præcipue passionis tēpore: **Matth. 18** Iōan. 10 Sicq; cæteratū uirtutū. Præbet quidē formam, & uigore ingerit. Ut rūq; nāq; necessariū est:

Ioan. 12

est. Cuius etenim animi uigor nō incalescat & roboretur: quum uerbum pro se factum: **B** pro se humile, laborans, patiens, & moriens perspexerit: Quū exaltatus (inquit) fuero à terra: omnia traham ad meipsum. Itaq; ut uirtutū formam, uirtutis uigorem: uirtutem animi induat quis uniat uerbo, ne aduersis prosternatur, eleuetur prosperisulloque eventu uel pusillanimitate à mentis constantia & actu laudabili moueatur. Hoc autem tunc poterit pugnantis animus: si in sapientiæ lumen se reformare studuerit. Arduum quippe uirtutis est iter: & sublime perfectionis ipsius fastigium. Facile in eo languet animus: & resilit ab eo: nisi uirtutis irrigetur dulcedine: deuotione nutriatur, trahatur amore, & sapientiæ gustu reficiatur. Nam sapientia diuinus est gustus accommodatus animæ ad perficiendam fidem: roborandam spem: infundendum uigorem, appropinquandum deo, laudandum deum: & si expediatur, intrepide moriendum pro deo. Cum enim sapientia intrat ad cor, fugantur tenebre, abscedit tristitia, castificatur amor, sanctificat timor, exultat spiritus, uiget animus, cor accenditur, replētur uiscera, illuminatur ratio, erigitur mens, & totius interioris hominis reformatur aspectus. In sapientiæ nanc lumine, in uerbi splendorē animæ species reformatur & conformatur eidem, per uirtutē purgatur: atq; ut lumen sapientiæ uideat, mundatur. In sapientiæ lumine reformatur, lumini uerò sapientiæ reformata conformatur: ut ad ingenitum perueniat decorē. Habet quippe dei in se imaginem: per quam est honorabilis in se, angelis commendabilis, amabilis uerbo, & carissima sponso. Hæc nanc imago & imaginis pulchritudo non in corporis elegantia: nō in carnis progenie, non in decore uultus, aut in ualeudine, seu fortitudine membrorū, sed intus in anima cōsistit. Hanc secundū naturam pauper & diues, nobilis & ignobilis, infirmus & sanus possident. Hanc deformat culpa tanto deterius, quanto grauior est. Sapientia autē reformat in lumine suo eo uehementius, quo abundantius se cōmunicat. Tāto uerò perfectius se communicat, quanto amplius ipsam ad se suscipiendum disposita reperit animam. Disponit quidem illam peccatorum dolor: cordis gemitus, lacrymarum effusio, assidua lectio, diuinarum scripturarū iugis meditatio, pura confessio, linguae circuncisio: & humanitatis uerbi attenta cogitatio: ipsius autem decor re **G** lucet in conscientiæ claritate, in innocentia cordis, in intentionis rectitudine, & in uehementia caritatis. Tunc uerò conformatur uerbo, tunc specimen eius sponsi assimilatus decori, tunc sapientiæ grata sedes efficitur: cum ueritas in mente fulget, & mens in ueritate se uidet, cū amoris desiderio habitat in summis, & contemplationis penna eleuatur in cælestia: cum maturitatē animi custodiens secū cōmoratur, semper pudica, ubiq; circumspecta: nil utique agēs, quod cōscientiæ euacuet gloriā, oblique oculū, quo erubescat præsentia ueritatis, quo confundatur in se, & cogatur faciē cordis auertere tanquā cōfusam, & repercussam à splendore uerbi, à lumine sponsi. Quanto autē nitidior in se, quanto caritate profusior est ad uerbū quo intus clarescit amplius, eo decorem suū maturius per membra & sensus diffundit exterius, ita ut omnis illius eluceat actio, sermo, aspectus, incessus, & risus grauitate mistus. Huiuscmodi anima de core uenusta sicut zelat sponsum, ita ab eodem zelatur. Mutuus quidē amor & uehemens pari incedit gressu: equali nutritur intentione. Nam quemadmodum quæsita est à uerbo, ita querit uerbum, sicut lucrata est à uerbo: sic uerbo fructificare conatur, quoties se offert causa: quandocunque impellitur seu uocatur à uerbo, non minus ardenter quam prudenter postponit se, sua interponit, ut uacet proximo, ut proximi fœcundetur profectibus. Nullo quidem exercitio congruentius occupatur sponsa, quam cum animarum intendit lucris. Hoc etenim sacrificio nil maius, nil suauius uerbo redolet. Vnde Petro cū diceret, **H** amas me: ille q; responderet: domine tu nosti omnia, tu scis, quia amo te: ipse mox intulit: pasce oves meas. Nihil amanti ardenter carius potuit committere, quam illud: propter quod exinaniri uoluit & mori. Hoc exemplo, quantum illi fraternus amor placeat, & potissime cum circa animæ salutem occupatur, uoluit commēdere. Hoc uerbis: hoc in seipso operibus approbavit. Ideoq; sponsa uerbo contradicere non audens, eidemq; nedium, intus in imagine, uerum etiam exterius in actione se conformari satagens animarum profectibus intendere non recusat. Hortatur quos potest, docet quos potest, proximorumq; mentes nunc terrendo, nunc mulcendo ad agnitionē prouehit ueritatis. Cunctos pio souet affectu, nullū despicit, nulli se peteti denegat, aliena damna sua iudicat.

**A** cat, ut ueræ caritatis repleta zelo sciat gaudere cum gaudentibus, & flere cum flētibus, non suum, sed in omnibus uerbi concupiscit honorem. In hoc efficitur anxia, hoc agere nititur, ut sui nō amittat custodiam, dum proximorum utilitatibus inseruit, ne pro aliorum commodis mētis innocentiam perdat. Vno quidem oculo uigilat, qualiter frater næ proficiat caritati, altero autem quomodo sponso se immaculatam exhibeat. Novit tanquam in multis experta quamplurimos immoderato caritatis zelo accensos cordis amississe munditiam, & deuotionis nectare spoliatos esse, dum inconsulte uacantes proximis seiphas negligere non timerent. Laudabilis quippe proximorum inuigilare saluti, non tamē minus uacare sibi ipsi necessaria actio. Nō ualet prodesse alijs, qui sibi nequam est. Maxima indiget prudentia, cum animarū lucra querit, quisquis interiori uerbi saginatur dulcedine, ne surrepentibus concupiscentijs, aut curarum multipliciū gravatus pondere ab interna mentis exercitatione languescat. Per amplius illum uigilare oportet, cui nulla spiritus somēta tributa sunt. Si uix naufragium sustinet, qui ad finum

**B** portus prævio lumine reducit se, ut dispersa recolligat, resarciat scissa, collapsa restaret, quid de illo iudicandum est, qui ignorat portus tranquillitatem, caret lumine, & uagatur à se. Nemo (nisi ualde sanctus) absq; sui detrimēto proximorum curis occupatur. Nam etiā animarum lucris intendere sit deo amabile, non tamē cūctis prodest. Vnus quisq; proprium habet donum à deo. Quisq; prius debet suam, deinde aliorum, salutē querere. Quid (inquit Veritas) prodest homini, si mundum uniuersum lucretur, animæ uerò suæ detrimentum patiatur. Nullus animarum sibi uendicet principatum. Magnarum mentium hoc opus est. Vocandus est dignus, indignus autem repellendus. Sēper etiā dignus timeat ne præsumendo ruat. Si non timeat ruinam, timeat culpam, timeat amittere gratiam. Nam gratiæ amissio occasio fit culpæ, perpetratio uerò culpæ principium ruinæ est. Hinc est, quod sponsa in cantorum canticis dilecto pulsanti atq; blan dis mellifluisq; sermonibus eandem ad animarum subeundum ministerium inuitati de se suspecta ac de mentis coinqinatione pauida aiebat. Expoliaui me tunica mea, quo Cant. 5 modo induar illam, laui pedes meos, quomodo coinqinabo illos: Sēper enim humili casum ueretur, temerarius autem quoniam luce ueritatis caret, pene post ruinam ad sui peruenit notitiam. Diues sāpe meditatur, ne in latronum incidat incursus, qui uerò nil possidet, facile se exponit periculis. Sic ipsa, de qua loquimur, anima cum cognitione, uirtute, sapientia, & interiori fulgeat decore, ne his omnibus, si minus iusto cauta sit, priuetur, quando ad proximorum lucra procedit, sui ipsius diligens custos efficitur. Magni astimat, si pro dei honore pro fit proximo, non autem minoris, si se illibatam custodiat uerbo. Propterea laudabili discretionis moderamine sic secum agit, ut nec pro commodis proximorum contemplationem deserat, neq; pro amore contemplationis aliorum curam funditus derelinquit. In utroq; se constituit medio. Nam cum licet, uacat sibi, cum caritas urget, se exponit proximo, sic tamen, ut continue anhelet ad cubile spōsi secreti reditum, de quo fraternali caritatis accensa zelo egressa est. Semper cū foris manet, cordis postes prudenter obseruat, ne cum ad se tota reuertitur, iniquitatis maculam contrahat, per quam sponsi aspectibus ualeat displicere. Ideoq; ex fœcunditate spirituā lis prolis uerbi fruitione dignior efficitur. Quemadmodum autem realiter se exposuit, caute se custodivit, fiducialiter egit opus iniunctum, perfecit ardenter, soliciteq; ad se redit sic in uerbi amplexus iucūdissime ruit, dulci gultu repletur, profunditur gaudio, exultat affectu, lumine coruscat, & dilectione languescit, cūctorum, quæ foris sunt, obliuiscitur, horum, quæ pertulit malorum non meminit, desiderata uerbi fruens præsencia. Inde si liceat, nunquam cupit exire amoris referta dulcedine, ardet & gemit, clamat & tacet, tenet & deficit, amplectitur & suspirat, magnoq; amoris desiderio anxia quo plus pascitur, eo uehementiori caritatis uulnere sauciatur. Tanto autem magis sui obliuiscitur, quanto amplius uerbi inharet uestigij. Tunc propheticū illud dulci ualet promere modulatione. Defecit caro mea & cor meum deus cordis mei, et pars mea deus in **Psal. 72** æternum. Et illud. Defecit in salutari tuo anima mea, & in uerbum tuum supersperauit. Hæc quidem (ex parte tamen) sunt casti amoris exercitia, hæc uerbi animæq; preludia, Psal. 118 quæ nequaquam pro uoto aut suspicentis merito ascribenda sunt, sed beneplacito tribuentis. Ipse quippe est dominus, qui omnia, quæcunq; uoluit, fecit in cælo & in terra.

Laur. Justin.

Y

Quisq;

Quisq; quod suum est, agat, & iuxta suam possibilitem, ut dignius ad uerbum in se suscipiendum efficiatur, humiliter ac diligenter se præparet, reliquum uero totum uerbi committat prouidentia, quoniam paterno omnes amans affectu nihil subtrahit anime profuturum, quamvis mens haec humana non capiat. Qualis autem sit huiusmodi præparatio, quæ inferentur, declarabunt.

*Qualiter sponsa ad sui habitaculum cordis suscipiendum uerbum preparare se debeat, atq; spirituales excubias celebrare. Cap. XIII.*



Vicunq; mortalium occupationes subtili uoluerit inuestigare iudicio, laboriosas quidem & ignorantiae cecitate inuolutas esse rectissime acclamat. Quid laboriosius, quam sine laboris fine desudare? Quid tenebrosum, quam tenebras opacas lucem, & meridianam lucem nuncupare noctem?

Esa. 5 Væ(h) inquit Propheta qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras, & qui dicunt malum bonum, & bonum malum. Hi nempe sunt, qui incommutabili spreto bono, toto mentis affectu commutabili adhærere conantur. Laborant, desudat, quæ F runt, nec inueniunt, quotidie maria peragunt consilia mutat, & ueluti irrationalibia iumenta sensualitatis motu trahuntur. Priuati quidem rationis iudicio in huius peregrinationis uastitate errantes prius uita carnis deficiunt, quam assequuntur, quod cupiunt. Hos

psal. 106 propheta sanctus exprimere uoluit, cum in psalmo ait. Errauerunt in solitudine, in inaquoso, uiam ciuitatis habitaculi non inuenient esurientes & sitiientes anima eorum in ipsis defecit. Longe etenim à se scrutati sunt, quod in seipso querere debuerūt, ideo defecerunt scrutantes scrutinio. Bonum quippe deus condidit infra nos, et bonum posuit supra nos, nosq; in horum medio collocauit. Bonum namq; quod cōstituit infra nos, dedit ad solatium, ad usum, ad adiutorium, & ad remedium. Ad solatium nempe contulit peregrinationis, ad usum necessitatis, ad adiutorium uirtutis, & ad remedium infirmitatis. Bonum autem, quod præparauit supra nos, uoluit declarare, ut diligat, queratur, inueniatur, & eo fruamur. Ipsū debemus toto affectu diligere, tota intentione querere, intra nos inuenire, post peregrinationem frui. Nobis uero in medio constitutis liberum G præbuit arbitrium, ut quod uolumus, eligamus, dedit & rationis iudicium, ut quid prestantius sit, intelligere ualeamus. Decidente igitur ab ingenitæ nobilitatis arce homine ita hominum elanguit genus, ut sub peccato uenundatus pristinam libertatem amiserit, & rationis oculo plurimum caligauerit. Ideo nec, quod uult, agit, necq; quod rectum est, iudicat, atq; cum iniquitatum sit fasce oneratus, nec se ad id, quod supra se bonū est, possit erigere, ad illud, quod infra se est, curuus inflectitur. Ut autem hanc deus sanaret infirmitatem, misit uerbum suum in terras carne indutum passibili, quatenus & qui bonum, quod infra positum est, concupiscunt, inuenirent in homine uisibile, palpabile, humanumq; bonum. Et qui frui appetunt bono, quod supra omnia est, intuerentur in uerbo inuisibile, summum, & inenarrabile bonum. Vtruncq; Christus est, deus ( scilicet ) & homo. In ipso omnes, qui bonum querunt, reperire possunt, unde saginentur. Non expedit, ut cæli latitudo, terrarum spacia, & abyssi profundum rimetur, ut ad ipsius indaginem attingatur, quanquā in cælo & in terra, & in abyso sit, sicut Propheta ait. Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. De terra autem sic legitur. Spi H ritus domini repleuit orbem terrarum. Perfectius tamen in rationali hominis mente percipitur, in qua uelut in propria sede residet sapientia. Incommutabile itaq; bonum, uerbum sempiternum, sapientiam transcendentem omnia quisquis apprehendere satagit, quamvis incomparabiliter humanam atq; angelicam superemineat dignitatem, querat ( si potest ) in se. Talis tamen prius sit, ut uerbi inhabitatione sit dignus. Præparate ( inquit dominus per prophetam ) mihi templum, & habitabo in medio uestri. Templum utiq; non lapidum structura compositum, non auro tectum, non gemmis ornatum, sed uirtutibus, sed morum probitate, sed spirituali exercitatione fabrefactum, de quo Apostolus. Templum enim dei sanctum est, quod estis uos. Est quidem cor hominis uerbi receptaculum, ad quod gratanter se, ut inhabitet, declinat. Qualis autem inhabitator, tale sit & receptaculum. Prius locus præparandus est, postea aduocandum uerbum, deinde suscipiendum, postremo querendum. Cætera alia præcedit in susceptione uerbi

2. Cor. 6 cordis dispositio, qua deficiente stulta reliqua queruntur. Magnus ( inquit Propheta ) domi-

A dominus, & magna uirtus eius, & sapientia eius non est numerus. Sicut magnus est, ita & ipsius sit habitationis locus. Non autem locorum spacio, non altitudine, seu longitudine dilatatur cor, sed desiderijs. Si parum diligat, si desideriorum magnitudine non accedit, angustum est, & ad suscipiendum uerbum minus dignum. Quomodo dignum est uerbo, cum non toto affectu diligat? Debet quidem caritas dilatari, eocque uehementius, quo amplius deum nouit esse diligendum. Ipsa creaturarum numerositas, quantum deus sit diligendus, clamat. Clamat cælum uoce sua, clamant cælorum ornamenti, clamat terra, & cuncta, quæ in ea sunt, ut diligatur deus. Videmus imaginis picturam mira arte compositam nil habentem deformitatis in coloribus, in uultu, & in cæteris membris. Subito laudamus artificis magisterium, uerbis extollimus, ipsumq; opificem alios artis suæ præcedentem mentis affectu amplectimur, & tanquam ueneratione dignum prædicamus. Ex hoc hebetudinis humanæ tempor conuincitur. Nemo inuenitur, qui uerbi magisterium considerare dignetur. Nonne omnia,

B quæ facta sunt, opus sunt uerbi? Nonne ipsius sapientia excellentiam prædicant? Verbo domini ( ait Propheta ) cæli firmati sunt. Sed & in principio ( uidelicet ) in uerbo creauit deus cælum & terram. Quanta sunt, quæ per ipsum facta sunt? quam pulchra, quam bona, quam delectabilia, quam iucunda? Cui omnia haec ascribenda sunt: Opifici an operi? O cæla mortalium mens, o insania hominum detestanda. Bibis de riuelo, & uiuum prætermittis fontem. Lucernæ lumen magnificas, & Solis claritatem non at tendis? Micas mensæ comedis, & ipsum cœuium pingue non degustas? Si recte saperes, si sanum in te esset cordis palatum, utiq; per ea quæ facta sunt, illorum intelligeres autorem, intelligendoq; diligeres. Quoniam uero interno lumine priuaris, non intuendo sed palpando dijudicas. Diligis quidem sed obliquo amore, sed inordinato, sed impudico, ideoq; subuersum est cor tuum in te, & priuatus amor summo ac diuino te fraudauit amore. Redi igitur ad te, & disce, quem diligere debeas, in quo est beatudo æterna, & indefessa laudatio. Dilige illum, qui tanta tibi diligenda proposuit, mirare ipsius industriam, uenerare sapientiam, & corde dilatato uerbum, per quod uniuersa creauit, amplectere, per haec ascendere, diligendo accede, perspicueq; cognosces, quoniam inuisibilia dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoq; eius uirtus & sapientia. Ex decoro igitur, ex ordine creaturarum dei claret sapientia, ex usu autem & commodo bonitatis indeficientia. Quo etenim amore, quo ardore debet desiderio contemplantis cor, cum uniuersitatis dominusendum ad intelligentiam sapientia, sed etiam ad famulatus ministerium omnem sibi deputauerit creaturam? Sol lucet, tenebras fugat, cunctis generandi uirtutem præstat, cælorem infundit, laetificat naturam, & de se magnum perseuerantis obedientiæ tribuit documentum. Imber de caelo descendit, terram, ne solis adiustione sterilis maneat, maledicit, & inebriat, ut semeni det serenti, & panem præbeat ad manducandum. Tempora alternatis uicibus ut hominis eleuent fastidium, sibi iniunctum exhibent ministerium. Nulla uacat ab opere, nulla creatura ab hominis subterfugit obsequio, aut ministrando, aut obsequendo, aut exercendo. Clamat grandi uoce ad humanum cor omne

C uniuersum ut deum tam dilatato diligat affectu, quam multa intelligit per creaturarum ministerium sibi collata esse beneficia. Ne ingratum sit, diligat uehementer, repleteur laude, dilatetur in imensem, & tanquam inundans fluuius per adiacentia sibi fundatur corda. Suo bono solus non gaudet, quisquis in amore ueraciter conditoris accendit. Nescit inuidere, priuatum nil habet, quod accepit communicat, dantis non suam querit gloriam, profectumq; aliorum suum putat, non tantum propinquos, domesticos, & notos, sed latissimo caritatis sinu omnes complectitur, tenet dilectione, fouet oratione, hortatur uerbo. Hanc cordis dilatationem Apostolus se habere ostendit, cum ait. Os nostrum patet ad uos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Cuius dilatationis affectum alio in loco aperuit dicens. Nam cum essem liber ex omnibus, omnium me seruum feci, ut plures lucifacerem, factus sum Iudæus tanquam Iudæus, ut Iudaos lucifacerem. Et post pauca. Omnibus omnia factus sum, ut omnes saluos facerem. Meritoq; in suo dilatato corde uerbum susceperebat, & aiebat. Viuo ego, iam non ego, uiuit autem in me Christus. Ad ipsius imitationem Apostoli quæc anima, quæ uerbum in Laur. Iustin.

**Esa. 1** se suscipere concupiscit, amoris desiderijs quantum ualeat, se dilatare non negligat, in **G** speculo uniuersi dei uerbum, per quod cuncta sunt condita, mirari, laudare, & magnificare non desinat, diligat in opere opificis sapientiam, in operandi modo ueneretur potentiam, in operum ministerio amplectatur clementiam, in proximo autem uerbi imaginem intueatur, & diligat, ipsius salutem cupiat aliquando uerbis, aliquando obsequijs, semper uero desideriorum affectibus, & orationum suffragijs. Sit quidem effecta magna & desiderijs dilatata, magnum capax erit ad suscipiendum uerbum, dummodo non sit immunda & peccatorum fecibus deturbata. Incontaminatus sponsus impollutum uult fieri, ad quod reclinet, cordis habitaculum. unde per Prophetam sic admonens ait. Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quot enim noxiæ cogitationes, tot cordis sunt maculae. Has quippe nemo est qui ad plenum deuitet, atq; qui eisdem carere ualeat, cum scriptum sit. **Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum esse à peccato? Nullus tamen hanc, de qua loquitur, desperet posse obtinere munditiam.** Beati ( inquit dominus ) mundo corde, **R** quoniam ipsi deum uidebunt. Prophetam audiamus quam breuiter, quamq; sapienter notificauit, quomodo, quo ordine ad ipsam perueniamus. Quæ dicitis ( inquit ) in cordibus uestris & in cubilibus uestris compungimini. Est quidem cordis contritio optimum ad percipiendam munditiam medicamentum. Mox ut germinare inchoauerint fœdæ cogitationes, compunctionis gladio interimat ipsas, qui cordis sui uerbum cupit habere possessorem, uirilem super se adhibeat custodiam, quæ nec seducatur, nec alliciatur, ab intus mugitus emittat tanquam canum latratus, & à mentis penetralibus omnem abigat inimicum, euellat odia, destruat cogitationes noxiæ, disperdat cordis elationes, dissipet carnis concupiscentias, ut in mentis pomerio ædificare ualeat contemplationis receptacula, atq; plantare uirtutum pascua, & sanctarum cogitationum affectionumq; arbuscula. Nisi uero solerti uigilauerit cura, nunquam ad cordis attinger munditiam. Nam cor est receptaculum quoddam & radix omnium iniquitatum, quando absq; disciplinæ uigore relinquitur. Vniuersa etenim facinora prius quam compleantur opere, & ad publicum ueniant, consummantur in corde, intus radicantur, ac deinde actionis ramos foras germinant. De corde ( ait Verbum ) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonía, & blasphemiae. Hæc sunt, quæ coinqüinant hominem. Peruersum utiq; est cor hominis, facile corrumpitur, laboriose corrigitur, leuiter seducitur, stabilitur nunquam. Quid humano corde fugacius? quid mobilis? quid ad edomandum difficultius? Cum tenetur, labitur, cum restringitur, aufugit. In breuissimo quidem temporis momento terrarum multa perlustrat spacia, discurrat per prouincias, bella mouet, homicidia perpetrat, cumulat pecunias, palatia construit, erecta euerit, honoribus attollitur, superbia inflatur, sicq; tamquam rapidus flatus, & torrens diffluens continua sui mobilitate rotatur. Proinde omni frænandum est industria, timoris uinculis restringendum, habenis amoris regendum, tergendum lacrymis, atq; uera compunctione mundandum, necnon & confessionis sacramento in sua munditia custodiendum. Nil autem sic cordis amissam reparat gratiam, sicut iugis oris confessio. Si delictorum maculis fœdatur, si hebetudine gravatur, si desperatione tangitur, si agitatur tentatione, currat ad confessionem, & liberabitur. O beata confessio, quæ deum placat, reconciliat pœnitentem, celum aperit, mundat cor, onus aufert, mentem lætitificat, & remittit peccatum, unde Propheta sanctus. **Psal. 31** Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Sit itaq; frequens, sit humilis, sit deuota, sit integra, sit lacrymosa perseveransq;. Quanto grauius est delictum, & crebrior recidiuatio, tanto amplius affida sit confessio. Eo quidem corporis facies fit mundior, quo magis abluitur. Hoc de interiori facie sentiendum est. Sordes quippe corporis aqua, cordis autem contritio diluit & confessio. Suscepturnus igitur quisq; uerbum in cordis habitaculo illud amoris dilatet desiderijs, mundet à maculis delictorum, ornescit decole uirtutum, alioquin sponsum uerbum fugabit à se. Si enim mortalis suscepturus mortalem tanto cum studio interiora domus mundat à sordibus, atq; diuersis componit ornamentis, quanto magis uerbum suscepturna anima sic se extergere, sicq; disponere debet, ut nil in se indecorum, nil inordi-

**A** inordinatum remaneat, quod aduentantis aspectui ualeat displace. Est namq; spirituale & præcipuum cordis ornamentum prudentia, quæ sua interiore domum decorat uenustate. Luce etenim sua mentis illustrat oculum, ut uideat, quid, qualiter, quo ordine, quo' ue tempore agendum sit. Quid, ne agat noxia, & utilia negligat, qualiter, ne uitia uirtutes se simulent, ne relicto rationis gubernaculo præceps in passionibus feratur animus. Quo ordine, ne id prius, quod posterius, ne temporalia spiritualibus, ne humana præponantur diuinis. Quo tempore, ne importunitas noceat, ne affectio decipiatur, ne immoderatio fastidiat. Futura quoq; prouida consideratione prospectat, ne ullo sortito euentu sternatur animus. Praesentia autem intelligendo disponit, ut cum proximo absq; scandali offendiculo conuersetur, agenda recte ordinet spiritualia uota, immisiones, tentationes, inspirationesq; matura consideratione examinat. Præterita uero memoria recondit, ut experientia præteriorum præsentia uel futura dijudicet, atq; sub discretionis libra cuncta ponens, sciat bona melioribus postponere, & semper potiora elicere. Omne quidem rationalis animæ ornamentum prudentia est, per quam si bi inuicem præsunt homines, & angelorum uendicant dignitatem. Non autem per se ualeat, nec sola ad animi sufficit ornamentum. Nam sicut oportet, ut sit prudentia decoratus, ita ut sit temperantia insignitus. Virtus quippe hæc docet nihil appetere pœnitendum, in nullo legem moderationis excedere, & sub rationis iugo cupiditatem dormire. Hæc namq; cæteris uirtutibus, ne limites suos prætergrediantur, legem imponit, carnem subigit spiritui, uoluptates frangit, refrænat libidines, inordinatos temperat motus, petulantiam mitigat, sensualitatis appetitus mortificat, uentris ingluuiem lascivire non sinit. Mens etenim, quæ temperantia uirtute decoratur, omnem corporis motum regit, & informat, oculos à delectabilium, & concupisibilium & uoluptuosorum speciebus auertit, aures à detractionibus, uerbis impudicis, seculi uanitatibus, obscenis fabulis, & iocis puerilibus claudit, manus à contrectationibus uoluptuarijs, odoratum, gustum, & cætera corporis membra ita modifcat, & regit, ut quandam diuinæ laudis agant concentum. Non enim latere potest, ut per carnis organum non emitat radios maturitatis & continentiae. Et sicut deo intrinsecus gloriam, ita extrinsecus hominibus odorem reddit sanctitatis. Omnes autem tunc temperantia actiones mens operatur, cum uirtutem fortitudinis quasi oculi pupillam custodit. Non enim absque animi robore carnis tam ualidæ passiones suppeditaret. Fortitudinis quidem uirtus est supra periculi metum agere, nihil nisi turpia timere, tolerareq; fortiter aduersa. Est quidem ille animo fortis, qui se in dolore positus consolatur, qui seipsum uincit, iram continet, nullis illecebris emollitur & flectitur, non aduersis perturbatur, non secundis extollitur, & quamuis uento quadam uariarum rerum circumferatur mutatione, stabilitamen perseveret animi constantia, qui contra conditoris interiora exteriora flagella nouit non murmurare, non ipsius redarguere iudicia, sed aequo animo, forti proposito, uiriliter tolerare, atq; ut olim beatus Iob gratias agere, deum corde uoceq; laudare. Hanc autem animi fortitudinem se habuisse monstrauit Apostolus, cum ait. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, aporiamur, sed non destituimur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, dejectimur, sed non perimus. Propter quod in sublime fortitudinis sui turrem cordis ædificasse innotuit. Quid autem sublimius magnificientiusq; quam exercere mentem, afficere carnem, & in spiritus seruitutem redigere, ut obediat rationis imperio, consilijs obtemperet, & in exercendis laboribus impigre exequatur propositum, atq; animi uoluntatem? Est itaq; fortitudo excelsior cæteris, sed nunquam incomitata uirtus. Non enim seipsum committit sibi alioquin fortitudo sine iustitia iniquitatis materia est, & quo ualidior, eo ad nequius agendum promptior. Regula autem iustitiae hæc est tribuere cuiq; quod suum est. Quid uero iustus, quam deo in omnibus obedire? Mens quippe iusti nil prætermittit mandatorum dei, uoluntati se conformat diuinæ, non suum, sed dei honorem zelat, cruciatur, cum alios delinquere conspicit, seipsum tanquam dei templum impollutum custodit, illud Apostoli memorans, si quis templum dei uiolauerit, destruet illum deus, uirtutes copatur adipisci, nunquam à bono quiescit opere, ueritatem, quam tenet in corde, profectore, nullino cere, nullum uult lædere. Non enim decet uirum iustum declinare a uero,

& damno iniusto quenquam afficere, nec doli quicquam annexere, fraudesq; compone  
nere, sed sincero diligere affectu, potentis personam in iudicio non accipere, damage  
non timere, non adulacione, non prece, non naturae vinculo a iustitia reflectere, pro iu-  
stitia usq; ad mortem certare, innocentem de manu violenti liberare, maioribus obtrem-  
perare, omnibus prodesse, & benevolentiae beneficia impendere uniuersis. Ipsa deniq;  
iustitia propter sui excellentiam complectitur in se uirtutes ordinantes ad proximum,  
ut est aequitas & liberalitas, ordinantes ad seipsum, sicut est poenitentia & innocentia,  
ordinantes ad deum, prout est pietas & obedientia. Istae etenim memoratae uirtutes in  
uno sunt connexae vinculo, adeo ut nemo possit esse prudens, nisi temperatus, fortis, &  
iustus sit. Vicissim sibi unaquaq; proprium commodat ministerium. Vita quoq; inter-  
ioris exteriorisq; hominis super has quasi super cardinem uertitur. Optime itaq; orna-  
tus est animus, cum prudentiam, quae in ueri investigatione uersatur, & scientiae plenio-  
ris infundit cupiditatem. Temperantiam, quae modum ordinemq; seruat omnium, quae  
uel agenda uel dicenda arbitramur. Fortitudinem, quae in rebus arduis magnanimita-  
tem & uirtutem praebet animo, & corpori uires. Iustitiam, quae suum cuiq; tribuit, alienum  
non uendicat, utilitatem propriam negligit, ut communem custodiat aequitatem,  
intra se possidet. Hæc quippe sunt interioris habitaculi cordis ornamenta, quae præpa-  
rare debet, quisquis uerbum in se suscipere concupiscit. Cum autem desiderijs caritatis  
dilatum est cor, delictorum sordibus mundatum, ornatumq; uirtutibus, nil superest,  
nisi ut obseruetur sponsus, & fiant excubiae, ne ueniendo pertranseat. Indignum nepe &  
regiae maiestati uerbi incongruum est: ut pulset, nec sit, qui ei aperiat. Quo enim pacto  
ualet dormitare, qui diligit, cum sciat sponsum omnino uenturum? Timeat dormiens,  
ne ob neglectam gratiam discedat uerbum denuo non reuersum, quanquam ineptum  
se exhibeat uerbo sua tepiditate, qui dormit. Consuevit nonnunquam diuina bonitas mi-  
nus se diligenter obseruantem deserere, diu fatigare querentem, tandemq; se inueniri  
Cant. 3 quæsitus. Hoc spōsa in canticis exprimere uoluit, cum ait. In lectulo meo per noctem  
quæsiui, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & non inueni, surgam, & circuibo ciui-  
tatem, per uicos & plateas quæram, quem diligit anima mea, quæsiui illum, & nō inueni,  
paululum cum pertransissem, inueni, quem diligit anima mea. Verus tamen & perfe-  
ctus amor semper studet præuenire dilectum, non parcit sibi, non corpori requie, non  
somnum oculis, non præstat palpebris dormitionem, si quando contingat se absenta-  
re uerbum. In sui latitudine corporis corporales quæritat latebras, fugit publicum, ho-  
minum consortia deuitat, notorum facies declinat, ut licetius suspirijs, gemitib. inenar-  
rabilibus, singultibus, quibusdamq; amoris nutribus suum, quem diligit, ualeat aduoca-  
re dilectum. Ab huiusmodi nunquam uacat amoris actibus donec uerbum adesse intel-  
ligat, sentiat, gustet, & amplexetur. Quo nanq; uehementior est amor, eo de dilecti uer-  
bi præsentia dilationem patiens est impatiens, inquisitionibus sollicitior, affectib. ar-  
dentior, castior præsentia, humilior donis, precibus crebrior, munditia nitidior, uirtuti-  
bus ornatior, lumine clarior, profusior caritate, sanctitate excelsior, commendatione di-  
gnior, ditior meritis, & in sponsi obseruatio sagacior. Scit etenim ubere ipsius esse præ-  
sentiam, nimium delectabilem, & æternæ uitæ presagium, salutisq; indicium. Hoc in sa-  
cientiae libro ipsa, de qua loquimur æterna sapientia testatur, cum ad sui expectationem  
aduentus omnes exhortans suauis affatu ait sic. Nunc ergo filij audite me, beati qui cu-  
stodiunt uias meas, audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiçere eam di-  
centem beatus uir, qui audit me, qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad po-  
stes ostij mei, qui me inuenierit, inueniet uitam, & hauiet salutem a domino. Congruit  
itaq; amanti dulciter, ut tantæ autoritatis pulsanti sposo confessim aperiat, & in secre-  
tius cordis cubiculum lætanter humiliterq; suscipiat toto uenerationis affectu. Quod  
ut expeditius agat, secum commoretur, & super sui, necesse est, ut uigilet custodia, po-  
tissime quum eiusdem aduentus non obstreper auribus, appareat carnis aspectibus,  
sed spiritualis sit sensibilisq; rationalis spiritus. De hoc propheta ait. Spiritus ante fa-  
ciem nostram Christus dominus. Illabitur quidem ad cor non paulatim & per incre-  
menta, sed repente, sicut de sancti spiritus aduentu significatur, cum dicitur. Factus  
est repente de cælo sonus tanquam aduentis spiritus uehementis, & repleuit totam  
domum,

A domum, ubi erant Apostoli sedentes. Sentitur quidem, sed nescitur unde ueniat, aut  
quo uadat, gustatur, minime autem uidetur, ex affectibus uero ipius absentia præsen-  
tiac manifestatur.

De cognitione sponsi, & alternatione ipsius accessus & discessus.

Cap. XIIII.



Vm ad diuinæ sapientiae inuestiganda inscrutabilia humanus attollitur intellectus, ut succumbat, necesse est. Si enim de naturalibus cogitans parvum proficit, & ad latentes rerum causas perquirendo non uenit, quid de diuinis censendum sit, iudicet, qui recte sapit. Humana quippe scientia si diligenter examinetur, quid nesciat, non scientia, sed uerissime potiusq; igno-  
rantia uocabitur. Innumera namq; sunt, quæ prorsus ignorat. Quid de ihs, quorū an sint,  
nescit, cum de ipsis, quæ quotidie uidet & palpat, nullam conuincitur habere notitiam  
& rationis scientiam: Si sciscitetur, ut rationem reddat, cur oliuarū lauriq; folia potius,  
quam uitis ac fici in hyeme uirescat, penitus ignorabit, si queratur, cur formica sine al-

B rum remigio creata, cur talia & talia facta sint, omnino suam conuincetur cōfitefi igno-  
rantiam. O elata præsumptio, o tumens humana existimatio, indocta scientia, & nescia-  
doctrina quid inflaris? cur terminos excedis tuos? cur erecta ceruice,  
extento collo, ductis supercilij graderis? & quasi de singulari inflaris scientia: uisq; à  
cunctis uocari Rabbi: quare cæteros despicias: quare simplices inhonoras de sola te fa-  
ctitans humana scientia: Reddere de minimis rationem nescis, & de magnis intume-  
scis: Stultam fecit deus sapientiam tuam tibi obijciendo multa inscrutabilia & exigua,  
quarum nullam habes scientiam, quatenus ex ihs discas non inflari, sed humiliter agno-  
scere, quia quam habere te iactas scientiam, non est tua, neq; abs te. Non enim unus o-  
mnia, sed multi multa scire potuerunt, non uno tempore, sed per multorum curricula  
annorum. Hinc est, quod tot in diuersis facultatibus diuersisq; temporibus tanta com-  
posuerunt librorum uolumina. Discis utiq; tu, quod alij didicerunt & scripserunt, ideo  
dixi, quod non tua est scientia, sed neq; abs te. Vis autem scire, à quo acceperis, si quid for-

C te scis, quod ignorent cæteri: Audi quid sapiens in sui exordio libri dicat, & intelliges,  
unde tuam habeas scientiam. Omnis (inquit) sapientia à domino deo est, & cum illo fuit Ecd. 1  
semper, & est ante æcum. Scito igitur, quia nihil habes, quod nō acceperis ab eo, cuius 1. Cor.  
omnis est scientia & sapientia. Et disce illi, de quo acceperis, gratias agere, ut recte scias.  
Nam si gratias non agendo intumesces, etiam sciendo multa desipis. Scientia quidem si-  
ne gratiarum debita actione inflat & perdit. Præstantiusq; est humiliter nescire, & sci-  
do præsumere. Non scientia, sed ad salutem humilitas est necessaria. Multi simplices &  
humiles cælos penetrant, nullus uero arrogans, quamvis omniū liberaliū polleat scien-  
tia, ad cælestis admittetur conuiciū, tantoq; grauioribus cruciabitur poenis, quanto ne-  
quiū donum dei tractauerit. Nam inter dona spiritus sancti scientia cōputat. Res qui-  
dem sancta est scientia, si diligendo operatur, quod nouit, per se enim non sufficit. Non  
solam scientiam à domino poposcit Propheta, sed bonitatē (inquit) & disciplinā, & sci-  
entiam doce me. Tunc nempe utilis est scientia, cum perducit ad sapientiam, cum diuini-  
tatis radios ostendit, cum uerbi præbet notitiam, cum recte uiuedi mores instruit, cum

D ad cælestia contéplanda animū attollit, cū ad deum diligendum erudit, cū ad illū que-  
rum & possidendum omnia cordis interiora inflammatur. Hæ quippe sunt cause, propter  
quas quisq; scire debet, sine quibus nemo recte sapit. Ille autem sapit recte, qui se nesci-  
re sciens, gradus scrutatur, per quos ad uerbi ascendat sapientiam, & in lumine maneat  
sapientia. Beatus (sicut scriptum est) uir, qui in sapientia morabitur, & in sensu cogita-  
bit circumspectionem dei, qui cuncta, quæ agit, in lumine operatur, & à lumine dirigi-  
tur uerbi. Felix quidem anima illa dicenda est, quæ ex sui sanctitate frequenter uisita-  
tur à uerbo tanquam carissima, felicior autem illa, quam inhabitat uerbum, quæ non  
lingua tantum, sed sermone ueridice dicere audet. Et qui creauit me, requieuit in ta-  
bernaculo meo. Quam magna dei dignatio, quam uerbi ueneranda descensio, quan-  
do peregrinantem & in tetricimo corporis carcere constitutam animam uisere di-  
gnatur. Longe uero laudabilior amabiliorq; quando (ut sic dicam) in ipso carcere cum  
sibi prædicta cohabitare non exhorret. Non propter corporis utilitatem, carnis  
immunditiam, loci indecentiam, naturæq; corruptibilitatem compescitur, neque pro-

y 4 pte

pter animæ infirmitatem, ingratitudinis malum, ignorantia tenebras, & delictorum maculas retrahitur uerbum, quin uadat & ueniat, ueniat nec recedat nimio amoris telo percussum. Lancea materiali in carne, spiculo uero flagrantissimæ caritatis fuit transfixum in corde. Semel & ab uno in corpore, multiplicit & ab innumeris sautatur in corde. Ipsius illa uox est, quæ in Canticorum Canticis ait. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum. Mirum igitur non est, si ipsam, pro cuius dilectione uulneratum se clamat, tanta cum anxietate requirit. Amor sane ignitus, quale sit habitaculum, non considerat, dummodo fruatur conuersatione dilecti. Caret pudore, dignitatem non attendit, paupertatem non aestimat, legem non habet, non modum, non ordinem, non respicit personam, non tempus, non locum, cum præcepit rapitur in amplexus concupiti. O amor uehemens, ô uerbi caritas, ô sponsi dilectio, ô sapientia conuictum quæ uis est tua: quæ tua potestas, cum ad illam, quam tuu amorem replesti, raptim illaberis, animam? Taceat hic lingua, exultet cor, mensq; iubilo perfundatur. Soila nouit experientia quid præsens innuat sermo. Ex magisterio quidem uerbi ars discitur amoris. Ii norunt optime, quid sit amor, ad quos dei sapientia declinare consuevit, aliosq; instruere ualent amoris uicissitudine. Omnes diligentes se diligit, neminem se dignum pertransit, quin sua illustret præsentia. Non tamen uniformiter, nō semper eodem modo, non pari affectu. Ex affectibus quippe uarijs animus amoris gnarus, quando uenit uerbum ad cor & transit, & quando ut mansionem faciat accedit, prudenter intelligit. O quoties mens diuersis exagitata tentationum procellis nimia cæcitate calligans ignorat, quid agat? Nunc tædio affecta, tristitia oppressa, insensibilitate fatigata supra modum & supra uirtutem grauari se sentiat. Nunc innumeris cogitationibus omniumq; tentationum generibus dilaniata, tanquam ciuitas sine custode & absque murorum circuitu ab holtibus deprædata, spiritualium nequitiarum patiatur insulsus, ita ut pene in desperationis baratrum impulsa, aut seipsum relicto temperantia fræno, & diuini timoris iugo præcipitet in uoluptatum uoraginem, aut superabundantiæ perfusa mœstia, & cordis dolore saucia ab eo, quod cœpit, sancto proposito reflire meditetur. Destitutam quidem nunc omni humano auxilio atque proprijs labefactatam mentem uiribus omnino absorberet inimicus insidians, nisi diuina miseratione subueniret. Vnde repente uerbi splendor irradians penetralia cordis, glaciem resoluens insensibilitatis, cuncta immundorum spirituum cateruam, qui irrumpere, iamque mentis arcem possidere cœperant, sua fugat præsentia. Nemo dubitet tunc adesse uerbum. Solius dei est in momento temporis sic immutare animum, reparare uires, aereasq; compescere potestates. Quod ut uerissime comprobetur, prius humana ac propria permittuntur deperire suffragia, quæ diuinum impendatur adiutorium. Hoc totum indicauit Propheta dicens. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransiunt omnes bestiæ syluæ, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & querant a deo escam sibi, ortus est sol & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur, exhibit homo ad opus suum. Consueuit quoq; nonnunquam (deo iuste amabiliterq; permittente) mens quodam temporis spiritualis frigore, & quadam diuini gustus priuatione perfundi, adeo ut nil reperiatur, per quod ualeat erigi. Quum lectioni uacare uult, somno grauatur, & omni caret scripturæ sensu, cum silentio se astringit, tumultuationem inutilium innumerabiliumq; patitur cogitationum, cum ineuitabilis corporis resolutionis & horæ exitus, seu fragoris extremi iudicij, atq; æterni cruciatus incendijs recordari conatur, ut se compungat, non potest, quum orationis studio & meditationi ardenter intendere nititur, coramq; domino prostrata crebris pectoris tensionibus & amaris genitibus celeste implorat suffragium, prorsus omni arescit dulcedine caritatis, quumq; desudando in prece perseverans pulsat ut aperiatur, subito iucunditate repleta ac lumine corusca ubertim emanare inchoat profluuium lacrymarum, & quæ prius tanquam lapis corde induruerat, nunc superno liquefacta, respectu præ dulcedine & exultatione præsentia uerbi se à lacrymis continere non ualeat. Cui talis recessus & accessus ascribendus est, nisi uerbo? Nam de ipso sic in Psalmo evidentissime legitur. Ante faciem frigoris eius qui sustinebit, emittet uerbum suum, & liquefaciet eam, flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Sunt quidem lacrymæ quæ ex mentis deuo-

A deuotione sparguntur, amoris indices & aduentus concupiti ueri testes. Quotidie uidemus homines ex adeptione cuiuscunq; desideratæ rei subito obortis exultare lacrimis. Quid mirum si hoc idem uerbi operetur amor & amabilis æterni sponsi præsencia? O quæ sæpe mens dum uerbis diuinis, dum prædicationi suspensa intendit, ut inde quid salutare hauriat, quo ædificari ualeat ad uirtutes & morum probitates, seu ut accendatur amplius in amore conditoris, repente sermonis iaculo uulneratur? Uerbum enim dei ignitum ex caritate prolatum uehenienter prouocat ad amorem, & penetrat cor, unde Propheta ait. Etenim sagittæ tuæ transeunt. Iterumq;. Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent. Eloquia quidem dei non immerito accendunt, quia uerba sunt uerbi. Quod autem recte uereq; pronunciatur, uerbi est. Nam uerbum ueritas est, sicut de se ait. Ego sum uia, ueritas & uita. Ideoq; quicunque ueritatem annunciat, non ipse, neq; de suo. Apostolus hoc testatur, quum dicit. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Quomodo uerò de suo, quam scriptum sit, omnis homo men-  
B dax? Veritas utiq; de fonte trahitur ueritatis, unde efficaciter mēs amore repletur, quū non hominem loquentem, sed uerbum in homine & per hominem loquens attendit, sicq; loquens ut per auditum sermonis intret ad cor. Nam fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi, ideo uerbum est quod auditur, ipsumq; est quod ingreditur, & accendit, & amore caritatis audientem inebriat. Non solum quum prædicatur, per corporis aures intrans transfigit animum, uerum etiam quum meditando aut legendo ipsum uerbum auditur. Sacra nanc; pagina spiritualis est locus, in quo deum loquenter mens audit. Per prophetas quidem sanctosq; doctores deus ad homines locutus est. Misit per ipsos uerbum ad posteros, ut de ueritatis notitia, de diuinæ uoluntatis agnatione nemo per ignorantiam se ualeat excusare. Sub literæ igitur uelamine latent perspicua diuinitatis scientia, intelligentia uerbi, futuræ felicitatis iucundissima & deliderabilis excellentia, promissiones dei, sacramenta fidei, uirtutum perfectiones, innumerabilesq; ueritates, in quibus rationalis mens tanquam proprio cibo alitur & nutritur.  
C Interdum etiam accenditur affectus ex lumine agnitæ ueritatis, sicut per Prophetam dicitur. In meditatione mea ex ardore ignis. Nullus uerò hāc uerbi esse operationem dubitet. Lux enim est, & amor uerbum, lux ut rationem informet, amor ut affectum ex citet, lux ut notitiam præbeat ueritatis, amor ut caritatis infundat gustum. Itaq; & quū ex sacri auditione eloquij & sacrarum intelligentia scripturarum humana mens tangitur, & caritate repletur, evidentissime patet, quia tunc accessit uerbum, suamq; ex hoc uoluit significare præsentiam. Semel corporaliter agere uoluit, quod spiritualiter iugiter operatur. Nonne legimus quod post ipsius resurrectionem cum duobus euntibus discipulis ipse dominus tertius esset comes, eisq; pergentibus Mosis ac prophetarum interpretaretur scripturas, magnam ex ipsius alloquo notitiam illos recepisse ueritatis, uehementiæ exarsisse incendio caritatis? Vnde quum post paululum euauisset uerbum ab ipsorum oculis, dicebant ad inuicem. Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis dum loqueretur in uia, & aperiret nobis scripturas? Vtruncq; per seipsum agi indicauit, & quum auditur per hominem, & quum loquitur per scripturas. Vt roq; etenim modo D intrat ad cor. Quandoq; etiam ex oborta admiratione propter uisam creaturarum pulchritudinem, auditum, sonū, & huīusmodi, quādoq; ex repentina cordis latititia, mentis exultatione, conscientiae pace, spiritus alacritate, uerbi intelligitur præsentia. In omnibus præmissis ex ipsorum effectibus sic uenit uerbum ad cor, ut transeat. Nam etiā perseverat gratia, tamen subtrahitur gustus, quibusdam tardius, quibusdam uerò citius, prout uerbi sapientia latenter prudenterq; disponit, prout quisq; magis est dignus & in doni conseruatione dispositus. Talia autem occulta iudicia ipsius accessus & recessus humanus non capit sensus. Inscrutabilia & ueneranda sunt. Sunt & alijs sublimiores excellentioresq; spirituales effectus, quos uerbum dum uenit ut maneatur, in anima operatur. Certum quippe est ipsum uerbum interdū ita ad cor uenire, ut etiā recedat. Sic nāq; ait. Vado, & uenio ad uos. Qñq; ita uenit, ut tñ nō discedat. De hoc quoq; dicit. Si quis diligit me, sermonem meū seruabit, & pater meus diligit eū, & ad eū ueniemus, & māsiōnē apud eū faciemus. O q; beata mēs, ô q; cōmendabilis anima, ad q; uenit uerbum ut nō recedat, sed ut in ipsa faciat māsiōnē. Multa prorsus digna est laude, que pppter sui inno-  
centiam  
Psal. 76  
Psal. 44  
Iean. 14  
1. Cor. 13  
Psal. 115  
Psal. 103  
Lxx. 24  
Man. 14

1.Ioan. 4

centiam in conspectu inuictissimi æterni regis astare non ueretur, & ad quam ueluti in proprium thalamum celestis festiuæ declinat sponsus. Nisi diligeret, non mereretur hoc. Non tamen diligeret, nisi prius diligeretur. Non quia diligit diligitur, sed quia diligitur, diligit. Dilectio namque qua deus ante mundi constitutionem dilexit nos, efficit causam nostræ dilectionis. Diligit deus nos, ut ipsum postea diligamus. Hoc & A. postolus Ioannes testatur dicens. In hoc est caritas, non quasi nos dilexerimus deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos. Praecessit caritas dei, subsecuta est nostra. Numquam diligeremus, si non diligeremur. Diligendo igitur nos dilectores suos nos facit, talesque ut ex sua ineffabili bonitate digni simus ut ueniat ad nos, & in nobis habitet. Venire namque & abire illius multis concessum est, uenire autem & mansionem facere paucis. Lac quidem infirmorum & parvorum nutrimentum est, perfectorum uero qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali, ueritas cibus est. Ad istos uerbum accedit, nec recedit, sed si interdum ad horam dispensatiue, non tam diu. Nam uehemens amor cito reuocat, quod leuis fugauit culpa. Non ualeat per R multa abesse spacia, ubi stabilem in corde uerbum posuit mansionem. Reciprocus etenim amor hoc non patitur, nec discordia neque absentia perseuerare queunt, ubi ueritati scintilla superfuit amoris, qui autem ardenter diligit, citius reconciliatur. Hinc est quod a corde perfecti diu abesse non ualeat sponsus. Ex subsequentibus manifeste ipsius declaratur stabilis præsentia. Quum uides animam post longam diuersarum tentationum exercitationem, post diutinam malignorum spirituum experientiam spirituum discretione pollere, & in omni spirituali conflictu obtinere triumphum, intellige eandem æterni uerbi possidere præsentiam. Non enim nisi per inhabitantis spousi gratiam tam gloriose, tam prudenter, tam robuste, tamque perseueranter posset aduersus acerimos, eruditos, atque crudeles luctatores præualere. Talis namque uictoria inhabitanti, inuisibili, æterno uerbo ascribenda est non instrumento uisibili, mortali, hominique. Sunt etenim qui tentantur, & in ipsa temptatione succumbunt, & deficiunt sine domini suffragio, sunt & alii qui tentantur & desudant, uulnerant & uulnerant, nunc sternuntur, G nunc superant, quandoque fugiunt, quandoque aduersarios insequuntur, tandemque post prolixum conflictum prævalent, & de campo uictores abscedunt. Hos adiuuat dominus. Inueniuntur quoque nonnulli, quibus tanta inest gratia copia, tantus caritatis feruor, tam uigilans spiritualis oculus, & exercitata uirtus ad pugnam, ut quum primum inimici sit facta suggestio, repente obuiant, persequuntur, uincunt, exterminant, atque de cordis habitaculo omnem amouent immunditiam. Istos Propheta sanctus expressit, qui ait. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Nulli dubium est, quin ubi suppeditata tenetur testatio, & mens ex spirituali uigore in arce præsidet fortitudinis, ibi dominus sit, & suam posuerit mansionem. Si quenpiam Christo militantium agnosces, post laudabilem conuersationem, post multimodam temptationum uirtutumque probationem, ueterem cum actibus suis crucifixisse hominem, & per interiore exercitationem pacem possidere mentis, atque cunctos sensualitatis motus dominio subiungere rationis, scito ibi habitare uerbum. Huiusmodi per tranquillitatem & animi imperturbabilem pacem, quam ducet H gratia adeptus est, dei filius nuncupandus est, dicente domino. Beati pacifici, quoniam filii dei uocabuntur. In seipso namque tanquam in excelsa residens rationali sede omnem cor dis familiæ prouida gubernatione castigat. Huic dicit uade, & uadit, alii ueni, & uenit, atque seruo corpori fac hoc, & facit. Nullum plus debito iuxta sui possibilite insolevere patitur cordis motum, sed mox ut apparet refecat, & occidit. Tenet gladium spiritus euaginatum, ut dei zelo accinctus mundet cor ab omni inquinamento peccati. Hoc si guraliter sponsæ uoce in Canticorum Canticis in sponsi laudibus exprimitur, ubi dicitur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenetes gladios, & ad bella doctissimi, uniuscuiusque ensis super foemur suum propter timores nocturnos. Quemadmodum autem mentis incoercissa pax & animi surgens munditia præsentia uerbi argumentum notissimum est, ita & cordis intima dulcedo perseuerans non a natura seu ex levitate proueniens, sed ex fiducia obtinendæ æterne felicitatis. Vbi uitutes excentur, ibi spei gaudia abundant. Nam spes est certa expectatio futurae beatitudini

A tudinis procedens ex dei gratia, & ex procedentibus meritis. Illa uero certa spes est, quæ bonis operibus comittatur, quæ autem sola existit, præsumptio nominanda est. Quomodo autem diffidentia confundit potest, in cuius corde caritas dei diffusa est per ipsius ritum sanctum? Quomodo trepidare ualeat de vita, in quo habitat uerbum uita. Talis namque pignus spiritus accipiens robustus ad labores efficitur, ad mortem intrepidus, & securus de gloria. Illi minime dubitare fas est, qui accepta uenia affluentem in se sentit gratiam. Quotidiana siquidem diuine bonitatis experientia nutrit fiduciam, infirmitatem erigit, contemnit præsentia, futura prospectat, latitiam parit, iucunditatem adducit, metum repellit, spirituale lumen infundit, & dei cognitionem subrogat. Ipsa quippe diuinitatis uera scientia est, quæ non solum uerbis exprimitur, intellectus acuminne penetratur, confitetur fide, uerum etiam comprobatur operibus, ueneratione colitur, & amplectitur caritate. Dilectio namque cordis uirtutibus associata scientiae atque præsentiae uerbi perhibent testimonium. Hoc sapientia in Euangelio loquitur: Si quis ioan. 14. diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ille etenim sapientiae ueritatisque professor est, qui legem dei custodit, qui autem operari neglit, utraq; caret, quamvis diuinitatis scientiam habere se iactet, unde Ioannes ait. Qui dicit se nosse deum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in illo ueritas non est. Vbi igitur uera est dei notitia, ibi operandi sollicitudo, cordis latititia, & præsentia maiestatis. Vbi uehemens est amor, & amoris uulnus gestatur in præcordijs, ibi proculdubio perseueranter habitat uerbum. Nil hoc certius signo. Qui capit, sapit. Istud nempe munus est sponsæ, & animæ singulariter prædilecta. Non confunditur, non relinquitur, non tepeſcit, non obtenebratur, quicunque meruit hoc. Propria efficitur certus salutem, lumine gaudet ueritatis, præsentia exultat sponsi, gustu pingueſcit caritatis, experientia nutritur amoris, non semper actualiter, sed habitualiter. Nemo etenim tam sanctus, tam in amore præcipuus, tamque dilectione ignitus ac dilectus, qui amoris uicissitudini non subiaceat. Donec quis carnis corruptibilis indumento uestitur, quandiu peccandi necessitatibus subest, hanc legem patitur. Tolle peccatum, & hec uicissitudo cessabit, da animam nulla delicti contagione pollutam, ut fuit mater domini, & actualem in ipsa reperies gustum sapientiae. Itaque quoniam nullus est, qui non saltem in multis uenialibus offendat, equidem nemo inuenitur, cui saepe diuinus non subtrahatur gustus. Habitibus ueri amatores pascuntur. Actus eo sollicitus concupiscunt, & querunt, quo ardenter diligit. Haec pugna, hoc opus, hic labor est ante eos, donec intrent in sanctuarium dei. Tunc erit uerbi lœta, perfecta, manifesta, æternaque fruitio. Nunc diligentissime humiliterque obseruare decet, quare ac qualiter se subtrahat, ut facilius hoc cognito strenuus amator eundem querendo inuenire ualeat.

De spiritualibus profectibus, quos absentante se sponso consequitur sponsa ardenter. Cap. XV.

D Isibilis radios solis quisquis irreviverata acie intueri uoluerit, unde lumen uidere appetit, inde proprium amittit. Tanta quidem ipsius uis penetrabilis est, tantæque uirtutis, ut prospicientium oculos exiccando consummat, & lumine priuet. Quamobrem tunc delectabiliter eius fruimur luce, & absque detimento aliquo, quum non ipsum solem, sed quæ illeius splendore reuiverata coruscant, aspicimus. Quod autem in eo querimus, & ob ipsius nimium fulgorem ac inaccessibilem claritatem attingere non ualemus, hoc in ipsi oppositis sufficienter inuenimus. Quicquid uero de hoc materiali atque humana obtutibus uisibili dicitur sole, illud idem de luce inuisibili, æterna (uidelicet) dei sapientia, definiendum est. Quicunque igitur in illa superbe curiosusque intueri conabitur, nullam inde ueritatis notitiam reportabit, quia in potius quod exiguum habet, amittet lumen. Adeo quippe incomprehensibilis est eius diuinitas, tamque inaccessibilis sublimitas maiestatis, ut prorsus quid est, agnosciri nequeat. Caligat nanque omne ingenium, intellectus obtunditur in diuinæ sapientiae pura contemplatione, & tanquam imbecillis & inualida humana repercutitur mens, quum ad illud arcanum & ineffabile appropriat lumen. Circunfusa etenim dei magnifica claritate ad se redire compell-

Matt. 5

Cant. 3

Ecc. 1 compellitur, admiratione plena laudare non desinit, quem ad plenum non cognovit. Soli ipsi notus est, quid est, ceteris autem ex parte, prout cuique ipsa sapientia communice dignatur. In seipsa nempe inuestigabilis est, unde quidam sapiens ait. Arenam maris, pluviae guttas, & dies seculi quis dinumeravit? Altitudinem caeli, latitudinem terrae, & profundum abyssi quis mensus est? Sapientiam dei precedentem omnia quis inuestigabit? Fons quidem sapientiae uerbum dei in excelsis, quod nemo uiuens apprehendere ualeat. Nullus itaque attentare audeat, quod non ulli conceditur uiatori. Hec plena uisio, & uisionis summa delectatio reseruatur in patria, quum nouo gloriae lumine asperitus anima roboratus & solidatus sine reuerberatione aliqua ineffabili diuinae essentie claritate iucundissima contemplatione fruetur. Hoc temporis interuallo donec ambulantes per fidem peregrinamur a domino, pro nostri solatio itineris, pro nostrorum recompensatione laborum, & pro nostri exercitatione amoris, et si de ipso aeternae uitae fonte sapientiae clarum non possumus haurire lumen, ipsum in illi oppositis contemplemur. In nulla autem re tantum de mirabili sapientiae arte eruditri possumus, quantum in rationali anima. Ipsa etenim ad imaginem dei condita est, ipsa uerbi sposa, ipsa sedes est sapientiae. Ratiocinando utique perscrutemur humiliter causas, propter quas sponsus tam frequenter etiam a perfectis & in caritate ardentibus se absentare consuevit. Hoc namque humano iudicio plurimum aduersatur amantibus. Fas quoque non est uerbum in aliquo errare, neque enim potest, quia ueritas, quia sapientia est. Ad reprimendam igitur hominis audaciam sapientissime interdum se subtrahit sapientia non odiendo, non contemnendo, sed amando. Quis autem nisi quandoque relictus sibi, propriam agnosceret fragilitatem? Continuus successus occasionem parat elationis. Vix quippe flagellis eruditus animus, & temptationibus attritus suam ualeat intelligere infirmitatem. Nemo Apostolo sanctior, & tamen de seipso ait sic. Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae angelus Satanae, qui me colaphizet. Quis unquam arbitrare tur hominem usque ad tertium raptum celum, immo in paradisum, ibique arcana diuinitatis audisse uerba, quae homini loqui non licet, cuius conuersatio propter amoris uehementiam mentisque munditiam in celis erat, qui non ab homine quod praedicabat accepit Euangelium, sed per Iesum Christi revelationem, qui fiducialiter dicebat, certus sum, quia neque mors, neque uita, neque angeli, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate dei, que est in Christo Iesu, ne eleuaretur inaniter supra se, necessario doceiri habuit per se de se. Non autem dubitandum est de tanto credere uiro, quod ipse de se testatur. Nemo tanti se aestimet, ut quamuis charismatibus multis ornatus sit, absque disci pline documento possit euadere. Prona quidem ad malum est hominis natura ab adestentia sua. Secum sibi aduersantem portat. Priuatus etenim amor ignotum illum reddit sibi. Facile & recte judicat aliena quum aperiuntur ei, sua uero non potest. Medicamine igitur eget alieno, quum suo nequeat liberari. Quamobrem sapientia quoadque se subtrahit, ut quem diligat, humiliando custodiat. Nam maximum humiliationis genus est uehementer pureque amantem dilecti sui priuare presentia. Opponit presumptioni obstat, antequam ueniat, suique dilectoris, quamuis dolentis, quamuis nolentis, & remittentis salutis operatur remedia. Nullum isto probabilius sua precipue caritatis potest sentiri argumentum. Sic enim in Apocalypsi loquitur. Ego quos amo, arguo, & castigo. Patienter itaque & humiliter hanc sustineat amoris uicissitudinem etiam sponsa. Propterea 16 Gaudeat eruditri, ne presumat, discat se agnoscere, ne cadat, sciat scriptum esse. Ante ruanam exaltatur cor. Præstantius uero est innocentia humiliari, quam iuste. Nam innocentia meritorum cumulat, iustitia autem persoluit debitum. Iuste quippe Propheta sanctus humiliatum se agnouit, qui post uiolatum proximi thoruri, post contra dei uoluntatem, populi numerationem, post perpetratum homicidium aiebat. Prius quam humiliarer, ego deliqui. Iuste quoque Propheta aliis se & populum dei humiliatos continebat, quibus lacrymosa prece diceret domino. Peccauimus, iniuriam fecimus, impie gessimus, & recessimus, & declinavimus a mandatis tuis, atque iudicis, neque enim in iustificationibus nostris prosterimus preces nostras ante faciem tuam, sed in miserationib. tuis multis. Propter peccata quidem nostra & iniurias patrum nostrorum Hierusalem & populus

A pulus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Innocenter uero humiliatus fuerat lob, uir utique simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens a malo: qui post amissam substantiam, post natorum interitum, post uulnerum cicatrices, & uermum rosonem, in sua perseverans innocentia dicebat confidenter: Non peccauit: & in amaritudine moratur oculus meus. Prae omnibus denique innocentia, & sine causa humiliatus est dominus Iesus: qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: & tamen sicut ouis ad occisionem ductus est: & tanquam agnus coram tondente se non aperuit os suum. Non tristetur quaevis anima: etiam si sponte gratia promeruit: quum se ad tempus uerbum subtrahit, & humiliado custodit. Nam si iuste, sustineat & quanamiter: si uero innocentia, cum exultatione. In nullo Dei ualeat errare sapientia. Non quidem mediocris est commodi huius dispensatio uicissitudinis. Toties recalescit spiritus, renouatur animus, & amor augetur: quoties post latebras sui prebet copiam sponsus. Commota sunt (sicut sacra narrat historia) uiscera Ioseph super Beniamin fratre suo, quum post loga temporis spacia illum uidere promeruit. Sed & spiritus Iacob reuixit, quasi de somno graui euigilans, quum Ioseph uiuere atque uniuersae terrae Aegypti dominari audisset. Deinde uidet illum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit: dixitque ad Ioseph: Iam laetus moriar, quia uidi faciem tuam. Si sic exarsit spiritus per presentia carnis, quid ager amantis spiritus, cum reuixit uerbum? Nemo explicet uerbis huius gaudia reditus. Quis ualeat dicere: quanta hinc inde resonent dilectionis eloquia pro presentia, exultationes, gemitus pro dilatione, compunctiones pro culpa, pro uenia emendationes, amplexus pro fiducia, ardores pro amplexibus, pro ardoribus humiles liquefactiones, pacisque suauissimam abundantiam post anima liquefactionem? Hec nempe spirituales uicissitudinum deliciae sunt sponsi & sponsae. Ita sunt sancti tripludia amoris. Nullus experiretur talia, nisi qui ardenter diligit. Ignitus uero amor ex priuatione agnoscitur. Qui parum amat, nec dilecti recessus causas inquirit, nec exurgit, ut querat: non gemit pro delicto, neque dolet pro dilecto. Non ita autem, qui diligit multum. Nunquam enim sine dolore amittitur, quod cum maximo amore possidetur. Amoris uehementia ex inquisitione colligit. Legitimus namque amator mox, ut abest sponsus, redit ad se: cordis sui latebras perlustrat diligenter, intentiones, cogitationes, affectionesque examinat: si quid in uerbis, si in factis deliquerit, subtiliter dijudicat, utrum erga fratrem peccauerit, aut proximo suo aliquid scandali posuerit offendiculum, rememorat. Quod si se errasse deprehenderit, tardiu dolore affligitur, donec pacaram in se uideat conscientiam. Tunc inquisitioni uacat, non sine gaudio mœrori admisto. Gaudet quippe, quia pacem satisfaciendo reperit: tristatur uero, tum propter delictum, tum etiam, quoniam pauet, ne quid in ultum remanserit. Nam perfectus amor semper suspiciosus est, semper anxius: & interdum dolet ob culpam, quam aut deleuit poenitentia, aut utrum commisit, ignorat. Gaudium namque inquisitionis labore temperat: mœror autem diligentiam adjicit inquisitioni. Hoc testatur Euangeliu. Nam quum domini parentes semel ad diem festum ascendent: eadem peracta solennitate cum ipsis descendantibus remansisset puer Iesus in Hierusalem: atque existimantibus eum esse in comitatu uenerunt iter diei unius. Quarentes uero anxi: & post triduum in templo in medio doctorum reperientes, ait mater: Fili quid fecisti nobis sic? ego & pater tuus dolentes quarebamus te. Quæsierunt utique cum dolore, quem ardenter dilexerunt. Dolor itaque amoris indicium est, & inquisitionis stimulus. Nullus autem inuenire ualeat quem querit, nisi dolori iungat prudentiam. Est quidem prudentia in cunctis necessaria: multo amplius uero in uerbi adiuventione. Hæc duo, sapientia (uidelicet) & prudentia uicissim sibi inuicem famulantur. Nullus si ne sapientia potest possidere prudentiam: sed neque sapientiam quis habere ualeat absque prudentia. O quam multi uano illuduntur errore: o quanti pergunt per vias non bonas, & semitas scrutantur difficiles, ut sapientiam inuenire queant. Sunt qui astutijs & humanis inseruiunt fallacijs: uigilant, qualiter fraude circumueniant iustum, innocentisque pedibus decipulas parent. Noua quotidie arguments componunt, deceptions singunt, mendacia loqui non erubescunt; pleni utique omni dolo, blasphemii, contumeliosi, detracatores, Deo odibiles, sine misericordia, & absque omni recto iudicio & equitatis. Hi etenim gloriantur, quum malefecerint: & exultant in rebus pessimis. Tales uulgè sapientes ap- Laur. Iustin. zpellantur

Gen. 43  
Gen. 46

Luc. 2

Prov. 2

**Sap. 1** pellantur & cordati. Sed teste sacro eloquio in maleuolam animam non introibit sapientia. Huiusmodi dicentes se sapientes stulti facti sunt. Sed tantum praecedit sapientia horum stultitiam, quantum differt lux a tenebris. Est quoque aliud hominum genus, qui cura carnis & seculi voluptatibus se accommodant, dies consumunt suos, & noctes ducunt insomnes, totumque ipsorum studium in aggregatione diuitiarum, in adipiscendis dignitatibus, in temporali felicitate, in deliciis corporalibus, in illecebrosis conuersationibus, & in voluptuosis uersatur choreis. Neque hi uiam disciplinae inuenierunt: unde beatuus Iob uoce dicitur: Sapientia uero ubi inuenitur? & quis est locus intelligentiae? Nescit homo precium eius: nec inuenitur in terra sruauiter uiuentium. Itaque quantumvis splendeat homo honoribus, affluat delectationibus, plenitudinem non capiet sapientiae. Viri quidem iusti se praebet in solatium sapientiae: peccatoris autem & cupidi eccl. 2 declinat consortium. Hoc pronuncians Sapiens, ait sic: Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam: & scientiam, & laetitiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, ut congreget, & addat: sed & haec uanitas & cassa sollicitudo mentis. Ille siquidem prudenter quererit sapientiam, qui iuste uiuit: & innocentiam custodiendo ab inquisitione non deficit. In inuentione sapientiae necessaria est perseverantiae fortitudo: qua qui caret, nunquam ad uerbi attinget connubium. Perseuerantia quippe caritatis est filia, gemma uirtutum, certantium corona, fidelium merces, laborum leuamen, & caelestis sanua regni. Ipsa deficiente, mens torpet, deficiunt uires, iactratio, caro dominatur. Nemo sine hac premia carolorum adeptus est. Haec uim facit Deo: & sanctorum compos efficitur desideriorum. Stabat mulier amore aestuans, ad monumentum plorans: & solam uerbi querens carnem, alijs recedentibus perseuerauit lacrymis profusa in prece. Quoniam uero ab inquisitione non destitit, meruit inuenire quod quererebat. Audivit enim uerbum in carne, quod amabat: uidit quod tenere cupiebat: & post pusillum pedes tenuit, quos lacrymis rigando dulciter fuerat osculata. O bona perseuerantiae uirtus magnarum utique mentium uigor, pusillanimitatis interemprix, fiduciæ mater, militum Christi laus, amoris speculum, sanctitatis decus quatum potes? G quantum uales? Quid tam arduum, tamque difficile, quod tua indefectibilitate non superes? Cuius tam ferreum cor, & adamantina mens, quam tua longanimitate non emollias. Tuis uitribus natura mutatur, iustitia cedit, abolentur criminis. Tu strenuos amatores secernis a fictis, a debilibus robustos, & spirituales a carnalibus. Non mediocre quidem bonum tuum, quando inter sponsi uicissitudines triumphum tenes: & reuocas: quem forte iustitia, aut dispensatio fugauerat sapientiae. Reuocando autem eundem suades diligentius custodire. Nemo etenim, nisi post paupertatis ærumnas & necessitatis angustias, diuitiarum nouit commoda: nullus sanitatis bonum, sospitatisque dulcedinem, nisi ex crebris languoribus, & ex diuersorum comparatione dolorum sufficienter ualet agnoscere. Ex tenebris lux, ex bello pax, ex iucunditate tristitia, ex abundantia egestas, ex bono malum, ex spei claritate desperationis caligo, & ex suauissimo uerbi contubernio absentiae illius cruciatus intelligitur. Ille igitur ueraciter penes se totis sponsum conseruat conatus, qui præ amoris uehementia passus est uicissitudinis H damnum. Proximis compatitur amantibus, præcauet pericula, causasque discessus prudenter deuitat, suis sapiens efficitur poenis, suisque temptationibus eruditus. Planè laudabilis paupertas, quamvis non in se, sed propter fructum, quæ amorem acuit diuitiarum. Commendabilis casus, & non resuenda temptationum molestia, per quam mens ad uirtutum exercitiam robustior assurgit. Non enim minus honore dignus est miles Christi, qui postea quam prostratus est: uiriliter pugnam resumens gloriosum triumphum obtinet: quam qui sine ullo bellum discrimine perseuerauit in certamine. David post perpetratum adulterium, spiritum promeruit propheticum: Petrus postea quam magistrum negavit: amare fleuit: discipuli instanti passionis articulo fugientes, denuo congregati spiritu repleti sunt sancto: & plerunque ubi abundauit delictum, superabundat gratia. Cuncta tamen haec in diuinæ reposita sunt thesauris sapientiae. Nemo audeat delinquere, ut locupletiorem habeat gratiam. Quisque timeat, quisque videat dum stat, ne cadat: sed & quum ceciderit, operam det uelociter surgere. Sic & cui aufugit uerbum, cui Dei dulcedo sublata est, totis ad se studeat illud reuocare conatus, atque in

**Matt. 26**

**Act. 2**

**Rom. 5**

**A** in se restaurare, quod deperit: nec tamen minus cautè custodire, quod laboriosè ademptus est. Facile quidem amittitur, quicquid sine diligentia possidetur. Ipsæ quoque urbes & moenia inimicorum patent incursibus, si absque uigili relinquuntur custodia. Qua igitur ratione mentis urbs, & quæ in ipsa sunt aggregatae spirituales diuitiae, debent seruari illæsæ, quum undique illius reserati sint aditus. Quid enim sunt corporis sensus, nisi ad animam accessus? Per hos nanque (ut plurimum) consueverunt maligni irrumperet spiritus, & animam iugulare. Quoties siquidem concupiscentia seculi nequam huius, aut quid delestante obtutibus appetet humanis, mensque sine rationis permanens custodia ab istiusmodi capitulare illecebra: nonne toties hostes per oculorum ingrediuntur aditum? Sed etsi obrectationum uerba & mala, & suadentium eloquia audiuntur, atque ad sui animum consensum trahunt, utique per aurium sanuas intrat mors. Illud idem de odoratu, gustu & tactu dijudicandum est. Hi nanque sensus corporis fenestræ sunt, per quas letale virus pestiferæ delectationis, & horror tenebrofæ mortis Hier. 9

**B** ingreditur ad animam: dicente Propheta: Mors intrat per fenestras nostras. Sed nimirum introeunte morte discedit uita, accedente carnis concupiscentia recedit uerbi præsentia. Nulla etenim cōuentio est lucis ad tenebras: uita ad mortem, spiritus ad carnem, Christi ad Belial. Haec quippe sibi inuicem omnino contraria in unum nequeunt copulari. Solerti proinde diligentia ista munienda sunt ostia: quoru occasione recedit spousus à mentis hospitio: obtenebratur animus, & spiritus disperguntur opes. Ipse quoque tempore cordis longè fugandus est. Nam plurimum aduersatur amori sancto. Est nanque quasi quædam uitiorum sentina: de qua ebulliunt cogitationes uanae, impudicæ, perniciose, & absque ulla grauitatis modestia. Non autem medio criter ex huius torporis uitio laeditur animus. Ab omni siquidem rectitudinis deusat regula. Vtque hoc summe amabile bonum adipiscatur, nullo accenditur zelo, nulloque mœrore compungitur: sed tanquam propriæ saluti contrarius non alicuius attollitur amore uirtutis. Quicquid hac fuerit peste repletus, stimulis non urgetur conscientia: mortis non trepidat metu: horrendi chaos inferni non agitatur sententia: neque future uita attrahitur dulcedine. Qui cuncte sapientiae amator est, quisquis uerbi deliciis frui concupiscit, torporem a se cordis abjectat. Nam caritatem suffocat, deuotionem extinguit, uirtutes debilitat, oculos cæcat, aggrauat corpus, eneruat mentem, fraterno priuat consortio, ingrata reddit animam, & concupiscentiae carnalis ignem accendit. Præcurrat etenim ocium, & tepon animi: atque uoluptuosæ cupiditatæ habitaculum parat: qua ingrediente repente abscedit sponsus, frigescit amor, omnisque mentis tranquillitas dissipatur. Dignissimus quippe est uerbi amor, & tantæ excellentiae, ut nullum cum uitij patiatur consortium. Intrante hoc uitia latitant, & in illius nequeunt astare præsentia. Si uero torpuerit animus, & congruis fomentis sanctum caritatis ignem nutritre neglexerit, atque habenas uitij taxare coepirit, mox domum cordis diuino sentiet calore priuatam. Nam quemadmodum duabus nemo potest dominis seruire: ita amor carnis uerbicu dulcedo in uno non ualet mentis commorari hospitio. Nec immerito. Sicut enim absque maximo nuptiarum dedecore fieri non potest, ut in uno eodemque thalamo sponsa quiescat & adulterat: sic sine evidentissimo non ualet esse dispendio, ut quis in suo uelit cordis secreto sapientiam tenere & uoluptatem. Alteri earum necesse est præbere famulatum. Longè tamen nobilior est sapientia, quam uoluptas: immo sapientia sole speciosior est: & super omnem dispositionem stellarum lucis comparata prior inuenitur: uoluptas autem deformis est & squallida: puritatis inimica, pudicitiae exterminium, esca diaboli, peccatorum incendiuum, rubigo mentis, conscientiae abolitio, aduersatrix Dei, animarum interemprix, & totius consumptrix honestatis. Hanc quisquis recte sapit, quisquis uult uitam, cupidique dies uidere bonos, fugiat: eiusque amicitiam uelut aspidum ac uiperarum aspectum abhorreat: det uero animum ad inuestigandam sapientiam, & ipsius habere notitiam. Illam omni auro estimet cariorem, cunctisque anteponat deliciis. Clara est, & quæ numquam marcescit sapientia: & facile uidetur ab ijs, qui diligunt illam: & inuenitur ab ijs, qui quarunt eam. Præoccupat qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Qui de luce uigilauerit, ad illam non laborabit: assidentem illam in foribus suis inueniet. Cogitare de illa sensus est consummatus. Initium enim illius uerissima est disciplinae concupiscentia,

Laur. Iustin.

z 2 píscientia,

piscientia: concupiscentia uero sapientiae deducet ad regnum perpetuum. Si ergo, o Christi milites perpetuis latamini sedibus, diligite sapientiam, lumenq; diligite sapientiae, ut in perpetuum regnetis. In æterna quidem cælorum gloria stabilis erit possessio ipsius, quamvis in præsenti peregrinatione illius sit necessaria uicissitudo. Amantibus quippe laboriosa, sed exercitatis perutilis. Huiusmodi nanque uicissitudo parit humilitatem, custodit innocentiam, offensam mundat: accedit spiritum, dolorem inducit, prudentiam perficit: commendat perseverantiam, custodiq; adhibet diligentiam, torporem exutit, concupiscentiarum flamas extinguit, ad inquisitionem prouocat: qualiterq; reperiri ualeat, sufficienter edocet.

*Qualiter uerbum per contemplationis ocium ualeat inueniri.* Cap. XVII.

**V V M** ad diuinam uerbi contemplandam celitudinem humanus se disponit intellectus, & mens rationalis anhelat: prius necesse est, ut compedibus, quibus irretita tenetur, absoluatur: ne forte quum ad alta se eleuare conatur, prijs repercussa vinculis imma petere compellatur. Nunquam auicula rete, uel compede astrictæ libero, celerique uolatu alta petunt: seu frondosas perlustrant nemorum arbores, nisi disruptis vinculis. Ligatur avis fune uisibili: humana uero mens inuisibili. Habet quidem sua mens vincula, quæ eleuantem deprimunt. Magnum prorsus uinculum terrenæ sunt facultates, & temporalium negocia: quæ (uelit nolit) mentem præpediunt. Nam quum animus per multa diffunditur, utique minus in se ualidus est. Non enim interioribus exterioribusque uacare perfecte potest: sed nec cuiusquam intendere ualeat operi, nisi applicet affectum. Vbi affectus apponitur, ibi ligatus tenetur: quum autem spe, affectione, & superflua animus occupatur cura, procul dubio diaboli laqueis caprius tenetur. Hos Apostolus Timotheo scribens euadere docebat, dicens: Qui uolunt diuites fieri, incident in temptationem, & in laqueum diaboli: in desideria multa, inutilia & nocua, quæ mergunt homines in perditionem.

**G** Et paulò post: Diuitibus autem huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incertum diuitiarum: sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad frumentum bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Magnum uinculum est carnis prudentia. Hoc quippe Dei magnalia metitur humano modo, & facta spiritus secundum carnem iudicat. Quod capit ratione, credit: impugnat autem quod intelligere nequit. Ignorat enim diuina longè ab humanis distare: nec iugum puræ fidei ualeat colla submittere. Aduersatur simplicitati, quæ mater est internæ dulcedinis. Alijs credere non potest propter suæ tumorem superbie. Legi nanque Dei non est subiecta, neque enim potest. Si in aliquo intelligentiam percipit, inflatur: si in sua permanet cæcitate, obstinatione obdurescit: quum ad spiritualia meditanda, seu contemplanda cælestia operam dat: mox carnalium cogitationum repercussa caligine relinquitur sibi. Nam animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt. Si mysterijs sublitteræ uelamine latentibus intendere studet, tanquam indigna foris manet: nec sanctum canibus, neque margaritæ apponuntur porcis. Huiusmodi quidem fatigata conatus uelut famelica panem querens, uel saltē micis saturari non meretur: querit, & non inuenit: pulsat, nec illi aperitur: quoniam ipsa sibi ipsi aduersatur. Nullo alio impugnante grauem contra ipsa se mouet rixam. Ipsa infestatur & infestat: fugit & insequitur: mentem excitat, ut ad summa se erigat: sed dum erigitur, reprimit, prosternitq;. Quid hoc iugum grauius: quid isto tenacius uinculo? Nemo isto ligatus compede cælestia gustare meretur. Ligatur quippe anima carnalis prudentie uinculis: ligatur etiam lunibus peccatorum. Quot delicta, tot funes. Nullus nisi per gratiam soluitur: non tamen omne delictum alligatum tenet mentem: peccatorem autem soluit gratia: soluit dolor: soluit minister. Gratia quidem per se: dolor uero per confessionem: sed minister per apostolicam autoritatem. Hæc etenim testimonij confirmantur scripturarum. Nam quum in carcere apostolorum princeps inclusus teneretur (sicut in actibus legitur Apostolorum) est catenis uinctus duabus: astitit angelus domini, & lumen resulcit in habitaculo carceris: statimq; percusso Petri latere ac excitato: catenæ, quibus ligatus erat, ceciderunt de manibus eius. Non ipse catenas abstulit, nec aliquis alijs; sed angelica hoc sa-

**A** ctum esse uirtute certissimum est. Petrus enim peccatorem, catenæ peccata, angelus autem gratiam figurabat. Adolescentior quoque filius, qui luxuriosè uiuendo subitaniam omnem consumperat, quum in regionem peregrinaretur longinquam, essetq; ligatus obsequio unius ciuium regionis illius, ad se rediens, atque dolore compunctus: suæ erubescens seruitutis officia intra se ait: Quantu mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo: turgam, & ibo ad patrem meum, & dicam illi: Pater peccauit in cælum, & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Surrexit, accessit, confessionem fecit: remissionem nedum accepit, sed etiam stolam primam, antulum in manu, & in pedibus calciamenta habere promeruit. Insuper pro ipsius redditus gaudio saginatus occisus est uitulus. Hoc quidem exemplo Dei immensa gratia & humiliis confessiōnis utilitas commendatur. Iacebat præterea Lazarus (prout lectio narrat euangelica) in monumerto mortuus: iamq; quatriduanus fœtebat. Adiit ad tumulum uerbum: imperauitq; defuncto, ut egredieretur. Repente prodit uiuus, qui fuerat ligatus instititus: mox uero apostolis ut uinctum soluerent, mandauit: qui à mortis compede liberatus abscessit: & postea dominico efficitur dignus conuiuio. Isto unico miraculo uerbi ineffabilis gratia, peccatoris à mortis uinculis absolutio, & apostolicæ autoritas dignitatis demonstratur. Beati plane (iuxta Prophetæ sententia) quoru remissæ sunt iniuriantes, & quo-  
rum tecta sunt peccata: cui dominus non imputauit peccatum. Istiusmodi quippe tanquam à uinculis alieni libere supra se ualent contemplationis penna euolare: & sponsi præsentiam, atque locum habitationis gloriae uerbi diligenter perquirere. Nil etenim in omni spirituali exercitio sic mentis appetit libertatem, quemadmodum contemplationis actus. Vbi uero deest libertas, procul est contemplationis dulcedo, in qua ubi sponsus cubet, agnoscitur: ideoq; quisquis ardenter inuestigare desiderat uerbi locum, antè à se temporalium affectum, ipsorum administrationem, carnisq; prudentiam, atq; delictorum pondus amoueat: quatenus ab his spiritualibus absolutus uinculis diuinæ

**C** laudi, ac intimæ contemplationi congruè ualeat uacare. Horum uinculis liberatum se nouerat Propheta sanctus, quum conditoris laudis flagrans desiderio aiebat: Diripi-  
sti uincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis. Non utique labiorum tantum, sed & cordis. Corde quidem iuge Deo exoluitur sacrificium, corde uerbum queritur, corde tenetur. Parum nanque proficit, qui uerbotenus Deum laudat: unde dominus taliter laudantes per Prophetam exprobrat, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. Ut igitur uerbi iucunda decoraç; sit laudatio, exhibenda est corde. Ut autem ignito ualeat offerri corde, præsens necesse est: cui exoluitur, ut sit. Nihil uero uerbo præsentius. Vbiique totum, ubiq; præsens, non loco circumscripsum: non casibus variatum, non subiectum accidentibus: est intra omnia non inclusum, extra omnia non exclusum, supra omnia non elatum, infra omnia non oppressum: cernit cuncta absque errore: regit uniuersa sine labore: tuerit omnia sine timore: sentitur ab iniustis: uidetur autem à mundis corde. Mundet itaque cor, qui uerbi cupid contemplationis.   
**D** ri præsentiam. Quamvis enim ubique sit totum, non tamen in omnibus uniformiter. In rebus nanque est multipliciter. Per naturam est ubique, potentialiter, præsentialiter, es-  
sentialiter: effectuè autem diuersimode. In inferno quidem adeat ut iudex, in iustitiae solio residens cuique iuxta culpas tribuit: non diuitis, non potenter personam respicit: sed delicta punit, stillicidia gratiæ non infundit. Rorem misericordiarum non pluit ibi. Nam locus ille (teste beato Job) tenebrarum terra est: & umbræ mortis, ibi nullus ordo: sed sempiternus inhabitat horror. Merita ibi non remunerantur: quia non sunt: soluuntur uero debita, etiam usque ad minimum quadrantem. Pro diuersitate facinorum uaria sunt poenarum genera. Ignis est ibi corporeus, inextinguibilis: carens necessitate fomenti materialis: diuina tamen uirtute corpora concremans: spiritus autem non calefaciens, sed crucians. Lucet quidem ad poenam: minime autem ad consolationem. Ibi frigus incomparabile est, & dentium stridor: ibi quoque est fumus teterrimus, te-  
nebræ palpabiles, lacrymæ interiores, horrida dæmonum uisio, improperij clamori ariditas sitis: fœtor sulphuris, uermis conscientiæ, spiritualia uincula, carcer squalidus, timor crucians: palpitans tremor: anhelus dolor, pudor confundens, iniuria urens,

Laur. Iustini.

Lnc. 15

Luc. 18

P. al. 32

Psal. 115

Esa. 29

Matt. 15

Iob. 10

Z 3 dissens

differens rancor, tristitia affligen: carentia diuinæ uisionis, omnisq; spei abolitio & salutis. Cuncta hæc de diuinæ prodeunt thesauris iustitiae, quæ unicuique reddit secundum opera sua. Quis ad tantæ non paueat præsentiam maiestatis? Quis non iudicis huius formidet aspectum? Ipse quidem sine passione iudicat, sine commotione terret: absque compassionē damnat. Væ (iuxta Prophetæ uocem) genti peccatri: populo graui iniquitate: semini nequam, filijs sceleratis, qui dereliquerunt dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, alienatiq; sunt retrorsus: quoniam iudicis huius (nisi pœnitentiam egerint) sententiam non effugient. Obtenebrescat lux in tabernaculo ipsorum, arctabuntur gressus uirtutis illorum: & omne eorum consilium præcipitabitur. Vnde terrebunt eos formidines, deuorabitq; brachia illorum primogenita mors: calcabitq; eos quasi rex interitus. Rapit utique iudex hic, quem uult, nec est, qui eripiat, aut eius ualeat resistere potestati: unde Propheta: Tu terribilis es, & quis resistet tibi? Præsidet itaque uerbum in inferno ut iudex: in mundo autem ut rex: ideo ipsa sapientia in Sapientiæ libro ait sic: Quando præparabat cælos, aderam: quando certa legie & gyro uallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quando circundabat mari terminum suum: & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos: cum eo eram cuncta componens. Omnia quippe per uerbum sapientiam facta sunt, uniuersa legibus gubernantur sapientiæ. Inanimatis etenim & insensibilius præceptum posuit, quod præterire non possunt. Cælis motum dedit, imponit ordines, uirtutes infundit, mutat tempora: ætates uariat, condit leges, naturam ueritit: & quicquid ei libet, potest. Omne quod per aera uolitat, natat in aquis: graditur seu reptat super terram, ipsius absque ulla contradictione famulatur imperio. In universis quidem quæ uidentur, claret illius præsentia: sapientia lucet, delectat bonitas, potentia laudatur, apparet præscientia, largitas manifestatur, seruatur ordo & diuinitas commendatur. Longè tamen excellentius cuncta hæc in hominis contemplantur regimine. Quis nanque in homine de uerbi dubitet præsentia: quando peccantem terret, solatur mœstem, debilem roborat, cadentem erigit, insciū docet, famelicum satiat, bonisq; replet esurientem: Cùm autem contemplationis poena mens eleuata diligenti consideratione miratur hoc humani organum corporis, quanta sapiētiæ arte formatum est, sensuum membrorumq; perscrutando uarietates: quomodo uegetetur, nutritur, sensificetur, & per incrementa crescat, qualiter rationalis in ipso incareratus teneatur spiritus, regat hanc corporis molem, circunducat, uiuificer, cunctaq; illius membra sigillatim proprijs coaptet officijs, in uno eos astringat uinculo dilectionis: ipsius uero rationalis spiritus quanta sit ingenita ac naturalis nobilitas: quā multa, quā magna, quā diuersa in latitudine sinus memoriarum continet: in illaq; repositum seruet non localiter, sed spiritualiter & imaginariè gyrum cæli, stellarum multitudinem, solis lunæq; decorem: multa quoque maris terrarumq; spacia innumeritas corporum species, & multifarias conclusiones: atque ad multo plura capabilis fit. Intelligendo autem sine loci mutatione terræ viscera, naturæ secreta, cordium arcana, cælestium occulta mysteriorum, diuinitatisq; essentiam per cooperatricem agit sapientiam: quæ ore Sapientis ita loquitur: Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. In spirituali quoque contemplationis delectatione, in exultatione spiritus: in gratiarum actione, in interiorum atque exteriorum receptione donorum, in copiosissima beneficiorum exhibitione uerbi sentitur bonitas. Quod de exigua uiliq; materia tam mirabile humani corpusculi uas, quod ex nihilo rationalis sit conditus spiritus: quod spiritum immundorum infidias euadere ualeat: quod contra seipsum pugnam arripiat homo: tandemq; uictor efficiatur, hoc totum uerbi potentia ascribendum est. Quum autem noscit, quæ futura sunt, infidias detegit spirituum malignorum, præuidet pericula, præmeditatur casus, prædictit uentura, & ad beatam adipiscendam uitam uiaticum parat, operaq; præmittit: nonne præscientia uerbi opus est? Sic enim scriptum est: Nouit præterea, & de futuris existimat, scit uerbi sermonum, & dispositiones argumentorum, signa & monstra scit ante quām fiant, & euentus temporum & seculorum. Quis uero dubitet, quum tot & tam uaria sint homini præstata beneficia, & uniuersæ de domini mandato illi famulentur creature, ita ut (iuxta Prophetæ sententiam) omnia sub

A sub eius sicut subiecta pedibus oves (uidelicet) & boues uniuersæ: insuper & pecora campi: uolucres cæli, & pisces maris, qui perambulan semitas maris: quadam pro corporis alimento: aliqua pro exercitatione spiritus: cuncta de uerbi prouenire largitatis affluentia: Videmus præterea in humano composita corpore tantam membrorum uarietatem in unitate ordinis permanere, atque unumquodque inuinctum sibi exercere ministerium, ita ut oculus uideat: auris audiat, nares odorem, os gustum, manus sentiant tactum. Similiter in anima. Ratio dijudicet, memoria consuet, uoluuntas opera perficiat. Sed unde tantum in utroque putamus homine prodire ordinem: nisi ab eo, de quo Propheta ait: ordinatione tua perseverat dies: quoniam omnia seruunt tibi: Quantum autem in hominis regimine magis, quam in cæteris creaturis uerbi emineat diuinitas, superiora declarant. Ipse quidem homo ab huius mundi sapientibus minor appellatur mundus, tanquam in ipso uniuersa uisibilis mundi complectantur mirabilia. Est namque diuinæ speculum sapientiæ: sicut Propheta dicit: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Merito igitur quemadmodum in hoc uisibili mundo præsidet ut rex uerbum, ita & in homine tanquam præcipius doctor in propria sede residet sapientia: quæ est emaiatio quædam claritatis omnipotentis Dei syncera: ueruntamen non in qualicunq; homine, sed in homine per gratiam iustificato, unde de illa sic scriptum est: Quum enim sapientia sit, una omnia potest, & manes in se: omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus: nisi eum, qui cum sapientia inhabitat. In homine itaque iustificato residet ut doctor sapientia, & in ecclesia principatur tanquam paterfamilias in domo. De hac ipsius domo ita legitur: Sapientia ædificauit sibi domum, excidit columnas septem, subdidit sibi gentes. In ipsa quippe domo ecclesia (uidelicet) fidelium dona diuidit, instruit mores, & merita pollicetur. Sicut enim singulorum nouit uirtutem: ita distribuit munera. Nemo ad libitum fit sapiens, nemo continens, nemo iustus, quin potius (iuxta Apostoli sententiam) alij per spiritum datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, alij fides, alij gratia sanitatum, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum: haec autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis, prout uult. Optima quidem gubernatione sapientiæ spiritus ordinat uniuersa. Quosdam præesse, aliquos coesse, nonnullos subesse facit, non tamen sine mirabili iudicio æquitatis. Non solum autem impertitur dona uirtutum, uerum etiam uniuersis præbet monita salutis uberrima. Doctrrix est enim disciplinæ Dei, & electrix est operum illius. Si sensus optatur quis horum, quæ sunt, magis quam illa, est artifex: & si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent uirtutes: si fortitudinem quis adipisci desiderat, exemplo actionis & illius disciplinæ instruetur eloqujs. Sobrietatem quippe, & sapientiam docet, & iustitiam, & uirtutem: quibus utilius nihil est in uita hominibus. Nullus aliunde, quam de sapientiæ fonte hauriet sapientiam. Si voluntatem Dei, si scientiam scripturarū: si uirtutum sublimia, si arcana supernæ Hierusalem sacramenta noscere quis cupit, accedat ad uerbum, ascendat ad cor: pulsando non recedat, & illi aperietur. Qui mane (inquit ipsa) uigilauerit ad me, inueniet me. Nihil quippe inuidum in illa, nihil altum, sed totum suave, totum redolet, totum sapit, delicias possidet æternas, immensa monilia, iucundam lucem, satietatem perpetuam, triumphales coronas, & ineffabilem immortalitatis gloriam. Hinc est, quod pro se certantibus strenue, atq; uincientibus polliceri dignatur, dicens: Qui uicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & fas non egredietur amplius, & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen ciuitatis nouæ Hierusalem, quæ descendit de celo à Deo meo & nomen nouum. De labore quidem huiusmodi ad requiem, de tenebris ad lucem, de exilio ad patriam, de carcere ad libertatem, de consortio militantium ad ecclesiam transilient triumphantium. Utrobicq; etenim præsens est uerbum, filius utrobicq; amabilis, delectabilisq;. Hic docet, protegit, roborat, ibi pascit, satiat, replet. Hic deducit, conducit, adducit, ibi inebriat, rapit, unitq;. Ibi siquidem in beatorum habitat animabus tanquam sponsus in thalamo, & sponsa in ipso. Perpetuae nanque indissolubilibus colligati uinculis caritatis fieri nequaquam potest: ut unum non sint. Aperit quippe illis uerbum clara, inenarrabili & iucundissima

dissima uisione diuinæ indeficentissimos bonitatis, sapientiæ, potestatisq; thesauros g  
 ueluti dilectissimis ac sponsis singularibus: ex qua uisione cognitionis atq; amoris ine-  
 briatae dulcedine totaliter rapiuntur in ipsum. Perfusæ etenim diuinatatis radijs & sa-  
 pienciæ splendoribus præ admirationis suauitate totius transcendent humanitatis li-  
 mites in uerbo plenariè quiescentes. Tunc perfectæ experientiæ magisterio eruditæ  
 noscunt: quod Ioannis uoce dicitur: Deus caritas est: & qui manet in caritate, in Deo  
 manet, & Deus in eo. O beata unio charitatis, & caritas unitatis, quam affluenter delecta-  
 tione aspergis permanētes in te: De te quidē per Prophetā dictū est: Et faciet dominus  
 exercituū omnibus populis in móte suo conuiuū pinguiū, cōuiuū uindemīæ, pinguiū  
 medullatorum, uindemīæ defæcatæ. De torrente nanci uoluptratis uerbi abundē potati  
 in æternum esurire, uel sitire nō poterunt. Quo autem pacto sitire ualent, quum apud se,  
 & in se uitæ fontem habeant: Omnibus etenim sanctæ regionis illius incolis, ac super-  
 nae ciuib; Hierusalem se Dei communicat sapientia, omnesq; inhabitat. Nam homi-  
 num & angelorum Deus est. In angelis quippe præsidet ut spirans. Hos enim spiritus F  
 pro singulari benevolentia caritatis ad humanam deputauit custodiam: ipso uerbo in  
 Matt. 18 Euangeli testante, qui ait: Angeli eorum in cælis semper uident faciem patris mei, qui  
 in cælis est. Ipsiis inspirat cuncta, quæ ad hominum salutem necessaria sunt. In speculo  
 sapientiæ contemplantes discunt, qualiter suum debeant perficere ministerium. O-  
 rationes singulorum offerunt, eleemosynas exhibent, uota pandunt, & quæque laude  
 digna diuinis representant obtutibus. Inde uero reportant gratiam, & si quid deuotio-  
 nis, si quid uirtutis, si quid cognitionis, si quid meriti. Vniuersi siquidem: quæ ad salu-  
 tem pertinent, per ipsorum efficit ministerium angelorum. In archangelis autem re-  
 uelat ut lux. Per istos utique notificat omnia, quæ ad promotionem spectant fidei, pro-  
 pheticas reuelat, mysteria pandit, & quicquid ad incarnationis Christi reflectitur sacra-  
 mentum. Hinc est, quod ad beatam uirginem Gabriel mittitur archangelus. In uerbo  
 Lyc. 1 quidem aspicientes multa cognoscunt, non omnia, sed quæ diuinæ sunt placita uo-  
 luntati: à superioribus tamen suscipiunt, quas reuelant, illuminationes: dæmones ab G  
 hominibus arcent, & à dæminibus homines de domini liberant mandato. De hoc sa-  
 cer proloquitur sermo, quum Tobiae & Sarræ historiam narrans, ait: quod angelus  
 Tob. 3 Raphael apprehendit dæmonem, qui septem occiderat viros, & religauit eum in de-  
 serto superioris Ægypti. Sed & quod per angelorum ministeria reuelationes fiant,  
 & mysteria aperiuntur, testatur Propheta, qui loquentem sibi audiuist angelum, & di-  
 centem: Vir desideriorum noli timere, pax tibi: ueni enim, ut docerem te, quæ uen-  
 Dan. 9 tu sunt populo tuo in nouissimis diebus. In uirtutibus uero operatur ut uirtus. Infati-  
 gabiles quidem hi spiritus sunt ad executionem faciendorum, & per eos miracula fiunt.  
 Gen. 19 Nec mirum, quum per angelos factum fuerit, ut ignis de cælo plueret, & sulphur super  
 Sodomam & Gomorram, & super omnem regionem, atq; consumeret omnes habita-  
 tores, & cuncta terra uirētia. Angelus quoq; aquam mouebat piscinæ, & sanabatur, qui  
 primus ingrediebatur, sicut in euangelio legitur. In uerbi siquidem contemplatione a-  
 spiciunt, quid agere debeant, celestiq; ueneratione obtemperant. Insuper etiam per-  
 fectis hanc possunt conferre uirtutem miracula operandi. Ut autem aliquid miracu-  
 lum sit, expedit, ut sit à Deo, quod sit præ existentia naturæ, & supra eius ordinem  
 fiat: quod sit euident, & quod sit ad fidei roborationem, alioquin mirum non miracu-  
 lum dici potest. Nam quamuis magica arte fiant multa signa: uel per medium naturæ,  
 quod possunt angeli, sed etiam dæmones. Sola tamen illa miracula dicenda sunt, quæ  
 operatur uerbum per ministerium angelorum, quibus hoc in priuilegium præstare di-  
 gnatur, aut per sanctos, in quibus idem agit. In potestatibus quoque nos tuetur, ut sit sa-  
 lus. Istis etenim spiritibus aereæ sunt subditæ potestates, & per ipsos arcent, ne quan-  
 tum uolunt, hominibus noceant. Hoc nanque in exitu Israel de Ægypto, quum Ægypti  
 torum primogenita ab exterminatore angelo occisa sunt, claret. sed etiam in plaga  
 pestilentia, quam exercuit dominus in populo suo pro numeratione eiusdem, quam  
 fieri iussierat Daud. Quis autem multiplicibus immundorum spirituum agminibus, &  
 ipsorum fraudulentis posset repugnare suggestionibus, atque sustinere impetus: si  
 non ipsorum de uerbi mandato per angelicas potestates reprimerentur impulsus, uir-  
 tusq;

A tusq; debilitaretur. Concitant nanque ipsi dæmones in mati tempestates, int̄ regna &  
 gentes bella, in ciuib; seditiones, & inter amicos & affines odia: ut homicidia perpe-  
 trentur, & quantum in ipsis est: omne student humanum abolet genus. Diuina uero  
 sapientia sic eorum per ministros suos angelos modifcat nequissimam uoluntatem,  
 ut ipsi maligni sœulant, quantum sat est ad iustitiam, non autem ad uotum: unde dispo-  
 nente uerbo quod illi agunt, ut interimant, ad electorum militat profectum. Ipsarum  
 quoque potestatum proprium est eos, qui in spirituali desudant prælio: exhortari, ne  
 amissio spirituali regno Babyloniorum efficiantur captivi. In principatibus etenim re-  
 git, ut principes. Ad hos quidem spectat uniuersale ordinare regnum, reges, duces,  
 principesque seculi instruere de regiminis forma. Quum igitur quisque uix pro se sibi  
 sufficiat, quomodo pro innumerabilium multitudine sufficiet populorum? Hinc est,  
 quod Moses per angelum in nubis columnæ, & ignis de ihs, quæ ad populi ducatum  
 pertinebant, tam sedulò docebatur. Nam & ipsam legem per angelicos meruit reci-  
 pere principatus. Hoc testatur Apostolus, dicens: Lex propter transgressiones posi-  
 ta est, donec ueniret semen, cui promiserat, ordinata per angelos in manu mediato-  
 sis. Istiusmodi quoque prælationes regnorum prouinciarumque Prophetæ innotuerunt,  
 quum ei per angelum, qui dominicas aperiebat reuelationes, dicitur: Princeps regni  
 Persarum restitit mihi uiginti & uno diebus. & ecce Michael unus de principibus pri-  
 mis uenit ad adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarum. Et iterum.  
 In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus: qui stat pro filiis populi  
 sui. Horum nempe sublimis est dignitas principatum. Regunt prouincias, regna, & ci-  
 vitates, ipsosq; pastores ecclesiæ de animarum instruunt regimine, atq; subditos, ut pre-  
 lati obtemperent: hortantur, & accidunt. Cuncta siquidem supradictorum spirituum  
 agmina ad uniuersi totius delegantur dispositionem & ordinem. In arte sapientiæ uerbi  
 erudiuntur, non per uoces, nō per signa, sed in ipsa uerbi contemplatione. Est enim fons,  
 exemplar, splendor, & diuinatatis imago. De ipsis spiritualibus radijs sapientia com-  
 plentur, de futuris illuminantur, informantur, de agendis tam angelici, quam humani  
 spiritus atq; in ipso immensitatibus diuinæ pelago ebriatur delectatione ineffabili. Vnde  
 Propheta uerbi emanationem in omnes exprimēs aiebat: Fluminis impetus legitificat ci-  
 uitatem Dei. Sic quidem illæ angelorum legiones ad ministerium exeunt uniuersi: ut ta-  
 men nunquam desistant à contemplatione uisionis uerbi. Neq; à ministerio propter ui-  
 sionem, necq; à uisione propter ministerium retardantur. O altitudo diuinarum sapien-  
 tie uerbi quam incognita sunt opera tua, quam indefectibiles tuorum sunt thesauri my-  
 steriorum: Hos propter carnis onus non capit homo, nec scit, quid lateat in te, ideo non  
 diligit te, non laborat pro te, non delectatur in te. Parumper excelsa sapientia, ô meridiana lux tuæ claritatis diffunde radios super filios hominum: ut expergefacti à torporis  
 somno, fugatis cordium tenebris te in te, ministrosq; tuos in te contemplationis oculo  
 intueri ualeant. Deflenda quippe plurimum est huius peregrinationis ærumna: quæ tâ-  
 torum nos priuat cognitione ministrorum. Continue discurrent circa nos pro nobis:  
 D nec quales sint, aut quid agant nobiscum, scimus. Nostris sine nobis instant profecti-  
 bus, nobis non sine nobis æternum acquirunt regnum: nos docent, nobis famulantur,  
 nos tuentur, non propter nos primò: sed propter uerbum, quod fecit nos, redemit nos,  
 & diligit nos in se. In dominationibus dominatur, ut maiestas. Isti nanciæ cæterorum di-  
 sponunt ministeria inferiorum angelorum tanquam excellentiores. Non enim mini-  
 strando exeunt, sed assistendo se inferioribus ordinant. Nam summa & laudabilis Deli  
 sapientia quibusdam ex his angelicis spiritibus uelut in bonis gratiæ & gloriæ perfe-  
 ctionibus cæteris (licet in eo, quod immortales, inuisibiles, indissolubiles, simplices, di-  
 screti in personis, incommunicabilesq; alteri naturæ sint omnes æquales) dedit ex mu-  
 nere, ut inseparabiliter Deo assistant. Sic enim ipsa angelorum numerositas distincti  
 est condita ordinibus, officijsq; uariata ac meritis impar, ut imperturbabilē in se custo-  
 diant nihilominus caritatem, minores famulentur maioribus, maiores se elatè non  
 præferant minoribus, sed omnes in uno conueniant, infatigabiliterq; occupentur diui-  
 nae laudationis affectu. Cuncti quidem inebriantur de uno eodemq; fluvio uoluptatis  
 sapientiæ uerbi, & singuli sibi iniuncto intendunt ministerio: ut (scilicet) superiores  
 assistant

Dan. 7 assistant & disponant: inferiores uero exeat & ministrant. Hanc etenim astantium ag  
ministrantium diuersitatem Propheta expressit, quum diceret: Milla milium ministrant  
bant ei: & decies milies centena milia assistebant ei. In thronis uero sedet, ut æquitas. In  
istis nanc tanquam in spirituali throno sedens, sua discernit iudicia. Non enim eorum  
egit æterna sapientia consilio, quæ sibi ipsi sufficit: sed præcipua illos decorando gratia  
ad iuorum eos per contemplationis sublimitatem admittit intelligentiam iudiciorum.  
De hoc per Prophetam dicitur: Benedictus es in throno regni tui, qui intueris abyssos.  
psal. 35 Quos abyssos alius memorans Propheta ait: Iudicia tua abyssus multa. Tanta quippe  
naturæ subtilitate, tantaq; gratia exuberant plenitudine, ut quæ alijs inferioribus occul-  
ta sunt, eis fiant per uerbum nota iudicia, ipsorumq; cæteris reuelent mysteria: atq; eo fla-  
grantius in laude conditoris assurgent, quo perspicaciō contemplationis lumine in  
maximo illa uident esse disposita iudicio equitatis. In hunc etenim sensum Propheta su-  
pra se erectus uenerat: quum dicebat: Thronus tuus Deus in seculum seculi, uirga æqui-  
tatis uirga regni tui. Nam quæcunque in hac misericordia ualle nequit fluit: quæcunque R  
obliqua aguntur intentione, quamuis confusa & inordinata appareant: in ipso tamen  
æterno iudiciorum consilio inordinata non sunt. Sapientiae quidem arte ad ueritatis pro-  
ductæ lucem in uerbi æternitate ordinata fuisse noscuntur: propterea idem ait Prophe-  
ta: Principium uerborum tuorum ueritas, in æternum omnia iustitia tua. In Che-  
rubim noscit ut ueritas. Hi nanc spiritus tanta scientia repletis sunt luce: quatenus Che-  
rubim, quod scientia plenitudo interpretatur, meritò uocentur. Ex sui etenim ad uer-  
bum propinquitate clariorem præ cæteris diuinitatis habent intelligentiam, adeò ut ple-  
nitudinem scientia, quam suscipiunt: alijs inferioribus communicando transfundantur.  
In uerbum quippe contemplationis penna attollentes se: in scientiaq; thesauros in-  
troeuntes: non motu aliquo: sed intelligentia ultra quam dici potest, splendoribus clari-  
ficiunt diuinis. Veritatis siquid amare, quam aperte intuentur, sic ignescunt, ut mere-  
antur omnium habere scientiam. Quo uero pacto non sciunt omnia, cum scientem omnia  
sciant. In Seraphim deniq; amat ut caritas. Hi etenim Deo ita immediate iunguntur, ut G  
intet ipsos & uerbū nulli alijs intersint spiritus. Ineffabili quidem caritatis uruntur flamma:  
& zelantissimo sapientia vulnerati amore extra se amatum non diuertunt: rapido sua-  
uitatis amore feruntur in Deum, omnisci ipsorum actus amor est. Cæteris longe eminet  
in amore, gratia, & perfectione: meritoq; Seraphim appellantur (uidelicet) incendium,  
quia tanta inardescut caritatis flamma: ut non amates modò, sed ipse (si fas est) dici pos-  
sint amor. Non autem aliunde: quam à uerbo, in uerbo, & per uerbum huius concipiunt  
amoris flammas. Non solum autem ipsi, sed etiam illius supernæ patriæ ciues omnes de  
ipsius satiantur contemplatione, ac ebriantur uoluptate, sicut scriptum est: quod fluuius  
egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum, uniuersam (scilicet) super-  
iorum ciuium multitudinem, qui & in quatror diuiditur partes, ut (uidelicet) omnem  
ecclesiam suarum fœcundet imbre gratiarum: ita ut nemo sit, qui saluus esse ualeat absq;  
uerbi sancta & gratuita irrigatione. Qui salutem diligit, qui cælestium cupit esse gusta-  
tor, qui ad sanctum uerbi anhelat connubium: uerbum diligat, uerbo adhærere studeat, H  
uerbum teneat, quum habet: sedula percunctione querat, si non habet: non solo amo-  
ris ipsius contentetur habitu. Actu semper (si est possibile) amoris exerceat, ut uirtutum  
operibus abundet, ut meritorum fructibus crescat, ut deuotionibus nutritur, & ut spiri-  
tualibus locupletetur munieribus. Non enim incassum diligitur sponsus, nec uacua il-  
lius ualeat esse amoris amicitia. Luxta cuiusq; ei famulantum statum talia sunt encænia.  
Ex donorum qualitate gradus agnoscitur militantium, nec non ex conditione præmij  
amicitarum puritas commendatur.



V L T A sunt, in quibus consuevit humanum se occupare genus: ut huius  
possit exili sine fatigationis tædio tolerare ærumnas, & ex his qualem-  
cunque captare delectationis gustum. Nam taliter homo à suo conditus  
est autore, ut nequaquam absque aliquo queat uiuere amoris solatio.  
In nullo tamen sui uoti ita efficitur particeps: sicut grata amicitiarum con-  
federatio: quæ quoniam sublimis est, rara inuenitur. Præcepta uero illa familiarior,

A illa dulcior, illa amabilior iudicatur: quæ pari affectu, & mutua caritate sacramenti uinculo copulatur. Ista quidem omnibus fortior, cunctisq; indissolubilior est. Huius etenim sermonis sententiam sanctorum confirmat autoritas scripturarum. Nam quum huiusmodi diuinitus institutum fuisset sacramentum: ad eius commendandum perfectionis uinculum dictum est: Relinquet homo patrem suum & matrem, & adhæredit uxori: & erunt duo in carne una. In isto siquidem sacramentalis uinculo caritatis nihil est proprium, nihil occultum, nihilq; fraudulentum: sed mutuo sibi inuicem communicant suæ bonum & malum, diuitias & paupertatem, mœorem & gaudium: ita ut sola ualeant separari morte ab hoc caritatis fœdere. Gerit quippe sacramentale connubium hoc imaginem spiritualis ( uidelicet ) uerbi & animæ: quamvis omnia in spirituali longè exmineant, quam ea, quæ in sacramentali sunt. Nil quidem est in hoc casto connubio proprium: sicut uerbi uoce ad seniorem filium dicitur: Fili tu semper mecum es: & omnia mea tua sunt: & tua mea sunt. Nil occultum, prout ueritas testatur: iam non dicam ( in- ) iudit. 14 B quit ) uos seruos: sed amicos: quia quæcunque audiuī à patre meo, nota feci uobis. Nil fraudulentum, Dei sapientia hoc dicente: Ego in hoc natus sum: & ad hoc ueni in mundum: ut testimonium perhibeam ueritati. Quemadmodum autem obtenebreste re non potest lux: ita nec ueritas fallere. Excellit quoque in hoc spirituale, quia quum sacramentale dirimatur morte: spirituale post carnis defectionem perfectius consummatur. In hac quidem uita subarratur sponsa: quædamq; munuscula recipit à uerbo: tit per illa proficere in uirtutibus & in augmentum ualeat caritatis: facile nempe languecit amor: nisi fomentis nutritur amoris. Solus esse non patitur: appetit & omnino mu-  
zuas exigit amoris uices. Sicut autem ignis naturaliter iuxta sui naturam quærens in proprio conseruari esse, omne refugit frigidum: calefactibile uero, aut calidum apparet: sic & amor semper amanti, uel amabili reflectitur secum non sustinens odium, aut reprobem. Eget itaque in spirituali connubio amoris adiutorio, ne deficiat. Hinc est, quod tam sedulò à sposo internis ac spiritualibus reuisetur sponsa muneribus: sed nec C minus à sponsa sponsus secundum humanæ modulum infirmitatis nunc se, nunc sua puero offerente caritatis affectu. Non tamen pari currunt uoto. Plurimum enim ab humano diuinus distat affectus. Exæstuās uero sponsa, quod nequit per se, ex auxilio uerbi implore cupiēs post præcedētis tergum clamitās, dicit: Trahe me post te: in odorem curremus unguentorum tuorum. Veruntamē carnis pressa pondere quamvis trahatur, quāuis currat uelociter, sponsi non ualeat sequi uestigia. Pro amoris igitur solatio, pro spe roboranda, ne à præuolante uerbo contēpta & repudiata uideatur: atq; ex hoc currere definiat: quasdam futuræ uitæ suscipit primicias: per quas uerbū uerbiq; percipiat in se clementiam. Nam alia sunt iuistorum dona, alia amicorum, alia sponsæ. Iusti etenim ex insufo lumine culpæ detestantur, & abhorrent deformitatē, uirtutis bono lætantur, temporalia ordinate diligunt, aliena non cōcupiscunt, sua cōmunicant, honoribus non inflantur, extolli non appetūt, nemini calumniantur, potentis personā non accipiūt: egenorū causas defendūt, diuinis obtemperāt præceptis: & magis futurā quam præsentē conantur obtinere gloriā. Cuncta uero hęc possidēt bona ex dono gratificatiis gratiæ. Amici autem tanquam perfectiores sicut uberiori replentur gratia: ita potioribus ornati sunt donis. Ipsi etenim communī non contenti conuersatione, neq; mandatorū obseruatione quieti ad perfectionem anhelantes consiliorū iter arripiunt. Sua quidem deserunt, & cuncta egenis erogant, ut uerbo conformari ualeant: de quo Apostolus ait: Christus quum diues esset, pro nobis egenus factus est: ut eius in opia nos diuites esse possemus. Obedientia iugo colla summittūt: ut domino famulentur, eumq; sequantur dicentē: Qui uult uenire post me, abneget se metipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Secularium quoq; declinant tumultus & conuersationem: ne illorum coinqüinentur exemplis: silentiū secreta petūt, ut Deo liberius queant uacare: & ut per omnia saluberrimis uerbi sermonibus, sublimibusq; consilijs obtemperent, atque ueri sapientia efficiantur discipuli: quæ ait: Qui nō odit patrem & matrem propter nomē meum: adhuc autem & animā suā, nō potest meus esse discipulus. Parētes, propinquos, & cūcta, quæ homines possidēt: ac etiam se- psos relinquent, ut legitimi fiant amatores domini. De talibus nanc domino per Moy-sen dicitur: Qui dixit patri suo & matri suæ, nescio uos, & fratribus suis, ignorō illos, &

& nescierunt filios suos: hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum, & seruauerunt iudicia tua. At uero sponsa, quæ in omnibus perfecta est: uniuersa iustorum amicorum suscepit dona, atq; his alia longe præstantiora. Non enim multis potest carere ornamenti, quæ æterni regis filio despontata est: sicut per Prophetam illi pollicetur, dicens: Et sponsabo te mihi in sempiternum, & sponsabo te mihi in iudicio & iustitia, & in misericordia & miserationibus: & sponsabo te mihi in fide. Proinde plurima ex utraq; sponsi ac sponsæ parte deferuntur munera: quæ qualia sint, non sunt experti. Tres tamen specialiter recipit sponsa de uerbi thesauris preciosas ac riantes gemmas: quibus ornata etiam angelicis spiritibus, prout regiam cōdecet maiestatem, delectabilis est. Nam etsi extrinsecus despabilis appareret: intus tamen nimia uenustate coruscat. Huius siqui dem pulcritudinis elegantiam exprimere Propheta uoluit, ubi ait: Omnis gloria eius filia regis ab intus in simbris aureis circumamicta uarietatibus. Quomodo autem speciosa non est: quæ sapientiæ splendore circūfusa de se spiritualis lumini emittit radios: p̄ quos intuentum letificantur aspectus. Sicut autem intus fœcūda est gratia, ita quod spargit foris: in uerbo, in opere gratiæ iucunditate non caret. Hinc est, quod ex interna affluentia mœstos consolatur, iacentes erigit, compeditos soluit, debilium genua roboret: temptationibus fatigatos liberat uenientes ad se. Non sibi hæc arrogat: sed inhabitantis gratiæ sponsi, ne inflata elatione crepet. Pro tantorum igitur conseruatione donorū sui data est illi perfecta cognitio. Non enim tam multiplicium fieri posset capax gratiarum absq; nitente hac gemma. Prouehendis nanc; ad alta spiritualium mysteriorum sacramenta sui necessaria est scientia: qua quæcunq; caret, ad laboriosa seculariū impelliatur actionum, & uelut cęca inimicorum fallacijs semper uergitur per circuitum. Hoc diuinus figuraliter indicauit sermo, cum de Sansone loquens diceret, quod Philistium apprehenso Sansone statim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam uinctum catenis: & clausum in carcere molere fecerūt. In sui etenim cognitione persistere inuigilat sponsa, & in hoc sæpe se intuetur lumine, non tam ne ad secularia captiua ducatur negocia pauida, quam ne indigna & elata repudietur à uerbo. Iugiter quidem memorans, quod in Canticorum canticis sponsi uoce ad sponsam dicitur: Si ignoras te, ô pulcra inter mulieres, egredere: & abi post uestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Humilis nanc; non humiliata manens apud se quo se uidet abieciorem, eo amplius adamatur à uerbo. Humiles quippe nunquam Dei contemnit sapientia: ideo respexit humilitatem ancillæ suæ. Veruntamen sicut humilia respicit: ita alta à longe cognoscit. Potest enim quis humiliari inuitus: nunquam autem sine propria cognitione humili esse. Est uero cognitio sui margarita quædam preciosissima, atq; thesaurus desiderabilis in cordis agro absconditus: ad quem non nisi cum maximo peruenitur labore. Prius quidem tres spiritualis reserandi sunt sapientiæ clave fontes: ut deinde ad hunc attingatur thesaurum. In uacuum autem desudat, quisquis aliter ad sui concupiscentia uenire notitiam. Non enim aliunde hoc sponsa: sicut & cetera sortita est donum, quam ex intimo sapientiæ contubernio. De primo quippe aperiendo fonte multiplex ebullit ignorantia. Quis uero sui diligens inquisitor de intelligentiæ ualebit unquam euacuare fonte inundationem ignorantia, quam habet in se boni & malii: ueri & falsi, commodi & incommodi: Nullus ad hanc attigisse plenitudinem sapientiæ gloriari potest. Multi quidem ex parte, sed nemo ad perfectum. Ex parte (ait Apostolus) cognoscimus, & ex parte prophetamus. Abyssus hic nescientia abyssum summæ exigit sapientiæ ad bonum discernendum & malum. Nam quædam sunt bona simpliciter, quædam mala, quædam ad utrunc; iuxta uniuscuiusq; dispositionem fluctuantur. Virtutes nanc; semper in se bona sunt. Est autem uirtus naturæ habitus animæ datus, uitæ ratio, pietas morum, cultus deitatis, honor hominis: & æternæ meritum beatitudinis. Hęc etenim tunc perfecta est: quum medium seruat in agēdis, nec supra, infra, & contra modum prætergreditur. In habendis (uidelicet) inter superfluum & indigentiam: sicut per quēdam dicitur: Diuitias & paupertates ne dederis mihi, sed tantum uictui meo tribue necessaria. In sustinendis (scilicet) non eleuari in prosperis, nec aduersis deiici, sicut per Paulum dicitur: Per gloriam & ignobilitem, per infamiam & bonam famam. Quis autem tantæ perfectio nis est: ut in cunctis uirtutum actibus sciat, quid dextrum, quidq; sinistrum? Dicas de hoc

Ques. 2. Psal. 44. Indic. 16. Cant. 1. I. Cor. 13. 2. Cor. 6.

hoc Propheta, & ueram sententiam proferat: Omnes (inquit) declinaverunt, simul inutiles facti sunt: non est, qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Virtutis nanc; defectio ignorantia errorem detegit, uel malitia abundantiam: utræq; uero damnabiles, utræq; Deo odibiles. Hęc de uirtutis bono: de malo autem quid: Malum quidem semper in le peccatum est. Nam peccatum est diuinæ legis prævaricatio, & cælestium inobedientia præceptorū. Nullus autem inuenitur, qui hac careat ignorantia. Hinc est, quod Propheta ait: Delicta quis intelligit: ab occultis meis mūda me. O q; s̄p̄ sepe uirtus putat uitium, & uitium uirtus. Nā ira zelus, presumptio autoritas, libidinosa uoluptas, fraternus amor: gula, discretio, remissio humilitas, acida cōpunctio, rācor iustitia, auaritia prudētia, insensibilitas fortitudo, rectitudo crudelitas, malitia sapientiæ, māsu etudo timiditas, audacia libertas, liberalitas prodigalitas: inepta lātitia iucunditas: uanitas caritas, pusillanimitas mititas nūncupatur. Sunt milia huiusmodi: quorū humanum genus plenum est ignorantia. Non autem hoc magnum esset, si in solis talis ignorantia dominaretur peccatoribus. Nam peccatis obuoluti, & iniquitatibus referti nequaquam ualent internæ gratiæ splendorem aspicere. Tenebrosi quidem effecti: imò tenebræ uerbi lucem recipere non merentur, hoc testate Ioanne, qui ait: Vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet: & tenebræ eam non comprehendunt. Verum etiam ipsi iusti, qui per adoptionis gratiam filij Dei nūncupantur, & sunt: hanc multifariā inuoluti sunt ignorantia non damnable & pernicioſa: sed tolerabili ac laboriosa. Quanta quotidie incident in peccata: nunc operis, nunc oris: semper autem cordis, qui non in uirtutum actus tantum: sed in ea, quę utroq; modo uti ualent, per ignorantiam delabuntur. Multoties quippe pauper tatis caminum, persecutionum procellas, temptationum æstus, infirmitatū flagella, damnna amicorum, notorum atq; propinquorum funera impatienter sustinent: quoniam ignorant, de qua prodeant radice iustitiae. E contrario diuinarum opulentia, affluentiam temporalium: corporis incolumentem: naturale ingenij acumen, mentis lātitiam, spirituales consolationes, & innumera Dei beneficia nescientes, qua uti debeant sobrietate, humili obtenebrantur de lumine, de medicina sauciantur, attenuantur cibo: & plerūq; uita moriuntur. Cuncta uero hæc sustinēt aduersa: quia ignorantia boni & mali seducuntur tenebris. Veruntamen utinam hanc solam nescientiam paterentur. Aliam quoq; hæbent non minus noxiā ueri (uidelicet) & falsi ignorantiam: si etiam, qui dicuntur iusti. Quis autem sermone endare ualet, quātum deficit in hoc? O quoties uelut cæci spiritum sequuntur erroris: fallacijs irretiuntur diaboli, ipsum lucis angelum arbitrantes, temptationibus consentientes, & suas perficientes uoluntates præcipitantur in foueas, nesciunt discernerē, nec quicquam recte dijudicare: desiderijs uirtutum sine ulla se accommodant disciplinæ regula: omniq; quasi spiritui credunt, & tanquam absq; gubernaculo naues colliduntur in scopulis: si quas habuerint internas inspirationes, non intelligentes donum, nil de ipsis utilitatis assequuntur. Eis sæpe accidit, ut admittant hostem: & sponsum pulsantem, & introitè cupientem, repellant qui est error pessimus. Consuevit etiam hæc ueri falsi ignorantia diuinam usurpare sibi gloriam, se aliquid existimando, quum nihil sit. Bonitati derogat sapientiæ consilijs terga uertit, & se omnia ab altissimo accepisse non intelligit: nonnunquam uelut indigna expellit foras: & cōdensa tegitur nube, ne cæli latitudinem uidere queat: deuotionibus præuatur, orationem minime gustat, scripturarum arcana non penetrat, futuram uitam esse non sentiendo: quid sit nescire, fatetur: facile se temporalibus cōaptat tanquam Babyloniam ciuis: & nisi uerbi radis ueritate erudiat, ad cuncta præceps trahitur facinora. De ihs uero, quos hæc crassæ ueri & falsi obsorbuit ignorantia Propheta loquitur, dicens: Væh qui dicunt malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Summopere quidem talis fugienda est insipientia: quoniam amiori sapientiæ prorsus inimicatur. Traheret etenim solet post se commodi & incommodi ignorantiam. Nemo ualet hac carere, nisi diuinitus fuerit edocitus. Solius est uerbi scire, quid cuique opus sit. Illud per quod facta sunt, quę non erant, noscit, quod expediat singulis. Omnis humanus è aliagat sensus: ignorat scientia, prudentia deficit, ratio non attingit, ut recte agnoscat, quid melius. Et plerunque evenit (Deo æquissime dispensante) ut hoc sit saluti oppositum, quod videbatur necessarium: atque illud reprobetur à domino, quod mortaliū iudicavit. Laur. Justin. A dicio

dicio existimabatur lustum. Quis enim non commendabile iudicaret desiderium cum Christo residendi in regno ad dexteram & sinistram? Et tamen scimus hoc petentes au-  
Exc. 20 disse à uerbo fratres. Nescitis quid petatis: Nam & de Petro tria in monte fieri taberna-  
2. Cor. 12 cula cupiente: ut inseparabiliter adhæreret uerbo, dictum est: quod ignoraret, quid di-  
ceret: Paulus ter dominum rogauit, ut stimulus ei carnis auferretur: nec exauditus est:  
Rom. 7 quoniam nesciebat, quid melius. Cognita igitur scientiae commodi & incommodi ca-  
ritate, nil sanius, nilq; consultius esse potest, quām ut quisque totum diuinæ se commit-  
t uoluntati, suum uelle, suumq; nolle ab eo dependere faciat, qui nouit omnia: & nihil  
eorum, quæ fecit, odit. Homo quidem inuolutus tenebris ignorat quid sibi salubrius  
sit, quidue à domino debeat postulare. Suo hoc Apostolus confirmat testimonio, di-  
cens: Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid otemus, sicut oportet, nesci-  
mus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitis inenartabilibus. Tunc quippe no-  
strum sine errore intelligere incipimus commodum: quum nil de nobis iudicamus, uel  
flagitamus pro nobis: sed si quid petimus, non sine præuia spiritus infusione petimus. F.  
Talis quidem non suo oratio priuatur effectu. Nam qui scrutatur corda, scit quid tunc  
desideret spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis: quum uero spiritus deest  
infusio, omnium nostrarum hæc sit conclusio petitionum. Fiat uoluntas tua. Huiusmo-  
di oratio paucis comprehenditur syllabis: & multis est decorata sententijs. Honoratur  
enim Dei bonitas, iustificatur eius uoluntas, caritas prædicatur, aduocatur sapientia, &  
potestas extollitur: nostrum quoque subiicitur uelle, illuminatur ignorantia, roboratur  
fides, spes non confunditur, oratio non repellitur, & postulatio exauditur. Prudenter  
nanque iudicio se committit alieno, qui sibi per se non sufficere minime ignorat. Qui-  
cunq; itaq; fugata ignorantia nebula, quæ de intelligentiæ erumpit fonte boni & mali,  
ueri & falsi, commodi & incommodi, aliqualem desiderat habere notitiam: adhæreat  
uerbo, atq; æternæ se connubio disponat Sapientia. Ipsa nempe clauem habet scientiæ.  
Cui illa aperit, nemo claudit: claudit, & nemo aperit: potest, quū uult, omnium pandere  
sacramentorum ueritatem: & nedum de intelligentiæ fonte cunctam sua luce propulsa-  
re cæcitatem: uerum etiam cogitationum maculas, quæ de memoriarum scaturientes fonte  
synceritatem polluunt mentis, ualet extergere. Quis autem potest facere mundū de im-  
mundo conceptum semine, nisi ille qui solus mundus est? Venit quippe unigenitus Dei  
homo factus mundus in mundū, ut mundaret immundos. Absq; immunditiæ colluvio-  
ne tāquam immaculatus sponsus de impolluto uirginali processit thalamo: totus inno-  
cens, totus sanctus, totus speciosus, cædibus, & rubicundus, electusq; ex milibus, qui ex  
rubore sanguineo sordes ablueret delictorū, nec non ex candore niueo maculas abole-  
ret mentum. Huiusmodi indigebant mortales lauacro: per quod iuxta criminū imma-  
nitatem, ipsorū possent deleri cōtagia. Indesinenter quidē de illorū memoriarum fonte pro-  
fluuit uoluptuosarū tabes cogitationū: quæ cuncta obscoena ac turpia iam diu perpetra-  
ta facinora euigilare faciūt, suoq; impetu, suoq; fœtore aciem mētis obnubilant: ne inti-  
ma lucis radium aspicere ualeat: & nisi potenti animi uirtute eminus propulsentur, ca-  
ptiuam animā in miserabilem redigunt seruitutem. Ipsi uero fugatis, seu obscoenis sece-  
dentibus cogitationibus nō deest importuna agēdorum sollicitudo negociorū, quæ sua  
impudēti audacia orationis tempore mentis habitaculū perturbare molitur. Hæ quip-  
pe cogitationes, o quām sēpe animū à diuinis retrahunt laudibus: quoties psalmodiæ  
maculant sacrificium, sanctarumq; intelligentiam auferunt scripturarū. Eo autem uehe-  
mentius cæcitate cor feriunt: quo callidius sub caritatis imagine absq; ullo examinatio-  
nis obſtaculo ingredi permitūtur. Nequaquā tamen considerat, qui huiuscemodi sedu-  
ctorijs occupātur fallacijs: quod Deo nō placet holocaustū: quod cordis intētione mi-  
nimē immolatur. Hoc expressit Propheta, ubi ait: Immola Deo sacrificiū laudis, & red-  
de altissimo uota tua. Diuina quippe laus in sensu cordis, alacritate spiritus, intētione se-  
dula, meditatione suspēsa, uoce cōsona profseri debet: iuxta illud: Psallā spiritu, psallam  
1. Cor. 14 & mēte. Et alibi: Laudate dominū: quoniam bonus est psalmus, Deo nostro sit iucunda  
Psal. 134 decoraq; laudatio. Nemo uero tam ignito corde, Dei exercetur in laudibus, ut quamvis  
uoluptuosas propter sui munditiam non toleret cogitationes, atq; laboriosas propter  
affiduam contemplationem terrenarū actionum non sentiat: non ualeat tamen déuītare  
ociosas.

A ociosas. Quotquōt hoc mortalitatis teguntur indumento, ijs subiecti sunt. Qui lotus est (ait Veritas) non indiget, nisi ut pedes lauet. De peccato quidem aliquando, quandoq; uero de peccati pœna generantur. Lustus sit homo, sanctus sit homo: uana semper cogitatione polluitur. Tanto autem quicq; ab ipsis magis est mundus, quanto est exercitatiōr mente. Nam & terra, quæ sulcatur uomere, spinarum germina pullulare uix potest. Disciplinæ igitur sarculo mentis terram excolat, & desiderij manu de fonte memoriae exteriorum cogitationes exhaustat, qui uerbi dignus uult esse connubio. Frustra tamen laborabit, nisi concupiscentias suas extirpare conabitur. Habent quippe & ipsæ suū, unde emanant, fontē. Est quidē in anima uoluntas, quæ concupiscibili associatur, & concupiscentias nutrit innumerās, potissimū si summi careat gustu boni. Tunc etenim tanquā effrānum animal per concupiscibiliū rapitur delectationes præsentia sola concupisces, foras spargitur, uelut famelica porcorū siliquis saturari desiderat: undiq; sibi obiiciūtur laquei & concupiscentiarum tendicula. Nam quicquid in mundo est: aut concupiscentia carnis: aut concupiscentia oculorū: aut superbia uitæ est. Et quis ad has fugiendas idoneus? Tot enim quilibet funibus ligatur: quot concupiscentijs irretitur. Iniquitatis suæ: (inquit Sapiens) capiunt impium: & funibus peccatorū suorum unusquisq; constringitur. Potest quis (gratia secum cooperante) fugere, ne concupiscentiarum efficiatur seruus: non tamē ualet agere, ut ab ipsis omnino sit alienus. Caro namq; hominis uoluptatum origo est. Sed & ipsa anima corpori infusa humano effecta est concupiscentiæ fons, sibiq; ipsi aduersatur, & agit, ut homo semper in se uideat: unde humilationis materiam sumat. Propter hoc aiebat Propheta: Humiliatio tua in medio tui. In homine igitur posita est regula humilationis & speculū: unde agnoscat se. Non acquisita eget scientia: sed infusa sapientia. Sicut autem cæcus, quantūcunq; doctus sit, nō uidet se: ita & peccator ad ueram nunquā potest sui attingere cognitionē. Quomodo se peccatore ualeat agnoscere, & in peccatis perseuerare? Peccato autem nil deformitus. Quisq; uero appetit naturaliter pulcher esse. Quum in homine non habitet bonū: & summo bono aduersetur C hominis malum: ille recte malum suum (uidelicet) se agnoscit: qui ut summū possidere possit bonum proprium detestatur malum; detestando corrigit: corrigo autem bonus efficitur. Quum aut̄ bonus esse cœperit, iam ipse nō est. Est quippe per essentia, nō est ipse per culpam. De talibus Propheta ait: Verte impios: & non erunt. Cognitio igit̄ uera sui in propriæ impotentia, ignorantia, & concupiscentiæ sciētia cōsistit. Est quoq; propria tunc uera cognitio: quando quis dona gratiæ à suis absq; ullo discernit errore. Nemo ad uerbi ualet ascendere notitiam sine sui cognitione. Quemadmodū de sui sciētia humilitas: ita de dei scientia generatur caritas. Dupliciter autem deo habetur notitia, dilectionis (scilicet) & excellentiæ. Facile quippe ad dei ascendit intelligentiam: quisquis erga se de uerbi dilectione habuerit notitiam.

De evidentibus indicijs, quibus uerbi legitimus amor in spōse p̄ recordijs adesse cognoscitur. Cap. XII.

D Abent hoc proprium, qui secularium principum deputati sunt famulati, ut in cunctis quæ agunt, illis placere studeant: quib. obsequuntur, magni quoq; astimēt, si suorum captent benevolentia dominorū. Omnis eorum circa hoc uersatū intentio. Cætera quippe assē qui non dubitant: si hanc benevolentia gratiam obtinere meruerint. Nec ab re. Vbi enim uerus est amor, nihil negari potest. Ab hac amoris carnalis regula non imērito spiritualis trahitur forma. Omniū etenim deo militantium ista p̄cipua ipsorum esse debet intentio, ut sic disponant suā, quatinus diuinis sint grata aspectibus. Hanc suorum putent dignam mercedē laborū, si diligantur à uerbo, si fidelium in numero ascribantur seruorum. Donec mereantur hoc, semper pauidi, semperq; suspecti maneant. Facile quidem, qui non diligunt, repelluntur. Quid uero miserabilius, quā à uerbo repelli, & alienū esse? Quid abiectius, quā nō agnoscat à patre, atq; exhāreditari? Vel quid damnabilius, quā ab æterni fonte luminis excludi, & manus ac pedibus ligatis in tenebras proīsci exteriōres? Cuncta hæc euasit sponsa. Nil horum sentit aculei uerbi certificata amore: ideo lata, & festiva, secura, gaudens cum Propheta canit: Introibo in domū tuā: adorabo ad templū sanctū tuū in timore tuo. Non cōfunditur: non erubescit amoris insignita signaculo. De gazophylacio quidē uerbi hanc secundā reportauit rutilatē gemmā, spiritualeq; thesaurū: per quē in nullo prosternit. Laur. Iustit.

A 2 Renoua-

**R**enouatur quotidie spiritu mentis, exultat animo, quoties tā specialiter amari à spōn-  
so se meminit. Interdum tanta ex hoc iucunditate perfunditur, ut uix à clamoribus con-  
tineri se possit. Vritur desiderijs, anhelat amore, corde uociferatur, dicens: Sicut anima  
mea ad deum fontem uiuum, quando uenīa, & appatebo ante faciem dei: Hac & his si-  
milia ingeminans caritatis lacrymas ubertim emittit, quia non ualeat esse, ubi quem dili-  
git, esse nouit. Præmittit ad illum gemitus ac suspiria amoris testes, totaq; in expectatio-  
ne erigitur sape in animo repetens. Scio cui credidi: & certa sum, quia potens est depo-  
situm meum seruare in illum diem iustus iudex. Hec nempe sunt spiritualia sponsæ exer-  
citia, quum dilectionis uerbi erga se memoria tāgitur. Non autem sic, quæ adhuc dubia  
est anima, atq; minus in amore, perfecta. Siquidem omni pœnae tentationis agitatur uē-  
to, omni subito mouetur impulsu, iugiter replicat illud Niniuitarum humile lusurium:  
**I**ohel. 2 Quis scit, si cōuertatur, & ignoscat deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & nō peribimus?  
Non enim potest non timere, quæ & delictorum fasce onerata se sentit, & nullū adhuc  
intimæ caritatis in se agnoscit indicium. Nam etsi transactarum confidit se indulgentia  
recepisse culparum: non tamen lætari audet tanquam sponsa singulari priuilegio carita-  
tis. In commune ingressa est atrium regis: sed non in arcanum sponsi cubiculum. Rece-  
pit munera, nequaquam autē oscula: uidit intoeuntem sponsam: & pudore perfusam se  
foras derelictam. Magnum prorsus hoc doloris est iaculum introgredi cupienti: consol-  
latur tamē se propheticō sermone, qui ait: Adducentur regi uirgines post eam: proxime  
eius offerentur tibi. Nam & pleruq; quod non præualuit amor: potuit humiliis longa-  
nimitas: & quod nō impetravit meritū, obtinuit importuna petitio. Nemo de uerbi bo-  
nitate defidat, nemo de se desperet. Pleruq; quod dari differtur ad tempus, suo deinde te-  
pore traditur cētuplicatiū: similiter & qui post ad nuptias accessit, primus recubuit. Cur-  
**P**sal. 44 rebāt olim Petrus & Ioannes ad monumentū: sed ille prior introiuit, qui aduenerat po-  
**L**uc. 24 sterior. Erunt (inquit Sapiēntia) nouissimi primi, & primi nouissimi. Quisq; igitur præ-  
**M**ath. 20 sumat de uerbo, diligenterq; se exerceat: ut magis magisq; in amore coalescat: ut & ipse  
(sifieri posse) ad mensurā pertingat sponse. Nam uerbo hoc difficile nō est. Ipsiā etenim G  
aliquādo Christū secundū carnē cognouit: quāuis nunc nō agnoscat. Per incremēta ad  
maturā peruenit ætate spiritus nō ex proprio labore: sed ex merito p̄uenientis ac sub-  
sequētis gratiæ. Gratia nanc; & caritas prouehūt ad perfectionē: & semper pariter ope-  
rantur. Gratia quidē iustificat, caritas ornat, utrāq; uero exaltari merentur. Luxta gratiæ  
mēsurā donatur & caritas. Vbi gratia gratū faciēs, ibi caritas. Sicut per gradus gratia: ita  
caritas erogatur. Non nisi ex effectibus caritatis perfectio innotescit. Qualis autem &  
quanta macula in corde: solus ille nouit, qui scrutatur renes & corda. Quædam etenim  
habet indicia ipsa caritas: quæ ex certa scientia & evidentissimis signis sponsæ præroga-  
ta est: ob quam inenarrabili & glorificata exultatione lætatur. De huiusmodi nanc; pre-  
sens sermo proloquitur. Est autem caritas donum dei de diuinæ bonitatis emanans son-  
te gratuitum, accōmodatū animæ ad promēdū immortalitatis gloriam: ad cumulan-  
da merita, ad uirtutes perficiendas, ad custodiendam gratiam: ad dei filios à gehennæ fi-  
lijs segregādos. Clavis enim est regni, perfectionis mater, uirtutum uirtus, thesaurus in-  
comparabilis, cunctorumq; meritorum principium & finis. Notissimum nanc; diuinæ  
miserationis argumentum est. Vbi uero est caritas: ibi patientia constantia. Caritas (ait  
**i. Cor. 13** Apostolus) patiens est, nescit turbari, nescit inflari: suiq; cōditoris flagella æ quo fert ani-  
mo. Cōsuevit quippe dei sapiēntia sua probare dona, & quos caritatis nobilitat munere,  
**Apoc. 3** flagelli uirga erudire. Ego (inquit ipsa Sapiēntia) quos amo: arguo. Nunq; sine patientia  
exercitio esse caritas solet: spiritualibus animæ lacertis dimicat, & qualis sit, ostētat pati-  
entia. Impudice quidē mētis ac frigidē experimētū est nolle pati, reprobae uero murmu-  
rari de uerbere. Quid uero deformius, q; aduersus corrigētē & amantē irasci patrē: Hoe  
**Pro. 3** etenim exhortādo Sapiēs prohibet, dicens: Disciplinā dñi fili mi, ne abīcias. Quē enim dī-  
**Heb. 12** ligit dominus, corripit: & quasi pater in filio cōplacet sibi. Apostolus quoq; ait: In disci-  
plina perseuerate. Tāquā filijs offert se deus. Quis enī filius, quē nō corripit pater: quod  
si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri: & nō filij estis. Fi-  
liorū itaq; est cū exultatione, amicorum cum patientia, alienorum uero inuite, & cum  
murmurio domini percussionem tolerare. Hoc naturalis testatur ratio, hoc sanctorum  
&

**A** & maxime uerbi exempla confirmant: ut eo quisq; durius in præsenti flagelletur: quo ar-  
ctius amat. Diligit quidem dominus patientem, diligit & proximum amantē: non mi-  
nus, qui fratrem diligit, quām qui uirgā uerbi æquanimiter sustinet; diligitur: ambo ta-  
men cari, ambo diuinæ cōpleteuntur uisceribus caritatis. Si diligamus inuicē (ait Ioan-  
nes) deus in nobis manet: & caritas eius in nobis perfecta est. Extraneus enī à gregē do-  
minico censendus est, qui fraterna nudatus est caritate. Non potest pertinere ad corpus  
Christi, quicunq; nō diligit mēbra Christi. Vbi unitas: ubi proximorū cōpassio: ibi pror-  
sus compago membrorum: ibi dei diffusa est caritas. Vtiuificatur cōpus spirituali rationa-  
li: vtiuificatur fidelium unitas spiritu uerbi. Fraternæ præbent exemplum dilectionis hu-  
mani corporis membra. Quantā inter ipsos unitas: quāta cōfederationis indissolubili-  
tas? Quis non miretur: quis non gaudio repleatur in cōtemplatione tāti mysterij: quis  
in organo corporis, opificis non effera sapientiam? Tanta siquidem unitatis compage  
ipsa corporis membra copulata sunt: ut unum non patiatur membrum, quin compatia-  
**B** tur & cætera. Hac est spiritualis eruditio sapientiæ: hac est fraternæ commendatio cari-  
tatis. Per humanum mysticum instruxit: & per carnalem spiritualem edocuit. Audi unū  
de spiritualibus, membrum corpori mystico adhæren̄s, unitatem seruans: omnia ut se-  
ipsum diligens. Quis infirmatur (inquit) & ego nō infirmor: quis scādalizatur: & ego  
non uror? Verum nempe hoc membrum erat sua non quærens: sed Christi, sed capit̄is,  
sed membrorum. Non quæro (ait alio loco) quod mihi utile sit: sed quod multis: Agno  
uerat enim dilectionem capit̄is: meminerat sapientiam dixisse: quia non uenit ministrā-  
ri, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis. Sciebat uerbum, quū  
crucifigeretur, orasse: Pater ignoscē illis, quām nesciunt quid faciunt. Vnde tanquam ue-  
rus strenuusq; discipulus Apostolus imitabatur opere, quod didicerat in magistro: ideo  
discipulis aiebat: debemus nos firmiores imbecillitates infirmorum sustinere, & non no-  
bis placere: unusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonum ad ædificationem. Ete-  
nim Christus non sibi placuit: sed sicut scriptum est. Improperia improprietatum tibi ce-  
**C** ciderunt super me. Plurimum nanc; deo commendabilis exhibet fraternus amor, qui  
uerbi autoritate probatur. Est quidem abbreviatū uerbum omnem legis & prophetarū  
in se scientiam continens: est utiq; spirituale stadium: in quo, quanta dei sit in homine ca-  
ritas, demonstratur, necnon & quanta sit hominis ad deum dilectio. Viciſſim sibi hæc  
duo famulantur præcepta: ita ut nemo proximum diligat: qui deū nō diligit, & nullus  
deum, qui proximū non amat, dicente Ioanne: Qui non diligit proximum, quem uidet,  
deum quē non uidet, quomodo potest diligere? Vbi amor est proximi, sibi prius suū dei  
caritas pedē fixit: ubi spiritualiū est scientia: ibi sapientiæ dilectio est. Nō est sapiēntia, ubi  
deest caritas. Suū quippe uerbum diffundit lumen: ubi suū præstat amore. Quā sapiē-  
ntia replet mentē, replet & cognitione. Cognoscere illam facit, quæ nescienda sint, dein-  
de quæ scienda, postremo quibus medijs ad scientiā perueniatur. Sunt nanc; quædam,  
quæ nescienda sunt: quia humana nequeunt perscrutari ratione. Credi debent: non aut  
curiose inquiri. Quis aut (nisi aut elatione tumidus, aut ignorantia cæcus) præsumat in-  
**D** telligere posse, quid sit deus? Quod autem deus sit, omnis creatura testatur. Ipsa quidē  
lingua sua fatentur opus se summi & æterni dei esse, & dicunt: Ipse fecit nos: & non i-  
psæ nos. Est enim deus naturæ uox: qua omnia pulchra testantur ipsum pulchritum, dul-  
cia dulcissimum, sublimia altissimum, pura purissimum: unde quemadmodum in patria  
deus est speculum, in quo reluent creaturæ, ita in uia creaturæ sunt speculum, in quo  
creator uidetur: ideo Apostolus ait: Inuisibilita dei per ea quæ facta sunt, à creatura inui-  
di intellecta conspicuntur. Ratio quoq; naturalis, quæ per effectum in cogitationem  
omnem peruenit, ratiocinando deum esse concludit. Omne nanc; creatum indiget ali-  
quo, ut sit: uerbum autem deus: per quod omnia sunt, quæ sunt, siue angeli, siue archan-  
geli, siue throni, siue seraphim, seu quicquid mouetur in cælo, uel in terra, est aptid deū.  
Ipsum dicimus principium & sapientiam: in quo & per quā facta sunt uniuersa: de quo  
principio per Mosēm dicitur: In principio creauit deus cælum & terram, & cætera, quæ  
particulariter narrando distinguit. Sed & de sapientia sic scriptum est. Dominus posse-  
dit me in initio uiarum suarum atque quām quicquām faceret à principio, ab æterno or-  
dinata sum: & ex antiquis antequam terra fieret, quando præparabat cælos: aderam cū  
Laur. Iustin.

**B.** eo cuncta componens. Fides etiam catholica nō solum credit deum atq; credit deo:ue. **B.** rum etiam credit in deum: amando credit: & credendo in membra ipsius iucorporatur. Hinc est quod per orbem terrarum uniuersa canit ecclesia. Credo in unum deum patrem omnipotentem factorem caeli & terrae: uisibilium omnium, & inuisibilium. Pro fide hac martyres flammis se dederunt, cunctisq; cruciatibus inuisibilia pro uisibilibus communantes. Eorum insuper quidam obturauerunt ora leonum, fugauerunt aciem gladij, & exterorum castra uerterunt. Certi namq; per fidem facti: quod deus erat: pro huiusmodi usq; ad mortem certauerunt ueritate. Cognoscere uero deum, sicuti est: non est instantis temporis, sed futuri. Donec in hac peregrinatur homo carne: quousq; corruptio eius subditus: ad hanc cognitionis non attingit celsitudinem. Deuicto autem triumphatoq; modo si in sorte ueniet electorum: hanc uisionis gloriam consequi merebitur: de qua loanes ait: Carissimi nūc filii dei sumus, & nōdum apparuit, quid erimus, scimus, quod quā apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. Prima nāq; dei cognitio peregrinantiū ac uiatorum est, secunda triumphantium & angelorum: tertia autem ne hominum neq; angelorum. Omnem quippe creatum supereminet intellectū. Ipse enim cognoscit se per se in se. Non aliqua eget luce. Verbum lux est, per quod cognoscit se finite infinitum: non in tempore, sed æternaliter: non confuse, sed perspicue lympidissimeq;: quoniā in eo, tenebre non sunt ullæ. Hec est uita æterna, quæ credi debet, nō inuestigari. Lucem quippe habitat inacessibilem: Vnde scrutator ipsius maiestatis op primitur à gloria. Quemadmodum igitur diuine altitudo essentiae ratione comprehendi nequit: simplici uero fide credi debet: ita quoq; ecclæstica sacramēta. Quæ capit ratio, quæ humana percipit intelligentia, ut fieri possit q; baptisimū aqua corpus tangat, & animam mundet: ut elementum accedente uerbo fiat sacramētum. Similiter ut per manuum impositionem ligandi, soluendiq; potestas conferatur hominibus: Atque quod his omnibus maius est, qualiter sub modici panis uiniq; specie totus Christus deus & homo realiter sit. Cuncta hæc humanæ metas transcurrunt intelligentiæ. Maximam quippe sub sacramentis dei uerbum horum institutor aperuit suæ bonitatis benevolentiam, dum in re uisibili inuisibilem confert gratiam. Nam sacramētum illud est, in quo sub tegmēto uisibilium rerum diuina uirtus secretius operatur. Operatur quidem multa, quā per hæc à peccato mundat, in bono confirmat, corpori Christi mystico incorporat, impium iustificat, ad futuram præparat uitam, erudiendo illuminat, & à malo præseruat. Non autem sine causa æterna hoc agere uoluit sapientia. Hominis nempe altum humiliat sapere, dum fidei colla subiicit: & in se inferioribus salutem querit propriam, meritumq; suum credendo multiplicat. O dei sapientia quanto consilio tuorum salutem operaris fidelium. Non uolenter non imperiose illos tibi uendicas: sed illorum mederis languoribus, ipsorumq; indulges erratibus. Sponte quidem se tibi sternentes, tuisq; institutionibus parentes humiliter, tumorem suum euacuant credendo, quod non uident, tuā uenerantur maiestatem non resistendo, non percunctando, non discutiendo, sed fideliter famulando, suoq; satisfaciunt errori, dum se altiora quæsisse, dum legi tuae detraxisse, dum multimode tuam erga se prouocasse iustitiā puro corde, fidei simplici, & salubri confessione pronuntiant. Cuius hæc opera, nisi tua ò alma sapiētia: ò intenebrabilis lux, peccatorum uenia, mœstorum gaudium, honorum spes, & uniuersitatis regimen: Consuisti nāq; tuae ueritatis radios, tuāq; uirtutis riuulos in nos semper diffundere. Tu itaq; ò dominatrix sapientia cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Subest enim tibi quā uolueris, posse, misereris tamen omnium, quoniam omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiā. Diligis quippe omnia, quæ sunt: & nihil odisti eorum, quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituesti. Quomodo autē posset permanere aliquid, nisi tu uoluisses? Aut quod à te uocatum non esset, conservaretur. Parcis itaq; omnibus: quoniam tua sunt ò sapientia dominans, quæ animas amas. Non aut̄ licet querere, quod latere uoluisti: quamobrem tuorum altitudinem sacramentorum tuorumq; profunditatem iudiciorum inuestigare præsumere ultimæ dementiæ est. Si em̄ difficile existimat, quæ in terra sunt, & quæ in prospectu sunt, inueniuntur cum labore: quæ in cælis sunt, quis inuestigabit? aut quis hominum poterit scire cōsiliū tuū: uel quis ualebit cogitare, quod tu uelis? Nemo itaq; sensum tuū attingere sufficit,

**A.** sufficit, n̄isi tu dederis sapiētiam, & miseris spiritum sanctum tuum de altissimis. Quum enim magna sint iudicia tua domine, & inscrutabilia opera tua: propterea indisciplinae animæ hæc perscrutari molientes grauiter errauerunt. Alta igitur Dei cōsilia nullus inquirat: quin potius quisq; studeat sic nescire quod nō expedit: ut non negligat scire, quæ ignorare non oportet. In altero quidem temeritas: in altero autem negligētia redarguitur. Quid uero iustiū, quidū potest rationabilius ruminari & recoli, quam diuinæ miserationis sublime opus, & uerbi Dei sacramentum pietatis? Quod enim pro hominibus gestum est: debet etiam ab hominibus rememorari, ne ingratiudinis surrepte uitio amittatur immensa bonitatis spiritualis fructus. Præ cunctis quippe hoc mortales Deo exhibit debitores: quod Deus fieri dignatus est homo passibilis. Passibilis qui dem in nostra: in sua uero permanens natura immortalis Deus. Accipiendo quod non erat, non destitit esse, quod erat. Nihil diuinitati intulit indignum: nihil maiestati suscepit contrarium. Quod enim uisibili inflatum est formæ: hoc inuisibilis substantiæ militauit ad gloriam. Quid gloriosius diuinæ ualet ascribi naturæ, quam ut pro offensa gratiam, pro ignominia honorem, pro contumelij benevolentiam, & pro temporali morte uitam præstaret æternam? Optimum nanque uindictæ genus est culpam ignorare, & humanitatis beneficia non negare, mala pati, & stilicidia gratiæ communicare. Hoc supernæ deitatis opus est, quæ quotidie innumerabiliter iniurijs laceffitur, & sustinet: blasphematur, & non irascitur. Hoc euangelicæ quoque perfectionis est, quæ una percussa maxilla debet præbere alteram, quæ auferenti tunicam tribuere debet extam pallium: ideo Apostolus aiebat: Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Ipsa etiam sapientia perfectionis regulam insinuando, dicit: Diligite inimicos vestros: benefacite ihs qui oderunt uos, & orate pro persequentib. & calumniantibus uos. Sed parum fuisset docuisse uerbis, nisi confirmasset exemplis: unde ipsa ueritas in suis semper patiens persecutionibus, in pœnis fortis, morte insuperabilis, nunquam à suæ caritatis mota est stabilitate: dilexit persecutores suos, sermone hortata est, sicuti ut etiam cor-

**B.** Rom. 12:  
Luc. 6:  
militauit ad gloriam. Quid gloriosius diuinæ ualet ascribi naturæ, quam ut pro offensa gratiam, pro ignominia honorem, pro contumelij benevolentiam, & pro temporali morte uitam præstaret æternam? Optimum nanque uindictæ genus est culpam ignorare, & humanitatis beneficia non negare, mala pati, & stilicidia gratiæ communicare. Hoc supernæ deitatis opus est, quæ quotidie innumerabiliter iniurijs laceffitur, & sustinet: blasphematur, & non irascitur. Hoc euangelicæ quoque perfectionis est, quæ una percussa maxilla debet præbere alteram, quæ auferenti tunicam tribuere debet extam pallium: ideo Apostolus aiebat: Noli uinci à malo, sed uince in bono malum. Ipsa etiam sapientia perfectionis regulam insinuando, dicit: Diligite inimicos vestros: benefacite ihs qui oderunt uos, & orate pro persequentib. & calumniantibus uos. Sed parum fuisset docuisse uerbis, nisi confirmasset exemplis: unde ipsa ueritas in suis semper patiens persecutionibus, in pœnis fortis, morte insuperabilis, nunquam à suæ caritatis mota est stabilitate: dilexit persecutores suos, sermone hortata est, sicuti ut etiam cor-

**C.** ripiendo non minus amaret, in se suis præbuit uiuendi formam: caritatis regulam, pietatis modum, refugij locum, fiduciæ portum, æternitatis gustum, & gloriæ meritum. Huius itaque mysterij pietatem, & caritatis latitudinem nunquam de cordibus decet aboliri mortalium: non aliquo postponi euentu: ut etiā non semper, tamen interdum de ipsa cogitetur. Affectum nanque accedit, mentem eleuat, lumen huiusmodi afferat cogitatio. Dicit quidem, qui suam in uita uerbi occupat mentem, quomodo inæstimabili uices debeat rependere caritati: quomodo suos componat mores, sua que disponat negotia. Non autem ignorandum est, quæ Deo placeant, quæ ue displiceant: quæ ex gratia, & quæ à natura prouenant. Minime quippe ualet opere perfici, quod ignoratur. Virtuosa actio commendat hominem Deo, non scientia, non opinio, nō popularis aura: non generosa prosapia, nō propria æstimatione sui. Omnia ista sole apparet iustitia liquefiunt, & tanquam glacies estiuis reuerberata caloribus nusquam sui ue stigia relinquent. Non enim in ore hominum: sed in conscientijs spirituales sunt condendi thesauri. Qualis quisque fuerit apud se, talis à domino iudicabitur. In ipso quidem Dei examine cuncta discutientur, & uniuersa æquitatis ponderabuntur lance. Intentiones, cogitationes, affectiones, & opera ducētur ad medium. Non magna & nota tam tum: uerum etiam parua, ac minutissima, & quæ ignorantur, delicta discutientur à uerbo. Non potentis, non diuinitis, non sapientis personam accipiet. Potestate æqua cuncti ferentur. Virtutes itaque amandæ sunt, & probabilitum sunt imitanda gesta uirorum: eorum ( uidelicet ) qui diuinis obtemperantes legibus laudabilis cursu præsentis peregrinationis terminum finiere. Hos etenim elegit Deus, hos cunctis posuit in exemplis non autem quos humana falsitas iudicat gloriosos. Tales nempe quum ultis pleni sunt, quæ Deus odit, & flagellis insequitur, summae sapientiæ placere nequeunt: uirtus uero quum ex se sit ornatissima, suum decorando possessorem diuinis illum reddit gratum aspectibus. Aspernanda prorsus surit uitia, uirtutesq; sectandæ: quæ mortales ad sidereas prouehunt cælorum sedes: eo altius sublimando: quo peraguntur perfectius. Parum quidem prodest ad tempus florere diuitijs, honoribus, incolumitate que, & post pauculum æterno demergi in baratro. Post specialem cōditoris amorem nil ad bene uiuen-

**D.** A. 4  
dum

dum sic fideles excitat, quemadmodum iugiter cogitare: quæ trāfacto huius uitæ cursu **Esa. 66.** iustis reposita sint in cælis præmia, peccatoribus uæ supplicia. Nulli quippe hæc ignorare licet. Sunt quidem summæ fundamenta imputribilia ueræq; philosophiæ immortalitatis principia, uirtutum organa, uerbi doctrinæ, sapientiæ: thesauri, ornamenta intelligentiæ, futuræq; uitæ patens ostium. Quicunq; ista ignorauerit, nō agnosceretur à uerbo, & tanquam reprobus cum infidelibus deputabitur: quanquam æquali plectèdi sunt exitio, qui sciunt, nec faciunt. Non auditores, non doctores legis, sed factores iustificantur apud Deum. Optimum uero ad hæc perficienda suffragium est humilitas non labiorum sed cordis, quæ magnam cum uerbo habet autoritatem. Hanc ipse docuit sermone & uita. Super quem (inquit per Prophetā dominus) requiescat spiritus meus, nisi super humilē, & quietum, & trementem sermones meos. Est & mentis munditia sufficiens ad hæc suscipienda rudimenta cælestia. Docibilis quidem est, capabilisq; donorum, Deo amabilis, tabernaculum sapientiæ, rationi subiecta, lumine corusca, exuberans gaudio, pace referta, secura in se, libera ad Deum, nulli onerosa, sibi ipsi in suis sufficiens delicijs: intenta uerbo, alliciens uerbum, uerbicq; fidelissima sponsa. Est utiq; contemplationis oculus, mysteriorum domus, speculum gloriae, imitatrix Dei, sociacq; beatorū. Huic se ostendit Deus, dicente Sapientia: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deū uidebunt. Exhibet nempe testimonium certum diuinæ caritatis ipsa cordis integritas: necnon ad uerbum pura dilectio. Nemo potest diligere Deum, nisi diligatur à Deo: non communis sed filiali dilectione. Luxta ipsius mensuram in nobis noster ad Deum dirigitur affectus. Reciproci nanc; sunt: nec ab inuicem ualent separari. Qui Deum sincero diligit corde: securus gaudeat, quoniam à uerbo irrefragabiliter adamatur. Hinc exultatio sponsæ, hinc amicitiarū indissolubilis nexus: ideo lætanter nec præsumptuose, ait: Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. Proinde fidenti caritate sublimiora diuinæ contemplationis appetens usq; ad interiora uelaminis (uidelicet) sponsi gloriam satagit introire. Quum enim amoris sit uida, dilectione sautia, donis prouocata, clara lumine, uirtutibus splendida, pietate circunfusa, cognitione plena, ac fortitudine roborata, non repellitur: sed tanquam carissima admittitur sponsa, ut de thesauris sapientiæ fulgentiorem cæteris suscipiat margaritam, possitq; reliquos de ijs quæ uidit, & audiuit, instruere, non ad sui, sed sponsi gloriam: à quo habet, quod est. Non enim ociosè audiuit Sapientiam dicentem: Qui diligit me, diligitur à patre meo: & ego manifestabo ei me ipsum. Attētis hoc audiuit auribus, uigilanti corde, & uida intentione, unde suo non est fraudata desiderio, quoniam dilecta dixit. Gustauit & uidit, quia suavis est sapientia, & diuinæ intelligentiæ lumen uniuersis spiritualibus donis præeminet, cæteraq; transcendit.

De diueris contemplationum gradibus, quibus animus ducitur ad summæ notitiam trinitatis. Cap. XIX.



Sus docet neminem ad cuiuscunq; artis peritiam posse pertingere, nisi gratiæ datum, & per exercitationem assiduum. Hoc lanifices, hoc cœmentarij, cætericq; opifices fatentur. Si diligenter humana exercitia, mundanæ scientiæ ac spiritualæ disciplinæ perlustrantur, hoc ipsum clamabunt. Præ cæteris uero diuina contemplatio, quæ ad Dei prouehit notitiam, gradibus quibsdam indiget spiritualibus, ut ad sui perducat perfectionem. Sic enim exigentibus priorum parentum culpis hebetata est humana mens: sic ab ingenita gratuitaq; dignitate diuulsa, ut corporalæ, & quæ iuxta se sunt, attingere non ualeat, nisi exigua, & maximo cum labore. Spiritualia autem potius palpitando, quam discernendo diffinit, nisi irradiauerit intus sapientiæ diuinus splendor. Tunc prout gradus est luminis, est & cognitionis. Diuina uero perquirere quis potest? Dei supereminenter scientiam quis enarrabit? Omnis quidem caligat intelligentiæ, singulorum acies reuerberata cæcatur, si ineffabile se immerserit lumen, si Dei se ingesserit sapientia. Ad ipsam non festinanter, non immunde, non elate accedendum est. Humilitas nutriquam abiicitur, quia præcul sedet in se, nisi excitata & illecta non appropiat: quoniam non ambulat in magnis ac mirabilibus supra se. Munditia & ipsa admittitur. Non enim absque prævio lumine pedem mouere audet: hoc eidem pedissequa suadente humilitate. Timorosa quoque maturitas

**A** maturitas ueluti moribus ornata, decorata sapientia, ueneratione tremens, experientia erudita tanquam digna contemplationi coaptatur diuinæ. Quemadmodum nanc; contemplatio se importune carnaliter quærentem fugit. Ita reuerentem, & spiritualiter sim pliciterq; se non quærentem insequitur. Hæc diuina narrat historia. Erat Moses omnium hominum, qui in terra morabantur, mitissimus: pascebatur oves in deserto simpliciter, uidit rubum, quia arderet, nec combureretur: audiuit uocem clamâtem se, quamuis se humiliiter excusaret, prælatus est populo uniuerso Hebræorum: postquâ prodigia ac signa ingentia in caliginem introiuit, domini uocem audiuit, cum ipso tanquam amicus loquebatur cum amico, innumeris habuit reuelationes, Deicq; digito legem scriptam suscipere promeruit. Non eligitur doctus, non diues, non eloquens, sed ouium pastor, deserti incola, lingua impeditus, sermone incompositus, humilis, mansuetus, simplex, & timens Deum. Non humana Deus eget sapientia, non uirtute, non sanctitate. Cuncta perfectè in ipso sunt: imò etiam uniuersorum bona, dona ipsius esse probantur. Non

**B** hominū quærit suffragium, solatio non adiuuatur alieno, qui dat homini scientiam, prestat uitam, donatque gratiam. Erga illum itaque maxima exhibenda ueneratio est, & humilitatis obedientia. Non nisi uocata ad ipsum appropiare mens debet, ne repulsa cum pudore sternatur: unde de quibusdam procacibus per Prophetam dominus conqueritur, dicens: Si ego dominus, ubi honor meus: & si pater, ubi amor meus? Nec uerus honor sine dilectione: neque paternus amor absque reuerentia esse potest. Debet quidem humilis, & devotioni contemplationis uacans semper diuini se subhæcere radio luminis, quatenus trahenti & uocanti spiritui continuè se accommodet. Nam spirat quando uult, & de quo uult. Hinc est quod Prophetæ sanctus quum animalium sanctorum prophetias narraret, ait: Quum fieret uox supra firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & summittebant alas suas. Expedit etenim, ut crebro foris remaneat: quæ humiliter, patienter, prudenterq; internam mens non intelligit uocem. Quis est homo, ut cum Deo loqui temerarie debeat? Nam & senex maturus & amicus Dei,

**C** gentiumq; multarum pater quum loqueretur cum domino, se indignum arbitrans, aiebat: Loquar ad dominum meum, quum sim puluis & cinis? Nec mirum, si sic dicebat, qui sapientiæ lumen ex diuina in se receperat allocutione. Semper enim superna gratia humilitati sociatur. Quæ nanc; comparatio luci ad tenebras, uitæ ad mortem, illi qui est, & ei qui nihil est? Repudiatur in contemplatione elatio, repudiatur, que in adhuc animali statu posita est, dicente domino ad Mosen: Bestia qua tetigerit montem, lapidabitur. Prius sensualis habitus pristinæ conuersationis exuendus, quam ad monte cœm plationis accedendum. Deus nempe spiritus est, qui non ambulat in spiritu, spiritualia non discernit: neq; de spirituali proficit alimento. Crescat lacte nutritus, sensibus roboratus, gratia præuentus, amore accensus, spiritu exercitatus, mente suspensus, ut post ista ad contemplationis arcem ascendat. Gratia primum, deinde uirtutes, postremo instantia humilis uigilansq; per contemplationis actum ad Dei notitiam cor eleuant. His deficientibus ad scientiam diuinitatis nemo peruenit. Gratia præuenit, uirtutes habili-

**D** tant, usus autem ultrasq; perficit. Superuacue in cunctis laborat homo sine gratiæ admiciculo quod exemplis scripturarum, testimonij, & rationibus facillime comprobatur. Mens quoque uirtutibus vacua ad diuinum non accedat aspectum. Abhorret quidem puritas æterna uitiorum labes & scelerum deformitates. Vbi Dei uera adest cognitio, ibi delictorum abest uoluntaria perpetratio. Hinc est quod à domino Prophetæ nominatissimus audiuit. Non uidebit me homo, & uiuet. Ideo ante resecanda sunt uitia gladio spiritus & uirtutum mucrone, quam ad contemplationis ocium supersedeat mens. Præstata igitur superna gratia subactis disciplinæ uirtutum uitij, euolet quisque ad contemplationis exercitium. Sunt quippe tanquam spiritualæ pennæ: per quas usque ad deitatis mens prouehitur thronum. Has optabat pennas Prophetæ, quum diceret: Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & uolabo, & requiescam? Non tamen uniformiter contemplationis somno quiescentes uolitant. Varij quidem sunt contemplationis gradus iuxta qualitates gratiarum & meritorum mensuram. Quandoque etenim mens trahitur ad Dei notitiam creaturarum consideratione, circunquaque perlustrat, & in cunctis tremendam Dei potentiam, admirabilem sapientiam, amplectendamq; conspicit

conspicit clementiam. Tot laudatum audit uoces, quo creaturarum intuetur species: **G** quandam quoque spiritualem sentit in corde harmoniam, quae interiora omnia compleat iubilatione. Non enim a conditoris se ualeat continere laude, quum uniuersa in diuinis praecognitis occupata intelligit opera. Si cælestia aspicit corpora, hoc agnoscit, si elematas considerat species, hoc gustat. Omnia uocibus suis iucundissimum agunt concentum: unde fragrantissima respersus suauitate animus tacite uociferare copellitur, & dicere. Domine quis similis tui? In uniuersis quippe creaturis Deum intuetur, & per singulas delectabiliter pascitur. Hunc habere sensum expressit Propheta, qui ait: Delectasti me domine in factura tua: & in operib. manu tuarum exultabo. Liber quidem pulcherius intus & foris depictus est creaturarum uniuersitas: in quo Dei perspicua habetur notitia. Propterea in sapientiae uolumine continetur sic. A magnitudine enim speciei creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator uideri. Est & alias contemplationis gradus superiore maior, quum mens in sanctarum dilatatur meditatione scripturarum. Est namque sacra pagina sapientiae uerbi speculum, & diuinitatis armarium. Nullus in ea pure, prudenter, humiliterque accedens, recedit uacuus. Omnia quidem morum scientiam continet. Quis non Dei miretur sapientiam, quum tot mysteriorum sacramenta: tot ueritates sub literæ cortice esse uidet contenta? In ipsa prædicatur omnipotentia diuina, quum de mundi creatione modum insinuat, multaque narrat dei magnalia: nunc per angelorum ministria: nunc per hominum instrumenta. Sanctæ paginæ potissimum bonitatem conditoris commendant. Nostram uoluit per has deus erudire ignorantiam, informare fidem, spem solidare, ablactare a uisibilibus, & inuisibilibus pascere. Prorsus cunctus cæcatus esset mundus absque adminiculo scripturarum, quae confundunt errores, iniquis supplicia minantur æterna, iustisque præmia pollicentur perpetua. Sicut enim scientia sacra superbos caligat, ne Dei gloria uideant: ita humilibus se familiariter notificat: ideo Propheta aiebat: Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Quantum uero per sanctarum scripturarum in Dei cognitione proficiat mens, qui sapiunt, intelligunt. Quicquid enim dicitur, quod catholicarum autoritate scripturarum non probatur, a sancta non approbatur ecclesia. Est quidem fundamentum solidum, super quod omnis fidei ueritas, omnisque ueritatis solidatur autoritas. Suavis nempe percipitur per illam sapientiae gustus: si meditata & mansa teneatur. Thesaurus desiderabilis ( ait Sapiens ) requiescit in ore sapientis. Non enim communis est cibus sacer sermo, nec contemplationis insimus gradus. Illis solis datus, qui docibiles sunt & capaces, & qui omne fermentum malitiae ac nequitiae euacuant. Aliud tamen in scriptura est scientia: aliud scientiam gustus. Scientiam habere potest malus: scientiam autem gustum non nisi bonus. Cutenim gustus accommodatus est, in uirum mutatur alterum. Nam & Moses accepta diuinae legis scientia ultra in Aegyptum reuersus non est. Maximum quippe peregrinationis huius solatium est scripturarum contemplatio, quae splendoribus ueritatis illustrat cor, & diuinitatis claram præstat scientiam. In hac uero scripturarum contemplatione alia admodum iucunda reposita est consideratio diuinæ cognitionis: tanquam rota in medio rotæ. Ipsa est probatissimorum uirorum & sanctorum commendabilis uita: in qua singulariter dei laudanda est maiestas. Quosdam etenim sapientia æterna de hominum uniuersitate elegit uiros, ut ipsos ueluti radiantes stellas in ecclesiæ suæ collocaret firmamento. Iстis nemo sane intelligentium dubitat tantam infusam esse gratiam, tantam prærogatam uirtutem, ut in eis perspicue eniteat summa scientia ueritatis. Nam si in talibus magnanimitas attendatur & animi zelans constantia: proculdubio uirtus in eisdem insuperabilis habitare noscetur. Quis immundorum spirituum innumerabilem exercitum infatigabiliter mentis robur oppugnat: quis tanquam maris arenam inundantes tentationes uincere sine dei uirtute ualeret? Prævaluere utique strenue aduersus leonum insidias rugientium: fugauere eos impetu spiritus tanquam puluerem, quem uentus proiecit a facie terræ. Non cessarunt eorum importunitatibus: nec fatigati sunt, quum tentarentur, quin potius illos sub pedibus strauerunt suis. Nam fortes uincierunt catenis indissolubilibus, & cuncta ipsorum bellaria asportauerunt arma. Arma quidem diaconi mundi sunt reges, & iniqui homines, quorum ipse princeps est: sicut incarnata affirmat Veritas dicens. Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam

**A** quam. Tot ab immundis spiritibus ablata sunt arma, quot sanctoru[m] exempla, eruditio, & meritis uerbo lucrata sunt animæ. Adeo quippe in hoc certaminis conflictu extitero robusti, ut omnem iugo fidei subigerent orbem, non armis uel ferro, non multitudo pugnatorum, non precio, non minis, sed animi constantia, uirtute fidei, proprio ergore. Se enim tormentis, exilio, igne, faculis, carceribus permiserunt interfici, potius quam vincit: occisi quidem tunc exitere uictores. In suo laureati sunt sanguine, in sua triumphauerunt morte. Vincet nempe omnipotens in ipsis, cui tota ascriberenda est uictoria. Vicit quippe in martyribus mundū: superauit in confessoribus uitium. Quemadmodum Dei uirtus & potestas commendatur in illis: sic & in istis. Ardua est uirtutum pugna, glorioſissimusque est naturæ triuphus. Nemo naturaliter carnem odit suam: sed magis eam souet, & nutrit: & tamen carnales edomantur concupiscentiae, & sub spiritu rediguntur dominium. Abnegando quidem se homo desinit esse, quod erat. Novum induit hominem: noua incipit esse creatura, dum in spiritu ambulat nouitate, dum **Eph. 5** uirtutem induit ex alto. Fortis contra uitia: sapiens aduersus insidias: sed non minus honestabilis per sapientiam, quam per uirtutem. In uno & pari sunt gradu fortitudo & sapientia, nec una maior altera. Fortis pater, sapiens uerbum. De hac unitate ait lob: Sapientia corde est, & fortis robore. Et idem: Apud ipsum est fortitudo & sapientia. In fortitudine patris uirtus: in sanctorum uero prudentia uerbi sapientia ueneratur. Est autem sapiens pater, & forte uerbum. Sapientiam intelligere uis patris: audi Prophetam: **Psal. 103** Omnia in sapientia fecisti. Fecit in sua sapientia uniuersa, quae sunt. Filii uirtutem audi: Usque modo pater meus operatur, & ego operor. Alia est sententia, quae omnem affert ambiguatem unitatis & æqualitatis. Ego ( ait Verbum ) & pater unum sumus. Et **Ioh. 10** iterum: Ego in patre, & pater in me est. Igitur in sanctorum uita utriusque commendatur uirtus, amborumque sapientia. Quamvis enim auctus diuersi sint: de uno tamen diuinitatibus emanat fonte. Sanctis quippe se pater communicat in filio, & filius in patre: ideo uirtutem præbet & sapientiam. Ad huius confirmationis testimonium legitur, quod quum beatus Stephanus in concilio esset positus Iudæorum: pro Iesu nomine ipso loquente uerbalis uerba, videbat uniuersi, qui aderat, uultum eius tanquam uultum angeli stantis inter illos: nec resistere poterat sapientiae & spiritui, qui loquebat. Apostolus quoque sapientiae fortitudine, & fortitudinis sapientia plenus dicebat: Arma militiae nostræ non sunt carnalia: sed potentia Dei ad destructionem munitiones, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Quāvis enim hoc loco uirtutem se accipisse fatetur & sapientiam, alio tam in loco ait: Sapientiam autem loquimur inter perfectos: sapientiam uero non huius seculi, quae destruitur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quae abscondita est: quā prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quā nemo principum huius seculi cognovit: itaque sicut patris potestas in uirtutibus fulget sanctorum: sic uerbi sapientia in eorum sermonibus. Hinc est, quod tam multiplex locuplesque scientia sanctis est præstata. Illos namque potuit uerbum, atque de ipso hauserunt fonte, qui in diebus carnis sue quū esset in templo, clamabat: Si quis sit, ueniat ad me, & bibat. Non utique materiale aqua, sed sapientiae aqua, de qua multis in locis diuinus sermo loquif: **Ioh. 7.17** Qui cuncta ueritatem loquitur: de ueritatis sapientiae illam trahit fonte, & qui supra uirtutem operatur uirtutes: de patris manu recipit fortitudinem. Sed de spiritu sancto quid? Non enim pater & filius unus Deus est: nonne & spiritus sanctus? Tres sunt ( ait Ioannes ) qui testimoniun dant in cælo, pater, filius, & spiritus sanctus: & hi tres unum sunt. Unus quidem Deus, una uirtus, una essentia, una diuinitas. Nam quāvis in personis sit distincta trinitas: est tamen in substantia unitas, qualitas, eternitas, potestas. Operatur pater, operatur filius, operatur spiritus sanctus. Sanctæ namque trinitatis opera indiuisa sunt, quāquam singulis personis diuersi appropriantur actus: utpote patri potestas, filio sapientia, spiritui sancto bonitas. Veruntamen sicut in sanctorum commendabili & excellentiissima uita, patris uirtus, uerbi sapientia relucet: ita etiā spiritus sancti bonitas. Est quidem uoluptatis fluius, & gratiarum torrēs inundas spiritualibus donis animas fecundas. Nam prophetia, linguarum genera, uirtutes curationis, sermonis interpretationes, spirituumque discretionem, ipse spiritus sanctus perficit. Insuper si quis timoris faneti & ca-

Si tactus est dono, si pietatis gerit uiscera erga proximorum necessitates, & de erratis delinquentium, atq; peccatum perditione uritur zelo: si prouida gubernatione, humana nouit pertractare negocia, & de naturalibus scientia imbutus est, si animi fortitudine ualeat aduersa & quo tolerare animo, & in nullo euentu contrario à rectitudine flectitur, si in discernendis iudicandisq; casibus, & maxime in discernendorum spirituum consilio pollet, ac tentationū spiritualium lumen recepit: si intelligentiae acumine, & sacramentorum notitia splendet, atq; diuinorum mysteriorum cognitionem sortitus est: si diuinitatis gloriam, bonitatem, sapientiam, & caritatem degustat: nec non futurorum caelestium bonorum cum memoria tangitur spiritus exultatione repletur: spe pascitur, & amore liquefit: nō aliunde, quād de gratuita spiritus bonitate talia percipit. Est etenim indeficiens Dei emanatio caelestium gratiarum: ita ut quos inflammat & fœcundat: ne dum humanam laudabiliter, uerum etiam angelicam facit ducere uitam. Coequat namq; illos, atq; angelis similes efficit per obsequiorum exhibitionem, archangelis per instructionem, uirtutibus per miraculorum operationem: potestatibus, temptationibus diabolis resistendo: principatibus suis maioribus reuerentiam exhibendo: dominationibus carnē spiritui subiugādo: thronis per æquitatē, cherubim per cognitionē, seraphim per caritatē. Tota igitur summe trinitatis maiestas, atq; maiestatis unitas in omniū sufficietissime rutilat uita sanctorū, quum in uirtutibus pater, in sapientia uerbum, in donis paracletus agnoscitur. Ab hoc uero dulcissimo contemplationis genere aliud isto excellētius excitatur in amātis animo. De aurore sinu resulget solis claritas, & de fidei cognitione ad speciei uisionem transitur, atq; de sanctorum uita peregrinantium, triumphantium gloria utiliter cōparatur. Dispar plurimum singulorum est status, dissimilis gloria, inā qualis beatitudo, intelligentia & ualde differens. Quamuis cunctorum unus sit finis, unaq; cognitio: aliter tamen illi, & aliter isti iuxta cuiuscq; capacitatem. Quā obrem sicut distans est scientia diuinitatis pugnantium sanctorum, a clara uisione regnantium: ita etiam sublimius Deus agnoscitur, & perspicacius intuetur in sanctorum felicitate, quād in iustorum conuersatione. Hic namq; per fidem, ibi in ueritate: hic ex parte, ibi perfecte: hic sub uelamine, ibi uerolympidissima aspicitur claritate. Hic etenim sancti uerbi illustrati splendore laudabilem in seipsis ostendunt sapientiā: in caelesti autem patria ipsam uerbi contemplates sapientiam sapientiæ candoris quodā induuntur lumine, per quod efficiuntur lumen. In uerbo aspiciunt intelligentiæ oculo, & recipiunt ab ipso uniuersum notitiā creaturarū per idēas, quē in ipso sunt. Nam idēas sunt formæ principales rerum, quē in diuina intelligentia cōtinentur: quā ante mūdi cōstitutionem in mente erat cōditoris: unde nō aliud insperit exemplar, q; se, quādo uniuersum cōdidiit. Hic intuentes librū omniū in momento sciunt creaturarū uirtutes, causas & effectus. Animæ rationalis excellentiā, nature perspicaciā, intelligentiæ profunditatē, & lumē in uerbo agnoscūt gloriæ. Naturæ quoq; angelicæ contēplantur in ipso dignitatē, essentiæ subtilitatē, intelligentiæ lypiditatem, liberi arbitrij facultatem, & discretionis personalitatē, uirtutes & officia singulorū, & quod his omnibus est mirabilius: eiūsdē nature diuina uerbi & humanæ evidentissimè intelligent sacramentū: ad quantā prouecta sit gloriā ipsa humanitas: maxima cum iucunditate mentis acie certūt: se in ipso uidet, & ipsum in se ipso, & omnia in ipso. De hoc uerbi conuiuio nimia exuberātum pascitur latititia uoluptatum. Experiuntur cōpletum esse, quod ueritas in carne passibili patri dixerat: Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut uideāt claritatē meā, quā dedisti mihi, quia dilexisti me ante cōstitutionem mūdi: ego in eis, & tu in me, ut sint consummati in unum. Hec in uerbi uisione, & sapientiæ cōtemplatione. De bonitatis autē & diuinae caritatis torrente quis ualeat edicere, quis capere, quid hauriant sancti, qualemq; hinc concipiunt dilectionis affectum: Proximorum qūidem anhelant salutis desiderio uidētes illos in plorationis loco inter innumeros mortis laqueos gratis laborare. Clamat, ne deficiant: orant, ut uincant & percipiānt, quod ipsi possident: quatenus diuina laus ex laudantium aggregatione augeatur, & diuina imago in eis non pereat, atq; ipsorum accidentalis cumuletur gloria. Eo quidē horum amplius accenditūt desiderij, quo in caritate perfectiores sunt. Pro seipsis quāto exultant triplū, quo ueruntur affectu: qua perfundūt latitia, nemo intelligit, quā se fluctuat̄ seculi procellas, & totterū

A <sup>Apoc. 4</sup> tum inferni chaos, atq; intolerabilita pœnarum genera euallisē cognoscunt, quum se in tanto felicitatis culmine positos: in regia dignitate confirmatos & eternaliter sciunt. Resoluuntur dulcedine, gaudio liquefunt, caritate languent, & in gratiarum se ineffabili dilatant actione. Omnis laudatio, cuncta ipsorum exhibitiō gratiarum uotis eorum impar est: secū ultra se affectu extenderentes quantum ualent, actuādant: plus uero affectu, quād laude perficiunt. Omnia quæ laudabiliter gesserunt, cunctarumq; suarum illi gratias referunt uictoriarum. Hoc expressit Ioannes, quum diceret: Et adorabant uuentem in secula seculorum, & mittebant coronas suas ante thronum dicentes: Dignus es domine Deus noster accipere gloriam, & honorem, & uirtutem. Maxima pars ipsorum affectus est in sui laude conditoris, bonitatis illius illecti dulcedine, quam in se sua uissimē degustant: propterea uehementi inflammatur resurrectionis desiderio, ut nihil in eis à diuina uacet laude, sed sit Deus omnia in omnibus, atq; cum Propheta dicere queant. Cor meum & caro mea exulta uerunt in Deum uiuum. Appetunt quoq; per oī mnia assimilari uerbo, ut ingrediendo & egrediendo in ipso contemplationis pascitur inueniant: unde illa ipsorum uox est, de qua in Apocalypsi legitur: Quod sanctorū animi intersectorū, quæ sub altari Dei erat, clamabat. Usquequo domine sanctus & uerus nō uindicas sanguinem nostrum de ihesu, qui habitat in terra? Spiritu quidem fruantur Deo, corpore autem fruatur uerbi humanitate, quod est gaudium iucunditate plenissimum. De ipso quoq; diuinae bonitatis torrente inenarrabilem suauitatem hauriūt, quum tam singulariter: tantoq; se uident amore diligi, atq; delectabilis uinculo caritatis amplecti. Quum se supernæ Hierusalem ciues esse conspiciunt: quum glorioſissimorum trium phis militum participes fiunt, quum angelorum sanctorum æquales esse merentur, quū humanitati uerbi similes, quum diuinae consortes naturæ esse se intuentur dignos: ponunt ante mentis oculos (sine timore tamen) uniuersa, quæ ex diuinae bonitatis miseratione euaserunt pericula: cuncta absq; rubore, quæ commiserunt scelerā: omnia sine dolore, quæ passi sunt supplicia: ut iucundius ualeant domini misericordias in æternū cantare. Ardent ex his dulcis amoris flamma: caritatis nimia calore flammescunt, atque (ut sic dicam) quasdam rutilant ex se dilectionis scintillas: unde aliquam in seipsis reportant imaginem caritatis. Sed quum suæ contemplationis aciem in luminum patrem dirigunt: apud quem nulla est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio: ipsumq; originales principiū sine principio esse intelligent: mirabili detinentur stupore. Ab illo autem tanquam à fontali omnium bonorum plenitudine emanare cunctarum dona creaturarū: nec non ad ipsum uniuersorum affectus medulatas laudes actionesq; gratiarum refluere ueluti ad mare flumina: nec tamen redundare quandam admirationis soliditatem, & fruitionis irreflexibilitatem concipiunt: à qua uehementi apprehensionis dulcedine in æternū non diuelluntur. Ex hac contemplationis specie sanctorum animi, quæ in æterna iucundantur felicitate, quoddam in se deiforme exemplar repräsentant, & simillimam imaginem trinitatis: in qua qui per contemplationis eleuantur excessum, aspiciunt, maximam de diuinitatis essentia percipiunt notitiam: magnumq; hinc concipiunt beatitudinis desiderium intelligentes, quād beati sint, qui habitant in domo domini: quoniam eum in secula seculorum laudabunt: unde nouo exultationis perfusi gaudio, & cordis deuotione iahianter, ardenter, dulciterq; melodican tur sic: Quād dilecta tabernacula tua domine uirtutum, cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini. Alijs atq; alijs amatorijs iubilationibus suorū latitiam cordium, quā de sanctorum gloria contemplantes habere meruerunt, diuinis offerūt aspectibus. In ipso uero oblationis & laudis sacrificio interdum raptimq; mens in illud arcanum diuine uisionis raptur lumen: raptimq; relinquitur sibi: in quo omnipotentia, sapientia, bonitas, eternitas in suo puro fonte degustatur raptu, prout creaturæ in carne adhuc passibiliuide liceat. Hec est perfecta gloria sanctorū per uerbum & cum uerbo regnantium: de qua fari nō decet, quum polluta labia & carnalia corda gestemus. Illi utiq; anima, quæ uera sponsæ dignitatē sortita est: talis ad loquendū congruit materia, quoniam huiusmodi meruit uisionis gratiā: impudicissimum autē & uerecundū est de talibus inexpertum uelle loqui. Ideo dīgitū superpono ori meo horum metnexpertum profitens uniuersis. Non enim sponsæ mīhi uendico dignitatē. Utinam uel in adolescentularū inueniat minimus.

Laur. Iustin.

B Hac

Hac trifaria cognitionum & contemplationum genera sui uidelicet diuinæ caritatis in se, & conditoris in ipso pro singulari à uerbo sponsa suscipiēs munere maximum ex his spiritualem consequitur profectum: quanquam alia nonnulla admittit spiritualia à spōso munuscula, de quibus fari opus nō est. Satagit tamē & ipsa tanto largitori, suo spōso non minus amoris, quam muneris uices repēdere: unde pro singulo cognitionis dono speciale exhibet uerbo deuotionis, & uirtutis holocaustum tanquam de talento lucrum, de arbore fructum, & spiritualem de labore profectum.

Deficta uerāq; humilitate, atq; de ipsius exercitatione & perfectione. Cap. XX.

**B**onitatis naturaliter proprium est se communicare eo amplius, quo perfectior est: unde summa bonitas Deus excellētissime perfectissimeq; se communicat filio: ita ut naturaliter nil habeat, quod illi non communicet. Fons nanc; bonitatis Deus pater filium sibi & qualem generat, cui suæ per omnia communicat plenitudinē maiestatis. Est nanc; Dei filius sensus, quo cuncta cognoscuntur: sapientia, qua cognita disponuntur: uirtus, qua disposita perficiuntur: uerbum, quo perfecta nunciantur: lumen, quo perfecta clarescent. Non autem accidens taliter quicquam in filio est: uel aliud est, quam pater. Non dedit illi pater, ut esset sapiē: sed esset sapientia: nec ut esset potens, sed ipsa potētia: nec bonus esset, sed bonitas: unde uerissimum est, quod idem filius ait: Ego & pater unus sumus: & quāuis Deus & homo esset, non tamē rapinam arbitratus est se Deum sateri, quem dicit: Qui uidet me, uidet & patrem. Nam una persona, unus mediator, unus Christus Iesus Deus & homo est.

**Ioan. 10**

**Phil. 2**

**Ioan. 14**

**1. Tim. 2**

**Col. 2**

**Col. 1**

**Heb. 5**

**Esa. 45**

**Esa. 42**

**Esa. 14**

**B**Propter hanc enim perfectissimam unitatem naturarum & Deo tribuitur, quod homini, & homini, quod Deo: unaquæq; tamē natura in sua manente proprietate. Nulli uero nisi filio dedit, quod est maius omnibus. Nā illi dedit esse, quod est: cæteris ex parte: ipsi autem totaliter: quoniam in ipso habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, & per ipsum habemus redēptionem & remissionem peccatorum: qui est imago Dei in uisibilis primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso condita sunt uniuersa in cælis & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, non adoptione, sed naturaliter, sed generatione filius, sicut Propheta testatur, dicens: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Nemini itaq; diuinitatis nomen nisi filio arrogari potest. Cætera quidem cæteris communicauit: nulli autem diuīnum unquam uoluit uendicare honorem. Quotquot enim illum sibi usurpare moliti sunt, perierunt. Quis quandoq; hoc attentare ausus est, & impunē præteriit? Quis gloriā Dei sibi temere appropriauit, & non statim consumptus est? Hanc semper omnipotens adamauit: suū sibi semper reseruauit honorē. Clamat per Prophetā, & dicit: Viuo ego, quia mihi curuabitur omne genu. Et alius: Honorem meū alteri non dabo. Hunc sibi rapere Lucifer ausus est, & repente à sua corruit celitudine: ideo ei Prophetę uoce per increpationem dicitur: Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris. Angelos quoq; cæteros, qui suum humiliiter non seruauerunt principatū, sed dereliquerunt suum domicilium: in iudicium magni Dei uinculis eternis sub caligine seruauit. Sed & ipse Adam, qui manu cōditoris plasmatus est, honore sublimatus, cæteris prælatus creaturis, & in loco uoluptatis atq; paradiso deliciarum positus, quoniam noluit humiliiter stare in se: ab ea in qua eminebat, mentis arce præcipitatus est. Nūmis etenim Deo odibile est, ut homo in solecat, & contra propriū factorem calcaneum elationis leuet. Vt obliuiscatur, quid est, & æquari uelit ei, qui supra omnes est: Quid superbis, homo? quid cinis inflaris & puluis? Nonne in ualle lacrymarum, in hoc miserabilis mundi exilio relegatus es, effectus socius & minister iumentorum, & ferarum cohabitor? Vbi bella saeuunt, terrores & tempestates conturbāt: pestilentia famesq; crebrescunt: clades flagella cruciant: morbi, febres, innumeraq; mala affligunt? Vbi nūstabile, nūpurum, nūincontaminatum inuenitur? Vbi nox diei succedit, gaudio tribulatio, sanitati infirmitas, prosperitati infelicitas, & uitæ mors? Vbi cuncta incerta sunt, uniuersa dubia, & anxietatibus plena? Sed si hæc tibi uidetur exigua: attende (oro) quid es. Vtq; cadauer putridum, & esca uermium. De uilissima quidem ortus materia, conceptus in uulva, in foetore luxuriae, in concupiscentia carnis, in damnatione mortis, in fôrdibus iniquitatis, productus in lucem, moriturus post paululum, atque redditurus in facillam.

**A**fauillam. Quid tē uilius? quid contemptibilius, quem fames, sitis, laſtudo, frigus, labor, calor, quies, peregrinatio, torpor atterunt? Quem diuitiae extollunt, honores inflant, paupertas deſicit, successus dementat, odia urunt, liuores accidunt, libido inflamat, gula subigit, ira discerpit, & omnium uitiorum rabies supplantat? Quem ignorantia cæcat, dolor afflit, tristitia deprimit, inepta lætitia surripit, spes uaria occidit, timorq; seruilis interficit? Redi ad te, & uide, qualis sis, qualis ortus, qualis status, qualis uita, qualis conditio, qualis tuus futurus sit finis. Non enim hæc mediocriter ad humilitatem disponunt. Præcedit nox diēm, hyems æstatem, flos fructum, & humiliatio humilitatem ueram. Est quippe quædam humilitas facta, quæ uerae omnino aduersatur. Hac quicunque utuntur, aliud in ore ostentant, & aliud gestant in corde. Hic etenim sunt uiri subdoli, malitia pleni, dolo astuti, ministri diaboli, iniuriantis magistri, semper prava meditantes: mendacia componentes: cauterizatam habentes conscientiam, hypocrisim sub tegmine sanctitatis tegentes: quorum perditio festinat, & confusio prope est.

Tim. 4

**B**Innocentum quidem animas subuertere nituntur: quæcum pietatem putant: hominibus placere anhelant: honores, dignitatis, & ecclesiastica omni cum studio quæritant beneficia. Et quoniam fures sunt & latrones, non per ianuam, sed per maceriam in ouile ingrediunt. Nō ut prosint, sed ut præsint, & cunctis præferantur, & in clero dominentur, prælationes assequuntur. Huiusmodi sua sola quærentes, marsupia implere conantur: commodis proprijs vacantes nil curant: si faceat in uico peregrinus, si pauperes esuriant, si frigescant, si necessitate periclitentur ignorantes, aut scire nolentes, quod sunt patres, non domini: dispensatores, non raptiores, atq; omnium pauperum est illa, quam sibi appropriant, facultas. Proh dolor non erubescunt tales rapinas agere, reseruare frumenta, & erga Christi pauperes misericordiæ uiscera claudere. Merito quippe nec illorum miserebitur dominus. Auenterunt faciem suam à paupere, & Deus auertet se ab illis. Quam mensura mensi fuerunt: ipsis similiter remetietur, & tanto peius, quanto perfectiores esse debuerunt. Iugulant subiectorum animas exemplis pessimis: non aduentū populorum perditionem: nec luporum saeuientium in grege arcent rabiem: quin potius ipsi rapaces lupi sunt, & cunctis beluis cruentiores. In portentum sunt, in signum subditorum, & in proverbiū in populo. Amant cathedras, primas salutationes in foro, & uocari ab omnibus domini: memorie non habentes, quod unus est dominus, qui in cælis est, unusq; magister Christus. Sed etiā intelligere uellent, quod caro sunt: spiritus uadens & non rediens, utiq; non se extollerent: immo plus cæteris se deſicerent scientes, quod cui plus donatum est, amplius exigitur ab illo. Ab alijs sui ipsorum exposcetur ratio: à pastori bus uero omnium subditorum fieri interrogatio. De manibus quidem illorum dissipatarum ouium requiretur sanguis: & nisi à ipsis suis resipuerint pessimis, duplice morte punientur. Talis nanque eorum finis est, qui simulato incidentes corde fictam operientes humilitatem, ueram se habere in oculis hominum mentiuntur, donec honoris cathe dram consequantur. Non enim diu latere possunt. Quum autem sublimati sunt, quales lupi sint intus, ostendunt foris. Nihil (teste domino) opertum est, quod non reueletur:

Matt. 4

**C**perdictionem: nec luporum saeuientium in grege arcent rabiem: quin potius ipsi rapaces lupi sunt, & cunctis beluis cruentiores. In portentum sunt, in signum subditorum, & in proverbiū in populo. Amant cathedras, primas salutationes in foro, & uocari ab omnibus domini: memorie non habentes, quod unus est dominus, qui in cælis est, unusq; magister Christus. Sed etiā intelligere uellent, quod caro sunt: spiritus uadens & non rediens, utiq; non se extollerent: immo plus cæteris se deſicerent scientes, quod cui plus donatum est, amplius exigitur ab illo. Ab alijs sui ipsorum exposcetur ratio: à pastori bus uero omnium subditorum fieri interrogatio. De manibus quidem illorum dissipatarum ouium requiretur sanguis: & nisi à ipsis suis resipuerint pessimis, duplice morte punientur. Talis nanque eorum finis est, qui simulato incidentes corde fictam operientes humilitatem, ueram se habere in oculis hominum mentiuntur, donec honoris cathe dram consequantur. Non enim diu latere possunt. Quum autem sublimati sunt, quales lupi sint intus, ostendunt foris. Nihil (teste domino) opertum est, quod non reueletur:

Psal. 77

**D**aut occultum, quod non sciatur. In humilitate uero sancta nil fictio[n]is est: nil fraudis: tota simplex, tota recta, tota ordinata & innocens, atque à peccatis aliena. Nam sunt, qui nequiter humiliant se, peccatores se fatentur, & sunt: accusant scelera sua, nec defendunt, uirtutes laudant, bonorum uitam extollunt: quos tamen imitari nequaquam uolunt: detestantur uitia, & sequuntur: prauos improbab[us] mores, nec ab ipsis resipescunt: malorum oblectamenta uituperant, & querunt, continentes sine labore, humiles sine irrisione, uirtutibus ornatos absque exercitatione se esse concupiscunt. Horum enim humilitas perstrepentium sonitus foliorum similis est, nullo solidata fundamento: nullisq; uirtutibus roborata. Ideo tales donec compunguntur, donec deformitati intendunt propriae, illis displicet, quod uident in se. Vellent quoque non perpetrasse illa: de quibus erubescunt, grauiterq; ingemiscunt esse, quod sunt. Mox uero compunctionis transacta hora obliuiscunt cuncta, quæ agere proposuerant, & se offerente delicti materia tanquam nū boni unquam cogitassent, obruuntur in facinus. Tales sunt, de quibus ait Veritas: Qui ad tempus credunt, & in tentatione recedunt. Neque hi nisi conuertantur, manus effugient domini. Remissius autem agetur cum illis, quam cum Laur. Justin.

Luc. 12

B 2 primis,

primis: sed etiam facilis conuertitur. Est tamen tertium humilitatis genus prioribus: dissimile. Quidam nanque sunt, qui nec sicut se humilant, nec nequiter: sed inuite humiliantur. secum domino disponente iuste: quamuis occulere. Istiusmodi quippe sancti sunt, innocenter uiuunt, nulli onerosi, nulli molesti fiunt: quibus possunt, prosunt: cunctis pro viribus solatia impendunt: amant ex corde, confitentur ex corde: sicque ultam suam pudicè ducunt, acsi quotidie morituri: nihilominus ita opprimuntur aduersis, temptationibus uruntur: interdum etiam infirmitatibus flagellatur: tanquam si omnium essent rei flagitorum. Quouis fugiant, manum domini super se extentam sentiunt, & quasi de ipsorum pœnis uident dominum lætari. Percutiuntur & tenentur, uirgam patiuntur impiorum, & iusti sunt: ut seductores à multis arbitrantur, & sunt ueraces: ueluti inimici iudicantur, & sunt carissimi. In ipsis quamuis nulla appareat dilectionis ueritas: splendent tamen in oculis diuinæ sapientiae. Horum patientia in conspectu summa redolat maiestatis. In eorum cordibus elationis non agnoscitur indicium. Crebra enim flagella cunctum de eisdem euacauerunt tumorem. Istorum uocibus aiebat Propheta: Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis. Humiliantur tales, ne extollantur in bonis, ne temporali affluentibus prosperitate cælestem amittant gratiam. Rarò quidem contingit, ut quis sublimetur exterius, & intus humiliis perseveret, ut manifestis decoretur donis, & apud se uilis maneat. Propterea misericorditer (ut plurimum) irrogantur aduersa diuinitus, ut ad sui quisque ueniat elationem: quamquam sunt nonnulli magni in uirtutibus erudit, atque in humilitatis bono amplius prouecti: in quibus huiusmodi humiliationis non seruatur modus. Hi etenim exercitatione interiori custodiuntur ab elationis uitio immunes. Cunctas, si quæ in se oriri senserint, superbæ cogitationes: prudenter reperiunt præ oculis semper habere studentes maiorum gesta fortia, & sanctorum patrum sublimes perfectiones. Iporum uitam tanquam speculum mundissimum tenent in memoria, suaq; opera metiuntur ad eorum regulam, atq; aliquos spirituales cōponunt in seipsis gradus: per quos cum ascendunt, ad Dei conspicuam attingunt notitiam: descendendo uero propriam, qualis sit, agnoscunt miseriam. Ut enim æterna sapientia uniuersos sibi famulantes sub humilitatis disciplina custodiret, atq; à propriæ estimationis ueneno compesceret: omnem tam militantum, quam triumphantium per ordines distinxit multitudinem: quatenus singuli aspicientes superiores se non intumescerent de ihesu, quos esse uident sub se: quanquam cuncti quæc Deo gratiore se deberent arbitrari. Quoniam uero humana elatio cum labore uix de se ualet iudicare, quod est: ascensiones in corde disponendæ sunt, ut ad scalæ humilitatis pertingatur celitudinē. Facile quisque extollitur, qui seculo, & secularibus abrenunciauit negocijs, quum in sui comparatione eorum, qui in turbinum medio conuersantur, attendit vitam. Attollat autem parumper mentis oculos ad confessorum conuersationem sanctorum: diligenterq; illorum grauitatem, probitatem morum, profluvia lacrymarum, orationum prolixitatem, uigilarum longitudinem, uitæ austritatem, parcitatem uictus, uestium nuditatem, uastitatem solitudinum, carnisq; crucifixionem, & tunc suam nec saltem memoria dignam intelliget conuersationem. Super hos uero patrum uenerabilium, & sacerdotum ordo positus est. Hi etenim mente suspensi, sapientia illustrati, scientia prædicti, prædicatione insignes, sanctitate præcipui, contemplatione ebrij, animarum zelatores mundum purgauerunt erroribus, sententijs firmauerunt, suaq; doctrina ecclesiam ornauerunt, atq; salutaribus monitis uniuersos imbuentes, qualiter uiuere, qualiter mores componere, nec non qualiter Deum proximumq; debeat diligere, docuerunt. Quos tamen præcellere, quamuis sanctissimos, quamuis Deo carissimos: gloriosos martyres dubium non est, dicente domino: Maiores caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Isti quidem athletæ illustrissimi tanta ferbuerunt caritate Dei, ut pro ipsis amore, atque fidei zelo carceres, exilia, uincula, uerbera, flagra, ferrum, ignem, omniumq; tormentorum genera non pauerent: quin potius in eisdem alacres, festiui constantesq; extiterunt: tanquam si opulentissimi recrearentur dapibus. Insuper ipsam cunctis formidandam mortem omni cum iucunditate perpepsi sunt. Verū tamen isti triumphatores & bellatores egregij nequaquam sanctis apostolis æquiparādi sunt. Nam cūctos excedit dignitate

A & gloria apostolorum gradus. Ipsi amici Dei appellati sunt: ipsi in carne uerbum, in humanitate sapientiam uidere meruerunt, secum loqui, secum conuersari, manducare, bibere, peregrinari, in suis temptationibus permanere: miracula, mores, uirtutesq; aspicere. Ipsi ecclesiæ fundamenta iacere: sanguine fidem approbare, mundum uerbo subigere, dæmonia fugare, illuminare cæcos, leprosos mundare, infirmos uarijs detentos lagoribus sanare, salutis uerba prædicare, errantes corriger, docere insciós, & infidelitatis morbo laborantes ad fidei gremium (gratia secum operante) ducere potuerunt. Hi nepe cæteris fulgentiores sunt in regno cælorum & in ecclesia Christi. Nulli fas est sua æquare merita apostolis: quorum uita, prædicatio & mors tanquam lucidissimæ stellæ in ecclesiæ firmamento nitent atq; coruscant: quoniam æterno iustitia Soli alijs propinquiores, & dilectione cariores in seipsis ab illo micantis lucis suscipiunt radios. Quamuis uero tales sint, & uniuersos transcendant sanctitate: possunt ne ipsis gloriaru tanquam omnibus sanctiores. Nunquid hi sine humilitatis sunt speculo, & absque gradu prioritatis? Habent & isti, si uerbi sermonis meminerint, si mentis oculos supra se erexerint, unde humilientur. De Ioanne ait Veritas: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista: sed qui minor est in regno cælorum, maior est illo. Non est omnino ueritas & amoris synceritas cuiuscunq; uiatoris, quamuis sanctitate insignis: comparanda minimo angelorum cum Christo regnantium, uel cuius inferiori sanctorum. In hac nemo dissentit sententia. Quis autem ualeat angelorum innumerabilem computare exercitum? Quis beatorum edicere potest multitudinem: quorum singuli peregrinantur excedunt perfectionem? Et tamen in ipsis distinctiones sunt. Angelus quidem unus alio excellentior. Nam etsi in natura, & in confirmatione, in immortalitate, in indissolubilitate, in simplicitate, in inuisibilitate sint similes: in bonis tamen gratiæ & gloriæ dissimiles sunt: unde non loco, sed dignitate inuicem superiores existunt. In ordinibus quoq; maioritas minoritasq; disposita est: quatenus gratia discernatur & gloria. Nā archangelorum sublimior est gloria, quam angelorum, uirtutum quam archangelorū: post testatum quam uirtutū: principatuū quam potestatuū: dominationū quam principatuū: thronorum quam dominationū: cherubim quam thronorū: seraphim q; cherubim: sicq; ab infimo angelorum ordine usq; ad supremum seraphim quanta sit nobilitatis distanția, nemo capere sufficit. Habet nihilominus, qui summus est seraphim, se dignitate superiore. Nulli hæc prærogativa tribuitur, nisi beatæ uirginis: de qua confidenter uniuersa canit ecclesia. Exaltata est sancta Dei genitrix super choro angelorum ad cælestia regna. Ipsa quoq; habet, quem miretur supra se, illum utiq; qui ob diuinitatis gloriam in patris dextera residet gloriosus. Ipsijs enim in Canticis cantorū uox est beatæ uirginis propter huiusmodi graduum discretionem. Nolite (inquit) me considerare, quod fusca simi, quia decolorauit me sol. In quantum autem homo Christus Deum habet supra se, dicente apostolo: Caput Christi Deus. Deus uero est, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus ipse à quo omnia, per quæ omnia, in quo omnia, qui est Deus benedictus in secula. Huiusmodi enim sunt gradus & ascensiones, quas disponūt humiles in cordibus suis in hac lacrymarū ualle. Ista nempe est scala, quam Jacob sanctus in somnis uidit, cuius summitas cælos tangebat, angelosq; in ea ascendentes & descendentes: super quam filius hominis innixus manet. Super hos frequenter sponsa contemplando ascendit gradus: tum ut in humilitate solidetur, tum ut uerbi delectabiliter aspiciat munificentissimā bonitatem. Ipsius super omnes incomparabilē gloriam, atq; in ordinatione singulorum eiusdem ineffabilem sapientiam: in qua non mediocre spirituales captat delicias. Habet tamen aliquos ipsa sponsa descensionis gradus penes se reconditos: per quos eo amplius ascendiit, quo purius descendit. Rediens quippe ad se, secumq; humiliiter sedens uniuersa, que ab ineunte conceptionis ætate dona naturæ (scilicet) fortunæ & gratiæ tacita consideratione pertractat, atque unde tam multa, tam diuersa, tamq; continua suscepit gratuita munera, mirari non desinit. Non autem aliunde ipsa, quam ab ineffabili æternæ bonitatis fonte recepisse uera definitione fatetur. Non enim dubium est, quin omne datum optimum, omne donum perfectum desursum est à patre descendens lumen. Quare quicquid habet boni: si quid egit commendatione dignum: diuinæ totum ascribit clementiæ. Econtrario delicta iuuentutis, & cuncta quæ perpetrauit pecata.

Laur. Iustin.

B 3 cata

Matt. 12

Cant. 2

1. Cor. 12

Gen. 28

Luc. 2

cata corde, ore, opere, omissione, consensuq; : quæ quidem penitus innumerabilis sunt, humili meditatur cogitatione, lacrymosoq; suspirio. Quid meruerit, quod non satisfecerit: quidue de manu admiserit domini intelligens, incomprehensibilium se uidet obrutam multitudine beneficiorum ueniacq; delictorum: dum pro poena gratiam, pro damnatione ueniam se perceperisse cognoscit. In hac quidem meditatione, omnium bonorum decore prorsus se intuetur exutam, & pro innumeris crimibus confitetur se satisfactioni obligatam. Non habet unde eleuetur in bonis non suis: inuenit tamen unde humilietur de peccatis suis. Humiliatur pro se, & gloriatur in domino. Descendit præterea cogitatione non corpore ad inuestigandum, cuiusmodi sit. Carnis quidem originem corporis elegantiam, membrorum formam, artuumq; proportiones considerat. Vilissimam, exiguum, horredamq; materiam se suscepisse à patre: locum carceremq; conceptionis, in qua nouem mensum nutritur spacio, agnoscit recepisse non sine Dei dispensatione à matre: sexum uero, formam, uitam, augmentum, & uniuersa quæ ad corporis spectant naturam: non nisi à Deo recognoscit, dicente Apostolo: Nescitis, quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti? Alibi quoq; ait: Non enim estis uestri. Unde sicut bona, quæ egit, & dona quæ habet esse à Deo: ita etiam corpus opus Dei esse absq; ambiguitate definit. Conuertit etiam suæ considerationis intentionem ad rationalem in se existentem spiritum: in quo opere non progenitores, nō angelos, non ullam deniq; creaturam, sed solum Deum agnoscit autorem. Qui eundem spiritum non de elementis, aut de quavis format materia elementata: sed potius de nihilo, non ante corpus, sed creando infundit, & infundendo creat: ita ut uno fiat in tempore & momento creatio & infusio. Ex hoc euidentissime colligit ipsum opus esse Dei: nec non ad ipsius factum imaginem, sicut sacra de creatione hominis testatur historia, quem dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Addit quoq; beneficio huic & aliud, quod (uidelicet) Christi Iesu preciosissimo redemptus est sanguine: addit & tertium, quia liberatus est à miserabili dæmonum seruitute: unde se intelligit non pertinere ad se, neq; suam esse, sed eius, cuius uirtute est condita, redempta sanguine & munere liberata. Glorianter, & maximo cum gaudio intuetur se non esse suam, sed illius quem diligit: concupiscit quoque inhianter, sicut sua non est, sic nec habitare in se, sed in ipso cuius est. Nemo ualet intellectu solo capere, in hac suæ consideratione nihilitatis quanto sponsa exultat tristudio, quanta de salute propria repletur spe: immo certitudine secundatur, caritate acceditur, amore erigitur, laudibus inebriator. Videt se nil pertinere ad se secundum utrumq; hominem. Hinc munditiæ nutritur amor, animi magnanimitas, uirtutum desideria, pugnandi uigor, uictoria, fiducia, pacis abundantia, & ad sponsum suauissimus amplexus. O beata unio sponsi & sponsæ, uerbi & animæ: quantæ in te sunt deliciæ: quanta dilectionis indicia: amoris prærogatiæ, & sanctæ immortalitatis præfigia? Ascendit etenim sponsa usq; ad uerbi solium à se, & amore tangitur, admiratione rapitur, & diuinæ cognitionis illustratur lumine. Descendit à se in nihilum, & reperit se in eo, quem pio ueneratur corde, & ardentissimo amplexatur affectu. In hoc itaq; lumine sapientiæ & nihilitatis propriæ, perfectæ habitus perficitur humilitatis, quæ est certa diuinæ essentiæ suæ non existentiæ notitia. Eo namq; mens humilior est, quo in hoc sapientiæ radio exercitator est. Hunc quæ sponsa est habitum induens, ex intuitu, ex amore, ex zelo uerbi non potest extolli. Quotquot elationis excitantur in corde motus, quot propriæ estimationis cogitatus, reperiuntur à lumine in habitate. Nam hunc aperuit sensum Apostolus, quem diceret: Omne quod arguitur, à lumine manifestatur. Per hunc quidem habitum cognitionis & amoris humilitas in sponsæ anima nutritur. Omnen altitudinem obhorret, dignitates fugit, latere appetit, apparere refugit, deßci concupiscit: neminem odit, uillipendit se foris, intus nihil pendit: pro uoto subiicitur cunctis: quamuis non in actu perficiat, facile compungitur: difficulter passionibus euertitur, contumelij non irritatur, nec à uitij subiugatur: ueluti carissima uisitatur à sponso, interno clarescit lumine, exultatione perfunditur, securitate dulcoratur, contemptibilis apparere satagit, & exaltatur: latere uult, & ponitur ad publicum, quia non acceditur lucerna, ut sub modio ponatur, sed super candelabrum, ut multis luceat, favores horret, & cunctis commendabilis uidetur; renititur in se, & obedit uerbo, seruatq; semper

A semper in affectu humilitatem, quamvis foras nō iudicetur sic. Hūusmodi etenim sunt sanctæ perfectæ humilitatis exercitia. Hęc sunt sponsæ spiritualia studia, per quæ accē ptissimum Deo offert indesinenter humilitatis holocaustum. Pro munere quidem propria cognitionis suscepito humilitatis & ipsa exhibet sacrificium, tanto uerbo suauius redolens, quanto caritatis ignis ardentius illam concremauerit.

De perfectione caritatis Dei & proximi, nec non de reformatioне imaginis Dei in hominē.

Cap. XXI.



Nter cetera, quæ militantibus Deo consueuerunt aduersarij, ignorantia est, quæ multiplex esse cognoscitur. Est autem ignorantia damnabilis & confusione digna. Quum homo uoluptatibus deditus, & peccatorum illecebris inuolutus à propria non uult resipiscere delinquendi consuetudine: omnem obhorret correptionem: monita salutis nō audit: bonorum declinat consortia: si quem suis peruersis moribus uiderit contrarium: deridet & spernit: unde de ipso ueraciter diuinus sermo testatur, dicens: Impius quum uenerit in profundum malorum, contemnit. Habet quidem rationem intus clamantem contra se: habet synteresim murmurantem: habet conscientiam: quamvis preoccupatam & obsecratam: habet gratiam cordis pulsantem ostium: habet eloquia sancta, quæ illi ad bonum suadent. Sed uinuersa hæc obseratis sensibus audire dissimulat: nec iuxta Prophetæ uocem intelligere uult, ut bene agat. Hoc etenim ignorantia genus pessimum est, & diuinæ cōtrariatu bonitati. Malitia namq; huiusmodi cor possidet, & omne rectum extinguit æquitatis iudicium, nec prius illud deserit, quām à uita deficiat. Alia quoq; ignorantia est, & ipsa damnabilis: sed magis corrigibilis, quum quis ex carentia diuini timoris, ex defectione desiderij salutis propriæ negligit scire, quæ Deus præcipit. Hæc quippe crassa ignorantia ex cordis oritur insensibilitate: ex pessima nutritur consuetudine, & ex delectatione consummatur peccati. Tali possessus ignorantia excusabilem esse se putat, & diuinum arbitratur posse euadere iudicium: quia perficere desit, quod nesciuit. Sed non sicut

B ipso ueraciter diuinus sermo testatur, dicens: Ignorans ignorabitur. Est & alia ignorantia inutilis, sed excusabilis. Quis non excusat simplicem, bonum, pudicum, & idiotam? Legis enim ignorat talis sanctiones: mādatorum Dei perspicuam non habet notitiam: neq; statuta ecclesiæ noscit: pro posse custodit, quod intelligit, nil pretermittit eorum, quæ scit. Habet quippe in affectu uirtutes: licet propter ignorantiam ipsas actu non perficiat. Scire appetit, addiscere laborat, pati non recusat: & tamen nunquam ad profectum attingit: quia naturalis caret acumine ingenij, nec aliud ualet erogare: quām quod accepit, talētum. Ista etenim ignorantia hominum opinione reprobatur: sed plerunque diuinis fulget aspectibus. Non habet in se tumorem superbiae, non iudicia proximorum, non uerborum phaleras, non adulacionis uenenum, non propriæ fastum excellentiæ. Manet humili apud se proprio contenta statu: non concupiscit ambulare in magnis: neq; in mirabilibus super se. Tantum ab immanitate scelerum existit libera: quantum ab humana fallacia per seuerat immunis. Non habens astutiam deceptionis diuina protégitur bonitate, persequitionem malorum patiens uerbi gubernatione defenditur, dicente Prophetæ. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum: dominus autem derelinquet eum in manibus suis: nec damnabit eum, cùm iudicabitur illi. Bona simplicitas ignara, quæ Deum habet protectorem, quæ suæ innocentiae seruat custodiam, quæ nō æmulatur malignantes, neq; zelatur facientes iniuriam. Multo quippe amplius Deo placet humili simplicitas, quām peritorum tumor: ideo æternæ sapientiæ non displicer inutilis simplicitas: dum non ex uitio, sed ex natura prouenit. Inuenitur & alia ignorantia dispensatio & ualde proficia: quæ in electis & caris interdū dominatur fidelibus. Ab hac nemo immunis, quamvis sanctus & purgatus. Hanc se habere Prophetæ prohibuit, cùm domini deprecabatur, dicens: Doce me facere uoluntatem tuam. Et iterum: Intellectum dam mihi, & uiuam. In Sapientiæ quoq; libro sic scriptum est: Et si quis erit consummatus inter filios hominum: si affuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur. Proinde alebat Sapiens: Mitte sapientiam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut me-

Pro. 11

1. Cor. 14

Ps. 138

Ps. 142

Sap. 9

Ibid.

D per se. Tantum ab immanitate scelerum existit libera: quantum ab humana fallacia per seuerat immunis. Non habens astutiam deceptionis diuina protégitur bonitate, persequitionem malorum patiens uerbi gubernatione defenditur, dicente Prophetæ. Considerat peccator iustum, & querit mortificare eum: dominus autem derelinquit eum in manibus suis: nec damnabit eum, cùm iudicabitur illi. Bona simplicitas ignara, quæ Deum habet protectorem, quæ suæ innocentiae seruat custodiam, quæ nō æmulatur malignantes, neq; zelatur facientes iniuriam. Multo quippe amplius Deo placet humili simplicitas, quām peritorum tumor: ideo æternæ sapientiæ non displicer inutilis simplicitas: dum non ex uitio, sed ex natura prouenit. Inuenitur & alia ignorantia dispensatio & ualde proficia: quæ in electis & caris interdū dominatur fidelibus. Ab hac nemo immunis, quamvis sanctus & purgatus. Hanc se habere Prophetæ prohibuit, cùm domini deprecabatur, dicens: Doce me facere uoluntatem tuam. Et iterum: Intellectum dam mihi, & uiuam. In Sapientiæ quoq; libro sic scriptum est: Et si quis erit consummatus inter filios hominum: si affuerit ab illo sapientia tua, in nihilum computabitur. Proinde alebat Sapiens: Mitte sapientiam de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut me-

B 4 cum

cum sit, & mecum labore: ut sciam quid acceptum sit coram te omni tempore. Scire  
nihil illa omnia, & intelligit: & deducet me in operibus meis sobrie: & custodiet me  
in sua potentia, & accepta erunt opera mea. Huiusmodi etenim dispensatiua nescien-  
tia humanum humiliat intellectum: laudabilia protegit acta: insolecere non permit-  
tit: quum eorum corda, qui proficiendi in uirtutibus accensi sunt zelo: replet dubie-  
tate. Dubietas quidem ignorantiae filia est, & humilationis pedissequa. Dubitare per-  
misit dominus quandoque discipulos, ut eosdem erudiret. Et quis est, qui saepe non du-  
bitet, quid uelit Deus: quid prospicit sibi, quibusue spiritualibus honoret muneribus con-  
ditorem? Ista nempe dubia nescientia amantes affligere consuevit: præcipue quum di-  
uersa patrum uenerabilium laudabilia exercitia se illorum mentibus offerunt: quibus  
Deo placuerunt, atq; quale eorum acceptabilissime summæ redoleat maiestati, igno-  
rant. Quo enim amor ardenter est, eo solicitior existit, quomodo Deum amplius ua-  
leat honorare. Sunt quidem pleraque exercitia, quæ diuinæ bonitati suauem spargunt  
sanctitatis odorem: sed offerentium animos perplexitate complent: dum illorum cogi-  
tationibus nunc ista, nunc importunè certatimq; se ingerunt: quasi singula exposce-  
rent debere præ cæteris eligi. Inter haec opponit se proximorum compassio, tanquam  
ea nil melius. Quatum munus hoc Deo acceptum sit, quod ipsius opere peregrinorum,  
egenorum, infirmorum, pupillorum, uiduarumq; subleuentur inopiae, quod de hoc so-  
lum in iudicio fiet disceptatio: & quam innumeris extiterint, qui placuerunt Deo propter  
istud: ac etiam angelos hospitio suscepserunt, persuadere conatur. Commendabilis qui-  
dem est proximorum caritas, & grata uerbo, de qua testimonium perhibet, dicens: Quod  
uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Est autem occupatio exteriorum opus laude  
dignum, si prudenter, si modestè, si pacifice, si suo tempore perficiatur. Per ipsam nanc  
plurimi præsentis uitæ pericula declinantes: exilij huius tedium transeuntes patienter:  
mentem quoq; ab obscœnis cogitationibus, & corpus à noxijis uagationibus cōpescen-  
tes domino tempus suum & opera laudabiliter obtulerunt. Fuerunt etiam nonnulli, qui  
arctioris uitæ propositum arripientes corpus suum affixerunt multis ieiunijs, uigilijs G  
prolixioribus, fame, siti, frigore, nuditate, in nullo penè sibi parcentes, ut à uitijis domi-  
tam possiderent carnem. Nil autem dubium est, quin tales Deo gratum exhibuerunt  
sacrificium, dum non sua: sed seipso fecerunt holocaustum. Non enim ociosè exhor-  
tantem Apostolum audierunt, & dicentem: Exhibete corpora uestra hostiam uiuen-  
tem, sanctam, Deo placentem. Multi præterea extiterunt: qui proprio renunciantes  
arbitrio pro amore uerbi aliorum se subdiderunt imperio: hoc suum arbitrantes esse  
questum & suam libertatem alijs donantes, ut liberis gressibus imitarentur Dei filium;  
qui usq; ad mortem crucis obediens factus est. Quidam insuper fuerunt, qui neglecto  
hominum consortio & spretis seculi huius cunctis illecebris uastas elegerunt habitare  
solitudines: nunc operi manum, nunc lectioni, nunc orationi uacantes: quatenus im-  
maculato corde & innocenter præsentis uitæ iter peragrare ualerent. Istiusmodi etenim  
sunt seruorum Christi studia: per quæ uniuersorum regi iuge offerunt sacrificium, &  
eternæ sapientiae continuum exoluunt famulatum. In his autem sponsa se occupat con- H  
gruis locis, negocij, & temporibus. Non enim semper intendit proximo, aut exteriori-  
bus actionibus: non semper corpus atterit, uel propriæ renunciat uoluntati, siue homi-  
num societatem fugit: sed cuncta hæc matura disponit ordinatione: quamuis ipsa ueluti  
perfecta, & in singulis erudita à uerbo petes se repositum spirituale teneat talentum:  
quod suo immortali offert sposo. Nō autem talentum hoc corporalibus compositum  
est institutis: sed sicut spirituale est: ita spiritualibus constat exercitijs. Talentum ipsius  
rationalem dixerim eius mentem, quæ dignissimum munus est uerbo: si tamen sit au-  
reum, debitum habeat pondus, & uerbi gestet imaginem. Merito quidem non plu-  
beum, non æreum, non argenteum, sed aureum oportet esse talentum. Sunt nanc quæ-  
dam metalla, quæ speciem quandam ostendunt auri, & aurum non sunt. Est etiā aurum,  
quod auri naturam habet, perfectionem non habet: ideoq; uerbo condignum mutuus  
non est. Caritas uero, quid aliud, quæ aurum optimū est: Excedit metalla omnia atriū,  
& caritas uirtutes uniuersas. Ad cordis ægritudines ualeat aurum, & cōtra peccata pluri-  
mum proficit caritas, dicente Ioanne: Caritas operit multitudinē peccatorū. Aurū com-  
mune

A mune est & materia, per quam temporalia omnia acquiruntur: nec mīnus caritas ad  
uirtutum sufficit lucra: imò uniuersas in se connectit uirtutes: unde Apostolus ait: Ca-  
ritas patiens est, benigna est, non aemulatur, non agit perperam, non est ambitiosa, non  
quærit quæ sua sunt. Ductile est aurum, & caritas omnia suffert, omnia credit, omnia  
sperat, omnia sustinet. Aurum non putrescit: sed conseruatur per curricula annorum  
multa: sed caritate quid durabilius? Siue prophetæ euacuabuntur: siue linguae cessā-  
bunt, siue scientia destruetur: caritas nunquam excidit. Aurum denique expedit, ut sit  
fulgidum & examinatum, sicut in Apocalypsi dicitur: Suadeo tibi emere à me aurum  
ignitum probatum, ut locuples fias: caritas quoque nisi ignita sit & probata, sua careat  
perfectione. Habeat utique necesse est, & intus ignem diuini amoris, & ardorem fra-  
ternæ dilectionis, nec sufficit, ut diligat Deum sine proximo, aut amet proximum sine  
Deo. Utique sibi cohærent, neque ab iniuicem disiungendi sunt. Magnum manda-  
tum & primum esse ueritas dixit, diligere dominum Deum ex toto corde, ex tota men-  
te, & ex omnibus uiribus, & addidit. Secundum uero simile huic: diliges proximū tuum  
sicut te ipsum: in his duobus tota lex pender & prophetæ. Deinde nanque dilectio exhiberi  
debet de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: alioquin non fulgebit, sed in  
conspicu diuinæ sordescet sapientia. Non enim placet Deo duplicitas & simulatio:  
non malitia & peruersitas, nō dolus & hypocrisis. Sanctus est, purus est, sicq; mentis de-  
bet diligi puritate, & sanctitate sincera. Non segniter, non elatè, non oblique amandus  
est Deus, sed alacriter, sed sponte, sed recte, non ex timore, nō ex utilitate, nō ex consue-  
tuine, imò potius ex mera & simplicissima caritate, non ex præmio, sed propter se-  
ipsum, quia dignissimus est. Renouatio quoque spiritus & transformatio dilectionis  
procul abhiciat amandi consuetudinem: proximi uero dilectio oportet, ut non sit natu-  
ralis, non sit propria, non sit remissa, nec sit polluta. Naturalis etenim dilectio propin-  
quos, parentes, amicos plus cæteris diligit, se cernit propinquitatem, & carnaliter reflecti-  
tur compassione. Propria autem non ad dilecti commoda, non ad æquitatis iudicium  
respicit, sed ad utilitatem propriā, & ad priuatā mercedem. Remissa uero tardat imple-  
re promissa, & potius importunitate, uel pudore, aut conscientiae stimulis, quam carita-  
tem mouet. Polluta nempe uoluptuoso diligit affectu: concupiscentia cæcatur, libidi-  
ne urgeatur, & temporali amore agitatur: præsentia sola aspicit nū de futuris prospe-  
ctus. Sed non sic uerbi adimpletur præceptum. Nam talis est amor proximi, quum pro  
amore impeditur sapientia. Diligit nanque propinquos & extraneos, amicos inimi-  
cosq; latissimo souet sinu caritatis: eoq; plus quosque diligit, quo uirtuosiores esse co-  
gnoscit: non affinitatem discernit, sed dona & merita: quod amato prospicit, diligenter con-  
siderat, quod placeat in bonum: aliorumq; lucra, non sua, querit: nec operari procrasti-  
nat, quod utile iudicat: nec differt præstare commoda, aut implere promissa: sed tota ex-  
pedita, tota beneuola, tota grata, liberalis & humana. Tribuit cum simplicitate: dolet ex  
compassione, consulit sine fraude, hilariter obsequitur, propria facit cōmunia, lucrari se  
putat, quum quod habet, eroget: quia non homini, sed Deo: non carni, sed uerbo presta-  
re existimat. Ideo non in terra thesaurizat, sed in cælo: non temporalem, sed æternā con-  
sequi exoptat mercedem. Amat castè, amat in uerbo, & propter uerbum: propter ea om-  
nia sanie carnis, cunctumq; foetorem à se abdicat uoluptatis. Pro obscœna atq; ille-  
cebra breuissima indignum arbitratur æternam, perpetuoq; manentem commutare iu-  
cunditatem. Magis inuisibilia, quæ uisibilia appetit: mortem pro animalium salute pa-  
ti non ueretur: & usque ad uitæ terminum Deo placens non frigescit in proximo. Talis  
itaq; est perfectæ caritatis ignis ad Deum, & seruor ad proximum. Verūtamen tunc ple-  
nam meretur laudem, quum probata non deficit. Probatur aurum in ignis fornae, pro-  
batur & caritas in incendio tribulationis. Non est perfecta caritas, quæ non examina-  
tur, aut probata deficit. Passionis quidem tempore discipuli domini defecere. Nec in  
prosperis agnoscitur amicus: nec in aduersis latet inimicus. Vera autem caritas in utris-  
que stabilis perseverat. Quamuis enim uerbo Dei cuncta sint nota: probare tamen non  
cessat, quos suo dignos facit amore. Non ut ipse sciat, sed ut alijs innotescat, agit istas  
atque, ut quod est uirtutis & utilitatis latens, ad ædificationē manifestetur. Per interio-  
ra recta & sancta magnificatur Deus, per exteriora uero laudabilia, quanquā honoratur  
Deus,

Deus, ad bonum tamen excitatur proximus. Ideo caritas, quum ignita est, in conspectu fulget sapientiae: & quum probata est, in facie splendet ecclesia. Ardebat intus martyres sancti caritate: sed probati foris per tormenta redolebant mitam uitutum suavitatem. Ignorabatur, utrum Deum diligerent propter Deum, an propter seipso: in poenis autem examinati rectam ad Deum propter Deum perhibuerunt se habere dilectionem. Non ut seruit, non tanquam mercenarij, sed ut filij, ut legitimi amici dominum amauerunt. Nam probatus amio aperit amoris sinceritatem, & amantis intentionem. Seruus in flagellis eruditus deficit: mercenarius in poenis probatus non subsistit. Caritas autem perfecta undique munita est, ubique secura, & in omnibus perseverans. In Canticorum quidem canticis ignitae probatæ caritatis excellentia commendatur, cum dicitur: Fortis est ut mox dilectio, dura sicut infernus æmulatio: lapides eius lampades ignis atque flammari: aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem. Ardet itaque caritate Dei mens sponsæ, fetuet proximi dilectione, probata non deficit tribulatione: non autem minus ponderosa ac matura est in interiori exercitatione. Cogitationes quidem suas ne erroris seducatur tenet. Ruris, ne ignorantiae caligine inuoluatur, rationis maturitate dijudicat, maximè ne offendat in lapide pedem suum, atque irretiatur ab incursu & dæmonio meridiano. Frequenter namque ipse diabolus transfigurat se in angelum lucis: ut decipiatur sine prudentia gradientes. Affectiones quoque non minus examinat. Consuerunt quippe latenter paulatimque pollui, nisi purgato mentis oculo intelligentur ipsæ animæ affectiones. Eo etenim diligentius perscrutandæ sunt, quo clarius uidentur imaginem gerere caritatis. Nam inimicus manifestus facile declinatur: qui autem insidias meditatur, quis euadet hostem? Seductoria namque affectio in ihesu, qui Deo militant, & æterni regis gestant insignia: semper caritatis uestitur tegmine. Non enim qualis sit: in primordio amicitiarum se pandit: sensim autem & per incrementa cordis arcem rapit, utilia suadet, spiritualia simulat, interdum ociosa & blanda immiscet colloquia, siccæ alternat nunc spiritualia, nunc carnalia, ut uix à paucissimis agnoscatur. Tandem affectio ignota sic crescit, ut exterminata de corde columba illic coruus ridificare incipiat. Quæ autem inde sequantur: silentio præterendum est. Non igitur imprudenter, uel sine causa sponsa mentis suæ curiosè perquirit latebras, ut quid in cogitatione, quid in affectione uersetur, intelligat, ne pro ueritate fallitatem admittat, aut sub prætextu caritatis affectum teneat sensualitatis. Optimo quippe hoc agit sapientiae consilio & matura consideratione. Fundamentum enim totius exterioris hominis mentis est qualitas. Non aliter foris cōuersatur homo, quam intus maneat. Nam si circumspecta sit mens apud se: cuncta exteriæ ordinatae disponit: si uero lubrica & absque rationis iudicio sola præceps ducatur uoluntate, latere non ualet, Negocia namque exteriora, & sermo incompositus improvidæ animæ testimonia sunt. Proinde sponsa uerbo placere concupiscens omnem suæ mentis statum sapientię regulis componit & ordinat. Hinc est, quod ipsius uerba prudentiam sapiunt, & ratione fundata sunt. Nil ex eius ore murmurationis, nil fraudis, nil elationis egreditur. Pauca, proficia, salecque condita sunt illius eloquia: ita ut penè irreprehensibilia sint: opera quoque eius lance æquitatis & consideratione uitutis sunt facta. Singularitatis notam fugit: H præcipitationem deuitat, mores incompositos non sequitur, & sic conuersari fatagit: ut nemini noceat: nulli onerosa, nullisque odiosa sit: unde fit, ut uniuersis amabilis redditur: omnibus cara, & cunctis beneuola: atque ipsius uita singulis proponatur admirationis exemplum. Ista nanque spiritualia operatur exercitia, non ut propriam adipiscatur gloriam, aut humanos capte fauores: sed pro honore Dei, pro amore sponsi, & pro ædificatione proximi. Non enim potest esse ingrata eius, quam sibi impendi nouit, dilectionis. Proinde tam ardenter prudenterque Dei in se sedula est custodire imaginem. Agnoscit quidem rationalem se esse, & per hoc uerbi gerere similitudinem: sedem esse sapientiae, & ueritatis illustrari lumine. Intelligit quoque se immortalem conditam, ut est Deus, & corpus suum uiuiscare, ut facit Deus: quāuis Deus sit uita uiuēs in se: per se uiuiscans omnia, beata de se, beatificas sibi inhærentia caritatis uiuicolo. Anima uero uiuēs (non tamen per se) uiuificas membra corporis: tota in toto, non plus in uno, quam in membris singulis: beatitudinis capax, immortalitate digna, Dei nobilem in se portas imaginem. Quo nanque in amore sponsi seruētior est, eo se minus diligit propter se. Tota se diligat.

A ligit in sposo: mundam se seruat sposo, dilecti honorem zelat, & quicquid uerbi potest deformare imaginem, uehementer obhorret. Deformatur quidem Dei similitudo in mente, quoties sectatur uana, per errores dicitur, & ignorantiae caligine tenebratur animus. Non enim naturalem intelligentiam amittit dignitatem: nec sapientiae capacitatatem, sed spirituali uelamine præpeditis oculis rationis nequit ueritatis penetrare splendorem: & uidendo non uidet, intuendo minime discernit, atque lumine priuatus se perspicue aspicere profitetur: quod est pessimum cætitatis genitus. Temporalia insuper diligendo, uisibilibusque fruendo propriam detur pat dignitatem. Quanto namque tenacius labentibus innititur rebus: tanto deterius ab ingenita labitur nobilitate, & immortalitatis spoliatur decorum, dum præponit temporale æterno. Nam sicut qui adhæret Deo, unus spiritus fit: ita qui fugacem amplectitur mundum, unum efficitur cum eo. Proinde Dei sapientia illi, quem suo discipulatu dignum facere cupiebat, ait: Dismitte mortuos sepelire mortuos suos. Non enim uitam in se tenere posse indicauit mortuus in peccato copulatum. Dubium quippe non est quemque eo amplius deformari ab immortalitatis gloria: quo ardenter caducis se immerserit curis: potius eligendo possidere, quæ uidet, quam patienter sperando præstolari, quæ non uidet: siccus non solum immortalitatem perdit: uerum etiam uita priuatur, atque propriam perdit pulchritudinem. Non enim sine delicti pollutione fieri potest, ut quis deserto uitæ fonte, caducus inhæreat & mortalibus. Vtrique inseruire nemo ualet. Ideo expedit, ut quicunque speciem animæ custodire desiderat: peccatum omne materiamque peccandi summo cum studio derelinquit. Quid uero sic foedat mentem: deique deformat imaginem, quemadmodum scelera? Quot delicta: tot maculae gestantur in anima. Luxta culpæ qualitatem denigratur interior pulchritudo. Omnino autem aduersatur Deo peccatum: aduersatur & homini. Nil odit Deus: nil punit in homine, nisi delictum. Quum primum deliquit homo, Dei perdidit amicitiam, perdidit sapientiam, & uerbi in se deformatum. Nunquam uero ad pristinum amicitiarum reducitur statum, nisi uiribus totis conetur reparare: à quo cecidit, atque reformare, quod peccando deformatum. Quomodo autem Deo potest esse coniunctus, qui ipsius Dei offuscauit imaginem, corruptis similitudinem, contemplit præceptum, amisit gratiam? Ut satisfaciat desiderijs, necesse est, satisfaciat & operibus: potissimum oportet sapientię reformare imaginem antem quam ad conubij spiritualis pertingat dignitatem. Indignum prorsus & à ratione alienum est, ut anima uoluntarie delinques, & propriam non agnoscens deformatem copuletur uerbo Dei & cœlesti sposo. Proinde quæ legitima est sponsa, & quæ non didicit: sed gustauit in uero sensu, & in suorum præcordijs desideriorum, quam suavis est dominus, quam dulcis amor, quam castus amplexus, & quam mellifluum est uerbi connubium, incessanter elaborat, qualiter tristatis imaginem in se ualeat reformare, incontaminatam tenere, & absque macula custodire. Hinc est, quod tam sedulò, tamque ardenter spiritualibus intendit exercitijs. Vacat quidem lectioni, & sanctarum meditationibus scripturarum: ut siqua erroris macula rationi adhæserit, per sanctorum patrum sententias deterget. Est namque sacra pagina intelligentię spirituale lauacrum, per quod opiniones erroneæ cōuincuntur, & ignorantiae caligo propulsatur. Orationi & cōtemplationi instat, ut de uiuo æternoque uerbi fonte stillicidia hauriat sapientia, atque per internam aspiracionem diuinis illius mens illustretur splendoribus. Sanctoru quoque gloriæ: futuræ uitæ gaudia, & cœlestis Hierusalem spirituales nō cessat excogitare delicias, quatenus omnem delectationem temporalis uitæ, cunctaque illecebras cœnosæ sensualitatis repercutere queat. Nam difficile transitoria relinquuntur bona, si non prælibantur æterna, atque laboriosè quis eleuatur ad summa, nisi affectu sit liber ab imis. Præsens quippe prosperitas futuræ opponitur: uixque inuenitur, qui & seculi gloriam & mentis possideat innocentiam. Propterea sponsa æterna meditatur, ut transeuntia fugiat: cordis studet munditiae, innocentiae candorem sectatur, conscientia paci inuigilat, puritatem seruat, ferorem nutrit, exhortationem mentis innicitur: omniisque peccato reluctari contendit, ut puram in se Dei custodiatur imaginem, & incontaminatam se tribuat illi, cuius est. Talibus etenim exercitijs mentis reformatur claritas, uerbi fulget imago, & interioris appareat hominis gloria. Ibi libenter declinat uerbum: ubi suam intuetur similitudinem: ubi caritatis manuio præparatur ubi

ubi diligi nouit. Munus quoq; illud grata nter fuscipit, quod non de cellario, nō de m<sup>is</sup> supio, sed de cordis sinceritate exolutur. Vnde sponsa sciens se singulariter à uerbo diligi, multipliciter in se sponsi amorem persentiens, ne ingrata sit, amoris uices rependere satagit: sp̄ōnsumq; suum spiritualibus conatur honorare muneribus: se melius nil inuenit, quod offerat, nihilq; iucundius donet, quamquam nihil uerbo gratius, nil carius exhibetur. Toto itaque affectu, simpliciç; intentione tanquam spirituale talentum mentem suam offert Deo ardētissima ignitam caritate, amore languidam, maturam in moribus, in cogitationibus circumspectam: sobriam in affectione, in rectitudine non curuam, in qua uerbi rutilat imago, & individua similitudo cernitur trinitatis. Hāc pro recompensatione amoris, & in signum exhibit perpetuæ caritatis. Hanc non semel bīsc̄, sed persoluit millies, prout amoris impetus rapit. Amore quidem sautia, amandi auida, amati sitibunda quid aliud, quam amoris offeret munus? Non tamē solum, sed laude mistum, sed praeconijs plenum, sed gratiarum actione refertum, sed exultatione iucundum, sed mentali oratione saginatum, sed præcipua deuotione redolens.

De exercitatione et profectu mentalis orationis, ac perfectione diuina laudis. Cap. XXII.

Sap. II

**V**isibilium & inuisibilium conditor Deus in sua uniuersa disponens sapientia singula quæc̄ ordinavit sic, ut nihil eorum, quæ fecit, absq; certa prouidentia lege reperiatur confusum. Omnia (prout diuina parvit scriptora) in numero constituit, pondere & mensura: cuncta quoq; proprium & sibi congruum direxit ad finem. Decuit quidem uerbum Dei, per quod cælestia terrenaq; subsistunt: taliter creare omnia, ut in toto uniuerso nulla esset creatura, quamvis patua, quamvis aspectu contemptibilis, quamvis ignota, quæ non more suo proprium laudaret opificem: quæ non ordine suo æternam prædicaret sapientiam. Indixit etenim legem cuique rei: gradus actusq; singulorum ita distinxit, ut seruato conditoris instituto nō reprehensibile videatur. Nam quamquam nonnulla confusa & inordinata cernuntur in se: in arte tamen summa sapientiae, & in uerbo Dei mirabili pollent ordine, atq; ineffabili iudicio equitatis. Quod autē confusum apparet, non ex defectu regētis: sed ex pœna agitetur hominis delinquentis. Hoc quippe perspicue claret in ipso homine, si illius attendatur causa originis & finis. Causa quidem, ut incola esset paradi, & operaretur, & custodiret illum: finis uero, ut Deum agnosceret, agnoscendo diligenter, diligendo frueretur, fruendoq; beatus esset, non temporali, sed felicitate æterna & interminabili. Quod autem innumeris implicitus sit curis, diuersisq; occupationibus intentus, quod varijs calamitatibus, multis infirmitatibus attritus sit, quod deictorum fasce, & peccandi sit necessitate constrictus, quod caro repugnet spiritui, & resoluatur morte, ac redigatur in puluerem, quod spiritus ignoratia, infirmitate, impotentia, peruersitateq; inuolutus existat, ex reatu primi hominis, & obedientia transgressione emanauit. Nil conditori ascribi debet, qui fecit omnia ualde bona, & ipsum hominem plasma uitrectum: quamvis ipse met in multis se immerserit tribulationibus, quæstionibus, & flagitijs: digneq; libi ipsi pœna, & causa pœnae effectus est, non solum transitoria, uerumeriam perpetua, & sine fine. Nam incommutabili spreto bono, suasione deceptus, voluptate illectus, ratione caligatus, spe falsa irretitus adhæsit commutabili, & dum potius blandienti feiminæ, quam imperanti Deo obedire maluit, sicut de loco voluptatis: ita de cordis innocentia expulsus domo hanc terram bestijs communem habitare cœpit. Quamobrem totum humanum genus in protoparentis infectum delicto tanto amore uisibilia appetit, temporalibus delectatur, corporalia cogitat, & extra se tam insensibiliter commoratur. Videtur namq; ipsum nō scire, nisi quæ corporeis patent sensibus, & carnis mulcent illecebram. Spiritualia fastidire cernitur opera, & illa nimio cum labore secessatur: corporalia uero delebiliter peragit, quamquam onerosa sunt & infructuosa. Non uerēcundat in iumentorum intendere actibus, & illis saepissime ministrare. Ignorat namq; qualis sit, & quam preciosum in se gester thesaurum. Incurrit quidem in opacam noctem, & nescientia deprehensuenebris, hoc illucq; disperditur. Amisso etenim superno æterni luminis ductu, & rationis intima gubernaculo iudicare non ualeat, quid est, quod ualeat. Praecepserunt mescius, & ad scopulos uitiorum colliditur uelut amens. Sub tyranide pessima insensibiliter sternitur inimicorum, concatenatur, iugulatur, perimitur. In voluptate carnis

**A** carnis & in exercitio exteriorum se totaliter occupat, sed non naturaliter tēdit extra se. Intus exerceri debet, intus querere necessaria saluti. Parum quippe corporalis ualei exercitatio, pietas uero ad multa promissionem habens eius uita, quæ nunc est, & future. Non enim corporeis deus patet sensibus, sed spiritualibus, ideo rationale animal fecit hominem, ut haberet, unde se illi præberet uisibilis. Et hāc est præcipua mortaliū dignitas, hāc est humanæ elegatia naturæ. In hoc assimilatur uerbo, per hoc intelligit uerbum, dilectusq; à uerbo, qualitus, assumptus, & glorificatus. Sed (heu) istud miserrimus ignorat homo, & quum magni sit, nullius se aestimat. Thesaurum immēsum pro exiliū uisissimoq; dat precio, & qui à suis debuerat mercedē accipere corruptoribus (proh dolor) ipse sua omnia seq; impudico amore prosternit. Victor nāq; uoluptate, immemor cuius sit, quo redemptus sanguine, quib; plasmat manibus, quia ratione cōditus, quo sine creatus, à naturali plurimum nobilitate degenerat. In hunc prorsus errorem omne pene humanum genus dilapsum est, adeo ut ille innocens, ille arbitretur sanctus, qui

**B** communem non agit uitam, & uniteritatis non sectatur uestigia. Re nāq; uera diffidillum est in tot seculi uoraginibus, in tot peruersitatis exemplis syncero immaculatoq; pedis affectu præsentis peregrinationis peragrare iter. Nullusq; esset à spiritualib; liber laqueis, nisi cælestis in corde stillaret gratia, irradiaret lumen, protegeret manus, & diuina suauitas roboraret. Non autem proprijs debet homo inniti uiribus, nec totaliter destitui. Agat quicquid ualeat ex se, totis animæ lacertis manum porrigit ad se erige tem deum, non ore, non animo, non desiderijs desinat suum inuocare adiutorem, & tā quam nauis inter undas seculi uelitans frequenter in orationis ingrediatur portū, quatenus siquid ex humana deperditum est cōuersatione, si quid ex tentationum consilium impulsu, aut uetusta uita dissipatum, restaurare queat. Nil etenim in omni spirituali exercitatione uel Christiana militia sic mentis habitum, uirtutis zelum, cordis oculum, perfectionis desiderium redintegrat & custodit, quēadmodum orationis studiū. Est nāq; oratio actus mentis sapientiae lumine directus, & spiritus sancti calore succēsus, quæ quum pure perficitur, humano non indiget cōsilio, nec ornatu uerborū. Nam in ipsa paracletus docet, quid & quomodo agere debeat orans. Non tantum huiusmodi orandi modus uocis sonitu aut strepitu labiorum perficitur, sed cogitatione tacita, mente suspensa, corde non dormitante, intentione non diffusa, prudenti animo, proposto stabili affectu unito, & gratia in his omnibus cooperāte. Multi uoce, rari autē cot de deprecantur. Non est ueræ orationis operatio in hominis potestate. Solius dei est huius, sicut & cæterarum, dona conferre uirtutum. Potest quisq; parare uas ad liquoris susceptionem, non autem implere. Petēdi inest nobis facultas, sed petitionum effectus desuper expectandi sunt. Facile etenim quispiam exauditur, si à se accedendi timorem, dubietatem impenrandi, & diffidentiam amouerit possidēdi. Nemo uero accedere ad deum, suaq; illi offerre uota timore compescatur. Non seris aut ferres uectibus, non ianuis uel custodibus aditus interdictur. Nullus est qui inhibeat deo appropriare uolentem. Sola cuiusq; conscientia ausum præbet, si munda est, repellit autem, si delictorum colluione polluta est. Libētius nempe dominus suscipit, qui in eniat, parator quoq; ad tribuendum, quam homo sit ad flagitandum. Ob hoc plerūq; præuenit uota, atq; merita donorum erogatione transcendit. Inuitat trepidos, expectat pigros, sustinet de linquentes, induratos stimulat, renitenteshortatur, & quosq; ad se pergentes benigna refouet caritate. Quid igitur pertimescit homo: cur ad deum appropinquare formidas. Depone iniurias fasciculos deprimentes te, abhice à te cupiditatis onus, absterge maculas interioris asperitus, & lota animæ facie atq; uelste induita nuptiali securus accede ad ipsum, tuasq; illi petitiones edicito, in autorem tuum conspice, & scito quia frater tuus est, os ex ossibus tuis, & caro de carne tua, attende diligenter illius vulnera, latet apertio, & pedum manuumq; cicatrices, & intelliges quantum in illo præsumere debeas. Qui dedit se tibi, denegabit ne sua. Qui locauit te in se, poterit contemne te te. Si prudenter inuestigabis, utiq; nobilius repères te in illo, quam in te. Contēplare si uales uerbum, & te in ipso inuenies. Nam quod factum est in ipso uita erat. O uita uiuens, in qua uiuunt omnia, uiuifica me non uita carnis, sed spiritus, non aliud, quam de te in te, ut per te uiuam tibi. Nemo enim uiuit, qui non tibi, sed sibi uiuit. Quomodo

Laur. Iustin. **C** sine

sine uita uiuere quis dicendus est? Dixisti namqe omelisflue amor (& uerū dixisti.) Ego sum uia, ueritas, & uita, uia credentium, ueritas contemplantium, & uita regnantium. Quos enim eligis, ut in æterna regnent uita uiuificante nunc reples gratia. Manifestas te illis, illos rapi in te supra se, & iam non sunt in se, sed in te, uident se nō in se, sed in te, exultant in se de te, suauiterqe cōmorantur extra se, quia sunt in te, iucundiusqe manent in te, quām in se. Nec mirum. In te namqe torrens est uoluptatis æternæ, deliciarum abundantia indefectibilis, amœnitatis spirituale plantarium, sapientiæ æterni thesauri, cunctorumqe laudabilis fruitio bonorum. Prius tamen quilibet tui strenuus amator debet te querere in se, ut postea se inueniat in te. In homine origo amoris est, in te autem finis & perfectio. Nullus quippe dei cultor, quod diligere debeat, scrutetur aliunde, qe in se ipso. Fons amoris hominis est ipsius cor, fons autem caritatis Deus. Hanc tanquam riuelos diffundit in predestinatos, & per hanc gratificantur, qui dei filii nuncupant, & sunt. psal. 4 Non ab re igitur inquirit iustus deum in se, quia deus est caritas, & in cordibus iustorum diffusa est ipsa per spiritum sanctum. In cordis siquidem puritate facile reperitur deus, quia & ad ipsum libenter declinat, & in ipso cōquiescit. Vbi autem exteriorum tumultus & corporalis occupatio, quamuis ibi sit deus, difficulter tamē inuenitur. Pax enim est, & in pacis manet habitaculo, ideo Propheta aiebat. Ecce factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Pacem itaqe habeat in se, qui uerbum pacis gustare desiderat. Ab exterioribus ad interiora redeat, ut ab interioribus ad superiora condescendat. Nunquam superiora suauiter perseveranterqe gustabit, quicunqe sua negliget interiora. Ad superiora mens uia est, in superioribus uero perpetua pax, imperturbabilis requies, & diuturna tranquillitas. Assuetus est habitare in se, qui uult ascendere supra se. Prudēti quidem ingenio & cura per uigili erudiēda mens est, ut possit, illiqe libeat habitare secum. Hoc etenim spiritualis aedificij solidum est fundatum, hæc est aceedendi ad deum via regia, innocentiae speculum, magisterium uirtutum, & certa immortalitatis spes. In officina quippe quietis & per orationis infatigabile exercitiū secum habitare mentisqe arcem erigere ualeat homo, qui uero hæc in contemptum habet, nunquam possessio fiet sui, sed neqe dei. Poterit quidem habere deum possidere autem minime. Longe inter se distant habere & possidere. Deum in se habent iusti omnes, soli autē perfecti possidēt. Ex mera gratia habetur, possidetur uero ex gratia & diutina interiori exercitatiōe. Potest quis saluari, si non possidet deum, non autem si eo caret. Paucorum namqe est possidere uerbum. Veruntamen sicut aurora solem, ita sui ipsius possessio dei præcedit possessionem. Ambo donū dei, ambo interioris hominis exercitia sunt, quæ nemo segnis, & desiderijs spiritualibus priuatus, atqe perfectionis non audius capere ualeat. Maximo prorsus studio interiori expedit, ut se accommodet, quicunqe se possidere, secumqe habitare concupiscit, ac mentem lubricam ab assuetis satagit cōpescere uagationibe, sed nihil aptius ipsam refrænat, quām attenta meditatio, quæ in oratione proponitur. Hæc quidem ab exterioribus cor amouet, & ad se redire compellit. Hæc est disciplina mentis, spiritualis paedagogus, orationis funiculus, incipientium eruditio, & intentionis mentis prouida gubernatrix. Præcurrat orationem spiritus, disponit ad contemplationem, animæ munditiam operatur, ministrat deuotionem, in corde spiritualem lætitiam ebullire facit, atqe sapientiæ parat domicilium. Ex ipsius assiduitate stabilitur mens, cogitationes purgantur, solitudo sapit, delectat deus, ingenium acuitur, castificantur sensus, illustratur ratio, loqua restringitur, & animus ad alta suspenditur. Ipsa est spiritualis lana orationis, per quam uerbum ab ingredientibus agnoscitur, & puris munieribus honoratur. Quandiu mentis oratio ueraciter possideatur, tanquam oculi pupilla meditatio custodienda est, uerum tunc non est funditus postponenda. Veluti quoddam spirituale depositum seruanda est. Nam quum mentis oratio præsto est, superflua ac noxia meditatio esse dignoscitur, quum uero abest, perutilis & necessaria esse censetur. Meditatio quidem orationem excitat, oratio autem deo præsentat, & uerbum possidere facit, præsente uero deo & uerbum possidente anima gratissimum laudis exhibetur sacrificium. Iuge quippe laudis holocaustum & perfecta actio gratiarum ex certissima uerbi agitur præsentia, unde Propheta uoce domini ait. Sacrificium laudis honorificabit me, & illuc iter, quo ostendam illi salutare dei. Præcedit itaqe ueram laudem cordis me-psal. 49

psal. 26 dullaris oratio. Ex gustata uerbi iucunda præsentia habitus formatur orationis mūda. Ex munda oratione depuratur animus, exhilaratur affectus, pascitur caritas, appetitus dilectionis augetur, certificatur fides, conualescit spes, exultat spiritus, uiscera quatiuntur, pacificatur cor, ignis accenditur, ueritas aperitur, fugatur tentatio, abscedit tristitia, renouatur sensus, uirtus debilitata reparatur, excitatur feruor, fugatur temor, uitiorum rubigo consumit, cælestium desideriorum scintillæ emicant, & diuini amoris flamma succrescit. Magnis namqe meritorum prærogatiis fulta est, multis doriorum spiritualium splendoribus, atqe præcipuis uirtutibus pura mentis oratio decoratur. Illi qui proprie patet cælum, arcaña panduntur, & dei aures intendunt. Non repellitur, nec cōtemnitur, sed placido aspectu creatoris uniuersorum præsentatur. Vacua inde non recedit, nec sine affectu. Exauditur quidem dummodo humiliter deprecetur. Humilis etenim deprecatio cælos penetrat, cælorumqe opificis mulcet aures: Non potest humilem dei sapientia sp̄ernere supplicantem. Mosem quippe omnium mitissimum non abiēcit exortem. Publicani quoqe uerecundiam & preces grata benignitate suscepit. Quis audiuit unquam humilem esse in prece confusum, potissime quum ex ignito precatur affectus. Humilitas namqe & caritas spirituales orationis sunt alæ, quarum remigio usqe ad interiora ingreditur uelaminis, ubi uerbum in sinu residens paterno æterna uirtute generatur. Pulsat regni cælestis ianuas humilitas deprecantis, caritas uero ipsam introducit orationem, eamqe exaudibilem facit. De his uirtutibus figuraliter loquitur ueritas dicens. Si duo ex uobis consenserint super terram de omni re, quaniculiqe petierint, fieri illis à patre meo. Humiliet igitur se, succensoqe ore affectu, quisquis cupit suam non repudiari orationem. Cui tamen addat uitæ honestatem, conuersationem sanctam, mortuum probitatem, linguæ temperantiam, & cælestium flagitationem gratiarum. Non terrena substantia, aut temporalium commoda, sed spiritualia dona & Angelorum cōsortia importune postulanda sunt. Nam etiam ipse dominus eadem gratiantur imperit. Qui autem petit, in fide postulet nihil habens, ut exaudiatur. In huius uero actus puræ spiritualisqe orationis deus ante mentis aciem constituendus est. Facile quippe oratiōis intentio deuiat, & in ociosis ac noxijs labitur cogitationibus, si deus in ipsa oratione non queratur. Hoc præcavere Propheta satagens aiebat. Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram. Optime quidem congruit, ut altissimo assistat, qui uota sua exaudiri desiderat. Nam innocentiae indicium notissimum est iudicis non formidare aspectum, perfectæ autem caritatis infatigabiliter ac sine interuallo uerbi sitire præsentiam. Hoc ex pura & ignita mentis perficitur oratione, præcipue quum longa exercitatione interioris orationis amoris facibus succensus animus diuinæ sapientiæ uerus amator extiterit. Anxia nempe amoris uis est, quæ amantium corda diu ab inuicem abesse non patitur. Quamobrem uerbi sponsa fidelis caritatis iaculo transfixa & de dulcedine dilecti saginata inuictum uigoris animum ab oratione non relaxare conatur. Dilecti corporalem præsentiam assidue meditatur, ne cordis sui intentio ad alia diuertatur. Sicqe tadiu in hoc meditaridi studio elaborat, donec per orationis frequentationem & amoris incendum copulata uerbo, sapientiæ debriata suauisitate ab eius amplexibus diuelli non ualeat. Tunc illi lex imponenda nō est, neqe de modo orandi instruenda. Ipse amor cogitandi materiam ministrat, orandi formam tribuit, orationisqe perfectionem sufficienter infundit. Fit igitur sponsa per orationem mūda, de uerbi præsentia hilaris, in sapientia erudita, uotis præceps, exultatione tacita, amore libera, festiuæ spe, munere sollicita, caritate solida, prouida in actione, mente erecta, & proficiendi amore succensa. Omnis ipsius affectus in dilectione trahitur sapientiæ, ad illamqe tanquam ad locum proprium currere non desistit. In hunc amandi uenerat affectum Propheta, quando dicebat. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus. Multipliciter etenim tunc se sponsa dilatat in se, & eo ardenter se exercet, quo dulcius trahitur, atqe clarius intuetur. Nam quum de boni tatis dei fonte plenissimo potatur, & quām in se diffusa sit, sentit, quodam suaui delectationis respergitur gustu, & quadam animi pace repletur, dulciter requiescit in eo, quod capit, atqe sua pascitur spiritus uoluptate, domini præsentia sui immemor gaudet, dicit sapientis repetens propheticum illud; In pace in idipsum dormiam & requiescam, tenet Laur. Iustin.

in se, quem diligit, & amoris brachij sapientiam amplexatur, se exaltari conspicit, quod dei se uidet dignam praesentia, metitur merita sua, uirtutes considerat, & in nullo per se iudicat talia promereri, gratis sibi hoc esse donatum intelligit, & totum per benevolentiam fieri non dubitat conditoris. Proinde magno cordis exultat tripludio, & immensas promit gratiarum debitas actiones. Hoc prenunciauit Propheta, quum ait. In uoce exultationis & confessionis sonus epulantis. Quomodo non exultet anima, quae se sentit dignam effectam uerbi præsentia? Si præcursor in utero positus exultauit ad aduentum uerbi, quare non magis sponsa in amplexibus sponsi? Non ad insipientiam sibi exultauit sponsa in cordis thalamo sponsum adesse cognoscens. Nam & spiritus Mariæ exultauit in deo salutari suo, quamquam longe excellentius, quam ista. Anna quoque prophete Samuelis mater quum prolem, pro qua orauerat, suscepisset, exultans clamauit. Exultauit cor meum in domino, & dilatum est cornu meum in deo meo. Sic & haec cora uerbo exultat, dicens. Exaltabo te deus meus rex, & benedic nomini tuo in seculum, & in seculum seculi. Verbis sufficienter non ualeat exprimi, quanto gaudio, quantaque exultatione repleatur anima in sui præsentia sponsi & casto amoris contubernio. Exoluit gratias, dona perstringit, ostendit uota, & oscula imprimit. Huius felicis consortij in spiritu odorans Propheta delicias & sponsam ad exultationem inuitans aiebat. Exulta & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel. Exulta quidem ex ihsu & denter permota, quae agi sentit in se, laudat uero admiratione perfusa ex ihsu, quae cōtemplatur in deo. In diuina nequaquam ualeat esse laude muta, quum hymnidici angelorum chori, sanctorumque innumerabilis exercitus quam diligenter & incessanter in deo laudibus occupentur, tacita mente recogitat. Feruor ex hac consideratione diuinae laudationis, & amor caelestium cantionum adeo contemplatis cor rapit, & in sublimia eleuat, ut interiora omnia in diuinam uideantur prorumpere laudem, sequens mens quamvis in mortali corpore inclusa teneatur, supernorum ciuium coetibus sociare conetur. Psalmit spiritu, & interdum ex abundantia infuse dulcedinis prorumpit in uocem iucunditatis, dicens. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Circumquaque etenim celorum sancta agmina cogitatione per lustrans uniuersos festios stolis candidissimis ornatos, coronis aureis ac coruscantibus, gemis redimitos, gloria & decore præfulgidos, felici immortalitate uestitos, & in aeterni regis laudibus intentos mirari non desinit, & quum carne sola tunc grauetur in terris, desiderio tamen & intentione commorat in celis. Amat quod uidet, astringit quod gustat, possidere exoptat in perpetuum, quod contemplando rimatur, sequens beatam fore non ambigit, si illis sociari meruit, ideo inter ipsas animi delicias & laudum uota illud Tob. 13 Tobiæ sancti replicare non cessat. Beatus ero, si fuerint reliquiae seminis mei ad uidentiam claritatem Hierusalem. Quum autem reuoluit secum, unde illis rata sit latitia causa, de thesauris diuinitatis id prouenire considerat. Quamobrem amore feruescens, & caritate confidens suæ oculos intelligentiae attollit in diuinae maiestatis essentiam, & quod incircumscripta sit, quod potens, quantisque affluat uoluptatibus, potius credendo quod agnosco miratur. Hinc ineffabilis atque infatiabilis laudis appetitus exoritur, hinc flamma desideriorum uehemens ebullit, & omnem ad se trahens animi uirtutem dilectam alienat à sensibus, atque insensibilem foris effectam immensis intus facit eam uerbi exubera-re delicijs. Cælesti se conspicit circundari lumine, accendi ardenter amorem, & infinito inflammari laudis desiderio. Laudat quantum potest, & nimio cruciatur laudis desiderio, quum se uidet non posse perficere, quod amabiliter concupiscit. Ad se uero rediens os laude repletum, oculos lacrymis, cor humilitate, animamque deuoto moerore persentit, quum non esse, ubi se tam delectabiliter fuisse recogitar. De cellario tamen sponsi egredens, indecē mentem saluberrimo amoris uulnere sautiam reportans ab oratione & dei laude uix ad momentum uacare ualeat. Laudandi quippe face succensa & laudis dulcedine ebria laudati semper rediua caritate concalescit. Non enim debet a laude cessare, quae usque ad dei solium euecta est. Memoriam abundantiae suavitatis sponsi eructans corde flammigero ait cum Propheta. Regnum tuum regnum omnium secularium, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Talis laus talis affectus, soli sponsa uerbi congruit, quae de donis conditoris sui ingrata non est. Pro cognitio-

A ne namque propria, quam pro munere accepit, humilitas exoluta holocaustum, pro gustu diuinæ caritatis erga se talentum & ipsa exhibet intimæ dilectionis, pro notitia autem excellentissimæ maiestatis medullare atque perfectum offert uerbo sacrificium laudis. Propterea illi tanquam sponsa precipue prebenda est corporalis, sacramentalis, & spirituæ lis copia sponsi, quatenus donec peregrinatur a uerbo, habeat, unde uerbi pascatur de-licijs. Nam iuxta ipsius sententiam omni habenti dabitur, & abundabit. Nulli quidem magis digne, quam fortiter amanti spiritualia prerogantur dona. Non enim illa in sudario reponit ociose, non dispergit inutiliter, sed tanquam dominice pecunie fidelissimus dispendiator spiritualia lucra reportat ueluti quotidie de omnibus, quae suscepit, redditus sit integerrimam rationem.

Quod sponsa per meditationem decursus uitæ incarnati uerbi plurimum in amore proficiat. Cap. XXII.

**B** Apientia dei irreprehensibili gubernatione uniuersa disponens quemadmodum nihil eorum, quae fecit, odit, sic neminem illorum, quos salutis lauacio ab originali mundat delicto, quantum ad se pertinet, perire latatur, quin potius ineffabili suæ miserationis pietate gratiae stillicidia super hominum filios irrora non desinit, miro uarietatis modo singulis diuidens, prout uult. Nam tanquam peritissimus animarum medicus diuersis medetur antidotis iuxta cuiusque uulnus indigetiam. Propterea contemplantis animus non sine gaudio miratur, quod prouide unquamque electorum ad salutem ducat multipliciter operando. Quædam namque terribilia, quædam mirabilia, nonnulla delectabilia operatur, singulos tamen erudit, & trahit ad se singulare consideratione. Ex solis affectibus profectibusque conuersorum diuinæ gratiae mirabilia declarantur, ideo Propheta domino de se aiebat, dicens. Ecce domine tu cognovisti omnia nouissima & antiqua, tu formasti me, & posuisti super me manum tuam, mirabilis facta est scientia tua ex me. Terret namque flagellis innumeris, pestilentiā immittit, bella, seditiones, oppressionesque permittit, terræ iterilitatem, aeris intemperiem, aquarum inundationes, ædificiorum conflagrationem quae saepe audiuntur, terribilibus plenis omne seculum plenum est, ita ut nemo inhabitantium illud expers disciplinæ inueniatur. Ipse quoque carnis interitus adeo communis effectus est, ut ab eo nullus liber existat. Quis autem est homo qui uiuet, & non uidebit mortem, quum ille solus, qui nil in se dignum morte habuit, ut suos ab aeterno liberaret exitio, ipsius mortis sponte uoluit subire sententiam. Cuncta quippe haec, quae in hoc seculo homines patiuntur aduersa, diuinæ iustitiae sunt opera, per quae quodque terribilis & quodque formidandus sit, se notificat deus, unde per Prophetam clamat. Videte, uidete, quod ego sum solus, & non sit alius, præter me, ego occida, & uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, et non est qui de manu mea possit eruere. Non ut confundat, sed ut corrigat, tam terribiliter clamat. Quos autem saluat flagellat temporaliter, quos uero dñnat, duplaci flagellat poena. Præsens namque flagellum pœnitentia incentium & pœnitentibus causa est uenia, impenitentibus autem damnationis exordium. Per disciplinam quippe iustitiae deus timeri uult, per ostensionem ueroe potentiae agnoscit. In constitutione etenim uniuersi incomparabilis eius uirtus ostenditur. Quis namque ex nihilo cuncta crearet, celum ornaret sideribus, aerem repleret uolubibus, aquam piscibus, terramque fecundaret arboribus, nisi omnipotens deus? De illo per Prophetam dicitur. Ipse dixit, & facta sunt. Dixit quidem, non uoce, non per angelum sed uoluntate. Voluntas eius uox ipsius est. Quum autem uoluit, per uerbum futurum fecit. Verbum non transiens, non sonans, sed permanens in seculum seculi. Per hoc uerbum facti sunt angelii, archangeli, uirtutes, cherubim, seraphim. & omne quod uiuit, quod mouetur, quod discernit, siue corpus, siue spiritus, per ipsum factum est. Omnia (inquit Iohannes) per ipsum facta sunt. Vniuersa igitur quae sunt, autorem suum fatentur deum. Per illa se uoluit innotescere, illa uoluit communicare hominibus, ut per ea eruditetur in scientia dei, accenderentur in dilectione, proficerentur in sapientia. Rari tamen inueniuntur, qui illis non abutantur. Bona nempe sunt, & ad salutem proficia, si utantur bene, si autem quod bonum est, utuntur non bene, bonum operatur malum in malo propter malum. Abutenti non creanti ascribenda est culpa. Non ut abuterentur, sed ut uerentur quae sunt, facta sunt. Dedit etiam, per quod uerentur, ut in omnib. deus mirabilis appareret. Appareret nedum mirabilis, ueruetia esset dulcis & amabilis. Mirabilis ratione

**C** gis omne seculum plenum est, ita ut nemo inhabitantium illud expers disciplinæ inueniatur. Ipse quoque carnis interitus adeo communis effectus est, ut ab eo nullus liber existat. Quis autem est homo qui uiuet, & non uidebit mortem, quum ille solus, qui nil in se dignum morte habuit, ut suos ab aeterno liberaret exitio, ipsius mortis sponte uoluit subire sententiam. Cuncta quippe haec, quae in hoc seculo homines patiuntur aduersa, diuinæ iustitiae sunt opera, per quae quodque terribilis & quodque formidandus sit, se notificat deus, unde per Prophetam clamat. Videte, uidete, quod ego sum solus, & non sit alius, præter me, ego occida, & uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo, et non est qui de manu mea possit eruere. Non ut confundat, sed ut corrigat, tam terribiliter clamat. Quos autem saluat flagellat temporaliter, quos uero dñnat, duplaci flagellat poena. Præsens namque flagellum pœnitentia incentium & pœnitentibus causa est uenia, impenitentibus autem damnationis exordium. Per disciplinam quippe iustitiae deus timeri uult, per ostensionem ueroe potentiae agnoscit. In constitutione etenim uniuersi incomparabilis eius uirtus ostenditur. Quis namque ex nihilo cuncta crearet, celum ornaret sideribus, aerem repleret uolubibus, aquam piscibus, terramque fecundaret arboribus, nisi omnipotens deus? De illo per Prophetam dicitur. Ipse dixit, & facta sunt. Dixit quidem, non uoce, non per angelum sed uoluntate. Voluntas eius uox ipsius est. Quum autem uoluit, per uerbum futurum fecit. Verbum non transiens, non sonans, sed permanens in seculum seculi. Per hoc uerbum facti sunt angelii, archangeli, uirtutes, cherubim, seraphim. & omne quod uiuit, quod mouetur, quod discernit, siue corpus, siue spiritus, per ipsum factum est. Omnia (inquit Iohannes) per ipsum facta sunt. Vniuersa igitur quae sunt, autorem suum fatentur deum. Per illa se uoluit innotescere, illa uoluit communicare hominibus, ut per ea eruditetur in scientia dei, accenderentur in dilectione, proficerentur in sapientia. Rari tamen inueniuntur, qui illis non abutantur. Bona nempe sunt, & ad salutem proficia, si utantur bene, si autem quod bonum est, utuntur non bene, bonum operatur malum in malo propter malum. Abutenti non creanti ascribenda est culpa. Non ut abuterentur, sed ut uerentur quae sunt, facta sunt. Dedit etiam, per quod uerentur, ut in omnib. deus mirabilis appareret. Appareret nedum mirabilis, ueruetia esset dulcis & amabilis. Mirabilis ratione

**D** cribus, aquam piscibus, terramque fecundaret arboribus, nisi omnipotens deus? De illo per Prophetam dicitur. Ipse dixit, & facta sunt. Dixit quidem, non uoce, non per angelum sed uoluntate. Voluntas eius uox ipsius est. Quum autem uoluit, per uerbum futurum fecit. Verbum non transiens, non sonans, sed permanens in seculum seculi. Per hoc uerbum facti sunt angelii, archangeli, uirtutes, cherubim, seraphim. & omne quod uiuit, quod mouetur, quod discernit, siue corpus, siue spiritus, per ipsum factum est. Omnia (inquit Iohannes) per ipsum facta sunt. Vniuersa igitur quae sunt, autorem suum fatentur deum. Per illa se uoluit innotescere, illa uoluit communicare hominibus, ut per ea eruditetur in scientia dei, accenderentur in dilectione, proficerentur in sapientia. Rari tamen inueniuntur, qui illis non abutantur. Bona nempe sunt, & ad salutem proficia, si utantur bene, si autem quod bonum est, utuntur non bene, bonum operatur malum in malo propter malum. Abutenti non creanti ascribenda est culpa. Non ut abuterentur, sed ut uerentur quae sunt, facta sunt. Dedit etiam, per quod uerentur, ut in omnib. deus mirabilis appareret. Appareret nedum mirabilis, ueruetia esset dulcis & amabilis. Mirabilis ratione

Apoc. 1.  
¶ 22

Luc. 1.

Psal. 93

Psal. 17

tioni, amabilis affectus, ut totum ad se traheret hominem. Quare & in quantis se amabilem exhibeat deus, quis sapit? quis capit? Quæ obtemperant, quæ dulcescunt, quæ placent, quæ mulcent, nonne sibi? Nunquid propriū aliquid deo uendicant? Gloriā utiq̄ querunt eius, cuius sunt, & à quo sunt. Instrumenta sunt, uestigia sunt, media sunt. Principiū aut̄ horum uerbum sine principio, finis uero non alius, q̄ ille, in quo sunt. Verūq̄ expressit uerbum, quum in Apocalypsi, ait. Ego sum alpha & omega, principiū & finis. Quā itaq̄ in multis mirabilis amabilisq̄ appareat deus, in nullo tamē sic mirabile amabilēq̄ suam hominib. patescit esse caritatē, sicut quum deus homo factus est. In ceteris donis quāvis eximis, quāvis multis sua tantū cōculit, in hoc aut̄ dedit se. Facile quippe quisq; amico suo, quæ possidet, tribuit, præcipue quum aliena sunt à se. Non autem reperitur, qui tanto amicitiarum fœdere sit coniunctus, ut pro amico cum sui iniuria & detrimen-  
to tradat se, uerbum uero dei deus sic humanum dilexit genus, ut sua illi daret, & se. Li-  
bentiusq; se communicauit, q̄ sua. Se quidem præbendo intimæ dilectionis uiscera de-  
monstrauit, propterea Zacharias sanctus in suæ prolis ortu prophetans, inquit. Per ui-  
scera misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. Reliqua omnia sua  
munera nobis deus præstari posse spem dedit, quando filiū suum unigenitū ceteris re-  
bus illi carorem tam liberaliter præstit. Non tantū ut descenderet ad nos, quod singu-  
lare ac præcipuum esset munus, uoluit deus pater, sed etiam ut fieret nostri similis, in natu-  
ra non in culpa. Naturā etenim assumpsit uerbum humanū de massa Adæ, & illas quas  
uoluit passiones, non tamen habuit traducem de Adam, nec transgressiones imitatus  
est filiorum Adæ. Quod elegit ipse Christus dñs, hoc habuit. Nil in illo coacte aut præ-  
ter eius fuit uoluntatē. Esuriuit, quia uoluit. lacrymatus est, quia uoluit, occisus est, quia  
uoluit. In hoc nanq; gratuita nos caritate dilexit, quoniā nullo astrictus debito, sed pro  
pria passus est uoluntate. Liber quippe quum esset à debito, humanam libere perfecit  
redemptionem, unde Propheta ait. Deus ultionum dominus, deus ultionū libere egit.  
Quod non egisset, nisi fuisset homo. Quidam obrem anima, quæ merito & nomine uoca-  
tur sponsa, ne canti beneficij ingrata sit, sedula meditatione reuoluta in se sacro sanctum  
diuinæ humanæq; naturæ mysterium, per quod lapsi hominis reparatio facta est. Mira-  
ri quidem non desinit, quomodo deus quum in natura sua æternus esset & inuisibilis,  
in nostra apparere uoluerit temporalis & uisibilis, & qui in cælo angelis notus erat, in  
terra quoq; manifestaretur hominibus. Hac etenim dei uisione homo nō ex natura ca-  
rebat, sed ex culpa. Acceperat quidem in suæ primordio creationis duplicem oculum,  
carnis (uidelicet) & rationis. Carnis nanq; ut corporalia aspiceret sensibus carnis com-  
munia, atq; per ipsa se exerceret, & ad agnitionem pertingeret conditoris. Sunt quippe  
uisibilia cuncta quasi quoddam uehiculum rationis, & speculum trinitatis, in quo hu-  
manus proficiens animus maximam de natura diuinitatis eruditionem acquirit. Non  
enim frustra anteposita esse homini corporalia hæc arbitrandum est. Quidam intelligē-  
tiae & amoris spiritualis paedagogus sunt peregrinantibus mortalibus. Completa uero  
peregrinationis via nullo horum indigebunt saluati adminiculo. In uerbo contuentes,  
omnium quæ sunt, plenam habebunt notitiam, ipsis quoq; dei uisio manifesta erit, pro-  
pter ea medio aliquo non egebunt. Tanquam igitur parvulis nunc proponuntur uisibi-  
lia, quæ corporeo cernuntur aspectu, ideo carnis oculus necessarius esse cognoscitur.  
Acceperat quoq; ipse homo oculum rationis, ut per ipsum se intelligere ualeret et deū.  
Difficile omnino est, ut quis absq; sui agnitione ad scientiam pertingat dei. Est nāq; ra-  
tionalis & creatus spiritus sibi ipsi scala ascensus ad æternam dei sapientiam. Nec iustū  
est, ut in sua animus permanens ignorantia ad summam diuinæ essentia perueniat no-  
titiam. Ratiocinando quippe humanus spiritus, & se à uitj abstrahendo poterat ex pa-  
te ad sui & dei transcendere ueritatem. Verum hoc præcipuum & maximum donū tue  
peccator homo amisit, quum obedientia lege transgressa, ligni uetiti escā gustare præ-  
sumpsit. Mox etenim prævaricationis sententiam excipiens ignoratiæ nube protectus  
est. Super se nanq; quum aspiceret, quandam ueluti caliginem densissimam spiritualē  
sensit, per quam illi cælestia & diuina obumbrata erant, non aut̄ in se, de qua obnubila-  
tione per Prophetam dicitur. Posuit tenebras latibulum suū. Quum uero ad se rediret,  
excitate se percussum non dubitauit. Proinde foras à se expulsus erubuit nudus

tatem

Lut. 1.

A tatem. De hac riempe interiori cæcitate liberari cupiens Zacharias propheta uoce om-  
nium redemptoris præsentiam exoptans deprecatur, dicens: Illuminare ih̄s qui in tene-  
bris & umbra mortis sedēnt ad dirigidos pedes nostros in uiam pacis. Lucem itaq; su-  
pernam tectam sibi uidens, nec locum in se propter interiores tenebras inueniēs totus  
præceps extra se fluere coepit. Hinc humani generis apostolatō initiu habuit, hinc car-  
nis uoluptati habenæ laxatae sunt, hinc exiliū pro patria diligī inchoauit, & ex illo dein  
ceps semper in deterius dilapsum est. Ab hoc autem errore nunquam redimi potuit, ni  
si quum temporis plenitudo aduenit. Dei nanq; sapientia humano condolēs generi, sic  
prostrato modo mirabili illud erigere curauit. Ignorantiae quippe tenebras, unde illi o-  
sane acciderat malum, repulit primo ut ceteris postea facile ualeat mederi languorib.  
Speciem utiq; uisibilem speciosissimam assumpsit humanam, quæ ad se delectabiliter  
aspicientium traheret animos, illamq; uirginalem in thalamum uerbum unius fecit, ut  
esset deus & homo unus Christus, & tandem uoluit hoc latere consilium, donec uirgi-

B ni tempus pariendi adesset. Vocibus tamen omnium suorum prophetarum prænūcia-  
rificet ipsum futurum, ut tanto audiū suscipietur, quanto sollicitius prædiceretur.  
Tempore igitur congruo quum uirginalis partus instaret, essetq; puellæ mens plus soli  
to caritatis igne succensa, deuotione pinguior, & desiderio saluatorem uidendi prom-  
ptior, repente coram se positum aspexit Christum. Absq; detrimento nāq; uirginitatis  
sine dolore partus suam pudicissima mater genuit prolem. Quem ut uidit, mēte & cor-  
pore humillime adorauit, ipsumq; reclinavit in præsepio, quia (teste Euangelio) non  
erat ei locus in diuersorio. Tunc quidem uerus Adæ de terræ limo plasmatus est, tunc  
terra herbam germinauit uarentem, de qua fons irrigauit superficiem terræ, tunc (iuxta  
Prophetæ uaticinium) ueritas de terra orta est. Misericordia enim & ueritas prius ob-  
tusauerunt sibi, iustitia & pax osculatae sunt, ideo in ipsius infantis ostensione angelorū  
innumerabilium exercitus psallentium dicensq; auditus est. Gloria in altissimis deo,  
& in terra pax hominib. bonæ uoluntatis. Gloria quippe deo, qui gratis ingratia se præ-  
buit uisibilem, pax autem hominibus, pro quibus reconciliandis homo & mediator fie-  
ri uoluit. Quis hanc ineffabilem inauditamq; dei dignationem potest uerbis exprime-  
re, ratione penetrare, menteq; perciperet. Latebat quidem in carne uerbum, in infantia  
sapientia, sub tegumento humanitatis dominus maiestatis, iacebat in præsepio, & fulge-  
bat in cælo, dominus angelorum factus erat socius iumentorum. O stupor, o prodigiū  
intueri uerbum pannis uolutum, fascia ligatum, uagiens in stabulo infantili-  
bus membris. Non illud exterruit simi horror, stabuli foetor, iumentorum presentia, fo-  
ni asperitas, præsepij angustia, frigoris uehementia, nuditatis opprobrium, noctis ob-  
scuritas, laßitudo itineris, paupertas matris, & propriæ distantia regionis. Tanquam  
uerò athleta fortissimus, gigasq; magnificus se uisibilem & palpabilem dominus de-  
uentris erumpens ergastulo cum hoste pugnaturus, hominesq; docturus apparuit.  
Qualis tunc sanctæ genitricis esset animus, qualis affectus, qualeq; incendium carita-  
tis, nullus sufficit cogitare. Se mirabatur esse matrem & uirginem, intactam & foetun-  
dam, dei filiam & genitricem, nutritam & nutricem, stupebat de mysterio, pauebat de

D miraculo, exultabat de filio, se humiliabat de obsequio, undique inflammabatur a-  
more, in omnibus sapientiae splendore illustrabatur, souebat puerulum in gremio, &  
à Verbo amplexabatur, lactis poculum præbebat filio, & deuotionis nectare pas-  
batur, oscula imprimebat infantulo, & dilectionis iaculis uulnerabatur, pèrambulat-  
bat utiq; latissimos contemplationis campos, indeq; redolentes carpebat amoris flo-  
res, non aduertebat, ubi erat nimia ebria caritatem in filio esse cœperat, quem genuie-  
rat, dulcissq; habitabat in filio, quam in se. Quomodo eum aleret, quomodo illi mini-  
straret, apud se sedulo pertractabat, sui obliuiscebatur de prole cogitans, à uisibili spe-  
cie ad inuisibilem rapiebatur substantiam, nec considerare cessabat, quomodo dei uer-  
bum simplicissimum sic humanæ se uoluerit associare naturæ. Merito quidem miraba-  
tur mater, nosq; mirari debemus cum gaudio, quando cum pauperrimo ditissimus, &  
infimo potentissimus, cum despecto excellentissimus, cum mortali se associauit æter-  
nus. Uisibilem quippe naturam, quam Verbum assumpsit inuisibile, humanis obiec-  
tibus ornatam prorsus omni speciositate naturali, moralibus insignitam virtutis,

C 4 bus.

bus, & spiritualibus redimitam donis, atq; scientiarum omnium faciēdorumq; miraculorum gratiam possidentem. Per ipsam utiq; corpoream formam incorporeā diuināq; patefecit substantiam hominibus corporalibus intendentibus formis uisibilacq; amantibus. Fecit quoq; mirabiliter, ut per uisibilem naturam de inuisibili illuminaref homo, qui ab inuisibili cognitione turpiter descendendo in solo uisibilium amore quiescebat. Hoc Ioannes Apostolus perhibet, quū dicit. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostrae contrectauerunt de Verbo uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitæ æternæ, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Maximū itaq; diuinæ agnitionis profectum per incarnatum Verbum hominibus collatum est, dum in hominē manifestas se deus hominib. qua ascenderetur ad deum, indicauit. Illic (inquit Propheta) iter, quo ostendā illi salutare dei. Singulare etiam intimæ caritatis indicium idem deus & homo Christus (videlicet) Iesus demonstrauit hominib. qui quācum solus esset inter mortuos liber, in serui forma seruum se esse ostendere designatus nō est, quod absq; præcipuo fieri non potuit caritatis affectu, intuentiumq; profectu. Ipsa nanc; dei sapientia, quæ uniuersa creauerat, parentib. pauperibus, humilib. & mortalibus subesse nō erubuit. Horū siquidem obedientiā usq; ad uirilem seruauit etatē suo docens exēplo, quāta diligētia quisq; diuinis debeat obtēperare mandatis. Idē insuper legislator legalib. humilius sub diuoluit sanctionibus, atq; sine delicto pro peccatoribus iudicari peccator, propterea octaua post nativitatem suam die circuncidi se permisit, sanguinemq; suum in ipsis cunabulis effundere non expauit, ut spiritualiter nos circuncidendos esse erudiret, dicēte Propheta. Circuncidiimini corda uestra, & non præputia uestra uiri Iuda. Completis deum purificationis matris diebus parentum manibus ad templum ferri se fecit, atq; in ulnas longæui & sanctissimi prophetæ Simeonis baiulari, necnon turturum seu columbarum oblatione redimi. Vnde in Verbo incarnato & in unigenito dei, qui minime legi suberat, nec quicquam expiandum habuit, tanta legis custodia, nisi quia legem sanctam esse, legisq; finem aduenisse tacite præmostrauit. Lex quidem sancta, ait Apostolus. Alibi quoq;. Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti. Non enim spiritualis debuerat institui lex, nisi ceremonialis completeretur. Dederat nāc deus per Moysen seruum suum fidelem, legem, quæ in se-dura & grauia continebat, quæ concupiscētiā excitabat, nec extinguebat, quæ peccatum ostendebat, nec contra illud adiutoriū præstabat, quæ præmia non tribuebat, sed solum à poena liberabat, de qua Petrus ait. Quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus? Hanc utiq; dei sapientia non uenit soluere, sed adimplere, suosq; fideles ab ea liberare. Dedit autem legem amoris, quæ non grauat, sed cetera mā data leuiuificat, quæ carnalem mortificat concupiscentiā, quæ peccatum tollit & cōsumit, quæ paucis continetur, quæ æternam uitam ipsam perficiuntib. confert. Hac legē nil dulcius auditur, nil rationabilitas præcipitur, nil perficitur fructuosis. Habet quidē lex hæc in se unituam uitam, quia amantem copulat cum amato, habet & transformatiuam. Nam quum amantis repleuerit animum, illum rapit extra se, & transformat in dilectum tanto amplius, quanto dilexerit ardenter. Quemadmodum enim famulo præstantior est filius, ita seruili lex amoris est potior. Decebat nanc; filium, ut amoueret labios, & mandaret leuia, utilia, & spiritualia, unde Apostolus, nō enim (inquit) acceptis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus. Abba pater. Pauta quidem noster mediator Christus docuit sermonibus, exemplis uero innumerabilia. Motius operibus, quām uerbis morum perfectiōnem, uirtutum sublimitatem, & ipsam quam ad nos gerebat, uoluit ostendere caritatem, quanquam etiam in illius sermonibus maxima eniteat sententiarum sapientia, maximaq; documenta sanctitatis. Recogit etiaq; deuota mente quisq; fidelium, quæ uerbum dei pro hominibus egit in carnē, ut quanti ab illo æstimatus sit, sciat, ut quārum debeat diligere, non ignoret, ut in ipsius speculo qualiter propriam per disciplinā uitutum poslit componere conuersationē, intelligat. Revoluat igitur exercitatione per uigili et tacita cogitatione quomodo sempiternum Verbum Christus in homine ab eo assumpto cōplete silētij dispositi tēpore quū manifestare uellet, quid esset, & quare uenisset.

A nissē ad Jordahis ripam, baptizandus accessit, non ut maculas, quas nō habebat, abstergeret, sed ut omni impleta iustitia sanctificaret aquas ad abolitionem originalis culpe, & regenerationem salutis æternæ. Quo peracto mysterio repente super ipsum dei unigenitum cæli aperti sunt, spiritus sanctus in columbae specie mansit, paternacq; uox audiēta est, quæ ait. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Dignum nanc; fuit, ut incarnatum uerbum talia haberet testimonia, & diuina famulae rentur obsequia, quatenus perspicue clareret fidelibus, quām stabile, quām uiuū esse fundamentum, supra quod eorum fides ædificāda esset. Ut autem ipse dominus sibi ipsi perhiberet operibus testimonium, mox ut baptismū suscepit, impulsus est in desertum a spiritu, ut à diabolo tentaretur. Quumq; quadragenario dierum noctiūq; perfecto numero acriter esurire cœpisset, ibi Satan affuit, & ipsum de gula, auaritia, & inani gloria importune stimulauit, sed nihil ualuit aduersus sapientiam antiqui hostis meditata militia. Veluti impudens canis reiectus est, & statim astiterunt Verbo sancti Angeli, & tā quam stenuissimo duci ministrauerunt illi. Ex tunc regnū cælorum, pœnitētia, & perfectio euāgelica prædicari, inchoauit. Nam ipse mediator de deserto egrediēs, & quos uoluit eligens discipulos, per ciuitates, per castella ambulans, salutis monita euangelizabat uniuersis. Leprosos quidem mundabat, iacentes erigebat paralyticos, dæmoniacos uerbo curabat, illuminabat cæcos, surdis præbebat auditum, claudis ambulādi uitutem reddebat, salutem infirmantibus, & mortuos restituebat ad uitam. Quibus operibus sacerdotum principes & Iudæorum seniores inuidiæ aduersus eum liuore successi, illum perdere cogitauerunt. Consilio autem initio ordinauerunt, ut si quis ipsum publice audiret prædicantem, uinctum illum duceret ad pontifices. Iam enim dominus Iesus propter eorum conspirationem non timore prostratus, sed ut locū daret nequitie, non ibat palam apud Iudeos. Ante uero diem festum pascatis sciens Iesus, quia uenerat eius hora, ut de hoc mundo transiret ad patrem, parato in cœnaculo pascate cum suis recubuit, atq; ultimum uale facturus eis corporis & sanguinis sui cūctis tribuit sacrosancta mysteria. Deinde aqua in pelui missa se præcinctus linteo cœpit suorum lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo præcinctus erat, dans ecclesiæ documentum, ut inuicem sibi lauare debeant pedes fideles. Iterum autem recumbens proditorem suum discipulo recubanti in sinu eius patefecit, atq; ad tolerandas mundi persecutions & de uinculo seruandæ caritatis melliflua exhortatus est eos allocutione. Quā completa surgens & trans torrentem Cedron egressus, quum in horto orasset ter, sanguinisq; sudorem irrigue sparsisset, tanquā athleta fortissimus contra persecutores processis suo. Quibus in terra uerbo prostratis se teneri permisit, ligari, & duci ad Annam primū, ubi alapa percussus est, deinde ad Caypham, ad Pilatum, ad Herodem iudices, semper illi accusantibus Iudeis ductus est. Tandem à Pilato data sententia tanquā mortis reus in quorum traditur manibus, prius tamen durissime flagellatus. Mox accepto spinarum diademate acutarum, & cruce super humeris posita extra portam per ciuitatis plateas iter faciens, ut crucifigeretur, ductus est. Quid multa! Expoliatur, extenditur, affigitur, leuatur ueluti hominum opprobrium & ablectio plebis, in medio duorum latronum rex gloriæ constitutus conuiciabatur à pharisæis & scribis ad alterutrum dicentibus. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Pluraq; alia proferebant blasphemia uerba. Ille autem, qui pro hominum salute tanta patiebatur, nulla fractus iniuria, & nullo dolore permotus, malum pro malo, aut maledictū pro maledicto reddere non uult. quin potius suis pro crucifixoribus exorauit latroni paradisum donans, & discipulo matrem commendans. Sicq; in agone ualidissimo constitutus quum patri, cur illum reliquisset, dixisset humilier, fel acetumq; sitiendo gustasset, consummatis omnib. quæ à prophetis prædicta fuerant, cum clamore ualido patri commendans animam capite demissō expirauit, atq; tam beato fine redemptionem compleuit humanam. Cui uero tam ferreum pectus & adamantina mens est, quo'd huiusmodi narratione non repleatur cōpunctione uiscera, cor amaritudine, oculi lacrymis, ora singultibus, linguaq; clamoribus? Quis non doleat morte domini, in cuius transitu sol obscuratus est, uelut tēpli scissum, mōtes disrupti, & aperta monumenta? Poterit ne humana mēs saxis esse diuior, & inanimatis insensiblior? Plangat quæ nō dolet anima super ih̄s, quæ dicunt, quo niam

Niam mierito plangenda est. Aliena quidem esse uidetur à corpore, quum non tristatur. S capitis passione. Timeat uero præcidi tanquam putridum & inutile membrum. At sponsa, cui compungibile & lacrymiosum est cor, non sic. Quoties in ipsius insonuerit auribus dilecti sui cruciatus passionis & opprobriæ crucis, toties mucronis uulnere transfigitur doloris. Ipsa quoq; ut uerbo inseparabiliter uniri ualeat, quandam sibi spiritualem componit fasciculum totius uitæ illius, quæ ruminando nutrit cunctos suos internos sensus, & ueluti mundum animal in intelligentia reuoluens palato in ipsius iucunda dulcedine requiescit. Parua cum paruulo efficitur, cum fugiente fugit, cum ambulante pariter ambulat, & cum dormiente quiescit. In omnibus quæ meditatur, mentis sensum coaptare conatur, atq; amoris ignem de sua excutere cogitatione non cessat. 10. psal. 38 Unde cum Propheta ait: Cocaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Nimium interdum in his intenta uerbi incarnationi meditationibus accenditur desiderio ipsum uidendi, ita ut pene deficiat. Eo quidem in hoc uehementius inflammatur, quo attentius meditatur & mundius. Quum autem ut cupid, suum nequeat petiscere desiderium, sacramentali saltu illius praesentia delectatur, oculo fidei conspicit, quod carnis oculis intueri non ualeat, suoq; statuto tempore hoc modo illud in interno recipit cordis hospitio.

De perfecta proximi caritate à uerbo in Eucharistie sacramento exhibito. Cap. XXXIII.

**S**quis odij seu æmulationis exardescit facibus, semper toruo iniamicum intuetur oculo & obliquo aspectu, si quid de illius prosperitate audierit, si ipsius successibus felicibus florere conspicerit, grauiter angustatur. Fama eius laudabilis tanquam re sibi contraria dolet, bonum ipsius malum suum æstimat, & malum bonū. Super omnia uero onerosa illi est praesentia corporalis, à qua ueluti lux resilit à tenebris, ita & hic elongatur & latitat. Huiusmodi Satanæ se membrum esse fatetur, quia uestigia imitat. Nam & ipse homicidalumen ueritatis non habet in se, quia non stetit in ueritate. A splendore quidem repercussus sapientiae de sublimibus cælorum in hunc caliginosum retrusus aërem suo tempore in tenebroso inferni carcere aeternis uinculis cruciādus referatur. Inuidia etenim & odio succensus quotquot ualeat huius ueneni tabe commaculans suæ perditionis socios aggredire, non definit. Hoc illi studium est & cura sollicita rapere quos potest Christo, & facere gehennæ filios. Econtrario consummata caritas, quem repleuerit, cunctis facit esse beneuolum, singulorumq; gaudere profectibus. Inflammatur, ut quibus ualeat, pro sit, quos potest, facultatibus, obsequio, auxilijs, & consilijs sustentet. Aliena non concupiscat, alijs non nocet, suaq; grataanter impertiatur, magis ut in erogatione, quam in æmulatione lætetur. Neminem odit caritas, nemini derogat, nulli calumniantur, sicut uniuersos diligit, ita nullius obhorrendo cōuersationem aspernatur, nullius ueretur facie, autia si redarguat, naturam amat, unitatem non frangit, pacis non repellit bonum. Hæc quippe uera caritatis regulam de fonte aeternæ hausimus sapientię. Ab ipsa enim uirtute perfectæ caritatis quemadmodum cæteras didicimus uirtutes. In diebus quidem carnis suæ quum in homine conuersaretur cum hominibus, omnem exhibuit patientiam, omnem dilectionem, mansuetudinem, & longanimitatem. Non irritauit, non irrisit, non irritidit, non cuiquam irrogauit malum, aut inflixit maledictū. Nunc quoq; omnes dilectionis uinculo amplexatur, & singulorum profectu congaudet, dicente Propheta. Gaudium etenim domini est fortitudo uestra. Gaudet quidem, quum nos uiderit sanctitate conspicuos, puritate nitidos, humilitate infimos, contemplatione sublimes, & amore ignitos. Nequaquam autem desinit, quin nostrum quotidie erga se succendat amorem. Sua quippe nos ditauit praesentia, qua amantis animus uellementi uiruit caritate. Pro dono nanci hoc nobis præsttit singulari. Nam profectus ad patrem, & ab his carneis oculis amplius non uidendus, quum in ultima coena cum discipulis recumberet suis, tanquam singulare uisibilis praesentia corporalis solatis, quam subtrahebat de mundo, & inferebat cælo, corporis & sanguinis sui sacramenta reliquit, sub quibus non corporeis sensibus, sed spiritualibus cognoscibilibus se fecit, quoniam tota ibi est praesentia corporalis. Poterant quippe tunc nimirum tristari illius tam citâ absentia, qui cum ipso fuerat cōuersati, si non hoc roborarent mysterio, poterat quoq; pō steri,

A steri(nec ab re)diffidere, si & ipsi eius dulci essent fraudati præsencia. Cūctos in una ea demq; pacis stabilitate firmavit. Vniversis dedit seipsum præsentibus & futuris. Præsentibus se palpabilem uisibilemq; exhibuit, futuris autem sub accidētium uelamine se mi nime denegauit, non tamen minus istis, quam illis contulit. Vnus enim idēq; Christus, qui in corpore passibili cum Apostolis conuersatus est, & qui sub panis & uini accidētibus uniuersæ se præbuit frequentandum ecclesiæ catholicae. Dispar modus & unus Emmanuel, inæqualis uisio, sed æqualis fides. Ambo per fidem ambulauerunt. Non uero minus beati sunt, qui non uiderunt & crediderunt, quam qui uiderunt & crediderunt. Non autem beati, qui uiderunt & crediderunt de eo quod uiderunt, sed de eo quod crediderunt. Aliud uiderunt, & aliud crediderunt. Quod uiderunt in carne uerbum, & tame non credentes perierunt. Non enim uitam dabat, quod apparebat, sed quod latebat. Ideo discipuli beati, quia in eo quod latebat, credebant. Super hoc sententiam ueritatis audiamus. Quidam autem semel interrogasset dominus à discipulis. Vos quem me esse dicitis, & Petrus uoce omnium respōdisset. Tu es Christus filius dei uiui, illico audivit. Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui est in cælis. In fide utiq; beati efficiuntur, quotquot gratificantur in Christo. Nec cuiquam profuit, quia in humana Christum uidit carne, si non creditit in uerbi abscondita diuinitate. Omnis enim iustus (in quātum iustus) ex fide fit. Iustus autem (sicut Apo stolus ait) ex fide uiuit. Quidam uero sic apparuit in uisibili specie dei sapientia, ut cō pleto dispensationis sua ministerio regredieretur ad patrem unde uenerat, & a quo nō discesserat, congruum fuit, ut taliter se exhiberet, quatenus nec quos elegerat, præsen tes relinqueret, nec uenturis se negaret, sed cunctos pari se ostenderet dilexisse caritate. Quod quidem optime perfecit, quum se sub modica panis uiniq; specie realiter com municauit. Merito etenim tale opus diuinæ conuenit sapientiae, nulliq; nisi uerbo sem piterno huiusmodi debebatur elargitio caritatis. Quemadmodum autem cuncta ex nihilo per ipsum facta sunt, ita etiam per ipsum restauranda. Neq; tamen minus laudabili agnoscitur, dum restaurat, quam dum creat. Ut uero clarius differatur, longe excellētiushonorandum est uerbum in renouatione humani generis, quam in prima constitutiōne. Nihil quippe egit inglorium & diuinitati indignum, quum condit hominē. Uerbo conceperit deus, ut faceret & uerbo perfecit. De terre limo plasmat illum, & absq; fatigatione & sine ullo adminiculo spirauit in eo uitæ spiraculum, factusq; est homo in animam uiuentem. In restauratione autem ipsius quis sufficienter enumerabit? quis enodabit, quanta cælestia sint celebrata mysteria? Taceo de mysterio angelorum, de oraculis prophetarum de patriarcharum promissionibus, quæ concurrerunt in illa. Taceo, quod uerbum coæternum, & deo patri consubstantiale seruile pro salute hominis induerit formam, taceo quanta in ipsa humanitate faciendo mira, dura sustinuerit, docendo salubria, acceperit ignominiosa, suadendo utilia, suscepereit indigna. Pertransfeo enim, quod a discipulo uenditus, à cunctis derelictus sit, spuma, alapas, flagella, clavos, lancea, & mortis acerbam sententiam, & quæ quotidie à peccantibus irrogantur opprobria, solum memorans illam, quam erga homines in hoc sacramento expressit uscumerum eximiam caritatem. Hanc nemo, nisi qui incredulus & inexpertus est, se propria lare confidet. Quis non stupeat? quis non miretur cū gaudio, & exultet præ admiratio ne, quum regem maiestatis & deum glorię sic tegi uoluisse, sic cogitauerit ipsi placuisse abscondi? Non tantum abscondi, uerum etiam humano in corpore reclinari? Non a so lis bonis & iustis, sed etiam ab iniustis sceleratisc⁹ peccatoribus, quoruū uita in luxuriæ fœtore ducitur, in seculi uoluptatibus nutritur, in ludis, comensationibus, ebrietatibus, fraudulentijs, rixis, contentionibus, æmulationibus, obſcenisq; cōsumitur actibus, se permittat tractari manibus, laniari dentibus, & ore contingi. Nam si hoc sanctis concederet, magnum utiq; foret. Quid autem si hoc etiam tribuit, à quibus blasphematur indeſinenter? Semel precio traditus est in carne, sed millies in sacramento, die utia super pertulit ludibria passionis, quotidie uero ab infidelibus ministris super mensam altaris, semel in cruce pendens expiavit, quotidie autem quoties per mysterium immo latur. Hæc (inquit uerbum) quotiescunq; feceritis, in mei memoriam facietis. O memoriale saluificum, ô sacrificium singulare, ô hostia acceptabilis deo patri, panis uitæ,

uitæ, pabulum suaue, refectio iucunda, saginate uitule, immaculate agnus, mellifluum manna quis digne potest te sumere, sufficiēter laudare, ad plenum intelligere, syncero affeſtu uenerari, & totis desideriorum suorum præcordijs tenere? Deficit cor meū cogitarido de te, non ualet lingua mea loqui de te, nec quantum cupio, sufficio magnifica re te. Da mihi domine eruditum sensum, linguan magniloquā ad tui sacramenti promenda magnalia. Non enim quanta sunt, humanus ualet explicare sensus, neq; angelicus intellectus. Solus ille nouit ista, qui solus uoluit & potuit facere tanta ac talia. Non tamen ab eius debet laude cessare etiam peccator, quamuis impar etiā iustissimi sit omnis illius laudatio. Ab ipso siquidem mundi exordio sicut incarnandi uerbi sunt reuelata mysteria, ita frequenter etiam quibusdam corporis & sanguinis instituenda sacramenta. Hæc namq; Melchisedech sacerdoti summō reuelata fuere. Nam quum benediceret Abraham à cæde regum reuertenti, pro sacrificio panem uinumq; obtulit in figura spiritualis huius refectionis. Præfigurabantur etiam hæc in agno paschali, in quo præsignabatur humani generis liberatio à diabolica seruitute. Hæc in manu prænotata sunt propter multiplicem effectum gratiæ, hæc in legalibus sacrificijs quoad reconciliationem, in oblationibus quoad satisfactionem, in holocaustis quoad conseruationem præfigurata fuerunt. Decuit namq; ut tam salubre sacramentum, tam adoranda immaculataq; hostia ex sui excellentia multorum testimonio fulcitur, atq; eius uera præconia prædicta legerentur. Continet quidem in se continentem omnia, & plurimis sunt decorata mirabilibus. In hoc quippe sacrosancto altaris sacramento totum est corpus Christi, illius formæ terminos non excedens, perfectum in membris, in quantitate completum, decorre pulcherrimum, eandem habens speciem sub sacramento, quam nunc habet, quū regnat in cælo. Sunt quoq; ibi accidentia sine subiecto. Et sic panis in corpus cōuertitur, ut tamen non fiat materia corporis Christi, nec etiam annihiletur. Miro etiā modo quū videatur oculis, tractetur manibus, prematur dentibus, & digitis diuidatur, non tamen Christi corpus tangitur, nec in ullo patitur læsionem. Cuncta enim hæc circa uisibiles palpabilesq; species peraguntur. Habet & hoc mirabile in se, quod quum ibi non sit panis & uinum, possint tamen accidentia illa pascere, satiare, & inebriare. Quum cōsecratur panis uel uinum, non augetur corpus ex niultarum cōsecratiōne hostiarum, nec ex sumptuōne minuitur. Est quoq; corpus idem numero in locis plurimis. Nam angelicæ naturæ datum est, ut uno sit tantum in loco, ibi q; operetur, ubi est, diuinæ uero naturæ, ut sit ubiq; incircumscripte, nullis conclusa locis, nullisq; indigens corporalib; lineamētis. Corpori uero Christi harum tenenti medium naturarum propter uerbi unionem datur, ut sit pluribus in locis. Tanti insuper transmutatio sacramenti prorsus incomprehēsibilis est. Non enim artificialiter mutatur, sicut multa sunt quotidianie ex solerti hominū ingenio, non est accidentalis, ut subiectum maneat in diversis accidentibus sibi inuicem succedentibus, non est substantialis, ut materia sub diversis maneat formis, sicut in transmutatione patet ad inuicem elementorum, est autem hæc transmutatio sive transubstantiatio supernaturalis & diuina. Non enim ibi remanet materia, nec subiectum, sed tantum accidentia sine subiecto sunt. Hoc quidem opus diuinum est nō humanum. Minister quidem sacramenti huius homo est, institutor uero & autor uerbum. Sacerdos etenim, cui cōmissum est officium ministrandi, foris operatur. Nihil tamen ualeret quod exteteris agitur, nisi uerbum interius operetur. Illud quidem uerbū de exigua panis & uini materia corporis & sanguinis sui efficit sacramentum, quod de nihilo cōdedit universum. Non indiget deus aliquo instrumento, quum quicquam facere disponit. Quod agit, sola perficit uoluntate, nec minus difficile est ille de materia formare aliquid, quam de nihilo. Omnia quæcumq; uoluit dominus, fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Quamobrem quoniam uoluit, potuit, & fecit, ut per homines ministerium (suorum tamen uirtute uerborum) panis substantia in corporis mutetur sacramētum. Sic quidem nouæ legis ministris contulit, ut hoc mirabile confiant sacramentum, sic ut prophetis ueteribus præstítit, ut supra naturali operarentur multa. Præter naturam quippe fuit, ut ad sonum percutientis uirgæ propheta maris profunda detegeret, undæ in murorum altitudinem solidatæ se protenderent, & tandiu perseverarent immobiles, quandiu populus patrum siccō trāsiret uestigio. Idem quoq; Propheta quū omnīs

Num. 20

Hebræo-

A Hebræorum multitudo siti periclitaretur, eadem uirga bis silicem percussit: & repente petra, quas prius non habebat, affluentissimas profudit aquas: ita ut sufficerent omnibus, & abundarent. Dies namq; deficeret, si quæ fecerunt Iosue, Helias, Heliseus, plurimis Prophæta, narrare uoluerò. Ipse Deus per suos ministros tanta peregrit, qui etiam per seipsum hoc instituit sacramentū. Vbiq; omnipotens, ubiq; apparet gloriōsus. Præcipue tamen in hoc sancto mysterio illius caritas, illius commendatur maiestas. Caritas, quia præbet se: maiestas, quia non iumentorum caro, sed corpus est Christi. Quid autem le maius dare potuit? Se fecerat fratrem: se ad humanæ inclinauerat naturæ consortium. Parum se iudicauit egisse, nisi etiam se daret in cibum. O inexcogitata clemētia, & incomprehensibilis bonitas. Ut iustis prodesset, non se peccatoribus denegauit: ut per quotidianum experimentum ipsius agnoscatur dilectio: usq; ad mundi terminum uoluit, ut hoc perseveret mysterium. Facile quidem memorie recordit, quod assidue certit. Nostræ prouidit ignauia, quum nobis sic uoluit esse propinquus. Quæ autem est tam grandis natio, quæ deos suos ita propinquos habeat: sicut Deus noster adest nobis? Non ad cælorum alta conscientium est: non perlustrandū sidera: non mōtum cacumina petendum, non Hierosolymam ad orandum pergēdum est. Accede in quodvis ecclesiæ catholice templum: esto ibi, dum diuina celebrantur sacramenta (à catholicis tamen & uero, credentiq; sacerdote, & iuxta ecclesiæ ritum ministrante) nec dubites ibi de sublimi cælorum sede cum innumerabilis angelorum multitudine uerbum in ueram perfectamq; descendere humanitatem. Inclinat quidem se certissime, quum sacramentalia proferuntur uerba: nec in manus dignatur se tradere ministratis: atq; tanto spatio temporis corporalis illius adest præsentia, quanto perseverant & forme. Non aliud sumit bonus quam malus, sed aliter. Merita quidem discernuntur, non esca. Nam sacramentū unum, idem corpus, Christus unus ab omnibus sumitur: dispariliter tamen. Quemadmodum autem non omnes qui resurgunt, immutatur: ita neq; omnes qui hoc sacramentum sumunt, manducant. Sunt enim qui non manducantes manducat: & sunt C quidam, qui manducantes non manducant: aliqui quoq; sunt, qui manducantes manducant. Non manducantes autem manducant fideles omnes, qui in caritate uiuentes, deuotionibus uacantes, laudabilibus actibus infistentes corpori ecclesiæ mystico uniuntur: & per unitatem caritatis spiritualiter manducant. Nam in sacramento altaris quiddam est sacramentum tantum, ut est species panis & uini: quiddam est ibi res tantum, ut corpus Christi mysticum: quiddam est ibi res & sacramentum, ut corpus Christi uerum: quod traxit de uirgine. Illud namq; est res primi, & sacramentum secundi: unde euidenter colligitur, quod ille non manducando manducat, qui mandata dominica operi perficiendo, & misericordiæ exercitijs inseruendo corporis Christi membris copulatur. De hoc enim dicitur: Crede, & manducasti. Dum electorum namq; meritis consortes sunt: sic de spiritu Christi uiuent, sicut de suo humanum corpus. Nam Christus & ecclesia unum mysticum corpus efficiunt. Quotquot autem in huius corporis unitate consistunt: quamuis sacramentaliter corpus nō manducent Christi: spiritualiter tamen D manducare noscuntur. Sed quēadmodum laude sunt digni, qui non manducantes manducant: ita etiam plurimum exprobrandi, qui manducantes non manducat. Quid uero damnabilius, quam rem sanctam: immo ipsum dominum sanctitatis scelerato corde suscipere? Vq; quicq; pollutis manibus & maculato corpore sacramēta sancta tractare presumit. Non enim irreuerenter ad altare domini accedendum est: neq; cum mortalis delicti macula. Si enim impunè non transiit, qui arcam domini inclinat præsumpsit erigerē, quomodo diuinam poterit euadere ultionem: quisquis in mortali constitutus temerario auctu mysteria cælestia manducare uoluerit: Quis enim (teste Apostolo) manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Malus namq; bonum manducando male facit: nō quia malum sit manducare bonum, sed quia malum est bonum non manducare bene. Rés quidem sancta sicut iustis in adiutoriis: ita in iustis & peccatoribus uertitur in iudicium. Solis lumen sanis oculis delectabile est: ægris uero odiosum: corpusq; dominicum innocētibus salutis medicamentum est: scelestibus autem animæ mors. Munder igitur se cōunctionis & lacrymarum lauacro: carnis lumbos castitatis funiculo accingat; sibi deuotionis affectu se cōponat: uirtutum Laur. Justin.

tum se ornat gemmis: sicq; dominica memor passionis quisq; ad sanctum accedit altare. B  
*1. Cor. 11* diuina suscepturnus mysteria. Tali nanq; preparatione mundatur immundus, ut mundissimum dignè ualeat sumere sacramētū. Detergēda siquidē est cōscientia: animq; facies lauāda, atq; omnis culpæ macula abolēda prius, quād ad altare pergatur. Probet se (inquit Apostolus) homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat, ne sacramētāliter, non spiritualiter edendo, manducādo nō māducet. Parū nanq; prodest uisiblē foris speciem quēquam sumere, & mentis pabulo intus remanere ieenum. Ille quippe solus institutus sacramenti uoluntatē exequitur: qui manducando manducat: qui sacramentū & rem sacramenti humili suscipit deuotione. Ad hoc quidem ordinatum est mysteriū tam sanctum, ut frequentetur. Non enim ex sola indignitatis aestimatione à cōmunione se quis subducere debet. Nam peccato amore eo quiq; sit dignior, quo indignorem se putat. Nemo ad hoc suscipiendum per se dignus est, quamvis multa sit prædictus sanctitate. Obedientia quemq; dignum facit, non uita. Quis nisi suaderet dominus, diuina ausus esset sumere sacramenta? Moses sanctus quum oves pasceret in deserto, uocem Dei uocantis illum de rubo audire non potuit: nisi calciamenta, quæ in pedibus habebat, extraheret. Populus quoq; Hebræorum monti, in quo Deus loquebatur, propter fulgura & tonitra, quæ sentiebat, appropiare ausus non est. Sed & Heliæ propheta quum Deum in sibilo aurē tenuis audisset, exterritus pallio suo uultum operuit. Vnde ergo nunc tanata est in ecclesia Dei fiducia, ut diuina maiestas essentialiter præsens sit: & intrepido ad illam accedit animo non solim iustus, uerum etiam peccator & iniustus? Non solummodo accedit, sed & manu tāgat, sumat ore, uniat corpori? Nā et si sub uisibili lateat spe cie uerbum, & impassibilis sit illius caro: certissimum tamen est, quod declinat in manus hominum, & ab hominibus manducatur. Nam uerbi sunt uerba illa dicentis: Qui manducat meam carnem, & babit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Hæc itaq; fiducia non de meritis prouenit manducantium: sed ex ineffabili bonitate uerbi sic uolentis. Taliter nanq; in sacramento hoc se uoluit exhibere hominibus: ut forma operatus uisibili nō uideretur, ut à fidelibus præsens esse non dubitaretur, ut seposito seruili G timore ardenter sumeretur. Si enim qualis est, humanis intueri uoluisset aspectibus, nullus esset, qui dominicum auderet manducare corpus. Prudentissimo igitur Dei uerbum usum fuisse consilio perspicue claret, ut se corporaliter daret hominibus (& tamen accidentibus uelatum) quatenus ex præsentia nosceretur caritas: & per experimentum uisibilis formæ humana ad ipsum accedere ualeret infirmitas. Dignum quippe fuit, ut institutio hæc sacramentalis potius ad caritatis promotionem, quād timoris ordinatur fidelium. Apparente siquidem in carne uerbo, omnis legis duritia ablata est. Nam à facie olei computriuit iugum. Venerat autem Deus ad homines: non ut onus adderet oneri, & mandatum augeret mandato, sed ut auferret onus, & leuificaret mandatum. Parum quippe profecisset homo, si placatus non uenisset Deus. Venit nanque, ut iniuria remitteret, non ut imputaret culpam. Pacem secum Dei attulit sapienti: & in carne occultauit celitudinem maiestatis. Per ipsam quidē humanam carnem pacis se Dei H  
*Eph. 2* & hominum fecit autorem: unde Apostolus: Ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum: & medium parietem macerat, soluens inimicitias in carne sua: legem mandatum decretis euacuans: ut duos condat in semetipso: in unum nouum hominem faciens pacem, ut recōciliat ambos in uno corpore Deo: per crucem interficiens inimicitias in semetipso: & ueniens euangelizauit pacem, & nobis, qui longè fuimus: & pacem ihs, qui propè: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in uno spiritu ad Deum. Huius etenim pacis se oblidem fecit: quum se in hoc præbuit sacramento: propterea ait: Ecce ego uobis sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Hinc est, quod tam exuberans confertur gratia hoc sacramentum dignè sumentibus. Ex illo nanque quædam uiuificantis sp̄ritus, & mellifluæ suavitatis degustatur emanatio, per quam omnis uigor interioris hominis roboratur. Reparatur quidem in homine per istiusmodi summationem, quicquid uictiorū impulsu collapsum est aduersusq; inimicorum rabiem trucidantem mēs armatur humana. Quis cōtra spirituales præualeret nequicias, si absq; adiutorio hoc cum ipsis haberet congressum? Hoc Propheta fatetur, quum ait: Parasti in cōspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Omnino humana deficeret uirtus,

*Ioan. 6**Eph. 2**Mat. 28**Psal. 22*

A tus, & huius peregrinationis medio fatigata faceret: si non spirituali hoc pabulo nutritur: unde ueritas de turbis triduo sustinentibus, nec quid manducarent habentibus, ait: Si dimisero eos ieunos, deficient in uita. Tariquā enim spirituale uisticum præsentis exilij corpus suum dominus ordinauit, ut subueniret per ipsum laborantibus, infirmantibus optimum recuperandæ salutis præstaret antidotum, afflictis tolerantia solatium, prostratis erectionis auxilium, dubijsq; diuinæ miserationis notissimum demonstraret indicium: ideo Propheta inquit: Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se. Vniuersis quippe prodest fidelibus timentibus Deum iuxta singulorum animæ dispositionem. Nouiter nanq; conuersis, & adhuc in spirituali infantia constitutis cibus iste sapit, & ex illo ueluti laete aluntur, & crescunt. Ad ipsum propter seipso accedunt: & tandem illum frequentant, quandiu delectatio perseverat interna. Ipsa uero deficiente pusillanimes sunt: quia uberibus asueti cibi asperitatem sustinere nequeunt. Nil nisi quod iudicant, arbitrantur bonum.

B Metiri uolunt spiritualia secundum sensum proprium, atque illud perniciosum putant, quod non interiori delectatione perfunditur. Laeti indigent, lac querunt, lactisq; nutriti poculo probationis ferculum pertimescant. Non autem proficientes sic. Quium enim in pelagi medio se constitutos uideant: & huc illucq; contrarijs flatibus agitati frequenter se sentiant, euadere per seipso posse desperant, si non diuino suffragentur auxilio. Ideo saepe in oratione positi, et si cælestem non degustent dulcedinem: desideriorum tamen cælum replent clamoribus de sublimi throno poscentes auxilium. Maximum autem in uenerandi huius sacramenti sumptione percipunt robur: totiesq; deperditas recuperat uires: quoties tanti mysterij communione sunt digni. Non tam querunt gustum, quād fructum: neq; delectari in cibo, sed nutriti desiderant. Primi tanquam inualidi saporem concupiscunt sacramenti: secundi uero per gratiam uolunt uiuere sacramenti: perfecti autem his eminentiores sponsi præsentia amplectuntur in sacramento: non querunt sua, ut primi: non custodire se uolunt, ut secundi: ascendere gaudent supra se tanquam perfecti. Istorū principatum tenet, quæ sponsa est. Ipsi soli notum est, quantis spiritualibus reficiatur donis, quantis pascatur amoris solatijs. Facile credi potest, quod maximo ebrietate amore, quum & in cordis cubiculo, & in corporis cubiculo præsentialiter uerbum adesse non dubitet, præ suavitate spiritus cum Propheta canit: Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuae ibi me collocauit. Singulare suæ peregrinationis iucunditatē capit in huiusmodi refectione: & tolerabiliter uerbi absentiam sustinet, cuius amore languet sacramentali saginata uisitatione. Ambulando per fidem nutritur in fide. Nutritur quidem sacramentaliter, sed spiritualiter perficitur. Ex sacramentali adspiritualem transcendit uerbi præsentiam, in qua perfecti amoris & futuræ beatitudinis notissima experientia degustatur.

Qualiter in peregrinatione hæc sponsa spirituali uerbi fruatur præsentia.

Cap. XXV.



V N C T A hominis ratione uentis intentio, & omne studium peregrinationis a Christo in æterna felicitate adipiscenda esse debet. Ad illum quæque res dirigenda est propter quem creata est. Nam quieta in se esse non ualeat, si alio se conuerterit. Hinc est, quod homine nihil miserabilius, qui finem ignorat suum. Quoquo se uertat, aduersa patitur: extra se tumultus patitur continuos: in se autem incessabile bellum. Iustum quippe est, ut perturbetur foris, qui in se à se discordat. Quād grauis, quām uelut lugēda sit rixa exterior, nullus scit, nisi qui pacē mentis qualemcunq; gustauit. Qui ignorat quid sint tenebrae, lucis bonū iudicare nescit: & qui malū inexpertus est, prosperitatis dulcedinem quomodo discernere ualeat. Sic quicunque internam nunquam gustauit tranquillitatem, quanta sint, quæ foris perstrepant, omnino æstimare non sufficit. Re nanque uera onerosum ualde est, quod tolerat homo, & quo alteritur, flagellum. Ab ihs quæ sunt supra se, ut est grando, pluviā, hyems, calor nimius, & similia, assidue affligitur. Quād enim sint multa iuxta se, quibus eruditur, nullus explicat. Nunc famis inedia: nunc cladis sauitia, nunc bellorum fragoribus cruciatur. Ferarum fugit morsus sylvestrium: repentium uenena pertimescit: maris iauundiones, ne mergatur, deuitat: ignis lambentem flammam diligenter Laur. Justin.

D 2 custodi:

custodit: sicq; omni ex parte uerberibus depresso status sui miseriam damnare compellitur. Vniuersa hæc quamuis pro peccati poena iustè inficta sint homini: ualeat tamen de omnibus proficere, si caueat a recto tramite deuiare: unde Apostolus ait: Omnia cooperantur in bonum ijs, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Nam interior dispositio causas effectusque exteriorum sibi militare facit, siue in bonum, siue in malum. Quemadmodum autem uisibile opus inuisibilis animi dispositionis est signum: ita amor testis est intimæ dispositionis. Qui enim amorem suum absque errore iudicij metiri potest: proculdubio operum suorum non ignorabit precium. Qualis amor, talis merces. Secundum amoris propositum compensantur actus. Ideoq; nil æquè in homine componendum sic est: sicut cordis affectio. Facile nanque seducitur, qui hoc caret iudicio. Inordinatus amor nihil timet: non Dei sententiam, non hominum facies, non propriam conscientiam: quicquid est decoris, quicquid honesti, quicquid rationis exhorret, sua lege contentus est: nec diuinis, nec humanis arctatur. Nam eti; in quibusdam pœnæ timore repercuissus ab actibus nefarijs coerceatur: intus tamen sua malignitatibus nunquam deserit appetitum. Agit nequiter, quod ualeat impunè. Voluptatis seruus libertatem spiritus apprehendere nequit. Sibjpsl flagellum est, dum obliquis graditur itineribus. Floret ad tempus, ut damnetur in perpetuum. Ediuerso autem ordinata dilectio diuino semper se timori subiecta. Quæ facit laudabilia, delectabiliter, & non uiolenter operatur: uirtutis amore trahitur, honestatis tenetur uinculo, testimonio gaudet conscientiæ, interna pace perfruitur, magis futuorum, quam præsentium remunerationem querit: sanctorum imitatur uestigia deuitans iniquorum consortia. Amor rectus ueritatis amator est. Sibi uicissim inferuiunt ueritas & caritas: neque sine caritate ueritas, neq; absque ueritate caritas ualeat subsistere. Veritatis semitas non declinet, quicunque ad caritatis arcem festinat ascendere. Semitæ nanque ueritatis uitutes sunt. Nemo ad ueritatis perspicuam agnitionem potest attingere, si uirtutibus ornatus non fuerit. Nec minus contemplationi ueritatis uirtus congruit, quam luci uisibili pura oculi pupilla. Nam uirtus est qualitas mentis bene dispositæ, qua bene uiuitur: sine qua nullus laudabiliter conuersatur. Regit nanque uirtus omnem animi inordinationem, & rationi solium erigit: de quo nil, quod à uirtutis discordet regula, transire permittit inultum. Venustat quidem habitudinem animæ, morum probitatem decorat: ab imis erigit animum, & ad magnanimitatem adducit: uitia abhorrente facit: gratiam à natura discernit: robustos segregat ab infirmis: & firmam cum Deo contrahit amicitiam. Virtute si quis insignitus non fuerit, ueritatis lumini quum primum apparebit, rubore suffusus discedet inglorius. Clara quippe est ueritas, aspectu delectabilis, amabilis supra modum, nil in se coinquinatum admittens. Ideo præmittenda est uirtus, quæ caret confusione. Nam præbet fiduciam, serenat conscientiam, mentis faciem tergit, mensuram ponit operibus, motus inter nos regit, & subiecta rationi. Ex usu uirtutum & uitiorum fuga constantiæ habitus & discretionis lumen exoritur. Absque his nanque ueritatis speculum non appetit. Ex dono quippe Dei, & uirtutis habitu ueritas in corde tanquam in propria sede gloriæ sua diffundit radios, per quos perfecta contemplatio possidetur. Inaccessibilem etenim inhabitat lucem ipsa ueritas: atque præ nimio diuinitatis sua fulgore, sicut est, uideri non potest. Quum igitur ad purum illius aspectum humana sit inuálida acies, per media quædam cognoscibilem se fecit. Radios quidem emittens suos in sua apud se permanet claritate. Temperauit se, ne mentem hominis sublimi suo reuerberaret fulgore. Vniuersa enim mundialis machina quid aliud, quam æternæ ueritatis est speculum: In ipso diligenti consideratione prospectans animus quibusdam latificatur radijs ueritatis. Singula uidet mira ordinatione disposita, uarietate decorata, & proprietate distincta. Non summa confundunt infima, nec ima inuident summis. Vnaquæque in suo perseverat ordine: in proprio procedit tempore, suaq; contenta est habitatione. Legibus suis singulæ parent, & proprio famulantur instinctui. Non alia, non altiora, non pulchriora appetunt ueritatis latifante iudicio. Sic nanque uniuersa disposita, ut nec dici, nec cogitari possit melius. Quemadmodum natura, ita distinxit dona. Angelicus quidem spiritibus tanquam in natura sublimioribus dedit pro habitatione cælum; pro contemplatione se: non per speculum

A speculum aliquod, sed sicuti est. Tales sunt conditi, ut gratiæ consentiendo, gratificationes per uerbum diuina uisione sint digni: à qua quamuis mutentur loco, contemplatione minimè diuelluntur. Quum enim ad Dei perficienda exeunt ministeria, prætem uident, præsentia beatificantur deificæ ueritatis. Quod autem semel accepérunt ex munere, amittere nequeunt ex administratione. Quò se uertunt, ipsam supra se per diuinitatis essentiam, ante se per contemplationis præsentiam: in se per amoris copulam mirantur pro incomprehensibili excellentia suspensi, pro sapientiæ claritate prouidi: & pro fruitionis dulcedine ebrj: sobria tamen spiritus & caritatis ebrisestate. Tales decuit, ut ministri essent ueritatis: cælorum incolæ, uniuersitatisque rectores: in quibus nulla deformitatis macula, nullaque imperfectionis oppositio appareret. Qualis conditor, tales ( ex parte tamen ) sunt, qui assistunt. Deiformes sunt: & ultra quam dicti possit elegantia insignes. Horum aspectus diuinæ laudationis parit affectum. Non patent oculis: quia intueri non possunt. Rationi utcunque sunt noti. Post hos nanque rationales ipsa ueritas cōdidit spiritus. Quos propter carnis infirmitatem paulominus abstis minorauit. Intelligentiæ acumen intellectusq; dignitatem habent, ut angelis: non autem tam perfectè propter corporis carcerem, sensum usum, peccati somitem, peccandi necessitatem, loci peregrinationem, & naturæ minorationem. Quamuis post carnis resolutionem illis conferatur per gratiam, quod deest in natura: & auferatur per gloriam, quod additum est ex culpa: his nihilominus spiritibus supposita sunt uniuersa: mundus intelligibilis factus, & per ipsum, qui condidit omnia. Plurimum per hæc quæ uidentur, inscientia proficiunt diuinitatis. Nam radios suos per illa quæ sunt siue uisibilia, siue inuisibilia, ueritas emicat: & cognoscibilem intellectui se præbet humano: ita ut sapientiam ueritatis, & ueritatem sapientiæ negare non ualeat. Ne quid uero minus deesset de gloria ueritatis, & ad hominis eruditionem de cognitione sapientiæ, sanctorum nobis contulit scientiam scripturarum. Ipsam quidem Hebræorum generi per prophetas & doctores sanctos manifestam fecit ueritatis claritatem sub corice tegendo literæ atque signorum. Ad quam propter eorum cordis hebetudinem penetrare non ualentes solo literæ contenti intellectu à pabulo ueritatis seiuiri remanserunt. Non enim spiritualis intelligentiæ mysteria carnalis mens & infidelitatis tenebris inuoluta capere sufficit. Hinc est, quod post aduentum ueritatis in carne tantu scripturarum intelligentia propalata est. In se, & per se docuit earum interpretationes: dedid quoq; scientiæ, intellectus, & sapientiæ spiritum fidelibus suis: per quem duritiam penetrauere literæ, & ad claritatem ipsius peruererunt ueritatis. Hoc expressit Prophetæ, ubi ait: Pluuiam uoluntariam segregabis Deus hæreditati tua, & infirmata est tu uero perfecisti eam: animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Quod enim consequi non potuerunt, quibus donata fuit ad eruditionem propter patres carnis; perceperunt qui per spiritum adoptantur. Istud uelata facies Mosi ob nimium fulgorem significauit, quæ per ipsam detegitur ueritatem. Quamobrem Apostolus loquitur, dicens: Nos autem reuelata facie gloriam domini contemplantes transformamur à claritate in claritatem: tanquam à domini spiritu. In diuinis nanque eloquij aliud litera, aliud intelligentia, aliud est ueritas. Litera quidem per sensum: intelligentia per spiritum: ueritas uero per infusionem apprehenditur. Literæ signa intelligentiæ sunt: intelligentia autem ueritatis radius, lucens ratio, notitia non caligans, & testimonium sapientiæ: ueritas uero secundum se incomprehensibilis est: bonum summum, fons sapientiæ, lux lucis, sempiternum uerbum, & interminabilis uirtus. Effectuè uero delectabile lumen uerbi, & diuinæ sapientiæ quædam emanatio: quæ quum in humanum illabitur cor, fugat tenebras, depellit tristitiam, duriatam liquefacit, renouat desideria, amorem accendit, clarificat conscientiam, infundit spem, uirtutes solidat, exultationem commouet, & cunctam mentis habitudinem reformat in melius. Ex huiusmodi luminis & gustus infusione quasi duabus fultum pennis, amantis cor ab imis eleuator ad summa: de intelligentia transcendent ad ueritatem: eo aliis, quo intuetur clarius, suauissime degustat. Magna tunc mens potitur pace & gaudio iucundissimo. Nam quod sicutibundo quærebatur affectu, inuenit: ideoque requiescit. Rationalis quippe mentis cibus proprius ueritas est, sententiarum intelligentia,

rationis distinctio, gestorum agendorumque matura deliberatio. Hinc est, quod in sapientiae lumine cogitationum suarum cursum figit tanquam ad suum enecta principium. Altitudinem diuinitatis, uerbi eternam generationem, paracliti processionem, celestis patriae indefessibilem gloriam, summorum spirituum, angelorum, archangeli, rumq; gradus præmia mirando ueneratur. Sapientiae nanque splendoribus circunsusa, intelligentiae aciem ab eo quod uidet, divertere nequaquam potest delectatione dilecta, gratia si uulnus madefacta, & contemplatione suspensa. Tota se intentione firmat in se, & anxia animi auditate commoratur secum: nec inde nisi pulsata foras, aut relata sibi exire ualeat. Quum uero egreditur, tanquam imbræ emitit eloquia sapientiae, quæ audientium corda penetrant & transfigunt. De pharetra quidem caritatis euulsa illum, de quo plena sunt, infundunt calorem. Alienæ etenim ab incendio caritatis esse non potest mens, quæ in cellarum sapientiae meruit introduci. Proficit de omnibus, & qua se uerterit, scintillas dilectionis admittit. In sublimi quodam considerationis sollio residens nimia exultatione lætatur, quum se uerbi sponsam esse non dubitat. Persestus enim amor dubietate caret. Intuetur tacite uniuersa posita sub se, suoque famulari obsequio. Si quid sonorum audierit: si quid dulci modulatione in ipsius concrepuerit auribus, ad profectum sui conuertit amoris. Species quoque corporum, qualitates rerum, siderum rutilationes, elementorum productiones, atque omne quod redolet, quod sapit, quod nutrit, quod mollefacit, sibi concessum esse non dubitat. Ipsi de mandato uerbi cuncta fuent: plaudunt omnia tanquam carissimæ sponsæ: miroq; modo suadente amore ex iniuncto obsequio singula clamant intus, & dilectionis uoces ingeminant. Quendam nanque in corde sponsæ gignunt spiritualem concentum amore plenum: amoris testem, nuncium desponsationis, & sponsi pedissequum, per quem omnia interioris exteriorisq; hominis præcordia ebulliunt caritate, & in sui laudem mouentur conditoris. Exemplis nanque pariter excitata, ac uotis resolutur intus præ amoris dulcedine, præ suavitate spiritus, præ ardore desiderij, præ liquefactione caritatis: præcipue quum tantis se prælatam uidet, famulari à tantis, electamq; de tantis. Merita rimatur, nec inuenit: dona considerat, & agnoscit maculis referta: promissa cogitat: & supra modum excelsa illa esse miratur: siccus amore & admiratione constricta alta emittit suspiria: gemitus de profundo cordis trahit ignitos: atque uirtute, qua potest, castissimo se copulat sposo. Illum in latissimo mentis collocat sinu: illi amoris aestus, desideriorum uota, arcana pectoris aperit: illum effert præconis, laudibus magnificat, amplectitur affectu, stringit uotis, cum illo sibi bene esse sentiens, ab illo nunquam deesse concupiscit. Quod quum sibi non licere cognoscit, quendam in se reformat habitum gestatæ sapientiae, & intimæ caritatis: in quo requiescens actualem ardentissimè uerbi semper præstolatur aduentum. Non enim actualiter cuiquam se præsens exhibit Verbum. Accedit quippe, & recedit pro suo beneplacito nulli alternatiis suis causas referans. Non autem parum profecit, qui memoratum sapidæ caritatis, & agnitarer ueritatis in se reformauit habitum. Thalamus quidem nuptialis est: in quo casta uerbi & animæ connubia consummantur, & tanquam in sede propria suauiter residerat sapientia. In eum non audent irrumpere aduersarij propter angelorum custodiæ uigilem. A sponsi inhabitantis ueluti à facie gladij fugiunt aspectu. Ibi iuge celebratur conuiuium, & uitulus sæpiissime comeditur saginatus. Pax in illo gustatur interna: secura tranquillitas, tranquilla felicitas, iucunditas magna, fides serena, amabilis societas, oscula unitatis, contemplationis delectatio, suauitas in spiritu sancto. Ibi cœli ianua est, & paradisi porta. Sponsa frequenter de thalamo ascendit in cælum: & de cælo iugiter sponsus descendit in thalamum. Non pauida, non de salute incerta ingreditur sponsa in supernorum mansiones: sed tanquam in dilecti domum, & in propriam possessionem. Ut enim illam emeret, uendidit sua: & tradidit egenis, ut illam lucratetur pugnauit in temptationibus: pugnauit cum spiritibus nequam, quotidieq; pugnat contra se. Non temerarie, sed confidenter in atria intrat sponsi. Nam etsi alias aduena illius sanctæ fuerit ciuitatis: nunc uero eius effecta est sanctorum, & sponsa Verbi: cui ex amoris priuilegio omnia, quæ sunt sponsi, debentur. Amor quippe uerus nil priuatum habet: nil proprium: sua seçi gratauerit impertitur: ea quoque lege, eademq; caritate,

A qua largitur propria, utitur alienis. Ex amoris igitur mutui exuberatia caritatem est inter uerbum & animam familiaritas, loquutionis fiducia, gloria certudo, & conditionis inconsideratio. Nunquam præsumeret anima, quamuis munda, quamuis sancta, accedere ad uerbum, loqui illi, importunisq; petitionibus inuincibile uincere, si non interueniret amor. Sed neque maiestati uerbi congruit talèm habere sponsam, quæ corruptione grauetur carnis, pollutione maculetur peccati, delinquendi legi subiecta sit. Vehemens tamen amor sicut indignitati non repugnat, sic neque derogat maiestati. Atque nanque in spiritus unitate, quos dissequat imparilis natura. Nam iti amoris fecdere, nec maiestatem attendit infirmitas, neque infirmitatem exhorret maiestas. Infirmitas etenim per amorem erigitur, dum gratis eligitur, uerbo copulatur, secundatur spiritu, & caritate uulneratur. De ingrata efficitur amica, de extranea domestica, de adultera carissima: & de prostituta fidelis sponsa. Cuius hæc mutatio est, nisi de xteræ excelsi? nisi dignationis uerbi? Nihil se reputauit indignum iustificando scelestam & peccatricem. Proinde mirentur cœli, & exultet terra in huiusmodi uenerando cōnubio. Non sit qui desperet de uenia, quum sponsæ considerat gratiam, & sapientiae honorabilem benevolentiam: quum ad cordis habitaculum conspicit declitare Dei uerbum. Poterat quisque dubitare de gloria, si non in sponsa tanta præcessisset gratia: postquam uero Deus homo factus est, postquam fidelis anima connubij vinculo terbo sociata est, omnis timoris causa sublata est. Innouata sunt signa, prodigia immutata, & antiqua restaurata miracula, dum sapientia ex altissimi ore prodiens, in montibus saliens, colliesq; transiliens humanæ illabitur menti non recessura, sed ibidem perpetuò moratura. Merito igitur pro tanti laude connubij obseruanda est dies & hora, quando uerbum ingreditur in mentis thalamum, ut una cum sponsa grata captet secreta silentij. Clanculo quidem diffundendi sunt uernantes flores, conuallium lilia, & rosarum odoramenta, ut thalamus omnis suauiter redoleat. Tunc prophetarum cuneus sancto feruentium spiritu aduocandus est una cum patribus cunctis testamenti ueteris: uniuersi quoque nouæ legis sancti, & præcipue uirginum sacratus numerus inuitandus est, ut confona modulatione epithalamij huius efferant præconia. Ipsa etiam angelorum, & archangelorum, cæterorumq; beatorum spirituum agmina, nec non & cantatores omnes, atque cantatrices cœlestis Hierusalē & curiæ paradisi exhortandi sunt: ita ut ipsorum nullus remaneat, qui uenerandi connubij non seruet excubias: resonent ibi organa & vox sambucæ ac psalterij bene sonantis. Sonus exultationis, iubilationis, & laudis per uniuersum audiatur orbem. Ascendat nubium altitudinem, transcendat alta cœlorum, & ad aures usque perueniat domini exercitum: illiq; immensas referat gratiarum actiones pro tanti dignatione mysterij, tamq; exuberantissima sui unigeniti caritate. Omnis quippe laus, omnis honor, & gloria exigua est tanti respectu connubij. Quamuis auatem humana non ualeat explicare facundia, quod sentit, neque quantum debet magnificare sufficiat: indignum tamen est, ut à diuina muta sit laude. Nihil enim in huius peregrinationis tempore sic angelorum imitatur uestigia, sicut pura laudatio. Cuncta illos D rum intentio & omne desiderium in conditoris laude firmatur. Optimè utiq; occupatur mens, quum diuinis exercetur in laudibus. Est nanque diuina laus sacrificium salutare, oblatio munda, thymiana suauissimum, munus acceptabile, grata libatio, fragrantissimus odör, & hostia immaculata: præcipue quum de corde puro, de sinceritate animi, de ardore desiderij, de humilitatis arcano, de seruore spiritus, de lumine fidei, de ueritatis cognitione, de intentione caritatis, de abundantia devotionis, de conscientia noster, de contemplatione cœlestis patriæ, de affectu futuræ uitæ, & de contubernio æternæ procedit sapientia. Hæc quidem iustificat impium, torpentem excitat, soluit ingratum, & damnat incredulum: placet Deo, placat iudicem, cælum aperit, honorat uerbum, impetrat ueniam, & confert gratiam, gloriæq; meretur. Nullus diuinæ laudis ualeat estimare precium, profectum intelligere, & pensare gaudium. Hoc attendens Prophetam maximo cum seruore uniuersos hortatur, dicens: Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. De se uero ait sic: Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude: potissimum in huius consideratione connubij, ubi ima summis, humana funguntur diuinis, ubi anima sempiterno secundatur uerbo, & rationalis

spiritus aeternæ copulatur sapientia. Quisque quantum potest, laudet: nec peccator sileat, nec quiescat iustus. Reconciliabitur peccator, si uerbi laudes tacere noluerit, & dignus fiet, ut laudet: iustus quoque magis magisque laudando iustificabitur: singulari tamen laudis uoces proferant, offerant uota, magnificèntque præconia. Si quid uero deerit à laude, supplebit, quæ intus est, sponsa. Talis nanque est, ut repudiari laudando non debeat. Quomodo repudiari potest, quæ adamatur à uerbo, in sponsam eligitur, tenetur ut carissima? Non mediocris gratia hoc est. Rara quidem inuenitur anima, quæ ex uitæ merito, ex munera priuilegio, ex immensitate amoris sponsa uerbi uocitetur: de qua sponsus in eius laudem dicat: Vna est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, electa genitricis suæ. Quum talem inuenit, singulari eam diligat caritate. Frequenter uisitat, alloquitur familiariter, dulciter amplexatur, & uix se ab illa patitur absentare. Discedit interdum ab illa: non ut iratus, sed ut amore succensus. Quo enim tardius redit, ipsa dilatione uehementius inflammat, pulsat crebrius, prouocat ardenter, & dicit: Surge amica mea, speciosa mea, & ueni columba mea in foramina petra, in cauernam maceria, ostende mihi faciem tuam: sonet uox tua in auribus meis: uox enim tua dulcis, & facies tua decora. Præcepit nanque amor dilationem non patitur: moras nescit desiderio fruendi, quo diligit. Amoris artem amandi nescius non capit: solus nouit expertus: indoctus autem in sole positus non uider, & igni appositus frigescit: sponsa uero ex contubernio erudita uerbi, plurima intelligit amoris argumenta: non tamen omnia. Nam ignitus amor semper meditatur noua, & insueta componit. Impatiens nanque quum sit, cogitare non desinit quomodo ardenter diligat, diligatur dulcius, fortius teneat, familiarius conuersetur. Nil secum amari uult: solus coris concupiscit possidere principatum. Hinc zelotypia, hinc querimoniaz, hinc amoris murmur, ingeminatio uerborum, & absentia intolerantia. Nec à clamore uox, nec gemitus à corde, nec ab inquisitione sollicitudo, nec ab intimis conuiescit desiderij ardor, nisi per præsentiam dilecti: qui nanque feruentius diligit, fatigatur uehementius, quamvis ipsum amoris immensitas non permittat considerare laborem. Ex lege igitur amoris, sancti connubij quanta sint gaudia, quantaq; flagratio caritatis, comprobari potest. Ex eadem quoque sponsæ excellentia, atque illius donorum sublimitas, deliciarum opulentia, latitudo cordis, mentis magnanimitas, suauitas spiritus, amoris confidentia, deuotionis delectatio, ueritatis scientia, conscientia puritas, uirtutum perfeccio, caritatis uinculum, exultationis tripudium, iubilationis gaudium, desideriorum aestus, pacis abundantia, contemplationis gustus, rectitudinis constantia, morum probitas, sapientia facunditas, luminis delectatio, humilitatis exercitatio, compassio fraternalis dilectionis, innocentia candidatio, munditia decor, iucunditas sanctitatis, diuinæ magnitudinis laudatio, & uerbo sufficenter agnoscitur ipsius inhalatio salutaris. Quod habet, teneat sponsa: non præsumat, ne perdat: non tepestat, ne repudietur: non satis habere se credit: ne fastidiat: non peruenisse se putet, ne retrogrediatur: gubernaculum prudenter non deserat, ne præcipitet: spiritus consueta studia non deserat, ne claudatur foris: ad anteriora se extendat, ne congregata amittat: futura semper concupiscat æstimatione præsentium: sic uiuat quasi quotidie in domino moritura: de uirtute proficiat in uirtutem: in lumine uultus sponsi ambulet, & in ipsius nomine tota die existet: æstuanti amore uociferetur assidue. Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Totisq; præcordiorum affectibus, quem in menti souet gremio, desideret uidere regnante in diuinitatis solio sponsum suum Iesum Christum dominum nostrum: qui cùm patre & spiritu sancto immortalis Deus uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

DIXI

DIVI LAURENTII IVSTINIANI IN LIBELLVM QVI

Fasciculus anoris in coena domini inscribitur. Proœmium.

Eccle. 1



Mnis sapiëtia à dño Deo est: & cū illo fuit semper, & est ante ævum. Hoc lex diuina pronuntiat, ut humilitatis regula instruat uniuersos. Nouit q̄d facile ad sapientiā per humilitatis itinera gradiatur. Est plane uera humilitas de cordis puritate procedē sapientiæ prævia: sine qua esse sapiens nemo potest. Quemadmodū autē ascendēdo descēdit: ita ascēditur descendēdo.

Hoc suo monet exemplo ille, qui humilitatis semitas superbendo deseruit, dīcēs: Sedebo in mōte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendā super altitudinē nubium, & simili ero altissimo. Vnde quoniam in humilitate stare neglexit, meritò audiuīt. Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Econtrario Dei & hominū mediator, qui misis erat, & humiliis corde, soititus est nomē super omne nomē: ita ut in ipsius nomine omne genu flectatur, caelestiū scilicet, terrestriū & infernorū. Quamobrē decet ad uerē doctrinā.

Ez. 14

Bnam sapientiæ ascendere cupientē, ut nō aliunde, q̄d per humilitatis incedat exercitia: Agnoscat se per se: quād uidelicet sit in natura infirmus, deformis in moribus, uitij proclivus, & gratiæ splendore præuentus. Hęc si ignorauerit, aeterni regis gloriā usurpabit, se aliquid scire arbitrans, cūm sciat nihil. Vtq; nihil scire conuincitur, qui sui ignarus de diuinitatis scientia multa scire uidetur. Porro Deum scire non ualet, qui ignorat se. Ordinatissima ueræ scientiæ regula hęc est, ut homo prius se, deinde Deum agnoscere studeat. Hoc testimonio suo Propheta cōfirmans ait: Mirabilis facta est scientia tua ex me. Psal. 138 Redeat igitur ad se, & in cordis sui domicilio conquiescat: qui sapientia imbui concupiscit. Se compunctione & lacrymis, atq; uirtutū colluuiione deterget, quatenus humilitatis magisterio perfectam suimet ualeat habere notitiā. Hanc dum adeptus fuerit, su gratiis ignorantiæ tenebris lumen percipiet, nō solis uisibilis, sed aeternæ sapientiæ, quæ radij suis electorum omnium mētes illustrat. Discet profectò ubi sit sapientia, ubi sit prudētia, ubi sit uirtus, ubi lumen oculorum & pax. Discet (inquam) uerbum in principio apud Deum, per quod facta sunt omnia: in quo uiuant, à quo sapientiæ, qui intelligentiæ percipiunt lumen. Sic enim habes: Fons sapientiæ uerbū Dei in excelsis. Altissimus Deus creauit illam spiritu sancto, & effudit illam super omnia opera sua: & super omne carnē. Secundum datum suum præbet eam diligentibus se. Est plane dominus Iesus uerbum Dei: & sapientiæ fons: atq; fons uitæ utiq; in excelsis: de quo per Prophetam dicitur: Apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. De ipso siquidem fontis puro meatu, qui supernæ Hierusalem effecti sunt ciues, inebriantur ab ubertate illius, & torrente uoluptatis eius potantur ad satietatem, pacem, sempiternamq; lætitiam. Vnde de caritate feruidi, ac iubilatione perfusi inexhaustibiles Deo persoluunt laudes, & gratiarum interminabiles actiones. Non autem sic, qui peregrinantur. Nequaquam de ipso hauriunt fonte, sed de fontis riuulis collium aeternorum ministerio defluentibus in hac plorationis ualle pro inhabitantium solatio: & ærumnarum suarum pio leuamine. Ne igitur in uia deficiant, aqua sapientiæ salutaris potantur, & si non sapientia. Sapientia uero quando? Vtique quum mortale hoc immortalitatem induerit. Tunc & ipsi fruitione sapientiæ latificati, felicitate locupletabuntur aeterna. Interim sapientiæ reficiuntur aqua: eloquij scilicet scripturarum: earum potissimum, quæ ab ipsius sapientiæ ore prolata noscuntur. In his quotidiana exercitatione tanquam columba super aquarum riuulos, quæ resident super fluenta plenissima, depurantur, & sapientes fiunt: ex munere quippe sapientiæ communicante se illis, ut alijs se communicent ipsi. Hinc occultare nequeunt, quod gratis acceperunt, præcipue cum propalacione ueritatis largitoris querant gloriam, & erogationis merita fortiantur. Horum igitur eruditus magisterio ad te misericordiarum patrem nunc cordis mei genua flecto: quatenus mihi seruorum tuorum minimo ueram præstare digneris humilitatem, ne tuorum elatus largitione donorum mentis ceruscem erigam, meritòque repellar à te, pro quo sum: cui milito, ad quem suspiro, in quo requiesco: quem totis uisceribus diligere, laudare, atque magnificare concupisco. Da mihi etiam, ô domine sedium tuarum astiricem sapientiæ: ut nedū sciā quid acceptum sit coram te omni tēpore, ueritatem eiusdem ualeā propalare mysteria, atq; riuolorum exhaustire sacramēta, que in ultimo

Psal. 138

Psal. 35

Cpud Deum, per quod facta sunt omnia: in quo uiuant, à quo sapientiæ, qui intelligentiæ percipiunt lumen. Sic enim habes: Fons sapientiæ uerbū Dei in excelsis. Altissimus Deus creauit illam spiritu sancto, & effudit illam super omnia opera sua: & super omne carnē. Secundum datum suum præbet eam diligentibus se. Est plane dominus Iesus uerbum Dei: & sapientiæ fons: atq; fons uitæ utiq; in excelsis: de quo per Prophetam dicitur: Apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. De ipso siquidem fontis puro meatu, qui supernæ Hierusalem effecti sunt ciues, inebriantur ab ubertate illius, & torrente uoluptatis eius potantur ad satietatem, pacem, sempiternamq; lætitiam. Vnde de caritate feruidi, ac iubilatione perfusi inexhaustibiles Deo persoluunt laudes, & gratiarum interminabiles actiones. Non autem sic, qui peregrinantur. Nequaquam de ipso hauriunt fonte, sed de fontis riuulis collium aeternorum ministerio defluentibus in hac plorationis ualle pro inhabitantium solatio: & ærumnarum suarum pio leuamine. Ne igitur in uia deficiant, aqua sapientiæ salutaris potantur, & si non sapientia. Sapientia uero quando?

DVtique quum mortale hoc immortalitatem induerit. Tunc & ipsi fruitione sapientiæ latificati, felicitate locupletabuntur aeterna. Interim sapientiæ reficiuntur aqua: eloquij scilicet scripturarum: earum potissimum, quæ ab ipsius sapientiæ ore prolata noscuntur. In his quotidiana exercitatione tanquam columba super aquarum riuulos, quæ resident super fluenta plenissima, depurantur, & sapientes fiunt: ex munere quippe sapientiæ communicante se illis, ut alijs se communicent ipsi. Hinc occultare nequeunt, quod gratis acceperunt, præcipue cum propalacione ueritatis largitoris querant gloriam, & erogationis merita fortiantur. Horum igitur eruditus magisterio ad te misericordiarum patrem nunc cordis mei genua flecto: quatenus mihi seruorum tuorum minimo ueram præstare digneris humilitatem, ne tuorum elatus largitione donorum mentis ceruscem erigam, meritòque repellar à te, pro quo sum: cui milito, ad quem suspiro, in quo requiesco: quem totis uisceribus diligere, laudare, atque magnificare concupisco. Da mihi etiam, ô domine sedium tuarum astiricem sapientiæ: ut nedū sciā quid acceptum sit coram te omni tēpore, ueritatem eiusdem ualeā propalare mysteria, atq; riuolorum exhaustire sacramēta, que in ultimo

timō

timō cœnæ suæ sermone sunt cōdita. Ipsius nanc⁹ dulcedinē sub literæ uelamine latente ad tuī gloriā, tuorūq⁹ profectū reserare curabo. Fari igitur incipienti benedictionis tuæ s̄imbrem tribue, ut opus perficiatur per te: quod te suadente inchoatur: Fiet profectō te loquente per me, ut agnoscaris per te, honorificeris in te, & diligaris propter te, à quo omnis sapientiæ ac scientiæ commendabilis procedit facundia.

## Q V O D A D S E Q U O N T E M P L A N D V M D I V I N A M A I E S T A S R A T I O N A L E M A N G E L O . rum hominumq; naturam considerit. Cap. I

**H**Vmana quidē experientia, atq; naturali erudit, ingenio perspicue intelligimus neminē solis lucē posse aspicere: qui clausos tenet: seu ægros habet oculos. Est em̄ lux uis quædā, quæ naturali suo impulsu in disposito se diffundit oculo, ut illū cōfortet, solidet, ornetq;. Secundū sui naturā habere appetit, cui se cōmunicet. O mirabile æterni solis exēplar, & diuinæ sapientiæ altisona uox. Pro documēto imbecillitatis humani ingenij uniuersa uisibilia om̄nipotēs cōdidit: ut de corporalibus spiritualia, atq; de uisibilibus inuisibilia eliceremus. Hoc A. Rem. i. postolus testat, dicens: Inuisibilia Dei à creatura mūdi per ea, quæ facta sunt, intellecta cōspiciunt: sempiterna quoq; eius uirtus & sapiētia. Est autē lux uera, æterna, spiritualis, diuina, incommutabilis in se, irreprehēsibiliter mutās omnia: intelligibilis per se, mētis oculis cōspicua, uniuersa penetrās, om̄ia cōpleteſt, supereminēs cūcīs, sine macula, absq; deformitate, sine obūbratione nesciētia: delectabilis in se, delectabilia cōtinens omnia: delectationemq; infundēs, Dei uidelicet sapientia, quæ claritatis suæ radios in bene dispositis, & se dignis cōmunicare cōcupiscit. Nulla quippe creaturarū ratione carentis, siue earū, quæ corporis fulgent oculis, mulcēt auditū, olfactū delectat, & dulcescunt ḡstui, huius almæ lucis ualet esse particeps. Solus rationalis spiritus splēdoris illius perceptibilis est. Quamobrē ad declarandā cōferendāq; diuinitatis suæ gloriā duplēcēt Del clementia intellectuē cōdidit naturā, alterā scilicet in sublimibus cælorū sedibus residentem: alteram uerò in huius uitæ exilio peregrinantē. Illi etenim, quæ super cælos habitat, non in ænigmate, neq; per imagines aliquas, sed sicuti est: se præbuit contemplandam, utpote ex naturæ generositate, ex gratiæ dono, atq; ex liberi arbitrii merito effectæ dignissimæ. Non quidem ex natura hoc meruit, sed ex operante, atq; cooperante in se gratia. Spiritualis quippe luminis irradiata splēdore, mox ut est condita, per liberū probata arbitrium: & in gratiæ bono corroborata Dei inenarrabilem gloriam contemplari promeruit. Inuenta tamen est, non numero integra, sed prædestinatione. Ipsorū nanc pars maxima spirituum, dum suo contempsit inhærente auctori, ab ea, in qua, & ad quam facta est, cellitudinis corruit dignitate. Tanto siquidem elatione sua effecta est abiectior, atq; deformior: quāto in sui institutione extiterat in natura sublimior. Dum enim noluit diuinæ fieri bonitatis exemplar, ordinata est, ut sit iustitiæ speculū, magisterium humilitatis, ultrix delinquentium, & peregrinantium infatigabilis impugnatrix. Porro multitudo, quæ cecidit, in eo quod patitur dignè Dei iustitiam: quæ uerò stetit, per id quo fruitur, gratuitam in se commendat misericordiam. Hoc admirans Propheta, inquit: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nempe absq; misericordiæ dono illa, quæ regnat, stare minimē potuisset. Eleuanti se arbitrii porrexit manum, pulsanti uoluntatis aperuit ianuam, & uocanti per gratiam obtemperando respondit. Tanti etenim fuit istiusmodi consensio libertatis, ut supernam sibi æternaliter clementiam uendicaret. Repente quidem, ut assensum gratiæ tribuit, arcana Dei mysteria, & sapientiæ illius ineffabiles thesauros intuita est. Hinc beatitudinis, quam habet exordium sumplit. Naturæ suæ bono perfectio gratiæ, felicitatis præmium, Dei adhæsio sempiterna, atque diuinitatis clara cognitio, in qua omnis sanctorum beatitudo consistit, aggregata illi fuisse dignoscitur. Ex uisione autem hac refusa lumine, caritatēque perfusa, laudis purum, nec non & gratissimum ipsa natura angelica inchoauit exoluere sacrificium. Suorum igitur recepto cumulo meritorum, atq; essentialis ultra suscepitura nil præmij totis se desideriorum uotis conditoris occupatur in laudem,

Suum

A Suūm iam ad finē peruenita quid est, quod concupiscere supersit? Cōditoris gloriæ, gratiarum actionis exhibendæ, hominūq; salutis flagrantissimo tamē ebriatur amore. Hinc est, quod minimē in electorū ministerio fatigat, neq; conticescit in laude. Quod potest, agit per se: quod uero nō ualet, perficere exاردescit in altero. Hinc est, quod homines, & præcipue Dei amicos intimo ueneratur affectu: atq; erga eorum quēq; tam sedulū peragit dilectionis obsequium. Delinquentes hortatur, ut pœnitentiæ arrepto certamine à sceleribus resipiscant. Stantes, ne cädant, protegit, docet inscios, consolatur mœstos, errantes reuocat, exulesq; blandè monet, ne cælestis patriæ itinerā derelinquat. Omnibus planè fidelibus tanquam conciubibus suis, in quibus sui conditoris eluet imago: se præstat beneuolā, amabilem, officiosamq;. Hominē quidē non qualis sit, aspicit, dum carnis corruptione uestitur: sed qualem illum futurū esse nō dubitat, quando uisibile hoc atq; mortale ab æterna incorruptibilitate absorbebitur. Quādiu peregrinatur à domino obiectum est, quod illi pollicetur, cūm ad præordinatum finem peruererit. Re etenim uera mortalium genus sic ab artifice summo plasmatū est: taliq; lege mundi huius homo colonus effectus, ut obedientiæ custodiendo statuta, post presentis uitæ de cursū immortalis fieret, & beatus: nō tamen hominibus cunctis immortalitatis stola donanda est: sed prædestinatis tantum, uocatis, iustificatisq;. Hi soli per adoptionis gratiam Dei filii nuncupantur. In istis tanquam in sede propria Dei residet sapientia: suasq; apud eosdem arbitratur esse delicias. Nam à peccatoribus, & tenebrarum filijs omnino semota est: nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Omnis ipsius æternæ sapientiæ clarificatio apud primitiūrū ecclesiam esse: atq; electorum congregationem dubium non est: siue eorum, qui adhuc carnis inuoluti sunt feci: seu illorum, qui de corruptibilis corporis exgaſtulo liberati, in perpetuas æternitates feliciter transiere. Triumphantibus nanc⁹ super cælorum sidereas mansiones revelata se facie manifestat. Peregrinantibus uero se in fidei lumine, & testium ueridicorum assertione declarat. Ut risque tamen tanquam proprij corporis cohæret membris, & in qualibet ipsorum congregatione suæ præsentiam communicat maiestatis: unde ait: Vbi fuerint duo, uel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. In eorum etiam singulis, ueluti in membris proprijs spirituallis gratiæ impertitur dona. De hoc inquit Apostolus: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundum mensurā donationis Christi: propter quod dicit: Ascendens in altum captiuā duxit captiuitatē, dedit dona hominibus. Et ipse quosdam dedit esse apostolos, quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas, alios autem pastores, & doctores ad summationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi. Quemadmodum igitur ab infidelibus, & peccatoribus abest sapiētia: ita in omni iustitorū adest collegio mystici sui corporis insinuans ueritatem. Propterea cūm in ultimo suæ cœnæ cōuiuio iam diabolus in proditore introiisset, illeq; accepta intincti panis buccella, ut facinus perpetraret, de cœnaculo exiisset, idem mediator in spiritu exultans inquit: Nūc clarificatus est filius hominis, & Deus clarificatus est in eo. Vniuersos, qui tunc aderant, ex quo perditionis secesserat filius, suos esse cognoscens, in ipsis tanquam in uerissimis membris se esse clarificandum asseruit. In uerbo siquidem intuendo, facienda ueluti iam facta affirmat. Quod enim se clarificatum dicit, futurum erat, & tamen ait: Nūc clarificatus est filius hominis: quatenus tam præterita, quam futura in uerbo esse præsentia insinuaret. Nec ab re se per discipulos clarificādum dicit. Magna siquidem & prorsus stupenda claritas homini Christo aucta est: cūm per eos, quos de mūdo ipse elegit, ueritatē fidei, & diuinitatis amorē in corda fudit credentiū. Nempe nō in seculo nobiles, non facundos sermone, nō moribus ornatos, neq; facultatibus elegit locupletes, per quos Dei sapientia orbem sibi subigeret uniuersum. Sed discipulos uoluit habere ignobiles, imperitos, rudes, & pauperes, ut non glorietur omnis caro: sed ut qui gloriatur, in domino glorietur. Illis dedit sapientiæ spiritum & intellectus, ne in doctis humanæ sapientiæ uerbis prædicaretur Christus: sed in doctrina spiritus, & in sermonibus sapientiæ: ita ut in omnem terram exiret sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba prædicationis eorum audiretur. Tribuit etiam eisdem faciendorum potestatem miraculorum, adeo ut uerbo curarent languores, ejacerent dæmonia: mortuosq; suscitarent. Non autem illi per seipso operabātur talia, sed ipse per illos, qui ait: Sine me nihil potestis facere. Nam quod credit

Matt. 18

Ephes. 4

Ibid.

Ioh. 19

Ibid.

2 Cor. 2

Ibid.

Ioh. 15

crevit ecclesia circumquacq; quod Christi diuulgatum est nomen, quod populorum innumerabilis multitudo credidit Deo, non apostolis prædicantibus, sed sempiternæ sapientiae, quæ eorum ora compleuit, ascribendum est. Præcones utiqq habere uoluit, qui aduentum in carne suum, remissionem peccatorum, & nouæ perfectionem annunciant uitæ: cōgregarentqq ad se Dei filios, qui erant per mudi huius climata quæ dispergi. Hoc quippe clarificationis Christi, de qua nunc agitur, exordium fuit: & hæc nascentis ecclesiæ initia, in qua uerbi humanitas agnoscitur, colitur, adoratur. Tanquam candelabrum aureum ardens & lucens, in ipsius medio posita est, ut qui ingrediuntur, lumen uideant: non tamen qualecumqq lumen, sed uerum æternumqq. In hoc etenim lumine habitantis in carne paternæ gloriæ agnoscimus lumen, & per illud diuinæ efficimur confortes naturæ, Dei nuncupamur filij, & in angelorum consortium transmutamur. Commendatur insuper Dei caritas, quæ nobis in filio locuta est, & per illum agnoscí, atqq in eo clarificari complacuit. Clarificauit plane sapientia patrem, clarificauit pater filium, non utiqq per angelos, aut humano quois modo: sed in semetipso. Reciproca nancq patris ac filij clarificatio est. Nec filius sine patre, neqq absqq filio ualet clarificari pater: quoniam essentia una, eadem deitas, par gloria, æqualisqq maiestas filij & patris est. Hanc æ qualitatis gloriam sine initio pater dederat filio: quia gignendo illi dedit, ut esset æqualis. Nihilqq haber pater proprium, quod non communicet filio ipso unigenito attestante, qui ait: Omnia mea tua sunt: & tua mea sunt. Quamobrem sicut in domino Iesu clarificatus est Deus, ita Deus illum clarificauit in semetipso: sibi illum ostendendo æqualem. Huius etenim generationis sublimitatem credere magni est meriti. Illam autem cognoscere uita æterna est: gaudium inenarrabile, & beatitudo perfecta. Hoc tamen instantis non est temporis, sed futuri: quando uidelicet reuelata facie gloriam Dei speculantes transformabimur de claritate in claritatem, contemplantes uerbum in patris gremio feliciter quiescens. Tunc filij claritas glorificatis nota erit, tunc quod dedit pater filio: maius omnibus mira cum exultatione intuebitur: tunc pater in filio, & filius agnoscetur in patre. Et hæc supernaturalis uisio omnem angelicam humanamqq intelligentiam supereminet. Huiusmodi cum Christo, & in Christo regnantibus uisionis fruitio pro remunerazione tribuitur meritorum: peregrinantibus uero repromittitur. Interim ipsi trahuntur deuotione in fide ambulantes: & quibusdam reficiuntur infusionibus sapientiae. Percipiunt quasdam primitias spiritus: per quas delectabiliter recreati præsentis seculi toleranter ferunt ærumnas. Promissionibus nonnunquam æternis subleuati, & per contemplationem supra se interdum euecti diuinæ erumpunt in laudes, atqq amoris modulationes promunt ex memoria abundantiaæ suavitatis, ac iucundissimo sapientiae contubernio, quam in se aduentasse præsentient. Non enim desinit ipsa sapientia uisitare, quos diligit, ac ne deficiat in laboribus resouere. Quis etenim absqq præeute luce, & exhortante gratia tutus potest istius exili peragrare vias? Quis sine cælestium pollicitatione, & spe futuræ hæreditatis inconcussum in dilectione Dei tenere animum? Quum enim humana mens nequeat satiari temporalibus, oportet ut nutriatur æternis. Pro futurorum itaqq certitudine spirituales infundente Deo degustat dulcedines, quæ donantur humilibus in peregrinationis præsidium, & dilectionis indicium, augmentumqq. In ipsis tamen neqq diu, neqq ad libitum perseverare ualent. Largiuntur quidem: & pro dantis beneplacito auferuntur. Nam in arbitrio uolentis non sunt, neqq quarenq tis, sed largientis Dei. Hoc insinuans Saluator ait: Filioli adhuc modicum uobiscum sum. Quæreris me, & (sicut dixi Iudeis) quo ego uado, uos non potestis uenire. Omni corpori ecclesiæ loquebatur sapientia. Præsentibus quidem suam prædicebat futuram corporalem absentiam, spiritualem uero futuris. Quæsierunt utiqq apostoli delectabilem dominii Iesu faciem corporaliter. Quærunt & deuoti spiritualiter indesinenter. Neutrm uero istorum ad uotum uerbi fruuntur præsentia. Resurgente quippe domino, & cælos ascendentे discipulos reliquit in seculo, illisqq humanitatis abstulit spem concupitæ. Eodem etiam uisitante uerbo deuotorum mentes, & discedente illud pro libito tenere, aut reuocare non ualent. Calescente quippe in anima caritatis igne, & de sponsi amore feruente mira suavitate respergitur. Cunctorum obliuiscitur dilecti capta dulcedine. Quantocunqq temporis spacio talibus pascatur delicijs, parum esse arbitratur æstuantis nimietate.

Luc. 15

2.Cor. 3

Iohann. 13

A nimietate desiderij. Fitqq saxe, ut repente quæ inseparabiliter amplecti gloriabatur anima, aufugiat: & se tanquam alienus occultet. Vnde uehemeti sponsa dolore sautia, cum se solam cōspicit, cum se sibi derelictam intelligit, surgat properè, diligenter querat, petat importune, clamet fortiter, gematqq incōsolabiliter, donec quem diligat, reperiatur. In hac siquidē sponsi reuersione querimonias, preces, suspiria, & sponsæ blanditias suaves quis excogitet? Amor etenim cū sit suspecta res, suspectiosam de dilecti abscessu reddit sponsam. Ex hoc effecta pauida infirmitatis propriæ deplorat ærumnas, cum perfectè illi inhærere nō ualet, quem inseparabiliter possidere cōcupiscit. Nequaquam in carne posita, & mundi cupiditatibus irretita ad illius potest attingere celsitudinem, qui nulla corporis oneratur molestia. Hæc itaqq libertatem dominus de proximo per resurrectionis gloriæ habiturus omnibus mēbris suis aiebat: Quo ego uado, uos nō potestis uenire. Nouerat illos quādiu corruptibilis corporis includeretur ergastulo, nec ad ipsius diuinæ essentiaæ gloriam, neqq ad puræ cōtemplationis inseparabilem pertingere posse quietem. Illis tamē tanquam animarū uigilantissimus pastor: atqq de filiorū gloria cupidus pater iter ostēdit, per quod gradiētes post peregrinationis suæ cursum adipiscendæ gloriæ capaces, suorumqq fierent cōpotes desideriorū. Seruandæ igitur caritatis mandatū instituit, atqq fraternalæ dilectionis cūctis mēbris suis legem imposuit, per quā, quoniā bono, quod supra eos est, frui nequeunt, saltem in illud, quod iuxta se habent, exerceantur. Propterea cum dixisset: Quo ego uado, uos non potestis uenire, subdidit: Et uobis dico modo, quod in præsenti scilicet tenaciter custodiatis. Mādatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Ut & uos diligatis inuicem. Audite hæc omnes gentes, auribus percipi te, qui habitatis orbem. Simul in unum cōueniant diues & pauper: seruus & liber, nobilis & ignobilis. Os quippe domini loquitur sapientiam, & apertio labiorū ipsius scientiam atqq prudentiā. Accedant in spiritu, deuoto afflītā corde: ut sermonū domini elegantiam, profunditatē sententię, caritatisqq dulcedinē in eisdem latitantem aido mētis hauriant desiderio. Inde pascatur, ex ipsis erudiantur, inflamentur amore, nec nō ueritatis illustrentur splendore. Eloquia hæc teste Propheta, eloquia sunt casta, argenteum psal. 17 igne examinatum, probatum terræ purgatū septuplum. In uniuersa prorsus ueteris legis pagina his similia minime reperiuntur. Evidē decebat, ut per uerbū dilectionis initia retur mandatū. Transierant umbræ, figuræ præcesserat, ipsaqq abolita erat lex. Ideoqq reuelante se per carnem ueritate, nouaqq de cælo apparēte luce, congruum erat, ut noua omnia fierent. Nouæ gratiæ conuersationi nouæ nouum associatur mandatū. Senescēte homitiū propagine, & prope interitum ueniēte æquitatis censura poscebat, ut restauraretur, atqq rediūua resurrectione reformaretur: quamobrem dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens Dei sermo de regalibus sedibus ueniens humanam deformitatem suæ magisterio sapientiae reformatæ curauit. Quod anteacta ignorauere secula, & antiquorum nō attigit peritia: uerbo propalante notissimum factum est. Quæ(oro) præcedētium generationes (prout op̄ortet) socialem duxere uitam? Quis proximū suum sicut se, dilexit? Privata nancq commoda, iura dilectionis ignorant. Naturæ bonum proprius extinguit amor. Inolente delicto, caritatis dulcedo præfocatur. Paucissimisqq datum est per rectas fraternali amoris incedere semitas. Porro ante redēptionis tempora diabolus in cordibus mortalium cupiditas, ac uoluptatis desideria sparserat, atqq intérieores eorum caligauerat obtutus: ne quod amiserant naturæ bonum agnoscerent, diligenter, recuperarent. In ortu uero luciferi, & in æterni coruscatione luminis huiuscmodi dissipatae sunt tenebrae. Aperuit in cœnaculo posita, atque in suorum Dei sapientia conuentu discipulorum constituta os suum, indeqq dilectionis præcepta, tanquam diuinitatis luminaria & amoris emisit iacula: quatenus uniuersam illustraret ecclesiam, eamqq saluberrimo transfigeret uulnere caritatis. Præceptum (inquit Propheta) lucidum est illuminas oculos. Lucidum etenim quum sit in se, se custodientibus præbet sapientiæ lumen. Docet quem timere, & à quo debeamus retributionis sperare mercedem. Nam ut deuitetur supplicium, uel ut remuneratio conferatur, mandati sanctio statuta est. Altero horum deficiente paticissimi, qui obtent perent, reperiuntur. In quolibet operis labore præmij expetitur récompensatio. Ex intentione sperata mercedis roboratur in labore animus, facileqq mādato colla submittit. Laur. Iustin. E Inclinauit

325

AMORIS.

ibid.

Sap. 12

psal. 18

**Psal. 118** Inclinaui (ait Citharæda sanctus) cor meum ad facientes iustificationes tuas in æternū. **B** propter retributionē. Qui arat, spe ducitur: suxq; mercedis finem in terræ fertilitate cōstituit. Mercenariorum est hoc proprium sua quærentiū. Mercenario, ut labore, spōdetur lucrum. Seruo autē minatur ex ociositate flagellum. Verum ex diuino præcepto utrūq; consequitur. Ex obseruatione quippe illius declinatur suppliciū, p̄m̄iūq; meretur. Attamen qui filiorū nobilitantur affectu: utrorumq; transcendendo uirtutem solo caritatis obsequiūt amorem, nō flagelli, aut gehennæ metu: neq; remunerationis auditate trahūtur. Quomodo placeant ei, quē diligunt, meditantur. Sufficientē operū suorum mercedē arbitrātur, si tātum dilecti fruātur gratia. Pluris existimāt benevolentia quo quis dono. Recōpensantq; pro dilectionis merito delectationē uirtutis: quanquā huic præponant caritatis affectū. Hæc est caritatis regula, hæc est iustorū & diligentiorū Deum ordinata intentio. Hunc qui ignorat dilectionis ordinē, mandatū Christi adhuc perficere negligit. Nō in timore, neq; in mercede, sed in sola fraterna dilectione suū sapientia p̄ceptum instituit, quando ait: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem. Noluit **F** mādare, ut diligeremus Deum. Hoc innata ratio, hoc natura: hoc ipsa creaturarum uniuersitas clamat. Planè gehennæ pauor, suppliciorum cōminatio, & remunerationis immensitas suadent, ut cunctorum conditor diligatur Deus. Præceptum itaq; sapientia, & lex Christi lex caritatis est, lex amoris, & elegantiae: nō coacta, neq; in terrore posita: sed in gratuīta & spontanea cordis dilectione solidata. Nullam uoluit, ut ab ipso, quem diligimus p̄ter ipsum solum, expectaremus mercedē. Se causam, se p̄m̄iūm̄ dilectionis fecit. Seipso melius nil dare potuit. Sapientissimē tamen sapientia legalium præceptorum summam, & omnis disciplinæ compendium in suo conclusit mandato. Tale ille lud esse uoluit, ut uirtutem reformādi, quod in homine deperierat, possideret. Nouerat ab exordio propagationis humanæ, quantam priuatus amor iacturam fecerat. Proinde uoluit suo pestem hanc, quæ totius malī causa fuerat, abolere mandato. Quod enim priuatum erat, uoluit esse commune: cūm inquit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Mandauit quatenus diffunderetur amor, ut cresceret. Nescite. **G** Rogata caritas detrimentum pati, neq; amitti potest quod diuinitatis agitur dilectione. Propter se exigit Deus, ut diligatur proximus, sibiq; factum esse fateāt, quicquid propter ipsum in alterū geritur. O bona caritas, ô mādatū sanctum, nulla redargutione dignum, nulloq; p̄termittendū precio. Omnium per se perficit obseruantia præceptorū, dicēte **Apostolo**: Qui diligit proximū, legē impleuit. Nā nō occides, nō adulterabis, nō falsum proferes testimoniū, & siquid est aliud mandatū in lege, in hoc restauratur, diliges proximum, sicut te ipsum. Vnitatem compagemq; membrorū custodire docet. Hac seruata unitate desinunt lites, contentiones, murmura, rapinæ, odia, & quicquid pacis aduersatur bono. Pax nostra Christus est, qui fecit utraq; unum. Duos nanc; parietes contrarios copulauit in se, faciens pacē ijs, qui longē, & pacē ijs, qui prope. Hos etenim miro in se amoris uinculo colligauit relaxando delicta, & gratiam cōferendo. Vno omnes ad se uenientes nō congregauit in loco, sed in uno posuit corpore, unoq; conglutinavit fraternitatis amore. Quamobrem illius mādati præuator à Christo alienus efficitur, **H** & ueluti corruptū membrum ab unitate ecclesiæ, atq; sanctorum collegio segregatur. Neminem Christus nouit ad regnum suo non obtemperantem mandato. Stateram quandam spiritualem diuini amoris proximi uoluit esse dilectionem. Est autem proximi amor affectio quædam animi de Dei caritate proueniens, hilaris, læta, abunde tribuens, compassibilis, sine indignatione, liuore carens, multaq; exuberans pace, dilatatur uoluntarie, & in se uniuersitatem complectitur hominum, omnium salutem diligit, omnibus se p̄abet beneuolā, mansuetam, affabile, personā non accipit diuinitis: pauperē nō spēnit, afflicti & inopis miseretur, cunctorūq; necessitates arbitratur suas. In singulis intuet Christū, infirmat cū infirmis, flet cū flētibus, & cū gaudētibus gaudet. Se materno in cūctis diffundit affectu. Quos ualet eripit de interitu, erigit de peccato, ducit ad Christū. Nō laſſat labore impinguata profectibus proximorū. Mente excedit Deo, hominū salutis inseruit. Nil se amississe putat: cū postponēdo se aliorū utilitati incūbit. Maximi p̄sus inestimabilisq; meriti apud Deū est huiusmodi fraternæ caritatis affectio, qua quicquaque ornatus est, totā implet legē Christi, amicus efficit Deo, hominibusq; carus habet.

**Ibid.** **Rom. 13** **Ibid.** **Ephe. 2** **Psalm. 118** **John. 13** **Luc. 24**

Quām suauiter iustorum corda uerbi Dei reficiantur eloquio. **Cap. II.** Vicinq; populorum post se festinant alicere multitudinem: illam exemplis consueuerunt hortari, & uerbis. Vtrūq; necessarium esse dignoscitur. Verborū quippe exhortatio, sine exempli adiutorio per strepētū sonitus est foliorū. Aures cōplet clamoribus, & ieunam relinquit mentē. Vita uero cōmendabilis absq; sermonis exhortatione: et si prouocet, nō tamē erudit. Verbū itaq; patris in hominis forma ad homines ueniēs: ut in captiuitate positos, & per seculi inuia circunquac; diffusos facilius cōgregaret ad se, dulcisona uocis exhortatiōe, & eximia morum probitate alliceret studuit uniuersos. Quis enarrare sufficiat, quanta dulcedinis suauitate audientium tangebātur corda, cū de regno Dei, de futura electorū fœlicitate, de seruandæ caritatis uinculo, de humilitatis fragrantia, de cæterarumq; perfectione uirtutum circumstantē alloqueretur plebem? Nempe sapientiae ipsius uerbi delectabilitate nīmia affectus apostolorū princeps: ab eodemq; uel modicū diuelli nō patiēs cōstanter aiebat: Domine ad quē ibimus? uerba uitæ æternæ habes. Suspensos in sermonū amēnitate profunditateq; sententiarū: & exhortatione uirtutum audientiū tenebat animos. Erant em̄ eloquia sapientiae illius, tanquā sagittæ flammigeræ caritatis emissæ arcu, quæ fidelium mētes amore saginarēt, & deuotionis replerēt nectare. Vrebāt quidē, nec consumebant, corrigebāt, nec confundebāt, reficiebāt, & dilectionis zelo cōrdā reformabāt. Hoc experti sunt, qui aiebāt: Nōne cor nostrū ardēs erat, quū loqueretur nobis in via, & aperiret scripturas? Ardebāt, nec immerito. Nā rationalis sp̄ritus uerbo Dei acceditur, erudit, alitur, roboraturq;: nequaquā famis inedia, aut quavis alia poterāt periclitari necessitate, cū quib; gradiebatur sapientia, & quorū eloquia uerbi corda penetrabant. Māna suauissimū erant sub uocis ac elementorū cortice coopertū, quod eo dulcius reficiebat, quo sumebatur audiōs. Nēpe elatis pigris, nefarijsq; fastidio habebātur. Humilibus autē, iustitiā esuriētibus, & corde purgatis p̄e cūctis dapibus incōparabili sapiebāt. Horum saginatus propheta interiori gustu inquit: Quām dulcia fauibus

**C** meis eloquia tua super mel ori meo. Hoc idē sancta mulier illa, quæ ad uerbi pedes residens intēta cordis aure sermocinantē audiebat sapientiā: O q̄ suauibus pascebas dapi bus, o q̄ frēquēter repetebat intra te. Fauis distillās labia tua, o diuina sapiētia: mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorū tuorū super omnia aromata. Hinc est q̄ nīmia delectatione detēta sorori laborāti nequaquā ualebat p̄estare suffragiū. Ebria prorsus caritate atq; à carnis sensibus aliena in interiori feliciter eiusdē sapiētiae thalamō recubebat. Nēpe trahit Christus ad se audiētes simpliciter se, & unit sibi. Illisq; incerta & occulta sapientiae suæ reuelat mysteria. Nam sine p̄cedente atq; illustrante uerbo difficile & se rē cum errore contemplationi quis uacat ac quietis mentis graditū semitas. Consueuerunt innumeræ diuersæq; immundorum sp̄irituum legiones per huius spiritualis contemplationis eremi uastam discurrere solitudinem, imprudentes, incautosq; decipere, expoliare, perimere. Vestiuntur hi nequam sp̄iritus lucis umento, cælestis regis insignia capiunt, seq; bonos angelos esse mentiendo simulant: uitium sub uirtute, & mai lum sub boni specie palliantes. Hoc fraudis ueneno, hacq; nocendi arte quot & quantos quis enumeret, demerserint in profundum. Non igitur minus in uirtutis ac pietatis, quām in malī specie cauendum est. Sanctitatis amor, & proficiendi inordinatus affectus plurimos periclitari fecit. Solerter ob hoc discretionis libra in sapientiæ lumine nō strax ponderandæ sunt cogitationes, nostraq; sunt probanda desideria: absque tamen fraude, & cunctatione curiositatis: ne forte sub deuotionis germine, deceptionis lateat coluber. Qui énī sensui tenaciter inhæret proprio, ruina fit proximus: & qui curiositatem munera discutit, spiritualibus nunquam locupletabitur donis. Qui uero uiribus suis uirtutum alta conatur ascendere, repercuſſus inuisibiliter deſciēt in profundum. Solus ille securus incedit, qui sub ducatu graditū uerbi, atque in splendore ueritatis interioris exteriorisq; hominis sui non cessat iudicare negocia. Quicunque talis est, ex familiaris contubernio inhabitantis sapientiae fœcundatur gratia, atque eruditur prudētia, ne in offensionis lapidem impingat pedem, & corruat. Quod si ceciderit, non tamen collidetur: quia dominus supponit manum, atque in delicti fouea diu illum facere non patitur. Grandis porro uia est interiori se committere luminī, & paucis nota. Solis (ut Laur. Justin.

arbitror) perfectis viris, & exercitatis in spiritu manifesta: qui solido utentes cibo inter nos sensus ad boni maliq; discretionem adultos habent. Nemo facile hoc acquisisse pre sumat. Huiusmodi namq; status ueridici testes sunt ignitus & nunquam dormitans affectus, mentis imperturbabilis quies, conscientiae beata pax, diuinæ præsentia certa sci entia, in tribulatione fortitudo solida, spirituale lumen, exultatione cor replens, gaudium in spiritu sancto, & unitas caritatis. Vbi horum experientia deest: abest etiam magisterium sapientiae. Descendat in propriæ cognitionis angulum, qui in recubitu huiusmodi necdum uocatus est. Communi uescatur filioru cibo, ad communem recumbat mensam, ut præstantiori dignus sit alimento. Nempe qui filij sunt, sacrarum pascuntur atq; erudiuntur eloqujs scripturarum. Quæ uero sponsa est: interna uerbi, & à uerbo reficitur alimonia. Illi hominum: hæc autem iugiter alimentis uescitur angelorum. Vterque uerbi pabulum est, quamvis alter longe distet ab altero. Sacra pagina peritum & cautum, sed uerbi doctrina ignitum exhibet & sapientem. Literas literati docent, sapientiam uero quis nisi à uerbo didicit. Homo aures replet, uerbum in corde mysteria loquitur. Ab homine & à uerbo erudiri utrumq; dei donum est: & uerbi ministerium, quamvis meritis dispar, & delectatione dissimile. Porro uerba uerbi siue in corde formata, seu humana proleta uoce optime congruunt ad imbuendum sapientiam, ad imaginem reformandam, ad notificandum deum: ad purgandum cor: ad accendendam caritatem, ad inuisibilia reuelanda, ad subleuandum in cælestibus animum, ad propalandom sanctorum gloriam, & ad uniendum uerbo. Sublimia nempe istiusmodi sunt hortamenta Verbi: atque spiritualibus delectabilia. At uero quibus ab eodem uerbo simplices trahuntur & insipientes non minus proficia esse noscuntur. Primi utiq; mentis illuminatione: ultimi autem exhibitione uirtutum. Nobile profecto docendi genus est: & ad se allicendum animos incertuum, laudabilibus instruere gestis, atque discipulum præire exemplis. Luceat ( inquit uerbum ) lux uestra coram hominibus, ut videant opera uestra bona. Parum sine operibus prosunt uerba: uirtus autem absq; sermone plurimum. Ex infusione cælesti, & eloquiorum dei intelligentia instruitur anima: atque accenditur, ex uita uero exemplari formatur uirtus, & mores optime componuntur. Ex influentia sapientiae diuina bonitas in homine commendatur: ex morum autem probitate uirtus dominis decoratur. Ambo tamē hæc laudabilia sunt, ambo prouocatiua, ambo imitanda. Verus proinde censendus est doctor, meritoq; colendus, qui opere perficit, quod hortatur eloquio. Hanc doctrinæ regulam nemo unquam perfectius protulit: nullus insinuavit clarius, quam mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Ipse namque elegantissime & cæteris perspicacius diuinam prædicauit essentiam, fidei disciplinam, uirtutum regulam, futuram gloriam, & quicquid ad spiritualium, naturalium, moralium, seu diuinorum scientiam pertinet. Ipse ( inquam ) seculi contemptum, morum nostram, formam religiositatis, humilitatis perfectionem, constantiam patientiae, compassionis affectum, obedientia censuram, dilectionis altitudinem, & si quid aliud probitatis est: siquid sanctimonie, siquid honestatis sufficientissime in sui incolatus tempore, & quoadusque cum hominibus conuersatus est, præmonstravit. Speculum etenim H præclarissimum omni carens imperfectionis macula, omnique deformitate uirtutis Christi uita fusse dognoscitur. Nullus nisi liuore accensus: seu infidelitate cæcatus, aut diabolica circumuentus fraude poterat in illo, quid digne redargueret, intueri. In uerbis quidem sapientiam, in moribus honestatem, maturitatem in incessu, parcitatem in cibo, in uestitu paupertatem, sanctitatemq; portendebat in facie. Erat prorsus in correctione seuerus, in collocutione dulcissimus: tranquillus in iniurijs, in opprobrijs patratus, in accusationibus tacitus, in collatis contumelijsecurus, laetus in uerberibus, atque in cunctis aduersis tolerandis paratissimus. Quædam etenim deiformis species fulgebat in illo: quæ aspicientium ad se affectus traheret, repleretq; admiratione, & gaudio. Quis ineffabili non debuit perfundi lætitia, ac exhilarari dulceditie, dum agnoscebat ambulare uerbum, sapientiam loqui, dei filium uirginis mammis sugere, uetulicq; foaueri in gremio? Postremo discurrere, discubere, dormire, comedere, ceteraque humanitatis officia tanquam homo uerissimus exercere? Inauditum, omniumq; nouitatum singulare prodigium fuit, ut deus fieret homo, & hominum communicare passionibus uellet.

A uellet: non necessitate compulsus, nec proprio permotus commido; aut quoquis obligatus debito. Quod enim carnem assumpsit, quod carnis infirmitates subiit, ex ipsius caritatis immensitate profluxit. Prius enim quam spiritualis conderetur natura, antequam ulla sensibilitum vel vegetabilium species produceretur in esse, in æternio atq; incommutabili deificæ trinitatis consilio initialiter definitum est, ut uerbum caro fieret, habitaret cum hominibus, & pro hominibus moreretur. Non igitur se humana extollat fragillitas, ut pro suorum locupletatione meritorum, seu pro uirtutum magnitudine tale fibi ascribere audeat beneficium. Quid de hoc Apostolus sentiat, audi: Propter nimirum ( inquit ) caritatem suam, qua dilexit nos Deus, filium suum misit in terras. Ipsa etiam sapientia ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Nō tura, ô homo, promeruit caritas, ut suum tibi Deus filium daret, sed sua sic uoluit, quæ ante mundi constitutionem dilexit te. Totum caritati illius arroga, quod habes, & quia es. Quid habes, quod non acceperis? Quod autem es: unde habes, nisi ab eo, qui est absque origine, & sine fine? Ille prorsus solus est, qui gratis dilexit te, & sine te fecit te. Qui in seculorum ultima generatione, dum præcepta uitæ suis dare decreuisset discipulis, inquit: Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Commendaturus nempe mandatum caritatis mandati ipsius uoluit prius iura seruare. Nouerat facile contemptui haberi, quod præcipitur, si non operis attestacione muniatur. Mandatum dilectionis instituit, & ipsius dilectionis iussa perfecit. Fecit & docuit, ideo maximus uocatur in utroq; regno cælorum. Nemo quicquam illi obijcere in huiusmodi ualeat lege mandati: quando quod præcepit, præ cæteris perfectius adimpleuit. Impleuit utiq; in se, & de se formam exhibuit: docuit uerbo, insinuavit exemplo, qualiter proximum diligere debeamus. Non in lege, neq; ab hominibus discere studeamus quo ordine, quo modo, quantumq; proximum diligamus. Mediatoris eruditio id sufficenter percipere ualemus. Dilectionis ordo, quem docente domino custodiæ debemus, est ut proximi a morem auro, gemmis, possessionibus, & quoouis delectabili pluris existimemus. Salutem proximi, animarumq; lucrum, plus quam corporis lospitatem, Dei sapientia amare nos docuit, unde ait: Maiorem caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hic nempe fraternalis dilectionis est ordo, quem à Christo didicimus. Hec est regia uia, per quā incedendo ad perfectionis sublimitatem prouehimur. In eadem ē cælo dimittitur scalæ, cui sapientia Dei innixa est, ut manum porrigit, sursumq; erigat constendere festinantes. Prior tamen ipsa ascendit, cucurrit, secq; sequentibus semitam præmonstravit, & nunc sermone placido inuitat ad palmam. Modum insuper diligendæ expressit in se, cum nullis lacestis conuicj, nullis fessis laboribus ab hominum salute elanguit. Non maledicebat, quum malediceretur, nec comminabatur, quum pateretur, quin potius nimio caritatis ardore succensus æquanimiter uersa: quæ sibi irrogabantur, perferebat opprobria sine indignatione, sine murmure, & absq; ullo contradicitionis uerbo. Attendebat quidem non quod patiebatu ipse, sed quod erant ipsi, nempe infirmi, ignorantia cæciti, à fide alieni, compassione nudí, & caritate vacui. Letali etenim D morbo laborantes, atq; eum, à quo sanari poterant, nescientes, ut phrenetici sustinebantur à medico. Curare uenerat putrescentes humani generis cicatrices, multis farosq; languores, quos potius patiendo, ac compatiendo, quam ulciscendo sanauit. Insigne prorsus atque imitandum posteris fidelibus seruandæ caritatis exemplum exhibuit. Mensu ram, modum, ordinemq; custodiendæ unitatis sicut sermone docuit: ita operibus confirmavit. Audiant nunc æmulatores legis, discant domini Iesu sectatores non indignari aduersus delinquentes: sed eorum condolere erratis. Assuescant contra proximos nullo tabescere odio: nullo liuore morderi: linguam omnino à detractionibus comprehendere: obtrectatiū uoces tanquam letale uirus obhorre, atq; cauterizata eorum uerba obturata aure transire. Nequaquam Dei sapientia docuit ore hominum lacerare carnes, proximos lingua perimere: quod homicidiū genus esse Deo odibile comprobatur. Plane unitatem commendando seruauit compaginem, cordiumq; dilectionem puram inuiolabiliter souehdam esse præcepit. Hanc mandato suo novo uirtutibus prætulit unitatis. Non in faciendis prodigijs: non in angelorum, cælestiumq; uirtutum diserta facundia; non in cruciatibus corporis, ac flammarum tolerantia, seu aliquo illato mar-

Laur. Iustina.

E 3 tyrio:

Ephe. 4  
Ioan. 13

ibid.

Ioan. 15

r. Pet. 2

tyrio: non demum in montium (ex fidei magnanimitate) in fluctus translatione: non in totius propriæ erogatione substantia: sed in sola mutua dilectione suos uoluit agnoscere discipulos. Illa nanque sine hac prosunt nihil: hæc uero absque illis plurimum per omnem modum. Sine martyrio, scientia, facundia, facultatibusq; possunt homines cælorum adipisci regna: sine proximi uero dilectione nunquam. Disciplina incarnati uerbi tota in proximi dilectione, tanquam in fundatissimis aureis basibus constructa est. Culmen etiam apostolatus, atque regale euangelicæ perfectionis solium ex fraterno uendicatur amore, agnoscitur, & probatur. Huiusmodi sententia definitionem æternæ Dei sapientia suo mellifluo promulgauit ore, inquiens: In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adiuicem. Tollitur huius pronunciatione sermonis omnis uirtutum disceptatio: omniumq; spiritualium studiorum contentiosa fabulatio. Nulla prorsus uirtus huic præponi debet, quam Dei filius singulariter commendauit. Nullum opus, nullaque commendabilis exercitiū disciplina saluti proximorum anteponenda est. Cæteræ uirtutes ad regulam metiuntur caritatis. Sed & ipsa caritas dilectione dignoscitur. Examinat se per se absque ullo erroris iudicio. Hic etenim dilectionis affectus, quamvis in omnibus existat Christi membris, varies tamen in singulis fortitudo affectus. Quemadmodum in humano corpore diversa subsistunt membra, uno nihilo minus omnia diriguntur spiritu, sine confusione atque discordia: ita & in mystico ecclesiæ corpe, nec non & in quolibet sanctorum collegio unus caritatis spiritus subiecta in unitate sibi copulat membra: discernit in munere, dividitq; in ministerio: adeò ut de fidelibus uix reperiantur duo, qui in affectu & actione cognoscantur aequales. Multiformis gratia quum sit spiritus, sibi inhærentia decorat electorum membra, mirabilique ornat uarietate uirtutum. Ab hac radice caritatis, deuotionis trahitur pinguedo: quæ uirtutum fœcundat ramos, facitq; diuinorum eloquiorum uernantia germinare folia, & desideriorum cælestium redolere flores, atque consummatæ iustitiae maturescere fructus. Hæc alimenta sunt, quibus pascantur, qui in spiritu ambulant. Hæc sunt caritatis sanctæ, dilectionisq; mutua incrementa. Ex his cohaeret corpus capitii: & membrum membro præstat famulatus officium. Confoederantur simul, sibiq; inuicem communicant donorum spiritualium margaritas: thesaurosq; cælestium uicissim participant meritorum. Locupletantur omnes ex abundantia singularium, & uniuersis filijs suis sancta mater caritas hæreditatem diuidit sempiternam. Quum enim in cælorum regno beata hæc ineffabili sublimetur honore, diuitijsq; dicitur: qua ratione putandum est, ut quum suos alumnos amplectatur dulciter, eos egerre aliquo patiatur, aut esse inglorios? Non cumulare sibi, sed largiter erogare, caritas est proprium. Proinde omnibus sufficienter tribuit extraneis & amicis. Extraneis quidem temporalia & terrena: amicis uero spiritualia & æterna. Neminem suorum pro sibi ingenita liberalitate expertem finit esse donorum. Quotquot parit uerbo, quo sive suæ fouet humanitatis gremio, post huius peregrinationis consummatum agnem ad sydereas secum prouochit mansiones: & tanquam uerissima genitrix de suorum gaudet gloria filiorum. Hoc spiritu reuelante, persenserat Propheta: quando exultatione repletus, aiebat: Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum latet. Vtique enim nomine, sterilis uidelicet & matris, pro suæ merito dignitatis diuina caritas uocatur. Porro dum uacat Deo: quando diuinis splendoribus mentem irradiat: quando desideriorum igne contemplantis cor replet: quando ipsius respersus dulcedine, atque supra se erectus animus tuncundam Deo laudum exhibit modulationem, & sanctissimum spiritualium, cælestiumq; cantionum persoluit holocaustum: tunc quoniam non egreditur foras, nec quipiam operis sensibus captabilis carnalibus exercet, sterilis nominatur: quanquam hæc sit omnium actionum præcellens actio, atque occupationum præcipue opus: dignum Deo, gratum angelis, uniuersæq; cælesti curiae placidissimum. At uero quum ministerio incumbit infirmorum, quum languentium medetur languoribus, extergit cicatrices, dolores lenit, pascit famelicum, uestit nudum, uisitat carceri mancipatum, sepelit mortuum, concordat litigiosum, docet inscium, reuocat errantem, dubitanti consolit, uerbum salutis annunciat, & animalium lucris imbuter inuigilat: quum singula hæc agit, non iugis laudis seducta affectu, non quæstua gratia,

**A** gratia, aut cuiuscunque temporalis commodi appetitu: sed intentione pura, sed fraterna æmulatione, sed uirtutis zelo, sed diuini honoris desiderio: tunc procul dubio maior nuncupari meretur. Est itaque sterilis & mater: fœcunda & uirgo, iuxta suæ exercitationis laudabilem caritatem. Ad uos nunc, ô milites Christi, qui uestræ conuersationis studia Deo obtulisti, quicq; uirtutum sublimem arcem scandere nitimini: meus sermo dirigitur. Sectamini caritatem: fraternalm æmulamini dilectionem. Sunt siquidem in illa immensa opes, merita cumulatissima, copiosa pax, gratia abundans, dulcedo latens, suauitas spiritualis, cælestis delectatio, securitas mentis, serenitas conscientiae, fidei certitudo, inuisibilium gustus, castissimus amor, sollicitudo non pigra, proficiendi desiderium, alieni boni congratulatio, mali odium, detestatio delictorum, uirtutum sitis, concupiscentia æternorum, conuictum iuge, cordis iubilatio, lætitia causa, cognitione Dei, contemplationis auditas, puritas orationis, dissolutionis corporis expectatio, & futuræ resurrectionis indubitata spes. Solliciti, inquam, estote seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, in amore fraternitatis, in amicitiarum fœdere, in copula animorum: ut hanc uirtutum reginam possidere ualeatis. Mementote, quæsio, cuius filij sitis, quid uouistis, quid accepistis, quid agere debeatis. Excelsa proœcto professio Christianitatis est, & maxima perfectione decorata. Si illam apprehendere nitimini, caritatem concupiscite, caritatem tenete, cui uirtutes reliqua, ueluti spirituales pedisse, quæ famulantur. Exiguo laborabit tempore, si in solam dilectionem uestra studia direxeritis. Dei amicos uos faciet, summis locupletabit opibus, uosq; in perenni gloria honorabiles reddet: atque in regali cælorum palatio alma hæc caritas mirifice collababit. Accelerate, oro, gressus mentis: ocitus currite, prius quam uobis sol occidat, expireret dies, & inclinentur umbræ. Festinate ingredi portas eius in exultatione cordis, in hymnis & canticis spiritualibus, cantantes Deo lætitia carmina, atque iuxta Prophetæ **Psal. 150** exhortationem laudantes dominum in sono tubæ, in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo: in cymbalis bene sonantibus, atque in cymbalis iubilationis. Vobis etiam aduocate, quotquot ratione sunt prædicti, siue qui peregrinantur in terris, siue qui in cælis regnant: quatenus uoce consona, & pari modulatione omnis spiritus laudet dominum.

De tripli, carnali uidelicet, sensuali, & spirituali amore. Cap. III.



**A P I E N T I A M** Dei paulò superius salutis monita, atq; utilissima dilectionis præcepta dantem discipulis præsentibus, & uniuersæ secuturæ ecclesiæ iucundè audiuiimus, mente cognouiimus, diligenterq; oculis perspeximus cordis. Aiebat enim: Mādatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem,

**D**icit transierant lege: nec cælestē aduenientem super se admiserant imbre, ut molirentur in fide, & Deo grati fierent per fidem, amoris statuere legē. Noluit tamen precepto solo sibi famulatæ ad obedientiam exhortari. Promissiones addidit, dicente Propheta: In custodiendis illis retributio multa. Et quoniā multa est retributio legem Dei seruantibus ipsius amore succensus, inquit alibi: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Præbuit insuper exemplū, quatenus omni ex parte circuuentus preuaricator homo nullū terga uertēdi à domino aditū reperiret. Seipsum in exemplū exhibuit, quod sequamur: se formam dedit, cui imprimamur. Quamobrem in sui pronūciatione mādati, inquit: Mandatū nouum do uobis, ut diligatis inuicem: sed signanter intulit, sicut dilexi uos. Sciebat in hac uirtute caritatis, quemadmodū & in ceteris, solere fraudulentū aduersariū zizania miscere cum triticō, & sub lucis imagine, tenebras palliare. Ne igit̄ deciperemur: separauit à zizania triticū, & ne tenebris inuolueremur, caritatis præmōstravit lucē. Tacite quidē suis nos sermonibus eruditū, ut prudenter ab amore amore, tanquam à zizania triticū diuideremus, & lucē à tenebris. Ut autē

elucescat clarius; quod adhuc sub literæ uelamine latet; triplicem scindendum est esse a. B.  
morem, carnalem uidelicet, sensualem & spiritualem. Carnalis namq; amor uoluptuosus  
est, & deseruit libidini. Aduersarius quum sit Del, carnis opera perficere concupiscit,  
quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria; idolorum seruitus, ueneficia, ini-  
micitiae, contentiones, emulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia, e-  
brietates, comedationes, & his similia. Suæ actionis finem constituit uoluptatem, neq;  
allam sui operis querit habere mercedem. Comedendo esurit: & nunquam famis eius  
saturatur inedia. Perambulando per loca inuia, & inaquosa arbitratur se requiem inue-  
nire posse, nec tamen ualet: quoniam nihil reperit suo dignum amore, aut cui affectio-  
nis uinculo inseparabiliter hæreat. Quod enim deforme, seu imperfectum est, nec amo-  
ris auferre famem, neque humani cordis sibi ualet arripere principatum. Quod satis si-  
bi esse non potest, alijs quomodo sufficiet? Creaturarum inopiam insinuat hoc, atque  
uniuersa: non ad fruitionem, sed ad usum suis condita manifestat. Porro lex ista, lex  
est sapientiae: qua naturale eruditur ingenium: ut non aliunde suæ uelit capere peregrina-  
tionis solatium, quam à suo atque omnium conditore. Sic itaque carnalis amor, pec-  
catum, & poena peccati esse cognoscitur: dum se auertendo ab eo qui est, & delicti reus  
efficitur: & in concupiscentia creaturarum semper est vagus & profugus. Diligendo  
in procello seculo pelago pacem quærens non reperit, ubi suæ dilectionis figat pedem.  
Quamobrem ad Deum: in quo pacis imperturbabile bonum, & dilectionis inest bea-  
ta tranquillitas, remeare compellitur. Hoc nimirum diuinus sermo, quum pereuntis per  
diluvium mundi narraret historiam, intimare curauit. Nam quum Noe scire cupiens,  
utrum diluij diminutæ fuissent aquæ, emisisset de arca columbam: illaç circunquaque  
peragradò minime reperisset, ubi pedum suorum uestigia figeret, ad eum, a quo directa  
fuerat, redire coacta est. Mysterium hoc præcipuum est, & carnalis amoris documen-  
tum quam maximum. Qui legit, intelligat. Sensualis autem amor carnali minus per-  
niciosus, indiget & ipse diligenti examinatione, peruigiliç custodia, ne labatur in de-  
terius. Bonum quidem respicit, bonum diligit, & allicitur bono. In sui exordio totus san-  
ctus, totus mundus, totus fructuosus esse censetur: quum re uera sub eodem multifaria  
insidia lateat, quæ non melius, quam ex dilecti deteguntur absentia. Nam amatæ rei de  
absentia coceptus moeror amori sensuali perhibet testimonium. Sensualis ideo dicitur:  
quia corporeis sensibus nutritur & pascitur. Se pariter cum dilecto diligit, delectationē  
propriæ diligendo diligit, & nisi cum difficultate, cuius diligit carentia, patitur. Veniam  
facile meretur: tametsi cōmoditatem, seu delectationē propriam querit: quoniam in-  
tentionis suæ radicem in caritatis uirtute solidauit. Ut prosit, siue iuuetur, mutuam dile-  
ctionem exigit conuersationem: propter quod nō ualet perspicaci æquitatis iudicio affectio-  
nis suæ agnoscere maculas. In carnalis & spiritualis amoris constitutus est medio, pro-  
chuiuscç foedatur carne, quam in spiritum transeat. Proinde maximo timoris ac pruden-  
tiae dirigidus est moderamine, ne sordibus uoluptuosis polluatur amoris. Nunquam  
ad libitum illi conuersationis habena laxanda est, ne forte prostratus, uel seductus ten-  
dat, quo ei minime licet. Vix & cum difficultate evadere quis potest latentes in hac sen-  
suali affectione insidiæ, quum inter carnalem, naturalem, spiritualiç amorem habi-  
tationis suæ collocauerit sedem. Quis inter tot affectionum scopulos mentis nauem  
inconuissam deducere ualeat? Perfectorum hoc proprium est, qui ex diurna consue-  
tuadine, atque inhabitante sapientia eruditæ exercitatos habent sensus ad discretionem  
boni & mali. Vnde euaginatum semper aduersus inordinatos animi motus gladium  
spiritus tenentes repente, ut in se pullulare deprehenderint, uiriliter necant. Hoc agens  
Propheta, suo nos uolens exhortari exemplo, inquit: In matutino interficiebam om-  
nes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.  
Hinc rationabili examinatione utriusque affectionis: sensualis uidelicet, & spiritualis  
colligitur proprietas. Sensualis quidem mixtus est, carnali proximus, & priuata im-  
pulsus delectatione, atque bono regimine indigens, ne in deterius labatur. Spiritualis  
terè purus est, solidus, & exercitatus. Dignatur pto sui innocentia, ac generosita-  
te terreno foedari puluere, & à diuino detorquet amore. Virtute quippe ducitur, mo-  
ratur ratione, trahitur caritate, restitutus uirtutem, si forte qualcumque pulsetur ille  
cebra

A cebra. Se totum Deo dedicat: se ad Deum dirigit: & quantum illi fas est, in Deo requie-  
scit. Sic se exercet exterius: sic corporalium sensuum utitur instrumento, ut Deum, quem  
toto dirigit caritatis affectu: totis viribus præ oculis habere conetur. In istiusmodi mu-  
nitissimo diuini amoris constitutus præsidio minime cæterarum affectionum faculis  
uulneratur. Impenetrabile siquidem caritatis est scutum, si discretionis dextera susten-  
etur, si obiectatur ictibus: si vigili corde seruetur. Eneruatur autem ex negligentia: at-  
que ex sui fiducia amittit robur suum. Dormitante anima: & à sui custodia præ tardio lan-  
guente totius boni aduersarius cupiditatis aquam caritatis superinfundit incendio. Il-  
lud pedetentim tepercere facit: atque à naturali diuertere motu. Quandoq; etiam (nisi  
solerti cura spiritualium studio amoueantur contraria) prorsus extinguitur, & uertitur  
in fauillam. At uero fiducia propria, quum ex metis deliberatione elationis sit filia: spi-  
ritualium facultatum dispergit copiam: atq; ad opus bonum infirmum reddit animum:  
adeò ut illa perdurante in corde nunquam firma proficiendi spes uigeat. Quamobrem  
dubium non est solùm perfectos atq; apostolicos uitros huiusmodi spiritualis affectio-  
nis decoratos esse uirtute. Alieno nequaquam indigentes solatio: neque sensuum dele-  
ctatione propter paracliti præsentia, & supereminentiam caritatis, qua induiti sunt, cu-  
cta, quæ diligunt, recta amant intentione: nedum propter Deum, uerum etiam in Deo:  
cuius sociali familiaritate exhilaratur, & uiuunt. Hoc præcipuo defœcatoç amore spiri-  
tus sanctus cælitus emissus Christi discipulos insigniuit. Igne nanq; eorum corda inflam-  
mata diuino omnem repente carnalis sensualisç amoris amisere rubiginem. Tanto præ-  
terea imbre inexhaustibili & æterno cælestis Hierusalē fonte spiritus emanauere aquæ:  
ut totam inordinati amoris abolerent scoriam. Longè antè ore propheticō tam nouum  
facturus prodigium enunciauit dominus. Effundam (inquit) super uos aquam mundam,  
& mundabiunni ab omnibus inquinamentis uestris. Psaltes quoque egregius huiusce-  
modi donum se percepturum non dubitans aiebat domino: Asperges me hysopo, &  
mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Nō autem tale munus in uirtute pro-  
pria utriusq; testamenti uenerandi meruere patres: sed ex superueniente in eis: atq; per  
eos diuina cooperante gratia. Prius etenim quam illa replerentur, sensuali ipsos amore  
refertos fuisse dubium non est. Hoc perspicue in apostolorum claret principe. Ille quip-  
pe, quamuis fide cæteris esset ornatior: quamuis plus alijs diligenter dominum: tametsi  
regni cælorum claves ad ligandas animas, atq; soluendas suscepit: licet apostolicæ di-  
gnitatis cathedra sublimatus fuisset: non tamen ad spiritualis fastigium amoris, nisi post  
aduentum spiritus attingere meruit. Tenerimè quidem ante domini resurrectionem  
eundem diligebat dominum, & ardenti illum amplectebatur amore: non tamen carna-  
li: quia illo per gratiam fuerat euacuatus: neq; spirituali, quoniam paracliti gratiam nō  
dandum perceperat, sed sensuali, priuatoç. Hinc est, quod eo plenus ab ipso domino Iesu  
nusquam abesse patiebatur. Vbique illum nimia illius captus dulcedine comitari cu-  
piebat. Nam semel quum uniuersi præter duodecim, à domino discipuli discessissent,  
ad eos qui remanserant, ipse conuersus ait: Vultis & uos abire? Illico Petrus sapientiae  
sermonibus assuetus responsum dare non distulit, dicens: Domine ad quem ibimus?  
Verba uitæ æternæ habes. Pabulo uerbi saginatus creberrime, illoç priuari formidans  
sine cunctatione sui soliditatem patefecit amoris. Alio etiam tempore, quum in montis  
uertice transfigurati domini aspiceret claritatem, quadam mentis profusus dulcedine  
hanc prorupit in uocem: Domine bonū est nos hic esse: si uis, faciamus hic tria taberna-  
cula: tibi unum, Moysi unum, & Heliae unum. Quemadmodū infans, qui matris adhæres  
uberibus, ac lactis dulcedine pascit: nequaquam se ablactari permittit: sic Petrus delecta-  
bili præsentia Christi captus ille cebra nolebat relinquere quod tenebat. Proinde con-  
struendorum tabernaculorū consilium dabat. Ignorabat tamē, quid diceret: nō aduer-  
tens, quod contemptis cæteris priuato seducebatur amore. Denuo cum idem mediator  
passionis suæ futura narraret ludibria: atq; de proximo in Hierusalem se prediceret mori-  
ritum: ipse Apostolus magistri non ferens absentiam taliter exorsus est. Absit à te do-  
mine. Non fieri hoc. Cui humanæ sapienti, sensualiterç diligentí cum indignatione re-  
spondit dominus: Vade post me Satana: scandalum mihi es. Nō enim sapientia Dei sunt:  
sed quæ sunt hominis. Merito siquidem discipuli puerilem obiurgauit sensum, qui  
salutem

Ezech. 36

psal. 50

Ioh. 6

Matt. 17

Matt. 16

salutem corporis, suiq; amabilem præsentiam conditoris expectantium commodo: ac redemptioni præferebat humanæ. Minime redargueretur si non sensualiter moueretur. Ita quoque nunc eodem, quo prius, sensuali ductus affectu loquenti domino, inquit: B  
 Ioh. 13. Domine quò uadis? Per uigili etenim corde, ac ore tacito dominum audierat, dicentem: Filioli adhuc modicum uobiscum sum: quæretis me: & (sicut dixi iudeis) quò ego uado, uos non potestis uenire. Audierat etiam illum dilectionis mutua legem statuenter. Cætera postposuit, & de solo corporali turbatus discessu, quem metuebat maxime: & nolebat ut fieret, inquit: Domine quò uadis? Toties, ô domine repetitū passionis sermonem te referente intellexi: te ad hoc paratissimum semper agnoui: unde in præsenti conuiuio dixisti: Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum, ante quam patiar. Multa etiā insueta te agere confuncio: paschæ solennitatè adesse intueor: tuum præterea uereor abscessum, mortisq; expauesco suppliciū. Non autē ad id amplius dissuade audeo: pro quo te uehemeter increpasse me recolo. Quod si ut remaneas, impetrare non ualeo: unum tamen flagito, ne deneges mihi, edicito saltē quò uadis. Si te nequeo, E  
 retinere mecum: enarra (obsecro) quò uadis, ut ego ueniam tecum: quatenus sicut particeps consolationum fui: ita passionis consors inueniar. Memento (quæso) quò tuæ speciem gloriæ, tuæq; diuinitatis altitudinem patre tuo mihi reuelante cognoui. Splendorem etiam faciei tuæ sole fulgētioris intueri merui: & in cunctis præcipuum erga me exhibuisti affectum. Cur nunc igitur non uis exaudire me: neq; quò iturus sis referare? Absentiam tuam æquo nō ualeo sustinere animo: ideo precor te, ne me deserfas, neq; solum sine te derelinquas. Quocunq; perrexeris, pergam. Siue ad dexterā ieris, siue ad sinistrā, tecum pariter proficiscar. Vna amborum sit mansio, mutuiq; amoris iucunda ueriusq; sit conuersatio tam ualida, tamq; perseverans, ut corporis sola morte diuidatur. Ad hæc dominus: Quamobrem, inquit, ô Petre, querimoniam agis cōtra me: cur tanto nunc mœrore consumeris: quare suffusis lacrymis ubertim ploras, atq; flebili importunaq; uoce dicens: Domine quò uadis? Putasne quia nō diligo te? Cūm enim semper amuerim te, tecq; mihi familiari fecerim adhærere contubernio, qua uales modo ambigere G  
 ratione: ut sicut heri, & nudiustertius non te diligam, quoniam te mecum ducere nolo. Talis, ô Petre, cogitatio nō surrepat in cor tuum, taliaq; fari desine. Te diligo, & tanquā mihi amplector carissimū. Volo quidē, ut ubi ego sum, tu similiter sis. Carnē propteret sumpsi, in hanc miseriarum uallem peregrinatus adueni humanis communicans passionibus, ut te per me traherem ad me: quum hoc non posses per te sine me. Securus igitur esto, neq; de mea contristeris absentia. Non te negligo, non te abiicio, nō te odio habeo: dum te post me superstitem derelinquo. Ad profectum tuum hoc ago: atq; pro tuo rūm cumulo meritorum. Verum ne suspensa te diutius mente dimittam: ne nutanti cogitationi, tuisq; sermonibus querulis respondere plus differam: scito quia quò ego uado, non potes me modò sequi. Tener es, & inualidus animæ uiribus, atq; spirituali adhuc lacte nutrientus. Quod petis, perfectorum est. Timore quidem seruili suppositus es: nec me spiritualiter, sed sensualiter diligis. Cresce in uirtute, roborare in fide: in caritate te perfice: præcinge te patientiæ cingulo: uestimentis te indue nouis, deposito H  
 prius ueterem hominem cum actibus suis. Non enim hæres esse ualeat cum filio liberæ, ancillæ filius. Nam etsi non potes me modò sequi, quia debilis es, sequeris utique postea. Oportet ut ego præcedam te: atq; exiliū huius, quibus ad beatam graditur uitam: semi-tas sternam: quatenus tu facilius post me incedere ualeas. Mors quippe corporis, quā ego sponte sustineo, diraq; mei agonis crudelitas, qua examinatus inteream: tuas omnino transgreditur uirtutes. Proinde tibi dico, quò ego uado, non potes me modò sequi. Postquam autem resurrexero: postquam cælorum alta concendero, ad te paraclitum dirigam, qui mētem tuam tanta soliditate firmabit, ut nullo modo ualeas superari. Igne siquidem amoris sui concremabit te: & dulcedine sua adeò reficiet te, ut inimicorum minime tormenta pauescas. Dono sapientiæ intellectusq; compleberis: cuius: adiutorio fultus omnem humanæ poteris cōfutare prudentiam. Constatem etiam te faciet fortitudinis dono atq; magnanimitati: ita ut pro illatis flagellis te faciat gaudere uehementer. Parum per etenim desideriorum tuorum gradum tempera, ne immaturius uelis assequi: quod exposcis. Quis temeritati nō ascriberet & insipiētia, inermē uidere cum aduersa

A rīs sæuis ac ferociis uelle habere congressum? Quis imperito consulteret, ut cum disciplinatis & doctoribus disputationis haberet conflictum? Quamobrem proprias metire vires, ut non supra uirtutem perfectorum audeas appetere pugnam. Scio: & optimè scio, quis sis, quātumq; ualeas. Nullus mihi de tua sufficientia inest error, nullusq; de profectu tuo liuor, quatenus suspectos meos te oporteat habere sermones. Nam si ego certantibus coronam polliceor, illamque uictoribus fideliter tribuo, quia deberem ex causa dissuadere pugnam, atque terroribus debilitare attimo bellatorum? Nonne ego sum, qui in terram ueni mittere gladium? Veni semper separare filium aduersus patrem suum: & filiam aduersus matrem: & nurum aduersus socrum suam. Nempe dominus exercituum ego sum. Ad hoc apud uos diuinitate descendit, ut mundi prosternam principem, meaq; potestatis alligem uinculis, atq; illius spolia diuidam. Si dux ego sum militia angelorum, cur non etiam hominum? Certe hominum & angelorum dueatū teneo: & per eosdem mea gero certamina. Ex ipsis ordino bellatores, constituo duees, agminaq; dispono. Te itaq; in terris militantiū ducem feci, te elegi de milibus, & meis pretulsi fidelibus uniuersis: regisq; armis insigniū te: & ut te pugnare nolim arbitraris: Profectus uolo, ut decertes cum hostibus meis uisibilis & invisibilis, mihiq; totum subiectas orbē, ac meas sparsum per infidelitatis devia errantes colligas oues, ecclesiam meam instituas: & tunc demū cum triumpho martyris laureatus uenies ad me: teq; de prelio reuertentem angelorum mihi famulantiū coetus in suum admittet consortium p̄enniter regnaturū. His Petrus auditis sui cordis ardore non sustinens, & ultra quādici potest, exhilaratus de sibi facta futuræ gloriæ sponsione inquit (nimio quippe sui redemptoris urebatur amore) Durū mihi sunt, ô domine, quos audio, sermones meis uotis dissimiles. Nā (ut agnosco) omnino recessurus es. De præsentia tua melliflua, ô domine, quāuis tua uiter lætatus sim: quāuis nō modicū de eadem profecerim, ut ad patrem, unde existi, redreas: quoniā expedit, fiat uoluntas tua. Subiçio me idipsum uolēs, quod tu. Liberaliter abngeo me. Diuino honori, quē de tua non ambigo emanaturū passione, propriā postpono uoluntatem. Humanam redemptionem, quam in patibulo suspensus celebraturus es, quamq; æstuanti sitis caritate, & ad quā iucundissimo accedis amore: ego tecū, quāq; affectione impar, pergere concupisco. Incongruū est, ut solus eas. Tu quidē tanquā sacerdos magnus sancta sanctorum in sanguine testamēti solenne celebraturus sacrificiū fiducialiter introibis. Ego uerò ueluti minister tuus: nō tamen sine sanguinis effusione, neq; pro cōmuni redēptione: sed pro tua moriar dilectione. Sūmus es pontifex, & altissimi sacerdos. Proinde minime decet, ut absq; ministro offeras sacrificiū. Mosi, quādo Sīnā ascendit, ut legē tuo sancto scriptā dīgito mereretur accipere, associatus est losue. Heli Samuel ministrauit. Heliæus Heliæ. Tu autē æterni sacerdotij pontificatū gerens, & præfules omnes dignitate præcellens, sine ministro aliquo tuum uis libare holocaustum: Oro te domine nō fiat hoc, ut nō tuæ deroges maiestati. Cūm tibi milia militi angelorum ministrent in cælis, unico uel nunc contentus esto ministro. Nec dubites, ô amantissime magister de carnis meq; fragilitate, aut supplictorum immanitate. Animam D meam gratāter pro te ponam: tecumq; & in carcerē & in morte ire paratus sum. Nō em uereor impiorū minas: nō tortorū sauitiam, nō irridentium subsannationem: non ipsam deniq; mortē. Caritate tui cūm uulneratus sim: quū tanto tēporis spacio sanctis tuis sim exhortationibus robotatus, refectus consolationibus, exēplis solidatus, atq; promissionibus animatus, putasne deseram te solatiū singulare animæ meæ, & desideriorū meorū cōcupita satietas? Experi (obsecro) utrum idoneum ministrū elegeris, cui ouium tuarum curā cōmisisti. Nunc igitur amore præcinctus tui sequar te: & usq; ad crucis patibulum, etiam te inuito, nō diuittam te. Erras (inquit dominus) ô Petre: & nimium falleris. Vehemens amor, quo me plus cæteris diligis, iudicio uero carere dīgnoscitur. Præcepis est, & inconsultus: propterea infraenādus. Præcipitaret prorsus, si proprio duceretur motu. Prudentiæ statera pensandus est: ordinandus est, ne dextera laeuāue declinet. Audio etenim te maxima polliceri. Placēt planè mihi desideria tua, in tuisq; spirituſ ſeruore delector, ac magnanimitate pugnādi. Vnū tamē sapientiæ meæ diſsonum esse uideſ: quod ad tuī profectū celatum iri nō patior. Cur uidelicet inexpertus quū sis talia, tamq; ardua spōdere nō uerearis? Taceo q; homo sis, taceo q; tāquā imbecillis; & neophytus nō sp̄tualiter,

equaliter, sed sensualiter me diligis. Edicito (te oro) mihi, quot inīisti certamina, quo ho-  
stes superasti: quę sint uictiorum tuarum insulae triumphales? Scirem etiam libentissi-  
mè abs te quales qui te impugnant, sint aduersarij, quæue tibi sit consuetudo certan-  
di? Nemo prudentia pollens si dissuetus, aut ignarus sit pugnae, belli palmā se reportare  
præsumit. Nam dimicādi ars perficitur usu: usus exhibet audacem, mētis audacia uicto-  
**Marc. 2** riæ cōcīpit spes. Spes autem uires ministrat, & ad triumphum usq; perducit. Nihil ho-  
rum adhuc in te esse conspicio. Nonne me dixisse recolis, quod nuptiarum filij lugere ac-  
seiuare non possunt: quandiu cum illis est sp̄sus: quum uero auferetur ab eis sponsus:  
tum in illis seiuabunt diebus? Nam et si mecum in meis permansistis tentationibus, ut  
iq; protexi uos, ipsasq; lenificauis, ne plus debito grauarent uos. Nunc autem recessurus  
**Luc. 22** à uobis corporaliter tantum expetiuit Satanus, ut cribraret uos sicut triticum, arbitrans  
sine præsentia meæ adiutorio uos facillimè suo uendicare dominio. Ego autem quam-  
uis pro omnibus: præcipue tamen rogaui pro te, ô Petre, ut non deficiat fides tua. Ma-  
gnum contra te cerno parari conflictū, grauemq; super te imminere ruinam: propterea  
rogaui pro te, ne deficias: atq; succumbendo in tuorum inimicorū deuenias prædam. Si  
ista crederes: sic futura, ut ego, agnosceres: fateor quia nequaquam dices: quare nō pos-  
sum te modo sequi? Anima mea pro te pono. Ut igit̄ latius apertiusq; tibi, quæ acturus  
**Matt. 26** es, referem, scito prænoscens, quia antequam gallus cantet, ter me negabis. Ad hoc ex-  
pauit cor Petri, & incredibili mœrore sauciatus est. Sciebat nanque ueracem esse magi-  
strum, semper uera nunciare. Quamobrem dígitum superposuit ori suo, conticuit: nec  
ultra aduersus dominum fari ausus est.

*Qualem Dei filius profecturus ad patrem discipulis exhibuerit exhortationem.* Cap. IIII.

**P** Eregr̄e profecturus quisq; pater familias suis in unū uernaculis congregatis,  
prius quam iter arripiat, uniuersa prouida gubernatione disponit. Singulo-  
rum officia diuidit, agendorum modum ordinemq; insinuat: futura prædictit  
pericula: se tamen reuersurum prænunciat: atq; ipsorū animos nimia ne illius  
abscessu mœstitate prostratos, blandis conatur mulcere sermonibus. Multum etenim G  
proficiscentibus confert, si mente pacatam, compositam moribus, ac agilibus instru-  
ctam familiam dereliquerint. Sic Isaac sanctus & longeus uniuersæ carnis debitum so-  
lutorus, ac descensurus ad inferos, quum oculis præ senio caligaret, antequam morere-  
tur: suam (ut moris erat) primogenito Esau dare uoluit benedictionem: quanquam di-  
uina aliter ordinauerit prouidētia. Ipse quoq; Jacob, qui à Deo dilectus, & à matre præ-  
monitus fratri præripuit benedictionem, quum decubaret, & morte uicinus esset, omni-  
bus conuocatis filijs magna cum autoritate singulis spiritu reuelante enarrare inchoa-  
uit, quæ super eos, & posteras filiorum suorum futura erant generationes. Nil siue boni,  
siue mali conticuit, quin panderet illis. Moses similiter omnium, qui morabantur in ter-  
ra, mitissimus: prius quam uocante illum Deo montis uerticem concendiisset, & pro-  
missionis terram longè positus circunquaq; lustrasset, coadunatis pariter filijs Israel u-  
niuersis egregium canticum illud exposuit, in quo præuaricationem, ac uenituræ dam-  
nationis ipsorum sententiam luce clarius patefecit: nō indignatione, seu liuore permo-  
tus: sed caritatis zelo compulsus, si forte diuinis comminationibus auditis resipisceret,  
obduraticq; mollescerent, atq; ultionem formidabilem reuocarent. Sic in ultima seculo-  
rum generatione Dei sapientia in carne passibili constituta: quum in extremo uita suæ  
termino in medio suorum cōsideret discipulorum, perfectis ritè paschalibus sacra-  
mentis tanquam delegato testamento excellentissimum de mutua seruanda dilectione edi-  
dit sermonem, monita saluberrima continentem, suæq; caritatis incentiuum permaxi-  
mum. Nemo plane huiusmodi ualeat dignitatem explicare eloquij: quippe cùm ab ipso  
purissimo emanarit sapientia fonte. Discipulis quidem suis adhuc paruulis, ac caritatis  
dulcedine nutriendis, tanquam spirituale lac talia propinavit. Oppresserat illos mœror  
pro cari discessu magistris: & pro ipsorum exili fide atq; fiducia fluctuante. Ignorates ete-  
niam quid de seipsis fuerat euenturum, uarijs cogitationum agitabatur procellis. Diui-  
**Ioan. 14** niam nondū super se intellexerant prouidentiam continuo uerbis fulti præsidio. Hoc in-  
tuens dominus, qui propinqua & remota, futura & præterita uniuersa prospectat: con-  
solatoria uerba exorsus est, dicens: Non turbetur cor uestrum. Pius pater magno cura-  
rum

A rum æstuanses turbine blande filios adhortatur. Nempe ueluti peritissimis medicinæ  
regulis imbūtus opportunam illis exhibuit medicinam. Non autem illis de diuinitatis  
essentia, aut beatorum gloria sermonem edidit, sed de pacis uasione. Sublimia illa in-  
quieti quum essent, capere minime potuissent. Nam inquieta mens non ualeat erigi su-  
pra se, neq; eruditæ sermonibus sapientiae. Ex sui quippe dissensione indocilis efficitur,  
atq; ex perturbatione aditum in se obstruit ueritati. Proinde mirando quodam huma-  
næ prudentiae ingenio dei sapientia commotis discipulis pacis ac quietis suaderet bonū,  
quatenus iactato in eorum corda stabilitatis fundamento securum doctrinæ suæ domi-  
ciliū superædificare ualeret. Non turbetur (inquit) cor uestrum, tāquam semper uos  
deseram, fluctuationem animorum propellite, aduocate pacem, tranquillitatē tene-  
re, ut uobiscum conferre ualeatis, quæ uidistis de me, uel audistis à me. Numquid magna-  
lia operum meorum atq; stupenda obliuioni mandastis? Nunquid preclara diuinitatis  
meæ testimonia, quæ multifarie dīdicistis, aduertere nequitis? Redite ad uos, ut in me

B pacem habere possitis. Interim tamen creaturas omnes interrogate de me, in quib. de-  
tatis magnalia operatus sum, & ædificabunt uos, terra, mare, cæteraq; elementa, & ipsa  
cælorum astra se manuum mearum opus esse fatebuntur, & dicent. Ipse fecit nos, & nō  
ipsi nos. Recolite quid in sapientia libro de me per me scriptum sit. Quando præpara-  
bat cælos aderam, quando certa lege & gyro uallabat abyssos, quādo æthera firmabat  
sursum, & librabat fontes aquarum, cum eo eram cuncta componens. Ego sum dei fi-  
lius, de quo scripta sunt hæc, pro humana à patre restauratione directus. Propterea nō  
turbetur cor uestrum, quia uisibilem naturam amoueo, cum diuinitate semper uobiscum  
sum. Creditis in deum, creditis dei ubiq; esse præsentiam, creditis illius super uos proui-  
dentiam, & in me eadem similiiter credite. Non fidem uestram carnis tollat materia, ca-  
ritatisq; dulcedinem, & perseverantiae firmitatem euertat. Visibilis & inuisibilis natu-  
ra unum dei efficiunt filium. Nec humanitas adimit diuinitati, neq; diuinitas proprium  
tollit humanitati. Vna enim persona perfecta, inuisibilis, & inconfusa deus & homo  
est. Humanam tamen substantiam, quæ ex tempore coepit habere originem, sideribus

psal. 99  
Pro. 8

importabo, & super omnem efferam creaturam. Nullam igitur fidem uestram arbitri-  
mini habere iacturam, quia dixi, creditis in deum, & in me credite. Nullum quoq; detri-  
mentum uos passuros esse formidetis, dum corporalem meam ab oculis ueltris presen-  
tiā subtraho. Totum hoc ad profectum fiet uestræ fidei, exaltationisq; augmentum.  
Quemadmodum enim propter uestra morior delicta, uestramq; resurgo iustificationē  
ita ad glorificationem uestram uobis uidentibus cælos ascendam. Praecedam itaq; uos;  
non ut uestram præripiam gloriam, uel ut solus tāquam naturalis & uerus filius totam  
cælestem possideam hæreditatem, sed ut illam mecum pariter habeatis. Nec uos terreat,  
quia alio dixi in loco, seruus non manet in domo in æternum, filius manet in domo in  
æternum. Quod ibi secutus sum, mementote. Si filius liberauit uos, uerè liberi eritis. Ut  
liberem uos, crucis supplicium subire non dubito. Quamobrem uobis non inuideo, ut  
cælestis regni consortes mei sitis, pro quo gratis patiēdo uos libertati restituo, neq; glo-  
ria mea derogabit uestræ, nec uestra meæ, quippe quum in domo patris mei mansiones  
multæ sint, nō locis, aut limitibus distinctæ, sed meritis. Domus utiq; hæc patris, de qua  
loquitur Sapientia, cælorum habitatio est, quæ est preclara domus, & sublimis, æterno  
coruscans lumine, luminosa in se, ciuium numerositate referta, diuinitijs plena, dignitati-  
bus insignis, fulgens honoribus, pace secura, latitudine incomprehēsibilis, gaudio abu-  
dans, omniumq; locuples bonorum. Ordinibus quidem distincta est, decorata gradibus,  
& mansionibus segregata. Habent in eadem domo Angelī, Archangeli, Virtutes,  
Potesates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, ac Seraphim, proprias ma-  
siones diuisas, in quibus honorabiliter exaltati perpetuas deo exhibit laudes. Non so-  
lum autem hi angelici spiritus, qui ab initio domus huīus habitatores fuere, proprijs in  
cælesti aula nobilitantur mansionibus, uerum etiam quotquot homines prædestinati  
sunt ad salutem. Ambigendum etenim nō est patriarchas sanctos, sublimes uates, Apo-  
stolorum honorabile collegium, martyrum laureatum chorūm, concordem confessorum  
numerum, uirginum candidatum exercitum, sacerdotumq; sacerdotum ordinem spe-  
ciales in ipsa domo possidere mansiones. In uno siquidem uniuersæ sunt loco, una ra-

Ioan. 3  
Ibid.

Ioan. 14

D multæ sint, nō locis, aut limitibus distinctæ, sed meritis. Domus utiq; hæc patris, de qua  
loquitur Sapientia, cælorum habitatio est, quæ est preclara domus, & sublimis, æterno  
coruscans lumine, luminosa in se, ciuium numerositate referta, diuinitijs plena, dignitati-  
bus insignis, fulgens honoribus, pace secura, latitudine incomprehēsibilis, gaudio abu-  
dans, omniumq; locuples bonorum. Ordinibus quidem distincta est, decorata gradibus,  
& mansionibus segregata. Habent in eadem domo Angelī, Archangeli, Virtutes,  
Potesates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, ac Seraphim, proprias ma-  
siones diuisas, in quibus honorabiliter exaltati perpetuas deo exhibit laudes. Non so-  
lum autem hi angelici spiritus, qui ab initio domus huīus habitatores fuere, proprijs in  
cælesti aula nobilitantur mansionibus, uerum etiam quotquot homines prædestinati  
sunt ad salutem. Ambigendum etenim nō est patriarchas sanctos, sublimes uates, Apo-  
stolorum honorabile collegium, martyrum laureatum chorūm, concordem confessorum  
numerum, uirginum candidatum exercitum, sacerdotumq; sacerdotum ordinem spe-  
ciales in ipsa domo possidere mansiones. In uno siquidem uniuersæ sunt loco, una ra-

Laur. Iustin.

F men

mē quæcā eārum pro meritis īhabitantiū fulget, delicijsq; exuberat spiritualibus. Quis E  
verō domus huius gloriā, īcolarum felicitatem, cōcordiam animorum, mansionūq;  
speciositatem enarrare sufficiat? Generositatem, atq; ipsius excellentiam a longe, & ex  
parte cognoscens Propheta, amator effectus illius, eaq; participare desiderans in exul-  
**Psal. 83**  
**Psal. 25**  
tatione spiritus aiebat. Quām dilecta tabernacula tua domine uirtutum cōcupiscit &  
deficit anima mea in atria domini. Alibi quoq; inquit sic. Domine dilexi decorem do-  
mus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Merito quippe concupiscentiæ illius desi-  
ciebat amore, nam superexcedit bonū omne, quod uidit oculus, auris audiuit, & in cor  
hominis ascēdit. Domus illius decorem nullus agnoscit & negligit, nullus possidet &  
amittet. Sempiterna utiq; est diuino irradiata splendore, īnuinerabilem habitatorum  
capax, cunctorumq; delectabilium contentrix. In ipsa facie ad faciem uidetur deus, in-  
telligitur uerbum, amborum spiritus adoratur. Non annua, sed continua ibi celebratur  
solemnitas, & sponsa sponso castissimo atq; puro amoris connubio copulatur, fœcun-  
datur spiritu, amore foetatur. Nil est, quod displiceat, nil, quod amātiū perturbare ua-  
leat animos, reperitur. Tota pacifica, tota lāta, semper fidelis, nūquam coquinata,  
nūquam dilectione languescens. Ex gustu fruitionis caritatis indeficienter desideriū  
innouatur, ex caritate autem dilectionis modificatur ebrietas. Semper in illa sobrietas  
cum ebrietate uiger, satietas cum desiderio perseverat. Mutui amoris tanta est in ea sua  
uitas, tantaq; pro communicata felicitate fraternitas, ut fiat cooperante caritate conui-  
tium umum, populus unus, & cor unum in sacro sanctæ osculo caritatis. O domus def,  
o præfulgidæ mansiones, o ciuitas regis summi quanta in te sunt gaudia, & quām glo-  
riosa sunt de te dicta! Dilexi quidem speciem tuam, & concupiui iucunditatē exulta-  
tionis, quæ est in te. Ad te (fateor) suspirat cor meum, quoniam in te sunt karitatiæ meæ,  
laborumq; meorum concupitus finis. In te temporalem, quamvis minimam & caducā,  
quam contempti, felicitatem restaurandam esse non ambigo. Sapientiæ contuberniū,  
cui afficior, me in te adipisci confido, diuinam etiam, quam desidero perficere laudem,  
in te persoluere non diffido. Merito proinde diligo te, quāro te, clamo ad te, quiesco in:  
te, uulneror propter te, sitio te, & cupio affectu anxiu uidere te, plateasq; tuas auro stra-  
tas, muros tuos sapphiro, & smaragdo, omnīq; preciosō constructos lapide, ciues tuos  
immortalitatis candore fulgentes, regem tuum diuino diademate renitentem quidem  
in se, uniuersis uero benteuolum, atq; in astantium omnium oculis honorabilem. Vi-  
nam tuarum saltem unam minimam habere merear mansionum, quas deo coæternas  
sapientia præparauit in te electis suis regnaturis in te. Præparauit (inquit) æternaliter  
in se, perfecitq; temporaliter per se. Has positas in te mansiones eadem sapientia sibi ad  
hærentibus liberaliter discipulis re promisit dicens. Non turbetur cor uestrū, creditis  
in deum, & in me credite. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Turbabātur enim  
non mediocriter eorum mentes de humanitatis domini futura absentia, uerbi delecta-  
tionum inexpertes, propterea promissione cælestium mansionum cōsolabatur eos in-  
**Ioan. 14**  
**Ibid.**  
**Ioan. 14**  
**Luc. 2.4**

non. 14

H

quiens. In domo patris mei mansiones multæ sunt. Vnam tantum esse nō dixit, sed mul-  
tas, ne solum propriam nominasse uideretur. Habet nanq; sapientia etiam ipsa mansio-  
nem suam, sicut cæteri suas, alijs nihilominus longe dissimilem. Sinus nanq; patris, co-  
æternitas, consubstantialitas, parilitas, æqualitas, maiestas, diuinitasq; genitoris unige-  
nitū uerbi ineffabilis & spiritualis est mansio, ad quam nemo angelorum siue archange-  
lorum attingit, & in quam nullus prædestinatus ingreditur. Cognitio uero diuinitatis,  
patris limpida & facialis uisio, immortalitatis stola, stabilis & quieta celorum inhabita-  
rio, incorruptionis resurrectionis, gloriæ cælestis perfecta adeptio, angelorum æqualitas,  
societas ciuium supernorum, electorum perpetuæ esse noscunt mansiones. Ad hias spe-  
randas, capessendasq; debilium animos hortabatur dñs, utpote sc̄is quid dieceret. No-  
lebat enim, quos paternaliter diligebat, elegeratq; ut habitarent in summis, luteas ac te-  
porales appetere mansiones. In illos itaq; tacite inuehebat dicens. O pusilli, & tardi cor-  
de ad credendū ihs, quæ uobis per me dicta sunt. Quare catnis sensu ducimini, & nō ma-  
gis spiritu. Cur instanti separationi attenditis, & temporalem tātum de me consolatio-  
nē exquiritis? Futura fidei oculo prospicite, spiritualia diligite, æterna sperate. Dilata-  
mini igitur in diuinorum desiderio, dilatamini, & vincimini. Erigite ad celos mentis  
aciem,

A aeiem, & roboramini: Me spiritualiter amate, & caritate mea inflammini. Expercisci-  
mini inquam, latamini, & exultate, atq; abiecte de meæ carnis uisione tristitiam, & iu-  
cunditatis indumento ornate uos. Cogitate (oro) diligenter recessus mei causam, sermo  
num meorū mementote, mansionumq; mearum cautionem tenete, & intelligetis, quod  
gaudere uos potius, q; mōrere oporteat. Utq; tristari debueratis, si quo minus dixisse  
uobis, quia uado parare uobis locum. Quamobrem penes uos ratum habete, & de ue-  
stris cordibus nullius persuasione, nullo euentu, nulloq; deleatur terrore, aut supplicio,  
quoniam si abiero, & præparauero uobis locum, iterum ueniam, & accipiā uos ad me  
ipsum, ut ubi sum ego, illic & uos sitis. Audite nūc o uos discipuli, qui hactenus in mee  
rōre fuistis, & amoris desiderio, corde patulo, attentisq; auribus distincte auscultate,  
quid dicat dei uerbum, quid in carne & per carnem æterna loquatur sapientia. Recede  
re uelle à uobis se dicit, & ad patrem ascendere, ut excelsas & magnificas, quæ in regali  
cæli palatio sunt, præparet mansiones, faciatq; id eis (sicut propheta cōmemorat) omni  
bus electis suis solenne conuiuū pinguium, conuiuū uindemiac, pinguiū medulla  
torum, uindemiac defæcatæ, & recumbat ibi in regno cælorum, cum Abrahā, Isaac, &  
Jacob. Quibus rite paratis, iterum ueturum se afferit, ut uos accipiāt ad se. Anote si qui  
dem casto, hominū illectus amore reuertetur, ne superabundātiori de absentia illius  
corda uestra absorbeant tristitia. Veniet prorsus, sicut uenturū se dicit, & non tardabit,  
non discessurus amplius, sed uobiscum, & cum omni ecclesiā commoraturus usq; ad se  
culi consummationē. Neq; enim tunc discedet, & ascendet solus, sed iuxta ipsius polli-  
cationem accipiet nos ad seipsum, ut ubi ipse est, nos simus cum ipso. Quid est quod  
dixit, accipiāt uos ad meipsum, ut ubi ego sum & uos sitis? Non potest non esse ma-  
gnū, atq; præcipuum quod ait, ut ubi ego sum & uos sitis. Quamobrem ipsum dominū  
interrogemus, ubi est, quatenus hoc cogito, mente affectuq; esse incipiamus, ubi ille  
est. Dic igitur nobis o domine ubi es, dic inquā, ut scire ualeamus, ubi futuri sumus. Ar-  
denter satis id scire desideramus. Non nisi delectabiliter stare poterimus, si in æternū  
non separandi à te, erimus tecum. Dic oro, domine ubi es? Te in coenaculo cēnō cum  
tuis. Cum illis iam es, quibus dicebas, accipiāt uos ad meipsum, ut ubi ego sum & uos  
sit. Si sub uerborum uelamine nihil significare potuisti, quid magni polliceris dicens,  
ut ubi ego sum, & uos sitis? Si nihil latet, tecum sunt, & ultra expectare quid debent, si  
quod promittis, habent? Quoniam uero iuxta mei captum ingeniolī, sub mysterio lo-  
queris, curiositate semota, scire cupio abs te, ubi es, & ubi nos futuri tecum. Es ne forte  
in palatio aliquo manufacto, parietib, deauratis, gemmis ornato & purpura? Es ne in  
fede regia, eburnea, preciosis circumsepta monilibus, uarijsq; strata tapetibus? Talium  
scio domine, quod non eges. Hæc omnia gētes & seculi amatores querunt. Noui Apo-  
stolum tuum dixisse. Non in manufactis habitat deus. Nūquam horum quæ uidentur  
habitationem tuam esse, de qua sermo nūc agitur, certissimum est. Ore prophetico(ni-  
fallor) audio te dicentem, ubi es. Cælum, inquis, mihi sedes est, & terra scabellū pedum  
meorum. Alium etiam te reuelante agnosco referentem clarius ubi es. Quis (ait) sicut  
dominus deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit in cælo & in terra. In altis  
itaq; habitas, in cælo præsidies, in sublimibus regnas. Sedes tua (teste propheta) o deus,  
in seculum seculi, & uirga directionis uirga regni tui. Regnum quoq; tuum regnū om-  
nium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Habitatio tua  
æterna est, stabilis, pacatissima, restauratione non indigens, nulla uetustate senescens.  
Cuncta hæc diligentium te affectum mulcent, cordis sapiunt gustu, & flammam in eis  
tuæ caritatis accendunt, quum te in cælis esse audiunt tecumq; se sine fine regniatuos  
non ambigunt, iuxta quod scriptum est. Et fecit nos reges, & sacerdotes & regnabimus  
in seculum. Nempe audiebant sapide delectabiliterq; ab ore præceptoris Apostoli, se  
cum Christo futuros. Non tamè perspicue intelligebant, ubi tam grata societas fieret,  
neq; qua perueniretur illuc. Rudes adhuc erant, & in fide pusilli, atq; spiritualium igna-  
ti, spiritualis inexperti copulae, & cælestium insciij mansionum. Assueti quidem sensib,  
mysteria non poterant intueri diuina, quoniam perhibente testimonii Apostolo. Ani-  
malis homo non percipit ea quæ dei sunt. Quod intelligebant discipuli, hoc loqueban-  
tur. Vnde eorum unus Thomas nomine, uerbōrum domini minime capax, sciscitatus  
Laur. Justin.

F. est

**Ioan. 14** est dices. Dñe, nescimus quo uadis, & quomodo possimus uiam scire? Audierat quidē ipsum dñm dicentem. Quo ego uado scitis, & uiam scitis. Haec cum non spiritualiter intelligeret, sed ad solam corpoream dñi referret naturam, se uiam qua iturus erat, nescire fatebatur. Ideo aiebat. Dñe nescimus quo uadis. Paucis igitur prudentissimi dei sapientia nesciēti satisfecit discipulo. declarauit enim profunditatis eloquio, quod ineruditō discipulo uidebat obscurū. Ego sum, inquiēs, uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad me nisi per me. Quid euidentius, quid profundius, quid' ue breuius de se dicere potuit sapientia. Verba haec spirituali intellectu sunt grauida, & discussione dignissima. Via etenim est dñs Christus, non humanis calcanda pedib. sed angelicis ueneranda spiritibus. Porro uia haec, uia recta est, carens anfractib. ab errorib. munda, & absq; terrore ullo, in qua non discurrent latrones, nec leonum perambulant catuli rugientes, ut quærant escam sibi. In quā antiquus serpens & tortuosus coluber non irrumpit, non dilaniat, neq; mactat, ut perdat. Sepibus quidem & macerie est circundata, atq; ualida armatorū protetta manu, indicibili uidelicet angelorū hincinde multitudine custodif. In hac prorsus quicunq; simpliciter graditur, confidenter ambulat, gratia illum p̄cedente diuina, cōmitante deo, angelo protegēte, subsequentib. meritis. In ea qui incedit, securus, hilaris, festiuus existit, nec immerito. Regia enim est, deducens usq; ad ciuitatem sanctā Hierū salē. Fidei quippe synceritate, non corporeis passib. per ipsam pergitur, neq; locali per agratur motu, sed animæ affectib. eruditis cogitationibus, profectibusq; uirtutū. Qualis uia, talia incedentium esse debet itinera. Spiritus ait Propheta, ante faciem nostram Christus dñs. Quamobrem in lumine fidei, in nitore conscientiæ, in ardore caritatis, in fraternitatis amore, in decore animæ, in sapientiæ illustratione, in perfectionis zelo, in eleuatione mentis, in cælestium cōtemplatione, & in uigili cordis custodia gradientiæ semitæ diriguntur. Via igitur nobis factus est Christus adducens ad gratiam, cōducens ad deum, reducens ad se. Via inquam fulgens in cælo, illuminosa in se, credētibusq; per spicula uniuersis. Candore siquidem rutilans uerbi, & ueritatis splendore clarescēt nula ignorantiæ densatur caligine. In hac uia, qui ueritatem nescit, deuiat. Qui uero comittatur ueritatē, uiuentium tendit ad patriam. Nil enim peregrinantibus adeo sicut ueritas dignoscitur necessarium. O ueritas alma, quām præcipua & excelsa est tuæ generationis origo! In paterno siquidē æterni regis ueritatis dei pectorē initium habes sine initio, & uitam sine fine. Omnia tibi nuda & aperta sunt. Attingis etiam à fine usq; ad finē fortiter. Propterea disponis suauiter uniuersa irreprehensibili æquitatis examine, nec quisquam redarguere, quod agis, ualeat. Radios quoq; tuos de sublimibus regiæ potestatis sedibus super corda diffundis filiorum hominum, ut diutino illos facias consortio dignos. Nixibus nanq; suis superuacue elaborat humana temeritas, nisi pio tuo illos fauore sustentes. Primum tenes coram deo, & in conuentu hominum angelorumq; nāmio decore coruseas. Venerantur te, qui norunt te, nec tamen ut sunt, tua ualeat enarrare præconia. Ultra cuiuscunq; creature ingenium tua p̄æexcelsa protenditur dignitas. Beatos dixerim, qui tuo digni sunt astare conspectui, quiq; mellifluo tuo sunt copulati connubio. Immortales enim efficis, quos diligis propter te, apud quos tuam statuimāsionem. In cordibus eorum tanquam in tibi placidissimo declinas ac requiescis uiridatio, indeq; amoenos uernantes redolentesq; caritatis colligis fructus. Det alibus sic arbitror te quodam dixisse in loco. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cōclusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Unius personam exprimis perfectorum uolens ostendere unitatē. Tibi huiusmodi se custodiunt, seq; ordinatissime componunt propter te. Pulchritudinis quippe tuæ illæcti magnitudine uniuersis p̄æponunt te, seq; exponunt pro te, ministrisq; se diligunt q; te, se amant in te, in te agnoscunt se, nilq; se esse fatetur sine te. Nec immerito. Tuæ nāc caritatis dono ex toto corde dulciter, ex tota anima sapienter, ex omnibus uiribus fortiter diligunt te. Porro agnoscent se mihius uiuere in te, quam in se, qui uita æterna, iesse immutabili & beato de te in te, uiuificasq; cuncta, quæ uiuunt naturaliter, seu uita spiritus. A te nanq; o uia incorruptibilis uniuersa habent, ut sint. Sunt autem, quia uiuunt in te, non perse, sed per te, qui es finis omnium quæ sunt, iuxta ordinationis tuæ at canum, ineffabile, rectumq; consilium. Nam cuncta fecisti proprie te. Quia uero deuias

ate,

**A** à te, malo suo, suaq; impellente malitia hoc faciunt. Legi quippe tuæ sanctæ inobedientes deordinant naturam suam in imagine tua, qua honorabiliter insignisti eos, propterea æterna digni sunt morte, quæ in tuorum ultionem inimicorum per irreprehensibilem iustitiam tuam statuta est. Non tamen tu o ueritas summa in perditione lœtaris impiorum, quatenus eos sempiternaliter punias, qui omnes diligis, ut uiuant sancte, uiuantq; gloriose in te. Lœtaris autem, dum delinquentes feris in tua iustitia coæterna tibi, quæ punit facinora, quæ aliena sunt abs te. Quæ enim non fecisti, displicant tibi, qui bona omnia & ualde bona constituisti in pondere, numero & mensura, dans singulis secundum naturæ suæ qualitates, proportiones cōgruas, per legem perfectionis sapientiæ tuæ irreprehensibles, ordinatissimas mirandasq;. Quis autem mortalium redargere ualeat, quod tu omnium artifex summa sapientia ueritatis tuæ lumine cōdidisti? Aut quis non miretur uniuersitatis creaturarum speciem, indefessamq; perseverantiam eorum sub lege tua, quas fecisti ex nihilo, solo tua uoluntatis imperio in laudem, in tuaq; diuinitatis p̄æconium sempiternum? Exposuisti utiq; eas rationali creaturæ tuæ, quæ in opacis exiliis huius itineribus peregrinatur abs te, ut per illas eidem te innoresceres, & glorificaret te. Non quidem ut tibi, quum non habebas, uendicares gloriam, sed ut per ea manifestares quid es. Inuisibilita enim tua à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoq; tua uirtus, & diuinitas. Proudisti optimè mortalibus uniuersis iuxta tua ineffabile consilium sapientiæ adiutorium, per quod erigeretur ad te. Podere carnis corporaliscq; fecis spiritualis natura, quæ præterat, latebatq; grauata ergastulo, minus erat idonea ad cognoscendum te. Ipsa etenim quæratione cōrebatur, in solecente natura, tuo abusa dono uertit ad uoluptatem, quod eidem tribueras ad salutem. Condideras quippe eam, ut rationalis quam iuxta se habebat, naturæ subiecti imperio. Veruntamen tua ex hoc nequaquam indignata bonitas aliud mirabilius, per quod repararetur, quæ perierat consilium adiuuenit. Non enim tu o misericordia rum plenitudo, & bonitatis indefectibilis fons, quemadmodum passionibus agitatis, quatenus malum pro malo tribuere debeas, quin potius benefaciendo, dissimulando, cōpatiendo nostrorum toleras multitudinem delictorum, ut pœnitudine ducti à ijs nostris resipiscamus pessimis, & cōuertamur ad te, qui gratuito nos amas affectu. Quoniam uero per tua opera sapientiæ non cognouit te mundus, tibi placuit o Sapientia per stultitiam assumptæ humanitatis saluos facere omnes credentes in te. O altitudo diuinitarum sapientiæ & scientiæ dei quām incomprehensibilia sunt iudicia tua, & inuestigabiles uiae tuæ. Quis cognouit sensum tuū o domine, aut quis consiliarius tuus fuit? Humanum sapere miro humiliasti modo, ut qui delinquendo se indignum fecerat erudi per te, saltem per inferiorē se agnoscere te. Nam crucis tua p̄ædicatio sicut iudicis scandalum, ita à gentibus stultitia esse iudicatur. Horum uero nemo quandiu infidelitatis deluduntur errore, quandiu cruci tua cordis ceruicem subdere deditur foris remanentes, nunquam ad diuinitatis tuæ attingunt notitiam, nunquam etiam tuę habiles efficiuntur fruitioni gloriæ. Proinde, quod scriptum est, dixisse te reor. Ego sum uia, ueritas, & uita. Nemo uenit ad patrem, nisi per me. Quis mentis suæ cōpos credere audeat se posse peruenire ad patrem sine te? Mediator quū sis uerus, duce ueritate tua ad diuinitatis in te credentes cognitionem prouehis. Tenebrae quum sint, in tenebris ambulant, quicunq; à tua semoti sunt gratia. Mox autem ut te cōmunicas illis, lux efficiuntur in te. Quod uero lucem aspiciunt, quod participatione lucis efficiuntur lux, prorsus agitur per te, qui candor lucis æternæ nuncuparis, & es. Lux (inquam) spiritualis es, & diuina. Oculis quidem corporeis inuisibilis, sed angelis & hominibus nūdīs corde intelligibilis delectabilisq;. Verbo enim tuo sempiterno rationali illaberis creaturæ, illa sine uerborum fragore, aut corporis motu instruis, facisq; ut uideat te, amet te, delectetur in te, qui prope es, nec agnosceris, nisi ab ijs, quibus per illuminationem fidei ostendis te. Venit itaq; ad patrem per te, qui te suscipit in se, ne non qui diuinæ ueritatis tuæ irradiatus lumine redemptionis tuæ efficitur particeps. Nam gratificatur interpellante te, tecq; sanguine pro illo fundente liberatur. Quum enim quæ non commisisti exoluis debita, tuo nos prelio redimis, adoptatosq; per te, qui te suscepisti ad patrem.

Laur. Justin.

F 3 Quod



Quod non nisi ex diuino gusto humanus affectus ualeat satiari. Cap. V.

Nterpræcipua, quæ in sue conditionis primordio omnipotens deus homini præstitit dona, naturaliter illum concupiscibilem fecit, quatenus suum naturali impulsu semper cuperet conditorem, in quo concupiscibilium omnium sciret esse dulcedinem. Naturali igitur motu infatigabiliterque humana requirit cor, unde delectatione pascatur. Non corpore neque mente que fit delectationis flagrans desiderio, si quo modo delectabilium omnium æternum in uenire ualeat fontem, ad quem pertingendo se satiandum esse non ambigit. Casso proinde semper labore resudat, delectabilia queritando quoadusque experitatur ( quamuis tenuiter ) quam suavis sit dominus, & quam magna ipsius sit multitudo dulcedinis, quam abscondit seruiliter timentibus se, perficit uero illis, qui sperant in se, & diligunt se. Mōdica istius scintilla dulcedinis copiosum caritatis accedit ignem, cælestique desiderio mentem feruescere facit. Tali urebatur incendio Propheta, cum diceret. Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt. Non mediocriter diligebat, quādo renes etiam suos commutatos esse commemorabat, quippe qui prius carnali atque uoluptuoso pascebantur amore. Tunc spirituali quadam dulcedine ebrius effundebat in carne, quod præ amoris abundantia in mente continere non poterat. Plenitudo quidē hæc ex agnitione deitatis emanat. Se minime cohibere, seque humanus capere non ualeat animus, quum illius spirituali obtutu innotescit deus. Exultat cor, lætitatur spiritus, pariter castificatur & caro, atque tota se diuino mancipatur obsequio. Hoc Citharœda sanctus insinuare curauit dicens. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum uiuum. Porro quicunque familiari potitur uerbi contubernio, & puræ iugiter contemplationi uacat, uersiculi huius sententiam nouit. Necdum uero adultus in spiritu nequam uerborum penetrat sensum. Tenui tantum delectatione, quæ affectum tagit, potatur, & tanquam paruulus paruis nutritur. Perfectus autem quisque, & caritate feruidus ueritatis pascitur cibo, utpote dilectus, dilatus, & capax. Nil fragmentorum, quæ de eius supersunt cōuiuio, perire sinit. Nempe ex his diem festum agit domino, Reuoluit animo, quæ contemplando gustauit, & quadam suavitatis circumfusis abundâtia, laudis prorumpit in uocem. Deus inquit cordis mei, & pars mea deus in æternum. Luxta enim inspectæ ueritatis mensuram amoris uehementia prærogatur. Neque uerus amor sine cognitione, nec infusa ueritas absque caritate subsistit. Que etenim ex naturali ingénio, seu ex accidenti habetur sciëtia, quoniam à caritate aliena esse cognoscitur, elatione attollit animum, & reddit insipidum. Non enim ex industria, sed gratis diuinitus sapientiae tribuitur gustus. Acquisita per seipsum scientia paucis contenta est, se ad aures diffundit hominum, fauores quærerit, quoniam appetit inanitesciri. Tanquam terebellus expandit ramos suos, solaque exteriori decorata pulchritudine, iustitia fructum ex se germinare ignorat. In mendicitate degens aliorum dapibus conuiuia celebrat. Dicit operatur, propterea nunquam ditescit. Sibi soli profutura quærerit, æterna negligē temporali mercede lætatur. Quæ autem de sursum est sapientia, pudica, humili, consentiens, & delectabilis est. Se in mentis interiora recōdit, in propria dulcedine requie scens. Spiritualibus latronibus thesauros sibi aggregat imprædabiles. Supra diuinitatis fundamentum ædificat, & in petræ foraminibus pullos reponit suos. De petra indissimenter fugit mel, atque olei dulcedinem iugiter exprimit de falso durissimo. Caritatis atque sapientiae uerbi potatur stillicidijs, necnon ex eorum cibarijs enutritur. Dulciter gustat, quum meditatur in se, longè uero suauius debriatur, quū rapitur supra se. Vbique caritatis indicia, ubique sapientiae uestigia contemplatur. Quamdiu taliter secum agitur, quicunque his dignus efficitur, quæ foris sunt, arbitratur ut stereora, cunctorumque labentium absque mœrore obliuiscitur. Quam intus possidet cordis lætitiam, sufficere sibi posse non ambigit. Proinde ut persevereret donum, magis magisque ut augatur, exorat dicens. Tibi dixit eorū meum, exquisituit te facies mea, faciem tuam domine requirāsem.

Psal. 41 per. In huiusmodi autem oratione calescens, petitionum uota ingeminans ait. Sitius anima mea ad deum uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem tuam domine. Talis siquidem affectu succensum se esse Philippus indicauit, quando inquit. Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Diu enim cum domino conuersatus, quamvis

uis

A uis maxima ab eodem uidisset, audisset, didicisset, perceperissetque, potiora tamē concubiscens quod non posset amittere, postulauit. Voto suo minime satisfacere posse dubitabat, si secum semper in carne haberet uerbum, si à dei nūquā discederet sapientia. At suo ut se cognovit fraudari desiderio, ex imminenti passionis articulo patrē sibi demonstrari prudentissime quid diceret, nesciendo petiuit. Nempe petitione hac sola patris filijque præsentiam requisuit. Non enim à patre filius, neque à filio diuisus est pater. Una amborum est gloria, una maiestas, una substantia, quamvis non eadē persona. In personis est proprietas, in essentia unitas, in potestate & qualitas, & in diuinitate pars. Celestium omnino ignarus Apostolus liniam entis Deum suspicatus humanis esse subiectum, patrem sibi exposcit ostēdi. Humano simplicitatis fallebatur errore. Nō est corpus deus, neque aliquod corporis sensu capabilis. Spiritus est deus in circumscriptione, simplex, ubique totus, ubique præsens, quem non uidet oculus, auris non audit, sed intelligit ratio, sentit affectus, percipit mens, tenuiter tamen, & ex parte. Nam per fidem ambulamus, non per speciem. Per speciem autem quando? Quando huius corruptibilis naturæ mole deposita filiorum dei sortiti fuerimus libertatem, sicut Ioannes inquit. Filii dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quod quicunq; apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Tunc quod flagitabat Phileippus, consequemur, tunc patris gloriam absque uelamine aliquo contemplabimur, tunc uita fruemur æterna, quæ in patris filijque agnitione consistit. Nunc ad illam non ualemus attingere, tum propter diuinitatis inaccessibile lumen, & supereminentem gloriam maiestatis, tum propter inuaidam mortalitatis nostræ aciem, quæ infirmitate propriæ repercutta diu supra se stare non potest, neque æterna sapientiae altitudinem penetrare. Quamvis enim patris deitatem sicuti est comprehendere non ualemus, possumus tamen diuinitas æterna eius bonitatis inuestigare, opera meditari sapientiae, atque potentiae illius considerare mirabilia, quæ prævio fidei lumine diuinitatis conditoris utcunque arcana patefaciunt. Quamobrem dei filius per carnem apparuit, & coram se positis tam uisibiliter, quam intelligibiliter tanta, quæ de eo leguntur, operatus est, quatenus perspicue claresceret in ipso diuinitatis habitare corporaliter plenitudinem, fieretque cunctis credentibus perlucidum paternæ maiestatis exemplar. Nequaquam tamen, quantum sciebat, loquebatur, nec iuxta suam magnitudinem operabatur potentia, sed pro intuentium, audientium, & legentium captu, quæ de illo scripta sunt, eadem gessit in carne. Quis nesciat solo uerbo leprosos mundare, illuminare cæcos, & grimonias curare, ipsosque suscitare defunctos, reuelare cordium secreta, elementis imperare atque immundos spiritus de obsessis corporibus ejuscere, non humanæ, sed uirtutis esse diuinæ? Vniuersa hæc per mediatorem Christum facta sunt, in quo erat de uerbum caro factum. Per eundem itaque in miraculis potestas, sapientia in eloquij, in beneficijs exhibitis bonitas, in passione æquitas, in tolerantia & contumelij patris declaratur longanimitas. In ipso homine assumpto longe excellentius, quam in quibus alia, siue cælesti, siue terrestri creatura adipiscitur diuinæ naturæ scientia. Ob hoc insinuandum postulanti Philippo, domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, pro

Dtinus idem dominus Iesus intulit dicens. Tanto tempore uobiscum sum, & non cognovisti me. Philippe qui uidet me, uidet & patrem. Qui uidet ( inquit ) non sicut tu, qui humana tantum audis uerba, humanam intueris formam, & humanos inspicis actus, sed qui uidet me in forma Dei, uerbum in principio de patre genitum, ante creaturam omnem cum patre regnantem, in ipso æternaliter quiescentem, atque genitoris sapientiam uniuersa gubernantem, qui talem me uidet, omnino uidet & patrem. Clara huius contemplationis uisio, reuelataque uerbi species non in præsentiarum habetur, sed creditur, creditur uero, ut habeatur. Hanc Propheta confirmat sententiam, ubi ait. Nisi credideritis, non intelligetis, nisi credideritis in præsenti, non intelligetis in futuro. Hoc idem Dominus ipse notificare uoluit. Quum enim dixisset, qui uidet me, uidet & patrem, illico subiunxit. Quomodo tu dicas, ostende nobis patrem? non credis, quia ego in patre, & pater in me est. Signanter tamen dixit; non credis, quatenus sciremus in uisionis pollicitatione patris & filij, non agnitione, sed fidem fore necessariam. Nūc quamdiu ( uidelicet ) in hoc passibili uiuo corpore ( ait Apostolus ) cognos

F 4 cognos

cognoscō ex parte, mediante ac reuelante fide. Tunc autem quādō scilicet omni tristitia corruptionis molestia manifestata erit dei essentia, cognoscam, sicut & cognitus sum. Id uero tantum, quod ex parte cognoscimus, & per fidem credimus, de patre per filium; & de filio in patre nobis suadent eloquia sapientiae, eiusdemque opera mirabilia. Maiusque sermonem ueritatis, testimonium habere non possumus. Mentiri quidē non potest, quum sit ueritas. Nec potest non esse, quod asserit, & affirmat, quum sit sapientia, propterea aiebat. Cælum & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt. Solidum igitur & irrefragabile fidei fundamētum sunt uerba uerbi, & scripturarū eloquia, quae reuelante uerbo conscripta sunt, quibz cōtradicere ac nolle acquiescere deo odiosum est, atqz prophānum. Nēpe diuinis quisquis aduersatur eloquij, dei se opponit sapientiae, quae ab initio sanctorum prophetarum, suorumque seruorum fidelium ora, complicit. Hoc Apostolus patenter asseuerat dicens. Multifarīe multisqz modis olim deus loquens patribus in Prophetis, de seipso sic ait. An experimentum quāritis eius, qui in me loquit Christus? Quæcunqz etenim dei filius per semet locutus est, & quæ persuos, de uno eodemque prodeunt sapientiae fonte, tametsi malus esset uera loquēs. Quod per malos plerunqz loquatur deus, dubium non est, & sanctorum perspicue probari potest testimonio scripturarum. Vnde si malo tanquam Deo per illum loquenti bonum credendum est, quanto magis bono. Et si bono homini, multo amplius dei bonitati, quæ est ipsa sapientia. Optime namqz in uno bonitas & sapientia uinculo colligātur. Ambobus pariter testificantibus omnino credendum est. Nec immitterito. Bonitas nec potest fallere, neqz uult, sapientia uero errare nescit. Quamobrem uicissim sibi inuisum famulant, & pariter sine disceptatione conueniunt. Hinc est quod Vates eximius inter suas, quas iugiter domino offerebat preces, aiebat. Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Sciens namqz sine sapientia bonum, & absqz bonitate sapientem esse non posse, utrumqz sagaciter postulauit. Hinc qz ualidum eloquiorum Christi sic testimonium colligimus, si quilibet erat, qui loquebatur, fideliter cogitamus. Bonitatem siquidem assumpti hominis Christi spiritus plenitudo, quæ ab instanti cōceptionis ipsius fuit, declarat lucidissime. De ipsa Propheta sic inquit. Et requiescat super eum spiritus sapientie & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eū spiritu timoris domini. Huiusmodi spiritus fretus abundantia indefectibili tantum in boni fate excreuerat, ut prorsus à peccato immunis existeret. Ideo fiducialiter aiebat. Quis ex uobis arguet me de peccato? De sapientia uero illius habes sic. Puer Iesus proficiebat ætate & sapientia coram Deo & hominibus. Nec mirum si sapientia complebatur, quæ esset dei sapientia, & in ipso homine essent omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Humanitas quippe illa perfectissimum erat uerbi instrumentum, unde quicquam nec agere, nec loqui poterat, nisi qualiter quātumque ab inhabitante dirigebatur uerbo. Quamobrem discipulis loquens aiebat. Verba quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor. Quid euidentius dici potest? Distinxit namqz ab operibus diuinitatis, humanitatis dona. Loquebatur ipse, sed non à seipso. Gloriam non quārebat propriā, sed eius, à quo fuerat missus. Si enim à seipso loqui se diceret, priuatam concupisceret gloriam. Hoc si agere præsumeret, nihil esset. Qui non dei, sed gloriam quārit propriā, quoniam mendax est, nihil est. Audi quid sapientia Christus loquatur, & qui calumniantibus Iudeis de seipso dicat. Ego ueni (inquit) in nomine patris mei, & nō suscepisti me. Alius ueniet in nomine suo, & hunc recipietis. Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est. Quare in eo ueritas non est. Ut tamen quia in ueritate non stetit. Cur in ueritate non stetit? Quoniam priuatam gloriam concupiuit, quæ si uitæ, nec inuenit. Leuitauit aduersus conditorem suum cordis ceruicem, & ait. In cælū cōscendam, super astra cæli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Merito igitur stare non potuit, quia in ueritate non stetit, dei gloriam non quāfuit. Quod gratis acceperat, humiliiter recognoscere noluit. Propterea corruit, & ab ingenita præcipitatis dignitate. Prophetico ore elationis suæ increpationē audiuit sic. Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadaver tuum, super te sternet uirina, & operimentū tuū erunt uermes. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris? Nō sic atten-

A mediator nōster, non sic in carne sapientia, nihil sibi arrogauit indignē. Et quoniam à ueritatis tramite minime deuasuit, non ruinam, sed incomparabilem fortitatem est gloriā, de qua Propheta dicit. Gloria & honore coronasti eum dñe, & constitūsti eum super operem manū tuarū, omniaque subiecisti sub pedibz eius. Non tantū oues & boues uniuersas, uerū etiam angelos, archangelos, principatus, potestates, cūctamque cælorū militiā. Voce etenim ueridica, quod acceperat gratis, profitebāt palam, neqz denegabat, quod ex natura essentialiter erat. Gratiis quippe acceperat, ut mediator dei & hominū fieret, ut tanque uerus sponsus caput esset ecclesiaz, ut primogenitus fieret mortuorū, & princeps regū terræ, ut à uerbo in unitate assumere personali, ut de ipsius gratiæ plenitudine acciperent oēs, ut per eius sanguinis effusionē daret remissio peccatorū, atqz cælorum ianua prædestinatis tantum pateret ad gloriam. Alia insuper multa idē assumptus homo à deo accepit, quæ humani tenuitas non capit ingenij. Ipsa nēpe beatorū spirituū agmina gratiarū ipsius incōprehensibile culmē lœtando mirat, uenerat, adoratqz. Pro ihs igitur, quæ admiserat gratis, laudes inmensas, & gratiarū ineffabiles Deo agebat actiōes. Humilitatē præ cunctis mortalium filijs idem Christus homo dilexit, custodiuit, exhibuit. Vnde præuia sapientia, uerbo duce, ipsaque famulatē uirtute in nullo limites excessit proprios. Neqz propter sapientiam usqz ad serui formam exinaniri, neqz parentibus pauperrimis subdi, passionumque ignominij subiungi erubuit. Neqz propter humilitatis uirtutem diuinitatem suam, quam æqualem habebat cum patre, atqz maiestatis gloriā, quæ latebat in carne, desit confiteri. De his loquente audi. Ego, inquit, & pater unus sumus. Fidelissima sapientiae uerba hæc sunt. Humilitatis autem. Pater maior me est. Et quod in præsentiarum dicitur. Verba, quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor. Indicibili quodam ueritatis moderamine ita loquebatur, ut naturarum interdū proprietates distingueret, interdum uero unitatem personæ commendaret. Hanc sapientiae loquendi regulam quidam ignorantes ab unitatis se diuiserunt gremio, atqz facientes schismata turpiter ac damnabiliter perierunt. Sancta autem mater ecclesia capitū sui sectādo doctrinam sagaciter alterum distinguit ab altero. Quamobrem diuinitatem offendere non ueretur, quum dei filium crucis ignominiam passum dicit, atqz hominis filium supra angelorum naturam in patris dextera residere gloriatur. Instructa siquidem à uerbo, quod intus sibi loquentem audit, hoc uiuæ uocis promit oraculo. Id ipsum egit dñs dicens. Verba, quæ ego loquor uobis, à meipso non loquor. Testimonium, quæ loquebatur in homine sapientia, prohibebat. Verum ne à semetipsa hoc dicere uideret, aliud æquale subintulit testimonium inquietus. Pater autem in me manens ipse facit opera. Verba namqz Christi inhabitantis sapientiae testimonium prohibebant, ipsius uero opera patris in illo declarabant præsentiam. Quāvis enim beatæ trinitatis indiuisa sint opera, patni tamen specialiter tribuitur potentia, filio sapientia, spiritui sancto bonitas & clementia, quanquam pater sapiens sit & bonus, filius sit bonus & potens, spiritus sanctus sit potens & sapiens. Ad personarum quippe trinitatis discernendam intelligibili proprietatem, quædam uni, quædam ascribuntur alteri, quum uerissime patris, & filij, & spiritus sancti una sit potestas, sapientia una, unaque bonitas simplicissima, indiuisibilis, & æterna. Pater igitur iuxta uerbi sententiam in filio manens ipse facit opera. Irrefragabile prorsus diuinitatis Christi testimonium eximia sunt opera, quæ per ipsum facit pater. Vnde alio dicebat in loco. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me. Quis non crederet mortuos suscitanti, & super undas solidas atqz sic congressu deambulanti? Sed Iudeorum corda excœcauit malitia, & inuidia rubigo consumpsit, ne Deo crederent miracula facienti. Discipulorum uero humanæ carnis infirmitas, quam assumpserat de Adam, inuaidam reuerberabat eorum fidem, ne intelligere ualerent latentem in homine maiestatem. Quoniam uero qui in carne non agnoscebant deum, uix quæ aspicebant, credere poterant, quædam sublimia atque manifesta dominus Iesus se intuentibus proponebat opera, quatenus tali subiecti adiutorio uisibili ad uerbi diuinitatem fide mediante intuisibilem raparentur. Mittebat illos foras ad considerandum uisibilia, qui in lumine inuisibilium intus stare nequibant. Hoc Propheta sanctus in spiritu, uerbi oraculo monitus considerans, credensque dicebat. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis. Psal. 138. Alii

**Psalm. 18** Alibi quoque sic. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est anima mea. Cogit incepit ab E sens presentes. & uerbi uerificabatur sententia dicentis. Beati qui non uiderunt & crediderunt. Quatum autem in hoc spirituali Propheta memoratus proficerit scrutinio, quantumque intelligentiae adeptus sit lumen, alio notificauit loco. Nonne (inquietus) deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum, nam & ipse deus meus, & salutaris meus, adiutor meus, non mouebitur amplius. Non se amplius ullo infidelitatis impulsu fatetur esse mouendum, quoniam se percepisse firmissimae petrae fundamentum, atque praeclarae ueritatis scientiam latetabatur. Pro qua re non timore elatus, sed sapientia praeditus, & fraternal caritatis amore succensus, quod ipse perspicue nouerat, alijs longe laudis constitutis insinuare curauit dicens. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda uestra adiutor noster in aeternum. Reticere minime ualebat, quod absque ambiguitate spiritu reuelante ipse didicerat. Dei utique predicabat gloriam, quam propheticu spiritu cernebat in Christo, quatenus populorum corda ad fideli traheret gratiam, pararetque domino plebem perfectam. Quod si seruus tanta sedulitate honoris cultum de eo, quod diuinus acceperat, domino persoluebat, quid patri aget filius? Si Propheta sapientiae illustratus radiis deo pure confitebatur, nec sibi diuinitatis arrogabat quicquam, sed in medio ecclesie ueritatem annunciat uniuersis, & cultabit ne genitoris gloriam ipse filius, in quo sunt thesauri omnes sapientiae & scientiae absconditi? Plane confessus est, & non negauit. Ait namque. Verba quae ego locutus sum uobis, à meipso non loquor. Pater autem in me manens ipse facit opera. Verum ne fides, quam ipse unigenitus dei audientium mentibus imprimere cuperbat, inanis uideatur & ociosa, quam sit sublimis meritum, quam donis locuples, quam ue credente militarem exhibeat deo, indicauit dicens. Amen amen dico uobis, qui credit in me, opera quae ego facio, & ipse faciet. Non enim inquit, qui credit me. Hoc daemones faciunt, & contremiscunt. Neque qui credit mihi, quod faciunt omnes, qui fideles uocantur, & in peccatis degunt, quorum fides nihil proficit ad salutem. Sed signanter inquit, qui credit in me, quod est electorum proprium, qui credendo diligunt, & illi recte uiuendo uiiri atque incorporari sat agunt. Opera igitur quae facit Christus, quicunque huiusmodi insigniti sunt fide, faciunt & ipsi. Ad consolationem quippe ipsorum, qui faciunt, & exhortationem uidentium, tale à Deo percipiunt munus. Animantur quidem ad fidem intuentis corda signorum operatione, & prouocantur, ut ueniant ad gremium catholicæ unitatis. Eorum uero mentes, qui sanitatum gratiam consequuntur, quotiescumque agunt talia, illi imitate fecundantur & gaudio. Gaudio pro adepto munere, aspicientiumque profectu. Humilitate autem, quum sacro erudit eloquio tacite cogitant intra se prophetiae atque factiæ dona miraculorum electis ac reprobis esse posse comunia. Noruit Euagelica aueritate multos dñi in die iudicij esse dicturos. Nonne in nomine tuo prophetauimus de monia eiecimus? & multa signa fecimus? Quibus responsurus est Christus. Amen dico uobis, nescio uos, discedite a me operari iustitiae. Propterea nequaquam magnipendunt, quod ad uitæ non prodest meritum. Quid enim futura prædicere contulit Caiphæ? quid iudea profuit fugare daemones? quid Ægyptiacis Magis ingentia prodigia facere utile fuit? Nempe ad decorum gloriae fidei, & ad declarandam dei potentiam, necnō ad sanctorum eruditionem, etiam hominibus malis præstatur talia. Ita minime hominem efficiunt sanctum, nec deo carum. Prouocant tamen infidelium mentes ad fidem, dicente Apostolo. Signa data sunt infidelibus, non fidelibus. Fideles tamen rationi potius, & prophetarum oraculis, quam miraculo acquiescunt. In exordio tamè nascentis ecclesia miracula magis quam prophetie congruebant. Vniuersam siquidem infidelitatis tenebrae occupauerat terram, excepto duntaxat Hebræorum populo, in quo unius dei uigebat notitia, dicente Propheta. Notus in Iudea deus, in Israel magnum nomen eius. Quod in tenebrarum plaga, quam ualida manus domini in Pharaonem Ægypti regem exercuit, præfiguratum est. Sic enim habes. Et factæ sunt tenebrae horribiles in uniuersa terra Ægypti. Tribus diebus nemo uidit fratrem suum, nec mouit se de loco, in quo erat. Vbicunque autem habitaabant filii Israel, lux erat. Ad has igitur abigendas, quando filiorum Dei dispersi: multitudo fuerat congreganda, tantam dominus discipulis suis contulit signorum gratias, ut nemo tam claris miraculorum testimonij, assertioribus Apostolorum contra dicere audeat.

**Ioan. 20**

**Psalm. 61**

**Ibid.**

**Ioan. 14**

**Ibid.**

**Matt. 7**

**Cor. 14**

**Psalm. 75**

**Exod. 10**

**A**udiret. Vnde in Apostolicis actionibus legitur, quod per plateas ponebant infirmos in lectulis & grabatis, ut saltē transeunte Petro obumbraret quenquam eorum, & sanarentur à laguoribus suis. Hoc ueridica incarnati uerbilingua spoponderat, quando dicebat. Qui credit in me, opera quae ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Nusquam de dño legitur, quod ægrotos sita liberauerit umbra, prout de ipsius Apostolo eius detinisse comprobatur. Quod promiserat, implere curauit. Nec erubuit universitatis dñs maiora per discipulos suos prodigia fieri, quam per se. Fauoribus non indigebat hominum, neque suam propter se ostentare cupiebat diuinitatis gloriā, sed propter nos, ut credendo in eum salvi per illum efficeremur. Difficile itaque non est omnibus, quae dei Sapientia egit, aut locuta est, accommodare fidem, quando quædam mirabiliora per Apostolos suos, in ipsius tamen nomine acta fuissent minime dubitamus. Nam populi Iudeorū limites dominum prædicando legimus non transiisse. Dixerat enim. Non sum missus nisi ad oves, quae perierunt dominus Israel. At post illius ad caelos ascensum uniuersa gentium multitudo ad fidem conuertha est. Quod gratulabundus Propheta Apostolorū uoce pronunciat dicens. Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris. Propterea cor dis sui ardorem non sustinet inquit. Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in uoce exultationis. Nihil prorsus sibi derogauit dñs, quando miraculis & prædicatione honorauit suos. Nam discipulorum commendatio laus magistri est, & eorum prædictio diuinæ sapientiae perfecta testificatio est. Quare extiterint commendabiles, enarrat idem Propheta dicens. Principes populorum congregati sunt cum deo Abrahā, quoniam dij fortes terræ uehementer eleuati sunt. Eleuati utique sunt, non ob id quod erant, sed propter ea, quae à Christo admiserant. Quid (oro) antequam ad fidem vocaretur, erat Apostolorum princeps, quid gentium doctor? quid Apostoli ceteri? Quales fuerint quicunque scire uoluerit, Euangeliorū legat apices, intelligenter ipsorum dignitatē diuinā esse munera, non possibilis humanæ. Eorum sublimem gloriam Vates sanctus cōsiderans mentis erectus stupore inquit. Nimiris honorati sunt amici tuū deus, nimiris cōfɔrmatus est principatus eorum. Decebat prorsus regiam sapientiae maiestatem tales habentes ministros, quorum prosapia minime decoraretur ipsius imperium, seu dilataretur scientia. Huiusmodi fauoribus terreni indigent principatus. Alienæ opus habent nobilitate ornari, gubernari consilio, atque attollī laude, quoniam per se non sufficiunt sibi ipsi. Rex autem noster Christus, cui datus est cælorum principatus, & honor immortalis regni, non uisibilem in sibi famulantibus ornatum querit, neque humana indiget facundia, quum ipse sit qui dat homini scientiam, parvulus intellectum, & omnes simplici corde credentes in se uirtutibus, ac spiritualibus uenustat muneribus. Talibus nedum facturos pollicetur maiores, quam ipse, uerum etiam impetraturos quæcumque poposcerint. Vnde & Apostolis in persona universalis ecclesiæ dicit. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Magna & omnino excellentissima est catholicæ religionis & Christianæ fidei apud deum autoritas, ut quod petierit in Christi nomine, consequatur. Declarat quidem hoc Christi gloriam, & diuinæ essentiæ in eo naturam. Deum illum esse dubitare quis potest, in cuius nomine tanta in eum credentibus animarum lumen est. **B** & corporum beneficia prærogantur? Non enim rapinam arbitratus est esse se aequaliter deo, dum diuinitatis sibi uendicauit honorem. Quod loquebatur ipse de se, hoc pater operibus fatebatur. Plane si non esset Deus, mendax fieret, & elatione, quæ nulla est maior, reus existeret. Porro illi supplicium deberetur, non gratia. Aduertat ex hoc, qui recte sapiunt, quum ubique deitatis Christi insignia fulgeant, quum fidelium populi sparsum per orbem terrarum illius resonent laudes, uerba pronuncient, testentur mirabilia, atque in ipsius nomine fugent daemones, & ægroti sanentur, aliaque multa fiant ueneratione digna, utrum ipse sit deus, & uera sint quae idem asseruit, quem pater omnipotens tanto insigniuit honore. Non enim delinqutentium fautor est deus, neque aliquod impune relinquit præterire delictum. Quamobrem suspicari minimus fas est in solo Christo legem deperisse iustitiae, quae aduersus elatos omnes diuinumque diripientes honorem magnam ab ipso creaturatum exordio ultionis exercuit iram. Cessent igitur omnes apud uos argumenta uerborum, à uestrīs procus cordibus arceatur humanarum caligo rationum, atque omnis infidelitatis ambigui-

tas propulsetur. Puram cunctorum conditori exhibete seruitutem, & erga mediatorē Christum fidei regulam atq; uncontaminatam custodite caritatem. Nihil de illo sentite indignum, nihilq; catholicæ contrariū ueritati. Diligite quod ipse dilexit, seruare quod ille mandauit, credite indubitanter quod docuit, quatenus uestra aggregentur merita, gratificantur opera, dona cumulentur, atq; uestra in excelsō exaudibilia fiant supplicationum uota, necnon in filio pater honorificetur omnipotens.

De uarijs effectibus, & sublimitate amoris Christi. Cap. VI.

**H**  Nuniuersis quę dei sapientia per assumptum hominē inter homines gesit, humanam procuratam fuisse salutem dubitet nemo. Quando nanq; blandis alloquebatur sermonibus, se habebat ut mater. Quando increpatiōnū emittebat iacula, rectitudinem seruabat ut iudex. Quando diuinatis sacramenta pandebat, autoritatē protendebat ut doctor. Quando eruditōnis monita dabat, instruebat inscios ut magister. Quando uirtutum formā exhibebat in opere, præcedebat ut lux. Quando orationi uacans interpellabat patrē, me diatoris gerebat officium. Quando ab inuidis patiebatur aspera, agnoscī uolebat ut redemptor. Quando uero miracula faciebat, potestatem exercebat ut deus. Horum nihil agebat propter se. Nostræ quippe infirmitati compatiens, nostræq; mederi cupiēs prauitati, minime, ut prodesset nobis, sibi pepercit. Tanquam probatus agricola suā in nobis desiderabat inferere caritatem, quatenus iustitiæ fructus prodiret ex nobis. Illi etenim omnino non placet, ut noster ociosus sit amor, sed neq; potest. Inquieta res amor est, & proprijs stimulis agitata. Quem suis alligauit uinculis, suaq; subdidit ditioni, nequaquam quiescere patitur, neq; ociari permittit. Præceps ducit, uulnerat dulciter, suauiter mulcat, & in amati trahit amplexus. Suspitionem mouet, replet timore, & obediētiam perficit. Summopere cauet, ne dilecti offendat animum, aut amore quid agat indignum. Nil esse delectabilius arbitratur, quam dilecti potiri præsentia, ipsiusq; benevolentia detineri. Nam etsi permissive separatur ad tēpus, toto agit conamine, ut redeat in idipsum. Nullo interpellante utitur medio, nulloq; intercedēte dirigit preces. Quod appetit consequi, impetrare non trepidat. Nam eadem obtinere sperat, quę est paratus impendere. O quam iucundum est amoris negotium, & quam in hac peregrinatione necessarium, si tamen honestatē sapiat, si uirtutibus nutritur, si concors sit moribus, si pari ambulet gressu. A natura concipitur, crescit beneficijs, consuetudine roboratur: Porro inter peccatores nequeunt legitimi amoris iura seruari. Conscientiæ nāq; exagi-  
**I** tati aculeo diu in amoris fecdere perseuerare non ualent. Vbi caritas nō est, nec animorum copula esse potest. Hinc claret perspicue amor Christi, quam̄ potens, quam̄ dulcis, & quam̄ diuturnus sit. Ideo potēs est quia utilis, ideo dulcis quia delectabilis, ideo diuturnus quia honestus. Quid (oro) honestius Christo diligitur? Quum non essemus fecit nos, suaq; decorauit imagine. Nobis factus est pater, nō carnali generatione, sed spīrituali, & diuina, dicente Ioanne. Dedit eis potestatem filios dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uoluntate uiri, sed ex deo nati sunt. Delectabilius etiam dei filio diligitur nihil. Amorem quippe nostrum totum sibi uendicat, nosq; sponte currentes trahit ad se. Quomodo non trahet nos, quum factus sit homo propter nos? Gratias dilexit ingratos, quæsiuit errantes, pœnitentes suscipit, fouet amantes. Plane amor Christi totus delectabilis est. Cur non delectet Christus, quū in ipso uniuersa delectabilia sint? Si te pulchritudo delectat, utiq; præfilijs hominum speciosus est forma. Si potestas placet, audi quid de illo Propheta dicit. Potestas eius potestas æterna, quę non auferetur, & regnum eius, quod non corrumptur. Si sapientiam diligis, de illo scriptum esse memento. In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Si tuum diuitiæ mulcent affectum. Propheta de ipso pronunciantem ausulta. Gloria & diuitiæ in domo eius. Alibi etiam in sinistra illius diuitiæ & gloria. Si regni moderamina magnipendis, quantus sit iste aduerte. Et habebat (inquit Ioannes) scriptum in femore suo, & in uestimentis suis, rex regū & dominus dominantium. Si familiarem tanquam humanæ naturæ solatium conuersationem diligis, Euāgelium lege, & ipsum cum publicanis, & peccatoribus familiarissime conuerfantem, & manducantem agnosces. Omne nanq; tempus, quo cum hominibus habi-

A habitauit: adeo familiaris extitit: ut qui ab initio fuere cum illo, ab eodem uel modicum diuelli nō possent. Et ut cuncta paucis explicem, omnium plenitudo donorum, quę in eo diffusa est, deletabilem atq; ualde carum illum reddit hominibus. De utilitate deum amoris illius quid dicam? Omnium disciplina uirtutum erudit diligentes se. Sic enim habes: Sobrietatem & sapientiam docet, & iustitiam, & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. Informat profecto nos, qualiter mores cōponere debeamus, ordinare uitam, res familiares distribuere, corpus regere, habere cum hominibus conuersationem, atq; omnia interiora & exteriora nostra disponere temperanter. De spirituali quoq; docens nos pugna inimicorum instruit fallacias spernere, temptationum species uarias superare, preciosum separare à uili, à tenebris lucem, agnoscere gratiam, uitia declinare, corsuſum erigere, pro temporalibus æterna mercari, mentem extergere, cælorumq; secreta penetrare, obtemperare maioribus, supra æquales non insolescere, caroq; minores uenerari affectu. Carnem præterea spiritui, & spiritum subiicit Deo. Ad

B proximos benignum, immitem erga se ipsum, suum exhibit possessorē. Porro ardentē Christum diligenti nil difficile uidetur. Ignem, ferrum, uincula, carceres, persecutōnes, flagella, aduersaq; omnia Christi amor tolerare facit. Valida est (sicut legi) ut mōs dilectio, dura ut infernus æmulatio. A quæ etiam multæ non poterunt extinguere caritatem, neq; tribulationum inundatiā flumina obruent illam. Hoc martyrum cicatrices, stridores catenarum, lampadarumq; adiustiones, exilia, uerbera, & huiusmodi milia, quibus tolerandis impares humanæ sunt uires, misericordia protestatur. Quis ad tam ardua patiēda esset idoneus, si non caritatis Christi impinguaretur dulcedine? Maximus planè amoris Christi fructus est, & exuberans delectatione: si tamen legi obtemperet sapientia. Dupli siquidem gaudet priuilegio. Præsentibus enim uitur, & futuris. Consolationes spirituales & amoris quædam admittit munuscula, per quę peregrinationis huius modicatur tedium, & tribulationum pressuræ levigatur. Nō est ingratu Deus, ut obliuiscatur, sub tentationum fasce laborantium. Vnde Propheta aiebat domino:

C Nunquid adh̄eret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborēm in præcepto? Aperte dicens: Neq; iniquus, neq; immītis es, ut laboriosa mandes, & absq; delectationis suffragio operarios fatigari sinas. Quamobrem confirmingo in spiritu sententiam hanc, inquit: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lātificauerunt animam meam. Alibi quoque sic: Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti, annis quibus uidimus mala. De quo autem ista prodierint fonte, quib; ue meritis prærogata sint, dubium non est, quin ex Paracliti gratia Dei pro suis membris interpellante sapientia. Hoc nanque polliceri dignatus est, dicens: Si diligitis me: mandata mea seruare: & ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis. Mira hæc sapientiæ sententia est. Se protestatur patrem rogaturum, ut diligentibus se, suisq; obtemperantibus mandatis alium det paraclitum, ne quasi absq; paracliti gratia posset quis diuina custodire præcepta. Quis autem sine paraclito Christum ualet diligere? Paraclitus quippe ipse patris filijq; amor est. Ipse caritas est, qua diligimus Deum, diligimus proximū: per quam cælestia præcepta seruamus. Nemo absque ipsius caritatis dono obtemperare domino ualet. Viciſſim sibi famulantur caritas & obedientia, nec segregantur ab inuicem. Qui ueraciter diligit, absque difficultate obedit: qui autem famulari negligit, certum est, quod non diligit. Equisimma amoris statera præceptorum implementio est. In hac uoluit, ut nostrum appenderemus affectum: non ut ipse agnoscet, qui antequam fiant, cognoscit uniuersa: sed ut nobis ipsi cognoscibilem faceret: atque utrum perfectè diligenteremus, minime ignoraremus. Nouerat optimè quam̄ sāpē priuatū amor rationis iudicium tollit: & mentis claudit oculos, quos mandati transgressio referat. Diuitiæ etenim legis custodia amoris Christi testimonium est. Quid igitur ait Dei sapientia præcepta sua seruantibus? Ego rogabo (inquit) patrem, & alium paraclitum dabit uobis. Intelligamus sane, ne in uerbis domini nos errare contingat: atque ueritatis lumine caligare. Non enim simpliciter ait: Ego rogabo patrem, & alium paraclitum dabit uobis: tanquam duos ostendere uellet esse paraclitos: quem habebant diligendo unum, alium quem pollicebatur: sed signanter addidit, ut maneat uobiscum in æternum spiritus ueritatis. Porro si diligimus, paraclitum habemus. Fit uero oratione Laur. Iustin.

G te pro

**B** te pro nobis Dei filio: ut quem habemus, abundantius habeamus: quatenus ipsius in nobis gratia crescat, magis magisq; augeatur: & bonorum quotidie operum cumuletur merces, efficiamurq; digni, ut ille ueritatis spiritus nobiscum maneat in æternum. Tunc etenim nobiscum manet in æternum, quum illuc nos perducit, ubi manere ualeamus in æternum. In uita hac non in æternum, sed temporaliter manemus. In futuram uero uitam, ubi angeli diuina uisione cum electis omnibus perfruuntur: quicunque introierit, eaq; particeps fuerit, non mouebitur in æternum. Hoc expressit Propheta, dicens: Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hierusalem. Ut igitur agnoscamus hoc, atq; in æternum manere concupiscamus, nostri meriti non est, sed diuini muneris operante paraclito. Quos ipse docuerit, despicere facit terrena, & amare futura: calcare uisibilia, inuisibiliaq; sperare. Se possidentem agit aduersa pro æternorum mercede æquanimiter tolerare. Proinde paraclitus, & ueritatis spiritus nūcupatur. Paraclitus quidem, dum in huius peregrinationis itinere, ne labore deficiamus, aut decipiāmur illecebris, sua consolatione nos refouet. **F** Ueritatis uero spiritus, quando ueritatem ipsam, quæ Deus est, nos diligere: atque bona inuisibilia, quæ æterna sunt, concupiscere facit. Sine illo quicunque sunt, non cælestia, sed temporalia diligunt. Tales Propheta sanctus arguit, dicens: Filij hominum usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, & queritis mendacium? Semper ueritatem siquidem beatitudinem ignorantes caducam seculi uanitatem toto conamine amplecti sat-agunt. Mendacium uero incessanter querunt, dum ueritatis spiritum non habentes spiritu seducuntur erroris: principibusq; tenebrarum efficiuntur servi, qui filiorum Dei consortio annumerari potuerant. Quos enim ueritatis hic spiritus replet, libertati restituit. Vnde Apostolus iustificatis fidelibus, ueritatiq; obtemperatibus inquit: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum filiorum, in quo clamamus abba pater. Filij Dei meritò vocantur, & sunt, qui à patre lumina ueritatis spiritum acceperunt. Per ipsum quippe de hoc nequam eruditu seculo in regnum Dei filij dilectionis transferuntur: eundemq; ueritatis spiritum, tanquam futurorum bonorum spiritualem cautionem, atque diuinæ caritatis subarrationem in corde custodiunt. Hunc mundi amatores accipere nequeunt: quoniam pleni sunt. In uno non capiuntur loco, amor Dei, & uoluptuosus seculi amor: unus succedit alteri. Ut igitur accipiunt caritatem, evacuent uoluptatem, & replebuntur. Ut intelligent ueritatem, imitari prius desinant uanitatem, atque à se abdicent falsitatem. Tunc percipient, tunc diligente, tunc diuina renati generatione in sordem sanctorum & filiorum Dei computabuntur numero. Ambulabunt quoque in lumine, & de splendore gaudebunt materiali lucis, atque susceptione gratificantis gratia. Nam quandiu in seculi cupiditatibus delectantur, donecq; delictorum inuoluuntur tenebris, alma ueritatis candore, ipsiusq; præclarissimum lumen nec videre, nec agnoscere possunt. Solis autem corde mundis, iustis & innocentibus, in fide fundatis, ac cælestia diligentibus patet: suæq; diuinitatis pandet arcana. Illis etenim se negare non ualeat, qui spredo mundi istius lenocinio, suiq; corporis calcatis uoluptatibus toto se desiderio subiiciunt Deo, Christo famulantur, **H** altum sapere reñciunt à se: pro adipiscendis uirtutibus laborant: spiritualibus ditaris student diuitijs: sicuti gustare cælestia: atque supernorum ciuium hereditatem consequi non desistunt. Porro tales erant, quibus Christus Dei sapientia de eodem ueritatis spiritu aiebat: Vos autem cognoscetis eum: quia apud uos manebit, & in uobis erit. Elegerat enim illos de mundo, sibiq; adhærente fecerat. Qui delectabili uerbi præsentia admonitionibus saluberrimis, atque deiformi ipsius conuersatione eruditu contemendo temporalia sapientia imitabuntur uestigia. Quamobrem idem ueritatis spiritus diligebat eos: illorum etiam præcordia saginabat dulcedine, agnitione irradiabat, accendebat caritate, ornabat donis, uirtutibus secundabat, atque in eorum mentibus tanquam in proprio thalamo sibi gratio familiariter habitabat. Quomodo ille ueritatis spiritus non diligeret: quos dilexerat, elegerat, sapientiaq; possederat? Felices prorsus dixerim, quos sapientia diligit, & ueritatis inhabitat spiritus: caritas replet, & ueritas instruit. Beata domus illa, quam sibi Deo coæterna ædificauit sapientia. O quam sepe in eam salubriter declinat: in ipsaq; suauiter requiescit, letatur iugiter, omnipotens abigit tristitia

**A** tristitiaq; miserorem. Domus quippe hæc sanctorum sunt mentes, & amantium corda: Cum ipsis esse gaudet sapientia, suamq; in eis delectabiliter collocat mansionem. Sic enim in libro Sapientiae ait: Et delicia meæ esse cum filijs hominum. Itcundum in illis **Prou. 8** suæ maiestati reperiens habitaculum diu se absentare non patitur. Nam diligentes se, diligit: seq; in ueritate querentes præoccupat. Eius quidem uox illa est: quæ postquam de spiritus ueritatis præsentia sententiam protulerat, dicens: Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit: & in uobis erit: illico subiunxit: Non relinquam uos orphantos, ueniam ad uos. Non patiebatur benignus sapientia spiritus, quos uehementi diligebat affectu: & apud quos mansionis suæ perpetuam posuerat stationem, de sua uel ad momentum tristari absentia. Propterea blando eos alloquebatur affatu, ue- **Ibid. 14** niam inquietus ad uos: Adhuc modicum & mundus me iam non uidet. Ad patrem omniuino ascensurus sum: & hanc, quam aspicitis humanitatem in cælo collocabo. Nam & si meam mundo præsentiam subtraho, quam uidere dignus non est: uos tamen non re- **B** linquam orphantos: neque diu sine me stare permittam. Veniam utique ad uos in ea- **Ibid.** dem corporis forma, & eadem carnis substantia, quanquam minime in ipsa corrupti- bilitatis natura. Passibile nunc quidem geru corpus & infirmum, uestræq; mortalitati consimile: quum autem rediero ad uos, omni deposita corruptionis sarcina, & ipsa na- **Ibid.** turæ passibili mutata in melius usque ad seculi consummationem ueniam commora- **Ibid.** turus uobiscum. Decorem siquidem immortalitatis induam: resurrectionis gloriam patefaciam: & quantum sublimata sit in uerbo humanitas, notificabo. Tunc prædi- **Ibid.** cante me, fide reuelante, signis ac prodigijs declarante me patre, ipsoq; ueritatis spiritu fuggerente & docente: scietis quod ego uiuo. Non, inquam, uita mortali, sed uita spi- **Ibid.** ritus, uita diuturna & æterna, uitaq; uiuificante. Proinde & uos uiuetis. Mihi adhæren- **Ibid.** do tanquam capitii membra uiuificabimini, & mecum in æternum uiuetis. Quod ego ex natura possideo, ex gratia consequemini. Nam quum mortale corpus uestrum im- **Ibid.** mortalitate, de qua mihi nunc sermo est, se uestierit: & ipsa corruptibilis natura sortita **C** fuerit incorruptionem: tunc intrepido animo, atque gratulabundo corde cantabit: **Ibid. 15** Vbi est mors uictoria tua: ubi est mors stimulus tuus? In æterna etenim positi uita, & in cælestibus mansionibus collocati, meam contemplabimini maiestatē: meaq; fruem- **Ibid.** ni gloria. In illo autem die cognoscetis: quia ego in patre, uos in me, & ego in uobis. In illo, inquam, die. In quo? Dic, ô domine, apertius, dic euidentius, in quo die id fiet: **Ibid. 14** quatenus illum expectare, illumque obseruare ualeamus? Quantis uita hæc dierum spacijs labitur: quantis temporum momentis efflit: quantis annorum circulis uol- **Ibid.** uitur. Est ne, ô amor dulcis, præclaraque sapientia in hac dierum numerositate dies i- **Ibid.** ste? An forte in futuris temporibus celeberrimum diem hunc præstolari debemus, in quo te esse recognoscemus in patre? Dicam tamen te præsente quod sentio: & quid in scripturis tuis sanctis de die isto concipio. Non enim coram te eruditissimo magi- **Ibid.** stro errare potero, atque à ueritatis semita deuiare. Attamen si tanquam homo igno- **Ibid.** uero, emendabis: nec non & erudies me. Quamobrem fiducialiter loquar, & non ti- **D** mebo. Aperiāti in psalterio propositionem meam, quam tibi, ô doctrix, proposui sa- **Ibid.** pientia. Dies quippe ille, de quo nunc agitur, temporalis non est: nec horarum decur- **Ibid.** su tenditur, nec dierum anni numero computatur: est autem æternus, unicus, stabilis, **Ibid.** uerissimi solis luce coruscus: nulla noctis aut tenebrarum opacus caligine: semper con- **Ibid.** spicuus, semper latus, semper desiderabilis. Nunquam nubium densitate illius tene- **Ibid.** brescit lux: nunquam uertitur ad occasum: sed meridies perfecta clarescit. De die hoc Prophetam dixisse arbitror: Melior est dies una in atrijs tuis super milia. Vna merito, **Ibid. 83** siquid: quia unica, quia singularis, quia cæteris longè dissimilior diuturnitate, felicitate, incomprehensibilitate. In hac peregrinatione dierum sunt milia gaudijs & mero- **Ibid.** ribus mixta: iniurias & laboribus referta, curis & tentationibus fatigata, tempo- **Ibid.** rum uolubilitate labentia, & penarum uicissitudine plena. In atrijs autem dominii una tantum esse dicitur, atque esse debet: quantum per se sufficit: per se placet: nunquam fastidit, nunquam uariatur. Ideo Propheta memoratus diei istius illeclitus dulcedine aiebat: Concupiscit, & deficit anima mea in atria domini. Concupiscebat quidemni- **Ibid.** mio diei ipsius affectus amore. Deficiebat uero propter æterni Dei iucundissimam ut- **Ibid.** Laur. Iustin. **G** 2 sionem,

sionem, atque spiritualium exuberantiam gaudiorum. Nam perehniis beatitudo dies congruentissime nominatur: quoniam diuinæ visionis illustratur aspectu. In ipsa etenim angelorum electorumque omnium felicitas perpetua, inenarrabilis satietas, festinatæque lœtissima celebratur: nullo exhaurienda fine, dolore nullo miscenda, nullo deordinanda fastidio. O quæ magna, quæ præclara, quæ celeberrima dies illa est, quæ luce sua, & fulgentibus radijs intuentum animos æterna suavitate lœtificat, inebriat charitate, atque sapientia splendore uenustat. Sola dies illa desiderabilis, sola amabilis, sola uenerabilis est, in qua diuinitatis immensitas puro contemplatur intuitu. B

Ista nempe dies illa sublimis est: de qua dominus Iesus inquit: In illa die cognoscetis, quia ego in patre. Non tamen tanquam in continente contentus, aut in maiore minor, seu in antiquiore recentior: sed ueluti in luce splendor, in bonitate imago, coæternus in æternitate, in omni potentia omnipotens, identitas in substantia, & in incomprehensibiliate parilitas. Quæ (oro) solis claritas lunæ, uel stellarum, aut qualiscunque uesperina, seu matutina lux huic diei (uel ultimæ parti) comparari ualeat. Hunc ut uideret P

diem patriarcha Abraham (ex parte tamen) exultauit. Vedit utique, & gauisus est. Hunc etiam ipsa unica sponsa (quamuis tenuiter) contemplata est. Quamobrem nimio ex eadem lœtificata uisione, feruore succensa, capta admiratione, lœtitia ebriata, & ultra quæ cogitari ualeat: saluberrimi amoris iaculo uulnerata ignito corde, totisq; animæ medullis prorumpit in uocem, dicens: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie. Indica (inquit) o sponsæ, & uotorum meorum thesaure singulæ, ubi angelorum legiones, & sanctorum omnium animas uisionis tuæ dulcedine pascas, & ubi in immortalitatis gremio cum patre, & in patre cubes in meridie. Vehementissimo id scire appetens desiderio tanta cum auditate deposito. Hoc ipsum, quod flagrantissimo amore requirit sponsa, Dei sapientia pollicetur. Illa impræsentiarum impleri posse desiderat. Sapientia autem in futuro id perficiendum esse declarat, dicens: Cant. 1

In illo die cognoscetis, quia ego in patre. Ecce accubitus maximus, inaccessibilis, uerbo atque unigenito proprius. Iste meridies est præclarissimus, in quo iustitiae sol nescit G

ibid. occasum. Vos (inquit) in me, & ego in uobis. Ecce pascua uirentia, secunda, insignia, iucunda, suauia, plurimumque resipientia. In his sponsus pascitur, deambulat sapientia, currat atque discurrit fratuellus noster Christus. Ipsum eadem promittentem audi: ibid.

Per me si quis introierit (inquit) saluabitur: ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Ipse nanque ostium est, per quod introit: ipse cibus, ipse pascua indeficientia, ipse pascitur: ipse nempe est, qui pascit uos (ait) in me. Pastum intellige, & concupisce. Et ego in uobis. Pascentem contemplare, & inardescere. Quid dulcius, quid iucundius, quid secretius? Cupiditates refeca, ut ascendas: maculas terge, ut uideas: temorem excute, ut attingas. Grauat cupiditas, obtenebris cituanitas, repellitur insensibilitas, habilitat libertas, humilitas adamatur, amplectitur caritas. Diligenter aduerte, ibid.

quid intulerit sapientia, & caritatis sententiam ueritati innexam intelliges. Qui diliget (inquit) me, diligetur a patre meo: & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Qui cuncte ardenter amat, sapit: qui sapit, capit, cur dictum sit: manifestabo ei meipsum. Qui autem nondum capit, petat humiliter, ut accipiat: sedulò querat, ut inueniat: pulset infatigabiliter, ut sibi aperiatur. H

Qualiter homo à sua naturali degeneret dignitate. Cap. VII.



V V M innumerabiles optimus artifex Deus ad sui gloriam cōdiderit creaturas: humanam præ cæteris speciem sublimauit. Naturalibus quidem heliam insigniuit donis: & potissimum ratione, qua uniuersis præeminet animalibus. Angelicam imitatur dignitatem, a falso discernendo uerum, & a bono malum: quod nulli alijs conceditur creaturæ. Quamobrem ualde à sua degenerat origine, quoties ueritatem discernere negligit: atque bono præponit malum. Æterna merito plœctendi sunt morte, qui tales sunt. Huiusmodi ore prophetico redarguntur, ubi ait: Væ qui dicunt malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Quum enim hoc faciunt, Dei se priuant gratia: & tanquam animalia irrationalia uiuentes magna ex parte nobilitatis suæ amittunt gloriam: quemadmodum scriptum est; Homo quum in honore esset, non intellexit: com-

Aparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sensum quippe carnis imitantes, propriasque sectantes concupiscentias: post quas abire prohibentur, diuine intelligentiae non assequuntur gaudia. Vnde nunquam ad ueram Dei pertingunt sapientiam: in qua est præsentis exili præcipua delestatio. Hanc soli percipiunt, qui pro ueritatis amore ab illis se abstinent uoluptatibus, secundumque quæ fugitiua ac perniciofa sit uitæ præsentis illecebra, pertrectant sedulò. Bonum ineffabile in sapientiae lumine ratiocinando cognoscunt. Latentem thesaurum hunc ut possideant, semper effodiunt. Non laborant, neque deficiunt excellentiae ipsius illecti decore. Diuitias incomparabiles, quas nec ærugo consumit, nec demolitur tinea, neque deprædat latrones, se reperire confidunt. Hac nutriuntur spe, & quadam illis, etiæ nondum perfecta, tamen inchoata participatione resistentur. Quanto nanque ueritus quod que-psalm. 84funt, apprehendunt: tanto sciunt certius ad illius speciem in hac mortalî carne peruenire non posse. Infatigabiliter currunt, si forte comprehendant, in quo comprehensi sunt. Indeficienterque ad brauium supernæ contemplationis aspirant, seçq; hortantur, & in cordium suorum penetralibus dicunt domino: Replebitur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate. Ex ijs quæ meditando cognoscunt, qualia esse debeat, quæ attingere nequeunt, utcurque definitiunt. Definiunt quidem, nō ex rationis acumine, sed ex fidei merito. Quū enim fides sit sperandatum substantia rerum, & argumentum non apparentium: procul dubio illuc pertinet: idque intelligit, quod non capit auris: uisus non percipit, neque in cot hominis ascendit. Tunc rationem, prout ualeat, fides ipsa informat, mentem imbuit, erigit spem, gaudiūque immitit: secum nihilominus cooperante caritate. Tunc reserantur mysteria, cælestia patefiunt, reuelantur futura, & diuinitatis secteta panduntur. Huiusmodi excelsa sunt dona, spiritualiaque charismata: quæ carissimis Deo, & sapientiae amatöribus prærogantur: non repente, sed per incrementa uirtutum. Porro quicunque segniter uiuunt, remisse diligunt, & uirtutum fastigia ascendere pigritant, talibus existimantur indigni. Perfectorum ornamenta esse probantur, qui domitas tenentes carnis & animæ passiones nequaquam sibi uiuunt, sed Christo: cuius pascuntur delicijs, donis ditan-Heb. 11tur, & ebriantur amore. Merito igitur recreantur introrsus, ac sapientiae dapibus saginantur, ipsa eadem ministrante sapientia. Infundit nanque eorum mentibus intelligentias nonnullas spirituales, sublimes, & ueras: quas naturalis non penetrat intellectus: non tamē palam, & facie reuelata, sed aspirando tenuiter. Hoc diuinus sermo notificare curauit, qui ad Heliam Prophetam factus est, dicens: Egredere, & ita in monte coram domino: & ecce dominus transit, & spiritus grandis & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum. Non in spiritu dominus, & post spiritum commo-3. Reg. 19to. Non in commotione dominus, & post commotionem ignis. Non in igne dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis, ibi dominus. Istiusmodi nanque spirituales infusiones, & alloquitiones misticæ probatis uiris panduntur, & in uirtutibus perfectis patuulos uero latent. Nam etiæ aliqua sciant, docente homine didicere. Porro prius quid Samuel sibi loquentem audiret dominum, ministrando Hely, ab eodem imbatus est. Helias & ipse sibi adhærentem instruxit Helisæum. Apostoli iugiter admorientem saluatorem habuerunt. Donec in passibili corpore cum eisdem fuit dominus, minimè intus spiritum intellexerunt loquentem. At ubi petendo calos uisibilem amo-John. 14tist substantiam: tunc emisso cælitus spiritu sapientiam in suis docentem penetralibus persenserunt. Quam sæpe euangelicus sermo illos dominum interrogasse propter spiritus ritualis scientiae parentiam proloquitur: præcipue tamen in ultimo cœnæ conuiuio. Agnoscentes quippe magistrum discessurum, tanquam minimè de cætero habitu dōcentem, ut eruditione ipsius omnem de eorum cordibus propulsarent dubietatis caliginem, eundem dominum interrogauere simpliciter. Nam post Ioannis, Petri, Thomæ, Philippicæ scisitationem Iudas (non ille Scatæthis) quum redemptorem referentem audisset, quod se illis & non mundo manifestatus esset, percutiatus est; dicens: Domine quid factum est: quia manifestatus es teipsum nobis, & non mundo: Sapientiam audierat discipulus hic apostolis poscentibus mellifluu quadam & affabilis humanitate respondisse. Proinde quæ ignorabat, interrogare ueritus non est. Cui do-

Laur. Iustini.

G 3 minus

**Ioan. 14** minus ait: Si quis diligat me, sermonem meum seruabit: & pater meus diligit eum: & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Spiritualem utique non corporalem insinuat dominus illam futuram esse manifestationem, quum patrem secum uenturum denunciat. Incorporeus est pater, nullisque limitibus sensibilius circumscriputus. Spiritus est, & illum in spiritu & ueritate coli atque adorari oportet. Non enim tanquam corpus cernitur, uel palpatur: sed uti spiritus spiritualiter degustatur, dicitur Propheta: Gustate & uidete, quoniam suavis est dominus. Venit igitur ad corpora: uenit & filius, ut in eo sibi perpetuam collocent mansionem. Ad ipsius aduentum præparandam uiam, uocem Propheta audisse commemorat: qui ait: Iter facite ei, qui ascendit super occasum, dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius. Porro iter, per quod uerbum ad eorū graditur, amor est. Nequaquam abesse potest ab eo, qui diligit. Sola caritas est, quæ gratificat hominem, ipsumq; facit dignum deifica maiestate. Caritas (inquam) quæ diuinis est intenta præceptis: & quæ conditoris est subdita legibus. Inaniter etenim se Deum quis arbitratur diligere, qui præceptis illius obtemperare dissimulat. Sententia huic sapientiæ uerba concordant, dicentis: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Quomodo illum diligere ualerit, cum quo discordat uoluntate, affectu elongatur, & moribus contradicit? Vbi perfecta caritas est, ibi dissensio nulla, nullaq; discrepancy uoluntatis. Habet nanque perfectus amor uelle idem, idemq; sapere: & tandiū his nutritus fomentis coalescit, quandiu pari uoto concordat. Vnde (oro) rixæ, lites, obscoenæ cogitationes, desideria illicita, blasphemia, liuores, odia, & his similia in peccatoris corde uersantur: nisi quia à caritatis bono, quæ malum non cogitat, sermotti sunt? Vnde homicidia, ebrietates, adulteria, seditiones, contentiones, detractio[n]es, negligentia, & huiusmodi talia, nisi quod à delinquentium animo caritas aliena est, quæ malum non operatur? Veridica itaque Saluatoris sententia est, quæ ait: Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Cuius etenim mandatum paruipendit quis, eius omnino dilectionem non habet. Væ autem non diligentibus Christum: uæ sapientiæ legem, atque uitæ præcepta contemnentibus: quoniam necessitatis tempore: & in exitu hora ipsi similiter contemnentur. Hæc quippe sunt præmonentis sapientiæ uerba, dicentisq;: Vocaui, & renuisti: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexit omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti. Ego quoque in interitu uestro ridebo, & subsannabo, quum uobis quod timebatis, aduenerit: quum irruerit repentina calamitas, & interius quasi tempestas inuigerit. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non inueniente me. Præmonuit impræsentiarum, ne damnet in fine. Ne autem uile uideretur quod loquebatur: & ne ab insipientibus & peccatoribus diuinæ legis imperium, & erga mediato[rum] ipsum nullius meriti deuota censeretur affectio, quam reuera inestimabilis sit, & æternis retributionibus digna: cuius autoritatis essent, quæ loquebatur uerba, declarauit, inquiens: Et sermonem quem audistis non est meus. Quid est quod dicas, ô ueridica sapientia? Quomodo non tuus est sermo, quem loqueris? Video te solum, te loquentem audio, & suauiter differenter. Quomodo igitur nō tuus est sermo quem loqueris, quum eundem ipse tu proferas? Nemo suadet, nullus tibi, ut loquaris, imperat: & tamen dicas: Et sermonem quem audistis, non est meus. Contradicere uocit uer non audeo: sententiam tuam negare non præsumo, sed neque dubitare corde, quum te Dei confitear sapientiam, tecq; æternam adorem ueritatem. Depelle igitur, ô cordis meis solitum singulare: & peregrinationis meæ prævia lux, mentis meæ hebetudinem: instrue tarditatem, atque sermonis tui irradianti splendore illumina tenebras meas. Dic (inquam) cuius est sermo, quem loqueris, si tuus non est? Infirorum utique excitantur corda: & debilium genua roborabuntur ad tuorum obedientiam præceptorum: si per te loquentis in te autoritatem agnoverint. Sermonem (ait dominus Iesus) quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me patris. Loquitur pater in filio, & cum: Et quæ ab eodem audit, profert: Nempe patris ad filium uox illa est: quæ per Prophetam ait: Ad omnia quæ miram te, ibis: & quæ mandaueris tibi, loqueris ad eos. Id ipsum Apostolus apertius manifestat, dicens: Multifariè multisque modis olim Deus loquens, patribus in Prophetis, nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio suo. Si pater loquebatur

A quebatut in filio iuxta testimonia scripturarum: filij uerba propria non erant, sed patris. Ut autem in petram scandalum non impingas, & per infidelitatem non corrucas, hoc quod dictum est ad humanam naturam, quæ à uerbo suscepta est, referas. Nihil homo ille loquebatur à se, sed quod instruebatur à uerbo. Nam si ad sumentem attendas, loquebatur filius, quemadmodum & pater. Si autem ad assumptum, pater loquebatur in filio. Vtrunque uerum est, filius cum patre loquitur: Et sermonem quem audistis, non est meus, sed eius qui misit me patris. Maximum est sacramentum hoc, atque inscrutabile: credendum fide, sed non ratione quærendum. Omnis enim humanæ sapientiæ deficit ratio propter unionis ipsius mirabile mysterium. Iacet quidem per se cogitantis mens diuino repercussa fulgore, nisi per fidem erigatur, & erudiatur per spiritum. Quæ etenim eloquia ex ore prodierunt sapientiæ, obscura & profunda sunt in se: sed propalante spiritu sancto intelligibilia facta sunt. Quamobrem idem Paraclitus à patre missus est, ut fidelium imbueret corda de uniuersis, quæ ipsa hominibus protulit sapientia: sicq; diuinum perhiberet testimonium ueritati. Hoc notificare curauit dominus, quando ait: Hæc loquutus sum uobis in eruditis, & in fide paruulis, manens utique apud uos. Quæ uidelicet, quum attingere nequeatis, ne infructuosa maneat penes uos: Paraclitus spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, uos docebit omnia, & suggesteret omnia, quæcumque dixeris uobis. O. quæm commendabilis Christi agnoscitur disciplina, quæ tantorum autoritate describitur. Loquitur pater per filium: loquitur filius per assumptum hominem, loquitur spiritus sanctus per ora Propheta rum, doctorumque: & eadem quæ loquitur operatione miraculorum, atque spirituali revelatione confirmat. Profectò hi tres, qui in caelo dant testimonium: pater uidelicet, uerbum & spiritus sanctus in terra concordant similiter: & catholicam clarificant ueritatem. Proinde nequissimus est: & nedium diuino, uerum etiam humano damnandus iudicio, quisquis negare præsumit, quod horum sancitum est testimonio. Nemo igitur contradicat sermonibus ueritatis: nullus infringere audeat, quod Christus asserruit. Credant corde, ut ad salutem eorum fiat oris confessio: sed caueant ne discordent moribus à fidei confessione. Quod corde credunt, testentur & uita. Sola fides illa apud altissimum promeretur laudem, quæ p[ro]i operibus sociatur, atque uirtutibus tanquam preciosis ornatur gemmis. Quum uero in sola oris confessione consistit, mortua esse censeretur, dicente apostolo Iacobo: Fides sine operibus mortua est. Ut ergo uiuat, ut Deo placeat, operibus roboranda est, atque caritate informanda. Nam ab inuicem earum nulla ualeat segregari. Est nanque fides uirtus & caritas funiculus triplex, qui difficile rumpitur. Hunc spiritus sanctus contexit, & ordinat. Per fidem subiicitur anima sapientiæ, per uirtutem eandem imitatur: per caritatem uero copulatur, atque perficitur. Perficitur (inquam) quum afficitur caritate, & eo mentis habitu induitur: quo Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus uiribus diligit. Hunc quum attigerit gradum, septiformis spiritus repletur donis. Castè siquidem timens Deum custodia, qua potest, offensam cauet, abhorret delicta, deuitat noxia, ne in obediendo amittat, quem timendo diligit. Discit erga delinquentes tenere pietatem: & quo ordine, quibusue studijs dilectionis ualeat implere mandatum, iugiter meditatur. Pertractat secum sine intermissione opere perficere: quod ex ore dicitur sapientia. Hoc est præceptum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Scientiæ pollet acumine, illudq; semper exercens in distributione donorum sibi cælitus collatorum rituale quærit lucrum, ne traditum ad quæstum in terra conuincatur collocaſſe talentum. Fortitudinis robore decoratur. Per ipsam nanque in Dei solidatur amore, ne ad pugnam imparata progredivi hostibus cum dedecore terga uertere cogatur. Nouit hominis ultam esse militiam super terram, nouit tentacionem multimoda bella, quæ congruerer animi uirtute superantur. Consilio fit prouida: ut præteritis futura metiendo inter aduersa & prospera Saluatoris sectetur uestigia. Crucem quotidie post ipsum baſulat, studetque consulte semper abnegare, quod est. Curas seculi, & carnis desideria per intellectus gratiam infatigabiliter iustitiae mucrone confodit, earumque parvulos prudentissime allidit ad petram, quatenus sordibus mundata ad spiritualium sacramentorum attingat nosism. Nisi enim ab exterioribus mundetur cor, ad inter-

ad interiorum iadaginem peruenire non valet. De sapientiae uero dono quid dicam; E  
quum ad ipsius suauem gustum, contemplationisque speciem absque spiritus adiutorio nullus ducatur: Nam Apostolo teste spiritus scrutatur etiam profunda Dei. Hoc sapientiae donum se perceperisse idem Apostolus gaudens fiducialiter aiebat: Non enim in doctrinis loquimur humanae sapientiae verbis, sed in doctrina spiritus spiritualibus sp̄itualia comparantes. Iterumque: Sapientiam loquimur inter perfectos: non sapientiam huius mundi, sed sapientiam in mysterio absconditam. Vnde autem illam habuerit, certissimum est, quod ex spiritu sancti gratia. Quod euidenter aperuit, quando ait: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae: alijs sermo scientiae secundum eundem spiritum: alijs fides in eodem spiritu: alijs gratia sanitatum in uno spiritu: alijs operatio virtutum: alijs prophetia: alijs discretio spirituum: alijs genera linguarum: alijs interpretatione sermonum. Hæc autem omnia operatur idem spiritus diuidens singulis, prout uult. Diuidit quidem fidelibus singulam corporis Christi membris iuxta cuiusque mensuram. In quo corpore ecclesiæ ueluti honorabile caput, ipsa præsidet sapientia. Propterea ad facrosanctum hoc declarandum mysterium missus est spiritus sanctus: quatenus doceret omnia, & suggereret omnia: quæcumque diceret ipsa, siue per assumptum hominem, seu per aspirationem uerbi. Nempe quod pronunciatur uoce, idem spiritus docet. Suggerit autem, quod infunditur corde. Virunque agit spiritus ueritatis a patre in filij nomine missis in cordibus credentium. Vtitur tamen hominis instrumento, non pro necessitate, sed pro sua beneplacito voluntatis, quippe quum omnia operetur in omnibus. Ex hac igitur doctrina uel suggestione spiritus audientis utriusque hominis eruditus status, & pacificatur affectus. Eruditur enim ad custodiendam pacem membrorum, & pacificatur in caritate Dei. Hæc nullus ambigat per sapientiam fieri, quæ cum patre & spiritu sancto unus est Deus. Vnde ad insinuandum id, addidit eadem sapientia. Pacem relinquo uobis, pacem meam do uobis. Quid pace dulcior, quid utilius, quid amabilius? Pacem relinquerem, pacemq; dare debuit ipsa pax diuina, pax æterna, pacifica in se ipsa, pacificans uniuersa in se. Pacem uicq; reliquit, & pacem dedit. Reliquit cum Deo, dedit uero hominibus. Magna sunt hæc, sensu profunda, ueritate cōspicua: & ab ipsa Dei sapientia merito pronuncianda. Quis tam sublimia promeret paucis, nisi ipsa sapientia. Dixit aliquid, & maximum aliquid suggerere uoluit. Nisi præcessissent inimiciæ, superflua uideretur dohara pax. Quoniam uero præcesserant, pacem ideo dedit, pacemque reliquit. Vnde autem profluxerint, audi. Quum fecisset Deus parentes primos, virum de limo terræ, mulieremque de uiri costa, & eos in uoluptatis paradise collocasset, præcepit eis, dicens: Ex omni ligno paradisi comedetis, deligno autem scientia boni & mali ne comedatis: In quacunque enim die comederitis, mortem morieti. Hanc conditoris legem mox prævaricati sunt, inimicitarum contumelia subsequuta est, atque duplex mors pro transgressionis poena inflicta. Harum alteram euaserunt multi: non tamen nisi per mediatoris Christi fidem & meritum effusionis sanguinis illius. Alteram uero ( uidelicet ) corporis nullus, quamvis sanctus & innocens euitare potuit, dicente Prophetæ: Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? Patiente siquidem domino, & pro originali satisfacierte delicto æterna animæ mors prædestinatis iustis temporale supplicium commutatur: persistente nihilominus corporis morte in memoriale prioris culpæ, atque in eiusdem poenam peccati. Chronographum hoc damnationis æternæ ipse Mediator tulit de medio, & cruci illud affixit, nosque patri reconciliavit. Sicque factum est, ut qui demeritis exigentibus nostris eramus longè, interpellente semper pro nobis Christi sanguine accedentes per fidem efficiamur propè. Et qui flagitorum oneribus pressi iudicis faciem uerebamur, nunc caritate ferudi gratificante nos sapientia patris uultum aspicere concupiscamus. Accendimur prorsus facibus amoris, quoties cogitatione sapida diuinam erga nos meditamus exhibitam caritatem; pro qua à Deo pax nobis donata est, & à Christo ad patrem proficisci relictæ. Tunc etenim pacem nobis donauit pater, quem in similitudine carnis peccati in mundum filium misit, ut de peccato damnaret peccatum in carne sua. Tunc illam filius reliquit, cum soluto sanguinis precio reconciliauit nos Deo, & triumphator migravit ad superos. Pacem ( inquit ) reliquo uobis, ut à debito libertati ignota

A risigno Deum diligatis affectu. Pacem meam do uobis, ut syntero amore inuicem diligatis. Quam compendiosè, quam sapienter binam nobis uerbis his commendauit dilectionem, Dei uidelicet, & proximi: In horum perfectione mandatorum Christi pacem consequimur: & possidemus testante Prophetæ, qui ait: Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. In pacis igitur adeptione fragores mundi, contradictiones hominum, uitiorum bella uitamus. Replemur dilectione, delectatione paucimur, illuminamur fide, sensu fecundamur, & imbuimur sapientia. Ista proculdubio ignorant carnis desideria sectantes, minimèque reperiuntur in cordibus peccatorum. Munera sunt sapientiae suis amatoribus prærogata. Proinde dicebat, quum recumbebat. Non quomodo mundus dat, ego do uobis. Quam uera ueritatis sententia est: Distincta sunt Dei & seculi dona. Quod non habet in se mundus, suis non ualeat præstare cultoribus. Fraudibus quum sit plenus, & liuoribus agitatus, atque omnium iniquitatum ueneno refertus, pacem quomodo tribuere potest? Ab autore pacis, pacis fuerant condonanda encænia. Quamobrem pacem ( inquit ipse ) uos, ô amici mei, domestici mei, meiq; corporis membra, diligite, quam relinquo, pacem custodite inuicem, quam mandando do uobis: ipsam tanquam futuræ beatitudinis cautionem tenete: ipsa in meæ solatium corporalis absentie resideat penes uos. Non igitur turbetur cor uestrum, quum humana à uobis mea ablata fuerit forma, neque formidet saevientium iniquorum persecutions; quas me absente excitabunt aduersum uos. Memento quoties dixi: Vado & uenio ad uos. Profectò si diligeretis me, gauderetis utique ( quia uado ad patrem. ) Magnam Christi discipuli de ipsius discessu, excepto duntaxat horrendo passionis mortisque supplicio, debuerant habere lætitiam, si priuato caruissent amore. Quandiu nanque in carne passibili cum hominibus conuersatus est, quanta conuicia, quot labores, qualiaue mediator noster pœnarum perpessus sit genera, quis humano ualeat explicare eloquio? Latebat etenim sub humanitatis nubecula diuinitatis splendor: propterea minime videbatur, quæ adoraretur malestas. Parvulus apparebat inter homines, dominus magnus, nimirumque laudabilis. Agnoscí quoque noluit, ne ignosceretur sibi. Si enim cognouissent dominum gloriæ, nunquam crucifixissent. Postquam passus est, & deuicta immutataq; omni corruptionis angustia, postquam ad patrem, unde nunquam discessit, rediit: tunc quis esset, agnitus est: tunc humanæ à uerbo susceptra substantia supra omnem cælorum militiam, supra ipsa Cherubim ac Seraphim agmina in patris dextera perenniter regnatura consendit. Ideo aiebat. Si diligeretis me propter me, si non propria quereretis: utique gauderetis. Postponite igitur uestra, priuatum abijcite amorem, & meam fidei oculo futuram post modicum intuemini dignitatem: quam quoad uixeris, penes uos habiturus non sum. Completa tamen patris obdientia, consummatisque Prophetarum dictis condignam consequar de mea passione mercedem: nec non uniuerso insinuabo orbi, quantum patri placuerit obedientia: quid contulerit mihi, quām uerba uobis. Nempe utriusque, meæ uidelicet & uestræ obedientiæ copiosus est fructus. Mihi pro eadem fletetur omne genu, siue cælestium, seu terrestrium, aut infernorum. Vobis autem cælorum reserabitur ianuæ, que per annorum curricula plurima extitit clausa. Cuncta hæc me ascende ad patrem. Ient. Ideoq; si diligeretis me, gauderetis utique: quia uado ad patrem: quia pater maior me est. Propterea nunc dixi uobis, quæ futura sunt, prius quam siant: ut quum factum fuerit, quod prædicto uobis, credatis. Quid, ô domine! Dic (oro) quid credere debemus? Me utiq; Dei filium me uerbum ante secula: Deo patri consubstantialem, coæternumq; ex natura Deum, in tempore autem factum hominem propter uos, mediatorem uestrum, redemptorem, ac plasmatorem, me in carne passibile, mortale de uirgine natum, de patre incomutabile uerbum incomprehensibiliter genitus. Hac præfus de me credere debetis. Iam uero agonis mei incumbente tempore nō multa loquar uobis. Venit enim princeps mundi huius, & in me nō habet quicquā. Mūdi huius principem diabolū nominat, qui mūdi amatoribus principiat. Peccatores nanci & scelesti dominatorem omnium cōtemnentes Deum, eiusq; mādata implere negligentes, tenebrarū principis dum perficiunt uoluntatem, ipsius mancipia fiunt, & delictorum serui, ipsa denti. Sapientia: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Mala seruitus hæc, quæ ad semper uirgineum

pitemum trahit interitum, & naturalis innocentia spoliat iudicium, atque liberabitur auctoritate dignitatem. Non aliunde iunior filius a patre discedens, & proficisci peregre distracto cum meretricibus patrimonio egere coepit. Istius etenim principis captivus effectus de porcorum siliquis uoluptatis famem, atque concupiscentiae uentrem ad saturitatem replere satagebat. Ab hac uero inedia miserabili, & detestando seruitio, nisi redeundo ad patrem, redimi non potuit. Hoc iste: hoc quotquot de Adae propagatione originem ducunt. Traducem quippe habentes de massa peccatrice, atque originalis culpae maculam contrahentes ante fiunt damnati, quam nati. Hinc est, quod Propheta gemens, ait: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hac de causa importunus exactor iste principabat in seculo, & humanae damnationis debitum quotidianis facinoribus aggregabat. Hinc diuini honoris cultum usurpauit in homine, atque dominatum sibi uendicauit indebitum. Adeo totum legibus suis subdidit orbem, ut nemo tyrannidis illius fieret exors. Vnde & Propheta dicebat: Non est, qui faciat bonum: non est usque ad unum: omnes simul inutiles facti sunt. In elatione igitur principandi uectus hic angelus, quoniam in celo regnare non valuit, sedem suam ad Aquilonem instituens, in hoc nequam seculo solium iniquitatis erexit. Nemo ab ipso mundi initio, usque ad temporis plenitudinem (dunataxat mediatore, eiusque genitrice exceptis) iugum dominationis eius euasit. Hunc carteris similem agnoscens in natura debito: dissimilem autem in moribus, in sapientia, in sanctitate quisnam esset inquirere studuit. Proinde uarijs illum temptationibus laces-  
sui, probauit argumentis, observationibusque prospexit, si quo modo illum, ut primum hominem ac posteritatem eius sternere posset. Quicquam uero fraudis commentor in mediatore ipso non reperit suum, quoniam nec in conceptu, neque in toto uitae decur-  
su aliquid collationis admisit. Sanctus quippe fuit, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, cælisque excelsior factus: ita ut peccatores iustificare, sanctificare noxios, atque uero suo posset mundare pollutos. Tanti siquidem fuit meriti, ut morte sua ab eterna damnatione eriperet universos. Hoc dum egit, quantum patrem diligeret, pa-  
tenter significauit. Proximus igitur passioni discipulis constanter aiebat: Surgite, ea-  
mus hinc. Surgite ait alacriter, constanter, propere. Eamus corde corporeque hinc ad locum certaminis: ad conflictum passionis. Tacebitis uos, immo fugam capietis, & ego irrisiones, sputa, flagella, crucem, & mortem sustinebo. Non tamen necessitate coa-  
etus, sed uestri amore succensus: non ut satisfaciā pro me, sed ut cognoscat mun-  
dus, quod diligo patrem: & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Mandatum et  
enim a patre accepit Christus, non ut moreretur: sed ut praedicando, exhortando, eru-  
diendo genus saluaret humanum. Quod ut efficacius ageret, seruata iustitia lege idem  
Dei & hominum mediator crucis patibulum sponte perpessus est. Quamobrem Adae  
debitum soluit, Deo honorem restituit, insignemque omnipotentis Dei, quam primus  
homo gustando ueritum denigrarat, reparauit imaginem. Nil excellentius, nil Deo of-  
ferre charius ualuit, quam ut centesimam, quæ perierat, ad ouile dominicum proprijs  
humeris reportaret ouem: atque antiquæ cælestis Hierusalem, quæ Lucifero superbien-  
te factæ sunt, reædificaret ruinas. Non autem iniquum hominis detentorem uoluit uir-  
tute debellare, quum posset: sed sapientia sola, quatenus qui fraudis commento primum  
superauerat hominem: ab ipso redemptore sapientiae magisterio uinceretur.

Quod Dei dilectio dilectionis nostræ efficiens sit causa. Cap. VIII.

**P**eregrinationis huius leuamen optimum cordium non corporum, morum  
non locorum fraternitatis copula esse comprobatur. Est enim homo so-  
ciale animal, sibi appetit simile, & cui cohæreat, querit: quatenus unitatis  
solatio gaudeat. Hoc illi a natura præstatur, hoc ab inhabitante gratia mi-  
nistratur. Nempe ipse Christus nos docet unitatem diligere, docet eadem  
etiam custodire. Porro nec sine causa diligitur, nec sine dilectione custoditur. Vtrumque  
nobis donatur a Christo. Vnde gratiam habeamus, Ioannem dicentem audi: Depleni-  
tudine (inquit) eius nos omnes accepimus. De dilectione autem sic legitur: Quis dilexit  
nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Non enim diligemus Christum, ni-  
si diligemur a Christo. Dilectionis nostræ efficiens causa est Dei dilectio, guan-  
tum mundi

A mundi constitutionem in uerbo dilexit, & per eundem elegit nos. Non solum hoc, uer-  
bum gratificauit nos in dilecto filio suo. Nisi gratificaret, minime diligemus, sed  
nequaquam gratificaret, nisi in ipso filio diligenter nos. Agnosce, o homo, prærogatum  
munus, ne ingratus sis, & inde deficias, unde proficere debuisti. Omnia quantumcunq;  
amabilia sint, quæcumque grata percepisti, agnosce a Christo. Non autem cognoscet, si  
non in ipso, qui ueritas est, permanescit. Audi Dei uerbum, & diligenter aduertere, quod  
in illo te manere oportet. Ego (inquit) sum uitis uera. Non qualis quotidie ab homini-  
bus excoli cernitur, quæ in terra radices ponit: botrosque producit ad hominis laetifican-  
dum cor, sed neque qualis illa erat, de qua Prophetæ loquitur, dicens: Plantauit vineam  
electam, & ædificauit turrem in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit, ut  
faceret uias, & fecit labruscas. Propter quod a domino dictum est: Auferam sepes e-  
ius, & erit in conculationem, & ponam eam desertam. Non putabitur, neque fodietur,  
& ascendent super eam uepres, & spinæ, & nubibus mandabo, ne pluant super eam  
imbrem. Non talis uitis Christus, quæ huiusmodi audiat comminationes: sed uitis pror-  
sus uera, quæ radices ponit sursum, & fructum facit deorsum. In terra siquidem uiuen-  
tium iuxta uitæ fontem plârata consistit. Quamobrem irrigua semper, & foecunda per-  
seuerat. Illius non desluunt folia, fructus non marcescit, non fastidit odor, neque suauitas deficit. Semper virens, semper florens, semper amoena est. Aspectus nanque illius  
delectabilis est, fructus est dulcis, secura umbra, ramicque protenti impletæ latitudi-  
nem terræ tuæ, o Emanuel. Consideret, qui potest, quam longe lateque effusum est no-  
men Christi, & agnoscat uitis huius eminentissimam dignitatem. Uitis huius ille pro-  
spexerat latitudinem, qui dicebat: Leua in circuitu oculos tuos, & vide. Omnes isti con-  
gregati sunt, uenerunt tibi, filii tui de longe uenient, & filii tuæ de latere surgent. Tunc  
(uidelicet) quando fiet hoc, uidebis, mirabitur & dilatabitur eorū tuum, quando con-  
uersa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium uenerit tibi. Vnde autem tanta  
uitis haec ubertate decoretur, si scire cupis, sapientia differentem ausculta. Quum enim  
dixisset: Ego sum uitis uera, addidit: Et pater meus agricola est. Nunquam fructifica-  
ret taliter, nisi a tam probatissimo excoletetur agricola. Quod uero fructus illius ipse  
sit autor, agricolæ uocem ad filium per Prophetam agnosce. Postula (inquit) a me, &  
dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Ipse plane  
cælestis pater uitis huius cultor existit, & diligentissime nutrit: ut sanctitatis proferat  
fructum. Nihil in ea infructuosum, nil aridum, nihilque relinquit inutile. Ideo racemos  
præcidit in secundos, ne uitis pulchritudinem decolorent, ac fructosorum palmitum  
fertilitatem deperire faciant, eosque præcidendos reddant. Ideo uitis ipsa dicebat: Om-  
nem palmitum in me non ferentem fructum tollet eum. Tollet (inquit) eum. Quemque  
Non ferentem in me fructum. Signanter ait, Non ferentem in me fructum. Sunt etenim, qui  
fructum ferunt: sed non in Christo. Hi inter infructuosorum computantur numerū. Fuere  
hæretici, qui male de Christo senserunt, errorum suorum uenena in fidelium plebem spar-  
serunt, fecerunt sectas, unitatemque ecclesiæ uastare moliti sunt. De talibus uoce sponsi  
**D**pastoribus ecclesiæ dicitur: Capite nobis uulps paruulas, quæ demolitæ uineas. Sunt  
quoque hypocritæ, qui aliud corde gestant, aliud proferunt ore. Huiusmodi sub uelami-  
ne sanctitatis animas decipiunt, populorum fauores captant: sanctos se gloriabant uo-  
cari. Sed sicut primi palmites ueri non sunt. Specie tenus adhærente uidentur Christo:  
ab ipso divisi sunt. Quum enim in hominum laudibus oblectentur, illasque pro suorum  
querent mercede laborum, in hæreditate Christi, quæ in futuro humilibus pollicetur, par-  
ticipare nequeunt. Computantur prorsus in fatuarum consortio uirginum, quæ a regno  
cælorum expulsæ, a Christo nesciri dicuntur. Omnes præterea superbi & peccatores, qui  
Christianæ religionis sacramenta sumpserunt, & nequiter uiuunt, in huius uitis palmitibus  
esse non censemur. Nam etsi confiteantur se nosse Christum, negant autem factis. Nil illi-  
nis prodest uerbosa confessio. Non enim sonitum labiorum tantum, sed simplicitate cor-  
dis approbat omnipotens. Nonne sapientia uox illa est: quæ ait: Non omnis, qui dicit mihi,  
domine, domine, intrabit in regnum cælorum: sed quicunque fecerit uoluntatem patris mei?  
Verba utique uirtutibus decorata Deo, grata noscuntur. Ideo suos ex ueræ fidei confessio-  
ne, atque operibus caritatis agnoscit palmitæ. Infructuosos quippe tanquam inutiles tollit  
&

**Ioh. 15** & aeterno deputat igni fructuosos autem purgat, ut fructum plus afferat. Studiosus pl. 8  
**Ibid.** nè agricola nunquam desinit terram excolere, semina mittere, inserere arbores, oliueta plantare, vineasq; purgare suas. Inde fructum, inde percipit gaudium. Cælestis agricolæ attende peritiam. Quomodo terrâ spirituali bonitatis suæ excoluerit uomere: Prophe-  
**Psal. 84** tam audi: Benedixisti (inquit) domine terram tuam, aueristi captiuitatem Iacob. Quid uero ex Dei benedictione ipsa produxit terra: significare curauit, dicens: Etenim do-  
**Ibid.** minus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Porro fructus terræ hu-  
**Psal. 126** ius sublimis seminatus denuo cælorum replet horrea. Non enim impræsentiarum istius messis ubertas noscitur. Quādo autem: In futuro: sicut Citharæda sanctus commemo-  
**Psal. 51** rat: Quum dederit (ait) dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini, filij merces, fru-  
**Psal. 127** ctus uenit. Quod autem cælestis hic agricola nouas quotidie inserat arbores: plebs in-  
**Gen. 4** dicat gentium. Quum enim sylvestres essent oleastri, in naturalem & bonam oliuam in-  
**Gen. 7** ferti sunt. Vnde iustus qui uis propheticō potest dicere ore: Ego sicut oliua fructifera in  
**Gen. 13** domo Dei sperauit in misericordia Dei in aeternum, & in seculum seculi. Nempe harum omnium foecundatam matrem cernebat ecclesiam, quando dicebat: Filij tui sicut nouel-  
**Exod. 2** lae oliuarum in circuitu mensæ tuæ. Quod autem uitem suam peritus purget agricola,  
**1. Reg. 24** testatur ipse palmitum spiritualis ac uberrimus fructus. Discurre (obsecro) mentis oculo per generationes singulas. & ueram intelliges esse sententiam sapientiæ. Porro nullus reperitur ab ipso mundi exordio palmes uerus, qui non tribulatione purgatus sit. Abel  
**Gen. 7** innocens iniuste moriens fratribus iniquitate purgatus est. Noe filij illusione, & aquarum  
**Gen. 13** inundatione purgatur. Abraham de terra sua cognitione, & domo patris sui egrediens  
**Gen. 27** multarum insidiarum, plurimorumq; laborum attritione purgatus est. Iacob irati fratris declinans rabiem, quantas perpessus fuerit in peregrinatione sua, quis enumeret passio-  
**Gen. 41** nes: Joseph in Ægypto uenundatus tanquam ueræ uitæ palmes, calumnia, inedia, com-  
**Exod. 2** pedum, carcerisq; sustinuit sectiones. Moyses ipse opprobrium Christi Ægyptiorum  
**Heb. 11** diuitijs præferens uarijs lacessitus iniurijs Christo configurari promeruit. David pro-  
**Luc. 22**phetarum eximus superbi regis persecutiōe purgatus iustitiæ fructum Deo protulit co-  
**Luc. 21** piosum. Vates etiam uniuersi diuersas principum, populorumq; serentes contumelias electorū palmitum collegio sociantur. De his loquens Apostolus, ait: Alij distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem. Alij ludibria & uerbera experti, insuper & vincula, & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Præterea apostoli, quibus dicebat ueritas: Vos estis, qui permanistis mecum in temptationibus meis, tanquam ues in medium luporum mittuntur, cæduntur in Iudæorum concilio, ad reges trahuntur & praesides: quatenus ueræ ad-  
**H**ærentes uiti germe ualeant procreare uirtutum. De martyrum uerò palmitibus quid dicam? Quanta sibi purgati diligentia nemo sufficienter explicet uerbis. Fuere nanque attriti uerberibus, flagris excoriati, obruti lapidibus, ignibus concremati, lampadarum adusti incendio, afflitti fame, carceribus inclusi, deportati exilio, iniurijs lacessiti, ferro onusti, laboribus fatigati, suspensi patibulo, facultatibus nudati, membris præcisi, fera-  
**2. Tim. 3** rum mortibus traditi, diuersarumq; poenarum generibus extincti: ut Christo cohæren-  
**Heb. 12** do fructifcent, repleantq; ecclesiæ torcularia sanguine suo, quatenus eo ebriati fideles cæteri de ipsorum locupletati supereroganti thesauro meritorum cælestium cumulatissimum pariant fructum. Nemo itaq; iustus, teste Apostolo ab hac purgatione secernitur. Ait enim: Omnes qui piè uolunt uiuere in Christo, persecutionem patiuntur. Quam obrem conuersis Hebræis & afflictis dicebat: Quis enim filius, quem non corripiat pa-  
**2. Tim. 3** ter? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis. Quantu uerò sit meriti huiusmodi purgatio, eisdem intimauit, dicens: Omnis autem disciplina in presenti quidem non uidetur esse gaudij, sed moeroris: postea autem fructum pacatissimum exercitaris per eam reddet iustitia. Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite, & gressus rectos facite semitis uestris. Ex his agricolæ huius peritiam intellexisti: Esto talis, ut & tu merito purgeris à Christo. Causa tamen, ne purgatus murmures, & agricolæ detrahas sapientiæ. Nequaquam dolorem vulneris, sed sanitatis attende dulcedinem. Purgationis incisionem abhorrete noli, & centuplicatam fructum percipere concupiscis. Eris proculdubio oliua uberrima, amena, grata, solisq; uires,

**A** uirens, si agricolæ purgationem æquo sustineas animo. Si uero cultoris manum im-  
**I. Cor. 13** pienter abegeris, tanquam insecunda atbor radicis euelleris, & aeterno concremaberis incendio. Memento (quæso) quanta populus Hebræorum perpessus sit mala, quo-  
**psal. 65** niā contra dominum murmurij leuauerunt uoces. De quibus Apostolus ait: Neque tentetis Christum: sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Sectionem igitur medici, patris disciplinam, & cælestis agricolæ purgationem uide ne speras, & contra omnipotentis manum (obsecro) ne indigneris, quin potius gratulare te in Christi sanctorumq; connumeratum esse consolatio: qui immania tormentorum genera perpessi, locupleti fœnore ad cœlestem gloriam trahiere. In quorum siquidem persona Psaltes egregius ait: Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, nec exanimatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationem in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Transiuit per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium. Probasti etenim cum peregrinantibus necessaria sit, non est fugienda, sed uolenti animo complectenda. Nec quid concupiscat caro, sed quid suadeat spiritus, attendendum est. Nam spiritus indeficier concupiscit aduersus carnem, & caro aduersus spiritum, inuicemq; dissentient. Caro presentia ac temporalia: spiritus uero su-  
**Gal. 5** cura & aeterna naturaliter appetit bona. Ut quis deseruire nemo potest. Potiora querenda sunt, atq; præstantiora uilioribus præferenda. Ad hoc ratio inserta est homini, & universo intellectualis creaturæ prælata est: ut cuncta sub se instituta ordinate disponat, exteriora uidelicet usui corporis, ut coaptet: corpus subiectum spiritui, spiritum uero Deo faciat familiari. Hic est rationalis creaturæ prudentissimus ordo, quem de sponsi cællario, sponsa attulisse lætatur, dicens: Ordinavit in me caritatem. Hoc nimium deficiente in anima uitia germinant, concupiscentiarum aculei graffantur, & delicta coalescant: quæ ferro, igne, & purgatione indigent. Maximum proinde diuina miserationis indicium est, cum mundatur anima, purgaturq;. Mundatur quidem, ut purgetur: purgatur autem, ut fructificet. Purgati non ualeat, nisi mundetur prius. Mundatur aqua, tribulatione uero purgatur. Mundatos illos esse notum fecit Sapientia, quibus dicebat: Iam uos mudi estis propter sermonem, quem locutus sum uobis. Nouerat quippe eos purgari non posse ad salutem, nisi mundarentur prius. Quomodo autem mundantur, & per quem mundantur: Mundati plane fuerant semel, & mundatur quisq; salutari baptismatis lauacro. Non tamen simplex aqua habet hoc proprium. Potest utiq; corporeum maculas tergere, potest sordium amouere putredinem, sed non ualeat animarum abolere contagiæ. Immergitur se quis in æquoris, fluminum, seu fontium aquis, talis mente egreditur, qualis introiuit, non autem sic in baptismo. Descendit quisq; baptizandus ad fontem lauaci originali obligatus peccato, uel etiæ immanissimis sceleribus reus. Credat, cum mergitur, in nomine sanctæ trinitatis, statimq; super niuem dealbatus omnium suorum deponet sarcinæ delictorum. Vnde (oro) tanita in aquis uirtus, ut corpus tangat, & mentem abluit: Quis tam potenter operatur nemine uidente, aut sentiente: Videl oculus elementum, per quod elementata purgantur: auris uero ipsum, per quod animatum peccata mundantur, credit sacramentum. Quomodo autem efficitur sacramentum: Utq; per uerbum Christi, per sermonem sapientiæ. Accedit namq; uerbum ad elementum, & fit sacramentum. Tætanq; uirtutis est mediatoris sermo: ut naturam mutet elementorum, & operetur inuisibiliter, atq; supra humanum sensum, supra intellectum potentia-  
**Ioan. 15** sive insinuat cellitudinem, quæ per fidem solam fidelibus declaratur. Nempe ad tam subli-  
**Rom. 16** mis mysterij non, nisi fide mediante, peruenitur indaginem. Nisi credatur, non percipi-  
**Iob. 14** tur, necq; intelligitur. Ex auditu fides est, & per fidem aperitur auditus. Per fidem, inquit, Christi, qui uerbo suo mundat immundos. Nemo, scriptura teste, potest facere mun-  
**Matth. 8** dum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus. Hoc leprósus immundi agnouit, quando ait: Si uis, potes me mundare. Mundat plane immundos, seu men-  
**Ioan. 15** te, seu corpore. Corpore paucos, plurimos mente, prædestinatos uidelicet ad salutem:  
**2. Tim. 2** De quorum numero erant, quibus ipse dicebat: Vos mundi estis propter sermonem, quem ego locutus sum uobis. Nouit dominus, qui sunt eius: nouit quos mundet ad uitam: ut mundati maneant in aeternum. Parum quicquid prodest mundari ad tempus: & in Laur. Iustin. **H** Fordibus

ordibus deficere: atque uelut eanis redire ad uomitum. Mundatus igitur quilibet cohæreat mundati immundos, ut mundus permaneat, alioquin reciduum patietur: fientque nouissima hominis illius peioribus. Duplicis quoque erit reus delicti, cōtēptæ scilicet gratia, & superadditæ culpæ: propter quod ingratus efficitur & iniquus. Vt ergo nepe ut caret morbo, ambos ut evitet laqueos, ueritatis summe & Dei sapientie sententiæ audiat, dicitur: Manete in me, & ego in uobis. Hæc ut perfectum reddant hominem, indissolubiliter cōglutinatur. Nec homo in Christo, nec Christus manet in homine, nisi copulet caritas, quæ parium uoluntatum est confederatio, dulcis uirtutum nexus, & diuinæ legis consummatio ueneranda. Sine caritate in Christo manere nemo ualeat. Radix caritas, uitis Christus, palmites Christiani. Non aliunde homo Christus Iesus Dei & hominum mediator uirtutis suæ efficaciam, suorumque prærogativam haurit meritorum, quam de radice caritatis: que Deus est, dicere loane: Deus caritas est. In ipso siquidem Mediatore plenitudo divinitatis corporaliter habitat: pro qua ultra humanam estimationem hominum angelorumque transcendit merita. Diffundit quippe se uerbum in sibi uito homine: & tanquam in supposito congruenti sujpsius bona cōmunicat. Vnde Ioannes: Vidimus (inquit) gloriam eius, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & ueritatis. Quod autem ipse accepit in se, effundit absque sui diminutione in fideles suos: sibi ueluti ueros palmites inhærentes, quatenus fructifcent sanctitatis fructum, & uirtutum plantaria inserunt. Non enim nisi à uite recipiunt palmites fœcunditatis humorem, sicut nec uitis, nisi à radice. In radice uitis, in uite uero palmites manent, uiuant, fructificant. Deus (sicut Apostolus commemorat) erat in Christo mundum sibi reueletans. Christus etiam esse in homine comprobatur, dicente Apostolo: Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Merito in quo Christus non est, neque caritas est. Vbi uero caritas non est, nec fidei ueritas, nec iustitiae fructus, neque compago unitatis. Ut igitur unitas, fides, iustitia, caritas maneat in homine: in Christo maneat homo, alioquin inutilis erit. Ideo dominus Iesus: Sicut palmes non potest facere fructum a semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos, nisi in me manseritis. Magna dignitas est manere in Christo: & Christum habere manentem in se. Primitiæ quidem sunt hæreditatis æternæ. Quis tanto non glorietur habitatore? Si gustetur hoc, quid sapit dulcis, suauius meditatur, strictius possidetur? Latet in cordibus amantium sacramentum hoc. Quantum sit, quod dicitur, nemo nouit, nisi qui accipit. Est enim absconditum manna, & calculus candidus. Porro Christi mellifluus amor in anima manna absconditum est. Calculus uero candidus prius ad uerbum animæ affectus est: honorabile connubium, & thorus immaculatus. Hoc nullus, nisi qui accipit, intelligit. Nemo, nisi qui sponsa est, accipit. Accipit utique a uerbo in ipso per amoris casti desiderium manente, atque fructificantem. Quamobrem quiunque in celo thesaurizare concupiscunt, quiunque in terra profectum fidelium ueritatis odorem germinare uolunt: Christo ueræ uitiæ cohæreant. Ipse nanç ait: Qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum. Qui manet in me: Ecce grauita præuentio, obediens salutaris, & depurata affectio. Et ego in eo: Ecce sponsus in thalamo, dilectus in horto: Deus in homine, caritas in humilitate. Quisquis tamen est, fructum fert multum. Quare fert fructum? Quia manet in uite, & de uitis pinguedine humorem trahens abundat, & crescit. Quare multum? Vtique quia palmitum omnium participat incrementis. Acquirit in altero, quod minimè sufficit per se. Nil enim in ecclesiæ corpore proprium, nil utilitatis compago facit suum. Singulis membris esca una dividitur, & in electis universis omnium merita impertiriuntur. Quod natura humano agit in corpore, hoc operatur caritas in fidelium unitate. Sic habes expressum ore propheticō: Particeps (inquit) ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Aduersis unde cumulus fructuorum augeatur palmitum. Nempe ex uicissitudine amoris, ex vinculo caritatis. Conglutinantur simul ueri fideles, non inuidentiam, non liuorem recipiunt, pacis amore lætatur: fraternitatisque dilectione contenti sub uno capite, in uno corpore, ab una uite uitalem gratulantur carpere uitam. Se amant, ut fratres, sibi communicant dona, ut palmites: fructificant in communi, quoniam in una sunt uite. Porro ex uitis dignitate existimantur palmitum merita. Ideo palmitum fructus multus esse dicitur, quia sublimis uitis & radix divina. Fructus (inguam) hic quomodo non multus, quum

A quum immarcessibilis sit, & hæreditatem sortiatur æternam: De ipso ait Apostolus: Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cælis. Declarat quum dicit hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cælis, quam multus sit fructus. Vitis autem fœcunditatem notificat, inquietus: per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis. Causa igitur ne insolescas, ne presumendo arroges tibi, quod uitis est proprium. Sicut in radice uitis, ita in uite agnoscant se palmites, fateantur, & dicant: Non nobis domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Vitem audiant palmitibus dicentes: Sine me nihil potestis facere. Recte sine uerbo fideles facere non possunt nisi nihil, quum sine ipso non sint. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Peccatum solum sine uerbo factum est: quoniam nihil est. Quæcumque uero sunt siue cælestia, siue terrena, seu spiritualia, seu corporalia per uerbum facta sunt, & sine labore facta sunt. Cur sine labore? Quoniam ex sola uoluntate. Non enim quum operatur Deus, forma eget, uel materia. Materia, qua Deus operatur omnia, eius uoluntas est. Sic in constitutione universi habes scriptum: In principio, uidelicet in uerbo, fecit Deus cælum & terram. Deinde legitur, & dixit Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & cætera, quæ ibi plenus continentur. Informem igitur materiam creauit ex nihilo: ut scias, quod omnia quæcumque uoluit dominus, fecit in cælo & in terra. Formam itaque habuit nullam, ut faceret quæ sunt. Ipse nempe forma est, non formata, sed formans formanda. Formanda (inquam) quoniam quod factum est, in ipso uita erat. Quod autem in ipso est, uita est. Quamobrem formata & formanda sunt, siue futura sunt, quia in ipso sunt. Peccatum uero, quoniam in ipso non est: nihil est, & quoniam nihil est, facere potestis (ait Sapientia) sine me. Turpis detestandaque potestas quempiam sine Deo posse delinquere, atque peccando amittere quod est: Quid est sine Deo? Nunquid ualeat quis, præter Dei uoluntatem, perficere quicquam? Plane nemo. Peccatum uero, quoniam nihil est, potest sine Deo. Sine Deo (inquam) cooperante, non autem sine permittente. Quæ enim bona sunt operatur Deus, & agit ut sint: quæ uero mala, quoniam malum nihil est, permittit ut sint. Agit igitur, ut bonum sit: malum uero permittit, ut sit: si tamen aliquid malum est. Sic autem permittit, ut de malo ipse eliciat bonum. Inscrutabilis quippe est altitudo consilij illius, per quod universa disponit optimè, occulte, irreprehensibiliterque. Cuncta etenim ordinante ipso siue horum, quæ sunt, siue quæ uidentur esse, & non sunt, ad ipsius militat gloriam. Quæ sunt, utique ad commendationem misericordiæ, bonitatis, ac potentiae ipsius. Quæ uero non sunt, ad decorum sapientiae iustitiaeque. Præsidet quidem in se, ut summus artifex, & per uerbum suum operatur omnia, regit, & ordinat sine motu, sine fatigacione, sine errore, & absque passione. Ipse prorsus est, de quo ait quis. Tu autem dominator domine iudicas omnia cum tranquillitate. Tibi enim subest posse, quicquid uis. Vera itaque Verbi sententia est. Sine me nihil potestis facere. Hinc bene operandi excellentia, hinc liberi arbitrii dignitas commendatur. Tunc etenim hominis arbitrium liberum est, quum bene operatur, quum operatur Deus in illo. Secus autem liberum non est: liberum nequaquam esse ualeat, quicquid peccando conditoris pretergreditur legem. Teste nanç ipsa Dei sapientia qui facit peccatum, seruus est peccati. Si seruus, liber non est. Si non est liber, libertatis amissit dignitatem. Maxima proinde libertas nil boni posse sine Deo, bonitatis fonte, latoreque bonorum. Commendabilis uirtus, & amplectenda potentia Deum cooperatorem in bonis actibus possidere. Ipse est, qui operatur in nobis uelle & perficeret. Apostoli super hoc sententiæ audi. Non possumus (inquit) cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quamobrem tanquam fructuosi palmites in uite uera: mediatore scilicet Christo maneamus, ne excidamus, sed fructum feramus plurimum. Ipse nanç ait: Si quis in me non manserit, mitetur foras sicut palmes, & arescat. Si quis in me non manserit tanquam palmes in uite per dilectionem & obedientiam, mitetur foras utique de consortio sanctorum, & participatione thesaurorum ecclesiæ, & ueluti putridum membrum de Christi præciosum corpore arescat, nullum de uitis pinguedine uigorem admittens. Nam etsi ad ecclesiam cum ceteris, qui talis est, peregit: quamvis in Laur. Iustin.

Matt. 13 conuentu fidelium sedeat, foris tamen est, & non pertinet ad fideli unitatem, quæ est corpus Christi. Ideo suo tempore eum colligent angeli, per quos iudicium fieri, & in ignem mittent, & ardor. Vnde qui mittuntur foras, & excluduntur a Christo. Horum pars erit cum angelis tenebrarum. Mittentur in inferni incendium: ibi cum diabolo aeternali-  
ter cremabuntur. Nulla tormentis eorum erit requies, nullus finis, refrigerium nullum. Sicut oves in inferno ponentur, mors depascet eos. Depascet, & non deficient, morientur in tormentis uiuentes, & absque defectu deficient. Vociferabunt ad caelos, nec exau-  
dientur, implorabunt auxilium, & non ueniet. Omni destituentur suffragio, omnibus ca-  
lob. 10 rebunt solatio. Teterimo arctabuntur ergastulo: & in regione umbræ mortis, ubi nul-  
lus ordo, sed sempiternus est horror, eorum fieri habitatio. Ibi miseri igne cruciabuntur in  
extinguibili, frigore uehementissimo, horrenda dæmonum uisione, immortali uerme,  
fætore intolerabili, liuore fraternali, corporum lassitudine, debilitate membrorum, atque  
ueniae diffidentia. Talis infructuosorum palmatum finis, talisque discedentes a Christo  
manet interitus.

Quod ex beneficiorum numero homo dilectionem Dei erga se agnoscere ualeat. Cap. IX.

**D**onec rationalis spiritus in hoc mortali constitutus est corpore, quandiu peregrinatur a ciuitate sanctorum, promissionibus sustentatur & donis. Promissio namque uires operario subministrat: donum autem dilectionis nutrit flamam. Quis (oro) in laborsibus perseverantiam, patientiam in doloribus, & in persecutionibus custodiret pacem, si promissa non fieret? Quis denique absque ullo amoris indicio diligens se crederet diligi? Dona quippe inter amates mutuae dilectionis sunt signa. Nemo fortius, quam dilectione trahitur, neque potest non diligere, qui agnoscit se diligi. Est enim amor uirtus quedam reciprocata, tenax, & indissolubilis amorum colligatio, naturæ uis, laborum leuamen, laborantium robur, peregrinationisque so- latum singulare. Ex munere utrum quis diligatur, intelligit. Arguitur quam maxime ex hoc humanus tempor, & frigida ad Deum affectio hominis, qui conditoris suu tenuiter diligit, quam se ab illo inexcitabiliter non dubitet diligi. Uniuersitas namque creaturarum nonne conditoris sunt dona ad salutis adiutorium homini prærogata? Vnde tam sedulius eidem ab uniuersis prebetur obsequium: Nunquid ex propriæ actionis merito? Prorsus minime. Prius etenim quam fieret homo, cui deseruiunt creature: earum innumeræ species insitum habuere & ordinare. Nam ultimum in uniuersi cōstitutione humana species habuit locum. Quamobrem si attendas meritum, nunquid iniquitas & prævaricatio legis sibi meritum uendicabunt? An forte iniustus est Deus, ut peccata dissimulet, & lontes patiatur esse impunes? Absit. Angelis quippe peccantibus non pepercit: sed rudentibus infernal detracitos in tartarum tradidit in iudicium cruciando reseruari. Sed & originali mundo nequaquam indulxit diluuium mundo impiorum inducens. Exosam semper Deus habuit peccantium nequitiam, semperque correxit errata: tametsi impræsentiarum in plenitate iustitia non manifesta appareat. Attende diligenter, & agnosces primum hominem conditoris arte, manuque plasmatum post delictum in huius exilio regionem proiectum, ac de opificis manu duplicitia recepisse. Cui tamen ex toto non desierunt, quæ facta sunt, ministrare, ut omne creaturarum obsequium de sola omnipotentis bonitate prouenire non dubitet. Porro inferiorum famulatus diuinæ caritatis indicium est. Ex his, o homo, quantum diligaris, aduerte. Clamat intus ingenita ratio, ne contemptor munerum esse proberis, ut mutuae persoluas debitum caritatis. Dilige igitur, quem te diligenter agnoscis ex munere, uenerare obsequijs, a quo pollicitatione sustentaris. Si obtemperaueris, non eris ingratus: si ardenter dilexeris, recipies potiora: si assidue oraueris, proculdubio im- petrabis. Amor uera obedientiam parit: obedientia gratam Deo orationem exhibet: oratio obsequentis fideliter celos penetrans consequitur, quod exposcit. Propterea nec sine obedientia caritas, nec obtemperatio sine gratitudine: sed neque absque fructu obse- quentis ualeat esse deprecatio. Cuncta hec quam prudenter Dei notificauerit sapientia, di- ligenter ausulta: Si manferitis (inquit) in me, & uerba mea in uobis manserint, quod- cunque uolueritis, petetis, & fieri uobis. Nempe ubi unitas, ibi caritas est: ubi caritas, ibi cognitio, & spiritualis copula comprobatur. Ibi utique sapientia, bonitas, & ueritatis u- nitas. Hæc omnia in Christo, in omnia Christus. Est patris sapientia indeficiens boni-

A tas, ueritas infallibilis, & unitas indiuisa. Quapropter qui manet in ipso, & in quo ma- net ipse: a sanctorum consortio, & caritate Dei excidere non ualeat. Huiusmodi etenim inhabitatio nequaquam corporalis, sed spiritualis est, affectionis est, & animorum. Fe- lix haec mansio pacis ornata decore. Beatus quem Deus inhabitat uerbū. Qui possidetur, ut possideat: diligitur, ut diligat: atque in illo manet, in quo thesauri omnes sapientiae Dei absconditi sunt. Nemo tamē tali dignus est cotubericō: nullusque in ipsa ualeat quiescere sa- pientia, in quo eiusdem sapientiae uerba non manent. Reciproca sibi sunt, & pari carita- tis uinculo colligata: mansio hominis in Christo, & eloquia sapientiae Christi in homine. Vicissim duo haec sibi cohærent: ita ut alter nequeat segregari ab altero. Rectissime au- tem Sapientiae uerba manent in homine, quoniam opere perficiuntur, quoniam a sensu uerbi uita non discrepat Christiani. Nam qui negligit implere, quod praeceperit Christus, utique non ma- net in Christo. Qui autem non manet in Christo, minimè Christi uerba habet in se. Si haec scitis (ait alibi) beati eritis, si feceritis ea. Magnus plane fructus, & grata societas manere in Christo, & Christi uerba in se habere manentia. Dic itaque, o bone Iesu, angelorum rex,

gaudium cœli, & corona iustorum: dic, in qua seruo tuo, quæ merces, qualis fructus, aut quid boni cōsequatur homo, dum manet in te, & tua in ipso uerba cōsistunt. Eruditio quidem tua incalecit mens, ueritatis lumen fulget in corde: exultat spiritus, hiabetudo dissipatur, & interiora omnia gaudio perfunduntur. Quodcumque (inquit) uolueritis, petetis, & fieri uo- bis. Sublimis est ista promissio tua domine: desiderabilior super aurum & lapideum precio- sum multum, atque dulcior super mel & fauū: si tamē intelligatur planius, clarusque eluceat. Loquar igitur ad te domine, quoniam sum puluis & cinis, & peccatorum ultimus. Quid est, quod dicis, quodcumque uolueritis, petetis, & fieri uobis? Nonne apostolus Paulus electio- uas & doctor gentium, qui usque ad tertium cœlum raptus fuerat, audieratque arcana uerba, quæ homini non licet loqui: qui etiam ore ueredico discipulis suis agebat: An experimentum que- ritis eius, qui in me loquitur Christus: manebat in te, & uerba tua manebant in ipsis? Huc tamē nouimus te rogasse ter, ut a carnis liberaret stimulis, nec impetrare promeruit. Li- berari prosus cupiebat, petiit ut liberaret, & obtinere non ualuit. Numquid in uerbis tuis, o laus Israel, deceptionis est nubilum? An forte spodes aliquid, quod recuses implere, aut perficere nequeas? Absit hoc a te domine. Veritas es, & semper quod uerum est, profers: neque aliter quod afferis, esse potest. Es etiam omnipotens, & tibi subest omnia posse, quoniam uis. Ut autem dicatur te inspirante quod sentio. Arbitror, quod nullus tunc perfecte manet in te, neque uerba tua in ipso, qui non in una tecum pariter uoluntate cōcordat. Vbi enim uoluntatum est discrepantia, cōsummata unitas non est. Vbi abest unitas uoluntatis, adeat ignoratia, & perfecti boni nesciētia. Porro nil aliud sermonibus suis docet sapientia, quae Deum cognoscere, ipsumque diligere, atque in omnibus illis perficere uoluntatem. Sapientia igitur uerba ordinatissima Dei uoluntas est: a qua quisquis uel in minimo discordat, ignorat quid in- tuitus eadem loquatur sapientia. Est autem sapientia ars Dei coæterna sibi, quæ uniuersa diuina le- ge disponit in se, atque sine errore ullo, ad quæ facta sunt, dirigit finem: non ab hominibus di- scretum ac notum, sed in uerbi diuinitate præordinatum & cognitum. Lex etenim haec uerbi

**C** Dei, & huiusmodi uerba diuina sapientia non audeat discutere humana fragilitas, quin- potius illis se humiliiter subiicit. Non repugnet, neque contradicit, sed in omnibus simili- citer famuletur. Haec quippe legem si non ignorasset tunc Paulus, prorsus aduersus id quod illi proderat, non orasset. Vnde nec audisset: Sufficit tibi Paulus mea gratia: nam uirtus in infirmitate perficitur. Hoc ut audiuit in spiritu loquentem sibi sapientiam: laetus pro eru- ditione affectus, atque robustus pro munere: Libenter, inquit, gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Proinde quicunque in precibus exaudiri cōcupiscit: prius in Christo maneat, ipsumque uoluntate agnoscat, nec aliter uelit quam ipse, & semper quodcumque uoluerit, impetrabit. Nempe ubi ordinata uoluntas est, oratio non repellitur. Non autem nisi in Dei uoluntate, que sapienter cuncta cōponit, humana ualeat esse ordina- ta uoluntas. Extra sapientiae legem nil ordinatum est. Ex ordinata itaque uoluntate ordo ful- get sapientia. Ex sapientiae uero ordine uniuersa irreprehensibiliter disponuntur. Ex di- positione autem rerum diuina cōmendatur autoritas: eo excellērius, quo in illis huma- na nihil capitratione. Sanè in nulla horum quæ uidetur dispositione, sic omnipotētis eluet autoritas, quemadmodum in institutione militantis ecclesiæ, quæ supra apostolo-

rum fundamentū locata dignoscitur: ipso tamen existente angulari lapide Christo iefit. Totum quod in ipsa est, uenerabile, gloriosum, atq; diuinū est. Hoc afferere uoluit Mediator, quādo ait: In hoc clarificatus est pater meus, ut fructū plurimū afferatis, & efficia mini mei discipuli. Meritō nanc pater in apostolorum fructificatione clarificatus est, quia per infirmos & inscios mundum restaurare, atq; ad fidei ueritatem congregare dignatus est. Non enim sapientes elegit de mundo, ut ad se cōuerteret mundum, sed ignobiles & rudes, ne insolescat mundus, & quod Dei est, propriæ sufficientiæ tribuat. Vnde & Apostolus: Videte uocationem uestram fratres: quia non multi sapientes secundū carnem, non multi nobiles, non multi potentes: sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus ut confundat sapientes. Et infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia. Et ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt: ut ea quæ sunt, destrueret, ut non gloriatur omnis caro in conspectu eius, sed qui gloriatur, in domino gloriatur. Qui gloriatur (inquit) de eo quod gratis accepit, nō in se gloriatur, sed in domino, qui sapientiæ, scientiæ, fidei, linguarū loquela, interpretationis sermonū, uirtutū, miraculorū utriusq; prærogat dignitatem. Nam singula hæc prout uult in singulis diuidit membris. Hinc est, quod ecclesia sancta in spiritualibus donis tam locuples esse cognoscit: ideoq; palmites suos extēdit à mari usq; ad mare. Ideo per apostolos sanctos in orbem uniuersum suas dilatauit propagines, quia in Christo uera uite permanxit. Prius etenim q; palmites hi infererentur in uite, nonne inutiles erant, & infœcundi? At ubi adhæserunt Christo, postquam æternæ sapientiæ fieri discipuli meruerūt: botros inumerabilium germinauere populorum, quod totum ad Dei prouenire gloriam minimè dubium est: qui suę abundantiam caritatis effudit in uite: ut eadem uitis ipsa sibi adhærentes permanaret in palmites. Hoc paucis saluator indicauit, dicens: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. Eadem siquidem caritate, qua dilexit me pater, ut uester fierem redemptor, & ego dilexi uos, ut efficeremini oues meæ, mæbra mea, fideles amici mei, filii mei carissimi, & unicæ spōsa. Ne igit̄ torpore deficiatis, aut seducamini errore, seu elatiōe excidatis ab ea: in qua uos inferendo elegi dignitate, uobis dico: Manete in dilectione mea: manete, inquā, tanquam in uite palmites, ut nō deseratis cōfessionem fidei, iustitiæ normam, formā uitæ, atq; propositū sanctitatis ex impulsu futurorum malorum, & persecutionum pressū, quæ permittente me super uos uentura sunt. Si enim præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruauī, & maneo in eius dilectione. Si seruaueritis præcepta mea uos inuicem diligendo: miseris misericordiā prestanto, ex corde pariter peccata dōnando: erogando temporalia, inimicos diligendo: q; qui oderunt uos benefaciendo, exorando pro persequentiib; uos, sectando humilitatem, custodiendo pacem, cordis innocētiā, animæq; puritatē seruando, spernendo uisibilia, uitij repugnādo, sanctorū præcedentiū uestigij inhārendo, abnegando uos metipos: crucē bātulātes sequēdo me, & æterna uobis promissa bona possidere cupiendo: utiq; manebitis in dilectione mea, sicut & ego patris mei præcepta seruauī, & maneo in eius dilectione. Maneo (ait) insinuare uolens irrefragabilē erga patris præcepta obedientiam. Semper & in cūctis seu magnis, siue minimis obtemperauit patri: nec ad momentum se flexit ab eo quod uoluit. Vnde alibi dicebat: Quæcunq; placita sunt ei: facio semper. Cur uero de unitate sui & ecclesiæ: de fructificatione palmitū, & instruuoſorū dānatione: de dilectione patris ad ipsum & ipsius ad nos: de utilitate custodia ipsius mandatorū, atq; perfectione dilectionis eius ad patrē superiorius dixerit: per illa quæ sequuntur, indicauit. Hec aut̄ (inqt) locutus sum uobis, ut gaudiū meū in uobis sit, & gaudiū uestrū impleat. Agit nanc erga fideles suos dominus, sicut quisq; pater in unicū sibi agere consuevit carissimū. Se quippe carnalis pater amat in filium: in ipso uiuere se sperat. Quod proprio nō habet in corpore: in filiorū propagine querit. Agnoscit diu se nō posse subfistere: unde & posteris sui memoriā derelinquit in filio. Hinc est, q; domū cōiungit domo, & agrū agro copulat, ut possessionū suarū dilatet terminos. Initiabiliter quoq; aurari, argenti, gemmarumq; diuinitas aggregat: adeò ut non minus affectu possideat, quod nō habet, quam quod habet. Omnis ipsius sollicitudo, omnis amor, omnisq; intēcio cordis requiescit in unico, quem sibi superstitiē, suumq; cōcupiscit esse hæredem. Quicquid prosperitatis attiserit, quicquid acciderit gaudiū, quicquid felicitatis successus inopinat-

A tē, siue ex industria uenerit, tanquā sibi totū cōmunicat filio: quatenus delectatione quādā filij se trāsformet in filiū. Hoc natura docet: hoc diurnitatis appetitus suggerit: hoc caritatis iūra ministrat. Verū si naturalis hoc format amor: si uiuēdi libido hoc suadet, quid aget diuinus: Humanus planè affectus iustitiæ legē ut fugiat: solus esse nō patitur: diuinusq; solitarius erit: Prorsus minime. Quo nanc diuinus perfectior, eo profusior est: atq; eo dulcior, quo ardētior. Habet utiq; Dei sapiētia filios, quos genuit uerbo ueritatis suæ, & propria insigniuit imagine: suoq; cruce redemit. Hos etenim ueluti carissimos singulariter diligit, fouet, amplectitur. Ipsos uirtutibus ornat: effert muneribus, fecūdat gratia. In ipsos se diffundit, nō ut uiuat in ipsis, quemadmodū carnis genitores: sed ut hi per illā uiuant in illa. Nō em̄ ipsis illa: sed illi indigēt ipsa. Nunquā sine ipsa illi: ipsa autē absc̄ illis uiuit in æternū. Excelsa nempe hæc mater est, diuina, dominatrixq;. Attigit nanc à fine usq; ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. Peccatoribus quidē temporalia & terrena: iustificatis uero filijs cælestia & diuina largitur. Caritatem etenim in sibi adoptatos diffundēdo prorsus spirituales illos efficit & diuinos. His potiora tribuit dona, hæreditatem seruat perpetuam, atq; in antiquas angelorū superbientium prouehit mansiones: ad se trahit omnes, ut sua felicitate fruantur. Prius tamen miserationis amore permota ipsa descendit ad profugos: qui à facie tantæ matris declinauerāt: naturalis gratiæ substantiam consumperant, egestate tabescabant: deficiebāt inedia, & in genitricis huius indignationē incurrerant. Descendit, inquam, obiecta gloria, & mortalitatis ueste suscepit: ne agnosceretur, qualis erat, ut facilius saluare posset, qui perierant. Quæsicuit illos per huius exilij duros anfractus: tandemq; inuenit in loco horroris & uastę soliditudinis: ubi cælestis panis alimonia, & salutaris aquæ deerat refectio. Tunc pro filijs angaria, læta pro incolumente, festiva pro gaudio, expandit alas suas in ligno, atq; portauit eos in humeris suis, & impletum est, quod prophetarum eximus dixerat: Verē languores nostros tulit, & dolores nostros ipse portauit. Gratificauit illos sanguine offensis ēgañscendo, ditauitq; charismatibus: quatenus exhibita caritate, qua nulla est maior: genitricis gaudiū in filiorum præcordia funderetur. Quale autem ipsius sit gaudiū, quam sublime, quam excelsum, quamq; inscrutabile, quis enarrabit: quis intelliget? Nēpe gaudium ipsius diuinū est, quo nō temporaliter, sed æternaliter gaudet in se de se. Non autem aliunde, quam de seipso gaudet Deus: neq; crescit eius gaudiū, aut aliquo euentu minuitur: quia sempiternū atq; perfectum est. Nō patitur mutabilitatis uicissitudinem: nec ab aliquo dependentia, quum ei coæternum sit de seipso sine origine procedēs, & in seipso indiuisibiliter perseverans. Gaudium nempe Christi amorem patris & filij dixerim: sanctum uidelicet spiritum: Deum uerum procedentem à patre, & in filio permanentem. In persona quidem discretū: sed in maiestate æqualem: cōsimilem in potestate: in substātia unum, & in æternitatis gloria non diuersum. Nam pater amat filium, & filius patrem amore reciprocō, beato, sempiterno, incommutabiliq;. Amor iste patris ac filij gaudium osculum & amplexus est. Hoc planè gaudiū Christi tunc in unoquoq; fideli esse cognoscitur, quū gratuito & puro Deum diligēt amore, atq; diligēt dignus efficitur. Hoc profecto donum caritatis est de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta, quæ diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctum, qui datus est nobis. Datur nimirū in præsenti, ut iustificet impios, roboret debiles, & innocentēs replete pietate, doceat ignaros, pugnantes adiuuet, custodiat patientes, erudiat dubios, intelligentes illuminet, amatesq; caritatis face succedat. Ipso enim duce peregrinationis huius ualitatem peragramus intrepidi: ipso comitāte, inimicorū insidias insultusq; uitamus acerrimos: ipso protegente ac dirigente in æternæ felicitatis tranquillum portum ingredimur. Cælitus igit̄ datur nullo condigno suscipientiū merito præcedente. Crescit uero quotidie nō in seipso: sed in nobis iuxta beneplacitum ipsius, & cuiusq; sedulitatem possidentis. Quamuis per se possit omnia: nostrā tamē nō sine nobis operatur salutē. Nos autem omnino sine illo minimè boni agere ualemus quicquā. Spontaneum à nobis obsequium exigit: ut efficiatur meritorum. Absq; uoluntate libera nihil est Deo gratū. Voluntas autē per gratiā inhabitan̄s spiritus renouatur, quæ amabilem magis, magisq; sollicitū reddit operatorem. Hinc fiducia, hinc scientia, hinc caritas, & gaudium oritur in spiritu sancto. Non tamen plenū gaudium, sed implendum, quum uidelicet finita præsentis uitæ via in sanctorum trans-



feremur consortium, & Dei clara digni erimus uisione. Tunc inebriasi ab ubertate domus illius, atque uoluptatis eius torrente potati: nec non bonorum omnium locupletati abundantia, replebitur gaudio ineffabili atque diuino. Ipso autem nemo dignus efficiatur, nisi qui praceptorum Dei diligens custos extiterit.

*Quod ad reparandam deperditam scientiam per mediatorem Christum caritatis mandatum institutum fuit.* Cap. X.

**G**norantiae quisquis inuolutus est tenebris: impellente spiritu ad ueritatis lumen peruenire conatur: eo ardentius, quo naturalis ingenij acumine pollet. Homo namque quoniam rationale sit animal, scientiae appetitum & amorem sapientiae intus habere dignoscitur. Hunc quippe sciendi affectum primus homo in sua creatione recepit: quatenus naturali impulsu illum quereret, a quo fuerat conditus, & in quo omnis scientiae atque sapientiae exuberat plenitudo. Cui inuidendo diabolus descriptionis sua parauit insidias. Non autem diuitias, non fugitiuos honores, non seculi lenocinia, aut corporis uoluptates, seu filiorum propagines, illum ut superaret, pollicitus est. Diuinitatis honoris, boni ac mali scientiae eidem spondit, dicens: Eritis sicut dii scientes bonum & malum. Dilectio satis temptationum reticula terredit. Naturam quidem illius considerans sola illa promisit, quibus eum allicere posse cognouit. Nec ipsum fecellit meditata iniqitas. Istiusmodi etenim homo suasiōe deceptus summi boni gustu, & ueritatis scientia, quam prius accepit: magna ex parte priuatus est, atque ad uidendum nuditatem suam pudore apertos tenuit oculos: quos paulo ante protegente innocentia clausos habebat. Ex illo cum labore maximo, & sudore uultus sapientiae panem comedere coepit: minime tamē ad saturitatē: iustitiae sic definiente sententia. Nec hoc quidem potuit per se suo exigēte demerito: sed diuina illū cōditoris opitulante clemētia. Nam ad reparandā deperditam naturae scientiae eide in scriptā dīgitō suo cōtulit legē: in qua scientiae ac sapientiae fluenta consistunt: quaenam per ipsam eruditus agnosceret, quod dedidicerat delinquēdo. Non tamē ad perfectionis peruenit scientiae interiorē oculum quotidie obnubilatē delicto. Lex igitur hominis pädagogus fuit: quandiu Dei sapientia promissam per uates suam distulit exhibere præsentiam. Itaque tanquam paruulus sub mundi huius elementis erat seruiens: donec uenit plenitudo temporis: in quo mediator Dei & hominū homo Christus Iesu legem institueret caritatis, quae uniuersa ueteris legis mandata contineret. Natus ergo ipse mediator ex muliere, factusque sub lege uniuersis caritatis scita mandauit, quae alienis pacem, lumen nescientibus, uulneribus medicinā, peccatisque tribueret ueniā. **Gal. 4** Lex quidem hæc sancta & immaculata cōuertens animas se custodientibus uirtutis habbitum: bonorum operum fœcunditatem, amoris gustum, spei fiduciā, cognitionem sui, diuinitatis scientiam, & perpetuae felicitatis largitur meritum. Hæc cunctis nota debet esse saluandis: hæc ab omnibus debet fideliter custodiri. Non enim custodiri ualeat: nisi sciatur, neque sciri, nisi prædicetur. Non autem ab hominibus primum prædicata est, sed unigenitus, qui est in sinu patris, enarrauit nobis, inquiens sic: Hoc est præceptū meū, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Magister bonus legem instituit caritatis, & formā bene uiuendi paucis patefecit uerbis. Quod uoluit, ut facerent cæteri: hoc prior ipse compleuit. Nullus plane præceptū hoc perfectius consummavit, quam ipse legislator, mandatis institutor. Dilexit quidem ecclesiā caritatis amore uehementissimo: adeo ut reliquo patre & matre adhæreret illi, & semetipsum pro ea traderet: mundas aquas lauacro & sacro sancto suo cruento: quatenus sibi ipsam sine deformitatis macula exhiberet in sponsam. Amore quippe ipsius suauiter vulneratus de regalibus cælorum sedibus ueniens: in humani corporis squalidissimum onerosumque carcerem introire dignatus non est. Non est passus illam in suorū perire cordibus delictorum. Se pro illa exposuit, se exinanuit, se humiliando subiecit, atque uibrantis gladij ictus, & diuinæ iustitiae ualidam manum, ne illa feriretur, super se suscipere nō expauit. Huiusmodi præcipuum caritatis affectum insinuauit, dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Hæc nempe affectio ponēdi anima pro amicis suis rara atque excelsa est, quæ perfectū ad Deum in se fore notificat amorem. Hec cōmuni dilectionis non cōtentā lege uitam carnis, qua nihil in hoc seculo carius possideat, pro amicis suis expedita lacriter. Hanc dilectionis formā: hanc caritatis regulam initiauit Dei sapientia: hanc in

**A**ila exemplum posteris dereliquit. Quod egit ipsa, persuasit suis. Solos amicos illos habere uult, qui perficiendæ caritatis accensiōe sicut seipso proximos diligunt, atque nihil de mandatis suis facere prætermittunt. Qui tales sunt, totis uestigis sequuntur dominum Iesum, relinquunt sua, expōnunt se, crucem baiulat, & Evangelicæ sanctio[n]is culmen conantur attingerē. Meritò igitur in filiorum computantur numero, & in consilio fideiū amicorum. Seruili nanc̄ timore deposito libertatis spiritu, & cælestis affectu se induunt caritatis. Tales procūl dubio erant, quibus ipse asebat Mediato[r]lam non dicam uos seruos, quia seruus nescit, quid faciat dominus eius. Mundum contempserat, & ea quæ in mundo sunt, & carnis a se abdiscauerant uoluptates, ut amatores fierent Sapientiae. In illius comparatione aurum ueluti arenam maris, prædia gemmarumque decorum tanquam lutum aestimauerat platearum. Totis uiribus ut placerent Christo, ipsius fatigabant custodire mandata. Anhelantes igitur ad perfectionis currere brauium: secundum totaliter Deo uouentes nequaquam serui debuerant nuncupari. Scimus hanc carnales seruos affligi dure, laboribus fatigari, crebris inuestigationibus argui, attenuari fame, siti, frigore, ac nuditate, uapulare uerberibus, cunctis subiecti, illisque dominorū suorum secreta occultari. Absit autem, ut universorū dominus inhumanitatis huiusmodi officia in quæquam uel minimū suorum exhibeat seruorum. Quāuis autem idem dominus, quos diligit, uarijs premat infirmitatibus, doloribus, & pressuris: quamquam persecutionibus, tormentis, iniurias, cōtumelias, plágis, carceribus, exilio, rerūque direptionibus lacesſi permittat iniurias, tametsi innumeris temptationibus, milleque modis diabolo suadēte, impellēte, fallēte, uincente illos affici patiatur, non tamē ut opprimat, neque ut propria querat cōmoda, quemadmodū temporales domini, agnoscitur agere. Cuncta amicis Dei militat ad perfectum, dicēte Apostolo: Omnia cooperatur in bonū Iesu, qui secundū propositū uocati sunt sancti. Non illos percutit, ut deserat, nec aduersis exercet, ut odiendo interimat: sed tanquam uerus pater, ut erudiat, & emendet. Ipsū audi loquentē: Ego quos amo (inquit) arguo. Et Apostolus: Quis enim filius, quem non corripit pater? Horum nempe tribulatio patientiam operatur, patientia probationē, probatio uero spem: spes autem non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordib[us] eorū per spiritū sanctū, qui datū est eis. Hinc efficiuntur spe gaudentes, & in tribulatione patientes: quoniam non seruitur spiritum acceperunt in timore: sed spiritum adoptionis filiorum: in quo affectu & uoce clamant: Abba pater. Ipse nanque spiritus sanctus testimonium reddit spiritui eorum, quod sicut ibid. ipse Deus est pater: ita illi filii uocitantur, & sunt. Vnde etiam uerbū eruditio[n]e communiti in suis quotidianis precibus audent sine rubore dicere domino: Pater noster, qui es in cælis. Ut filii agnoscant patrem: ipse pater potius uoluit nominari, quam dominus, & amari potius, quam timeri. Quisque pro libito filius, uel seruus efficitur. Amoris legem indixit omnibus, ut se patrē ostenderet, non dominū. Amicitiarū scēdera promulgauit, quā de dilectione mutua mandatum instituit. Nempe nos adoptauit in filios, & tanquam amicos uult nos habere carissimos. Filius patrem diligit, amicus dilecti præsentiam cōcupiscit: seruus autem aspectū iudicis perhorrescit. Qui delinquit, timet ne puniatur: qui uero mandatis obtemperat, de retributione securus hilarescit. Illos utique non seruos, sed filios: amicosque fideles esse fatebatur, quibus dicebat: Iam non dicam uos seruos. Fuerat quidem: sed iam abluti erant, iam sanctificati, iam in filios assumpti, iamque in amicorum numero copulati. Adhæserant ei amoris contubernio: unde minime ab illo separari uolebant: neque ullis aduersitatibus diuellī ualerant. Illis namque perhibendo testimonium dixerat: Vos estis, qui permansistis mecum in temptationibus meis. Propterea tanquam filii, & cohæredibus prædilectis dispono uobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, ut edatis & bibatis in regno meo, & sedeatis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Meritò quoque nunc audierunt: Vos autem dixi amicos: quia omnia quecumque audiui a patre meo, nota feci uobis. Præsentibus loquebatur & securis fidelibus, atque omnibus ecclesiæ suæ membris huiuscmodi eloquia caritatis. Eloquia domini eloqua casta, & hoc salubre amoris uerbum, oīque dulciter in auribus amantis sonat, & quāam suauiter exultatiōis iubilo eorū mētis replet habitaculū. Magna prorsus illi facit, qui potens est, quem amicū nominat: cui etiam incerta & occulta sapientia sua sacramēta manifestat. Cōputrēscere utique facit exactoris iugum à facie olei. Timoris dissoluū vincit.

la: tenebras fugat uitiorū, peccatorumq; rubiginem in amoris consumit incendio. Nempe de morte ad uitam translatus est: diem domini uidit, & gausus est. Utinam mihi quoque contingat non iam amplius uocari seruus, sed amicus, nec qualiscunque, sed uerus, fidelisque. Quandiu enim uantundatus sub peccato fui: quandiu temporalium illecebri delectabar, quando operibus carnis operam dedi, & uoluptatibus fræna laxauit: scio quod seruus eram, mortis filius, alienus à sorte sanctorum, & ab amicorum segregatus numero. Ignorabam dominum, ultricem flammatum non uerebar: meamq; miserabilem seruitutem minime obhorrebam. Ducebar ut captiuus pro libito dominatis tyranii: nec prece, nec precio me ualebā redimere: tametsi conarer, ut fieret. Frustra desudauit semper: donec matutina lux noctis meæ tenebras suo rutilanti splendore detergit. Tunc quid eram, ubi facebam, quod ducebar, & à quo impellebar, apparuit mihi. Ad istiusmodi mentis aspectū cor elanguit, uires defecere, atq; pauore indicibili contremuerūt omnia ossa mea. Clamauiq; ad dominum, qui eduxerat me de lacu miseriae, & de luto fecis. Statueratq; supra petrā pedes meos, & gressus meos direxerat in uitam pacis. Quis (oro) tunc non exultasset tecum lætitia quadam inenarrabili pro exulis reuocatione, liberatione captiui, inuentione perdit, & mortui resurrectione? Hinc ueri pastoris gustatur sententia, quæ super uno peccatore pœnitentiā agente angelos gaudere testatur. Gaudent plane: non tamen minus pro benignitate miserentis Dei, quam pro erectione pœnitentis serui. Iustificare nanci impiū, non humanae uirtutis, nec potestatis angelicæ, sed solius omnipotentis Dei grata dignatio est. Hanc sibi ipsi seruauit uirtutem, nulli hāc cōmuni- cauit gloriā, quatenus quicunq; gloriari uoluerit, tantū in ipso domino glorietur. Iustificari itaq; immetitus merui, & ad unitatem fidelium reuocari. Accepi etiam tanquā filius stolam primam: uestem uidelicet nuptialem: in manibus annulum: calciamenta in pedib; & uituli saginati stauem escam. Heu tamē cum mœrore nimio coram uniuersa militantium triumphantiumq; congregatione profiteor non custodisse gratiam, neq; seruasse innocentia. Irritam quippe feci promissam fidem, & Dei mei, quā gerebam, fœdauim imaginem. Amisi decorum animæ, caritatis iura contempsi, & perceptoriū munera dissipavi. Auerti me ab incommutabili & summo bono, creaturarū illectus dulcedine: nec intellecti hoc nefas esse coram domino. Ex hoc tremulum effectū est cor meum: mens præ dubietate pauida, & animus in cogitatione suspensus. Cōcutitur profus, quoties recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ: sciens quod irriterit iram tuam, ô domine, & malum coram te fecerit. At uero post compunctionis iudiciariam discussionem quando dignaris seruuli tui uisere hospitiū: reddereq; illi lætitiam uultus tui concupitā diu, atq; miserationū tuarū reserare fontē: quoties quoq; eidem transactarum consolationū dulcedinem reiterato aduētu infundis: toties reuiuiscit spiritus, uires repa- rantur: spes penè collapsa erigitur, atq; æternæ salutis arram se percepisse letatur. Tuas si quidem delectabili pœsentia innouantur interiora omnia, & vox exultationis, amoris cantum, sacrificium laudis, gratiarumq; actionis ignita confessio in ipso cordis tabernaculo dulcisona concrepat modulatione. Quanto exhilaretur tunc mens spirituali iubilo, quāta profluat caritate, sola docet experiētia. Si Propheta sanctus, spiritus permotus impulsu, coram testamenti arca nudatus omnium filiorum Israel oculos nō erubuit, nec à plausu manuum cæterorumq; membrorum se valuit continere, ut iuxta possibili- tatis suæ modulum dignas Deo exolueret laudes, quid fidelis anima, quid sapientiae humili sponsa in aduentantis uerbi pœsentia agere debeat, qui potest, excogitet. Id quoniam expertus fuerat, eudem arbitror expressisse, quū diceret: Cor meum & caro mea exulta ueritatem in Deum uiuum. Sponsa similiter in Cantorum canticis si ad unam sponsi uocem animam suam liquefactam esse testatur: in amplexu illius quid senserit sola: quid acceperit, nouit. Patefacere noluit amoris præludia, quum illum tenuisse gloria- tur, dicens: Tenui eum, nec dimittam, ne donorum caelestium manifestatione uideretur rea. Forte autem, quia non ualuit. Sunt etenim arcana quædā munera sponsi, quæ omni- no nō licet percipienti loqui. Vnde Propheta ait: Secretū meum mihi: secretum meum mihi. Quamobrē sicut detegere, quæ occultanda non sunt, laudabile est: ita & impro- bum prodere, quod conticere debuit. Exultauit igitur Propheta corā domino: liquefa- cta est spōse anima ad uocē sponsi. Sed nō minus illos exhilāatos fuisse pium est crede-

re,

Psal. 39  
Luc. 15  
Psal. 83  
Cant. 3  
Esa. 24

A re, quibus dicebat sapientia: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiūt à pa- tre, nota feci uobis. Itaq; non ab re dixerim cupere me in amicorum consortio ipsius æ- ternæ sapientiae nuncupari. Scio equidem, & uerè scio maximas amicorum Christi esse delicias, omniumq; præsens uitæ delectabilium transcendere iucunditatē. Gratis utiq; donantur, non pro libito uolentium, aut quærentium. Tribuit enim se, cui uult, & quem ipse elegerit, dilectionis suæ connubio efficit dignum. Hoc plane autoritatibus scriptu- rarum, & potissimum ex præsenti Salvatoris sententia cōprobatur. Quum enim dixisset: Vos autē dixi amicos, quia omnia quæcunq; audiūt à patre, nota feci uobis: repente in- tulit: Vos nō me elegistis, sed ego elegi uos. Nempe si electionē Dei hominū præcede- rent merita, absurdā domini sententia uidetur. Fatendum est igitur nulla in electione Dei opera bona præcedere. Ut quisq; eligatur ad uitam, gratificetur ad ueniā, & in u- nitate persistat, in Dei pendet arbitrio. Quē em̄ prædestinavit ad gloriā, per gratiam uo- cando iustificat. Vnde & cum Propheta dicit: Misericordia eius præuenit me. Quæ (oro) in Iacob præcesserunt merita, ut antequam egredieretur de utero, cum Esau fratre suo decertaret, & uinceret: Nondum ad lucem uenerat, nil boni adhuc egerat, genitori- bus signotus erat, & tamen prioris germani plantam tenens futurorum præfigia figura- bat. Qui agnoscebat intus, & diligebat in se, atq; prædestinauerat ad uitam: gratiæ suæ portenta mōstrabat. Porro in electione Dei in iuiore gratia nihil inuentum est dignū, & tamen ore prophetico dominus testatus est, dicens: Iacob dilexi: Esau autem odio ha- bui. Tanquā solus rex potens, & dominus dominantium in æterno solio gloriæ suæ re- sidens cum tranquillitate iudicat uniuersos. Discernit quidē merita: uerum nullius om- nino secernit personam. In æquitatis etenim censura disponens omnia, nemini calum- niā interrogat. Nam cui uult, miseretur: & quē uoluerit, indurat. luxta igitur sententiam Pauli: Non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei prædestinationis electio. Tor- hominum militia in Iudea erant, quam ipse dominus regnum Dei prædicaret, & tamen non quos hominum commendabat opinio, ad apostolatus elegit apicem: sed quos ipse uoluit. Nempe quos præsciendo prædestinavit, hos uocauit, iustificauit, glorificauit. Quemadmodum autem in aula regia uasa sunt multa, quædam in honorem, quædam uero in contumeliam: ita & in eccllesia Dei populus est multus: quorum alij ad gloriam: alij ad sempiternum sunt præsciti interitum. Nam qui ad gloriam prouehuntur, prius quam fierent, prædestinati sunt, eorum nullis præcedētibus meritis. Huic sententiae cōcordat Apostolus, inquiens: Qui elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut es- mus sancti, & immaculati coram illo. Stabant ecclesiæ pastores in nauicula sua, reficie- bant retia, & audierūt præceptorem Christum. Venite (ait) post me, faciam uos fieri pi- scatores hominum. Præter eorum uota fuit ista promissio. Certe Matthæus ipse publi- canus & peccator erat: in theloneo sedebat turpis lucri causa: dominū non agnos- bat secularibus intentus negocijs, & tamen audiuit: Sequere me. Nemo horum talis ante conuersiōnem extiterat, ut proprijs meritis apostolatus acquirereret gratiam. Efficien- te quidem prædestinatione Dei eandem adepti sunt dignitatem. Apostolus etiam Pau- lus pontificatus sui ministerium commendans, ait: Vnus enim Deus, unus & mediator 1. Tim. 2 Dei & hominum homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omni- bus: cuius testimonium temporibus suis cōfirmatum est: in quo positus sum ego prædi- cator & apostolus. Veritatē dico, nō mentior, doctor gentium in fide & ueritate. Vnde autem talē sortitus sit gradum, ne quis hoc suis ascriberet meritis: sed potius diuinę gratiæ, ad Galatas scribens aperire dignatur, dicens: Quum autem placuit ei, qui me se- gregauit ex utero matris meæ, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret filium suum in me, ut euangelizarem illum in gentibus: continuo non acquieci carnī & sanguini. Cōplacuit ei, & uocauit per gratiā suam, ut reuelaret (inquit) filiū suum in me. Alibi quoq; ait: Fiduciam talē habemus per Christū ad Deum: nō quod sufficiētes simus cogitare aliiquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficiētia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non litera, sed spiritu. Præclarā igitur & irrefragabilis est me- diatoris Christi sententia: quæ ait: Vos nō me elegistis, sed ego elegi uos. Elegi utiq; tan- quā gemmas preciosissimas cælestis Hierusalē, nō ut sedeatis à seculi fragoribus remo- ti, aut cōtemplationi futurorum honorū uacatis intentis: sed prorsus ut eatis, & fructum afferas.

Rom. 5  
Eph. 1  
Mat. 4  
Matt. 9  
Gal. 2  
Eph. 3  
Iren. 15

**Matt. 5** afferatis: Eatis (inquit) uerbūm uitæ disseminando, & ueritatis scientiam ubiqꝫ prædicando. Sal quippe terræ uos estis, & per uos cæteri condicendi: estis & luminaria mundi sapientiæ thesauros continētes. Nolo igitur uos latere sub mōdio: sed lucere super candelabrum, quatenus in ecclesiæ atrium ingredientes per fidem me uerum iustitiae solem cernere ualeant. Volo autem, ut eatis sicut oues in medio luporum: non clypeo, uel armis carnalibus protecti: non propria uirtute, aut humano auxilio fulti, sed fide, sed fortitudine: & afferatis fructum immarcessibilem, incotaminatum, & sanctum: salutem uidelicet animarum infidelitate languentium. Seminauerunt quippe Prophetæ: alijqꝫ iusti, qui fuerunt ante uos: sed in labores eorum introistis. Messe multam congregabis, & ad ecclesiæ aream illam seretis manipulis alligatam. Manifestabitur ex hoc gloria mea: merces autem uestra in immensum augebitur. Fructus iste, quem uolo, ut afferatis, nō erit temporalis, ut transeat: sed spiritualis, ut maneat in æternum. Peccatoris quidem fructus nulla radice solidatus: nulloqꝫ humore gratia madefactus: carnalitum aspectui summè placens, & terrena quærentibus concupiscibilis temporalis quū sit, tnoꝝ ut manu carpitur, exiccatur, & deficit. Vidi (inquit Prophetæ) impium superexaltatum, & elevatum sicut cedros Libani: transiui, & ecce non erat: quæsiu, & non est inuentus locus eius. In arena siquidem labentis seculi positus, quoniam sine caritatis radice coauerat, diu stare nō potuit. De huiusmodi peccatoris fructu Psaltes egregius cecinit, dicens:

**Psal. 36**

Mane sicut herba transeat: mane floreat, & transeat: uespere decidat, induret, & arescat.

**Psal. 89**

De iusto autem quid est iustus (inquit) ut palma florebit sicut cedrus Libani multiplicabitur: plantatus in domo domini in atrio domus Dei nostri. Alio etiam in loco sic dicit:

**Psal. 111**

In memora æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. De ipsis autem operibus ait: Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculū seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Manet utiqꝫ iustitia eius in seculum seculi: quoniam in cælo præmissa fideliter custoditur: ubi nec erugo, nec tinea demolitur, neqꝫ fures effodiunt, & furantur: ubi merces iustorum redditur cumulata sine defraudatione & rabi. Merito igitur cornu eius, operum scilicet & orationum exaltabitur in gloria: quoniam incontaminatum G fuit & humili. Vicissim adminicula perferunt uirtutis opus, & orationis deuotio. Sine oratione uirtus infirma est, & oratio absque uirtute polluta. Quis itaqꝫ dabit mihi uirtutum pennas sicut columbae? Volabo quidem per orationis studium, & in contemplatione ineffabilis boni sua uite requiescam. Ibi nempe abscondar ab aspectibus hominū, & præsens ero uerbo: Pascar delicijs paradisi, interero angelorum coetibus, & sponsi Christi fruar amplexibus. Non erit, qui tunc exterreat me excubantibus cælestis patriæ ciuibus foris: intus autem residente uerbo tariquam sponso in thalamo suo. Cōfido certe, quod angelis suis mandabit, & dicet: Adiuro uos, ô filiæ Hierusalem, ne suscitetis, neqꝫ euigilare faciatam dilectam, donec ipsa uelit.

Quibus indicijs cordium secreta nescuntur. Cap. XI.

**Matt. 15**

**H**abent hōc proprium, qui amoris succēsi sunt flamma, ut diu latere non ualeant. Est autem amor uirtus quedam cordis ualida & præcepis, qua occultari nequit. Nempe ex operibus quid quisqꝫ diligat, cōprobatur. Nam præ cæteris ardentius quæritur, quod sp̄cialius concupiscitur. Hoc in cogitationibus: hoc frequētius sonat in uerbis. Sunt namqꝫ cogitationes cordis quedam spiritualia amoris germina: ex quibus quid diligat homo, quidue odio habet, euidenter agnoscitur. Thesaurus uniuscuiusqꝫ proprius affectus est. Vbi autem thesauros, ibi cordis est cogitatio. Cor uero quum hominibus occultum sit, absqꝫ indice inuerti non potest. Duplici sane testimonio cordis patent adita, operum uidelicet, & uerborū. Operibus quisqꝫ obtinere nūtitur, quod ardenter amat. Est autem os cordis ostiū: per quod egreditur, quod intus clausum tenetur. Hoc dominus Iesus sua autoritate confirmat, dicens: Quæ procedunt de ore, de corde exeuunt: & ea coinquinant hominem. De thesauro igitur cordis sui bonus homo bona profert eloquia. Qui autem sermone incompositus est, est & cogitatione confusus, sensu vacuus, pollutus corde, vagus affectu, moribusqꝫ indisciplinatus. Non potest placere Deo, neqꝫ hominibus esse amabilis, qui oris sui amissa custodia effrenis est lingua. Aduerterat Prophetæ sanctus, quāta mā psal. 38: a eximmoderata prodirent locutione, illaqꝫ declinasse testatur, quando ait: Posui ori

A meo custodiam, quum consisteret peccator aduersum me: Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Quātum autem profecerit: quidue de suo silentio adeptus fuerit, indicare curauit, dicens: Et dolor meus renouatus est: Cōcaluit cor meum intra me: & in meditatione mea inardescet ignis. Obstructo siquidem inutilium uerbōrum meatu, inclusus amoris ignis cogitationes modifcat: compūgit animum, fugat uiria, lacrymarum edicit fontes, custodit ostia, sectatur pacem, sursum cor erigit, Deoqꝫ coniungit. Tunc comp̄lita profertuntur eloquia sale condita, & consideratione circumspecta. Regula igitur bene loquendi est, ut prius discat quicqꝫ tacere, quam loqui. Nunquā sciet fari, quod expedit, qui tacere ignorat. Congruus etenim descendæ sapientiæ modus est: & salubre caritatis admīnū est sibip̄si indicere silentium. Qui autē effrenis est lingua, repellit sapientiā, igne sancto evacuabit cor: & proximi dilectionem offendet iugiter. Obrectationem nō effugiet multiloquus, quę fraternali consueuit extinguerē caritatē. Quis enumeraret, quam multa ex inordinato sermone prorumpat flagitia? De ore quidē procedūt detractiones, cōtentioes, periuria, rixæ, blasphemie, turpiloquia, uaniloquia, uerba scurilia, mendacia, agnitię ueritatis impugnatō, falsa testimonia, adulatioñes, clamores, cōtradictiones, & fraternali caritatis impugnationes manifestæ. Qui Christum possidet, in horū aliquod sponte minimè corruet. Pone (ait Prophetæ) domine custodiam ori meo,

**Psal. 140**

& ostium circumstantiæ labijs meis: Neqꝫ declines cor meum in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis. Eruditus corde, sapientiæ amator cohibendo linguæ sustinebit usqꝫ ad tempus: insipiēs autē sine discretionis iudicio respōdebit. Mediatoris exemplū uerbōsus statuat ante se: ut illius magisterio eruditus raceat. Vscqꝫ ad maturam siluit etatem: quamuis posset sine redargutione loqui. Vniuersos quippe docere uoluit, ut secum prius cōmorari discerent: & secreta Dei mysteria intelligerent, diuinam legem perficerent opere: Dei ac proximi caritate feruerent: sicqꝫ demū linguæ suæ ostia aperiāt. Sana prorsus doctrina hæc est, ut dupli caritate ante homo inardescat intus, quam ex locutione assidua exire assuecat foras. Qui tepescit corde, uaniloquii erit: qui uero dilectione ignescit, caritatis telo audientium transfiget corda. Qualem liquorem continebit uas: talem haurientibus propinabit. Salvatoris nostri mētis attende cellarium, illudqꝫ uidebis diuino amore succensum: coruscum lumine, sapientia prædictum, uirtute perfusum, & uehemētissima proximi compassione repletum. Ex hoc si ipsis uerba dicutias, agnosces ea pollere prudentia, sacramentis esse grauida: supernę ueritati innixa, fide splendida, documentis conspicua, & flagrantissima caritate esse tedolentia. Horum illectus amore ista persenserat, qui dicebat: Ignitum eloquium tuūm uehementer: & seruus tuus dilexit illud. Hinc est tam crebra in sermonibus eius caritatis fraternali repetitio. Præcipue tamen in ultimo cœnæ eius conuiuio dilectionis mandatum reperies frequēter expressum. Porro præcepti uirtutem nouerat, qui caritatis legem tam iugiter instituebat. Sapientia erat, nolebat inuidere: propterea nec celare uoluit: per quod expeditius homo proficeret ad uirtutem: augeret meritum: peccatū aboleret: acquireret gratiam, pertingeret ad coronam. Quamuis igitur semel, bis, terç caritatis instituta imperasset: eadem tamen reiterare curauit, dicens: Hæc mando uobis, ut diligatis inuicem.

**Psal. 18**

**D**īmadatum quidem dedit magister sapiens, hominumqꝫ amator: ad quod perficiendum suaderet ratio, impelleretqꝫ natura. Suaderet nō parūm innata ratio, ut illum diligas, quem tibi uniuersorum dominus præcipit diligēdum. Nempe ut illum diligeres arcis tuum fidei suæ fecit esse consortem: per quam unius corporis efficeremini membra: parium sacramentorum participes, & cælestis regni conciues perpetui. An non diliges eum, cum quo in cælorum palatio debes sine fine lætari? Ipsum decet ut diligas sicut te, qui eundem habet patrem, quem tu, formam similem, non disparem imaginem, & gratiā æqualem. Suader quoque ratio, ut non minus diligas, quam uelis diligi. Amari uis: ama & tu: cupis ut tibi impendantur humanitatis beneficia: eadem tu rependere stude: alioquin tu inhumanus eris: ingratitudinis reus: & diuinæ legis transgressor. Latorem legis quid dixerit, audi: Quęcunqꝫ (inquit) uultis, ut faciant uobis hominies: & uos facite illis similiiter. Conuincit te lex, si non diligis. Hortatur ratid, ut diligas, natura tē instruit: ut tibi similem tanquam te diligere concupiscas. Brutorum omnium, piscium, quadrupedum, uolucrum, serpentium, atqꝫ reptilium natura est, ut speciem suam quisqꝫ amet, simul gra-

**Ioan. 15**

Laur. Iustin.

**Matth. 7**

I diantur

diantur, pascantur, cubent, copulenturq; Vnde (oro) in humana specie iurgia, odia, litigies, dissensiones, furta, homicidia: & cætera exorta sunt crudelitatis opera: Prorsus ex naturæ deordinatione: ex lege peccati, ex suggestione diaboli, ex obligatione delicti. Vitij etenim quisque deditus: quemadmodum conditoris legem contemnit: ita naturalium bonorum dissipator existit. Legis quippe diuinæ custodia naturæ decus est, naturalium donorum additamentum, caritatis speculum, iustitiae forma, brauium virtutum, perfectionis semita, mentis gaudium, compago unitatis, dilectionis regula, cœlorum ianua, meritorum officina, pedissequa fidei, spei ancora, religionis cultus, diuinatatis honor, renouatio hominis, angelorum lætitia, cordis delicia, diuitiæ spirituales electorum magisterium, seculi custos, totiusq; ornamentum uniuersi. Cuncta naturæ opera se sub omnipotentis Deilege concordant. Da quempiam in omnibus obtemperantem legi, & nullum in eo reperies contradictionis scandalum. Quod enim homini aduersatur in homine: de peccati radice procedit. Tolle peccatum, & naturæ gratiam recognoscet. Nil ante peccatum homini repugnabat. Illi famulabantur cuncta, secum habebat pacem: Dei fruebatur amicitia, atque animantium terræ possidebat imperium. At ubi peccatum uiguit, postquam peccati inoleuit lex: facta est manifesta in uniuerso mundo dissensio, quæ de peccato ad peccati poenam euenisce cognoscitur. Ex originalis igitur causa delicti tenebrarum princeps suum in mundo dilatauit imperium: solis tantummodo diuinæ legis prævaricatoribus præsidens: quoniam in iustorum sede coetera Deo præsideat sapienti. Hinc liuore succensus inimicatur eisdem. Ex sola cælesti præceptorum obedientia nefandissimus hostis agnoscit quemq; suam evadere posse tyrrannidem. Quamobrem ut quemlibet persenserit iustitiae semitas aggredi uelle, diro tentationum certamine eundem conatur appetere. Paret igitur se ad perferendas huius hostis insidias, quisquis diuinæ legi uoluerit esse subiectus. Meminerit Sapientem dixisse: eccl. 2 Fili accedens ad seruitutem Dei, ita in iustitia & timore: & prepara animam tuam ad tentationes. Hoc ipsum dominus Iesus insinuauit suis discipulis in conuiuio loquens. Cum enim dixisset: Haec mando uobis, ut diligatis inuicem: mox intulit: Si mundus uos odit; G scitote, quia me priorem uobis odio habuit. Nouerat uniuersos persecutiones uarias esse passuros, qui piè in ipso uiuere cuperent. Præmonebat utique milites suos ad persecutionum tolerantiam, ne imparati ad certamen accederent. Sciebat quippe semper iustis bella ab humani generis aduersario commoueri, quæ nedum aduersus homines, qui uisibiliter infestantur: uerum etiam contra hominum conditorem concitari noscuntur: non tamen ut inuincibilis debelletur: sed ut ipsius gloria in hominibus denigretur. Bacchatur itaq; aduersum iustos, per quos utcunq; diuina perficitur laus: quatenus ex laudantium perditione magnificentiam diminuat laudati. Ad iniuriam quidem suam ascribit suscepit pro cordis elatione vindictam. Insequitur ergo in seruis domini, in fidelibus Christum: in professoribus ueritatis cogernam Deo ipsam unicam ueritatem. Huic ab suæ creationis exordio aduersatus est. Propterea in eo ueritas non est, quia in illa diu stare non ualuit. Confunditur autem in sui reatus opprobrium, quum in carne passibili hominem intuetur in tot mundi discrimina conditoris obedientiam custodire, quam in cælo positus ipse seruare neglexit. Implacabilis etiam liuore tabescit, quoties illic homines ascendere conspicit: unde turpiter ipse superbiendo descendit. Iustorū igitur profectibus inuidens, eoru ascensus ad gloriam impedire conatur. Hinc temptationū immittit iacula, hinc deceptionū parat insidias: hinc persecutionū cōmouet bella: hinc tribulationum exaggerat mala. Nempe quotquot uiderit suis operibus aduersari, nunc per se, nūc per suos, mūdi uidelicet amatores insequit. Sunt namq; peccatores, & perennis seculi dilectores diaboli membra: sicut iusti sunt Christi. Non igitur permittit mundus tanquam diaboli corpus iustos pacifice uiuere penes se. Quantum ualeat illos opprime: re studet, ut ab eis conditoris auferat gratiā. Elatus quippe humilem, pacificū inquietus, iracundus mansuetum, immitis misericordem, sanctificatū iniustus, pollutus & noxiū pudicum atq; innocentem inimica æmulatione lacefit. Hoc etenim dissidentia & iudicis seminarium: ex quo homines in terra esse coeperunt, inimico diabolo suggeste in iustum habuit. Porro ueridica comprobatur Sapientis esse sententia, quæ ait: Inuidia diaboli introiuit in orbem terrarū: imitatur autē illum, qui sunt ex parte illius. Hoec

A in Caym & Abel: in Noe & Cham: in Isaac & Ismael: in Esau & Jacob: in Joseph & fratribus: in Mose & Chore: in Dauid & Saule: in Daniele & Chaldæis: in tribus pueris & impio rege: in prophetis cæteris & Hebræorum populo: de quibus dicit dominus: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, assertione euidentissima declaratur. Nō igitur miremini uos, ô fideles mei discipuli, & amici mei carissimi, si mundus uos odit: quia me priorem uobis odio habuit. Me in membris meis semper insecurus est, in sanctis meis me semper abolere curauit. Redargutus quidē à lumine ueritatis, atq; sapientiae claritate percussus, dum fraudis suæ ueneta, ac uitiorū tenebras occultare non ualuit, ueritatē ipsam debellare inchoauit. Sic omnis, qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucem, ut non arguantur opera eius. Non autem sic, qui facit ueritatem. Sine rubore quippe ac simulatione aliqua ad lucem uenit, ut manifestetur opera eius: quia in Deo sunt facta. Quoniam igitur ueritatem facitis, ueritatem diligitis, ueritatisq; discipuli effecti estis: mundus uos odit, sicut & me. Nā si de mundo fuisti: sed istis: mundus quod suum erat, diligenter. Diligeret (inquit) non amore delectabili, utili, & honesto, sed corrupto, peruerso, & omnino damnabili. Priuato uos amaret affectu, tanquam testes suos, & innocentium deceptores. Nunc autem, quia de mundo non estis: sed ego elegi uos de mundo: propterea odit uos mundus. Eratis aliquando de mundo, mundi sectantes illecebras, carnis desideria facientes in concupiscentijs uestris, amantes temporalia & caduca, alieni à consortio iustorum: delictorum tenebris circuisepti, & à regno cælorū prorsus extranei. Dum tales eratis, diligebat uos mundus, ut secum uos ad æternum interitum duceret. Quoniam uero ego de mundo elegi uos, nō meritis uestris, aut ex operibus iustitie, quas fecistis: sed gratia mea, & uoluntate mea libera: propterea odit uos mundus. Nullus profecto electorū tale odium sibi ad iniuriam debet ascribere, quia de uirtutum radice prodeat. Virtuti nāq; semper inimicantur uitia. Vitiorum autē dia bolus incitor & amator est. His quā sit plenus, ac eorum infatigabiliter sectetur opera, quotidie magis magis in elatione tumescit. Superbia (inquit Prophetæ) eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Hinc est, quod iniquitatis uenenum, atq; inueteratæ malitiae corruptionem, quā gerit in se, in quibus ualeat, disseminare conatur, ut disperdat gratiam, exortat sensum, naturam fœdet, aboleat iustitiam, lumen auferat, & extinguat caritatem. His de causis tentationes suggerit: discordias concitat, muridicū odium aduersus iustorum uitam prouocat, & accendit. Huiuscemodi tamen odium testimonium sanctitatis est, uirtutis decor, innocentiae preçco, pedissequis gratiae, bonorum morum denunciator, & rationabile argumentum prædestinationis æternæ. Gaudeat igitur, quæ mundus persequitur, malorum lingua dilaniat, bella fatigat uitiorum, & diaboli exercet nequitia, atque seruata iustitia mundi pressura non deferit. Nam quemadmodum non ualeat iustos diligere: sic non potest mundus suos non amare fautores. Est autem amor iste perniciosus, & Deo aduersus, atq; odiosus, dicete Iacob: Qui enim amicus uoluerit fieri mundi huius, inimicus Dei constituetur. Vnde alio in loco discipulos suoshortabatur, sic: Nolite (inquit) diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Si quis autem diligat mundum, non est caritas patris in eo. Est ergo mundi amicitia detestabilis, sicut honorabilis illa Dei. Quis bonus & prudens malorum, atque insipientium non euitabit consortia? Quis sobrius ac pudicus ebriosorum, & incontinentium non erubescet societatem? Hic mundus in maligno totus est positus. Fornicationes, comedationes, ebrietates, furta, rapinas, usuras, fraudes, inuidias, rixas, sectas, odia, homicidia, contentiones, lites, iurgia, testimonia falsa, sacrilegia, oppressiones, detractiones, stupra, incestus, adulteria, ueneficia, animositates, æmulationes, elationes, & multa alia huiusmodi flagitia quis enumerare sufficiat? Talis est mundus iste, ut non nisi ab insipientibus diligatur. Quicunque gratiae cælestis splendore sunt prædicti: illius blandas despiciunt uoluptates. Qui autem pro consuetudine ad discretionem boni & mali exercitatos habet sensus: plurimum iu eiusdem persecutio proficiunt. Sibi dominum dixisse cognoscunt: Beati eritis, quum maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dicxerint omne malum aduersum uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate: quoniam merces uestra copiosa est in cælis. Illos igitur solos, qui ignorant Deum: & futura non præudent, decipit mundus. Aureo etenim eos inebrians calice, uarijs donis, polli-

citationibusque deludens ad sempiternum trahit exitium. Spondet multa, & exigua tribuit. Auertit quidem cor à ueritatis semita, illudque odibile reddit altissimo. Non enim Deo placere potest, qui diuina contempta lege sola, quæ mundi sunt, appetit. Bini nanque affectus uicissim oppositi in uno nequeunt corde subsistere. Christianæ religionis affectus de dulcedine prodeunt caritatis: mundi autem de carnis uoluptate scaturiunt. De caritatis origine sic ait Apostolus: Caritas (inquit) Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. De mundi uero concupiscentia legitur: Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est: & concupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ nō est ex patre: sed ex mundo est. In unum conuenire nequeunt caritas & uoluptas. Quæ participatio lucis ad tenebras: quæ conuentio Christi ad Bellal: quæ socieras carnis & spiritus: quorum diuersa sunt germina: Nempe carnis opera manifesta sunt, uidelicet fornicatio, immunitia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, & similia horum milia, quæ superius memorata sunt. Fructus autem, qui de spiritus uertute germinat, sunt caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Porro carnaliter uiuentes, carnis sequuntur desideria. Qui autem Christo caritate copulati sunt, carnem suam crucifixi sunt cum uitij, & concupiscentijs. Caritatis igitur æmulator, carnis ac mundi renunciet uoluptatibus, si illam in penetralibus suis possidere desiderat. Concupiscentiarum uero amator, caritatis aspectum tanquam oppositum sibi ferre non præualeat. Sanè ubi intrat caritas, uoluptas fugit, ueluti à solis æterni reuerberata fulgoribus: & tanquam à facie spiritualis gladij letaliter transfixa. Est quidem caritas Christi gladius cœlestis, qui carnis animæ confœderationem noxiā diuidit, & emollit, rixas commouet, & pacificos perturbat hostes. Pugnare facit, ut virtutis trophæum reportet spiritus, atque naturalem carnis sibi uendicet dominatum: nec non & recto tramite supernæ felicitatis perget ad locum. Cælum rationalis spiritus patria est: carnis autem domicilium uisibilis mundus hic esse cognoscitur. Amborum quilibet propriæ ciuitatis nutritur affectibus. Qualè in Deum debeat habere fiducia, qui in spiritu ambulat, dum se despici, atq; odio haberi à mundo persenserit, facile percipit. Mundus quippe, quem insequitur, diligere nescit. Illum planè mundus conatur euertere, quem diligit Christus. Ex caritatis autem dono Christi dilectio comprobatur. Quem uero suo amore Christus efficit dignum, de mundo segregat, mundiç permittit tolerare flagellæ. Nempe ex tali odio cordis resultat gaudium, mentis nutritur fiducia, coalescit caritas, roboratur uirtus, sempiternaç beatus donatur. Beati (inquit dominus) qui perseguitionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cælorum. Magnus profecto beatitudinis est cumulus eorū, qui mundi persecutiones pro Christo percipiunt. Non tamen minor est gloria Christi passionibus conformari. Communicantes (inquit Petrus) Christi passionibus gaudete, ut in reuelatione eius gloria gaudeatis exultantes. Et si exprobramini pro nomine Christi: beati estis, quoniam quod est honoris, gloriæ, & uirtutis Dei & qui est eius spiritus: super uos requiescit. Vtriusq; latitiae ingens est causa & persequi pro Christo: & conformari Christo. De persecutione quidem merces: & de conformitate prouenit honor. Nemo igitur seruorum Christi sibi ascribat ad dedecus si easdem, quas dominus, perferat contumelias. Non decet omnino, non decet Christianum opprobriorum Christi esse exortem, ut quemadmodum in futuro illius festinat ad gloriam: ita impræsentium eiusdem passione participet.

Quod ex comparatione perfectionis Christi dare sanctorum decoloretur uirtus. Cap. XII.  
  
 Mbecillitatis humanæ hoc semper est proprium erudiri exemplis. Sicut enim iacet per se: ita aliena uirtute erigitur. Hinc est, quod ab ipso mundi exordio semper sanctorum propalata est uirtus. Porro Abel innocentia, iustitia Noe, Abraham hospitalitas, simplicitas Isaac, longanimitas Jacob, Joseph pudicitia, mansuetudo Mosis, Samuelis pietas, Dauidç humilitas divino commendatur eloquio. Temporū itaq; labente curriculo, & generationibus sibi inuicem succedentibus nunquā in ecclesiæ firmamento stellarū defluit claritas, quæ seculi huius nō fulgeret in tenebris. Splendorē quippe in suis dedere custodijs: & luxerū illi cum iudicitate qui fecit eas, atq; gratiae sue candore uirtutū ministerio sedētibus in opaca uictio-

Rom. 5

2. Ioan. 2

2. Cor. 6

Gal. 5

Ubi

2. Pet. 4

Matth. 5

1. Tim. 3

Ioan. 15

A rum regione ostendere curauerunt. Nam quidem priuata laude contempta, tota animi intentione conditoris laudem quæsuerunt. Lumine quippe suo uterū fulgentes futurum ueri solis aduentū hominibus præmonstrabant. Quot virtutibus insignitæ erant, tot spiritualis lucis fulgoribus rutilabat. In ipsis enim tanquam in mundo speculo illius lucis claritas apparebat: de qua in Sapientiæ libro sic legitur: Candor est enim lucis æternæ, & speculū sine macula: splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Quantu uero lux uera, quæ illuminat omniem hominem uenientem in hunc mundum, uenire distulit: delectabilis & clara uidebatur stellarum lux. At ubi lux ipsa mundi placidissimo ortu suo diuinitatis radios diffudit in orbem: stellarū splendor palestere inchoauit. Hinc præcedentium patrum ecclesia in Cantico canticorum, ait: Nolite me considerare, quod fusca sim, quia decolorauit me sol. Per amplius nanc; & perfectius uirtutes, quæ fuerunt in patribus, emicuerunt in domino: qui legalem iustitiam euangelica perfectione compleuit. Quemadmodū igitur solis claritas stellarum splendorem excedit: ita sanctorum

B omnium redemptoris gratia supereminet sanctitati. Corpori etiæ suo in membris singulis locupletem largitus est gratiam: ita ut de plenitudine eius accipiunt uniuersi. Totus quoque in capite & in corpore Christus, qui charismatum omnium continuit plenitudinem. Se propterea uoluit transformare in singulos, ut caritatis cōpaginæ singulos reformaret in se, conformaretq; sibi. Quamobrem sicut dolor capitilis ascribēdus est membris: sic membrorum uirtutes referenda sunt capiti. Nempe qui de uirtute gloriatur: glorietur in capite: & si quis dolet ex membris, uiriliter patiendo se consoletur in capite. In proprijs quisq; contumelij iniuriarum Christi sit memor. Mulcescet utique dolor, & amaritudo dulcescet, si mediatoris passionibus coaptetur. Disces plane non dolere, qui pateris, si domini tui Christi erudieris exemplo. Ipsum audi, quid dicat. Mementote (inquit) sermonis, quem ego dixi uobis. Non est seruus maior domino suo. Non est unde queraris, si opprimaris à seculo, dum eadem ipsum perpeccum fuisse cognoveris. Esse ne uis domino iustior: An forte arbitraris te in pace tua posse quiescere, quum præter

C omne iudicium æquitatis aspicias dominum Iesum à mundi amatoribus multipliciter fatigatum: Ille innocens, impollutus, iustus, pius, & sanctus patienter sustinet, quod nō debet: & tu quum noxius, impudicus, impius, crudelis sis, & mendax, siquid patiaris aduersi, murmuras, & exclamas: Magnipende (oro) quæ patetis, duntaxat non ut fur, aut criminosus, & malus. Iucundare, & gaude, si cum domino, & pro domino tribularis. Mundus odium tibi ascribere debes ad gloriam. Nempe dum patetis, te Christi membra esse ostendis, atque in ipsis uiuere corpore. Fecit se sicut te, ut te faceret sicut se. In eodem prorsus est corpore, in quo tu: aliter tamen quam tu. Tu tanquam corporis membra: ille tanquam corporis uita. Sine te corpus vegetatur & manet: absq; Christo autem minimè corpus ecclesiæ uiuit. Viuit utique ecclesiæ corpus de spiritu Christi, uiuit per Verbum uitæ. Viuiscitat ipse Christus totum corpus, uiuiscitat singula membra. Sublimantur quidem in corpore membra: sublimatur autem corpus in capite. Defluit capitilis honor in membra, & membris communicat quod habet. Siq; compactum est caput &

D corpus, corpus & membra in unitate spiritus, & uinculo caritatis: ut quod patitur corpus, patiatur & caput: & quum honoratur caput, honorentur & membra. Maximum mysterium hoc Christi & ecclesiæ, indissolubilisq; connexio capitilis & membrorum. Et manifeste magnū est pietatis sacramentū, quod manifestatū est in carne, iustificatū est in spiritu; apparuit angelis, prædicatū est gētibus, creditū est in mundo, assumptū est in gloriā. Capitilis super hoc sententia audi, & quid de se, suorumq; cōpage membrorum testet, aduerte. Si me (inquit) persecuti sunt, & uos persequētur: si sermonē meum seruauerūt, & uelitrū seruabūt. Seruabunt (inquam) sermonē uestrum: nō propter uos, sed propter me, quia seruauerunt meum. Nemo plane apostolorū apostolicorumq; uitorū sermones custodit & perficit: nisi prius Christū in se loquente audiat. Loquitur intus Christus, loquitur Sapientia ad humanum cor: illudq; erudit, ut docentius sermones intelligat. Nisi audiens cor imbuerit Sapientia, frustra doctoris lingua uerba disseminat. Reserat quippe audiens corda, & in ore loquentium componit eloquia. Aperi (ait ad Prophetam) os tuum, & amplebo illud. Quis arbitretur se absq; magisterio Sapientiæ posse utiliter uerba proferre? Spiritus Sapientiæ habitans in homine per hominem mysteria loquitur.

Non igitur audio Paulum propter Paulum: neque credo in Paulum, quia Paulus: nec homini obtempero propter hominem: sed homini propter Christum obedio: credo Paulum tanquam Christi seruo: & audio Christum loquentem per Paulum, & manentem in Paulo. Quid ipse de se loquatur, attende. An experimentum (inquit) queritis eius, qui in me loquitur Christus? Quamobrem prædicantium ideo seruantur eloquia: quia Christum annunciat, atq[ue] in ipsis habitans loquitur Sapientia. Sic ait ipsa Sapientia: Qui uos audit, me audit: & qui uos spernit, me spernit. Non igitur se ueritatis annunciator extollat, quem ea quæ profert, gratauerit aure percipiuntur, opereq[ue] compleantur. Veritas ipsa est, quæ in discipulis, & per discipulos operatur suos. Prius enim placet in corde, & coalescit in mente: deinde foris in actione perficitur. Nunquam ueritatis iussa seruantur in opere: nisi ante ipsa fulgendo placeret in corde. Propterea quem delectat ueritas, uirtutis opera placent: illam querit in se, alijsq[ue] communicat: quibus uero odiosa est, uirtus etiam displicet. De ea non ualent loqui, audire non possunt, nec delictorum illius queunt sustinere præsentiam: ideo tanquam sibi auersos persequuntur eosdem. Vocem ueritatis ausulta. Si me (inquit) persecuti sunt, & uos persequetur. Omnis quidem malus, inquantu[m] malus, & quādiu malus, bonitatem pariter & ueritatem persequitur. Utrumq[ue] Deus sit: sicut bonus, ita & uerax est. Quām bonus sit, magistrum ueritatis audi. Quid me (inquit interroganti se) dicis bone. Nemo bonus, nisi solus Deus. Verbum Dei ueritati testimonium perhibens audire uis: Ego (inquit) sum uia, ueritas & uita. Ad patrem quoq[ue] ait: Sermo tuus ueritas est. Hoc idem Propheta testatur, dicens: Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. De ueritate autem sic, Principium uerborum tuorum ueritas: in æternum omnia iudicia iustitia tua. Vnico autem uerbo utrumq[ue] sapientis complectitur, inquietus. Altissimus est omnipotens, patiens, & redditor. Cur uero iusti omnes, qui membra sunt Christi, & professores ueritatis, à mundi amatoribus persecutiones perferant: ipse dominus declarans, ait: Sed h[ec] omnia facient uobis, quia nesciunt eum, qui misit me. Quis etenim dominū Christū, suosq[ue] discipulos auderet persequi, si ipsius diuinitatē agnosceret? Nemo illi contradicteret, nullusq[ue] eius verba neglet: neq[ue] quēquam seruorū ipsius vel ultimū præsumeret tangere: si qualis sit, quantu[m]q[ue] mente intelligeret. Quis (oro) quāuis temerarius, quāuis robustus corpore, cuiuspiā primcipis eodē præsente paruipendē do derogaret imperio? Aut quis inermis armato bellatori irrogaret iniurias? Si infirmus homo & impotē aduersus potētē belligerū, iratūq[ue] tyrannū insurgeat nō præsumeret, præsumet cōtra Deum? Vnde uero proterua inobedientia hominis erga Deum causetur, ex sola ignorantia arbitror eueniare. Ignorāt prorsus mortales uoluntate delinquentes, æterni Dei maiestatem tremendam, insuperabilem uirtutem, colendā bonitatem, iustitiam inflexibilem, amplectendā gloriam, loganmitatem honorandā, incomparabilem pietatem, iudiciorū inscrutabilem ueritatem, caritatem summam, desiderabilem pulcritudinem, uenerabilem ubiq[ue] præsentiam, sapientiamq[ue] ipsius totis uisceribus diligendā. Quoniam uero ignorāt: atq[ue] infidelitatis obuoluti caligine absq[ue] diuinitatis gemitu persistunt: ideo sanctam cōtemnunt legem: terrenis inhabitant: malis operibus vacat, diuinis cōtradicunt eloquunt, & immaculatā Christi spōsam in membris suis persequuntur ecclesiam. Nunquam igitur ex quo iusti super terram tribulari coeperunt: Christi defuit persecutio. In Abel quippe occisus, & in Noe illufus agnoscitur. Quid multis immoreret? Quandiu iustitia persecuta est, quandoconq[ue] exosa est bonitas, in mysterio corporis sui persecutus est Christus. Christus Iesus (inquit Apostolus) heri & hodie, ipse & in secula. Sacramentum hoc magnum est: ad quod uidelicet insinuandum mystica locutione, quā iudicabit orbem terrarū in æquitate, & populos in iudicio: dicturus est dominus: Elurui, & deditis mihi māducare lūcū, & deditis mihi bibere: hospes fui, & suscepisti me: nudus, & cooperūstis me. Quibus haec diceret: Uniuersis utiq[ue] iustis, qui misericordiae opera perfecerunt. Atq[ue] ut sciremus cuncta h[ec] humilitatis officia Christum suscepisse in se, concludit, dicens: Quandiu uni ex minimiis meis fecisti, mihi fecisti. O largitas Dei, o diuina clementia, o immensa pietas: & compago indissolubilis caritatis. Celorum fabricator, angelorum rex, archangelorum dominus, sanctorū gloria, uniuersorū conditor, omniumq[ue] beatoru[m] laetitia sempiterna dignatur in famelico saturari: insisterem poteri, suscipi in peregrino, in modo uicturi, uisitariā languido,

A languido, in compedito consolari, sepeliri in mortuo. H[ec] sunt unitatis, pietatis, humilitatisq[ue] pia testimoniā domini Iesu, qui ante quam in carne nasceretur, uoluit pasci, ante quam loqueretur, uoluit pati: ante quam corporaliter terneret, uoluit agnoscere. Exultauit quidē Abrahā longeūs, sanctus, & pius, ut uideret dī eius. Vidit, & gauius est. Et hoc unde: Utq[ue] ex mysterio & sacramento Christi & ecclesiæ. Nunquam ab exordio propagationis humanæ, ac deinceps sicut esse non desit ecclesia: sic neq[ue] Christus. Ipsū audi. Antequam Abraham (inquit) fieret, ego sum. Omnes itaq[ue] iusti qui corpori Christi usq[ue] in finem seculi in terra peregrinanti ministrauerint, mercedem consequentur æternam: iniusti autē pro illatis contumelijs, pœnas luent perpetuas. & qua lance retribuetur singularis. Luxta cuiusq[ue] opera condigna recompensabūtur præmia. Nullius seceretur persona, nō genus, non dignitas, nō fortuna. Ille Deo erit uicinior, qui fuerit in caritate frequentior, corde humilior, atque uirtutibus completior. At qui in malitia extiterit nesciior: in exequendis mandatis tardior: in diuina laude tepidior: ille in æterna calamitate fiet miserior. Quid tunc potētes in seculo & auari, qui confidunt nunc in uirtute sua, & in multitudine diuinarum suarū gloriātū: quid astuti in sermonē, & in innocentium circūventione callidi: quid uoluptuosū & seculi, p[ro]speritatibus dediti, actuti sunt? Quid uel ipsi Iudei, qui Christum in capite & in membris occiderunt, dictari sunt? Nempe ipsi videbunt, in quem transfixerunt. Videbunt corporis cicatrices: videbunt in manib[us] & pedib[us] loca clauorum: videbunt passionis Christi insignia, sive uidelicet iniustatis præclarā testimonia. Quem enim noluerunt agnoscere redemptorem, itatum alij p[ro]cient iudicem. Illis quippe missus est Christus, sicut idem ait, dicens: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Quoniam uero ipsum recipere neglexerunt: præcateris deliquerunt grauius. Suis etenim exigentibus culpis caligauerūt: in lumine promunere deteriorauerunt, magisq[ue] obdurauerunt pro exhibita caritate. Aburentes namq[ue] bono, quod ad bonū illis præstitū fuerat, in sensum reprobū deciderunt. Bonū uenit ad malos, ut faceret bonos, bonumq[ue] tribueret. Mali uero bonū hoc male tractantes bonū sibi cōuerterūt in malū: bono nihilominus in propria subsistente bonitate. Hos per Prophetam dure redarguens dominus ait: Filios enutriui & exaltaui: ipsi autē spreuerūt me. Cognouit bos possessore suum: & asinus p[re]sepe domini sui: Israel autē me nō cognouit: & populus meus nō intellexit. V[er]a gēti peccatrici, populo graui iniuite, semini nequam, filijs sceleratis: Dereliquerunt dominū: blasphemauerūt sanctū Israelem: alienati sunt retrorsum. Retrorsum utiq[ue] alienati sunt, quoniam sanctū Israelem, qui salutē eorum operabatur in medio terræ, blasphemantes agnoscete noluerūt. Vnde sceleris sui inexcusabiles facti sunt, dum non ignorāt: sed per malitiā peccauere. Hanc uero sententiā ipse dominus Iesus autoritate sua cōfirmat, dicens: Si nō uenisse, & locutus eis nō fuisset, peccatum non haberet. Nunc autē excusationē nō habet de peccato suo. Cū autē excusationē de peccato suo nō habeat ludigi, ad quos missus es, & ad quos redimēdos uenisti: dic nobis, o do[m]ine, nobisq[ue] enarrā, o eterna Sapientia, quatenus occasione ipsorum nos erudiamur abs te, qui credēdo suscepimus te, eorumq[ue] cōteratur prōterua, qui nondum dignātur agnoscere te, atq[ue] in tuo corpore coaptari. Erit profecto eloquium tuum omni ecclesiā tuā solū adiutorium ad credendū. Declaratio quippe sermonū tuorum illuminat: & intellectū dāt paruulis. Si opera (inquit) nō fecissem in eis, quæ nemo alias fecit: peccatum nō haberent: Nūc autē excusationē nō habent de peccato suo. Quæ autē ista sint opera, quæ nemo aliis, præter quam ipse dominus Iesus fecerit, intelligenti universi, ne infidelitatis errore seducti nullā de peccato suo excusationē habeant. Prius tamē credāt, q[ue] intelligere uelint: qui nisi crediderint, nō intelligēt. Mentis aciem abstergant credēdo, & per fidem percipiēt intelligentiā sapientiā. Nullus plane ab ipso mūdi initio fuit: quamvis sanctus: quāuis sanctificatus in utero: qui sine colluione peccati, & absq[ue] uirili semine conciperet: atq[ue] de intemperata uirgine nasceref. A domino Iesu factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hoc prorsus nō capit sensus, ratio nō attingit natura tū patitur, humana experientia nescit: ut uirgo cōcipiat, uirgo pariāt: & post partū uirgo permaneat. Omne transcedit intelligentiā, hominū uidelicet, & angelorū. Hoc ut crederet homines factū, tie insolita nouitate repercuteretur dubietate: per uates suos loq[ue] ante quam fieret, prænunciauit esse futurū. Esaiā audi: Ecce (inquit) uirgo cōcipiet, & p[ro]pa

riet filium: & uocabitur nomen eius Emanuel, quod interpretatur nobiscum Deus. **Isto**  
**Ezech. 4:4** nihil uerius, nihil euidentius, nihil utilius dici potuit. Loquebatur quidem non homo,  
sed Deus per hominem, qui fecerat hominem, ut illum erudiret ad fidem: & purgaret per  
fidem, atque nutritum in fide, donec proueheretur ad speciem. Ezechiel quoque ait: Et con-  
uersti me ad viam portæ sanctuarij, quæ respiciebat ad orientem, & erat clausa. Et dixit do-  
minus ad me: Porta haec clausa erit: & non aperietur, & uir non transibit per eam: quo-  
niā dōminus Deus Israel ingressus est per eam: eritque clausa principi. Per viam portæ  
ingredietur, & per viam eius egredietur. Haec porta sanctuarij, quæ clausa perhibetur,  
beata uirgo est. Per ipsam minimè per materialem costum transiuit Ioseph: quoniā uni-  
uersorum dominus solus ingressus est per eam, ignorante sacramentum hoc tenebrarum  
principi. Nunciātē quippe angelo, uirginēque diuinæ uoluntati annuente uirtute altissimi  
uierbum in utero puerperē caro factum est: Deus scilicet & homo unus Christus, qui  
ut habitaret in nobis, fieretque uerus Emmanuel in cōtaminatio uirginitatis signaculo eges-  
sus est tanquam sponsus de thalamo suo. Propter quod in ipsius ortus tempore tanto per-  
moti miraculo: & pro tam ineffabili dignatione succensi milia angelorum decantauere,  
**Luc. 2:9** dicentes: Gloria in altissimis Deo: & in terra pax hominibus bona uoluntatis. Fecit ne-  
aliud opus mirabile, quod à nemine mortalium legatur factum: Fecit plane. A seculo  
non est auditum, ut quis aperuerit oculos cœci nati, sicut dominus ipse. Quis unquam  
quatriduanum sœtētem resuscitavit mortuum? Quis super liquidas & quoris undas, quo-  
ties uoluit, sicco perambulauit uestigio? Quis autoritate propria leprosos mundauit, ia-  
centes erexit: fugauit dæmones, surdis reddidit auditum, claudis gressum, mortuis uitam,  
omniumque languentium unico sermone curauit molestias? Quis (oro) in generationi-  
bus seculorum unquam tanta præditus fuit gratia, ut faciendorum miraculorum uirtu-  
tem alijs prærogaret? Fuere quidem nonnulli, quamuis pauci, qui orationibus suis obti-  
nuerunt à domino, ut egris salus, defunctis redderetur & uita. Horum autem nemo fuit,  
qui huiusmodi cui uellet, sua delectione tribueret potestatem. Quamuis autem dominus  
Iesus hanc præstiterit uirtutem: quicunque scire uoluerit, euangeliorum sanctarumque per-  
legat uolumina scripturarum: & cognoscet perspicue hoc tantum mediatori Christo  
esse concessum, ad declarandum utique ipsius diuinitatis incomprehensibilem maiestati-  
tem. Talibus etenim miraculis catholicæ religionis & Christianæ fidei imputribilia fun-  
damenta locauit: super quæ uniuersi credentes uirtutum arcem superædificarent intre-  
pidi. Nequaquam igitur fas est, tam claris testimonij, tamque euidentibus signis incaina-  
ti Verbi ullo modo resistere. Porro nullus incredulus & irrisor euadet impunè. Quam-  
obrem abundantius oportet nos credere, quæ de domino nostro Iesu uel dicta,  
uel facta leguntur, ne forte pereffluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, fa-  
ctus est firmus: & omnis præuaricatio & inobedientia condignam accipit retributionis  
mercedem: quanto magis non effugiemus nos, si Dei sapientia neglexerimus credere?  
**Neb. 2:1** Exemplum nobis incredulitatis facti sunt hi, quibus loquebatur in carne. Si enim illi non  
effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur: nos quid acturi sumus, si de cœ-  
lo nobis loquentem non aduertimus? Super terram quippe profugi incedunt sine lege,  
sine uate, sine rege, & absque sacerdote: propterea quia nedum Dei uerbo obtemperare  
recusarunt: uerum etiam diuinis eius operibus procaciter detraxerunt. Agnoscabant  
quidem diuina opera dominum facientem: sed ipsius maiestatis gloriam confiteri recu-  
sabant. Liuoris facibus accensi abnegabant, quod opera testabantur: uidebant, & inui-  
deabant, nec credere uolebant: ideo odio illum habentes gratis opprimebant. Gratis  
propterea dixi: quia innocens erat: & quoniā de iniuitate sua nullum, præter pecca-  
tum, fructum reportare valuerunt. Non enim est prudentia, non est sapientia, non est  
consilium contra dominum. Euanuerunt ipsi in uirtute sua domino permanente. Non  
enim ualeat contaminari ueritas, non potest euerti mediatori sanctitas, quin in puritate  
propria perseveret. Est quippe lampa fulgentissima æternæ lucis decorata splen-  
dore. Est & lapis durissimus excisus de monte sine manibus: super quem  
qui ceciderit, confringetur. Conseruet autem, minutissime dī-  
sperdet, si super quempiam ipse ceciderit.

De excellentia diuina lucis, quæ à mundis corde cernitur. **Cap. III.**  
**A** Olis lucē quisquis sano cernit intuitu, agnoscit perspicue ipsam alienæ lu-  
cis nō indigere suffragio. Per se nāque sufficit sibi. Ostēdit seipsum, ostēditq[ue] alia intuētibus se. Haec est natura uisibilis solis: haec est uirtus temporalis lu-  
cis, quā Deus in celo cōstituit, ut illustret corporalia, quæ obiectū ipsi: &  
diuidat tēpus per annos, mēses, dies & horas. Si autē tanto splendore, coru-  
scat, quæ uidetur lux, ut nō indigeat lucernarū admīsculo ad lucendū per diē, & tamen  
temporalis est: qd de ipsa inuisibili luce & eterna, per quā cetera luminaria, quæ facta sunt,  
siue solis, siue lunæ, siue stellarū arbitrandū est: Est nāque ueritas Christus, iustitia sol, &  
lux uera atque perfecta, quæ nō solū omnē hominē uenientē in hunc mundū illuminat:  
uerum etiam uniuersorū spirituū gloriosum exercitū in celorū palatio quiescentiū. Omnis  
quippe cognitione seu corporaliū, seu spiritualiū de fonte nascit ueritatis. Illeque agnoscit  
altius & clarius intuet, q primē ueritati propinquior est. Ad ipsam accedit nō gressu cor-  
poreo: sed humilitate uera, puritate mētis, deuotione cordis, exercitatione uirtutis: tran-  
quillitate animi, & flagratiſſimo amore diuinæ caritatis. Lux etenim ipsa alſcuius quo-  
modo egebit splendore: cū æternæ paternæque lucis ipsa sit cādor, & diuinæ maiestatis ima-  
go: Coruscat quidē ineffabiliter in se, atque lucis ppriæ spirituales radios in omnē diffun-  
dit rationalē creaturā. Quicquid em̄ intelligibile est, ueritatis luce clarescit. Opaca pene  
trat, rimat occulta: ita ut nō sit, q lucis illius splendorē effugere ualeat. Adeò quippe per  
se rutilat: ut alterius nequaque testimonio egeat. Ex infirmitate intuētiū causat ipsius si-  
gnata sciētia. Quēadmodū igit̄ de coloribus cęcus iudicare nescit: sic neque de luce ueritatis  
peccatorū animus. Lux quidē spiritualis est, in qua nullæ tenebrae sunt. Illi minime  
propius ualeat accedere, qui infidelitatis uelamine tegit: seu delinquēdi uolūtate grauat.  
Sine macula cū sit, immaculatis uisibilis appetet obtutibus. Ait nāque: Beati mūdo corde  
quoniā ipsi Deū uidebūt. Mūdet itaque se, quisquis ueritatis mūdā cupit cernere lucē. In-  
terim tamē dum mūdere se satagit: & anteque lucē ipsam intueri sufficiat: lucis testes sim-  
pliciter imitēt. Pro imbecillitate etenim intuentiū nō prō se testes uoluit habere ueridi-  
cos. Cælestis nāque pater omnipotē manifestū testimoniuū perhibuit ueritati. Nēpe cū in  
Iordanis alueo incarnata staret Veritas: apertis cęlis uox patris intonuit, dicens: Hic est fi-  
lius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacuit: ipsum audite. Paraclitus quoque spiritus, ut  
dño Christo testimoniuū redideret, in colubræ specie descēdit in ipsum. Hoc autē solo mi-  
nimē cōtētus apostolorū corda caritatis igne succēdit. Istud quidē prius, q fieret, futurū  
esse predixit, ut nō casu, sed ipsius uoluntate factū esse cognoscas. Quū uenerit (inquit)  
Paraclitus, quē mittet pater in nomine meo, ille testimoniuū perhibebit de me. Testimo-  
niū etenim sanctus spiritus exhibuit Christo, quū sapiētē lucē cordibus credentiū infu-  
dit: uere q̄ esse quæcumque gessit & docuit: ratione corroborauit & sensu. Rationē quippe  
per fidē instituit: sensum uerò per affectū dilectionis expressit. In fide nāque scientiā: in sen-  
su autē sapientiā tribuit. Vtrūque prorsus Paracliti donū est. Ipse sciētiae largitor: ipse spiri-  
tus sapiētiae dicit. Nemo ueritatē nouit, nisi scientia mediāte: sed neque quis sapientiā gu-  
stat, nisi sp̄ritus sancti præsentia adsit. Hoc persenserat, qui dicebat: O q̄ suauis est sp̄ritus  
tuus in nobis. Præterea cū tres sint in cœlo, qui testimoniuū perhibet ueritati: pater sci-  
licet, Verbū, & sp̄ritus sanctus: ita tres sunt, qui testificantur in terra: sp̄ritus uidelicet, san-  
guis, & aqua: Ad imbuendū igitur sacramentū fidei, declarandāq[ue] mediatori gloriā, hu-  
iūsmodi sufficere poterat testimonia. Testes tamē alios uoluit habere idoneos: per quos  
infidelū plebē erudiret ad fidem, corporiq[ue] ecclesiæ copularet. Illis etenim eligēdo, dice-  
bat: Et uos (inquit) testimoniuū perhibebitis: quia ab initio mecum estis. Ut igitur Christi  
deles existeret testes illi, ad quos loquebāt, ueritatis sp̄ritū acceperūt, quatenus que ue-  
ra sunt, promerent. Sine hoc sp̄ritu quod uerū erat, farū nō possent: quoniā dicente Pro-  
pheta cognouimus, q̄ omnis homo absq[ue] hoc sp̄ritu inaniter loquitur: Nō autem Deus  
falsitatis eget testimonio, q̄ potius iuxta Prophetæ memorati sententiā perdit omnes q̄  
loquitur mendaciū. Accepto itaque apostoli ueritatis sp̄ritu cōticere nequibāt, quod sp̄ri-  
tu reuelāte didicerat. Vnde & dicebāt: Non enim possumus, que audiuimus, & uidimus,  
nō loqui. Nā apostolorū princeps in cōcilio positus Iudeorū, sacerdotibus, phariseis, &  
magistratibus eorū domino Iesu uolēs reddere testimoniuū: ait clara uoce sp̄ritu sancto  
illi præbente fiduciam. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem uos interemistis  
suspender-

**A** sunt in lapidem offensionis, & in petram scandalum: ita ut caderet. Stare quidem potuerint, si in humanitate Verbum, & in Verbo credidissent patrem. Credere autem poterant, si ex operibus verba Christi: atque ex verbis latentem in carne diuinitatem considerassent: sicut idem testabatur, dicens: Opera que ego facio, testimonium perhibet de me. Quod si mihi non creditis, operibus credite. Diuinitas etenim per assumptum hominem operabatur miracula, praedicebat futura, reserbat cordium abdita: quae simplex homo agere non valeret. Filium igitur nesciebat, nec patrem, quisquis potestatem & sapientiam patris non agnoscebat in filio. Hebrei autem persecutionem inferebatur membris: quia gloriam capitum ignorabant. Vniuersa tamen haec suos noluit Veritas latere discipulos. Antequam fierent, futura esse praedixit, ut minus terrent, quum fierent. Neque enim minus quae futura sunt, quam ea quae sunt, Verbo praesentia sunt. Videt in se, & per se omnia: propterea futura ueluti presentia, & presentia tanquam futura loquebatur. Hoc ex fidei merito percipiunt apostoli, duplice meroe sautabatur ex ipsis, quae domino referente didicerat: tum uidelicet de persecutionibus sibi immunitibus: tum de celeri discessu magistri. Quemadmodum itaque ad perferendas mundi pressuras eos plurimum fuerat exhortatus: ita de suo debuit illos consolari discessu. Ideo addidit, inquit: Vado ad eum qui misit me: & nemo ex uobis interrogat me, quod uadis: Maxima huius locutionis profunditas est. Cum discipulis sedebat, epulabatur, non mouebatur: & tamen loquebatur: uado ad eum qui misit me. Se ire asserebat ad eum, cum quo erat, & a quo non recedebat. Sic enim dixerat alibi: Nemo ascendit in celum, nisi qui descendit de celo filius hominis, qui est in celo. Opposita uale sibi uidentur haec sedere, & ire: in celo esse, & loqui in terra, ibique esse, quod itur. Porro si alicubi homo est, non expedit, ut eat, ubi est. Si autem it, ne cum est, quo pergit. In nobis haec uera sunt: quia simul esse non possumus, quod tendimus. In Mediatore autem nostro, quoniam a nostris longe ipsis distant uerba & opera: quod dixit, uerum est. Qui enim dixit: uado ad eum qui misit me. Veritas aeterna est infallibilis & immutabilis. Sacramenti huius altitudinem, uerborumque profunditatem deprehendere poteris, si uerarumque naturarum proprietates: diuinæ scilicet, & humanæ, quae sunt in domino Iesu, discernas. Deus namque erat & homo. Quae Dei sunt, in Deo, & quae hominis erant, operabatur in homine. Ex unione quidem ipsa naturarum proprietates non confundebantur, sed agnoscebantur. Non persona secernebatur in Christo, sed substantia. Persona uina, substantiae duum: & tamen unus Christus. Humana substantia ex parte tantum carnis uisibilis erat: ex parte spiritus uisibilis. Verbi uero substantia prorsus uisibilis est. In Christo namque caro, spiritus, & Verbum sunt. Verbum enim, quoniam Deus est: semper cum patre est. Non circumscribitur loco, non accedit motu, tempore non uariatur, semper est, quod est: semper est, ubi est: & nusquam deest: quia Deus ubique totus est. Est in se totus, totus in patre filius, totus in filio pater est. Caro autem Christi: quoniam corruptionem non uiderit: non tamen semper habuit immortalitatem. Mortalis erat, passibilis, & necessitatibus uoluntariis fatigata. Quandiu peregrinata est, suo naturali motu ducebatur, & impellebatur ad libertatem, impassibilitatem, & immortalitatem. Spiritus uero in ea parte, qua intelligit, & discernit, diuinamque in se gestat imaginem: quae propter rationis dignitatem superior dicitur, unitus uerbo ad patrem ire non dicitur. Verbi nanque fruitione beatus quum primum creatus fuit, diuinam essentiam contemplatus est. Non enim ante factus, quam substantiali gloria extitit beatus. In ea tamen parte, qua uiuificat corpus, dolet cum corpore, patitur per corpus: corporis mortem formidat: quoniam non simul moriatur cum corpore: quoniam totus immortalis est: & ipse ibat ad patrem, atque immortalitatis stolam, quae ad solam carnis substantiam pertinet, appetebat induere. In Mediatore igitur nostro idem spiritus simul miser & beatus erat, passibilis & gloriatus, uiator & comprehensor: missus & mittens. Passibilis in carne, gloriatus in uerbo, uiator propter corporis mortalitatem: comprehensor propter filii personalis unionem. Missus a patre: mittens Paraclitum cum patre. Accedens per carnem ad patrem: & in peruentione in sinu patris feliciter requiescens. Quantum itaque sapiens quantum agnosco: & prout locutionis altitudo eluet in corde meo, se Deum arbitror dixisse & hominem, quando ait: Vado ad eum qui misit me: & nemo tamen ex uobis interrogat me: quod uadis. Istiusmodi uerba non sustinentes qui aderant, morditia gravabantur.

suspendentes in ligno. Hunc Deus principem & Saluatorem exaltauit dextera sua ad dandam poenitentiam Israel, & remissionem peccatorum. Et nos sumus testes horum uerborum & spiritus sanctus, quem Deus dedit omnibus obedientibus sibi. Audiamus & alium ueridicum testem, quid de Christo afferat: Multis facie multis modis olim Deus loquens patribus in Prophetis nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum: per quem fecit & secuam. Audiamus & tertium: quatenus secundum legis sententiam in ore duorum, uel trium testium ratum censeatur Mediatoris testimonium. Quod fuit (inquit) ab initio, quod audiuimus, quod uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostra correctauerunt de uerbo uitæ: & uita manifestata est: & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitam aeternam, quem erat apud patrem, & apparuit nobis. De celo igitur sicut præfatum est, pariter & de terra testimonium habuit ueritas: quanquam nec illi ab inimicis defuerit. Nonne de obsessis corporibus existabant demonia, clamantia, & dicentia: Quid nobis & tibi Iesu fili Dei, uenisti ante te ipsum torquere nos. Hoc solos cōpescuit Salvator. Noluit enim ut mendax spiritus, in quo ueritas esse non potest, quāuis uera diceret, ipsis fieret testis. Horum tam ueritatem testimonium approbat, qui ueritatis repleti spiritu a semetipsis minimè loquuntur. Nouit sapientia Dei, quod omnis homo mendax. Propterea ne mendacium loquerentur mendaces, ueritatis spiritum suis infudit testibus, ut non ipsis, sed qui in eis erat, spiritus loqueretur. Quoniam uero sciebat dominus Iudeos persecutores esse apostolos, quemadmodum & ipsū: illos præmonere curauit, dicens: Haec locutus sum uobis, ut non scandalizemini: absq; synagogis facient uos. Non autem detrimentum erat de Iudeorum synagogis excludi: ex quibus iam ipse discesserat dominus. Relictis namque illis gentibus uerbum uite prædicari mandauerat, dicens: Euntes in uniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ: quod & fecerunt. Sic enim legitur: Vobis quidem oportebat loqui uerbum Dei: sed quoniam repulisti illud, & indignos uos iudicatis aeterna uita: ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis dominus: Dedi te in lucem gentium, ut sit salus mea ab extremis terræ. Hoc autem completum fuisse propheticu[m] spiritu insinuauit, G inquietus sic Esaias: Gentium populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. Sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Psaltes quoque uates egregius uocationi gentium congratulans in spiritu ad diuinam laudem hortatur eas: Benedicite (inquit) gentes dominum Deum nostrum, & obaudite uoci laudis eius. Iterumque: Omnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in uoce exultationis. Merito itaque sicut alibi scriptum est: Derelicta est domus eorum deserta, quoniam nedum dominum ipsum, uerum etiam predicatorum suos de illorum finibus abiecerunt. Ducebantur quidem suorum passionibus uitiorum, atque a proprijs cogitationibus seducebantur. Zelo Dei & legis aemulatione Christum uidebantur persequi. Vnde & dicebant: Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit. Carnem sapientes non nisi carnaliter spiritualem nouerat intelligere legem. Utique si spirituales fuissent, sciuisserentque dijudicare omnia: non minus seipso, quam legem spiritualiter agnouissent: intellexissentque cordium suorum latentem intentionem liuoris morbo corruptam. Quoniam uero uelamen positum erat super eorum cor, radiantem non ualebat aspicere ueritatem. Ideo malum sub specie boni non uerebantur agere. Hoc magister bonus insinuauit, dicens: Venit hora, ut omnis, qui interficit uos, arbitretur obsequium se prestare Deo. Zelum quidem Dei Iudei habebant: sed non secundum scientiam. Impietatis sacrificium offerebant Deo: & unde illum placare credebant: inde aduersum se acriter irritabant. Defensores legis ignorabant legem. Si enim intellexissent legem, cognouissent Christum. Lex enim Christum annunciat in figuris, in prophetis, in ceremonijs. Erat namque umbra futurorum. Hinc est quod Apostolus ait: Nolo uos ignorare fratres, quod patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt: & omnes in Mose baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eadem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibeant autem de spirituali consequente eos petra: petra autem erat Christus. Haec autem in figura facta sunt nostri. Nonne & Prophetarum uox illa est, quae ait: Da mercede domine sustinetibus te, ut Prophetæ tui fideles inueniantur. Iudei uero soli literæ corticem aspicientes: spiritu autem sub tegmine literæ non intelligentes offendunt.

ubabantur. Nec immoritò. Ardua atq; aspera illis proposuerat Veritas, quum adhuc pueri essent: & ad perferendum mundi persecutiones inexperti. Maximas illis prænuntiavuit à seculi amatoribus inferendas esse persecutionum contumelias: adeo ut absq; synagogis fieret: & ueluti oves à lupis esse dilaniādos, opprimendos, perimēdos q̄. Quod autē addiderat, dicens: Vado ad eum qui misit me: his omnibus videbatur grauius. Quis etenim etiam assuetus in prælio non metueret tāta sibi minari supplicia? Aut quis strenuus & probatus miles absq; duce cum ualidissimis hostibus auderet habere congressum? Vel quis (nisi forte furibundus & amēs) uicinam non expauesceret mortem. Non ab re ergo dixerim, quod tristitia perfundebantur discipuli de magistri dulcis absentia: & pre dolore, quod iret, interrogare nō poterant. Ingens planè metus pro seipsis: pro magistro autem intolerabilis mōror in eorum corda obrepserat: adeo ut minimè loqui ualarent. Illorum uero pius dominus dolore permotus ultra se continere nolens, adiecit: Sed ueritatem dico uobis, ut ego uadam. Quid est quod loqueris domine? Qualem ex tuo ore ueridico sententiam profers? Nonne tristitia immoderior eorum uires obsorbuit? Sic inermes, tuoq; destituti suffragio, quomodo pugnabūt? A quo consilium capient? Scis etenim quod importunus paucor animi, fortitudinis, consilij, & intellectus euertit regimen. Nam si ex unico sermone tuo sic eorum corda sunt territa: quid in persecutionibus ipsis eosdem arbitramur esse acturos? Magnarum plāne mentium & perfectiorum est contumelias ferre: & quanimitate tolerare flagella, persecutionibus uexari, dilaniari, expoliari, publicē cādi, exulare, in carcere & compedibus detineri, & ad ultimum iugulari. Vniuersa hæc illos asseris esse passuros, quos in fidei nutantes, in caritate imperfectos, nudos uirtutibus, spirituali exercitatione ignaros, inexertos ad temptationum bella, & ineruditos non ignoras esse scientia. Quanto melius, quantoq; consultius foret (saluo tamen sapientiæ tuæ honore) ut manerent penes te, & tanquam tenelli spiritu doctrinæ tuæ lacte nutritur, roborarentur mente: atq; ab incursiis dæmonum, temptationibus uitiorum: hominum persecutionibus: terroribus tormentorum, sub alarum tuarum tegerentur umbraculo? Sic domine, sic custoditi per te seruarentur tibi: tuis ut olim inhærerent uestigis: docerentur exemplis: exhortationibus accenderentur, atq; paulatim admonitionibus sanctis ad perfectiora concenderent. Tolerabilius est, ut illos infirmos possideas, quam extintos amitas. Hæc tecum, ô æterna Sapientia, & cordis mei thesaure concupite familiari alloquutione differui: non ut tuos procaciter audeam sermones arguere. Temeritatis quidem nimia deprehenderet reus: si tuo cōharet resistere uerbo. Ut igitur insipientiam meam erūdias: ut legentium animos ratione communias: utq; prostratam audientium fortitudinem erigas, edicito nobis (oro te domine) cur loqueris sic: & quare apostolis expediat, ut corporaliter abeas. Forte, imō certè instruemur & nos: quibus in spiritu tuus quotidie continentur. Ad hæc dominus: Si non abiero (inquit) Paraclitus non ueniet ad uos: si autem abiero, mittam eum ad uos. O responsio amantium mentibus iucunda: ô diuinitatis consilium proficuum præsentibus & futuris: per quod dilectionis suspicio tollitur: & amoris incendium generatur. Non enim discedis & deseris, humanitatem tuam subtrahis & contemnis: sed potius, ut dona cumules, & mentes in tua caritate confirmes, tuam subducis præsentiam. Polliceris quidem Paraclitum mittere: quatenus cælesti igne tuorum accendat corda seruorum: illosque erudiat de omnibus, quæ te differente intelligere nequiverunt, faciatque opere perficere quod mandasti. Nempe idem Paraclitus eius, quem possidet, inflammant affectum: nec abs te longe ire permittit. Nequaquam autem illo præsente tuus, ô laus hominum, angelorumque, potest obesse discessus, qui æquissimo iudicio uniuersa moderaris, nec agnosceris, nisi ab eis, qui diligunt te. Veritatis namque sp̄ritus, quem missurus es, immutat, quos replet, tecum spiritualiter diligat. Hactenus discipuli tui dilexere te propter se, suaq; quasierunt in te: quum tamen talis sis, ut diligi debeas propter te. Non enim ullus adulterinus, seu mercenarius amor in tuo nuptiali admittitur thalamo. Casto semper & puro amariis corde: ideo te contingi non pateris ab ihs qui alta sapiunt, & te carnaliter concupiscunt. Quantum autem dicere fas est, quos elegisti de mundo te tanquam hominem sanctum: in miraculis potentem: facundissimum in sermone: in uirtute præclarum: & Deo

A clarum, & à Deo missum pro Israélis tantum redēptione fatentur. Diuinitatis gloriā ignorant carnis pondere ac fidei imbecillitate grauati, humana solum sapienti de te, terrena sperant per te, solatia tantum humana querunt in te. Propterea indigent reformari in spiritu, ut altiora sentiant de te, & puriori affectu diligant te. Supra carnis sensum se erigere nequeunt, quamdiu carnem tuam aspiciunt, carnisq; delectabili cōuersatione pascuntur. Prorsus ablactandi sunt, ut transeant in uitrum perfectum; & ad mensurā ueniant tuæ dulcissimæ caritatis. Tunc te spiritualiter diligent, tunc quas dici passuros persecutiones nedum fortis, uerum etiam alaci animo sustinebunt. Intrepide quidē ante reges stabunt & præsides, nomen tuum coram magistratibus & seculi potestatibus prædicabunt, atq; in gentium ludiæorumq; concilij destatu tuæ celititudinem nunciabunt. Discurrent per urbes populorum, in signis & prodigijs fidem tuam magnifica-  
bunt. Sicut tuum disseminabunt uerbum, ut in omnem terram exeat sonus eorum, atq; in fines terre audiantur uerba eorum. Glorificaberis in illis, & ipsi exaltabuntur per te.  
B Venerabuntur tanquam Veritatis præcones, uerbi nuncij, sapientiæq; æternæ di-  
li. Cuius autem ô domine ista sunt opera, nisi alii spiritus, quem in tuo pater missurus est nomine ad declarandum utiq; gloriam tuam in gentibus, & renouandum orbem totum sub legibus caritatis: Ipse nempe præsentia sua mundum arguet de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quod non dimiserunt, de iustitia, quam contemperunt, de iudicio, quod minime præuiderunt. Digne satis de peccato infidelitatis arguetur mundus, quum tibi domine tuisq; neglexerit credere. Tanta siquidem omnipotentiæ tuæ ostendisti miracula, ut inexcusabilis sit, quisquis tuæ noluerit se subiūcere seruituti. Nimis tua ô maiestas inclita credibilia facta sunt testimonia. Clamat martyrum sanguis, oracula pronunciant prophetarum, atq; innumerabilis fidelium multitudo in tuo nomine congregata rationali suadet creaturæ, ut tibi famulādo credere debeat, cui tantorum iustorum fides ministrando testatur. Fas igitur catholicæ non est repugnare ueritati, quæ uniuerso mundo diffusa conspicitur. Nam uoluntate potius, quam ratio-  
C ne resistit, qui Christianæ religiōi annuere negligit. Arguitur enim a spiritu sancto, qui uerbo tuo ueridicum prohibet testimonium. Ipsum quippe ô syncera Veritas misisti, nedum ut de peccato mundum arguat, uerum etiam de neglecta iustitia. Ascendendo nāque ad patrem mundo testes tuos reliquisti discipulos. Hi etenim sancto perfusi spiritu custodiendo iustitiam insinuabant omnibus non peritoram & labentem seculi pompa, sed æternam atq; beatam uitam totis uotis esse quærentam. Quū enim quis amore æternorum præsentia deserit, inuisibilis præstantiora esse, quam quæ uidentur, certa definitione cognoscit. Iustorum quidem hæc est consummata iustitia corde oreq; fate-  
ri te humanis ablatum aspectibus uiuere in æternū, sicut eloquij tuis assensum tribue-  
re, ut non dissentiat uiuendo ab eo, quod credendo testatur. Nequaquam autē huma-  
ni sp̄iritus uirtus hæc est, sed illius ô domine quem misisti de cælo Paracliti, qui aduen-  
tu suo mundum arguet de iudicio. De iudicio arguet (inquam) quoniam principis mū  
di finem aduenisse ostendet. Quamdiu nanq; defuit, qui per uirtutum exercitia cū apo-  
stata angelo congrederetur ad pugnam, idem mundi pacifice obtinuit principatū. At ubi tu ô Sapientia de cælorum regali sede in seculi campum cum tyrranno hoc pugna-  
turus intraisti, quoniam illo est fortior, depulisti eū de antiquo, quod possidebat impe-  
rio. Dedisti utiq; cunctis, qui tenebantur in vinculis, pacem tuam, quatenus mente libe-  
ra tibi redemptori suo exhiberent famulatum. Dilatasti plane signa imperij tui à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Hoc est iudicium, quod alio in loco futurum prænunciabas dicens. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mun-  
di huius ejcietur foras. Hoc Citharœda sanctus, homo uidelicit secundum cor tuū, uo-  
tis omnibus anhelabat inquietus. Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio re-  
gis, iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Quod autem prædi-  
cebatur futurum, completum aspicimus. Tuum quidem regnum incomutabile est,  
quoniam tu imortalis & omnipotens es domine. Tibi reges uniuersi suas inclinant  
ceruices, te uenerant, adorant coluntq;. Sibi Prophetam audiunt dicentem. Et nūc  
reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, seruite domino in timore, & exultate  
ei cum tremore. Beati igitur omnes, qui sperant in te domine, tuocq; infatigabiliter ob-  
Laur. iustini.  
K sequun-

sequuntur imperio. Nam terreni reges terrena stipendia conferunt, non aliunde habentes quid erogent. Tu autem o*n* inuictissime angelorum rex non temporalem, sed æternam tribus pro labore mercedem. Præstas namqe te puro diligentibus corde, tibiqe ob temperantibus fideliter delectationes maximas, quibus affectus omnis uoluptuosus extinguitur seculi. Non autem uralerent tentationibus reluctari, atqe carnis carere illecebribus, nisi spirituali tuo reficerentur pabulo. Infirmitati etenim compatiendo humanae deuotione reficis, quos diligis. Paterno ad illos inclinaris affectu, qui animi debilitate nequeunt ascendere ad te, & usqe ad mortem certare pro te. Es namqe domine bonum ineffabile, pro quo adipiscendo, qui te agnosceret, mori millies non expatiesceret. Rationalis ergo spiritus corporis fragilitate depressus, atqe sensibus hebetatus sua intelligentiae aciem ad ea, quæ sensibus capiuntur, inflectit. Quare ne uisibilibus uoluptuose inhæreat, illi Paracliti consolationem tribuis. Ipse namqe est qui timorem sanctum mentibus electorum inserit, pietatis uiscera emollit, docet hominem scientiam, fortitudinem in aduersis tribuit, prouidos in consilijs facit, spiritualium intelligentiam largitur, æternorumqe gustum sapientiae infusione communicat. Hæc prorsus insinuasti, quum dices. Quum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos omnem ueritatem. Veritatem omnem instruit, quum dona sua liberaliter præstat, quæ uirtutum omnium continent ueritatem. Utqe quum manifestat te, in quo thesauri omnes sapientiae & scientiae Dei absconditi sunt, quum reuelat diuinitatem tuam, potentiam tuam, gloriam tuam, sapientiam tuam, omnem instruit ueritatem. Tu enim es l<sup>imp</sup>idissima ueritas, & æterna patris uidelicet sapientia, atqe cognitio, in qua omne quod uerum & bonum est, stabili lege consistit. Hanc absqe præuia & comitante tui spiritus gratia non attingimus ueritatem. Eodem spiritu reserante menti nostræ mysteria cognoscimus, sicut legitur. Ipsa tunc docet uos de omnib. Loquitur enim ad cor, & sine ullo corporis uel labiorum motu intus auditur, non per uocis sonoritatē, sed per ueritatis intelligentiam. Nō enim in ipso corporum lineamenta sunt. Est namqe spiritus intelligentiae sanctus, unicūs, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, nobilis incoiquinatus, certus, suauis, amans bonūactū, qui nullum uetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, securus, omnem habens uirtutē, omnia prospiciens, attingens ubiqe propter suā munditiā. Vapor est enim uirtutis Dei, & emanatio quædā claritatis Dei sincera, atqe spiritualis & diuina lux, propterea spiritualiter loquitur, quanquā nō à semetipso, quia nō est à semetipso. Est autē de Deo Deus, de æterno coæternus, procedens à patre, & te filio p<sup>at</sup>ris unigenito. Quoniā uero à seipso non loquit, à quo loquat nobis edicto dñe, quatenus eruditus abs te à ueritate catholica minime deuiemus, quæcumqe audiet loquet. Auditus iste, ut arbitror, æterna cognitio est. Quemadmodum igitur non est à semetipso, ita nec cognoscit. Cognoscit à patre & te filio, sicut ab ambobus sempiternaliter procedit. Nō autem cognoscit tanquam inferior aut posterior, quum sit æqualis, consubstantialis, & coæternus. Nempe trinitatis sanctæ, sicut una est essentia, par gloria, æqualis maiestas, ita & cognitio is eadē est perfecta scientia, & tamen nō à seipso loquitur, quoniā patris & filii spiritus amor & osculum est. Loquetur, inquit, quæcumqe audiet, manifestabit uidelicet quæcumqe cognoscet uobis ad salutem fore necessaria, alijscqe profutura. Non enim omnia quæ futura sunt, docet. Quanta fuerunt, & uentura sunt, quæ à mortali. nesciuntur? Nihil tñ quod humanæ saluti congruat (spiritu revelante) occultum est. Instruit quidē, non de omnib. omnes, neqe cuncta simul. Prouehit aut̄ rationalem mētem, & iuxta cuiusqe mēt̄ lumen infundit sapientia. Prouectio ipsius cognitionis ascensus est. Quo uero sollicitior quisqe est, quo humilio, quo gratior, eo spirituali ac diuinæ cognitioni habili. Sine meritis istiusmodi habilitas condonatur. Nisi gratis aspiceret Deus, singuli su peruacue laborarent. Aspice itaqe o*S*apientia de sede sancta tua in me peccatorū mini mo, & miserere mei. Oculo tuo recto, & in beneplacito populi tui respice inquā in me, non ut impræsentiarum delicta desteam, sed ut uideam te lumē in lumine, tuaqe delectabilis absorbare caritate. Deterges utiqe aspectu tuo placidissimo cordis mei maculas, illustrabis ignorantia tenebras, & tempore fugato animūm excitabis metū in laudib. tuis, in dilectione amoris tui, in pace tua & in p<sup>ri</sup>p<sup>ro</sup>s ampliib. caritatis. In spiritu ueritatis & in spiritu ardoris hæc bona facies mecum. Spiritus namqe tuus bonys deducet me ad te.

Tuus

A Tuus (inquit) quia habet à te, unde erudiendo ducat me ad te, sed nō sine te. Quomodo aut̄ sine te, quum tecum unū sit? Vbi est substantiæ unitas, deitatis æqualitas, uirtutisqe parilitas, esse non ualeat operationis diuersitas. De tuo igit accipit, quæ audiēdo docet, tecqe clarificat in nobis, non tñ præter te, quoniā in sapientiæ tuae splendore nos imbuīt. Profunda sunt hæc dñe, & absqe ueritatis tuae lumine incōprehensibilia. Præcedēte aut̄ luce tua, quando ista cognoscimus, supra humānum sensum erigimur, supra intellectum trahimur, & fortiter inardescimus uidere te fontem sapientiæ, datorem gratiæ, torrentemqe uoluptatis æternæ. Exercendo tñ differt, & differendo accēdis, quatenus per ascensus uirtutum & cumulos meritorum feliciter te nobis suo tempore tribuas.

Quod uarijs pressuris purgatus animus spirituali gaudio repleti mereatur. Cap. X I I I .

B  V mani animi Deo dicati ordinatissimus ascensus siue ad perfectionis culmē, seu ad contemplationem cælestium est, ut salubriter purgetur, deinde ut erūdiatur sapienter. Alter si segregetur ab altero, amanti plurimum nocet, currētisqe profectum retardat. Nam & terra sterilis diuqe inculta si prudenti agricultori excolenda tradatur, prius sarculo & uomere mundatur a sentibus, postea repleteur seminibus, ut uberem ex se proferat fructum. Porro multifarie purgatur animus, flagellis uidelicet, temptationibus, pressuris, compunctione, lacrymis & uirtute. Flagellis attritus Paulus stimulos carnis suscepit in corpore, ne elationis morbo periclitaret in mente. Tentatus est sanctus Iob probatus & coronatus. Tentationem pertulerūt is, de quibus legitur. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitatem plena est, quoniā deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se, tanquam aurum in fornace probauit eos, & quasi holocausta hostiæ accepit eos. De pressuris hominū & tribulationum quantus purgationis fructus accrescat, Prophetæ sanctus notificauit, quæ in persona iustorum omnium loquitur sic. Induxisti nos in laqueos, posuisti tribulaciones in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra. Trāsumus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Compuncti quoqe cordis vox illa est Prophetæ, quæ ait. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundū multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam. Purgationis igitur ueniā sperans se per effusionem lacrymarum esse consecuturum, idem alio inquit in loco. Laubabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Hinc uirtutum germina in plangentis corde dum pullulant, uitiorum ejciunt spinas, & mentem gaudio replent. Hoc expressit Prophetæ, dicens. Qui seminat in lacrymis, in exultatione metent. Huiuscmodi purgationum profectus compendiose sancta mulier in Tobiae uolumine declarauit inquietis. Hoc autem pro certo habeat omnis qui colit te domine, quoniā uita eius si in probatione fuerit, coronabitur, si autē in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in correptione fuerit, ad misericordiam tuam peruenire licebit. Nō enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Vtruncqe ascendentis gradū, purgationis scilicet, & eruditiois uir secundum cor Dei reformans in se ait. Asperges me domine hysopo, & mundabor, laubabis me, & super niuem dealbabor. Auditui meo das gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata. Vnde (oro) munditiam & cādōrem percepturum se dicit, nisi ex purgationis amaritudine. Gaudium uero, lætitiam, & exultationem non aliunde, quām ex auditu eruditis Sapientiæ. Eruditioem autem multiformis Sapientiæ nemo explicat uerbis. Non ordine, non tempore, non loco, nō personarum dignitate, non fastu circumscribitur eloquentiæ. Spirat agnitionem ueritatis, ubi, quando, quomodo, & de quo uult, nunc per prophetarum oracula, nunc per loquentium uerba, nunc per angelos, nunc per creaturarum decorem, ordinem, usum, uirtutemqe, nunc per aduersa, nunc per prospera, nunc per intelligentiam, nunc per affectionem, nunc per dona, nunc per subtractionem munerum, nunc per aspirationem inuitus, nunc foris per exemplum, nunc per alios, quandoqe & per se. Eruditiois eius nullus curiosus inuestiget causas, ut eius sortiatur effectū. Quisqe proficere studeat, ne gratiam negligendo amittat. Ab ea discat quid diligere, quid sperare, quid credere, quid agere, quid contemnere, quid querere debeat. Sobrietatem enim & sapientiam docet, & iustitiam, & uirtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. Hæc si præsto sing.

Psal. 65


Psal. 50

Psal. 6

Psal. 125

Tob. 3

Psal. 50

D  rem percepiturum se dicit, nisi ex purgationis amaritudine. Gaudium uero, lætitiam, & exultationem non aliunde, quām ex auditu eruditis Sapientiæ. Eruditioem autem multiformis Sapientiæ nemo explicat uerbis. Non ordine, non tempore, non loco, nō personarum dignitate, non fastu circumscribitur eloquentiæ. Spirat agnitionem ueritatis, ubi, quando, quomodo, & de quo uult, nunc per prophetarum oracula, nunc per loquentium uerba, nunc per angelos, nunc per creaturarum decorem, ordinem, usum, uirtutemqe, nunc per aduersa, nunc per prospera, nunc per intelligentiam, nunc per affectionem, nunc per dona, nunc per subtractionem munerum, nunc per aspirationem inuitus, nunc foris per exemplum, nunc per alios, quandoqe & per se. Eruditiois eius nullus curiosus inuestiget causas, ut eius sortiatur effectū. Quisqe proficere studeat, ne gratiam negligendo amittat. Ab ea discat quid diligere, quid sperare, quid credere, quid agere, quid contemnere, quid querere debeat. Sobrietatem enim & sapientiam docet, & iustitiam, & uirtutem, quibus utilius nihil est in vita hominibus. Hæc si præsto sing.

Laur. Justin.

K 2 pur

purgant, & instruunt, custodiunt, & Deo amabilem reddunt. Beatus quem Dei sapien-  
tia de magisterio uirtutum erudierit, ut ad perfectionis fastigium prouehat. Utique per co-  
templationis oculum, & illuminatae caritatis affectum communicabit se illi, quanquam  
non ad libitum ipsius. Nam et si in electis suis collatam custodiat gratiam, deuotionis ta-  
men affectum actualiter nemini prerogat. Quamdiu enim peregrinatur in corpore;  
per fidem ambulamus, carnis stimulos spiritui aduersantes patimur, quotidianis excessi-  
bus delinquimus, cogitationum phantasmatu sustinemus. Propterea uicissitudini amo-  
ris & subductioni deuotionis (etiam inuiti) subiacemus. Hinc est, quod parentia sponsi  
ad tempus, si demerita consideremus nostra, breuis est. Si amoris impetum, & fructus  
gustum (dum adest) metiri uoluerimus, breuissima hora est. Itaque quoad conditionis sta-  
tum, modicum abest, quo uero ad delectationis affectum, modicum praesens est. Hoc  
locutione mystica ipse Christus Dei uirtus & Dei sapientia apostolis insinuauit, dicens.  
**Psalm. 16** Modicum & iam non uidebitis me, & iterum modicum & uidebitis me, quia uado ad  
patrem. Si de corporali sui uisione loqueretur, ad eos quibus loquebatur referri debet, F  
si autem de spirituali, prout sequentia manifestant, prorsus ad uniuersos. Sermonis huius  
altitudinem & spiritualem sensum non attingente discipuli prolixam colloctione inui-  
cem contulerunt. Necdum illis Sapientia sensum aperuerat, ut scripturas intelligeret,  
necdum ueritatis spiritum promissum acceperant, necdum ipsum dominum Iesum spi-  
ritualiter diligere nouerant. Proinde merito dicebant. Nescimus, quid loquitur. Cor-  
poralem ipsius presentiam affatim habuerant, absentiam corporis aut spiritus experti  
non fuerant, ideo locutionis sententiam ignorantes interrogare cupiebant. His autem  
praeuenit magister optimus, & per id quod ipse corporaliter discessurus erat, quid spiri-  
tualiter ipsius actura esset ecclesia, declarare curauit. Discipulis namque suis tanquam prin-  
cipalioribus ecclesiae membris atque perfectioribus sic locutus est. Amen amen dico uo-  
**Psalm. 18** bis, quia plorabitis, & flebitis uos, mundus autem gaudebit. Plorat sancta mater eccle-  
sia damnatorietum filiorum, lacrymatur quotidie, & gemit sponsi sui absentiā, suorum  
**Psalm. 19** peregrinationis ærumnam, dicens. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est, ha-  
bitauit cum habitatibus cedar. Plorat utique in singulis, flet pro omnibus. Singula quæque  
membra lamentum sumunt prius pro seipsis, deinde pro ceteris, nec ante flere desistunt,  
quam ad optatam domini sui presentiam ueniant. Quamdiu delinquunt, plorant, quam-  
diu longe a Deo se sentiunt, lacrymantur, quamdiu delicta proximorum uident, lacry-  
mas fundunt. Quis etenim tam iustus est, tamque innocens, qui sua quotidiana non de-  
**Psalm. 6** beat flere delicta, quum Prophetam audiat dicentem. Lavabo per singulas noctes le-  
ctum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo. Multa plane sunt singulorum deli-  
cta, quæ diluenda sunt fletibus. Quanta (oro) quotidie cogitationibus, noxijs, illecebro-  
sis, uanis, terrenis, temerariis, errata committimus? Quam crebro uaniloquij, detrac-  
tionibus, scurrilitate, iactantia, contumelie, periurijs, simulationibus, permiciofiscis, ser-  
monibus diuinam aduersum nos irritamus iustitiam? Nunquam desistimus nunc omis-  
sione, nunc opere, superaddere peccata peccatis, & debitum debita cumulare, quæ nisi la-  
boribus, lacrymis, orationibus, gemitibus, uigilijs, feiunis, assiduis compunctionibus,  
pijsque operibus abolere conemur, maximis obligationibus astricti ab hac vita subduci H  
mur. Salubriter ista quæ contra diuinam præcepta agimus, ad tempus plangenda sunt, ne  
in cassum aeternaliter defleantur. Ploremus indeficienter nostra, ploramus iugiter pro-  
ximorum delicta. Non potest non dolere de alienis, qui ueraciter plagis sua. Extraneum  
se esse à caritate fatetur, qui peccanti non compatitur proximo. Sanum membrum in cor-  
pore possum si languentibus ceteris non auxilietur, nonne superuacue locum suum oc-  
cupat? Sic & fideles quicque in ecclesie corpore constituti si peccantes fratres agnoscant,  
deinceps uiuunt, si non flendo aut compatiendo de delinquentium perditione non do-  
leant. Mandat caritatis lex gaudere cum gaudientibus, & flere cum flentibus. Multo ta-  
men amplius flere iubet super eos qui plangenda committentes aut nolunt, aut negli-  
gunt, aut flere se nesciunt. Sic Samuel sanctus superbium lugebat regem, quem à facie  
Dei nouerat esse projectum. Sic David Saulis, & Ionata, ac populi extinctionem fleuit,  
cunctumque ludam plorare mandauit. Sic mediator noster super perituram ciuitatem  
lacrymatus est, quæ eo magis plangenda erat, quo se minime flebilē agnoscebat. Quot  
quo;

**A** quo igitur caritatis succensi sunt face, proximoru tamque propria deflent scelera. Nemo  
tum digne plangit aliena, qui uoluntarie delinquendō negligit sua. Ex proposito peccare  
desinat, qui erratibus uult condolere alienis. Nullus quauis sanctus, quauis perfectus, &  
iustus, propria cesset flere delicta, tametsi cum dolore maximo ac compassio ardore  
plangat aliena. Vtrumque agat ex corde, qui in ecclesie corpore uiget. Ploret se, defleatque  
mundum nescientem plangere se. Ignorat lugere se, quiscumque in mundo degens, nō in  
dño, sed in seculo temporaliter gaudet. Gaudet quidem mundus, quum locupletat di-  
uinitus, possessionibus ditatur, extollitur honoribus, uoluptatibus pascitur, nobilitatur  
progenie, familia multiplicatur, suorum ualeat perficere uoluntates. Nec aduertit miser,  
quoniam temporalis prosperitas secuturæ calamitatis initium fore dignoscitur, dicente,  
Sapiete. Risus dolore miscerbitur, & extrema gaudiū luctus occupat. Eruditus igitur de-  
uanitate mundialis gaudiū idem alibi ait. Risum errorē putauit, & gaudiū dixi, quid fru-  
stra decipietis? Iustorum fletus & gaudiū impiorū qualis utriusque sit finis, sacri textus de-  
clarat eloquij. De fletu iustorum inquit Propheta. Qui seminant in lacrymis, in exulta-  
tione metent, euentes ibant, & flebant mittentes semina sua, uenientes autem ueniēt cū  
exultatione portantes manipulos suos. De iniquorum autem prosperitatē, & peccan-  
tium gaudio quid beatissimus lob sentiat, audiant uniuersi. Quare, inquit, impiorū uiuit,  
subleuati sunt, confortatiq; diuinitus? Seinen eorum permanet coram eis, propinquorū  
turba & nepotum in conspectu eorum. Domus ipsorum securae sunt & pacatae, & non  
est uirga Dei super eos. Bos eorum concepit, & non abortiuit, uacca peperit, & nō est  
priuata foetu suo. Egreduintur quasi greges parvuli eorum, & infantes eorum exultant  
Iustibus. Tenerit tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bo-  
& peccatorum Dei sapientia declarans in Euangelio, ait. Vnde uobis, qui ridetis nunc,  
quoniam flebitis. Iterumque. Vnde uobis diuinitus, qui consolationem habetis in hoc se-  
culo, quoniam in futuro lugebitis. De iustis autem inquit. Beati qui lugent, quoniam ipsi  
**C** consolabuntur. Ad discipulos quoque. Amen amen dico uobis, quia plorabitis, & flebi-  
tis uos, mundus autem gaudebit, uos uero contristabimini, sed tristitia uestra conuerte-  
tur in gaudium. Bonus luctus, qui spiritualem lætitiam plangentibus assert. O beatæ la-  
crymæ, castæ, & mundæ, ô sancta pro absentia sponsi tristitia, uere peregrinantib; spiri-  
tuale solarium, & spes certa perueniendi ad perpetuam pacem, felicitatemque mansuram,  
que dulciter sapiunt, purgant salubriter, uehementer reficiunt, suauiter accendent, & plâ-  
gentis animum delectabiliter iucundant. Utique iusti flentes, & amantes, quædiu peregrin-  
antur a dño, corporis uoluptates calcant, & pereuntis seculi fugitiua gaudia spernunt.  
Quomodo, inquietunt, cantabimus canticum dñi in terra aliena: leiuinis carnem mace-  
rant, orationibus uacant, gemitibus se affligunt, proximorum commodis incumbunt, assi-  
duis laborib; fatigantur, die nocteque nunc pietatis operibus, nunc scripturarum sanctorum  
lectionibus, nunc meditationibus & deuotionibus, insistunt, ut post consummatum cur-  
sum presentis exilij cum sanctis angelis epulentur, floreant, & exultent. Tristia letis, &  
temporalia anteponunt aeternis. Diuino erudiuntur oraculo in constitutione mundi  
**D** prius factum esse uespere, poste manu. Sibi etiam dicentem auditunt Prophetam. Ad ue-  
speram demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Nō enim prius quod spirituale est,  
sed prius quod animale, deinde quod spirituale. Primus Adam factus est in animam ui-  
uentem, & secundus in spiritum uiuificantem. Quamobrem rectus ascendens ordō est,  
ut caro, carnalisque concupiscentia prius dometur, & sub spirituali uirtutum disciplina  
cohibeatur, que spiritualis interne iucunditatis, & delectabilis pacis expectetur fructus.  
Non potest de corruptione nisi corruptio meti. Corruptionis cohibeat impetum, qui-  
cunque ad incorruptibilitatis anhelat gloriam. Sentes quippe uitiorum spinasque eti-  
peditatum uitata germinat caro, quæ cum doloris ac laboris studio euelluntur. Subductis  
etenim uoluptatibus, carnisque delectationibus abdicatis anima sensibus & sensibili-  
bus assueta gemit. Non enim absque moere amittitur, quod cum amore possidetur. Quare  
si diligent exerceatur studio, & forti perseverantia excolatur, uirilem induit habitum,  
magnanimitatis gemma decoratur, & de muliere efficitur vir, atque de anima animus di-  
uinus utique aptus obsequijs, ac multorum saluti non mediocre profuturus. Non enim  
Laur. Iustin.

ad uirtutum concordia arcem mens adiuic puerilis & debilis, nisi pugnam arripiat contra se, & consuetudines euertat noxias, atq; spiritualiter dimicandi acquirat usum. Hoc autem sufficienter perficit, si caelestis gratiae rore praeuenta consideratione per uigili sanctorum sibi proponat exempla, uirtutis immarcescibilem fructum, necessitate indictam pugnandi, temptationum supergloriosum triumphum, & praemotib. laboriosissimum & inuictissimum mediatoris agonem. Istiusmodi considerationib. optime quisq; animat ad praelium, sed supra modum consummata uictoria laetatur, & exultat in dñō. Non ualeat inanis & infocundus esse labor, cui Christi miles & amator sapientiae pro dñi hono ressuccibit. Hunc etenim pro stipendio emeritae militie imitantur mentis exultatio, spirituali lumen, tranquillitatis imperturbabile bonum, caritatis habitus, uirtutum laeta possessione, futuræ felicitatis suavis gustus, & immarcescibilis gloriae imprædabilis spes. Pro his omnib. medullari fruens gaudio, ita presenti laetitia pascit, ac si nunq; in temptationum certamine desudasset. Spiritualis etenim merces diuinæ dulcedinis mox ut cordis pene tralia tangit, pristini mœroris propellit aculeos. Nā & mulier, quum parit, tristitia hēt, quia uenit hora eius, quum autem pepererit, iā nō meminit pressurę propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Ita, inquit dñs, & uos humiles sectatores mei, amici quos de mundo elegi, quos lumē mundi esse institui, uos (iniquā) nunc quidē tristitia habetis de abscessu meo, & pro imminentib. persecutionibus uestris, tanq; ultra nō sim reuersus, in tribulatiōib. deficere debeatis, atq; ab ea, quā uobis cōtuli, excidere gratia. Quā obrem hortot uos, & de ihs, quæ in me futura sunt, moneo, ut nō abundātori absorberemini tristitia. Pēdebo quidē in crucis patibulo, efficiar opprobrium hominum, & abiectio plēbis, tandemq; cunctis uidentibus expirabo. Deponar de ligno, atq; reclusus in tumulto uestris aspectib. amouebor. Descendam quoq; ad patres, qui detinentur in vinculis, meumq; inhianti animo præstolantur aduentum, expoliabo inferos animab. iustorum, mecum illos in manu potenti & brachio extēto reducā ad superos, & tanq; glorioissimus uictor etiū labo de sepulcro. Resumam utiq; corpus meum integrum, & obstruto speluncæ oītio, astantibusq; custodib. educā illud immortalitatis cādore uestitum. Hæc quæ prædicō uobis, quum fuerint cōsummata iterum uidebo uos, & cicarricum mearum ostendam signa, atq; meæ potestatis regiae insignia patefaciam. Tunc me uiso & cognitō gaudebit cor uestrum gaudio magno, & laetitia inenarrabili, & glorificata, reportat̄ fructum fidei uestræ, atq; expectationis uestræ solatiū singulare. Gaudebit (iniquā) cor uestrum, & gaudium uestrum nemo tollet à uobis, potissime quum cōpletio præsentis uitæ decurru ad perpetuas beatorum ducentimi mansiones, ubi uerum est gaudium, perfecta letitia, sempiterna gloria, inuita potestas, dulcis societas, diligenda libertas, laeta securitas, perpetua pax, iucunditas sine fine, puritas sine labe, uita sine dolore, beatitudo sine mœrore, ubi angelorum hominūq; una est felicitas, pars gloria, concors uoluntas, eademq; laus, ubi uirgo sacratissima uerbi mater & filia sacris cum uirginib. comitata, tympanum tenens modulatione dulcissima uniuersos inuitat ad laudes. Oēs nanq; deauratis circumamictæ uestib. ornatæ monilibus, gēmis ac margaritis cōpositæ diē festum ad honorē immortalis sponsi celebrare non desinunt, ubi martyrum chorus triumphali corona laureatus nimio splendore coruscat, ubi patriarcharum cœtus, prophetarum numerus, apostolorum senatus, iustorumq; omnium innumerabilis populus flagrantissima caritate succensus indefessas omnipotenti deo gratiarum exhibent actiones. In illo siquidē die in tanto positi honoris culmine, in tam exuberantissima caritate firmati, in conspectu tremendæ maiestatis gratis assumpti me nō interrogabitis quicq;. Nulla etenim egestate fatigati, nulla erroris obtenebrati caligine, nullaque defectibilitate solliciti, nō erit tunc quod petere debeatis.

De diuersis hominum cupiditatibus. Cap. Xv.

**S**icut ueritatem ista sollicitudo naturalis est, ut sedula inquisitione aquarū fluentia perlustrant, quatenus ex liquoris haustu ardore sitis extinguat. Quisq; naturæ impulsu & abhortet quod cruciat, & cōcupiscit quod diligit. Habet rationalis spiritus appetitus suo, quos implere desiderat sicut & caro. Nemo est, qui sine concupiscentia triuat, nisi solus qui ratione carēt. Vbi uiget ratio, adeat amor, impellit concupiscentia, desideriorum tumultus excruciat. Mor-

A Mortalium desideria quis intelligit? Sed & amatum uota quis satiat? Ex satietate utiq; coaluntur, & ex delectatione succrescant. Hydroponi spiritualiter patitur, qui ardenter aliquid concupiscit. Concupiscentiarum multa sunt genera, cōcupiscibiliū multipli cōspecies, sed concupiscentium infinitus numerus. Sunt qui temporalia & terrena cōcupiscunt. Horum copiosior est multitudo docente experientia, testantibusq; operib. Quantos intuemur quotidie cupiditatis siti æstuantes infatigabili laborare, cumula re pecunias, aurum acquirere, erigere prædia domum domo, & agrum agro cōpulare. Huiusmodi quo plus bibunt, eo amplius sitiunt. Inueniuntur quoq; pluri, qui dignatum fastigia ambiunt, & cæteros præcellere honoribus concupiscunt. Hi amant primas cathedras in concilijs, in conuiujs superiores discubitus, & salutationes in foro, tā quā alijs excellentiores in scientia, in potestate, in nobilitate generis, in acumine intelligentiae, in sermonis facundia, inq; diuinarum locupletatione. Tales ascendentes descendunt, & honorib. fulti efficiuntur in glorij, quoniam absq; humilitate se præferunt. Irrfragabilis prorsus est ueritatis sententia, quæ ait. Omnis qui se exaltat, humiliabitur. Sūt etiā, qui carnis curā totis uirib. perficere satagunt in concupiscentijs suis. Horum deus uenter est, & gloria in confusione, qui terrena sapiunt. Vacant comedationib. potationibus, ebrietatibus, & conuiujs, ut uoluptatib. corporis, obscenisq; impudicitia actibus, atq; detestandis luxuriæ criminib. intendentes æstu sui ualeant saturare libidine, Istorū nulli, quoniam in arenti solo fontem delectationis inquirunt, ad satietatem attinere poterunt. De talibus inquit Propheta. Errauerunt in solitudine in inaquoso, uiā ciuitatis habitaculi non inuenierunt. Esurientes & sitiētes, anima eorum in ipsis defecit. Illi ergo solummodo desideriorum suorum utcunq; ualent temperare calorem, qui cælesti caritate afflati nouerunt amare spiritualia atq; mansura. Ex gusto & cognitione inuisibilium, uisibilium edomant uoluptates, & dum in terris uitiose hil appetunt, quāta in cælorum patria diligentib. deum maneant bona, meditando degustant. Quotidiana si quidem exercitatione deputati interdum eleuantur in summis, & amoris facib. salubriter inardescunt, atq; diuinæ consolationis stillicidia mentis auditate suscipiunt. Reficiuntur quippe ex munere, sed pro recepta delectatione solito uehementius desiderio concremantur. Tacendo clamant, bibendo sitiunt, sitiendo debriantur, in ipsaq; sui spiritus ebrietate succensi conditoris sui speciem amabiliter concupiscunt. Propheticum illud ô quām sāpe promunt ore, cordeq; pertractant dicentes. Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad déum fontem uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem dei. Felices tales dixerim, si tamen non intumuerint elatione, si non cæca securitate tepuerint, si non sponsi præcipua dona neglexerint, quoniam consummato uitæ cursu in ihs, quæ accepérunt, utiq; inebrabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuæ potabis eos domine. Apud te est fons uitæ. Vides, unde satietas speranda sit. Prorsus non in hoc seculo, non in uoluptate labentium, neq; de quavis creatura, sed ab ubertate domus Dei, de torrente diuinæ uoluptatis, de fonte uitæ. Ista prænoscens Propheta memora Psl. 15 tus aiebat. Satiabor, quum apparuerit gloria tua. A quo autem talia consecutus sit, & quibus medijs, si scire uolueris, ipsum alio in loco audies dicentem. Vnam petij a Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo domini omnibus diebus uitæ meæ. A Domino igitur oratione mediante habitationem domus Dei, in qua est bonorum omnium ubertas, torrens uoluptatis, & fons uitæ impetrasse se meminit. Quamobrem quicunq; futuram gloriam, aut quippe boni obtinere desiderat, propria excludat, siqua illi sunt merita, & simplici animo Déum patrem in unigeniti suo nomine postulet, & certissime consequetur. Ne autem uocem meam hanc esse quis censeat, ipsum Dominum Iesum audiat dicentem. Amen amen (inquit) dico uobis, siquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Quid liberalius aut breuius dici potuit. Hoc ait Veritas, hoc Sapientia loquitur, hoc spondet caritas, quæ non inuidet, hoc pollicetur melliflua bonitas, quæ dat omnibus affluenter, nec impropperat. Nihil excludit, nil retinet, quin exponat totum, si tantum in suo nomine postuletur. Postulas itaque ô homo, sed non in nomine Saluatoris, siqua saluti tuæ contraria petis. Quum terrenas flagitas facultates, fugitiq; os honores, inimicorum necem, maledicō-

rum damna temporalem felicitatem, & his similia, nō pētis in nomine Christi, dū talia poscis, imprecari aduersum te. Non enim deus iniquitatū fautor, aut flagitiorū exauditor est. Pete ergo sancta, rationabilia, iusta, & spūalia, si exaudiri desideras. Causa tamen ne præcepis tua sit postulatio, ne sit dubia, ne sit elata, ne sit iniqua, sed pura, sed humilis, sed deuota, sed ignita, sed perseverans, aliter infructuosa repellitur. Verum ne proprio seducaris iudicio, ne affectio tua ad impetrandum suadeat, quod non licet, dicce prius quem peras, disce, quo egeas, disce, quid postules. Quem orare debeas, magistrum docētem audi. Tu autem, quum oraueris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum. Ad discipulos quoq. Quum oratis inquit, dicite. Pater noster, qui es in cælis, sanctificetur nomen tuum. Prorsus uniuersis egemus, quæ in ipsa oratione dominica cōtinentur. Hoc nos instituit dei sapientia petere, quo egere cognouit. Posuit quidem sub compendio, quicquid humanæ saluti necessarium est. Quid uero particulariter petere debeamus, ut consequi valeamus, aduerte, quid dicat. Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrum plenum sit. Petite ait, non motu labiorum, aut prolatione uerborū tñ, sed deuotione, & mentis affectu. Languet aut̄ oratio, si nō bonis operib. comitetur. Nā opus laudabile orationis uehiculum est, quo gradit ad superiora cælorū. Quid prodest tota die preces fundere, noctesq; transire perwigiles, et dei aduersum se iustitiā peccatorū sordibus prouocare? Ambo conuenire debent, simulq; in uno uinculo sociari cor & lingua, uita & oratio, uirtutis opus & affectio caritatis. Horum alter si diuidat ab altero, iacet orantis animus, & oratio inexaudibilis reperit. Si duo ex uobis (inquit dñs) consenserint super terram, de omnire quācunq; petierint, fiet illis à patre meo. Qui igit̄ orationi uacare desiderat, suasq; postulationes offerre altissimo, sic se cōponat intus corā oculis dñi, ut non minus ipse, q̄b eius fiat acceptabilis deprecatio. Non placet deo orationis sacrificium, nisi placeat prius ipse, qui offert. Vtrūq; approbat dñs, uterq; placabilis inuenitur. Respexit (sicut legit̄) dñs ad Abel & munera eius, ad Caim aut̄ & munera eius nō respexit. Nam etsi redolebat sacrificiū, fœtebat tñ, qui immolabat. Maximū ex his orandi documentū elicīt, quatenus homo minime confidat in prece, dum sordet in opere. Quid Sapiens de hoc sentiat diligenter aduerte. Qui obturat, inquit, aurē suā, nē audiat legē, oratio eius erit execrabilis. Cōcordent ergo simul mores & oratio, dilectio & obedientia. Hunc orandi modū mediator noster insinuare uoluit inquiens. Petite, ut gaudium uestrum plenū sit, & accipietis. Summā oratiōis petitionūq; perfectionē hōc unico sermone conclusit. Nouerat oēs ideo orare, ut uotorum concupitū sortiant effectū, quo percepto gaudium in mente generatur. Quām multi sunt, qui tēporale quārentes gaudium irato exaudiunt à dño, qui consequentes quod postulant, repériunt de propria perditione lētari. Gaudent tales, sed non recte, quoniam obliquō itinere gradiuntur. Illi soli recte lētantur, qui in dño gaudent, & de eo, quod debent, exhilarantur tēperanter. Temperanter inquam, quoniam quandiu anima uiuit in corpore, sicut perfecte gaudere nō ualet, ita nec effrēne lētarī. Qñ aut̄ poterit? Quū uinculis mortalitatis soluta, deletisq; peccatorū sordib. ad deū uenerit, atq; in ipsius gaudiū sempiterhaliter introierit. Tūc plenū habebit gaudiū, tūc undiq; exuberabit lētitia, tunc pro adēpta felicitate exhilarata beata dñi uisiōe frueſ. Hoc nos docuit Sapiētia petere, hoc solicite quæ rere, hoc totis præcordiorū flagitare uotis dicens. Petite, & accipietis, ut gaudiū uestrum plenum sit. Alta sunt hæc, præcipua, spūalia, & æterna. Ipsa nō capit animus, nec intellec̄tus penetrat, nisi intus infundēte uerbo eruditat sp̄iritus. Porro nō præsentē uerbo, nec instruēte sp̄iritu per sensibilia & humana distendit animus, quia teste Apostolo anima lis homo nō percipit ea, quæ Dei sunt. Vbi uero adest uerbum, & docet per sp̄iritū, palam omnia fiunt. Ipsius sententiā intellige, & uera esse, quæ dicūtur, minime dubitabis. Hec in prouerbij, inquit, locutus sum uobis. Venit aut̄ hora, quū iam nō in prouerbij loquar uobis, sed palā de patre mēo annunciarō uobis. Quæ est hora hæc? Vtq; quū ab ipso dei uerbo emissus de cælo paracletus sapiētia & intellectus dono fidelium repletū corda. Tunc quidem lōge reformati in melius de diuinitatis essentia, de æternitate patris, de uerbi generatione, de processione sp̄iritus, de beatorū gloria, de arcāis sanctarū scripturarū mysterijs multa perceperunt. Igne nanq; sancto eorū depurata corda illa, quæ prius ignorauerant, intelligentia postmodum penetrauerē subtili. Probant hoc

A hoc apóstolorum scripta. Quum enim ante aduentum Paracleti imperiti & legis essent ignari, unde didicerunt genera omniū linguarum, sermonum interpretationes, sensus prophetarū, & sacramentorū profunda mysteria? Prorsus ex inhabitante uerbo, & spiritu reuelante. Eorum unum quanta post aduentū sp̄iritus florerit facūdia, audiamus. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deū, & deū erat uerbum, hoc erat in principio apud deū. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Alius quoq; inquit. Benedictus deus, & pater dñi nostri Iesu Christi, qui secundum magnā misericordiā suam regenerauit nos in spēm uiuam per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis in hære ditatē incorruptibilē, & incontaminatā, & immarcescibilē, cōseruati in cælis. Nūquid pescatorū literas nescientiū istiusmodi essent uerba? Humanæ intelligentiæ metas transcedunt. Has nisi illustrasset sp̄iritus, neq; ipsi doctores & legis eruditū farū potuissent. Solus sp̄iritus scrutatur etiam profunda dei. Proinde, quos replet, instruit, & sapiētes facit, donans illis diuinitatis præclaram scientiam, sui cognitionem, & spiritualis exercitationis uberem cognitionem. Hinc est, quod ueritatis discipuli quāvis diuinitatis opera cernerent, quāvis eloquia sapientiæ audirent, qm̄ needum in iplis ad erudiendū habebat sp̄iritus, indocti spiritualiū de dño Iesu sola, quæ humanitatis sunt, nouerant. At ubi sp̄iritus eosdem docere cōcepit, diuinitatē illius agnoscentes ipsum tanq; dei filii interpellauere fideliter. Verum hoc sicut ueritatis magister prænunciavit futurum dices. Illo die in nomine meo petetis, ita ab ipsius ueritatis discipulis cognouimus esse ampletum, atq; ab uniuersali ecclesia quotidie frequentatum. Quanta Petrus & apostoli cerei interuentione nominis Christi mirabilia gesserint, quisquis scire uoluerit, apostolica rum actionum perlegat uolumina, & huius nominis intelligentiæ sanctitatem. Ceterum eorum institutionibus inoleuit mos, ut in cunctis suffragijs, quæ uel publice uel priuate fiunt, terminetur per Christum dñm nostrum. Nouit quippe ecclesia nominis Christi uirtutē, atq; experimentō didicit non esse aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo ualeant salui fieri. Quamobrem tanq; integerrima mater pro omnium salute sollicita per orbem uniuersum nomen hoc diuilem conata est. Factumq; est, ut quicq; in necessitatibus, seu pro adipiscendis bñficijs, in marinis fluctibus, in solitudinibus deuījs, in ciuitatibus, in cubilibus, aut in quouis loco, tribulationibus fatigati deū deprecari uoluerint, interpellato Iesu nomine facile uotorū suorū salutarem consequant efficitū. Nempe nominis huius uirtus cēlū sicut penetrauit & inferos, ita & mortaliū corda trāfigit & replet. Viuus est dei sermo et penetrabilior omni gladio aūcipiti pertingēs usq; ad diuisionē animæ & sp̄iritus, cōpagumq; & medullārū, & discretor cogitationū, ita ut nulla creatura inuisibilis sit ei, sed omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Dulcescūt plane omniū fidelium mētes Iesu mellifluo inuocato nomine. Hoc longe antē in ep̄ thalamio nuptiali sponsa persenserat dices. Oleū effusum nomē tuū, ideo adolescentiæ dilexerunt te nimis. Nimiris utiq; quoniam pro ipsius amore contēpserunt mundū, carnis se uoluptatibus abdicarunt, uitjs repugnantes uitūtum concenderunt arcam, ac corporis uitā animi magnanimitate neglexerunt. Probauerunt itērum esse, quod in eodem legitur cantico. Fortis est, ut mors dilectio, dura, ut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atq; flammarum. Aquæ multæ non potuerunt extingueſt caritatē neq; flumina obruent illam. Quid uero est, quod quim tam flagratiſſime sponsus ipse ab ecclesia diligatur, amori uices rependere nō uidetur? Quum enim ipsa in illis noīne deum petere nunquam desistat, ille postulationis ipsius affectum, tanquam si paruipenderet, ait. Et non dico, quia rogabo patrem de uobis. Consueverūt se mutuo amantes in dño indesinenter orare pro inuicem, obsequiorumq; sibi minuscula impēndere. Hoc aut̄ de tanto sposo suspicari nefas est. Quomodo potest illā non diligere, pro qua carnem mortalem assumere dignatus non est? Vel quo pacto pro eadem non intercedet, quum pro ipsa proprium crux rem effundere non expauit? Diligit Christus ecclasiā, & sine intermissione patrem pro illa interpellat. Aduocatum (inquit Ioannes) habemus apud patrem Iesum Christum, qui interpellat pro peccatis nostris, & non tantū pro nostris, sed pro totius mundi. Orauit in cruce patrem dicens. Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Rogat indesinenter eundem in cælo exhibendo uulnerū citatrices, quæ pro redemptione fidelū in suo perpessus est corpore. Nemō itaq; credit Dei

Dei sapientiam despicer, orare pro ecclesia, illamq; non diligere, quam tati aestimauit, ut prelio sanguinis illam sibi perpetuam uendicaret in sponsam. Quaoibrem uerbi dili-  
 genter discute uerba, ne sine intelligentia luce offendas in lapidem, cadasq; retrorsum  
 male sentiendo de Christo. Non enim ait. Non dico uobis, quia rogabo patrem pro uo-  
 bis, sed signanter dixit de uobis. Vtius quidem docet, ut qn quis potente quelpia aduer-  
 sus imbecillē & subditum iratum uiderit, cōpassione permotus pro oppresso effundat  
 preces, ut conturbati odientisq; mulceat animū. Consueuit etiā humana cōpassio pro  
 captiuis interuenire, potissime obliuioni traditis. Plane ubi deest dilectio & misericordia  
 obliuio, ibi pie intercessionis adest singularis occasio. Neutra horum de causa expedit,  
 ut filius patri suadeat de nobis. Sic enim deus pater dilexit mundum, ut filium suū uni-  
 genitum daret pro reparatione illius. Quie uero tam speciali amat affectu, illius obliuisci  
 non ualeat. Prophetæ super hoc sententiam audi. Nunquid potest mater obliuisci in  
 fantis uteri sui? Et tñ si illa oblitera futerit, ego nunc tuū obliuiscar, dicit dñs. Expressit igi-  
 tur dñs Iesus sermone suo præcipuum ad homines Dei patris affectū. Non negauit suū ip-  
 sius orationis suffragium. Vt aut scias uerū esse, quod dicitur, intellige uerborum illius  
 sequentiam. Quum enim dixisset, non dico, quia rogabo patrem de uobis, addidit. Ipse  
 enim pater amat uos, quia uos me amastis, & credidistis, quia à deo exiui. Observa ta-  
 men diligenter, quod ait. ipse pater amat uos, quia uos me amastis. Nunquid amor no-  
 ster, quem Christo gerimus, aut fides, qua in illum credimus, diuinus amoris est in nobis  
 efficiens causa, uti ipsiis Christi sonant eloquia. Proflus minime. Non enim diligimus,  
 quia diligimus, sed ideo diligimus, quia diligimur. Diligit deus ecclesiam dilectione sua  
 spontanea, etiam antequam diligenter, aut fieret. Nam ideo facta est, quia dilecta. Non  
 enim formaretur, nisi diligenter. In ipso siquidem mudi exordio qn de Adam Euafor-  
 mata est, diuinus tunc erga ecclesiam expressus est amor, quæ de latere Christi dormie-  
 tis in cruce spiritualiter formata est. Diligit itaq; pater nos in filio, ut diligamus filium, cre-  
 damus in filium, & trahamur ad filium. Vt autem diligamus filium, oportet ut diligamus  
 a patre, ut uero credamus in filium expedit ut trahamur a patre. Mors quidem filij, pa-  
 tris in nobis caritatem commendat. Sed & fides, qua uiuimus credentes in filium, pa-  
 ternæ attractionis est donum Nemo (inquit filius) uenit ad me, nisi pater, qui misit me,  
 traxerit eum. Trahit pater ad filium mediante fide. Non enim accedimus ad Christum  
 corpore, sed fide. Pes animæ fides est. Per fidem (inquit Apostolus) ambulamus non per  
 speciem. Tantum uadis, quantum credis. Credis multum? curris uelociter. Parum cre-  
 dis remisse ambulas. Si nihil credis, mortuus es. De infidelibus loquens Dei sapientia  
 dixit. Dimicte mortuos sepelire mortuos suos. Vt igitur accedas ad Christum, crede, ut  
 autem credas, pete, ut traharis. Nisi traharis, nūquam credes. Sponsam ausculta postu-  
 lantem se trahi. Trahe (inquit) me post te. Nullus tamen inuite credit. Si autem sponte  
 credit, quomodo trahitur? Et tamen quisq; trahitur, & sponte credendo trahitur. Tra-  
 hit pater ad filium, quum agnosceret filium. Non enim potest agnosci uerbum, non  
 potest uideri ueritas, non potest gustari sapientia, & non diligi. Si uero diligitur, concu-  
 piscitur, quod si concupiscitur, queritur. Quum autem queritur, affectus trahitur. Ex  
 fide itaq; cognitio, ex cognitione amor, ex amore concupiscentia, ex concupiscentia  
 inquisitio generatur. Propterea ut homines, qui apostatauerant a suo conditore, trahie-  
 rentur ad ipsum, exposuit illis filium suum, & ipsum cognoscibilem fecit, quatenus cre-  
 dentes in ipsum tracti per ipsum saluarentur ab ipso. Nihil illo melius hahuit, quod da-  
 ret, nil delectabilius, nilq; ad trahendum aptius. Venit itaq; dei filius tanquam agricola  
 doctissimus, atq; uerbis, miraculis, & exemplis in agro præsentis seculi fidei semina ia-  
 stauit, ut fructificaret iustitia germet, & ad patrem, unde exiuit, iterum redijt, sicut id  
 ait. Exiui (inquit) a patre, & ueni iti mundum, iterum relinquo mundū & uado ad patrem.  
 Ex huiusmodi aut opere caritatis talem mediator nostre honorē à Deo sortitus est, ut  
 nemo ad deū, nullusq; ad cælestem patriā (nisi ipso mediante) perueniat. Non aut ab re  
 mediatoris nomine accepit. Mediacionē siquidē ipsius homo ad eamē, propter quā con-  
 ditus est, pertingit beatitudinis gloriā. Hoc uerbis docuit, hoc ab uniuersis credi māda-  
 uit. Nempe hæc est uerae fidei recta confessio, quæ iustificat impios, & de incredulis fidei  
 les facit, atq; ab alienis secernit filios. Huius etenim disciplina fidei eruditii Apostoli  
 confessio.

A fessionis suæ regulam coram ipso preceptorē exponētes dixerunt. Nunc scimus, quia  
 scis omnia, & nō est opus tibi, ut quis te interroget. In hoc credimus, quia à deo exiisti.

Quam pernicioſa sit suimet ignorantia, quæ plurimum in concitato animo dominatur. Cap. X VI.

 Egrotantiū corpore mos est, ut eo magis infirmitatis propriæ signari sint, quo amplius morbo fatigantur. Euertit nanc passionis nimetas rationis iudicium, nec permittit discernere, quid proficuum, quid' ue contrariū sit. Proinde alieno potius, quām proprio sunt committēdi regimini. Fallitur quidem sae pīssime discretiōis examen, affectionis impellente uirtute.

Quod autem dictum est in humanis agitari corporibus, hoc non incōgrue de infirmis sentiendum est mentibus. Consueuit quamplurimum in languentium mentib. spirituā liter suimet ignorantia dñari. Ab hac prorsus cæteræ passiones animæ originē trahuntur. Sub ipsa nutriuntur, crescunt, fructificant, perficiunturq;. Facile humani intellectus acū mens seducitur, quum à sui cognitione cōperit animus dormitare. Vnde Prophetæ uoce dñs ait. Populus meus seductus est non habens cor. Huiusmodi qui ignorant se qua-

les sunt, alieno se subdant arbitrio, seniorumq; acquiescant iudicio, si sanari desiderant, atq; prudentes effici concupiscunt. Optimum plane restaurādæ salutis animarū, & adī pīscendæ prudentiæ initium est sibi omnino nil credere, potissime quū ex emergentib. casib. non lateat hominē se ignorare, quid sibi expediat. Nō sui ignarus, sed mortuus ille censendus est, qui cadens frequenter se cecidisse nescire nescit. Nam quēadmodū qui eadens cōpungitur, sanabilis est, ita & insanabilis qui quū delinquit, nō sentit. Amisso, siquidem uitæ sensu & perpetuæ mortis timore, quō uiuere, quomodo peccator sanabi-  
 lis dicendus est. Quo medicamento ignotus curandus est languor. Deo tñ omnia possi-  
 bilia sunt, qui quēcūq; uoluit, fecit in cælo & in terra. Quāobrē inter pīcipua dona hu-  
 manæ saluti necessaria primū tenere locū infirmitatis propriæ scientiā definire non uē-  
 reor. Huic tanq; spūales pediseque cordis cōpunctio, peccatorū cōfessio, effusio lacry-  
 marū, delictorū emendatio, precū importunitas, mētis innocētia, alienę uitę cōmēda-  
 tio, extrinseca humiliatio, & cordis humiliatas famulantur. Qui in lumine ueritatis suū pī-  
 us percepit notitiā, alieni cordis secreta curiose nō querit, neminē iudicat, nullū cōde-  
 mnat, nullī iniuriā irrogat, non irascit, nō contradicit, non detrahit, nō mentit, hono-  
 res non appetit, nescit inflari, nō extollit in naturalib. neq; in donis specialib. eleuat.

C Propriam quippe nō excedens mensuram potiorib. semper ditari merebit. At qui sui est  
 nescius, ex quotidianis excessib. congregata dispersit, amittit munera gratis accepta,  
 atq; frequenter in eos, quos humilius declinat, ruit laqueos. In tenēbris ambulans latētes  
 in corde foueas quō intueri ualeat. Hāc suimet notitiā Propheta se habere declarauit di-  
 cēs. Ego uir uidens paupertatē meā. Hāc Psaltes egregius se possidere cōfessus est di-  
 cens. Dñe non est exaltatū cor meū, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis,  
 neq; in mirabilib. super me. Istiusmodi propriæ cognitiōis regulā necdū habentes apō-  
 stoli se percepisse arbitrabant, cū diceret dñs, in hoc credimus, quia à deo exiisti. Fefel-  
 lit tñ illos opinio propria. Poterat utiq; in suo persistere scelere, si nō presente magistrō  
 ueritatis uulnus propriū detexissent. Voluit autē celestis medicus & secretorū cognitorū  
 Tren. 3  
 Psal. 130  
 10. 16

D Deus corrigere, quod ipsi nesciēdo simpliciter referauerat. Voluit plane dei sapientia  
 coercere illos à mētis tumore, ne eleuati supra se se existimaret esse, quod nō erat, atq; se  
 crederet scire, quod penitus ignorabat. Quū enim dixissent credimus, q; à deo exiisti, il-  
 licō ex ore ueritatis audierūt. Modo creditis? Ecce uenit hora, et iā uenit, ut dispergāmi-  
 ni unusquisq; in pīpria, & relinquat̄s me solū. Exitus quidē probauit, q; uera fuerit Sal-  
 uatoris tentētia. Quū em à turbis uallatus tētusq; fuisset, repēte eo relictō fugerūt oēs.  
 Quod uero illis corporaliter, hoc in nobis quotidie spiritualiter perficitur. Tentatus  
 quisq; si ad momentum se diuina subduxerit gratia, repente qui se aliquid autumabat  
 posse, experitur qualis sit. Prona quidem mens est, dū deuotionis gustu tāgatur, eleuari  
 de munere, atq; in propriæ soliditatis uirtute utrumq; confidere. Hoc de se insinuās Pro-  
 pheta ait. Ego dīxi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Sed qualem se agnō-  
 uerit, ex amotione gratiæ mox intulit. Auertisti manū tuā à me, & factus sum con-  
 turbatus. Maximum ex hoc documentum elicītur, ut non de nobis quid cooperante  
 nobiscum gratiæ ualeamus, existimare debeamus, sed quid sine ipsa à nobis sumus.  
 Ibid.  
 Psal. 29  
 Velle

Velle quidem iudicare de nobis, quales per gratiam sumus, quid aliud est, quam de alienis diuitijs se extollere? Non enim spiritualia bona, quibus uirtutes acquirimus, & laudabiliter uiuimus, nostra sunt, sed ex diuino prodeunt munere. Siquid boni naturaliter possumus, quanquam & hoc sit donum conditoris, si suadet ratio uendicemus nobis. Nam quod præter naturam bonum est, totum nobis diuinitus concessum est. Attenda mus (oro) naturam nostram, non qualis ab artifice summo condita est, sed qualiter con cepta & propagata sit, & perspicue intelligemus nos de aliquo (præterquam de malo) gloriari non posse (si tamen de malo gloriandum est.) Adeo quippe exigete culpa atque impellente humana species in naturalibus uulnerata cognoscitur, ut in bono infirma, ad peccatum uero semper proclua sit. Tantum ualeat operari bonum, quatum iuuatur ut possit. Tamdiu erecta perseverat, quamdiu tenetur, ne corruat. Nutat tamen tanquam uetustissimum ædificium, momentisque singulis ruinam minatur, atque frequenter labitur propria defectibilitate grauata. Diuina autem miseratione nunc iacens erigitur, nunc sustentata roboratur, ne tendat in nihilum. Dei pietatem, atque clementiam, & humanæ

**Psalm. 102** naturæ utilitatem Prophetæ sufficientissime paucis aperuit dicens. Quantum distat orsus ab occidente, longe fecit a nobis iniurias nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Quomodo ipse cognovit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus, spiritus uadens & non rediens. Quum igitur in cunctis, quæ agimus, conditoris nostri egeamus auxilio, prouida examinatione caueamus, ne de ipsis extollamur muneribus. Facile quidem amittimus, quod donante deo accepimus, si hoc humiliter non custodimus. Hoc etenim optime diuinæ bonitatis fulget in oculis, si quisque iugiter quod habet, gratis accepisse se meminit. Qui autem ignarus huiusmodi nescit gratias agere, spiritualibus nuriquam ditabitur donis. Nemo digne eleuatur in summis, nisi qui in humilitate se collocat. Proinde quoties insolescit animus, quoties pro cælesti gratia intumescit, aut attollitur in prosperis, & qualis sit obliuiscitur, relinquitur sibi, & ad propria cum dedecore redire compellitur. Tunc tentationum deo permittente agitatus aculeis, atque concupiscentiarum abstractus illecebbris cogitur scire, quid sit. Vexatio namque ipsa dat intellectum, & quam patitur, tribulationum pressura ad orationis suffragium hortatur accedere. Experimento discit per se ipsum nil posse, propter quod elationem omnem, quam de se ipse conceperat, euomere cogitur. Vnde hac eadem mutatio, nisi ex irradientis gratia & splendorē efficitur? Præ sente namque ueritate euanescit fastas, & noctis opaca caligo clarescit, atque ad intuitum sapientiae cuncta ignorantia propriæ albugo fugatur. Agnoscit quidem in his animus dei in se præsidentem bonitatem, intelligentiamque attollens oculos ineffabilem gloriam maiestatis ipsius ueneratur in ipso. Quum enim sit omnipotens rex, immaculata ueritas, fulgentissima sapientia, uita immortalis, & emanatio sempiterna, sua tamen diuinitatis nullum patitur habere confortem. Domino Iesu tantum diuini honoris communiciatum est nomen propter uerbi substantiam, quam gerit in homine. Quod enim in natura inest uerbo, hoc assumento gratis datum est homini. Solus igitur Christus inter mortuos liber, solus inter homines Emanuel est. Humana itaque imbecillitas, & mediatoris Christi ex ipsis, quæ præmittuntur, declaratur autoritas. Nec sine patre uerbum, neque sine uerbo confitendum est pater. Hanc fidei disciplinam dei filius insinuauit ecclesiæ, ut non maniter in hunc peregrinationis curreret stadium. Quum enim discipulis dixisset, ecce uenit hora, ut dispergaminis unusquisque in propria, & relinquatis me solum, mox addidit. Et non sum solus, quia pater mecum est. Maximum catholicæ unitatis robur est, ut omnipotens pater cum unigenito suo sit filio. Non enim ulla potest esse, nisi personalis filii patrisque discretio, quum amborum una sit gloria, eademque essentia dicente filio. Qui uidet me, uidet & patrem. Alibiisque. Ego & pater unum sumus. Huiusmodi ueritatis eloquia non pro se, sed pro soliditate, atque consolatione credetum Dei locuta est Sapientia, quatenus nedium in futuro, uerum etiam in præsenti sensibilem fidei suæ gusti fortiantur, & meritum, sicut in sequentibus ait. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Optimæ pacis pollicitatio, non carnis est, sed spiritus, non hominum, sed animalium, quam non nisi in Christo consequimur. Humanæ siquidem animi appetitus ualens est, ut semper pacem inquirat, semper ut illam possideat, absque intermissione laborare non

**Psalm. 177**

naturæ utilitatem Propheta sufficientissime paucis aperuit dicens. Quantum distat orsus ab occidente, longe fecit a nobis iniurias nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se. Quomodo ipse cognovit figmentum nostrum, recordatus est, quoniam puluis sumus, spiritus uadens & non rediens. Quum igitur in cunctis, quæ agimus, conditoris nostri egeamus auxilio, prouida examinatione caueamus, ne de ipsis extollamur muneribus. Facile quidem amittimus, quod donante deo accepimus, si hoc humiliter non custodimus. Hoc etenim optime diuinæ bonitatis fulget in oculis, si quisque iugiter quod habet, gratis accepisse se meminit. Qui autem ignarus huiusmodi nescit gratias agere, spiritualibus nuriquam ditabitur donis. Nemo digne eleuatur in summis, nisi qui in humilitate se collocat. Proinde quoties insolescit animus, quoties pro cælesti gratia intumescit, aut attollitur in prosperis, & qualis sit obliuiscitur, relinquitur sibi, & ad propria cum dedecore redire compellitur. Tunc tentationum deo permittente agitatus aculeis, atque concupiscentiarum abstractus illecebbris cogitur scire, quid sit. Vexatio namque ipsa dat intellectum, & quam patitur, tribulationum pressura ad orationis suffragium hortatur accedere. Experimento discit per se ipsum nil posse, propter quod elationem omnem, quam de se ipse conceperat, euomere cogitur. Vnde hac eadem mutatio, nisi ex irradientis gratia & splendorē efficitur? Præ sente namque ueritate euanescit fastas, & noctis opaca caligo clarescit, atque ad intuitum sapientiae cuncta ignorantia propriæ albugo fugatur. Agnoscit quidem in his animus dei in se præsidentem bonitatem, intelligentiamque attollens oculos ineffabilem gloriam maiestatis ipsius ueneratur in ipso. Quum enim sit omnipotens rex, immaculata ueritas, fulgentissima sapientia, uita immortalis, & emanatio sempiterna, sua tamen diuinitatis nullum patitur habere confortem. Domino Iesu tantum diuini honoris communiciatum est nomen propter uerbi substantiam, quam gerit in homine. Quod enim in natura inest uerbo, hoc assumento gratis datum est homini. Solus igitur Christus inter mortuos liber, solus inter homines Emanuel est. Humana itaque imbecillitas, & mediatoris Christi ex ipsis, quæ præmittuntur, declaratur autoritas. Nec sine patre uerbum, neque sine uerbo confitendum est pater. Hanc fidei disciplinam dei filius insinuauit ecclesiæ, ut non

**Ioann. 16**

maniter in hunc peregrinationis curreret stadium. Quum enim discipulis dixisset, ecce uenit hora, ut dispergaminis unusquisque in propria, & relinquatis me solum, mox addidit. Et non sum solus, quia pater mecum est. Maximum catholicæ unitatis robur est, ut omnipotens pater cum unigenito suo sit filio. Non enim ulla potest esse, nisi personalis filii patrisque discretio, quum amborum una sit gloria, eademque essentia dicente filio. Qui uidet me, uidet & patrem. Alibiisque. Ego & pater unum sumus. Huiusmodi ueritatis eloquia non pro se, sed pro soliditate, atque consolatione credetum Dei locuta est Sapientia, quatenus nedium in futuro, uerum etiam in præsenti sensibilem fidei suæ gusti fortiantur, & meritum, sicut in sequentibus ait. Hæc locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Optimæ pacis pollicitatio, non carnis est, sed spiritus, non hominum, sed animalium, quam non nisi in Christo consequimur. Humanæ siquidem animi appetitus ualens est, ut semper pacem inquirat, semper ut illam possideat, absque intermissione laborare non

non desinit. Nullum sine bono pacis experitur gaudium: nulla fatigatio suatum mettere læsat. Circuit mare, & aridam, uniuersaq; seculi istius delectabili quærit, ut in ipsis cōcupitæ pacis solatium inuenire ualeat. Fastidit demū cuncta, que pacem cōferre nequeunt. Proh dolor, quæ maxima in creaturis omnibus penuria est: quoniam eārū nulla potest prestare sui dilectoribus pacem. Pacis satietate ministrat tribuunt, sed acris accendunt. Fatigat querētis animū, nō pacat, illūq; uana promissione deducunt. Carēt prorsus eo, qđ in ipsis exquiritur, bono. Horrendū igitur spectaculū, & cōpassiuā cōsideratio est cœcum sitientē aspicere, & aquæ riuulos quæritantē, atq; in luti uolutabro se mergentē, ut inde sitis suæ satiet appetitū. O cœcum mortaliū genus. O cōtemptores & p̄quericatorēs redite ad cor. Cōsiderate uos, uias uestras discutite, desideria uestra trutinate: supra mentis uestræ tribunal ascendite (si tamē ualetis) cassumq; labore uestrū rationis iudicio tēperate. Nunq; quod tendere nūtimini, peruenietis. Pacem cupitis, pacem queritis, pacemq; in infimis possidere speratis. Aliud quæreda est, quoniam alibi est. Venite itaq; o sectatores pacis,

**B** & incōcūssi boni amatores: qui hactenus superuacuē laborasti, & pereūtis seculi amore onerati fuisti. Venite, inquā, & gratis narrabo uobis, quāta fecerit Deus animę meę. Cōmunicabo uobis p Dei gloria, uestroq; profectu, qđ in cordis penetralibus occulte percipi. Erā & ego aliquādo uestri similis, quæres anxiō & stuāticō desiderio pacem in extrinsecis, nec inueni. Tandem diuina p̄quētus gratia dum sic laborare, speciosissima quedā sole splēdidiō: balsamoq; suauior mihi apparet dignata est: cuius omnino nomē ignorabam: Hec nāq; proprius accedēs uenustō uultu, placidoq; affatu inquit: O iuuenis in me diligēde cur effundis cortuū, pacēq; sectādo uariaris per multas Quod quæris in me est, quod cōcupisci, tibi polliceor, spōdeoq; (si tamē me in spōsam habere uolueris) Fateor quoniam ad eloquiū illius elanguit cor meū, & amoris eius iaculo trāfixus sum. Cōpleuit quādā insueta lātitia mentē meā, & omnia interiora mea spirituali exultatione perfusa sunt. Quū uero in his positus nomē ipsius, dignitatē, & genus scire peroptarē, adiecit se Dei sapientiā uocari, & esse, quæ in tēporis plenitudine pro hominū recōciliationē hil-

**C** manā formā suscepit, & quæ antē inuīsibilis erat cum patre, uisiblē naturam, ut ap̄tūs amaretur, accepit ex matre. Cui cum ingenti gaudio dum præbuīsem assensum: dato pacis osculo lāta discessit. Tunc & deinceps amoris illius flāma excreuit, memoria uiguit, & dulcedinis illius abundātia perdurauit. Hanc itaq; amavi ut sponsam: hanc ut carissimam tenui: ipsaq; mediante pacis bonum, quod antē quæseram, utcunq; gustaui. Hinc hortor fiducialiter uniueros properare ad illā: sciens quod lātissimē suscipit omnes accedentes ad se: pacisq; inebriat poculo: ita ut ultra sitire nō possint. Ne autem mendacē arbitremini me, ne me de corde meo ista proferre credatis: ipsius sententiā audite. Hæc (inquit) locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Quicunq; pacem uerā cupit, quisquis trāquillitatē internā tenere desiderat, ad Christū pergit: Christiq; sectetur uestigia. Ipse namque est pax nostra, qui facit utraq; unum. Sicut in illo habebit pacem: ita & in mundo pressurā. Prēmit mūdus, quos recipit Christus, persequitur diabolus, quos inhabitat Sapientia. Hoc scientes, o imitatores Christi, & æternæ Sapientiae discipuli nolite turba-

**D** ri: neq; expauescat cor uestrū, quum aure auditis, aut experimento discitis pati pressuram in mundo. Admonitio ista Sapientiæ est, quæ ait: In mundo p̄fessurā habebitis. Memen- **Ioann. 16** tote autē, quod ipsa permiserit. Hæc (inquit) locutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Si de pacis sponsione exultaſtis, ut quid de mūdi pressuris, uel in modico turbamini? Si pacis uictoria placet, nequaquam displiceat mundi cōflictus. Vtrūq; necessarium est. Nec triumphus sine bello: neq; strenuū bellū esse ualeat absq; triūphio. Arma ergo certaminis spiritualia arripi, & utiliter cōtra mundum & uitia præliamini. Quemadmodū certandi uester est labor: ita & uestra uictoria erit. De labore quidē mercedem, & de uictoria reportabis gloriam. Mērces utiq; abundātis pacis erit in uobis: uobis autē corā astātibus cæli militibus gloria. Prospectat sancti angeli uestri certaminis exitū: coronas gemmis coruscantes tenentes in manibus, ut illas persequātibus largiantur. Pudeat uos, oro, pudeat in conspectu cælestis senatus, & imperatoris æterni segniter dīmicare. Sicut de uictoria gaudium: ita duplex uestra erit de perditione cōfusio: damni uidelicet & pudoris. Quāobrem rumpite cupiditatū nexus: humanū ac seruilem timorem abhycite, atq; in mediatore Christo spei uite ancorā collocate: quatenus mellifluæ pacis gustū per-

cepere ualeatis. Verbis sapientiae illius cordis aurem accommodate, & in eisdem triplice reperietis spirituale solatiū: præmunitionis scilicet, exhortatiois, atq; mercedis. Præmonit, quū futura mala prænunciat, dicens: In mundo pressuram habebitis. Exhortatur autem quādō ait: Confidite, quia ego uici mundū. Mercedis uero pollicitationē insinuat, quū in eo nos pacem habituros fatetur, inquiens: Hæc loquutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Optima ad pugnandum præmonitio: merces aut plurimū dele etabilis post triumphū: exhortatio uero efficax in præsidium. Interim exhortationē intendamus, & regis nostri præponamus agonē. Cōfidamus nos posse uincere: quia ipse patiēdo mundū superauit. Ideo nauigū uicit, quia pugnauit. Si nō certasset, quomodo ad palmā uictoriae peruenisset? Discamus & nos pugnare, sub inuictissimo duce minimē paueamus cū hostibus habere certamē. Exemplū nobis præbet, atq; præsidium. Exemplū de pugna, & præsidium pro uictoria. Utroq; accēdimur, utroq; roboramur. Pugnauit ut uinceret: debellauit aduersarios, ut illos nobis uincibiles faceret. Quis nisi uicisset ipse, aduersus tam feroces initios pugnare auderet? Roboramur igitur de illius pugna, & accēdimur de uictoria. Victoria ipsius nostræ occasio fit. Triumpho illius accendimur ad coronam. O q; uiriliter exhortaremur ad pugnā, si fidei oculo cerneremus, quanta princeps noster aeras potestates cæde mactauit. O si regis nostri insuperabilem agnosceremus uirtutem. O si triumphi illius supéremētē gloriā cordis gustaremus affectu. Utq; prouocaremur ad pugnā, delectaremur de gloria, erigeremur ad cœlestia. Id uero quoniā non ualeamus ex nobis, audiamus mediatorē nostrū patrē poscentem pro nobis. Ipse nanq; ad cœlum subleuatis oculis orauit sic: Pater uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Oravit, in quam, nō ut claritatem acciperet, sed ut illa, quā habuit antequā mundus fieret, nota esset fidelibus. Iam enim in patre clarificatus, iamq; erat in immortalitas gremio collocatus: quanquā nondum Verbi gloria serui absorbuerat formā. Adhuc paulominus ab angelis minoratus erat, adhuc substātia quæ uidebatur, passibilis erat, & mortalitati subiecta. Non tamen dubia de uictoria, neq; de immorlitate incerta. Verbi habebat cautionem corporaliter habitatis in se. Potiorem etiam sui partē iam diuinitate fruentem, iam cum uerbo in Deo clarificatā nouerat. Postulabat, ut quod in prædestinazione latebat, atq; in resurrectione futurum erat, in gloriæ reuelatione fieret manifestū. Reuelatio gloriæ Christi ipsius clarificatio est. Filij autem exaltatio, claritas est patris. Clarificatur itaq; per patrem filius, quando diuinitas filij manifestatur in populis. Patet uero per filium, quū quicquid gloriæ, uirtutis, & laudis habet filius, patris esse decernit. Nō em à seipso est filius, sed illū sibi genuit pater æqualē. Filium hoc cōfidentem audiamus: Quod dedit mihi pater, inquit, maius omnibus est. Hoc ad Dei formā retulit. Ad hō minis autē quid? Data est mihi (ait) omnis potestas in cælo & in terra. Apostolus autē de suscepit hominis forma dicit sic: Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu fleat, cælestiū, terrestriū, & infernō. Hoc qd acceperat, ut esset Dei filius in unitate personæ, utq; esset mediator Dei & hominum, poscebat ut fideles credēdo agnoscerēt, agnoscendoq; diligerēt: quatenus ex fide, quæ per dilectionē operat, promissam per ipsum cōsequerētur mercedē. Clarificationē quidem suā, mercedē nostrā esse dicebat. Merces autē nostra nō nisi de confessione fidei, & agnitione Christi erūpit. Quā ut habere possimus, idem filius patrē pro nobis orabat. Sic ut dedisti ei, id est filio tuo potestatē omnis carnis, sic utiq; credat. Dedit nāq; Deus pater unigenito suo, ut habeat potestatē super omnem carnem, & præsit omni carni. Non autē arbitreris, homo, dominū Iesum tamē potestatē accepisse super omnē carnē, quam in principibus seculi huius uidere cōsueuisti. Nō illum misit pater in mundū, ut seculare sibi acquireret regnū, aut mortalium famulatū: quippe quū in cælis subiectā habeat omnem angelorum militiā: & in terris uniuersam uisibilem creaturā. Missus est illuminare hominum ignorantiam, restaurare collapsa, & aternā beatitudinis omni credenti donare stipendia. De seipso quid per Prophetam dixerit, audi: Spiritus (inquit) domini super me: propter quod unxit me: euangelizare pauperibus misit me: sanare contritos corde, & prædicare captiuis remissionem, & cecis uisum, dimittere contractos in remissionem: prædicare annum domini acceptum, & diem retributionis aternæ. Ipsum uero unigenitum ceteris clarius dicentem, cur acceperit potestatem omnis carnis attende: ut omne

A omne quod dedisti ei, inquit: det eis uitam aeternam. Currite huc, & reges terreni, & gentium principes, atq; uniuersi seculi huius amatorēs ad audienda diuinæ sapientiae præclara eloquia. Promittit se uobis daturam, quod maximō cum ardore concupiscit. Utam nanque diuturnam, dies plurimos atq; felices, & multas (si fieri possit) anxiæ appetitis uidere generationes. Hinc sanitatis studium, ciborum exquisitus apparatus, morbi timor, infirmatum remedii, & mortis causatur paucorū. Nemō uotis uestrīs tam sufficiēter annuit, nullusq; est, qui per omnīa uestrīs sic faueat desiderijs: quemadmodum ipsa, de qua loquimur, Sapientia. Debueratis omni uestra facultate distracta etiam precibus emere, quod ipsa pollicetur gratis. Debueratis prorsus laboribus, uigilijs, solicitudinibus, & amicorum intentionibus querere, quod uobis sponte donatur. Currite, inquam, moras rumpite: & ut audiendo intelligatis, amota infidelitate cordis aurem præbete. En uerba ipsius proferam: en sermone illius coram uobis positus recitabo. Patri nanq; ait: Ad hoc misisti me, ad hoc humanitatis naturam me sumere uoluisti, ut omne quod dedisti mihi, det eis uitam aeternam. O quātum uestra debuerūt exhilarari corda, o quantus desiderij ardor, & uitę concupiscentia uestrīs in mentibus ebullire. Quis longaeuus fieri non ambiat super terram: quis uitam nō cupiat possidere perpetuam? Hoc mortales, & corruptioni dediti cōferre nequeunt. Solius unigeniti Dei est hoc præstare posse, qui habet immortallitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Immortalis sibi inharentes efficit immortales, dicente Ioanne: Carissimi filij Dei sumus, & nondū apparuit i. Ioan. 3 quid erimus. Scimus quoniā quum apparuerit, similes ei erimus: quoniā uidebimus eum sicuti est. Verū ne Apostoli, uel ipsius domini uerba carnaliter intelligatis, ne quid corporalis illecebra in eius spōsionibus esse arbitremini, quid idem dominus intulerit, auscultate. Verba sua exponere uoluit, ut a uisibilibus ad inuisibilia, & a temporalibus mentem erigeret ad aeterna. Hec est (inquit) uita aeterna, ut cognoscāt te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Vitam aeternam nō in corporis incolumente, aut in immortalitate eiusdē, sed in Dei cognitione esse perhibuit. Vita éterna in anime felicitate, quæ ueritate pascitur, & caritate nutritur, esse credenda est. Cibus nanq; animæ rationalis, quo alitur, ut uiuat in aeternum, ueritas & sapiētia est. Cibus animæ amor est, pax, immortalitas, beatitudo, uita, & bonitas. Hoc totū & longè excellentius quam dīci, aut cogitari potest, Deus est. Ipse dat animæ uita, immo uita est animæ. Sicut enim corpus terreno alitur cibo, ita anima Dei uisione, & ueritatis agnitione. Istiusmodi cōtemplatio deificæ ueritatis, in qua animæ uita subsistit, in qua beatè uiuit, & diuinitatis efficitur particeps: nō est præsentis temporis, sed futuri: quum (uidelicet) anima Dei uerbo copulata supra naturalem sui intelligentiā luce irradiebitur sapientia, uestieturq; lumine gloriæ, atq; de claritate transformabitur in claritatem, angelicæ per omnia simillima dignitati. Tūc de Dei cognitione beata, de angelorum societate læta, de cōtemplatione creaturarum reflecta ineffabili & lucundissima Dei laude replebitur. Totum quod offeret super altare Dei, erit sacrificium laudis ardētissima caritatē succensum. Hoc Propheta in sinuare uoluit, dicens: Beati qui habitant in domo tua domine, in seculum seculi laudabunt te. O dorabat iam in excessu mentis factus suauitatem quandam mirifici sacrificij illius, illicq; psal. 85 quamvis in carne positus, esse cupiebat int̄isanter, dicens: Sicut uita anima mea ad Deum uiuum: quādō ueniam, & apparebo ante faciem Dei? Quo quoniā adhuc illi minimē ire licebat: spei tamen solidissimā cautionem tenens fiducialiter aiebat: Vota mea domino reddā in cōspectu omnis populi eius, in atrijs domus domini, in medio tui Hierusalē. Huius quippe medullaris laudis indefessa delectatio de sola prouerbit cognitione cōditoris: quæ cōpletō istius peregrinationis itinere donat electis. Tāta siquidē clarescit luce, tāta supereminet puritate, tātaq; caritatis suauitatem pinguescit, ut ad illā nullo modo, quādū passibilis carnis tegimur indumento, noster attingat obtutus. Prouide tamen, misericorditerq; Dei bonitas humanā respexit fragilitatem, ne diffidentia periclitaretur in uia. Verbum nanq; suum quod mādauit in mille generationes in temporis plenitudine, uerus permanēt Deus, humanitatis specie obtexit uisibili. Hūc etenim quē suscepit hominē Deū fecit: quatenus ipso mediāte diuinitatis sciētia, & si nō perfecta, mentibus insunderetur fidelitū, discentes credentes ex ihs, quæ de Verbo gustabant per hominem, quanta incōprehensibilita essent bona, quæ in ipso originali deitatis fonte prædestinatis Laur. Justin.

cōmunicantur in cēlis. Plenarii autem atq; perfectā in assumente Verbo liabitante in homine beatitudinē, diuinitatem, & maiestatē inesse fatendū est: tametsi propter humānitatis copulā impräsentiarū nequeat agnoscī. Neq; em̄ inferioris est glorię filialis contemplatio deitatis in homine, q̄ paternae claritatis in Deo: quāuis minoratio quedā esse videatur. Quod ut uerum esse fatearis, ipsum filium eadem referentem audi: Hęc est (inquit) uita æterna, ut cognoscā te solū Deum, & quē misisti Iesum Christū. Ut autē fides caperēt quod dicebat, profunda sapientię suā tēperauit eloquia, ut ad redēptionis humanae mysteria, in quibus diuinitatis lumē, patrisq; maiestas emicuit, eorū reuocauit intuitū, ne claritatis immensae reuerberati splēdore infidelitatis incurserēt tenebras. Ex his etenim, quā patri dixit, erudiuit ecclesiā: nec tamē mentita est ueritas, dum quod futurum erat, factū iam asseueraret, inquiens: Ego te clarificaui super terrā; opus consummaui, quod dedisti mihi, ut facerem. Apparēte quippe in carne uerbo multa se intuentibus dārīnae uirtutis ostendit opera, quā patri ascribens de quo erat, illū exhibuit esse laude dignissimū, atq; in credentiū mentib⁹ eundē clarissimū reddidit. Nō enim humana cōtradici poterat ratione, quin diuina essent quā agebantur à uerbo. Emanabat utiq; de ore ac de pectore Iesu quādā fragrātia cælestis, quā instar fluminis irrigādo corda fideliū illos dilectione replebat & gaudio: quod in spiritu Propheta prospectans manifestauit, dicens: Fluminis impetus lātificat ciuitatem Dei. Lātificat planē ecclesiam uniuersam, quum lacteo suo crōre ipsam à pristina delictorū redimens turpitudine, in speciosam sine ruga & macula sibi copulat sponsam. Hoc quidem humanae redēptionis opus est, quod sibi datum à patre filius afferit cōsummatum, per quod optimē idem pater super terram clarificatur à filio. Congruū tamen fuerat, ut perfecto ipsius redēptionis opere agnosceretur ab homine, quis tanti beneficij largitor existeret. Reus utiq; de percepto beneficio fieret, si non reparatori suo gratiarum exolueret actiones, quas, nisi illum cognosceret, omnino exhibere non posset. Necessaria itaq; sicut patris, ita fuerat filii clarificatio, ut ad eternam uitam patens aditus appareret. Vt trūc⁹ congruebat sciri, à quo scilicet, & per quem à patre species humana condita est, & restaurata per filium. Pro ipsius siquidem moriendo salutē illam reconciliando patri reuocauit ad uitam. Igitur quemadmodum filius moriendo clarificauit patrem, ita & pater debuit clarificare filium illius manifestando gloriam. Vnde filius aiebat: Et nunc clarifica me tu pater claritate, quam habui, prius quā mundus fieret apud te. Nihil si diligenter aduertas, sibi nouā claritatis tribui poposcit, sed petiit, ut pro eruditōne credentium agnosceretur, quid erat, quod est uita æterna, & felicitas sanctorum. Quā autem est claritas, quam habuit apud patrem priusquam fieret mundus. Vtq; ut sit coæternus de æterno, ut sit eandor æternæ lucis, patris imago, sempiternum uerbum, increata sapientia, Deus de Deo, & principium sine principio. Hęc nempe est claritas, quam ante creaturam aliquā nō stet habuit mediator. Ipse per spiritum hominibus revelari voluit, ut sub hac fidei regula uiuerent, atq; per iustitiae semitas gradientes ad æternam pertingerent uitam. Errauerant quidem per multa annorum curricula in iniuio præsentis exili⁹, nulloq; superna ueritatis illustrati splendore, uanitatis seculi, ac infidelitatis sectantes tenebras, æternam absq; retardatione pergebant ad mortem. Quorū erroribus Sapientia Dei compatiens, ut reuocaret eos, se illis cognoscibilem præbuit, seuiam fidei esse mōstrauit, per quam in ueritate qui graditur, immortalis uitæ consequitur brauium.

Quod diuinorum iudiciorum mortalibus inaccesibile sit lumen. Cap. XVII.

**V**eniens in carne Dei Sapiētia, dominus scilicet Iesus, rāquā cōmunis omnis dominus uniuersos, quantū in se fuit, docuit detestari uitia, uitutes appetere, ueritatē agnoscerē, atq; ad æternā uitam currere festināter. Non autem omnes uitæ perceperunt uerba, sed iū tantū, quibus datū fuerat desuper. Tales introrsus gratia præuēti uerbum salutis suscepérūt, & corpus Christi esse cōti sunt. Nouit dominus qui sunt eius, nouit prædestinatos ad uitam, suo tempore iustificādos, atq; glorificandos. De ipsis solum & specialiter patri loquebatur, dicens: Manifestauit nomē tuū hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Cōsidera diligenter, quibus patris nomē unigenitus manifestet, nō utiq; sapiētibus seculi, nō dignitate fulgētibus, nō prosapia præclaris, nō uolentibus, aut poscentibus gratiam, sed illis tantum, in quibus sibi cōplacuit pater,

A pater, quos elegit in filio ante secula in sui laudem & gloriā. Cāteri uerba Dei corporis aure percepérūt, crediderūt ad tempus, uitæ sacramenta suscepérūt: sed in eis, quoniam in ipsis minimē sibi cōplacuit pater, perseverare nō potuerūt. Cum ouibus cōumerabantur, sed nō gratificabantur, neq; pariter eligebantur. Incomprehensibilis est electio hęc, nulli prorsus mortalium nota. Caligat naturale ingenium in consideratione ipsis, & à nimio splendore eius reuerberantur sublimū oculi. Quis curiosus inscrutabilia Dei iudicia inuestigabit impunē? Quis (oro) ineffabile lumen secretorum diuinæ maiestatis constitutus in carnē poterit intueri? Solis illis spiritibus angelicis, quamuis non ad plenum, datur iudiciorum Dei scientia, in quibus tanquam in throno proprio diuina præsident Sapientia. De ipsis nanq; ore propheticō dicitur: Qui sedes super thronos, & intueris abyssos. Psaltes etiam præcipuus de illis ait: Paruit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. Per eosdem iudicia exercēns Deus æternæ æquitatis illis sapientiam & scientiam notificat. In uniuersis Deum cōtemplantur mirabilem, iustaq; consilia ipsis maximo cum tremore uenerantur. Sine reuerberatione uident, sine redargutione mirantur, & absque ulla defectione pascuntur. Tranquillitate potiuntur summa, intima luce clarescant, dum irreprehensibili ueritatis iudicio secretorum cœlestium ordinem intuentur. Discant qui domos habent luteas, & terrenum inhabitant fundamentum: quid de uerbo Dei credere debeant, & quām reuerenter, quām paucidē diuinæ se debeat contemplationi ingere, nēc non quām cautē arcana omnipotētiū rimari iudicia. Apostolus nanque Paulus, qui usque ad tertium cālum raptus est, qui arcana Dei uerba audiuit, quā homini non licet loqui, eadem intueri ausus nō est, dicens: O altitudo diuinarum sapientię & scientię Dei, quām incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uitæ eius. Quis nouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Nempe si electionis uas, qui sapientia loquebatur inter perfectos: sapientiam, inquam, in mysterio absconditam, illa inuestigare noluit, quid cāteri acturi sunt, qui propinqua & uisibilia uix intelligunt? Nemo igitur prædestinationis altitudinem, & prædestinatorum causas curiosa percunctione præsumat inquirere, quā in sola æternæ Sapiētiae cognitione absq; errore sunt posita. Quisque indubie fateatur uerissima & rationabili esse Dei iudicia, quamuis occulta. Studient singuli cælestibus obtemperare præceptis, sperentq; ab uniuersali domino cōdignam factorum suorum percepturos esse mercedē. Quis saluandus sit, quis ueritatem damndus, nemo discutiat. De numero illorū se unusquisq; esse arbitret: de quibus ipse mediator patri dicebat: Tui erant, & mihi eos dedisti. Tui erant (inquit) non ex ipsis meritis, sed ex electione tua. Præcedit quidem diuina electio electorum merita. Nam hominum merita temporalia sunt, sed electi sempiterna. Merita ex Dei gratia, hominiscq; arbitrio originē habent: electio uero per uoluntatem Dei ante tempora secularia sine initio. Merita in hoc mundo, quandiu anima mortali carne uestitur, per corpus augmentur & in corpore: sed electio ante mundum, omnemq; creaturam, & ipsum corpus facta est. Non sine nobis nostra accrescunt merita: electio autē omnino perficit præter nos. Diuina electio meritorū nostrorū efficiens causa est: sed electionis uerbum Deo patri cōæternum. Absq; ipso uerbo electio hominis minimē fructū habet. Apostolū audi: Qui elegit nos in ipso uidelicet uerbo ante mundi constitutionem. In uerbo ante seculi creationem singulorum electio facta est: effectum autem habere cœpit post uerbum in carne. Per carnem quippe uerbi operāte in carne sua uerbo peccatorum purgatio facta est. Hoc Apostolus confirmās, ait: Qui cūm sit splendor gloriæ, & figura substatiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Purgatio uero ipsa effectui electionis est prævia. Purgari nemo potest, nisi per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Iesum. Illos purgauit per se, quos in uerbo suo elegit omnipotēs pater. Quamobrem (inquit) quoniam tui erant, & mihi eos dedisti, ut purgarem sanguine, lauacrum mundarem, & sanctificarem ex munere: ideo ipsi sermonem meum seruauerunt, & cognouerunt: quia omnia que dedisti mihi, abs te sunt. Seruando nanq; per uirtutum opera, quā mandauit eis, cognoscere meruerunt. Hoc idem Propheta in se completem esse perhibuit, dicens: A mādatis tuis intellexi: propterea odiū omnem uitam iniquitatis. Præceptum etenim domini quum Laut. Justin.

in se lucidum sit, se perficiunt illuminat oculos, & cælestium sacramenta cognoscibilis facit: sicut in Christi apostolis patet: de quibus dicitur: Ipsi sermonem meum seruauerunt & cognoverunt. Cognoverunt utique per fidem, quæ præcedit speciem, donec per speciem cognoscere mirabimur. Ambulamus per fidem, & per fidem uidemus. Manifesta quidem uisus in specie est: in fide autem uera sententia, sed non perfecta cognitio. Fides peregrinantum singulare solatum est: species uero triumphantium merces. Nullus tamen absque fidei confessione ad triumphantium aggregatur consortium.

Vtrunque iustis competit, utrumque saluandis congruit. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & se inquirentibus remunerator sit. Hinc operandi nascitur uirtus, hinc legis custodia, mandatorum Dei impletio, & spei causatur certa lætitia. Tolle laboranti mercedis spem, & illico manus illius contabescet in opere. Tolle uiatori perueniendi fiduciam, & statim præ lassitudine in via deficiet. Robur igitur actionis in spe remuneratio includitur. Remuneratio autem per fidem reuelatur in Christo: sicut ipse ait: Et cognoverunt, quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. Cognoverunt utique, non in homine tantum, quem uidebant, sed in uerbo per hominem, quod non aspiciebat. Totum quod assumptus homo habebat, à patre gratis acceperat. Quando enim ex merito acquireret, ut esset Deus? Nempe alia est assumpti hominis in Christo seruulis forma, alia assumentis uerbi naturalis dignitas. In uerbo semper maiestas regia, immensa potestas, patri æqualitas, & unitas indiuisa est. In suscepti uero hominis natura, temporalis existentia, gratuita prædestinatio, præminentia capitis, atque singularis personæ incomparabilis sublimitas est. Omnia quippe, quæ homini Christo inesse noscuntur, illi à patre donata sunt, qui talesib[us] illum fecit, ut adoptaret in filium. Verbum nanque non dicimus, sed sine initio à patre genitum: sicut ore prophetico idem pater ait: Eructauit eorū meum uerbum bonum. Huiusmodi uero generationis eructatio, quod non sit temporalis, non sit communis: sed singularis, sed æternis: per eundem uatem filium audi: Dominus (inquit) dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Unus tamen Christus Deus & homo est, una persona, unus mediator Dei & hominum, unumque ecclesiæ caput. Quamvis enim diuersa esset operatio, una tamen persona: sicut dictum est: Deus & homo est. Loquebatur quidem homo, non sine uerbo, agebatq[ue] omnia, quæ humanitatis sunt propria, disponente ipso uerbo habitante in homine per hominem. Hoc fides credit, hoc catholica cōficitur ecclesia. Huius confessionis ueritatem sancta mater ecclesia non habet ex se, sed à domino Christo: sicut ipse testatur, dicens: Verba quæ dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt, & cognoverunt uerè, quod à te exiui: & crediderunt, quod tu me misisti. Sapientia gustum, & cælestium sacramentorum notitiam, atque fidei regulam, unde ecclesia sortita sit, his paucis intellige. Accipiendo nanque uerba Christi sapientia Verbi impleta est. Non nisi reuelante uerbo agnosceret mysteria. Deum (ait Ioannes) nemo uidit unquam, nisi filius, qui est in sinu patris: ipse enarravit nobis. Capitis siquidem affluentia in corpore defluens illud sui participatione dignissimum facit. Donorum autem ineffabilis plenitudo per uerbum sempiternum in ipso capite permanet. Ab ipso uero capite charismata transfunduntur in membra. Corporis igitur, ac membrorum dignitas per ipsum, & in ipso capite fulget, sicut operante Verbo, ut qui de dono aliquo siue cognitionis fidei, siue uirtutis præcipuae, siue prophetiae, aut interpretationis sermonum gloriarum potest, in solo domino glorietur. Non enim haberet de quo gloriaretur, nisi acciperet unde gloriaretur. Flumina ad locum unde exeunt, reuertuntur, ut iterum fluant. Ideo autem fluunt, quia de maris hauriunt abundantia, quod fluant: & tamen ipsum mare non redundat. Semper itaq[ue] capitis eger auxilio ecclesiæ corpus: semper uero membra ipsa indigent corporis unitate. Tolle ab unitate ecclesiæ membrum, & inutile redit. Nil etenim liquoris trahens à capite illico marcessit. Cohærent uicissim sibi caput, corpus, & membra. Sine capite corpus mortuum est: absq[ue] membris uero corpus non est. Omnis autem capitis solicitude, quandiu passibili carne uestitur, quum gemis, quum esurit, quum fatigatur, quum plorat, quum prædicat, quum orat, quum patitur, quum moritur, pro ipsius ecclesiæ agitur corpore. Horum nemo particeps esse ualeat, qui in corporis compage non permaneat. Ipsius capitis attende uocem, ut quantum ecclesiæ

A clesiam diligat, recognoscas. Ego pro eis rogo, inquit, non pro mundo, sed pro eis, quos dedisti mihi, quia tui sunt. Quæ dicuntur, si fideles considerent, timore repletur & ipse Timore quidem, ne ab unitate dividantur, ne tentationum, dolorum, aut delictorum impulsu à fide deficiant, ne capitis priuentur suffragio. Spe autem pro adiutorio, pro consortio, pro mercede, pro dilectione. Quis non ineffabili quodam exuberet gaudio, quum reuoluit mente sanctorum adiutoriorum angelorum, qui sine fatigacione atque interuallo excubias celebrant super plebem Dei, cotulisse fidelium: Ministerio ad hoc suo intendunt, ut peregrinantes in seculo ad beatorum cum Christo triumphantum consortium prouehant: ubi pro operibus pietatis, pro sudore spiritualium studiorum æterna prærogatur merces, & remuneratio copiosa. Ex quibus omnibus diuinæ caritatis affluentia, ac dilectionis unitas commendatur, quæ in Christo & ecclesia perfecte subsistit. Istiusmodi unitatis dilectio, unde trahat originem, undeq[ue] honoris ac commodi sortiatur effectum (si scire uolueris) ex consequentibus mediatoris sufficienti-  
tissimè imbueris eloquij. Et mea (inquit patri) omnia tua sunt, & tua mea sunt, & clari-  
ficatus sum in eis. O Christianæ religionis dignitas. O ecclesiæ Christi unitas uene-  
randa, quanto sublimaris fastigio: quò proueheris & quò traheris: ubi collocaris: Ae-  
terni regis copularis filio, in angeloru[m] proueheris gloriam. Supra sydereas celorum tra-  
heris mansiones, atque in immortalitatis gremio collocaris. Sponsa utique Christi effi-  
ceris carissima, beatis spiritibus coequalis, aulæ cælestis nobilitatis mansione, & per-  
petuae pacis felicitate potiris. Hæc sunt sponsi tui dona, ô immaculata mater & sponsa.  
Hæc sunt munera Verbi, ipsiusque dilectionis insignia, quibus in huius peregrinatio-  
nis nutritis loco. Pro mundi etenim contemptu tibi promittitur cælum: pro spretis se-  
culi uoluptatibus delicijs frueris paradisi: pro temporali labore, sempiternam requiem,  
& pro humilitate tui filij Dei contubernium assequuta es. Superemines prorsus copula  
haec cunctis, quæ placent oculis, quæ interioris hominis affectum refouent, & an-  
suum delectant. Volue & reuolue, cogita, atque recogita, quid est, quod dicitur: Omnia mea tua sunt, & tua mea sunt, & ego clarificatus sum in eis. Considera diligenter  
quis, cui, de quibus, & quare proferuntur talia. Vniuersa ista amantibus sapiunt, & in-  
telligentibus fulgent. Nempe corpascunt dilectione, mentem perfundunt sapientia,  
dulcedine affectum inebriant, sursum animum erigunt, replet palatum nectare, inte-  
riora pace foecundant, spiritumque cælesti exultatione perornant. Vnitatem caritatis  
in uerbo ueritatis cōmendat: quod dictum est: Sacramentum hoc magnum est. Erat in  
patre uerbum, erat in corpore, erat in cælo, erat in terra, erat cum angelis, erat cum ho-  
minibus aliter atque aliter. An non in parte cum angelis, & in cælo se esse fatebatur, di-  
cens: Et iam non sum de mundo: & tamen in mundo cum hominibus se esse inferē te-  
stabatur, & ego ad te uenio. Cum angelis quippe erat uerbum, atq[ue] ab eisdem esse agno-  
scetur Sapientia, imago patris, principium, unigenitus, uirtusq[ue]. Sed cum hominibus  
existens præceptor, mediator, redemptor, caput, & his similia credebatur. Absq[ue] reuer-  
beratione eo fruebantur angeli tanquam à corruptione liberi, & ab omni impedimen-  
to alieni. Semel etenim confirmati ab ea, in qua nunc felicitate sunt positi: ultra mini-  
mè valuerunt excidere. Homines uero longe ab angelis dissimiles, corruptione grauati, mortales effecti, peccatoque obnoxii omnino indigent adiuvari. Hinc est, quod pa-  
tris æterni filius, dominus scilicet Iesus, quoad uixit in carne passibili, tanta erga illos se  
exercuit caritate. Ipos nanque souebat, ut debiles: hortabatur ut pauidos, blandie-  
batur ut paruulis, docebat ut inscos, alebat ut famelicos, deducebat ut cæcos, susten-  
tabat ut infirmos: pro ipsisq[ue] incessanter orabat, ut filijs. Nouerat quidem in quan-  
tis essent periculis constituti. Nunquam sic mater aliqua circa infantis curam facta est  
anxia, sicut ipse dominus erga sui corporis membra. Illius nempe ad Iudeos uox est:  
Quoties (inquit) uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat  
pullos suos sub aliis, & noluisti? Alibi quoque ad discipulos: Misereor super turbam  
quia ecce iam triu[m] sustinent me, nec habent, quod manducent: & si dimisero eos ie-  
fus, deficient in uita. Angebatur, urebatq[ue] pro suorum compassione membro-  
rum, quos agnoscet debiles, & corporaliter relinquebat post se. Quattrobrem pa-  
tri aiebat: Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut  
tu es unus.



& nos. Videbat utique quanta ab infidelibus viris, & spiritibus malignis passuri fuerant. Proinde tam sedulo, ut seruarentur, orabat. Quis etenim absque diuino suffragio sua persequentium ualeret tolerare supplicia? Quis sine adiutorio perfectionis conscederet fastigium, & non deficeret? Non est uirtutis humanae mundum spernere, uoluntati propriæ repugnare, ac mortis sponte subire sententiam. Supra naturam resolutionis corporis appetitus est. Nemo sapiens pro eo quod non habet, id quod habet, exponit. Dupli citaque auxilio indiget, qui in agone constitutus est mortis, fidei uidelicet, & fortitudinis. Fides quippe certitudine futurorum commutat præsentia. Est nanque speradarum substantia rerum, & argumentum non apparentium. Fortitudo autem magnanimitate sui naturalem timorem superat. Horum deficiente altero quisque prudens in mortis certamine trepidat. Has spirituales geminas gemmas redemptor noster militibus pro se pugnantibus tribuit: quatenus cælesti à dextris atque sinistris muniti præsidio consona modulatione propheticum illud ualeant cantare dicentes: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare. Quoniam uero triumpphi laudem sibi omnino nequeūt uendicare, uno ore, pariq; intentione promunt, quod in eodem cantico legitur: Quis similis tui in fortibus domine? Quis similis tui magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, & faciens mirabilia? Nempe uictoria conflictus mortis illi solummodo ascribenda est, qui ex cognitione mercedis pugnandi constantiam subministrat. Non enim humano studio, aut ingenio naturali futurorum cognitionis possidetur. Donum quidem cælestis est, & redemptoris nostri exhibito ueneranda. Lumen etenim fidei sibi adhærentibus refundens in membris, quanta inuisibilia sint, ueraciter notificat. Proponit spiritualium cælestiumq; mercedem, ut concupiscentiam ualeat excitare pugnantis. Gloræ coronā tenet in manibus, ut robur per seuerantia conferat bellaturis. Rex quippe noster arduum atq; laboriosum perfectio- nis ac mortis sciens esse certamen, præmium uincientibus promisit æternum. Superant utiq; supra modum sudores militum, quæ in cælo sunt stipendia meritorum. Nam Apo- stolo teste, non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Quis (oro) non moriatur nullus, ut perpetua hæreditatis sortiatur tri- umphum? Quis impræsentiarum refugiet pati, ut glorioli capitis Christi spirituale efficiatur membrum? Quis demum ab omni torpore non excutiat animum, quem patris filium de suis fidelibus audiat dicentem: Pater serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos? Appetunt homines pastorales insulas, & imperialia diadema: quatenus celebre posteris suis de se ualeant relinquere nomē. His prorsus est maius, quod credentibus Veritas repromittit: & heu paucissimi sunt, qui illud apprehendere current. Discipulatu Christi nil excellentius, nil utilius, nil honorificentius agitur. Quouis regno ac seculari dignitate esse præstantior nescitur, dummodo illibato corde seruetur. Gradus namq; sublimis est uirtute decoratus & gloria. Neminem repellit recte atq; simpliciter accedentem ad se. Solum illos abiicit, qui torpore depresso, seu simulazione delusi, aut elatione decepti, quātū sit gratia Christi, gustare nō possunt. Hinc est, quod nō omnes qui illum recipiunt, seruat. Quotidie à sancto proposito ad uitam rediretes resiliunt plurimi, atq; discipulatu Christi se reddunt indignos. Quæ reliquerūt, repetunt, & quæ damnauerūt, denuo agere nō erubescūt. Prius q̄ deseratur, iugū suave abñciūt, atq; humilitatis semitas incedere nolūt. Potius eligūt momētanæ delectationi deseruire in seculo, quam in calorū mansionibus perennes delicias cum Christo possidere feliciter.

Quantum qui affectu adheret uisibilis à naturali dignitate degeneret. Cap. XVIII.

 Visquis congruum peregrinationis suæ cupit captare solarium, domini Iesu toto corde studeat inhærere uestigij. In illo prorsus reperiet, quo nutritur ad uitam. Aliunde si quis lætari uoluerit, non sine dispendio id agere poterit. Creaturarum siquidem blandæ illecebrae absque sapientia gustu humano cordi uenena transfundunt. Insipientium enim affectum mulcent, mentem penetrant, euertunt iudicium, sensusq; interioris hominis sibi uendicat principatum. Fitq; ut male sana mens uafano amore seducta, dum sui conditoris transgreditur leges, propriæ dignitatis amittat gratiā. Plurimū quippe degenerat ab eo quod est, quando euæ extra se sensibilium delectationibus pascitur. Prodigo filio efficitur similis, qui patris turpiter hæreditate

A hæreditate consumpta porcorum siliquis se saturare cupiebat. Quid (oro) uilius, quid esse abiectius potest, quam incomutabili deserto bono, creaturarum contubernio fecerarit. Nequaquam sine diuinitatis offensa agitur, quum uisibilibus & caducis se spiritualis natura prostituit. Quæcumque facta sunt, siue quæ in cælo falgent, siue per aera uolitant, siue mouentur in aquis, aut uegetantur de terra, uel uiuunt super terram, ideo facta sunt, ut eorum consideratione rationalis erudita creatura ad opificis summi ualeat peruenire notitiam. Creaturarum etenim species ornatusq; earum præclarissimum diuinæ maiestatis est speculum, optimeq; in illo conditoris uirtus inspicitur, dicente Apostolo: Inuisibilita Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta comprehenduntur, sempiterna quoque eius uirtus, atq; diuinitas. Se igitur offerunt, se intuentibus expoununt, ut cognoscibilem exhibeant illum, qui fecit eas, & eundem laudabilem reddat atq; amabilem. Quotquot de Deo recte sapiunt, atq; de ipsius bonitate suauiter sentiunt, ordinato creaturarum usu eriguntur in Deum: & in illo delectabiliter iucundatur. Hoc Citharoëda sanctus intus irradientे Sapientia salubriter degustabat, quam in excessu metis effectus domino diceret: Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarū exercebor. Non delectauit me (inquit) factura tua, sed tu domine delectasti me in factura tua, id est, mediante factura tua. Delectationis suæ finem nō in eo quod factū est, sed in eo qui fecit, instituit, ne utrāq; amitteret. Prorsus uera creatoris & creaturæ delectatione priuatur, qui nescit delectari in domino. Rectus itaq; delectationis ordo est, ut quisq; in originali prius delectationum fonte lætetur, quam in profluētibus riuiis. Optime quidem & ad sobrietatem creaturarū delectatione suetetur, si non ignorauerit conditoris indefectibilem delectationis abundantiam: quæ non aliunde quam ab ipso domino Iesu percipienda est. Ipse plane ipse est, qui delectabilium omnium affluuiam continet, noxiarumq; delectationū reformat affectū. Vapor est enim uirtutis Dei, & emanatio quædam est omnipotentis Dei sincera, quæ omnia potest, & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas sibi adhærentes se transfert. Participatione quidem sui, suaq; præsentia voluptuosum carnis amorem, & creaturarum inordinatam delectationem comutat in melius. Gustus eius super mel dulcis, amor sua uissimus, præsentia delectabilis, floridus aspectus, eloquium ignitum, pulcritudo incomparabilis, elegans forma, gratia exuberans, uirtus omnipotens, diuina sapientia, gloria cælestis, immortale regnum, inaccessibilis lux, sublime solium, & generatio inenarrabilis est. Quum utique sit uerbum manens, limpidisima ueritas, imago patris, creaturarum speculum, splendor meridianus, æterna uita, caritas non excidens, bonum indeficiens, bonorumque largitor, ineffabili quadam miseratione ad homines se inclinare dignatus non est. Pietatis siquidem uiscera induens homo factus incubuit super hominem, ut exanime corpus spirituale reuocaret ad uitam. Dat itaque uitam mortuis, cæsisque lumen refundit, solatur moestos, debilium genua roborat, atque ab insultu intellectualium bestiarum tanquam uerus pastor rationales protegit oves. Cui stodit prædestinatorum numerum cura peruigili, & eorum neminem perire permittit. D Hoc profectò insinuavit, quum diceret patri: Quum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodiui: & nemo eorum perire, nisi filius perditionis. Quod de discipulis ecclesiæ typum gerentibus loquitur, hoc prorsus de omni electorum congregacione testatur. Seruat singulos, custodit omnes, qui huius uitæ concupiscentias respuentes tota mentis intentione revertuntur ad ipsum. Tales etenim bonitatem domini degustantes, facile seculi istius spernunt blanditias. Protectorem nanci agnoscentes, omni se illi cordis humilitate subjiciunt. Esto etiam mihi, ô domine in Deum protectore, & in locum refugij, ut saluum me facias. Custodi (oro te) ut pupillam oculi seruum tuū: atq; sub umbra alarum tuarū protege illū, ne profugus incedat super terram, & ne à gratia tua decidens tanquam perditionis filius spirituali desperationis laqueo se perimat. Amoue à me elationem spiritus, seculi amorem, mentis liebetudinem, & uisibilium uoluptatem, ut nihil mihi libeat extra te, nihilq; placeat præter te. Sufficiat mihi ad saturitatem, me reficias ad uotum: in bello me protegas, atq; me prouehas ad coronam. Lætabor utique in te, & mecum pariter lætabuntur, quotquot nouerunt te: scientes te in temptationibus sui esse custodem, in itinere ducem, adiutorē in laboribus, præsi-

dium in periculis, & in peruentione mercedem. Lætabuntur (inquam) maximā captantes de tua miseratione fiduciam. Te nanc̄ dulciter possidentes in se, seç humiliter prosterentes tibi medullatum laudis sacrificium, melliflua amoris carmina, atq̄ gratiarum iuges actiones coram te, quem suauī caritate in cordis sui cubiculo amplectuntur, & tenent, exhibere non cessant. In ipso autem deuotionis exercitio, & in ipso gustu diuinī caloris in ardescit eorum animus caritate, & insolito seruore fertur in amorem dilecti. Interdum in calefaciente deuotione rapiuntur supra se, & cælorum coetibus inseruntur. Amant, & laudant: gemunt, & clamant: lacrymantur, & gaudent: pascuntur, & esuriunt: sitiunt, & inebriantur: totoq̄ amoris conamine in te, quem fide uident, humilitate uenerantur, desiderio querunt, caritate fruuntur, se transformare festinat. Tunc experimen-  
psal. 96  
te intelligunt uerum esse, quod dixeras. Nunc ad te uenio, & hoc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Habent utiq̄ gaudium tuum, ô domine, impletum in semetipsis: non quantum in illo est, sed quātum in mortali corpore percipere ualent. Plenitudinē etenim gaudij tui nec ipsi beatorū spiritus sustinere possunt: p  
quoniam perfectum, immensum, & æternum est. Pro suorū tamē mercede laborū electi omnes, ut beati sint, & iuxta singulorū mensurā de ipso participant, ingrediuntur in illud: sicut dixisse te nouimus: Serue bone & fidelis intra in gaudium domini tui. Non gaudii in ipsis, sed ipsi in gaudium intrare dicuntur, ut omni ex parte lētitia exuberare noscan-  
ter. Interim tamē dum peregrinantur abs te, quū habent te in se, impletū habent gaudii magis magisq̄ implendū. Quomodo nō implent gaudio, quū sentiat te in se, seç agnoscāt in te, se diligāt propter te, se uideāt diligi à te, singulariç dilectione cōglutinatos tibi. Totum hoc ex sermone tuo operante, atq̄ cooperāte gratia tua, quę gratuita & diuina est, in illis quotidie agitur, ut roborentur ad perferendas seculi passiones. In sequitur nanc̄ mundus, quos tua inhabitat gratia, teç diligere nouit. Sic patri inquis: Ego dedi eis sermonem meum, & mundus eos odio habuit, quia nō sunt de mūdo, sicut & ego nō sum de mūdo. Hinc electorū impletur gaudium, hinc caritatis unitas cōmendatur, hinc spiritualis membrorū dignitas revelatur, quae in capitis Christi cōfiguratione clarescit. Interna siquidem aspiratione eliguntur à Christo, ut illius cōmunicantes passionibus in futuro exaltentur cum ipso. Sic corporis decor agnoscitur, & membrorū perfectio consummatur. Vnūquenq̄ etenim electorū dominus iādiu refectionibus, ac mūdi pressuris exerceri permittit, quādiu erudiri ualeat ad uirtutē. Ipsa autē tribulationū exercitatio, nō crudelitas, sed miseratio summa cēsenda est. Cui futura merita donarētur, si de belli me-  
dia milites traherentur. Certāti, nō fugienti debetur triumphus. Quāobrem ipse dominus futura prospēctas pugnatiū laboribus cōpassiōne nō flectitur. Nō em pugnā intercipit, sed certantibus toleratiæ uirtutē tribuit, ne deficiat. Sic olim populo Hebreorū Amorāū, Ethæum, Feregæū, cetera sc̄ exterrarū reliquit gentiū nationes: quatenus exercitatione earū præliā nō dedicerent artem, neç pro adeptā promissionis terra de uir-  
tute propria ad sui perniciem intumescerent. Porro in cunctis electorū suorū gressibus benignus est spiritus Sapiētiae: siue dum certāt, siue dum pacis suauitate fruuntur, in certamine custodiuntur à malo, ne cadant. In pacis uero tranquillitate in ueritate sanctifi-  
cantur, ut gaudeant. Vtrunque peregrinanti corpori competit Christi. Nam iustorum quidam excentur, ne se extollant: quidam autem sanctificantur, ut crescant. Orauerat ibid. quippe ipse mediator pro perseverantia & stabilitate pugnantium, dicens: Non rogo, ut tollas eos de mundo: sed ut liberes eos à malo. Nunc uero pro augmento precatur ibid. quiescentium addens: Sanctifica eos in ueritate. Sermo tuus ueritas est. Versiculi hu- ius sententiam nouit, qui contemplationi ueritatis inhāret. Est autem ueritas summum & incommutabile bonum, lux spiritualis, erroris in se caliginem non admittens, pene trans omnia splendore suo: cuncta prospectans, uniuersa æquitatis iudicio recte disponens: sapientiam & scientiam donans filijs hominum, angelicisque spiritibus omnem in se continens delectabilitatem, omnēmque de se communicans sanctitatem. Tanta siquidem & talis est, ut omnis laus illi inferior sit. Nemo tamen ad contemplationem ueritatis admittitur, nisi prævia sanctitate. Eo nanque claritati ipsius quisque fit propior, quo per exercitationem uirtutum factus est sanctior. Plurimum confor- mandū simul sanctitas & ueritas, nes omnino ualent ab inuicem separari. Detergit qui-  
dem

A dem ueritas latebras uitiorum: ut sanctitati præparet habitaculum. Introeunte sanctitate fugantur uitia, & ueritas in mente paritet confirmatur. Confirmata ueritate, & ope- rante in homine nedum interiora, uerum etiam exteriora cōponit: atq̄ possessorum suū duplice sanctimonīa exhibet resplendentem. Deo nanc̄ & hominibus illum reddit amabilem, nec nō ad seculi mala perferenda disponit. Si mente excēdit, Deo q̄ui huiusmodi est, pabulo pascitur ueritatis. Si fraterna caritate trahitur extra se, precedente semper graditur ueritate. Nullo protēnit ut refectionum impulsu ueritatis clypeo munitus. Ad hominem iustum ueritate protectum quid Prophetā dicit, ausculta: Scuto (in-  
quit) circundabit te ueritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta uolante in die, à negocio perambulante in tenebris, ab incursu & dampno meridiano. Vtrorūq̄ igitur statuum, pugnantium sc̄llīcet, & quiescentium, dominus Iesu, ierbū patris, æternāq̄ ueritas se fauorem ac directorem esse prohibuit, dicens: Sicut tu me in sis in mundum, & ego misi eos in mundum. Ecce q̄uo pugnantes mittuntur, & à quo. De

B quiescentibus autem quid? Et pr̄ eis (inquit) sanctifico meipsum: ut sint & ipsi sanctificati in ueritate. Nempe qui aduersus mundi concupiscentias dimicant, diaboliscisq̄ suggestionibus resistunt, redemptorem suum, ducemq̄ sequuntur. Qui autem per mentis munditiā sanctificati quieti contemplationis uacant, utiq̄ in cognitione & gusto ue-  
ritatis suauiter refouentur. Istiusmodi spirituales actus cūm sint diuersi: sub uno tamen rectore, atq̄ eodem spiritu peraguntur. Hoc nemo fieri ambigat: quūm quotidie in hu-  
mano corpore uaria uideat membra sub unius tantū spiritus ducatu proficerē, pacemq̄ integerimā inuicem custodire. Vnus quippe est spiritus ueritatis in donis locuples, & multiplex in uirtute. Hic in sibi adhærentia membra distincta gratiarū munera sub-  
ministrat, dicente Apostolo. Vnicuiq̄ datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij qui  
dem per spiritum datur sermo sapientiae: alij autem sermo scientiae secundū eundem spi-  
ritum: alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in uno spiritu, alij operatio uir-  
tutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus, atque idem spiritus diuidens singulis, i Cor. 13  
prout uult. Tanto ergo honorabilior apparet, quanto prudentius in unitate diuersa cō-  
ponit & ordinat. Vniuersitatem ecclesiæ corpus, regitq̄ fidelium membra mirando quodam, atque ineffabili regimine ueritatis: ita ut in eis non schismata, non inuidentia, non extollentia uideatur, sed pax, lētitia, unitas, & concordia dulcis. Omnes copulat sibi, & pacificat in se communicans se. Vniuersos materno complectitur caritatis af-  
fectu. Quod tribuit singulis, dispergit in omnibus cunctorum salute solicitus. Præci-  
pua insuper inest illi cura seruandæ unitatis in membris. Hinc est, quod tam frequenter mutuæ caritatis mandatū instituit. Hinc tanta repetitio, atq̄ commendatio fraternalē di-  
lectionis. Hinc patri aiebat: Non rogo pro eis tantum, sed pro ijs, qui creditū sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint. Quid uerbis his dulcius: quidue delectabilius? Nō poterat expressius redemptoris caritas, atque ecclesiæ unitas commendari. Alia enim quum sit patris per-  
sona, alia filij: pater etiam & filius unum sunt. Sic & fideles cūm sint multi, mandauit, ut caritatis uinculo colligati ecclesiæ corpus efficiant, se ament, sibi famulerint, sibi in-  
uicem præbeant omnem dilectionis beneuolestiam. Et hoc pro reterentia diuinitatis, cuius gratia unum cum ipsa facti sunt. De hoc autem spirituali amoris glutino, quamvis innumera exuberent caritatis beneficia, hoc tamē specialem eluet: ut tam qui in-  
teus sunt, quam qui foris per culpam: aut ab unitate diuisi per erratis defensionem, quum ad unitatem corporis redeunt omnes, non minus corde credant ad iustitiam, quam eris confessione in capite Christo, quem Deus pater pro restauranda humanitatis na-  
tura misit in mundum. Porro per eundem hominum genius reformari debuit, per quem ab initio fuerat plasmatus, ne opus Dei tam præcipuum, imperfectum maneret. Hac ete-  
nū de causa humanam Deus considerat speciem, ut quotquot ex illa purgari ab origi-  
nali culpa, atq̄ à quotidianis sordibus delictorum ad æternam pertinerent beatitudinem: supra cælorum proueherentur habitaculum, fierentq̄ digni, ut in ipsis esset Deus, & ipsi Deo fruendo inhārent eidem. Sicq̄ conditoris in eis reformata imagine, omnīq̄ la-  
be deterga deiformem quandam in se ostenderent speciem. Huius autem conformitatis

C prout uult. Tanto ergo honorabilior apparet, quanto prudentius in unitate diuersa cō-  
ponit & ordinat. Vniuersitatem ecclesiæ corpus, regitq̄ fidelium membra mirando quodam, atque ineffabili regimine ueritatis: ita ut in eis non schismata, non inuidentia, non extollentia uideatur, sed pax, lētitia, unitas, & concordia dulcis. Omnes copulat sibi, & pacificat in se communicans se. Vniuersos materno complectitur caritatis af-  
fectu. Quod tribuit singulis, dispergit in omnibus cunctorum salute solicitus. Præci-  
pua insuper inest illi cura seruandæ unitatis in membris. Hinc est, quod tam frequenter mutuæ caritatis mandatū instituit. Hinc tanta repetitio, atq̄ commendatio fraternalē di-  
lectionis. Hinc patri aiebat: Non rogo pro eis tantum, sed pro ijs, qui creditū sunt per uerbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis unum sint. Quid uerbis his dulcius: quidue delectabilius? Nō poterat expressius redemptoris caritas, atque ecclesiæ unitas commendari. Alia enim quum sit patris per-  
sona, alia filij: pater etiam & filius unum sunt. Sic & fideles cūm sint multi, mandauit, ut caritatis uinculo colligati ecclesiæ corpus efficiant, se ament, sibi famulerint, sibi in-  
uicem præbeant omnem dilectionis beneuolestiam. Et hoc pro reterentia diuinitatis, cuius gratia unum cum ipsa facti sunt. De hoc autem spirituali amoris glutino, quamvis innumera exuberent caritatis beneficia, hoc tamē specialem eluet: ut tam qui in-  
teus sunt, quam qui foris per culpam: aut ab unitate diuisi per erratis defensionem, quum ad unitatem corporis redeunt omnes, non minus corde credant ad iustitiam, quam eris confessione in capite Christo, quem Deus pater pro restauranda humanitatis na-  
tura misit in mundum. Porro per eundem hominum genius reformari debuit, per quem ab initio fuerat plasmatus, ne opus Dei tam præcipuum, imperfectum maneret. Hac ete-  
nū de causa humanam Deus considerat speciem, ut quotquot ex illa purgari ab origi-  
nali culpa, atq̄ à quotidianis sordibus delictorum ad æternam pertinerent beatitudinem: supra cælorum proueherentur habitaculum, fierentq̄ digni, ut in ipsis esset Deus, & ipsi Deo fruendo inhārent eidem. Sicq̄ conditoris in eis reformata imagine, omnīq̄ la-  
be deterga deiformem quandam in se ostenderent speciem. Huius autem conformitatis

decor, quandiu corpus mortale hominis corruptioni obnoxium est: atq; corruptibili bus deditum, nequaquam perfici ualeat. Reseruatur uero in premium solis prædestinatis ad uitam, in quibus propter gloriæ abundantiam ita inhæret Deus: ut & ipsi dij merito nuncupentur, dicente Propheta: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Quorū excellētiam alio in loco admirans, ait: Di fortis terræ uehementer eleuati sunt. Absorben tur nancq; à plenitudine diuinitatis: & æterna in tātum replentur gloria, ut in ipsis nil de forme appareat, nil uacuū: sed plenissimè & perfectè sit Deus omnia in omnibus. Id uero quod dicitur, quod est beatum esse, sempiternū: atq; deificum, quāuis futurum sit iam factum, Veritas ineffabilis expressit, dicēs: Et ego claritatem, quā dedisti mihi, dedi eis: ut sint unum, sicut & nos unum sumus. Ego in eis, & tu in me, ut sint cōsummati in unū. Hæc nempe est indissolubilis unitas caritatis Dei hominumq; per verbum cōsummata, interueniente redemptionis ac noui testamenti sanguine, præcedēte tamen æternā prædestinatione: ut Deus sit solus, iustus, & iustificās omnia in omnibus, ex se subsistēs. Perficitur autem unitas ipsa quotidie in corpore Christi mystico, aucto meritis fidelium, ag gregato eorundem numero, donisq; ornato, donec completo electorum consortio ipsa sancta mater ecclesia in membris perfecta copuletur, cui se despōsauit, Christo. Interim prouehitur, & crescit in singulis tota: quoad usq; ad suæ ueniat plenitudinem unitatis capitī suo cohærendo, quod in membris sui corporis etiam dum peregrinatur, operatur in omnibus, secundum potentia suæ uirtutem cuiq; impertiendo, prout uult, cælestia dona. Vnde Apostolus: Qui descendit, ipse est, qui ascēdit super omnes cælos, ut adimpleat omnia: & ipse dedit quosdam quidem apostolos: quosdam autē prophetas: alias uero euangelistas: alias autem pastores, & doctores ad cōsummationem sanctorū in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij Dei in uirum perfectū, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Tunc in unum consummata electoru ecclesia sine macula, sine ruga, in regium cælorum introducta thalamum, non erit quod ultra concupiscat. Imp̄resentiarum igitur subarrata quibusdā spiritualibus munusculis nutritur ex fide, atq; infatigabiliter laborat: ut suas edomet passiones, uitia resecet, & suo naturali decore uestiatur, quatenus oculis diuine placent sapientia. Optimē nancq; nouit cuius gerat imaginē, tenetq; in cordis secreto sponsi sui pollicitationem, tanquā cautionem firmissimā, per quā anhelo caritatis affectu concupiti amoris sperat præsentiam. Meminit equidem illum dixisse: Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, & videant claritatem meam, qua dilexisti me ante mundi constitutionem. Audite hęc, ô fideles populi, & potissimè uos, qui militatis Christo, qui tribulationibus fatigamini, & mundi pressuris, ac diabolī tentationibus attriti estis, audite, inquam, quæ sit uobis facta promissio, quæ uestrorum merces si futura laborum, & quid de uobis suggerat patri omnipotens uerbū. Nolite (oro) ad id quod toleratis, aspicere: neq; intuemini, quid estis, aut quid patimini, sed quid paulo post futuri. Regem uestrum in decore suo diligite, caput uestrum in cælo præsidens agnoscite: redemptorem uestrum, cunctorumq; factorem supra sydereas mansiones inter beatorū cœtus fidei oculo considerate fulgentem. Cælum uobis apertum est: cælorumq; parate sedes. Consortes uestri patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, triumphantes iusti tam diu pereuerunt, quod tenditis, tenent quod speratis, possident quod amatis: & eadem, quæ uobis promittitur, fruuntur sempiterna gloria. Gaudent cum angelis, lætatur cum archagelis, & cum uniuersa multitudine spirituum supernorum diem festum agunt coram immortali rege suo & uestro. uestrum etiam aduentum ad illos ardenterissime præstolantur. Quamobrem diligentissimè obseruate, ne ulla labantis seculi oblectamenta sensum euertant uestrum, atq; a sancto proposito, quod cepistis, faciant resilire. Nempe aduersa, quæ patimini, si uiriliter tolerabis, exiguum quū pertransierit temporis, unigeniti Dei, ac mediatoris uestri Christi contemplabimini claritatem. Illum nancq; supra omnipotē principatum, & potestatem, & uirtutem intelligitis euēctum, atq; in patris dextera residentem: uosq; in illo, quemadmodū Apostolus commemorās ait: Qui conre fuscitauit, & confedere nos fecit in cælestibus in Christo. Erit tunc per speciem reuelatum, quod in ænigmate nunc tegitur, & speratis in fide. Speratis (inquam) ex dono fidelis mediatori, cuius gratificati estis beneficio, & imbuti sapientia. Nō enim metitis uestris, sed

A sed ipsius gratia illuminati futura prospicītis, atq; inuisibilia amatis. Effecit quippe uerbum uerbi, & dilectio patris ad ipsum filium, & filij ad uos, ut dilecti diligatis. Sic nāq; in sui fine sermonis ipse conclusit. Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis. Ecce quo mediante notū uobis factū est sacramentum, seculis præcedenti bus ignotum. Præceptorem Dei filium habuistis in uia, & in patria habebitis, quādo discubentibus uobis in regno cælorum cū Abraham, Isaac, & Iacob, ipse præcinctus transiens ministrabit, non corporis alimoniam, sed spiritus. Comedetis iuxta Prophetæ præfigum uetusissima ueterum, & nouis superuenientibus uetera abiūctis. In ebriabimini præterea ab ubertate domus Dei, & torre uoluptatis illius potabimini. In hoc cōuiuio pinguium medullatorum, ac uindemiae defæcatæ caritatem Dei diffusam possidebitis in uobis, per quam saginati dulcedine, atq; suauitate referti lauduni præconia, uota exultationis, amoris cantica, & iubilatio nis carmina pie, dulciter, ignite, inde sinenterq; persoluetis æterno sposo uestro & genitori illius. Succensi quippe dilectione sancti spiritus, quā pater uerbum suum diligit, eritis cognitione b̄eatū, pace securi, læti fruitione supereruidi caritate, communicatio nē pleni, uisione sapientes, amore languidi, suspensi admiratione, lumine circumfusi, & transformati in gloriam Mediatoris habitantis in uobis, & uos in illo, nō localiter, sed affectue præsentialiter, reciproce. Ipso nihilominus dirigente, erigente, erudiente, & præsidente in uobis, in quo sunt substantialiter omnes thesauri sapientiæ, & sciætæ Dei Col. 4 Iesu Christi domini nostri, qui cum patre, & spiritu sancto unus est Deus permanens in secula seculorum. Amen.

## D I V I L A V R E N T I I I V S T I N I A

N I V E N E T I A R V M P R O T O P A T R I A R C H A E

in opus Detriumphali agone mediatoris Christi;

C

## P R O L O G V S.



Edificaturus quis materialem domum ad temporaliter habitandum, prius quam ædificij iaciat fundamenta diligentissime considerare debet ædificij locum, habitaculi longitudinem latitudinemq; sumptuū sufficientiam & propriæ uirtutis industriam, quatenus incepsum ualeat perficere opus. Nam quoquam eorum, quæ dicta sunt, deficiente, cassio qui ædificat, labore fatigatur. Nil quippe dignū est laude, quod sine discretionis agitur libra. Verum facile ad ima dilabitur omne quod nutanti superponit fundamento. Hoc sacra docent eloquia, hoc naturale ingenium, experientiaq; quotidiana, quæ ualidum erga agibilia ac persuasibile noscitur argumētum. Huiusmodi eruditus admonitione quisquis spiritualem cupit construere domum, dījudicare nō negligat, quæcunq; in suo illi sunt opere necessaria, non dedignetur a corporalibus spiritualium capere formam, atq; per uisibilium rudimenta ad inuisibilium arcana pertinere. Videmus paruulos ante quam solido pascantur cibo, lactis liquore nutriti, infirmi quoq; per tempus leuioribus cibantur alimētis, donec conualecant, & pristinas reparauerint uires, alioquin recidiuam incurruunt, per quam facile appropinquat exitio. Sic quippe terrena mens solūmodo uisibilium assueta imaginibus, sola carnalia sapiēs prouehenda est, atq; ad spiritualia manuducenda, quatenus solido incedens itinere nō in phantasmatum lubrico suorum pedum uestigia figat. Nullus etenim structure collo cādæ aptior, quam in petra, reperitur locus. Est quidem petra solida, naturalis, dura, & ad superædificandum optime coaptata, & potissimum illa, de qua dicitur. Petra autem erat Christus. Quotquot autem superno fuere illustrati splendore, atq; cælesti gratia decorati, super hanc spiritualium studiorum suorum locauere primordia. Nemo uere ædificantium aliunde cœpit. omnibus prorsus saluatis notus fuit locus hic, eoq; cuiuscip laborantium spiritualis altius excrevit fabrica, diutiusq; perseuerauit, quo petræ Christi Laur. Justin.

D neglit, quæcunq; in suo illi sunt opere necessaria, non dedignetur a corporalibus spiritualium capere formam, atq; per uisibilium rudimenta ad inuisibilium arcana pertinere. Videmus paruulos ante quam solido pascantur cibo, lactis liquore nutriti, infirmi quoq; per tempus leuioribus cibantur alimētis, donec conualecant, & pristinas reparauerint uires, alioquin recidiuam incurruunt, per quam facile appropinquat exitio. Sic quippe terrena mens solūmodo uisibilium assueta imaginibus, sola carnalia sapiēs prouehenda est, atq; ad spiritualia manuducenda, quatenus solido incedens itinere nō in phantasmatum lubrico suorum pedum uestigia figat. Nullus etenim structure collo cādæ aptior, quam in petra, reperitur locus. Est quidem petra solida, naturalis, dura, & ad superædificandum optime coaptata, & potissimum illa, de qua dicitur. Petra autem erat Christus. Quotquot autem superno fuere illustrati splendore, atq; cælesti gratia decorati, super hanc spiritualium studiorum suorum locauere primordia. Nemo uere ædificantium aliunde cœpit. omnibus prorsus saluatis notus fuit locus hic, eoq; cuiuscip laborantium spiritualis altius excrevit fabrica, diutiusq; perseuerauit, quo petræ Christi Laur. Justin.

M perspi-

perspicacior habita est notitia. Hinc est, quod non omnes uniformiter operatur. Nam teste Apostolo alij supra fundamentum hoc aedificant aurum, argentum, lapides preciosos, alij uero ligna, fœnum, stipulam. Vnius uero cuiusc opus quale sit, tribulatio-  
*1. Cor. 3* nis ignis, & persecutionis, ac temptationis probat procella. Incerta quippe cuncta hæc humanæ sunt existimationi, sed diuinæ nota prouidentiæ, atq; in extremo patefacien-  
*Rom. 8* da iudicio. Singuli interim spirituali intendant exercitationi, claramq; de Christo stu-  
deant habere notitiam, ut indubitanter suo ualeant insistere operi. Aedificant supra pe-  
tram, sed non nisi petram. Optime namq; petra congruit petræ, & petra ponitur super  
petram. Opus petræ in petra locatum durabile est. In illud impetuunt flumina, impin-  
gunt manus, auræ perflant, tempestates pulsant, nec ualeat cadere. Audi in petra fun-  
datum. Quis me separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an famæ, an per-  
secutio, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim, quia neq; mors, neq;  
uita, neq; angelii, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare  
à caritate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Bona domus hæc & imputribili  
fabricata materia, quæ nescit cedere, non ualeat flecti, nec ab eo, quod cœpit, resilire no-  
uit. Hæc nempe non sectis aut quadris erat contexta lapidibus, sed spiritualibus fabri-  
cata studijs, atq; assiduis actionum Christi cogitationibus copulata. Nam quemadmo-  
dum petra iungitur petræ, ut corpori habitaculum fiat, ita cogitatio cogitationi, ut spi-  
rituale animæ perficiatur domicilium. Habitat in domo corpus, & mens in cogitatio-  
ne. Quales cogitationes, talis mansio. Nulla autem salubrior ad mentis construendum  
habitaculum cogitatio reperitur, quam passionis Christi lapidis durissimi. Per ipsam  
quippe humanæ salutis restauratio, & ineffabilis Dei ad homines agnoscitur summa  
dilectio. Nemo aliunde diuinæ caritatis æternum fontem degustat melius, quam in  
huiusmodi attenta sedulaq; meditatione. Quicunq; igitur deo per internam exercita-  
tionem inhærere concupiscit, quicunq; mentis suæ dispersionem ad se reuocare desi-  
derat, in hoc aromatum cellarium sponsi introite conetur. In ipsa deuotus inquisitor  
*Psal. 47* ingressus meditando distincte seriatimq; consideret diligenter, quis, qualis, ubi, quali-  
ter, & quare patiatur. Ista nempe sunt, per quæ meditantis animus inflammatur ad  
amorem, ad imitationem prouocatur, & ad cognitionem. Nec ab re promouetur.  
*2. Cor. 5* Quis etenim alius est, qui patitur, nisi is de quo per Prophetam dicitur, hic est Deus  
nostræ, & non æstimabitur alius ad eum? Qui nimis per assumptam carnem in ter-  
ris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Propter unitatem quidem personæ  
*Deum crucis subiisse patibulum uerissime definiendum est. Vnde Apostolus. Deus*  
*(inquit) erat in Christo mundum sibi reconcilians. Sic tamen passionis perpessus est*  
*ignominiam idem mediator, ut sine detimento maiestatis, sine obnubilatione gloriae*  
*id fieret. In hoc quidem diuinæ humanæq; naturæ sacramento nec uerbo detrahendum*  
*est aliquid dignitatis, neq; homini sensum passibilitatis. In ea namq; natura, qua deus*  
*erat, nullam sustinuit pœnam, opprobrium nullum, quin potius impassibilis, immor-  
talisq; permaneret. Est enim Deus bonum summum, incommutabile sempiternum, nul-  
lius egens, cunctis omnia tribuens imperturbabile, beatumq; de se in se. In ea uero na-  
tura, qua homo erat, flagellatus est, consputus, crucifixus, & mortuus, non tamen sine*  
*Deo, quoniam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus*  
*est Christus, unus Emanuel, unusq; mediator Dei & hominum. In Christo quidem*  
*nec ab humanitate diuinitas, neq; a diuinitate ualeat separari humanitas. Nam sicut na-*  
*tura humana à uerbo suscepta est, ut passibilitatis non amitteret proprietatem, alio-  
quin uerus non esset homo, si hominis non posset suscipere passiones. Carnem itaq; as-  
sumpsit de Adam, sed de Adam peccatum non habuit, unde & mori potuit, qui ad abs-  
culendam uenerat mortem. Ut igitur uerus pōtifex fieret, atq; damnationis deleret chi-  
rographum apparuit Deus in carne mortali, non tamen omnes, sed quas uoluit in se  
cipiens passiones. Tentatus est ut homo, uenditus ut homo, iudicatus ut homo. Nam si*  
*ipsum cognouissent, nunquam dominum gloriam crucifixissent. Deus itaq; homo pro-*  
*pter hominem passus est. Et hæc est fides recta, & regula ueritatis. Ut autem meditan-*te**

**A** te formanda est. Cogitandus est uir utiq; elegantissimus, statura procerus, pulcherri-  
mus forma, aspectu uenerabilis, compositus moribus, sermone rarus, plenus facundia,  
maturus incessu, uestitu pauperimus, nullam habens maculam, deformitatem nullam,  
quem uenerantur angeli, famulantur archangeli, uirtutes colunt, principatus ac pote-  
states tremunt, throni benedicunt & dominationes, & ipsi Cherubim ac Seraphim iu-  
cunda modulatione collaudant, mirantur, efferuntq;. Humanam igitur effigiem deuo-  
ta mens, & adhuc tenella componat in se, quatenus sensibus sensibiliusq; assueta pe-  
detentim crescendo per uisibilem speciem ad inuisibilem substantię uerbi attingat no-  
titiam. Non autem absq; medio hominis subiecto ad diuinitatem peruenitur in carne  
latentem, nisi forte id ex spiritu fieret reuelatione, qui spirat ubi uult atq; uocat ea, quæ  
non sunt, tanquam ea, quæ sunt. Humano tamen diuina sunt querenda ingenio, do-  
nec fiat manus domini super cor hominis, & cælorum secreta nouo irradiente lumine  
pandantur pro exultatione, pro dilectione, pro iubilo. Tunc qui huiusmodi est, fiden-  
ter ueraciterq; dicere potest. Et si noui Christum secundum carnem, sed iam nunc non  
*2. Cor. 5* noui. In alterum siquidem mutatus uirum ex superueniente gratia, naturalisq; ingenij  
transcendens metas contemplationis ueræ gustu effectus est dignus. Tunc amore re-  
plete, superabundat gaudio, pace fœcundatur, pascitur dulcedine, caritate uulnera-  
tur, & omnis interioris hominis affectus laudabili quodam lœticatur tristudio. De cæ-  
tero quippe spiritualiter egere non ualeat. Nam in sponsi cellarium obtenta introeundi  
licentia iugiter (quamvis non ad uotum) exuberantium fouetur dulcedine uolupta-  
tum. Hic perfectorum solidus est cibus, qui in spirituali dū exercitati ac eruditī studio  
*Psal. 82* didicerunt mentem Deo, carnem spiritui, temporalia necessitatim, animum sapientiæ, af-  
fectum inuisibilem, obedientiæ intentionem, praesentia coaptare futuris. Prius autem  
quam ad hoc singulare fastigium ascendet Christi discipulus, & nouus in spirituali mi-  
litia præliator labor ei & dolor adhibendus est iuxta Prophetam dicentem. Hoc labor  
estante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam. Igitur non fastidiat ima-  
*i. Cor. 13* quicunq; summa concupiscit. Ad celsitudinem humilitate concenditur, prius quod  
animale est, deinde quod spirituale. Cum essem paruulus (ait Apostolus) sapiebam ut  
paruulus, loquebar ut paruulus, cogitabam ut paruulus, cum autem factus sum uir, euia  
cuaui quæ erant paruuli. Nempe paruulis spiritu infirma, perfectis uero magnalia pro-  
pinantur meditanda. Noli autem contemnere infirmum Dei, quoniam teste Paulo  
*i. Cor. 1* quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Quamvis enim dominus Iesus Dei sit  
uirtus & sapientia, tamen in ea parte, qua infirmus apparuit, propter te infirmatus est,  
& ab angelis paulominus minoratus. Ut ergo ab infirmis caperetur, ut eorum mede-  
retur languoribus, ut exules reuocaret ad patriam, ut contemptores & incredulos re-  
stitueret gratia, atq; ad iustorum reduceret prudentiam, Dei se exinanivit sapientia. Po-  
terat quidem omnipotens maiestas aliter quam se exinaniendo perditum reparare ho-  
minem, sed ut sciret quantum deliquerat, quantum diligetur, quanti se æstimare de-  
beret, id agere uoluit, sciret quoq; quid de eo deberet, qui pro peccatore, pro perditio,  
pro ingrato tantis se dignatus est exponere passionibus, tam diræ se tradere morti. Ma-  
ximum etenim hoc amoris incentiuum est, tum pro causa, tum pro persona, quæ pati-  
tur. Est qui patitur unigenitus Dei, uerbum sempiternum, sapientia attingens omnia,  
salus mundi, reparator hominis, uirtus pugnantium, corona uincientium, erratum uia,  
naufragantium sinus, merentium solatum, comes peregrinantum, nutantium robur,  
sustentatio debilium, mortuorum resurrectio, regnantium merces, angelorum gau-  
dium, diuinitatis speculum, caritatis fons, origo luminum, ueritatis contemplatio, deli-  
ciarum paradisus, omniumq; bonorum emanatio indeficiens. Patitur tantus ac talis,  
non pro se, sed pro hominibus, nec pro uniuersis, sed tantum pro electis, prædestina-  
tis, uocatis, iustificatis. Huius passio quoniam flagrantissima fuit exhibita caritate, ue-  
hementem in meditantis corde accedit affectum, atq; locupletem reddit fructu, amo-  
ris (uidelicet) & sapientiæ, compassionis ac deuotionis. Amorem quidem & sapien-  
tiæ spiritualibus & perfectis incipientibus uero & inexpertis compassionem inge-  
rit & deuotionem. Nemini se meditantum hæc ueneranda passio saluatoris denegat,  
nulliq; sui subtrahit mercedem laboris. Magnis & eruditis proponit patientis dignita-  
*Laur. Iustin.*

tem & patiendi causam, ut illos caritate ac sapientia repleat, introducendis autem modum & seriem format, quatenus componat compungatque, ita ut nemo sit qui se abscondat a calore eius, qui pure, humiliter, ardenterque ipsam degustare uoluerit. Est quippe absconditum manna sub carnis ignominia, & latitudo immensa tecta sub uulnerati corporis breuitate. Ut igitur per cicatricum fixuras dulcedo distillet sapientiae, & per lateris ianuam diuinæ ebulliat flamma caritatis, seriem modumque passionis succinctus sermo percurret, quatenus debiles spiritu & neophyti habeant unde pascantur, eruditatur, & crescant. Nam diuinitatis & cælorum militiae sacramenta doctis ac spiritualibus reseranda relinquens agonis Christi formulam tractare proposui, quorundam seruorum Dei deuictus precibus. Scio tamen, & uerissime scio in me non esse, unde talia attendare confidam. Est tamen, qui haec & his maiorum præstare sufficientiam ualeat, Dei (uidelicet) incarnata sapientia, quæ aperit ora mutorum, & linguas infantium distractas facit. Ab ipsa itaque, quoniam de ipsa materia tractandum est, suffragium expectabo. Erit namque sicut opus, ita & ipsius laus omnis & gloria nunc, & in secula.

## QVOD MIRO DIVINÆ AEQUITATIS IV.

dicio actum est, ut per incarnationem uerbi humanae redemptio  
celebraretur mysterium.

## CAPUT PRIMUM.



Abente ab ingenita innocentia dignitate homine per multorum cuticula temporum in trinitatis sacro sancto collegio mirandum misericordia & iustitia iniucum habuere conflictum. Ipsarum quidem altera pro hominis reconciliatione, altera uero pro eiusdem condemnatione & quissimum Dei interpellabat iudicium. Prima namque carnis fragilitatem, serpentis suggestionem, ac (ne mulier contristaretur) humnanam condescensionem ducebat in medium, iustitia uero ex aduerso inobedientiae prævaricationem, posteritatis obligationem, necnon & innumeras, quæ ab his effluxerunt, mala obiciendo, ne absolveretur, acriter insistebat. Tandem diuinæ placuit bonitati huiusmodi dirimere controvèrsiam utraq; in suo robore perdurante. Misit itaque misericordiarum pater, & Deus totius consolationis, quando non sperabatur, unigenitum suum in similitudinem carnis peccati in hunc mundum, ut de peccato damnaret primorum parentum peccatum in carne sua, fieretque Dei & hominum uerissimus mediator, lapisque angularis, in quo utraq; essent unum. Talem siquidem illum fecit, ut pro originali delicto satisfacere posset, deberetque. Nam in quantum Deus poterat, in quantum uero homo erat, debebat. Quis enim nisi Deus diuinæ ualitatem facere offenserit, & quis alius nisi homo debet? In una igitur persona conuenit Deus & homo unus dominus Iesus, qui factus est nobis a Deo patre sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Hic secum de cælo detulit oleum & uinum, ut semiuui homini in delictorum iacentis uolutabro mederetur uulneribus. Misericordia namque permotus super ipsius calamitate plangenda ad ecclesiæ stabulum proprijs humeris deportauit. Noluit considerare, quis esset, quem ferret, quid deberet ineffabili quadam pietate succensus. O magnum pietatis opus, o diuinæ miserationis indicium singulare: delinquit homo, & Dei filius condemnatur, & moritur. Quo autem ordine, quo modo, quisbus ue suplicijs, nunc narrationis series inchoet. Quis uero dabit intellectui meo scientiam, & oculis meis fontem lacrymatum, ut sacratissimam domini mei passionem uebis ualeam congruentibus exarare? Non enim absque lacrymis & compunctionis gemitu debet scribi, legi, & meditari. Tota dolorib. tota amaritudinis absynthio referta est. Quo se deuotus uertat animus, faculo perfoditur pietatis, undique reperit, unde pascatur. Quamobrem o mi dilectissime lector spirituales cordis fauces para, & cuncta, que legis, ruminando meditare, ut ubertim erumpant flumina lacrymarum, efficiatisque mun-

A dum animal diuino aptissimum sacrificio. Tibi ut devotionem acquiras, cælestia appetiuntur alimenta. Noli in tam suaui conuiuio permanere ieunus. Memento scriptum esse. Cum uocatus fueris ad mensam potentis, considera diligenter, quæ apponuntur tibi. Vitulus enim saginatus, & immaculatus agnus passionis igne assatus tibi datur, ut ore intelligentiae comedas. Illum tibi in literis his, quem ipsem in corpore, in spiritu, in sacramento sumendum dedit fidelibus, offero. Ipse namque innocuissimus dominus, qui totius mundi aboleuit delictum, cum paschalis tempus instaret, in quo de hoc mundo transitus erat ad patrem, prius quam Hierusalem ciuitatem (uidelicet) regiam ingredere tur, duos ex discipulis suis premissit dicens. Ite in ciuitatem, & ecce occurret uobis homo lagenam aquæ baiulæ, sequimini eum, & quando introierit dicite domino domus. Vbi est refectio mea? ubi pascha cum discipulis meis manducem? Non autem humilis dominus, & humiliatus magister, qui ministrare uenerat, non ministrari, hoc egit, ut seruile obsequium a suis extorqueret discipulis; sed ut eruditio causa hoc sacrum pietatis commercium miro sapientiae disponeret ordine. Hinc est, quod nunc Dei, nunc domini, nunc magistri, nunc seruuli pro temporis & pro negotiis qualitate exhibuit ministerium, non autem sine mysterio fuit, quod dicitur. Duos ex discipulis suis premissit dicens. Ite in ciuitatem, & occurret uobis homo lagenam aquæ baiulans. Later proorsus sub uelamine literæ, & sub histrio serie spirituale documentum minime prætereundum. Duo hi discipuli qui domino refectionis locum parant, præfigurabat duo, que in spiritu ambulantibus & domino in se hospitium disponentibus necessaria comprobantur, fides (scilicet) & intellectus. Quantum sit necessaria fides militanti Christo Apostolum audi. Sine fide (inquit) impossibile est placere Deo. Gratificat enim hominem, & amabilem Deo fidem facit, atque ad spiritualia optime habilitat. Repugnat enim ad profectum curiositas, & elata dubietas, quæ ratione diuina gestit inuestigare mysteria, cum te uera non nisi humilibus corde pandantur dicentes domino: Confiteor tibi domine pater rex cœli & C terræ, quia abscondisti haec a sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Paruulis quidem & credentibus simpliciter se communicat dominus. Vnde non doctos aut elatos elegit ipse, sed ignobiles, pauperes, imperitos, & rudes, ut elationis materiam auferret hominibus. Hoc Paulus insinuans ait. Vbi sapiens, ubi scriba, ubi conqueritor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Vide igitur fratres uocationem uestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia & ignorabilia & contemptibilia & ea, quæ non sunt, elegit, ut ea, quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Voluit quippe Deus instruere homines, atque per fidei meritum revocare ad se; quatenus inde sanaret ægrotum, unde in infirmitatem incurrit. Concupierat Adam esse tanquam Deus sciens bonum & malum, ideo ipsius posteritas debuit per fidei nescientiam ad intelligentiam promoueri. Est quippe fides nescia, dum cogitur supra sensum & supra intellectum credere, non tam caret intelligentia, cum ipsam parturiat ex se. Prius enim credendum est, quam ad ueritatis notitiam ueniatur. Ideo aiebat Propheta. Nisi credideritis, non intelligetis. Credo, si uis intelligere, quoniam intellectus est merces fidei, utrumque autem simul conueniant, fides & intellectus. Alterum si separetur ab altero, perit diuinitatis scientia, perit & hominis intelligentia. Scientiam namque diuinitatis unde habemus: nonne ex fide? tolle fidem, quid de Deo intelliges: quid de angelis, quid de anima, quid de futura uita, & ternisque supplicijs? Horum proorsus ignorans eris. Quod si ista nescias, quomodo deuotus eris? quomodo compungeris? quomodo mandatorum Dei custodies legem? Ex fidei itaque intelligentia accenduntur homines ad amorem Dei, ad dilectionem proximi, ad uirtutum exercitia, ad concupiscentiam futuræ felicitatis, ex quibus in spiritu uiuitur. Vera igitur sententia illa, quæ ait. Iustus ex fide uiuit. Vivit plane, quoniam ex fidei illustratus ueritate ueram uitam quam agnoscit, cupit, cupiens doce per mandatorum obseruantiam & morum prohibitatem illam apprehendere co-

Laur. Iustin.

M 3 natur.

natur. Congue satis utruncq; significavit dominus, fidem per Petrum, atq; per Ioan-  
nem intellectum, dum ambos misit passionis tempore in ciuitatem ad coenaculum præ-  
parandum, insinuare uolens quod nullus ad notitiam sacramentorum catholicæ ueni-  
tatis, atq; gustum ipsius passionis attingit, nisi fide & intellectu preuijs. Duo haec sapie-  
tia magisterio diri guntur, ut electorum componant ecclesiam, ornentq; quæ sub coe-  
naculi nomine designantur. Nempe ipsa est ad quam disponendam mystice Petrus  
mittitur & Ioannes. Tanti siquidem est, ut Apostolorum præcipui illi ministrare non  
dedignentur. Sed quid mirum, cum ipse Apostolorum dominus & magister in ea pa-  
schalia uoluerit initiare mysteria? Ipsa nãq; spirituale coenaculum est grande propter  
sui latitudinem caritatis, quæ saluandos omnes tenet in se, complectitur, perficit, pur-  
gatosq; cælo recondit. An non grandis est, quæ per totum terrarum orbem circum-  
quaq; diffunditur, prædicatur, colitur? In ea propter magnitudinem ipsius ab aquarum  
inundatione omnis uiuens anima saluatur, sicut de illa per Noe arcam præmonstra-  
tum agnoscimus. Grande itaq; est coenaculum hoc & stratum, grande ex electorum  
numeritate, sed stratum donis caelestibus, & spiritualibus sacramentis, atque uarijs  
virtutum respersum floribus, & miro preciosorum lapidum splendore coruscum. Ta-  
le est, ut dignissimum se Dei uerbo exhibeat habitaculum. In hoc coenaculo rite san-  
ctum perficitur pascha, diuina instituuntur sacramenta, agnus innocentissimus mysti-  
ce immolatur, sacrum manducatur corpus, sanguinis poculum degustatur, abluitur  
scelera, humilitas commendatur, prædicatur caritas, nouæ legis sanctio firmatur, reue-  
latur resurrectio, uidetur Christus, palpatur manibus, digitis attestatur, ligandi sol-  
uendiq; potestas ecclesiæ donatur, seruatur unitas, custoditur pax, paraclitus mitti-  
tur, diuinus amor infunditur, linguarum genera dantur, miraculorum faciendorum tri-  
buitur uirtus panduntur arcana scripturarum, mysteriorum secreta noseuntur, timo-  
ris, pietatis, scientiæ, fortitudinis, consilij, intellectus, & sapientiæ percipiuntur chari-  
simata. Quicunq; igitur donis cupit ditari caelestibus, quicunq; sanctorum collegio ag-  
gregari desiderat, in sacro sanctum hoc ingrediatur coenaculum, nouum in eo cele-  
bret pascha, manducet azima cum lactucis agrestibus, nihilq; secum inferat fermenta-  
rum, iuxta Pauli sententiam dicentis. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua con-  
spersio, extra hoc non est habiratio tuta. Insidiantur enim inimici, catuli leonum ru-  
gientes circumeunt, ut querant escam sibi, draco saeuissimus latebras fouet, tendit de-  
cipulam, ut rapiat, furetur, mactet, & perdat. Extra hoc omnes sunt haeretici, schisma-  
tici, infidelesq; & quotquot diuinæ legis transgressores fiunt. Hi nanq; aures habent,  
& non intelligunt, oculos & non agnoscunt, linguam magniloquam, & tamē sine ue-  
ritatis intelligentia infœcundis arboribus similes sunt, & cymbalo tinienti. Speciem  
sanctitatis tenent, & solo nomine gloriantur, cum re ueraarentia sint membra, & ab  
ecclesiæ corpore præcisa, atq; ab ipsius unitate extranea. Quisq; itaq; uideat, utrum in-  
tus sit, & qua ingressus sit, diligenter examinet, uerbi rudimenta teneat, quicunq; in  
hoc absq; dubietate cupit intrare coenaculum. Fidem rectam habeat uirtutum deco-  
ratam operibus, intellectum ueritatis illustratum lumine in se custodiat, & à prophe-  
tarum oraculis non deuiet. Hoc etenim insinuare dominus uoluit, quando discipulis  
duobus præmittendis ante se ait. Et ecce occurret uobis homo lagenam aquæ baiu-  
lans, sequintini eum. Nempe homo iste propheticam denotat scientiam, quæ catholi-  
cam unitatem suo manifestat eloquio. Merito scientia aquæ comparatur, quæ ardo-  
rem libidinis & sitim extinguit mundanæ cupiditatis. Ea quisquis bene uitit, à uitio-  
rum incentiuo optime remouetur. Reficitur quidem pabulo illius, delectatur gustu,  
& æternorū notitia saginatur. Hinc est, quod in ihs, quæ foris sunt, lenocinari non si-  
nitur sapientiæ amore detentus. Rationalis ueritatis splendore & concupiscibilis re-  
pletur dulcedine, dum scientia prævia interior homo suaui poculo atq; ueræ uitæ pa-  
reatur alimento. Huiusmodi uir iustus nutritus alimonij ad aduersa præsentis uitæ tol-  
leranda robustus, ad edomandas passiones alacer, & ad perfectionis studia sectanda  
efficitur prudens, minime autem per se ad spiritualia exercitia tam ualidus fieret, nisi  
pane uitæ & intellectus, atq; aqua sapientiæ salutaris à domino interius foret recrea-  
tus.

A <sup>psalmi</sup> tuis. Ideo mystice Apostolis mandatur, ut aquæ baileum sequantur; ne proprio delusi  
sensu per errorum deuia & haereticorum abrupta præcipitari cogantur. Magno etenim  
sapientiæ Dei consilio actum est, ut quæcumq; de Christo futura erant, prophetarum  
prædicentur oraculis, ne ueris falsa miscerentur. Debuit prorsus perspicue ueritatis  
declarari testimonio, quod pro hominum agebatur salute, quatenus Christiana plebs  
& intellectum fidei & fidem subderet conditori. Hoc prophetæ sancti, qui de Christo  
uaticinati sunt, agere studuerunt. Veritatem quidem, sed sub uerborum uaticinati sunt  
nubilo, ut nec fides careret merito, neq; intellectus ab inquisitiōis deficeret studio. Vi-  
des ut optimè mysterio congruat, ut qui lagenam aquæ portat. Petro & Ioanni coen-  
aculum manifestet. Disce itaq; ex his, quæ dicta sunt, spiritualia rudimenta, ut ad perfe-  
ctionem prouehiaris. Disce (inquam) Hierusalē ingredi, cum Apostolis parare coenaculum,  
& cum domino Iesu sanctum pascha ceteraque celebrare mysteria. Habeto pacem  
cum Deo tuo, habeto cum omnibus, ut Dei uisione fruaris. Nunc ad diuinā attinges  
contemplationē, nisi pacificus fueris. Vbi tumultus perstrepit uictoriū, ubi cogitatio-  
num confusio resonat, abest præsentia domini. In pace factus est locus eius, & habita-  
tio eius in Sion. Propterea beati pacifici, quoniam patris uisione iugiter letantur. Inqui-  
re (iuxta prophetæ uocem) pacem, & perseguere eam, ut Hierusalem introreas, & in te  
habitationem dñi construas. Si enim pacem habueris, si tētationum bella subegeris,  
poteris proculdubio ad cordis latitudinem peruenire. Est quidem cordis latitudo uer-  
bi receptaculum, mysteriorum domus, sapientiæ schola, nuptiale coniuium, & spiri-  
tuale tabernaculum sanctitatis. Tunc dilatatus eris in te, cum Deum ex toto corde, ex  
tota anima, & ex tota uirtute dilexeris, cum proximum sincero amaueris affe-  
ctu, cum omnes amoris uinculo tenueris dulciter, exhortatus fueris iugiter, atq; omni-  
bus factus fueris omnia, ut Christo lucrifacias uniuersos. Sectare uirtutes, concupisce  
celestia, uaca orationi, laudis exolue sacrificium, ut spirituale coenaculum fias. De ipso  
omnem eliminā sororem, cunctasq; maculas absterge, ut stratū sit. Vtruncq; cōueniunt;  
C ambo sibi inuicem famulantur puritas & caritas. Vbi enim meritis est puritas, ibi fre-  
quens exultatio est, deuotionis gustus, fraternitatis dilectio, animi tranquillitas, sancta  
rum cogitationum aggregatio, & perpetuae caritatis dulcis inhæsio. Vbi uero domi-  
natur incendium caritatis, ibi uictorum rubigo consumpta est, ibi castitatis pollet dile-  
ctio, innocentiae rutilat candor, supernorum cantica celebrantur, lætitiae riuis & puri-  
tatis fons emanare non desinit. Ista nēpe sunt ornamenta mentis, hæc est spirituallæ  
coenaculi acceptabilis præparatio. Ad hanc tñ peruenire non poteris, nisi fides præcess-  
erit. Hæc nanq; inuisibilita, & quæ futura sunt, insinuabit. Non enim extinguet in nocte  
lucerna ipsius, quoniā de cælorū palatio eidem fomentū assidue ministrat. Hæc sancti  
patres memoria digni irrefragabiliter tenuere. Nempe Abraham fide de cognitionis  
sue domo exiens in tertā re promissionis habitando in casulis expectabat fundamēta  
habentē ciuitatē, cuius artifex & conditor Deus est. Fide quoq; Moses grādis effectus  
negavit se esse filiū filiæ Pharaonis magis eligēs affligi cū populo Dei, q; temporalis pec-  
cati habere iucunditatē, maiores diuitias æltimans thesauro Ægyptiorū improprietū  
D Christi. Aspiciebat enim per fidem in remuneratorem, eumq; tanquam uidēs sustinuit  
inuisibilem, propterea non ueritus regis animositatē reliquit Ægyptū, celebrauit pa-  
scha, & sanguinis effusionem, nō qui uastabat primitua, tangeret eos. Quid plura me-  
morem? Quicquid commendatione dignum, & acceptabile Deo gestum est, perficit  
fides, ideo Apostolus de Hæbreorū patribus ait. Deficiet enim tēpus me enarrantē de  
Gedeone, Sansone, Dauid, Samuele, & alijs prophetis, qui per fidē deuicerunt regna,  
operati iustitiant, adepti sunt re promissiones, obturauerūt ora leonū, extinxerūt impe-  
tū ignis, effugauerūt aciē gladij, conualuerūt de infirmitate, fortis facti sunt in bello.  
Nam & distenti sunt, atq; ludibria & uerbera experti, insuper & uincula, & carcères.  
Omnes nanq; testimonio fidei probati acceptabiles Deo inuenti sunt. Ipsi etiam Chri-  
stianæ militiæ principes dono fidei insigniti suis pedibus calcarunt maria, & quoreos  
mitigauerunt fluctus, signa fecerūt plurima, uicerūt demones, curuauerūt impēria, &  
ipsam gentium numerositatem religioni catholicæ subiugarunt. Triumphalis insi-  
tus.

per exercitus martyrum non aliter ignes, gladios, carceres, exilia, damna rerum, pa-  
rentum extinctiones, cruciatus immensos, & horrenda supplicia, atque pauendam mor-  
tem, quam armis fidei superare uoluerunt. Nullus absque fide tentationes, labores, &  
carnis certamina sustinere potest, sed neque propriæ animæ salutem adipisci. Sancto-  
rum igitur præcedentium sectare sanctimoniam, imitare fidem, ut ueritatis intelle-  
ctum merearis adipisci. Sine intelligentiae lumine ambulabis in tenebris, corrues  
in peccatum, & uita priuaberis. Hinc est, quod Propheta exclamans ait: Intelle-  
ctum da mihi, & uiuam. Habeto intelligentiam boni & mali. Agnosce Christum,  
qui est lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Na-  
turem custodi intellectum, ne à concupiscentijs seducaris, efficiariscque sicut equus  
& mulus, quibus non est intellectus. Construe quoque tibi mente spirituale coenacu-  
lum, & domini Iesu in eo sedens iugiter recole passionem, super iniquitatibus tuis co-  
punge te, & cordis innocentiam, quantum uales, illibatam custodi, quatenus adue-  
nienti Christo possis apponere anniculum agnum sine macula, assatum igni, necnon  
& panes azimos cum lactucis agrestibus. In his etenim occupatus sta super custodiā  
tuam, ut quum redemptorem tuum adesse cognoueris, reuerenter humillimeque occur-  
ras illi, atque coram ipso procides horteris, ut ingrediantur ad te dicens, quod parata sint  
omnia. Sic quippe fideliter & in sensu cordis exercenste obedies uerbo, necnon &  
Apostolos imitaberis, de quibus legitur sic. Et fecerunt discipuli, sicut constituit illis  
Iesus, & parauerunt pascha.

*Quare legalia uoluerit dominus Iesus perficere sacramenta.*

Cap. II.

**L**uminente dispensationis tempore, quo Dei sapientia per crucis patibu-  
lum humanum genus saluare decreuerat, prius quam ad passionis pro-  
cederet pugnam, pascha cum discipulis celebrare disposuit. Quamuis  
enim ipse dominus esset de hoc mundo transiturus ad patrem, utpote  
uerum pascha atque phase ueteris figuram completurus, noluit tamē præ-  
termittere, quin legale sacramentum hoc etiam perficeret corporaliter. Voluit namque  
legem sicut spiritualiter, ita & actualiter consummare, quippe qui uenerat, non ut  
ipsam solueret, sed ut adimpleret. Proinde se circuncidi permisit, & tanquam peccator  
uolucribus redimi. Tulit enim ex legalibus obseruantibus Iudeorum sacerdotibus &  
Scribis calumnandi & persecundi occasionem, ostenditque legem diuinitus datam  
bonam & sanctam esse. Hac de causa etiam in coenaculum ingressus est, ut nouis sacri-  
ficij uetera reformaret. Hoc Prophetæ uoce prædixerat dicens. Comedetis uetus si-  
stima ueterum, & nouis superuenientibus uetera abiicietis. Immolabatur quidem  
agnus, & celebrabatur phase. Vtruncque idem perfecit mediator, quoniam significabat  
utrumque. Nempe ipse nouum solenne instituit pascha, dum ad patrem transiens totum  
ecclesiæ corpus transito in baptismo mari rubro atque deserto seculi caelestis patriæ fe-  
cit hæredem. Ipse prorsus uerissimus agnus est, cuius crux roseo postes fidelium cō-  
secreantur. Ut igitur figuris finem daret, & noua conderet sacramenta, uenit cum suis  
in coenaculum, sanctam præsentia sua nobilitaturus ecclesiam. Introeat nunc quisque fi-  
delis & spiritus ac mente compleetur, quæ & quantæ sunt in ipso futura mysteria. H  
Nil prætereat, nilque apud unumquemque remaneat indiscutibilem. Cuncta enim sunt ple-  
na documentis, referta figuris, & grauida sacramentis. Quamobrem currite uiuersi,  
qui de Deo uultis sentire in bonitate, atque in simplicitate cordis illi approximare con-  
cupiscitis, & maturo animo considerate mirabilia, quæ facturus est dominus. Curri-  
te (inquam) ad hoc singulare conuiuio, in quo discubuit Deus cum hominibus,  
cum pescatoribus uerbum, & sapientia cum simplicibus & imperitis. Discubuit autem,  
non ut sibi ministretur, sed ut ipse ministret, frangat panem, calicem porrigit,  
distribuat agnum, & postremo sacramentaliter præbeat semetipsum. In isto nempe  
conuiuio, ubi diuina recumbit in carne maiestas, non seruorum numerositas sericis or-  
nata indumentis, non lautiorum abundantia ciborum, non regius conspicitur apparatu,  
sed legales cibi, atque mensula pauperima paucis hominibus circumsepta. Co-  
fudit quippe Dei sapientia in hoc suo immoderatum gulæ appetitum, delicatiora fer-  
cula,

**A**cula, obsequia famulorum, & sumptuositatis inordinatam uoluptatem. Pudeat merito, confundaturque humana uoracitas dominico temperantiae ac humilitatis eruditæ  
exemplo. Frugalitatem & lasciuiam non solum admonuit fugiendam, uerum etiam  
summa nobis lectandæ humilitatis exhibuit formam. Non erubuit ipse rex magnus  
& omnipotens cum paruis infirmisque discubere, atque Dei filius cum ignobilibus ma-  
ducere. Voluit cum infirmis ægrotare, ut sanaret languidos, atque cum infirmis cibum  
sumere, ut erudiret ignaros. Ideoque in hoc discubitu prius quam ullum caperet corpo-  
ris alimentum, suos intuentes discipulos uoce humiliâ sic exorsus est. Desiderio desi-  
deraui hoc pascha manducare uobiscum ante quam patiar. Vulnerati cordis, & fla-  
grantissimæ caritatis est uox haec. Habet in se, unde pascat ruminantes se. Quid sa-  
pientia paucis insinuare uoluerit, accipe. Ab instanti quidem conceptionis suæ ipse  
homo uerbo Dei unitus ecclesie suæ copulam ardentissime concipiuit, se quoque il-  
li congruentius amabiliusque tradere nequistuit, quam per corporalis copulæ unitatem.  
**B** Nā diuinitatis natura ubique præsens est, uariosque (prout uult) præsentia suæ operatur  
effectus, aliter in cælo, aliter in inferno, aliter in angelis, aliterque in cæteris agens crea-  
turis. Miro autem modo diuersimode sic disponit singula, ut nequaquam delit esse in  
omnibus. Præbet se uiuersis, præbet & singulis. Nec pluralitati quid adimit singularitas,  
neque singularitati pluralitas detrimenntum facit. Quoddam tamen præcipuum  
idem mediator suæ uolens conferre ecclesie, quod nunquam noscitur fuisse colla-  
tum, corpus illud uisibile, passibile, palpabile, & mortale, quod susceperebat uerbum,  
communicauit in cibum. Tale siquidem munus, taleque dilectionis pignus suæ iturus  
ad patrem ecclesie dereliquit. Hoc autem illi solatum præstítit, hoc ardentissimæ ca-  
ritatis indicium demonstrauit, quatenus uisibilis humana eius absentia illi fieret tole-  
rabilis. Voluit nihilominus, ut usque ad seculi finem hoc modo eadem mater eccle-  
sie de sui capitîs sacramentaliter præsentia lætaretur, aggregarenturque ipsius merita;  
quum de uisibilis formæ absentia patientiam, atque de corporali occultata specie fidei  
**C** robustissimam exercebat constantiam. Hos ergo aliosque plurimos in uerbo Christi  
anima uidens per istiusmodi institutionem sacramenti futuros esse ecclesie suæ pro-  
fectus, quum in eodem, in quo memoratum initandum fuerat sacramentum, se con-  
spiceret reddere conuiuio, tota seruore ebria, seruida caritate, lucunda exultatione in  
letissimæ iubilatiois uoce prorupit, & ait. Desiderio desiderauit hoc pascha mandu-  
care uobiscum antequam patiar. Mira res. Proximus erat passioni, noueratque quantas fet  
re debebat contumelias, & tamen ex hilaritate cordis se noluit continere, quin deside-  
riorum suorum aestus exprimeret. Attendebat aliorum commoda, proprij immemor  
ludibrii. Præter usitatum & communem naturæ ordinem est, ut homo morti uici-  
nus exultet, & obliuiscatur sui. Hinc magnanimitas, hinc caritas, hinc redempto-  
ris declaratur diuinitas. Poenarum quippe intrepidus, & discipulorum profectu so-  
licitus, atque amoris flamma succensus, qualis latebat intus per oris apertioem ma-  
nifestauit foris. Ut igitur ignem igne, desiderium desiderio, & amore excitaret  
amore, inquit. Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscum antequam pa-  
tiar. Istiusmodi eloquia de cellario ardoris pectoris ideo mediator ipse protulit, ut  
in amorem sui sanctam excitaret ecclesiam, traheret ad se, & copularet sibi. Illam  
siquidem nimium diligens corporis sui pabulo saginare cupiebat, quatenus indis-  
solubilis caritatis pacem firmata sanctissimi connubij celebrarentur insignia, sicut enim  
duo in carne una, quemadmodum ab ipso mundi exordio per Adam uaticinatum  
fuerat. Quum enim Deus mulierem, quam de ipsius Adæ costa formauerat, statuis-  
set ante eum, ait. Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, quamob-  
rem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhæredit uxori suæ, & erunt  
duo in carne una. Nempe dominus Iesus Dei & hominum mediator ipse est, qui  
ob amorem sponsæ immaculatae ecclesie reliquit in cælo patrem suum, quando for-  
mam serui suscipiens semetipsum exinanivit. Reliquit & matrem, dum synagogam  
de qua earnis traliens originem propter infidelitatis demeritum repudiando con-  
tempnit. Suæque adhærit uxori, quum in cruce pendens dato sanguinis precio, at-  
que aquæ lauacro, sibi eam inseparabiliter copulauit. Cui etiam pro amoris pi-  
gnore,

gnore, prōq̄ foedere maritali corporis & sanguinis sui sacramenta concessit, ut non solum in spiritu, uerum etiam essent duo in carne una. Eia nunc lætare mater Ecclesia, & in cordis modulatione age diem solennem domino, quoniam rex omnipotens terrarum cælic̄ fabricator præcipuo amore dilexit te, pro te de solio patris in uterum intrare dignatus est uirginis, insuperabilis caritate quæsiuit te per uespes & spinas, & huius seculi uastam solitudinem, ut filios tuos errantes reuocaret ad te, teq̄ duceret ad se. Quid igitur retribues ei pro omnibus quæ gratis tribuit tibi? quæ uota, quas laudes, quas ue actiones gratiarum persolues eidem? Te immensis monilibus decorauit, te redimivit diadema precioso, deaurata ueste, & fulgentibus margaritis, celebre fecit nomen tuum, constituitq̄ filios tuos principes super omnem terram. O quam speciosa & suavis es, atq̄ carissima in delicijs. Nempe effecta es pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata, ex quo Dei filius adamauit te, & factus est in te qui fecit te. Perpetua namq̄ caritate dilexit te, & te attraxit ad se miserans tui. Tuarum sordidum priorum oblitus sic te sibi elegit in sponsam, ac si nunquam maculata fuisses. Quid inquam facies? quid dignum conditori tuo rependes? quid sponso tuo donabis acceptabile? Tacebis ne, an forte p̄rætadio & amoris carentia dormitabis? Consurge, consurge (iuxta Prophetæ admonitionem) induere uestimento fortitudinis tuæ Sio, & in dumento iucunditatis gloriae tuae. Non taceat lingua tua per diem & noctem, neq; conquiescat os tuum diuinæ persoluere laudes, per uicos & plateas tuas, resonet lætitiae vox, amoris canticum, laudationisq; tripudium. Exalta in uirtutē uocem tuam, audiāt filii tui quanta tecum fecerit Deus tuus, magister, & sponsus. Audiant & mirētur, exultent & laudent. Sicq; in domino Iesu mater cum filiis, & filii pro matre lætentur, qui nondum habitare facit sterilem in domo, uerum etiam matrem filiorum lætatem. Is etenim flamigero amore succensus quum recumberet in cœnaculo cum suis, quos de turbib; seculi uocauerat ad se, dixissetq; desiderio desiderauit hoc pascha māducare uobis scum, inter ipsas conuiuantum epulas surrexit à cœna, uestimenta sua depositus, linteum accepit, seq; p̄acinxit eodem. Deinde aquam misit in peluim, & suorum cœpit lauare pedes discipulorum, atq; linteo, quo ipse p̄acinctus erat, extergere. O insolitus mirandumq; prodigium, ô nouitatum nouitas, & uirtutum supereminens uirtus Dei si luum intueri succinctum balteo, & defixo in terra poplite discipulorum pedes abluere, extergere, osculari. Quis non obstupescat? quis non gaudeat, quis non lacrymetur ista legens uel audiens? Prorsus hæc (iuxta historiam) humilitatem docent, deuotionē accidunt, atq; mentis innocentiam nutriunt, iuxta uero spiritualem intelligentiam diuinæ bonitatis thesauros pandunt, mysteriorum Dei reserant sacramenta, contemplantis animum superno splendore irradiant, fidem roborant, erudiunt sapientia, interiorisq; aciem hominis suauiter reficiunt caritate. Nempe parvulus in Christo ipsius exemplo pascitur, exercetur meditatione, ad meliora prouocatur, atq; ex læticante gratia contra futura tentamenta animatur. Habet plane istiusmodi saluatoris gesta foris quid delectabile, intus autem mirabile supra modum. In altero rūdes spiritu reformantur moribus, in altero uero perfecti summæ sapientia debriantur amore. Sunt quidem infirmorum lac, & grandium cibus. Discurrevit in expertus, atq; de historiae superficie, quasi de uernantibus floribus suauiter redolentibus, meditando nutritur, spiritualis uero & exercitatus sensibus dijudicans omnia, quid discubitus, quid uestimenta, quid cœna ipsa, quid linteum, quid pedum ablutio, quid extersio significet mystice, tacite secū contemplando perquirens maxima quædā atq; iucunda sub historiae uelamine & cortice literæ reperit. Nequaquam ab re aut ociose scriptum est, quod Dei sapientia à cœna surrexit. Cœna hæc magnum quid de inquisitione dignum legentibus innuit. Cœna quippe hæc in qua uerbū dei sedet, sinus est patris, & æternæ beatitudinis imperturbabilis pax. In ipsa à patre sempiternaliter generatur uerbum, de æterno utq; coæternum, Deum de Deo, & de lumine lumen. Quum enim sit splendor paternæ gloriae, & candor lucis æternæ, omniaq; portet uerbo uirtutis suæ, in diuinitatis pacatissimo sedet solio, non gratuita, non particulariter, non temporaliter, sed æternaliter, sed naturaliter, sed plenissime, & æqualiter. Est hancque imago Dei inuisibilis, ita ut qui uidet uerbum, uideat & patrem, quoniam uerbum & pater unum sunt. In hoc sacro sancto

A sancto uerbi conuiuio angelorum, archangelorum, uirtutumq; recumbit exercitus, atque omnium spirituum beatorum candidatus residet numerus. Uniuersi hi de plenitudine hauriunt uerbi, thesauris ditantur sapientiae, à generatione ineffabili filij lætitificantur, atq; ab amborum osculo insatiablem saginatur. In illo conuiuio omnia redolent, omnia sapiunt, reficiunt uniuersa, reliquiarum pars nulla deperit, nullus minitur cibus. Conuiuū huius autor uerbum est, sodalis conuiuantum, & minister. Ab hoc utiq; cœnæ conuiuio quum surrexit, prius quam suorum lauaret pedes discipulorum, depositus uestimenta sua. Vestis etenim qua in isto tam honorabili, tamq; opulentissimo conuiuio induitur uerbum, quis intellectus capere, quæ ue narrare sufficit lingua, quanti decoris, quantæq; sit excellentia? Omnium prorsus quæ in terra magni pendit possunt, siue sit aurum, argentum, preciosisq; lapides, odorum fragrantia, musicalis sonoritas, & dignitas imperialis, aut quæ fulget in cælo, sicut sunt cæli luminaria, & astra rutilantia; seu super cælos uiuunt, ueluti sunt angeli, principatus, dominaciones, & potestates, cæteræq; angelicæ legiones, plus quam dici possit, præcellit, & incomparabiliter supereminet. Hæc tempe speciosior est sole, & super omnem dispositionem stellarum, atq; comparata luci inuenitur prior. Vestis (inquit) uerbi diuinitatis est gloria, incontaminata intelligentia sapientiae, paternæ generationis origo sine principio, actus sine tempore, perfectio sine fine, atq; plenissima absq; diminutione communicatio. Hæc etenim uestimenta nisi depositisset, minime uideri potuisset. In ualida namq; est hominis mens, quamuis iusti, quamuis innocentis ad huiusmodi uestimentorum claritatem intuendam. Hanc quum (ex parte tamen) in monte aspexisset Petrus & duo condiscipuli, fulgorem illius ferre non ualentes, & sursum oculos leuare non audentes prostrati ceciderunt. Propterea ut traderetur, flagellaretur, circumcidetur, occideretur, illa depositus. Si enim cognouissent dominum gloriam, hūnquam crucifixissent. Depositis autem uestimentis accepit linteum, & p̄acinxit se. Tunc se p̄acinxit linteo, quum in forma Dei existens semetipsum exinanivit formam serui accipiens, atq; à patre intemporaliter generatus in temporis plenitudine natus est de muliere, & factus sub lege. Nempe quando uniuersitatis naturam assumpsit, & passibilitatis illius est particeps factus, se spiritualiter p̄acinctus baltheo, non tamen ad decorum, sed pro ministerio. Quod autem suscepit pro homine, tradidit homini in exemplum, in adiutorium, in cibum, & in precium. Hinc est quod ad subeundas corporis passiones, atq; ad exequendas uirtutum perfectiones tam alacer fuit, tamq; infatigabiliter perduavit. Desideranter enim opus quod illi dederat pater ut faceret, perficere cupiebat. Obedientiae igitur iugo suppositus, tanquam linteo p̄acinctus, nec ad dexteram nec ad sinistram declinavit, nō fauoribus hominum, non se flexit honoribus, sed nec lacesitus iniuria, neq; persecutionibus fractus, nec superatus morte cessit aliquando. Proinde illi donatum est nō men, quod est super omne nomen, & factus est ecclesiæ honorabile caput, quam ut aggregaret in unum toto orbe diffusam, spiritum sanctum misit in terras. Hoc mystice designatum est, quando aquam in peluim ipsum missum describitur. Aqua hæc spiritus sanctus est, sicut Ioannes patenter manifestat, quum in templo stante domino & dicente, si quis sit, ueniat & bilat, & flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, intulit. Hoc autem dixit de spiritu sancto, quem acceptuti erant credentes. Nemo itaq; mundatur à sordibus delictorum sine spiritu sancti gratia. Est autem idem spiritus tanquam aqua mundissima, quæ carnalium aestus delictorum refrigerans, & pollutam corporis naturam compunctionis dolore respurgens castimoniæ puritate nitificat. Hoc precebat Propheta dicens. Asperges me domine hyso po, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Effudit itaque in ecclesiæ peluim regenerationis lauacrum, per quod originale aboleretur delictum, dicente Apostolo. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam, qui tradidit semetipsum pro illa mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Effudit quoque gratiam spiritus in dilectionis pignus, per quam actualia ipsius extergereretur criminis. Agnoscebat quidem neminem, quandiu hac carnis corruptione tegitur, à contagiosis culpa posse sublisterem. Ideo opportune misericorditerq; hanc spiritus ablutionem eadem Dei sapientia sua donauit ecclesiæ, quatenus deperita per infirmitatem carnis

carnis ac spiritus baptismali puritate & conscientiae nitore per huius uirtutem lauaci quæc fidelis anima gratia sancti spiritus effecta digna suo queat reformari principio. Nullus etenim quamuis sanctus & mundus humana indigens conuersatione & corporis necessitatibus subditus reperitur, qui hac non indigeat spiritus lotione. Nā etsi peccata operis, nequaquam tamen omissionis & cogitationis ualeat uitare contagia. Quis est qui frequenter se affectu inordinato non polluat? Quis enim in tota hominum numerositate sic uiuit, ut non diligit quod nō debet, aut nō diligit quod debet, seu quod diligendum est, minus diligit, siue inordinatus iusto diligit? Affectiones namq; iste, tā quam animæ pedes, quoniam terreno coherent pulueri, indesinenter lauandæ sunt, cuius militantis Christo solicitudo in hoc optime comprobatur. Amor autem futuræ beatitudinis uiua diuinæ præsentia fides, sedula ad deum intentio, puritatis ac innocètiae dilectio, uirtutum non dormitans pugna, ignita affectio sapientia, timoris dei clavis, resolutionis corporis iugis meditatio, extremi iudicij atq; perpetui incendiij euigilans memoria, conscientiae maculas in iusti anima diu inhærente non sinunt. Aquam sp̄i ritus quisq; dei amator in cordis uasculo deferat secum, ut quicquid in se cogitatione seu affectione pollutum senserit, statim abluat, & abstergat. Hoc fieri mandauit dominus per Prophetam inquiens. Lauamini, mūdi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quamobrem ut quod precepereat fieret, misit aquā in peluim, & ne infructuosa uideretur ipsius aquæ infusio, cœpit ipse metuorum lauare pedes discipulorum. Quis etenim potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi qui solus est mundus? Minime quidem discipuli sibi ipsi lauerunt pedes, sed dominus. Probauit se esse mundum, qui uerbo suo mundat immundos. Non igitur se extollat humana præsumptio, non audeat de proprijs uiribus intumescere. Sciat se non sufficere sibi, nilq; boni a se agere posse. Totum quod habet gratia, quod uirtutis, quod intelligetia, quod bonitatis, dei uerbo ascribat, atq; de riuulis ineffabilis mediatoris clementia illud emanare non dubitet. Non enim à gratuita solum defluunt dei caritate singulorū merita, uerum etiam à plenitudine donorum hominis Christi. Propter gratiam quippe personæ singularis, idem dominus in corporis sui mystici membra, quod est ecclesia, infundit sensum & spirituale motum secundum formalem plenitudinem omnis gratiae in ipso habitantis. Ideo ipse est qui peccata diluit, qui tribuit dona, qui etiam passione sua chirographum damnationis aboleuit. Humanitatis namq; substatiā, quam a homine suscepit, pro ipso exposuit morti. Sicq; delictorum sordes, quas per sanctificationis spiritum lauit, per carnis naturam patiendo detersit.

De preconijs uere humilitatis, que in Christi ministerio eluet pulcherrime Cap. III.

**D**rudens quisq; architectus collapsi ædificij structuram erigere ac restaurare disponens semper à fundamenti opere sumit exordium, rationabiliterq;. Nihil enim nisi supposito fundamento superædificari potest. Quam obrem dominus Iesus humani generis ruinam reformare uolens uirtutem fundamenta summo studio per seipsum collocare curauit. Cæterarum si quidem uirtutum fundamentum imputribile, nulloq; labefactandum impulsu, humilitatem dixerim. Sæuiat mundus, tentet aduersarius, repugnet caro, humilitas semper secura est. Non habet quid amittat, neq; quo doleat, in sui secreto cubiculi intrepidae quiescens bono fruitur suo, habitans secum non consuevit se cum alienis miscere, sed neq; suos (nisi opportune ac temperanter) patefacit thesauros. Nihil laude dignum habere se dicit, uel arbitratur, quoniam diuino muneri totū ascribit, quod est. Prinde qd non est suum, facit suum, dum pure simpliciterq; in suo conditore letat, eoq; efficitur locupletior, quo se nil proprium habere fatetur. O sancta humilitas sola in tuis uilis oculis tuo te condēnans iudicio quantū deo amabilis es? q; cara? q; dignitate sublimis? q; diues meritis? Quis te digne laudare ualeat? quis sufficienter tua potest enarrare præonia? Tu latronū acies imperterrita transis, tu fauores hominum impavidō corde conte mnis, tu semper uigilas incessanter, dei gloriam tibi uendicare ignoras, tu omnū tenacissimam credens cæteros honorabiliter antecedis. Dum descendis, ascendis, dum gloriam fugis acquisis, dum latere cupis efficeris manifesta. Sine tui detrimento proficias, sine elatione præses. Te nesciente ædificas, foetes tibi, & extra te bona fama suauis.

A suauissimum spargis odorem: in cordis tui angulo tacite requiescens in latitudine platerum matris ecclesiae diffamaris. Tibi soli non posse sufficere putans multorum animos ad meliora immutas. Deformatatem tuam sapissime intuens, ô quā pulra es in oculis domini. Ex uenustate tua, & facie tuæ splendore summi regis filius adamauit te, & te suo fecit dignam connubio. Te dilexit in uirginem, & propter te uirginem elegit in matrem: sicut eadem testatur in Catico, dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ sua: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Te nascendo secum habere uoluit Ideo presepe angustum, & diuersorū non deuitauit sordes: atq; iumentorum cōsortia non erubuit. Quid multa: te in corde suo reposuit: te magnificauit uoce: te opere confirmauit. In habitu, in moribus, in incessu, in sermone, in obedientia, in ministerio te sui amatorem, tuoq; fœderatum contubernio evidentissime patefecit: potissimum tamen in ultimo sui transitus sacro conuiuio tui præcipuum reliquit exemplum nulla temporum mutabilitate abolendum. Quum enim aliquātulum discubuisse cum suis, surrexit, ut suorum lauaret pedes discipulorū. Posita igitur aqua in peluim, præcinctoq; linteo, ac sedentibus cunctis uenit ad Simonem Petrum: quatenus illius (sicut agere disposerat) lauaret pedes. Hoc mox ut uidit Petrus ad tanti expauit aspectum prodigijs, seq; continere nō ualens uoce tremula ait. Domine tu mihi lauas pedes? Te, ô domine, cerno sine uestimento præcinctum baltheo: & dimiso poplite inclinatum: Dic (oro te) domine dic, quid uis facere? Nunquā te uidi talia molientem, taliterq; dispositū. Quæ est hæc nouitas? quæ est hec, quā intueor, inuisita uoluntas? Loquere ergo domine, ut audiat seruus tuus, ne admiratione nimia cōprehensus rapiatur extra se; aut tabescat in se. Visne facere quod opinor, quod uereor, quod nunquā me passurum esse polliceor? Tu ne mihi lauas pedes? Tu (inquam) qui fundasti terrā super stabilitatem suā, qui illam fœcūdasti arboribus, multiplicasti frugibus, animātibusq; replesti. Tu qui omni animæ uiuenti præstas uitā, præbes alimentū, refugium tribuis. Tu, dico, qui totum uniuersum mirabili ratione gubernas generationes adducēs, producens foetus, emittēs lucē, inuolues tenebras, faciens pacem, creans malum. Tu qui mundum metiris palmo, æthera uibras, moues cælos, firmamentum ornas, aquas diuidis, distinguis mansiones, ministeria ordinias, congregas electos, angelos mittis, beatificas spiritus, atq; hominum & angelorum merita subtilissima examinatione dijudicas. Tu sine initio Deus, sine comparatione puerimus, sine obstaculo omnipotens, sine errore sapiens, sine personarum acceptione iustus, sine diminutione munificus, sine retributione bonus, sine macula sanctus, & sine admixtione beatus. Tu sempiternus, immensus, ineffabilis, dulcis, complectens omnia, uidens singula, regens uniuersa mihi lauas pedes? Ego tibi famulari debeo, tuaq; adorare uestigia, & tu mihi lauas pedes? Desine (oro te domine) surge uelociter, depone linteum, resume uestimenta, & ne uelis lauare mihi pedes. Memento (quæso) qualis per culpam fuerim, qualis sim per naturam, & uidebis non esse congruum, ut laues mihi pedes. Tu uniuersorum domine, mihi omnium peccatorum minimo & maximè contemptibili, immundo, sanie delictorum scaturienti, ad bonum peragendum infirmo, & proliuo ad malum lauas pedes? Nonne tu, ô domine, de limo terræ me plasmasti, & sic ut lac coagulasti: pelle me uestisti, & carnis, ossibus, atq; neruis compiegisti? Cur mihi lauas pedes? Non possum pati, neque ualeo te uidere prostratum ante me: quare ergo mihi lauas pedes? Altitudo diuinitatis tuæ, & profunditas miseriarum mearum absoruerunt me, & mihi lauas pedes? Intuere (obsecro mi amantissime domine) profluente lacrymas, cordis gemitum, atque mentis intolerabilem dolorem, & ne uelis lauare mihi pedes. His atque huiuscmodi mentis, orisq; clamoribus Petri commotus dominus, placido illum admonuit sermone, dicens: Quod ego facio, nescis modò: scies attem postea: sine tantum, ut mysteria perficiam: permitte, ut securus meis ouibus tibi commissis humilitatis exemplum præbeam, & patienter fer, ut lauem tibi pedes. Quomodo fructuosum erit quod dixi, discite à me, quia mitis sum & humili corde: si tibi roganti consenseris non lauare pedes? Decet nos omnem implere iustitiam, & omnem uirtutis tribuere formam: præterea noli ultra contradicere, ut tibi lauem pedes. Ioannem memorare præ reuerentia metuentem uerticem meum tangere, & nolentem baptizare me: & tamen ad uocem mei conticuisse imperij. Quamobrem illo noli uideris Laur. iustin.

N sanctior,

sanc*tior*, nec ultra replices, domine tu mihi lauas pedes. Docebo te quid significet hoc, E  
*Hest. 13* quidue lotione hac insinuare uelim: & tūc scies me instruente postea, quod modō igno-  
*Psal. 75* ras. Petrus uero diuinitatis lumine, & propriæ uilitatis admiratione percussus in pro-  
*posito* perseverans int̄ pide (sed temerariè) respondit domino, & ait: Non lauabis mihi pedes in æternum. Zelum quidem habuit, sed non secundum scientiam. Nimirum ius-  
*titus* esse uolens, & imprudenti, atque impudenti succensus desiderabat, cui resistebat. Nitebatur ei repugnare, cuius imperio creaturarum uniuersitas famula-  
*B*  
*ture*: de quo ait Propheta: Non est qui tuæ possit resistere voluntati: tu eum fecisti cæ-  
*lum* & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: dominus uniuersorum tu es. Subti-  
*cuisset* planè, si memoriter tenuisset, quod scriptum est: Tu terribilis es, & quis resistet ti-  
*bis*? Quanto consultius dixisset nunc, quod postea timore perterritus compulsus est di-  
*cere*. Quid autem, ô Petre, est dicere: Non lauabis mihi pedes in æternum? Quantum-  
*cunq; uis, roges: quantum uis, imperes: etiam si decies, si centies, si millies preces inge-  
*minaueris*, non lauabis mihi pedes. Quod semel statui, & mentis deliberatione firmaui, R  
*non frangam, neque ullo modo transgrediar: ideo fiducialiter aio: non lauabis mihi pe-  
*des in æternum*. At uero dominus, qui ad saluandos peccatores uenerat, emendare disci-  
*pul*  
*Wat. 13* pulum uolens ab immoderato rigore illum retrahere curauit, inquiens: Si nō lauero te, non habebis partem mecum: si non te per regenerationis lauacrum lauero, si te per gra-  
*tificantem* spiritus sancti gratiam, quā præfigurat aqua hæc, ab originali, exitiali, seu ue-  
*niali* non emendauro delicto: non habebis partem mecum, si te nō lauero, in meis non  
*cōnumerabere membris, neq; poteris cōsortio meo aggregari*. Visne separari à me, quæ  
*diligis, quem confessus es, cui totis mentis & corporis uestigijs adhæsistis? An ignoras,*  
*quod nemo mihi contrarius, meæq; inobediens uoluntati mecum partem habere po-  
*test?* Suadeo igitur tibi redire ad te, cōsiderareq; prudenter uerborum meorum senten-  
*tiam* formidabilem. Noli solum exteriora inspicere, sed tecum pertracta, quid hæc signi-  
*ficerit* lotio, & præbebis assenū. Exemplum est, figura est, sacramētum est. Subiice itaq;  
*te* mihi, & te abnega propter me, uis sis meus discipulus, nec non partem mecum habere  
*ualeas: alioquin si contentiosus fueris, si in tua persistenter uoluntate, non habebis par-  
*tem* mecum. Monui te blando alloquo, & nunc te terreo aspera inuestigatione: scias au-  
*tem* si te lauari minimè patieris, æterna feriam damnatione. Ad hanc domini commina-  
*tionem* expauit cor Petri, contremuere uiscera, sensus aufugit, elanguit animus, & ui-  
*gor* omnis demollitus est. Vix dominus uerba finierat: & ecce Petrus, qui prius procac-  
*humilitate* dixerat: Non lauabis mihi pedes in æternum, respondit: Domine, nō tantum  
*pedes* meos, sed & manus, & caput. Fateor, ô domine, quod uox tua nimirum prostrauit  
*me, eo quod dixisti: nihil mihi intolerabilius. Te nanc plus omnibus diligo, imò etiam*  
*plus cō me; quomodo igitur ualeant esse sine te? Ego te elegi in dominū, in patrem, & in*  
*spōsum: & tu dicas: Si nō lauero te, nō habebis partem meū? Nunquid abhæcere me uis-*  
*nunquid pro inobedientia me repudiare meditatis? Certè nunquam fiet hoc. Laua ma-  
*nus, laua pedes, laua caput, lata me quantum uis. Ecce totum expono me, tantum ut ha-*  
*beam partem tecum. Confiteor mi amantissime magister labijs, corde credo, & nullaten-  
*nus dubito, quin si lauabis me, super niuem dealbabor. Quia hoc intelligo domine, sub-  
*ſicio* me tibi: totum me tibi præbeo, ne moreris propter meipsum rogo te, ne lauare me  
*differas, ut non dubitem amplius tecum partem me habiturum. Si laueris, certum me*  
*reddes, quod tecum ero, tuis fruar delicijs, tuo dignus ero consortio, tuiscō associabor e-  
*lectis, atque à tuis nunquam diuellar amplexibus. Te sicuti es, te in patre, & patrem in*  
*te ineffabili quadā iucunditate conspiciam. Hæc est pars habitantium tecum, quos la-  
*uisti in sanguine tuo, tuoscō mundasti sanctificationis spiritu. Illorum ergo ne amittam*  
*felicitatem, ne ab eis separer: iterum dico tibi, ut non solūm laues pedes meos, sed &*  
*manus, & caput. Hoc ubi audiuit dominus, læsus pro discipuli correctione effectus in-*  
*quit: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: utique qui sa-  
*cramentalī lotus est regeneratione. In eadem mundatus est totus: propterea non indi-  
*get, nisi ut pedes lauet. Tanta etenim uirtute, tamq; efficaci gratia illud lauacrum ope-  
*ratur, ut corpus tangat, & membra abluat, atque uniuersa peccata, quamuis enormia,*  
*quamuis arena numerum excedentia, suo illico abstergat contagio: hoc nimirum uer-*  
ho************

A bo Dei operante in elemento & sacramento. Istiusmodi autem sacramentalis lotus, quo-  
*niam* reiterari nequit; aliam spiritualis renouationis suæ Christus donauit ecclesiæ. Hæc  
*per* spiritum sanctum inuisibiliter agit, qua quislibet indiget Christianus. Hanc prorsus  
*expressit*, quando ait: Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus to-  
*tus. Quo dicto cœpit rex angelorum humilietur, diligentissimeq; suorum lauare pedes*  
*discipulorum. O humanæ pudor superbia, ô altitudinis terrenæ confutatio singularis,*  
*videre Dei filium aquam infundere, & refundere, sordidantium pedum puluerem pro-  
*prijs ablueret manib; & linteo, quo præcinctus erat, extergere: atque singulorum pē-  
*dibus oscula imprimere dulcissimæ caritatis. Non ualet ullus sermo explicare, quanta*  
*deuotionis suauitas, profunditas humilitatis, caritatis ardor, atque uirtutum exempla-  
*ritas sub huius lateat cortice ministerij. Miror equidem si quisquam mortalium suo na-  
*turali ingenio ad tantæ rei peruenit indaginem. Nempe etiam ipsis angelicis spiritibus*  
*admirabile factum est istiusmodi seruitutis obsequium. Verum non intelligentiae acu-  
*men, non arguēntia philosophorum, non scientiae mundanae curiosâ profunditas, sed*  
*deuotio lacrymarum, sed cordis innocentia, sed puritas dilectionis, sed assidua medi-  
*tatio tam sancti negotij secretum ingreditur. Sed quemadmodum aperitur humilibus,*  
*ita elatis, & peccatoribus seris firmissimis obseratur. Efficiatur itaque humiliis, qui*  
*contemplari uult magna, innocens, & absq; malitia ueneno sit, qui spiritualium gu-  
*stum habere desiderat. Obhorret quidem, & de se præsumentes fugit, sed humilibus,*  
*Deumq; timentibus diuinæ bonitatis se delectatio offert. Excelsus est dominus, & hu-  
*milia respicit in cælo & in terra. Respicit plane, ut esurientes replet, trahat amantes,*  
*poenitentes emolliat, doceat credentes, & accendat quiescentes. Venite huc omnes;*  
*qui in oculis uestrīs humiles estis, accedite propius, & quid egerit dominus, diligenter*  
*audite. Narrabo fideliter uobis omnia, quæ gessit, quæ ue in hoc conuiuo ultimo lo-  
*quitus sit. Non igitur te pescat cor uestrū, neque infidelitatis nubilo obturentur au-  
*res, quin potius audiant, ut cor inde pascatur. Est enim uerbum animæ cibus saluificus,*  
C  
*& corda lætificans. Verbum quidem dixerim dominum Iesum, qui postquam lauit pe-  
*des discipulorum, accepit uestimenta sua, & iterum recubuit. Quid est, quod dicitur:*  
*Postquam lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua, & iterum recubuit. Nunquid si-*  
*ne causa hoc egit Dei sapientia? an forte de celo scriptum est: Minime. Quæcunq; enim*  
*scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt: & quod in carne gessit uerbum, ad pro-  
*fectum nostrum fecisse cognoscitur. Aperiat itaque sapientia cordis nostri sensum, ut*  
*scripturas intelligamus: sicut suis post resurrectionem aperuit apostolis: quatenus oculi*  
*operum, uerborumq; suorum sine errore agnoscamus mysteria. Lotio igitur hæc,*  
*de qua nunc dicitur, humanæ redemptionis designat sacramentum: de quo Ioannes ait:*  
*Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Postquam prædicauit*  
Apoc. 1  
*regnum, sanauit languidos, cæcorum aperuit oculos, sacramenta instituit, tentus est;*  
*consputus est, crucifixus est, & mortuus est: quæ omnia ad opus redēptionis perti-  
*nent, à mortuis deuicta morte resurrexit. In ipsa itaque resurrectione gloriam immor-  
*talitatis, quā deposituerat patiendo, tanquam uestimenta propria resurgendo resum-  
*psit. Sic nanque surrexit, ut omni calcato corruptionis uestigio, in supernam conscen-  
*derit gloriæ claritatem, acceperitq; in cælo & in terra regiam potestatem: ita ut ubique*  
*fulgeat diuinitatis ipsius clara maiestas. De hac per Prophetam dicitur: Confessionem*  
Psal. 103  
*& decorum induisti, amictus lumine sicut uestimento. Horum uestimentorum ineffa-  
*bilem fulgorem Apostolus intuens sustinere non ualuit, quando Damasco appropians*  
At. 9  
*de cælo lumine circumfusus, & in terram prostratus Iesum audiuit, dicentem sibi: Sau-  
*le, Saul, quid me persequeris? Reuerberatus quidem diuinitatis splendore mox cor-  
*porali priuatus est lumine. Horum quoque uestimentorum sanctus Isaac, quoniam ca-  
*ligabat oculis uidere non potuit, fragrantiam tamē persensit in spiritu, quando ipso-*  
Gen. 27  
*rum miro respersus odore: inquit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedi-  
*xit Deus: & bene pleni, quoniam omnis plenitudo diuinitatis in Christo corporaliter*  
Ioan. 3  
*habitabat: de qua plenitudine testatur Ioannes: Et uidimus (ait) gloriam eius, gloriam*  
*quasi unigeniti à patre plenum gratiæ ueritatis. Plenitudinem igitur gloriæ & resurrec-  
*tionis, ac immortalitatis stolam in se compleandam esse post resurrectionem indicauit.*  
Laur. Iustin.  
N 2 In**********************

In eo quod postquam discipolorum lauit pedes, accepit uestimenta: post quorū recipiōtēm etiam recubuisse legitur. Maximum recubitus iste īgerit sacramētū. Ad cōfessōlēs enim in eo innuitur ascensus, & supra angelicam dignitatem ad patris dexterā alata confessio. Teste enim sancto Euangelio ipse dominus quadragenario resurrectionis suae transacto numero, quum plurima discipolorum turba simul congregata existeret, cunctis cernantibus, & p̄e gaudio admirantibus cum inestimabili angelorum exercitu usque ad Trinitatis solium gloriōsus ascendit. Nempe super omnem principatū, & potestatē, & dominationē, & uirtutē, atque super omne nomen, quod nominatur: nō solum in hoc seculo, sed etiam in futuro accepit dignitatem & gloriam. Istiusmodi quidem sublimitatis honorem propter uerbi personalem unionem hominis natura suscepit. Hoc in spiritu Propheta contemplatus est, quando letabundo corde psalmebat, dicens: Adorate eum omnes angeli eius: audiuit & letata est Sion. Huius accubitū speciositate accensa in Cantici canticorum sponsa amore flagrantissimo aiebat: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi paseas, ubi cubes in meridie. Cunctis enim replet se fruentem delicijs istius sessionis uisio salutaris: unde Propheta sanctus hac pollicitatione securus aiebat: Adimplebis me letitia cum uultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem. In tali igitur figuraliter throno residens Dei sapientia suos tanquam uerus legitimusq; magister coepit docere discipulos, sicut renitenti Petro acnscienti se antea facturum insinuarat. Scitis (inquit) quid fecerim uobis: uos uocatis me magister & domine, & bene dicitis. Sum etenim. Non quipiam se indigni arrogauit sibi Dei uerbum, quum se afferuit esse magistrum & dominum. Ipse quidem est, qui docet hominem scientiam, ueritatem instruit, reuelat mysteria, rationem illustrat, & de proprijs thesauris incerta & occulta sapientiae & prudentiae manifestat. Est & ipse dominus uniuersorum, cui terrena atque cælestia famulantur. Quomodo non illi obtemperent omnia, quum per ipsum omnia facta sint, & sine ipso factum sit nihil? Omnia (inquit Propheta) in sapientia fecisti. Non autem dominus cæli, aut dominus terrarum, seu angelorum dicitur: sed simpliciter dominus, ut uniuersitate potestatis ipsum monarchiam tenere non dubites. Si ego (inquit) iauia pedes uestros dominus & magister: ita & uos debetis alter alterius lauare pedes. Hortatur exemplo suo ad mutuæ caritatis officia peragenda: quatenus tanquam unius corporis uicissim sibi membra famulantur. Duplex uero ipfa Dei sapientia ministerio suo commendauit nobis uirtutis officium. In altero quidem humilitatis, in altero uero caritatis. Consueuerunt (quemadmodum naturalis etiam insinua intelligētia) minores maioribus, dominus serui, & discipuli obtemperare magistris: nusquam autem dominum seruo subiectiōnis exercuisse obsequium legitur. Huiusmodi famulatus institutor & autor est Christus. Ipse est, qui homini fabro & intemerata virgini se subdidit, ut obedientiae sanctæ & perfectæ humilitatis ficeret fundamenta. Ipse est qui discipulis ignobilibus secundum seculi prosapiam, & rudibus proprijs manibus plantas extersit, & iuge seruitutis exhibuit ministerium. A seculis non est auditum tantæ humilitatis prodigium, tamque insigne dilectionis officium: nulli prorsus, nisi uerbo Dei, congruebat talia præbēre uirtutum magisteria. Ad hoc uenerat, ad hoc uisibilem sumpserat humanitatis formam, ut informaret mores, errores detegeret, resecaret uitia, ueritatis instrueret uiam, uitæ ianuam aperiret, reseraret misericordiæ fontem, diabolum uinceret, recuperaret perditum, reciperet prodigum, famelicum saturaret, crucifigeret peccatum, mortem aboleret, & Deo reconciliaret hominem: ut quemadmodum humanæ speciei fuerat autor, fieret etiam lapsu homini p̄e uirtutum exempla sapientissimus reparator. Hinc est, quod tam sedulo humiliauit se sc̄q; subegit, atque de se luculentissimam perfectionis demōstrauit formam. Alio nullo indiget plebs fidelium uirtutum doctore: in Christo solo fulgent omnium documenta uirtutum: præcipue tamen in hoc eoram nobis exemplo proposito, humilitatem prædicauit in opere, & fraternalis amorem exhibuit in mysterio. Egit utiq; ut intelligemus, miraremur, delectaremur, imitaremurq;. Intelligeremus quidem sacramētū, exinanitionem miraremur, delectaremur obsequio, imitaremur exemplum. Imitemus ergo, ô milites Christi humilitatis exemplum, & mutuæ dilectionis Deo gratum obsequium: ne tanquam contemptores nos puniat. Menem etenim nostram proximi caritatē

A tate repleamus, compatiamur cadenti, & erranti: iustitiae semitas pandamus, in nos peccantibus ignoscamus, atque aliorum mala nostra esse putemus. Ita nos coaptēmus omnibus: ut sciāmus gaudere cum gaudientibus: & flere cum flentibus, tribuamus ex corde, oremus ex corde, nihilq; simulatum, nihil fraudulentum, nil in nobis appareat incompositum, quod fraternalē ualeat maculare nitorem conscientiæ. Sic uiuamus nobis, ut ad Dei gloriam, proximicq; profectum nostra militet uita. Transformemur in singulos, communicēmus nos omnibus: ita ut illud Apostoli compleatur in nobis. Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifaciam: seruatis dūtaxat modo, mensura, tempore, & rationabili iudicio caritatis. Cautè quoque uigilemus, ne fraternus in nobis tepeſcat amor, ne miscēatur cōfēno, ne plus iusto accendatur: & mandatorum Dei prætergrediatur semitas. Quotiescumque igitur huiusmodi prudenti, ignitoq; amore erimus, decorati, gaudeantus & exultemus in domino: quoniam saluatoris exemplo infundi mus aquam, pedes lauamus, extergimus linteō, & mutuæ exercemus officium caritatis:

De fidei excellentia, & autoritate catholice religionis. Cap. IIII.



Nter difficultia, qua humanæ saluti necessaria fore noscuntur: primum teneat locum sacramētorum, rectam fidem quis dubitet? Nihil enim in ipsa esse certitur, quod sensibus subiicitur humanis: unde sensitivæ pars animaliæ erigatur ad fidem, seu solidetur in fide. Non in ea color est ullus, per quem oculorum acies ualeat delectari: non odor, non sapor, non corpus aliquod in illa est, per quæ olfactus, gustus, & tactus experientia proutouerit debeat. In uno tantum sensuum corporis (uidelicet) auditu aditum inuenit fides introeundi ad hominem, & interioris hominis penetralia possidendi: unde Apostolus ait: Habitare Christum per fidem in cordibus nostris. Fides itaque ex auditu est: auditus autem per uerbum Christi. Verbum igitur Christi fidei autorem, promotoremq; dixerim. Nihil enim in Christi uerbo dubietatis esse debet, non aliter, quam quod dixerit, esse potest. Irrefragabilis quippe est omnis illius sententia, nec aliquo indigens testimonio. Maximè proinde dementiæ, multaq; temeritatis censendus est quilibet dissentire uoluerit ab eo; quod asseruit Christus. Quamobrem omnē Christianæ religionis controversiam damnabilem esse nemo dubitet. Magni itaque periculi res est aduersus sanctum dogma catholicæ fidei uerbosis rationibus, & garrulis uelle concertare clamoribus. Cesset necesse est omnis mundana scientia curiositas, omniscq; perspicacia naturalis ingenij, & humili assensu fidei iugo colla submittat: quatenus omne os obstruatur, & totus mundus fiat subditus Deo. Quis etenim (nisi qui desipit) indocto atque imperito potius quam eruditissimo, & uniuersarum facultatum imbuto credet uirto: potissimum si sapientia insit conscientiae sinceritas, mentis rectitudo, & non fallendi inuiolabilis opinio. Optimo & docto homini indubie credendum est. Nam bonitatem scientia ornat, & bonitas roborat scientiam. Altera horum deficiens in homine adimit uerbis fidem, dissimulationibus autoritatem, imitationem moribus, & opinionem sanctitati. Hinc colligitur, quam contemptibile sit impij uiri prolatum testimonium uira reprehensibili sociatum. Quomodo credibile ualeat perhibere testimonium ueritati, quicunq; conuersatione & operibus aduersatur legibus ueritatis: Seipsum ferit iniquus, & aduersum se sententiam profert, quoties Dei iustitiam, ueritatem fidei, ac boni uiri commendabilem uitam laudare uoluerit. Nemine loquente clamat contra delinquentem innata ratio, conscientia agitata, præceps & deordinata affectio. Prorsus damnationis reum se facit, qui diuinam legem, & uirtutum perfectionem nequiter agendo sermonibus efferte conatur. Huic sententiae ore propheticō diuinus sermo præbet autoritatem, quum ait: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per ostium? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Deo quidem odibilis, & hominibus quisque contemptibilis est: qui ueritatem, quam uerbis approbat, moribus confundit. Vox & uita, actus & intentio, opus & cogitatio, affectio & inquisitio in probato uiro dissentire non debent. Talis quisque esse studeat, qualis ab hominibus uideri concupiscit. Non minus propriam, quam alienam debemus erubescere conscientiam. Iustitiae amicus non est, qui fordescens intus, foris ab hominibus iustificari desiderat. Displaceat tibi, ô homo, facinus tuum: abominabilis tibi sit anima Lauti Jusiti.

Ephes. 5

D ribus aduersatur legibus ueritatis: Seipsum ferit iniquus, & aduersum se sententiam profert, quoties Dei iustitiam, ueritatem fidei, ac boni uiri commendabilem uitam laudare uoluerit. Nemine loquente clamat contra delinquentem innata ratio, conscientia agitata, præceps & deordinata affectio. Prorsus damnationis reum se facit, qui diuinam legem, & uirtutum perfectionem nequiter agendo sermonibus efferte conatur. Huic sententiae ore propheticō diuinus sermo præbet autoritatem, quum ait: Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per ostium? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Deo quidem odibilis, & hominibus quisque contemptibilis est: qui ueritatem, quam uerbis approbat, moribus confundit. Vox & uita, actus & intentio, opus & cogitatio, affectio & inquisitio in probato uiro dissentire non debent. Talis quisque esse studeat, qualis ab hominibus uideri concupiscit. Non minus propriam, quam alienam debemus erubescere conscientiam. Iustitiae amicus non est, qui fordescens intus, foris ab hominibus iustificari desiderat. Displaceat tibi, ô homo, facinus tuum: abominabilis tibi sit anima Lauti Jusiti.

N 3 turpitudi-

turpitudō: neq; dē extraneo, sed de tuā gaude conscientiā testimoniō. Prēter conscientiam propriam nullum coram Dei iudicio habebis defensorem. Illam igitur mundam, illam exhibe innocentem, ut ad ueri conspectum iudicis tē percussa maneas. Parum et enim proderit exultasse ad horam de fauoribus hominū, & post obitum confusione repleri. In gaudio tuo caue, ne misceatur alienus: ut non super perditione tua lētetur inimicus. Aēternū facile amittit p̄mū, qui temporaliter lētarī non ueretur. Nec bona fama habebit gratiam, qui uitæ suæ negligit innocentiam. Sanctitas enim & opinio confederantur in unum. Quicquid sanctus uir approbauerit absq; ueidentissima ratione, improbandum non est: quod si uiro iusto propter cōscientiā lumen, gratiāq; dēcōrem credendum est: multo magis sanctificanti Deo. Nam si illuminata fulget lampas, cur non magis illuminans lumen? Si ueritatis discipulus mentiri non potest, mentietur forsitan ipsa ueritas? Ex hoc Christianæ religionis agnoscitur indissoluble fundamen-  
tum. Non enim ab homine, neq; per hominē initiatum fuit aliquādo: nō humana indu-  
stria, aut intellectuali discussiōne inueniū. Sempiternū Dei uerbū, quod in sinu est patris, ipsum enarrādo disposuit, & reuelando manifestauit. Potentia suæ uirtutē, & sapientiæ inuestigabiles rationes sub uelamine abscōdit fidei, quatenus credenti nō desit meritū, dum quod nō uidet, credit: & quod nondū ratione percipit, confitit. Nā iuxta Apostoli sententiā, fides est sperandarū substātia rerum, & argumentū non apparentiū. Habet tamē ipse Christus tanquā fidei autor cladem secretorum Dei: ideo magnialium suorum reuelare ualet arcana: non autem errare potest, quū sit uerbum: neq; ignorare, quū sit sapientia: neq; fallere, quū sit bonitas: neq; cōtemnere, quū sit misericordia. Per potentiam quidem uerbū, per gubernationē sapientiam, bonitatē per cōmunicationem, & per redēptionem se misericordiā esse indicauit. Apud dominū (sicut Propheta canit) misericordia est, & copiosa apud eum redēptio. Ut igitur se uerbum sapientiam, bonitatem, & Deum misericordiarum esse ostenderet, ipse dominus miserator & misericors in suo ultimo cōenā conuiuio escam dedit timentibus se in memoriā suorum mirabilium. Transi-  
turus etenim de hoc mundo ad patrem, cōenā fecit, non sicut Herōdes funestus, ut  
innocentis sanguinem funderet, sed ut corporis & sanguinis sui sacramenta conficiendo ministraret principibus p̄populi sui, & primis aulæ cōlestis. Ad quod peragendum nō patriarchas, non prophetas, non angelos, non archangelos, non uel supremum cale-  
stium legionum misit: sed ipse per se implere curauit. Potuisset plane mētis actes infidelitatis obtenebrari caligine: atq; ab illuminatæ fidei resilire splendore, si creaturarum quālibet tanti mysterij fieret institutor. Abegit itaque omnem dubietatis opinionem, omnisc̄ argumentum erroris, quando per se ipsum id uoluit consummari. Nihil hoc sacra-  
mento uerius, nibil certius credi potest: cuius institutionis Deus autor est. Nempe quum Dei filius in assumpta humanitate summi & aēterni sacerdotij fungeretur hono-  
re: iuxta uaticinium David, dicentis: Tu es sacerdos in aēternū secundum ordinem Melchisedech: officij dignitatem sacrificij & libamen ad similitudinem perfecit senioris Melchisedech: quamuis illo nobilior esset dignitate, genere, & oblatione. Nam sacerdotij sui dignitatem non ab hominib; sed à Deo, neq; temporaliter, sed aēternaliter sorti-  
tus est, sicut dicitur: Tu es sacerdos in aēternū. Generationem uero eius quis enarrabit: Natus est enim in terris de matre sine patre: & in cælis de patre sine matre: de Deo Deus: de aēterno coaēternus: ita ut illius, de quo genitus est, sit imago inuisibilis absc̄ ul-  
la gloriæ & diuinitatis dissimilitudine. Oblatio quoque illius plus quam dici potest, su-  
pereminet, & excedit. Nam Melchisedech oblatio figura fuit: illa autem domini Iesu uer-  
itas figurata. Illius sacrificium terrenū erat: huius uero cæleste. Illud corrumpendū: hoc  
immortale. Secundū sacerdotij qualitatē, ita eorū oblatio. Mortales erāt ueteris legis sa-  
cerdotes: ideo moriturorū atq; irrationabilium animaliū uictimas immolabant. Et quo-  
niā morte interueniēte diu permanere prohibebātur: propterea plures siebāt in lege, ne  
sacerdotalis dignitas deperiret: dñs autē Iesus eo q; maneat in aēternū, sempiternū ha-  
bet sacerdotiū. Ideo per semetipsum accessit, nō in sanguine alieno, neq; uictimas immo-  
laturus sumentorū, sed sui corporis hostiā immaculatā pro totius mūdi satisfactione de-  
lictū. Talis prorsus (iuxta Apostoli sententiā) decebat ut nobis fieret p̄otis sex sanctus, in-  
nocens, impollutus, segregatus a peccatorib; & cælis excellor factus, qui nō haberet  
necessitatem.

**A** necessitatē, quemadmodū sacerdotes, prius pro suis dilectis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc autē fecit semel in consummatione seculorū ad detestationē peccati per sui corporis hostiā, & ad suorū abolēda scelera electorū: cuius uiuificē oblationis memoria in sacramētali pānis & uini hostia dereliquit. Illud igit̄ eucharistiæ sacramentū, quod in hac ecēna instituit dominus: irrefragabiliter tenendū est, credendū, confitendūq;. Tenēdū quidē memoriter, ueraciter credendū, & libere cōfitendū. Corde em̄ credit ad iustitiam: ore autē cōfessio fit ad salutē. Ut igit̄ iustificeris per fidē, & per cōfessionem laudis pertingas ad salutē, proprius accede uerbo cū duodeno discipulorū numero discubente, & sorte gustabis & tu de hoc sacramēto, cūi, quid, & qualiter credere debeas. Accede (in quā) nō corpore, sed mēte, sed cogitatione, sed affectu in simplicitate & uirtute, in deuotione & fide: & si nōdum perfecta & adulta, tamē ex familiari meditatione uerbi formanda atq; p̄ficiēda. Omnē depone formidinē, & altū sapere refice: ut diuine gratiæ receptaculū fias: nō ut uideas speciositatē aliquā, nec per dulcedinē ori delectabilē inuiteris: uer-  
**B** gustes, sed ut per fidē, quae ex auditu est, erudiaris de uerbo. Aurē itaq; para, aurē aperi, nō corporis, sed animi: ut audias quid loquā dominus Deus, quidue sempiternū dicat uerbū. Verbū utiq; quod erat in principio apud Deū nō transiēs, nō syllabis & humana uoce prolatū, sed cōceptū mēte, corde eructatū: ac ineffabilitet generatū: per quod, omnia absc̄ instrumēto, uel adiutorio facta sunt, siue terrena, seu cælestia, in quo sunt, quæcunq; sunt, mouētur, & intelligūt: in quo uiuunt, qui uiuunt uita, carnis, & spiritus. Hoc diligēter ausulta, & uerbi cordis auribus percipe uerba, attēde, & gaude, cūm panem in manus suas sacratissimas accipit, cūm ad cælū oculos leuat, cūm gratias agit, benedicit, & suis tribuēdo discipulis ait: Accipite & manducate, hoc est corpus meū, quod pro uobis tradetur. Videsne unde mirādo gaudere debeas: unde fides germinet: unde spe nutritamento pascaris? Nempe comedūt apostoli, atq; de uerbi manibus suscipiunt nō uitiorum, aut hircorum carnes, seu azimos panes: prout accidentia illa portendebant oculis, naribus insinuabant, ac manibus palpanda suadebant: sed re uera corpus Christi ue-  
**C** rum, quod de Maria uirgine per spiritum sanctum conceptum fuit & natum, quod lo-  
quebatur, uidebatur, tangebatur, edebatur, quod nimurum in cruce pependit, expira-  
uitq;: non deniq; similitudinem illius, neq; aliud: sed ipsum uerissimum, idem in quanti-  
tate, in substantia, in identitate ex anima & carne cōstitutum, unitum uerbo, humanisq; membris compositum, atq; perfectum: sub diuersis quidem opertum speciebus, sed nul-  
lum ex illis patiens diuinitatis, seu humanitatis detrimētum: neq; diuīsum ex multarum  
numero hostiarum, aut in maiori maius, siue in minori minus: sed unum idemq; in singu-  
lis locis & hostijs, non prorsus angelico ministerio, sed diuina consecratum uirtute. Ex-  
pergiscere nunc anima mea, expurgescimini & uos amatores ueritatis & incōcussi boni: atq;  
tota cordis intentione considerate, quam dulciter, quam humiliter, quantoq; dilectionis affectu dominus Iesus adhuc passibilis impossibiliter seipsum tribuit in sacramē-  
tum, & efficitur cibus hominum dominus & cōditor angelorum. Cōpletur plane nunc,  
quod ore prophetico fuerat prænuntiatū: Panem cæli dedit eis: panem angelorū man-  
**D** ducauit homo. Singuli discubentium euadem accipiunt corporis cibum, idēmque  
sanguinis poculum: & (quod mirabile est) suo non se denegat proditori: quem sciebat  
iam aduersum se leuasse calcaneum, suiq; domini perditionem querere. Vno Petrus &  
Iudas cælesti pascuntur alimento: aliter tamen: nam ad meritum & profectum Petrus:  
proditor uero manducat ad ruinam atq; interitum. Pro sumentum dispositione cibis  
tric disparest etiam operatur effectus. Quem enim reperit mundum & iustum, amplius  
mundat atq; sanctificat: quem autem fordescētem inuenit & immundum, deteriorem  
facit: quoniam sancta & immaculata iniquitatibus pollutus præsumpsit sumere sacra-  
menta. Suis namq; demeritis, nō Dei uoluntate malus male sumens efficitur peior: in re-  
medium quippe humanæ infirmitatis, fidei meritum, solatum amārium, & caritatis au-  
gmentū hoc suum uerbi clemētia instituit sacramentū. Noli tu ergo Iudam imitari, noli  
dominū tuum, atq; teipsum ueniū dare in peccatū: noli ita de Dei bonitate præsumere: ut  
de te præsumendo cadas, atq; interreas. Quod ordinatū est sancte, sanctificatus accipe, ut  
sanctificeris adhuc. Nunq; qualis sis, obliuiscaris: ne tuę infirmitatis immemor elata cor-  
dis ceruice diuina suscipias. Optimū etenim susceptionis remediū mētis humilitatē fore  
Lac. 24

non dubites. Eo nanque ad eucharistiam percipiendam eris dignior, quo corde humi-  
lier, mente mundior, dilectione seruentior, virtutibus sollicitior, & uita inuentus fueris  
sanctior. Habes itaque mensam spiritualem appositam, cælestibus resertam dapibus:  
habes uitulum saginatum, immolatum, occisum, assatum: habes sacerdotem magnum,  
lineis uestitum ministrantem tibi: habes sodales tuos terræ principes, pinguis mandu-  
cantes: ades (inquam) nuptiali conuiuio solenniter celebrato. Cae ne epulantibus cæ-  
teris, atque bibentibus ipse fame tabescas: & de tam honorabili consortio discedas cum  
rubore ieiunus. Noli stare eminus, tanquam alienus à sorte sanctorum. Recole Prophe-  
tam dixisse: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies uestra non confundentur. Ita-  
ibid. rumq; Gustate (inquit) & uidete, quoniam suavis est dominus. Propheticis ergo exhor-  
tationibus accensus, ac discubentium animatus exemplis, accede & tu seruili depo-  
sito metu: ut inebrieris ab ubertate caritatis Dei, & torrente uoluptatis uerbi pascaris.  
Prius tamè quam te cœtu misceas recumbentium, in secretum cubiculum tui cordis in-  
gredere: ibiç cum ingēti gemitu & compunctione, effuso (si uales) lacrymarum imbre  
ota genitorem tuum cælestem: ut suo te gratificet filio, illumq; tibi præstet placatum,  
teç minime patiatur à tam sanctissimo repelli conuiuio, & repudiari uelut indignus.  
Hoc autem quum deuotè perficeris, & cor tuum ex concepta fiducia roborari cognos-  
ueris: tunc exauditas tuas orationes intellige, atque à domino te inuitari non dubites.  
Quamobrem uiduitatis ueste rejecta, & nuptiali induita ad uerbi reuerenter prouolue-  
uestigia: illa lacrymis ablue, & deuotionis unguento undique linire ne cesses. Demissis  
igitur in terram luminibus caritatis, ac humilitatis prorumpens in uocem dicio: O do-  
mine Iesu, uerbum patris, lumen indeficiens, sol iustitiae, occasum nesciens, salus mundi,  
angelorum conditor, supernorum spirituum lætitia sempiterna, bonum summum, om-  
nium honorum origo & finis, plenitudo gloriae, gratiarum largitor optime, animarum  
sanctorum corona, peregrinantium sociæ, robur debilium, uirtus iustorum, errantium re-  
uocator, peruenientium dux, certarium auxiliator, amantiū amor, & totius cōsolationis  
cellarium indeficiens. Ecce tantillus seruus tuus coram te corde prostratus clamat ad te  
totis desideriorum suorum præcordijs, in spiritu humilitatis, & in animo contrito. Ego,  
ô domine, ego sum prodigus ille, qui cælestis patrimonium, omnemq; substantiā carna-  
liter uiuendo dissipavi: atq; consumpsi, propter quod filius uocari dignus non sum. Ego  
(inquam) ouis sum perdita, quæ per uitiorum deuia diu errâs luporum dentibus laniata  
permaneo. Tu igitur p̄fissime pater suscipe uenientem, pœnitenti occurre: atq; esuriens  
saginati uituli alimoniam præbe. Tu pastor bone inuentâ recognosce ouem, & ne iterū  
errare incipiat, in humeris ad ouile reporta. Respice in me, ô domine, & miserere mei, &  
ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me: te sustinui  
tota die: te præcipue diligio, te cupio, te totis uisceribus sumere concupisco. Oro te do-  
mine, ne derelinquas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Sine te quidem ne clæ-  
tari, neque esse, aut uiuere uolo. Redde mihi te, tuo me pasce corpore, sanguine inebria-  
tuo: tui me amore transfige. Eia nunc descendere domine mi in hortum tuum, & ancillæ  
tuæ desideriorum collige fructus. Nempe omnia poma noua & uetera seruauit tibi di-  
lecte mi. Cur sic diligenter te crucias? cur tanta illum dilatione affligis? an ignoras do-  
mine moram omnem amanti nimium esse diuturnam? Quamobrem rumpemorcas, ac-  
celera, propera, festina ingredi ad seruum tuum. Præstolatur te in se cupiens se transfor-  
mare in te. Quare ergo dissimulas clamantis ad te uota perficere? Forte ne tecum tacitè  
Ioqueris, dices: Non est bonum sumere panem filiorum, & dare canibus. Vtq; domine  
uerum dicas: si hoc inquis. Canis sum: canem me esse profiteor. Nonne autem, ô amor  
mi, ô desideriorū meorum præsidium singulare, atq; spei meæ pacatissima quæ catellis  
edunt micas, quæ cadunt de mensa dominorū suorum? Canem me dixisti, & sum domi-  
ne: ut canē (oro) habeto me. Da igitur huic miculâ, quæ in hoc tuo, ô domine, ministran-  
tur conuiuio: ne ultra me fame patiaris affligi. Dic autem mihi precorte, ô meridiana lux te-  
nebrarum caret caligine, quæ uniuersa tuo illustras splendore, responde (inquam) inter-  
rogati te, sine indignatione tamè. Nolo em ut elationi ascribas, quod tecum audie loqui,  
sed dilectioni. Scis enim quia amor ratione caret, reuerentiâ nescit, personâ non accipit,  
tempus non sustinet, neq; modum seruat. Nonne illa uox tua est, quæ ait: Venite ad me  
omnes.

A omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam uos. Si tua est, simò quia tua est: cur  
uociferationibus desideriorum laborantem: atq; dilationis nimietate oneratum indero-  
re non reficis? Quare potius dolorem addis dolori, & onus oneri? Num tu ille es, qui clâ  
mabas in templo: Si quis sit, ueniat ad me, & bibat, & flumina de uentre eius fluent a-  
qua uiua? Vtruncq; dixisti domine: ego itaq; utroq; indigo. Ne igitur domine uerbis  
tuis dissimilis uidearis in opere, ne exhortationibus tuis contrarius deprehendaris, refi-  
ce me, pasce me de te: tuo me cruore inebria: nolo ut de cælo manna descendere facias;  
& illo me pascas, sicut patres in deserto annis plurimis enutristi, sed carne tua, quam de  
mea suscepisti. Neque peto, ut aqua sapientiae me potes: aut spiritualem illam mihi præ-  
beas aquam, quam Samaritanæ mulieri pollicitus es, dicens: Qui biberit ex hac, quam  
dabo ei, aqua, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Hanc in præsenti postpo-  
no, atq; recuso, calicem exposco, quem in mensa positum cōspicio tuo sanguine fœcun-  
datum. De ipso propheticō ore dixisti: Calix meus inebrians q; præclarus est. Hunc po-  
stulo: hunc habere desidero. Illū utiq; ideo replesti, ut (iuxta Prophetæ sententiam) in te  
credentes, tecumq; manducantes sanguinem uuæ biberent meracissimum. Non igitur  
poscenti negare debes, quem, ut tribueres, propterea consecrasti. His itaq; huiuscmodi  
amoris collocutionibus dominum continere se non posse, quin uotis annuat postulan-  
tis, nemo dubitet: potissimè quum ipse in amantium corde formet sapientiae uerba: nec  
non & supplicandi præstet affectum. In talis ergo amoris uicissitudine: in tam suauissimo  
& spirituali præludio caritatis serena facie & aspectu placidissimo se uerit dominus cō-  
pleteurus uota loquentis ad se, ac iacentis post se, & uestigia amplectentis, deosculantisq;  
Cuius ista meditantis non ebulliat cor: uiscera moueatur: inflametur corporis organū:  
& totius animæ non reuulsat uirtus: quū coram se uerbum astare uideat sui corporis in  
manibus tenetè mysteria: Caritatis summæ, profundæ humilitatis, & uirtutis ineffabi-  
lis est hoc grāde spectaculū. In cōmunicatione caritatē, humilitatē in cōdescensione, in  
ministerio autē uirtutem intellige. Nempe in caritate unitas, in humilitate parilitas: & in  
collatione potestas. Oro autem te, quisquis es: cui talia, tantaq; à uerbo in spiritu cōmu-  
niantur amoris solatia: ut prius q; progrediariis meditando tota animi intētione cōsideres,  
quis est, qui assistit, quidue tibi daturus sit. Nonne ipse est celorū, syderū, angelorū, homi-  
nū, uniuersorūq; cōditor? Nonne ipse est Deus, dominus & redēptor tuus, amor tuus,  
delectatio tua, suauitas tua, beatitudo tua, sapiētia tua, iucūditas tua, robur tuū, & omne  
desideriū animæ tuae, quē tam ardenter quesisti, tam dulciter aduocasti, tamq; blandè al-  
locutus fuisti? En adest, en tibi prestò est. Vocasti illū, nec uenire renuit: rogaisti, & exau-  
diuit te, tibi ad uotum paruit: tuisq; postulationibus satisfecit. Nūc ergo fruere illo: ipso  
delectare, tuosq; in eo fige obtutus: ipsius effigiem, elegantiam, reuerentiam, deitatem  
contemplare: quatenus indicibili quodam caritatis affectu flagres intus, lingua taceas,  
corde inibiles, amore liquecas: post sponsi cælestis contemplatā speciem ad id, quod te-  
net manu, tuam dirige cōsiderationem. Maximum nanc & inscrutabile sacramentū est  
opertum sicq; diuinitate prædictum, uerboq; cōtentū. Ut autem intelligas, quid sit, recole  
in ipsius institutione, quid dixerit: Ipse te doceat de se, ipse se reuelet per se. Vt scias, quid  
de eo credere debes, interroga illum, & respondebit tibi. Non enim te contemnet hu-  
militer flagitantem. Dic, ô domine mi Deus, dic (quæso) quid est, quod gestas manu: lo-  
quere domine, quoniam audit seruus tuus. Enarrā (obsecro) mihi, quid tribuere uis. Est  
ne sub specie panis, quæ cerno, quicquā ueneratione dignū: an forte præter ipsa accidē-  
tia, quæ cōspicio, aliquid cōtinet? Totus foris maneo, & intus quid querar? Ad hæc dñs:  
Hoc quod uelatū accidētibus manu teneo, diuinū mysteriū est: & ut paucis te erudiam,  
corpus meū est. Ipsum uerissimè suscipi de te, gero pro te, & fideliter trado tibi. Quod dī-  
co, crede, & nullatenus dubites. Surge igitur, comedē, cū meis discipulis epulare, sumē  
me, ut suscipiaris à me. Nō ego mutabor in te: sed tu mutaberis in me: nō tamè in substi-  
tū, sed per gratiā in dilectionē meā: quoniam qui in ueritate adhæret mihi, unus efficit spi-  
ritus. Dilata fide cor tuū, mētis perorna thalamū, ut recipias in te, q; fecit te. Spiritualiter  
nūc māduca me, quoniam sacramētaler nō licet semper. Erudieris experiētia, quantū in-  
ternæ dulcedinīs, quātamq; cōferat gratiā hæc mea in spiritu facta cōmuniō. Sēper qui-  
dem plurimumq; prodeste dignoscitur, quia in fidei simplicitate, in humilitate cordis, in  
devotione

deuotionis seruore celebratur. Nam sacramentalis suscepitio sine spirituali aut obesse, aut prodesse parum censenda est: utraq; uero simul facta actualem in praesenti gratiam, & in futuro locupletem tribuit beatitudinis gloriam. Aperte igitur os tuum, & ego implebo illud. Hac exultationis & laetitiae auditu uoce protinus Deum tuum in spiritu & ueritate adora. Tunc uenerabiliter in spiritu suscipe sacramentum, & in cordis tui secreto dominum Iesum reconde deuotè: atque illum in te præsentialiter adesse non dubites. Et quas uales, gratias age, laudes persolute, ac modulationis carmina ( si illa agere consueuisti) iucunda mente perracta. Spiritualem refactionem hanc comitantur semper amoris cantica, & sanctæ deuotionis delectabilis gustus: quo qui caret, temeratio labore desudat. Deuota quippe fides absq; mercedis fructu esse non potest. Deuotæ fidei houus deuotionis seruor accrescit. Ista uerbis tantum explicari nequeunt: at in doctrina spiritus quicunq; eruditæ sunt, minimè quæ proferuntur, ignorant. Quam in corporis spirituali sumptione tenuisti regulâ, deuotionis (scilicet) fidei & caritatis: hanc in sanguinis sacramento custodi. Eadem enim mysteria pari sunt frequentanda deuotionis officio.

*De inscrutabili & ueneranda Dei dilectione.* Cap. V.

**G** Elebrato nunc mysteriorum caelestium spirituali edulio ad ea, quæ mediator noster tam in discipulorum suorum admonitionem, quam pro uniuersorum salute exercuit, sermo percurrat. Illorum siquidem cupiebat profectum, eorumque uerebatur casum, tanquam nutrix peruigil, atque anxia mater super unici dilecti salutem solicita. Nec immixtito. Preccellit namque omnem matrem ac filialém affectum uerbi Dei immensa caritas: neque humano ualeat explicari eloquio, quo circa unumquemque moueat amorem. Iustos iniustosq; æqua diligit lance caritatis, quamvis in equalitate illis conferat dilectionis encaenia. Divisa ètenim natura nulla personarum utitur discretione, neque à nobili discernit ignobilem, ut iusti animam: ita & animam condidit peccatoris. Idem naturalis ingenij acumen, eandem intelligentię dignitatem prerogauit utrisq; cunctos quoq; homines sua insigniuit imagine. Quamobrē rectissime definitū est, omnes à Deo pariter diligi, & nemine ab eodē odio haberi. Caritate quippe sua, quæ immensa est, quæ ineffabilis, quæ incōprehensibilis, quæ æquissima, quæ diuina est: pari motu & æquali singulorū diligit actu immensa, ineffabiliter, incōprehensibiliter, & hoc quidē quo ad se, & in se: quo aūt ad singulorū effectū & dilectionis fructū, distat plurimū. Digniorē nempe suæ caritatis effectū exhibet in nomine iusto, q; in peccatore, & propter hoc dicitur: Jacob dilexi: Esau odio habui. Quis uero afferere audeat Deum odisse quēquam: cūm scriptū sit: Nihil odisti corū, que fecisti. Vtruncq; tamē iuxta humani captū intellectus uerū est. Nihil odisse Deū, certissimum est: sed & Jacob illum dilexisse, & Esau odisse contrariū non est. Consueuerunt quippe homines erga alios timorē cōcipere & amorē, dolorem & spem. Sunt hec intitiae passiones, quibus carere nemo potest. Ex ipsis (ut plurimū) odia benevolētię, beneficia, dilectio, cōgratulatio, & his similia oriuntur. Qualis intus animæ uiget affectus, tale fōris producit opus. Vix possunt, qui homines sunt: ihs quos oderūt, benefacere: aut hā male, quos diligunt. Qualis arbor, talia germina. Ex qualitate operū singulorū noscuntur affectiones. Absit autē, ut in Deo hotū reperiatur quicquā, aut in eo ulla sit affectiōnum, seu cogitationū diuersitas. Immutabilis enim cūm sit, mutabiliter disponit omnia. Caritas quam sit gratuita, dona dispari gradu sine acceptione diuidit personarum. Iustus quum sit, delinquentium peccata absq; odij motu damnat, & cortigit. Apud ipsum, & in ipso nulla est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Nam quēadmodum uoluntariè genuit nos uerbo ueritatis suæ, ita nostri uult esse arbitrij generationis hulus posse dignitatem amittere: quatenus inexcusabilis sit quisque, quum peccat: peccator uero quum uoluntariè damnabiliter, delinqūit, sanctæ generationis huius nobilitate priuatur. A Deo enim ex hoc alienus efficitur. Qui autem sine Deo est, omnino inter mortuos deputandus est. Præfatæ autem generationi gratis suam diuina bonitas auget gratiam: qua qui bene utuntur, posteriorib; donis efficiuntur digni. Quibusdā itaq; Deus ex cōgruo, non ex condigno præstatiōra supererogat gratiarum munera, per quæ ipsorum grauiora & meritoria magis, quam prius fiuit opera. Hac gratiam gratū facientem appellauerim, sine qua nullus gratiū diligat Deum, nullus sanctorum est dignus confortio.

A fortio & hæreditate caelesti. Quotquot ipsa gratificante gratia uidemus participes illos à Deo diligi, altruere non dubitamus: quos uero ipsa carere agnoscimus, eosdem odio haberi humano loquendi usu dicere non trepidamus. Dum re uera odium non sit hoc: sed effectus simili odientium, memoratæ generationis actus, qua nos Deus uerbo suæ ueritatis genuit, est ipsa diuina caritas, qua æternaliter dilexit & elegit nos in ipso ante mundi constitutionem. Ipsius autem generationis effectus est: quum nos per regenerationis undam gratificat: ut simus initium aliquod creature eius. Quod totum diuina fit uoluntate, non ex debito nostro, aut uoto, sicut Apostolus ait: Non est uolentis, nequé currentis, sed miserentis Dei. Nam si nō uoluntarie, sed ex precedente causa genuit, et nos Deus, non iam diuina posset dici generatio hæc, sed humana: sicq; gratia nō esset gratia. Gratia igitur diuinæ ascribamus, quod uoluntarie uerbo ueritatis suæ nos genuit. Nisi uoluisset, nec in carne, nec in spiritu uiueremus. Vita igitur spiritus, quā diuina cōfert generatio, fundamentum est: supra quod gratiarum reliqui gradus construuntur, & crescent. Precedit namq; in omnibus gratia diuina, ut gratificantur Deo: deinde opus fī laudabile: post quod subsequitur meritum. Opus igitur laudabile auget meritū, per gratiam uero perficitur opus, & accrescit gratia. Gratia itaq; finis est gratia: opus autē medium utriusq; est. Ex hoc luculenter apparet, quod ex operis negligentia gratia fit diminutio, sicut ex sollicitudine aggregatio. Quoniam uero ex diuinæ miserationis æternæ fonte semper præstò est gratia: atq; in singulis superfluit iuste, irreprehensibiliterq; gratia deserēte peccator quisq; relinquit sibi, & fit alienus à Deo. Nemo etenim à Deo deseritur, nisi ipse se deserat. Tūc quisq; se deserit, quū illū à quo factus est, & per quē uiuere poterat, peccādo derelinquit. Suo hoc Propheta sanctus roborat testimonio, dicens: Prius q; humiliarer, ego deliqui. Quāuis quod dictū est multarū, pbari posset autoritatibus scriptrarū, exemplisq; innumeris: uno tamē prōditotis ludæ eliciatur exēplo: qui fugiter à Christo admonitus uitam deserēs sua se sponte duplīcī morte peremit. Quo autē id factum sit ordine, ex ihs, quæ sequuntur diligenter aduerte. Nēpe discubente domino Christo cū apostolis ceteris & luda, postquā omniū lauit pedes, & sui corporis ac sanguinis tribuit sacramenta, cūm dixisset: Ecce manus me tradētis mecum est in mēsa: amodo dico uobis prius q; fiat: ut cū factū fuerit, credatis quia ego sum: repētē turbatus est. Quæ turbatiōis causa esse potuit, ut ille turbaret, de quo Apostolus ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utracq; unū: ut ipse qui in se dissidētes & turbatos recōciliat, turbari uideatur: & tamē prout scriptū est, turbatus est. Tanquā uerus homo dñs Iesus prorsus turbatus est: sed nō sicut ceteri, qui animi cōmotione turbātur, sūa q; turbatiōis nesciūt habere metas. Nō sic (inquā) turbatur in carne uerbū, & in assumpto homine Dei sapiētia potestate, nō necessitate, aut infirmitate turbatur. Cū uult, quādo uult, de quo uult, turbat sapientia: sine passione tamē, sine imperiū, & absq; redargutiōe aliqua. Neq; minus in eo laudabilis est ipsa turbatio, q; animi illius plena trāquillitas. Turbatio quidē omnis ex ratiōe, ex causā, ex modo, ex tempore discernēda est. Nō ideo reprehensibiliter potuit turbari sapientia, quæ fecit omnia in pōdere, numero & mēsura: ne tamē tu de illius turbatiōe turberis, audi turbatiōis eius causā, ut magis mireris illū turbatū, q; quietū. Nō utiq; propter se turbat̄ caritas: nō de sui dolebat iniuria, ut turbaret ueritas: sed alterius perditio eius turbatiōis erat efficiēs causa. Nouerat furē in ouile suū esse ingressum: & unā de collegio suo ouem (prædestinatā tamē ad interitū sempiternū) rapuisse, ut mactaret & perderet. Iam em̄ diabolus in cor ludæ introierat, suaseratq; ut illū traderet. Quem? Discipulus magistrum, seruus dominū, perditionis filius regē caelestis curiæ. Suaserat proditionē diabolus, cui Iudas consenserat, nō ex suasione sola: sed mediante cōsensu ludæ diabolus possebat cor. Nil omnino nocuisset suasio, nisi consensus affuisset. Potest quidem suadere mala, potest suggerere delectabilia, & suggestendo potest componere falsū uoluntatem autem nunquā potest euertere, mētisq; domicilium absq; ipsius deliberatione nō ualeat irrumpere. Quoniam uero proditoris animum inuaserat: omnemq; statum pristinę gratiā euerterat, meritō turbabat dominus: sūa q; signa mōstitia portendebat in facie: nec quod turbaretur latere uoluit, quia perditū salutē ardētissimē cupiebat. Quamobrē tanquā uerus pastor ouē perditā recuperare satagens, tacitē illam admonere curauit: si quōmodo rediret ad sc̄reatum suum agnoscet; agnoscēdo fieret; siendo q; ueniā salubriter impetraret.

Rom. 5

Eph. 2

ioan. 13

Ibid.

impetraret. Propterea quod cōceperat proditor, quod maligno corde gestabat; sibi tantum significauit nullum specialiter nominādo. Ideo postquā turbatus est: ut ex qua causa turbaretur, innotesceret, delinquenti ait: Amen dico uobis, quia unus ex uobis, qui manducat mecum, tradet me. Poterat hoc Iudæ ad emendationē sufficere: poterat uerbi præsentiam in Christo intelligere: dum cordis sui consilia deprehensa aspiceret: poterat bonitatis illius compungi dulcedine, quū se coram discipulis agnosceret occultari. Insigne nanc̄ p̄cipua bonitatis argumentū est, insidias pati, & silentio tegere persequenter, calumniatoremq̄ amando corrigerem. Hoc tamen quum audissent cæteri, quamuis innocentes se scirent, quamuis talia nunquam cogitasse minimè ambigerent, contristari & ipsi ualde cōoperunt. Ex ueritatis sermonibus auditis ipsissimē potius suspecti siebant, quam de propria conscientia securi. Nouerant uerbo patere omnia, & nil eidem esse absconditum. Viuus quippe est Dei sermo: & penetrabilior omni gladio ancipiū pertinens usq; ad diuisionem animæ & spiritus: compagumq; & medullarum, & discretor cogitationum: ita ut nulla creatura sit ei inuisibilis: sed omnia nuda & aperta. Ut igitur certi de proditore fierent, & quis tanti sceleris autor futurus esset, magistri audirent ex ore: primo quæsiuere inter se: deinde dominum sigillatim interrogauere, dicentes: Nunquid ego sum domine? Paudi etenim effecti de se quomodo credimus eorū quæq; post magistri uerba repete rediisse ad se: propriam interrogasse conscientiam, cordisq; latebras maxima cum diligētia perlustrasse, si forte latere deprehenderet in se, quod ex uerbi ore didicerant. Humilis etenim innocentia semper formidolosa, semper sibi suspecta est. Facile quod sibi obijcitur malum, in se latere, seu habere se putat. Quamobrem nō se excusat, non defendit se: neq; ex alijs quæ egit operibus pietatis, innoxiam se ostētare præsumit. Omne simplicitatis ac munditiae suæ iudicium illi cōmittit introrsus, in quo error nullus, nullaq; placet criminis excusatio. Nō autem sic peccator tumidus perpetrati sceleris non ignarus. Qua enim ualeat simulationis arte, quib; potest sermonibus excusationis, suæ tegit sordes cōscientiæ: ne foris appareat, qualis lateat intus. Delicti sui deformitatem erubescēs, sub sanctitatis tegumēto iniquitatē propriam occultare conatur. Talem se nequissimus proditor esse ex uerbis indicauit. Iam conceperat dolū, & pererat iniquitatem, iam pecunia corruptus uniuersitatis dominum in manus spoponderat tradere peccatorū: & tamē ne agnosceretur, ne suo aduersus se uideretur testificari silentio, temerario ausu interrogauit & ipse magistrum, & ait: Nūquid ego sum Rabbi? Interrogatio hæc hypocrisi plena est & malignitate: nō ut ex ore ueritatis ueritatem audiret scilicet proditor, homicida, latro, fraudulentus & cupidus: sed ne cæteris interrogantibus, si taceret, ipse crederetur reus. Repercussus tamē est à lumine ueritatis, & à uerbo sapientiæ fortis nemine intelligente ipse in corde, atq; in cōscientiæ penetralibus audiuit. Tu dicas: Hoc solus Iudas audiendo cognouit, nec tamē compunctus est. Ceteri qui astabant uerborum sonum audiuere, sensum autem minimē. Ipse tantum pro quo dicebatur, conscientia aduersum se testimonium perhibente intellectus, & in malo proposito perdurauit. Addidit uero dominus aliquid apertius: unde scelestus conuertetur. Ait nanc̄: Et quidem filius hominis uadit, sicut definitum est de illo: Veh autē homini illi, per quem tradetur, bonum erat ei, si natus nō fuisset homo ille. O saxeum Iudæ cor: ô proditoris mens adamante, silice, & ferro impenetrabilior: quæq; molire nequivierunt sermones sapientiæ, æternum uæh, & maledictionis irreuocabilis sententia. Proinde bonum erat (uti uerbi testantur eloquia) si natus non fuisset. Minorī prorsus: imò nullæ culpæ teneretur obnoxius, si nō fuisset natus. Poterat plane, si mētis suæ existeret cōpos, quod scriptum est, uoce flebili dicere: Quare non in uulua mortuus sum? Egressus ex utero non statim perij: Cur exceptus genibus? cur lactatus uberibus, ne tale facinus perpetrarem? Sed auertit homicida hic & omnium sceleratissimus faciem suam: ne cælum, cælorumq; uideret dominū. Tremēdam quoq; noluit diuinæ iustitiæ prospicere animaduersionem. Vocationis suæ, qua in duodenario discipuloru numero accepit formem: recordatus non est: non gratiæ curationis: non prædicationis officij, non dignitatis apostolatus: per quam iudicari honorē culminis, si in ea quā inchoauerat, pure, simpliciter, & absq; terrenæ cupiditatis macula perseuerasset electionis gratia, erat adeptus. Omnia simul amisit, quum cæcatus cupiditate dominū tradidit. Stare utiq; diu monovaluit,

A valuit, quoniam recto corde dominū Iesum secutus non est. Nam de illo sic legitur: Fur erat, & loculos habens: ea quæ mittebantur, portabat. Nequaquam facile corruiisset, si aliquando supra petram Christū interioris domus fundamēta iecisset: quod dum nō fecit: posuit in lubrico pedē, & non habens cui inniteretur: à ueritatis tramite, & à uia uitæ reflexit animæ gressus. Hinc est, quod sapientiæ Dei inuisibili & intelligibili uerbo monimentum intus, forisq; per assumptum hominem clamantem, detegentem, corripiēt, cōminantem ad emendationē percipere recusauit. Gratia quippe ipsius præueritus multipliciter: quoniam obedire neglexit: meritō derelictus est, suæq; amisit gloriæ principatum. Proinde bonum illi erat, si natus nō fuisset. Si natus enim non esset, cōtra proprium & uniuersorum dominū nequaquam calcaneum leuasset: neq; gehenna filius fieret. Nō autem bono conditori, sed desertori boni ruina talis ascribenda est. Bene etenim à summo bono conditus, misericorditerq; præuentus specialiter in discipulorum ipsius collegium assumptus est. Verū ille donor omnium, quæ gratis acceperat, ingratuus existēs B suave largitoris sui iugum, quod ferre debuerat, damnable cōtradictione refecit: atq; ut peccans lupta modum peccator fieret, antiqui hostis se tyrannidi subiugauit: factus est duplicitis reus criminis, dum dominum legitimū deseruit, & aduersarij illius sponte turpi se mancipauit obsequio. Mira res. Aderat lupus in consortio ouium ignotus & rabidus. Inflammatus quidem à tenebrarum principe tanquam illius mancipium præstolabatur: quemadmodū pastorem magnum raperet, & occideret: quatenus oves disperderet congregatas. Complessetq; ocius male dominantis imperium, nisi diuinæ sapientiæ miseratio illum misericorditer tenuisset: necedum suæ pietatis auertat oculos à patricida nefando. Expectabat patienter, si forte resipisceret proditor, & perficiēdæ nequitæ cōsilium uariaret. Interim uero dum præstolaretur ad pœnitentiam ludas, dubijsq; tenerentur cæteri: quisnam grande malum hoc facturus esset: Simō Petrus alijs feruentior, & in proditoris inquisitione solicitior inuitu discipulo illi, quæ diligebat Iesum, qui tunc in sūnu recumbebat illius, ut interrogaret dominum, quis eum fuerat proditorus. Prudenter C quippe arbitratus est hoc dilecto sciscitanti discipulo celari nō posse, quemadmodū gestum est. Suadente igitur Petro recubuit iterum, & supra pectus domini dilectus discipulus se denuò reclinavit, & tacitè quidem domine, inquit, quis es? Non dubitauit hic suam repellit interrogationem. Fidum illum magistri sui caritas fecerat, & gustata in magistro suauitas se reclinādi sollicitū. Recubuit plane supra pectus: in quo corporaliter habitat diuinitatis plenitudo. O dilecte apostole, ô secretorū uerbi cognitor, quanta nunc potiris gloria: quātis delicijs spiritualibus frueris: quid ignorare debes: quid tibi negari potest: dum in sacratissimo recumbis pectorore, dum pasceris cum spōlo, dum cū eodem cubas in meridie: Iam (ut credo) ascēdisti ad cor altū: iam sapientiæ arcana cōtemplando rimaris, curris per angelos, discurris per archāgelos: cæterasq; cælestiū spirituū legiones cōsiderationis penna percurrēdo rimaris. Nullā opinor te habere requiē: donec ad sennissimum uerbi attingas thronū. Mira & quadā ineffabili iucunditatis ebrietate detētus spiritu ad eos, qui foris sunt, & tuū præstolantur audire responsum, redire nō uales. Tibi nunc pandūtur sapientiæ indicibiles, diuiniq; thesauri: tibi reserātur reuelationum sacra mysteria, diuinitatis altitudo, æterna uerbi generatio, & cælestis gloriæ triumphale regnum. Nec mirum. In ipso quidē, super quæ delectabiliter inniteris, sunt thesauri omnes sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Bibe igitur, ô carissime Dei, & epulare in domino: disce in uerbo, quæ nobis postea ualeas propalare: celsitudinem Christi attento cōtemplare animo: quatenus te reuelante, te scribente, te docente tollantur schismata, & hereticorū falsa dogmata destruātur. Fluenta euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte, in quo ab exteriorū fragore delectabiliter repausare te cerno, haurire ne cesses: ut omnis ecclesia altisona prædicationis tuæ uoce te de uerbo sublimia proferēte ualeat erudiri. Tene quod habes, ô Ioannes, tene nec inde (nisi sapientiæ lumine fueris iradiatus) exire uelis. Vt inā mihi quoq; omniū minimo tuis daretur in spiritu frui delicijs: ut inā uel guttā unam aquæ sapientiæ, qua tu potaris abūde, prælibare mereret: atq; de his, quæ in tuo supersunt cōuiuio, saturaret micis. Preciosiora utiq; mihi fierē super aurū & lapidē preciosum, ac dulciora super mel & fauū. Quoniā uero tāti nō sum, ut in ipsa uerbi mēla spirituali tecū recipere ualeam: efferre tamē nō desinas fragmentorū reliquias, Laur. Iustin.

O quæ

quæ tibi superabundant, ne pereant. Paruuli multi sunt, qui panem petunt, atque per revelationem quæcunq; audisti, seu cordis oculis conspexisti, scire cupiunt abste. Vnum in fine suadeo tibi, ut discretionis metas non præterire formides. Vide (inquam) ne quæ te præstolatur, turba tædio fatigata, aut coinquinata liuore pro mora tua de te murmurare incipiat. Tunc igitur parumper contemplationis gaudia interpone, & discubentium fratrum caue, dum tibi soli uacas, animos inquietes. Nunquid postulationis Petri oblitus es? En detegente magistro, suspensus nimium per te proditoris personam scire concupiscit, paratum intuetur dominum prodere, quod nosse desiderat: dummodo tu sis audire paratus. Silent discubentes: nemo ultra progreditur, nil loquitur dominus, nihil interrogant discipuli: donec redeas ad te, audiasq; tuæ interrogationis responsum. Tibi soli principaliter huius rei notitia referanda seruatur. Rumpem moras, ut fraternæ ualeas satisfacere caritati. Hæc dum sermocinatione dulci dilecti discipuli pulsasset animum: illico à contemplationis expergesfactus somno prosiliuit, & tanquam sponsa de sponsi procedens thalamo placido uultu, humiliq; aspectu ad os Christi aurem reclinavit, audiuitq; dicenteri sibi: Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et quum intinxisset panem, dedit Iude Simoni Scariothi. Acceperat nefandissimus hic obsequium a domino in pedum ablutione: acceperat de ipsis manibus corporis & sanguinis sacrosancta mysteria: ab eodem etiam monita perceperat saluberrima: in quibus illius lapidea mens malitiae obiecta rubigine, quæ compunctione emolliri debuerat, uel ad momentum permota non est. Quamobrem æquissimo sapientia Dei iudicio hic debuit intinctam panis buccellam suam cauterizatam præfigurantem conscientiam comedere solus: qui aliorum minime contentus consortio in salvatoris necem pertinaciter uigilauit. Proinde igitur de eodem ore propheticō dicitur: Dilexit maledictionem, & ueniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo: meritoq; illi accidit, quod a memorato propheta scribitur: Lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quā fecit. Quam enim domino suo parauit necis foueam, in eadem deterius ipse corruit miserabiliter. Nā mors domini temporalis & in carne fuit: illius autem in anima, æternaliterq; propter quod eius se uendicauit domino, cuius delinquendo satisfecit imperio: & quoniam spiritualiter in sacramento neglexit suscipere dominum in perceptione buccellæ: Satan in sua mentis admisit domicilium: unde scriptum est: Et post buccellam tunc introiuit in illum Satanas, nō ut in hospitio seruus, sed ut fieret in perpetuum dominus. Hucusq; manu domini, ne præcepserueret, sustentatus est Iudas: hucusq; monitus est, ne periret. Non enim letatur dominus in perditione uiuorum: nec uult peccatoris mortem: sed ut magis conuertatur, & uiuat. Hinc est, quod delinquentium peccata dissimulat: hinc est, quod temporaliter punit, ne in perpetuum damnet. Quantum in ipso est, omnes saluare desiderat. Si qui pereunt, propria pereunt uoluntate. Repudiāt quidē gratiam, & exhortantis, exorantisq; uasionem intelligere negligunt. Obturant cordis aurem, ne audiant legem: ideo eorum oratio & uita Deo efficitur execrabilis. Sux autem pro merito iniquitatis cordis male concepta desideria implere sinuntur, quod futurae damnationis notissimum præsagium est. Quid uero timenti Deum formidolosius esse debet, quam consummatae nequitiae accipere facultatem, atq; in perpetratis criminibus nulla aduersitate fatigari: hoc proditoris domini testimonio roboratur. Quū enim dolose cogitasset magistrū prodere, ab eodem obtenta licentia ad propriæ mortis triumphū audire promeruit. Quod facis, fac citius: quod pertractas mēte, opere perfice: nullo detineberis impedito: nemine tibi cōtradicēte uoti tui cōpos existes. Venūdedisti misericordiā, & carebis uenia: accipies pecuniā, & amittes uitā: quod facis, fac citius. Hoc autē nemo sciuit discubentū, ad quid dixerit ei. Quidā enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus: Eme ea quæ opus nobis sunt ad diem festū: aut egenis aliquid daret. Inocētes apostoli quū essent & sancti, nil mali de pditore cogitare sunt aut. Quod nefas à se alienū nō ignorabant: hoc cōdiscipulo ascribere uerebant. Humilis nanq; difficulter proximorū corda scrutatur, & cōscientiæ iudicium refugit alienæ, quū propriæ iudicare uix arbitrē posse sufficere. Suo etenim sentiēs se grauari pōdere quomodo iudicio fatigabitur alieno: Res perdifficilis, dubia, & periculis plena est occulitorū rimari causas, & cordiū scrutari secreta. Proinde humilis proprio priuatus iudicio omnino uitæ refugit.

A. refugit esse iudex alienæ. Nouit dixisse dominū: Nemo hominī scit, quæ sunt hominis, nisi sp̄ritus hominis, qui in illo est. Quicq; ignorat de se, quicquid latet in altero: diuino totū cōmittit examini, cui patet om̄ia uisibilia inuisibiliaq;. Ex hoc quidē cœlesti irradia lumen, & quo amplius per humilitatē tenebrescit: eo p̄spicacius intueſ. In lumine q̄ppe Dei uide lumen. Nō errore fallit, neq; falsa opinione seducit. Splendore cōscientiæ perfusus totus à diuine claritatis nequaquā reuerberat aspectu. Hec est sanctorū pars, & certa in spiritu ambulatiū spes. Imp̄n uero & scelesti à tali sunt semoti cōuiuio. Hinc est, q; perditiois filius sanctorū assuetus collegio, postq; tenebrarū in se admisit angelū: postq; delectorū est inuolutus caligine: eterni solis lumen sustinere nō ualēs, mox ut sibi derelictus est: de cōuiuio exiliēs qd nequiter agere statuerat, implere curauit. Propterea quū accepisset buccellam, exiuit cōtinuo. Exiuit plane uim claritatis int̄imā non patiens. Obte nebrata nanc̄ illius conscientia, atq; proprij sceleris gnara quomodo sapientiæ examen & puritatem innocentię possit intueri. Quemadmodum enim sanis oculis amabilis: ita ægris semper lux odiosa est. Ideo semper latibula peccator quæritat, & abdita sua obtutus mentis cæcitate meditatur. An nō parentes primi inobedientiæ transgressione culpabiles: iamq; confusionis propriæ damnatione mulctati sibi de sicuum folijs fecere perizomata, atq; lignorū condensa paradisi à facie Dei ad auram post meridiē ambulant fugere curauere. Vocē nāq; Dei & diuinitatis illius nullo modo potuerū sustinere presentiam. Detegebat enim conscientia sceleris turpitudinem, quā sautiata nuper satagebat occultare natura. Quamobrē foliorum sibi tunicam texuerūt: ne appareret nuditas, & excusationis uerba protulerunt, ne agnosceretur iniquitas. O quanto consultius egissent, si prostrati solo suas ore proprio accusassent culpas, dixissentq; Peccauimus, iniuste egimus, iniquitatem fecimus domine in omnem iustitiam tuam: ecce polluitus animas nostras, innocentiam amissimus, obediētiæ legem transgressi sumus: ignosce domine, & pater piissime miserere. Si autem tu miserationū, ô æterne fons misericordiarum Deus, miserorumq; miserator obseruaueris iniquitatem quis sustinebit: ad quem cōficiemus: quem implorabimus: in quem spei nostrę ancoram iactare poterimus. Expulsi quidem de hoc uoluptatis loco, & in fructuoso seculi pelago cōstituti quo duce, quāc p̄pria luce ad te pacatissimum trāquillitatis & securitatis portum attingere ualebimus? Insurgent profsus in nos pirate crudeles, atq; tartareæ legiones tuum pusillum deuastabunt gregem. Fiet domine maxima periclitantibus nobis in uniuersitate creaturarum, quas in tui nominis laudem condidisti, deordinatio. Porro quod de nobis in æterno sapientiæ tuæ cōsilio statueras facere, oportebit impleri per te. Ne igitur de honestetetur maiestas, ne carnis mortalitate induatur diuinitas, ne se impiorū exponat opprobrijs, flagellis, cōtumelij, sputis, subiçiatur & morti: pietatis sinum aperi, atq; vulneratos corde, ac mōrōrē cōfectos suscipere fouereq; ne dēdigneris domine. Prærogata nobis uenia fiet posteritati nostræ incentiuum maximū caritatis, atq; futuræ felicitatis incontaminanda spes. Nequaquā repulsi ab innocentia nitore cecidissent, si humiliter, si deuote, si perseueranter indulgentiā flagitassen. Non enim diuina se ualet bonitas continere: quin puro corde, & lacrymabili mente poscentibus ignoscat. Illis solis gratiæ stillicidia denegat, qui diffidentia pleni ad misericordiæ fluenta attingere posse desperant. De talium numero Iudas extitit domini sui & propriæ animæ homicida nefandus. Cōtempsit ad salvatorem, de quo thesauri indefectibiles exuberat gratiarum, accedere p̄enitendo, suiq; reatus ruborem nō patiens crudeli se nece peremit. Seris nanc̄ ferreis interioris domus obstruxit ianus, uectib; que firmauit: quatenus ad salutem eius cunctorum salus adiutum non haberet. Maluit miser in opacis animæ suæ penetalibus latebras fouere, quam ad dominum Iesum humili confessione procedere. Deniq; sicut supernæ gratiæ expertem se fecerat: ita ab apostolorum Christi sancto se collegio segregauit. Exiit solus foras accusatus, deprehensus, condemnatus, praua mentis suæ desideria peracturus. Erat autem tunc nox. Tenebrarum quidem filio erat nox: cæteris autem meridiana lux. Occupuerat illi iustitiae sol, & fulgentissimæ claritas sapientiæ. Nō se absentauit Christus: neq; sacrilego suam denegauit præsentiam. Omnibus præsto est, ut communicet se: proditor tamen ipse secessit. Oculos quidem apertos tenere potuit; sed uerbi lucem intueri non meruit.

Eaur. Iustin.

O 2 Dē

1. Tim. 2.



De magnitudine mediatoris Christi ad passionis supplicium perferendum. Cap. VI.

10an. 18

Mediator dei & hominum homo Christus Iesus passionis suae uolens perficere sacramentum, propter quod in mundum uenerat, quum expleto ultimae coenae suae conuiuio mellifluum consumasset de caritate sermonem, surrexit cum undecim, ut in campum pugnaturus intraret. Iam enim duodecimus: Iudas (uidelicet) Scarioth secesserat: iam ad sacerdotum principes abierat: quatinus petita ab ipsis militum cohorte acceptaque pecunia rediret: & nefandissimum prodictionis perficeret scelus. Egressus itaque est de cœnaculo, in quo tam eximia celebrarat mysteria, & tam sublimia documenta præbuerat. Abiit utique trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius: non autem illuc, ut se occultaret, accessit: sed ut se inueniendi occasionem tribueret proditori. Sciebat autem Iudas, qui tradebat eum, locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iam incipiunt mysteria: nunc lamentabile passionis initiatum certamen. Abiit enim dominus Iesus. Quo? Utique trans torrentem Cedron. Nempe torrens iste, per quem transit mediator: mortalitatis designat fluxum, in quem primus homo delinquendo ceciderat. Non enim de uoluptatis diuinæ abundantia profluxit hic torrens: sed de calliditate serpentis, atque consentientis hominis uoluntate. Mortis quidem sententiam, quam idem deliequendo perceperat, in omnem generis sui posteritatem induxit. Quamobrem adeo inoleuit decedēdi necessitas, ut nemo sit, qui eandem fugere ualeat. Hoc Propheta insinuare uoluit dicens. **Psal. 88** Quis est homo, qui uiuet, & non uidebit mortem? Hanc quippe nulla necessitate compulsa: nulliusque uoluntate coactus noster subiit mediator. Non enim ipse, ut ceteri, quisbus indicta est moriendi necessitas, corporis resolutionem pertulit. Quando uoluit occasus est: quo passionis genere illi placuit, cruciatus est. Totum in illo egit caritas & uoluntas. Voluntarie se patri dum obtulit: resurrectionis stolam gloriose promeruit. Et quoniam de mortalitatis ac passionis torrente in via babit: nec non redēptionis ardore succensus per Cedron transiuit torrentem. Nouerat quid ibi passurus erat: nouerat propriam uirtutem, nouerat retributionis suæ mercedem. Prorsus amoris desiderio fatigatus quod mente conceperat, perficere conabatur. Tota siquidem animi intentione dirigebaratur ad crucem, quāquā caro uiriliter repugnaret. Qualis conflictus: qualis pugna: quale spectaculum? Impellebat spiritus, paternus, aduocabat honor, suadebat ratio, restauratio que cogebat humana. Reclamabat utique natura ipsa passibilis poenarum immanitate perterrita: nolebatque dominantis animæ imperio famulari. In horum uero medio constitutus tāquam strenuus ac insuperabilis miles carnis non ferens blanditiis spiritus iussa impere curauit. Trium igitur discipulorum numero sociatus relictis ceteris perrexit ad montem. Ipsi adhuc præsentibus tāquam uerus homo contristari cœpit, & mœstus esse. Quid est hoc domine? Contristaris ne? & uere paues? Nunquid contristatur, per quem contristati recreantur? Nunquid contristatur gaudiū? pauet fortitudo? timet uirtus? gloria tardium patitur? beatitudo denigratur? confunditur malestas? claritas obscuratur? infirmatur sauitas? & latitudo coarctatur? Armatorum neminem video: nullum cum gladiis & fustibus ueniente cerno, & times domine? Christianæ militię dux esse cognosceris. Certantibus aduersus aeras potestates præses, & paues? Dominus exercituū diceris & es: gladium non pacem in terrā uenisti mittere, & præliari formidas? Si bellatorum princeps trepidat, si certamē, ille qui præsidet, inire ueretur, quid ceteri agent milites & pugnatorum turbam seruorū? Vellē utique domine pauoris huius scire causam. Velle tamen tui nosse mystriū. Non enim militibus tuis uirtute inferiorē te iudico. Illos quidem agnosco uicisse regna: imperia curuasse, tolerasse supplicia, extinxisse ignem: feras domasse, & mortem ipsam nul latenus formidasse. O inauditū à seculis prodigiū: o gloriosum religionis Christianę trophae oblatas diuitias spernere, honores fugere, uoluptatesque calcare, appetere carcerares, prouocare tortores, & illatis cōuictis suauiter gaudere. Audiuius, nouimus, cōfitemur. Abs te domine Iesu per fideles tuos haec uniuersa sunt facta: non in illos te robustiores dicimus: diuinā attamē in sanctis tuis cōmendamus gratiam: in te autem humanā prædicamus. In martyribus miraculū: in te uero fuisse dicimus documētū. In illis donis in te autem miserationis sacramentū attollimus. Erexit plane cælestis uirtus supra naturam limites fidei confessores: in illisque benedictio diuina refulgit. Ipse autem mediator relictus

libri

A sibi pauere uoluit & tñdere. Agnosce igitur, o homo, Saluatoris tui dignationē. Se curauit ad te, ut te eleuaret ad se: humiliauit se propter te, ut te exaltaret in se: depresso se, ut in perpetuum beatificaret te. Causa tamē, ne ingratus de munere scandalizeris pro infirmitate. Apostoli audī: Quod infirmū est Dei, fortius est hominibus. Quū esset impossibilis Deus: homo factus infirmatus est propter te, patore habuit propter te. Horredæ mortis tediū pertulit propter te. Potius miserationem mirare, q̄ pœnā: magis caritatem, q̄ formidinē lauda. Non eris ingratus, si benevolentia redēptoris agnosces. Mœstitia itaque illius cōfitere, paucore diligere, tediū uenerare. De tuo hoc habuit, non de suo. Pro peccato tuo doluit, fleuit, quod non commisit: exhorruit, quod non fecit. Non enim fecit mortem, nec morientium perditione latatur. Ex his mœroris eius intellige causam, & gratias age, te agnosce in illo, pro illo lacrymare, qui doluit propter te. Doluit (inquit) & supra modum doluit: adeò ut mortiferet proximus. Sic enim ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Nē mo doloris eius sufficienter immensitatē exprimit: mœrore tamē suo, quid in nostro agere debeamus, indicauit. Discat ergo de exēplo remedii, qui in afflictionibus propriis cupit habere præsidium, nō de terra, neque ab hominibus: sed à Deo opportūnū quæsūit auxiliū. Ad orationis quidē suffragiū, ad quietis portū, ad implorationis adminiculū festināter accessit: nō autē labore uictus, aut prostratus tardio, seu doloris nimietate superratus: quippe qui poterat, si uellet, euadere: sed dulci cōpassione cōmotus orādi ambitū adiuuenit. Suo nos uoluit erudire exēplo, ut in arduis, in periculis, in omniq; inopinato euentu ad orationis refugium fugiamus. Quid ages tu, o elate, qui proprio arbitrio duceres, tuque inniteris sensu. Validioribus ne, q̄ Christus, sit cinctus es armis? Nunquid tu Christo fortior, aut saluatore cōstantior? Ille in agone cōstitutus ad orationis solatiū reclinauit, tu absque imploratiōis medicamine tribulationū uulnera perferre presumis? Ille nisi oratione prævia pugnæ noluit habere cōgressum: tu quāvis inimundorū spirituum bella sustineas: quanquā indelinenter in uitiorū souēa cotruas: tanquā securus de palma nullius flagitabis opem? Hinc delictorū tuorū, & deuotionis causa, hinc tam frēquēter prosterneris, spoliaris, vulneraris, occideris. Absque diuino adiutorio in tribulatione quis stetit? quis sine illo in spirituali bello præualuit? quis inimicis terga nō uertit? quis in huius uite solitudine nō errauit? Prophetā in tribulatione positū, quid fecerit, audi: Ad dominū (inquit) quātribularer, clamaui, & exaudiuit me. Et iterū: Tribulationē & dolorē inueni, & nomē domini inuocauit: o domine libera animā meā misericōrds dominus & iustus. In certamine uero cōstitutum attende deprecantē. Deus (inquit) in adiutoriū meū intende: domine ad adiuuandum me festina: confundantur & reuereantur, qui querunt animam meam, ut auferat eam. Mōsen cōtra Amalech pugnantem memento orasse: Iosue aduersum Gabaa, Gedeon aduersus Moab, lepte contra Amon, Samson in ruinam Philistium. Samuelem quid memorem, Dauid, Ez̄echiam, Heliam, Helisēum, Danielem, Ez̄echielem, Hiēremiā, ceterosque uates, & iustos omnes Dei milites semper in bello aduersus uisibiles & inuisibiles hostes indelinenter orasse? Disce igitur & tu in omni negotio, in temptationibus, in pressuris, in necessitatibus, in dubijs, in omniq; euētu, omni temere, & ubique orare. Evidēt perire non poteris, si in his, quæ dicta sunt, iugiter oraueris. Mediatoris exemplo, quē ante cordis oculos præsentē habes, quāliter orare, quidue in oratione tua petere debeas, diligenter aduerte. Maximum quippe in uerbis & in modo tibi præbet orandi documētū, quū aduersi quid pateris. Ab hac caue summoperre, ne discrepes, orationis formula; si à uirtutis tramite deuiare non uis. At uis nanc̄ a discipulis, quantum iactus est lapidis, positis genibus procidit in faciem suam super terram, & deprecabatur, ut si possit fieri, transiret ab eo hora, dicens: Pater mi omnia tibi possibilia sunt: transfer à me calicem hunc: ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Secessit prius ab aspectibus hominum, nō propter suffragium mentis, sed propter exēplum tui: ut tu, quum orare uis, elongeris ab omnibus: quatenus facilius intrare ualeas in cubiculum cordis tui: ibi rogare patrem tuū. Deinde genua posuit, in faciem suam procidit: sicque, quod uolebat, exposuit. Ex his collige orandi modum, & Dei præsentia meditare. Re etenim uera, quum oras, assistis Deo, & cum omnipotēte loqueris: si tamē non inaniter oras. Quis non paueat afflentiam maiestatis? quis diuinam non uereatur præsentiam? quis domini sui non timeat displicere conspectui? Quamobrem quū oras;

**Laur. Iustini**

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

i. Cor. 1

Matth. 26

Psal. 119

Psal. 114

Psal. 37

Luc. 2

quum preces fundis, altissimo diligentissime intende: quis, cui, nec alterum diuidas ab altero. Haec duo simul iuncta humilitatem docent, congregant mentem, phantasmatum propulsant, orationem ornant, flectunt Deum, compungunt animum, & exaudibilem efficiunt deprecarem. Non erit difficile tibi etiam prostratus solo lingere terram, si Dei tuus, quum oraueris, notitiam habebis. Non autem aliunde arbitror cordis in oratione eueneire duritiam, mentisque effusionem, quam ab ignorantia horum. Si consideras, quantam mortalibus in sublimi fastigio positis reverentiam exhibes, asseuerabis uerum esse, quod fateor. Disuiesce (inquam) magis hominibus deferre, quam Deo. Vtricque debitum honorem impede. Deum utique honora propter se: hominibus uero te subiace propter Deum, iuxta singulorum dignitates & merita. Hoc apostolica commendat autoritas. Subiecti (inquit) estote omni humanae creature propter Deum, siue regi quasi precellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum: laudem uero honorum. Omnes honorate, fraternalitate diligite, Deum timete, regem honorificate, servi subditi estote in omni timore dominis, non tam bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Deo itaque latrare ueneratione exerce: hominibus uero famulatus obsequiū. Toto corde in sensu anime tecum habitando cum humilitate mentis maxima, corporisque prostratione (si uales) Deo in oratione te subiace. Quod si non potes corpore, mente minime id agere desinas. Scrutator etenim renū & cogitationū est Deus. Hunc assistedi Deo in oratione modū te tuus mediator edocuit, ipsum obserua, ipsum imitari ne differas. Modū igit̄ didicisti: disce nūc magisterio eius, illiusque exēplo, quid postules. Patrī nāc in facie suam prostratus sic ait: Transfer à me calicē hūc. Assumpti quidē hominis uerba sunt hēc: non tamē eius, quia ratione pollet, praeest intelligentiae dominatu, atque discernit, ut angeli, sed qui corpus vegetat, regit sensus, carnē fuet, & tanquam suā naturaliter nutrit ac diligit. Habet quippe homo, quamque rationale sit animal, aliquid commune cum animātibus ceteris, & aliquid commune cū angelis. In ea si quidē parte, qua uigebat sensibus, eratque passibilis, omnino pati refugēs aiebat: Transfer à me calicē hūc. Volebat (si fieri posset) acerimas, quē illi imminebāt, euadere passiones. Suadēte utique ratione illas prorsus nouerat esse tolerandas: propterea antequam pateretur, acriter angebas. Sēsualitati autē renitēs ratio cōstanter, intrepideque subinferebat, dicens: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. O quā mirandū certamē, o quāta pugna in mediatore Christo, carnē aspicere, repugnare spiritui, & spiritū carnī: tanquam si quispiā decubaret infirmus, cui pro restaurāda ualeudine poculū amarissimū porrigeret à medico: dupliū hīc desiderio trahere, euitādē (uidelicet) potionis, & cōsequēdā sanitatis. Sugereret ratio amaritudinis haustū, quē omnino sensualitas obhorteret. Porro quādiu in hoc perduraret agone, anhelo cruciare affectu. Illa uero superior fieret pars, cui cōsensus uoluntatis insisteret. Eundē in mediatore nostro suis cōflictum ambigat nemo. Bino nāc impellebatur cruciatu, eo uehemētius, quo acerbior spiritus animae materia potendebat: utrobiusque impulsus nimius, & importabilis causa. Passionis etenim poena ex sui magnitudine intolerabilis uidebatur, sed & amoris uehementia, atque satisfaciendi ardor ad subeundum crucis patibulum supra modū urgebat. Saluberrimū igit̄ & amborum commune medicamentum idem mediator inuenit. Nolens siquidem se nec ad dexteram, neque ad sinistram infletere, paternae se realiter subdidit uoluntati, dicens: Veruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu. Tali prolatione uerborum, talique mentis assensu renitēs carnis spiritus palmam obtinuit. Huius itaque pugnæ celebrato triumpho ab oratione surgens ad discipulos, quos orandi causa reliquerat, rediit: illosque dormientes inuenit: dixit autē Petro: Simon dormis? O sapientiae uerba, o moderata locutio caritatis. Ex obliquo, prudentissimeque discipulorum obiecit negligētis, & potissimum illius stravit pertinaciā, qui quāuis succensus zelo: tamen ceteris fuerat audacior, atque de se fidētior. Quid ait: Simon, dormis? unde tatus sopor, & tam profunda mentis hebetudo: nūquid obliuioni mandasti, quae tecum discumbens pollicebaris, dicens: Tecum paratus sum & in carcерem, & in mortem ire. Armatos milites necdū uidisti irruere super te. nullus te impulit, nemo tibi molestus est, & tamen dormis. Et si non pro te, saltem expurgescere propter me: quem paulo ante conspexisti pauentem atque dicētem: Tristis est anima mea usque ad mortem. Quāuis enim amor excusserit timorem ex te: ipsa tamen imminens, & molestia præsens compassione tibi immittere deberet de me: cur igit̄ dormis? Ad cate-

tos

A uero conversus dominus, inquit: Sic & uos grauati, ac moerore depresso non potuisti una hora uigilare mecum? Quomodo carceres, uincula, opprobria, flagella sustinetis & mortem: si hora una tamē nō potuisti uigilare mecum? In minimis & leuissimis agnoscite, quid in maximis & grauissimis de uobis existimare debeatis. Vigilate igit̄, & orate, ne intretis in temptationem, ne seducamini, ne intretis denuo in temptationem: uigilate, & orate. Ordo pulcerrimus ad evitandas temptationes. His paucis sapientia Dei omnem spiritualis certaminis insinuauit peritiam. Porro uniuersa quae mentem inquietant & prouocant, aut ex nobis pullulant, aut inferuntur nobis. Quae ex nobis pullulant, concupiscentiae sunt: quae uero ab aduersario suggeruntur, uel ab hominibus sunt, temptationes sunt. Aduersus ergo concupiscentias ne seducant, ne allificant, ne sensum evertant, uigilare oportet: uerum contra nequam spiritus, & proximorum nequitiam orationum armis muniri: quāquam iuxta domini sentētiā etiam solerter aduersus diaboli astutias uigilare debeamus. Illud (inquit) scitote, quoniam si sciret pater familias, qua hora fur ueniret, uigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Quamobrem tam cōtra concupiscentiarū impulsus, & immissiones diaboli, hominumque fallacias erga cordis custodiā uigilare nos congruat. Quicquid aduersi foris pulset, seu obstrepet intus, obesse nil potest: dummodo diuinus timor, non dormitans intentio, proficiendi studium, innocentie gustus, puritatis ac munditiae zelus, atque interna pacis affectio cordis possideant penitentia. Re nāc uera nemo lēditur, nisi à seipso. Quisque igit̄ eo fit robustior, quo erga se uigilantior; atque tanto in periculis & temptationibus securior, quanto in oratione solicitior reperitur. Ista duo, interioris (uidelicet) hominis uigilantia, orationisque frequētia optimē conueniunt, & sibi uicissim salubriter famulantur: adeo ut non sine dispensatione ualeant ab alterutra separari. Cordis quippe munditiae, quae ex cogitationum nutrītur custodia, ignitam rationem germinat: ipsa uero oratio in sui custodia prudentiorem exhibit mentem. Hēc si quando oratione neglecta cōperit à sui custodia dormitare, repente cupiditatibus frēna laxantur, & immūdis cogitationibus aditus reseratur. Tunc in ipsius mentis habitaculo tumultuosa uitiorum contentio oritur, concupiscentiae carnis ebulliunt, spiritus prudentia deperit, atque nō mediocriter tepere inchoat incendium caritatis. Nam etiā spiritus tunc propter innatos habitus promptus est: caro tamen ipsa infirma sentitur: quoniam uigorem animi præripiente negligentia, quae ex carnis pruriētate causatur, omnem mentis familiam deordinat, atque subuertit. Difficillimē prorsus, & nimio cum labore concepta desideria spiritus perficiuntur opere carne (uidelicet) importunē spiritum debellaute. Non igit̄ ab te discipulis dormitantibus, & amantibus dominus quum dixisset: Vigilate & orate, ut non intretis in temptationem, intulit. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Nouerat magnum afferte spiritui detrimentum ad uirtutum profectionem ipsam carnis infirmitatem, quae eo minus despīt & lascivit, quo uigilando & orando mentis puritas custoditur. Hoc exhortatione & exemplo ipse mediator erudiens post prolata sententiam iterum ad orationis rediit locū. Docuit sapienter nos, ut quoties pressuras patimur, quoties temptationū agitamus procellis, D ad pacatissimum orationis accurramus portum. Nil sic impugnantes nos reprimit, sicut precum instantia, & humilis coram Deo assistentia. Accessit itaque denuo ad orationem dominus se in faciem suam prostrauit: repetitaque oratione patri inquit: Pater mihi (si uis) transeat à me calix iste: ueruntamen fiat uoluntas tua. Aduerte diligenter, quoniam eadem poscens quae prius: in patris tamē uniuersa reliquit arbitrio. Id ipsum age tu, qui altissimum deprecaris. Ante prouida examinatione considera quid postules: pete quoque humiliē: postremē cuncta dispositioni diuinę committe. Quantūcunque honesta, quantumcunque utilia & spiritualia poscas: nūquā tamē in tuarum fine petitionum addere prætermittas, fiat uoluntas tua. Ambiguū etenim quā sit, quid nobis præstatiū sit: ad sapientiā Dei semper adeundū est thronū. Ibi offerēda sunt uota, petitiones exponēdā: detegenda necessitas: totusque cōditori nostro cōmitēndus est orationis effectus, quemadmodum eadem sapientia in sua oratione nos docevit. Qua perfecta tursus ad discipulos rediens eosdem dormientes inuenit. Erant etenim eorum oculi grauati, & ignorabant quid responderent ei. Illos (ut prius) redarguere noluit tanquam ad suscipiendam correctionem inhabiles. Silentio sue maximam ad subiectorum regimē eruditōnem dedit.

Indicauit quippe ex se, ut eo tanto tempore delinquentes arguantur, atq; uictiorum macula  
increpationibus detergatur, quo is, cui dicitur, corrigibilis est, alioquin uulnus superad-  
ditur uulneri, & passione passio cumulatur: sicut frequenter, ut grauior sit recidua corre-  
ptionis, quam dannum perpetratu criminis. Non autem iudicium effugier: qui etiam delin-  
quenti deteriorationis tetendit decipula: ambo tamen ferientur, ambo iusto plectentur  
suppicio: qui (uidelicet) deliquit, & qui inconsulte fratri scandalum suscitauit. Quamob-  
tem magna est adhibenda in correptione prudentia. Consideranda est peccati qualitas,  
peccantis conditio, intentionis peruersitas, correptionis tempus, & uerborum mensura.  
Horum quoq; deficiente, redargutio ipsa uix absq; delicto committitur. Itaq; ut fraternalis  
dilectio incontaminata seruetur, memoratam correptionis regulam: qui proximum ar-  
guit, custodire non negligat: atq; qui peccat, emendantis uerba humiliter suscipere non  
recuset. Hoc etenim modo caritatis perficitur lex, quae nulli (prater debitum) onerosa est.  
Nouit silere quu expedit, scit etiā fari quu opportunitas exigit. Vt rurq; ipse legislator  
prudentissime egit. Ab oratione siquidē surgēs, primō dormientes discipulos incepās, F

**Matth. 26** ait sic: Non potuistis una hora uigilare mecum? Secundō rediens, eosdemq; reperiens  
dormientes omnino conticuit. Vides quam mature se habuit: primō admonitionis elo-  
quia protulit: secundo dormientibus nil dixit, quin potius ad orationem denuo regres-  
est. Orante autē illo prolixius angelus domini de cælo apparuit: atq; pauentem officio-  
sissime confortauit. Confortauit (inquam) ut ab inchoato redemptionis nobilissimo nō  
desisteret opere: quod adsc̄p cōsumaret illud: nulla tamen impellente mediatoris debilitate  
spiritus, confortas angelus astitit: quippe qui quum alacri animo ac uoluntarie illum  
pateretur agonem. Erudiebatur equideam in ipso plebs futura fidelium: quatenus ange-  
lica exhortatione cognita ardenter & ipsi orationi incumberent. Commendatur ex hoc  
orationis actus, cui tam familiariter intersunt angeli. Nam angelos frequenter afflisse

**Tob. 12** orantibus, atque eorum preces offerre Deo dubitet nemo. De Tobia nanc̄ legitur an-  
gelum dixisse: Quu orabas tu & nurus tua, ego orationes perferebam coram Deo. Sed

**Aet. 10** & de Cornelio dicitur: Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā co-  
ram Deo, utiq; per angelos. Optimè comitantur orantes angelis: quoniam orationis in-  
stantia, quæ purè exhibetur altissimo, sicut angelorum est opus: ita angelicum depreca-  
tis efficit animum. Vnde sancti angeli non immerito exultant, atq; famulantur oranti-  
bus: quum rationales spiritus corruptibili natura uestitos aspiciunt supra cælorum alti-  
tudinem ascendere in spiritu: illosq; tametsi non ita perfecte in terris agere, quod ipsi  
absq; defectu ullo, aut temporis intervallo in celo perficiunt. Meritum itaq; orantis ani-  
mi, atq; afflicti suo voluit dominus insinuare exemplo, quum illum orantem & pauen-  
tem angelum confortasse legatur. Nec mirum est angelos moestorum & Deum exoran-

**Psal. 33** tum interesse coetibus, cùm de domino angelorum Propheta dicat: Iuxta est dominus  
**Psal. 90** ih̄s, qui tribulato sunt corde. Et alibi de uiro iusto: Clamauit (inquit) ad me, & ego exau-  
diā eum: cum ipso sum in tribulatione, eripiā eum, & glorificabo eum. Propè igitur est  
dominus omnibus inuocantibus eum in ueritate, quemadmodū illos hortari dignatus

**Psal. 49** est, dicens: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Hinc unitatio-  
rantium & gementium, quæ hoc loco exprimitur, plena spei atq; lœtitiae materia causatur:  
quando huiusmodi autoritatibus roborati angelicos spiritus, & ipsum dominum angeloru-  
m adesse non dubitent. Verum si iustis molestitia saucijs & interpellantibus Deum su-  
pernorum ciuium societas pro solatio datur: cur non magis Dei & hominum mediatori  
Christo? Attamen non eadem causa fuit in illo, quæ in cæteris esse probatur. Certum ni-  
hilominus est illi angelum apparuisse oranti. Tanto siquidem premebatur tædij ac pa-  
uoris impulsu, ut in agonia fieret: dumq; prolixius perseveraret in prece, factus est sudor  
eius sicut guttae sanguinis recurrentis in terrâ. Accedite nunc huc in spiritu omnes uos,  
qui pietatis uiscera gestatis, & qui de domino sentitis in bonitate, atque in simplicitate  
cordis queritis illū. Accedite (inquam) & quale uobis coram positum sit compassio-  
nis inuentuum, attentissime considerate. Redemptorem uestrum, regemq; cælorū, oran-  
tem, pauentem, agonizantem, sanguine sudantem mentis oculo contemplamini: nō ta-  
men sine profluvio lacrymarum. Quomodo (oro) lacrymas cōtinere ualebitis aspicien-  
tes pīssimi domini guttas sanguinis recurrentis in terra? Cernite diligenter dominū le-  
sum

**A** sum totius suavitatis fontem pallentem facie, genibus flexum, tremente corpore, cordē  
uerò moerore trāfixum: uultu rubicatum sudore sanguineo, & iuxta angulum eundem  
adhortantem. Compatimini, gemite, flete, ululate. Quāta lateat in corde tristitia, ex uul-  
tu inadfectio cognoscite, quam intolerabilis futura sit passio, ex sudoris qualitate col-  
ligite. Porro si ex sola passionis consideratione illius penè deficit uita: quid in ipso cru-  
cis ager suppicio? Si in certaminis sui initio tantum præualuit moeror, alapa, conuictio,  
flagella, acetum, fel, arundo, sputa, clavi, lancea, quantum actura sint, qui potest, excogita-  
ter. Plorate itaq; & mente propius accedendo moerenti cōformamini, atq; iuxta cordis  
uestri prudentiam consolatoria uerba proferte. Maximum quippe eloqua pia, & lacry-  
mosa compassio afflito solatium præstant. Quamobrem exhortationē meam suscipi-  
te, meosq; sermones negligere nolite. Quid in eis lateat, exercitatio deuotionis aperiet:  
Perseuerate igitur in lacrymis, & in pietatis prece persistite, quoaduscq; mediator orati-  
ni suam imponat. Tunc quæ secutura sint, diligeatī considerationē pensabitis.

**B** Quid agere, & qualiter Christi miles in spirituali se debet habere certamine. Cap. v t t.



Trenuissimis interdum accidere bellatoribus solet, ut ante terminum pu-  
gnæ, seu in ipso calore certaminis pro armorum ineptia, vel pro uitibus ut-  
cunque sumendis quantulumcunq; secedant de stadio: quatenus ex cor-  
poris restauratione patim̄pet suscepta robustius in acie perseuerent. Illis  
minimē prorsus ignausæ ascribēdum est, quum magis pro amore uictoriae;  
q; ob pugnæ metum id agere consueuterint. Nempe in cunctis prudētia virtus cōmen-  
dabilis est, quu ad optatū, quò tendit, dirigit finē. Quod in agone uisibili eueniē de-  
scripsimus: hoc in spirituali atq; inuisibili contingere dubiū non est. Imbecillis quidē &  
exigua est hominis fortitudo, ut in certaminis stadio absq; defectione ualeat perdurare.  
Proinde quādoq; secedendū est, & reparāde uires, ne laxato animi uigore inimicus pre-  
ualeat odiosus. Quò autē declinandū est: Utq; in secretiora loca, ubi fragor nullus au-  
diatur armorū, nullusq; hostium timeatur incursus. Cordis igitur secreta petēda sunt, in

**C** quibus obstructis sensuum ianuis: perlustratis dūtaxat prius spiritualibus latibulis, atq;  
phantasmatibus cunctis inde fugatis animus se in quiete cōponat. Tunc quippe magna  
pace potitus se statuat ante se: & tanquam in tribunalī residens operū suorū familiā iudi-  
cat, agnoscat cōgitata, desideria penset, collapsa etigat, scissa resarciat, delicta deflear,  
prudētiaq; examinatione agenda disponat. Ab huiusmodi nō se exercitatione subducat:  
donec omnibus introrsus ritè ordinatis lœticantē in se aduenisse sentiat Paraclitī gratia.  
Hanc, qui uenerit, suscipiat reuerēter, pertractet humiliter, custodiat diligēter, atq; sua-  
uitet amplectatur. Nil etē pugnaturis sic expedit, sicut gratiae huius lœta societas. Hęc  
nanc̄ caritas accēdit flammā, humilitatis adhibet cautelam, pugnādi ministrat uires, lu-  
men latgitut prudentia, inimicorū propulsat pauorē, expeditū efficit animū, spemq; uic-  
toriae adducit permaximā. Nemo absq; hac securus pergit ad prælium: nullusq; sine co-  
mitante gratia cogitat de triūpho. Potro quicunq; uadēs ad pugnā salutari caruerit gra-  
tia, in primo aduersariorū congressu prōsternitur, seu cōcitatū ad fugam. Qua facio-  
ne (oro) triumphali honore censendus est dignus, qui intermis & imparatus accedit ad

**D** bellum, hostium potissimum considerata qualitate atq; sauitia. Arma equidem hæc spiri-  
talia sunt: quemadmodum inimici & prælium. De his Apostoli audi: Arma militia no-  
stræ nō carnalia, sed spiritualia potentia à Deo ad destructionem munitionum ad eu-  
cuandam omniē altitudinem extollētem se aduersus scientiā Dei. Vnde alio in loco ait:  
Induite uos animaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias diaboli: quia nō est nobis  
colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates: aduersus  
mūdi rectores tenebrarū harū: cōtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. State ergo succin-  
ti lumbos uestros in ueritate: induit̄ lorica iustitiae, & calceati pedes in preparatione E-  
vangelij pacis in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimis  
igne extingui. Et galeam salutis assumite, & gladiū spiritus, quod est uerbū Dei: per  
omniē orationē & obsecrationē orātes omni tempore in spiritu, & in ipso uigilantes in  
omni instātia & obsecratione. Nusquam igitur apertius istiusmodi cōponunt arma, certa-  
men ordinat, donatur & gratia, q; in orationis quiete, & deuotionis affectu. Quantum  
in ipso proficere possis, te etiā docuit Christus, suoq; Dei sapientia te instruxit exēplo. In  
oratione

oratione quidem sua angelum consolatorem habuit: & inhabitantam gratiam patenter ostendit. Ex animi magnanimitate, ex refectione pauoris, ex se persequentium obuiatione, atq; quærentiū quod dicitur, facile comprobatur. Ut autem ex operibus fidem uerbis accōmōdes (obsecro) quid idem post orationem egerit, solerter attende. Quum surrexisset (inquit Euangelista) ab oratione, uenissetq; ad discipulos, & reperiisset dormientes, ait illis: Dormite iam, & requiescite: sufficit, ecce uenit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorū: surgite, eamus: ecce appropinquat qui me tradet, & prop̄ est. Vidēstis quām robustus, quām alacer, & intrepidus ab oratione surrexit? Non enim inimicorum suorum declinauit præsentia, quinimō se capere uolentibus occurrit: atque ultrō se illis cognoscibilem fecit. Ut igitur erudiaris in spiritu, & opere perficias, quod dicens: intellige quantū oratio conferat, quā pauentem & agonizantem recipiens dominum illum exhortantem reddiderit atq; intrepidum, unde aiebat: Surgite, eamus: ecce appropinquat qui me tradet. Neminē tamē moueat, quod præmittitur dominū dixisse discipulis: dormite iam & requiescite. Latet in his paucis profunda mysteria ueneratione atq; inquisitione dignissima. Non em̄ incōsulte tam seriatim sibi inuicē contraria uerba cōtexit. An nō opposita sunt, dormire & surgere: requiescite & eamus. Facillime in ipsis offendereat animus, & deuiaret à uero, si diuinæ sapientiæ nō essent eloquia. Quoniam uero illius huiusmodi sententia est, nō improbanda, sed potius differēda est. Quales esse de beat uerbi Dei prædicatores: aut qui se tentationibus & seculi persecutionibus obiiciunt, uel regimini animarū incubunt, his uerbis indicauit. Difficile quippe est quietis tranquillitatē desérere, proximorū lucris insister, tentamēta pati, crucemq; imitādo Christū quotidianē baiulare. Hęc utiq; sanctorū sunt opera & exercitia perfectiorū. In talibus nemo nisi uocatus se īngerat: nullus nisi impellente necessitate, uel obedientia uer gente se occupet. Priusquā huiuscmodi studijs se miles Christi tradat, uacet deuotioni, orationi intendat, quietem diligat, deuitet tumultus, & interiori exercitationi mētis suæ componat habitudinem. Suas quoq; assuecat calcare passiones: sua uitia resecare, antiquatas cōsuetudines reformare, cōprimere uentrem, lingua circuncidere, domare carnem, G mores corrigere, & quicquid deformē est, sub disciplinæ vigore compescere: quatenus ex se discat, quid de alijs debeat agere: quid uentre sentire, atq; ceterorū passiones impassibiliiter coercere. Ridiculū equidē de se intuentibus facit, qui uoluntariè delinquēdo aliorum conatur errata corrīgere, ignoransq; se qualis sit, de proximorū occultis uult proferre sententiam. Et ex hoc sāpissimē, ut in soueam cadens iacentes erigat, & damnādo alios ipse damnabilior existat. Velitq; cæcus & tumidus ducatum præbere cernentibus: propterea dum multis prodelle desiderat, se non mediocriter offendit. Nobile igitur ad uitandum hoc doctrix sapientia documētum instituit, quando discipulis prius dormire & requiescite, quām surgite, & eamus, inquit. Suos breui sermone fideles admonuit, ut prius propria, q; aliorū debeat emendare delicta, atq; antē in quietis se agnoscere oīcio, quām ad exteriorū tumultus foras exire. Facile etenim quisq; quod acquisiuit, amittit: si nō uocatus se inconsulte exponit. Diuturna quies lacte deuotionis enutriat, quos aditos & fortes probatio tentatiōnis examinet. Nullus itaq; inaniter dominū in passio- H nibus imitari præsumat, nisi impellēte spiritu aut uocatus quiescat, crescat, agnoscat, diligat, ne cadat. Audiāt tumentes & inexperti sponsam quieti deditā, & dilectam se humiliē exūsātem. Non enim audebat sequi uocantem: quoniam de se minimē confidebat. Quamobrem pulsanti sposo, atq; dicenti: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meū plenū est rōre: & cincini mei guttis noxiū, respōdit: Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illā: Lauis pedes meos, quomodo inquinabō illōs? Verū nō minus quā se excusauit dilecto placuit, quām si imprudenter repētē erupisset. Discat ergo singuli præsentibus sponsæ sermonibus: discat omnes sponsi admonitionib; quando surgere, qualiterq; eundē debeant imitari. Sensum hunc apertissimē Vates egregius exposuit, dicens: Vanū est uobis ante lucē surgere, surgite postquā sedentis, qui māducatis patē doloris. Ordinatissimē igitur & magno cum moderamine nobis in discipulos locuta est sapientiā, inquiēs: Dormite iam, & requiescite. Sufficit. Ecce uenit hora, & filius hominis traderetur in manus peccatorū. Surgite, eamus. Ecce appropinquat qui me tradet: & prop̄ est. Ipso adhuc loquēte uerba hęc: ecce Iudas

A Iudas unus de duodecim plurimis uallatus militum turmis superuenit, ut illum apprehenderet. Imm̄emor nāt̄ beneficiorū, beneuolētā ingratus, ignarus sceleris, insensibilis de se, de supplicijs infidelis, inhumanus in magistrum, īmpius erga se, auarus de pecūnia tam horrendū proditionis non erubuit committere facinus. Dederat quippe persequitoribus signum, dicens: Quēcunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum, & ducite cautē. Quid peruersus, quid scelestius agi potuit, quām autorem pacis sub pacis osculo uenundare? Inimicus pacis pacem simulando tradebat. Accessit utiq; ad Iesum, & salutatiōne dolosa, inquit: A de Rabbi. Ad quem cōuersus dominus, ait: Amice ad quid uenisti? O magistri miranda humilitas, o discipuli inaudita crudelitas. Non enim reatus discipuli latebat magistrum: & tamen illum se ignorare ostendebat, dicens: Ad quid uenisti? Proditoris facinus blanda alloquitione tegebat, nolens illius mortem: sed ut magis conuerteretur ad uitam. De salute uero propria ille desperans propius accedendo uitæ autorem ad mortem osculatus est. Cuius nō horrescant nunc uiscera in tam obdurata mente discipuli? Dic, o uniuersis crudelior, quid iniuriæ, quid damni, quā uē inimicitarū præcesserit causa, ut tantum facinus perpetrare? Magistrūmne tuum in scelere aliquo deprehendisti? an forte tibi quicquam defuit, ut egestate compulsus manifestatis dominū precio uenundares? Dic (oro) dic quā tanti causa delicti. Cūr taces? quare concidit uultus tuus? quare uel post perpetratām culpam reatum non confiteris tuum? cur præsente adhuc domino nō flagitas ueniam, qui pro peccatoribus redimendis factus est homo? Ad indulgentiam suscipiet te: si tamen humili confessione fatearis delictum. Ut autem video nimio suffusus rubore nil loqueris: cupiditatis laqueo iam necatus in baratrum desperationis immergeris. Te iam extinctum mediator intelligens proditionis tuæ detexit facinus. Iuda (inquit) osculo filium hominis tradis. Hac uoce percussus proditor, parumper secessit: quatenus armatis milibus circuūntionis locum daret. Horum uero nihil ueritus dominus, tanquā bellator robustissimus, & Christianæ militiæ insuperabilis dux ih̄s, qui eum detinere cupiebat, procedens obuiam, dicit: Quiēm quæritis? O regis nostri magnanimitas strenua, assitit, loquitur, interrogat, Lxx. 23 dicens: Quiēm quæritis? Illi uero: Iesum Nazarenū. Quibus dominus: Ego sum. Non fugit, non latitat, non se excusat, non se defendit: sed inquit: Ego sum. Quā est ista confessio: quā tam cōpendiosa responsio? Quid est dicere, ego sum. Dixisset saltē: Ego sum quem quæritis: ego sum quem tenere desideratis: uel (quod his excellētius est) ego sum Deus: ego sum qui creauit cælum, formauit terrā, plasmaui hominē, atq; uniuersa guberno. Magnum hoc esset uerissimū, honorabileq;. Expressius tamen, profundius, ac uenerabilius explicauit suæ celsitudinē maiestatis, suæq; diuinitatis potentiam simplicitet inquiēs: Ego sum. Quā nāq; sunt in eo quod mutabilia sunt, in eo quod à seip̄is nō sunt, in eo quod finita sunt, eorū nullum dicere potest, ego sum. Quomodo dicent, ego sum, quā ab alio pendeant, & terminatam qualitatem, uirtutem, gratiam, & circumscrip̄tu habeant esse? Quicquid ab aliquo est, à semetipso non est: quod autem à semetipso nō est, sed alieno (ut sit) auxilio indiget: ne quid ueraciter diceré, ego sum. Ille itaq; solus est, qui sempiternū habet esse, immutabile atq; beatum. Qui à nullo est, nullius indiget, nūsq; deest, qui sine contradictione potens est: sine errore sapiens: sine passionis motu iustus: sine personarū acceptione beneuolus: sine infirmitate patiens: sine æquiparatione summus: sine defectu bonus: sine sui derogatione misericors. Qui in eo quod essentia liter est, à nullo est: sed omnibus quā sunt, præstat ut sint. Quā nanque sunt bona, ipsius bonitatis facta sunt, quā habent uirtutem, ab ipso gratis acceperunt: & quācunq; sunt, utiq; ab illo facta sunt, qui ait: Ego sum. Ipse dominus Iesus, Verbum patris, Deus & homo, hominū mediator, & uniuersorū cōditor. Ut etgo dixit eis, Ego sum, abiēsūt retorūsum, & ceciderunt in facies suas. Fulgorem siquidem æternæ ueritatis sustinere non ualent, ab ipsis lumine repercutti, & diuinæ uocis tonitruo territi, retorūsum ceciderūt. Tunc quippe si uoluisset, occultare se poterat. Poterat etiam uerbo suo omnes perire: sicut unico sermone prostrauerat: uerū qui serui suscepereat formam, & nō uenerat occidere, sed salutare: noluit potestate pugnare, sed humilitate uincere, atq; fortitudinis tolerantia superare. Quamobrem diuinitatis prostratos potentia permisit surgere: ut liberā, si uellent credere, eorum esset confessio, quibus denuò ait: Quem quæritis? At ipsi Iesum

Iesum Nazarenum. Perdit homines prostrationis suæ usq; miraculo prorsus credere; confiteri, atq; adorare debuerant: sed mansuetissimi pastoris uocem: quoniam de ipsius oib; nō erant, nequaquam audierūt. Rapaces erāt lupi, & immaculati agni sanguinem sitiebant. Sitiebant (inquam) & tamen nisi permisisti bibere non ualebant. Expectabant ab eo licentiam, ut raperent, crucifigerent, occiderent, b̄berent. Hæc omnia quoniam pati uenerat, audierunt. Dixi uobis, quia ego sum: si ergo me queritis, sinite hos abire. Attende diligenter quam præcipuum erga discipulos demōstrauit affectum. Semetipsum obtulit: illos autem illæsos abire concessit. Nouerat quippe ad tolerandas persecutions eosdem adhuc minus esse idoneos. Distulit ad tempus quoadusq; habiles fierent: quem admodum nutrix circa infantis curā materno uigilans affectu, donec educatus ualidior fiat: tunq; & ipsa quem prius souebat gremio, exercet laboribus: & ad mundi perferenda mala non parcit. Nec tamen minus diligit, quum fatigat, neq; minus amplectitur dulciter, quum eum abesse permittit. Bona nutrix sapientia, quæ quos elegit in filios, miro ac mellifluo circunfouet amore: quandiu crescant, atq; ad maturiorem spiritus pertingant æratem. Singulorum uirtutes disponit, & ordinat: eorumq; neminem supra uires tentari patitur: ne cadentes ab illa efficiantur extranei: ceteros autem tanquam alienos à se malignos sinit cōsummare conceptus, sicut eos quibus dixit: Si ergo me queritis, sinite hos abire. Hoc namq; dicto cohors, tribunus militum, atq; ludæorum ministri, qui propterea uenerant, comprehendenterunt eum: illo quippe comprehenso dixerunt, qui aderant: Domine si percutimus gladios: Carnales erant discipuli, & gentium sequentes mores, persecutores suos perimere cupiebant: obliuioni tradiderant, quod dixit mediator: Si percussus te quispiam in maxillam: præbe ei & alteram. Et illud: Diligite inimicos uestros, benefacite ijs qui oderunt uos: & orate pro persequentiibus uos. Proinde eorum unus, qui cum Iesu erant, habens gladium, eduxit eum, & percussit pontificis seruum, atq; amputauit auriculam eius dexterā. Voluntate serebatur, non ratione: carne, nō spiritu arbitrio trans illum violenter de eorum eriperē manibus. Nempe discipulū qui hoc præsumperat, pius magister prudenti admonitione repressit: Mitte (inquit) gladium tuum in uaginam: nolo ut me eruas: nolo ut pro me decertes: nolo ut te pereunte me liberes. Ignoras quod qui gladio feriunt, gladio peribunt: non utiq; materiali, sed spirituali, atq; diuino. Habet equidem Deus gladium, quo tempore congruo feriat delinquētes. Apostolum audi: Vixus est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertinens usq; ad diuisionem animæ & spiritus: compagum quoq; & medullarū, & discretor cogitationum. De hoc ipso gladio ait Prophetæ: Et percutiet terrā uirga oris sui, & gladio labiorum suorum interficiet impium. Plurimos plane quotidie cernimus percutientes gladio iudicis aut inimicorum nō perire mucrone: neminem uero ferientem gladio, diuinam asseueramus posse ultionem euadere: tametsi impreuentiarum perspicuum nimis uideatur. Quis etenim credat aliquod impunè præterire delictum? Quod autem dis fertur, non negligitur: sed proprium reseruatur in tempus. Nempe quod præsens non erudit aduersitas temporalis, futura illis, seu perpetua irrogatur uindicta pro suoru cuiuslibet qualitate facinorum, diuinæ æquitatis sententia prærogatur. & qua siquidem lancea etiā munitissima pensat Deus humana delicta. Veridica igitur esse probatur definitio sapientiæ, quæ uniuersos gladio ferientes, gladio percutiēdos esse denunciat. Hæc noluit latere discipulum, ut quam districta sit animaduersio diuina cognoscens, manū à seriendo compesceret. Immoderatum itaq; discipuli zelum, ex eo quod sequitur, dulci admonitione coercuit. Calicem (inquit) quem dedit mihi pater, nō uis ut bibam illum: Huius calicis excellentiam expressit Prophetæ, quū diceret: Calix n̄ eius inebriās, ô quam præclarus est. Inebriat prorsus cōtemplantis animū dominicæ passionis calix: & mentis rapit affectū, eumq; iucundo amore perfundens tanquam ebrium facit. Quomodo nō inebriet meditantem: quum amor ipse inebriauerit patiētem? Amore quippe ebrius mediator suam coram omnibus exhibuit nuditatē. Alter equidem Noe prefiguratus in spiritu ecclesiæ plantauit uineam, quæ extendit terminos suos à mari usq; ad mare: & usque ad flumen propagines illius. Huius uitis ebrietatis dulcedine obiecta maiestatis gloria humanitatis uerenda nudauit. Caritatis eius percussus iaculo serui forma suscepta in cruce patibulo non erubuit mori. Istius calicis necdum Petrus expertus dulcedinem, sah tem

A tem diffundendam in gentes serui percussione cohibere curauit. Merito eruditus à domino audire promeruit. Calicem quem dedit mihi pater, non uis ut bibam illum: Desine ultra indignari, & pone gladium in locum suum, permittit ut perficiant quod cōpere runt. Ad hoc descendit ad uos, propterea illis licentiam dedi, profecto absq; uoluntate mea nil peragunt. Quiesce igitur tacens. Nempe si ergo qui patior, contradicere renuo, cur non magis tu: An putas quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum? Poterat (inquam) quoniam ad ipsius uotum omnia famulantur agmina angelorum, sicut scriptum est. Millium millia assisterunt ei, & decies centena millia ministrabant illi. Angelorum siquidem noluit liberari suffragio, quum propria posset uirtute saluari. Quod ergo tanquam infirmus homo tenet se uoluit, non sicut amissio potestatis, sed humilitatis ostēs, causa pietatis, uirtutis forma, & indicium caritatis. Patienter itaq; se comprehenderi sustinuit, & suis detentori bus humanitatis beneficium non negauit. Quam enim Petrus abscederat auriculā, tangendo sanauit, ut disceres ipsum esse per spiritum, qui cordis referabat auditum, quem sacerdotum impietas infidelitatis gladio amputare cupiebat. Ipsi plane erat, qui ut credentium obstruerent aures aduersus Christi ecclesiam, persecutionis inferebat procēlam. Prohibebant utiq; ne audirent dicente. Venite ad me omnes qui laboratis, & one Matt. 11. rati estis, & ego reficiam uos. Et iterū: Si quis sitit, ueniat ad me & bibat, & flumina de Ioan. 7. uentre eius fluent aquæ uiuæ. Eorum nequitiam longe ante Iacobī patriarcha prænoscens ait. Simeon & Levi fratres uasa iniquitatis bellantia, in consilium eorum non ueniat anima mea, & in coetu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Eadem apertius ipse patriarcharum & prophetarū dōminus manifestauit ad eos, qui uenerant ad se principes sacerdotum & magistratus populi inquiens. Tanquam ad latroniem existis cum gladiis & fustibus comprehendere. Matt. 26. me, quotidianè apud uos sedebam docens in templo, & non me tenuistis, sed hæc est hora uestra, & potestas tenebrarum. Iuste satis redarguendi fuerant sacerdotes, qui gloriae dominum, angelorum, uniuersorumq; tanquam latronem capere præsumperunt. Debuerant sane, quem nouerant in plebe tanta fecisse miracula, atq; solum tactu coram se sannasse auriculam, maxima cum ueneratione excolare. Debuerat (inquam) sacerdotum dignitatem, magistratus honorem, generis excellentiam, facinoris magnitudinem, solennitatis diem, legisq; prohibitionem attēdere, sed heu cum armatis lictoribus se turpiter sociarunt. Venerat namq; eorum hora, tenebrarumq; potestas, in qua illis in uitæ autorem concessum est crudeliter deservire. Callide igitur fraudis commentor agebat, ut (si fieri potuisset) Christi corpus extinguaret. Caput etenim ipsum tenet in manibus astantia quoq; illius membra comprehendere satagebat. Humano tianiq; discipuli timore prostrati se tenere uolentium de manibus exierunt. Cito (iuxta prophetæ uocem) fecerunt, obliti sunt Deum, qui saluauit eos, fecitq; in populo ante eos mirabilia, cæcos illuminando, sanando paralyticos, leprosos mundando, atq; uarijs & agrimonij laborantes propria uirtute curando. Omnes igitur terga uertentes pariter fugerunt, impletūq; psal. 105. lob. 19. D est quod propheticō ore prædictū. Noti mei recesserunt à me, oblitio datus sum. tā quam mortuus à corde. Nam & qui iuxta me erant, de longe steterunt. Fugit Petrus certis propriorum: fugit Ioānes qui in coena supra pectus Iesu recumbere meruit. Sic enim habes. Adolescentis quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo, & tenuerūt eum, at ille relicta sindone nudus profugit ab eis. Interim uero & tu ô fidelis anima parumper ab hoc crudeli secede spectaculo, non pusillanimitate repulsus, aut passionis timore perterritus, sed deuotione inflammatus, ac compassionē transfixus. Secede (inquam) & gradu cōcito, scissis uestibus, sparso crine, cinere capiti superiecto, & ab oculis ubertim lacrymis defluentibus, atq; ad gloriosissimam uirginem domini matrē accede, quæ suspenso animo nimiumq; mœrenti auide prestolatur, si forte aliquo referente audire ualeat, quid unico dilecto acciderit filio. Ad ipsam quum adieris, demissō ad terram uultu, uoce pauida, & corde modestia prouoluere pedibus, sanctæ atque cum ingenti singulu dicio illi. Heu heu domina angelorum, regina cæli, mundi interuenatrix, refugium peccatorum, naufragantium portus, salus iustorum, porta paradisi, Laur. Justin. P. matus

mater Dei, templum paracliti, lætitia supernorū, sapiens sedes, receptaculū gratiatū, virtutum magistra, humilitatis speculū, uirginitatis decor, pudicitiae titulus, honestatis laus, innocentiae candor, patientiae exemplar, sanctimoniae splendor, perfectionis summa, & æterni patris filia prædilecta. Heu (inquam) cur natus sum? Cur relictus suū uidere crudelissimū horrendumq; delictum? Exanimis prorsus effectus sum ex eo, quod proprio nuper aspexi intuitu. Vidi quippe magna & à seculis inaudita, quæ maximū pījs auribus ualeant inferre dolorē, & ne inœstis te ultra sermonib. protraham, reliqui dñm meum unigenitum tuum in manib. peccatorū. Astātibus itaq; mulierib. sanctis, & quæ de ore tuo promuntur humiliter audire satagentib. lugubri genitrici ordinatissime & prudenter uniuersa quæ circa mediatorē in cœnaculo, in oratione, in proditione, atq; in discipulorum fuga contigerant, dico, quæ quum lacrymando narraueris, blandis quibus uales eloqujs dominam solare mōerentem, si forte pījs sermonib. tuis uehemētissimū eius possis mulcere dolorē. Tandiu igitur in hoc perseuera pietatis officio, quā diu fletibus finem imponat, tecq; remittat ad filium, quatenus ea, quæ super ipsum secūtura sunt, postea te referente cognoscat. His etenim sic gestis meditando remea ad dominum iniquorum uinculis iam constrictum, atq; curiose in mētis repone secreto omnia quæ in eo gerentur, quatenus beatæ matrē eadem seriatim edicere possis.

De commendabili uirtute sanctorum, preconijq; uirtutis. Cap. VIII.

**A** Abent sanctorum mentes hoc proprium ut iugiter compungantur in fletibus, quum inimicorum suorum damna persenserint. Caritatis liquidem telo transfixi quemadmodum mala irrogare nesciunt, ita nequeunt (unplorant cogitare) omnes in Christo diligunt, eundem prodesse cupiunt, cuiq; nocere fortiter perhorrescant. Fit igitur, ut eorum disciplina uirtutum Deo hominibusq; exhibetur amabilis. Semper utiq; uirtutem disponete Deo laudem promeruisse cognoscatur. Quum enim altissimo placeat, hominibus displicere non potest. Nam etsi foras interdum iniquorum sermonib. improbetur, cogitationibus tñ semper intus attollit. Innata minime ualct ratio derogare uirtuti. Naturali etenim decorata instinctu tanq; bene condita afficitur illi. Quod autē malus quisq; uirtuti contrarius extat, ex corrupta natura radice consurgit. Virtutis equidem decor proprium arbitratur esse pudore. Nam ex maliæ quiparatione, boni sublimitas cōmendatur. Ne igitur degener & indignus quisq; malus appareat, uirtuti derogare nō cessat. Eo autē sit quisq; deterior, quo impotius uirtutem publice impugnare præsumit. Hinc iudæorum & potissimum sacerdotum, pontificum, pharisæorumq; incōparabilis agnoscitur esse malignitas, qui uirtutē dñm regemq; gloriæ tam infatigabili dolositate opprimere studuerunt. Ad diuinitatis illius nequaq; deduxit notitiam conuersationis eius irreprehensibile speculū, nō melius flui oris documenta suavia, non miraculorum ueneranda prodigia, non humilitas summa, imperturbabilis mansuetudo, sapientia prænoscens, elegantissima forma, aspectus reverēdus, liberalis benignitas, atq; ipsius iniusta detentio, nullatenus eorū poterat cor da placari inueterate illis dominante liuore. Hinc est, quod cū armatis illum appetere non erubuerunt, sicut ore prophetico dicitur. Circūdederunt me uituli multi, tauri pīgues obfederunt me. Obsederunt utiq; ut circūuenirent, raperent, ligarent, ducerent. Quo? Ad Annā pontificem. Nēpe innocentissimus dñs, tanq; homicida crudelissime honore, sine pietate, & absq; pudore ductus, Anne pontifici sūstitutū iudicandus. Ut enim oēm fidelibus suis præberet patientię formā, iniqui iudicis uniuersorū iudex nō renuit astare conspectui. Disce qui iudicaris, humilitatis normā, uirtutis documentū, sapientiae regulā, & æquitatis nō declinare sententiā. Non potestate fultus, non circūventione securus, non amicitiarū dulcedine fretus, sed sola ueritate ante iudicē armatus accedē, se etare ueritatē, ueritati innitere, ut ueritatis ualeas esse discipulus. Equidē quum assistet iudici, non argumenta cōposuit, non aspera dixit, non protulit blanda, ut iudicatis electeret animum, sed quod prudentiae, quod magnanimitatis, quod uirtutis, quod gloria. De discipulis & de doctrina illius sciscitanti, sic ait. Ego palam locutus sum mōdo, ego semper in synagoga & templo docui, quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil. Palam quippe dñs mōdo loquebas, quia ueritatē omnib. fatebatur. Nō enim amas latibula ueritas, nō diuersorū delectat, nō angulos querit, appetit autē publi-

**B** publicum, cupit coram omnib. prædicari. In illa siquidem non est fraus, non duplicitas, non simulata locutio, necq; caligo tenebrarū, quin potius lux, claritas, gaudiū, trāquillitas, & abundantia pacis. Quomodo obscuritate fallaciæ inuolui potest, quū diuinus in illa splendor inhabitet? Porro turpitudo uitiorū & obscœnitas criminum sola ueritate detegitur. Apostoli sententiā audi. Omne (inquit) quod arguitur, manifestatur a lumine. Serenitate siquidē illius, mentis opaca clarescunt, fraudisq; uenena noscuntur. Hāc oēs imitantur & diligunt, qui sunt ex parte illius. Proinde dñs Iesus iustitiae sol, & ueritatis candor mirido palam loquebatur, ut ueritatis specimē notificaret omnibus, & q; concupisibilis esset, nemini occultaret. Claritatis suæ radios emisit in publicum, ut ambulantibus in spiritu iter uītæ ostenderet. Vniuersis gratissime illam exposuit, & in occulto locutus est nihil. Quantum ad illum attinuit, omnes splendore suo uocauit ad se, priuatā siquidem non quærēns gloriam, nilq; dignum redargutione pronunciās, ut loqueret, silentij secreta non petiit. Hinc errorū magistri, & falsarum hæresum fautores facile deprehendunt, ne ueritatis agnoscantur in lumine, renuunt apparere in publico, prius de seip̄sis, q; de alijs turpiter erubescunt. Nemine contra illos testimonium perhibente ipsi se accusant, & damnant. Sibimet nanq; rationabiliter displices turpitudinem propriam collocant in secreto. Saluatoris uerām in se protestantur esse sententiā dicentis. Qui male agit, odit lucem, & non uenit ad lucē, ut non arguantur opera eius, quoniam mala sunt. Sic & Adā præuaricationis deprehensus in scelere fouit latebras, quatenus quod ei apparebat deformis, Deo similiter tegetur, minime tamē occultare se potuit aspectibus ueritatis. Dum enim erubescētem le uocauit ad se, dira illum incriptione corripuit. Corripuit plane, & omnes quotidie corripit delinquentes. Lux enim atq; illa increpatiō ueritatis esse cognoscitur, quum delictum displicet, & iniquitas redarguitur in cuiuscq; corde peccantis. In mente siquidem iustificati hominis tantq; in propria sede subsistens toties repulsa colaphizatur, & cæditur, quoties diuinā legem idem homo uoluntate transgreditur. Vides ne quām sāpe moraliter colaphizetur ueritas, quē peccatoris animo, quod rectum est, suggestit. Hoc frequenter in spiritu patitur, quamvis semel tantum figurata sustinuerit corporaliter. Dum enim astaret pontifici, unus ministrorum ei dedit alapam, dicens. Sic respondes pontifici? Cui dominus inquit. Si male locutus sum, testimoniū perhibe de malo, si autem bene, cur me cædis? Nusquam legitur ipsum calumniam inferenti publice restitisse, nisi hoc solum in loco, ut scias illius figuratam esse reprehensionis uocem, quæ in delinquentis conscientia clamat. Non uult enim peccatoris mortem, sed magis ut conuertatur, & uiuat. Quoniam uero uult ut uiuat, uociferatur in corde, ne moriatur Deo. Multū quippe proficit vox hæc in corde peccantis, quamvis minime semper. Nam impius quum in profundū uenerit malorum, contemnit. Potuit vox ista reuiificare quatriuanum mortuum & fœtentem, potest quotidie moriētem erigere, atq; refuscitare ad ueniam. Huius equidem fremitu uocis effrāenos & mortuos ad uitæ semitas conuertit frequenter aspicimus. De hac nanq; uoce ore propheticō dicitur. Ecce dabit uoci suæ uocem uirtutis, date gloria Deo Israel. De nullius igitur salute, quamvis grauiter sit delinquens, dissidendum est usq; ad uitæ terminum, istiusmodi uocis considerata uirtute, quæ in humili redargutio ne dantis alapam designatur. Audisti percussionis mysterium, considera nunc exemplum. Est plane in illo unde multum proficias. De sermonibus quidem sapientia eruditis, pro contumeliæ uero irrogatione ad tolerantiam informaris. Maximum prorsus sapientiae documentum in ipsius responsione colligitur. Docet mandata uitæ in aperto coram multitudine prædicari, instruit redarguere publice coram omnibus delinquentem, quod & Apostolus inquit: Admonet uniuersos salutis iter cum uocis & operis autoritate ostendere. Docet ex his sobrietatem et sapientiam, ex tolerantia autem iniurię iustitiam & uirtutem, quatenus discas nulli malum pro malo reddere, aut maledictum pro maledicto, non indignari contra inimicum, non murmurū uocem emittere, sed pacem cordis, silentium uocis, dilectionis affectum erga proximū irrefragabiliter custodiare. Suo uniuersos mediator instruxit exemplo. Cūctis se fecerat debitorem, qui pro omnium salute carnis naturam acceperat. Quamobrem quia sapientia proferebat eloqua, & ueritatis notificabat lumen, loquebatur palam, & in occulto nihil. Quoniam uero Lau. Iustin.

in uirtutis ostensione singulorum profectum quærebat, alapam uoluntarie suscipere non expauit, non illam renuit neq; declinavit, quum potuisset, sed sponte se ferienti genas exposuit, sicut longe ante Propheta de illo uaticinatus erat, dicens. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobijs. Neminem tamen moueat, quod idem mediator percutienti maxillam non præbuerit alteram, quum alias dixerit. Qui te percuesserit in maxillam unam, præbe ei & alteram. Nempe si personam illius attendamus & factum, nihil inuicem in negocio hoc reperiemus aduersum. Aliam utiq; si uoluisset, porrigeret poterat, sed maluit respondendo insinuare mysterium, quām faciem exhibendo demōstrare uirtutem. Vtrunq; tamen sufficientissime egit, nunc quidem mysteriū sapientiæ, postea autem patientiæ documentum. An non offerre potuit genas, qui totum corpus exposuit? Audi quid per Prophetam dicit. Corpus (inquit) meum dedi percutiētibus, & genas meas uellentibus, faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus. in me. Prorsus hæc, quæ pertulit, maiora sunt. Sed quemadmodum illa oportuit ipsum dicere, ita & ista pati nō omittere. Decebat equidem Dei filium, ut quo cæteris clarius præeminebat hominib; eo profundiora uerba illius essent & facta. Omnia quippe quæ in ipsius agone scribuntur, sunt plena mysterijs atq; grauida sacramentis. Astabat pontifici, calumniabatur, cædebatur, mysteria loquebatur, nec agnoscebatur. Implebatur utiq; in illis, quod de illis Prophetæ prædixerat. Auditu (inquit) audieris, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non uidebitis. In crassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauerunt, ne quando uideant oculis, & auribus audiant, & corde intelligent, & conuertantur, & sanem eos. Hæc de pontificibus & populo Iudaeorum esse prænunciata dubitet nemo. In profundo nanq; iniquitatum positi ad altitudinem diuinitatis Christi nec aspicere ualebant, nec ascendere. Sapietiae audiebant eloquia, & minime intelligebant, quoniam corde & auribus grauati nō credebant, quoniam uero non credebant, tanquam insanabiles Dei filium illudēdo seriebant. Dum igitur mediator hæc coram pontifice pateretur, aderat præ foribus palatiij Petrus cupiens introire, si potuisset. Quod ideo nō perficiebat, quoniam ostiaria ignotuserat, propterea alieno indigebat auxilio. Vbi enim familiaritas nulla est, intercessio domesticorum necessaria est. Hinc peccatoris colligitur status. A collegio nāq; sanctorum segregatus, & à gratia conditoris alienus nunquam sine interuentione ecclesiæ dominum Dei intrare permittitur. Est autem uniuersalis iustorum congregatio interuētrix indefessa, quæ assiduis exorationibus peccatores ingredi facit, die noctuq; dño assistēt singulibus pījs, & orationum instantia pro omnium delinquētum interpellat salutem, atq; à fide extraneos conuocat ad gremium, necnon & in facinoribus sepultos suarum ad uitam resuscitat contemplatione lacrymarum, fitq; ipsius prece, ut qui ignorabant Deum gratificati diuina agnitione exultent. Et qui propria grauati conscientia paternum non audebant intueri uultum, pacis suscipiantur ad osculum, non tamē quotquot admittuntur ad gratiam & introducūtur ad Christum, perseuerat in bono. Quot (oro) quotidie cernimus irritam facientes, quam perceperunt, fidem ambitione cæcatos, seu timore subuersos retrogredi ac deteriores fieri. Priorum figuram tenuit Absalon, qui post perpetratum fratricidium restitutus ad gratiā dominandi in statu desiderio se contra patrem erexit, quatenus de regio illum reiaceret solio, atq; mucrone suo nequiter iugaret, minime uero diuino operante iudicio remansit impunis. Alieno siquidem occubuit iaculo, qui proprio genitori necem inferre curabat. Eorum autē, qui timore prostrati ueritatem negant, Petrus geslit imaginem. Meruit profecto coapostoli eius loannis interueniente suffragio in pontificis introire palatum. Verum ille mortis pusilli mitate deiectus diu in eodem persecuerare non ualuit. Nō enim humiliter, neq; cōstantiter (ut debuit) ingressus est, & fortasse ideo corruit, quoniam non ut pugnaret, sed ut si nem uideret, accessit. De propria nanq; infirmitate paulo ante eruditus ubi tantus persecutionis feruebat impulsus, se minime ingerere debuit. Iam enim sopore grauatus ne quiuerat uigilare, iamq; mortis timore concussus relicto magistro arripuerat fugā. Nemō igitur de se præsumat, quisq; proprias metiatur uires, potiusq; eligat infirmus humiliiter cedere, quām elatus & inermis ad certamen intrare. Vix absq; casu & ignominiā euadit, qui temerario ausu bellare contēdit, facileq; exerit domus, quæ supra suffigio.

A ignorantiam esse fundata dignoscitur, uentorum equidem impulsu fragoribus, atq; tensionum agitata procellis diu stare non potest. Humilitas in cūctis Deo grata cognoscitur. Erigitur si cadit, protegitur quum tentatur, triumphat quū pugnat. Sine ipso nemo uincit, nullusq; in bono perdurat. Hanc si examinatus tenuisset Petrus, dñm utiq; non negasset. Post casum didicit, quod ante debuerat, suo propterea cæteros instruxit exemplo. Dñm quippe ignarus sui, passione timidus, & frigidus caritate solo corpore sequebatur. Si enim dilectione feruisset, ad ignem minime accessisset. Exteriore utiq; quærebat, qui amoris calore tepebat. De illo nanq; sic legitur. Accenso autem igne in medio atrio sedebat cum ministris in medio eorum, ut uideret finē. Deteriorauerat uhemtissime Petrus, & ab apostolatus plurimū degenerauerat dignitate. Porro Dei filij usus fuerat contubernio, atq; sapientiæ audierat uerba, & nūc (proh dolor) sceleratorum hominū residebat in medio, et illorū potissimū, qui dñm ipsius tenuerat, ligauerant, atq; percuesserant. Tales equidē obsecna semper & impudica consueuerūt proferre eloquia. Vnde tanta ô Petre mutatio, tāq; tibi repentina deiectio contigit? Paulo ante cum senatorib; cæli terræq; principib; præsente uerbo habitare solebas, & nunc cū uisissimis resides & indignis. Tuas prius diuinis eloquijs accōmodabas aures, impræsentiarum autem nūgīs, obrectationibus, blasphemīs. Feruere etiam cōsueueras dilectio nis incendio, & modo remissus & gelidus foueris, ut inuidus. Obscro te, ut ad tui considerationem redeas diligenter, & ubi, cum quibus, & qualiter sic maneas, perpendere uelis. Nonne tu ipse es, qui transfigurati dñi aspexisti gloriam, paternamq; uocē de sublimi cælorum throno audire meruisti? Nunquid non es ille, qui cælesti splendore irradiatus in corde fiducialiter aisti, tu es Christus filius Dei uiui? An non tibi Apostolici culminis dignitas est collata? & ligandi atq; soluendi pontificium suscepisti? Tua adeo in terris autoritas creuit, ut quodcumq; ligaueris super terram, ligatu sit & in cælis, similius & quod solueris, sit solutum. Cur non aduertis ista? quare pastorali cāntū derogas cathedralē, atq; regale sacerdotium in honoras? Certe et si nō propter te, saltem propter illum qui elegit te, tecq; prætulit uniuersis, nequaquam sic agere debuisti. Oro ut prudenter attendas, quoniam in te omnis eluet ecclesiæ pulchritudo, cunctaq; pōtificalis potestas. Surge ergo ocyus, & de medio istorum te segregā. Quę enim cōuentio lucis ad tenebras? quæ participatio filij lucis cum filijs tenebrarum? aut quæ pars fidelis cum infidelibus? Nempe uereor, ne quid tibi accidat mali. Nemo bonus secure cum malis habitat. Corrumput utiq; bonos mores colloquia mala. Crede mihi, quoniam minime eorum cum quibus es, deuitare poteris laqueos, si non secesseris cito, & ab hoc te subduxeris letali consortio. Nunquid ignoras diabolum caput esse malignūtium, atq; semi per in eorum residere collegio? Age igitur quæ tibi suadeo, nec cōsiderare uelis loquētis uilitatem, sed quid qua' ue intentione loquatur. Magistri tui memor esto uerborum, ne quod tibi futurum esse prædixit, eueniat, seroq; uelis fano parere consilio. Ut autē te meritati non ascribas quod assero, superponam digitum ori meo, & tui exītū corde pauidō præstolabor. Hæc quum Apostolo retulisse, mecumq; Saluatoris uerba tacitus cogitarem, ecce ancilla ostiaria ausu nimium temerario ac sermone procaci circumstātib; ministris sic Petro exorsa est. Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Ad hec expauit cor Petri, palluit facies, & corpus illius penè exanime effectū est, secū mirabiliter rixabatur ignorans quid diceret, quid' ue responderet. Hinc conscientia propria, magistri amor, atq; cognitione ueritatis, inde uero humanus timor, astantium atrocitas, atq; mortis periculum imminens maximum in Apostoli mente agebat conflictum. Stimulus equidem ueritatis agnitiæ & dilecti magistri dulcis affectus illi ingerebant audiam, ut uoce publica confiteretur Christum. Sciebat nanq; ipsum dñm dixisse. Tu es Christus filius Dei uiui. Meminerat etiam quanta aduersum proditorem (quem tamen nescuerat) fuerat indignatione commotus. Sed & promissiones, quas dño fecerat, illū minime negaturum, suadebant eidem ut pōtius mortem carnis eligeret, & anima uita negaret. Econtrario sensualitas reclamabat. Ut quid sponte morti subeundum est, quū differri ualeat? Est ne quod tibi indicitur irremissibile malum? Ages utiq; post perpetrata culpam, pœnitentiam salutarem. Benignus est & misericors dñs, atq; super hominum malitia ualde præstabilis. Facile merebitur ueniam, quod non malignitate aut

Laur. Iustini.

P 3 infi-

Matt. 16

Matt. 16

John. 18

infidelitate, sed sola tormentorū pusillanimitate cōmittitur. Licit deneges uoce, corde B  
confitere, & insons efficieris. Nihil ad Deū de ihs quæ foris sunt, pertinet, qui cordis in-  
specto est dicente sacro eloquio. Ego sum, qui probo renes & corda. Confidenter igit  
& lingua tantum te illum nescire dico prius, q̄ in te manus inīsciant, & trahant ad iu-  
dicem. Voles forsitan (quāuis incassum) tunc dicere, quod nunc absq̄ supplicio in tua  
est positum uoluntate. Quid (inquam) agis: cur contraria multipliciter meditaris? Rū-  
pe moras, propere loquere, ne suspectus habearis in crīmīne. Qualis conflictus? qualis  
concertatio? Aderant angeli, aderant & dæmones. Dæmones quidē parati ut raperēt,  
angeli uero ut coronarent. Incredibili prorsus agone fluctuabat mēs Petri, nolebat ne-  
gare Christum, nec propositū ualebat ferre suppliciū. Quoniā uero ne latere poterat,  
neq̄ silere licebat, horum alterum oportebat ipsum eligere. Tandem mendaciū aduer-  
sus ueritatem, & iniuitas contra bonitatem in bellatoris mēte p̄aualuit. Nam sensu-  
litas rationi, & caro spiritui dominata est, propterea eum negauit coram omnibus, di-  
cens. Mulier, non sum. Quo dicto exiit foras ante atrium, & subito cantauit gallus. En-  
mulier quæ male suadendo Adam de paradiſo expulit, Apostolorum principē tentan-  
do, de atrio efecit. Sexus hic muliebris semper suspectus est, illo frequentissime abutit  
diabolus. Quantos robustissimos telis fœmineis prostrauit uiros? Quot ab initio secu-  
li damnauit fraudibus mulierum? Non armatos aduocauit milites, ut debellaret Apo-  
stolum. Vnius mulierculæ lingua Christianæ militiæ devicit ducem. Quid de membris  
inferioribus sperare poterat Belial, quando ecclesiæ principē sic leuiter superauit? Su-  
perauit (inquam) quum illi negationis uulnus infixit. Habuit enim contra se galli can-  
tum, & suæ conscientiæ testimonium. Proinde confusus & Apostolatus ueste nudatus  
exiuit de stadio suæ non ualens mentis ferre pudorem. Exeunte autem illo de ianua, us-  
dit eum ancilla alia, & ihs qui ibi aderant, inquit. Et hic erat cum Iesu Nazareno. O infa-  
tiabilis diaboli liuor, ô uirus semper disserpens, nonne ad perditionem sufficit prima  
negatio? An ignoras quia unico peccati consensu tuæ quisq̄ subiicitur potestatis? Satis  
tibi sit, quod Deum negauit semel. Noli eum tentare amplius, ne duobus criminib. ob-  
noxius fiat. Parce imbecilliti, parce timori (si tamen potes) scio autem quod minime  
uales. Implacabilis es, & ab omni humanitate extraneus. Malitia tua sicut mortis te fe-  
cit autorem, ita & animarum deceptorem cōtinuum. Laxa igitur fræna cupiditati tuæ,  
quantum potes, contra sanctæ religionis bacchare pontificem. Bis tēq̄ illum ad nega-  
dum impelle. Procul dubio uidebis ad confusionem tui, quoniam in quo abūdabit de-  
lictum, superabundabit & gratia. In hac itaq̄ exprobratione, dum talia dicērentur, ite-  
rum cum iuramento negauit Petrus, quia non nouisset hominem, addidit negationis  
etiam iuramentum, ut peccans supra modū fieret peccator. Interuallu uero facto qua-  
si horæ unius unus astantium ait. Nonne ego te uidi in horto cum illo? Hoc audieſ Pe-  
trus, seq̄ deprehensum agnoscens, expauit supra modum. Vnde mortis timore suffu-  
sus anathematizare cœpit, atq̄ iurare, quia nescio hominem quem dicis. Et continuo  
cantauit gallus. Ecce deprædator cruentissime diabole, inuasisti, rapuisti, occidisti. Læ-  
tare pessime, quoniam de Christi collegio duas ouiculas fraudulentiter abstulisti. Te-  
cum quidem proditionis filius erit, minime autem Petrus. Crede mihi, quoniam nō lō-  
ge abest pastor, qui querat perditam, quam nouit esse suam. Rapiet utiq̄ ipsam de ma-  
nu tua, & ad suum perducet ouile, ad suiq̄ maiorem gloriam, iterum atq̄ iterum supra  
uniuersum illum constituet gregē. Sciet ex proprijs alienis passionibus compati. Vni-  
co pietatis intuitu innocentissimus dominus illius uincula prauitatis tuæ potestatis  
resoluet catenas. Tenere nequaquam ualebis, quem ille relaxari uoluerit. Projecito nō  
latuit dominum, quando illum se Petrus cognoscere denegauit, unde mox, ut cantauit  
gallus, illum intueri dignatus non est. Non autem ex galli cantu discipulum cecidisse  
cognouit. In conuiuio nanq̄ positus hoc futurum esse praedixit. Quamobrem respi-  
cere distulit, donec quod prænunciauerat impleretur, quatenus discipulus ex minimis  
disceret maiora credere. Ad dominicū igitur aspectum totus in lacrymas Petrus reso-  
lutes est, recordatus est uerbi quod dixerat, quia illum ter fuerat negaturus. Respexit  
(inquam) dominus Petrum, non corporis, sed pietatis intuitu. Eodem quippe modo  
respexit Petrum, quo respexit humilitatem ancillæ suæ, sed non pari effectu. Illo siqui-  
dem

A dem intuitu proposuit discipulo, qualis factus fuerat, quid dixerat, quantumq̄ negado  
deliquerat. Huiusmodi uisione mente consternatus Apostolus foras egrediens tleuit  
amare. Maximum quippe sub hac trina Petri negatione latet diuinæ miserationis atq̄  
infirmitatis humanæ mysteriū, quod minime prætereūdum esse decerno. Interim itaq̄  
orationi instandum est, ut ille qui reuelat mysteria, occulte etiam p̄æstet intelligentiā  
ueritatis. Habet equidem scientiæ clauem, & cui uult, ut aperiat, tribuit. Quos enim sa-  
pientiæ illustrauerit lumine, secretorum sutorum facit esse docibiles. Proinde nemo si-  
bi arroget, quod intelligit. Rationali quidem menti loquitur uerbum, & quantā uult,  
illi scientiam insinuat ueritatis.

De tripli spirituali animarum medicamento. Cap. IX.

B  Egrotantes corpore maxima recuperandæ sanitatis sustentantur fiducia, quum uarijs languoribus fatigatos restitutos fuisse audiunt ad salutem. Idem quippe non diffidunt obtinere, quod cæteri, potissimum quum ua-  
letudinis spes ad restaurandam sospitatem optimum agnoscatur esse re-  
me diūm. Hoc quotidie in corporib. fieri, hoc & in animabus hominū  
agi minime dubitamus. Quot etenim nobis diebus singulis in ecclæsa sanctorum reci-  
tantur exempla, atq̄ peccatorum conuersiones p̄cipue, tot ad incolumentem ani-  
marum reformandam spiritualia propinuant antidota. Sancta quippe mater ecclæsa  
tanquam fidelissima nutrix consolationis lac infirmantibus filijs ministrare non desi-  
nit. Habet nanq̄ spiritualia ubera uino fragrantia, ac redolentia unguenta optima, ex  
quisibus internos animæ nutrit sensus. Nullum (quantum in se est) fame, siti, laſitudine,  
aut languore aliquo patitur deperire. Tripli equidem ad fouendos debiles, consolā-  
dum miserios, languoresq̄ curandos remedio utitur. Sunt etenim sacra scripturarū elo-  
quia maxima mœstis solatia, atq̄ ad mitigandos peregrinationis huius labores præsi-  
dium singulare, dicente Apostolo. Quæcunq̄ scripta sunt, ad nostram doctrinam scri-  
pta sunt, ut per patientiam & consolationem scripturarum spem habeamus. In illis nā-  
que Dei nobis loquitur uerbum, & occulta sapientiæ suæ mysteria pandit, necnō & fu-  
turæ felicitatis stillat dulcedinem. Iustitiae cibo pascit famelicos, aqua salutaris sapien-  
tiæ quiescentes inebriat, suauitatem interna alit operantes, suoq̄ irradiante splendore ro-  
borat certantes. Quanta uero hæc honorifica genitrix p̄æbeat beneficia sanitatum,  
per ecclæstica sacramenta cōgruo modo suscepta nec rationalis animus capere, neq̄  
mortaliū lingua ualeat exprimere. Nemo plane tam infirmus, tamq̄ letali morbo per-  
cussus est, qui penitentiæ sumpto remedio illico non curetur. De Eucharistiæ uero  
quid dicant mysterio, quum de eodē dominus inquit. Caro mea uere est cibus, & san-  
guis meus uexe est potus, qui manducat meam carnem, & bibt meum sanguinem, ha-  
bet uitam æter. iam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Si quis languore uolu-  
ptuosæ concupiſcentiæ infirmatur, casto connubio copuletur, & statim euigilabit ad  
uitam. Hæc nempe ad omnem se coaptant animæ ægrimoniam. Concupiſcibili mede-  
tetur connubium, irascibili poenitentia, rationali uero Eucharistiæ perceptio. Est & ter-  
tium spirituale remedium debilitati humanæ ualde proficuum, sanctorum (uidelicet)

C Rom. 15  
Matt. 6  
Lue. 5  
Matt. 9  
D gesta. Hæc quotidie ad exhortationem fidelium in ecclæsa recitantur. Quis enim de-  
speret de uenia, quum perilectorem Saulum audit olīm fuisse mutatum in Paulū? Di-  
uina siquidem manu tactus repente in uirum mutatus est alterū. Sedebat præterea (si-  
cū legitur) Publicanus in Telone turpis lucri causa, sicq̄ currēs pergebat ad inferos,  
sed cælesti benedictione afflatus Verbi uocē audiuit dicentē sibi. Sequere me. Mox au-  
tem superno circūfusus lumine Salvatoris inhærendo uestigij peregrinatiōis illius fa-  
ctus est indiuīduus comes, & annūciator p̄cipius. Petrus etiā passionis tēpore cū mi-  
nistris pontificiū dū sederet ad prunas, diuina permissione tētatus à fœmina, quod Chri-  
stū nō agnosceret, iurare non timuit, & tñ post paululum aspectu illius quē negauerat,  
compunctus nimium egressus foras fleuit amare, deinde à domino audire promeruit.  
Simon diligis me plus hisce Pasce oves meas. Factumq̄ est, ut confessione trina trinum

Lue. 5  
Matt. 9  
Luc. 21  
Luc. 22  
P 4 gine

negationis aboleret delictū. Porro, quod Petro cōtigit, frequenter in ecclæsa dominus  
operator. Quam multi sunt in ecclæsa gremio constituti, qui & salutaris lauacri & gra-  
tificatiæ gratiæ sortiti sunt munus, & tamē sub specie uirtutis atq̄ sanctitatis delusi ima-

gine in seculi huius atrium intrant, in quo maligni spiritus principiantur, & dñm illudunt. E  
*1. Ioan. 2.* Ix. Ingreiduntur (inquam) non ut negent Christum, sed ut haereant Christo, & fraterne dilectionis fructum accumulent. Inermes utiq; accedunt ad pugnā sola præsumptionis lorica uestiti, quamobrem pedetentim defluentes exiguum illud quod habere uidebantur, amittunt propositū caritatis, unde miseri nuptiali ueste nudati torpore frigescunt, & ad uoluptatis ignem properare coguntur. In mundi etenim medio semper uoluptatis ac cupiditatis accensus est ignis. Hoc expressit Ioannes Apostolus, dicens, Omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & superbia uitæ, quæ non est ex patre, sed ex mundo est. Videsne quām perniciose in atrio hoc concupiscentiarum uigeat flāma? Huic die noctuq; circūstant peccatores tanq; Satahæ ministri, ut quoquomodo torporis ex se excutiant ignauiam, & carnis ualeant perficere opera. Tales audi, quid in libro Sapientiæ dicant apud se non recte cogitantes. Exiguum & cum tædio est tempus uitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus, tanq; si non fuerimus, quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur, tanq; mollis aer, & transibit uita nostra tanq; uestigium nubis, & sicut nebula dis soluetur, & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Venite ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creaturæ quā in iuuentute celeriter. Vino precioso & unguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tēporis. Coronemus nos rosis, anteq; marcescāt. Vbiq; relinquamus signa lætitiae, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Profectio quisquis Dei legē transgreditur, istiusmodi se immiscet. Compellitur enim seculi lenocinij superatus, seu diaboli tentationibus prostratus diuinam, quam prius confessus fuerat, negare ueritatem. Quis (oro) innocentia candore uestitus delictorum puluere non foedatur, si nō in disciplinatorum deuitet consortia. Facile etiam amoris extinguitur flamma infidelitatis exposita uento. Sed (heu) peccator à Dei timore alienus, suæq; infidelitatis ignarus hæc cogitare negligit, unde post casum perpetratumq; flagitium reatus sui deformitatem agnoscere cogitur. Introducitur quidem per mulierem in mundi huius atrium, adducitur ad ignem per tēpore & uoluptatem, seducitur uero per eandem ostiarium formam, quæ prius illum introire suasit. Quænam est mulier hæc tam potens, tam domestica, tam fallax, quæ uirum de apostolatus culmine deīcere ualeat? Utq; carnis natura est. Ordinatione etenim diuina in suæ creationis exordio ancillæ ministerium sortita est, sed peccati consuetudine inolente uiri sibi usurpauit imperium, adeo ut reperiatur difficile qui carnē spiritui prout debet, subigere ualeat. Hæc sub suggestionib. suis uirtutem eneruat animū, & à ueritatis tramite deuiare facit, atq; agnitiā fidem fœdis operib. negare compellit. Toties quippe anima Christum negat, quoties carnis substermitur uoluptati. Ista profectio apostatanis à Christo est prima negatio, aduersus uero hæc naturalis & innata ratio clamat, atq; uociferationib. suis tanq; gallicantus conscientia replens domū delinquenti dissuadet separari à Christo. Rationalis autem mens huiusmodi cōpuncta clamorib. de diaboli atrio, ac seruitute peccati exire conatur. Erubescit equidem plurimū, quod se ancillæ suæ prostituit. Verū illi talia cogitati, ac pœnitentiæ initia aggredi cupienti in ipso emendationis uitæ primordio ueluti in atrij limine alia occurrit ancilla, pusillanimitas (scilicet) & patiendi formido, quæ importunitate sua & cogitationib. crebris se egrediēti opponit. Laboriosum quippe pœnitentiæ iter, arduūq; carnis ac spiritus asserit esse certamē, atq; omnino quoad uiuī irrefragabiliter custodiendū. Desine, inquit, desine agere, quod cœpisti, ut quid casso te labore attenuas? Mollis & delicatus es, uigilijs & corporis macerationib. dissuetus. Non poteris contra uarios dæmonū præualere insultus, neq; carnis concupiscentias edomare. Deterior fies recidiuādo secūdo, q; in ipso pugnæ cōgressu secedendo humiliter, minusq; uerecundū erit nō inchoasse, q; iam cœptū intercidere opus. Ne uelis igitur opprobriū effici hominū tuas tuas reiterādo tā sēpe. Misericors dñs & miserator est, facile tibi in ultimis constiuto ignoscet, & gratanter te suscipiet reuertentē. Nunquid Chananeam post se repulit clamitante? An forte peccatricis mulieris cōtēpsit lacrymas? Abiecit ne prodigum filium, qui patrimonium omne luxuriose consumperat? Propter te tuiq; similes hæc exempla

A exempla sunt posita, ut in exitus hora ad Deum minime negligas conuerti. Tūc respi-  
 ses à malo, tūc scelerū tuorū pœnitentia te. Nunquid diuine miserationis claudit ostiæ Talibus suasionibus blandis mens seducta collabitur, atq; effecta deterior cū iuramen-  
 to Christum se non agnoscere confitetur. O peccantiū conditio miserabilis, ô tentatio-  
 num horrendum genus sub spe indulgentiæ facinora grauiora cōmittere. Porro ista de-  
 sperationis est species, inchoata quidem, nondum autem perfecta, sed perficiēda. Pau-  
 latim quidem crescit, & ad maturam iniquitatis transit ætatem, dum rubore deiecto, sumi  
 præce peccati audacia procaciter publiceq; delinquit. Nullius admonitionem recipit,  
 neminem ueretur, omnesq; abhorret sibi dissimiles. Impletur utiq; in illo quod dicitur:  
*Pro. 18* Impius quum in profundum malorum uenerit, cōtemnit. Nec immerito. Spretis quippe cunctis exhortationibus cum anathematizatione, detestatione, atq; periurio se ne-  
 scire Christum, ac æternam Dei clementiam operibus protestatur. Hæc negatio tertia  
*psal. 98* desperati & in omni iniquitate consummati uiiri, de quo Propheta inquit: Dixit iniur-  
 stus, ut delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius, quoniā dolose egit,  
 ut inueniatur iniquitas eius ad odium. Desperans enim de salute propria demergit se  
 sponte in sceleribus uniuersis. Diligenter tamen cōsidera quod perditus hic peccator  
 nequaquam repente, sed per incrementa malitiae & à iustitiae descēsu hucusq; deuenit.  
 Prius quippe Christum simpliciter negat, dicens. Mulier non sum: Deinde ex priore  
 delicto effectus debilior cum iuramento ueritatem se nescire fatetur. Postremo tanq;  
 sine resurrectionis spe mortuus sub anathematizatione Dei filium spernit, & abiicit.  
*Esa. 4* De similibus ait Propheta: Væh qui trahitis iniuitatem in funiculis uanitatis, & quasi  
 uinculum plaustrī peccatum. Huiusmodi tamen quum ab hominib. incorrigibiles sint,  
 damnandi profectio non sunt, neq; de eis desperādum, nisi imitatione sola. Quod enim  
 apud homines impossibile esse uidetur, apud Deum impossibile non est. Nam qui de  
 lapidibus filios quotidie suscitat Abrahæ, ille nimirum de sceleratissimis, & uniuersis  
 flagitijs deditis, in sorte efficit transire sanctorum. Hos (ut plurimum) terrore iudicij  
*psal. 75* & respectu miserationis conuertit ad gratiam. Quis (oro) mentis consideratione iudi-  
 cem intuetur iratum, & non contremiscit, & deficit: Quis diuinam animaduersionē at-  
 tendens uoluntarie delinquit ulterius? Hoc expressit Vates eximius, dicens: Tu terribilis es, & quis resistet tibi; de cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit, & quieuit.  
 Quieuit (inquam) quum peccare ex proposito desit. Salubris ergo huiusmodi iudicij  
 comminatio est, sed nō minus proficuus pius patris aspectus. Illa cum tremore cognoscitur, iste uero cum suauitate suscipitur. Cuius non emolliat mentis hebetudinem, &  
*psal. 96* compungat in lacrymas diuinæ miserationis assidua meditatio. Montes (prout Citha-  
 roeda sanctus canit) sicut cera fluxerūt à facie domini, à facie domini omnis terra. Equi-  
 dem quum humano lux diuina illabitur corde, & aspectus gratiæ cælestis agnoscitur,  
 absq; cunctatione liquefit cor, exhilaratur animus, mēs adorat, & intellectus prius elati-  
 one tumidus omni cum festinatione proclivus solo humiliatur. De hoc amabili cari-  
 tatis intuitu inquit Propheta, Aspexit, & dissoluit gentes, & contriti sunt, montes secu-  
*Abac. 3* li, incurvati sunt colles mundi ab itineribus æternitatis eius. Vtruncq; in Petri conuer-  
 sione signatur. In galli cantu iudicis terror, in aspectu Christi gratiæ cælestis infusio. Præ-  
 cedit iudicij pauor, subsequitur autem berueolentia caritatis. Ambo tamen immutat  
 propositum, adducunt fletum, dilectionem ingerunt, amoris enutriunt flammā, & con-  
 uertit ad Christum. Tua hæc sunt dona ô domine Iesu, quæ fidelibus & electis tuis da-  
 re consuesti. Permittis interdum, ut aspectibus hominum radicitus euellantur, & tanq;  
 infructuosæ arbores ignibus debeat deputari æternis. Hoc dicunt, qui secundum fa-  
 ciem iudicare nouerunt, tu autem ô meridianal lux & secretorum cognitor longe aliter  
 existimas. Distant quippe multum nimis ab humanis iudicia tua. Quos enim præde-  
 stinasti ad uitam, & in tuorum sorte conumeras electorum, ad tempus tantum errare  
 concedis. Nunquam pietatis tuæ oculos ab eorum amoues tuis, tametsi ignorant i-  
 psi. Probat autem hoc illorum exitus. Quamuis enim premantur iugo captiuitatis,  
 aut per semitas deuient delictorum, congruo nihilominus tempore ineffabili, alta, &  
 repentina mutatione illos trahis ad te. Non enim uis ut quos tuo mundaisti, sanctifi-  
 casti, & gratificasti sanguine, pereant in æternum. Illi autem solum gehennæ sunt filii;  
*qui*

qui tibi non placuerunt in te. Hinc est quod Iudas proditor irremissibiliter corruit, & Petrus ecclesiæ pastor pro negationis criminè largiter fleuit.

Vnde nocendi inscrutabilis malorum animositas originem trahat. Cap. X.

**G** Onsueuerunt, qui accensi sunt nocēdi animo, infatigabiliter cogitare, qui bus modis inextinguibilem erga odiosos sibi suam ualeant perficere uoluntatem. Nocent magis magisq; nocere desiderant. Illius gehennæ, quæ inextinguibilis est, se filios esse insinuant, operaq; patris eorum faciūt, qui interminabiliter cruciantur in illa. De talium numero pontifices, sacerdos tes, pharisæi, & omne iudeorum concilium fuisse fatēdum est. Nec enim tam pertinaci animo inseque potuissent mediatorem Christum, qui utiq; propter miraculorum uirtutem, mirabilem sapientiam, & præcipuum sanctitatem laus erat Israel, & Hebraorū plebis regale ornamentum, utpote de eorum stirpe progenitus, atq; ipsorum patribus ante multa annorum curricula re promissus, nisi gehennæ eiusdem exitissent facib. inflammati. Illos promouebat diabolus tanq; sua membra, ipsi autem eius nefarias sugge stiones quasi obedientes filij implere curabāt. Hoc illis dixerat dominus. Vos (inquit) ex patre diabolo estis, & opera illius perficere uultis. Hinc est quod Annas pontifex post alapam a pōtificis ministro dño Iesu traditam, post trinam Petri negationē ipsum dominum eadem nocte misit ligatum ad Caypham pontificem, ubi scribæ, & pharisæi, & omnes seniores, atq; uniuersi iudeorum conuenerant pontifices. Ibi etenim coram summo pontifice constituti falsum quærebant testimonium contra Iesum, ut eū morti traderent. Falsidicorum utiq; quærerabant suffragium, ut ad mortem damnarent uitā, ne uiuerent in æternum. Vicissim contendebant, ut candorem æternæ lucis suis obnubilarent tenebris. Fiebat autem ut quo sollicitius inuestigaret ista, eo in depressioribus ipso tenebris remanerent perseverante in suo splendore incommutabili ueritate. Illos Propheta descripsit, dicens. Scrutati sunt iniquitates, defecerunt scrutantes scrutinio. Volebant inermi manu durissimum confringere silicem. Sed quid? Præualuerunt ne? Minime. Manus contriverunt suas, cassiq; defatigati labore facere potuerūt nihil. Varias nocendi artes & maligna consilia inuenire conati sunt, ut perderent sapientiam, & tamen in propria insipientia perstiterunt. Nempe quum plurimas finxissent oppositiones ueritati æternæ, & superuacue desudassent, testes duos repererunt, qui diceret, nos audiuiimus eum dicētem. Ego soluam templum hoc manu factum, & post triduū aliud non manufactum reædificabo. Poterant hi testes esse ueridici, si prout dñs dixerat, retulissent, sed consueuit semper iniquitas superaddere ueritati, ut puritatē mendacij coeno commaculent. Sic enim inquit. Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Quod uoce protulit, potentiae suæ uerbo perfecit. Post suæ etenim passionis triduum quum in tumulo corpus, quod erat animæ tabernaculum & diuinitatis templū, iaceret exanimē, illud omni deposita passibilitatis molestia resuscitauit ad uitam. Fecit quod se facturum esse promiserat, ut ueritatis ostenderetur assertor, & futuræ resurrectionis atq; structuræ cælestis imputribile poneret fundatum, quatenus omnis superædificata habitatio cresceret in templum hoc sanctum in dño. His testibus auditis pontifex iniquitatis dolo plenus de iudiciario surrexit solio nolens falsiloquorū obiectiones, neq; Christi discutere innocentia. Maximam profecto mediatori afferebat laudem prolata aduersus eū & nō probata testima. Nequaq; ut iudex astabat tūc Cayphas, sed ut caluniator & hostis, quamobrē ueritatem, quam minime diligebat, nō scrutabatur, sed meditatā calumniā, qua refertus erat, insidiabatur quasi leo in spelunca sua, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Observabat callide, si forte ex ore mediatis aliquem incompositum & reprehensibilem prolatum sermonem agnosceret, propterea cernens, quod nil falsis obiectiōibus respondisset, tentauit, si quomodo ipsum concitaret ad loquendum. In tacentis quippe lingua nihil reperitur indignum. Ait igitur. Non respondes quicquam ad ea, quæ tibi obiectiuntur ab his? O subdola & uenena ta antiqui serpentis astutia, ô malignitatis eloquium tumens, ô pontificis summi inueterata canities. Gradu sicut præminens cæteris, ita & peruersitate præcellis. Cur tentando ad loquendum prouocas sapientiam? Cur accusationibus falsis quæris ut satisfaciat ueritas? Noq; depraatum cor tuum, omnes calumniatores domini esse menti-  
tos.

**A** tos. An forte, si scitarris respōsum, ut ipsius agnita sanctitate innocentē absoluas? Nēp os tuum abundauit malitia, & lingua tua concitauit dolos, sedensq; aduersus fratrem tuum locutus es, & aduersus filium matris tuæ posuisti scandalum. Veniet, ueniet tempus (crede mihi) in quo deprehēdaris in criminē, & malitia tua proferatur ad publicū, atq; toti mundo efficiatur nota. Nunc tua solum te accusat conscientia, nunc corā paucis, qui tecū in uno conueniunt nocēdi cōsensu, exponis illam, ut inde cōsequaris laudem, tuq; dolositatis effectum, aliās autē aliter fiet. Stabis procul dubio ante tribunal eius, qui astat tibi, & quem moliris occidere. Iudicabit ipse te nō sicut tu, sed iusto reū iudicio contendet, statuet te contra faciem tuā, & te iudicabit per te, nō alterius indigebit testimonio, prout agis nunc tu, te faciet esse testimoniū, tecq; iudicem tuū, ostenderet prius te tibi, tuāq; de te auditurus est abs te sententiam contrate, neq; aliter iudicabit de te, q; tu. Non autem errare ualebis. Ducet te sapientia eius per cordis tui latebras, & multa quæ ignoranter cōmisisti, deteget delicta. Iuxta te erit æquitas, & quid uirtus, qui d'ue uitium mereatur, insinuabit. Tunc clamabis aduersum te nemine contradicente. Professus tu pse in te sententiā de te, quam ille quem nunc contemptibilem, afflictum, mōrē tem, tacentemq; uides, coram angelis & cælorū approbabit militia. Impræsentiarū quā uis possit, nihil tamen falsis oppositionibus respōdere uoluit, ut omne secuturis fidibus daret de se humilitatis exemplum. Incorrigibiles nang agnoscens illos neq; excusationis, neq; admonitionis sermonē exprimere uoluit. Verba sancta in spinis seminare, & cloquia sapientiæ supra aridam terram, & petram duriſſimam iactare passus non est. Sed quid egit? Orabat utiq; patrem corde intentissimo propheticū illud dices, Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerūt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Sibi (inquam) & non dño mentita est, qui nouit latebras mētium penetrare, atq; delinquentium damnam facinora. Orante autem illo nō pro ipsis, sed pro se suoq; mystico corpore quasi meditata corū fraude frustrati, uniuersi qui astabant, illumq; manibus uindictum refinebant tanquam canes farñelici, & rapaces lupi im petum unanimiter fecerunt in eum, certatim illi iniuriam irrogantes. Hi ueluti ignobilis palam dño insultabant, non tamen sine consensu & voluntate pontificum. Humano siquidem sacerdotes cohīebāt pudore, dñm publice lançare, tametsi intus æstuarent nocēdi desiderio. Hinc odij impellebat ardor, inde repellebat sacerdotij dignitas ab mediatoris aggressu. Tandem dominante furore ultra se minime continere ualētes. Cæteris foras electis plus q; dī possit, in illum furere cōperunt. Vnde eorum quidam expuerunt in ipsum, alij uelabunt faciem eius & oculos colaphis eum cædentes, nōn uili palmas in genas eius dederunt, dīcētes. Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Fuere quippe ex ipsis, qui calcibus dñm pessundantes, scapulas, os & omne corporis lūorib; compleuerunt. Inter ipsos ille beator, illeq; præstantior credebatur, qui in contumelij irrogandis, infligeridq; uerberibus crudelior extitisset. Flete nunc oculi mei, & fluminia emitte lacrymarum in hoc tam crudeli horrendoq; spectaculo. Non parcat pupilla per diem & noctem lacrymarum imbrēs etumpere, nec hoc intermitte opus, quandiu hac luce fruimini. Maxima prorsus & inaudita coram uobis plorandi est oblata materia, si tamen quæ geruntur, per uigili consideratione aspicitis. Verū cor dis omnem aduocate intentionem, ut una uobiscum concorditer lugeat. Per uos indicabit illa quid sentiet, discutiet illa singula, penetrabitq; profanæ plebis secreta mentium, & animorum occultas aperiet cogitationes. Hinc ubertim defluent aquæ, decurrentesq; in terram pavimenti duritiam emollient. Hinc tam salubri cōsilio date manus, præbete auditum, quatenus opere perficiatis, quæ dico. Poteritis ne cōtinere uos quum regem gloriæ, uitæ autorem, dominum maiestatis, atq; hominum redemptorem uideritis conspici, facie uelari, colaphis cædi à gehennæ filijs, à peccatorib; alapis uerberari, ab elatis irrideri, iniuriari ab immundis, atq; à corde pollutis multipliciter blasphemari. Hæc omnia agebant ipsi uiri utiq; sine misericordia, absq; ratione, sine Deo. Nequaquam reueriti sunt diuinitatem Verbi habitantis in homine, aut conditoris omnipotentiam latentis in carne. Se quippe exhibebat tanquam uas perditum, propterea usurpationem audiuuit multorum commorantium in circuitu. Occultabat se quod erat, ut quod non debebat, durus pateretur, Hominibus facendo ignotus erat, Deo

A plurimis præcedentibus annorum curriculis facta fuerat: de quo sic legitur: Misit ante eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph, posuerunt in compedibus pedes eius: fermentum pertransiit animam eius, donec ueniret uerbum eius. Nunc igitur, o anima mea, si qua pietatis in te remansit scintilla: carceris claustra irrumpe: seris prius ac uectibus confractis uiriliter, & cordis cum anxietate, atq; lacrymatau irriguo fonte coram cælorū domino, & uniuersitatis unico rectore prouoluere pronus in terrā, pedis deosculare plantas, astringe, amplectere, compedes madefacito lacrymis, solue manus ligatas à tergo, uincula dirumpe, præcide funes: & quanta uales uirtute in pristinam libertatem restitue redemptorem. Illi compatere intimo caritatis affectu, & fesso corpori, ac uerberibus attrito adhære post scapulas, flebilis uoce, atq; eidem suadere mœrenti corde conare, ut dignetur reclinare se super te: & si nolit propter se, agat tamē hoc propter te. Illi itaq; humili allocutione dicio: O domine, domine, gaudiū paradisi, corona sanctorū, salus mundi, occasus inferni, uita iustorum, naufragatiū refugium, solamen mœrentiū, Ipes mea, dolor meus, & Deus cordis mei: quomodo sic aspicio te fatigatum corpore, membris debilitatum, tumescensem facie, sputis illitum, & omni humano destitutum auxilio? Nempe tu es, qui cum patre in sublimibus sedibus aulæ cælestis triūphas, & resides. Tu (inquit) es, qui uniuersam sanctorum ecclesiam, atq; omnem angelorum militiam in laudem & gloriam essentiæ diuinæ disponis, & ordinas. Corde etiam credo, labijsc̄ cōfiteor, quod tu es, qui habes immortalitatem, & lucem habitas inaccessibilem: atq; in patris gremio beata identitate, & equali gloria, sempiterna generatione feliciter requiescis. De qua utiq; generatione ineffabili tibi per egregium Psalmen loquitur pater sic: Tecum principiū in die uirtutis tuæ, in splendoribus sanctorū ex utero ante Luciferum genui te. Tatus igitur & talis quum sis domine: cur in hoc uilissimo stabulo, conquiescis: quare te in ergastulis mancipatum cerno: ut quid in loco horroris & calamitatis summa te tutpiter abiectum esse conspicio? Abiecerunt utiq; Hebræorum sacerdotes te pontificem gloriosum, & invictissimum regem, quasi non essem unctus oleo, & tanquam diuinum nihil esset in te. C Obliti sunt quantitas uirtutes & miraculorum prodigia in medio eorum operatus sis. Te deriserunt, percusserunt, conspuerunt, uulnerauerunt. Verumetiam, ut occideretis, te præsidi tradere cōsiliauerunt, quod his omnibus grauius est. Quis autem mihi det, ut moriar pro te dulcissime domine? Quod si non merui hoc, concede saltem, ut quocunq; ieris, sociem te, tuorumq; tormentorum ac ignominiarum efficiar cōsors. Hæc cum eo loquere lacrymis suauiter defluentibus: ita ut earū inundatione tua pariter & ipsius aspergantur uestigia. Eris utiq; sic affecta suauitate, dolore, & fletibus plena adhærebis Christo: & caritate liquefacta tota transformaberis in delictum. Efficeris insuper sicut humilis in oculis tuis, ita amabilis uerbo: & in conspectu omnium supernorum ciuium admirabilis, dicentq; de te: Quæ est ista, quæ sic deuotè ac largiter plorat in carcere, afflit delicijs, & amore ardentissimo super suum est innixa dilectum? Tu autem corde iucundo, irradiata splendore, caritate transfixa, & eleuita spiritu propheticum illud cantabis: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Nec imminet. Nam nox illa tibi sicut dies illius minabitur, & sicut tenebrae eius, ita & lumen eius.

D prærogativa, & effectibus caritatis, atq; malignitatis. Cap. XI.  
Ab hoc proprium, quicunque diuina est caritate succensus, ut assidue & corde peruigili meditetur, qualiter in spiritualibus studijs proficere ualeat, caritate dilatari, & ad perfectionis culmine attingere. Dei namq; amor igni meritò comparandus est. Quo enim crebrius agitatur, uehemētius inardescit. Nunquā ex natura sui (dummodo materia non deficiat) ardore desistit. Sic ipsa caritas, quæ gratis hominibus irrogatur à Deo, siue exerceatur aduersis, siue spiritualibus dicitur donis, suo semper uiget impulsu. Nutic intus promouetur desideris: nunc foris beneficijs dilatatur. Satagit absq; intermissione, & sine mentis hebetudine omnipotenti Deo placere, quem diligit: & cui se amoris uoto constringit. Flagrat, & sursum tendit, uitorū cōsumit rubiginē, depurat cor, excoquit passiones, seculi expellit amorem, cælestiū arcana penetrat, futurom bonorū degustat pascua, sacramēta pandit diuina, lucet ad gaudium, splendorē uirtutū dirigit ad exemplū, amicitiā Dei parit, placat omnipotente, aduocat angelos, sanctos imitatur, & hominū sibi benevolentia uedi-

Laur. Justin.

Deo autem in gemitu cordis, aiebat. Propter te sustinui opprobrium, operuit cōfusio faciem meam, extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filii matris meæ. Nā & zelus domus tuæ comedit me, & opprobria exprōbrantiū tibi ceciderunt super me. Silebat labij, & in medio sceleratorum stabat humilis angelorum & hominum dominus. Quis considerando non defleat, & flendo non gaudeat, quum intuetur mīte in hū manitatem sapientiam in medio assistere Iudæorum, & uultu demissō impiorum audire contumelias, prætereā uultum, quem desiderat angeli prospicere, fœtidissima suscep- res pura, & acerimā alapas? Nullus plane in ueritate sufficit explicare, quanta qualia- ue flagella, opprobria, & illusiones à nefandissimis pertulerit sacerdotibus. Plus quam triennio sitierant, quod tunc illis permittebatur implere, quamobrem eos noua irrisio nū genera contra dominum meditatos esse indubius est. Grauiter namq; se offensos arbitrabantur ab illo. Eorundem quippe uox illa est, quæ in sapientiæ uolumine continet.

Sap. 2 Circuitueniamus (inquit) iustum, quoniam inutilis est nobis, & contritus est ope- ribus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dñi habere, & filium dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum, grauis est nobis etiam ad uidetidum, quoniam dissimilis est alijs uita illius. Tanquam nūgaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à uījs nostris tanquam ab immundis, & profert nouissima iustorum, & gloriatur patrē se habere Dñū. Videamus ergo si sermones illius ueri sunt, & tētemus quæ futura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. Si enim est uerus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit eum de manib; contrariorum. Contumelias et tormento interrogemus illum, ut sciamus reuerentiam illius, & probemus patientiam eius, morte turpissima condēmus eum. Hinc clamoribus, inde conuicijs subsannabant illi. Nunc calcibus, nunc manu, nunc uirga, nunc impulsionibus uenerandum dilaniabant mediatoris corpus. Ma- iora prorsus & grauiora sunt, quæ à sceleratis pontificibus ac pharisæis perpetrata sunt, & cogitari ualeant, tametli inaudita quædam meditentur & aspera. Hæcne aiebat ille,

Matt. 23 qui populis in opprobrium nostrum prædicabat, dicens: Super cathedram Moysi sede- runt scribæ & pharisæi, omnia quecumq; dixerint uobis, seruare, & facite, secundum uero opera eorum nolite facere. Alligant onera grauia & importabilia, & ponunt in hu- meris hominum, digito autem suo nolunt ea mouere. Nobis uero sic. Veh uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnum cælorum ante homines. Vos enim non in- tratis, nec intrates introire permittitis. Veh uobis scribæ & pharisæi hypocritæ qui de cimatis mētam, & anetum, & ciminum, & relinquunt quæ grauiora sunt legis, iudicij, misericordiæ, & fidē. Veh uobis pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulcris dealba- tis, quæ foris apparēt hominib; speciosa, intus uero sunt plena ossib; mortuorum & omni spurcitia, sic & iros quidē à foris apparetis hominib; iusti, intus autē pleni estis hypocriti & omni iniūtate. Quotiescumq; talia repetebat, furore bacchates ingeminabat flagel- la, reiterabantq; cōuicia, & uelut amētes in illū rabido ore ac armata manu saeuebat, at ubi clamorib; & uerberibus fossi illum seminēce reddiderunt, máximo cū dedecore ex pulerunt à se, atq; ministrorū pro foribus expectantū tradiderunt in manib; ut illum cōpedibus astrictum arcta recluderent custodia usq; mane. O bonitas summa, o pietas immēsa, o melliflue amor quo doloris iaculo te contēplantiū corda trāfigit! Discessit itaq; ab eorū conspectu uniuersitatis dñs & beatorum laus, tanq; emptitius seruuus nūl dicens, nullaq; lamentationis uoce emittens, & pessimorū famulorum datur in manib;. Hi dominorum suorum sectantes uestigia ueluti ludibriū quoddam ante se Defiliū posuerunt, & easdem quas à sacerdotibus uiderant, seu audierant, uel ex se cogita- re potuerant, contumelias perficere studuerūt. Demum & ipsi magis labore & somno attriti, quam caritate cumpuncti illum ultra iniurijs appetere desiere, quanquam ille ad perferenda grauiora paratissimus esset. Secundum igitur imperium principiū sacer- dotum in loco indecentissimo dominum posuerunt, ubi foetores purgamentorum, uer- sum multitudo, & tenebrosus carcer, atq; quædam mortis erat imago. Tunc manib; post tergum ligatis regem gloriæ in compedibus reliquerunt. Impletum autem tūc est quod propheticō ore dominus dixerat. Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebrosis, & in umbra mortis. Sed & figurata ueritas sine sortita est, quæ in sancto puerō Iosephi pluri-

psal. 87

cat. Hæc etenim quemadmodum ad omnia bona perutilis est: ita & malignitas, atq; pecati deliberata uoluntas ad uniuersa flagitia proclivis esse cognoscitur. Caritas per gratiam spiritus fidelibus prærogatur, dicente Apostolo: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Malignitatem uero apostata spiritus suggestit, docet, cōmouet, & inflamat. Nam propterea tanquam malignitatis incensor ab Apostolo nominatur malignus. Scribo (inquit) uobis adolescentes, quoniam uicisti malignum. Caritas in exercitatione uirtutis nunquā satis dicit: sed neq; mala uoluntas in uitiorum perpetratione. Dei quidē imaginē caritas: diaboli autē consummata malignitas. Electorum est pedissequa caritas, & reprobatorū dominatrix malignitas. Vt rāq; tamē ex operibus cōprobatur. Corporalium specierū quædā ex uisu, quædā ex auditu, odoratu, & gustu, nōnulla cōprehenduntur ex tactu. Caritas aut & malignitas nūc ex uerbis, interdum ex operibus. Semper uero & absq; ambiguitate ulla ex cogitationibus dignoscuntur. Vbi cogitationum inest certa scientia: ibi etiam malignitatis ac caritatis adeat cognitio. Huiusmodi scientia cæteris præstantior esse probatur. Beatus plane, qui cogitationum suarum notitia imbutus est. Qui talis est, malignitatis contemptor, & amator efficitur caritatis. Ab hac prorsus iudeorum pontifices se fatebantur esse alienos, qui obstatissimo animo insequebātur dominum. Totam siquidem noctem penē ducentes insomnem nullā domino requiem tradiderunt. Sed nunquid hoc peruersæ eorum uoluntati suffecit? Minime. Nā sic euāgelicus textus eloquitur, ut factus est dies plebis seniores, sacerdotumq; conuenerunt principes: quatenus initio cōsilio morti traderent redemptorē. Dan. 13 Ecce simile Susannæ sanctæ memorabile exemplū. Conuenerunt olim presbyteri duo iniquitate pleni: dierumq; malorū inueterati, ut aduersus mulierē innocentē, quę eorum desiderijs malignis noluit præbere cōsensum, falsum proferrēt testimonium. Verū dicante Deo eandem, quā proximæ sux parare moliti sunt, pertulere necem. Ita & hi, ut innoxium cruentum effunderent unanimes conuenerunt: quatenus communi prius deternerent consilio, qua fraude, quo modo, quāue mediatorem Christum facerent causa perire. Hoc nefandum eorum consilium per Prophetam ipse expressit, dicens: Et qui custodiebat animam meam, cōsilium fecerunt in unum, dicentes: Deus dereliquit eum: persequimini, & cōprehendite eum: quia nō est, qui eripiat. Celebrato ergo sacerdotum phariseorumq; cōsilio ministros direxerūt, qui illū ducerēt ad se. Interim aut tu, ô fidelis anima, ocyus ad beatā uirginem perge: illiq; cum gemītibus & lacrymis refer uniuersa, quę per totam noctem dominus pertulit, & potissimum qualiter de custodia eiſciendus sit: quatenus ad interrogata respondeat, præsidiq; tradendus. Quis ualeat enarrare, quāto sit intemerata mater dolore compressa, dum talia audiuit? Quotiesq; syncopizauerit himio mōrō absorpta? Desicere quippe poterat præ dolore, nisi filiū uidendi eam uisificasset amor. Sētiebat tunc (quamuis nō ad plenum) Simeonis uaticinium. Iam enim usq; ad ipsius animā unigeniti pertransierat gladius, atq; in carne p̄emorta solus unici uigebat affectus. Propterea resumptis uiribus, ac foemineo deposito metu ad locū, ubi dominus tenebatur, cōcito perrexit gradu. Cae autē ne solā patiatis incederē. Nequaq; mulierem decet inter populorū cōmiseri turbas. Secedet igitur honestissima & pudica mater, & cum cæteris mulieribus sanctis, iuxta fores pontificis expectauit, donec filius deducetur ad iudicem. Tu uero summi fæderis aulam ingressus illum reperies dominum sciscitantem. Adiuro te per Deum uiuum, ut dicas nobis, si tu es Christus filius Dei benedicti. Didicerat pontifex ex operibus Christi, didicerat ex uerbis eius ipsam Dei filium esse. Verū nimia malignitate detenus credere non ualebat. In unum constiterne queunt malignitas & sapientia: sicut nec tenebre & lux. Sic enim scriptum est: In maleuolam animam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subditu peccatis. Ad hoc usq; peruerterat miser, ut in spiritum sanctum blasphemādo peccaret. Quod usq; peccati genus nec in seculo hoc remittitur, necq; in futuro. Obstruxerat etenim cor dis sui fanuam malitiae seris, ne ad illud sapientiae lumen gratia præeunte intraret. Hoc tandem ipsa indicauit sapientia, dicens: Si uobis dixerō, quia Dei filius sum, nō creditis mihi si autem & interrogauero, non respondebitis, necq; dimitteritis. Optimè qui corda hominum nouerat, iudeorum implacabilem malitiam, atq; incredulitatem aperuit. Eos nāq; fecellit diabolus, quemadmodū & protoparentes. Illos quippe dum boni & malitiae

A tiam repromisit paradisi regionem, atq; innocentia stolam amittere fecit. Iste autem hreditatem Dei, & legalia sacrificia sibi maligno suadente uolentes sacerdotalem, ac regiam dignitatem, atq; cælestem patriam perdiderunt. Illis tamen suæ iudiciorū potestatis gloriam occultare noluit, quamvis sciret esse incredulos. Occasione igitur eorum erudiens nos, inquit: Veruntamen dico uobis: amodo uidebistis filium hominis sedētem à dextris uirtutis Dei, & uenientē in nubibus cæli. Venit nāq; dominus in aduentu primo: quum inter homines uisibilis homo apparuit in humilitate: propterea iudicium eius sublatum est. Veniet autem in secundo in eadem hominis forma, sed in uirtute, sicut Propheta ait: Vox domini in uirtute, vox domini in magnificencia, & constitutus dominus cedros Libani: superbos (uidelicet) & celestos: cōminuetq; usq; ad fundum mentū: ita ut eorū nō uideantur uestigia. Veniet (inquā) cum angelis & archāgelis, cum potestatibus & uirtutibus, & cum omni celorum militia: sedebitq; super solū excelsum & eleuatum: adeò ut ab uniuersis ualeat intueri: iudicabit plane orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua. Appendet singulorū merita singulis propria reddens. Veniet (inquam) iudicaturus, qui uenit iudicandus. In nubibus cæli ueniet, cum sanctis scilicet omnibus: sicut ipse ait: Sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. De quo etiam aduentu per Prophetam dicitur: Ecce apparet dominus super nubem candidā, & cum eo sanctorū milia. Tunc quāta peccatorū confusio sit, animaduertendum nunc est: quū ad iudicantis imperium conscientiarū aperientur libri: sicutq; nostra omnibus delicta singulorum. De hoc apertissimè in Apocalypsi sic legitur: Et uide thronum magnum candidum, & sedentem super eum: à cuius cōspectu fugit & cælum: & non est inuentus locus ab eis: & uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni. Et libri aperti sunt: & iudicati sunt mortui ex ihs, quæ scripta erant in libris secundū opera ipsorum. Nō erit itaq; tunc latendi locus, pœnitētæ tempus, modus excusationis, merendi facultas, præciūm redimendi. Cum causa propria quisq; procedet, sicut Apostolus docet: Omnes (inquit) stabimus ante tribunal Christi, & tunc recipiet unusquisq; propria, quæ gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Quid gentiles: quid Christiani nomine: quid Iudæi sacerdotum pontifices & pharisæi, qui ipsum dominum agnoscentes per legem prædicantem, & miracula facientem uidentes crudeliter perierunt: Grauius prorsus præ cæteris punientur. Exquiretur ab eis omnis sanguis iustus, qui à sanguine Abel, usq; ad Zachariæ sanguinem super terram effusus est. Insuper & mediatoris Christi, cuius maiestatem tractantes indignissimè in homine pertinaciter effuderunt. Obmutescunt equidem retinentes memoriter, quod audierunt nunc. Stabunt coram iudice Christo corpore fœtentis, squalidi, deformes, infirmi, uerecundi, cōfusi, cruciatibus pleni, mente autem mōrō sauci, angustiati timore, desperati de uenia, liuore tabescentes, sensus ac damni poena attriti, tremendam nimium iudicis sententiam expectantes, qua dicit: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Qualis hæc erit mutatio: quām inæqualis eorum sors futuri ad præsens: In futuro conuenient, resurgent, iudicabuntur, & damnabuntur: impræsentiarum uero nil de futuro meditantes sedent in consilio, inflati superbia, accensi nocendi desiderio, & paratissimi occidere Dei immaculatum agnum. Vnde idem per Prophetam inquit: Tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frenduerunt super me dentibus suis. Quid frenduerint, quidue acclamauerint, audi: Blasphemauit (inquiunt) quid adhuc desideramus testimonium: Ipsi enim audiūimus de ore eius, quid uobis uideatur? Istaq; dicentes pariter surrexerūt illi blasphemis insultantes, cædentes eum flagellis, alapis percutientes, deturpates sputis, ac toto corpore crudeliter dilaniantes. Demū in cōsilio omnibus proclamatibus ipsum reū mortis esse, mādauit p̄otifex astatibus ministris, ut uincitū illū deducerēt ad Pilatū. Hoc auditio illos præueni, & gradu celeri ad sanctissimam genitricē accede, quæ mōrō uehemētissimo urebatur. Illiq; cū lacrymis dicit, q; morti à pontificibus dānatus sit, atq; ob hoc præsidi p̄äsentādus. Ad hanc uocem expauit cor uirginis, uiscera tremuerunt, atfugit sensus, caligauit uisus, obmutuit loqua, & omne corpusculi defecit robur. Accessit tamen præ foribus pontificis circumstantiū multa præsidio. Eminus autem intropicti intendebat anxiè, non sine pauore, si quem diligebat, cernere posset. O amor, ô timor cordis Matris. Filium quippe flagrantissimo Laur. Justin. Q 2 amore

Matth. 26

Psal. 28

Matth. 19

2. Cor. 5

Matth. 25

Psal. 24


Matth. 26

amore intueri sat agebat, illiusq; cruciatus aspicere perhorrebat. Hinc timor, inde amor matris præcordia laniabat. O quomodo uersa est cithara in luctum, & dulcedo cordis virginei in absinthium. Nequaquam tunc Noemi (uidelicet) pulra uocari poterat, sed mara, hoc est amara, quoniam eam amaritudine repleuerat dominus, atq; afflixerat omnipotens. Erecta quidem stabar tremulis genibus, uoce rauca, lacrymis defluentibus, ut procul aspiceret ueniētem. Et ecce tumultuantibus turbis ducebatur rex gloriae, uinctis à tergo manibus: multorum uallatus multitudine armatorum. Tunc beata uirgo fœmineo pudore seposito, urgente dolore ante omnes accessit, ut prætereuntem uideret filium, filiusq; matrem agnoscere posset. Proh dolor oculos attollente Maria, dominum Iesum uidit oculis liuidum, crine dissolutum, dilaniatum barba, scissis uestibus, facie tumentem, sordidatum sputis, ac debilitate maceratum. Vidit & filius genitricem mœroris gladio transfixam, ubertim lacrymantem, secq; intuentem brachijs sustentari fidelium. In ipso quippe primo eorum aspectu incredibili se percussere dolore. Vix mater filium ex liuoris deformitate agnoscebat. Verūm quanto illum diligentius attendebat, rāto cruciabat uehemētius: uocē tamē emittere nō ualebat. Absorbuerat enim cor illius tristitiae nimetas, uocisq; organū, & lingua detinebat officium, ne quid loquetur ad filium. Eo autem angebatur acrius, intusq; uociferabatur, quo soris loqui minus poterat. Attamē filius nō minus de materno, quam de proprio urgebatur dolore. Nouerat genitricis afflictionē, nouerat innocentiam. Proinde sicut de mœstitia, ita de matris sanctitate fatigabatur, quæ pro tali poena dignum nil egerat. Nempe ambo in passionis se exercebant palæstra: ambo aduersum se decertabant: utruncq; mutuæ afflictionis gladius penetrabat. Gemitus filius, quod mater in tam horrendo præsens esset spectaculo: de ludibrio uero unici sui sancta genitrix incōsolabiliter lamentabatur. Ad cor virginis loquebatur uerbū, dicens: Ut quid uenisti columba mea, formosa mea, immaculata mea, mater mea? Dolor tuus meū auger, cruciatus tuus transfigit me. Recede (obsecro) hinc mater mea, reuertere in domum tuam. Fas quippe non est, ut uirginalis pudor homicidarii admisceatur cœtibus, & ut aures tuæ angelicis assueret colloquijs turbarum furens. Si abieris, utriusq; dolorem temperabis, amborumq; tristitiam lenies. Ad hoc ego humanā suscepī carnem, ut patiar, & ut pro antiquis criminibus satisfaciam. Ad te nō pertinet hominum reparatio. Nam quemadmodū nullum commisisti delictum, ita nulla delictorum tibi poena debetur. Innocentia tua delinquentium supplicium non meretur: sed triumphantum meritum. Ad propria igitur remea, & in quietis portu te colloca. Habebis Magdalena consortium: habebis & dilecti discipuli solatum. Dum enim ego delibor, & ad passionem pergo, uocabis orationi, assueret contemplationi incumbes, cælestiumq; potita dulcedine leuabis te super te. Inde capies qualescunq; refrigerium: ex his saginata interius tuum à passione mea cogitatum auerteres. Cuius mater: Cur ista faris fili mi, magister & domine? Cur ancillæ tuæ talia suades? Scis, ô amor mi, dolor mi, & Deus cordis mei, quoniam præsente te omnia mihi licet. Adeò quippe mœror tuus absorbuit cor meum: tantumq; in præcordijs præualuit tristitia, ut præteute nil ultra cogitare queam. Nusquā accedere possum, nulliusq; concupisco leuamen. In te collocaui cor meum, nam in corde tuo constitui mansionem: quoniam uita mea tota penderet ex te. Porro si tu nouem mensū spacio in utero meo tanquā sponsus in thalamo quieuisti, cur non mihi hoc triduo in te liceat pausare? Sic sic cōsolabor, sic mearum uenienti solatium captabo poenarum ( si tamen paciente te aliquam ualeam cōsolationem admittere.) Absconde igitur me in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominū, pro tegeq; me in tabernaculo cordis tui à cōtradictione linguarum ( si tibi placet) ut lateam. Si enim hoc egeris, ô salus mea, turris fortitudinis meæ, refugium meum, meorumq; lumen oculorum: te flagellato flagellabor, te irriso irridebor, tecumq; cōtumelias, opprobria, colaphos, sputa, fel, acetum, crucem, & ipsam percipiam mortem. Hoc autem mihi uideret consultius (saluo tamen semper sapientiæ tuæ honore, tuoq; sacrosancta ordinationis tuæ arcane consilio) ut supplicium hoc permittas me subire pro te. Gratissimum quidem erit mihi uniuersas perferre molestias: dummodo tui liber euadas. Absencia nanc; mea parum oberit mundo: tua uero dispedium ingeret supra modum. Iam despersum cernis gregem tuum te pastore percusso; iam quis una mactata est. Quid de cœseri

A teris futurum sit, tua iudicet sapientia. Nempe si in ipsius tuæ passionis initio rātum preualuit lupus, tantum tuæ ecclesiae offuit: quid ageret in te pendente, te moriente, te quiescente, te descendente? Quamobrem (obsecro) parce tibi met, & si non propter te, faltem propter nos, quos desolatos relinquas & mœstos. Regredientur utique ad unitatis gremium, quotquot dispersi sunt, si te suum conspexerint ducem. Huiusmodi in spiritu matre sermocinante cum uerbo tanquam mundantis aquæ lacrymarum riuuli desuebant: adeò ut astantium animos genitricis lucis mœstitate perfunderet. Flebant ergo, qui aderant intelligentes ex lacrymis Mariæ dolorem esse uehementissimum. Flebat mater filium, flebant astantes genitricem: sicq; cælum ipsum clamoribus insonabat. Hec dum agerentur, impellantibus ministris mediatore progrederunt. Vnde Maria filij destituta aspectu plus, quam dici ualeat, tristitia premebatur. In præsidis igitur domino ingresso prætorium ipsi non introiere pontifices, ut non contaminarentur: sed manducarent pascha. Contaminationem prætorij metuere uidebant pontifices, & contumationem effusionis sanguinis innocentis non pauebant. Attenderent nolebant, quod non nisi ex consensu mentis coinqinatur actus. Legem secundum literæ corticem sciebant: sed legis sensum penitus ignorabant. Contaminari timebant coram hominibus, qui teste conscientia apud Deum iam contaminatos se nouerat. Nunquid contaminati sunt illi, qui iubete Mose eos, qui uistulo immolauerant aureo, peremerunt? Audierunt nanc; hodie consecratis manus uestras domino. Est ne contaminatus Finees, qui gladio suo trucidauit scortantes? De illo Propheta inquit: Stetit Finees, placauit, & cessauit quassatio, & reputatum est ei ad iustitiam à generatione in generationē usq; in sempiternum. Nequaquam igitur contaminati essent, si in prætorium introiissent: insuper & dominū occidissent: si duntaxat quod opponebat illi, uerum fuisset, sed sub hypocriti se sacerdotes tegebant. Cauterizatā habebat conscientiam, & cognosci metuebant. Noluerūt in prætorium ingredi, ut possent comedere pascha, & interficere desiderabat, qui sacramentaliter latebat in pascha, umbram ueritate deserta tenere curabant: sicq; in suis euauere cogitationibus neutrum possidentes. Ipsos arguit Propheta, dicens: Vanus filij hominū, mendaces filij hominum in stateris, ut decipiunt ipsi de uanitate in idipsum. Verum siquidem manducassen pascha, si in Christum dei filium credidissent. Hōs se fessellit diabolus sicut proditorem Iudam, deceptionis laqueos istis tendens subter legis folia occultauit. Iudæ retiaculum sub argenteis palliavit, illos de regno & sacerdotali deiecit insula: hunc autem de duodenario apostolatus apice. Cupiditate nanque corruptus hic sanguinem iustum tradere non extimuit. Nondum miser audierat, qui uolunt diuites fieri, incident in tentationes, & in laqueum diaboli. Mox etenim ut pecuniam acquisivit: se derisum agnosces, laqueo se suspendit. Sic enim legitur: Tunc uidēs Iudas, quod damnatus esset, poenitentia ductus projectis in templum argenteis, abiens laqueo se suspendit. Complevit utique, quod de illo fuerat uaticinatum. Constitue (inquit Psalmographus) super eum peccatorem, & diabolus stet à dextris eius. Quum iudicatur, exeat cōdemnatus, & episcopatum eius accipiat alter. Dilexit quippe maledictionē, & ueniet ei: noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Verūm eadem, qua usus est arte diabolus ad subuersiōnem Iudæ, quotidie ad perditionem uititur animarum. Imprudentibus nanc; homicidijs, adulterijs, odij, rapine, & his similia suaderet crimina: horum culpam dicit esse nullā, uel leuem, aut remissibilem. Talibus suggestionibus allicit concupiscentiam, &hortatur ad experientiam: semel posteaq; poenitentiam spondet. At ubi delictū consumatum est, blanditur, ut iterum atq; iterum perpetretur. Quod si gratiam agnouerit mente in præuenire peccantis, ac displicere uiderit, quod ante placuerat: tunc fraude mutata delinquentis animum igneis impedit conscientiae iaculis, ut illum in desperationis trahat soueam. & quissimum dicit Deum iudicem esse, & minutissima quæq; peccata damnantem: quem paulo ante misericordem fore laudarat. Grauissimam ostendit culam, quam prius fatebatur exiguum, atq; sufficere ad perditionis interitum, quod semel commissum est, asseuerare conatur. Hinc iratum Deum, iudicem implacabilem, & irre recuperabilem esse affirmat gratiam: inde difficultatem poenitentiaz, importunitatem habitat concupiscentiaz, atq; diuturnitatem ostendit uitæ. Fit autem persæpe, ut peccator huiusmodi tentationum bella non sustinet, aut corporalis interitus subimet violentiam Laur. iustini.

Exod. 32  
Psal. 105Psal. 61  
Math. 27

Psal. 108



inferat, aut in flagitiorum omnium se præcipitet uoluptatem: tanto minus uehiæ efficiatur idoneus, quanto ardentius se subegerit culpa. Maximum præterea de uenditionis Christi precio moralitatis nobis sacramentum innuitur: de quo dicitur, quod consilio initio emerunt figuli agrum in sepulturam peregrinorum. Qui sunt peregrini hi, pro quorum sepultura precio sanguinis figuli emitur ager? Peregrinos illos utiq; dixerim, qui huius uitæ renuunt blandimenta: qui in hoc mundo amando nō possident: qui totis uiribus carnis illecebras fugiunt: qui carnem subigunt spiritui: qui corporis resolutionem pro Christi amore preferre non metuūt: qui flagrantissimo amore ad futuram eteriorum hereditatem currunt: qui patris summi speciem anbolo spiritu concupiscunt, scq; beatorum spirituum æqualitatem esse percepturos minimè diffidunt. Hi nempe peregrini uerè dicendi sunt, qui sicut uoce, ita corde confitentur, & dicunt: Non habemus hic ciuitatem manentem: sed futuram inquirimus, cuius artifex Deus est. Peregrinatum corpore & spiritu quid asserat, quidue gemendo insinuet, attende. Heu mibi (inquit) quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitantibus Cedar, multum p incola fuit anima mea. Proinde alio in loco orans ait: Edue de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Horum uero peregrinorum spiritualis sepultura pax est, & mentis tranquillitas, quæ in fidei unitate, in fraternalis amore, in uitiorum triumpho, in possessione uirtutum, in deuotionis exercitatione, in caelestium contemplationis percipitur. De qua (uidelicet) pace Apostolus inquit: Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras. Magna siquidem tranquilitatis pace potitur anima, quæ per fidei unitatem, & caritatis incendium Christo copulata est, atq; sic conuersatur in terra: ut quantum in ipsa est, fraternalis in nullo minuat dilectionem. Qui talis est, frequenter se ab hominum occultat tumultibus: scq; in cordis sui secreto tanquam in sepulcro collocat: quatenus liberius eidem per contemplationis studiū Deo uacare liceat. De hoc sepulcro legitur sic: Ingredieris in abundātia sepulcrum, sicut infertur aceruuus tritici in tempore suo. Merito autem in agro figuli costitutum esse perhibetur: quoniam in humano celatum est corpore. An hoc exprimere curauit Apostolus. Habemus thesaurum istum absconditum in uasis fictilibus: Erat utiq; tunc in agro figuli peregrinorum materiale sepulcrum. Est uero nunc in cordibus iustum Deum cōtemplantium, proximumq; diligentium requies pacatissima: in qua à catarum uoraginibus secedentes sponsi fruuntur presentia. Cauent autem, qui dona humani percepérunt, sibi arrogare, quod habent. Agnoscant gratiam, ne defluant in ebulam. Meminerint iugiter, quoniam precio sanguinis Christi peregrinorum sepulta empta est. Ut autem non ignorent sanguinis huius imprectabile precium: Apostolus audiant dicentem: Non enim corruptibilibus auro, uel argento redempti estis de uina uestra conuersatione paternæ ueltræ traditionis: sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi. Paulus quoque inquit: Empti enim estis preciosum magno, glorificate, & portate Deum in corpore uestro. Quisq; igitur seruorum Christi in hoc sp̄irituali agro proprium sibi studeat uendicare sepulcrum. Habeat in se, ubi interdum requiescat, atque deperditas intus reparet, quas horis singulis amissit, uires. Plurimum nanque naturalis decoris, & gratuitæ caritatis amittitur terrenarum solitudinibus curarum, quæ non nisi ex reformatione diuinæ imaginis in speculo restauantur conscientiæ.

Qualiter qui præsunt alijs, se in humilitate custodire, atq; iudicare debeant. Cap. XII.

**P**astores animarum, populorumq; principes, quemadmodū cæteris dignitate præminent, ita Deo obligatores sunt. Quamobrem qui præsunt alijs, minime cathedral attendant, sed onus. Nam absq; ponderis examinatione (si solitus consideretur honor) facile dum sibi ab omnibus deferri conspicit, mens elevatione extollitur. Ne igitur intumescat, qui præsider, judicem qui supra eum est, diligenter agnoscat. Ipse etenim summus quū sit in examine iudicij sui, personas nō accipit, dignitatibus nō defert, prosapias nō discernit, humanas opiniones nō sequit, sed rectissima equitatis cæsura causas singulorū attēdit & merita. Evidē corā ueri tribunalū iudicis nō accedūt qui excusent: nō comitantq; eripiāt, neq; assistūt qui redimāt. Nudus quisq; omni hominū suffragio destitutus astabit Christo operū recepturus uices. Proinde

**A** de qui præsunt, nō infletur, satagāt solicite sui ministerii implere officij: studeat sicut at tolluntur dignitate, ita se humilitate deñcere, ne humana laude cōtentī cælestē negligat principatū. Nequaquam in futuro sortiūtū electorū gloriā, qui in sublimi positiū humiliari dēgnātur. Est nāq; humilitas iter regis, patēs uia angelorū munīta præsidio: per quam semper descendēdo ascēdit, humilitatis præceptore dīcēte: Qui se humiliat, exaltabitur. Nā quemadmodū descendēdi ad inferos elatio: ita initū ascendēdi ad cælos, atq; ad perfectionis triumphū humilitas est, quæ potissimē in sui agnitione cōsistit. Cognoscāt igitur se, qui alijs imperat, seq; in humilitate custodiāt, ne elati corrūat. Singulorū causas subditorū exquirāt ut pprias, ut nō peruerso euertātur sensu. Dicit quippe iudices semper mature incedere, & quęq; diligētissimē inuestigare: ne aut absoluāt noxit, aut innocentē dāmāt. O quāta iniquè, o quāta ignorāter iudicia fiūt. Vtrūq; malū est. Quem iniquè agit, quod iuste debet, reus est mortis: qui uero ignorāter, maxima redargutione est dignus. De prioribus dicit: Iudicium durissimum fiet ihs, qui præsunt. Ignorātibus autem Propheta inquit: Interroga patrē tuū, & annunciatib; tibi: maiores tuos, & dīcēt tibi: Nō erubescāt interrogare, quæ nesciūt, sed iudicare, quod ignorāt. Munera nō accipiāt, quę iudicū consueverūt corrūpere animos. Tēporalem nō trepident amittere gloriā pro amore iustitiae: quā ut oculi pupillā diligere tenētur sacro dīcēte eloquio: Diligite iustitiam, qui iudicatis terrā. Scīat postremo se corā uniuersali iudice nedū de proprijs, uerumētā de alienis criminibus reddituros esse rationem. Non enim poterit euitare iudicium, qui iusti innocentiam iudicādo custodire neglexerit. Hoc si cōsiderare uellent, qui honoris cathedrā appetunt, profectō ambire desisterent. Gratis minime se exponerēt periculis, remq; uilissimā, & breui tempore duraturā tanti nō emerent. Quid (oro) uilius populari aura? Quid uero preciosius cælorū regno, & rationali spiritu? Vtrūq; autē imprudenter cōmutat & perdit, qui immoderato affectu fauores querit humanos. Tales enim erant, de quibus Apostolus ait: Dilexerunt magis gloriā hominū, q̄ gloriā Dei. Talis erat Pilatus ipse, qui humani imperij timore turbatus ueritatem ipsam in mortē tradere non expauit. Nouerat Christi innocentiam, nouerat accusantium calumniam: & tamen carnaliter territus mentis suæ iudicium flexit. Obiectiones nanq; pontificum ludæorum scire uoluit, Christi sermones audiuit. Verūm eorundem cōminationibus prostratus, iniquā sententiam dedit, prout sequentia manifestant. Foras itaq; de prætorio egrediente Pila-to, occurserūt pontifices, illiq; dixerunt: Inuenimus hunc subuertentem gentem nostrā, & prohibentem tributa dari Cæsari, & dicentem se Christū regem esse. Tria opposuerūt domino, sicut malitiosē, ita ab omni ueritate aliena. Nō uenit in carne uerbū, ut à ueritatis uia subueteret homines: sed ut subuersos reuocaret ad uitam: quod prævidens Propheta in spiritu exultans ait: Deo nostro sit iucunda decoraçō laudatio. Et dīficās Hierusalem dominus, dispersionsis Israelis congregabit. Apostolus etiā in euangelio hoc idē apertius indicauit. Nā quū Caiphas dīxisset: Expedit ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat, intulit. Hoc autem à semetipso nō dīxit: sed quum esset pontifex anni illius, prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente: & non tantū pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, cōgregaret in unum. Quos enim diabolus ab unitate segregauerat, dominus ad sui corporis retulit unitatem: & quos subueterat ille, Christus ad Dei agnitionē reuocando conuertit: sicut Idem per Prophetā se facturū ait: Visitabo ues meas, & libertabo eas de omnibus locis, in quibus dispersae fuerāt in die nubis & calamitatis, & educam eas de populis, & cōgregabo eas de terris, & inducā eas in terrā suam, & pascā eas in mōtibus Israeal, in ruinis, & in cunctis sedibus terræ: in pascuis uberrimis pascam eas, & in mōtibus excelsis Israel erunt pascua earū. Quod autē dominus prohibuerit censum dari Cæsari, falsissimū est: unde mētita est ludæorum iniquitas sibi aduersa ueritatē testificatiū iniquē. Quū enim interrogasset Petru, quid tibi uidetur? reges terræ à quibus accipiūt tributum, uel censum, à filijs suis, an ab alienis: illeq; dīxisset, ab alienis: respōdit dominus: Ergo liberi sunt filij. Ut autē non scandalizemus eos: uade ad mare, & mitte hamū, & eum pescem, qui primus ascederit, tolle: & aperto ore eius inuenies stateram: illum sumens da eis pro me & te. Alio etiam tempore quū illum tentarent Pharisæi, si licet censum dari Cæsari, an non, audierūt. Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsa-ri, & quæ sunt Dei Deo. Minime igitur prohibuisset quasi illicitū, quod per se & Petrum

exolus mandauit, atq; ab alijs definivit esse soluendum. Quis autem dicere audet tribu-  
ta regia, ac uectigalia ciuilia fore prohibita? Non sunt illa denegada tributa, quæ ad po-  
testatem onera ferenda honeste, & nō tyrranicè ordinata sunt. Quæ si deessent, prorsus  
dignitates redigerentur ad nihilum potestatibus non existentibus. Vbi iustitia ubi or-  
do; ubi regimē; ubi legum decretū; ubi obediētia subiectorum; Nempe uniuersa p̄r-  
confusione deficerent. Ad coercendos ergo malos, timoremq; incutiendum indisci-  
natis dispositæ sunt leges, prælati, principes, atq; iudices ordinati. Audi quid Paulus di-  
cat: Omnis (inquit) anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim pote-  
stas, nisi à Deo: quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Delor-  
minationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes  
non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem: bonum fac, &  
habebis laudem ex illa. Non sine causa gladium portat. Dei minister est. Vindex in iram  
ei, qui malum agit: unde sic cōclusit: Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tribu-  
tum, cui uectigal uectigal, cui timorem timore, cui honorem honorem. Vidēsne quām  
prudenter in eandem conueniant sententiam discipulus & magister? Exorbitabat utiq;  
a uero pontifices intentione nocendi oppONENTES mendacia ueritati: nedum in soluen-  
do tributo: uerum etiam in regia dignitate à domino publicè p̄dicata. Non enim se in  
corde extulit mediator, neq; in anibus uerbis hominē captauit fauores, docebat humili-  
tatem, seculi pompā operibus ac sermone insinuabat populis esse fugiendā. Quū enim  
semel uellent turbæ illum cōstituere regem, aufugit & latuit. In cunctis igitur claret cō-  
spicue sacerdotes contra dominū esse mentitos: illos tamen quū audisset Pilatus, in p̄-  
torium ingressus ipsum sciscitatus est, dicens: Tu es rex Iudeorum? Ne amitteret Pilat-  
tus, aut alteri commune fieret, quod solus habere uolebat, mediatorem nostrum, an rex  
esser, percunctatus est. Carnalis quū esset, non nisi carnaliter sapiebat. Non autem sicut  
temporalis, ita cælestis est dignitas. Nempe terrena potestas quū pr̄rogatur uni, detra-  
hit alteri: cælorum uero regna, & iustorum potestas regia donatur innumeris. Quilq;  
illorum per se sufficit sibi. Quod habet, hoc possidet. Non angelorū, non hominum, nō G  
subiectorū eget suffragio. Deo tātum indigēt uniuersi. Dat singulis gloriae bona, ut mu-  
tuuo gaudent bono. Bonum suum in seipsis habet, quū Deum habent, quo nihil melius,  
nihil dulcius, nihil salubrius possidetur. Alio se minimē diuerterit, intendētes in eum, quē  
amplectuntur in se, & uident supra se. Tenent quippe amoris brachijs in affectu intimæ  
caritatis. Vident autē intelligētia oculo illum supra se, & supra omnem rationalem atq;  
corpoream creaturā. Huiusmodi dignitas regia, quā in resurrectione uniuersali p̄de-  
stinati percepturi sunt, omnes reges, omnes principes angeli: uero facit esse cōsortes. Hæc  
etenim à temporalibus potestatibus aliena sunt, quoniam ignorat Deū, fraternalū nesciunt  
bonū, & cōunitatis negligū iura, atq; uirtutis sita cōtemnunt. Hoc quemadmodū ex-  
periētia, sic Pilatus edocuit. Quū em̄ audisset, an à seipso diceret, si rex esset Christus, om̄i  
repente cordis grauitate reiecta prorupit in uocē, & ait: Nūquid ego Iudeus sum? Gens  
tua, & pontifices tui tradiderū te mihi. Quid fecisti? Insipientia quippe suam paucis in-  
dicauit uerbis. Non propter astantium notam, necq; ob p̄fectoriam dignitatem animi H  
fui immoderatum compescuit motum. Decet prorsus iudicem omni postposita cordis  
seritate audire diligenter, & ad interrogata respondere. Nunquid enim iustitia singulis  
reddet debitum, si mentis suæ ignorauerit habere dominium? Spirituales namq; animi  
passiones sunt, quæ iudicium euertunt sensum, abolent leges, statuta confundunt, dege-  
nerant naturam, mores deordinant, ingenij acumen obnubilant, & iustitia pacta non  
seruant. Debet prius dominari sibi, qui causa constituendus est iudex alienæ. Ridicu-  
lum est aspicere foris in cathedra residētem, & intus in passionum fœtoribus sepultum.  
Virtus nēpe animi iudicarijs sedibus p̄ferenda est honore, desiderio, estimatione q;. I  
Virtutes etenim diuītia imprædabiles sunt, omni inquirēndæ tempore, ubiq; extollen-  
da, colendaq;. Quò pergit cultor, possessorq; uirtutis, odoris miri ex se spargit fragran-  
tiā. Inter barbaros, apud exterias nationes securus est. In tuto quippe thesaurū recōdidis-  
sū, aliena nō eget custodia. Nam sui ipsius uirtutis amator custos est. Quādiu uult, diuē  
est, & inuincibilis perseverat. Solus esse nō ualeat, qui in uirtutum magisterio animū col-  
locauit. Principatū nanc; sui tenens coram Deo regali dignitate p̄fulget. Abdicat a se  
uilibilium

A uilibilium concupiscentias, atq; incentiu libidinum, ut spiritus naturalem sui uendiceat  
libertatem. Hinc claret perspicue, quod lasciuia deditus, ac uitiorum seruus nunquam  
p̄cerit utiliter. Præcellere poterit cæteros potentia, diuītis, obsequentium numerosi-  
tate, delicijs, & fastu. Suberit tamen in ea parte, qua imperialis dignitas decoratur. Abu-  
tetur utiq; honoris cathedra, quæ solis sapientibus debetur. Sapientibus (inquit) illa  
sapientia, quæ de sursum est, quæ est pudica, humilis, consentiēs, beneuola, iusta despici-  
ciens, futura prospectans, donans æternia. Hæc habet regnum, & reges facit non auro  
fulgentes, aut gemmatos, sed ornatos uirtutibus, & caritate coruscos. Ne autem huius  
almæ sapientiæ regnū carnaliter cogites, qualiter cætera consuesti regna cogitare, quid  
eadem Pilato dixerit, audi. Regnum meum nō est de hoc mundo. Regnat quidē Dei sa-  
pientia in hoc mundo: sed regnū nō habet de hoc mundo. Non est locus, in quo non re-  
gnat sapientia. Attingit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Nempe  
ubi ordo est, ibi imperat sapientia, quæ orbem uniuersum in æquitate gubernat. Vbi a-  
gnitio ueritatis est, ibi sapientia illustrando regnat. Si superiora cælorum aspicias, si cæ-  
lestium corpora attendas, ibi p̄sidentem ordinantemq; intelliges sapientiā. Audi quid  
uoce sapientis dicas: Quando p̄parabat cælos aderam: quando certa lege & gyro ual-  
labat abyssos: quādo æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, cum eo eram  
cuncta componens. Si terrena cōsideres imperia, ibi reginam hanc dominari agnosces.  
Sic illam loquentem habes. Gyrum cæli circuiui sola, in fluctibus maris ambulaui, in o-  
mni gente primatū tenui, superborū & sublimiū colla propria uirtute calcaui. Si ad uni-  
uersitatem creaturarū mentis aperias oculos, ibi lege ineffabili regentē sapientiam pro-  
clamabis. Omnia (inquit Propheta) subiecisti sub pedibus eius: oves & boues uniuersas:  
insuper & pecora cōpī: uolucres cæli, & pisces maris, qui perambulat semitas maris. In-  
sensibilia igitur, uerabilitia, irrationalia sapientiæ ordine custodiuntur, regūtur, reno-  
uantur, & sunt: unde ait Propheta: Omnia fecisti in sapientia domine. Homines etiā mali,  
& ipsi dæmones (quāvis inuiti, & nesciētes) imperio subiacet sapientiæ: nec ualēt etiā mi-  
nima sine permissione cōplere. Possunt omnes mali perficere malū, quia permittuntur pos-  
se: nō tamē ad libitū, sed quod uult ipsa sapiētia. Ore prophetico illius sententiā audi: Ex-  
tra me (inquit) nō est Deus formās lucē, & creans tenebras: faciēs pacē, & creās malū. In  
hoc igitur mūdo tanquā paterfamilias in propria æde p̄sident sapientia, quæ nihil in se  
inordinatū permittit: tamē extra se talis nō apparet ordo. Attingit que dicitur fides:  
p̄spiciūt ista in ipsius lumine sapientiæ. Intus capiūtur, quoniam spiritualia sunt. Proinde  
ipsa sapientia ad spiritualem intelligentiā impellens animū, nolensq; ut qualia temporalia  
sunt, ipsius arbitratemur regnū, addidit. Si ex hoc mūdo esset regnū meū: ministri mei de-  
certarēt, ut nō traderet ludēis. Decertatēt utiq; ministri: sancti (uidelicet) angeli, qui ui-  
gilanter insistūt: quatenus in omnibus imperiū perficiat sapientiæ. Expeditissimus plane  
horū est famulatus, atq; dominatrice dignissimus sapientiæ. Quis ministrorū talū dignita-  
tes, ministratiūm p̄ officia humana poterit enarrare faciūt. Fulget in terris ex parte: in  
cælo uero p̄spicue ipsorū generositas, collata potestas, atq; coeternæ Deo sapientiæ re-  
gij culmen honoris, & generationis sacrosanctū mysteriū: quāvis illius in cælo & in terra  
sit dilatata potestas: mīro tamē æquitatis ordine glorioſissimū supercelestis Hierusalem  
disponit regnū: ita ut indecorū nihil, nihilq; in ipso eadē statuente appareat imperfectū.  
Sic nanc; coequat īma summis, & cælestia humanis, atq; spiritualibus spiritualia, ut in  
conspicuū æterni opificis regimē ipsius ineffabilem unitatis & caritatis reddat cōcen-  
tum. Non fastidiunt, necq; erubescūt illa beatorū spirituum agmina, qui perpetua felicitā-  
te fruuntur: peregrinantibus, ac in domibus luteis habitantibus ministrare: quatenus el-  
placeant, cui se efficiunt sacrificium laudis. Non discernūt quid agant, sed propter quē:  
quoniam humanis minimē coinqūnantur contagij. Ducuntur affectu, quum foras ad  
ministerium exeunt: & tamē nō discedūt longē à contemplatione eius, qui est. P̄sident  
utiq; in sua diuinitatis solio, superiora ac inferiora regit, cōtemplaturq; ab ijs, qui in spiri-  
tu sine carne sunt: & qui tales sunt, ut illo sint digni. Remotis nanc; & propinquis legē tri-  
buit aliter atq; aliter: quū tamen ipse omnibus p̄sens sit. Ab illo remotos dixerim, qui  
peccatorū fecititate maculatos naturalē suum amiserē decorem: propinquos uero, qui  
gratiā seruauerunt exhibitam. Angelorū siquidē legiones sibi amoris uinculo inbreti-  
te

tes in ministerium dirigit: per quos remotos quotidie aduocat ad se, & propinquos custodit in se. Solliciti sunt hi pro singulorum salute & regimine uniuersi, dicente Apostolo: Omnes administratori spiritus sunt in ministerium missi propter eos, qui hereditatem capiunt salutis. Quidam etenim eorum, qui mittuntur, ad humanam sunt deputati custodiam: quidam uero ut futura prænunciant, dilucidant mysteria fidei, atque celestium arcana insinuant. Sunt ex ipsis, qui faciendorum miraculorum potestate accepta caritate sedula Dei notificariunt uitutem. Alij autem nimia pietate succensi, affectu pio, atque reatitudinis zelo aereos coercent spiritus, ne sauviant ad uota, & euertat ad culpam, quos miseratio superna conuertit ad gratiam. Nonnulli eorum sunt, qui ciuitatum, prouinciarum, regnum præfunt regimini, & imperantium personis inuigilant: quatenus ipsorum eruditionibus non nisi, quæ agenda sunt, faciant. Vniuersi sane hi angelorum ordines prius quam ad ministeria perficienda exeant, instruuntur de omnibus, sicut in uitæ continetur libro: nec in minimo prætergrediuntur magisterium sapientia. Præsident namque ipsa omni cælesti curia, neque quisquam eorum, qui in illa sunt, aliud nouit, uel habet, quam quod ab eadem didicit, aut accepit. In excelsis siquidem residens throno, atque ineffabili claritate coruscans angelorum hominumque stipata militia maxima cum tranquillitate singulis impertitur, quod expedit. Communi uoluntate omnes obediunt imperanti, atque in tam innumerabilis coronatorum exercitu non clamoris, non contradictionis, non turbationis perstrebit motus: sed pax, ordo, caritas, concordia, & æterna diuinæ laudationis inest iubilatio. Huiusmodi triumphalem gloriam regni Prophetæ contemplatus aiebat: Regnum tuum regnum omnium seculorum, & dominatio tua in omni generatione & generatione. Quicunque etenim istius beatitudinis fragrantissimam gustauere dulcedinem: alijs etiam pro caritatis officio intimare festinant. Quamobrem ipsi angelii, & qui in eadem sunt sancti sedulitate quam maxima, quanta sint regni illius magnalia, peregrinantibus insinuant: sicut propheticò dicitur ore: Notam faciunt filii hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiam regni tui. Solus igitur Christus, Dei uirtus, & Dei sapientia, qui in cælo & in terra imperij sui dilarat habenas, immortali talis est rex. Sic de illo legitur: Et habebat scriptum in uestimento & in semore eius: rex regum, & dominus dominantium. Hunc exercitus angelorum uirtute potentes, natura immortales, beatificati per gratiam, benedicunt & laudant perficientes uerbum illius in audiendo uocem sermonum eius. Huic uniuersi mortales famulantur, indicantque sapientiam ipsius non prætergrediuntur legem. Ceteræ etiam creaturæ, quæ in exordio mundi fuere conditæ, impositas exequuntur leges, dicente Prophetæ: Statuit ea in æternum, & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit. Noluit autem rex ipse Christus cum ceteris terræ regibus quicquam habere commune. Venit itaque in carne humiliis, pauper in rebus, in uestitu contemptibilis, in comitatu solus, austerus in corporis delicijs, & superborum aspectibus despabilis atque abiectus. Intus uero in spiritu qualis erat, noscebatur. Non poterat esse parvus, cui ministrabant angelii, famulabantur archangeli, & quem omnis cælorum militia uenerabatur laudibus. Apparuit (inquam) in mundo, non ut ostenderet quis esset, sed ut ignotam seculo ueritatis scientiam prædicaret. Sic enim ait: Ego ad hoc natus sum, & ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritati. Latebat quippe ueritatis lumen in religionis cultu, in morum disciplina, & in cognitione finis. Rara prorsus erat in mundo unius ueritatis Dei fides. Vsurpauerat etenim diabolus sibi diuinitatis honorem, & in mentibus mortalium sparserat errores multiplices. Iacebat ratio, quæ naturaliter principatur in homine. Nesciebatur uirtus, & ingenita morum honestas à suo nimium deuiauerat fundamento: ex hoc potissimum, quoniam futurorum malorum, honorumque non expectabatur merces. Hinc non ualebat mundus, nisi ad ea quæ sensibus utuntur, diffundere sui cordis affectum: propterea nec in religione deuotus, neque in uirtutum augmento poterat esse sollicitus. Tandiu ergo elanguit, tandiu errauerunt seculi incolæ supernæ ciuitatis habitaculum non inuenientes, quandiu in humanitate Dei apparuit sapientia, quæ uerbis suis inuisibilis unici & eterni Dei notitiam præbuit. Moribus instituit formam, propalatam esse cælorum uiam indicavit, atque ueritatis ignotæ scientiam cordibus infudit credentia, quam illi percipiunt soli, qui ex ueritate sunt. Illos tantummodo ex ueritate nuncupavimus,

467 AGONE.

**A** rim, qui ad æternam prædestinati sunt uitam. Iltis plane suo tempore efficitur nota cæteris remanentibus foris. Alteri quippe à ueritate non nisi ad tempus claritatem ipsius intueri merentur. Horum Pilatus præfigurauit imaginem, qui quum percunctatus fuisset, quid esset ueritas, illico exiit uim claritatis eius ferte non ualens. Veritatis quippe factus est testis, quum nullam mortis causam se inuenisse perhiberet in Christo. Obhot rebat falsitatis fieri testis, qui multa fuerat cum ipsa ueritate loquitus. Participauit ueritatem de lumine ueritatis, quamvis non ad uitam, donec presentem habuit ueritatem. Dicit quum quis pertractando aromata odorem de uestimentis effundit & matibus, ita & infidelis hic atque indignus. Studuit nanque ueritatem commendare non pertinetibus ad illam, & quem traxerat, odorem foras exhibuit: sed quoniam eandem in nimis habebat in se, usque ad penetralia Iudæorum nequivit immittete. Vnde obstinatissimo animo, & cordis sensib[us] obturatis contra ueritatem suasione pestifera clamauerunt. Commouit populum incipiens à Galilæa usque huc. Hoc itaque audiente præside ad Herodem dicit: dominum, non tantum ut incōsulte iudicaret alienum, ueritatem ut iudicium declinaret iniustum.

De quadruplici specie non rectè militantium Christo. Cap. XIIII.

**V** mano quid incomprehensibilius corde? Quemadmodum latebris fotetur innumeris, ita & latitudinem infinitam inhabitat. Quu uero à se ipso ad plenum inuestigari nequeat, quomodo ab extrancis cognoscetur? Solus si lud qui cōdedit, nouit: atque quale sit perfecta habet scientiam: quoniam ingrediendi & egrediendi in eo obtinet potestatē. Ex sui igitur profunditate nō in sede propria, sed ex effectibus patet. Quis (oro) attingere ualeat, quo affectu, quibusue cogitationibus moueat? Quantos quotidie inueniuntur scitata arte cordis sui palliare se creta? Latent sane ad tempus, sed nō semper dicente domino: Nihil occultum, quod nō reueletur: neque absconditum, quod non sciatur. Multi quippe sunt, qui sanctitatem obhorrentes, illius tantum gerunt imaginem. Talium plurimos in sūtu suo fouet ecclesia, tanquā cum tritico comburenda zizania. Vitæ uias, atque uirtutum arripiunt semitas: in conspectu quoque se inuentum maturitatem prætendunt honestatis, quāuis intus alio narrantur incedere. Hi nanc[us] (ut plurimū) honoris cathedrā, populorumque fauores, seu temporalis lucrī mercedem querunt. Malū nempe quū sint, sicut duplii incedunt corde, ita & in ueritatis itinere claudicant. Laboris quippe suum inaniter exponentes ipsius fructum spargunt ad auras, nihil de suis operibus portant, unde in futurum ualeant gaudeare: hypocrisis pleni atque hypocitarum sectantes uestigia æternā gloriam pro temporali laude cōmutant. Sunt & alijs, qui Dei sapientiam simplisci atque remissio corde perquirunt. Vno tamen claudicantes incedunt pede: sed nō sicut sanctus Iacob, cuius post colluctationē angelicam femoris emarcuit neruus. Talium pes, anima (uidelicet) affectus, remissus & tardus est: quoniam intelligentia nō sustentatur adminiculo. Cōsueuerunt persæpe aut negligenter uisiere, aut minime perseverare, qui in Dei itinere solo mētis inuictus impulsu. Nam quemadmodum nutrimentum ignis oleum & ligna sunt: ita amoris augmentum clara est cognitio ueritatis. Impellit affectus ueritate, quæ cognitiæ uirtutis inhabitat sedem. Huiusmodi de quibus dicitur, quum ex natura, seu ex negligētia laceant, tanquam debiles & claudi ad Deum tardè perueniunt. Prioribus hi minus odibiles sunt, facti cœlegi merentur ueniam, quamvis summum bonum ea, qua deberent, animi sedulitatem non querant. Reperiuntur & tertij, qui Deum ignito, sapido, sed elato corde requirunt: Mente coaptant sapientiam, & ueritatis lumine repleri concupiscunt. Desiderant, laborant, & uacant: atque in prospecta eminus ueritate exultant. Se nanc[us] spiritualibus ditaris arbitrantur, si quam uident, tenerint sapientiam. Hi quoniam absque humilitate scire concupiscunt, falsa sui opinione euariescant. Viriditatem quidem seruant in arbore, sed deterentem uerim in radice non sentiunt. Veritas hic tumot est mentis, per quem exspectus interior deuoratur fructus. Exultant quippe in scientiæ lumine, atque arcana mysteria, quorum perceptione non sunt digni, imprudentē ac curiosè scruntur. Quum autem nequeunt inuenire quod optant, in superbiam moti turbatione deficitur. Suncti etiam effeminati nonnulli cor puerile gerentes, qui Christi amabilis conuersatione auditæ, reportat in lacrymas, amore ardent, atque ad uidendum illum se tota mentis

mentis intentione, ac cordis meditatione disponunt. Iстis equidem permittente Deo datur consequi, quod anhelant. In meditatione etenim sua illis cognoscibilis efficitur sapientia iuxta eorum captum, gratiaeq; mensuram. Assumuntur utiq; de seculo, à peccatoribus segregantur, spiritualis dulcedinis gustatores sunt, atq; futura felicitatis stillicidia quædam merentur percipere. In his dilatantur, & gaudent, & tanquam ipsam præsentem in carne sapientiam habeant, meditando exultant. Ex consuetudine nanc; quotidiana, qui tales sunt, spirituale donum sine sui cognitione fastidiunt. Gratiam enim Dei irreuerenti atimo pertractates supra id quod sunt, paulatim eleuantur incaute. Se utiq; non ex se, sed ex acceptis muneribus estimant. Hinc absq; humilitate percunctari sicut diuinæ sapientiæ occulta mysteria non attendentes scriptum esse: Non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem: fitq; illis prudenti cnsilio sapientiæ omnia in æquitatis consilio disponentis, quod legitur: Scrutator maiestatis oprimetur à gloria. Nam petunt, nec accipiunt: pulsant, nec eis aperitur: clamāt, nec illis respōdetur ad uota: quoniam sicut debent nō querunt, neq; postulant. Hi abq; soliditate fundamenti spirituale ædificium attollentes diu perseverare nequeunt. Repercussi nanc; à gratia uelut indigni non considerantes reatum suum illud exigere, paulatim intermittunt spiritualia studia, atq; contemptui habere inchoant, quæ prius dulciter amauerant. In peccatis igitur quotidie effluentes simplicitati Christo deuote famulantur in sui operimentum pudoris detrahere non uerentur: quod nil aliud est, quam Christum candida ueste illusum remittere ad Pilatū. Tādem honorū obhorrentes consortia ad seculi redeunt uomitum: & inimicitiam reſcientes, quam cum diabolo & mūdo pro Christi amore contraxerāt, efficiuntur amici. Tales cæteris sceleratores difficile corriguntur, dicente Apostolo: Impossibile est enim eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donū cælesti, & participes sunt facti spiritus sancti (Gustauerūt nihilominus bonum Dei uerbū, virtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt) rursus renouari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes sibi metipls filium Dei, & ostentui habentes. Audisti spiritualis illusionis mysterium, quæ per homines malos, & à sancto proposito decidentes quotidie patitur sapientia. Attende nunc documentū ipsius, quod in se per Herodis irmissionem exhibuit tibi: que enodare superius gerit imaginem. Vtruncq; etenim in operibus colligitur Christi exemplū (ul delicit) morum, & spirituale mysterium. In altero introducendi erudiuntur, in altero uero illuminantur perfecti: singulis tamen ad disciplinam prodest uirtutū. Quis (oro) nō excaretur ad pietatem, atq; accendatur ad uirtutem, quum regem gloriæ uinctis à tergo manib; iniquo Herodi cogitauerit esse oblatum: Hunc quippe quū uidisset Herodes, gauisus est ualde, signum aliquod fieri ab eo desiderans. Fama siquidem propalante de ipso audierat multa. Verum quod infidelis rex curiosè quærebat, obtinere non meruit. Ostenationis quidem fuisse indicium uiro improbo spirituales apponere eſ. as, atq; diuinitatis magnalia absq; alicuius insinuare profectu. Ne igit mediator margaritas præceret ante porcos, sub silentio sapientiam, & sine exhibitione miraculi potestatem coercuit maiestatis. Quamobrem scelestissimus rex indignatione cōmotus cum exercitu suo illudens dominum eundem cum accusatoribus remisit ad præsidē. Qua de re ablata inimicitarum controuersia amici inuicem facti sunt. Ecce pax nostra, quæ fecit utraque unum. Copulauit quidem parietes sibi contrarios, & in unum regem & præsidem redigit amicitarum cōtuberrium. Reddidit illis pro malo bonum, ut caritatis perficeret legem, possetq; propheticum illud dicere: Si reddidis retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Suscepito itaq; denuō redemptore in prætorium præses pontificibus ait: Obtulisti mihi hominem hunc, quem coram uobis interrogās nullam mortis in eo reperio causam: sicut nec ipse Herodes, qui illū illæsum remisit ad nos. Pro dolor alienigenarum principes innocentia Christi defensores erant: & Hebræi ipsi, de quorum patribus secundum carnem fuerat natus, & ad quos uenerat redimendos, mori illum tradere satagebant. Sed quemadmodum regina austri, quæ de ultimis terræ finibus Salomonis uenit audire sapientiam: atq; Niniuitarum populus, qui in Ionæ prædicatione pœnitentiam egit, in iudicio surgentes condemnabūt Hebræorum gentem: ita Herodes atq; Pilatus. Nullam hi mortis causam se in Christo intenisse dixerunt. Isti au tem mortis reum illum esse clamauerunt. Debuerant plane confundi, gentis suæ uirum tantis

A tantis signis & uirtutibus approbatum à Deo tam importunè persequi, cuīnīl redargitione dignum opponere ualebant. Agnoscebātur quidem ab alijs, ipsi uero minime uidebant se, eorum oculos obtenebrante malitia. Præterea nec coram alijs erubescēbat, neq; in se. Vnde Pilato iterum in multis illum accusare cōoperunt. Noua semper, inania meditabātur & falsa. Æterni solis lucem opacam exhibere studebāt, quanquā & ipse in oculis peccatorum fulgere recusaret. Id eōq; accusatus tacebat, & nihil pro sue defensione innocentia loquebatur. Cōtra humanam cōsuetudinem saluator agebat. Quis accusatus iniuste puritatem suam ueritatis clypeo nō defendit? Quis intortas calumniari sagittas in suos aduersarios nō retorquet? Quis sanctorū ad profectum cæterorum famam suam neglexisse cognoscitur? Nihil tamē simile ueritas egit: quippe quū nosset diuinitatem suam toti mundo suo tempore esse propalandā. Longè autem cōmendabilior uideatur quum silet, quam si uera loquens aduersarios cōfutaret. Ipsius tamen silentij causam præses admirās, ait: Nunquid nō audis, quanta aduersum te dicit testimonia? Domino autem nil omnino dicente præses uehemētissimè mirabatur. In tribunali uero illo sedente, atq; stupente uxor eius nuncium delegauit, qui diceret: Nihil tibi, & iusto illi. Multa enim passa sum hodie per uisum propter eum. Maxima prorsus diaboli arte actum est, ut Pilati uxor tam constanter, ne passio ultra progrederetur, instaret. Iam enim diabolus expāuescere cōoperat, ne esset ipse, per quem futura esset salus iudeorū & gentium. Ex his nanc; quæ complura iam uiderat, futura arbitrabatur, quæ nondum prænunciata acciderant. Nam præteritorum exhibitiō uenturorum est certitudo. Trepidabat profecto hic pestifer antiquū amittere ius, quod sibi in homine nequiter usurparat. Nouerat uancinatū fuisse de Christo: Quia liberabit pauperē à potente, & pauperem cui nō est adiutor. Iterumq; iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorem. Nec ab re metuebat Satanás. Supra humanam cōsuetudinem atq; uirtutem, patientiam, mansuetudinem, humiliatorem Christi esse certiebat. Prōinde ut illius posset impedire agonem, ad consueta cucurrit muliebris arma, cum quibus plurimos oīlīl strenuissimos debellauerat duces. Adā quippe de paradisi amoenitate defecit: Loth in filiarum compulit stuprum: Samson in manu Philistii dedit: Dauid in adulteriū atq; homicidij crimen induxit: Salomonem etiam sapientia perdita alienigenarum deos thurisicare coegit: apostolorum nouissimè principem in magistri negatione prostravit, homicidū quoq; redemptio Pilati mediante uxore, ne fieret, laborauit. Consultius tamen propositi sui poterat obtainere effectum, si quos inflammauerat, sacerdotū animos euerisset: sed (sic legitur) nō est scientia, nō sapientia, non est consiliū cōtra dominū. Quod enim bonū per mortem Christi Deus perficere statuit, noluit ut diabolica impediretur astutia. Præualuit itaq; sacerdotū dolus, & succensa uis odij, cui resistere nequuit præsidis infirma uoluntas. Volens etenim occasione homicida uiri, seculi saluatorem de eotum eripere manibus Hebraeorum senioribus inquit: Est quippe consuetudo uobis, ut unum ex uincitī dimittam uobis in pascha, uultis ergo dimittam uobis regem iudeorum? Veritatē Pilatus loquebatur sapiēter indoctus, uerū nescienter dicebat Christū dominū regem appellans. Rex utiq; erat Christus, in cuius persona Propheta ait: Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius prædicans præceptum eius. Non ut dominaretur iniuste, sed ut æquitatis censura iudicaret ecclesiam, regiam dignitatem accepit. Hoc Psaltes egregius in spiritu longè antē prænoscens orabat sic: Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio régis: iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Irreprehensibiliter quidem dominus Iesus regni sui disponit leges, gradus distinguat, erogat dona, discernit merita, & singulorum iudicat acta. Rex tantum super Israel latitiae oleo fuerat uinctus: sicut idem testatus est, dicens: Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel. Nondum enim uisibiliter regni sceptrum extenderat super gentes. Hoc autem quando impletum esse cognoscitur: utiq; post resurrectionem cum legatis suis per uniuersum orbem directis regni sui gloriam gentibus reuelauit. Tunc ueraciter impletum est, quod pater ad filium per Prophetam inquit: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. In spiritu autē præuidens Propheta memoratus, quod dominaturus esset à mari usque ad terminos orbis terrarum, cæteros reges more propheticō al-

Laur. Iustin.

loquutus

**psal. 2** loquitus est, dices: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus. Veritatem itaq; fatebatur praeses Iudeorum regem Christum esse denuncians. Ignorabat tamen quantus & qualis rex esset. Si enim sciuisset, profecto adorasset illum, atq; de manibus infidelium liberaset. Utinam Prophetam legisset dicetem de ipso: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum eius, & vocabitur admirabilis Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Verum magnus non fuit, si Pilatus alienigena à testamento Dei extraneus Christum immortalē regem esse nesciebat, quū Hebræorum p̄tifices, quibus in diuinis eloquijs de ipso fuerat uaticinatum, se eundē ignorare fatebantur. Potuerūt plane illū membris infantilibus panniculis inuolutum, in præsepio recubantem Herodi nunciare, scriptū esse dicentes: Ex te enim exierit dux, qui regat populum meum Israel. Et nūc iam adultū, miracula faciente, virtutum magnalia exhibente, dæmonibus imperātem, regnum Dei prædicātem negare non formidant. Prætulerūt quippe illi latronem, dicentes: Tolle hunc, quē ludorum afferis regem, & iuxta cōsuetudinem dimitte nobis Barabbā, qui latro fuerat: atq; propter seditionem & homicidiū quod fecerat, detinebatur in carcere. Totum quod fidei, quod cōmodi, quod uirtutis, quod honoris illis fuerat, tacuerūt: & quod perditionis, fraudis, & dedecoris, clamauerūt. Magna p̄fus ludis uertebat ad gloriā de sacerdotali, ac regia stirpe duce habere, qui in celo & in terra monarchiā teneret imperij: sed eorū exigentibus culpis quicquid esse poterat ad honorem Christum morti tradendo sibi ad ignominiam uendicarunt. Nonne opprobrium est Hebræis negasse Deum, quem mundus totus colit, confitetur, & laudat? Nonne ad eorū confusionē publice in ecclesijs illos dixisse legitur: Tolle hunc, & dimitte nobis Barabbam? Quem isti perdere insistebat, gentilis praeses absoluere conabatur. Hinc est, quod sermone iterato inquit: Quid igitur regi faciam ludorum? Volebat quidē non ui, sed importunis suasionibus, atq; honesta ratione, adamātina eorū corda ad pietatis erga Christum emollire cōsensum. Secum nanq; tacitus cogitabat. Obstinatiſſimos istos sine ratione, sine humanitate, & abſq; ullo caritatis affectu esse cōſpicio. Porro si innocentem hunc uirum, qui Hebræus est, ex eorū patrū stirpe progenitus, illis ex lege promissus, à quo innumera beneficia receperent, tanta animi malignitate calumniantur, quid in me gentilem & aduenam agerent, si reprehensibile quippiam reperirent? Agam quod uolent iustitiae censura postposita. Nemo erit qui reatum meum dijudicet, uniuersorum hunc approbante clamore: prius tamen corripiam Christum, si forte illius flagellatione commoti, eundem uiuum abire permittant.

De multis amicitarum causis. Cap. X I I I I .

**A** Micitiarum multæ sunt cause. Quidā mēsæ sodales sunt. Taliū plurimi gula dediti, atq; uētris sui serui, non amicos, sed uictoriū ac hominū te faciū seruos. Nunquā hominū se famulari subderēt, nisi serui fierēt uictoriū. Adulationi huiusmodi & iocis intendere cōsuerunt, ubi ciborū stipēdia uendicēt. Præponūt hāc uoluptatibus cæteris. Come damus (inquiunt) & bibamus, cras enim moriemur. Verū istis quid uilius, quorū deus uenter est, & gloria in cōfusionē ipsorū, qui tantū terrena sapiūt, lumentorū siquidē seclates more solo carnis ducūtur affeſtu. Fitq; ut immoderatē uiuētes epularū ardore rationis suffocēt bonū, atq; ab ingenita nīmī dignitate degenerent. Taceo quāta hinc facinora germinēt libidinū, detractionū, iocorūq;. Sed sit (inquit diuinus sermo) populus manducare & bibere, & surrexerūt ludere. Est nanq; gula fomes pessimus, à quo morbi innumerabiles effluunt animarū: Horū talium perniciosa est amicitia, & penitus euitanda, cui cohērent infamia, lascivia, & diuinitatis offensa. Est & aliud amicorū genus, quos locorū inhabitatio foederat. Huiusmodi ciuitatum, mēniorumq; eorundē prædia possidentes ex uicinitate quadam amicitarū iura custodiunt. Duntaxat singuli proprijs cōtentī aliorū substantiam ambire desistāt. Nempe ubi ali' enarū inest cupiditas rerū, uera amicitiarū abest caritas. Tales imprecādo arguit Propheta, dicens: V. q̄h qui coniungitis domū domo, & agrum agro copulatis usq; ad terminos loci. Sunt etiā qui in administratione reipublicæ, in potestatibus iudicarijs parsuntur officiū. Hi collegæ nomē habētes tūc perfecta fruuntur amicitia, quū in collatione se, uictu, atq; distributione iustitia personas non accipiūt, priuata non querūt cōmoda, humanas

**A** humanos fauores nō appetunt, alter alterū rationib; supplantare nequaquā coniatur, sed una omniū est cōmuniſ intētio pro honore diuinitatis nemini habēti denegare iustitiam. Reperiuntur quoq; peregrinationis comites, qui amicitiarū cōtubernio perfruuntur. Istorū tunc itineris leuigatur labor, tunc societas delectabilis atq; iucūda perseuerat in fine, quū morib; nō discrepat, necq; in uoluntate dissentit. Nempe ubi idem uelle, idēq; de est nolle, ibi amicitiarū firmitas esse nō ualet. Nō per corpus, neq; ex cohabitatione mutua, sed ex animorū cōglutinatione cōmendabilis amicitia iura seruātur. Hinc clare colligitur, q̄ inter scelestos & iniustos nequaquā perfecta amicitia reperitur. Non enim habēt simul uitia unitatē, prorsus maiori ex parte intra se diuisa noscuntur, dum grave bellū cōtra suum cōmouent possessorē. Hoc Propheta sua autoritate cōfirmat: Nō est (inquit) pax impio. Ex hoc euidentissima ratione colligitur, quod si quod in uita hac perfectæ unitatis inuenitur uinculum, atq; mutuæ pacis bonum, penes illos esse cognoscitur, qui Christi dilectione iunguntur. Pax multa (inquit Propheta) diligētibus legem tuam, & non est illis scandalum. Multa (ait) non perfecta. Perfecta (ut arbitror) in hoc **psal. 118** seculo esse non potest pacis amicitia, quando ij, apud quos inueniri non debet, perfectè pacifici non sunt. Qui enim in seipso dissidet, cum cæteris quando concors erit? Talis nempe est uita hæc (si tamen uita dicenda est) ut perfecta nemo proximum diligat caritate, quæ amicitiarum est finis. Caritatem autem dixerim esse perfectam, quum prorsus habet nō proprium: quum in eo quod diligit, Dei gloriam querit, suiq; conditoris concupiscit honorem: quū profecti dilecti se totum accommodat, ita ut in nullo præsentium, aut futurorum mercede cordis trahatur affectu. Hanc solummodo perfectio nis regulam in domino Iesu definio stabiliter extitisse. In cæteris uero sanctis ad tempus reperiri potuit. Inconcuſſ autem, & sine reflectione inueniri non ualuit. Quandiu uiuimus pro quotidiani excessibus satisfacere cupimus, ut ad æternam patriam expeditius introducendi curramus. Hinc est, quod nemo quamvis sanctus & iustus à mercedis concupiscentia ualeat se liberare, quæ ex uirtutum exercitatione, atque proximo rum administratione donatur. Solus itaque Dei & hominum mediator, sicut ab omnib; peccati probatur immunis, ita perfectæ amicitia, ac inuolabilis caritatis iura seruauit. Amore siquidem dilexit gratuito, quos proprio cruore redemit. Quæ enim in carne gessit passibili, nihil illi ad satisfactionis profuit meritum, nihil ad beatitudinis cumulum militauit. Non enim habuit quod deleret, neque supra id quod erat ascendere potuit. Illius igitur nostra sunt merita, illiusque profectus nostri est causa. In illo plane perfectæ dilectionis fulget sublimitas, quæ amantium cordis penetralia replet. Est nanque dilectio uitæ lignum spirituale, quod in electorum mentibus diuinitus plantatur. Ipsius quippe radix est caritas: uirtutes uero cæteræ spirituales rami esse noscuntur. **V**bi enim est caritas, ibi & bonorum operum foecunditas. In illa tanquam in radice uirtutes uniuersæ insertæ sunt. Viuunt prorsus quandiu in dilectionis radice subsistunt. Succide radicem, & repente rami, fructus, exiccantur & folia. Tolle de corde hominis iustificati caritatem, & in fructuosa cæteræ efficiuntur uirtutes. Quid prodest castitas? quid **i. Cor. 13** feiunium? quid sine caritate patientia? Si linguis hominum (ait Apostolus) loquar, & angelorū: caritatem autē nō habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalū tintinnans: si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: si tradidero corpus meum, ita ut ardeam: si fidem habuero, ita ut montes transferam: abſq; caritate nihil mihi prōdeft. Gratificat utique uirtutes omnes caritas, easq; facit fructificare uehementer. Sine foecunditate uirtutum esse nō ualet. Audi quid de electis in Canticorum legitur canticis: Omnes (inquit) gemellis foetibus, & sterili non est inter eos. Ex uirtutum abundantia tanquam ex foecunditate fructuum caritatem agnosce, ita in alijs quemadmodum & in te. Nolo ut ex amoenitate florum, aut foliorum uiriditate, seu ex numerositate immaturorum fructuum, sed ex maturitate & perfectione eorum excellentiam caritatis intelligas. Multas quotidie uidemus arbores in ueris tempore redolere, nitescere, & mira pulcritudine decorari, quæ paulatim decidentibus floribus uernantem amittunt speciem. Quantas præterea aspicimus folijs tantū esse refertas, quæ aurum mulcent auditum, palatum uero minime pascunt: Sunt quoq; nonnullæ, quæ in æstate maximam afferunt fructum abundantiam: uerū superueniente autumno decimam ex omnibus uix nur **Cant. 4** Laur. Iustin.

triunt partem. Qui legit, intelligat, quoniam figurata sunt uerba. Perseueratio igitur est, quæ fructus malos secerunt à bonis. Multi gaudenter, foecundè, & delectabiliter inchoant: paucissimi autē in eo quod cōperunt, persistunt. Multi (ait ueritas) sunt uocati, pauci uero electi: sed soli qui usq; ad finem perseverant, salui fiunt. Signanter autē de domino Iesu dicitur: Quum dilexisset suos, qui erant in mundo, in fine dilexit eos. Excellentiorē erga homines in fine uitæ suæ dilectionem exhibuit, quam in primordio egerit, ut in eorum cordibus arctius infixa remaneret. Quod enim ex corporali actione deerat, ex immensitate in fine suo suppleuit operis. Talia nempe gessit, ut mortaliū omnium sibi ualerēt uendicare affectū. Ut igitur, ô homo, scias, quanti te estimauerit Christus, ut compassionē patiaris cum illo, utq; amori ipsius uices rependere possis, hortor, atq; commoneo: quatenus in spiritu in prætorium Pilati introeas, diligentissimeq; consideres, quid tuus propter te in eo sustineat Deus. Lacrymas habeto paratas, cordis gematum tene, ut quum lamentationes, carmen, & uā in libro uitæ repereris scriptas, non solum te, uerum etiam qui te audierint, prouoces ad lamentum. Nullus (ut arbitror) a fletu continere se debet, quum Dei filium, ut ibi durissimè flagelletur, in prætorium mente conspexerit introduci. Nunc itaq; horrendum coram te possum attende spectaculū. Accedunt ministri crudelitatis ad dominum, quatenus detractis uestibus illum nudum exhibeant. Porro tanquam agnus coram tendente se non aperuit os, conuicia patienter audit, tranquillo animo se expoliari permittit. Tanta siquidem mansuetudinis est usus modestia, ut forte de astutis quosdam incitaret ad lacrymas. Cuius (oro) tam feruum pectus tanti non emolliret duritiam benignitas redemptoris: Ligatur, cæditur, totoq; flagris corpore dissipatur. Nunc scapulas, nunc uentrem, nunc brachia, nunc crura cingunt. Vulnera uulneribus, plagas plagiis recentibus addunt. Hinc liuor tumens, inde sanguis erumpens. Variatum cute decorata reddit corpus: adeò ut membrorum compagines uisibiles fierent. Prophetæ uaticinium tunc completum fuit, dicentis: Vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum uirorum, uirum dolorum, & scientem infirmitatem: reputauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipsius autem reuera liuore sanati sumus. Nam propter iniurias nostras uulneratus est, & attritus propter scelera nostra. Vulneribus tandem circunquadri in carne diffusis, uinculisq; solutis proprias cōpellitur resumere uestes. Secepsit igitur solus, & doloris nimietate debilitatus sine alicuius adminiculo induit se. Hoc unico exemplo potentum, superborumq; superfluos damnat famulatus. Non habuit maiestatis dominus adiutorem, saltem uel minimum, qui in tanta necessitatibus uehementia suffragij manum apponeret. Congregata itaque ad illum uniuersa cohorte chlamyde coccinea induunt, coronam spineam plectentes capiti eius imponunt, atque arundineum sceptrum in manibus tenere compellunt. Hic parumper, ô anima mea, considerationis tua gressus fige, & redemptoris tui intolerabilem dolorem attende, modum cogita, ludibriū meditare, atque tormenti huius immanitatem ex teipso metite. Te in persona statue domini, taliaq; arbitrare esse passuram: capitū delicati sensibilitatem considera, spinarum punctiones cerebrum perforantes mirare: siccū sanguinem decurrentem lacrymarum inundatione absterge. Debuit planè mori tanto dolore transfixus, secum reseruavit ad uitam, ut his etiam grauiora perferret. Tanquam gigas fortissimus imperterritus stetit, & coronationis poenam immutata mente sustinuit: nullo frangebatur tormentorum impulsu, sciens locupletem sanguinis sui esse mercedem. Illum quippe constanter ueluti spiritualia spargebat semina fertilem animarum messem postmodum percepturus. Repleuerat enim iuto faciem, atque deformem, in quem angelii perspicere desiderant, reddiderat uultum. Factus fuerat tanquam uas perditum, & sicut homo mortuus à corde audiens uituperationem multorum commorantium in circuitu. Eorum siquidem nonnulli irridentes illum genu flectentes dicebant: Aue rex Iudeorum. Quidam uero arundinem accipientes in manibus uenerandum eius caput cædentes irrisoriè aiebant: Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? O inaudita à seculis crudelitas, ô horrendum spectaculum, regem aspicere glorię, cui cælorum famulantur obsequia, tantis lacesti iniurijs, opprobrijs grauari, atque incomparabilibus dilaniari poenis. Mirabantur planè cali, mirabantur angeli, omniumque cælestium

A stium spirituum legiones uidentes uerbum, per quod facta sunt omnia, contemni à perfidis: sapientiam hominum sordidissima super se sputa suscipere: undiq; Dei filium atritum, despectum, agitatum, illusum. Sume igitur nunc & tu, ô anima mea, lamētum grāde: plange dolores domini tui, depone nuptiale uestem, ornamenta regalia tibi concessa: induere cilicio, asperge caput tuum cinere, faciem immuta: atq; cordis tui gemitu illius leni mœrorem, totam te illi conforma, & si non uales corpore, saltem hoc age mente. Qualis antē sponsus fuerit tuus, utique præ filijs hominum speciosus recole. Eleganciam eius, aspectum decorum, sua uenitiam facundiam, incessum maturum, benignitatem, mansuetudinem, humilitatem, serenitatem uultus, pristinamq; pulcritudinem meditare: quem quum mente tenueris, delectabiliter aspiceris, atque dulcissime fueris amplexata, ut cognoscas qualia, quantaque tulerit propter te, tuæ uerte considerationis oculum ad illum, qui astat tibi coccinea amictus chlamyde, coronatus spinis, sputis illitus, crux sordidatus, cordis dolore transfixus, corporalibus poenis incomparabiliter cruciatus, plagiis plenus, circundatus uulneribus, liuoribus tumidis, sanie deturpatus, illusus ab hominibus, à gentibus flagellatus, à discipulo uenditus, ab apostolis derelictus, persequutus à pontificibus, subsannatus à turbis, accusatus iniuste, à rege expulsus, & omni humano auxilio destitutus. Clama in fortitudine, & quasi tuba exalta uocem tuā: non oris, sed cordis, illiq; dico: Es ne tu domine ille, qui paulo ante per ciuitates & castella Iudeorum discurrebas benefaciendo, languores curando, & oppressos à diabolo liberando? Loquere mihi, ô domine, ut audiat settus tuus, & enarrā, si forte tu idem ipse es, qui glorificatus in monte diuinitatis tuæ potentiam discipulis ostendisti. Si tu es de quo loquor, quomodo immutatus es? quomodo pristinum amictum decorasti? Regia dignitas, honorabilis aspectus, fulgentissimus faciei splendor, uestimentorum candor, cur sic repente pertransi? Delectabar utique prius in te nihil deforme reperiens: nunc (proh dolor) te intueor nouissimum uirorum, uirum dolorum, sine specie, sine decore, absque gloria, sine honore, & absque ulla corporis sanitatem. Obiexit crux defluens i maginem uultus, sputa humanam deturpauere formam: sicq; factus es opprobrium hominum, & tuorum gaudium inimicorum. Planè domine in hoc tuo aspectu dolore deficerem propter te, & omnino desperarem de me, si non diuini consilij altitudinem te duce attingerem, si nō cordis tui penetralia lustrarem. In ipsis fateor, quia sustentor, pro ipsis refrigeror, ipsis condecorator, atque exulto. Totum quod in te video, à Deo factum esse non ambigo. Si neque solium arboris absque nutu patris decidit, uenient ne super te tanta sine illius uoluntate flagella? Si sine causa nihil super terram fit, inconsulte fiet passio tua? Prophetæ ad patrem uox illa est, quæ ait: Tu uero despexit, & distulisti Christum tuum, aueristi testamentum serui tui, prophanasti in terra sanctuarium eius: minorasti dies temporis eius, perfudisti eum confusione. Cur hoc in te actum est domine? Nempe (ut arbitror) ut sanares laguores meos, & uinum ac oleum infundetes ulceribus meis, ut satisfaceres pro me, ut errantem ouem reduceres ad patrem, ut me reuocares ad te, ut te mihi amabile redderes propter me, ut supernæ ciuitatis destructæ ruinæ reparares, ut cælestium ciuium redintegrates numerum. Hæc in arcano æterni patris pectore ad te facta sunt uerba, quum de cælorum sedibus in hoc ærumnosum existium descendisti. Perfecta quidem sunt in te, qua de excelsø gloria throno dicta sunt tibi: non tamen sine te. Te nanq; suadente, te uolente, te consentiente totum, quod patseris, factum est. Per Prophetam enim dixisti: In capite libri scriptum est de me, ut facerem uoluntatem tuam, Deus meus uolui. Voluisti prorsus domine: quemadmodum Propheta aliis testatur de te: Oblatus est (inquit) quia ipse uoluit. Et unde uoluisti: aut cur uoluisti, ô dulcedo æterna, amor caste, & unice mediator? Tui utique genitoris te impellente gloria, mea te trahente infinita miseria, diuina te arctante iustitia, & superna atque ineffabili in te habitante gratia. His funibus ad columnam ligaris, caritatis circumactus purpura gaudenter ludibriū sustines, pietatis cōpassione succensus iucundissime spineam coronam gestas in capite, rectitudinis animatus zelo arundineo baculo prudentissime, quanta sint delicia mea, metiris. Ut me robores, læto animo debilitaris in carne, uenustas me tuo cruce, tuo liuore pernas, tuoq; amore inebris, ardes intus dilectione, nimioq; amore succenderis. Mœstiam meam tua propulsat car-

R 3 tas,

Laur. Iustini.

tas, dolor quoq; meus, quum in corde tuo alto attollis me, diu mecum perseverare non  
ualeat. Coheruis domine planctum meum in gaudium mihi, amaritudinem in dulcedi-  
nem, in lucem tenebras, metum in securitatem, desperationem in spem, temoremq; in  
flagrantissimam caritatem immutas. Hæc plane non est hominum, sed mutatio dexte-  
ræ excelsi. Hanc nemo nisi dilectus percipit, nisi possessus tenet, nisi exercitatus de-  
gustat. Amantium deliciae sunt, & sponsæ munera preciosa. Canticum nouum est, &  
suauissimum amoris carmen. Hoc modulatione dulci, libertate præcipua, seruida cari-  
tate promit, quisquis uerbi uulnus dulcissimum suscepit in pectore: at uero qui illo ad-  
huc dignus non est, lamentationes sumat in corde, atque dolenti domino compatitur  
ex corde. Nullus profecto amoris carmen ueraciter tenet, qui in lamentationis libro  
non fuerit eruditus. Incipientium hoc, illud autem donum esse noscitur perfectorum.  
Primi de exemplo, ultimi de arcano Dei pascuntur consilio. Ut terque suo tempore pro-  
prium spirituale recipiunt alimentum. Verum ab hoc spirituali conuiuio nunquid pro-  
ficientes excluduntur uiri? Prorsus minime. Habent plane & ipsi, unde spiritualiter nu-  
triantur. Imbuuntur isti mysterijs, saganantur sacramentis. Quanta in hoc memorato  
saluatoris ludibrio mysteria lateant, diligenter aduerte: quatenus spirituales proficien-  
tium delicias non ignores. Vestitur quippe purpura, arundinem gestat in dextera, co-  
ronatur spinis, sputis deturpatur, genu flexionibus irridetur, & ut prophetizet à per-  
sequitoribus prouocatur. Evidem his paucis omne ludificationis, per quod ab homi-  
nibus malis Dei contemnitur sapientia, uoluit exprimere genus. Sacerdotalem in ue-  
ste purpurea, quæ pontificibus & regibus congruit, insinuat dignitatem. In ea toties il-  
luditur Christus, qui secundum ordinem Melchisedech uerus est pontifex: quoties qui  
præsunt in ecclesia, honores ab hominibus querunt, preciosarum uestium apparatu ni-  
tent, dominatum sibi in clero uendicant, & transitorijs prosperitatibus delectantur.  
Matth. 11  
Nempe teste domino, qui mollibus induuntur, in dominibus regum sunt. Vbi (oro) mu-  
tato habitu illusus est Christus: Nonne in domo Herodis regis, & Pilati præsidii, lam  
attende palatia præsulum. Ponunt signa, sua signa sericiis apparatibus ornantur, precio-  
sis uestimentis induuntur, famulorum uallantur multitudine, adulatoribus replentur,  
& quod sine microne dici non potest, domus quæ egenorum esse receptacula debent,  
imperatorum palatia iudicantur. Taceo de cibis, poculis, electuarioribz saporibus, uasis ar-  
gentis & deauratis, iocis, confabulationibus, obrectationibus, & alijs quam pluri-  
mis talibus, quæ in secularium principum ædibus frequentantur. In locis ubi huius-  
modi fiunt, habitationem non inuenit sapientia, neque qui illam agnoscat, reperiut.  
Propterea quasi ignota & aliena iridetur, & subsannatur. In plateis itaque præsulum  
male uiuentium, & in ecclesia temporalia lucra querentium, ac superbiaz fastu tumen-  
tium mistice Christus in purpura illuditur: sed à diuitibus diademate spineo corona-  
tur. Sunt etenim diuitiae spinae acutissimæ, quæ rationale caput hominis pungunt, &  
perforant: indeq; sanguinem ebullire faciunt copiosè. Incredibiliter diuitiarum amor,  
& terrenarum immoderata cogitatio facultatum mentem spargunt, dissipant unita-  
tem, pacis bonum perdunt, & amatores suos innumerabilibus delictis immergunt. lu-  
H  
psal. 50  
xta criminum quantitatem spiritualiter sanguis emanat. In sanguine quippe peccatum  
exprimitur, dicente Propheta: Libera me de sanguinibus Deus. Possidenda igitur sunt  
diuitiae ordinato cum affectu. In ipsis nequaquam finis constituendus est. Erogandas  
sunt, ut multiplicentur, atque proficiant in futurum, quemadmodum Apostolus exhor-  
1.Tim. 6  
tans, dicit: Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incer-  
to diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum, bene a-  
gere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fun-  
damentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam. Contemptus ergo o-  
pum futura non caret mercede, & præsentis commodo. Mentis etenim extollentiam  
dejicit, & dominandi extinguit affectum. Cohærent frequenter simul honorum tem-  
poralium affluentia, & principandi amor. Hoc indicauit mediator, qui illudi uoluit si-  
cuit in corona spinea, ita & in arundineo sceptro. Merito terrena dignitas arundini com-  
paratur, quæ exterius uiret: & tamen infructuosa, intusq; inanis est, & uacua. Quis  
in aspectu primo potentum seculi non appeteret, fastum: Quicquid in ipso est, artide-  
re.

A re, atque uirescere creditur. Accede autem proprius, diligenter considera, quantis intus  
agitetur euris, quale etiam foris proferat germe, utique inutile, & citò peritum. Ex  
præteriorum scientia præsentia iudicabis. Vidi ( inquit Propheta ) impium super-  
psal. 36  
xaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani: transiui, non erat: quæsiui, & non est inuen-  
tus locus eius. Infœcundi prorsus sunt, qui dominantur, & uacui tanquam arundines:  
Gen. 8  
infœcundi alijs, sibijs autem uacui. O quantum in ipsis, & per ipsos æternæ illuditur  
sapientia, quæ ex sui munditia, & naturali excellentiâ attingit à fine usque ad finem for-  
titer, & disponit omnia suauiter. Illam profecto irrident, quum illius honorem sibi ar-  
rogant, & uolunt tyrannice præesse hominibus. Ut dominaretur terra animantibus,  
non hominibus, institutus est homo. Sic habes dictum hominibus: Dominamini pi-  
psal. 8  
scibus maris, & uolatilibus cæli, & uniuersis animantibus, quæ mouentur super terram.  
Solus enim Deus rex est potens, & dominus dominantium, qui habet immortalitatem,  
& lucem habitat inaccessibilem. Nunc itaque reges intelligite, eruditimi qui iudicatis  
terram, nolite extollere in altum cornu uestrum, neque loqui aduersus Deum iniquita-  
tem. Quoties ex potestate uestra in solestitiis, atque delinquitis, uestro arundineo bacu-  
lo Christi caput percutitis. Mementote ( obsecro ) quid futuri estis, seruite domino in  
timore, apprehendite disciplinam, ne iniustitiam amantes pereatis iuste. Quod habetis,  
humiliter recognoscite ab ea, quæ ait: Per me reges regnant. Ipsum uos admonentem  
audite. Intelligite ( inquit ) reges, discite iudices finium terræ, præbere aures uos, qui  
continetis multitudines, & placetis uobis in turbis nationum, quoniam data est à do-  
mino potestas uobis, & uirtus ab altissimo qui interrogabit opera uestra, & cogitatio-  
e. 1. Cor. 4  
nes scrutabitur: quoniam quum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, neque  
custodistis legem iustitiae, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende &  
citò apparebit uobis: quoniam iudicium durissimum in ipsis, qui præsunt, fiet. Pro erudi-  
tione igitur uestri in illusione sui arundinem tenere in dextera uoluit: sed pro doctorum  
ecclesiasticorum carnali confutanda intelligentia in faciem conspui deditus non  
C  
est. Spiritualiter quippe conspuitur Christus, quando carnaliter intellecta diuina in ec-  
clesijs prædicantur eloquia. Nempe sapientiae cælestis pulcritudinem foedant, qui uer-  
bum Dei annunciatæ carnaliter uiuunt. Præconem ueritatis audi: Castigo ( inquit ) cor-  
pus meum, & in seruitute redigo, ne forte cum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar.  
Nouerat uitam laudabilem plurimū prædicationi conferre: ne igitur contemneretur sa-  
pientia uerbi, ne Christi facies sputis illusionū spiritualiter turparet, tanta se Paulus cæ-  
de mactabat. Cauebat ne mundi huius sapientiæ loqueret, ne doctrina dispareat à mo-  
ribus, fieretq; ludibrium auditoribus Christus, qui loquebatur in Paulo, dicente ipso: An  
experimentū queritis eius, qui in me loquitur Christus? Timeant itaq; uerbi Dei tracta-  
tores in uitæ suæ deordinatione illudere Christo. Studeat suum uirtutibus decorare ser-  
monem: atq; diuino in morte probitate autoritatē prestare eloquio. & qualis periculæ  
2. Cor. 4  
est Dei uerbum male uiuendo proferre: & sanæ Christi doctrinæ ne quiter uiuendo cō-  
tradicere. Vixi uerbi damnable, utruncq; odiosum est Christo. Porro sapientia mores de-  
D  
testatur male uiuentium, eorum potissimum, qui cauterizatam habentes conscientiam  
sub uerborum sonora altitudine, aut sub sanctitatis uelamine derogant ueritati. Hito-  
tum ecclesiæ corporis commaculant, atq; corrumpunt. Per blandos sermones & fucata  
uerba imprudentium corda subuertunt. Ostentant quippe ex uerbis, ex simulatis a-  
ctibus se honorare Christum, quum re uera illi turpiter illudant. Horum geslit imaginem  
sacerdotum irrissio, quando genua ponentes dicebant: Aue rex Iudeorum. Ore  
suo benedicebant: sed corde suo maledicebant. De talibus per Prophetā dominus con-  
queritur, dicens: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me,  
quasi gens, quæ fecerit iustitiam & iudicium. Hypocrisi quum sint pleni, quandiu pec-  
candi captauerunt facultatem, sanctitatem simulant. Quum opportunitas illis aderit,  
præ cæteris Christum spiritualibus illusionibus derident. Horum sicut & aliorum pro-  
pria erit perditio. Sua quippe damnatione, suisq; illusionibus fideles erudiant, neca-  
Esa. 43  
uerent: sed potius conuertent ad Christum. Pro eisdem patrem deprecans ait: Non e-  
ruhescant in me, qui expectant te domine uirtutū, non confundātur super me, qui qua-  
runt te Deus Israel. Hæc sunt spiritualia monita tua domine Iesu, quibus in mysterio cor-  
psal. 68  
R 4 poreæ

poreæ illusionis tue proficietes eridis viros, & per ipsos ecclesiam: quatenus virtutum perfectione imbuti uæ perpetuæ mortis evitent. Tu nempe solus es, qui lamentationis promoues gemitum, & carmen amoris immittis: atq; interminati supplicij lacrymosum uahc euadere doces.

Qualiter concitat animi furor ualeat demulceri. Cap. XV.

**N**Villum ad excitati animi placandam iram ualidius arbitror fore medicamentum: nil ad euigilandam compassionem & iniuriam patientis sic congruit, quemadmodum miserorum miseras anteponere illis. Facile innatam & naturalem compassionem trahit ad se calamitas pauperum, & tribulati cordis deprimens mœror. Hac rex & Propheta David usus est arte. Cùm enim post adulterium & homicidium prolem ex delicto genitam dominus uellet perimere, ille tandem in cilicio stans: atq; orando lacrymas fundes de cordis sui exhibuit gemitum, quādiu uixit infantulus. Quod defuncto abiçiens humiliationis habitum cōpescuit fletum. Fleuit etiam Anna Samuelis mater coram domino exercitu humiliter in sylo ab æmula irrogata coñuicia. Quamobrem sterilitate depulsa Deo gratissimam meruit suscipere prolem. Sic & ipse mediator Christus, ut diuinam aduersus humanum genus concitatem pro criminibus posset mulcere iustitiam: cicatrices uulnorum sibi reseruauit in corpore: quatenus haberet semper, quod pro reconciliāda hominū specie irato ostenderet patri. Hoc idem egit Pilatus in ludæotum turba furenti. Flagellatum etenim dominum, coronam gestantem spineam, atque purpureum uestimentum populo exposuit, dicens: Ecce homo. O grande mysterium, o diuinæ miserationis ineffabile signum uidete Dei filium, angelorum gaudium, & caelestis Hierusalem inextinguibile lumen, solem ( scilicet ) iustitiae totum cruentatum & squalidum coram uniuersa astare Hebræorum plebe. Quis contemptibilius, quis unquam reum quempiam crudelius tractari conspexit? Debuerant plane faxea emolliri corda, omnemq; indignationem euomere ad aspectum talis ludibrii. Tunc Propheta uaticinium nouerant esse completum, quod in persona domini prænunciauerat sic. Ego autem sum uermis & non homo: op- probrium hominum & abiectione plebis. Mediatoris itaque calamitatem præses populo insinuauit, inquiens: Ecce homo. Illi quisque tribuit, quod nulli miserrimo denegatur. Quod quisque naturaliter habet, commemorauit in Christo. Ecce ( inquit ) quem persequimini, quem occidere nitimini, flagellatus, coronatus, consputus, illusus, contemptibilis adest. Obiçiens nancij illis uisibilem formam despicabilem, plurimumq; despectum nihil de diuinitatis excellentia, nil de innocentia uitæ, nilq; de collatis virtutibus recolens, ait: Ecce homo. Verum prosector dixit, quod homo erat Christus: reticuit autem, quod Deus erat. Erat utiq; uerbum apud Deum Deus, per quod facta sunt omnia, & sine quo nihil. Erat splendor gloriae, & figura substantiae patris, portabatq; omnia uerbo uirtutis sua. Nam idem uerbum quamvis caro uellet fieri, & cum hominibus habere, manebat tamen cum Deo Deus indiuimus in essentia, consors in diuinitate, in potestate æqualis, & sine initio coæternus. Quod homo erat, dignationis non diminutionis causa fuit. Verum diuinæ lucis radijs obcæcati ludæi, atq; tanti sacramenti altitudinem penetrare non ualent, mox ut dominum prospexerunt, uæsania cōmoti solita clamaueræ, dicentes: Crucifige, crucifige eum. O insensati & infideles diaboli ministri, mortis filij, & gehennæ flammis æternaliter deputandi: quæ est uox hæc, quam profertis? quid est quod à præside perfici postulatis? Occidere ne uultis, per quem seculo uita donatur? perimere ipsam concupiscitis uitam? ut quid miseris sic claritatis? cur irruitis in hominem tanquam in parietem inclinatum, & in maceriem depulsam? Nam ( ut certe ) opere completere nitimini, quod per uirum sapientem aistis: Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra uiuentium, & non memoretur nomē eius amplius: casso tamē labore desudatis. Nihil proficiet malitia uestra, præualebit quidē, sed ad tempus tantum. Impossibile erit illum detineri apud uos. Nunquid cùm dormierit, nō adiicit, ut resurgat? an forte in fra uestra continebit misericordias suas, aut obliuiscetur miseris, & præsentiam suam abscedet à generatione & generatione? Fixum est Dei consilium, & mutari non potest. Sicut locutus est per os sanctorū, qui à seculo sunt prophetarum eius, sic fiet. Quod tradēdus, quod flagellandus, quod crucifigēdus, q; perimēdus sit

Christus,

**A** Christus, uaticinatum est: qui uero prænunciauerunt ista futura, prædixerunt etiam eundem resurrectum, ascensurum, iudicaturum, & in perpetuum regnaturum. Supplicia insuper quæ pro hoc immani passuri estis scelere ad eruditione fidelium, retexere curauerunt. Nam egregius Psaltes homo secundum cor Dei de progenie uestra, regnans super uos quid dixerit, audite: Obscurerunt oculi eorum, ne uideant, & dorsum eorum semper incurua: fiat habitatio eorum deserta, & non sit, qui inhabitet in ea: appone iniuitatem super iniuitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam: deleantur de libro uiuentium, & cum iustis non scribantur: quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt, & super dolorem uulnerum eius addiderunt. Quid etiam dominus per prophetarum extinuum, qui de seruitutis domo uos eduxit, promulgauerit, auscultate. Congregabo ( iniuit ) super eos mala, & sagittas meas complebo in eis: consummentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eis cum furore trahentium super terram atq; serpentium: foris uastabit eos gladius & intus pauor, iuuenem simul ac uirginem latenter cum homine sene. Expauit ne cor uestrum super comminationibus istis? Verum nullum ( ut arbitror ) sanum ualeat capere consilium indigitatione nimia & malignitate succensi: saltem uel hominem gentilem attedite, quid uobis furentibus dicat, quidue de Christi innocentia sentiat: accipite eum uos ( inquit ) ego non inuenio in eo causam. Causam nullam iudex in illo se inuenire dicit, ut ipsum crucifigere debeat. Quippe qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Malebat potius sua in aliquo derogare potestati, quām uito sancto necem interrogare iniustum: propterea aiebat: Accipite eum uos, & crucifigite. Cui respondere pontifices: Nos habemus lègem, & secundum legem debet mori, quia filium Dei se fecit. Ad uos nunc, o legis periti, meus sermo dirigitur. Legem habere uos dicitis, quæ Christū damnat, quoniam Dei filium se facit: legem utram haberetis, nō in membranis, sed in cordibus scriptam: legem tenetis lucri causa & honoris appetitu, sub prætextu scientiae legis primos in coenis desideratis accubitus, & salutationes in foro, atque ab hominibus uocari Rabi. **B** Legis periti uocari, non autem esse, concupiscitis. Nunc uero præuaticatores legis attendite legem, & utrum lex Christum damnet, qui se Dei filium asserit animaduerte. Nonne in lege uox patris illa, quæ ait: Ipse inuocabit me, pater meus es tu, & suscepitor salutis meæ, & ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ: An non uox illa filij est: dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Quid evidentius, quid perspicacius dici potuit? Ait tria tie est frons uestra: In surrexit ( inquit de uobis filius ) in me testes iniqui, & mentita est iniquitas libi. Aliud tamen de lege uestra prolatum audite testimonium contra uos. Hic est ( ait Propheta ) Deus noster, & non æstimabitur alius ad eum. Hic adiuuenit omnem uiam disciplinæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo. Post hoc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Nempe facta est uobis lex in Iaqueum, & in retributionem, & in scandalum. Aduersum uos, non contra Christum clamat lex, dicens: Allenati sunt peccatores à uulua, errauerunt ab utero, loquuti sunt falsa, delictum oris eorum sermonem labiorum ipsorum ut comprehendantur in superbia sua, & de execratione & incendio annuciabantur in consummatione in fra consummationis, & non erunt. Lex quippe sancta mendacio uestro fauere nescit: Illud insequitur, illud ueritati perhibens testimonium suis conuincit eloqujs. Salutare tuum expectabo domini, inquit grandæuus ille & sanctus Iacob. Moyses quoque ait: Prophetam suscitabit dominus Deus uobis de fratribus uestris, tanquam me ipsum audietis. Erit autem omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo suo. In Psalmo: Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Deficiet potius dies, quām in Christi laude prolata in lege testimonia contra uos. Non ualeat lex quasi blasphemum Dei filium damnare, quæ semper approbat ueritatem. Quomodo damnabit eum, cuius præsentiam tam ardenter poscebat, inquiens, osculetur me osculo oris sui? Illius igitur diuinitatem annunciat lex, illum in carne futurū fatetur, illū cùm uenit, ueneratur, & colit. At scelesti sacerdotes Hebræorum illū secundū legē morti esse obnoxij Pilato suadere conatur. Verum ille legis ignarus dñm quis esset sciscitari uoluit. Expauerat quippe supra modū cor eius, cū audisset: secundū legē debet mori: quia filiū Dei se fecit: quāobrē in pretoriū ingressus dixit: Vnde

psal. 68

Deut. 35

Esa. 53

Ioan. 19

psal. 19

Vnde es tu? cui quum nullum dominus daret responsum, ait: Mihi non loqueris? O superba locutio quid te factas? quid de te sentis, ut Verbo Dei audeas dicere, mihi non loqueris? Oblitus ne es te arundinem esse sterilem, vacuam, & à uento inanis gloriae agitatem? Cur te extollis? Nunquid ab eo talia didicisti? Debueras plane ex uerbis, ex gestis, ex ipsis mansuetudine humilitatem discere: atque de ore tuo sale conditum proferre sermonem. Attamen si quid ulcerosum in te est, si quid in corde tuo presumptuosum latet & foecidum dico. Quandiu caelestis adest medicus, donec praesens est sapientia, maculas detegit proprias, quatenus salutarem saluatoris medicinam accipias. Porro curari poteris, dummodo consilium non contemnas, & sapientiae uerba prolata non negligas. Aperi citò os tuum, & quod in mente uersatur, profer. En expectat dominus, ut te aperiente, te agnoscente, te confidente, remedium tibi sapientiae tribuat. Inde præses sequutus adiunxit: Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Tumebat profectò terra, eleuabatur, grandiaque paritura videbatur. Tandem aperuit se, emisit uentum, mendacium protulit, & de se ueritatem sapientibus ridiculum fecit. Quis de se supra se præsumtum non irrideat? Dominus autem, qui peccatores saluos facere uenerat, cor illius sanare curauit, minimè illum passus est in superbiam tumore deficere: propterea inquit: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi datum tibi esset desuper. Maximum dominus sermonibus suis humilitatis & sapientiae præstitit documentum. Repressit responsione prudenti præsidis ignorantiam. Ne nō nisi dispensante Deo potestatem sortitur in terris. Non tamen omnes laudabiliter diuina dispensatione utuntur. Præsunt quidam, & prosunt alijs, & magnum de potestate accepta animarum reportant lucrum. Tales duplicitibus uestiuntur, dum proprijs subjectorumque profectibus gaudent. Nonnulli uero sunt, qui cum sui dispēdio alios ad regendum deputati sunt, dominari huiusmodi appetunt, præesse delectatur, nilque de regimine suo, nisi ut reuereantur, eliciunt: futurum iudicium spernentes incumbunt præsentibus, semperque (si liceat) illis uiuere liber. Sine timore Dei sunt hi, superno abutuntur munere, permittenteque opifice summo alienam excoluit terram, & inde iustitiae fructum percipiunt nullum. Satiis istis fuisse sub aliorum ducatu Christo militasse, quam cum damno proprio infirmis præesse. Non tamē ex hoc arguenda, sed potius Dei est sapientia ueneranda, qui irreprehensibiliter ordinatissimo suo iudicio uniuersa disponit. Præsideret quippe in se, & mirabili lance & quitatis in se cuncta componēt ad sui facit gloriam triumphare. Hanc siquidem diuini consilij altitudinem nemo attingit, nisi gratis assumptus. Profectò in ipsa iudiciorum Dei luce inaccessibili omnis rationalis spiritus caligat scientia. Se retinet sibi in se tanquam nullius indigens. Ex hoc potissimum cunctis se inuentibus seipsum mirabilem exhibet, profundum se contemplantibus imponit silentium, accedit ad amorem, in luce solidat, & beatificat in se, in uniuersi utique regimine suauissimum sapientiae facit cōcentum, iucundissimum quidē regnātibus cum illo: sed desideratissimum suspiratibus ad ipsum. Primi in mensa nuptiali recumbunt alimentorū cælestium ubertate referta, nec mirū. Transiēs enim mediator, atque præcinctus illis ministrat, noua apponit animae alimenta, delectabilia immittit gaudia: ita ut saginati atque refecti nil extra id, quo fruuntur, concupiscere queant. Secundi autem micis pascuntur recumbentibus: non tamen ad uotum, neque ad satietatem, sed pro libito dominatis, atque gubernantis altissimi. Ipse nulli detrahit quod meretur: nulli denegat quod eidem congruere nouit. Humiliat, & exaltat: mortificat, & uiuificat: in potestate attollit, & deprimit: cuncta hæc in sapientiae suæ arte componens. Verissimam igitur sententiam Pilato protulit ibid. Mediator, dicens: Non haberes potestatem aduersum me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Ex qua responsione erudiuit præsidem, quāuis non ad plenum. Exinde opportunitatem quarebat dimittere illū, meditabatur utilia, honesta cupiebat, sed nō ea uirtute, qua debuit. O quanti quotidie iudicis huius imitantur inconstitiam: o quot ab eo quod disponunt sancte agere, se subuerti permitunt. Proinde maxima in uirtutibus, ac spiritualibus desiderijs cautela nobis est adhibenda. Infatigabiliter Deo seruientibus diabolus aduersatur, & omne laudabile uitritis propositum conatur euertere. Nulla hora, nul loquaque momento ab illius fraudibus oportet nos esse securos. Quod non ualeat per se, per membra sua operari nō desinit. Per sacerdotū igitur pontifices Hebræorū, quos possidebat

A bat ut proprios, acutissima blasphemias, ac maledictionis facula dirigebat in Christum: & ut mortis ipsius mali uoti sui fieret compos, per eosdem timoris sagittas in Pilatum intorsit: quatenus & ipse perterritus perficeret quod uolebat, quamobrem clamauere, dicentes: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsarī: omnis qui se regem facit, contradicit Cæsari. Nouerant nefarij Romanorum regem nolle, ut quis absq; sui, sénatusq; consulti autoritate, regis sibi nomen imponeret. Cum igitur Christus Romanorū non sibi fauorem asciuerit, ut fieret rex occasione hac tam Christo, quam præsidi accusationi calumniam inferebant. Tali siquidē adminiculo non indiguit mediator, ut rex uerus agnosceretur esse: quippe quum de illo sit scriptum: Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terræ. Apostolus etiam de ipso sic ait: Regi seculorum immortalis, & inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorum. Regni uero sui in uniuersali iudicio excellentiam demonstrabit. In obsequium quidem suum angelos, archangeli, & omnem cælorum adducet militiam: quando (uidelicet) sedebit in sede maiestatis suis, iudicabitque cunctum hominum genus, atque singulis reddet secundum opera eorum. De huiusmodi triumphali regno nil præsidi pontifices loquebantur, sed de temporali regia dignitate, cuius Pilatum nouerant esse ministrum. Propterea meditata obiectio nem Pilatus expatens pro tribunal sedens, morti adiudicauit morte indignum. Multifariè quippe attenterat Christum de eorum manibus liberare. Quod quum perciperet se cassio desudare labore, ipsorum obstinatissimæ paruit uoluntati. Pueriliter denique agens coram populo aqua accepta, lauit manus suas, dicens: Innocens ego sum à sanguine hominis istius. Lauit manus suas, tanquam si per ablutiones corporis sordes tergerentur animarum. Fefellit autem illum stulta opinio. Non est corporalium macularum punitor Deus, sed spiritualium: neque de exteriori, sed de interiori statu hominum iudicat. Lauamini (inquit per Prophetam) mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Quiescite agere peruersè, discite benefacere, querite iudicium, subuenite oppreso, iudicate pupillo, defendite uidiuam. Nitorem igitur conscientiae, animæ pulcritudinem, mentis munditiam, atque sinceritatem uitæ ab unoquoque nostrum exigit. Nec discutit, utrum quis non lotis manducet manibus, aut immundis incedat pedibus, seu maculosis, scissisq; uestimentis gradatur. Ego sum (inquit ipse) qui scutor renes & corda, & do unicuique secundum opera sua. Nihil horum sciens Pilatus, Iudeorum sequebatur ritus, qui diuinæ legis ignorantes sensum, literæ cultum perficie conabantur. Non autem corporalis actus per se obesse, aut prodesse multum potest sine uoluntatis, ac rationis consensu. Quod male consummatur per corpus, si ex uoluntatis deliberatione prodierit, dupliciter punietur: ubi uero absque corporis ministerio, peccatum agitatur in corde, simplici cordis compunctione mundatur, dicete Propheta: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini. Dupliciter igitur deliquerit præses, & neutrum satis faciendo deterret. Pro humano timore contra mentem egit, & iniustissime damnauit innoxium. Proprium alijs imposuit facinus, atque sine compunctionis gemitu, sola manuum ablutione se Deo satisfacere credit. Verum dicitur sicut cæteri euadere non meruit ultionem. Quoniam uero minus malitiosè deliquerit, remissius cum illo, quam cum Iudeis, iudicium actum est, sicut domini uoce eidem dicitur: Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Iudeorum namque populus, & pontificium Phariseorum, ac turba pontificum supra modum grauter deliquerunt. Sciebant quo animo, quāue nocendi intentione agerent contra dominū. Nouerant meditatas fraudes, & argumenta fallacia. Nequaquam seipso apud se excusare ualebant, aduersus eos conscientia ipsorum testimonium perhibente, ac etiam cogitationibus cordium se inuicem accusantibus. Attamen non sunt ueriti impudentissime uociferari, dicentes: Sanguis eius super nos, & super liberos nostros. Quod petierunt, dupliciter consequunti sunt. Nam temporalem æternamque sententiam pro innoxij cruaris effusione perceperunt. Non autem diuina funditus eos consumpsit iustitia, sed super terram profugos fecit: sicut ore propheticō dicitur: Peccatum peccauit Hierusalem, propterea instabilis facta est. Oh promissiones igitur patribus factas inter gentes habitare sinuntur, quod Propheta ascribens Christo in persona eorum sic ait: Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris, cui diximus: In umbra tua uiuemus in gentibus. Ad

**Psal. 58** Ad eruditionem quoque fidelium ipsorum reliquiæ remanserunt, quemadmodum Psaltes  
principius ex Saluatoris uoce inquit: Deus ostendit super inimicos meos, ne occidas eos: ne quando obliuiscantur populi mei, disperge illos in uirtute tua, & depone eos protec tor meus domine. Cur autem hoc illis acciderit, intulit. Delictum oris eorum, sermones labiorum ipsorum comprehendatur in superbia sua. Nempe quod uaticinatum fuit, sine iudice aliquo nostris claret temporibus. Quæ (oro) gens est, quæ ad habendum non habebat regionem? Quis uero populus cunctis terratum nationibus sic odiosus agnoscitur, quemadmodum Hebraeorum: Illis namque regnum, ciuitates, & cæremoniae sacrae ablatae sunt. Hoc in spiritu præuidens Propheta deplorat, dicens: Factus est dominus quasi inimicus, præcipitauit Israel, præcipitauit omnia moenia eius: dissipauit quasi hortum territorium suum: demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit dominus in Sion se stiuitatem & sabbatum, & in opprobrium, & in indignationem furoris sui regem & sacerdotem. Repulit dominus altare suum, maledixit sanctificationi sua. Vnde istis acciderint haec, præsens eorum sermo denunciat: Sanguis eius (inquiunt) super nos, & super liberos nostros. Illis ista clamantibus Iesum flagellis cæsum tradidit præses uoluntati eorum, ut crucifigeretur.

Qualiter post uitiam exultare soleant bellatores. Cap. XVI.

**Tren. 2** **Math. 27** **G** **H** **I** **J** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **U** **V** **W** **X** **Y** **Z**



v i inuisibili conflictu dimicant, si contigerit eos cum robustissimis bellatoribus post fatigationem nimiam, post hinc inde directos ictus obtine re triumphum gaudent quidem: sed labore attriti sui nequeunt cordis insu nuare lætitiam, quoaduscum aliquantis per recreati consumptas reparent ui res. Tunc exultant, tunc adeptæ uitiorum student patefacere gaudium. Nil etenim rebellionis sentientes in se, nulloque illis renidente se totaliter in aspectus astan tium transferunt. Illis quid gaudijs habeant in se ipsis, quid triumphi perceperint, referre conantur. Hoc idem sceleratissimos egisse arbitror Hebraeorum pontifices, in necis Christi prolatione sententia. Exultauere utique in semet: quemadmodum uictores capta exultant præda. Verum fessi corpore, quod gestabant intus, foris manifestare non poterant. Laborauerant quidem mente falsa meditando, & componendo inania. Corpore autem non desudauerat minus uociferationibus, rationicationibus, exhortationibus, nigiis, hincinde discurrendo, nunc suadendo præsidi, nunc Herodi dominum accusando, nunc turbam pro Barabba instigando. Sicque noctem totam penè ducentes insomnem, diemque clamoribus consumendo quid iniurias, quidue pro redemptoris morte senti rent lætitie, notificare non ualebant. Illo autem pendente in ligno: tum ex potita quiete, tum ex auditate nocendi insultauere uehementius. Promulgata igitur mediatoris sententia suscipientes, ut perderent, chlamyde abiecta purpurea proprijs uestibus induerunt. Nempe seipsum in eorum manus tradebat dominus cruciadum. Corpus quidem exponebat flagellis: affectu autem totus ferebatur in Deum, semetipsum patri exhibebat ho stiam uiuentem, sanctam, atque rationabilem. Magnipendebat prorsus pro honore diuinitatis tanta sustinere, ac talia impenso sibi amoti uices rependere cupiens, tametsi quæ patiebatur parua essent cōparatione donori. Porro ut Dei & hominum fieret mediator, electoru caput, ecclesiæ spōsus, mortuoru primogenitus, princeps pacis, pater futuri seculi, rex regum, dominantiū dominus, hominum redemptor, reparator angelorum, atque Deus & homo: unus Christus, acceperat gratias. Pro huiusmodi & alijs incomprehensibilibus charismatibus, quæ idem assumptus perceperat homo, nuriqum arbitrabatur se Deo satisfacere posse, quemadmodum nec ualebat ad humanam naturam tantum consideratione habita. Nam secundum naturam diuinam, quæ in ipso erat, uerbum nil gratis habet. Naturaliter est quod est: atque in diuinitate, potestate, æternitate, maiestate & qualis est patri: utpote naturæ unius, eiusdemque substatiæ. Dona igitur quæ in Christo fuisse prædicatur, ad humanam solu spectant naturam, quæ ex mera gratia in præstinatione sortita est. Quamobrem semper se Deo subiicient infatigabiliter, actualiterque Deo gratias agens in cunctis ipsis se subdidit uoluntati, adeò ut uelle eius meritò dicetur esse diuinum: propter quod ei pater testimonium peribens de celo clamauit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite. Nec ab re sibi pa ter in illo complacuit, qui nunquam illius imperium prætermisit: nūquam ab eius laude cessauit,

**A** cessauit, nunquam ipsius gloriam (etiam usque ad carnis interitum) querere desist. Erat profecto in hoc passionis suæ agone ultra omnium mortalium vires afflatus, in corpore (uidelicet) & anima. In corpore quippe supra modum cruciatibus premebatur, in anima uero doloris atque compassionis transfigebatur iaculo: tametsi deificata in uerbo diuinis absque intervallo inhæreret amplexibus. Quanquam totus deificatus esset homo Christus Iesus per assumptionem uerbū, erat nihilominus passibilis nondum glorificatus, sed glorificandus. Distulit autem glorificare, quæ assumperat totum, ut posset pati, sciret compati: horareturque patiētes. Sacramentū hoc inestimabile est, nec potest capi: ut idem homo sit beatus & miser. In cruce pēdeat, & triumphet in celo. Deum fruitione felici uideat, spuma, illu sionesque sustineat. A domino factū est istud, & est mirabile in oculis nostris. Verum prætermissa impræsentiarum gloria Christi ipsius ignominiam attentissimè meditemur. Se offert nobis, se nostris inserit cordibus, quatenus mediatoris passionibus comunicantes: in illius quoque resurrectionis triumpho exultantes gaudemus. Educitur igitur de prætorio, ut crucifigatur. Crux parata super illius imponitur humeros, ut per ciuitatis medium, & per plateas Hierusalem usque ad supplicij baiulet locum. Tunc tumultus in tota fermè ciuitate factus est maximus, pro foribus palatiū aderat innumerabilium concursus populorum, quoniam (ut mōris est) omnes ad hoc confluerant spectaculum. Susurrantibus itaque sparsim inuicem turbis, ecce Dei filius egreditur de ianuā crucem super proprios ferens humeros. Incidebat demissu uultu, incessu humili, totus fatigatus & anxius: quippe qui tota nocte fuerat flagellatus, colaphizatus, consputus, illitus, atque oppressus. Defecerat prorsus in illo naturalis uirtus: propterea cruciabatur impenitente. Tunc quidem presulz pondere impellebatur ad patibulum, quando post fatigatio nes nimias pausare debuerat. Compellebantur illius aures uociferationibus & susurris blasphemiarum, contumeliarumque uocibus, atque plangentium mulierum genitibus in enarrabilibus. Quis non euilasset ex corde super angelorum regem & dominum lento gradu, tremulis genibus, oculis liuentibus, crine sparso, facie cruentata, scissis uestibus, spinis capite coronato crucem propriam baiulante. Plane maxima haec mutatio erat dexteræ excelsi. Porro per quam urbis ianuam paulo ante asello insidens populorum uallatus agminibus palmarum, oliuarumque ramos in manibus gestantium, atque clamantium: Osanna benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel: perrexit ad templum per eandem hodie blasphemantibus turbis, tam ignominiose reiectus ad crucis supplicium trahebatur. Si attendas his interpositis diebus, quid egerit dominus: nihil redargutio ne dignum inuenies. Attamen quemadmodum communis die illo vox populi erat: Osanna filio Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini: ita hodie in plebe omniū sententia fuit: Tolle, tolle, crucifige eum. Quid egit hic? quid interuenit? quid accidit hu ui, ut vox sanctitatis & laudis in uoce liuoris & blasphemiae sic repente mutata sit? Haec profecto est populi huius antiquata malitia. Moysi quoties restituit: quoties illū prouocauit ad mortem? Non illos Ägyptiacæ servitutis ereptio, non diuinæ legis exhibitio, non sacrarum sanctionum institutio: non demum usque ad sui deletionem de libro uitæ

**C** **Ioan. 12** **Math. 21** **Ioan. 19**

perfetta dilectio ad benevolentia eius firmitatem adduxit, quin potius murmuratio nibus, calumnijs, obiectionibus, atque lapidibus uitam illius de terra auferre conati sunt. De Samuele quid dicam, qui Propheta Dei fidelis est agnitus? Hic iudeus quem esset in populo, ab eis turpiter eiectus est. Quid plura? Quem enim Prophetarum non sunt per sequuti eorum patres? Occideruntque eos, qui illis pronunciabant de aduentu Christi. Acceperunt insuper legem in dispositione angelorum, illam uero minime custodierunt. Ad suæ nunc damnationis cumulum, ut sanguis iustorum omnium, qui effusus est, aduersum eos ultionem clamet: in ipsum prophetarū dominum detestabilius desauierunt. Nam ad maiorem illius ignominiam quā ad patibulum deferrent illum, duos latrones cum eo direxerunt: ut cum eodem pariter crucifigeretur populis suadere conarentur: ut sicut in pœna pares, ita & in crimine essent aequales. Euauierunt tamē miseri in cogitationibus suis. Erexerunt quippe iudicij tribunal, & uenient ianuam peccatoribus patescantam, atque ex regni collatione Christi largifluam notificauerunt caritatem. Consuetâ etenim opera sa plentia sua referauit omnipotens, quum de malitia sapientiam, de nōcendi proposito benefaciendi affluentiam, de malo bonum, de peccatorum tenebris miserationis fecit Laur. Justin.

splendescere lucem, atq; de ipsa crucis angaria spirituale contulit sacrametum. Nam de ciuitatis porta propter crucis importabile onus egredi domino non valente Simonem angariantes illam portare fecerunt. Non eorum pietate, sed dispensatione diuina hoc euenuisse cognoscitur. Nempe Simon iste obedientium personam mystice præfigurat, qui in ecclesia ad hereditatem cœli properare uidentur, non voluntarie, sed coacte crucem pœnitentiae baiulantes. Quot enim in sinu suo temporibus nostris sancta matre suet ecclesia, qui habitum religionis assumunt, Dei mædata speciemens seruant, carnem suam iejunis ac uigilijs macerant, sed mentem ab omni spirituali disciplina uacuam gerunt. Tales ne oculis displiceant hominum, uel ut fauores captent humanos, uirtutibus ornatos apparere nituntur, atq; sanctorum acta se imitari ostentant, quum re uera tanquam infœcundæ arbores solam sanctimoniaz imaginem teneant. Hos Simon iste expressit, qui crucem quidem portauit post dominum: sed cum illo mori nō meruit. Quomodo mori spiritualiter dicendi sunt, quum professionem sanctitatis cōfiteantur extei- rius, & à uirtutis habitu alienentur interius? Vt uiuant seculo, cum Christo interire refugiunt. Quandiu probanda uirtutis immineat locus, pœnitentia crucem tolerat: opportunitate uero cogente, tum pro humano timore, atq; pudore, tum pro suimet amore reiiciunt, quod uirtutis, quod sanctitatis, quod religiosis sectari uidebatur. Nā qui simula- to graditur corde, permittente Deo diu latere nō ualet. Væ h̄tq; qui h̄t Simonē imita- tes mente duplī uitæ incidunt semitas. Porro quicunq; pro fauorabili aura absq; rectius dñis zelo corpus macerant dupla confusione plectuntur. Præsentis etenim uitæ mini- mè frumentis illecebris ad perpetuam calamitatem infatigabili uelocitate decurrunt. His Babylonis sunt filij. Gaudent quippe, quum temporalibus affluunt, ut hic florent, cu- piunt, quid post sequatur, ignorant. Vt uero Hierusalem ciues pœnitentia lamenta ex corde suscipiunt, pro dilectione de proximoru gemunt incommodis: atq; per deuotio- nis excessum supra se frequenter assurgunt. Christo commoriuntur quotidie: & si non corpore, saltem affectu. Sic tales deuotioni uacant, ut uirtutum nequaquā studia preter- mittant. Sic proximoru cura inferviunt, ut se omnino non negligant. Talium nonnullis interdum consuevit accidere, quatenus ex prælibata spirituali dulcedine immoderato feroce ducantur: in quo diu dum perseverare nequeunt, propositum coguntur relaxa- te conceptum. Nam eorum studium quāvis laudabile, quamvis congruo inhæreat fini: quoniam prudentia caret, diuinæ tamē sapientiæ non placet obtutibus. Bonum siquidem exercentes non bene mulierum nomen meritò sortiuntur. Illis optimè mediatoris sermo plangentibus super se mulieribus prolatus figuraliter coaptatur. Filia (inquit) Hierusalem nolite flere super me, sed super uos ipsas flete. His etenim paucis eruditus quisq; deuotus imprudens: ut deuotione interdum seposita se reuocet in se, se plangat, suaq; minus composita desideria agnoscere studeat. Periculosa prorsus res est neglecta spiritualium passionum scientia se attollere supra se. Hoc etenim quāvis mens cum de- uotione pascitur, nō agnoscat: scire tamē cōpellitur, dum relinquitur sibi, dumq; uariis tentationibus agitatur, cogiturg; iuxta mediatoris sententiam in perturbationum con- stituta procellis tanquam uirtutis ignara, & sola lactis assueta dulcedini repetere intra se, quod præfatis dicitur mulieribus: Montes cadite super nos, & colles operite nos.

Luc. 22

Ose. 10

Mortem quippe carnis non amoris desiderio, sed temptationis fastidio clamat, ut ueniat, seq; operiat. Hinc solerter intuendum est, quām ruina sit proximus, quisquis sine præparatione uirtutis, atq; cautela prudentiæ irruentem super se præsumit temptationis susti- nere impulsum. Maximum tamē atq; spirituale deuotionem mentis ad temptationum tolerantiam dicimus esse præsidium, quæ animum ad uirtutis habitum, ad contemptum seculi, ad perforanda aduersa, ad sui odium habilitat, atq; disponit. Quamobrem uirtutis studio mentis est copulanda deuotio, quatenus coalescant pariter, & reciproca dile- ctione proficiant. Nam si in mente erudita atque deuota, qua ligno uiridi comparatur, tanta temptationum insurgit tempestas, ut pene in desperationis baratum obruatur, quid in arido fiet: quisquis mentis est compos, discernat & iudicet. Hæc quæ in corde sibi fa- mulantur quotidianè loquitur sapientia, uocis oraculo ad turbas super se plangentium protulit. Illas super se tanquam super miserum stere prohibuit. Non enim dominus plan- gedus erat, ut ceteri: cum spōte ad crucis patibulū properaret: ceteri uero tanquam miseri peccatis

A peccatis obnoxij flagellati invite, atq; à sanctorum cœtibus peregrini omnino plangen- di sunt, potissimum tamē Hebræorum populus, qui à Romanorum principib; excidio, famisq; inedia fuerat deuastandus. Illis merito pronunciās ait: Ecce dies uenient, in qui bus dicent: beatæ steriles, quæ non genuerunt, & ubera quæ non lactauerunt. Nam si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet? Se quippe in quo nil erat purgandum, propter diuinitatem inhabitantis uerbi lignum esse dixit uiride, peccatores uero aridum. Nempe si in illo, in quo nulla erat iniurias macula, tot exuberant flagella, quid in hominibus reliquis, qui ligna sunt arida, futurum sit, clare colligitur. Hoc autoritate sua per spiritum edocitus Apostolus roborat, dicens: Tempus est, ut iudicium incipiat à do- mo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Evangelio? Et si iustus uix saluabitur, impius & peccator ubi apparebunt? Prolata igitur ad flentes mu- lieres sententia ad Caluariaz locum, ubi crucifigendus erat, perrexit. Erat autem Calua- riaz mons, ubi homicidæ atque damnatij perimebantur. Quò quum Satana uenissent B ministri, exonerato Simone crucem in montis uertice deposuerunt. Domino itaq; ap- propriantes detractis uestibus nudauerunt eum. Porro repente de cicatricibus recenti- bus crux emanauit abunde. Inhaerat quippe corpori cruentato inconsutilis tunica, quæ sanguine hausto siccata erat: quamobrem pellem totam detrahere compulsa est. Quoniam uero in expoliatione hac quid doloris, quid impietatis, quid uirtutis accide- tit, nullius quamuis eruditii sufficit enarrare facundia. Taceat lingua, cōquiescat manus, & calamus faceat, quatenus meditantis cor lacrymis defluentibus degustare sufficiat. Redemptore ergo denudato illum supinum super crucis stipitem posuerunt. Ecce I- saac noster uetus reprobationis filius, in quo uniuersæ gentium sunt benedicendæ fa- miliaz, quomodo patri obtemperando humiliter se super struem componit lignorum, seq; in holocaustum præbens perforandum substernit ad mortem. Non auditur clamor, nō cōtradictionis uox, nec excusationis indicium: sed iuxta Prophetæ uaticinij: Sicut ouis ad occisionem ducitur, & tanquam agnus coram tondente se, os suum non aperies C obmutescit. Illo igitur super crucis extenso patibulo ueluti intrepidus propugnator, ut uoluntarium esse eius sacrificium manifestaret, dextrum crucifixoribus exhibuit bra- chiū: quod illi sine cunctatione apprehendentes toto conamine dilaniata potius, quam perforata manu clavo presserūt in ligno. Vidisses illico (quod dictu audituq; horredum est) afflatim profluere sanguinem, corpus totum rigescere, faciem plus solito pallescere, ue- nas brachiorumq; arterias præ doloris magnitudine coarctari. Nequaquā uero ab hoc diro longe inlyta domini mater spectaculo aberat, quæ ultrā quam credi potest, ange- batur pro filio. Audiebat populorū perstreptum sonitū, & cōfusas militū crucifigen- tium uoces. Audiebat malleorū clavos infigentium ictus, totiesq; in corde suscipiebat doloris iacula, quoties super clavos resonabat percutientium uerbera. Penetrabant etiā illius aures sparsim per Caluariaz deuixa uociferationes, gemitus, lacrymæq; plangentis turbarum. Hæc quippe intemerata uirgo pro filio anxia, pro cōtempto uerbo transfixa, mōrenis pro populo, suppressa uoce lacrymis ubertim recurrentibus ingeminabat, di- cens: Heu me fili mi Iesu, Iesu fili mi, quis mihi det, ut moriar pro te fili mi Iesu, Iesu fili mi: lumen oculorū meorū, & baculus infelicitatis mearū: ut quid superstes remaneo post te? cur mortua nō sum antequā aspicarem te unicū meum tam crudeli examinē finiri? Qua- re armatorū militū nō irrumpo acies, uenioq; ad te, ut passionis tuę cruciatū impediāt. Quod si nequeo, cur me nō suppono pro te, uel una tecū cruce suspēdor? Nēpe ad car- nificum prouoluerer pedes, & lacrymis, precibus, ac clamoribus cordis eorū duritiam emollirem. Hec secū dum Maria p̄fissima loqueretur, cōceptū crudelitatis opus perficere satagentes ui maxima manū alteram fixerūt in ligno. Demum congregati pariter funes ligantes in pedibus manuum dilatata foramina, atq; iam cōtractas brachiorū iuncturis extensis pedum plantas crucis cōfixere patibulo. Tunc iuxta uatis oraculū uniuersa san- ctissimi corporis ossa numerabilia facta sunt. Tunc tanquam texentiū pannus, redempto- ris caro in ligno distenta est. Et ueluti brutorū pellis Christi membra sunt clavis in cruce firmata. Stabat ipse pœnarum ac tormentorum immensitate grauatus, luminaribus in cælum erectis, atq; corpore perforatus plangentium ac exultantium audiens uoces, spi- ritu uehementissimè urebatur. Compatiebatur quidem gemitibus flentium, & pro per- Laur. Iustini.

Luc. 23

Pet. 4

Eze. 53

S 2 euntium

euntium exultationibus lacrymabatur. Gaudebat planè miseri eo, de quo inconsolabili dolore debuerant. Ducebantur ipsis pro temporali nece auctoris ad interitum sempiternum: sed illorum cordibus infidelitatis uelamine superposito, quò tendebant, penitus ignorabant. Confiso itaq mundi autore in stipite aliquantis per milites qui seuerunt: quatenus resumptis uiribus crucis vexillum erigerent, & mediator Christus uniuerso populo uisibilis appareret.

*Quare sancte crucis vexillum manifestatum sit mundo.* Cap. XVII.

**B**ellatorum duces quoties cū aduersarijs suis uolunt habere cōgressum, prius quam cōtra hostes acies suas emittat, signa propria erigunt: quatenus agnoscent, qui de illorum sunt parte, quo in omni contrario euentu fugere debeant. Proinde quippe hoc agunt, ne pugnatorum deuiet turba, atq sine duatu principis per abrupta discurrant. Sunt nanq signa ipsa quædam clamoris exhortatio, fatigationis remedium, ac tuitionis refugium optimum: quod in pugna uisibili exercituum duces faciunt. Hoc ipsum in spirituali, atq conflictu inuisibili hominum mediator Christus agere dignatus est. Mortalitatis quippe nostræ naturam assumens in mundi campum cum diabolo pugnaturus intravit. Quamobrē imminentे hora, qua cum Tartareis legionibus dimicari statuerat, pro roborandis cōmilitonum suorum animis signū suum erigere uoluit. Vexillū etenim hoc nedum in ipsis hora certaminis uoluit esse cōspicuum: uerū toto præsentis uitæ decursu, quatenus quandiu perseverat pugna, uictoriæ quoq illius appareant signa. Signū utiq mediatoris triumphale sanctæ crucis dixerim esse trophæum: in qua idem mundi conditor pendere dignatus est. Illam crux sanctificauit suo, atq aeris potestatibus terribilem, honorabilem angelis, hominibusq eam fecit esse amabilē. Nempe à die, qua uniuersorum dominus pependit in illa, tantus diabolo & complicibus eius pro hoc signo terror inhæsit, ut ipsis nequeant sustinere aspectum. Virtutem quidem crucis spiritualiter sentientes, ad solam illius occultantur imaginē. Semper quod pertulerunt opprobrium, atq quod impræsentiarū dispendiū patiūt, præ oculis seruāt. Antiqui dominatus, quæ in hominibus posseidebāt, roties deflent damna, quoties uictoriæ Christi intuētur hoc signū. Meritò igitur signi illius nō ualent ferre potētiam, in quo debellati atq debilitati fuisse noscūtur. Verum quemadmodū miseri démones de crucis Christi gemunt uirtute, ita sancti exultant angeli. Gaudent prorsus regis sui triumpho, atq perditū hominis reparatione latentur. Honorant semper signum, in quo eorum autor occubuit. In homine adorāt uerbum, sacramentum in signo, atq in imagine ueritatem. Virtutem equidem latentem agnoscūt, profluentem gratiam, & occulta mysteria. Hinc eorū causa lētitiae ueneratio diuinitatis, reuerentiae respectus, atq delatio oritur famulatus. Semper alacres, semper in honoris exhibitione sunt proni. Quod si cruci sanctæ tātum honoris deferūt ij, quibus ad gloria nil profuit augmentū, quid acturi sunt, qui eius saluati sunt meritis? Ad hominū tantum salutē crucis spectat profectus. Nequaquā pro dæmonibus, qui ob eorū obstinatissimā uoluntatē restaurādi nō sunt: neq pro angelis, qui ab ipso pœnæ suæ creationis exordio cōfirmati fuere, gloriæ Christi vexillū erexit est. Pro solis itaq mortalibus, qui in carne militat, huiusmodi eleuatū est signū. Habet quò fugiāt, unde sperent, ubi requiescāt. Est quippe tanquā turrī Dauid ædificata cum propugnaculis, ex qua mille pendēt clypei, omnis armatura fortiū. Eleuata est super uerticē motū, manetq secura à iepestate, turbine, & à pluia. Nullus hostiū propter sagittarū coruscationes ex ea micātes illi approximare ualeat. Angelorū siquidē est uallata custodia: est etiā ex sublimitate tutissima, ex profunditate inaccessibilis, ex lōgitudine stabilis, & ex dilatatiōe capacissima, ex sublimitate sua cæli cacumē attingit, & usq empyreū protēdit ad cælū. Penetrat quoq ex profunditate terrę abdita, descēditq ad inferos deorsum. Omne præterea perferrere facit tribulationē ex sui lōganimitate. De latitudine illius quid dicā, quū omniū electorū sit capax?

**Gen. 6** Capabilitatis eius arca illa, quæ iubēte domino diluuij tēpore à iusto Noe fabricata fuisse legitur, figurā gesſit. Huius crucis excellentiā cupiens Apostolus, ut discipuli cōuersi agnoscerēt, orabat dicens: Flecto genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut de uobis uirtutē corroborari per spiritū in interiorē hominē, habitare Christū per fidem in cordibus uestris: ut possitis cōprehēdere cū omnibus sanctis quæ sit latitudo, lōgitudo, sublimitas,

**Ephe. 3**

**A** sublimitas, & profundus. Scire etiā supereminētem scientiā caritatis Christi. Altissimum igitur est crucis mysteriū, tutissimumq refugium, profundū & latum: ad quod qui in spiritali stadio dimicāt, confugere debent. Pro ipsis præcipue erectū est, & in ipso est, unde plurimū sperent. Quomodo nō sperent, quā in ipso nostra spes pendeat? Porro in catēris bellorū uexillis pro discretione, agnitioneq quædā depinguntur imagines. In hoc autem dominus Iesus imago patris confixus est. Se exponere uoluit, ut esset nedū in Iudea notus, uerumetā in gentibus, dicente Propheta: Leuabit dominus signū in nationibus procul. Notissimum hoc effectū est signū, ita ut ad illud gentiū cōfugerit populus, & in illo suę constituerit spem uictoriæ: atq magna mentis sub illo potiatur pace: unde in persona illius in Canticis sponsa inquit: Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Pro his itaque omnibus suos exhortans filios ad pugnam, ad spem, ad agnitionem, ad pacem, ubiq per uniuersum terrarum orbem sancta mater canit Ecclesia: Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Tunc uerē æterni regis vexillum erexit est, quum procurantibus Hebræorū pontificibus in crucis stipite confixus est Christus, atq in monte Caluariae eleuatus. Tunc ad pugnam animata sunt fidelium corda, tunc ad debellandas contrarias potestates, atq ipsum capessendum cælum succensæ sunt credentium mentes. Quis (oro) pugnare refugiat? quis pati recuset? quis turbetur aduersis, quum interiori oculo angelorum regem, & hominum in crucis agnoverit pendere supplicios. Proponamus ergo nunc nobis ipsiis rei gestæ modum, ordinemq: quatenus recensito immensæ caritatis sacramento nobis efficiatur nouum, ac per hoc excitati ad deuotionem, ad compassionem permoti, ad imitationem igniti inueniamur & liberi. Meditemur (inquam) quo ingenio, qua uirtute & arte, non sine intolerabili pendentis poena stipitem leuauerunt. Erat quippe mediator confixus in ligno omni carens doloris temperamentio. In se nanq premebatur angustia, in corpore cruciabatur uulneribus, & foris conuiciabatur opprobrijs. Hinc inde sanctissimum mouebat caput præ spinarum punctionibus debilitatum. Vbi illud firmaret, minimè reperiebat. Nunc in sinistrum latutus, nunc se uertebat in dexterum, requiem querens, nec inueniens. Quū cruci adhærebat, spinæ insigebant arctius, quum illud erigebat sursum, diu perseuerare nō poterat. Satis autē fuisse, si huiusmodi tantū capitis cruciatus supplicio extitisset: sed huic nō minus aspera iungebantur. Triū solūmodo suspēsus tenebatur uirtute clauorū. Nā corpori omni ex parte attrito crux ipsa statera facta est. Porro quādo pro subleuādo corporis afflicti dolore clauatis innitebatur pedibus, afficiebat incredibiliter: si uero in brachiorū uigore pro mitigādis cruciatibus pedū suspendebatur, manū supra modū dilatabantur fixuræ, addebāturq uulnera uulneribus, & rediuiua fessis membris supplicia inferebantur: sicq incomprehensibili modo inde patiebatur uehemētius, unde dolori occurere cupiebat. Nouerat solus ipse, quæ, quantāe sustineret tormenta. Venerat in maris latitudinem, adeo ut penē illum tempestas demergeret. Tanquā petra durissima in undarū positus medio procellis tribulationum tumentibus impellebatur, nec tamen frangebatur: ab inhabitante profecto roborabatur uerbo. Illa siquidē immania perferre supplicia humanæ minimè uirtutis erat. Propheticum illud poterat ex suo ore proferre: quoniam (ut arbitror) in ipsis fuerat persona prædictum: Dolores inferi circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Et alibi: Circundederūt me dolores mortis, pericula in inferni inuenierunt me: tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocauit. Inuocauit plane dominū, & exaudiuit eum. Inuocauit (inquam) nō pro se, sed pro membris suis, pro crucifixoribus suis, quos prædestinauerat ad uitam, & quos in se nouerat credituros, & impetrare promeruit. Pro ipsis utiq patrem deprecatus est, inquiens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid est quod audio? quid est quod loqueris, ô domine? Te isti filii Belial turpissima damnarūt morte, te in medio duorum latronum suspenderunt quasi eorum principem: & aīs patri: Ignosce illis! Es ne oblitus irrogari in iuriā: an dolor tuus transīt? Nunquid de eo quod nequiter egerunt compuncti sunt, ut eorum debeat ignosci delicta? Plane ueniam meretur, qui de peccato dolet, definitq peccare. At uero neutrum eorum in istis cōspicio. Si dolerent, utiq emitterēt genitus, lacrymas funderent, moerentes abiarent, & ultra adiçere trepidarent. Hæc nanq

Laur. Iustin.

Esa. 11

Cant. 2

**B** porro in cæteris bellorū uexillis pro discretione, agnitioneq quædā depinguntur imagines. In hoc autem dominus Iesus imago patris confixus est. Se exponere uoluit, ut esset nedū in Iudea notus, uerumetā in gentibus, dicente Propheta: Leuabit dominus signū in nationibus procul. Notissimum hoc effectū est signū, ita ut ad illud gentiū cōfugerit populus, & in illo suę constituerit spem uictoriæ: atq magna mentis sub illo potiatur pace: unde in persona illius in Canticis sponsa inquit: Sub umbra illius quem desideraueram sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Pro his itaque omnibus suos exhortans filios ad pugnam, ad spem, ad agnitionem, ad pacem, ubiq per uniuersum terrarum orbem sancta mater canit Ecclesia: Vexilla regis prodeunt, fulget crucis mysterium, quo carne carnis conditor suspensus est patibulo. Tunc uerē æterni regis vexillum erexit est, quum procurantibus Hebræorū pontificibus in crucis stipite confixus est Christus, atq in monte Caluariae eleuatus. Tunc ad pugnam animata sunt fidelium corda, tunc ad debellandas contrarias potestates, atq ipsum capessendum cælum succensæ sunt credentium mentes. Quis (oro) pugnare refugiat? quis pati recuset? quis turbetur aduersis, quum interiori oculo angelorum regem, & hominum in crucis agnoverit pendere supplicios. Proponamus ergo nunc nobis ipsiis rei gestæ modum, ordinemq: quatenus recensito immensæ caritatis sacramento nobis efficiatur nouum, ac per hoc excitati ad deuotionem, ad compassionem permoti, ad imitationem igniti inueniamur & liberi. Meditemur (inquam) quo ingenio, qua uirtute & arte, non sine intolerabili pendentis poena stipitem leuauerunt. Erat quippe mediator confixus in ligno omni carens doloris temperamentio. In se nanq premebatur angustia, in corpore cruciabatur uulneribus, & foris conuiciabatur opprobrijs. Hinc inde sanctissimum mouebat caput præ spinarum punctionibus debilitatum. Vbi illud firmaret, minimè reperiebat. Nunc in sinistrum latutus, nunc se uertebat in dexterum, requiem querens, nec inueniens. Quū cruci adhærebat, spinæ insigebant arctius, quum illud erigebat sursum, diu perseuerare nō poterat. Satis autē fuisse, si huiusmodi tantū capitis cruciatus supplicio extitisset: sed huic nō minus aspera iungebantur. Triū solūmodo suspēsus tenebatur uirtute clauorū. Nā corpori omni ex parte attrito crux ipsa statera facta est. Porro quādo pro subleuādo corporis afflicti dolore clauatis innitebatur pedibus, afficiebat incredibiliter: si uero in brachiorū uigore pro mitigādis cruciatibus pedū suspendebatur, manū supra modū dilatabantur fixuræ, addebāturq uulnera uulneribus, & rediuiua fessis membris supplicia inferebantur: sicq incomprehensibili modo inde patiebatur uehemētius, unde dolori occurere cupiebat. Nouerat solus ipse, quæ, quantāe sustineret tormenta. Venerat in maris latitudinem, adeo ut penē illum tempestas demergeret. Tanquā petra durissima in undarū positus medio procellis tribulationum tumentibus impellebatur, nec tamen frangebatur: ab inhabitante profecto roborabatur uerbo. Illa siquidē immania perferre supplicia humanæ minimè uirtutis erat. Propheticum illud poterat ex suo ore proferre: quoniam (ut arbitror) in ipsis fuerat persona prædictum: Dolores inferi circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Et alibi: Circundederūt me dolores mortis, pericula in inferni inuenierunt me: tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocauit. Inuocauit plane dominū, & exaudiuit eum. Inuocauit (inquam) nō pro se, sed pro membris suis, pro crucifixoribus suis, quos prædestinauerat ad uitam, & quos in se nouerat credituros, & impetrare promeruit. Pro ipsis utiq patrem deprecatus est, inquiens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid est quod audio? quid est quod loqueris, ô domine? Te isti filii Belial turpissima damnarūt morte, te in medio duorum latronum suspenderunt quasi eorum principem: & aīs patri: Ignosce illis!

Psal. 117

Psal. 114

**C** porro quādo pro subleuādo corporis afflicti dolore clauatis innitebatur pedibus, afficiebat incredibiliter: si uero in brachiorū uigore pro mitigādis cruciatibus pedū suspendebatur, manū supra modū dilatabantur fixuræ, addebāturq uulnera uulneribus, & rediuiua fessis membris supplicia inferebantur: sicq incomprehensibili modo inde patiebatur uehemētius, unde dolori occurere cupiebat. Nouerat solus ipse, quæ, quantāe sustineret tormenta. Venerat in maris latitudinem, adeo ut penē illum tempestas demergeret. Tanquā petra durissima in undarū positus medio procellis tribulationum tumentibus impellebatur, nec tamen frangebatur: ab inhabitante profecto roborabatur uerbo. Illa siquidē immania perferre supplicia humanæ minimè uirtutis erat. Propheticum illud poterat ex suo ore proferre: quoniam (ut arbitror) in ipsis fuerat persona prædictum: Dolores inferi circundederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Et alibi: Circundederūt me dolores mortis, pericula in inferni inuenierunt me: tribulationem & dolorem inueni, & nomen domini inuocauit. Inuocauit plane dominū, & exaudiuit eum. Inuocauit (inquam) nō pro se, sed pro membris suis, pro crucifixoribus suis, quos prædestinauerat ad uitam, & quos in se nouerat credituros, & impetrare promeruit. Pro ipsis utiq patrem deprecatus est, inquiens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid est quod audio? quid est quod loqueris, ô domine? Te isti filii Belial turpissima damnarūt morte, te in medio duorum latronum suspenderunt quasi eorum principem: & aīs patri: Ignosce illis!

Luc. 23

S 3 ueræ

ueræ compunctionis notissima sunt indicia. An non attendis, quod in delictis suis pertinacissimi sunt, & contra te linguis suas acount sicut serpentes, uenenumq; aspidum est sub labijs eorum? Desine (oro te domine) orare pro impijs: quin potius quoniā tempus uisitationis suæ minimè agnouerūt: effunde super eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos: fiatq; habitatio eorū deserta, & non sit qui habitet in ea. Diu domine misericordiæ tuæ sinu souisti illos, & semper deteriorati sunt. Ne igitur iustitia pereat, ne impunè pertranscant, ne deteriora in te agant contra se, leua manus tuas in superbiam eorum: disperge illos in uirtute tua, & depone eos protector mi domine. Nunquid mitius, quam Dathan & Abiron, quos uiuos in abyssi baratum demersisti, isti peccauerent? Illi aduersus Prophetam tuum suas exerunt ceruices: isti contra te Deum suum & dominum. Impone, ô iudex æquissime, iniquitatibus eorū finem. Agnoscam meritò in supplicijs te, quem in miraculis contempserunt. Erunt quidem in monumento posteris, si in reatibus finierint suis. Scis, ô Sapientia, que nō falleris, esse cōsultius putridū abscondere membrum, quam reseruare intactū, ut sana cōmaculet. Nolo ut occasione uindictæ extermimes eos, sed potius ut iustitiae zelo, quatenus cæteri timeant insurgere cōtra te. Assistentibus ergo angelis manda, ut illis reddat duplicita pro uniuersis sceleribus eorum, & re pentē fiet. Tunc tua quæ te genuit mater seminecem deponet de cruce: tuiq; habebit curam, donec sanitati restitutus denuò predicationi incumbas. Alienigena te manifestabis & gentibus. Nam iij ad quos colligendos es missus, se fecere indignos. Magnificaberis in populis nationū, ad te gentes omnes configuent, perficieturq; quod propheticō aisti sermone: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce gentes, quas nesciebas, uocabis: & gentes, quæ te non cognouerunt, ad te current propter dominum Deum tuum, & sanctum Israel, quia glorificauit te. Ad hæc dominus: Desine talia fari, non enim sapis, quæ Dei sunt, sed quæ hominum: neq; tibi pater meus reuelauit hæc, sed caro. Dissuades mihi, ut non pro meis crucifixoribus orem, sed ut eos in suis iniquitatibus perdam. Nunquid uoluntatis meæ est mors impij, & non magis ut conuertatur, & uiuant? Quamobrem pro eis deprecor, ut conuertantur, & uiuant. Indignæ sunt orationes eorum propter scelera ipsorum. Delinquunt grauiter, & ignorant quid faciunt. Nempe quando precibus interuenientibus meis agnoscunt me, tunc suum lugebūt reatum, & quod nunc inscienter peragunt, in se salubriter puniēt. Totum quod in ipsis futurū est, deficeret bonum, si in proprijs (ut digni sunt) nunc morerentur peccatis. An ignoras quod nō propter iustos, sed propter peccatores iustificādos in hoc seculum uenit? Iustificabuntur plane in sanguine, quæ crudeliter fundunt. Vis ut fontes perdam? Quis (oro)uestrum saluabitur: poteris ne tu euadere, si perierint peccatores? Prophetaudi: Non est qui faciat bonū, non est usq; ad unum: omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt. Saluari ne uis? Deprecare meū, ut saluentur iij, quos sicut te ipsum diligere debes. Potius ut uiuant, quam ut pereat, cōcupisce. Laudabilior apparebo eorum propter poenitentiā dissimulādo delicta, quam puniendo. Nūquid oblitus es me dixisse uobis: Diligite inimicos uestros, benefacie ijs, qui oderūt uos, orate pro persequētibus & calumniantibus uos? Non uis ut perficiam opere, quod sermone protuli? Oravit Moses pro populo præuaricante: oravit David pro inimicis: deprecati sunt Prophetæ ceteri pro delinquētibus, & ego super illos irascar? Parabolæ zizaniorum recordare, & longanimitatis ac patientiæ reperies documentum. Orabo igitur nunc semper pro peccatoribus, preces fundā, nedum in cruce, uerumetiā in cælo. Plus eorū animas, quam corporis mei magnipēdo salutem. Nam etsi cruciatus, quæ patior, mihi grauissimus est, eorum tamē acerbior mihi esset perditio. Solūm ne pereat, hæc perfero. Diluet errata eorū crux meus, ipsa quæ nunc agunt in me, non tamen crucifigentium omnī, sed prædestinatōrum ad uitam. In ipsis quos cernis quosdam diligo: pro illis rogo, non pro cæteris. Mihi noti sunt, pro quibus dico: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Satis miseri (fateor) fecisti domine. Tanquam insipiens lacutus sum. Fefellit me tui inconsiderata compassio. Sperabam persuasionibus meis ex ijs, quæ pateris, te eripere poenis. Age igitur, ô mi amantissime domine quod cœpisti. Iugiter pro peccatoribus deprecare, quantum maximus ego sum. Delicta quippe iuuentutis meæ, & ignorantias meas tuis abole prærationibus: attamen oro, ut etiam quotidiana non negligas. Quoties delinquo, igno-

A ro quid facio. Profectò si scirem te, corrigerem me, custodirem q;: quoniam uero semotus à tua cognitione sum, ita pronus ad culpam inuenior, ad compunctionem tardus, remissus ad gratiam. Quamobrem supplico, ut tua mihi ignoscat pietas, tua pro me ueniam precetur oratio. Hæc autem dum demisso ad terram uultu attento meditarer corde, & loquerer coram domino, contigit ut præsidis ministri qui aderant, super mediatoris nostri caput ponerent causam scriptam, quam idem præses dictauerat. Titulus nanci erat talis: Iesus Nazarenus rex Iudeorum. Hunc quippe titulum sancto afflante spiritu scripsit Pilatus, in se continentem multa. Ipsum proprio appellat nomen Salvatorem uocans. Sic enim ab angelo dictum est Ioseph: Et uocabis nomen eius Iesum: ipse saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Verè populum suum saluum fecit pro ipso moriendo: ad distinctionem uero præcedentium, qui hoc sortiti fuerant nōmē, addidit Nazarenus. Ipse utiq; Nazarenus est: quia floridus, semper uirens, semper fructificans, nunquam marcescens. In aspectu quidem est placidus, in odore suauissimus, in amoenitate decorus. Ipsius nempe de se uox illa in Canticis canticorum: Ego flos campi, & lily conuallium. Non autem de terra hac, quæ calcatur pedibus, præcreatus, sed de intemerata virginis uero genitus. De illa (uidelicet) terra, de qua Propheta gratulabundus cecinit, dicens: Etenim dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum. Et de qua uates altius inquit: Et fructus terræ sublimis. Sublimis, inquam, nam excelsior est cunctis, & sublimior uniuersis: dominatur enim à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum: ideo regem ipsum appellat. Rex quippe potens est, atq; inuictus. Quos enim cōdidit uirtute, sapiētia suæ magisterio regit. Nullum post se successorē expauescit. In sublimibus cælorum sedibus, ubi ipsius uiget regnum, multa potitur pace. Habet planè cælestem Hierusalem, quæ uiuis quotidie ædificatur lapidibus, ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Nam illuc ascenderunt tribus tribus domini ad testimonij spiritualis Israel ad cōfitendum nomini domini. Super Israel quippe, & super populu regnat Iudeorum: nō autem Iudeorū secundū carnem, sed secundum spiritū. Nā carnis circuncisio, & corporalium sola depositio sordidū nil prodest, ut in domini Iesu admittatur regnū. Porro qui in manifesto Iudeus est, minimè ad illum pertinet: sed qui in spiritu Iudeus est, & confitetur quoniā dominus Iesus ipse est Deus. Confessio uero hæc non labiorum est tantum, sed cordis. Corde enim creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit ad salutem. Proinde Christus nō Iudeorum tantum est rex, uerum etiam gentium: earum (uidelicet) qui in spiritu, & in fidei confessione ambulant. Nulla igitur distinctio est Iudei & Græci, aut cuiusvis nationis. Nam idem dominus omnium diues in omnes, qui inuocant illum, saluus erit: si tamen illum inuocaverit in ueritate. Quotquot autem inuocant illum in ueritate, in sinceritate fidei, in cordis innocentia, in sanctimonia uitæ, in caritate non facta, in fraternitatis amore, ad ipsius spectat regnum. Hi nempe Israelitæ sunt, & spiritualis populus Iudeorum, in quibus Iesus Nazarenus regnat. Regnum ergo hoc spiritus sanctus in titulo, quæ Pilatus super crucē figi mandauit, uoluit designare. Ipsum autem multi legerunt Iudeorum: quoniā prope ciuitatē erat locus, ubi crucifixus est Iesus. Legebāt utiq; sed nō intelligebāt, quia nō credebant. Habebant enim infidelitatis uelamen super cor positiū: propterea eorum caligabāt oculi, ne diuinitatis Christi splendorem agnoscerent. Quoniam uero secundum literā corticem legendo intelligebant, pontifices presidi dicebāt: Noli scribere rex Iudeorū: sed quia ipse dixit: rex sum Iudeorū. Impudētes pontifices sub uerborū phalera scelus suū tegere conabātur. Nusquā Christū dixisse legimus se Iudeorum regē esse, nisi Pilato. Rex quippe erat spirituali unctione perfusus, & tamē ut formā humilitatis præberet fideliibus, regiā quo ad occultare uolutit dignitatē. Id ipsum Hebreorū pontifices agere conabātur se ab opprobrio laſae maiestatis redimere fatigantes. Proinde aiebāt presidi: Noli scribere rex Iudeorū: sed quia dixit rex sum Iudeorū. Ille autem de ipsis uesana importunitate fatigatus respōdit: Quod scripsi, scripsi. Noluit quā uis sero derogare ueritati: sed neq; diuinæ ualuit cōtradicere uoluntati. Dictate etenim spiritu sancto titulu scripserat, quæ pr̄s mutare nequibat. Qui fecit Iudeorū principē prophetare, coegerat scribere præsidē gentilē. Nil sancto spiritui difficile est. & quæ per malos, sicut per bonos, quādo uult, ueritatē atq; futura prænūciat. Cur per rationale ho-

**N.** minem ueritatem promere nō ualebat, quādo per irrationale & subiugale animal Prophete uesaniam corrīdere potuit. Repercussi igitur, & sua malignitate frustrati pontifices ad conuiciorum opera pristina rediere. Ergo itaq; ubiorem caritatis flammā dilectoris Christi exhibebat mysterium passionis ipsius, quo frequentius atq; uehemensius illum contumelij laceſebat. Excolebat quidē æterna permittente sapientia humanitatis terrā iniquitatis suæ uomere, ac uenenata lingua sarculo, ut centuplicatū redebet sancte ecclesiæ fructum. Virtutes etiam mediatoris Christi, quæ in occulto diuinitatis gazophylacio latitabant, hac occasione produxerūt ad publicum. Verū & fragrantissimus æternæ ac indefectibilis caritatis odor, qui in cellario cordis illius repositus erat, circunquaç; per orbis latitudinem emanare fecerunt. Nihil ergo spiritus Iesu eorum quæ aduersus se in se acta sunt, sine spirituali fructu dereliquit. Quod egerunt pontifices ministriç; ipsorum: quod scripsit Pilatus, quod perfecere milites, qui crucifixerunt illum sacramentis est grauidum. Diuiserunt utiq; uestimenta Christi, & sortiti sunt tunicam inconsutilem: sicut miserunt sortem, ut quis quid tolleret. O Dei sapientia quām occulte, quām profunde operaris in omnibus, ignota alijs quæcunque agis, tibi notissima sunt: placido tamen illapsu instruis, quē uis. Prædixisti quæ eras factura, ut reserares mysteria dignis te. Quem enim erudis, intus in secreto cordis thalamo doces nemine id sciēt, nisi is qui tua melliflua percipit uerba. Ex fragrantia quippe suauissimorum eloquiorum tuorum, ex candore spiritualis lucis, ex sui spiritus exultatione tuam honorabilem intelligit præsentiam, te non uidendo uidet, absq; uocis prolatione te audit, amplectitur te in te se sentiens in te, te diligit in se, requiescit in te, non discedit à te, ne elongetur à te: per se attingit ad te, & tamen sine te nunquam ueniret ad te. Id caritate medante fieri confiteor, si tamen ipsa medium dicē debeat. Medium est non locare, sed spiritualē, sed gratuitum, sed diuinum. Interueniente igitur caritate reuelas mysteria. Hinc rectissime colligitur, quod sicut instruendo, læticando, dirigendo, elevando ades iustis, ita à peccatorum & infidelium cordibus abes. Tui enim capaces non sunt, quemadmodum lucis luminaria clausa. Fuga ergo, ô meridiana lux, & æterna sapientia mentis meæ tenebras luce tua superna, impuri habitaculi mei absterge sordes, cordis aperi aures: quatenus ad sit magistra ueritatis & amoris fons, audiam quid in mysterio, uestimenta tua à crucifixoribus inter eos diuisa significant: quid ipsa inconsutile tunica de super contexta per totum denotet. Non arbitror id ab re factum, sed neque prænunciatum. Tu enim per os sancti David pueri tui dixisti: Diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem. Aliquid nempe & magnum aliquid sub figuræ tegmine latere non dubito: quod à te, ô alma sapientia, scire concupisco. Ista dum tacitus per rassem: serenissima (ut semper est) uultu ad me eadem conuersa sapientia inquit: Quod ad me tam ardentī percunctaris desiderio, sacramentum est: quod compendioso tibi endabo sermone. Minimē tibi debet esse molestum, si in tanto constituta supplicio tecum paucis loquar. Est enim taciturnitas moeroris pedissequa. Evidem fateor, quoniam dolor uehemens in tua nunc ad me interrogatione proposita cor meum absorbit, dum nō præsentia, sed futura mētis cōsideratione prospecto. Quid ad me in ultimo cōstituta de uestimentis attinet: Cur de ijs, quæ corrumpenda sunt, de mundo transiens dolere debeam? Et nihilominus rationabilē mōroris mei causam esse, quū locuta fuero, recognosces. Dolebis quoq; mecum, si qua in te amoris mei scintilla remansit. Ne uero diuitius protraham scito crucifixores meos, hoc in loco pastores, animarumq; rectores, ac ecclesiæ significare ministros sua non mea quārentes. Diuisa autem uestimenta temporalium bona in pauperum alimonij deputata. Ipsam uero inconsutile tunica fidelium unitatem. Quod isti nunc agunt, in ecclesia mea futurum nō dubites. Talium plenus est mundus, qui ideo cathedras quārunt, & pastorales insulas cōcupiscunt, ut lucra terrena se extentur, & habeant unde suas expleant uoluptates, suorumq; marsupia repleant. Solū præsentia diligunt ambitione circūuenti, seu cupiditate cæcati pecunias cumulant, ut ad altiora tendere ualeant. Isti thesauros meos, quos in cruce confixus acquisiuit, membris meis pauperibus erogandos consumunt & deuorant. Tanquam patrimonio proprio meis abutuntur diuitijs. Sicq; impudenter ac securè uiuunt, ac si ignorem talia, nullamq; de ijs reddituri sint rationem. Horum maior pars est, qui inter se uestimenta mea

**A** mea diuidentes uoluptati & carnis curæ inseruiunt. Fuere etiam nonnulli, qui naturali pollentes ingenio, & liberali imbuti disciplina fidelium plebem post se trahere curauerunt. Sectas istiusmodi instiare ac schismata facere minimè ueriti sunt. Sortem mittunt, ut quis quid tollat, dum opinionum suarum fautores multiplicare conantur. Iudicia hominum sibi uendicant, nomen præcipuum in ecclesia habere moluntur, atq; sub sanctitatis & ueritatis uelamine catholicam unitatem tantum penes se esse persuadere cōtentunt. Porro catholicæ ueritatis unitas inconsutile est tunica, & cōtexta per totum: quæ quoniā corpori meo adhæsit, scindi non ualeat. Diuiserunt se ab unitate heretici, non ipsi unitatem diuiserunt. Nonne in suis euauerunt cogitationibus? Et retrosum alienati sunt, quotquot schismata composuerunt? Vbi Arrius, Sabellius, Fotinius, cæteriç; horumq; similes? Singuli tunica hanc habere uoluerunt: super quam etiam miserunt fortes. Scindi illa nō potui. In iniuitatibus suis pereuntibus schismatis in propria eadem integritate permanisit. Durauit quidem usq; ad diem hanc integerrima unitatis tunica, perseverabitq; per eum. In carne & per carnem meam, cui famulando inhæsit, hoc fortita, ut prorsus dilaniari nequeat. Ventiletur, deprædetur, sortiatur. In suo ipsa robe custoditur, tenet pulcritudinem, & fortitudinem seruat. In persecutionibus eius agnosce fortitudinem: in donis uero illius pulcritudinem uenerare. Nōne speciosa & pulchra, dum per totum contexta est? Corpus totum attende ecclesiæ, ipsius spiritualia dona considera, & omnino uestis uarietate delectaberis. Illius speciosam uarietatem exprimere curauit Propheta, quando ait: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato circundata uarietate. Qualis hæc sit uarietas uis nosse? Apostolum audi: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alij fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in eodem spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Tot in illa uarietates sunt, quot spiritualia eidē collata sunt dona. Ex his catholicæ fidei decoratur unitas, atque latens in ea potest sciri ueritas. Ista si mentis intelligentia per tractaueris, quid in uestium mearum diuisione, quidue in tunicæ sortione sacramenti lateat, recognoscet.

*Quare homo naturaliter curiositati inferiat.* Cap. XIIII.

**B**  Voties in foro, uel plateis nugatoria fiunt spectacula, numerosa populorum turba illuc confluere consuevit. Semper noua & inuisiva humana mens quærit. A natura hoc illi insitum est. Abutitur tamen naturæ bono sectando similitia. Factus est homo, ut celestia consequatur, inuisibilita concupiscat, & maiora se quærat. Impellitur igitur à natura, ut summū uidere appetat bonum. Inferiora ideo tanta cum auiditate perillustrat, ut si quod in illis summi boni uestigium est, percunctādo reperiat. Illuditur itaq; puerilibus promissionibus peccator, & cæcatis animæ luminaribus molere cōpellitur: sicut figuraliter de Sāsone legitur: Terra marisq; perambulat spacia, & nihil in quo curiositat̄ sive gressus figat, comperit. Iacet tanquam paralyticus in gravato membrorū spiritualium debilitate fatigatus. Huc illucq; iactatur quærēs requiem, nēc inueniens. Et rādiu in hoc perseverat ludibrio, quādiu carnis à spiritu uita deficiat. Maxima igitur Hebrorū turba in iusmodi curiositatis agitata impulsu foras de ciuitate exierat: quatenus uniuersitatis dominū in cruce pendere atq; expirare cōspiceret. Insuetum ac singulare arbitrabantur hoc esse spectaculum: propterea illi cernere cupiebant. Verē tamen spectaculum angelis & hominibus erat mirandum. Simile huic nunquam fuerat uisum. Nunquid à seculis auditum est, ut Deus homo factus crucifigeretur, illudetur, pateretur, moreretur? Nempe hoc magnum pietatis sacramentum est, quod manifestum est in carrie, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria. Hoc nil profundius, nilq; mirabilius. Se spectaculum fecerat Deus, ut nouitate quadam insolita dispersos per abrupta uitiorum ad se traheret populos. Ipsum mediatore audi: Quum exaltatus (inquit) fuero à terra, omnia traham ad meipsum. Traxit plane, quia trahere potuit. Efficacissimum erat spectaculum hoc ad se ad alliciendos mortales omnes considerare uolentes. Sufficientiam plenissimam habebat in se, quamvis efficaciam non nisi in prædestinationis ostenderet. Invitabat tamen uniuersos: ideo publicè celebratum est extra ciuitatem

Psal. 44  
1. Cor. 12

Iud. 18

i. Tim. 5

Ioan. 12

uitatem

ultatem supra montis verticem, & in crucis patibulo. Hodie etiam in ecclesiæ medio partet, annunciatur libere, fideliter confitetur. Nam si alicubi latet, ijs qui pereunt, occultatur. Si quosdam minimè trahit, non ex virtutis defectibilitate, aut attractionis oritur indigentia, sed ex indignitate humanæ malitiæ renitentis, quæ à summo bono rationabilem diuertit affectum. Se iustitiae sol exponit, se offert, se communicat intueri uolentibus. Vnde quum quis illum nequaquam agnoscit, peruersitati ignorantis deputandum est. Occulto autem quum hoc fiat iudicio, iniustum esse non potest. Cur in propria quisque reprobis nequitia deseratur: potius uenerandum est, quam discutiendum. In ruinam ipse dominus Iesus pendens in ligno positus est, & in resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicitur. Quemadmodū prophetatum, ira & impletum est, in ruinam positus est infidelium, & in resurrectionem credentium. Quomodo uero in signum cui contradicitur, constitutus sit, attende. Stabat in patibulo fixus tanquam intellectuale spectaculum agnoscere cupientibus. Stabat ( inquam ) quasi signum ad sagittam, ut contradictionis & irrisioñis uerba suscipieret. Quales quisque astantium sagittas emiserit, ex consequentibus considera. Aderat populus multis finem expectans.

**Luc. 2** Ex ipsis quidam irrisioñis intorquebant iacula, dicentes: Alios saluos fecit, seipsum saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Huiusmodi erant male dicentium turbarum sagittæ. Militum uero, custodientiumq;: Si tu es rex Iudeorum, saluum te fac. Prætereuntes & ipsi blasphemæ dirigebant spicula, aientes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: si filius Dei es, descende nunc de cruce. Similiter & sacerdotum pontifices cæteris sceleratores illusionis iacula emitentes ad alterutrum cum scribis & senioribus dicebant: Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, ut uideamus & credamus ei. Confidit in Deo, liberet eum nunc si uult: dixit enim, filius Dei sum. O uenenata antiqui serpentis fraus, ò meditata leonis rugientis rabies, quanta calliditate, quantæ peruersitatis arte inuictissimum Christianæ religionis ducem conabatur euertere. Ordinarat quippe aduersum illum acies, in omnibus ipse certabat, si quo modo concupitæ ualeret fieri compos uictoriae. Primò turbas, deinde milites, post excitat prætereuntes: postremò pontifices, & seniores uexat. Omnes certatim paratas in pharetra sagittas in signum contradictionis intorquent, paulatimq; pugnæ exaggerant impetum. Porro si singulorum discutiantur uerba, semper in malignitate agnoscuntur proficere. Horum dolositatem

**Psal. 73** Propheta expressit domino inquiens: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper. Pugnæ uidisti ordinem, attende nunc fraudem. Duo in singulis recognosce: irrisioñem (uidelicet) & persuasionem. Per irrisioñis uilipendium ipse malorum omnium cōmentor diabolus pendentis mediatoris subruere animum, atq; in desperationis & impatiencia soueam præcipitare nitebatur. Quis (oro) tam crebro, tam iniuriose, nec non & à tot æmulis lacessitus, immobilis permaneret? Sibi inuicem succedentes sine interuallo, & absque pietate opprobriorum, ac illusionum adeò crebrescebant ictus, ut fesso & afflito nulla requies præberetur. Importunitate quadam conuictorum bellatoris fortitudinem debilitate studebant. Præualuerunt ne? An forte mouere potuerunt, seu mollificare durissimam petram? Prorsus minimè, quin potius suis seipso transfixere sagittis, atq; proprio se iugulauere mucrone: quemadmodū uoce prophetica dicitur: Gladius eorum intet in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Istorum hostium mæbinationes glorioſissimus noster superauit dux. Fortitudinis scutū sagittarū opposuit ictibus, & irrisioñum uerbis, atq; cōtumeliarum irritationibus. Insanos illos esse cernebat, nec non ab immundo uexatos spiritu. Incorrigibiles etenim quū essent, tunc superuacuè admonitionis eloquia audissent. Tales potius silentio, quam sapientia cōpescuntur. Noli (inquit Sapiens) fatuo respondere, ne forte cōtrouersijs allidat te. Illusionū audisti bellum pariter & triumphū, persuasionū nunc uenena ausculta. Plurimi nempe eorum qui aderant, diabolo instigante uerbis domino suadere conabatur, ut de cruce descendenter. Hoc turba, milites, prætereuntes dixerunt pontifices: quatenus ex suadentium multitudine proclivior fieret ad descensum. Callideq; satis se credituros simulabant, ut tanquam saluator uerus creditorum salutem nō negliceret. Iam pauere diabolus cooperat: iam ipsum Christum esse credere: iam adeptum impudenter in hominibus dominium

G

**Psal. 36** gittis, atq; proprio se iugulauere mucrone: quemadmodū uoce prophetica dicitur: Gladius eorum intet in corda ipsorum, & arcus eorum confringatur. Istorum hostium mæbinationes glorioſissimus noster superauit dux. Fortitudinis scutū sagittarū opposuit ictibus, & irrisioñum uerbis, atq; cōtumeliarum irritationibus. Insanos illos esse cernebat, nec non ab immundo uexatos spiritu. Incorrigibiles etenim quū essent, tunc superuacuè admonitionis eloquia audissent. Tales potius silentio, quam sapientia cōpescuntur. Noli (inquit Sapiens) fatuo respondere, ne forte cōtrouersijs allidat te. Illusionū audisti bellum pariter & triumphū, persuasionū nunc uenena ausculta. Plurimi nempe eorum qui aderant, diabolo instigante uerbis domino suadere conabatur, ut de cruce descendenter. Hoc turba, milites, prætereuntes dixerunt pontifices: quatenus ex suadentium multitudine proclivior fieret ad descensum. Callideq; satis se credituros simulabant, ut tanquam saluator uerus creditorum salutem nō negliceret. Iam pauere diabolus cooperat: iam ipsum Christum esse credere: iam adeptum impudenter in hominibus dominium

**A** nimum amittere trepidabat. Hinc ut descendenter, hortabatur. Verum hæc capitis & membrorum malitiam sapienter agnouit, confuditq;. Non autem ab re legimus, quod sapientia uincit malitiam. Attingit enim à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Non armis, nō argumentis, nō redargutionibus, sed inimicū patientia superabit. Obmutuit ad cōtumelias, & nō aperuit os suū, quāuis factus esset tanquā uas perditum, quāuis audiret uituperationē multorum commoratiū in circuitū. Ad suasiones uero nō præbuit aures, fraudes eorū intelligēs. Patienter sustinēs perseuerauit in cruce, donec spiritū exhalaret: nō quia nō posset, sed ut se ipsum resuscitaret: ideo de patibulo descendere recusauit. Potestatem quippe habebat ponendi animā suam, & iterū sumendi eam: eadem facilitate poterat de ligno descēdere, qua uoluit in manibus inimicorū se dare. Dubium prorsus fieret, utrum pro utilitate potentium, seu ad confusionem descendenter irridētum, si postulantum uotis annueret. Quoniam uero filiorum hominū corda nouit, quod præstatiū erat, elegit. Solidū ergo patientię exemplū fidelibus nō descendēdo reliquit, & insultantū uesania repressit: atq; antiqui hostis insidias rededit in nihilū. In cunctis autē se diabolus superari erubescens unam, quæ in iniquitatē suæ pharetra remanserat, sagittā extorqueret nō desit: si forte qui in maximis fortiter dimicarat, improuide uinceatur in minimo. Quamobrē latronē, qui à sinistro mediatoris pendebat latere inflammatu uehementer: adeò ut & ipse blasphemie proferret obloquia. Vnde idem aiebat: Si tu es Christus, saluum fac temetipsum & nos. Malus erat, & bene loqui nō poterat. Iam illum diabolus absorbuerat, & in corpus suum traicerat. Ideo nisi quod ille uolebat, age re non poterat. Figuram gerebat, nec nō de eorū erat numero, qui ad sinistrā iudicis ponendi in die iudicij audituri sunt: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est dia-bolo & angelis eius. Inter mortuos cōputatus erat: propterea uitā quā habebat iuxta se, minimè cognoscet, quin potius deridebat, blasphemabat, expellebat. Hoc quū audis set qui pendebat à dextris, sustinere nō potuit. Iustus quidem erat, & iustitiam diligebat. Proinde irrogatas innocenti & iusto calumnias cōpīt arguere, dicens: Neque tu times

Lac. 23

**C** Deum, qui in eadem damnatione positus es. Sine timore (inquit) Dei es, morti uicinus, & in mortis sententia constitutus. Cur ergo sic loqueris? quare tam procaciter blasphemie faris eloquia: Impie agis, inconsulte uerba pronuncias, subducere, à maligno spiritu agitaris. Discute (oro) sermones tuos, ipsius & nostri causam examina, & perspicue intelligēs, quoniam nos quidem iuste patimur, nam factis digna recepimus. Multa commisimus enormia, & plurima scelera perpetrauimus, pro quibus congruē præsens supplicium sustinēmus. Hic autem quem contumelijs presumis appetere, nihil maligessit. Sanctus est, innocens, impollutus, sine peccato, absq; crimine, & damnatus in iuste. Vita illius immaculata est, sermones ueri, & sapientia pleni, cor humile & feruum caritate. Amator est pauperum, mōrentium consolator, uia errantium, periclitantium salus, lux mundi, peccatorum uenia, magister optimus, doctor præcipuus, singularis animarum medicus, tutissimus naufragantium portus, strenuus pugnantium dux, & uerē peregrinantium comes inuidiuus. Neminem spernit, nullum abiicit, nulli unquam riotuit, neque alicui onerosus fuit. Clemens est, in doloribus patiens, in contumelijs imperturbabilis. Non est planè inuentus similis illi in uniuersa terra, qui incomprehensibiliter conseruaret legem excelli. In nostra quippe natura abiectus & contemptibilis appetit, sed in sua sublimis & gloriōsus est. Habet uitque regnum, regia insignitus est potestate, & angelorum semper uallatus est militia. His itaq; dictis, conuersus ad dominum ait: Domine memento mei, quum ueneris in regnum tuum. Maxima sancti latronis huius fides est, & nimium commendabilis. Nullum de eo audierat prædicantem, nullum excusantem, neminemq; illum agnouerat laudantem. Non regales uiderat insulas, non uestium apparatus, non ministrorū famulatus, non diuitias, non honores, non palatia, non miracula, non æternæ uitæ ab ipso didicerat uerba proferre: quinimo populum, milites, pontifices, senioresq; Hebreorum contra illum cernebat insurgere. Nam transeuntibus opprobrium fuerat factus. Videbant enim illum, & mouebant capita, dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Vere propheticū poterat proferre sermonem: Factus sum in derisum omni populo canticū aera die. Latro autem iste (quod magis est mirandum) eundem dominū in patibulo tam

Lac. 23

**D** ignomi-

Ibid.

etiam, neque alicui onerosus fuit. Clemens est, in doloribus patiens, in contumelijs imperturbabilis. Non est planè inuentus similis illi in uniuersa terra, qui incomprehensibiliter conseruaret legem excelli. In nostra quippe natura abiectus & contemptibilis appetit, sed in sua sublimis & gloriōsus est. Habet uitque regnum, regia insignitus est potestate, & angelorum semper uallatus est militia. His itaq; dictis, conuersus ad dominum ait: Domine memento mei, quum ueneris in regnum tuum. Maxima sancti latronis huius fides est, & nimium commendabilis. Nullum de eo audierat prædicantem, nullum excusantem, neminemq; illum agnouerat laudantem. Non regales uiderat insulas, non uestium apparatus, non ministrorū famulatus, non diuitias, non honores, non palatia, non miracula, non æternæ uitæ ab ipso didicerat uerba proferre: quinimo populum, milites, pontifices, senioresq; Hebreorum contra illum cernebat insurgere. Nam transeuntibus opprobrium fuerat factus. Videbant enim illum, & mouebant capita, dicentes: Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Vere propheticū poterat proferre sermonem: Factus sum in derisum omni populo canticū aera die. Latro autem iste (quod magis est mirandum) eundem dominū in patibulo tam

Mar. 15

Iren. 20

ignominiosè positum, morticè intuebatur propinquum: & tamè post hanc uitam ipsum certissimè nouerat regnaturum, proinde constanter aiebat: Domine memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Nō humana eius sunt uerba: neq; scientia mortalium acquisita, sed fidelissima, uera, profunda, celestia, diuinaq;. Illa didicerat revelatè patre, ministratè verbo, & certificante spiritu. Electorum beatus iste portendebat imaginem, & unus eorum erat, quibus dicitur à Christo: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi. Quoniam uero erat predestinatus ad uitam, meritò uitæ uerba ex ore uitæ audire promeruit, dicentis: Hodie mecum eris in par-

**Matth. 25**

**Luc. 23**

**Math. 20**

**E**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S**

**T**

**U**

**V**

**W**

**X**

**Y**

**Z**

**A**

**B**

**C**

**D**

**E**

**F**

**G**

**H**

**I**

**J**

**K**

**L**

**M**

**N**

**O**

**P**

**Q**

**R**

**S</**

be, atq; pro hjs quæ locutus sum, non amarescat cor tuum. Vocauit te mulierem non matrem, ut magnanimitatis fidelibus meis exempla præberem. Nam naturalis dilectio tametsi reprehensibilis non sit, est tamen sensualitati propinquua. Te amplius diliggo, quia sancta, quia pudica, quia humillima, quia caritate succensa es, quam quia mater, & de te secundum carnem procreatus sim. Non enim oblitus sum te genitricem meam esse, me fuisse educatum a te, tuisq; obsequijs ad adultam peruenisse ætatem. Nō erubesco te uocitare matrem, talem te feci, tantis te ornaui gratiarum monilibus, ut merito prodirem exte, tecq; omnes generationes faterentur esse beatam. Nolu autem uocare te matrem, ne prolis dulcedine, quæ sub hoc latet uocabulo, tua transfigerentur præcordia. Facile (ut nosti) filiorum blanditijs uiscera materna complentur. In matrem te habere uolo, te ut genitricem uenerari. Viderer legem soluere, quam mandaui, si te appellare matrem, aut honorare cōtemnerem. Discipulum uero, quem diligo præceteris, tibi commendo in filium, ut quemadmodum comes, ita & integrissimæ uirginitatis tue sit custos. Obtemperabit tibi ut filius, & tu de illo sicut de me qualicq; fruis solatio. Dormiuit cum patribus suis Joseph sponsus tuus nutritius mihi. Ascendam & ego ad patrem hostibus triumphatis. Quamobrem discipulus amborum in te supplebit uices. Præclarum etiam scito in hac commendatione discipuli latere mysterium. Ipse nanc typum gerit ecclesia, quæ est immaculata & uirgo. Hanc in persona discipuli tibi relinquo. Tu illam tanquam me dilige, exhortationibus robora, confirma consilijs, exemplis erudi. Posset equidem in hoc seculi naufragoso discrimine absq; gubernatore perire. Multæ aduersus illam procellosæ tempestates, persecutiones acerrimæ, haæreses diuersæ concitandæ sunt. In fide adhuc debilis est minus fundata uirtutibus, & insueta pugnæ facillime succumbet, aut hostibus terga uertet, si duce priuatam se senserit. Ex meo ignominioso ac repentino exitu scio, quod turbanda est. Tuis informacionibus ergetur, tua protectione solidabitur, atq; ex præsentia tua deperditas, si que fuerint, recuperabit uires. Volo igitur, ut illam de cætero in filii habeas, illam tuis orationibus protegas, atq; uirtutibus auctam ad me perducas. Eadem quoq; mandabo, ut te tanquam matrem ueneretur, te diligat, ad te confugiat, te inter Deum & se mediatrix faciat. Te aduocabit in periculis, in dubijs consulat, in necessitatibus implorabit. Non minus de te quam de me captabit fiduciam. Faciam prorsus, ut omnes concurrent ad te, eritq; nomen tuum honorabile in omni generatione & progenie. Nemo in tui inuocatione spernetur, nullusq; deuotus tibi à me efficietur alienus. Indissolubili caritatis fœdere te illi & ipsam copulabo tibi. Hæc matri ad discipulum uero inquit. Ecce mater tua, illi famulare, illam honora, post me secundus habere. Quicquid exhibebis illi siue obsequij, siue reuerentia, seu iniuriæ ascribam mihi. In præsenti afflictione eius esto illi consolator dulcis, indiuimus socius, & obediens filius. Non hinc discedat sine te, ubi cunq; esse uoluerit, ipsius adhære uestigij. His dictis inualescentibus passionis angustijs, atq; exitus imminentे hora, conticuit. Ex illa ergo hora & deinceps iuxta dominum præceptum accepit eam discipulus in suam.

*Qualiter naturalem pauorem mortis superauerunt sancti.* Cap. XIX.

Ephes. 5 Emo sane intelligentium ignorat carnis & spiritus separationem esse terribilem, & potissime cum uolenter ac præter naturæ ordinem euenire contigerit. Illam plane natura obhorret ueluti sui ipsius cōsumptionem, propterea declinat pericula, dolores fugit, atq; expauescit omne, quo medianter decidit. Hinc infirmitates, cruciatus, & senium, quæ propinquæ mortis notissima indicia sunt, pati formidat. Quantum ualet, ab his se redimit, & medetur ipsis. Remedia uniuersa pœnis corporis resolutionem oppositis sedula inquisitione rimatur. Hinc uirtutis herbarum curiosa percontatio, hinc medendi peritia lumen principium. Omnes naturali impulsu quemadmodum diuturna felicitate uiuere appetunt, ita tormenta refugiunt, pericula trepidant, atq; tota, qua ualent, industria animæ exitum differre conantur. Hoc autoritate sua Apostolus roborans inquit. Nemo unquam carnem suam odio habuit, sed magis eam fouet, & nutrit. Verum cum plurimos sanctorum legamus ulro se exposuisse cruciatibus, mortemq; minime declinali, cum possent, hos nequaquam dixerim pœnarum seu exitij cargisse metu, sed illumine

A tunc uitæ desiderio superasse. Habebant plane in seipsis pariter pauorem mortis, & immortalitatis affectum. Præcedebat tñ amor odiū, & perpetuæ uitæ gustus (gratia operante) separationis homiti. uincebat metum. Supra naturam diuinitus donum hoc illis erat prærogatum. Plane nihil humanæ naturæ ascribendum est, cum potestate absoluta Deus operatur in homine. Ipse nanc est, de quo egregius Psaltes cecinit dices. Omnia quæcumq; uoluit dñs, fecit in mari & in omnibus abyssi. Veneranda est igitur in homine omnipotentis gratia, cū præter id, quod naturaliter est agit quis, sed & quilibet supportandus, quando naturæ impulsu agitur, & regitur. Non sunt ob hoc redarguendi neq; dandinandi, qui nimijs grauati passionibus signo aut clamoribus calamitatum sua rūm uehementiam notificant. Tales proculdubio exhortandi, alendi, & souendi sunt, ne desperatione deficiant, & utriusq; uitæ stipendia amittant. Quis domino Iesu perfectior? quis illo in tolerandis cruciatibus robustior? in illata morte quis eo constantior, & tamen Euangelio testante didicimus, quod in ultimo cōstitutus cum immanissimis doloribus premeretur, uoce tonati clamauit. Deus deus meus ut quid dereliquisti me?

B Porro si in tormētis positus fortissimus sic uociferatus est gigas, quid ager infirmus homunculus? Si turris inuictissima tempestatis impulsu pene mota est, & tremuit, quid arundo tenuis & delicata? Non tamen arbitrandum est ex debilitate animi, seu cæteria patientiæ mediatorem nostrum talam clamoris emisisse rugitum. Se uerum esse hominem, se carnem gestare passibile, se mortem pauere insinuare curauit. Quanta pro hominibus pateretur, sub eadem uociferatione contexit. Ex passionis ergo immensitate, amoris magnitudinem declarauit. Nisi tenerime ardenterq; diligeret, doloris nimietatem tolerare non posset. Vinciebat plane in illo, atq; supereminebat mortis supplicium amoris magnitudo. Proinde ex consideratione mœroris ac pœnæ caritatis illius affectus notus efficitur. Quantum doluerit, quantumq; crucis patibulum perferendo laborauerit, quis sufficienter intelligit? quæ facundia enarrabit? Omnem humani ingenij excedit altitudinem doloris & amoris ipsius altitudo. In illo complebatur, quod in

C Threnis ore propheticō dicitur. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. In corpore quidem passionis saeuiebat gladius, & in mentis habitaculo mœroris torrens maxime inundabat. Nulla profecto corporis pars seu sensuum siue membrorum à crucifixu erat illæsa. Insonabant utiq; in eius auribus uerba blasphemiae, diuini contemptus sermones, irridentium, plangentium, uociferantium, maledicentiumq; tumultus. Oculis intuebatur cum illusione capita agitantes, atq; dicentes. Vah qui destruunt templum Dei. Matrem cernebat mœrore sautiam, & uberrime lacrymantem amicorum & affinium sustentari manibus, foueri blanditijs, exhortationibus consolari. Fœtore autem cadaverum occisorum & sanguinis putrefactis eius complebatur olfactus. Myrrhati quoq; uini potus mellifluum illius os amarescere fecerat. Postremo in stipite positus in fixos clavos gestabat in manibus. A plantâ igitur pedis usq; ad uerticem capitis nil à tormentis remanserat liberum. Erat factus spectaculum Iudeis & Græcis, Latinis & Barbaris, iustis & peccatoribus, diligentibus & odientibus. Merito dicere poterat, quod ait Prophetæ. Ego sum uermis, & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Omnes uidentes me deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit (inquiunt) in domino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam uult eum. Sanè supra naturam erat, ut homo in tantis corporeis doloribus constitutus uiueret, loqueretur, uociferaretur, & non moreretur. Viuiscibat prorsus seipsum, ut ad tam diuersa perfenda supplicia habilis fieret. Absq; diuina dispensatione agi non potuit, ut mortalis caro in passionis uegetaretur igne, & in tribulationum non absorberetur pelago. Mirabilis quippe in eo uita corporis, sed longe erat mirabilior animæ tolerantia. Tota etenim passionis uis omnis corporis cruciatus in animæ uirtute pendebat. Quicquid caro patitur, anima mediante eademq; sentiente patitur. Tolle à corpore animam, & ad quæq; tormenta insensibile redditur. Incide ipsum, adure, percute, dilania, & dolet nihil, neq; proclamat. Vnde hoc nisi quia abest illa, quæ prius uegetabat, dolebat, regebat, atq; intelligebat. Ex animæ igitur dispositione cruciatus carnis nedium sentitur, uerum etiam leuigatur, siue grauatur. Porro dum introrsus mens gaudet, utiq; in exterioribus flagellis exultat, si uero tristatur, oneratur in minimis. Ibant Apostoli gaudentes

Laur. Iustiss.

T 2 à con-

**A.** à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Lætificati enim paraclito frangi exterioribus non ualebant. Ipsi plane erant, qui delebantur poenit, & idem ipsi, qui grauati mœstitia, uigilare minime potuerant. Non tamen uno eodemq; temporis momento talis eorum mentibus diuersitas inerat, sed aliter atq; aliter iuxta qualitatem ac dispositionem animæ se habebant. Non autem sic in mediatore nostro Christo. Vno siquidem tempore & Dei fruebatur uisione, & intollerabili passione gemebat. Altissimo uero diuinitatis consilio actum est, dum pendens clamaret. Deus deus meus ut quid dereliquisti me? ut tota diuinæ fruitionis gloria in eo militaret ad poenam. Nam quemadmodum omnes cognitione antecessit, ita etiam & mœrore. Apposita est illi scientia, appositus est dolor. Secundum bonitatis, sapientiae, caritatis, maiestatisq; Dei notitiam doloris cremabatur incendio. Affligeatur itaq; pro offensa Dei, pro abiectione sui, non propter se, pro contemptu gratiae, pro futura sui corporis mystici persecutione, & pro plebis Hebræorum reprobatione. Afficiebatur in singulis, afficiebatur pro omnibus. Hoc uoluit Prophetam sentire, dum diceret. Omnes nos quasi oves errauimus, unusquisq; in uiam suam declinauit, & dominus posuit in eo iniuriam omnium nostrum. Modo igitur quodam indiscibilis in omnibus electis suis omnia perferebat poenarum genera. Persequebatur in Apóstolis, lapidabatur in Stephano, assabatur in Laurentio, siccq; in singulis singula martyrum cætorumq; iustorum sustinebat tormenta. Nemo igitur prædestinatus ad uitam sicut a sanguinis Christi precio expers est, ita nec ab ipsis mœrore alienus. Omnes in sanguinis sui lauacro à contagionis culpa mundauit, uniuersorum errata reformans in se, exhibuit sanctitate conspicuos, uirtutibus ornatos, & gratia coruscos. Corpore siquidem & mente crucifixus pro omnibus dicere compulsus est. Deus deus meus ut quid dereliquisti me? Minime tamen arbitrandum est ipsum à Deo totaliter fuisse derelictum, quem in unitate sumperat personali, sed in puris naturalibus sensibilem partem dereliquit. Fluenta etenim æternæ uoluptatis continuuit, ne impetu, quo solebant, emarent in Christum. Quamobrem toto super se humanæ infirmitatis incumbente one G te, atq; diuinæ æquitatis in se suscipiente flagello ad patrem uocis suæ dirigendo clamorem inquit. Deus deus meus ut quid dereliquisti me? Clamauit, & exauditus est. Præsto miseratio superna illi affuit, quæ ab instanti conceptionis eius ipsum inhabitando possederat. Nequaquam ei defuit, quod cuilibet per Prophetam promittitur iusto. Inuoca (inquit) me in die tribulationis eruam te, & honorificabis me. Non tamen ab imminente tribulatione sic erutus est mediator, ut ab illo auferretur poena, sed resulgente in anima sole, qui prius erat in nubilo, rediuiua luce sua humanitatis reparauit uires, nre passionis nimietate deficeret. Emergente uero anima, quæ decurrentibus tribulationum fluctibus in profundi limbo immerserat, nec pusillanimitatis formidine, nec paurore mortis territa est, quin potius exanimata atq; referta flagrantissimo amoris incendio passionis agonem, quem penè superauerat tolerando, repetere coepit. Magnanimitatem siquidem, quam gerebat introrsus, foris ad suorum exercitacionem fidelium cedere uoluit. Quamobrem ut, quæ deerant consumanda, perficerentur, sicut in sacro continentur eloquio, ait: Sitio. Aedificabat plane sapientia domum Ecclesiæ ad habitandum, quemadmodum in sapientiae uolumine conscribitur, quæ potissimum sacrarum autoritate scripturarum solidatur. Præuidens enim spiritus sanctus imbecillitatem humanam in credendo, ut ipsam in fide erigeret quicquid de Christo, super quem fidei fundatur autoritas, futurum erat, longe ante prophetarum predixit oraculo, quatenus iam completa crederentur, quæ sanctorum uoce prius quam fierent, futura esse prænunciata sunt. Sitiebat itaq; mediator passionem suam perficere prophetarum ore prædictam, ut inde sequeretur, quod in uerbo certissime preuidebat. Ardebat profecto desiderio, ut diuinus repararetur honor, qui primo cadente homine desperierat. Sibi namq; illum diabolus uendiçabat in homine, & quantum ualebat, aduersum Deum cordis erigebat ceruicem. Retinebat adhuc, quod male superbiendo conceperat dicens. Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis, & ero similis altissimo. Ut ergo non uiolenter sed rationabiliter profuga de sede non sua deiiceretur angelus, & uerus Deus rectissime colendus crederetur, agnoscetur, diligetur, ue-

**Matt. 27**

Esa. 53

**Psal. 49**

**Prov. 9**

**Esa. 14**

**A.** neretur, uenit in carne Christus pro ueritate in corpore moriturus, prædicando siquidem ueritatem, quæ Deus est, diabolicos detegendo errores, uitiorum sordes, hominum cætitatem, tyrannicam patefaciendo seruitutem, mortalium exhortabatur genus ad ueræ fidei agnitionem uenire. Hæc quippe dum diceret, ab infidelibus occisus est Christus. Meruit optatum prædicatio eius effectu, quæ solum diuinum quæritabat honorem. Iecit quidem uerborum, uirtutum, sacramentorum, & sanguinis spiritualia semina, cupiensq; fructum colligere, quem præsciebat esse futurum, aiebat. Sitio. Præterea quemadmodum aquarum sonores desiderat ceruus, ita ipse mediator cælestis Hierusalem restorationem anhelabat. Affectabat equidem ut numero, ut felicitate, ut unitate compleretur, quatenus reuelata Dei gloria laus, honor Deo persolueretur, & gloria quæ affatim non nisi ex perfecta eius cognitione perficitur, cuius exolutionis debitum, laudisq; holocaustum non illi, cui redditur, sed ipsis, qui laudat, efficitur beneficium. Gratulatur Deus in se, de se. Honotatur autem uocibus laudantium ipso per Prophetam dicente. Sacrificium laudis honorificabit me. Ne

**B.** psal. 49

quaquam tamen sic, ut tacentibus qui laudant, eius deficiat laus, decrescat gloria, diminuatur lætitia. In nullo itaq; diuinæ derogatur laudi, cum desint, qui laudent, sed laudatores deficiunt ipsis, quibus diuinitatis laudatio proficit ad salutem, ad meritum, ad gaudium, ad felicitatem. Ut ergo existerent, qui omnipotentis Dei latide beatifuerent, ad quam proculdubio ex passionis Christi precio, ex documento sapientiae, atq; ex fide merito peruenitur, ait sitio. Sitiebat plane angelorum redintegracionem, sitiebat etiam corporis ac membrorum unitatem, quorum caput erat ipse, omnes ad se trahere, sibiq; copulare peroptabat, insinuare cupiens illis, qualia quantaque pro ipsis supplicia pateretur, quatenus grati pro beneficio, animati pro munere de tam immenso caritatis obsequio rependeret gratiam. Proinde sicut pendens extensis brachij, apertis manibus, perfoxis pedibus, inclinato capite uniuersos inuitabat dicentes, sitio. Quod enim mulieri uni Samaritæ dixerat, da mihi bibere, hoc in cruce nunc

**C.** John. 4

fixus omnibus ait, sitio. Vos (inquit) uolo, uos cupio, uos corpori meo unire, uos mihi associare, sitio. Hanc uocem in spiritu Prophetæ audisse testificatus est, inquiens: Precium meum cogitauerunt repellere, cucurri in siti. Curramus igitur & nos fratres, curramus singuli, curramus omnes, & sicut Christo in potum illi præbeamus nos, ipsos. Sicut nos propter nos, ineibriare nos uult. Omne abigamus moram, torporem, dubietatemq; ne tardi inueniamur ad sicutientem currere fontem. Vtunque in Christo est, utrumq; Christus est. Fontem habet uitæ, de quo illi per Prophetam dicitur. Apud te est fons uitæ, sed etiam est fons uitæ in templo minime clamasset, si quis sitit, ueniat & bibat, & flumina de uentre eius fluent aquæ uitæ. Fons uitæ erat, & tamen sitiebat. Aquam promittebat, & bibere cupiebat. Sitiebat nos, & dare se nobis desiderabat. Sicit (inquit) nos, in suum nos uult mysticum trajectere corpus. Sitis hæc de ardore dilectionis, de amoris fonte, de latitudine nascitur caritatis. Nempe in cruce stat positus, propinquus est morti, & amoris uehementissimi igne exæstuans, atq; refrigerari gliscens clamat, sitio. Propinque

**D.** psal. 35

mus ergo ei, non sicut Iudei acetum felle mixtum, sed nos, quoniam sitit nos. Tales tamen simus, ut non nauseat super nos, atq; de ore euomat suo. Simus mundi à sordibus, à cupiditatibus alieni, & à delicti desiderio extranei, ut hauriat, bibatq; nos. Aquam præterea sapientiae & puritatis ei offeramus, undam profuentem utiq; de torrente diuinæ caritatis absq; luto mundanæ cupiditatis. Talem potum diligit Christus, eam aquam sitit sapientia. Aqua munda, anima fidelis & sancta est baptismi depurata lauacro in uerbo, aquarum uero collectio populorum est aggregatio sacro testante eloquio. Aquæ multæ populi multi sunt. Pro salute populorum, ut per crucis patibulum eos traheret ad se, mori desiderans aiebat. Sitio. Nempe animarum succensus zelo diuinam ad pietatem uolens iustitiam flectere erecta ad cælum mente, corpore uero nudato, uulnérato, clavato, patri clamabat, sitio: hæc pro electorum salute patior, ista pro tuo honore sustineo. Ignoscere igitur illis, placabile te illis exhibe, pro quibus tantis me exposui cruciatis. Verum si hæc, quæ tolero, pauca uidentur, adde flagellum flagello, appone uulnera uulnéribus, lacera, ure, confige, persecute, occide. Vni-

Laur. lustist.

T 3 uersa

uersa hæc & maiora toto desiderio sitio. non poterit onerosum esse, nec conquerar de-  
eo, quod sitio. O ardor caritatis, o amor præceps, feruide, insuperabilis, & perseverans,  
quem multæ aquæ tribulationum extinguere nequiverunt, quo affectu, quo' ue toni-  
tri in auribus domini Sabaoth insonuisti! Nempe replesti cælum, commouisti terræ,  
conturbasti abyssum. Hæc uocem audiuit ecclesia, & lætata est, atq; exhilarata spe. Nō  
pauet sententiam perpetuæ damnationis, quam in mediatoris sui temporali morte fa-  
tetur abolitam. In cruce percipit, unde habeat propitiationem, in hoc uerbo sitio, un-  
de uendicet eruditionem. Eruditur plane spirituali doctrina sapientia, & paucis immē-  
sa comprehendit mysteria. Tāquam amica in uerbi admittitur thalamo. Lætatur quia  
diligitur, prouehitur, confirmatur. Porro inde perficitur sapientia, unde scandalizatur  
adultera, quia ista carnem in litera, ecclesia autem sensum spiritus intelligit latètem in  
litera. Hoc mystice uesania declarat populi Hebræorum, qui omnia secundum carnem  
sapiebant in Christo. Clamauerat quippe Hely Hely, & dixerunt Heliam uocat iste.  
**Matt. 27** Nunc (inquit) sitio, & illi non caritatis sed iniquitatis porrigunt poculum. Nam spon-  
giam aceto hysopo & felle plenam arundini circumposuerunt, ut inde potarent mo-  
rientem. Scriptura sacra cōplebant eloquia, & fidei nostræ instituebant mysteria. Per  
fecerunt opere, quod longe ante fuerat uaticinatum. Sic enim in persona Christi Pro-  
pheta prædixerat. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me acero.  
**• Psal. 38** Crudelitatem quippe Iudeorum perfidorum expressit, sed neq; conticuit malitiā pec-  
catorum. Quotquot sunt dediti uoluptatibus, quotquot superbie spiritu inflati sunt;  
quotquot liuoris, odij, aut nocendi ueneno referti sunt, in arundine & spongia fel do-  
**Deut. 32** minio porrigunt sitienti. De huiusmodi ait propheta. Fel draconum uinum eoru & ue-  
nenum aspidum insanabile. Quemadmodum Iudeorum, ita & istorum potum obhor-  
ter sapientia. Non enim placent Deo peccatorum sacrificia. Illa respuit, illa paruipen-  
dit, & damnat. Sicut quā de nobis habere se afferit, non auferunt cogitationes malæ,  
neq; desideria terrena, sed cælestia, sed spiritualia, sed ignita, quæ de sanctificato pro-  
deunt corde. Aberant hæc à Iudeis qui nocendi Christo animositate ardebat. Intus G  
et enim malitia pleni sicuti peccatores ceteri spirituale acetum & fellis poculum domino  
tradiderunt. Foris autem hoc egerunt, quod nulli alij actum esse compertum est. A se-  
culo non est auditum, ut homini sitienti, lasso, vulnerato, ac morienti pro siti refrige-  
ratiōe acetum hysopo & felle daretur mixtum. Excedit totius humanitatis limites ista  
crudelitas. Ingrati, sclesti, sine pietate, absq; misericordia, quod brutis impeditur, siti  
ti Dei filio denegarunt. Vrebant omnia interiora eius, & præficcitate exaruerant iu-  
xta propheticum illud. Aruit tāquam testa uirtus mea, & lingua mea adhæsit fauibus  
meis. Ettamen clamanti, sitio, gutta aquæ crudeliter denegatur. Debuerant plane, si-  
qua in illis pietatis esset scintilla, ad clamorem commoueri dicentis. Deus deus meus,  
ut quid dereliquisti me? Debuerant etiam eorum molliri corda, cum dixit, sitio, & ad  
satietatem aquæ potum tribuere, sed eorum impietas pietatis aperuit fontem, atq; pro-  
phetarum prænunciatam indicauit ueritatem. Nam cum mediator accepisset acetum,  
**Psal. 21** inquit. Consummatum est. Multa hoc unico sermone conclusit. Sacramentum quip-  
pe humanæ redēptionis Iudeorum scelus, & quicquid prophetarum ore de illo fue- H  
rat uaticinatum, his paucis insinuauit consummatum esse atq; perfectum.

*Quid in contemplatis animo meditatio passionis Christi efficiat.* Cap. XX.

 Ille eorum, quæ in sacro continentur eloquio, sic humanum ualeat excita-  
re affectum, mentem erigere, temperare labore, peregrinationis tædiū  
auferre, & æternæ felicitatis spem immittere, quemadmodum redēptionis  
humanæ sacrosanctum mysterium. In illo equidem diuinæ miseratio-  
nis reseratur abyssus, cælorum aperitur ianua, caritatis latitudo ostendit,  
& quantus sit homo, apertissime manifestatur. Vile esse non potest, quod filii Dei san-  
guine cōparatur. Habet in illo homo unde gaudeat, habet unde tristetur. Tristari pro-  
fecto debet, cum se passionis Christi intelligit reum. Nequaquam mediator Christus  
passionis aut mortis crucis subiūset iniuriam, si non peccator homo in Dei incurrit  
offensam. Decretum quippe Dei paruipendendo deliquit, & terrena pariter ac cæle-  
stia deordinavit. Quam enim sapientia Dei in uniuerso intulerat pacem, homo inobe-  
dienti

A diēndo confudit. Venit igitur mediator in carne peregrinatus in seculo, ut restaura-  
ret collapsa, illuminaret opaca, revocaret deuia, & redimeret perdita. Quem centesimam, descendit ut quereret, atq; in illa, quam amiserat, reponeret pacem. Hæc potissima incarnati uerbi exinanitionis extitit causa. Opus hoc perficiendum suscepit, dum carnem induit, dum uirginalis thalami secreta compleuit. Hinc contemptibilis ottus, præsepi reclinatio, stabuli diuersorum, &gypti fuga, parentum subiectio, ieiunij prolixitas, tentationum perpessio, peregrinationis decursus, sedula predicatio, donatio sa-  
nitatum, miraculorum ostensio, prodictionis contemptus, irrisiōnum tolerantia, crucis ignominia, & mortis acerbitas in eo habuere principium. Ista sine humanitatis Christi fieri nequiuere labore. Proinde talium rememoratio, quoniam propter nos perpetra-  
ta sunt, compassionis ac tristitiae nos debent mucrone transfigere. Pro tuis itaq; faci-  
noribus oī homo tristare in Christo, atq; de ipsius tibi collatis beneficijs laetare in illo. Te agnosce in illo, tua in eius afflictionibus metire delicta, debita tua in Christi  
**B** lege membranis. Vulneratus est propter delicta nostra, attritus est propter scelerata no-  
stra. Ipsius attritio, liuor, passio, atq; interitus nostræ sunt calamitatis indices, & ad-  
eptæ pacis spirituales testes. Poterat plane homo, quandiu in mundo conuersatus  
est Christus, de pacis bono, quam idem perficere uenerat, dubitare, at ubi in patibu-  
lo effusus est crux, de ipsa certificatus est pace. Hanc itaq; non in membranis, non  
in lapide, neq; in ligno, sed sanguine proprio in sua carne conscripsit. Librum hunc,  
ut ab uniuersis legatur, publice exposuit. Non autem sermone composito, uel huma-  
næ sapientiæ exaratus est uerbis, sed hominum interueniente malitia digito Dei scri-  
ptus. Nempe saeuientibus gentilibus atq; Iudeis depictus est foris: uirtute autem & sa-  
pientia Christi formatus est intus. Habet foris simplex & indocetus quid legat, habet  
spiritualis & perfectus quid intus intelligat. Innumera prorsus sub hoc carnis uela-  
mine latent sacramenta, quæ à spiritualibus spiritualiter dijudicanda sunt. Legit sim-  
plex, & lætificatur, atq; compungitur, exercitatus uero intelligens irradiat, atq; ac-  
**C** cenditur. Quisnam nūl sapientia doctrix poterat paucis tam multa colligere? Ab-  
breuiatam equidem legem, legalia sacramenta, caritatis compendium, perfectionis  
celitudinem, uirtutum normam, & totum humanæ redēptionis modum ordinēcq;  
In hoc corporis sui conclusit uolumine. Quamobrem cum scribere compleset, nilq;  
superesse scribendum, inquit. Consummatum est. Nihil plane particulariter perhi-  
buit consummatum, sed absolute consummatum est ait, ut altissima & immēsa sub hac  
prolatione intelligas esse completa. Dedit utiq; formulam, & patefecit ianuam, per  
quam ingredientes uitæ pascua uberrima reperirent. Noluit explicare ut quereres,  
noluit tibi plenus referare, ut sapientiæ fluenti sitires. Nouerat profecto quod illa sa-  
piunt dulcius, carius amplectuntur, & tenacius possidentur, quam proprio, quam quæ  
alieno, sunt acquisita labore. Occasione siquidem inquisitionis, dilectionis uoluit  
promittere fontem. Quo (uidelicet) comperto de ingrato quisq; fieret gratus, de alie-  
no propinquus, & de peregrino sanctorum concius. Hoc agnouerat Paulus, quan-  
**D** do conuersis aiebat discipulis. Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sancto-  
rum, & domestici Dei. Abolitam omnem sciebat contiouersiam, & Dei cum homi-  
nibus perpetuam in cruce per Christum pacem esse firmatam. Propterea dicebat. Ipse  
est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium pariter maceris solueris inimicitias in  
carne sua, legem mandatorū decretis euacuans, ut duos condat in semetipso, in unum  
hominem nouum faciens pacem, ut reconciliat ambos in uno corpore Deo, per cru-  
cem interficiens inimicitias in semetipso. Porro quod Apostolus palam per dominū  
Iesum completum esse commemorat, hoc idem dominus sub compendio expressit, in  
quiens. Consummatum est. Confixus ergo in stipite Christus tanquā propitiator opti-  
mus in nubibus eleuatus est, quemadmodum Noe sancto repromiserat, dices. Arcum  
meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terrā. Cumq; obdu-  
xero nubibus cælū, apparebit arcus meus in nubibus, & uidebo illū & recordabor fœ-  
deris sempiterni, quod pactum est inter Deū, & inter omnē animam uiuentem uniu-  
erse carnis, quæ est super terram. Proinde completis omnibus, quæ de aduentu, nativitate,  
prædicatione, passione, & morte sua sanctis patribus testimenti ueteris in figu-  
ris

ris & ænigmatibus uarijs fuerant præmonstrata, atq; à sanctis uaticinata prophetis, B  
ait. Consummatum est. Quo dicto ad patrem preces supplicationesq; cum clamore  
valido & lacrymis offerens, inquit. In manus tuas domine commendo spiritum  
meum. Opus quod dedisti mihi consummaui, perfeci q; omnia, quæ ad honorem  
tuum seu ad humanam reconciliationem spectant. Non autem ut mortem uerear,  
aut tartareas pauem legiones, siue desidam de te, sed ut uerum me fatear hominem,  
& rationalem habere animam, atq; inferiorem te esse in assumpta asseuerem natu-  
ra. In manus tuas commendo spiritum meum. Præterea ne in hac ultima hora con-  
stituti, quos mihi dedisti, formident se deseriri, audiant clamantem me, & se agno-  
scant in me, atq; orationem istam me fudisse pro se sane intelligendo non dubitent, di-  
co. In manus tuas commendo spiritum meum. Spiritum utiq; meum in manus tuas  
commendo, non tantum quem gero ut homo, sed quem ut mediator & redemptor  
acquisiui mihi. Meum plane dixerim spiritum, membra mea, ecclesiam meam, spon-  
sam meam, quam patiendo pro illa meam facio. Hanc spiritum meum nuncupo, quia E  
adhærendo mihi unus spiritus fit & corpus unum. Nam si quis meretrici adhærendo  
unum efficitur corpus, quantumagis adhæredo mediatori Christo. Hoc testatur Apo-  
stolus dicens. Qui adhæret Deo, unus spiritus est. Huiusmodi sententiam non a se  
ipso locutus est Paulus, sed reuelante patre, docente spiritu, & in illo loquente Chri-  
sto. In illo habitabat Christus, & ipse in Christo. Perpetuo sibi inuicem erant cari-  
tatis uiticulo copulati, non tribulatione, non persecutione, non fame, non nudita-  
te, non mortis articulo separandi. Hinc roboratus spiritu fiducialiter aiebat. Certus  
sum, quia neq; mors, neque uita, neq; instantia, neq; praesentia, neq; futura, neq; al-  
titudo, neq; profundum, neq; creatura aliqua poterit nos separare à caritate Dei, quæ  
est in Christo Iesu. Sciebat quantum diligebarut à Christo, & quanti Ecclesiæ corpus  
æstimabatur ab ipso. Ipsum meminerat dixisse. In manus tuas commendo spiritum  
meum. Se electosq; omnes sub hac uoce expressos certissime intelligebat. Patris quip  
pe affectum, pastoris uocem, & sponsi speciale connubium in hac commendatione G  
cognouit. Cognouit plane, quoniam hac de causa pronunciatum extiterat. Rete-  
xuit denuo, quod in coniuio dixerat. Pater non rogo, ut tollas de mundo, sed ut  
serues eos à malo. Mei nanq; sunt, tibi illos commendo, atque custodiendos relin-  
quo, propterea dico. In manus tuas commendo spiritum meum, & inclinato capi-  
te tradidit spiritum. Quantum uoluit uixit, quando uoluit tradidit spiritum. Non  
enim coacte, sed sponte, & nemine cogente expirauit. Potestatem habuit ponen-  
di animam suam, & iterum sumendi eam. Sacramentum tamen maximum nobis  
commendatur in eo, quod dicitur, inclinato capite tradidit spiritum. Potestatem mo-  
tiendi se habere indicauit, & humanæ redemptionis effectum posteris insinuauit.  
Rom. 8

Non autem ab re scripta sunt. Nempe quæcumque scripta sunt, ad nostram doctri-  
nam scripta sunt. Scripta sunt, ut in facto mysterium, & in litera eliciamus spiritum.  
Vtrungq uerum est, inclinauit caput, & spiritum reddidit. Reconciliauit nos patri,  
& pro nostris reatibus in cruce moriens satisfecit. Caput nañq; Christi Deus, quem-  
admodum caput hominis Christus, dicente Apostolo. Caput mulieris uir, caput ui-  
ri Christus, caput Christi Deus. Caput hoc dum passionum ludibria & mortis suppli-  
cia pro hominibus pertulit mediator, liquefecit ad misericordiam, flexit ad gratiam,  
& inclinauit ad indulgentiam. Quo peracto integerrimum electorum numerum &  
humanitatis suæ in manus patris tradidit spiritum. Tunc uelum templi scissum est à  
summo usq; deorsum, terra mota est, petræ scissæ sunt, & monumenta aperta, atque  
multa sanctorum corpora, qui dormierant, surrexerunt, & post resurrectionem eius  
uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Vnde (oro) tanta cæli, terræ,  
creaturarumq; repentina commotio, nisi quod his nutibus conditorem suum occu-  
buuisse fatebantur? Parimodo sicut in uita, ita & in morte famulabantur eidem. Nem-  
pe cælum, quod domino moriente suum lumen obtexit, in ipsius ortu emissio angelo-  
rum inenarrabili exercitu, qui coram uagiente infante celestium suauissimam harmo-  
niam promerent cantionum, solito effectum est clarus. Tellus quoq; quæ decedente  
ipsius factore contremuit, eo nascere ac prædicare de suis ultimis finib; rationale germ  
sum

Luc. 23  
i Cor. 11  
Lec. 23

A siuum adduxit ad Christum. Hinc Propheta gratulabundus cecinit dicens. Læten-  
tur cæli, & exultet terra facie domini, quia uenit, quoniam uenit iudicare terram. V-  
trobique claruerunt domini Iesu Deitatis insignia in cælo, in terra, & in ijs, qui ad-  
erant; quæ uniuersa lugubre saluatoris necem conqueri uidebantur. Nam Centu-  
rionis, & eorum, qui ad spectaculum istud acceſſerant, plurimum compuncta sunt  
corda. Intuentes nanque quæ siebant signa, percutientes pectora sua reuertebantur.  
Nequaquam arbitrabantur humanum aut solitum esse, ut quis moriens clamet, & ad  
libitum proprium tradat spiritum, ut obscuretur sol, tenebrae fiant per uniuersam ter-  
ram, petræ scindantur, aperiantur tumuli, & resoluta in puluere dormientium cor-  
pora resurgant. Non immrito igitur mirabantur, atq; ex corporeis signis ædificaban-  
tur ad fidem. Verum quemadmodum illi, ita & nos compungamur, miremur, creda-  
mus. Compungamur (inquam) quia pro nobis innocens dominus crucifixus est. Mi-  
remur autem quod suæ caritatis arcanum conuicia, sputa, alapas, flagella, opprobriæq;  
B perferendo nobis notificare dignatus est. Credamus uero tam per ea prodigia, quæ in  
morte eius sunt uisibiliter facta, quæ per ea quæ post ipsius obitum spiritualiter sunt  
secuta miracula. Carnalia carnibus & spiritualibus inseruant spiritualia. Illis figu-  
ræ ostenduntur, nobis uero sacramentorum ueritas reuelatur. Prius quod animale, de-  
inde quod spirituale est, subsecutum est. Sane uelum templi materialis, in quo uaria  
hostiarum celebrabantur sacrificia, exhalante Christo per medium est scissum. No-  
bis sacri eloquij arcana panduntur. Est quidem scriptura diuina templum spirituale  
nobilissimum, toto orbe celeberrimum, quod sanctorum gestis, probatissimorum ui-  
rorum sententijs, atq; prophetarum oraculis tanquam de uiuis lapidibus constructum  
est. Sed sub literæ uelo ac figurarum cortice tectum. Nam sicut legitur, tenebrosa a-  
qua in nubibus aeris (uidelicet) obscura scientia sermonibus prophetarum, adeo ut  
reperiatur rarus, qui ad ipsorum indaginem, & spiritualem latente attingeret sen-  
sum. At ubi dominus prædicauit, occubuit, surrexit, sacramenta cælestia ex ipsis re-  
C uelante desuper sapientia coruscare cœpertunt. Amota siquidem litera, quæ occidit,  
tanquam scisso ac disrupto uelo, quod prius in latibulo erat, manifestum est. Deniq; ha-  
bes in Euangelio, quod resuscitato domino discipulis suis sensum aperuit, ut scriptu-  
ras intelligerent sacras. Hinc est quod uir ille Æthiops, quum prophetam legeret nec  
intelligeret, tam perspicue Philippo Euangelizante de diuinitate & ueritate Christi il-  
luminatus est. Vnde (oro) tantus explanationum scripturarum profluuius totam per  
uniuersum orbem illustravit ecclesiæ: Ex munere profecto septiformis gratiæ pro-  
uenit, quemadmodum ipse prædixerat mediator. Paraclitus (inquit) spiritus sanctus,  
quæ mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & suggeret uobis omnia, quæ  
cunq; dixerò uobis. Donum hoc nominatissimum ille Prophetæ poscebat dicens. Reue  
la oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Mysteria profunda & multa ni-  
mis odorabatur in lege latentia, quæ caligantibus naturalis intelligentiæ oculis per se  
minime intueri ualebat. Quamobrem sapientiæ & intellectus flagitabat lumen, quo  
mediante uoti sui compos existeret. Gratias igitur agamus totis præcordiorum deside-  
rijs munificentissimo Dei filio, qui de sublimibus polorum sedibus spiritum suum in fi-  
delium mentes immittere dignatus est, per quem nedum semoto ignorantia literæ ue-  
lo sacrosancta, quæ tegebantur in lege diuina, mysteria referare uoluit, uerum etiā gen-  
tilium corda iugo lenificando prostrauit. Nemo equidem poterat lapides ad cre-  
dulitatem formare mentes, nisi optimus & uiuificans sapientiæ spiritus, ideo uoce præ-  
cursoris dicitur Iudæis. Nec dicatis, patrem habemus Abraham, potens est Deus de la-  
pidibus istis suscitare filios Abrahæ. Optima similitudine gentes ab Israelitico populo  
alienas uocauit lapides, quoniam saxa, fictiliaq; adorando simulacra illis efficiebatur  
similes, sacro per Prophetæ testante eloquio. Similes illis fiant, qui faciūt ea, & oēs qui  
cōfidūt in eis. Iste modi petræ Christi niadefactæ cruore in eius morte sunt scissæ, qua-  
tenus prædicantii uocibus aditū reserates, & ipsæ redēptionis beneficio participes fie-  
ret. Quod præuidēs Propheta esse futurū inquit. Annūciauerūt cæli iustitiā eius, & uide-  
rūt oēs populi gloriā eius. Dum enim infidelitatis duritiā prædicantib; Apostolis deter-  
serē credēdo adoptiōis gratiā, & cælestē Abrahæ promissam hæreditatē percipere me  
tuerunt;

ruerunt. Adhæserunt per dilectionem Christo, & uiui effecti sunt lapides, per quos ex E lœtis Hierusalem mœnia construantur. Tanti siquidem erat meriti dominici corporis effusus crux, ut uirtute sua ualeret scripturarum explanare sacramenta, infidelium populorum conuertere animos, & ipsas peccantium metes delictorum mole sepultas ad emendationem uitam ueluti de sepulchri prodire gremio. Hoc impleri quotidie cernimus ab eo, qui uocat ea, quae non sunt, tanq; ea quae sunt. Iacere quantos cōspicimus in criminū facib. sine laudis uoce, sine sensu caritatis, & absq; boni operis motu. Hos profecto arbitramur mortuos, & à Christi mystico corpore censemus extraneos. De talium salute desperare poteramus, nisi assidua diuinæ miserationis eruditremur experientia. Quæ quos uult resuscitat ad gratiā, reformat ad uitutem, atq; habilitat ad coronā. Nēpe quos prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui, hos suo tempore uocat, atq; iustificat, & adducit in lucem populorum, quatenus per eosdē fiat salus usq; ad extremū terræ, necnon honorificetur ille, qui ipsos de iniquitatum tumulo abstrahere dignatus est. Multos in se tales sancta mater tenet ac fouet ecclesia, quorū testimonio, morib. & disciplina plurimi mutantur in melius, & ipsa in capite suo Christo decoratur, & floret. Decoratur plane religio Christiana ex fidei suæ confessione. Floret autem ex quotidiana iusticatorum aggregatione. Vt rūnq; euidentissime afferuit Propheta, cum diceret. Confessio & pulcritudo in conspectu eius, sanctimonia & magnificētia in sanctificatione eius. Omnis quippe ætas, uterq; sexus, & quælibet hominum cōditio, credentiū (uidelicet) & crediturorum in agnitione incarnati uerbi crucifixi & mortui nō medio criter proficit ad salutem, quæ potissimum in catholice fidei confessione subsistit. Hoc mystice figurabatur in Centurione & cæteris, qui solicite dominici corporis custodie bant reliquias. Ipsi equidem pari uoce, & consona ueritatis attestatione, dicebant. Vere filius Dei erat iste. Hac confessione quid uerius, quid utilius ad meritum, & ad profectum sublimius? Pendebat corpus exanimē, turbabatur cælū, tremebat tellus, saxa movebant, tumuli patebant, & credentium audiebatur confessio, uere filius Dei est iste. Plangebant homines, pectoraq; percutiebant sua. Sed angelorum cœtus hac confitentium ac tristantium exercitatione mirifice lætabantur. Nam si unius peccatoris cōuersione in cælis gaudent, quantum magis ex multorum! Stant plane sancti angeli, & singulorum gesta considerant, exhortantur, exercent, exigunt, attollunt, & iudefesse Dei causa custodiunt. Ascensus descensusq; frequentat uices. Semper læti, semper solliciti discurrunt. Nunc opera, nunc lacrymas, nunc Deo pietatis offerunt uota. Deferunt autem de altari Dei, humanitate (uidelicet) Christi caritatis ignem, & fidei devotionē, de sanctorum societate spem augent, de triumphis martyrum fortitudinem, de apertione ianuæ cælestis regni seculi contemptum, de præsentia Dei reverentiam, & de immensitate felicitatis æternæ uirtutis desiderium. Quo magis huiusmodi ministerijs occupatur, eo amplius exultant, & robustiores fiunt. Nesciunt quippe proficiētibus inuidere, nec quicquam detrahere meriti, quin potius augmentant, erudiunt, & promouent. Zelant uniuersorum salutem, & omnipotentis gloriam summopere querunt. Amici sunt sapiētia, & uicini uerbo, sed à miseria alieni atq; semoti. Quum in seculo hoc suum perficiūt ministerium, nulla polluuntur labe, nullo labore fatigantur. Circumscribuntur loco, & Deo præsentes sunt. Ministrant hominib. & conditoris suo, ignitæ laudis indeficierent sacrificia offerunt, nec pro iniuncto officio desunt à laude, nec pro gloria immortalis regis in ministerio tabescunt. Exprimitur plane sanctorum angelorum spiritualis præsentia in eo quod dicitur, quod dñō pendente noti eius & mulieres, quæ à Galilea eum secutæ fuerant, ministrantes stabant à longe. Vt rūnq; scripture expoluit, rem (scilicet) gestam, & mysterium, mysterium in angelis, & rem gestā in mulieribus ac notis. Quis ignoret sanctos angelos in omni uita eius Christo dñō ministrasse, & tamen in passionis ignominia eidem minime communicasse. Hoc per Prophetam dominus indicauit dicens: Elongasti à me amicū & proximum, & notos meos à miseria. Erant tamen noti & mulieres ibi, stabantq; à longe, nec cruci propter carnificum furorē appropriare ualebant, mente uero & affectu iungebant Christo. Iā per cicatricū rimas in cordis ingressa fuerat penetralia, ibiq; cum inhabitante uerbo pariter cohabitabat, sed per amplius afflcta mater & immaculata virgo. Ipsa prorsus filij communicans passionibus in sp.

AGONE: 503  
A ritu abesse non poterat. Cum spiritu unici sui abierat in spiritu, & cum corpore pendente penderat.

Vnde excusationis peccati morbus originem sumpserit. Cap. XXI.

  
Voties elatus quis alicui immani delicto' (teste conscientia) se sentit obnoxium, reatus sui latebras fouet, quandiu quod egit, ignorari cognoverit, at ubi se deprehensum uiderit, ubi palam esse didicerit, quod nequiter perpetrauit, tunc excusationis se tegit uelamine, aut materialm amouere conatur, unde ipsum delinquisse noscatur. Nempe excusatio delicti priorum parentum antiquatum est malum. Ab institutione quidem ipsorum sumpserit originem, atq; uniuersam terrarum impletuit latitudinem. Letali hoc morbo Hebraeorum referti erant pontifices. Porro ut dominus Iesus crucis suppicio damnaretur, multimas malitia suæ adiuuenerunt excusationes. Perpetrato autem huiusmodi scelere, ne tanquam rei publice damnarentur, ad alia non minus pestifera se uetererunt iniquitatis B figmenta. Rogauerunt etenim Pilatum, ut tam mediatoris, quam latronum cum illo pendentium frangerentur crura, ne die sabbati eorum in cruce corpora remaneret. Confundebantur plane in seipsis, & redargutionem publicam uerebantur. Quamobrem ut de patibulis deponerentur corpora, sub legalis obseruantiae zelo postulauerent instanter. Mali utiq; poscebat bonum, legisq; custodiam præuaricatores ipsi querere simularabant. Minime tamen ualebant recto corde legis decreta seruare, qui latorem legis occidere curauerunt. Indignum nihilominus uidebatur, ut in solennitate præcipua inhumata corpora remanerent, nam magnus erat dies ille sabbati. Vere magnus & singulis erat dies, in quo hominum redemptor requieuit in tumulo. Sane requietiois huius mysterium uenerandum diuina prenuncia uerba eloquia. Perfectis quippe cælis, elemenis, animantibus, & uniuersis, quæ sunt, ipsoq; plasmato homine sic legitur. Compleuit Deus die septimo opus suum, quod fecerat, requieuit die septimo ab uniuerso opere, quod patrarat. Nempe si hoc de diuina dicitur maiestate, ab operibus suis quando re- C quieuit, cū de patre unigenitus dicat, usq; modo pater meus operatur, & ego operor. Operatur Deus semper in singulis, operatur in omnibus, etiam quum per spiritualem seu corporalem naturam aliquid agit. Propterea diuinus sermo longe ante cōscriptus Christi futuram præfigurabat requiem, in qua idem mediator quum Deus esset & homo unus Emanuel, secundum humanitatis formam, & corporis susceptam substantiam, illud triduo ab omni redēptionis operē, quod patrarat, in tumulo requieuit. Merito ad declarandam huiusmodi requietionis dignitatē, quæ cæteras propter uerbi personam antecedebat, dictum est. Erat magnus dies ille sabbati. Magnus (inquam) quia mysterijs magnis præditus, & multiplicibus grauidus sacramentis. Humanitatis siquidem Christi ueram requiem spiritualem à uisq; sabbatismum corpus Christi mysticum & sanctorum cum Deo regnantium æternam requiem præmonstrabat. De quib. omnibus sigillatim differere, quum onerosum sit, ad eum, de quo tractare inchoauimus, domini ueniamus agonem. Obtenta itaq; à præside licētia pontifices ad Caluarie locum milites direxerunt. Ad Iesum igitur quum uenissent, illumq; iam mortuum conspexiſ- D sent, ipsius minime crura fregerunt, uerum astantium unus uibrata lācea latus eius aperuit, & cōtinuo exiuit sanguis & aqua. Grande prorsus ita auditumq; prodigium, ut de exanimato corpore sanguis exiret & aqua. Veruntū maximū in re hac gesta nobis uoluit Dei sapiētia commendare sacramētum, sui (uidelicet) & ecclesi unitatē. Huius & enim spiritualis copula figura præcessit, quando de latere Adæ dormientis una ex costis ipsius subtracta narratur, atq; de eadem Eua cunctorum parentis formata est, quæ typum gerebat ecclesia. Significabat tunc spiritus sanctus uerum & spiritualem Adam esse futurum, qui paracliti uirtute plasmatus dum dormiret in cruce, de ipsius latere profluentibus aqua & sanguine speciosa sponsa sine ruga & macula formaretur ecclesia. Hæc quippe sunt sacramenta ecclesiastica, per quæ totum corpus ecclesie abluitur, atq; sanctificatur. In lauacro utiq; aquæ regenerationis, quod Christi morte sacratum, ab originali contagione mundatur. In redemptoris uero sanguine nedum ab omni culpa purgatur, uerum etiam regni cælestis illi aperitur introitus. Ambo hæc in uno effectum conueniunt, nec unum sine altero ualeat ad salutem prodesse. Non enim absq; baptismi

## DE TRIVMPH. C H R I S T I

504

baptismi sacramento & peccatorum remissione potest quis futura beatitudinis hæreditatem percipere. Hoc ubiq; in orbe terrarū sancta mater confitetur ecclesia, hoc multiplicibus scripturarum diuinorum testimonij roboratur. Insper & qui uidit de Christo aquam emanare & sanguinem, testimonium perhibuit, & uerum est testimonium eius. Nempe iste est Ioannes Apostolus & Euangelista, qui præcipuo amore dilectus est à domino. Horum quæ memorata sunt, fidelissimus extitit prædicator, & scriptor. Profecto hæc facta sunt, ut scriptura impleretur, quæ ait. Os non comminuetis ex eo.

*Ioh. 19* A domino quippe Mosi fuerat imperatum, ne in sacrificij phase in celebratione immolati agni ullum comminueretur os. In domino autem Iesu innocentissimo agno figuræ ueritas est completa. Nequaquam crura illius sunt fracta, quemadmodum duorum ne-

*Ioh. 19* quam cum eo pendentium, sed tantum illius latus apertū, quatenus alia scripture perficeretur, quæ dicit. Videbunt, in quem transfixerunt. Porro vulnerum cicatrices in suo uoluit dominus corpore retinere, ut sicut electis incentiu[m] dilectionis, ira & reprobus irrefragabile fieret testimonium damnationis. Ita omnia consummata in Christo R

longe ante prophetarum oraculis promulgata fuere, quatenus catholica fides tam pro se, quam aduersus hæreticorum muniretur errores. Quum igitur esset sero, cōpletis in passione & morte Christi mysterijs uir quidam bonus & iustus nomine Joseph audacter introiuit ad præsidem, & expetiit obnixe, ut tolleret de cruce corpus. Audacem illum atq; intrepidum magistri fecerat amor, & debitæ humanitatis officium. Minime expauit pharisæorum atq; pontificum rabiem, non præsidis crudelitatem est ueritus, neq; humile splendidi dominici corporis opus erubuit. Propterea ne sacratissimū magistri corpus indigne tractaretur ab inuidis, illud sibi donari poposcit, sperans locupletem meritorum cumulum se in sublimibus cælorum mansionibus posse mereri. Vnde à Centurione cognito, quod expirasset corpus Iesu, donauit memorato Joseph. Quale munus hoc, & quam præcipuum? Ut super aurum & super omnem lapidem preciosum electum. Thesauri uniuersi & cuncta seculi huius substantia in cōparatione ipsius arena uilissima æstimanda sunt. Gaude igitur ô Joseph, & tanto lætare munere. Magni pendit illud, & quasi oculi pupillā custodi. Cauē ne illud à te longe patiaris abesse. Eito ubi illud, siue in domo, seu in tumulo. Line oculos tuos sanguine illius, suoq; liuore tuis medere uulneribus. Nulla esse ualeat ægritudo tam ualida, nullus mœror, nullaq; tēratio, quæ non huiusmodi medicamento curetur. Est quippe in eo redemptio[n]is cruor, & purgationis lauacrum mistum. Hoc forte Prophetæ concupierat, quando dicebat.

*Psal. 130* Asperges me hysope, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. De luctu gaudium, de cicatricibus salutem, & de morte, æternæ uitæ dulcedinem prægustabis.

*Psal. 133* Propheticum illud agnosces in te, & nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Mors etenim Christi, quæ Iudæis nox facta est, tibi computetur in diem. De illorum culpa ueniam, de ignorantia sapientiam, & de crudelitate fonte ad eptus es pieratis. Si non ipsi deseuissent in Christum, munus hoc preciosissimum non haberetis. Occasione illorum effectus es locuples. Discede itaq; à conspectu præsidis, ne diabolica suggestione sententiam mutet, & reuocet quod donauit. Recede inquam, acceler, curre uelociter, ne thesaurum tuum quis diripere ualeat. Perge, & quibus satrissimum inuoluatur corpus, linteamina eme. Iam factum est serum, iam sol proponat, ac ignoto recondant loco, tam ut ipsorum ignominiam tegant, quam ut domini resurrectionem impedian. Tali Joseph exhortatione commonitus lætus munere, ip obsequio alacer, anxius de magistro à præsidis secessit aspectu, atq; ocyus mercatus est sindonem, quatenus illa corpus saluatoris inuolueret. Secum etiam accito Nicodemus myrræ & aloes quandam pariter detulere misturam. Tu uero ô anima mea in spiritu feltina te iungere illis, ut sis tertius comes, quatenus sponso tuo hoc ultimū ualeas humanitatis impertire obsequium. Vide tamen, ne tu uacua eas. Secum (ut cernis) Joseph sindonem defert, in qua ut sacra Christi caro uoluerat. Nicodemus autem, ut ingeratur corpus, optimum myrræ thymiana confecit. Tu uero si sapiens fueris, ex uolorum fontibus imbres lacrymarum educes, atq; ex ipsis ad lauandum corpus (prout moris est) plenum uasculum cōportabis. Hac aqua manuum, pedum, ac lateris uulne-

A ra tuū ablues redemptoris: nec non & reliquum corpus cruentatum, liuidum, diriscq; sulcatum uerberibus. Omnem hunc nihilominus congregabis liquorem: ne guttam quidem minimā petire permittas. Ex ipso igitur saluificū tibi conficies balneum ad tuorum detergenda uulnera delictorū, & ad uitiorū abolenda contagia. Secure itaq; perge cum istis. Domini quippe reperies genitricem, & sanctos cæteros patibulo circumstantes. Ni[m]io prorsus tum pro immanitate sceleris, tum pro plebis ignoratiā mœrore fatigantur. Pauent insuper ne sacram deponatur corpus, atq; ab impijs carnificibus occultetur. His dictis uingueta pariter ac linteae deferentes, hi ambulant pietatis mysteriū perfecturi. Stabant ergo iuxta crucem beata uirgo, dilectus discipulus, mulieresq; cæteræ pauidæ atq; trementes, crudelissimū aperti lateris præ oculis spectaculū contuentes: de quo adhuc sanguis & aqua minime stillare desierat. Dum igitur Joseph mōti Caluariae propinquasset, in primo intuitu sanctorum foeminarū timoris faculo transfixa sunt corda. Consueuerunt etenim amates & metuentes etiā in minimis esse suspecti. Vicissim colloquebatur, timidas mutuo cogitationes detegebāt: ingeminabāt uisum, atq; ab intimo cordis ad cælos usq; mittētes, alta trahebāt suspīria, diuinum inde præsidium flagitantes. Tardiu uero in hoc mentis permanere conflictu, quādiu propius accedentes, qui essent, agnoscerēt. Tunc illis cognitis respirare cœperūt: metuq; depulso ingenti perfusa sunt gaudio: si tamen in tantis cōstitutę pressuris uel modicā consolationis particulā admittere ualuerūt. Resumptis itaq; uiribus dilectus discipulus & iustificata peccatrix uenientibus obuiam processere. Cōperto autem, quod ad deponendū corpus de præsidis licentia uenerant, genitrici sancte hoc nunciare curarūt. Hoc audito intemerata mater mente lugubri, uoceq; mitissima inquit: Surgite filij, accingimini uiribus, uestra brachia roborate, atq; uniūci mei exequias prius, quam aliqua persecutionis procella irrūpat, implere satagite. Tūc uniuersi, qui aderant, corpus deponentes de ligno supra lapidē propè iacentem collocaūt. Seriatim in modū coronæ tam mares, quam foeminae cōposuerunt se. Stabat mœrōre inlōparabili sautiata in parte dextera beata uirgo, & lateris uulnus cōtemplabatur

C attente: iuxta quā dilectus residebat apostolus blādis eam satagēs mulcere sermonibus. Pedis plātas teniebat Magdalena, illosq; rigabat lacrymis, crine tergebat, & osculabatur labijs. Secū tacita suspiriās, gemens, & lugens reuoluebat quāta ab eodem domino olim in amplexibus pedum perceperat beneficia. Propterea nec satiabatur amplexibus, neq; se tēperare ualebat à luctu. Nemo ibi erat, qui nō fleret uehemēter, atq; ad cælos singulatus emitteret. Resonabat locus ille clamoribus, aspergebatur lacrymis, ac gemitiibus cōplebatur. Cuius ferreum pectus, uel lapideum cor non emollirent ad fletum plangentium uoces, & potissimum intemeratae uirginis uerecūdus aspectus, cuius pallebat præ dolore facies uenerāda. Rigabat planè genas illius decurrent aqua, dum nunc uultum, nunc latus, nunc dilaniatum unigeniti sui aspicere corpus. Ingrediebatur per manuum pedumq; foramina: egrediebatur ad singula corporis membra, & ubiq; mœroris inueniebat pascua. Erigebat quandoq; ad cælum lumina nimia admiratione comprehensa: interdum etiam prorumpebat in gemitus doloris non ualens impetum sustinere. Vniuersorum afflictio Mariæ cruciatus augebat. Volebāt illam consolari, nec ualebāt. Prævaluerat quippe in præcordijs illius unigeniti passio, atq; animæ uirtutem penitus absorbuerat. Clarissimum passionis Christi speculum: effectum erat cor uirginis, nec non & perfecta mortis imago. In illo agnoscebantur spuma, conuicia, uerbera, & redemptoris uulnera. Conuersum erat gaudium in luctum, atq; in mœstiam lætitia salutaris. Iam iuxta Simeonis uaticinium passionis gladius ipsius pertransierat animā. Iamq; cum extincto filij corpore spiritualiter expirauerat. Supererant tamē lacrymæ ac mœror: quatenus mortua uiueret, & uiuendo moreretur. Talis erat tunc Mariæ sanctæ status: talis passionis illius cōflictus. Sicut cæteros præcellebat gratia, sanctitate, & merito: ita dolore, cruciatu, & poena. Omnes itaq; in cōmuni lacerati corporis dilaniabat aspectus. Perdurassent profecto in huiusmodi cōpassionis negotio, nullamq; oculis flētibus, aut fatigatis corporibus dedissent requiē: nisi illos noctis prohibuisset crepusculū, & futuri diei celebranda solennitas. Quāobrem sibi met imperati bus reuerendū magnoperè domini Iesu accipiētes corpus, illudq; in linteaminibus & aromatibus cōdientes in monumento nouo, quod in petra sanctus exciderat Joseph, deuotissime sepelierunt. Beatus plane

Laur. Iustin.

*Luc. 2*

V præ

præ uniuersis mortalibus iste uenerabilis Ioseph. Meruit quippe dominicū corpus habere pro munere: meruit illud de cruce deponere: meruit in sindone, quā fuerat mercatus, inuoluere: atq; in tumulo, quē pro se exciderat, sepelire. Meritò tanquā cordis sui singularem thesaurū in proprio Christi corpus tumulo collocauit: uerum nō in qualicq; illud monumēto cōposuit: sed in eo, quod in petra exciderat, ut uerum se Christi fateretur esse discipulū: & ut quāt̄ foret, quod habebat, ostēderet: ingens saxum ad ostium monumenti aduoluit. Quis in his pācīs explicet uerbis, quanta inuoluta sīt sacramenta: & quām multa, in quibus spiritualis homo dijudicans omnia nutritur, & crescit: spiritualia lateant nutrimenta: Nutritur quidem sapientia, sed dilectione crescit. Felicem dixerim, cui id spiritualiter contingit, quod iusto Ioseph corporaliter cōtigisse cognoscitur. Esto igitur talis, ut dominum Iesum merearis accipere. Iustificatus (inquam) per fidem etiam cogitatione & actione iustus esto, atq; uirtutibus locuples, ut dignè Dei régnum ualeas expectare. Accede præterea cum fiducia ad thronum diuinæ maiestatis, & uniuersorum regem pte humiliiter: quatenus suum tibi dignet retribuere filium. Hunc tu dum post multos labores, post uaria tentationum certamina, post plurima opera pietatis, post lacrymabilis orationis instantiam fueris asseditus, ueluti pupillam oculi custodi, recōde corde, & charitatis brachijs amplexare. Eme utiq; tuus prius uoluptatibus abdicatis mundissimam sindonem, ut in ea tuum inuolas dominū. Habeto conscientiam tuam ab omni peccati uoluntarij labe detersam. Est enim purgata conscientia quādam sindon dealbata, in qua dominus Iesus grānter inhabitat. Huic diuersarū adhibe odo ramenta uirtutū: quatenus, si nō uerum, saltem mysticū Christi corpus inungas, ut cum Apostolo dicere ualeas: Christi bonus odor sumus in omni loco. His uero diligēter perfectis in petra meditando, orando q; nouum facito monumentū, in quo tuum possis recordere redemptorem. In humanitatis operibus Christi contemplare diuinitatem, atq; in suscepti hominis infirmitate confitere domini maiestatem: sicq; soliditatem petræ uiriliter penetrabis. In huiusmodi spiritualibus exercitijs effectus assiduus, quietis & pacis tibi tumulum fabricabis. In quo fide simplici, & ignita tecum cooperante caritate spōsum Christum inseparabiliter collocabis. Requiescerit ille familiariter in te, si ab humanis fueris segregatus aspectibus, & tu ingredieris in ipsius abundantia sepulcrum, nec erit, qui te exterreat. Delectaberis multitudine pacis, corpusq; tuum dominico corpori sociabis, & oblitus omnī quā foris sunt, in hoc spirituali tumulo feliciter requiesces. Verū ne quīquam propter obstrepentes extēiores tumultus patiaris incommodi, magnum saxum ad tui aduolue ostium monumenti. Diligentem ac perseverantē adjicemēti tuā custodiā: quatenus tum contra antiqui hostis insidias: tum aduersus uolupsoe carnis illecebras, quā nunc ex somite, nunc generantur ex sensibus, tuum securus ualeas possidere thesaurum. Interim uero dum resurrectionis adueniet hora, compunctionis atq; deuotionis aromata para: ac in pilo pectoris tunde, ut inde unguentum facias optimum: quo idem dominus plurimum delectatur. Est quidem unguentum hoc pietatis lenire ualens infirmantium mentes. De ipso etenim Timotheo Apostolus ait: Exerce te ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est: pietas uero ad multa, promissionem habens eius uirtutē, quā nunc est, & futurā.

Qualiter homo delinquendo liberi arbitrii amiserit dignitatem. Cap. XXII.

Niuerſa quā ad sui gloriā Deus creauit in seculo: conditoris contenta legibus ultrā nil appetunt. Suis nanc firmata limitibus supra se in magnis, aut mirabilibus minime ambulare contendunt. Inſinuant quippe omnia à summo bono bona esse creatā: sicut sacer proloquitur sermo: Vidi (inquit) Deū cuncta, quā fecerat, & erant ualde bona. Ea uero sola, quā cætera in natura & donis præcellit creatura: ab hoc uniuersitatis ordine deuiauit. Dum enim dignitatis suā principatum contempnit, naturā lux ornamenta amisit. Factus equidem est in contradicitionem sibimet, quum obediēt statuta neglexit. Longē nimium abiit à se, quum à patre recessit. Se etiam cui noluit, subdidit: quādō cui debuit se submittere paruipendit. Hinc libertatis priuatus arbitrio, quo non uult, ducitur, trahitur, catenatur. Hinc sapientiae & scientiae cæcatus lumine densissimas spiritualis noctis tenebras patitur, & ignorat. O quām sape ponendo lucem tenebras, & tenebras lucem dicit malum bonum, & bonum malum.



A malum. Nempe tādiu tali errore illuditur, quādiu gratificatiis gratiæ irradiatus splendor se ubi sit, agnoscat, & doleat. Vtūq; in hominis reformatione necessariū esse affirmo. Porro nec sine cognitione dolor, neq; absq; dolore ualeat perfecta esse cognitio. Poteris nō dolere, cui amissi inest sciētia bonis: qui onerosi exactoris iugo nō ignorat se premis: qui diaboli astutias & tētamēta eius aduersum se nouerit esse innumerā: qui in mortalī corpore cōstitutus intelligit se peregrinari à domino: qui proprię infirmitatis certamina, ac pereuntis seculi indeficiēter discrimina patitur. Horū omniū notitiam p̄fstat cælestis gratiæ lumē, & diuinæ sapiētiae iucunda serenitas: quibus quicunq; caruerit, errare atq; cadere cōpellitur uel inuitus. Quo nanc quisq; plenus est sp̄ritu, eodē impulsu frequentius agitatur. Possidet planē Dei sp̄ritus bonus & rectus quādā priuata opera, effectusq; uirtutū: sicut nequā sp̄ritus suas. De utriusq; sp̄ritus operibus inquit Apostolus. De operibus quippe carnis, quānequam sp̄ritu instigāte peraguntur, ait: Manifesta sunt opera carnis, quē sunt, fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolatria seruitus; beneficiā, inimicitia, contentionē, æmulationē, ira, rixa, dissensionē, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, comedationes, & his similia. De sp̄ritus sancti operibus quid dicat, attende. Fructus autem sp̄ritus sunt caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinentia, & castitas. Proinde quemadmodum ex fructibus arbor: ita ex operibus, quo sp̄ritu quisq; sit plenus, agnoscitur. Ad quod probandū hinc inde innumera patent exempla. Nempe sancti patres, ecclesiæ doctores, & Christi discipuli, qui sp̄ritu sancto erant pleni: Deo exitissē noscūtur amabiles, patientia p̄diti, conspicui sanctitate, dilectione feruidi, sapientia ornati, locupletati uirtutibus, compassionē accensi, seculi cōtemptores, atq; indefessi bonorū omnium sectatores. Cuncta hæc laudabilia ideo possidebant: quia Dei sp̄ritu ducebantur. Ecōtrario p̄tifices Hebræorū contemptores Dei, amatores sui, superbia inflati, cupiditate anxi, uoluptatibus dediti, nocendiq; uiditatem intenti, maligno exagitati sp̄ritu iniuriantis suā artem aduersus mediatorē Christū perficerē conabantur. Diaboli siquidem C membra effectū in autorem omnium deseuire questū maximum æstimabant. Illum profectō nedum uiuum, uerum etiam defunctum persequi studuerunt. Occiderunt quippe corpus, & ipsius opinionis memoriam de cordibus hominū eradicare moliti sunt. Quam obrem altera die, quā est post parasceuē, ipsi homicidae, atq; diuini nominis inimici ad Pilatū accessere, dicentes: Domine recordati sumus, q; seductor ille dixit adhuc uiuens. Post tres dies resurgam. Odementati principes, o uenenatū os, & lingua uaniloqua. Seductorem ne esse dicitis Dei filiū, qui salutem maximā operatus est in medio terræ. Seductorem asseritis illum, qui humanū genus antiqui hostis fraude deceptū sapienter erudivit: souit misericorditer, fideliter pauit, & potentissime liberavit. Delicta illius, opera mala, eiusq; seditiones proferte in mediū, ut & nos credētes in ipsum agnoscamus, ne seducamur. An forte illum arbitramini se Etatorē, quia leprosos mundauit, illum ita uicēt cœcos, fugauit daemones, & exanimata corpora reuocauit ad uitam? Nemo sane uestrū (dicente illo) quis ex uobis arguet me de peccato: quicquā criminis illi obijcere ualuit. D Inueteratus iste liuor est latens malitia, loquacitas subdola, & uelata hypocrisis. Seductorem nuncupatis eum, ne uos p̄fside seducere uideamini. Nempe seductores uos estis, qui Dei sapientiā obnubilare, atq; mediatoris gratiā exterminare nitimini. Ipse ipse est, de quo Psaltes canit egregius: Apud dominū (inquit) misericordia est, & copiosa apud eum redemptio. Quarum alteram apud se solam stare non patiens uniuersum tunc illam effudit in orbem, quum bonitatis suā aperiens uiscera ex alto oriens in tenebris sedentes, & mortis umbra misericorditer uisitare dignatus est. Alteram uero idem prærogauit hominibus: quando pro nobis factus maledictum de maledicto legis, atq; dira exactoris tyrannide redemit nos. Non igitur seductor, sed munificentissimus redemptor, atque insuperabilis propugnator existit. Propterea sicut mortuus est propter dilecta nostra, ut redemptor fieret ueris: ita resurget propter iustificationem nostram, ut gloriosus triumphator appareat. Illum morientem uidistis, eundem etiam p̄fsto lamini resurgentem. Resurget plane (prout p̄dixit) post tres dies: non à uobis, sed à suis discipulis uidendus, palpandus, agnoscendus. Vobis autem uiuens in se: uiuificans suos mortuus erit tanquam sol cæcis non lucens oculis. Suā utique diuinitatis splendorem

Laur. Iustin.

V 2 uestris

uestris occultabit obtutibus: quandiu corda uestra infidelitatis uelamine deprimentur. **B**  
 Quod quum fuerit ablatum, agnoscatis apertissime, quoniam ipse est, qui est. Interim uero præsidij, quod dicere inchoasti, explete: quatenus dominice resurrectionis testes adhibere ualeatis: qui testificantes aduersus uos nos erudiant testimonio. Intulerunt itaq. lube ergo custodiri sepulcrū usq; in diem tertium: ne forte ueniat discipuli eius, & surretur eum, dicantq; plebi: quia surrexit à mortuis, fiatq; nouissimus error peior priore. Prudenter quidem, si id declarandæ ueritatis occasione dixissent. Illis quippe tanquam in populo primis, & supra quorum fidem cæterorum erat superædificanda confessio: congruebat experimēto certo nosse dominicæ resurrectionis seriem: ne per errorū abrupta futuri præcipitarentur fideles. Locuti sunt recta nō recte sapientiæ tenebrati splendore. Quod enim ex caritate debuerant, luore protulerunt. Illos namq; interrogata contra dominum conuicia arguebant. Nam manifesta inimicitarum indicia etiam synceram in aspicientium oculis commaculant caritatem. Quis istos paulò ante persecutores acerimos nūc arbitraretur amicos: Inimici erant eo crudeliores, quo magis sub pietatis uelamine suam conabantur palliare malitiam. Poscebāt, ne à discipulis raperetur corpus, & falsò ipsum resurrexisse dicerent, ut sepulcrum officiosissime custodiretur. Custodes tamen ipsos pecunia corrumpere presumebāt. Illos (inquam) præses fastidio plenus inuestigatione aspera affatus est, dicens: Injustè quidem aduersus illum irritastis me, atq; clamoribus uestris in necem autoris fecistis irrumperem. Cur cor meum mœrore respersum contra eum concitare nimini: Satisne uobis illum peremisse uidetur, nisi ut etiā extinctum obseruem? Quare scelus scelere augere in me uultis? Vtinā uestris minimè uociferationibus paruisse: meq; impollutū ab huius sancti nece seruassem. Nunquā dolendis dolore, atq; delictis delicta adiçia. Nolo in tumulo defunctū obseruare recōditū. Vosip̄i habetis custodiā: ite, militibusq; adhibitis sepulcrū custodite, ut scitis. Illi autē ab aspetto præsidis cum gaudio discessere, atq; ad sepulcrū properantes signato lapide, ibiq; relicis custodibus abierūt. O sacerdotes impudici, & stolidi quid egistis? quid contra redemptorem seculi cogitastis? Laborasti frustra. Facere ne poteritis, ut qui dormit, non adiçiat, ut resurgat? Resurget planè de sepulcri gremio gigas fortissimus: sicut predixit, atq; de ipso à sanctis uaticinatum est patribus. Eadem prorsus facilitate, qua defunctos resuscitauit cæteros, excitabit seipsum. In carne manet uerbum, & in humanitate dignitas, cui subest omnia posse, quum uult. Qui potuit de incorrupto uirginalis uteri procedere thalamo: ualebit equidem de clausi antri exire sepulcro. Non præualebit aduersus sapientiam nequitia uestra, neq; de industria adhibita custodia. Cedent contra naturam saxa domino resurgent. Conticescent nimio terrore prostrati custodes: terræ fundamenta quatentur, elementaq; omnia proprio famulabuntur auctori. Signate igitur miseri lapidem, serisq; firmissimis sepulcri ostia obstruite: quatenus diligentia uestra clamet aduersum uos. Adhibete uiros, qui totam peruigilem ducant noctem, ut ipsi testes resurrectionis dominicæ ueridici fiant. Planè illis referentibus, que audierint, que & uiderint, uestra prorsus erit confusa uesania. Vtinā uel tunc credatis, & furor conqueseat uester, atq; persequendi rabies repercussa conticeat. Veniā utiq; merebimini & laudem, si ex corde credetis: pro confessione quidem ueniam, & pro generis dignitate laudem: utrumq; autem ex fide humili, ex deuotionis innocentia, & ex Christi gratia donabitur. Porro istiusmodi persuasions dum increduli audiunt, & obstinatissimo animo in sua perseuerant perfidia: inuictissimus Christianæ militiæ propugnator relicto corpore exanimato, in tumulo multorum uallatus agminibus angelorū, ad tartaream descendit inferi mansionem: quatenus uniuersos patres in illa regione umbræ mortis positos de ergastulo tyrranicæ seruitutis eriperet. Non autem pro adiutorio quasi apostaticos expauesceret spiritus: sed pro gloria humanitatis assumptæ angelicas uoluit secum defēdere potestates. Vbiq; prorsus, siue quā faceret in præsepio, siue quum fuderet in Aegyptū, supernorū ciuiū cœtus comitabāt eundē. Nēpe ab illo nullo discessere momēto, quin ipsius intenderet ministerio. Quod si cōseruis suis ministrat mortalibus, quāto magis Deo suo uniuersorū & dominorū: Magni quidē æstimabāt, si quādo humanitati illius quicquā impendissent obsequij. Quamobrē cum pro summi regis honore, tum pro gaudio captiuorū exultanter cum Christo perrexerūt ad inferos. Horum siquidem glorio-

sum

**A** sum aduētum: mox ut ianitores tartareæ regionis agnouerūt in spiritu: eorum regi cursu rapidissimo nunciare curarunt. Hac quippe relatione expauit cor principis, ne forte iste esset, de quo Citharœda sanctus uaticinatus erat, dicens: Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperū, & humiliabit calumniatorē. Et iterum: Liberabit pauperem à potente, & pauperem, cui non erat adiutor: parcer pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet. Fit itaque repente clamor in loco, omnesq; indicibilis mœror inuadit. Conueniunt singuli ad auxilium propria intermitentes officia. Se quisq; immanissimi regis repræsentat aspectui, se cuncti in omnibus offerūt parituri. Initio igitur cōsilio clauduntur ostia, seris ualidissimis obstruuntur, ferreis uectibus firmantur: deinde disponuntur, qui repugnēt, qui custodiant, ordinant, & eliguntur, qui pulsantibus uerba respōdeant. Astat in iniuitatis solio Lucifer innumerabilium demonū societate uallatus, qui omnes nō ense, non clypeo, nō uisibili armorū genere muniti ad resistendum Christo in uno prauitatis assensu uenerāt glomerati. Non enim angelis uiriscy probatis sponte, sed subiçciuntur inuiti: quippe quū & ipsi Deo coacte famulentur. Renituntur diuinæ, quācum præualent, maiestati uoluntate, nō opere. Coguntur (uelint, nolint) cælesti subesse imperio: contra quod, si possent, cupiunt accipere potestarem. Sæuient utiq; crudelitate nimia in autorem omnium, ac uniuersi machinam redigerēt in fauillam. Hinc eorum poena grauis efficitur: hinc ipsorum mœror intolerabilis esse cognoscitur, dum quod nolunt, sustinent: & quod uellent, pessimè agere nequeunt. In hoc itaq; quod nunc celebra tur certamine spirituali, ne subiçciantur angelis, ne ad redimendas captiuorum animas saluator introeat, ne amittant repente, quod pacificè tanto tempore possedere, totis uiribus elaborent. Stant singuli in excubij suis, & si quem fragorem aduentantium audiant angelorum, uigilanter obstruāt. Ex his uero quæ in poenarum patres sancti agnoscēbā fieri locis, mediatorem Christum præsentem esse minimè dubitabant. Nouerant enim prænunciante Ioanne ipsum in carne uehisse, prædicasse poenitētiā, regnū promisisse, passionis ac mortis suæ cōmemorasse supplicia, atq; triumphalis resurrectionis promulgasse insignia. Quamobrē ardore eum nimio cernere cupiebant, quē liberatorem suum fore sancto spiritu reuelante cognouerāt. Qualis ibi tumultus: qualis mœror: qualia uocata iustorum: Etenim quidā illorū clamabāt corde: Veni ad liberandū nos domine Deus uirtutū, & ostēde faciem tuam, & salui erimus. Alij uero: Domine præstolamur aduentū tuum, ut citō uenias, & dissoluas iugum captiuitatis nostræ. Nōnulli autē: Illuminare Ihs, qui in tenebris & in umbra mortis sedent ad dirigēdos pedes nostros in uiam pacis. Huismodi uociferationibus spiritualibus beati illi ad eorum eruptionem dominū aduocabāt. Econtrariò nequam spiritus uirtute, qua poterant, ne saluator intraret, reniti molebantur. Propterea nunc se inuicem hortabantur: nunc super captiuos fremebarūt in spiritu: supra quos etiam pugnæ transacto articulo, supplicia duplicare sperabant. Luore quippe incredibili urebantur intuentes eos solito lætiores, utpote ab ipsorum tyrānidē liberādos. Cuncta hęc sine strepitu in spiritu agebantur. Nullus ibi sonorus clamor, nulla corporalis actio, nil uisibile humanis obtutibus mouebatur. Dum igitur in eadem regione magistrum silentium tenerent omnia, & tenebrarum princeps cum suis intentissimè expectaret: ecce præ foribus innumerabilis angelorum aduenit exercitus in diuinitatis solio Christi anima triumphaliter residente: de quorum profecto gloriose cōsortio angelus prosiliens Gabriel coruscus lumine, uirtute cōspicuus, caritate seruidus, atq; auoritate terribilis, tanuis appropianis ait: Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Decebat planè, ut qui uirginis Verbum nunciauerat incarnandum: eundem quoq; patribus liberandis insinuaret adesse. Debuit prorsus Christi uictoriā, qui Dei fortitudo interpretatur, angelis superbiētibus intimare, ut dies diel eructaret uerbum: & ob hoc nox nocti ipsius uerbi indicaret præsentia. Audita hac Gabrielis uoce, qui aderant, mœstitia ac pauore nimio tremuerunt. Nullus tamen fugere, nullusq; (nisi cui indictū fuerat) respondere præsumpsit. Tunc ille iam penè prostratus audaciam fingens, inquit: Quis est iste rex gloriæ? Locus iste luctus & tormentorum, incendiij & mœroris, tenebrarum & mortis est, hic requies nulla, nullusq; ordo, sed semipiternus horror inhabitat: proinde non læti, neque beati ad nos consueverunt ingredi: nouum utiq; sonat in auribus triēis. Inaudita res est, ut quisquam rex gloriæ, ad tantam

Laur. Iustin.

V 3 ignomi-

## DE TRIVMPHALI CHRISTI

510 signominiam, quæ hic esse cognoscitur, descendere uelit, quam obrem edicito mihi: Quis est iste rex gloriae? Cui Gabriel: Dominus est (inquam) fortis & potens, dominus potens in p̄flio. Cursi te afferis ignorare, quare te exhibes alienum: quare quis sit dominus fortis & potens te nescire dissimulas? Ex te ipsius fortitudinem atq; potentiam disce-re potuisti. Experimento sciens quod fecerit potentiam in brachio suo: dum dispersit superbos mente cordis sui: nec non exaltando humiles, de propria potestate deposuerit se-de. Quis tyrannicum uestrum imperium ualeret conterere, nisi hic dominus fortis & po-tens? Nempe ipse est, qui uobiscum pugnauit in eremo, & palmam uictoriae reportauit. Pugnauit (inquam) cum hominibus, pugnauit cum uitijs: pugnauit docendo, fugiendo, patiendo, moriendo: ubiq; glorioſiſſime triūphauit. Descendit quoq; nunc huc, ut alliget fortem, eiusq; uictorię diripiāt spolia. Iustorum penes uos copiosus est numerus, qui regis huius præsentiam concupiscit. Ad hoc itaq; ad uos descendere dignatus est, ut illos de potestate uestra, atq; tenebrarum eruat loco, & in gloria regni sui transferat clarita-tem. Hoc autem dicto conticuit. Siluerunt etiam demones loqui minime audentes. Fa-  
511.23 Et uero aliquantis pet silentio, eadem quæ prius Gabriel afferuit, repetit dicens: Attol-lite portas principes uestras: & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriae. Porro eloquia hæc tanquam grande tonitru in auribus dæmonum sonuere, scientium certiſi-mine nō posse ultrà resistere postulanti. Verum interrogare denuò præsumpsere, dicen-tes: Quis est iste rex gloriae? Et illico angelus zelo Dei succensus, potestate præditus, & celesti fultus auxilio in impetu spiritus sancti inquit: Dominus uirtutum ipse est rex glo-riae. Vix uerba finierat, & ecce repente inferni ostia reseratur, & uniuersæ spirituum im-mundorum legiones diuino uerbi repercuſſæ splendore disparuerunt. Nequaquam tanti luminis ualētes sustinere fulgorem, mox euanuerunt: quemadmodū nix solis radijs cale-facta liqueſcit. Hoc futurū Propheta præsenserat in spiritu, quū dicebat: Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei, & iusti epulen-tur in conspectu Dei, & delectetur in lætitia. Tolerabilius illis fuit se stagno ignis & ful-phuris immergere, quam tam glorioſi exercitus præsentiam sustinere. Fugatis itaq; spi-ritibus depelluntur tenebre, vincula soluuntur, educuntur captivi, ut corā immortalē rege-proni adoren. Fit lætitia magna, & concors angelorū hominumq; conuentus. Ibi igni-tæ resonant laudes, & gratiarum ineffabiles actiones. Certatim hymnidici angelorum chori caritatis præconia efferunt, uota orationū promunt, uenerationis & gloriae, gaudij atq; iubilationis attollunt carmina. Procedunt quoq; in medium ante Iesum patriarcha-rum, prophetarum, omniumq; iustorum lætiſſimi comitatus: qui desideriorum longani-mitate fatigati cum humilitate nimia procumbentes Saluatoris in spiritu deosculati sunt uestigia. Nempe nō nulli inter eos præcipui videbantur, tanto honorabiores præ ceteris apparebant, quāto clarius redemptionem sui & aliorum prophetauere uenturam. Si-ni-guli deniq; in suas facies prouentes uiuentem in secula seculorum officiosissime lau-dabant. Nullus profecto illorum defuit electorum, qui non pro maiestate, pro triumpho, pro redēptione, pro præsentia immensas Dei filio persolueret laudes. Porro locus ille prius tenebrosus & squalidus, delectatione plenus, luce præfulgidus, atq; delicijs esse Etus est opulentus. In eo diuina maiestas primum hominibus conspicua facta est. Nam æterna uita non in carne, sed in uerbo manifestata dignoscitur. Tota equidem diuinitatis essentia, sicuti est, nō minusclare, minusq; glorioſe sanctis illis apparuit, quam etiam nunc electis omnibus fulget in cælo. Tantæ etenim simplicitatis, tantæ incircumscrip-tibilitatis, tantiq; decoris diuinitatis probatur esse substātia: ut nec augeatur locis, nec tē-pore uarietur: sed semper eadem & ubiq; tota subsistat: ita ut ibi sit perfecta beatitudo, & sempiterna fruitio: ubi in puro se suo fonte reuelat. Eapropter sancti illi eadem tunc per cepere comprehensionis gaudia, quæ in seculorū suscepturni sunt fine, excepta duntaxat corporis glorificatione, quæ ex animæ unione, atq; redundatione gloriae ipsius prou-nire cognoscitur. Data est illis Verbi uisus facialis, & sanctæ trinitatis perspicua cōtent-platio. Prærogatum quoq; est ipsiis, ut angelis sint similes, æquales in gloria, regni cohe-redes, corpus Christi, & cælestis aulae perpetui ciues. Quod sempiternaliter possessuri sunt, inchoauerent func firmiter. Verbum quippe Dei complectentes in se ineffabili sunt satietate

A Satietate refecti. Experimento tunc cognouit Propheta, quod dixerat: Satabor quum apparuerit gloria tua. Hoc ipse, hoc patres perceperunt, & ceteri, quū se illis uerbum esse trialiter propalauit. Nusquam totum illud erat triduo, quod in tumulo corpus remansit exanimem anima uero unita discessit. In ipsa utiq; regione pœnarū eo usq; sustinuit, quo adusq; dispelationis suæ profluxerat tēpus, in quo resumpto humanitatis corpore pror-fus immortality uestito, illud in perpetua æternitate prouheret. Interim igitur ex-pe-temus & nos, quatenus refecto spiritu, atq; passibili corpore recreato audius ipsius sa-crosanctæ resurrectionis modum & ordinem degustemus.

De resurrectione domini, & futura mercede iustorum. Cap. XXXIII.



Nter mirabilia opera, quæ assumpto homine Dei sapientia exhibuit mun-do, resurrectionis eius mysterium præcipuum sortitur locum. Non enim natura patitur, nec usus docet, nec attingit ratio, ut corruptibilis caro ef-fecta exanimis amplius moritura resurgat. Quis (oro) absque fidei admī-niculo aſtruere audeat, ut corpus passibile corruptioni obnoxium, atque

ad interitum per singula momēta decurrens ita reformetur ad uitam, ut sine alimento-rum suffragio, defectione sui, atq; progressionē ætatis immortale persistat? Humanum hoc obhorret ingenium, hoc uiuendi consuetudo refugit, atq; carnis prudentia renuit confiteri. Nempe quisq; negligit credere, quod non percipitratione, at experimento nō discit, seu sensibus non agnoscit. Quamobrem increata sapientia humanam speciem ex originalis culpa delicti plurimum deterioratā cognoscēs, illam ut resurrectionis infor-maret ad fidem: eandem in multis notificauit argumentis. Est etenim crudelitas hæc fa-lu illius admodum necessaria. Superuacuus planè omnis censendus est labor, quū futu-ræ mercedis habigitur spes. Qui arat, in spe colligēdarum segetū serit: qui certat in stadio; in spe brauij obtinendi, dimicat cum fiducia: sed & qui nauigat sub spe perueniēdi ad lu-crum, marinis se fluctibus exhibet. Nemo absq; retributionis spe cuiquā se exponit ne-gocio. Hoc præcipuuſ Vates de se domino affatus est, dicens: Inclinaui cor meum ad fa-

C ciendas iustificationes tuas in æternū propter retributionē. Expetebat quidē pro diuini-nis iustificationibus faciēdis nō temporalem retributionē, sed æternā mercedem. Alibi quid quæreret, expressit ita: Portio mea sit in terra uiuentium. Quæ uero, quantāq; effet hæc portio, euidentius insinuās inquit: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternū.

Déo quippe sciens nil melius: imo præter Deum nihil bonum ac delectabile noscens, ipsum sui laboris præmitū, sue retributionis insituit finem. Nos quoq; suo hortans exem-plō, ait: Querite dominum, & confirmamini: quærите faciem elus semper. Semper facies domini querenda est, sed in spiritu: quoniam (sicut legitur) spiritus ante faciem nostram Christus dominus. Nempe si in spiritu, etiā in spe quærēdus est. Spes enim quæ uidetur, nō est spes. Quærēdus est igitur, ut uideatur, hic quæritur, ut alibi uideatur. Ipsa uisus in-quisitionis est merces. Quū ad mercedem fuerit peruentum, cessabit inquisitionis sati-gatio: quoniam uidebimus eum sicuti est. Interim dum peregrinātes à domino mortalis ac corruptibilis carnis tegumento induimur: nequaquam quærere desinamus: nec à la-bore uirtutum & bonorū operum foecunditate deficiamus incredulitate laxati: scientes

quod si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationē ex Deo ha-bemus, domum nō manu factam, sed æternam in cælis. Ad roborandā igitur spem hanc in suorum cordibus fidelium Dei & hominū mediator corpus suum, quod exanime iacebat in tumulo, uoluit suscitare post triduum, atq; suæ resurrectionis gloria, quæ nostre est causa, in multis argumentis ostendere, nec non à diuersi temporis testibus prædicari: quatenus fides catholica inanis non uideretur & uacua, quæ tam ueridicorum testimoniū autoritate fulciretur. Quemadmodū enim postquam perfecta est, celeberrimè prædicatur: ita prius quā fieret, prænūciabatur futura, atq; multimodè præfigurabatur implenda. Hinc est, quod Ionas propheta dum à facie domini fugiens in Tharsis nollet Niniui-tarum euersionem (sicut dominus mandauerat) prædicare, dimersus in undis statim mariniæ beluæ cibus efficitur, tandemq; post diem tertium uiuus euomitur. Quæ res cur in diuinis sit scripta uoluminibus, aut quare acciderit, Saluator differuit, dicens: Sicut fuit ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ. Samson quoque sanctificatus in utero dominice resurrectionis figuram prætulit.

Psalm. 16

Psalm. 141  
Psalm. 72

Psalm. 104

2. Cor. 5

Matthew. 14

Quum enim Gazam Philistinorum urbem fuisse ingressus, atq; ab inimicis, ut capere-  
tur, maxima cum industria custodiretur, intempestæ surgens noctis silentio fugam arri-  
puit, ablatas ciuitatis ferreas tanuas super montis uerticem asportauit, ac de obseruan-  
tium se manibus illæsus eus sit. Qui legit, intelligat: quia uerbum mysticum est. Sub figu-  
rarum profecto uelamine Hebraeorum populo narrabantur futura: quatenus ex ipsius  
adficaretur ecclesia, roboraretur fides, & nutantum corda ad ueri Dei manuducerentur  
notitiam. Addita sunt figuris Prophetarum oracula, ut quasi rota uideatur in medio  
rotæ, cuncta hæc sancto disponente spiritu, qui diuidit singulis charismata, prout uult.  
Nam quum in donis sit multiplex: unus tamen est in substantia, simplex in natura, in gra-  
tia locuplex, atque in machina artifex uniuersa. Nempe omnium est artifex omnem ha-  
bens scientiam, omnem habens uirtutem, prospiciens omnia. Ipse prophetarū ora com-  
pleuit, ut certa ueritatis scientia tanquā præterita futura prædiceret. Non enim (teste A-  
postolo) uoluntate humana allata est aliquādo prophetia, sed spiritu sancto inspirati lo-  
cuti sunt sancti Dei homines, quibus non sine grandi conscientiæ contradicitur detri-  
mento, quum re uera nō illorum, sed ipsius qui per eos loquebatur, omnis sit iniecta ca-  
lumnia. Oportet igitur cum humilitate maxima eorum sermonibus sincerā credulitatis  
adhibere reuerentiam, potissimum quum agnoscamus impletū, quod implendū esse uati-  
cinati sunt. Sunt etenim eloqua tanquā lucernæ in caliginoso seculi loco ardētes atq; lu-  
centes, donec uerus Lucifer, qui nescit occasum, in cordibus oriatur fidelium. Tunc ipsius  
sapientiæ splendor sibi ipsi sufficit ad illuminandū de se, quanquā & ipsa in oraculis ful-  
geat prophetarū. De fonte quidem sapientiæ idem spiritus haurit, quicquid per suos lo-  
quitur uates, sicut eiusdem sapientiæ eruditione instruimus dicētis de spiritu: Non enim  
loqueritur (inquit) à semetipso, sed quæcumq; audiet, loquetur: & quæ uentura sunt, an-  
nunciabit uobis. Annūciat utiq; ueritatis spiritus, quæ uentura sunt: dum introrsus men-  
tes sanctorum replens revelando futura manifestat. Annūciat & ipsi per spiritum, quæ  
uentura prænoscunt, quando quæ corde percipiunt, uerbis aut scriptis insinuare non  
desinunt. Hoc modo eorum oracula peruererunt ad nos: quæ nedum præteritam, ue-  
rūmetiam presentem confirmant catholicam ueritatem. In ipsis de domino Iesu quæ fa-  
cta sunt, futura leguntur. Prædixerūt Prophetæ, quod de uirgine nasci, quod pro homi-  
nibus pati, flagellari, cōspici, crucifigi, mori debuerat. Nequaquam etiam texere silentio,  
qualiter ueraciter resurrecturus, atq; cum ingenti gloria ad cælos fuerat ascensurus. De  
his in persona eius Citharoëda sanctus sic loquitur: Tenuisti manum dexteram meam:  
& in uoluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. Et alibi: Ego dormiui, &  
soporatus sum, & resurrexi: quia dominus suscepit me. Tanto siquidem Prophetæ me-  
moratus ueritatis lumine radiabat, ut futura quasi præterita nunciaret. Nec tantum hic  
solus, sed quotquot eodem spiritu imbuti sunt, secere similiter: sicut apostoli Petri uoce  
dicitur. Nam a Samuele (inquit) & deinceps qui locuti sunt, annūciavere dies istos. Ad-  
uentum (uidelicet) Christi, nativitatem, prædicationem, passionem, resurrectionem, a-  
scensionem, & per emissionē spiritus gentium uocationē. Præcones suos præmisit ante  
se Deus, prophetas (scilicet) sanctos, qui promulgaret futura. Volutis quoq; testes habe-  
re idoneos, quorum uiuæ uocis oraculo corpus muniretur ecclesiæ, quæ uno uiuificator  
spiritu, unaq; fidei confessione saluatur. Non enim alium spiritum, neq; fidem aliam ha-  
buere patres, qui Christi præcesserunt aduentū, quam qui eundem secuti sunt. Nō multi,  
sed unus est spiritus, per quē datur sermo sapientiæ atq; scientiæ, fides, discretio spirituū,  
gratia sanitatum, genera linguarum, & sermonū interpretatio. Neq; plures fides, sed (si-  
cūt ait Apostolus) unus Deus, una fides, unum baptisma. Vnde alio in loco de fide pa-  
trum dum loqueretur, expressius differens, ait: Habentes autē eundem spiritū fidei, sicut  
scriptū est: Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loqui-  
mur, scientes quoniam qni suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & cōstituet nos uo-  
biscum. Nā tempora variata sunt, nō fides. Illi uenturū, & nos uenisse credimus. Illi capitū  
resurrectionē prædicebāt: nos illā cōfitemur factā, & membrorū prædicamus esse futu-  
ram. Nā una eadēq; est capitū & membrorū resurrectionē, quāvis nō uno tempore celebret  
momēto. Quid de hoc Apostolus loquatur, aduerte: Qui cotresuscitauit (inquit) & cō-  
sedere nos fecit in cælestibus in Christo. Adhuc quū ista diceret, mortalis erat, adiue in  
terra

A terra inter homines uersabatur: & tamen se resuscitatū in Christo, sedq; sedere in cælesti-  
bus fatebatur: non utiq; corporaliter: sed per mysteriū unitatis capitis & corporis, quod  
est ecclesia fidelium in Christo recte credentium. & qualis igitur est autoritas uaticinan-  
tium resurrectorum Christum, & resurrexisse prædicantium. Nam Christum resurrectu-  
rum David longè antē prænuncians, ait: Prouidebam Deum in conspectu meo semper: Psal. 15  
quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear: propter quod dilatatū est cor meum, & exul-  
tauit lingua mea: insuper & caro mea requiescat in spe: quoniam nō derelinques animā  
meam in inferno: nec dabis sanctū tuum uidere corruptionem. Prophetæ ergo quū esset,  
& sciret, quia iure iurando iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius,  
prouidens locutus est de resurrectione Christi: quia neq; derelictus est in inferno, nec  
caro eius uidit corruptionē. Audiuitus ueridicu[m] Vatem: audianus & fidelem testem  
Christi resurrectionem prædicantem. Christus resurrexit à mortuis, primitiæ dormien-  
tium: quoniam sicut per hominem mors: ita & per hominem resurrectione mortuorum: &  
sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes uiuiscabuntur. Prophetarum  
etenim, euāgeliorum, sanctorumq; patrū uolumina plena sunt autoritatibus, quæ Chri-  
sti resurrectionem pronunciant esse completam. Nos itaq; habentes tantā autoritatem,  
deponentes omnem infidelitatis caliginem curramus simpliciter ad dominū Iesum, qui  
semper uisit, & est in dextera Dei ad interpellandum pro nobis. Ipse planè sicut mor-  
tuus est propter delicta nostra: ita & resurrexit propter iustificationes nostras. Resurre-  
xit (inquam) non angelico fultus præsidio, nec humano confortatus auxilio: sed uirtute  
propria, & diuina uerbi prædictus potestate. Corpus quod inclusum facebat in tumulo,  
resumpsit: non in substantia aut forma, sed in sola natura mutatum. Nempe quum prius  
mortale esset atq; passibile, impassibile ac immortale est factum, decore, fortitudine, &  
uirtute indutum. Nequaquam de referato exiuit sepulcro: sed clauso, signato, custodi-  
busq; munito. Quemadmodū nec dæmones, sic neq; custodes tumuli egredienti illi re-  
sistere ualuerunt. Excitauit templū post triduum, atq; reformauit in melius, quod ludai-  
cā impietate fuerat resolutum. Excitauit (inquam) quia tāquam uerus dormierat homo:  
Quoniam igitur uerus est Deus & homo: ideo in manu potenti & brachio extento expo-  
liauit infernū, secum asportādo omnem ueteranorū patrū numerositatē in sinu Abrahæ  
quiescentiū: non autē uniuersos inferi habitatores abstulit: sed predestinatos tantū, ad  
quos ipsius redemptio pertinebat: de quibus Prophetæ uoce illi dicitur: Tu autē in san-  
guine testamenti adduxisti uinculos, qui erant in lacu sine aqua. Vinctos igitur, nō dam-  
natos eduxit: sicut Prophetæ uoce alibi idem testatur, dicens: Ero mors tua, ô mors: &  
mors tuus inferne. Dum in temporalem æternā mortis mutauit sententia, mortem mo-  
riēdo occidit: uerum infernū momordit, dum de tenebrarū locis solos liberauit electos:  
Vtrū autē in glorificatis corporibus, aut in extremo iudicio glorificandis resurrexerint,  
ambiguū est. Hoc tamē quod sermone didicimus euangelico, fatidū est quod (uidel-  
lēt) multorū corpora sanctorū qui dormierat, resurrexerūt cum illo, & introierūt in san-  
ctam ciuitatē. Non igitur omniū sanctorū corpora: sed multorū surrexisse leguntur, illo-  
rum præcipue, quorū testimonio Christi fuerat resurrectione cōprobanda. Isti uerē surrexe-  
rūt cum Christo, utrancq; carnis sumpere naturā, quæ iamdiu in puluerē redacta, tamq; à  
uermibus fuerat corrosa. Duplicibus nanci uestiti sunt tanquā sanctorū cōcives angelo-  
rū, & domestici Dei, atq; cōsortes Christi. Neq; em̄ fas erat, ut in capite solo resurrectionis  
fulgeret gratia. Debuit planè in quibusdā (etsi nō in omnibus) apparere mēbris, qua-  
tenus cæteris præstolatibus firma fieret resurrectionis spes, & incōcussa expectatio futu-  
ræ beatitudinis: nec nō & indubia similitudo humanitatis Christi: de qua Apostolus ait:  
Donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij Dei in uirū perfectū, in me-  
surā ætatis plenitudinis Christi. Hæc nāc est electorū merces, ut Dei filio efficiātur cō-  
formes: & sic caelestis Adg in se portet imaginē: quemadmodū portauere terreni, atq; ita  
agnoscant resurrectionis Christi esse socij, sicut passionis fuerūt. Hoc Apostolus Petrus  
prospectas inquit: Cōmunicantes Christi passionibus gaudete, ut in die resurrectionis e-  
ius exultantes gaudeatis. Neq; enim esse potest, ut qui Christi adhæserint corpori, & per  
fidei dilectionem eius fuerint membra effecti non simul cum eo gloriose resurgent, di-  
cente Apostolo, quod suprà memorauimus: Christus resurrexit à mortuis primitiæ dor-  
mientium

m̄entium: quoniā sicut per hominē mors, ita per hominē resurrectio mortuorū. Vnus quisq; igitur in suo ordīne, primitiæ Christus: deinde qui sunt Christi, qui in adūetu eius crediderūt: deinde finis, quū tradiderint regnum Deo & patri, quū euacuauerint omnē principatū, & potestatem, & uirtutem: nouissimē autē inimica destruetur mors. Destrue tur, inquā, quādo absorpta fuerit mors in uictoria, quādo lati cantabimus: Vbi est mors uictoria tua: ubi est mors stimulus tuus? Interim uero donec fiat de firmamento uox, canit tuba, & angelorū ministerio uniuersalis fiat resurrectio mortuorum: teneamus pollūcationem spiritus, & firmissimē credamus Christi & sanctorū quorundā resurrectionē iam factam, atq; omnium futurā: propter quod nō deficiamus in tribulationibus & tentationibus per Christū, sc̄iētes quoniā labor noster nō est inanis in domino. Quomodo inanis esse ualeat, quæ tam gloriosum remunerationis afferit fructū? Taceo de anima, quæ Dei in se gestans imaginē deificatur tota, quū Dei unita uerbo dilectione, cognitione, & cōprehensione replebitur. In ipsa autem quam expectamus, corporum resurrectione totam fatemur carnis naturam in melius esse reformādam. Nam quemadmodum quum

**I. Cor. 15** concipitur homo, seminatur corpus in corruptione, ita resurget in incorruptionē: seminatur in ignobilitate, resurget in gloria: seminatur in infirmitate, resurget in uirtute: seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Totū autē hoc, quod decoris, quod agilitatis, quod impassibilitatis, quod spiritualitatis carnis nature donabit, à capite Christo defluet gloriose. In ipso quippe singula corporis glorificabuntur membra in caritate compacta, & conuiuiscata. Ipse uero est, qui per spiritum suum corpus uegetat, quod est ecclesia prædestinatōrum, quam fanguine suo mundauit & lauacro, ut sine ruga & macula carissimam illam sibi exhiberet in sponsam. Necdum tamen quid sit, & quid futura sit, in hac claruit parte. Sub mortalitatē, ac passibilitatē uelamine tegitur omnis pulcritudo eius dicente Propheta: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circundata uarietatibus. Et bene uarietate: quia et si retributionis denarius unus sit: differt tamen in gloria: Nam alia est solis claritas, alia lunæ, alia stellarum: attamen etiam stella differt à stella in claritate. Ibi nanq; copiosior erit claritatis redundantia, ubi caritatis ardenter fuerat affectus, & amoris riuulus purior. Aderunt præterea ornamenta quædam perlucida non omnibus communia: sed quibusdam particulariter elargita, ad decorum (uidelicet) possidentium & aspicientium gaudium. Sine liuoris deformitate quisq; lætabitur, dum habebit in proximo, quod deerit in se. Nemo satis explicat uerbis, quanta exuberent electis bona in illa regione uiuorum, & quam multa glorificationis

**Psal. 44** fint reseruata cōmercia. Ista in mentis excessu Propheta effectus considerans, ait: Quām magna multitudine dulcedinis tuæ dominie, quām abscondisti timēntibus te: persecisti autem eis, qui sperant in te. Abscondisti utiq; hic, sed alibi persecisti. Nam imbecillis est acies humana, quandiu carnis passibilis tegumento induitur, plenam corporis glorificationem intueri: eo amplius, quo deformius sordibus peccatorum iniuluitur. Beatitudinem mundo corde, quoniā ipsi Deum uidebunt. Est enim cordis munditiae habitus quidam animæ sapientiæ contubernio depuratus: per quem spiritualia atq; diuina delectabiliter contémplantur: quo quicunq; caret,phantasmatum importunitate turbatur. Qui ueram possidet cordis munditiam, proximus est Deo, Dei in se honorat imaginem, & sempiternum in se uerbum sensibiliiter ueneratur. Illi profectō se sapientia iucundè comunicat, suamq; præsentiam familiarissimē manifestat. Hinc p̄t credendum est dominum Iesum beatæ genitrici apparuisse præ cæteris, eidemq; immortalitatis suæ stolâ officiosissimē demonstrasse. Ipsa planè erat mater pulcræ dilectionis, timoris, magnitudinis, & sanctæ spei: cæteris purior, sanctior uniuersis, in humilitate præcipua, in caritate seruida, honestate pudica, fœcunda uirginitate, sanctimoniam redolens, innocētia corruscans, suspensa contemplatione, moribus ornata, sermone facunda, sapientia pollens, & omnium spiritualium donorum prærogatiua præcellens. Ex his Deo erat carissima, honorabilis angelis, hominibus amabilis, ipsiæ aereis potestatibus ualde terribilis.

Hec post unigeniti dormitionem solitaria degens, Deo uacans, & secum habitans attulissima meditabatur cogitatione, quantas Dei sapientia contumelias, & ut acerrimos in suo agone persensisset dolores. Ista tacitè reuoluēs secum irrigabatur lacrymis, suspirijs replebatur, nec non & amoris facibus cremabatur. Nunc spuma, nunc alpas, nunc con-

A uicia patiebatur in filio. Per ciuitatis plateas mēte intuebatur baſulantem crucem, nudū in populo astantem, crucis in stipite extensem, clavis confixum, subleuatum patibulo, aceto & felle potatū, & ad extremum pallescētem, exclamātem, expirātemq; aspiciebat. Denuò funeris exequias celebrabat, laceratum corpus fletibus abluebat, atq; sepulture traditū cum filio cladebatur in tumulo. Cum corpore nati in spiritu proprium cōglutinabat corpus, in anima cum spiritu descendebat ad inferos: & tamē corpore & spiritu in his se exercēs. In hianter resuscitatū filium uidere cupiebat, minime ipsum dñe tertia resurrectum ambigebat. Tacitè igitur corde loquebatur, dicens: Est ne hora nunc, ut devicto tenebrarū principe, omnīq; mortalitate consumpta reuūscat filius meus? Putasne uidebo illum, quē diligit anima mea, & in quo desideriorū meorum thesauri sunt? Nunquid ad me ueniet unigenitus meus, quem mente querō, corde aspicio, amore teneo, dilectione amplector? Veniat, ueniat dilectus meus in thalamū ancillæ suæ: ostendat mihi faciem suam, sonetq; uox eius in auribus meis: quatenus illum oculis intuear, per tristem manibus, humilitate deosculer, & refloreat in ipso anima mea: quę iam triduo cum illo facuit in sepulcro. Hec dum reuolueret animo immaculata mater: ecce corā se astantem agnouit filiū claritate nimia radiante: quem mox ut uidit, humili prostrata uenerabiliter adorauit, uestigia tenuit, & pedum cicatrices ubertim lacrymis irrorauit. Non autem, ut iustificata peccatrix, repulsam patiens audiuit: Noli me tangere: nondum enim ascendi ad patrem meum: sed neque ut incredulus discipulus aduocata est, ut in claustrum loca digitos poneret, quatenus dubietatis illius uulna sanarentur, quin potius audire promeruit: Surge amica mea, formosa mea, & ueni columba mea in foraminibus petre, in cœuerna maceris. Insonuit dulciter clamor cordis tui in auribus meis: nēpe uox tua suauis est, & facies decora. Dum igitur blandis amoris colloquij s filius cor uirginis penetraret, & mater suauiter unigeniti amplexaretur plantas, ultrā quam dici possit, dulcedine cōplebatur. Liquefiebat prorsus cor illius, & ueluti flagrantissimus liquor ē pendulum uulneribus emanabat. Tota transformabatur in ipsum dilectione perfusa. Ingeminabat planè oscula, uestigia pertractabat, lacrymisq; liniendo tergebat. Ardebat desiderio, saturabatur sine fastidio, & iucundabatur sine interuallo. Veraciter tunc propheticū illud dicere poterat: Secundū multitudinem dolorū meorum in corde meo consolaciones tuæ lætificauerunt animam meam. At ubi sanctissima diutius sic cōmorata est, postquam manibus filij erecta surrexit, plenissimē ab eodem de sacramētis fidei, de resurrectionis gloria, de futuro ecclesiæ statu, de finali iudicio, de electorū felicitate, atq; de omni Christianæ professionis regula erudita est. Merito fuerat imbuenda, ut eius uita uniuersis fidelibus fieret disciplina. Imminete itaq; hora, qua se manifestaret hominibus, uirgini uale dicens, ab eius oculis mox latus euanuit. Tanta ex tunc nectaris affuentia, ac amoris magnitudine exuberavit cor uirginis, ut nequeat sermonibus explicari. Insuetū prorsus erga filium concepit affectū, quo tenebatur fortiter, dulciter cremabatur, & insuperabiliter iungebatur. Quāuis enim uehementissimē prius dilexisset Christū, toties tamen mœroris transfigebatur gladio, quoties passionis illius memoria tangebatur. Non

**Psal. 95** autē minus ex miseratione diuina, quam ex dilectione unigeniti doloris de futuro crucis supplicio cōceperat habitum: quatenus eo mediante crucifigeretur mēte, assuesceret passionibus, exerceretur in pœnis, ditaretur meritis, & cōformaretur Christo. Cunctum igitur afflictionis ipsius habitum prospectæ resurrectionis aboleuit gloria. Læta nanq; effecta de filio, atq; certificata a filio de cetero dolere nō potuit. De immortalitate quippe illius, de accepta diuinitatis potentia, nec non de triumphali eius honore secura quomodo affici mœroribus ualebat. Hoc tantum singulariter gerebat in corde, hoc sapientiæ animo reuoluebat, ut filio inseparabiliter uniretur. Tali interdum succensa desiderio, o quoties efficiebatur impatiens, o quoties lacrymæ erumpabant, audiebatur suspisia, & desideriorum uoces in cœlo resonabant: Iesu mellifluum nomen iugiter geminabat in corde, & ex ore promebat. Huiusmodi amoris præludijs aduocabat eum, sibiq; illum uisibilem facebat. Talibus eundi ac redeundi alternationibus tandem Dei mediator & hominum matri affectum exercuit, quandiu degit in carne passibili, illis quippe solummodo inseparabilem maiestatis suæ præsentiam exhibet, qui deuicta omnis corruptionis molestia perpetuas cælestis patriæ sortiti sunt mansiones:

Cant. 3

D autē minus ex miseratione diuina, quam ex dilectione unigeniti doloris de futuro crucis supplicio cōceperat habitum: quatenus eo mediante crucifigeretur mēte, assuesceret passionibus, exerceretur in pœnis, ditaretur meritis, & cōformaretur Christo. Cunctum igitur afflictionis ipsius habitum prospectæ resurrectionis aboleuit gloria. Læta nanq; effecta de filio, atq; certificata a filio de cetero dolere nō potuit. De immortalitate quippe illius, de accepta diuinitatis potentia, nec non de triumphali eius honore secura quomodo affici mœroribus ualebat. Hoc tantum singulariter gerebat in corde, hoc sapientiæ animo reuoluebat, ut filio inseparabiliter uniretur. Tali interdum succensa desiderio, o quoties efficiebatur impatiens, o quoties lacrymæ erumpabant, audiebatur suspisia, & desideriorum uoces in cœlo resonabant: Iesu mellifluum nomen iugiter geminabat in corde, & ex ore promebat. Huiusmodi amoris præludijs aduocabat eum, sibiq; illum uisibilem facebat. Talibus eundi ac redeundi alternationibus tandem Dei mediator & hominum matri affectum exercuit, quandiu degit in carne passibili, illis quippe solummodo inseparabilem maiestatis suæ præsentiam exhibet, qui deuicta omnis corruptionis molestia perpetuas cælestis patriæ sortiti sunt mansiones:

Quod

Quod uehementia amoris comprehensus animus quiescere nequeat. Cap. XXIIII.

**V**icunq; amoris magnitudine, seu desideriorum præoccupati sunt æstu: teste experientia, diu quieti esse non possunt. Nunc uotorum impulsu, nunc inquisitionis fatigatione feruntur. Istorū omnis intentio est, ut ad id ualeat peruenire, quod cupiūt, quo quū attigerint, nec sic quiescūt. Nēpe si quod concupiscitur temporale est, quū habetur, fastidiū generat: quoniā id eo modo, quo desideratur, minime possidetur. Si uero spirituale fuerit, magis magisq; quītē netur, ut augeatur, exquiritur: sin autē quæritur, ut teneatur. Hanc utiq; sententiā mulieres sanctæ, quæ sepulto domino ad monumentū uenisse leguntur, suo uerā esse fatentur exemplo. Hæ nanciā magistri sui flagrantes desiderio, quem ignorabant uisum, sedulō requirebant defunctum. Porrò quousq; humilitatis obsequium ambulanti, loquenti, manducanti impendere ualuerunt, cum ipso per ciuitates & castella pergētes infatigabiliter perfecerunt. At ubi ab earum est sublatus aspectibus, officiosissime ministrare defuncto. Amoris etenim tanta impellebant uehementia, ut uallatum custodibus exanimē corpus quærerent in spelunca: quatenus quem diligebat, inuenirēt, ungerent, ac tenerent. Proinde quandiu illis licuit operari, aromata parauere, percurrente uero secundum legem sabbato siluerūt. Mox autem ut requietionis præteriūt dies, ualde mane in ipso diei crepusculo sumptis secum aromatibus gradu concito, corde ignito, simpliē animo, atq; desiderio ministrandi ad locum, ubi illum reconditum nouerant ardentiissime perrexerunt. Mutuo quippe colloquebātur, dicentes: Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? O præceps amor, o inconsulta dilectio. In sepulcro nouerant possumūt saxum grande ante speluncę aditum, uiderant & signatum: & tamen absq; impossibilitatis suæ consideratione impellente desiderio, quem diligebat, ungere satagebant. Aspicientes igitur reuolutum uiderunt lapidem, & angelum super eum sedentem. Iam enim terræmotus factus fuerat, iamq; de tumulo surrexerat Mediator. Descenderat autem angelus, ut reuoluto saxo mulieribus innotesceret de monumēto exiisse, quem ungerē cupiebant. In primo itaq; intuitu, earum repercussa est acies. Nequaquā humanus oculus sine reuerberatione angelicam ualeat aspicere claritatem. Concussus autē repente animus uisione illius paulatim robatur spe: caritate exhilaratur, atq; repletur gaudio tanquam ex sui agnitione custodis, consortis regni, & cōparticipis præmij. Non tamen spiritualem eius substantiam notum facit hominibus, sed ut capabilior fiat, corpus sibi format aereum. Spiritualem quippe corporalis non capit substantia: sed sensibilem per sensus discernit naturam. Magna ex hoc & cōmendabilis erga homines benignitas agnoscitur angelorum: dum pro ministerio suo ex pleno imbecilles non dignatur uideri atq; ignobiles. Hinc est, quod Abrahæ & Lot ingredientes in hospitia apposita uisi sunt comedisse cibaria. De Iacob quoq; legitur, quod luctatus tota nocte cū angelo fuerit, nec ab eodem potuerit superari. Verumetiam Tobiæ Raphael angelus comes fuit: neq; ab illo (nisi perfecto peregrinationis ministerio) segregatus est. Plurimis quidem scripturarum in locis similia legimus facta per angelos, quæ pro salute hominum beneuola, & propemodum infirma eorum indicant esse ministeria, quum longè dignitate & gloria ab humana distent natura. Minus siquidem terrent, & citius erigunt, dum se illis insinuant similes, quorum se profectibus manifestat. Hoc in diuinis uoluminibus multos nouimus egisse angelos, hoc qui mulieribus dominicam resurrectionem uenerant nunciare. Nam duo ex his humana specie consternatis foeminis apparentes in albis, ut non metuerent, hortati sunt. Quid (inquiunt) quæritis: quid laboratis aromata deferendo: uiuentem ne cum mortuis quæritis? Quāuis enim pius, quamvis officiosum sit uestræ humanitatis obsequium: superuacuum tamen est, quum illud uiuenti quasi mortuo impendere nitimini. Paulò antē hoc optimè poteratis, quum adhuc examinis iaceret in tumulo, quum adhuc mortuus esset cum mortuis. Nunc autem surrexit, & non est hic. Porrò cum defunctis uiuit, cum patribus iucundatur, & cum angelis diem festum agit, atq; instar capreæ, aut hinnuli ceruorū pascitur inter lilia, donec asp̄ret dies, & inclinetur umbræ. Securæ igitur estote, humanū timorem abiçite, illiq; congaudete: quoniam deposito mortalitatis indumēto tanquā triumphator strenuissimus surrexit. Proprius accedite, locumq; ubi positus fuerat, uidete: ut certissime agnoscatis, quia non est hic. Itē ergo,


**A** ergo, & quæ uidistis & audistis, discipulis nunciate, scientes quia uos præcedet in Galilæam. Ista quum mulieres ex ore angelico didicissent, certificatē pro oraculo, fideles effectæ de experientia gradu concito & alaci mente eadem, prout illis fuerat imperatū, Apostolis intimare curarunt. Quibus ueluti in fide debilibus, & diuinis mysterijs minus imbutis, atq; nondum uirtute Paracliti ex alto roboratis, tanquam deliramenta eorum uerba sunt uisa. Accensi tamen ex ipsis duo curiositatis desiderio ad monumētum ocyus cucurrerunt, atq; non comperto corpore sudarium cum linteaminib; asp̄xerūt, siccq; relictis ibidem mulieribus ad propria rediere. Maximum plane in rebus gestis sp̄ rituale nobis innuitur documentum. Agnoscimus per hæc meritum fidei, perleuerantia bonum, intentionis rectæ emolumentum, & sedulæ inquisitionis sublime fastigiū. Consideremus singula. Venerunt ad monumētum Apostoli sine aromatibus, & absq; ulla affectione impendendæ humanitatis sermonum mulierum increduli, fide resurrectionis uacui, ac sola curiositate permoti. Tales quum ad tumulum accessissent, & nequaquam ibidem perseuerassent, nec angelos necq; ipsum dominum angelorum uide-re meruerunt. Sensibilia tantum & corporalia asp̄xerunt oculis, ac manibus cōrecta uerunt, & ultra nil amplius. Perreverat sanctæ tres foeminae cum aromatibus & unguētis pia ardentiq; deuotione succensæ, non ut resuscitatum agnoscerent, sed ut ungerēt defunctum. Minime tamen ei pro quo ierant, ministerium perfecerunt, attamen non si ne remuneratione discesserunt. Angelos quippe uidere, resurrectionemq; iam factam non tunc inspicere, sed audire ualuerunt. Tandem illis remeantibus denuo dominico dignæ sunt factæ aspectu. Illa igitur prior quæ diligendo ardenter, perseuerauit diutius. Sic enim habes: Abierunt iterum discipuli ad lemetiplos. Maria autē stabat ad monumentum foris plorans. Eximia prorsus & admiratione digna huius mulieris perseuerantia. Venerat ad sepulchrum Petrus, qui transfigurati Christi asp̄xerat gloriam, siccis pedibus perambulauerat maria, innumeratas ab ipso donatas nouerat, sacra menta diuina perceperat, uniuersorum regem coram se flexis genibus miratus fuerat, & tamen ibi diu perdurare nequituit. Nec solus Petrus, uerumetiam discipulus ille, quē præ cæteris diligebat Iesus, qui supra sacratissimum pectus ipsis in coena recumbens arcana diuinitatis eius suauissime degustare promeruit, cui genitrix uirgo uirginis com mendata est. Vtrosq; foemina hæc uenerabilis, longanimitatis uirtute superauit. Nam quæsiuit, fleuit, sustinuit, inuenit, quo autem ordine, diligenter aduerte. Stabat (inquit Euangelista) Maria ad monumentum foris plorans. Sibi ipsi nempe indixerat nusquam diuertere, donec quē diligebat, ubi positus fuerat, reperiret. Propterea stabat forti animo, spe uiua, dilectione uulnerata, mœrore ebria, intentione inflexibili foris plorans. Nullam de magistri absentia consolationem recipere ualebat. Proinde discedentibus alijs stabat ipsa foris plorans, non considerabat quod mulier erat, quod sola remâserat, quod nihil uidebat. Votis ferebatur, pascebatur lacrymis, replebatur gemib; carebat metu, audacem illam amor & præceptoris concupita præsentia suimet fecerat contemptricem. Lacrymas quippe fundebat largiter pro mœroris solatio, pro abundatia dilectionis, & pro inquisitionis desiderio. Prorsus urebatur, consumebatur, uulnerabatur, cruciabatur. Locum quidem ubi requiesceret non habens in se, circunquaq; si forte quem quærebatur uidere posset, sæpiissime perlustrabat. Amore uero impatiens ut introspiceret, monumentum pluries repetiuit. Tandem duos sedentes angelos uidit, ubi domini positum fuerat corpus, ad quorum intuitum minime ut prius uerita est. Eorum utiq; uisionibus assueta quandam cum illis familiaritatem contraxerat caritatis. Illi etenim apparuerant ante, dum mente præ foribus speluncæ cum cæteris foeminiis cōsternata maneret. Nequaquam itaq; ipsorum uisione se temperauit à fletu, quoniam nō angelos, sed dominum angelorum uidere cupiebat. Quis (oro) angelorum duorum istorum letitiam explicit pro peccatis sancta effusione lacrymarum? Agnoscebant qualis fuerat, quām deformis mente, quām impudica corpore, quām malæ famæ, quām plena dæmonibus. Super conuersatione illius sicut super cæteris peccatoribus pœnitentiam agentibus prius exultauerant, per amplius autem nūc. Nam in habitu, in forma, in moribus, in conuersatione, in affectu, in cogitatione effecta erat dissimilis. Talis profecto erat & taliter immutata, ut ipsa merito angelū delarentur. Lætabatur illi, lætabatur & Laur. lustif.

ipse qui fecit eam. Quamobrem sic moerore confessam, sicq; fletib. irragatam eandē nō est passus stare diutius. Porro ipse eius præoccupauerat cor, debilitauerat vires, sensumq; mutauerat, ideo ex sui præsentia illā debuit reuocare. Reuocauit plane, & illā fecit dignam se, paulatim tamen, quatenus eam succederet amplius, prouocaret uehemētius, atq; caritatis faculo ualidius penetraret. Id enim possidetur fortius, gustat dulcissimus, carius amplectitur, ac prudentius custoditur, quod ardentissime concupitum, solerter quæsitū, atq; laboriose repertum est. Hinc est quod delectabili quadā amoris peritia dilectionis magister præmisit angelos, ut suo illā instigarent eloquio, suaq; requisitione succenderent, nuncios uero suos repente secutus est. Adhuc enim Maria cum angelis loquebatur dicens: Tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerūt eum. Et ecce superuenit, qui sublatus credebatur, seq; post tergum flentis exhibuit. Gradū quippe parumper sistens quid ageret, quid' ue diceret, diligentissime obseruabat, non tamen sine iucunditate iuxta id quod in lege nouimus scriptum: Gaudium etenim dñi est fortitudo uestra. Ingēti plane lātitia, ad mediatoris præsentia qui sedebat, angelī perfusi sunt, F moxq; cōpressa uoce, uultu alacri, atq; cū exuberāti delectatiōe huiusmodi amoris certamē, & talis cōmerci spiritualis præstolabant finē. Tacentibus itaq; angelis, & Maria flente, ac curiose se iterū atq; iterum inclinante si quo modo quē quærebat, uideret in tumulo, idē qui querebatur in hortulanī apparenſ effigie submissa uoce blandoq; eloquio affatus est dicens: Mulier quid ploras? quem quæris? Quid inquis o dñe? quid interrogas? ignoras cur hæc ploret mulier? aut quid quærat? an forte quum scias omnia, hoc solū ignoras? Evidem o alma Dei sapiētia, o uerbum per quod facta sunt omnia, scio per Apostolum tuum scriptum esse de te: Vixus est Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiēti pertingens usq; ad diuisionē animæ ac spiritus, cōpagū quoq; ac medullarum, & discretor cogitationū & intentionū, ita ut nulla creatura ei sit inuisibilis. Omnia nanq; nuda & aperta sunt oculis eius. Nempe si cuncta nuda & aperta sunt tibi, lacrymarum istius non ignoras intentionē & causam. Non expedit, ut tibi pandat, cur ploret quid' ue quærat, ex quo cordis illius tibi penetralia patent. Dic o dñe mine Iesu, dic o suavis amor super omnia diligende tuæ interrogationis causam. Neocultes (oro) seruo tuo, quod ancillæ tuæ celatum esse uoluisti. Latere quippe illi uoluersti in uerbis, latere in effigie, latere in gloria. Aperi igitur mihi tuorū minimo dilectionis tuæ magisterium, aperi (inquam) arcanos sapientiæ tuæ thesauros, quatenus eruditus abs te tam eloquio meo, q; exemplo illius uniuersos trahas ad te. Porro quantū sapientiam capio, illam per te docuisti & nos. Nos quidem, ut amoris præludia discernerimus in illa, utq; spiritualem tuam in nobis obseruaremus præsentiam, & ut æquanimiter tuam sustineremus absentiam, atq; in fructuōsam agnoscemus non esse perseuerantem inquisitionis industriam. Illam uero ut ex ctebra ipsius percunctione facta de te tuus semper in corde illius reuiviseret amor, atq; solidius te posse reperire consideret, quæ toties ex repetita interrogatione nominare audiret. Non ergo ab re aut sine mysterio esse arbitrari debuerat, cur quid ploraret, requireretur tam sedulo. Plane etiū non ad plenum, tamen aliquantis per ex his cautor effecta fuisse cognoscitur. Quum enim audisset, mulier quid ploras? quem quæris? nequaquam ad interrogata respondit. Nō autem ait, quemadmodum angelis dixerat. Tulerunt dominum meum, uel tulerūt magistrum meum, sed simpliciter inquit. Si tu sustulisti eum, dico mihi, ubi posuisti eum? & ego illum tollam. Quem illum dicas o Maria? quem pia ne ille nominauerat tibi, aut tu illi, ut dicere deberes, si tu sustulisti eum, dico mihi. Nullius signanter facta est mentio, & tamen dicas eum. Utq; pro huiusmodi responsione, & redargutione faterer te dignam, nisi amoris regula te excusabilem redderet, quæ ignorare nemine credit, quod ipsa ardentissime diligit. Quod enim dulciter uersatur in corde, frequenter delectabiliter profertur ex ore. Hinc in responsione excusat te amor, sed de neglecto conuincit te opere. Locuta es nanq; impellente amote, te docente, te possidente. Ad tecum uero loquentem nec corpore necq; facie conuersa es. Nam etiū in te præualuerit amor, & mentis ac corporis præoccupauerit sensus, prorsus colloquenti tibi te reclinare debueras. Crede mihi si scires, quis est, qui post tergum astans sermocinatur tecum, si agnosceres, quis dicit. Mulier quid ploras? utq; ante illū prostrata iaceres. Ipse est cui famulantur gel;

A geli, celorum quem collaudant ciues, & omnis pariter creature miratur. Ipse (inquam) est, quem quæris, quē diligis, & pro quo plorare te afferis. Surge igitur, rūpe moras, respice, agnosce, quia ipse est. En ipse stat post parietē te respiciēs per fenestras, & prospiciens per cancellos. En loquī tibi, ut intelligas illū, & se tibi præ cæteris manifesta. Suscipe munus, intuere præceptorē, agnosce sponsum, ne sis ingrata, & tanq; adultera inerudita permaneas. Dolebis quidē incōsolabiliter, si à te recesserit sic ignotus. Quæres postea (& utinā nō incassum) per plateas & uicos, quē diligit anima tua, si forte illū ualeas reperire. Donec dies est, & anteq; iustitiæ sol tibi occulum faciat, respice, & dominum Iesum tecum sermocinātem adora. Hæc dum audisset sancta, secumq; reuolueret, ipse dñs, qui actus cogitationesq; eius sub silentio considerabat, & gaudio, ueluti de caritatis pharetra, ignitam amoris sagittam emittens ait: Maria (nō enim diu passus est dilectam dīscipulam tanto doloris & amoris cruciari incēdīo.) Vnico quippe uerbo, dū in eius intonuit auribus, unicæ, dilecta inflammauit cor proprio uocando nomine. Plane quo impetu feruescebat intus, eo impulsu foris affatus est amor. Mira res, dū medetur amor lacrymantem mulierem, uulnerat, dum linit, exurit, dum cōsolatur, cruciat, dum aduocat, allicit, dū erigit, prosternit. Quis sapiens, & intelligethæc? Nō quid ageret, cur fleret, aut quomodo respondisset, sermone suo intexuit mediator, uerbū ab breuiatum locutus est, dilectione succensum, dulcedine sapidum, uirtute potens, castititia nitidum, & sanctitate coruscum. Nam etiū non capiant omnes locutionis huius peritiam, & prolati uim uerbi, horum tamen, cui loquebatur, ignara non fuit. Mox etenim ut se nominari audiuit, expalluit facie, contremuit corpore, mente cōcaluit, exultauit gaudio, & præ amoris nimietate repleta est iubilo. Quamobrem ad se uocantē cōuersa in uocem prorupit, & ait. Rabboni. Nēpe paucis locuta est. Nam uehemēs amor intercidit sermonem, præpedit linguam, cor occupat, nescit iudicium, mēsura caret, fertur uotis, alternat cogitatus, & paucissimis comprehendit multa. Hæc iustificata mulier, & amoris dīscipula suo expressit exēplo. Sermone breui dulcia, ignita, sancta, laudabilia protulit plurima, quæ sicut dicta, ita affectū sunt & corde rimanda. Nam humana facundia amantis affectus, cordis impetum, clamores desideriorum, amoris artem, amplexus castos, atq; diligentius se mutuo desiderabilia non ualet explicare colloquia. Proinde non hominis quærendā sunt medio. Est nanq; sapientia, quæ rationalem erudit mentem, reuelat mysteria, & intus spiritualia cantica format. Vniuersa hæc mulier sancta didicerat, dum ad præceptoris pedes suauissime resideret, nunc autem præ ebrietate spiritus horum oblita humilitatis mensuram, quoniam seruare non potuit, tanquam indigna repellī promeruit. Porro dū Saluatoris uellet tenere uestigia, audiuit, nolim tangere. Quod ne indignationis causa arbitraretur dictum, subintulit, nondum enim ascendi ad patrem meum. Carnis quidem glorificationem acceperat, mortalitatem omnem superauerat, & ad patrem, à quo nunq; discesserat, ascenderat, sed nō in Marię corde. Adhuc illum minime surrexisse credebat, ne cum diuinitatem eius intelligebat, atq; unum eundemq; esse cum patre non agnoscet. Non enim uerbum in humanitate attendebat, sed tātum corpus uisibile, naturāq; palpabilem amplecti cupiebat, ideo ibid. 20 D audiuit: Nondum ascendi ad patrem meum. Me solum uirginis filium fateris de me, nō quæ Dei, sed quæ hominis sunt, sapis, propterea nolo me tangas, quia in te non ascendit ad patrem meum. Quod autem à te uolo, ausculta, atq; perficere fatage, quæ mandauero tibi. Vade, & dic fratribus meis: Ascendo ad patrem meum et patrem uestrū, Deū meum & Deum uestrum. Apostolos fratres suos esse commemorat, non uteri, sed adoptionis, non carnis sed spiritus. Ascensum nanq; hunc resurrectionis gloriam, & immortalitatis uitam nuncupat, quæ mutabilitati momentaneæ & corruptioni subiecta non sunt. Qui enim uerae resurrectionis factus est particeps stabiliter tenens, quod habet, nec senescit corpore, nec mente uariatur, necq; à diuinæ contemplationis fruitione diuellitur. Adhæret ei qui semper idem habet esse, & incomprehensibiliter est, qui est, atq; cum illo efficitur unum, non futuris aut præteritis pascitur, quum præsentem possideat omnia complectentem. Nam illum uidisse uinversa didicisse est. Tanti igitur altitudinē sacramēti notificauit dīces: Ascendo ad patrem meū & patrem uestrū, Deū meum & Deū uestrū. Se his paucis Deū quū dīxisset & hominē, repete dispartuit. Tūc Maria pro X pere

**Matt. 28** pere surgens gradu concito peruenit ad comites. Pergentibus itaq; mulierib; simul ap-  
paruit dñs, easq; dulci allocutione salutans inquit. Auete. Quæ agnoscentes dñm esse,  
pedes illius tenentes adorauerunt. Earum plane piæ deuotioni cōgaudens se tāgi, seq;  
pedes osculari permisit. Debuerant prorsus post labores diutinæ expectationis, quem  
quæsierant, uidere atq; amplecti. Pro huiusmodi itaq; familiaritate lætare, mediatorem  
**bid.** audiere dicentem: Nunciate fratribus meis, ut in Galilæam eant, ibi uidebunt me. Alar-  
cri ergo animo iussa cōplentes, quæ uiderat, quæc; audierant, discipulis narrauere fide-  
liter. Nam quemadmodū testes, ita dominicæ resurrectionis sunt factæ præcones.

Quam benignus & misericors Deus appareat delinquentibus. Cap. XXV.



**Ezech. 18** Visquis dominicæ miserationis ineffabiles uoluerit inuestigare diuitias omnino in ipsa inquisitione succumbet. Quis (oro) uerbis explicet, uel co-  
gitatione attingat, quanta quotidie ingratis & peccatoribus Deus benefi-  
cia conferat? Eisdem quippe creaturæ omnes pro illius famulantur impe-  
rio. Non considerat quales sint, sed ut grati fiant, & mutetur in melius, sua  
illis dona communicat. Illos blanditijs allicit, muneribus ornat, premit flagellis, terret  
minis, exhortationibus uocat, reuocat indulgentia, caritate trahit, quoniam non uult  
peccatoris mortē, sed magis ut conuertatur & uiuat. Nempe immanis non est, ut in mo-  
rientium perditione lætetur, quin potius ut saluentur per pœnitentiā, hominū peccata  
dissimulat. Impune tamen contemptores suos transire non patitur, quo enim latius mi-  
sericordiam prærogat, eo distictius delinquentibus infert irā. Hoc Apostolus insinuās  
inquit: An diuitias bonitatis & patientiæ Dei contēnis? Secundū aut̄ duritiā tuā, & cor  
impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Longani-  
mis est quippe & patiens miserationis tempore, sed iudicij iustus & rectus. Quamdiu  
uite indulget spacium, facile miseretur, quoniam autem iudicat, nemini parcit. Nulli plane  
in hac peregrinatiōe, quamvis scelesto & infideli suam funditus misericordiā denegat,

**Rom. 2** neq; mercedem condignam tribuit delictorum. Iustis autē (teste Apostolo) omnia co-  
operantur in bonum, siue tentationes, seu infirmitates, aut persecutions sint. Quoties  
enim pressuris flagellantur uarijs, inde uberrimā cælitus adipiscunt propitiationis gra-  
**psal. 98** tiā. Hinc de iustificatis dño aiebat Propheta: Deus tu propitiatus fuisti eis, uincis oēs  
adiuventiones eorum. Quomodo illis non propitietur Deus, cum quibus comitaf? In  
tribulatione utiq; comitatur iustos, ut illos impreſtentiarum eripiāt, & glorificet in futu-  
ro. Comitatur (in quaī) ipsos in negotijs, ne delinquant, in periculis ne cadant, in pro-  
speritatibus ne se extollant, in laboribus ne deficiant, in dubijs ne errant, & in huius ui-  
te itineribus ne æternæ uitæ consolationem amittant. Hoc sanctorum autoritatib; scri-  
pturarum, hoc sanctorum patrum comprobatur exemplo. Direxit in aſtibus suis long-  
æuum Noe, quem solum super terram coram se reperit iustum. Fuit cum Abrahā pa-  
triarcha, illumq; à Pharaonis & Abimelech protexit in ſidijs. Innocentē Ioseph ab adul-  
teræ custodiuit amplexu, atq; Agypto prætulit uniuersæ. In nube & igne per desertum  
ambulauit cum Mose, ac in educatu populi optime roborauit. Citharædam quoq; pue-  
rū, ne in superbí regis incideret manus, deseruit nūquam. Antiquorum patrum gesta  
eur referam, quum in fine leculorum nedum spiritualem, uerum etiam corporalem suis  
discipulis præfentiā exhibuerit: illis profecto tanq; cariflīmis uisibiliter corporalis ap-  
ruit, atq; omnem præcipuæ caritatis præstítit humanitatem. Nemo ad plenum ualeat ex-  
primere delectabilem filij Dei conuersationem, quoad uixit in carne. Nullus ipsius ei-  
ga fideles sollicitudinem, familiaremq; dilectionem notificare sufficit. Tanquam unus  
illorum erat cum ipſis, immo eorum minimus quippe qui non ministrari uenterat, sed mi-  
nistrare. Sic afficiebatur singulis, quemadmodum mater quædam unicū amat alumnū.  
Hunc certe præcipuum caritatis affectum post resurrectionē suam abundantius solito  
inſinuare eurauit. In ipso ſiquidem resurrectionis & ascensionis interuallo ita dulciter  
communicauit suis, ut caritatis sagitta, quod uulneratus eſſet, omnino celare non po-  
ſet. Nam primo resurrectionis die diſcurrebat huc illuc, nunc ignotus, nūc cognitus.  
Quandoq; prohibebat ſe tangere cupiente, quandoq; ſe exponebat, ſuoſq; hortaba-  
tur, ut tangerent, quod non niſi ex quadam redundantia ſuperferuidæ caritatis proue-  
niſſe dignoscif. Nempe apparuit Magdalena foris ad monumentū flēti, apparuit eidē  
denuo.

**A**denuo, ac mulieribus cæteris à tumulo returētib; apparuit singulariter Petro, uifus est  
& à discipulis in Emaum pergentibus. Evidem hi duo quum graderentur simul, & de  
omnibus quæ acciderant, adiuuicem loquerentur, nescientibus illis dominum Christū  
comitem habuerunt. Minime prorsus abesse patitur ab eorum qui de ſe loquuntur, cō-  
fertio. Hoc ecclesiæ ſuæ pollicitus est dicens: Vbi fuerint duo uel tres cōgregati in no-  
mine meo, in medio eorum ſum. Quod enim ſpoſonderat, implere ſtuduit, ſic tamē ut  
non agnoſceretur. Solutis illorum terga incedens tanquam peregrinus credebatur  
eſſe uiator. Pedetentim quippe eorum ſequebatur uestigia, audiebat eloquia, obſerua-  
bat corda, & his omnibus delectabatur non modice. Aberat, & præſens erat, uidebat  
nec agnoſcebat. Nam illorum tenebantur oculi ne quis eſſet, intelligeret. Differebat  
ſe manifestare illis, ut eosdem de scripturis instrueret, loquendo accenderet, & pro ho-  
ſpitalitatis bono largiter remuneraret. Non autem ab re, orationum uota, amantiū de-  
ſideria, atq; deprecantium poſtulationes inter dum ſe audire diſſimulat, ſe ad tēpus sub-  
ducit, ut opportune redēat, ſe non intelligere oſtēdit, ut amplius illuminet, & ardētius  
inflammet. Experimento proprio, quod dictum eſt, duo iſ didicere discipuli. Potrō dū  
de mulierum uerbis, de uisionibus angelorū, & de iſ ſuæ circa ipsum euenerāt, ſermo-  
cinarēt mutuo, cominus appropians ait: Qui ſunt iſ sermones quos cōfertiſ adiuuicē  
ambulantes, & eſtis tristes? Vniuersa utiq; quæ contulerant, intellexerat Mediator, &  
tū, ueluti ſi ignoraret, interrogat, quatenus euangelizandi illis occaſionem p̄rbeat, &  
iſ poſtmodum congrue eis ſcripturarū ſacramenta aperiat. Illum igitur mox, ut aspe-  
xere retrorū, fraternali profectus aemulatione ſuccenſi respondere dicentēs: Tu ne ſo-  
lus peregrinus es in Hierusalē, & non cognouisti quæ gera ſunt in illa? Solus iſ ſe pere-  
grinus erat, qui concupiſcentiam nullam, nilq; in ſe coinqüinatum habebat. Solus ſine  
colluicione ſeminis ex traduce Adam uſcepereat carnem, quoniam uero non erat inco-  
la mundi, tanq; peregrinus apparuit, atq; adeptæ reuolutionis gloriā, quæ de mūdo  
cōmune nil poſſidet, paucis ſindicauit, quanq; & in eorum mentibus, cum quibus gra-  
**C**diebatur, loquendo peregrinus exiſteret. Talis plane in eorum oculis uidebatur foris,  
qualis credebatur intus. Interroganti ergo dño Iefu, quænam facta fuiffent, ſimpliciter  
annunciant Iesum ueritatem incommutabilēm de uerbo instruūt ueritatis, & uitæ fon-  
ti doctrinæ aquam propinare conantur, nō autem egerunt, quemadmodum multi qui  
ſe Christi profitentur eſſe discipulos. Intendunt nanq; confabulationib; detracțiōib;,  
& iocis, atq; omne penē tēpus aecōmodatū illis ad profectū animæ, ad uirtutū ſtudia,  
ad utilitatē proximorū, & ad uacandū ſibi, cōſumūt, & lacerant. Fitq; eorū ignauia, ut  
inde miserabiliores fiant, unde ſpiritualiter locupletari debuerat. Nēpe tanq; agriculto-  
res in campo dñico constituti ſumus, quatenus oportuniſ temporib; fructū reddamus  
iustitiæ, alioquin ueluti inſocundæ arbores excidemur, & in ignem mittemur æternū.  
Nemo ſe excuſet, quoniam ab huiusmodi exactione nullus liber exiſtet. Cunctis bene-  
operādi incumbit necessitas. Quisq; de percepto tēporis talēto rationem exoluet. Iſta  
ſi interdū, qui nugis uacant, curiositatē inſeruiunt, ocioſa ſectantur, & terrenis inuigilat  
lucris, reuoluerent ſecum, non minus cordi, q; ori ſuo prudentem adhiberent custodiā.

**D**Vtrūq; ad ſeruandam innocentiam & uitæ ſanctimoniam neceſſarium eſt. Quid pro-  
deſt, ſi omni diligentia ſerues cor tuum, ſciens quoniam ab ipſo mors & uitæ procedūt, &  
linguae oſtium abſq; ullo tēperantia obſtaculo uiatoribus patere permittas? Vel quæ  
utilitas eſt, ſi loquacitatem corrigas, ſi ſilentij cēſuram uiriliter teneas, & obſcenis cor-  
tuum ſinā cogitationibus foedari? Rectiſſime igitur definiēdum eſt, quod nec cordis  
munditia ſine taciturnitate poſſidetur. Nempe ille quod debet, prudēter loquitur, qui  
mentis exercitationem habens ſub diuini timoris ferula animi ſuī fluctuationē reſtrin-  
git. Qui talis eſt, non ſibi parcit, & dum ſibi pſi uideatur durus, ueniam meretur  
& gratiam. Imitatur qui huiusmodi eſt, horum de quibus loquimur, conuersationē lau-  
dabilem. Reuoluebant animo, quæ de domino Iefu audierant, & uiderant, atq; de om-  
nibus ſecum tacite conferebant. Hinc eſt quod ex cordis abundantiā ſapiențe eructa  
bant terba, & perambulando de iſ quæ acciderant, muſuo ſermocinabantur. Quam-  
obrem ad illorum noſtrām eruditioſem idem dominus aſſatus eſt dicens: O ſtulti &  
tardi corde ad credendū in omnibus quæ locuti ſunt prophetæ. Incredulitatis quippe  
Laur. Iuſtifiſ.

eorum duritiam carpit: non ut confundat, sed ut emendet: atq; ad illa quæ dicturus erat, B  
attentiores fierent. Vigilantior etenim quisq; ad percipiendum admonitionis uerbū  
fit: quum corripitur, quam si blanditijs mulceatur. Sic ergo prosecutus adiecit. Nonne  
hæc oportuit Christum pati: & ita intrare in gloriam suam? Nō autem ista domini uer-  
ba ita accipienda sunt, ut ipse necessitate compulsa acquirendæ gloriæ pati uoluerit.  
Ex congruo: non ex debito, aut necessitate passus est Christus. Opportunū fuit, ut pate-  
retur propter nos: nō aut sibi. Nobis passus est qui æternæ morti obnoxij tenebamur.  
Quāuis aliter salutare nos posset: uoluit tamen per crucis patibulū reconciliari nos deo  
quatinus ex medicinæ difficultate pondus ægritudinis nosceretur: atq; grati efficere-  
mur de munere, quod tanti redemptoris gratia cōdonasset. Donauit plane redemptis  
gratiam, largitus est & gloriam. Gratiam inquam, ut agnosceremus sapientiam, intelli-  
geremus culpam, diligemus iustitiam, timeremus gehennam, quereremus uitā. Glo-  
riam uero, ut corporis eius essemus membra, & regni ipsius cohæredes. Iure equidem  
hæreditario cælorum ipse possidet gloriam, quia filius dei, & filius hominis est: ideo di-  
scipulis specialiter dixit gloriam suam, ne per passionis supplicium sibi, quod non ha-  
buerat prius, traditum crederetur. Dominus quippe uirtutum (Propheta testante) ipse  
est rex gloriæ. Acquisiuit igitur nobis regnum: atq; quod proprium erat, fecit commu-  
ne. Accendimur tamen per passionum tolerantiam alienam nobis gloriæ uendicare,  
quando hæc, quæ à prophetis fuerant uaticinata supplicia: Christum pati oportuit: &  
sic intrare in gloriam suam. Hoc commeantibus discipulis dominus insinuare curauit:  
quando incipiens à Mose & prophetis in omnibus, quæ de illo erant, interpretabatur  
scripturis. O quale scientiæ lumen, & quantum gaudium recepere discipuli, quando le-  
gislatore legi testimonia differentē audire meruerunt: O beati apostoli, quibus cælo-  
rū fabricator & dominus, non per uisiones, neq; per somnia, aut ænigmata, sed affatus  
est uiuæ uocis oraculo. Quomodo non beati, cum quibus Verbum, quod erat in prin-  
cipio deus, per quod omnia uisibilia & inuisibilia facta sunt, ambulauit? Exultent cun-  
cti, & mirentur, sperentq; in domino, dū Verbū illud quod angelos in cælis illuminat: G  
audiunt etiam in terris homines docuisse scientiā, atq; sacramentorū legi reserasse my-  
steria. Præcipuū hoc diuinæ miserationis fuit indiciū, ut unigenitus Dei filius immor-  
talis per resurrectionē iā factus tam familiariter cū hominibus loqueretur. Mirantur  
prorsus qui de deo in bonitate sentiunt: atq; de ipsa admiratione iucundantur deuotio-  
ne, sapientia illuminantur, & dilectione seruescunt: quū huicmodi humanitatis legū  
uel audiunt peracta à domino fuisse officia. Verū si talia absentes gustant, cogitet qui  
potest, quanta debuerunt sentire præsentes. Arbitror uix illos se continere potuisse,  
qui in loquentis amplexus ruerent. Insueta tunc cordis perceperere gaudia quando a-  
more dulci æterni patris secū loquebatur Verbum. De ipsius quippe ore quidam spiri-  
tualis intelligentiæ radij emicabant: atq; nonnulli cælestis ne cœtaris riuiū profluebant,  
per quos eorum animi ineffabiliter iucundabantur. Nūc caritatis admirationisq; oculi  
lo se intuebantur mutuo, nunc suspensa mente intendebant in eum, tā propter ipsum  
qui loquebatur, quam propter illa quæ proferebat eloquia. Diuinū aliquid in domino  
sentiebant lesu: tametsi eorū tenerentur oculi, ne agnoscerent illū. Gustabat utiq; mel-  
lifluum saporē sapientiæ, atq; eorū corda diuinī amoris cremabantur incendio. Gradie-  
bantur pariter, & nihil pro labore fatigabantur itineris. Temperabat enim pōdus uitæ,  
quod iuxta se habebant pabulū uitæ. Tamdiu igitur in hoc amoris perseuerauerunt so-  
latio, quādiu appropinquauerunt castello, quo ibant. Illuc uero quū peruenissent, do-  
minus se finxit longius ire. Nihil ad fraudē, nihil ad simulationem Veritas egit: sed pro-  
significatione mysterij. Hoc profecto discipulis ostendit opere, quod Magdalena ex-  
presserat Verbo. Mulieri nāq; quæ solū corpus quærebat exanime: de resurrectione  
incredulæ inquit: Noli me tangere. Iste aut quia à fide erant alieni, nec cognoscēbant  
quæ præsentem habebant, tāquam in eorū cordibus peregrinū insinuauit le uelle lon-  
gius ire. Significauit præterea se refectione minime indigere corpore, quoniam calca-  
ta morte iā effectus fuerat immortalis. Ex ostētatione igitur corporali spirituali illis  
indicauit scientiā, quatinus supra passibilē humanitatis naturā illum proiectum iam  
crederent: ipsi uero cælestium sacramentorum adhuc ignati peregrinum hominē dei

A filium autemantes, illum coegerunt introire, dicentes: Mane nobiscum: quoniam adi-  
sperascit, & inclinata est dies. Hospitalitatis illi curam impendere satagebant, à quo sa-  
litis propriæ didicerant monita. Ingrati ne fierent, pro spiritualibus corporalia, & pro  
cælestibus pietatis affectu temporalia alimenta apponere cupiebant. Internis siquidē  
capibus saginati, & caritatis ardore flagrantibus, fratnæ dilectionis officia pro suo mo-  
dulo perficere conabantur, sperabant nihilominus ab ipso dñō, altiora audire, atq; cha-  
risinata in conuiuio percipere meliora, ea propter audi eloquiorum Dei effecti, ut se-  
cun̄ ingredieretur, coegerunt eum. Satisfecit ergo illis, et instruxit nos, illi uero exēplo  
suo nobis innuunt, quo affectu, qua pietate, qua ue opportunitate nostro peregrinos  
debeamus aduocare hospitio. Non enim obhorrendi neq; contēnendi sunt pauperes,  
quāuis sordeuant uestib. anhelitu foeteant, uideantur ignobiles, iaceat infirmi, & ulce-  
ribus contabescant. In ipsis considerandus est Christus, iusciendus, atq; pascēdus. Se  
in illis in iudicio fatebitur esse receptum, dum dicet: Esuriui, & dedistis mihi manduca-  
re, sitiui, & dedistis bibere, hospes fui, & collegistis me: nudus, & cooperuistis me: infix-  
mus, & in carcere, & uisitastis me. Nemo ergo in paupere despiciat Christū: in opī nul-  
lus pietatis uiscera circa egenos claudat, quū sciat se dare Deo, quod tribuit. Quisq; de  
māmona iniquitatē libi amicos faciat, & per manum pauperū uiatūcum suum p̄mit-  
tat celo. Recōdat nunc in sinu egenorū, quod redditurus est Christus. Meminerit quoſ  
dā propter impensum humanitatis officium sanctos angelos angelorumq; dñm suscep-  
isse hospitio. Consideret quid fraterna caritas in præsenti, quid ualeat in futuro. Exer-  
ce te ad pietatem (inquit Apostolus) quæ promissionem habet eius uitæ quæ nunc est,  
pariter & futurae. Hoc dñs uoluit cōmendare, quum ad discipulos illum cogētes humi-  
liter introiuit. Ingressus est (inqua) non ut cibum caperet, quo nō indigebat, sed ut affe-  
ctum suum erga suscipientes pauperes p̄monstraret. Se quippe diligenter gratanter  
uisitat, de se loquentibus, atq; recipientibus se cognoscibile exhibet. Quamobrē dum  
discumberet cum Apostolis p̄fatis, panem benediceret, frangeret, illisq; porrigeret,  
C eorū aperti sunt oculi, & quē paulo antē peregrinū hominē esse credebant: Christū re-  
gem fore minime dubitauerunt. In panis fractione potius, q̄ in prædicatione agnosce-  
re meruerunt, quatenus sicut egeni miserti sunt, ita misericordiā reperirent. Tunc in eiis  
sentētia mediatoris completa est, quæ ait: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiā  
consequentur. Quanto igitur in uisione illa discipuli perfusi sint gaudio, ne mo cōpre-  
hendit. Illum autem (ut arbitrör) dum tenere, atq; osculari saragerent, ab eorum oculis  
repente euanuit. De quare admiratione percussi aliquantulum siluerunt. Prostrauerat  
quippe illos gaudium cum stupore conceptum. Tandem pristino uigore resumpto dē  
ijs quæ sibi acciderant, conferebant, dicentes: Nonne cor nostrum ardens erat, dum lo-  
queretur nobis in via, & aperiret scripturas? Rememorabant qualis esset eius effigies,  
qualis habitus, q̄ dulcia eloquia, siccū uicissim sancto se instigabant amore, uerū cordis  
sui non ferentes ardorem suo conuiuolo relicto hora eadem uenerunt Hierusalē. Tan-  
to nāq; caritatis accensi sunt desiderio, ut eucurrisse potius, q̄ measse censendum sit.  
Trahebant etenim uoto & gaudio. Gaudio (inqua) pro dominica uisione, uoto autē  
D pro præceptoris resurrectione nūcianda. Ingressi itaq; in cœnaculum discipulorū mul-  
titudinem repererunt, qui mutuo colloquebantur dicentes, quia surrexit dñs uere, &  
apparuit Simoni. Erat ibidem stupentium atq; lætantium tumultus nō modicus. Cōfe-  
rebant pariter sub uerborum susurrio propter metum ludorum. Tunc hi impetrato si-  
lentio, quæ sibi contigerant, narrare cōperunt, astruētes quomodo in panis ipsū fra-  
ctione cognouerant. Fit denuo omnibus exultationis plausus, laetitia uox, & indicabi-  
le gaudium. Singulorum mentes nouo uidendi Christum debriantur amore, tenere il-  
lum, illi loqui, dilectumq; amplecti tam animo ardeant. Aderat tunc pudicissima dñi  
mater, quæ grauitate plena, uoce tacita, mente suspensa discipulorum considerabat elo-  
quium, corporum actus, uultus alacritatem, & puritatem animorum. Iucundabatur de  
unici sui resurrectione iam certa, gaudebat plurimum læta simplicitate fidelium, præ-  
stolabatur tamen secum cōferens, quid super his diuinā bonitas agere decreuisset.  
Erat profecto cōfidens in domino, quod suum pusillum gregem  
influentis fidei salo diu saluator agitari non sineret.

*Qualiter pro conseruanda subditorum pace, se habere debeant, qui presunt.* Cap. XXVII. B

**N**iuersorum congregations familiasq; regentium hoc inesse debet pectoribus, ut ita se uniformiter cōmuniuent singulis, quatenus uni, alteri inuidere non liceat. Sic infirmos fouere studeant, ut non negligant fortis, sicq; ministrent ualidis, quatenus salutis monita & exhortationis uerba opportuno tempore afflctis & imbecillioribus propinare non desinant. Curam gerant omnium, habeant & singulorum. In præcordijs suis cūctos caritatis uinculis ligatos teneant, ita ut apud illos nec acceptio sit personarum, necq; particularis affectio, quæ conuiuentium animos turbare ualeat, seu obtutus offendere, alioquin liuoris ac murmurij materiam germinabunt, sientq; in subditorum laqueum, qui disponete Deo ad adiutoriū constituti sunt. Audiant qui incōnsulte regunt, quid de ipsis diuinis sermo contineat. Iudicium (inquit) durissimum fiet in ihs qui præsunt. Verum quemadmodum negligentibus & uitiose degentibus prælatio efficitur occasio ruinæ, ita sollicitis, & prudentibus, atq; se in humilitate seruantibus fit causa coronæ. Nempe ad utilitatem, & decorem, unitatemq; custodiendā in ecclesia constituti sunt gradus. Nō ex dignitatibus aut gradibus discernuntur merita, sed exercetur dona, nec ille apud Deum censendus est uilior, qui infimum locum tenet, sed qui uirtutibus inferior est. Nemo igitur secundum faciem iudicet, neq; ex donis apparentibus gratiam metiat. Nō enim dona gratiam, sed gratia commendat dona. Nihil apud Deum interest, utrum quis præsit, an obtēperet. Qui obediētię iugo colla subiecit, nō reiſciat illud, sed humiliter quasi Deo & nō hominibus famulet, qui uero præsidet, nō intumescat, sed ueraciter se agnoscat, atq; subiectos diligat tanq; fratres & coæquales in Christo, eorum studeat militare profectib. nō sibi placeat, pacē habeat in se, pacemq; in suo grege custodiat, quatenus unaniimes sint, & nō sit in eis schisma, aut æmulatiois materia. Nō præferat potentiore infirmiori, nec ignobilis nobilem, nisi rationabili necessitate cogēte. Imitetur mediatore Christū, qui propter carnis prosapiā neminē prætulit, neq; ob nataliū contēptibilitatē illum repudiavit. Pacificauit uniuersos credētes in se, ut essent solliciti seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Pacē eis dedit, pacēq; abiens reliquit, pacē in opere, pacem exhibuit in sermone, absq; pacis bono suos stare passus nō est. Hoc ante passionē, hoc etiā post resurrectionis triūphū euidentissime cōprobatur. Nempe ante passionis agōnem discipulis in conuiuio loquēs dixit: Paxem relinquo uobis, pacem meā do uobis, post uero resurrectionē discipulis omnib. congregatis apparenſ inquit: Pax uobis. Ap̄lo 14 paruerat primo ad monumentū Magdalena ploranti, post paululum mulieribus à sepulcro redeuntibus, à quibus se teneri, suosq; pedes osculari permisit, deinde Petro, no uissime discipulis duobus in Emaum pergentibus. Poterāt cæteri audiētes ista utcūq; spiritualis æmulationis agitari impulsu, cur specialiter istis, & non sibi, nam homines erant, nondū de cælestibus eruditī, neq; prouecti uirtutibus, nec paracito stabiliti. Propterea ne tollendæ pacis diabolus materiam inueniret, quemadmodum prioribus, ita discipulis reliquis uoluit apparere. Quamobrem quum esset serum die illo, quo resurrexit, foresc̄ essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, in medio eorum stetit ipse dominus Iesus & ait: Pax uobis. Non enim accessisse, sed stetis se prohibetur, quatenus repentinum inopinatumq; ipsius fuisse agnoscamus aduentū. Quoniam uero spirituale resumpserat corpus, eadem potestate qua properauit de tumulo, ad Apostolos ingressus est in cœnaculum. Non ostium clausum, non firmati parietes illi obſistere ualuerunt. Turbatos eorum cernens animos solatiū uerbum eis prebuit dicens: Pax uobis. Non utiq; pacem quæ de mundo est, tribuit illis, sed de cælo, quæ datur hominibus bona voluntatis. Pax hæc bonum est optimum, electionis pinguis, testimonium sanctificationis, cordis speculum, spiritualis thesaurus, diuine filiationis præfigurum, innocētię custos, deliciosus comes, contemplationis ianua, uitæ uia, perfectionis origo, directio præsentis peregrinationis, & futuræ felicitatis imago non facta. Hanc ad tempus ex tam insolito mirandoq; prodigio amiserunt discipuli. Non enim fide neq; ratione ualebat capere, quomodo corpus, quod paulo ante fuerat sepulatum, obstructis foribus introire potuisset. Turbata igitur introrsus pace, non ipsum dominum, sed uisum se arbitrabantur aspicere. Quid (oro) egissent hi, si annunciantem

A nemine se illis dñs ostendisset; Per angelos mulieribus referentib. resuscitatum audierant, per ueridicos testes, qui cum illo se locutos fatebantur, credere ualebant, & tamē non ueritatem, sed phantasma se intueri suspicabantur. Verū ob hoc nō est commotus dñs, sed tanq; uerus animarum medicus eorū uulnera dupli ci remedio sanare curauit. Occulta nanq; ipsorū cogitationes detexit ut Deus, & palpandū se illis ueluti homo perfectus exhibuit dicens: Quid turbati estis, & cogitationes ascēdunt in corda uestra? Videte manus meas & pedes quia ego ipse sum, palpate et uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Sicq; ostēdit illis manus & latus. Magna profecto fuit nostri mediatoris dignatio, & certissima facta resurrectiōis reuelatio. Ad amputandum quippe de discipulorum cordibus dubietatis morbum se uideri atq; palpari designatus non est. Non decorem uultus, non claritatē corporis, non carnis impassibilitatem, sed manuum cicatrices, & lateris fixuram tangendam exposuit. Nec ab re. Per discipulos quippe nos, illos autem erudiuit perse. Nobis igitur non est fas aliter sentire de Christo, quām illi qui uiderunt oculis, & digitis tractauerunt. Eorum dubietas crudelitatis nostræ magistra effecta est. Ut ergo dominicæ resurrectionis idonei fierēt testes, non solum uerbis didicere, uerūmetiam manibus Christū perscrutati sunt in Christo. Hoc discipulus quem diligebat Iesus, in sua cæterorūq; persona insinuās ait. Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod uidimus, quod oculis nostris perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ. Eandem itaq; carnē illud esse corpus, quod expirauerat in cruce, ex cicatricibus cognoverunt. Quamuis enim spirituale esset, quā uis gloriosum, erat tamē uisibile, eratq; palpabile. Nam glorificati corporis natura hæc est, ut possit comedere, possit tangi, ualeatq; uideri, quando, à quibus, & in quali uoluerit effigie, non autem lædi, non mori, nec obstaculis impediri, neq; terrarum spacijs retardari. Voluntatis utiq; animæ præsidentis in se in omnib. famulatur imperio. Nihil contrarium spiritui, nil legi Dei gestat aduersum. In uno siquidem spirituali copulati cōnubio diuinis ambo laudibus intendunt, & perpetua felicitate fruuntur. Hoc more propheticō Citharœda sanctus de se indicauit, dicens: Cor meum & caro mea exultauerūt in Deum uiuum. Perfekte cor exultat & caro, quum transito hoc mortalitatis statu corpore resuscitantur electi, atq; in illo cælorū conuiuio cum Abraham, Isaac, & Jacob recumbentes hominis Christi ministerio delectātur. Isto nihil melius in præsenti degustatur exilio, nam omniem exuperat sensum, ideo Apostolus inquit: Quod oculus non uidit, nec auris audiuuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligētibus se. A splendore igitur tāti luminis, & à superueniente gloria resurrectionis reuerberati Apostolorum oculi ipsius domini præsentiam perseveranter sustinere nequibāt. Gaudebant quidem præsentia, sed de uera resurrectione dubitabant. Quamobrē illis adhuc non credentibus, sed præ gaudio mirantibus, aliud exhibuit sūra resurrectionis indicitū inquiens: Habetis hic aliquid, quod manducetur? Quumq; olitulissent ei partem piscis assi & fauū mellis, comedit coram eis. O pietatis uiscera, o mira descensio. Qui nullo indigebat cibo, māducare uoluit, factus est cūm infirmis infirmis ut sanaret infirmos. Infirmitabatur in membris ecclesia, & ne desperaret de uitâ, uitæ autor pro ipsa infirmus D apparuit, ueruntamen quod infirmū erat eius, fortius est hominibus, ideo mystice partem piscis assi & fauū mellis appositum māducauit, ut intelligas in parte piscis assi non totum Christum, sed humanitatem solam in passionis igne fuisse assatam, & in fauō mellis eādem resuscitatam pro hominum salute esse donatam. Nam quemadmodū mo rtuus est propter delicta nostra, ita resurrexit propter iustificationem nostrā. Come dū ergo non pro se sed pro nobis, quibus cōuiuij sui reliquias prærogauit. Hę etenim aspernandæ non sunt, sed summa cordis auiditate percipienda. Habent quippe saporem suauissimū & uitalem effectum. Reliquiae istæ de passione & resurrectione Christi cogitationes sunt intimæ, per quas exercitata mēs hominis, & in sapiētia docta & in caritate fit feruida. Harū excellentiā reliquiarū Propheta contemplatus aiebat. Quoniam (inquit) cogitatio hominis cōfitebitur tibi, & reliquiae cogitationū diem festum agent tibi. Quis mihi det mēs istius cōuiuij participem fieri? Da mihi domine, da mihi o bone Iesu de micarum reliquij, quæ cadunt de mensa tua, ne inedia deficiā. Fame periclitator, debilitate consumor, & reliquij saturari concupisco, nec est, qui porrigit, meaq;

succurrat inopiae. Aperi ope saluator manum tuam omnibus affluentē bonis, & astan  
ti catello uel unam abundantiae tuæ tribue miculam, ne quem plasmati, pereat corā te  
cernentibus oculis tuis. Scio enim æterna sapientia, quia non mortem desideras pecca  
torum, neq; lœtaris perditione morientium, nequaq; igitur patiaris o amator hominū  
hanc creaturam tuam torqueri fame, uitamq; finire. Tua uox illa est, & prorsus tua, que  
ait: Si dimisero eos ieunios, deficient in uia, quidam enim de longe uenerunt. Ieiunus  
sum de longinquis partibus, & de regione umbre mortis ego uenio ad te, ut cibum de  
manibus tuis accipiam, non tamen qualemcumq; sed reliquarum. Vis enim, & sic mā  
dasti, ut colligantur, ne pereant. De ipsis quippe mei similes indigni prævaricatores &  
ingrati sufficienter poterunt sustentari. Filijs quidem lautiora dabis fercula, mihi autē  
reliquias, eloquorum (uidelicet) tuorum intelligentiā, quæ super mel ori meo sapient.  
Scripturarum enim intellectum per ipsas uoluisti significari reliquias. Præstitisti namq;  
apostolis tuis sapientiæ & intellectus spiritum, quatenus per te illuminati de te erran  
tibus in tenebris scientiæ lumen ostenderent. Hoc minime ualuerint, nisi tuo afflati es.  
sent spiritu. Quamobrem quum reliquarum essent saginati alimento, insufflasti in eos  
dicens: Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittitur eis, & quo  
rum retinueritis, retenta sunt. Tale munus talēq; gratiā debuit ecclesia tua accipere ab  
te dñe sponso suo, ne per ignorantia deuiaret à uero, & per impotentia iaceret in imo.  
Erat illi clavis sciæ necessaria, ut per ipsam ualeret hereticorū cōfutare errores, discer  
nere uitia, agnoscere mysteria, imbuere populos, cōponere leges, prædicare regnum, fer  
uare iura, & spiritualia carismata custodire. Non aut minus potestatis indigebat clavis,  
quatenus per ipsam ligandi atq; soluendi animas autoritatē acciperet. Eset proculdu  
bio in pleibus contemptibilis sine hac, & à seculi potestatibus opprimeretur, atq; ad  
gubernandam numerositatem fidelium, animasq; saluandas parū inueniretur idonea.  
Ornauit igitur illam Christus uarietate donorum, & clavium autoritate, ut sit conuersa  
tione sancta, decora uirtutibus, moribus præclara, sublimis meritis, miraculis potes, ex  
lesti infusione sapiens, unitate locuples, gratia insuperabilis, & in conspectu spirituum G  
supernorum uenerabilis. Permisit tamen illam ex propria incuria & uoluptate uisibili  
um se plurimum de honestari, atq; regia dignitate priuari, non autem absq; irreprehen  
sibili æquitatis iudicio id illi contigisse credendum est. Quæ enim sponsi sui contēpsit  
imperium, suæq; pulchritudinis effecta est negligens, merito debuit & ipsa contem  
ni, quatenus ex proprio saltē erudita pudore resipiscere, atq; ad pristinum decorum  
uiriliter erecta ualeat remeare. Prius quam humiliarer (ait Propheta in eius persona)  
ego deliqui, propterea eloquium tuum custodiu. Non autem ad id quod fuerat con  
gruētius, resurgere potest, quam ex suorum cognitione facinorum, atq; de perditarum  
amore uirtutum. Humilitate sola quisq; ad honoris uerè culmen ascendit. Nam fortitu  
dine corpora, sanctitate uerò mortalium corda sternuntur. Eapropter sancta mater ec  
clesia, quicquid amisit in membris, requirat in capite, ut fiat corpus unum perfectum in  
membris, ornatum in donis, atq; in antiqua gloria reparatū. Meminerit quod accepit,  
quatenus ex præteriorum notitia queat metiri presentia. Resuscitatum sciēs caput re  
fuscatum non dubitet corpus. Quamuis enim perenni gloria redimitum sit caput, H  
non tamen adhuc laborans & gemens suum obhorret corpus. Illud tanq; proprium fo  
uet & nutrit, ab illo se diu absentare nō patitur, quoniam iuxta illud & in illo est. Disce  
dit ab eo ut redeat, reuertitur ut discedat. Hoc quotidie in spiritu, hoc post resurrectio  
nem suam ad tumulum, in uia, in domo perfecisse cognouimus. In cœnaculo quoq; po  
situs postquam se palpari permisit, postquam manducavit, & insufflando spiritum san  
ctum apostolis tribuit, ante illorum oculos repente disparuit. Dispensante autem illo  
tūc defuit Thomas cæteris uerò eidē condiscipulis referentib. quod resuscitatū uiderat  
dñm, credere renuit dicens: Nisi tetigerō digito loca clavorum, & mittam manum meam  
in latus eius, non credā. Hoc plane nō temeritate cōmotus, neq; obstinatione detenus,  
sed pietate impulsus, & agnoscendæ ueritatis desiderio protulit inflammatus. Evidē  
pro uniuersali salute fidelium Dei sapientia electum discipulum in dubieratis scopolis  
impingere uoluit. Dum enim dubitando palpauit, & palpando creditit, de electorum  
cordibus omnem infidelitatis caliginem confitendo detersit. Complacuit autem dñs  
non

A non repente, sed post mysticū dierum numerum tūtubantem reuocare discipulū. Nam  
octauo superueniente die ianuis clausis, repetita salutatioē apparuit. Occultorū igitur  
præscius relictis cæteris ad illum, quem errasse nouerat, ueneratq; saluandū, propriū di  
rexit sermonē inquiens: Infer digitum tuum, & uide manus meas, & mitte in latus meū  
manus tuas, ne sis incredulus, sed fidelis. Nō enim quasi non posset sua sanare uulnera,  
retinuit mediator clavorum fixuras in manib; Porro qui ualuit reuivificare mortuos,  
atq; de tumulo excitare seipsum, poterat etiam suas cōsolidare cicatrices, quatenus ea  
rum nullum appareret uestigium, maximum tamen suæ caritatis in ipsis præbuit docu  
mentū. Suæ namq; passionis uulnera in corpore ideo custodiuit illæsa, ut haberet quod  
exhiberet patri, & ostenderet nobis. Patri quippe, ut illum reconciliaret offensum, no  
bis uerò, ut in torpore iacentes mentes sursum erigeret. Opportune tñ satis Apostolo  
dubio, qui typum gerebat ecclesiæ, manus ostendit & latus, quatenus in altero creatio  
nis, in altero aut beneficium redemptionis obijceret. Ipsius namq; manib; cōditi sumus  
dicente Propheta: Manus tuæ dñe fecerunt me, & plasmauerunt me. Verū & de ipsis  
latere aquam nouimus profluxisse & sanguinem, in quibus omnis redemptiōis nostræ  
origo subsistit. Optime ergo ad se nos eleuare desiderans tacite redemptiōis nostræ  
patefecit indicia, per quæ sufficienter proueheremur ad uitam. Quonā modo congruē  
tius instruimur ad salutem, q; conditionis nostræ meditando initia, auctorē, & causam?  
Fecit quippe nos ex limo terræ, ut momentis singulis pro humilitate adipiscenda car  
nis consideremus naturam, pro sapientia agnoscamus autorem, ac pro morum discipli  
na intelligamus & causam. Nulla autem ratione redemptiōis nostræ mediatori me  
lius reperdimus uices, q; si illum toto corde totisq; uisceribus diligamus. Amoris quip  
pe debita amore solūuntur. Tanti ipsa est caritas, ut non nisi sola recompensemur carita  
te. Horum itaq; sacramentorum altitudinem Thomas, qui merito interpretat abyssus,  
percepit in Christo. Dum enim digito manuq; perscrutatus est Christū, exclamauit, &  
dixit. Dñs meus & deus meus. Veritatem carnis & gloriæ deitatis uno cognouit ex ta  
ctu. Supra illum prorsus fuit, quod sensit in Christo. Hinc est, quod admirationis & cō  
fessionis prorumpens in uocem inquit. Dñs meus & Deus meus. Longe plus inuenit  
in dño, q; quærebatur. Cupiebat hominem solum tangere, & in homine agnouit Deum.  
Verbi quippe maiestatem, & æternæ cōdorem sapientiæ sustinere non ualens, gran  
de ex ore suo emisit tonitru cordis indicem & gustatæ ueritatis testem. Contemplatus  
quidem magna, locutus est pauca, & tamen in his paucis totum perspicue complexus  
est Christum. Catholicæ fidei sublimiter fundamenta cōposita, supra quæ omnis eccl  
esiæ structura perficitur. Laudis etenim uniuersa confessio meritū ex mediatori Christi  
persona sortit, ut (uidelicet) in carne uerbū, in humanitate sapientiā, & in homine ueri  
tatis credatur Deum esse maiestatis. Hæc est fides, quæ gratificat alienos, impios iustifi  
cat, ditat pios, confirmat iustos, sanctosq; laetificat. Totū quod hominis erat, intelligen  
do confessus est Thomas, quum diceret, dñs meus, & Deus meus. Hac de causa ab ipso  
saluatore laudari promeruit. Quia uidisti me (inquit) Thoma, credidisti. Quenam ue  
rō est Apostoli laus, qui credidit, quoniam uidit? nunquid ex uisu tātum fidei adeptus  
D est meritum? Si solum quod uidit credit, quoniam modo commendari debuit, quum Apo  
stolus dicat, fides est sperandarum substantia rerum, & argumentum non apparētium?  
Non igitur ex uisu, sed ex inuisibilium fide coronam sibi fidei uēdicauit. Vidi utiq; ho  
minem, & credidit Deum, carnis palpauit naturam, & Dei confessus est sapientiā. Ne  
quaquam corporis, sed fidei oculo diuinitatis cernitur altitudo. Sed neq; circūscribitur  
loco, quæ omnibus est in locis. Thomæ igitur fides, quæ ex uisu atq; glorificati corpori  
tactu roborata fuisse cognoscitur, Deo extitit grata, uerum longe illa eidem censem  
da est gravior, quæ nullo adiuuātur carnali intuitu. Sententia huic testimonium media  
tor perhibet dicens: Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Huiusmodi fides ex audi  
tu concipitur, nutritur ex gustu, sed ex aperta uisione perficitur. Perficitur (inquam) nō  
ut sit, sed ut consummata in uisionem transeat. Nam quemadmodū intellectus est mer  
itis fidei, illiq; tanquam spiritualis pedissequa succedit in uia, ita & in patria fides des  
cit, & remanet uisio, quæ perpetua fruitione solidatur. Quandiu ergo peregrinamur à  
dño, fide uiuimus, iustificamur ex fide, per fidē ambulamus, in fide saluamur sine fide;  
damini

damnamur. Teneamus itaq; fidem, in illa crescamus ascendendo à uisibilibus ad inuisibiliam, à temporalibus ad æterna, donec reuelata facie Dei gloriam contemplantes à claritate fidei in agnitionis transformemur claritatem. Nullum corporalium sensuū que ritemus in credendo suffragium memores eloquiorum Christi dicentis: Beati qui non uiderunt, & crediderunt.

*Quām excellenter se intus exerceat, qui diuini amoris succensus est flamma.* Cap. XXVII.

 Vi diuini amoris ardet incendio, in bonis actibus semper occupare se cu pīt. Nunc interius, nunc exercetur exterius. Ociū obhorret summore, ueluti caritatis inimicum. Proficiendi nanq; desiderio succēsus quo magis proficit, eo amplius deo appropriare conatur. Verecundatur iacere in imis, delectari exterioribus, attollī dignitatibus, & prosperitatib. demulceri. Capiti Christo tanquam membrum nobile conformari peroptat, quamobrem ex industria se dehicit, ut humilitatem sectetur. Se exercet in arduis, ut uirtutes acquirat, se affligit in poenīs, ut animal indomesticum domet, se abscondit ab hominib, ut ad inuisibilem contemplationem se eleuet. Deo ut amabilis fiat, non diebus, non noctibus à beneficiendo torpescit. Intus quantum ualet, desiderijs inflammatur, cogitatione roborat sancta, amore pascit, meditatione pinguescit, atq; Deo plenus iugiter intra se diuinis laudib. occupatur. Efficiit utiq; tēplum sanctum, dicatum Deo, ornatū morib. pa ce refertum, intelligentiæ lumen coruscum, decorum gratia, puritate nitidū, atq; omni ueneratione dignissimum. Vacat Deo, quū habitat secū, cultoditūr à Christo, dū foras egredit, nō aūt ut placeat sibi, aut querat sua postponit se, sed ut eius cui se donauit, perficiat uoluntatē. Siue mēte excedat Deo, siue sobrius sit hominib. semper Christi caritatē cōpellitur. Tenet in penetralib. Christum, & ab ipso dirigitur, ut in illo permaneat. Quoties elongat à Christo, nō nisi ipsum querit in se. Quærerit, inq; sedulo, petit humili ter, & perseveranter pulsat. Pauet prorsus, ne ignorantia inuolutus caligine diuinæ uoluntatis efficiatur indocilis, atq; foras expulsus patrimonio cōsumpto porcorū siliquas māducare cogatur. Nuncq; securus, nunq; quietus existit, quoadusq; redeat in idipsum. Solus ipse nouit, quid habuerit, quid amiserit, quid querat. Nā internarū deliciarū inex pertus quantis mens iusti affluat bonis, ignorat. Propterea nec pro se, neq; de alio, sicut expedit, dolere potest. Insensibilis quippe effectus sola quæ foris sunt, appetit, in solis exteriorib. occupat, nihil quod nō gustauerit, ipse approbat, sensib. regit, sensibusq; nutritur, totū se tribuit, totū se diffundit in eo, quod agit. Quid sit ipse, quid ueretur in se, nescit. Alienorū factus est seruus, qui noluit esse suus. Hinc laborib. hinc tentationib. uarijs fatigatur. Thesaurizat, & ignorat cui cōgreget, quoniā bonum non bene agere cōsuevit. Minime autem desperet, qui huiusmodi est, perseveret in bono, ut per bonū difcat benefacere. Non enim in bono occūpatos derelinquit Deus, illos ex insperato & in nesciente caligine uisitare consuevit. Maximū super hoc in Apostolis pīscātib. post resurrectionem elicitur documētum. Quum enim perrexissent pīscatum, & per totam noctem nihil prendissent, eorum laboribus cōpatiens mediator ante illos apparuit in littore, atq; ut iterum rete iacerent, mandauit dicens. Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Nempe illos tota nocte desudare permisit, & capere nihil, quatenus in doctrina spiritus, per corporale opus eos imbueret. Docuit itaq;, quid de se credere, quid de seip̄sis intelligere, & qualiter in operibus laudabilibus se habere deberent. Ne quaque sine grandi sacramento actum est, ut post resurrectionem laborantib. in mari discipulis & nīl capientib. ipse saluator appareret in littore. Hēreditatem profecto in corruptibilem, & incontaminatam, ac conseruatam in cælis per littus maris, in quo stet, indicauit. Carnis glorificationē & perpetuæ uitæ soliditatē, quā acceperat, significa uit ex loco. Nescit mutari ab eo, quod est, neq; quod hēt, ualet amittere, quicq; future beatitudinis factus est particeps. Segregatur à turbinib. seculi, & sempiterna pace lata tur. Quæ quoniā nō nisi post uitę terminum possidet, ideo Christus in littore stetit. Ste tit (inqua) solus cæteris in fluctibus desudantib. ut ex hoc agnosceremus illum solū ha buisse immortalitatem, & lucem habitasse inaccessibilem. Quis est in carne degēs, qui non tentationibus agitetur, atteratur infirmitatibus, & dolorib. fatigetur? Pressuris re pleta, fraudib. periculis, & uarijs poenarū generibus exaggerata præsens hæc uitæ esse compro-

A comprobatur. In ipsa superbia inflat, cupiditates accidunt, prosperitates ad lasciuiam prouocant: alienus succensus inuidiæ liuore petur, deuastat ira, odia conturbat, libido dominatur, blanditur gula, tristitia consumit, prosternit ociū, detractiones necāt, disoluuntur ioca, gloria inanis attollit, popularis favor decipit, inopinati casus feriunt, & ad extremum mors furibunda intercipit. In hoc procelloso mari, o quām saepe flante se cundo uento repente tempestates insurgunt, aperiuntur abyssi, naufragi pericitantur in undis, & qui in portus tanquillitatem arbitrabantur intrare, beluis marinis traduntur in esum. Non est in hoc pelago magno & spacio, in quo sunt reptilia, & animalia pusilla, atq; ingentia sine numero, nauigatio tuta. In ipso per mysterium tota nocte apostoli laborauerunt, & nihil prenderunt. Nempe uacui remeassent ad propria, nisi à uerbo admoniti iterum retia laxassent. Venit uerbum, apparuit in littore mediator, & ut in nauigij dexteram mitterent retia, imperauit. Disce tu, qui laboras in nocte, qui sine Christo laxas rete, qui absq; sapientia sermonibus tuis homines conariſ instruere, tuoq; cōsortio aggregare, quoniam nihil proficiſ. Absq; diuino iussu mortalium nō emolliuntur corda audientium, aures non reserantur, nec uita reformatur. Imperium uerbi prius auscultā in te: intende prosperè, procede ut capias: noli presumere prædicare, nisi mittaris, alioquin eris tanquam aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Quid propheta sanctus de se dicat, intellige: Misit (inquit) dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce dedi uerba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes & regna, ut euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & edifices, & plantes. Aduerte diligenter, quoniam absq; sapientiæ dono Vates tantus prædicationis officium sumere non audebat, quāuis in genitibus se prophetā datum audiret. Nam præmisserat: a a domine Deus, ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Humilitate nāq; præditus, & arcane lumine præuentus metuebat ambulare in magnis atq; mirabilibus sup se. Ob hoc potius eligebat in silētio uacare sibi, quām sine fructu utilitatibus incumbere proximorū. Pro huiusmodi equidē humilitate diuinitus eruditū promeruit, ut animarū minister esset idoneus. Duplicita exēmple instruimur. Prophete (uidelicet) qui prædicare renuit, nisi introrsus esset imbutus: & apostolorum, qui absq; domini mādato in mare figuraliter retia mittentes nihil prenderunt. Nam rete illud uerbi Dei prædicationem præsignabat. Sola sapientia est, quæ aperit ora mortuorum, & linguas infantium disertas facit, quæ uentis & mari imperat, & obediunt ei: quæ etiam prædicationis reti pīscēs rationales maris per apostolorū ministeria ad littus trahit. Nēpe dominus ipse dat uerbū euāgelizātibus uirtute multa, ut illorū institutionibus milia hominū ad littus triumphantis cōgregentur ecclesiaz. Figurā audi, ut in figura intelligas ueritatē. Audita (sicut euangelij textus loquitur) apostoli præceptoris uoce miserū rete, & iam nō ualebāt illud trahere præ multitudine pīscium. Quātum uerbū uerbi ualeat: quātumq; prædicatorū obedientia sit efficax, in pīscium horū captura probatur. Unico uerbi sermone apostolorū complētur retia: quæ nullū antē potuerat includere pīscem. Sacramētū hoc magnū est, in exordio nascentis ecclesiaz reseratum. Quomodo absq; sacramēto esse censebitur, quod tāto ordine recitatur? Scribitur numerus pīscū, retis integritas, & nomina pīscatorū: cūcta hæc aliquid innuūt. Pīscēs isti electorū in Christo credentiū cōgregatio est. Porro electi omnes spirituales sunt pīscēs, qui in huius seculi natāt fluctibus, & subiecti sunt Christo: de quibus ore propheticō dicit: Volucres cæli, & pīscēs maris, qui perambulāt semitas maris. Ipsi in aquis uiuunt, & per eius discurrūt semitas, tribulationibus affligūt: nec deficiūt, quoniā per tolerantia perseuerāt: moriuntur autē in his aquis, fortitudine carētes de flagello diuinæ correptionis murmurāt: aut sine percussiōis uerbere tēporaliū felicitate tumescūt. De talibus Psaltes inquit egregius: In labore hominū nō sunt, & cum hominibus nō flagellabūt: ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniuriant & impietate sua: pdijt quasi ex adipe iniurias eorū: transierūt in affectū cordis. Huiusmodi quādiu florent, donec prosperitatibus eleuant, patiētes esse uidētur, & nō sunt: Deo cōfitentur, quū beneficerit illis, & gratias agunt, quū prosperis successibus pollent: mox uero quū diuinā super se sentiūt ultionē: in blasphemiae laudis uerba cōmutāt, obliuiscūt gratiarū, quas Deo exhibebāt, atq; Deū nō propter Deū, sed propter se dilexisse operibus protestant. Hi nimis quāuis in carne degāt: in anima tamē mortui esse noscūt: sicut de peccatrice uida dicit: Vidua in de Laur. Justin.

Hier. 1

Ioan. 21

Psal. 112

1. Tim. 5

licjjs.

licis viues mortua est. Prelocari quidem in aquis tribulationum a Christo efficiuntur extranei: non autem sic paties, non sic qui in electorum computati sunt sorte: flagellatur, & toleratur, uirga & equitatis plectrum, & laudes exoluunt, se deliquisse fatetur: reatus sui pudus pensant, & humiliter seruit: nequaquam dubitat se in filiorum numero computandos, quem temporaliter opprimuntur: apostolicam admonitionem memoriter tenet, que ait: Omnis disciplina in presenti non uidetur esse gaudium, sed mordor: postea vero exercitatus per eam pacatissimum fructum reddet iustitiae. Et iterum: Quis filius, quem non corriget pater? Quod si sine disciplina estis, iam non estis filii, sed adulteri. Iste modi spiritualibus piscibus, qui uita spiritus in Christo usu tribulationibus non periclitabatur, aiebat Apostolus: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Hi apostolicis rebus capitatur, ut trahatur ad littus, & offeratur Christo. Capiuntur quidem, non ut in servitute redigatur: sed ut in libertate transeant filiorum, & matrem agnoscant Hierusalē, quae sursum est, & est libera cum filiis suis. Merito ergo numerus piscium, qui capti sunt: centum quinquaginta tres esse perhibetur: quoniam omnes praedestinati ad regnum: per septiformis spiritus gratia laborati: decalogi madata seruantes in confessione deificare trinitatis uitae suae diem claudunt extremum. Tales Dei uerbi reti inuoluuntur. Audiunt enim uerbum per predicatorum ministerium, & illud corde retinēt, atque centuplum in patientia uirtutum germinat fructum. O quam bonum uerbi Dei rete saluificum & indissolubile, non mortalis artificis manu contextum: sed sancti spiritus sapientia connexum atque compositum. Nequaquam ualeat humana peritia, & hominum indocta scientia facundiae suae retribus peccatum animas ad prudentiam ueri reformare, reuocare ad Christum, erigere in celestia. Non potest cecus caco luminis ostendere iubar: neque per iustitiae semitas rectum praebere ducatum. Hoc diuinæ uirtutis & paracliti proprium est opus: qui tangendo mentem sapientiam docet: intellectus infundit lumen: revelat consilia, fortitudinem tribuit, imbut sc̄ientia, pietatem inserit, atque filijalem domini immittit timorem. Huiusmodi uirtutibus sanctorum per spiritum sanctum contexta sunt retia, per quae capiuntur, quotquot ad æternam praedestinati sunt uitram. Hi nequaquam alni spiritus scindunt retia: quoniam in unitate fidei perseverant, unitatem diligunt, unitatem tota industria custodire contendunt: non faciunt schismata, contentiones fugiunt, & discordiarum bella perhorrescant. Dociles quippe quā sint, mites, misericordes, pacifici, corde mundi, iustitiam sicutentes, & in tribulatione patientes: sancti spiritus magisterio interius diriguntur. Non a seipso, sed gratia Dei fatentur esse, quod sunt: ideo tāquā ueri humiles corde, & pauperes spiritu cœlesti protegunt auxilio. Requiescit namque Deus super humilem & quietum, sermonesque suos custodiens. Consuevit preterea non omnibus, sed apostolicis tantum uiris eloquiorum suorum ad capiendas animas retia praebere. Quanquam etenim innumerū reperiatur, qui polluta mente, & factantiae causa uerbum Dei pronunciēt populis: incassum tamē laborare noscuntur: quoniam non per spiritum, sed de suo corde loquuntur. Solūm igitur per diuinam gratiam ad predicationis electi officia doctrinæ cœlestis fluenta audiētibus porrigunt, atque mundanæ cupiditatis sitim exhausti. Animarum lucris incumbunt: Christum simpliciter annunciant: spiritualis uitæ itinera manifestant, & cuique propria rudimenta propinrant. Predicatorem eximium audi: Non enim (inquit) loquimur in doctis humanæ sapientie uerbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia cōparantes. Iste modi tradita sunt diuina eloquia, ut quemadmodum in opere: ita & in sermone potentes sint. Esto & tu talis, ut merito tibi uerbi Dei dispensatio conferatur. Petrum imitare apostolum, cui præcipue dominus in hac punctione mādauit: quatenus referta piscibus retia ad littus traheret. Nudus quippe quā in nauicula esset, suscepit tunica, per medios fluctus perrexit ad Christum. Apostoli igitur eruditus exemplo: quisquis ad Christum per predicationis rete alios trahere concupiscit: ita in nau, per leuca in ecclesia, & catholicæ fidei confessionem tene, ne in errorum pelago demergaris. Agnosce quoque te esse nudum, infirmitatem propriam confitere, & metis oculo cœtitatem tuam intuere. Porro nuditate tuam fateberis, si diligenter discutes, qualem te Deus in natura cōsiderit: quantaque gratuīa tibi erogauerit dona. In Adam te cōsidera, qui suā erubescēdo nuditatem, & latebras souit, atque sicut sibi perizomata fecit: caue tamē ne tu, ut ille ab aspectu domini fugias: quin potius cognito quod in littore maneat Christus: non arescentiū soliorū, sed perpetuę caritatis succinge te tunica, & nuditatē propriā operite.

A rite studeto. Est namque caritas indumentum nuptiale, quod multitudinem diluit peccatorum. Hoc quicunque uestiti sunt, beati dicuntur: quoniam ipsorum remissae sunt iniuriae, & tecta facinora. Tali tunica præcinctus dum fueris, amore ignito in tribulationum undas ingredi non expauescas, ut ad præceptorē tuum stantem in littore ualeas properare. Nequaquam patieris naufragium caritatis pallio cooperitus, quem scriptū sit: Aquæ multæ non potuerū extinguerre caritatem, nec flumina obruent illam. Utique laetus effectus, ac dilectionis tunica circundatus per maris medium tanquam per siccum securus incedes: uidebisque per spiritum (ut olim Hebrei corporaliter) spiritualem Pharaonem, ipsiusque exercitū ueluti plumbū demersum in aquis uehementibus. Tunc tu tam pro cōsecuto triumpho, quam etiā pro mediatoris præsentia delectabili carminis sancti ad angelorum, beatorumque cōtum intentionē dirigēs huiusmodi laudis prorumpēs in uocem: Cantemus dominō gloriōse enim honorificatus est: equum & ascensorem deiecit in mare. Si ista fideliter gesseras: si amoris cantica in cordis tui thalamo iugiter promperas: si spōsi cœlestis uestigia in hoc mystico tenueris littore: proculdubio uerbi Dei mysteriū proximis impertieris ueliter. Ministrabitur quippe tibi in fide uirtus, in uirtute sc̄ientia, in sc̄ientia abstinentia, in abstinentia patientia, in patientia pietas, in pietate amor fraternalis, in amore fraternalis caritas. Ita si affuerint tecum, non vacuum, nec sine fructu cōstituent te in domini Iesu agnatione. Recipies quādiū peregrinaberis in corpore: in hoc solido littore ueræ sapientiae, & in contemplatione perpetuę felicitatis, diuinitatis perspicuā sc̄ientiā, humanitatis Christi notitiā: nec non fraternalē emulatio spei immarcessibilem coronā. Hec in leuamen tue peregrinationis, fatigationumque tuarum auxilium tanquam primulas possidebis: dum uero ad supernorū patriā, quā tendis, perueniris, & ternā atque ineffabilē horū cōsequeris mercēdem. Ita profecto, de qua loquimur, electorū gloriā apostolis in littore cōstitutis dominus Iesus figuraliter præmōstrauit. Sic enim legitur: Viderunt quā descendissent ad littus prunas politas, & pīscē superpositū, & panē, ut in ardentibus prunis diuinitatis notitiā: in pīscē superposito mediatoris intelligentiā: & in pane apposito electorū unitatem expressam fuisse cognoscas. Talis est cibus, taleque conuiuiū, quod amicis suis Dei sapientia præparauit in littore. Huiusmodi in cœlorum regno sunt discubentia sercula. Dei utique uisione fruuntur: in qua totius beatitudinis summa cōplectitur. Nempe uidere Deum in se, atque uniuersa in illo, non per anigmata, neque ratiocinādo: sed in sapientiæ splendore, in ueritatis radio, in lumine gloriae: nemo cōstitutus in corpore mortali ualeat mente percipere, atque explicare sermone. Porro hec uisio, & uisionis admiratio uita eterna est, de qua uiuunt, qui beatē uiuunt: per quā omni corporis & animi corruptione deposita deificatur in patria. Reformati non in natura substātia, sed ex supereminēti, quā prius non habuerant, gloria: dignitatē sortiuntur angelicā. Efficiuntur cōquales illis, non propter institutiō nem: sed ex merito, id uerbo in suo corpore operāte. Quamobrem tanquam grati de munere, nobilitati in corpore, de plenitudine saginati: suspensi, p mysterio in mediatoris specie irreuerberatos tenent obtutus. Non enim ualent non electari illo, quē cōualeat sibi sua per omnia prælatum cōspiciunt, cuius (uidelicet) uirtute sunt cōditū, gubernati sapientia; sanguine redempti, meritis sublimati. Observat utique illum iucundissima amoris sagacitatem: quantus in gloria, qualis in decoro, quā honorabilis sit in regia dignitate. Rapiuntur in ipsum ardētissimo dilectionis impulsu, & quadā intimā caritatis ebrietate liqueſcūt. Se in illo diligunt, & ipsum incōparabiliter plus quam se. Reciproca namque caritate conexi amoris facibus pariter accenduntur. Prouehuntur illi ad summa, dum ipse inclinatur ad īmā. Inclinatur, inquam, sed non à naturali & diuina dignitate degenerat. Quum se communicat, permanet in eo, quod est, quoniam in natura uerbi semper est, quod est: nullam admittit uicissitudinem, nullamque gloriae diminutionem. Proinde in hilaritate tribuit, & abunde cœlestia largitur, libentius uero se. Se dando confert omnia: quoniam in ipso omnī plenitudo diuinitatis habitat corporaliter. Merito itaque ad patrem dum loqueretur, ait: Hæc est uita eterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Hæc plenitudine cōtemplationis discubentibus discipulis promisit in littore: ideoque de illis scriptū est, quā nemo discubentū audebat eum interrogare, tu quis es: sc̄ientes quia dominus est: quod euidentius in cōnāculo recubens aperuit, dicens: Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum; & ipsi sunt meū: ut uideant claritatem meā, quā dedisti mihi.

Laur. Iustin.

Y 2 Qualiter

Ioan. 17  
Ioan. 21  
Ioan. 17

Qualiter mediante fide per uisibilē mediatoris Christi naturā homo ad inuisibilia sit prouectus. Cap. XXVIII: E

**N** Empiternum Dei uerbum, dum in plenitudine temporis humanę mortalitatis naturam suscepisset: atq; in illa peregrinaturū se mundo exhibuisset: omnē aduentus sui intentionem ad hoc direxit, ut humanam speciem, quæ per culpam ab ingenitæ dignitatis arce ceciderat, ad pristinā restauraret gloriæ celicstudinem: quod congruē agi nequaquā poterat, nisi homo spreto cōmutabili bono incommutabile totis uiribus queritaret. Hoc autē facere quomodo ualeret nocens & uisibilium amore detentus, qui amissa liberi arbitrii potestate se in seruitutē redegerat uitiorum? Alienā profectō fuerat erigendus manu, qui propria uoluntate deliquerat: nec alterius quam eius, à quo plasmatus, cuiuscōmplexo transgressus fuerat legē. Missa igitur de sublimibus cælorū sedibus sapientia Dei in corpus uisibile mirabilī magisterio languores curauit humanos. Ministravit quippe inuisibilem fidem per assumptā uisibilem substantiam mundo: quatenus à uisibilibus per uisibile ad inuisibilia inuisibiliter promoueret. Hinc est, qd adhuc quū esset passibilis, in elementis & creaturis plurimis, atq; in corporibus hominū miracula exercuit sine numero, ut eruditū in fide, & purgati per fidē de uisibilibus ad inuisibilia raperemur. Deniq; post ipsius etiā celebratā resurrectionē testibus præordinatis in multis argumētis apparuit: quatenus eorū adminiculo futurā in ipso, ac per ipsum crederent uitā, atq; posteris prædicarent. Sunt etenim Christi miracula diuinitatis illius & immortalis uitæ cōspicua testimonia, quæ rationalē mentē de fidei ueritate sufficientissimē instruūt. Eadē nanq; Propheta cōtemplatus aiebat: Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Prorsus nimis: quoniā admirationis sua splendore in diuinitatis cognitione perfidei exercitationē attollūt: unde & idē alio inquit in loco: Mirabilate testimoniā tua: ideo scrutata est ea anima mea. Per miraculorū itaq; uisionē dirigēte fide simpliū atq; incredulorū corda diuinitatis scientiā utcunq; percipiūt. Hinc est, qd Paulus ait: Signa data sunt infidelibus, nō fidelibus. Meritò igitur discipulos adhuc rudes, & infide dubios post multa corā iplis patrata miracula, atq; resurrectionis exhibita argumen

**Psal. 92** ta dominū Iesum increpasse cognoscimus. Apparens siquidem illis super mōtis Oliveti G uerticem (sicut legimus) exprobauit incredulitatem illorū & duritiā cordis: quia ihs, qui uiderāt eum surrexisse à mortuis, nō crediderant. Minimē quippe arguisset eos, si tantis cōspectis prodigijs rationabiliter dubitare debuissent. Nō enim mediatorem surrexisse, uel in minimo fluctuare licebat, quibus tangendo, edendo, uidēdo, loquendo se insinuat uerat uiuere. Increpauit itaq; illos tanquam uituperatione dignissimos, & virtutibus remunerandā afferuit eorū fidem, qui nil uidendo in ipsum fuerāt credituri, sic inquiēt: Signa eos, qui crediderint, hæc sequent: in nomine meo dæmonia ejcent, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferū quid biberint, nō eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebūt. Quæ fidei gloriosa insignia, præclaræq; uirtutes: quoniā nō ab uniuersis credentibus fiunt: spiritualiter potius qd corporaliter intelligēda sunt. Nēpe in salvatoris nomine credentes dæmonia ejciunt, quū persuasionibus sacris audientium corda cōpungūt, atq; ad resistendū diabolo uiriliter uerbo exhortationis accendūt. Linguis loquunt nouis, dum ipsi introrsus illuminati sapientiæ dono, aut sacramentorū cælestium arcana patefaciūt: aut diuina carmina publicè, seu priuate suauis cordis modulatione decantāt. Serpentes tūc tollūt, quādo per orationis instantiā antiqui serpētis coercent sœutiā, ne decipiāt simplices, uel quū eosdem prijs redargutionibus ad rectioris uitæ itinera errantes reuocāt. Nō eis nocet, si quid mortiferū biberint: dum uirtute fidei uerborati, atq; caritatis flamma succensi calcāt oblectamenta carnalia, atq; malignorū spirituum obſcenis letalibusq; suggestionibus cor suum custodiendo repugnant. Super ægros etiam manus imponendo sospitatem inducunt, quū uirtutū exemplo, & bonorum operum fecūditate delinquentiū animos ad emendationem inflectūt: atq; in uitiorum squalore iacentes caritatis manu erigūt, & post Christū currere hortant. Ista quippe sunt credentiū spiritualia stipendia. Hæc (inqua) sunt catholicæ religionis ornamenti sublimia, quæ pro speciali munere prius qd cælos peteret Christus, suæ reliquit ecclesiæ. Voleat nanq; charismatū spiritualium coronas pollicendo exponere: quatenus in uirtutum stadio pugnaturos ad cælestia arctius animaret. Talibus igitur donorū gemmis quāuis in mēbris suis decoratā esse agnoscamus ecclesiam: per amplius tamen sponsionis gratiā eos,

**A** eos, quibus loquebatur, percepisse minimē dubitamus. Quoniam enim honorabiliā essent Christi corporis mēbra: præstātoribus meritō debuere locupletari muneribus. Illis plenē datus est sermo sapientiæ, & sermo scientiæ linguarum genera, gratia curationum, & legis prophetarumq; interpretatio. Autoritatē quoq; cōsecuti sunt calcādi omnem uitutem inimici: ipsumq; de hominū animabus corporibusq; fugandi. Sic enī habes: Ecce dedi uobis potestatē calcandi serpentes, & scorpiones, atq; omnē uirtutem inimici. Hęc tam pro defensione catholicæ ueritatis, qd pro conuersione gentilis populi sortiti sunt. Porro ipsiis quæcuncq; promiserat ascensurus, per spiritū sanctū regnando impleuit. O præceptoris solicitude mirifica: incredulos discipulos arguit: & tamē credituris spirituālia pollicetur charismata. Vtruncq; in sui hora ascensus exhibuit & ascendit. Illos siquidē exhortando benedicens, & ad æthera scandēs à terra eleuatus est. Ex huius igitur insueti ascensus intuitū astātum discipulorum admiratione transfixa sunt corda: adeo ut summet oblii, quid diceret, ignorarent. Erat utiq; prodigium hoc ueneratione dignissimum: ab ipso usq; tunc mundi exordio minimē fuerat auditum, ut mortalium quispiam absq; uehiculo, & sine adiutorio cælorum corporaliter secreta penetrasset. Precesserat Enoch solus tantum in illa generatione iustus repertus: qui angelorū fretus adminiculo de hoc seculo in deliciarum translatus extiterat locum. Heliam quoq; in curru igneo ab aspectibus hominū legitimus fuisse sublatum: sed & Abacuch prophetam nouimus in momento de ludæa in Babylonem esse deductū. Horum neminem per seipsum, sed per angelorum ministerium id egisse cognouimus. Solus mediator noster ex uirtute uerbi alieno non indigens suffragio in beatorū mansiones gloriosus intrauit. Hoc longè antē Citharœdus sanctus cōtemplans aiebat: Exaltare domine in uirtute tua, catabimus & psalmem uirtutes tuas. In uirtute igit propria cernētibus apostolis, alijsq; qd plurimis ferebatur in cælū: patēter quidē, & pedetētim: ita ut intuētibus nulla ineſſet de ascētu eius ambiguitas: sursum aut̄ progrediēte illo facta est in cælo lætitia singularis. Cōuenit simul uniuersus angelorū exercitus: ut ascendēti dño pariter obuiarēt. Ecce (inqūt) uenit ad te-  
**B** plum sanctū suū dominator dñs: en gloriolissimus fidelitū propugnator prostratis aduersarijs redit ad propria. Ipse utiq; gloriolæ humanitatis amictus pallio, atq; captiuorū ingēti multitudine circūseptus laureatus incedit. Occurramus obuiā cōditori nostro, nullus tardet, nulliq; liceat remanere: omnes unanimiter, quantū ualeat, laudis exoluāt debitū, singuli lætētur in dño, quoniā perditorū ipse restaurabit ruinas sociorū, atq; antiquæ ciuitatis nostræ mœnia reedificabit eximiē. Rūpamus igitur moras: ecce iam à terra eleuatus, iam penē ab intuentiū oculis sublatus est. Tūc ingēs oritur cū exultatiōe susurriū: fitq; apparatus citharœdorū cælestiū citharizantiū in citharis suis. Adeſt Michael legio nū angelicarū princeps gloriolissimus, singulorū distinguens ordines: miraç; alacritate diuidēs uniuersos: præcedūt inferiores, subsequuntur cæteri iuxta naturæ prærogatiū, ac meritorū dignitates. Quale spectaculū, qd læta cōgregatio, quātus exercitus, quæ laudū carmina occurrentiū resonat angelorū: Ista profectō nō capit sensus, intelligētia nō attingit, usus nescit, ignorat seculū, ætheraç; mirātur. Quid multis immoreret? Descendētibus obuiāt ascendētes, & indissolubili colligātūr cōpagine unitatis. Iam enī perlucida se opposuerat nubes, quæ ab aspectibus admirantū ac lætantium discipulorū subtraxerat Christū. Efficitur cor unum, eadē uolūtas, par cōsensus, mutua exhortatio, & equalis operatio laudis hominū angelorūq;. Singuli absq; uocis strepitū certatim singula promunt laudationis præconia: ex alterutris aspectibus, de cōcupito cōsortio, pro ineſſibili gloria cæli ciues terræq; lætāt. Vtrosq; copulabat parietes preciosus lapis angularis & summus. Ipse uerò hinc īde uallatus psallentū uocibus beatorū maximo cum honore ferebatur in cælum. A dextris planè ipsius angelorum cunei, & à sinistris patriarcharum, ceterorumq; sanctorum instituti sunt chori, ut uicissim se inflamarerent ad laudem. Tam innumerabilium fretus agminibus angelorū uelutī rex potentissimus mediator Christus pergebat ad patrem. Psallebant angeli nimia cum exultatione dicētes: Psallite Deo nostro, psallite: quibus respondebant iusti. Psallite regi nostro, psallite. Iterumq; angeli repetita laude nempe aiunt: Rex omnis terræ Deus. Et iusti. Quoniam ita est, psallite sapienter. Tunc modulatis uocibus complentes æthera pariter decantabant. Regnabit Deus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam. Sicq; in hunc modum ascen-

**C** dit Laur. Iustin.

dit ipse Deus in iubilo, & dominus in uoce tubæ: prout de illo sanctus prophetæ uerat uates. Ingrediuntur deniq; in cælum psallentibus choris, cunctisq; plaudentibus mirabiliter. David ipse cum cantoribus Hierusalem citharam percutiebat: alij atq; alij organa, tympana, & milia huiusmodi suauissime perstrepebant: omnium affectus & actus diuinis laudibus intendebat. Porro tota ciuitas illa festiva erat, hilaris, redolens, decora, de licijs referta, occupata in laudibus, erecta in Deum, magnificata honoribus, sanctifica ta meritis, prærogatiis ornata, dilatata bonis, stabilita per secula, pace secura, necessitatibus aliena, Deo carissima, & sempiterno uerbo castissime copulata. Per plateas quippe illius, per mansiones, & uicos ab uniuersis cantabatur alleluia. Erat præterea in illius medio miræ magnitudinis, atq; incomparabilis pulcritudinis thronus innumerabilium stellarum splendore coruscus: nec non & angelorum milium claritate stipatus. Hunc diuinis aspectus, & regia dignitas, atq; indicibilis gloria perornabat. Illuc, ut ipsum tangenteret, nemo appropiare audebat: uenerabantur tamen omnes illius artificis sapientiam, cælestem uirtutem, effluentem gratiam, æternumq; decorem. Evidem in principio & ante secula hic eleuatus est thronus, ut in ipso dominus Iesus solus honorabiliter resideret: quæadmodum & factum est. Nam laudatibus Deum cunctis, pariterq; psallentibus, ac uniuersis cernentibus in eodem gloriolissime collocatus est. Tunc milia milium ministrantium, & decies centena milia assistentium angelorum uocem dedere, dicentes: Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & uirtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, amen. Verum & ipse sanctorum cœtus dulcisonis iubilationum clamoribus inquit: Dignus es domine accipere uirtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & gloriam, & honorem, & benedictionem: quoniam occisus es, & redemisti nos in sanguine tuo: fecistiq; nos reges & sacerdotes, & tecum regnabimus in æternum. Hęc & his similia persequentes nimia cum ueneratione cadebat in facies suas, & ante thronum agni suas submittentes coronas immensas illi gratiarum exhibebat actiones. Se quidē ab admiratione & laude cōtinere non poterant. Emanabat enim de ipsis mediatoris serena facie riuii nonnulli bonitatis & clementiae profluente de uitæ fonte sanctæ ciuitatis, quorum qui aderant, inebrati dulcedine pia caritate languebant: sed & ipsa sapientia in Christo corporaliter habitans, de thesauris diuinitatis suæ spirituales quosdam luminis emittebat exterius radios, quibus contemplantes illustrati, intelligentiae splendore fulgebat. Trahebant suauiter à Christo, ipsumq; aspicientes uberrimè delectabantur ipso. Nil plane in illis uacabat à laude: quoniam totum quod uidebatur ibi, agnoscebat laudabile. Ingrediebantur utiq; & egrediebantur, & uirentia amoris & laudis pascua degustabant. Arcana mysteriorum affluenter patefaciebat uerbum, per quæ rediuiuis contemplationum gaudijs reficiebant uniuersi. Nec fastidium satietas, neq; pœnam desiderium inferebat. Operabatur in illis ipsis uerbi potentia, quatenus ineffabilem honorum capaces existerent. Se diffundebat in illos, reficiebat eos non relinquentes se: ordinabat singulos in gradibus suis, omnesq; secundum merita disponebat. Non de minoritate inuidentia, nec de majoritate generabatur elatio. Omnia omnia communia erant, quoniam Deus erat in omnibus omnia. In hoc itaq; mediatoris coniuio nuptiali exultationis & confessionis iucundissimus percipiebatur gustus, atq; laudantium, ac Deum benedicium melliflua carmina personabant. Cælestibus autem canticis in cumbentibus supernæ patriæ habitatoribus, diem festumq; ducentibus adhuc turba discipulorum residebat in mōte, erectisq; in cælum luminaribus mente delectabiter pascebatur. Tunc iuxta filios in albis uestibus duo uiri astitere, dicentes: Viri Galilæi quid admiramini aspicientes in cælum: hic Iesus qui assumptus est à uobis in cælum, sic ueniet, quemadmodū uidistis eum euntem in cælum. O mediatoris præcipua dignatio, ô caritatis uiscera prædicanda. In tanto siquidē honoris culmine sublimatus nūquid oblitus est stupentiū filiorū? Nec pro gaudijs magnitudine, neq; pro locoru distantia fouere desit, quos superstites in mundo reliquerat. Ita plane in cælis lætatur cum angelis, ut in terris nō fastidiat cohabitare in hominibus (nā delicias suas cum filijs hominū esse fatetur.) Pro amoris igitur uehementia nō deditur summus ad ima descendere, ut infimos eleuet ad summa. Nisi prius descendat ipse, nūquam erigimur. Eius inclinatio nostra proiectio est. Quamobrem ipsius documento discamus humilitatem, cōtemplum seculi teneamus: caueamus delectari

A delectari infirmis & cæduis, ut expeditius cælestia capiamus: utrāq; nequæunt possideri. Nam (teste Apostolo) quicunque uoluerit esse amicus seculi huius, inimicus Dei contineatur. Moriatur ergo seculo, ut uiuamus Christo. Ille uiuere censendus est Christo, qui custodit legem, aduersatur diabolo, & mundū calcat, contemnit uisibilitā, odit se, diligit uniuersos, atq; mentis affectu bona inuisibilitā concupiscit. Qui talis est, corporaliter moriendo mutatur in melius. Ponet (iuxta Prophetæ sententiam) radices deorsum, & faciet fructum sursum. Erit honorabilis angelis, amabilis Christo, lumen seculo, uilis sibi, & carissimus Deo. Seipso nanq; deñcientes attollit omnipotens: diligentes se diligit: ipse soluit (dicente Prophetæ) compeditos, illuminat cæcos, erigit elisos, & dirigit iustos: præcipua tamē dilectione aduenam & peregrinū ipse custodit: illum (uidelicet) qui terribilis oris cordisq; definitione cum Psalmographo ait: Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Proinde à temporalium curis, & ab amore uisibilium alienus effectus in diuina lege meditatur assidue. Cōtemplationi uacat dulciter & quieti, fugit hominum consortia, sectatur sapientiam, uirtutes possidere appetit, uigilat prudenter super se, atq; in sui latitudine cordis delectabiliter occupatus prostratus coram domino in spiritu iugiter propheticum depromit, dicens: Cantabiles mihi facte sunt iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Quotidianis siquidem & spiritualibus in delicijs enutritus per incrementa laudabilium actionum ad matutinam pertingit & atatem: Solido perfectorum utitur cibo tāquam amicus Christi, & angelicarū uirtutum feruentissimus imitator. Sæpe impellente caritate in sponsi ingreditur interiora cubiculi, & æterni spōsi castis potitur amplexibus. Reformatur in spiritu, & in seipso iucundissime reuictus. In eadem autē spirituali reformatione irradiatur cognitione, cælestium exhalatur dulcedine, fœcūdatur charismatibus, interna pace pingueſcit, & dilectione flagratiſſima uulnerat. Sic uiuit Christo, uiuiscatusq; in ipso, inquit: Mihi uiuere Christus est, & mori lucru. Nam morte carnis animæ lucru putat, dum relicto huius seculi ærumnoſo exilio in cælestis aulæ patriam latus possessorus ingreditur: quo Christus pro nobis introiuit, factus pontifex in æternum, sedensq; ad dexteram Dei in excelsis interpellat pro nobis, nosq; dulciter inuitat ad se. Pro nobis (inquam) in cælorum palatium mediator uenit Christus paterno obiecto conspectui carnis nostræ naturæ cicatricum splendoribus coruscantem. Nos autem inuitat ad se, ut suauis caritatis sue iugo reficiat nos adhuc peregrinantes à se: ideo grandi uoce clamat: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos: tolliteq; iugum meum super uos. Hortatur præterea nos, ut semotis terrenarum rerum curis per cōtemplationis ocium in ipso delectabiliter quiescamus. Ipsius quippe illa uox est, quæ ait: Surge amica mea, speciosa mea, & ueni columba mea in foraminibus petre, in cæuerna maceriz: ostēde mihi faciem tuam, sonet uox tua in auribus meis. Vox emi tua dulcis, & facies tua decora. Excitat etiā nos ascendere ad perfectionis fastigium, inquit: Estote perfecti, sicut & pater uester cælestis perfectus est: quatenus cōsummato per uirtutum exercitia uitæ huius termino, in regione uiuorū nos ducat ad patrem, uiuiscet & coronet. Clamat itaq; de cælo, & in precordiorū nostrorum auribus intonat uehementer. Excitat prorsus surditatem nostram, interiorē reparat uisum, & gressuum nostrorum semitas dirigit in uitam pacis. Se statuit ante nos, ut in ipso agnoscamus nos, & per illum accedamus ad ipsum: ne nos sine illo perire cōtingat. Non enim talis est, ut morientium perditione lætetur. Vita quippe est, sine qua uitæ carnis mors est, quæ ducit ad interitum sempiternum. Quamobrem, ô milites Christi, ô amatores ueri & inconcussi boni, ô uos qui suave iugum domini, & ipsis oīus leue baulare decreuistis, audite intelligentes, & sapientiae uerba cordis aure percipite. Discite (oro) ubi sit sapientia, ubi sit prudentia, ubi sit uirtus, ubi sit lumen oculorum & pax. Nō enim in hoc seculo, in quo peregrinamini reperitur, neq; in terra autem uiuentium, in sublimibus cælorum mansionibus habitat: solis uero mundis corde de cælo reuelat se, paruulis atque humilibus, de quibus dicebat: Si uenire ad me, talium est enim regnum cælorum. Abscondit autem se à mentibus sublimium, & superbiorum neScientium se. Propterea, inquam, humiliamini, mundi estote, auferte malum cogitationum à cordibus uestris, ut sanctificati digna efficiamini uasa à superueniente sapientia. Observat diligenter super quem requiescat, quem instruat & accendat. Secum thesauros

desert cælestes, & coronas triumphales rosarū albescentiā immarcescibiliumq; ut ipsa suis amatoribus largiatur. Quum igitur sit affabilis, decora, mitis, casta, beneuola, sancta, omniumq; uirtutum candore uestita, sibi similes suos appetit dilectores. Indignum profecto est, ut tam præcelsa & nobilis peccatoribus se cōmunicet & indignis. Ornare itaq; uos moribus, mundate à fôrdibus, cōcupiscentijs carnis renunciate. Virtutes possidere nitimini, cælestia diligite præmia, si habiles uultis fieri contubernio sapientiæ. Est namq; diuina hæc sponsa speciosior sole, & super omnem pulcritudinem stellarū, auro fulgentior, preciosior gemmis, balsamo suauior, nectare dulcior, pudicior castitate, niue candi dior, sanctior cunctis, elegantior uniuersis, firmamento sublimior, abyssu profundior, mari latior, & orbe capacior. Nempe in cælo & in terra summum obtinet principatū. In terra etenim habitibili leges condit, disponit regna, regit populos, scrutatur corda, custodit iustos, punit delinquētes, exhibet iudicia, elementis imperat, arcet spiritus, deprimit elatos, curuat imperia. In sublimibus uero celorum sedibus angelicis spiritibus presidet. Nam Seraphim succendit caritate, Cherubim ueritatis illuminat sciētia, thronos in iudiciorum suorum contemplatione attollit: dominationibus, ut exeuntium ministeria disponant, indicit: principatus ad uniuersi regimen, regnorumq; gubernationē prefert, pro coertione immundorum spirituum, ne ad uota noceat, instituit potestates, uirtutes in faciendis miraculis sublimat, & roborat, mysterijs cælestibus archangelos imbuit, & ad humana explendū ministeria angelos sapientes facit. Sunt enim omnes administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Hæc utiq; sapientia quū incōparabiliter uirtutibus uniuersos transcendat & gloria: hominibus tamē familiaris existit, atq; cum illis spirituali cōnubio copulañ, unde ait: Delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, ludens in orbe terrarum, & delicię meę esse cum filijs hominū. Ipsam igitur omnes pariter diligamus, ueneremur obsequijs, sequamur uotis, muneribus honoremus, efferamus laudibus, canticos spiritualibus mulcamus, placeamus precibus, flectamus suspirijs, oratione uincamus, aduocemus clamoriibus, desiderijs capiamus, atq; in penetralibus cordis caritatis brachijs tuauiter amplecte mur. In ea semper requiescat mens, amor ferueat, subsistat uirtus, intentio dirigatur, cogitatio maneat, perseueret & uita: quatenus per ipsam ueniamus ad illam, iungamus illi, illaç; beatè fruamur, quæ diuino honore coruscans, atq; immortalitatis candore resplendens in patris solio, æquali potestate, pari gloria, & inconfusa maiestate uiuit & regnat in secula seculorum, Amen.

## DIVI LAURENTII IVSTINIANI IN OPUSCULVM DE INTERIORI CONFLICTV,

### PROLOGVS.



Ilīiam uitam esse hominis super terrā, tam ex quotidiano experimen-  
to, quam ex sanctarum scripturarum edocemur eloqujs. Quis (oro) H  
naturalis ingenij compos hoc non didicit ex se in se: si tamen interdum  
consuevit postpositis cæteris redire ad se: In corde prorsus sentiuntur  
spiritualium fragores bellorum: quoniam intus thesaurus concupitus  
possidetur, dicente Apostolo: Thesaurum istum absconditum habe-  
mus in uasis fictilibus. Hinc spes illum diripiendi hostibus nostris oboritur: hinc etiam  
indefessa & peruigil à nobis est adhibenda custodia, ne expoliemur illo. Grauis quippe,  
semperq; lugenda ipsius amissio esse cognoscitur, quæ solum ex ipsius ignorantia pro-  
uenire censenda est. Nam tanti quodlibet aestimatur, quanti esse sentitur. Proinde insi-  
pientibus & peccatoribus uicina perditio est. Beatus planè quem tu erudieris domine,  
& de lege tua docueris eum in spirituali stadio præliari. Abs te domine fortitudo, pru-  
dentia, & intellectus percipitur, quæ optimè in quotidiano certamine cōgruunt. Nemo  
nisi imbutus à te, tuæq; gratiæ irradiatus splendore, nec pseuerare in stadio, necq; uictoria  
ualet obtainere triūphū. Tibi itaq; inhæreat, te assiduis orationibus pulser, teq; possideat  
in se quisquis brauij huius cupit reportare coronam. Te comitante, te pugnante, te pro-  
tegente

A tegente uictor existet. Nempe per se nullus idoneus est, uel repugnare in militiis. Ab hac definitionis sententia nemo dissentit, qui nouit istius militiae qualitatem & causam. Horum igitur ne ignari simus, agnoscendum est cum quibus hostibus nos dimicare oporteat, quibus armis muniri debeamus, & que merces sit promissa uictoribus. Singula prout diuina donabit sapientia proprijs differenda sunt locis.

### DE MAGNANIMITATE VIRILIVM PUGNATORVM, & qualitate inimicorum, quibus humanum debellatur genus. Cap. I.



B Irilium animorum, atq; Christo in spiritu militantium propriū hoc esse cognoscitur, ut magis bellī, q; trāquillitatis tēpus, & potius exerciti laboribus, q; ignavia cōtabescere concupiscant. Nōuerunt siquidē ocio mediāte robur plurimū deperire uirtutū, augeri uero certamine. Vere cundū etiā arbitrantur certaminis incūbente articulo secedere, bellan-

tiumq; declinare tumultum; atq; pugnātibus alijs ipsos pusillanimitate succumbere. Quamobrem magnanimitate accincti & armis, in inimicorū primas irrumunt acies, ac dimicandi sibi plis necessitatē imponunt: glorioſius esse autemantes mori, & fugere. Huiusmodi autē quāuis frequenter uincat, quādoq; tamen superātur: quoniam feruore solo ferūtur, nō discretione: optimū quū sit utroq; certare. Quod autē in corporali certamine, hoc & in spirituali sāpissimē evenire cōtingit. Quāobrem ad etuditionem pugnātum, de interiori cōflictu exhibēdus est sermō: quatenus ex scientiē adminiculo, etiā pugnādi feruor accrescat, & eo quisq; fiat de corona audior, quo in dimicādi regulis extiterit ipse prouectior. Duas itaq; à quibus omne humanū genus in huius uitæ cāpo militā impugnatur, inimicorū dixerim species, uisibiliū, s. & inuisibiliū. Ex ipso nōnulli sunt milites, qui uirili luctātes animo, de cōflictu glorioſe triumphāt. Sunt & innumeris, qui uincunt, & hostiū efficiuntur p̄dā, feruic̄ emptitij. Nemo tamē est, qui certaminis necessitatē, siue eorū qui uidentur, siue eorū qui nō uidētur, effugere possit. Nēpe illorū

C q; uideri ualeat hostiū, duo sunt genita, alterū iuxta nos, alterū sicut nos: ambo importuna, ambo ad superandū difficillima: prīmū est uisibilis hic mūdus, secundū quilibet proximus incōpolitus, & in cōuersatione indisciplinatus. Mūdus quippe ista diuersimodē, milleq; modis nos infestare nō desinit, nequā quū sit, & in maligno cōstitutus, nec inimicis, neq; amicis suis pacē præstare potest. Nā soeditate abundat, atq; iniuritate. Peccato quid turpius: aut quid iniuritate deformius: Porro insignis Dei imago ex delicto scēda tur, naturalemq; suā dignitatē amittit, degenerat à suo principio, & cōsumptioni fit proxima. Quādiu sine peccati cōtagione perstittit homo, amicus Dei, angelorū cōsors, & celestis patrīz ciuis fuit: at ubi delinquendo infatuatus est, de paradiso eiectus, mūdi istius colonus effectus est. In ipso uepres reperit & spinas, iniuriantes, & mēdacia, periuria & odia, rapinas & furta, fraudes & cīrcūventiones, fornicationes & ebrietates, inuidias & rixas, & horū mīlia aduersus rebellē hominē, & in homine germinauere peccata. Ex his quid amisit, quid inuenit, rationabiliter uoluit deplorare. Nā & plorationis locus, & lacrymarū uallis nūcupatur hic mūdus: ut in illo degētes nullū uerū norint inueniri posse solatiū. Instabilis est, & per momēta decurrēs, casib; plenus, periculis septus, turbib; agitatis, fluctuationib; anxius, cladibus refertus, dissētionib; inqetus, mutationib; deditus, Deo cōtrarius, cælo dissimilis, uirtutibus oppositus, sanctitati inimicus, & pijs mētibus onerosus. Illas quantū ualet, premit: tribulationibus insequitur, aduersitatibus atterit, nunc diripiendo propria, nunc cōcupita negādo. Verū si probatos nequit malis suis superare uiros, blanditij & sponsonibus deceptorij eosdem deprauare cōtentit: ubiq; parat laqueos, in omnibus decipulas tendit pedibus innocentū, nunquā impugnandi iustos materia caret, loāne dicente: Omne quod in mūdo est, aut cōcupiscentia carnis, aut cōcupiscentia oculorū, aut superbia est uitę. Nempe per ea quæ carnalem trahunt cōcupiscentiā, uoluptuosos: per ea autem quæ oculorū cōcupiscentiā, cupidos: sed per illa quæ ad uitæ demulcent superbiā, elatos sibi sternit & tumidos. Quid de illius carnalī cōcupiscentiā Sapiēs sub typo impudicæ senserit mulieris attēde. De fenestra (ingr.) dōmus meę p cācellos pspexi, & video paruulos, & cōsidero uecordē iuuenē, q; trāsic p plateas iuxta angulū. Et ecce mulier occurrit illi ornata meretricio ad cōpiēdas animas

garrula, & uaga, quietis impatiens: nō ualens in domo cōsistere pēdibus suis, apprehe-  
sumq; iuuenem deosculatur, & procaci uultu blanditur, dicens: Egressa sum in occursum.  
tuum hodie, desiderans te uidere, & reperi. In textui funibus lectulū meum, strauī tapeti-  
bus pictis ex Aegypto, aspersi cubile meum myrrha & aloë, & cinamomo: ueni in ebrie-  
m uberibus, & fruamur cōcupitis amplexibus, donec illucescat dies. Audiuius dete-  
gentem mundi pernicioſas uoluptates, audiamus & admonentem: quatenus noscamus  
quid agere debeamus. Sententia quippe definiens suā, inquit: Nunc ergo fili mi audí me,  
& attēde uerba oris mei, nec abstrahat in uījs illius mēs tua, necq; decipiari semitis eius:  
multos em̄ uulneratos decipit, & fortissimi quiq; imperfecti sunt ab ea. Quid uero de secu-  
li diuitiis apostolus Iacobus dicat, intelligamus, ne seducamur. Agite nunt (inquit) di-  
uītes, plorate, ululate in miserijs uestris, quae adueniēt uobis. Diuitiae uestræ putrefactæ  
sunt, uestimēta uestra à tineis sunt comesta. Aurū & argentū uestrū æruginauit, & erugo  
corū in testimoniu uobis erit, & māducabit carnes uestras sicut ignis. Thezaurizastiſ uo-  
bis iram in nouissimis diebus. Quid aut de uitæ superbiā se cōmemor-  
ret, cordis aure percipiamus, ne inflemur. Vidi (inquit) impiū superexaltatū, & eleuatū,  
sicut cedros Libani: transiui, & ecce nō erat: quēsiui, & nō est inuentus locus eius. Meri-  
tō nō erat, nec inuentus est locus elati & impij: quoniam in lubrico labentis seculi pedem  
suum stabilire cupiebat. Quarebat possidere fugientē, & inhærere cadēti: sicq; cum eo-  
dem miserabiliter corruit. Talis utiq; amatorum mundi debuit esse finis, siue illorum qui  
carnis se cōtātur illecebras, siue illorū qui à cōcupiscentia oculorum se irretiri permittunt,  
seu qui nesciētes se, cōtendunt ambulare in magnis & mirabilibus supra se. Abutuntur  
uniuersi hi donis Dei, & creature inseruit potius, quam creatori: atq; incōmutabili spre-  
to bono, cōmutabili se substernūt. Quis (oro) morte eosdem nō iudicet dignos, qui tam  
immoderato præsentis seculi ebriātur amore, ut tēporale præponat æterno, & cōditore  
neglecto, in creaturis felicitatis suæ cōstituant finēs. Non em̄ rerum spes, seculiq; ornatū  
artifex summus produxit in esse, ut rationalis creatura in ipsis delectationis suę motū si-  
geret: sed ut erudita in spiritu, qui fecit illas ueneraret & coleret, disceretq; ex uisibilibus  
inuisibilia degustare: hoc Apostolus insinuare uoluit, quādo ait, Inuisibilia Dei à crea-  
tūramūdi, per ea quae facta sunt intellecta cōspiciuntur: sempiterna quoq; eius uirtus, atq;  
diuinitas. Tānq; purū speculū creaturarū decor offertur homini, quatenus ex earū no-  
titia discat se, seq; quū agnouerit, cōtempletur suauiter qui fecit se. Optimus hic ordo a-  
Eccles. 4 scendētis est, ut ex rebus uisibilibus in se, & à se trāseat supra se. Triplex funiculus iste dif-  
ficiē rūpit euētu aliquo, si tamē in ueritatis possideat lumine. Nullus uero ad diuinita-  
tis ualeat peruenire sciētiā, nisi sciat prius se. Sed neq; quis cēsendus est posse uti creaturis  
cōmendabiliter, si nō agnoscat se. Tua ergo, ô homo, cōsideratio se extēdat ad ea, que fa-  
ctā sunt, siue que fulgēt in celo. s. sol & luna, & stellarū numerositas, siue que per aera uo-  
litāt, aut in aquis mouētūt & uiuunt, uel super terrā reptāt, seu germinātūt ex ea, aut in ea  
subsistūt. Et in his omnibus materiā, species, pulcritudinē, uirtutē contēplate & causam:  
quatenus patrociniū reperias, atq; magisteriū reuertēdi ad te. Nō ut maneas in te, sed ut  
metiaris te, & in speculo cōditoris intelligas te, & eum qui fecit te. Porro quū hēc diligē-  
ter perfecceris, recognosces te uniuersis que patēt oculis, ceterisq; sensibus prēstantiore, &  
ac om̄ibus esse prælatū. Tibi prorsus famulātur ista, nedū ad necessitatū usum, uirtutisq;  
profectū, uerūtiā ad perpetuā felicitatis introitū. Clamāt singula, clamāt omnia, ut cur-  
facta sint mētis oculo percipere uelis. Nēpe nō, ppter angelos facta sunt, quibus ad cō-  
summationem beatitudinēs, laudisq; iucunditatē Dei sufficit uisio: in qua perfectē natu-  
ram, creaturarūq; proprietates, seipso, & qui cōdidit uniuersa cognoscunt. Reuelata  
em̄ facie Dei gloriā cōtemplantes à claritate in claritatē transeūt, & delectabilis admira-  
tionis pascua inueniūt. Hinc est q; sensibiliū nō indigēt adminiculo, quo mediāte ascen-  
dāt supra se: nil ignorāt, dum scientē omnia sciūt, eorū uidelicet, que sciēda sunt. Nō em̄  
ineffabiles, & infinitos sapiētiā, ac sciētiā Dei thesauros hauriūt ad plenū, sed iuxta be-  
neplacitū illius, qui fecit omnia in pōdere, numero, & mēsura. Ipse sibi ipsi tantū cognitus  
est, quidet se perte in se: neq; propter se, ipsa dixerim cōdita esse, que facta sunt, & carnis  
sensib; subiacet. Quomodo ppter se arbitrādū est illas esse creatas, quū nō habeat unde  
delectabiliter gaudeat in se, aut Deo q; fecit illas. Nā delectatiō is letitiā ex obiecti causa  
sur

A tur notitia. Tāntum re's quæq; diliguntur, quanti cōstimator esse: quamvis gemmæ, siue au-  
rum magnipendātur ab ijs, qui nouerunt illas: paruipenduntur rāmen ab ijs, qui nullam  
de eisdem habuerūt scientiam. Talibus uero si subingeras quātū sit aurum, repēte carum  
tenebitur quod habebat uile: hoc unde nō ex intellectus iudicio: Tolle ab homine in-  
tellectū, & nulla erit rerū discretio, nullusq; amor. Hinc delinquētiū redarguitur ueco-  
rdia, qui nesciētes Deū, nec ea que illis prōdēsse poterāt, brutorū more tēpus om̄e in car-  
nis uoluptate cōsumunt. De ipso rū uanitate meritō dicitur per Prophetā: Homo quū in  
honore esset, nō intellexit: cōparatus est iumētis insipiētibus, & similis factus est illis. Pa-  
tet igitur, q; ex sola definitione rationis anima mouēt affectus, qui tunc cōmendationē  
efficiēt dignus, quū innititur ueritati, & tāti quodlibet iudicat, quātū est. Hac discretionis  
staq; libra, quū (excepta natura angelica, atq; humana) uniuersē careat creature, defini-  
endum est illas minime propter seipſas esse cōditas: illas ergo pro gloria sua, & pro hominū  
multifaria utilitate omnipotēs fecit. Vegetaſ nanq; humana caro, dum uescēdis uititur  
ad sobrietatē, dum spirādo uiuit, dum sultētatur solo, dum iudicatēs regitur, & dum in-  
numerabilibus eius calamitatibus subueniāt. Spiritus autē sensibus mediatis multis  
capit illecebras: oculis nanq; aspicioſdo distinctas elementorū materias, uariascq; illo-  
rum miratur species. De his que terra gignit, quot ualeat oblectamēta capere, nemo sus-  
ficit enarrare. In uirgultis frondosis, in pomiferis arboribus, in pratīs ridētibus, in nascē-  
tibus aristis, in florū amoenitate, in rōsis, in lilijs adiuuenit unde gaudere ualeat. Quæq;  
species iuxta genus suum pro innatō decore lētitiae materiā subministrat: hoc in uoluci-  
bus, hoc in animalibus, hoc in reptilibus, hoc in piscibus inuenit: si tamē dignetur ho-  
mo considerare quod uidet. Quemadmodū igitur uisu, ita ex auditu, olfactu, gustu, & ta-  
ctu reperit unde delectatione pascatur. Per amplius autē in id quod habet in se, propter  
quod delectat & pascit, sine quo prorsus insipidus faceret & marcidus: ex ipso quidē  
trahit delectationē ex sensibus, principatur cāteris, atq; dignitate pācellit. In hominē  
em̄ creatione sic legitur: Faciamus (inquit Deus) hominē ad imaginē & similitudinem  
C Gen. 1 nostrā, & p̄sūt p̄scibus maris, & uolatilibus celi, & bestiis uniuersē terre, omniq; reptili,  
quod mouēt in terra. Vides neq; rationabiliter ex speciebus uisibiliū ad sui homo pro-  
uehatur notitia, dum per se agnoscit illa, & delectatur in illis: eadēq; cognoscēdo, se cum  
exultatione uidet in se, & diligit se: Diligit (inquit) nō se propter se, sed eum qui fecit se.  
Cur nō se diligit propter Deū, qui se nouit creatū a Deo, & per se in creaturarū speculo  
illum intelligit admirabilem atq; amabilem: Rediēs quippe animus humānus ad se, seq;  
tam ab exteriorū tumultibus segregās, q; à sordibus delictorū mundās, per ea quae facta  
sunt, Dei magnificētiā cōtemplari conatur: ad quā nō nisi p̄ueniente grātia, & cordis  
munditā peritūtē ualeat. Nā quo cōtemplancis cor efficitur mundius, eo ad capeſſen-  
dum cālestia magis habile inuenit, dicēte domino: Beati mundo corde, quoniam ipsi  
Deum uidebūt. Obtutibus nanq; intelligentiā cāli, terrā, mariūq; iuxta uirtutē suam  
sibi statuēs machinā, quā in memorie cellario uidentendo reposuit: nunc artificis pōteſta-  
tem, nunc disponētis peritiam, nunc prārogatā benevolentiam meditādo miratur. Por-  
D Math. 5 rō si superiorū corporum magnitudinē, decoremq; desiderat, si inferiorū numerositatē,  
si diuersitatem specierum, si ex qua materia, qua uirtute, quomodo uniuersa sint condi-  
ta Deum patrem per uerbum suum id egisse fateatur. Nullius ut tāta faceret indiguit ful-  
fragio, nullaq; inforgiū ſeu formata materia: quippe quū om̄ia subſit illi posse, dum uul.  
Hoc Propheta notificauit, inquit: Omnia quecūq; uoluīt dominus fecit in celo & in  
terra, in mari, & in omnibus abyssis. Quamobrē quādo illa que facta sunt in esse produ-  
cere uoluit: dixit, & facta sunt: mandauit, & creata sunt. Dixit, inquit, per quem: utiq; per  
Verbū suum, quod ſibi ſimile ſine initio genuit; cōsubstātiale, & coēternū: quod est ipsa  
increata ſapiētia, que ſic ait: Ego ex ore altissimū prodiui, primogenita ante om̄ē crea-  
turā: ego quādo cālos prāparabat aderā cum eo cūcta cōponēs. Ab ipſa prorsus om̄is  
ordo uniuersi emanare dīnoscitur: p̄ceptū illi imposuit, quod nō p̄teriuit: legēq; ſuc-  
cessionis indixit, quā à cōstitutione irrefragabiliter custodiuit. Contra rā em̄ quā multa  
ſint in naturis rerum, nullā in ſeipſis confuſionem admittunt, id Dei disponente ſapiē-  
tia. Nā quāuis in altissimis habitet, & in paterno recūbat pectore, p̄ſide tamē in magi-  
ſterio ſuo, in regimine uniuersi, atq; in arte ſua, ſingula quāqua p̄tau, quāuis deordinata  
appareat;

appareant, irreprehensibiliter gubernat & dirigit. Ab illis quædam casu transire censemur, qui iudiciorum Dei arcana non penetrat, & luteas inhabitant domos: qui autem ad libertatem ueram filiorum attingere meruere, sapientia Dei altitudine sine fatigacione collaudant. Amo etenim carnis & figurarum uelamine, illum sicut est, uidendo magnificant. Detergunt uero mentis aciem, qui peregrinantur adhuc, & ad quod currunt: & si non intelligendo, saltem amando perueniunt. Illuc namque ingreditur amor, quo minime intellectus appropiat: hoc operante caritate, quæ per spiritum sanctum, qui datus est nobis, in cordibus est diffusa fidelium. Quandiu igitur idem spiritus considerationis nostræ actum in creaturarum speculatione attollit, se perspicue manifestat in illis, quendam utique tunc bonitatis suæ in membris nostris infundit saporem melle ac nectare dulciorem: per quem omnia animæ interiora iubilatione complentur, dum in rebus singulis stillicidia gratia illius inesse perpendimus. Nam quemadmodum beatæ trinitatis quælibet creatura opus esse, ita quoque ipsius imaginem impressam gestare cognoscitur: quantum enim percipiamus intellectu, delectabilius tamen degustamus affectu: utrumque autem diuinæ dignationis est munus, quæ se nobis in speculo creaturarum cognoscibilem exhibet. Per notitiam igitur horum quæ condidit, nos deducit ad nos: quatenus per eadem erudit nos, nosque delectabiliter erigit super nos. Beatum plane dixerim illum, qui in hac lacrymarum ualle tales in corde suo dispositi ascensiones, ut infundente benedictionem legislatore (prout possiblitas humana admittit) Deum in Sion mereatur agnoscere. Nempe ubi huiusmodi ascensionis ordinatissimus abest modus, tumor & superbìa uiger: ubi uero adeat elatio, ibi proculdubio ignorantia dominatur: quæcunque uero ista posse derit, à quo sit, quid sit, quid diligere, quid uite debeat, reddit ignarum. Talis quippe quoniam mentis sit ratione priuatus, & sola quæ foris sunt, uideat: in carnis cōcupiscentia, aut cōcupiscentia oculorum, seu uitæ superbia, quorum hic mundus est plenus, frequenter ilabatur. Nam quemadmodum mundus iste habentibus sapientiam spiritualis profectus materiam subministrat: ita non habentibus, ruinæ occasionē præbet. In seculi igitur perseueret stadio, totiusque uniuersi assidue cōsideret speciem: quisquis diuinæ sapientiæ irradiatus est gratia, de uisibilibus ascendat ad inuisibilia, & per ea facta sunt omniū conditorem agnoscere studeat, illumque diligere, ac diligendo laudare: quatenus consolazione repletus & gaudio totis medullis cordis propheticum illud ualeat decantare, dicendo: Delectasti me domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. At uero qui horum inexpertus est, atque mentis obtuso lumine solùm quæ in mundo sunt corporeis nouit sensibus, ne seculi uoluatur in undis, & cōcupiscentiarum uoraginibus démergatur, ad soliditatem littoris, portusque tranquillitatem ocyus peragrare conetur. Ibi componat mētem, affectus reformat, cohibeat cogitatus: nec inde facile exeat antequam uirilem animi uigorem induerit, atque futurorum bonorum refectus dulcedine, tempora les discat repudiare illecebras. Taliter namque introrsus roboratus in Christo sine labore inimicum fugiens mundum, alacri animo propinquabit ad palmarum. Maxima etenim uictoria portio est uoluptuosī seculi fugiendo declinare materias.

Quod discretionis donum præcipuum sit, atque onerosa iustis detestabilis uita malorum. Cap. II.



Nter præcipua conditoris dona illius erogata militibus discretionis gratia esse, asseuerare nō dubito. Facile namque à uirtutis tramite deuiat, qui censura prudentiae nescit prouidere quod agat. Hoc in terrenis negocijs, hoc in spirituali conuersatione euenire cognoscitur. Ea propter quamvis omnibus, potissimum tamen Christo militantibus prudentia competit libra. Semper enim in campo dimicant, nunc aduersus uisibiles, nunc contra inuisibiles inimicos. Omnis quippe eorum uita sacro testante eloquio militia est, quo se uerterint, impelluntur ut cadant: quod & faciunt nisi iuuentur à domino, habent penes se uisibilem hunc mundum laqueis plenum, atque blandicijs, habent & proximos, cum quibus degunt. Nō mediocris deest pugna pie uiuentibus, quum ab inuidis tentantur atque peruersis: ipsorum namque operibus malis, uenenato ore, ac exemplis pessimis, simpliciter gradieribus euersionis occasionem tribuunt. O quādam damnabilis est uita malorum, quanta in scripturis sacris nouimus iustos à malis sustinuisse certaminar. Abel à fratre occisus est, Noe à filio Cham illusum legimus: Abraham, Isaac, Jacob, Joseph, Moses, Samuel, David, propheta-

A tæque cæteri quis enumeret, quæ multa pertulerint aduersariis iniquis hominibus? De beato Loth Apostolus inquit: lustum Loth à nefandissimis eripuit: aspectu enim & auditu iustus erat, habitans inter eos, qui de die in diem animam iusti iniquis operibus cruciabant. Mediatoris uita quād importunè attrita sit malis ludorum operibus, euangeliorum uolumina clamant. Semper honorum cōuersatio malorum persecutiones perculit. Trituratur terra, & uomere scitidit, ut germinet: uniuersa putat arbores, ut fœcunditate sua alimoniam hominibus subministrent, in uite utiles purgantur racemi, ut uberiorum fructū exhibeant. Sic aduersariis ueritatis iusti opprimuntur & tacent. temporalium damna patiuntur, & diligunt: calumniantur, & obsequia impendunt: benefaciunt odientibus, pro persecutoribus orant, se corporis Christi membra esse fatentur, consortesque sanctorum, qui mala perferendo coronam gloriae perceperunt. Nō enim hostibus suis irrogando mala, sed æquanimiter patiendo aduersa, de huius seculi stadio triumphaliter discessere. Prophetam quid de se dicat, attende: Si reddidi retribuentibus mihi mala, de-

B cidam meritò ab inimicis meis inanis: persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra uitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat. Gloriatur munda conscientia se, nec malum reddidisse pro malo, neque maledictū pro maledicto: quod est propriè iustorum ac perfectorum opus. Impiorum uero est retribuere malum pro malo: interdū malum pro bono: sicut de ludis per Prophetam dominus ait: Retribuebat mihi mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Huiusmodi autem persecutions aperte, operaque nefanda, quæ longè sint à congregationibus iustorum, minime tamen in ipsis scandala desunt, quæ dicente domino, sunt necessaria ut ueniāt: quatenus uirtus exerceatur habita, aut nondū inchoata initium sumat. Nō enim illa quæ inter iustos scandala cōsueuerunt accidere, ex peruetis dixerim uoluntate contingere, sed potius ex suggestione diabolica, ac fragilitate humana, naturarumque diuersitate, atque simplicitate cōuiuentium. Occasione talium oritur persæpe sollicitior cura caritatis, suimet scientia clarior, & cōuersandi cautela prudentior. Quamvis enim mēs pia de malo proficere norit, est tamen scātidali uitandum offendiculum, ne de bono ueniat malum, præcipue dum ueritas dicat: Væli autem homini illi, per quem scandalum uenit. Maximam uero illum arbitrör scandalorū præcidisse materiam, qui in collegijs, & cum hominibus degens linguam suam compescere potuit. Est namque magnū malum lingua loquax, plena mortifero ueneno. In ipsa benedicimus Deum, & homines maledicimus, qui ad illius imaginem sunt. Ab ea utique detractione, susurrations, blasphemie, stultiloquia, mendacia, adulaciones, falsiloquia, contentiones, & ut complectar breuiter, delictorum innumerabilia genera causantur. Proximorū autem murmuria omnino sunt à Christi militibus declinanda, quæ tanquam acutæ sagittæ audientium animas penetrare noscuntur. Aduersus detractores dominus per Prophetam profert sententiam, dicens: Detrahentē secretò proximo suo, hunc persequeris. Huius malī pondus Sapientis considerās, inquit: Custodite uos à murmuratione, quæ nihil prodest, & à detractione percitatæ linguae, quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. Nēti

C pe qui detrahit, suam & audientis laedit conscientiam, atque cui detrahit, percutit famam. O quād multa scandala, & quād pernicioса detractioni assuetus cōcitat bella, rixas utique mouet, parit odio, pacem dissipat, dirimit unitatē, caritatem extinguit, se suumque intermit fratrem. Pestis hæc à seruis Christi omnino esse debet aliena: si habes (inquit mediator) aliquid aduersariis fratrem tuum, uade, corripe inter te & ipsum solum. Nō ait, detrahe, lacera, confunde, sed corripe. Non ut pro suscepta iniuria uindiceris, sed ut tuum sacrificias fratrem. Hanc caritatis regulā multi seruorū Christi se ignorare fatētur, dum detractioni proximorum relaxant fræna eo periculosius, quod sub zeli specie id actitate uidentur. Necesse prorsus est, ut tales delinquant frēquenter. Nemo sine sui detrimen-  
to postponēs propria delicta, iudicat, seu detegit aliena. Observet tempus, modum adhibeat, mentem purget, emendet uitam, detestetur uitia, proximos diligat quisquis dominum imitari se dicit, qui publicè in turbis Scribarum & Pharisæorum detegebatur facinora. Nullus ueram alieni cordis ualeat proferre sententiam: qui enim peccatorē se humiliiter recognoscit, nō facile detractioni uacabit: potius sua, quād aliena accusabit delicta, metuat peccatū superaddere peccato, & in audientiū cordibus rancoris cōmoue-

recertamen. Ingerit namque audientis cordi labore lucrandi, qui per corporis aures uerbis detractionis immittit. A detractione & contentione liber existat, qui in se & in animo proximi pacem custodire desiderat. Contingit iugiter, ut pro ueritate inquirenda ratione carent homines, sed paulatim incaelestante ingenio introeat tumor, & contentiones accrescant. Difficile qui humilitate caret, contentiones euitat, quae iurgia seminant, audientiumque conturbant animos. Fuge (inquit Apostolus Timotheo) contentiones. Ad nihilum enim ualent, nisi ad subuersionem audientium. Subuertunt quidem, dum plerunque a ueritate faciunt dissentire. Ex ipsis namque haereses & opinione exortae sunt falsae, cordis hoc suadente tumor. Qui uerus est Christi discipulus tanquam humilitati oppositas disceptationes effugiet: non garrulis contendet uerbis, non clamabit, non pertinaciter contradicet, magis alieno, quam suo iudicio crederet: circuncidet os suum, ne cuiquam caddendi offendiculum ponat: non solùm impudica & detractoria, uerum etiam & inanes fabulas, scurria & ocoosa obhorrebit eloquia, racebit usque ad tempus, & tantum quod ædificare ualeat auditoribus propinabit. Nouit amator sapientiae quātum incompositus sermo dissoluat mētem, cōpunctionem dissipat, sensum euertat, mentē fōdet, fiduciam propellat, & Deum offendat. Ista egregius Psaltes intelligens orabat, dicens: Pone domine custodiā ori meo, & ostium circumstantiae labijs meis, suam cæterorumque concupiscentias pacem, quando sermonem proferre deberet, humiliter scire postulabat. Timebat prorsus ne linguæ suæ occasione alijs delinquendi somitem ministraret. Consueuerunt quippe sancti de proximorū salute esse solliciti. Hinc multa quamuis eis liceat, quia non ædificant, agere desinunt: domini sententiā retinent in corde dicentis: Luceat lux uestra coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificant patrem uestrū qui in celis est. O quanti pereunt aliorum exempla sectantes. Nocet plurimum conuersatio in Matth. 5 composita deducta in publicum. Quisque sibi licere putat quod uidet in altero: & tamen si cæcus cæco ducatum prebeat, ambo in foueam cadunt. Nempe quemadmodū bonorum multis proficia, sic & perniciosa cognoscitur esse uita malorū. Duplici pœna multa stabitur, qui exemplo suo proximos prouocat ad peccādum. Sicut enim bonos mores corruptum colloquia mala: ita humiliter conuerlantum corda deprauant exempla non bona. Quamobre tote utrumque Christi miles cauere studeat. Verbis namque noxijs & inutilibus nunquam accommodet aures, laudabilius autem semper. Magis consideret quid audiat, quam a quo: nam proficia & domini eloquia (etiam si à malis proferantur) audiēda sunt, atque opere perficienda: perniciosa uero & impudica (quāuis bonus loquatur) uirili repudiētur animo. Tunc quippe bonus non est, quem mala pronūciat male. Qui enim malo libenter auditū præstat, efficitur malus: & qui imitatur delinquētem, diuino iudicio se reum facit. Iniquorum ergo consortia sunt uitanda. Quid sapiēs loquatur, ad Pro. 1 uerte: Fili mi si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis, si dixerint, ueni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendicula cōtra insolē fructu, omnē preciosam substantiā reperiemus, implebimus domus nostras spolijs: filii ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorū: pedes enim eorum ad malum currunt. Non euadet peccatū, qui socius esse uoluerit peccatorum. Quum ergo nemo à peccato immunis sit, omnesque frequēter delinquāt sermone & opere, salubre cōsilium est, ut quisquis militas Deo, interdum cōuersationem hominū lecedendo deuitet. Obhorret quidem humana natura, nec uiuendi necessitas patit, ut quis semper solitarius sit. Est enī homo sociale animal, & similibus sibi sociari desiderat. Temperāter itaque huiusmodi est cohibēdus affectus. Cordi, ori, & sensibus imponēda est lex: præsideatque in unoquoque prudētia, quæ mentē Deo, & carnē subiūciat ratiō: propulset à domo mētis cogitatus noxios mox ut apparuerint, Proph. 100 Prophetā meminerit dicentē: In matutino interficiebā omnes peccatores terre, ut disperderem de ciuitate dñi omes operātes iniquitatē: proximorū sibi illatas iniurias & quantum toleret, malorū exempla sequi formidet: prolata uero inutiliter uerba audiēdo non audiat: lingua suæ moderamina ponat, corde discussiat quod prolatus est ore: curiositatē autē sensuum statuat regulā: (Nam ab adolescētia homines semper proni ad malum sunt) nūc hominū, nūc seculi lenocinia querunt, & graue dominati ratione excitat bellū, cōfederātur eisdem, & mētis arcē simul deprædarī conātur. Nequaquam itaque nisi mediatis fuga, & uirtute prudentiæ superare ualebimus uisibiles, de quibus loquimur, hostes.

**A** De duplice oculo homini prerogato, nec non carnis ac spiritus diro certamine. Cap. III.

N principio quando primus plasmatus est homo, duplē percipit oculum: unum carnis, quo uisibilia cerneret: & alterum rationis, quo spirituallia agnoscerebat atque diuina: unum ut exerceretur in imis: alterum quo delastaretur in summis. Per illum carnis, ut uisibiles posset hostes aspicere: aspiciendo cognoscere: cognoscendo uitare: per illum autem rationis, ut spirituales nequitiā spiritualiter decertantes superare ualeret. Præuidens nanque Deus hominis casum ante quam fieret, contra uisibiles & inuisibiles hostes armis congruentibus roborauit. Illum quippe in huius uitæ campo militaturum instituit, atque lege proposita sicut uincenti gloriam, ita uicto utriusque hominis interitum repromisit: sed heu in primo pugnæ congressu homo seductus pestifera suggestione occubuit. In sui igitur pœnam peccati mūdum istum, quem tanquam conditoris accepit speculum, sibi sensit aduersum. Facta est humana species sibi ipsi contraria, quoniam auctori omnium nouit esse subiecta. Hinc quoque ex carnis propagine cōcupiscentiarum germen excrevit: atque carnis & spiritus bellum sumpsit initium. Laboriosa prorsus, & ad superandū difficultis est carnis illecebra, quæ die noctuque spiritui infesta sentit: foris habet cui adhæreat, & contra quæ sœuiat intus, propagatur in carne, coalescit in tempore, enutritur in uitij, neglecta roboretur, & quā dominatur, interimit: nunquam rationis legibus cedit, nunquam superata quiescit, semper floret, semper uiget, semper sua importunitate decertat, serpentē continuo ut cancer: sœuit ut ignis: rugit ut leo: tumet ut coluber: insidiatur ut latro: cœno uolatur ut aper: sat nunquam dicit ut infernus: cōmaculat naturā, & inflamat totum corpus natuitatis inflammata à gehenna, libidinum pruritus excitat, concupiscentias mouet, fugat pudicitia, castitatem impugnat, derogat honestati, laudat adulterium, stupra suadet, parat incestus, atque immaculatum thorū uiolare conatur, confederatur uentri, uacat iocis, lautiora ferula cōcupiscit, amat crapulam, saturataque esuriem patitur: honoribus attollitur, seducitur laudibus, lassitudine inuirijs, mundum diligit, seculi oblectamenta sectatur, societas querit, læta cupit, & aduersa naturaliter perhorrescit, effrenis semper & incomposita est: de qua criminum milia ebullire noscuntur. Quid de eadem Apostolus scribit, intellige: Manifesta (inquit) sunt opera carnis: quæ sunt fornicatio, adulterium, immunditia, impudicitia, auaritia: quæ est idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiae, homicidia, ebrietates, comedationes, & his similia. Vides ne quam insuperabilis hostis sit carnis illecebra: Latitat in carne, accedit carnem, & carnis ministerio utitur: nunc introrsus debellat mentem noxiarum cogitationū immittens facula: nunc importunis moribus corporis medullas libidinis mouet incendio: nunc sensibus abutitur obsecna ac delectabili quæritando. Sæuissimus plane tyrannus est caro, & concupiscentiarū munitus exercitus: Quis (oro) est, qui dominationis illius à se reiecerit iugum? Quis tam sobrie, tamque pudice uixit, ut in eo crudelis hæc, non haberet imperium? Quis carnē suam adeo seiuij attriuit & faste, ut ipsius carnis illecebra possideret emortuam? Nemo sanctior Paulo: & tamē de ea conqueritur, dicens: Non enī quod bonū uolo, hoc ago: sed quod odi, hoc operor: nam uelle mihi adiacet, perficere autem bonū non inuenio: video aliam legem in membris meis repugnante legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Captiuus plane ducebatur, dum non uoluntarie, sed coacte legi seruiebat peccati. In eo adhuc carnis cōcupiscentiae uigebat, sed à mentis repercussæ lege minimè dominari ualebat. Quamobre fiducialiter aiebat: Si enim quod nolo, illud facio, non ego illud operor, sed quod in habitat in me peccatū: mēte enī legi Dei cōsentio, & carne legi peccati. Si conflictū hunc patiebatur in se Apostolus, qui uic̄ ad tertium cælum raptus, a cana, quæ homini loqui minimè licebat, fuerat contemplatus. Quid nos miseris de nobis existimare debemus, quos ira superat, liuor occidit, inflat superbia, captiuat ambitio, inflamat libido, uincit gula, cupiditas excæcat, & principadi desideria premunt: Si certabat electionis uas, carnē suam diuersimode affligēs, ne spiritui noceret, quid nos acturis sumus: qualiter in stadio aduersus carnis cōcupiscentias dimicauerit, audi: Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Nouerat beatus Apostolus carnis insolentiam, & quam importune contra sp̄ti Gen. 8 Z 2 tum

tum rebellis existat. Ne igitur indignū indebitumq; sibi uēdū caret imperium, castigatione prudēti, seruituti illam subdere satagebat. Quid(oro) indignius, q; ut sine ratione caro rationali spiritui dominetur? Aut quid magis incōgruum, q; ut ille cui principādi datus est honor, inglorius maneat, & ancilla petulanti elatione imperandi ministerium sumat? Detestanda prorsus & perniciosa est talis abusio. Non enim natura hoc docet, nec si instituit Deus, qui omnia in sapientia cōdidit, fecit ipse ut caro spiritui, & spiritus obtemperaret sibi. Verū deordinatio, quam in hominibus intuemur: ut spiritus carni inhaerens carnaliter uiuat, non de conditoris, sed de peccati lege manauit. In originali quidem delicto concepti homines, de peccati semine traducem ducunt, fiuntq; prius damnati, quām nati. Accepta nanc; anima carnis contagione dum infunditur corpori rea efficitur & infirma. Rea quippe ob priorum parentum culpam: infirma uero ex corporis iadiuidua copula. Hinc plane hominis cōcupiscentia habet originē, quā in carne originaliter, sed in anima, quā uirtū & uirtutis susceptibilis est, tanquā in subiecto, forma liter manet. Porro ex huiusmodi cōnexione carnis, anima esse agnoscitur infirma ad resistendum motibus: fœda dum maculam trahit ex prurigine carnis, & semper ad delinquendū prona. Doleat igitur quisq; pro se, gemat pro ceteris, cum legi peccati uelit nouit se nouerit esse substratum. Hoc Apostolus considerans flebilis uociferatione inquit: Infelix homo, q; me liberabit de corpore moris huius? Libertatē spiritus anhelabat naturalē, quā nō ad uotū, neq; in p̄senti peregrinatione, sed in futuro per mediatorē Christū, habituū se credens mox intulit: Gratia Dei per Iesum Christū dominū nostrū. Quā obrem in spiritu propter resurrectionis spem exultas alibi ait: Quū autē hoc mortale induerit immortalitatē, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria. Tūc plane quicunq; uictoriæ istius, beatę uidelicet resurrectionis, participes erūt, delectabiliter dicēt: Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Patet omnino conspice, q; in resurrectione iustorū, quū tradiderit dñs Iesus regnū Deo & patri ueram animā & corporis consequentur electi pacem. Nō erit cōcupiscentia cōmixtionis ibi: quia homines angelis similes nō nubent, neq; nubentur. Non erit fomes peccati, qui cupiditatis ignē foueat in carne: Non animā infirmitas suscepta ex carne, neq; deordinata uoluntas corrupta per animā, sed perfecta libertas, libera sanitas, sanata uoluntas, uoluntaria seruitus, & iucunda laudatio. Interim autē donec hoc fieri, & quandiu in hoc passibili corpore militamus, ad resēcandū carnis concupiscentias adhibēda est cura per uigil, ne forte si neglectæ permanerint aduersus spiritū supra modū desēuire cogantur. Semper rediuiua parant certamina, nisi mox ut surgere cōperint, disciplinæ fuerint uigore consumptæ. Corruptæ carnis hoc semper est proprium, ut concupiscentiarum indesinenter pruritum emittat, per quē laboriosus animā excitetur conflictus: diuinæ sententiæ istud nouimus esse suppliciū, uti sacra testatur eloquia: sic enim primo homini delinquēti est dictum: Terra germinabit tibi spinas, & tribulos. Nō solum de hac elementalī terra, uerum etiam de humano corpore perhibetur, cui post peccatū dicitur: Terra es, & in terrā ibis. Hac profectō terra quantūcunq; uirtutibus excolatur, quantūcunq; animi censura purgetur, in ea quod euellitur, exoritur. Hinc in sudore uultus utriuscq; panis homo uescitur alimento. Dum enim noluit custodire, quod gratis acceperat, cum laboris difficultate inuenire cogit, unde pascatur. Hoc quippe (ait Propheta) labor est ante me, donec intrem in sanctuariū Dei. Labor nempe talis uel maximus est, & intolerabilis multis. Potius uolunt sub temporalium curarum desudare fasce, & exteriorum incūberē negotijs, quām abdicatis cogitationib; noxijs cordis sui exercere custodiam. Sicut labore, ita huiusmodi munditiæ, ac puritatis mercede se priuant. Præcipuum quidem & Deo acceptabile opus est cordis, uacare munditiæ, omnesq; in ipsarum primordio resēcare illecebras. Beatus (iuxta Prophetę sententiam) qui tenebit impollutum mentis habitaculū, & allidet paruulos suos ad petram. Ad hoc autē quis reperitur idoneus? Quis spirituali euaginato gladio suimet impugnator & defensor existit? Quis uoluntarium contra se bellum indicit? Hoc profectō magnarum est mentium, quā p̄ ad ipsēdē uirtutibus ultrō se exponunt periculis, atq; uirili animo ingenitas, adulatasq; uoluptates diuinæ legi subigere moluntur. Non enim blanditijs, sed uirtutibus carnis lenocinia superantur. Nempe si immoderatus foueat, rebellis efficitur. Facilius autem si labori bus

A bus frangatur, spiritui famulatur. Est tamen rationabili castigatione domanda: ut hostia uiua, sancta, Deo inueniatur accepta. Neq; nobis, ut illam perimamus, sed ut mūdemus indicitur, mundetur à uirtūs, uirtutibus calcetur, retrahatur à noxijs: & ne post concupiscentias eat, salubriter refrenetur. Illam quotquot Christi sunt facti discipuli, cum concupiscentijs crucifixere & uirtūs. Amor itaq; est amore uincēdus, pro mensura caritatis carnis concipitur odium: ubi abest caritas, ibi carnis dominatur perniciosa libido, facit spiritus, uirtus abh̄icitur, & uitia regnant. Dupli ergo se cingat affectu, qui concupiscentiarum carnalium cupit reportare triumphū. Flagret utiq; amore uirtutis, & corde caritatis pinguecat dulcedine: uirtus etenim, quām uis sit animæ bene disposita, quā ad agendum honesta, & Deo grata aggreditur ardua: & æquatimiter aduersa patitur: omnino ad suppressandas concupiscentias esse necessaria comprobatur. Nequaquam medio crīs dicenda est uirtus, quando spirituales hos hostes in carnē conctetos, adultos ex somite: atq; cōsuetudine roboratos, debellare sufficiat. Proficientum quippe est istiusmodi peritiae certaminis, qui in spiritualis uitæ attriti negocij, de inimicorum spolijs locupletantur assidue. Porro dum perseuerando proficiunt intīmæ caritatis habitu efficiuntur digni, quē perfectorum nuptialis est uestis. Hæc quidem quum perfectè absorbuerit mentem, carnalium uoluptatum fastidium parit. Nam quemadmodum solis præsentē splendore opacæ noctis propulsantur tenebrae, ita coruscante anima caritatis incendio, omnis ab ea caligo uoluptatis abigitur.

De excellentia diuina bonitatis, quā uerbo reuelantē cognoscitur. Cap. IIII.



Iuina bonitati hoc proprium singulariter inesse cognoscitur, ut solitaria omnino esse nō ualeat. Quod habet absq; remunerationis intuitu præstat abunde: semper desiderio flagrat, ut se dignos inueniat, caret liuore, & parilitatem nō metuit: ideo sua sine disceptatione largitur. Tantū tribuit, quantū unumquenq; suorum capabiliē persenserit esse donorū: minoribus quidem minora, & excellentioribus potiora ministrat. Sic tamē cuncta prudētissimo cōsilio regit, ut nihil in ea uacuū, nihil in uirtūs quā agit cōfusum appareat. Porro utrūcū capit mēs cælestis sapiētiae eruditā magisterio. Nempe siue ascēdit in cælum, siue descendit in ima, diuinæ bonitatis uestigia querit: ingreditur & egreditur, & ubertima amoris reperit passua: nō quā temporū uolubilitati subiaceant, sed quē æternitatis uiriditate pinguecat. Horū suauitatis dulcedinē nequaquam carnalis ualet attingere homo. Supereminet quicquid uidet oculus, & auditus percipit, & humanum agnoscit cor: diuina tātum istud reuelatione perieetratur. Quis(oro) siue infusione superna generationis uerbi in adaginē penetrare sufficiat? Quis secretorū Dei arcana, quā æternaliter in uerbo subsistunt, nisi eodem reserāte edicere potest? Quicquid de ipsis locuti sunt homines, quicquid angelī sapiūt, illo manifestatē sentit. In eo nanc; quū essentialiter sint thesauri omnes sapiētiae & scientiæ Dei, diuinitatis suæ magnalia insinuat, quibus uult: habet eīm sacramentorū cælestium clauē: unde illi docere hominē scientiā, cōcessum est. Est quoq; candor æternæ lucis, & preclarissimū speculum sine macula, in quod qui aspicere effecti sunt digni omnium quā sunt merētur obtinere notitiā: nam quācunq; facta uel futura sunt, in ipso uita sunt. Ipsū igitur uidiſſe, uniuersa didicisse est. Illius nempe uisio creaturarū omnium præbet scientiā. Parum est quod dico, matutina ista lux est, tribuit matutinā, & meridianā tribuit lucē: utrūcū in uerbo, utrūcū uerbū est. Cū eīm principales rerū formas, quā in diuina intelligentia cōtinentur, in electorū ueritati exhibet, illos matutino splendore irradiat: quū uero eosdem essentiali & faciali uisione sua nobilitat, meridianā claritate illuminat. Hæc lucē in Cantorū canticis spōsa aspicere cōcupiscens aiebat: Indica mihi quē diligat anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridiē. Vtratiq; porro uerbi lucē ad tertium cēlum Apostolus raptus fuerat cōtemplatus. Vnde cōuersis discipulis scribēs inquit: Multariē olim loquēs patribus in prophetis: nouissime locutus est nobis in filio: qui quum sit splendor gloriæ, & figura substatiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ, sedet in dextera maiestatis eius in cælestibus. Est igit̄ figurā substatiæ eius, & portat omnia uerbo uirtutis suæ: ita nempe est paternæ gloriæ splendor, & imago substatiæ illius, ut nulla omnino sit inter patē & filium nisi personalis discretio. Tanta siquidem est amborū parilitas, in identitate gloriæ, n sublimitate maiestatis, in conformitate diuinitatis, in potesta-

D

Col. 2

Cant. 1

Heb. 1

Z 3 tis

Laur. Iustin.

tis celsitudine: ut qui uidet filium, videat & patrem, quemadmodum ex ore filii non iustus esse prolatum. Gignendo quippe dedit ei pater, ut illi sit coeternus, cōsubstantialis, atque cōsimilis. Bonitatis suae in ipsum refudit plenitudinem, ei totum cōmunicando quod est. Nam sicut est splendor diuinæ maiestatis, ita (sicut legitur) imago est bonitatis illius: ipsius ergo visionis clara contemplatio æternæ felicitatis est consummatio, & perpetua pacia tranquilla possessio: que non in passibili corpore militatibus ad fruitionem datur, sed super sydereas mansiones cum angelis triumphatis. Illis tanquam spiritualibus, & puro intuitu spiritualia ac diuina contemplari ualentibus, uerbi in quo paternæ bonitatis plenitudo subsistit, paret matutina atque meridiana lux. Peregrinatibus uero, quibus carnalis uisionis adhuc suffragium cōgruit, uespertina prærogatur lux, que in creaturarū cognitione præstatur. Est etenim mundus speculum, & quoddam spirituale uestigium, per quod & si ipsa bonitas in originali suo fonte percipitur: bonitatis tamen suauissima stillicidia degustantur. Vniuersa quippe que sunt, bonitate sui protestatur autoris. Bonus bona cōdidit omnia sua magisterio bonitatis. Qualia eadē possidebat in se propriæ potestatis arbitrio produxit in esse, singulis singula dona cōmunicans. Sic namque post uniuersi cōstitutionem sacramentum eloquia. Videlicet Deus cuncta que fecerat, & erant ualde bona. Vnde autem tanta deordinatio in ihs ualde bonis rebus sit, que à summo bono sunt facta: non nisi à uoluntate mala dixerim prouenire, quā nō fecit Deus: hæc nō à Deo, sed à maligno traxit originem. Hic angelus profugus dum in ueritate stare noluit, dum cōditorem suum supra se humiliiter agnoscere renuit, malum cōmentor fuit. Quādlibet autem in id, quod creatus est, stetit, nec malum perpetrauit, nec sciuit. At ubi auersus est ab illo qui bonus est, & ipsum fecerat bonum: effectus est malus, mendacij pater, malorumque incitor. Nequaquam nisi deserto bono malus esse ualebat. Malus igitur effectus mala multa reperit, que donec malus erit, cuitare nō poterit. O quām beatus futurus erat, si in naturali sua dignitate persistisset: cōditus namque fuerat præclarus forma, plenus scientia, & cunctis angelis honore p̄aelatus. Sic enim ad illū dominus per Prophetā dicit: Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum, aurum quoque decoris tui, & foramina tua in die qua cōditus es præparata sunt: tu Cherub extensus & protegēs, & posuisti in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum: ambulasti perfectus in ihs tuis à die cōditionis tuæ, donec inuenta est iniquitas in te: quoniā uero suū à quo tanta perceperat, neglexit auctorē iniquitatis suæ mercedē promeruit. De natura siquidē cecidit puritate, de luce in tenebras, de scientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, de felicitate in pœnam: liberi quoque arbitrij facultatem amisit, unde ad pristinū beatitudinis statum reparari nō potest: secum etiā tot traxit ad inferos, quod angelos in iniquitatis consensu habuit socios: Sedem suam ad aquilonem ponere, super astra celi, & nubiū altitudinem uolare cupiens: atque similis esse altissimo, miserabiliter cum fautoribus suis æternis in tartarū est mancipatus supplicijs. Ex hoc in Deum odij ardore succensus tota uirtute se cōtra hominem armavit, qui diuinam in se gerbat imaginem. Doluit plane, ut illuc ille ascenderet, unde ipse superbiendo descenderat. Vt rāq; igitur liuoris peste repletus, scientia atque diuinitatis altitudinem homini male suadendo promisit. Factus itaque homo est malus, dum uoluntate mala malo consensit in malū. Nempe qui paradisi fuerat ciuis, effectus est inuidi: perpeccus est ærumnas in seculo, de terra spinas & tribulos, cōcupiscentias in carne, & multiplices defectiones in spiritu. Quis sufficienter explicet utriusque hominis calamitates innumeratas? Quis animi & sensus illius edicet miserias? Horum omnium mala uoluntas est causa. Hæc plane naturam corrupit, aboleuit legem, deiecit angelum, prostrauit hominem, cælum orbauit, cōfudit uniuersum, irritauit altissimum, & cōpleuit abyssum. Hæc prorsus lites excitat, parit odia, rapinas facit, homicidia perpetrat, intorquet blasphemias, supplantat innocentem, opprimit pauperem, extollit diuitem, eleuat superbū, cōtemnit humilem, cōturbat quod pacis, quod iustitiae, quod unitatis, quod uirtutis, quod sanctitatis: ubi dominatur illa, abest caritas, et longatur sapientia, ignota permanet ueritas: ibi cōsilia mala, infatuatum cor, cogitationes nefariae, immoderati affectus, terrenorū amor, principandi libido, mentis confusio, parentia luminis, nescientia fraternalis dilectionis, odium sui, & implacabile bellum: nam quemadmodum protestantibus angelis pacatissima pax bona uoluntatis prærogatur homini.

Gen. 1

Ezech. 28

Esa. 14

**A** hominibus: ita in alæ uoluntates perturbationis infelicitas. Secum desident mali, cupiditatū certamina patiuntur, uitiorum tentamenta sustinent, atque immundorum spirituum spirituales nequeunt evitare insultus. Factæ quippe sunt iudicatae Deo inter angelicam quæ cecidit, humanamque naturam, inimicitiae irremissibiles, quæ ex malæ uoluntatis seminario prodire noscuntur. Sic enim deceptor angelus Deum dixisse cognoscimus: Ponam (inquit) inimicitias inter te, & semen illius. Illa conteret caput tuum, tu insidiaberis calcaneo illius. Huius igitur draconis quisquis cupit conterere caput, reiecto præ uoluntatis indumento, efficiatur bonus: bonum diligat, secessetur bonitatem, cordis custodiat innocentiam: quatenus maligni fraude calcata propheticum illud præ suauitatis abundantia ualeat decantare: Quām bonus Israel Deus ihs, qui recto sunt corde?

**B** De impiorum miseria, & multifarijs demonum infestationibus. Cap. V. Venadmodum unaquaque res ex solis calore uitam trahit, ac lumen percipit, adeo ut absq; illo, nec fecunditatē habere ualeat, nec decorē: ita & spiritualis natura rationis effecta particeps, nec uitā spiritus, neque fecunditatē possidere potest, uel speciem, nisi diuina mediata bonitate. Est quippe ipsa bonitas immortalis summa, suique per omnia cōmunicativa, perfectè simpliciterque: quia q; caret, mortuus cēsēndus est, inutilis, atque deformis. Nullū uitalē habet motū, sensumque perpetuitatis nullū. Iacet in se confusus, ignarus, ac mortis fluctuationibus obuolutus sterilis est, & siccitate cōbustus: quoniā celestis roris stillicidia minime suscipere meretur in se. Totus deformis, totus maculosus, & teter opacæ noctis, & inextinguibilis gehennæ habitator est factus. Hoc nequā homines, hoc maligni spiritus suo testan̄ exēplo. Ipsi etenim æterni mortis sunt filii, & ad inferitū predestinati. Quis malorū hominū, & potissimum immundorū demoni calamitates enodare sufficiat? Nēpe auersi à luce sapiētiae, & à dulcedine diuinæ bonitatis alienati retrorsum impoenitētes effecti sunt, obdurati in insipientia, in malo obstinati, excēcati à uero, deordinati in bono, in uirtute infirmati, & à Dei cōtemplatione exclusi, impia eorum uoluntate, atque peruersa impellente inuidia ad hominum damnationē toto conamine uacant. Hinc Dei permittēte iustitia furore bacchātur, fraudes parāt, temptationū sagittas indeficienter intorquēt: si quo modo inermes uiros trāsfugere queat. Nemo plane eorū insidias euītaret, nisi bonitatis ac ueritatis cylpeo muniretur. Protegitur igitur quisque iustus iuxta Prophetā sententiā ueritatis scuto: ut à timore nocturno nō paueat, nec à sagitta tangatur, quæ uolat in die. Aut inuoluatur à negocio perambulante in tenebris: uel subuertatur ab incursu & dæmonio meridiano: ueritatis suffragio nō humanæ temeritati talis ascribēda uictoria. Imbecillis per se cognoscit homo, ut tam procacis aduersarij ualeat superare insultus. Mortalis tunicae, & putrescentis carnis quū sit cōfusione uestitus, quomodo incorporeum spiritū debellare præsumeret: Nullo proflus ipse diabolus molis corporeæ grauatur onere, nullis parietū carcerūm uerā præpeditur obstatulis: nulla ad tentandū fatigatiōe lassatur, sed semper paratus, semper accēsus, semperque nocēdi auditate procliuss est. Calliditate ad deceptionē hominū uitā nimia, & fucata arte decertat. Multifarijs illusionū generibus, diuersisque temptationū phantasmatibus per momenta singula, Deo permittēte, mētis impellit domū, rationisque ostia intrare conāt, ut arbitrij libertate in seruitute redigat: nūc terroribus pulsat, nūc uerbosis clamoribus minat supplicia, hoc ut perficiat ualidius, formas hominū, reptiliū, iumentorumque uarias fingit: in quorū primo aspectu humana infirmitas plurimū deterretur, sed crucis signaculo Christi inuocato nomine liberat. Nēpe quēadmodū fluit cera à facie ignis, sic dæmonū argumēta pereūt ab inuocatiōe nominis Iesu & mediatoris nostri. Obscēna præterea illius cōtra Deū in humano corde, plata eloquia, & cōtra sanctos, sacramētaque celestia q; enodare ualeat: Maledictiōis & blasphemiarū uerbis simpliciū ac supbentiū flagellat mētes, si quomodo eosdē in desperationē præcipitet baratrū: uerū huiusmodi cōtēptu, atque animi magnanimitate superat. Blādis interdū suasiōibus, p̄missionibus multis, dolosis rationib; ac simulato sermōe iustorū animas ad cōfusum nitit inclinare delicti. Nūc misericordē Deū, nūc piū patrē, nūc placabile assuerat iudicē. Cōsuevit frequēter uenenatus hic coluber se in lucis trāsfigurare angelū: quādoque per uisibilē spēciē, aliquādo p̄ uisibilē suggestionē. Nouimus scripturarū eruditioē innumerabilē populi lorū multitudinē diabolo diuinū exhibuisse cultū in ceremonijs, in sacrificijs, in obsecra-

**C** psal. 173

**D** psal. 90

**Z** 4

tionibus, atque illi in oraculis accommodasse fidem, mentienti se Deum. Plurimos insuper ab ipso mundi exordio usque nunc scimus ab arce iustitiae, quā tenebat cecidisse, premium ignorantes separare a uili. O quām iugiter etiam iustorum proficientiumque seducit metes, uitia sub uitutē tegendo uelamine. Magnus coram domino, atque perfectus censendus est ille, q̄ casum huiusmodi interdū nō patit, qui ut Paulus diaboli astutias nō ignorat, q̄ introrsus uerbi Dei tāta familiaritate potit, ut uitutē censurā, uel in minimis nō relinquit: semperque euaginatū discretiōe sic tenet mucronē, ut nascētia in corde absque pietate uitia refecet. Felicem plane dixerim, quicunque iustitiae zelum sine indignatione & crudelitate exercet: p̄ximo cōpassione absque priuato amore exhibit, abstinentię sobrietatem absque inahnis gloriæ macula custodit, quietique sanctæ sine errore uacat. In his que spiritualia uidentur & bona consueuit tortuosus latitare serpēs: atque tentationē tēdere laqueos, quos nullus ad plenū sufficit euitare. Amicos etem suos Dei sapiētia eorū occasione in humilitate nutrit: quatenus discat quid ex se, quidue ex diuino munere ualeat. Nā qui in minimis infirmus & infidelis existit, in magnis & spiritualibus per se quomodo stabit? Oculos igit̄ cordis quēadmodū elatio claudit, ita humilitas referat. Rex superborū diabolus: sed humiliū inhabitator est Christus. Nemo aut̄ antiqui hostis fallacias (nisi praevia humilitate) in sapiētiae cognoscit lumine. Ipsa splēdore suo fugat tenebras, tentationes detegit, humanæ mēti abdita pādit, sibi ipsi hominē cognoscibile reddit, atque structoriā malii angeli lucē manifestādo reprehēdit. Dei itaque sapientiā possideat Christū, in humilitatis thalamo quisquis diaboli fraudes superare desiderat, lumē cordis indeficiēter foueat, ut penetret abdita, futura p̄spectet, & simulata cognoscat. Multifariè malignus spiritus, milleque modis certat, ut uincat. Se sicut Deum in lucis trāfigurat angelū, se interdū totis cōnatibus opponit certātibus cōtra se, dedecus p̄priū arbitrans ab hominibus superari, nō nunquā etiā fugā simulat, & tanquā superatū secessisse uideat, qđ pugnādi genus paucissimis notū est. Heu quoties miles Christi bellū tēpore luctat uiriliter, inimicos insequitur, uitia refecet, praeuidet laqueos, atque uitutē reportat trophēū. Fit p̄ uictoria letus, efficit de pace securus, deponit arma, rigorē tēperat, & à sui lāguet custodia: Deo aut̄ per misericordiē sēpe cōtingit, ut repētē irruētes super se sentiat hostes, illisque succubat: quoniā nō sicut decuit suū honorificauit auctore, seu de se p̄sumēdo refriguit. Quis (oro) ingratus fuit, & spiritualibus est locupletatus diuitijs? Quis, inquā, p̄ sibi interrogatis muneribus intumuit & stetit? Comitantur ut plurimi superbia & casus. Deiecisti (inquit Proheta ad dominū) eos dū alleuaren̄: hoc utiq̄ didicerat ex se, quēadmodū alio testa in loco, dicēs: Priusque humiliarer, ego deliqui. Quoniā uero ante ruinā exaltat̄ cor, quicunque stare cōcupiscit, efficiat̄ humilis, uigilet in se, & timoris sancti maceria sepiat se, super sui custodia oculos apertos habeat, ut certantem diabolū aduersum se in lumine fidei cernere queat. Prorsus cōtra leonis huius sauitiā maxima est adhibēda prudētia. Pugnat quātū potest per se, pugnat per creaturarū illecebros. Princeps quippe mundi quū sit, heu quor, quos p̄ se nō ualuit, per mundi seduxit blāditias: promittit felicitatē diuturnā, diuitias multas, lōgeum tēpus, carnis uoluptates, deliciarū affluentia, honorū culmē, prolis fœcunditatē, possessionū fertilitatē, uitæ p̄fentis gloriā, & exitus securū finē. Nempe huiuscmodi sponsionibus carnalium mulcet animos, atque cupiditatis uinculo post se captiuos trahit. Virtutū autē uiros aliter atque aliter impugnat, nunc malorū animos cōmouet, nunc etiā bonorum mētes sub boni zelo, irritatur cōtra illos: fitque diuina disponente clementia, plerunque iste sic cōfusus conflictus, ut neque qui impugnatur, neque qui infestus est, ministrum iniquitatis agnoscat. Prosternuntur in hoc certamine multi, inimici fallacias nescientes. Nam uisibilis quis, inuisibiles sub uisibiliū specie agnoscit laqueos? Hoc ex sancti spiritus possidetur dono, qui spirituales facit uiros, ut dijudicet omnia interiora, uidelicet & exteriora, & ipsi à nemine iudicent. Quicunque tales sunt (quāquā nō semper) astutias diaboli nō ignorat. Proinde in nullo illi cedere satagit, siue dū per uisibiles species, seu dū per carnis inuisibiles pugnat illecebros. Merito hi luctatores eximij in perfectorum censendi sunt numero, atque sanctorū ascribēdi cathalogo, qui calcātes uisibilita, & à proximis illatas iniurias superātes, contra ipsum omnium diabolum incentorem malorum, atque corporis uoluptates spiritualibus muniti armis uiriliter præliātur. Nullo prorsus temporis momento uacant à studio pugnādi, sicut nunquam hostes suos dormitare persen-

A persentiorū: illuc certandi intentionem dirigunt, unde inimicorum actes agnoscunt iruere: in mentis sublimitate consistunt, uentura prospectant, ex præteritis metiuntur presentia: siccū fit, ut ex usu prudentiam, ex certamine uirtutem, ex successu prospero spem, atque ex tentationum multiplicitate spirituali fortiauitur triumphum. Beati plane quos sic tu erudieris domine, ac de multiformi cōflictu docueris eos: quatenus in tuo lumine cognoscant uitutē profectum, uitiorum dominatum, temptationū uictoriā percepisse abs te: ex quibus suauit quadam cordis modulatione humilitatis carmen ualeant decantare, dicentes: Benedictus dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum. Psal. 17



B

De spiritualium armorum generibus in interiori conflictu necessarijs, & commendatione prudentiae. Cap. VI.  
N superiori tractatū tenuis ingenioli nostri eousque laborauit intentio: ut debellantium nos hostium diuersitates agnoscantur & fraudes. Casso siquidē labore desudat, quisquis certaminis introiens campum, ignorat cum quibus debeat habere cōflictum. Verum ad uictoriæ profectum sicut utile est scire quis certet, ita necessarium censetur armorum nō ignorare præsidia. Horum quippe duo sunt genera: quædam uidelicet defensiva, & quædam offensiva. Vnum quo Christi prælator sui uititur ad munimen: alterum quod tenet inimicus, ut feriat. Altero nanque aduersariorum effugit ictus: per alterum uero eosdem uulnerando insequitur: primum quidem interiorē defendit hominem ne cæsus cadat, secundū autem spirituāles reprimit hostes, ne appropient saceriendo: horum profecto singula speciali sunt declaranda sermone, ut eorum decore inspecto, quicunque Christi sunt militiæ dediti, terrenis facultatibus abdicatis, se ad eadē possidēda excitēt. Nemo etenim absque armorum protectione bellatorū cuneos tutus ingreditur. Nemo inermis perseuerat in stadio. Christiā nā igitur militiæ se muniat armis quisquis de aduersarijs cupit reportare triumphum. In huius itaque peregrinationis cāpo pugnātibus prudētē uitus præ cæteris necessaria esse probatur. Reliquæ nancij interioris hominis statū ex parte defendunt: ista autē totū corpus munit & ornat. Est quippe prudētē uitus lorica quædā spiritualis & ferrea, quæ rationalē mentē undiq̄ cōplectendo circūdat: adeo ut nullis eam inimicoruī ictibus patere permitat. Ante em̄ & retro, à dextris, & à sinistris extendens se: in omni aduersariorū insulū rationalē spiritū facit esse uictorē: futura nancij prospectas matuorē animē reddit incessum. Quāuis etenim mēs cælestiū amore flāmescat: quāuis ad brauiū supernę uocationis ascēdere uelit, quāuis perfectiōis apicē conetur attingere: operādi tamē modū imponit prudentia, & proficiēdi legē indicit. Quis (oro), p̄prio nō circūueniū uoto: quis uitutis nō allicitur pulcritudine: quis gustato devotionis poculo nō magis magisq̄ inardescit cupiēs dissolui, & esse cū Christo: Verū omni spiritui docet prudētia nō credere: anterīa præuidet, ut perseueratiā triūphū obtineat. Nouit innumeros ex immoderato præcipitatos impulsu. Quāobrē uitutē arcē anteque adificare p̄sumat iuxta magisteriū sapiētiae sedet, p̄prias metit vires, operis difficultatē cōsiderat, diuīturnitatē finis attēdit, temptationū certamina futura meditatur, ne forte & inopinatis tribulationū euētibus inchoatum cogatur intermittere opus. Nautarū quoque more priusquā tēpestates insurgat ad prudētē se transferū portū, donec pacato & quore tranquillitate potiantur optata. Ascendit profecto mens prouida sui cacumē ingenij, perlustrat eminus, ac diligenti inigatione reuoluit secum, utrum uituti parentur insidiæ, lateat in cogitatione dolus, intentionis simplex sit oculus, atque longanimitatis in ea sit robur. Hæc quisquis considerare neglexerit, obuiantibus sibi aduersarijs se opponit inermis, discet procul dubio hic talis post casum, quām incōsultē egerit, dum noluit nouissima prouidere. Nempe universorū artifex Deus in humano corpore instituit luminaria, quæ naturali suo officio membris cæteris præmonstrat̄ uiam, gressus dirigerent, & pericula præuiderent. Quis enumeret quanto careant solatio, quantisue subiaceant calamitatibus, qui corporali pruati sunt lumine? Disce igitur tu, o rationalis homo, ad Dei imaginem conditus, quanti aestimare debeas discretionis tibi iudicium prærogatum. Causa diligenter, ne illud tibi euertat inimicus, ne superbia perniciose fumus, seu illecebrosæ carnis uoluptas, aut delictorum opaca nox auferat, quod tibi donauit omnipotens. Intuere igitur nūc quod suprate præsideret bonū, nūc quod agendū est contra te, nūc quod uersatur in te. In his

prorsus

prorsus omnis discretionis censura consistit. Non ergo dormitet oculus, ne forte ex incuria pes animae in lubrico positus totum spirituale prosternat corpus. Facile enim adest casus, ubi prudentiae deest consilium. Ex praeteritis plane prudens futura metitur. Neque enim sapiens arbitrans est, qui aut sine discretione futura disponit, uel absque discussione obliuioni praeterita tradit: utrumque cogit sapienti, ex magisterio experientiae cautus, atque ex cautela efficitur prudens. Erat beata uirgo de omnibus quae audiebat, seu uidebat in Christo conferens in corde suo. Nil prudentissimae matris de prophetarum oraculis, aut iustorum eloquias, quae pertinebant ad dominum, praeteribat indiscretum. Ad perfectiōnem itaque prudentiae spectat transacta minime obliuisci, sedulaque cogitatione recollectere impensa a Deo beneficia, tentationes praeteritas, superata discrimina, & multitudines casus delinquentium. Nempe ingratus quisque diu stare non ualens relinquit sibi: ut sciat post ruinam conditorem cognoscere proprium. Discat igitur miles Christi in bellis spiritualis acie constitutus Deo gratias agere: quatenus contra aduersarios uirtutem, in agendis prudentiam, & de caelestibus donis semper potiora mereatur accipere. Discat etiam ex iustorum praeuaricatione prudentiam. Plurimum etenim confert ad existenda propria, aliorum errata cognoscere. Porro spiritualis qui iudicat omnia, peccatum foueas intuet & gemit, agnoscit eorum culpam, & in humilitate se dejectit, copatur alienis, & de sua infirmitate fit pauidus. Gradus quippe in corde suo disponens ex aliorum occasione in sui regimine efficitur prudens, Deo humilis, & in custodia diuinæ legis filiali impellente timore deuotus. Acceditur huiusmodi honorum exercitijs ad profectum, secundum habitans laudabiliter cuncta coponit, futura praeuidet, ut declinet mala, praeteritam re cogitat, ut in suo certamine prudentior fiat. Nouit equidem demonum fraudes, & quae pertinaci animositate consueuerint circumuenire improvidos. Hinc se ad perferendum prospera & aduersa præmunit, quae nūc à dextris, nūc à sinistris insidiatur, ut feriat. O quatos quotidie intuemur felicibus successibus eleuatos, repente ad ima descenderent. Bladiuntur quidem prospera insipientium animos: qui solū uisibilia possidere peroptant, & sui amore succenduntur. Metiuntur fucata arte posse præstare quod nequeunt, temporis diuturnitatē, diuinitatē opulentiam, præeminētiam dignitatē, uoluptatē saturitatē, gaudiū mētis, beatitudinis arthram, & fruitionē quandā desideriorū suis dilectoribus pollicētur. Talibus spōsionibus filios hominū trahunt captiuos post se, tāquā irrationalia animalia, inauguato suo poculo eosdē inebrīates heuque crudeliter necāt. Hoc prorsus minime ualeret, nisi quos permittit prius à sui cognitione diuelleret. Nunquā spōte homo seculi uanitati se subderet, si sit ueritatis lumine mētis oculos apertos teneret. Principalis igitur factura discedēt omni Christo, & mūdi huius sectātum uoluptates hēc est, naturalis rationis censurā amittente, & falsum pro uero illusoria delectatione percipere. In hoc profundo dum inciderint, carnis cōcupiscentiam, oculorū appetibilia, uitæque superbia, quibus mūdus est plenus, non fatigātur inquirere: Fūt permittēte Deo incorrigibiles, ignoti sibi, salutis p̄priē inimici, ueritatis aduersarij, uituitū detractores, infideles apostatae, mēdaciū testes, dæmonū imitatores, uitiorum mūdi ciues, à sanctorū collegio alieni: atque flagitorū omnium uoluntarij sectatores. Temporalium siquidē prosperitate elati, nec Deū timent, neque sancta cælorū agmina uenerātur. Quū igit̄ in labore hominū nō sint, nec cū hominibus flagellētur: ideo tenet eos superbia, opertiū sunt iniuriate & impietate sua: quoniā uero quasi ex adipe prosperitatis humanae iniuriantes eōrum prodeūt, transeunt in affectū cordis, meditantesque nequitiā impudēter in excelsō loquuntur. Isteiusmodi plane sunt germina felicitatis peregrinis exiliis, talia imprudētum esse nōscunt opera, qui ebriati sensibilium uoluptate, cœlestium gaudiorū designātur amare p̄missa. Spiritualium uero prosperitatū bona (qua bona utique dixerim) quoniā ad profectū boni ab eo quod summē bonus est, prærogata credit: humanū affectū alliciūt, sensus paruulorū sapido suo illapsu ab uberioribus lutose carnis euellunt, excellētia diuinæ bonitatis lumen infundūt, & conuantum in cælorum regno reliquias degustare cōcedunt. Prudentibus quippe & cōrde humilibus sapiunt: Internos nancē earum animarū sensus nutriunt ad amorem, roborāt ad uirtutes, coponunt ad mores, mentes eleuant, depurant affectus, Deo ac hominibus amabiles reddunt, frequenter declināt in humiliū thalamos, suamque in illis collocāt mansionē. Gratis etenim cum à Deo donentur, grato suscipiendæ sunt corde. Non sunt condignæ passiones huius temporis,

A ad guttam minimam diuinæ dulcedinis, quae præstatur amantibus. Quamobrem quicunque illa effectus est dignus seductorij spiritibus interdicat aditum, ne umbram sub ueritatis tegumento recipiat. Ipse plane Satan as in lucis se transfigurat angelum: si quō modo uacantibus Deo, deuotionis auferat fructum. Dupli nancē laqueo illos irreire conatur. In sanctitatis quidē imagine, tumorem superbiam, & adulteræ consolationis miscet coenū: tanquam pro singulari uita præcipuum, & commendatione dignissimum ostendit incautum. Cæteros moribus, deuotione, & merito præcellere dicit, quatenus honoris cathedram, seu pastoralis insulæ primatum, uel saltem summum gradum appetat in cælestis regni discubitu. Hoc draconis antiqui seminarium est: haec, inquam, sunt immisiones factæ per angelum malum: illum uidelicet, qui procaciter contra suum cōditorem erectus aiebat: Supra astra cæli exaltabo solium meum, in monte testamenti, in lateribus aquilonis, & ero similis altissimo. Nam quemadmodum humilitatem Deus, ita elationem diabolus subministrat. Beatus humilis, quoniam si disponente Deo ceciderit ex qualicunque mentis inflatione non collidetur: quia dominus illi supponet manū, ne funditus pereat. Superbis enim resistit, & humilibus dat discretionis gratiam, ut sciat sobrietem, & cum prudentia spiritualium gaudiōrum tractare affluentiam. Cum prudentia quidem, ne elationis aura illa illecti, in magnis aut mirabilibus supra se diligent ambulare. Sobrietē uero, ne diuinæ consolationis refecti pabulo, propriam cogantur diabolica fraude decepti praeterire mensuram. Temperanter etenim spiritualis est sumenda dulcedo, ne ex immoderato gustu fastidium generet. Hoc sapiens insinuans inquit: Mel inuenisti, comede quod sufficit, ne cogaris euomere. Non igitur ad satietatem spiritualis est secunda deuotio, ne ex familiaritate nimia contemptum, aut ex assiduitate imprudentia cœdium generet. Quis sapiens intelliget hēc, domini mandata custodiens: utrūque deceptionum effugiet laqueos præeunte prudentia. Nam & per humilitatem cordis, superbiam, & per discretionis libram, tepiditatis spiritus collidet decipulam. Latus plane dextrum muniens in prosperis, ne bono utens male, efficiatur malus. Muniet & sinistrum, ne fatigatus aduersis, contra salutem propriam repugnare uideatur. Optimum namque salutis præsidium, sunt diuinitus irrogata flagella: quemadmodum apostolico ore dominus testatur, dicens: Ego quos amo, arguo: Purgantur electorum palmitum infœcundi ram, ut uberem agricole procreent fructum. Nam qui inculti remanent prorsus suo excidunt tempore, & in ignem mittuntur. Maximū itaque miserationis diuinæ munus, ac præcipuum humanæ spei solatium est, temporaliter cum Dei filijs aduersitatibus exerceri: quatenus discat qui patitur compati patientibus, non insolescere successibus secundis, labentis seculi non inhærere deliciis, peregrinationem non amare propriam: & se super cæteros non inflare. Difficile dilectionis lege contentus est, qui alios prosperitate præcellit. Consuevit autem qui tribulationibus fatigatur sectari humilitatem, priuatam non appetere gloriam, potentium deuitare consortia, salutis monita libenter audire, sanis consilijs acquiescere, & diuinam legem operibus custodire. Bonum (inquit Propheta) quia humiliasti me, ut discā iustificationes tuas. Improbus igitur cēsendus est ille, qui eruditus uerbere impatienter tolerat. Vide filii scriptura sacra) ne fatigeris, neque contradictionis prorumpas in uerbum, quum flagellaris à domino. Quis enim filius, quem non corrigat pater: fortis equidem animo illata sunt toleranda conuicia, sed hilariter paterna sunt sustinenda flagella. Verū patientis infirmitas prudentiae semper est munenda suffragio. Ratione quamplurimum cedit humana debilitas, erigitur beneficj, mercede solidatur. Debita itaque delictorum, bonorum omissionis, gratiarum numerositas, sanctorum exempla, & promissæ felicitatis sedulo ruminanda sunt p̄missa. Isteiusmodi etenim cogitationibus humana mens in pœnis sit hilaris, & in omni probata uirtute sublimis. In arce quidem prudentiae constituta futura prospiciens, & praeterita secum pertransiens, quemadmodum prosperitatibus eleuari non ualet, ita ab irruentibus nequit aduersitatibus superari. Regio nancē decorata fulgore in se humili, terribilis hostibus, in electorum oculis honorabilis, atque diuino conspectui ex uarietate prudentiae amabilis extat:

*Qualiter per corporales sensus, rationalis spiritus proficiat, atq; de ipsius spiritus nobilitate p̄cipua.*

Cap. VII.

**I**cūt uniuersa animata corpora, quæ vegetantur in terra hominis corpus dignitate præcellit & forma, ita inter eūdem corporis mēbra naturali nobilitate supereminet caput: sensuū nanc⁹ pulcritudine decorat, per quos corpus omne nutritur & regit. Sine oculorū adminiculo, quām multa patiūtur incommoda: illo quicunq; caruerit, plurimū deficit cognitione eorum que in cælo fulgent, uolitant per aera, in aquis natant, mouētur in terra, ieu gignuntur ex ea. Nam corporea hęc per oculorum cernuntur intuitum: per aspectum uero eorum decor agnoscitur. Quod enim de oculorū officio dicitur, hoc idem de aurium, narium, ac oris ministerio patet. Sūt nanc⁹ hi sensus quidam spirituales pædagogī rationis: per eosdem quippe rationalis spiritus optimē prouehitur, nedū ad naturalium scientiā, uerum etiam ad diuinitatis præclarā notitiā, dicente Apostolo: Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas. Conspectuū itaq; & percipiuntur per sensus corporeos quæ facta sunt, & habent corpus, sed intelliguntur per mentem & rationem. Subministrant enim sensus carnis interiori homini intelligēdi materiam. Ipse uero sensuum corporalium perficit dignitatem. Viciſſim ſibi inuicem famulantur, neq; abſq; partium detrimento, ualeat ab alterutris ſeparari. Sacramētū hoc magnum eſt, & cōſideratione dignissimū, ut superior natura ab inferiori iuuetur, quemadmodū à ſuperiore inferior. Eſt plane corporalis natura longe inferior spirituali, & actu, & dignitate, & fine. Valet ſine corporali spiritualis natura ſubſiſtere: abſq; spirituali uero corporalis minime. Tolle à corpore animam, & quid erit corpus? Utic⁹ cadauer ſc̄tidifſimum, corrupta materia, uas horrendum, & instrumentum inutile. Ceffet uirtus, & ministerium proprium rationalis spiritus in humano corpo re constituti, & uidebis huminem deformem, creaturam ſumentis inſipientibus ſimilem, brutisq; animantibus æqualia opera facientem. Nempe omnis hominis pulcritudo, cuncta elegantia humanae speciei, nō ex corporali, ſed ex spirituali eius natura prouenit. Quod enim datū eſt in prima ipſius institutione, ut uidelicet p̄ḡeffet p̄fiscibus maris, uolatilibus cæli, & beſtijs terræ propter rationale illi prærogatum eſt spiritū: huius prælationis gradum ideo amilis, quia legem conditoris præuaricādo deliquit. Retinuit quidem in ſe naturę nobilitatem, in discretionis iudicio, in amoris priuilegio, in utriusq; merito, in immortalitatis dono. Perdidit autem autoritatem imperandi, præſidēdi de corem, libertatem operandi, Deumq; interpellandi fiduciam. Profecto n̄iſi cōferat gratia, reparet uirtus, & uitæ ſanctitas mereatur, nunquā recuperare ualebit. Peccante itaq; homine, nec peccatū, nec peccati pœnam euadere potest: ſicq; auxilio ſindiget alieno, ut in id quod fuerat, reuertatur: reuertitur autem ſi per uitam alterā in eam unde cecidit, redire uoluerit regionem. Humiliet ergo ſe, & legem Dei obediendo custodiāt, ut efficiatur amicus Dei, angelorum consors, dominus mundi, poffessor ſui. Nunquā in inferioribus principatū acquiret, n̄iſi superiori ſuo fuerit uoluntate ſubiectus. Nempe meriti ſublimitate priuatur, quiſquis Deo extiterit neceſſitate impellente ſubmiſſus. Redde, H̄o homo rationalis ſuperiori tuo, quod ab inferiorē tuo requiris. Sicut inferiorē, ita ſuperiorē te habere cognosce. Inferior tuus utiq; ſub te, & iuxta te eſt. Sub te quippe eſt, quie quid fulget ſub cælo, ſiue aurum, ſiue argentū, ſiue preciosi lapides: quicquid in aquis na tat, quicquid de terra gignitur pulcrū uisu, gustu dulce, odoratu ſuave, & tactu blandum ac molle, luxta uero te, teq; inferior eſt, corruptibile corpus, infirma caro, sensualitas tua ſine ratione, & abſq; discretionis iudicio: cui præes ac principaris, tanq; caput in corpore, & ueluti superior inferiori. Superior autem tuus ſupra te eſt, ſed non longe à te: quanquam immortalitatem habeat, & lucem inacceſſibilem habitet: tecum tamen ſi aſſensum præbueris habitare concupiſcit. Noli igitur illum ſpernere, noli abiſſere, nec uelis illi cordis tui ſanuam pulsanti repudiū libellum dare, quod nō ad eius, ſed ad tuū interitum fieret: illum agnosce, illum uenerare, illiq; obtemperare ſtude. Per ipsum quippe illi famulando antiquam recipies dignitatem. Quicquid enim honoris, quicquid ſolatiū te delinquentē deperijt, præſtantius per ipsum in melius reformabitur. Nec mireris Col. 2 in hoc. Apud ipsum nanc⁹ & in ipso ſunt ſapiențiæ theſauri, atq; ſcientiæ diuinitatim imprædabiles,

A dables, deliciæ ſpirituales, honores regij, potestas æterna, incorruptibile regnum, ga dia perpetua, opulentissima refectione, exuberans pax, florida & nūquā deficiēs ætas, ſocietas sanctorum, angelorum conſortia, præclarissimæ mansiones, iucunditas ſine fi ne, puritas ſine labo, æternitas ſine terminatione, beatitudo uera, cognitione certa, cōpre hensio immediata, laus ſonora, perfecta iubilatio, cōmune præmium, bonū ſummum, omniumq; deſiderabilium conuiuūm defæcatum. Hęc uniuersa, & his multa præſtan tiora, ſuīs dilectorib; impertitur. Illū itaq; ama, illiusq; te ſpōte tribue famulatui, ne co garis inuitus. Nam uelint nolint oēs ipſius obſequuntur imperio. Gratāter tñ accipiet, gratiamq; rependet, ſi hoc ſponte perſeceris. Dabit enim tibi ſua, & libētū ſe. Te nāq; exigit à te, ut ſe donet tibi habitetq; in te, non propter ſe, ſed propter te, cui hoc proficit ad ſolatium prouenit ad meritum, ſuffragatur ad præmium, cōmunicatur ad gaudiū. Quomodo (oro) non gaudebis, quum illum qui fecit te, agnoueris requieuiſſe in te: ſe reclinasse in te, ut te eleuet ad ſe: & hoc unde: quibus meritis: quo interpellante: quo

B teste: quo modo: quo fine: cuncta hęc amantibus ſuauiter ſapiunt: quoniā in ipſis ſunt amoris præludia, & diuinae caritatis ſacrosancta commercia. Abieco igitur onere præ grauantis cupidoſtis proprijs accede pedibus. Accede (inquam) & ſuperiore tuū ag nosce, ſicut inferiorē agnouisti, quatenus ita ille præſit tibi in te, quemadmodū tu inferiori tuo præſeffe deſideras. Suscipe ſuperiore tuum, ut inferior tuus ſucipiat te. Nū quam inferiori dominaberis, niſi tibi ſuperior dominetur. Tantum tu illi, quantum iſte tibi. Optimus ad regiæ potestatis ascensus eſt, ut qui ſeruitur obſequium ab inferiori cupid, id ipſe ſuperiori ſuo exoluat, præcipue quū hoc exposcat dignitas, ratio ſuadeat, cogat ſeruitus, clamēt beneficia, neceſſitasq; compellat. Iſta profecto nulli niſi Deo cōueniunt. Nemo te ô homo niſi Deus ſuperior eſt. Te præcellit dignitate, gratis te fecit, à ſeruitute redemit, beneficij ditauit, & uolūtate uiuificat. Nō dedigneris tanto, taliq; ſubelle, non ſpernas illum, quia non ſp̄euit te, ſed miſericorditer deſcendit ad te. Excel ſus dñs, omnipotens dñs qui in altis habitat, humilia reſpicit in cælo & in terra. Reſpe psal. 137

C uit plane in cælo ſancta illa angelorum agmina, qui ſuperbienti Luciferō minime con ſentientes in humilitatis uirtute firmiter perſtiterunt. Reſpexit quoq; in terra, qñ uerbū ſuum de regalib; ſedib; mittens, naturam noſtrā mortalitatis ut affumeret uoluit, qua tenus ſeminēcem, uulneratum & nudum ſanando redimeret, ſe tunc cognoscibilem fe cit homini, quum factus eſt homo. Qñ uero factus eſt homo, factus eſt frater, magiſter, ſponsus, mediator, redemptor, & caput. Caput igitur tuum ô rationalis homo agnoscere, ut corpus tuum agnoscat ſuum. Hoc quomodo fiat Apostolū audi. Caput (inquit) mu lieris uir, caput uiri Christus, caput uero Christi Deus. Nempe mulier haec ſensualitas tua, quæ rationis regimine indiget, quoniā non ualeat per ſe. Huius tu constitutus es caput, ut per te instruatur, per te ducatur, per te cohibeatur ab ijs, que non licent ſibi, & dñi lege prohibentur. Hęc habet appetitus ſuos quæ diuinae uoluntati aduersant. Hos comprimere debes, & propter hoc principatum ſuper illam adeptus eſt, tanq; in corpo re caput, alioquin abuteris dono tuo, tuaq; dignitate priuaris. Ascende igitur ſuper tri bunal tuū rationale, & inordinatis carnis deſiderijs impone legem, quam te iubente, i. Cor. 11

D te custodiente præterire non audeant. Hanc utiq; ſi errare non uis, diſce à ſuperiori tuo & à capite tuo, ut mulier audire dignetur abs te. Christum Dei uirtutem & Dei ſapien tiā in mente tua habeto, & in te ipſe tanq; in propria ſede reſideat. Nam teſte eloquio diuino anima iuſti ſedes eſt ſapiētia. Tibi ipſe dñetur, te doceat, tecum loquaſ, caputq; tuum ueluti spiritualis galea ſalutis ab inimicorum protegat iaculis. Hac quippe galea ſi fueris decenter ornatus corporis animæq; tuos custodies ſenſus, nō poterit mors ha bere ingressum, ubi uita ſuum collocauerit domicilium, ubi præſidet ſapiētia, ubi ratio nalis ſpiritū à uero inſtruitur hostium ſpiritualium non prævalent inſidię. Inferiores nanc⁹ ſenſus dirigit, & exteriorēs à tentatione custodit. Autium etenim ſepit auditum, ne per illum detractionis uirus obſcenorumq; uerborum introeat lāguor, & mētis cō maculet puritatē. Oculorum quoq; reprimit curioſitatem, ne uisibilium inspecto deco re concupiſcentiarum carnalium sagittis cor penetrēt. Odoratus etiam lenocinia cohi bet, quatenus uirili censura ſeruata ad exteriora blandimenta non deſfluat. Gustum de rum componit, & linguam, ne ſub temperantia legib; constituta discretiōis metas ir sap. 7

Laur. iuſtis.

Aa rumpē

rumpere possint. O q̄ diligenda galea huius fida protectio, quæ dum in mētis sublimi B  
rate seruatur, utriusq; hominis tentamenta dissoluit. Interiorem siquidem pacem am-  
bili spiritus suauitate custodit, atq; inoffenso gressu se diligētem tollit in altum. Verita-  
tis etenim lumine irradiata mens nec inutiliter profluit, nec in elata cogitatione tumie-  
scit, plus sapere q̄ oporteat nolens & in corde humilis, & opitulante gratia fit sanctificatio  
sublimis. Ibi plane sine strepitu erudit à uerbo, atq; incerta & occulta diuinæ sapientię  
eloquia spirituali percipit auditu, cælestium cātionum modulatione lætatur, ac diuinæ  
laudis aspersa dulcedine futuræ felicitatis odore pinguescit. Caritatis nāc̄ referta amoe-  
nitate post concupiti sponsi currat odore, tenet quem diligit, currat ut capiat, amplecti-  
tur ne fugiat: ut placeat laudat, atq; ne deficiat in idipsum semper exorat. O quāti gemi-  
tus, ô q̄ crebra suspiria promit! Amoris enim concremata incēdio, & deuotiois nocta-  
re saginata medullatum laudis exoluit incensum: sicut Deo acceptū, sic sibi ualde salui-  
ficium. Hinc repletur os laude, cor eleuatur in iubilū, dilataſ ūrotis animus, & mēs æter-  
næ lucis candore uestitur. Efficitur utiq; lœta pro munere, uirtutib. fœcundatur, rapitur  
in cælestibus, sponsiq; castis amplexibus demulcetur. Hæc sunt ô dñe Iesu mentiū te di-  
ligentium interna solatia, hęc (inquam) sunt te possidentium beata studia, per que te di-  
rigente tec̄ seruante, & in spirituali certamine uincunt, & ad culmen affectionis ascen-  
dunt. Te quippe in illis præsidente ut dñs ab immundis spiritualibus eorum interiora pa-  
riter & exteriora defendis. Tuo nanq; ueluti spirituali galea muniti præsidio, nec tenta-  
tionibus sensuum cedunt, neq; carnis uoluptatibus acquiescent.

*Quod detrimenta plurima ex ignorantia causantur, & de concupiscentie luctu, que per  
fidem superatur.*

Cap. VIII.

**A** Nimarum quisquis salubriter vult mederi languoribus, morbi naturam co-  
gnoscat & causam, hæc si quis scire neglexerit ægrotō nō sospitatem, sed uil-  
tae finem inducit. O nescientiae quanta sunt mala, sub ipsa iacet ratio, discre-  
tio periclitatur, fluctuat mens, fugatur humilitas, uirtus deperit, fugat pax,  
ordo confunditur, disperditur gratia, & desideria sancta concepta frigescunt. Studete G  
igitur ô Christi milites scire quid expedit, propriæ infirmitatis agnoscite causas, quare-  
nus inimicorum uestrorum ualeatis præcauere insultus. Vbi dñatur ignorātia ignauia  
præualet, ubi dormitat custos, ibi aduersarij uriq; irrumpere solent. Quamobrem singul-  
los Apostolus de his admonere nos uolens inquit: Surge qui dormis, & exurge à mor-  
tuis, & illuminabit te Christus. Imptobum plane ualdeq; uerecundum est aduersarijs ir-  
tuenteribus dormitare. Quoniā uero q̄diu sumus in corpore, militamus in acie, euigile-  
mus animo, ut in spirituali prælio uiriliter perduremus, sedula intētione quæramus spi-  
ritualis bellī causas, hostiumq; nostrorum insidias. Hæc ex quo dño Iesu militare cura-  
ui, mecum conferendo agnoscere studui, quanq; in me præualente secordia easdē minū  
me debellare potuerim, quoties turbatus est à furore oculus meus, quoties cor meum  
dereliquit me, toties ab ihs turpiter superatus inuenior. Heu persæpe agnosco quid de-  
beam, sed effeminatus animus, ac detestāda consuetudine depravatus, sibi p̄si subesse  
compellitur. Video utiq; legem aliam in membris meis repugnantē legi mētis meæ, ca-  
ptiuumq; me ducentem in lege peccati, quæ est in membris nostris. Hanc spiritualium H  
passionum dixerim causam, hanc cunctis uitij; somitem ministrare asseuerare nō am-  
bigo. Hinc spiritualis pugna sumit originem, hinc triumphandi contra nos inimicorū  
nostrorum roboratur audacia. Tolle concupiscentiā ab homine, & omnia pacata repe-  
ries. Vnde lites, unde contentiones, rapinæ & æmulationes, & talium millia: nōne ex  
concupiscentijs que militant in nobis? Custodit lex, pax seruatur, nutritur cōcordia,  
sufficient propria, nequaq; aliena diripiuntur, subest caro, ratio dñatur, diliguntur cœle-  
stia, & fraternus amor augetur, si concupiscentiæ defuerit languor. Ipso autem uigente  
ac præualente deordinātur omnia, siue corporalia siue spiritualia sint. Quamobrem om-  
nis disciplina Christianæ professionis non in miraculis faciendis, non in futura prædi-  
cendo, non in eloquio cōposito, scripturarūq; explanatione, sed in resecandis concupi-  
scentijs cōmendatur. Quantū Christū quis diligat in hoc spirituali certamine recogno-  
scet. Reperiunt quāplurimi qui sua tribuunt indigētib. corpus abstinentia macerat, pier-  
grinans pro dño, laborib. se exponunt atq; periculis, & tñ proprias concupiscentias re-  
linquunt

**A** linquunt indomitas: nihil laboriosum arbitran̄t esse: quod sua uoluntate perficiat. Qui  
vult post me uenire (inquit dñs) abneget se metipsum, & tollat crucē suam & sequatur  
me. Nempe nil aliud est abnegare seipsum & crucem tollere, q̄ carnalib. desiderijs que  
aduersus animam militant reluctari. In nobis igitur & omnino cōtra nos pugnare nos  
docet, si cælorum æterna cupimus habere promissa. Non alienus quærendus est qui fe-  
riatur: non bellandi extrinsecus est quærenda materia. Intra nos armatus est hostis, ad  
renitendum utiq; semper accensus. Si coronam cupis reportare uictoriæ certā, spiritua-  
liter certa. Adeat in te qui uideat, iudicet & coronet. Nempe quemadmodū spirituales  
hostes sunt cum quib. confligimus: ita spiritualia arma, Apostolum audi loquentē: Ar-  
ma (inquit) militiæ nostre non sunt carnalia, sed spiritualia & potentia à deo: qm nō est  
nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes et potestates,  
aduersus rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitiz in cælestibus. Hinc est  
quod tam pauci reperiuntur, qui in huīusmodi ualeant perdurare certamine. Re nanq;  
fieri arduū est, ut quis cum inuisibili hoste inuisibiliter uelit habere congressum. Quis  
quod non uidet amat: quis oculis clausis pergit ad pugnā: & tñ sine uisibili lumine re-  
luctari oportet. Habere aut̄ te decet lumē ut uideas: absq; lumine omnino superaberis.  
Lumen quippe hoc cordis non corporis, mentium non oculorū est. In hoc lumine spi-  
ritualis inimicos conspicis: spiritualē te uincente coronā percipis. Deus est spiritus:  
ideoq; in spiritu decertandum est, ut placeat ei qui uidet in spiritu: hoc ut cōprobēs ue-  
rum esse quod dicitur, quid Propheta dicat attende: Spiritus ante faciē nostram Chri-  
stus dñs. Non est hora neq; temporis momentum, quo te nō cernat deus tuus. Cauē ne  
segniter dimices, ne corā tanto iudice astantib. ministris angelis succumbas, & triūphi  
amittas palmā. Nam sicut gloria uictoria, ita ignominia plenum est esse deuictū. Du-  
plici quippe poena mulctatur, qui ex ignauia hostib. cedit: damni etenim detrimentum  
patitur, & sensus dolore transfigitur. Quomodo non doleat qui dæmonū captiūs ef-  
fectus elongatur à Christo, & ab unitate separatur ecclesiæ? Tanc̄ inutile meinbrū pre-  
cipidit, & iustorum omnium caret suffragio. O q̄ lugēda iactura est nesciri à dño & cō-  
tubernio priuari sanctorum. Estote (eia) nunc bellatores Christi fortes in prælio: & ne-  
dum cum antiquo serpente, uerumetiā contra concupiscentias uestras uiriliter decerta-  
te. Sumite armaturā dei, loricam uidelicet prudentiæ, salutis galeā, & scutum fidei: qua-  
tenus aduersariorum ignita ualeatis extinguerē tela: hoc tenete scutū: hoc inimicis sem-  
per opponite. Nusq; amoueāt, nusq; à latere uestro discedat, fide state, fide certate. Est  
plane scutum fidei impenetrabile, aureum, & nunq; deficiens. Nempe si absq; fide uiui-  
tis, mortui estis. Si sine fide certatis ilico uicti estis. Est enim fides donum dei cælitus  
Christi militib. prærogatum ad diripiendum cælorum regna, debellādumq; aereas po-  
testates. Sic apostolus Petrus fideles exhortans inquit. Sobrij estote & uigilate: quia  
aduersarius uester diabolus tanq; leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resisti-  
te fortes in fide. Maxima fidei defensio, quæ contra dæmonum fremitus protegit bella-  
tores, & à uisibilib. ad inuisibilia rapit. Nempe nil diabolica figura sic reprimit, euad-  
it pericula, tentationes superat, tolerat aduersa, spernere facit seculum, dissoluit lites,

**D** dona debita, proximum facit deo: sicut fides quæ per dilectionem operatur. Non illa  
quæ credit deum, uel credit deo, sed quæ credit in deum. Prima quidem & secunda dæ-  
monum est & malorum: tertia uero iustorum obtemperatiū Christo. Ista (inquam) pa-  
tiens est, ubiq; secura, semper gaudens, erecta in deum, & uniuersa creata transcendēs.  
Concupiscentia nanq; uisibilibus pascitur. Fides autem inuisibilibus & futuris, ima de-  
spicit, & eleuatur in summa. Magnanimitate sua nec mortem metuit, nec cruciatib. ce-  
dit: quin potius naturam uincit, uisibilia calcat, præsentemq; uitam exilium arbitratur.  
O fides catholicæ religionis ornamētum, diuinæ legis custodia, sacramentorū clavis,  
uirtutum genitrix, perpetuæ felicitatis ianua: amica angelorum, mundi interuētrix, lau-  
dabiliumq; operum merces, q̄ glorioſa dicta sunt de te, & q̄ præclaras sunt tua dignita-  
tis præconia. Tibi dei & hominum mediator, uerbum utiq; sempiternū, & patri coetera  
sapientia perlibuit testimonium. Tē patriarcharum & prophetarum oracula multi-  
pliciter prædicant: super te sanctarum scripturarum eloquia sublimiter operante para-  
clero fundata subsistunt. De sancto sancto diuini consilij arcario progrediens in electorū

illaberis corda, ut de sacramentorum cælestium ueritate illos introfus eruidias. Nemo quippe (nisi prævia luce tua) intelligere ualeat diuinæ maiestatis celitudinem, bonitatem & gloriam. Nullus (inquam) abs te resurrectionem futuram, uirtutum cælestium gradus, eorumq; ministeria, dona spiritus, & scripturarum uirtutem percipere potest. Quid uero de cælestibus loquar, quum nemo sine te de se ualeat habere notitiam? Gerit quisq; in se rationalem quandam, spiritualemq; substantiam, cuius dignitatē nequaquam intelligit, nisi per te: hāc qui nouit diligit. Qui uero nouit prius credidit, prorsus nunquam sciret si non crederet, dicente propheta: Nisi credideritis, non intelligetis. Quapropter quicunq; abs te sunt, non intelligentes se, diligūt uanitates & insanas falsas seculi huius, per quas uenundati sub peccato, pergunt ad interitum sempiternum. Tuo siquidem priuati splendore, per effusas uitiorum tenebras circumducti cupiditatum irretiuntur laqueis. Minime profecto caperentur, nisi se prius alienarent à te. Quā obrem amatores Dei, quotiescunq; diabolica contra se iacula intorta prospiciunt, scutum tuum uiriliter opponentes, perseuerant illæsi. Si quando lutoſæ carnis illecebra mētem eorum impulerit: si temporalium inferorum honorum appetitio fragilitatem humanæ cupiditatis illexerit: si corporalium sensuum petulatiā uisibilium rerū attraxerit species, ilico clypeo tuo protecti uictores existunt. Ingeris enim illis æternorum notitiam, per quam suauiter recreati concupiscentiarum letalium uenena reīciunt. So la quippe scientia tua futurorum certitudinem præbet. Diceris namq; & es sperandrum substantia rerum, argumentumq; non apparentium. Per te igitur fidelis quisq; efficitur uictor: quoniam sine delectatione & cognitione cælestium, nequaquam uerus temporalium contemptus acquiritur.

*Quales esse debeant, qui in spirituali pugnaturi sunt stadio, & de liberi nobilitate arbitrii.*

Cap. IX.



N uisibili confictu, sicut usus docet nullus qui aut cōfectus senio, uel æta te puerulus, seu ægrotus corpore, siue inermis pugnaturus progrederit. Tales prorsus obhorret certandi peritia. Nempe si eorum quibus nil de est, quod ad militarem pertineat artem pereunt multi: quid de ijs, quibus multa superaddita adsunt incommoda arbitrandum sit, iudicet sapiens. Porro inuisibilis certaminis uisibile bellum gerit imaginem. Et eadem in isto que in illo competunt necessaria esse censentur, eo perfectius quo in spiritualibus iactura est grauior, poena prolixior, uerecundia manifestior, morsq; immanior. Quid (oro) temporalium damna (etiam si omnium mundalium amissio fieret) æternis diuitijs comparantur? Quid momentaneæ poenæ inferni supplicij coequatur? Quid æstimandum est erubescere in conspectu hominum, & equipartitione pudoris, quem in conuentu omnium hominum, angelorumq; perpessuri sunt reprobri? Postremo interitus corporis quis animæ mortem non dicet esse dissimilem? His igitur diligenter attentis, cuncti mortales euigilent: taliaq; ad sui defensionem habere conetur, qualia in spirituali bello opportuna esse decernunt: uniuersos quippe in hac mortali carne degentes, luctandi impellit necessitas. Nullus excluditur, nullus ab ista liber efficitur. Seruus & liber, diues & pauper, nobilis & ignobilis, doctus & indoctus, senex & iuuenis, masculus & foemina, fidelis & infidelis in suæ uitæ primordijs laceffit ad pugnandum: inimicitarum namq; secum fomenta deportans, hostes suos aduersus se promouet ad certandum. Horum plane saeuitiam formidandam nullus euaderet, nisi gratia cælestis protegeret bellaturos. Agit itaq; erga unumquenq; diuinæ bonitatis ueneranda dignatio, ut & aduersarios compescat ne noceant, & facinoribus omnibus infra discretionis ætatem commissis indulget. Hoc quippe exigit censura iustitiae, ut cui merendi deest copia sensus, in futuro iudicio desit & poena. Ex libero hominis arbitrio, præmij seu damnationis pendet causa. Qualis fuerit singulorum uoluntas, talia prærogantur stipendia meritorum. Verum illa tantum dicenda est libera, quæ rationis sociatur examini. Est inquam uoluntas tunc libera, quum sponte conditoris subiicitur legi, quum malitia seu doli ueneno priuatur, quum uitiorum nexibus absoluta per amoris studium tendit in Deum. Ceterum quum discretionis caret iudicio, quum peccatis tenetur obnoxia, quum uoluptibus dedita carnis sectatur illecebras: sicut nec sana, ita nec esse censenda est libera.

Adultis

A Adultis ergo qui liberi arbitrii frui ualent dignitate, quemadmodum certaminis labor indicitur: sic triumphus debetur & gloria. Quamobrem quisquis rationis est compos uoluntati suæ imponat legem, ne per cupiditates seculi labentis effrenata discurrat. Afectus inquam animæ tanquam spirituales pedes dirigat in uitam pacis, & in amorem uirtutum, ut non aduersariorum suorum irretiat laqueis, & duplice morte depereat. Habet enim anima pedes suos, quibus persequi, atq; spirituales potest aduersarios declinare. Affectibus quippe anima mouetur non locis. Hostes procul dubio tūc suos insequitur, quum pijs affectibus depurata, atque composito immisiones malas reluctando disperdit. Eosdem uero tunc declinare decernitur, quum delictorum materias fugiendo contemnit. Sunt igitur spirituales nō pedes deuotionis ac lacrymarum lauacro detergendi, ne polluti amoris coeno foedati cœlestis sponsi displiceant oculis. Sunt etiam calciamentorum honestate tegendi, ut in certaminis expeditione sint proni. Ne mo plane grater nudis plantis pergit ad stadium. Quamobrem quisquis absque fa-

B stido pugnare uoluerit, duplice desiderio tanquam duobus calciamentis se muniat: quatenus ueprimum aculeos, lapillorum punctiones queat inoffensis pedibus peragra re. In sinistro uero uitiorum semper anhelet fugam. In dextro autem cupiat indeficier uirtutum sectari gesta. Huiusmodi calciamentorum ornamento sponsam decoratam fuisse cognoscimus, quando sponsi uoce ei in Cantico dicitur canticorum. Quā pulchri sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Ornant quippe & muniunt. In altero quippe dilecti allicit uictori oculos. In altero uero à bestiarum morsibus, & tentationum liberant offendiculis. Nemo diabolo insidianti calcaneo caput conterit, qui istis caruerit. Studeat itaq; à corde suo uitiorum resecare illecebras, qui pugnat ut uincat: peccatorum obhorreat causas qui diuinis cupit placere obtutibus. Foedat prorsus & cupiditatum compede astrictum tenet animæ pedem uitiorum blanda uoluptas. De hac quicunq; fugerit glorioſissime triumphabit: innumeros hæc temeritate armatos debellando prostravit. Terga uero uertentibus uix tenuiter manus iniecit.

C Fugite (inquit dominus) de medio Babylonis. Nouimus iustum Loth non nisi fuga mediante de Sodomorum fuisse erutum incendio. Libidinis fuga, castitatis amore perficitur: humilitatis gressibus superbie laquei declinantur. Iracundia & fremitus mansuetudinis moderamine coercentur. Gulæ utiq; inordinata uoracitas sobrietatis delectatione compescitur. Inuidia & letalem morbum, sine caritate quis superat? Ambitus cupiditatis, & temporalium sitis, cælestium prælibatione sedatur. Verum & futuræ retributionis certa fiducia ignauia & torpore expellit. Vitiorum igitur fuga uirtutum amore perficitur. Ambo cohærent, nec ab alterutris separari queunt. Nam nec uitium sine uirtutis desiderio superari, nec uirtus absq; uitiorum contemptu ualeat adipisci. Hæc desideria duo sunt animæ pedes, quibus omnes utuntur, qui in stadio spiritualis certaminis currunt, ut incorruptibilem coronam accipiunt. His currebat Apostolus non quasi in incertum, sed corpus proprium uirtutum studijs edomabat, ut abdicatis uitios spiritui subderetur. Nempe ad perfectionis fastigium, quod triumphus est pugna, uitatum desiderio impellente pertingitur. Isto nihil utilius bellaturis, in ipso prærogatur gratia, spiritualis latet dulcedo, dimicandi subsistit peritia: per ipsum quoq; additur robur, aduersariorum debilitantur uires, uirtus augetur, spe erigitur animus, patentq; cælestia. Nemo uirtutis ualeat reserare præconia, atq; meritorum ipsius propalare commercia. Semper uirtutis concupiscentia grata est Deo, angelis amabilis, iustis proficia. Ista præcedente ac concomitante sancti naturam uicerunt, superauerunt dæmones, debellauerunt mundum, subegerunt seipso, carnis lenocinia contempserunt, diripuerunt cælum, coronasq; perpetuas possederunt, imitatores facti sunt Dei: nam dominus uirtutum ipse est rex gloriae. Quid referam amplius: uirtutis desiderium præcelit miraculorum operationem, prophetæ donum, linguarum genera, interpretationem sermonum, sanitatum gratiam, naturalium scientiam, & cognitionem cælestium; multi talibus ornati perierunt: uirtutibus autem nemo. Semper uirtutum desiderio mutatus incedat, qui ui cælorum conatur diripere regnum. Non laſſescet, non deficit, nō dormitabit uirtutis amator. Currunt in spirituali hoc stadio multi, sed solus hic perfectionis accipit brauium. O quām beatos dixerim amantium pedes, qui per uirtutum

Laur. lustiſt.

Aa 3 itine-

itinera feliciter gradientes cælestis patriæ delicijs perfruuntur, has post agonis spiritualis consummatum opus percipiunt dapes. Non enim eorum est labor inanis in domino. Si igitur o Christi milites intimæ caritatis concupiscitis pace potiri: si supernæ uocationis gloriam festinatis arripere: si imprædabilibus thesauris ditari concupiscitis: si immundorum laqueos uos evitare delectat, spirituales animæ uestræ pedes ab omni immoderato affectu excutite, interioris desidiae vincula soluite, & seruiliis onera timoris abiçite: quatenus superatis hostibus, gradu concito ad alta tendentes, amoris hymnum domino cantare possitis: hoc quippe Propheta futurum in se sperabat quum diceret: Deus dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa mea deducet me uictor in Psalmis canentem. Ceruorum itaque & uos pedes habete, si uictoriae carmen in excelsò caritatis monte cordis cum iubilo decantare nitemini.

Psal. 30

De diversis speciebus orationis sanctæ in dupli statu: quietis uidelicet, &amp; pugne. Cap. X.

**D**icitur de cætero de ijs quæ ad offendendum instituta sunt armis: de sagittis spiritualibus præsens sermo percurrit. Hoc quippe genus in diuinis uoluminibus iugiter nominatur: nec ab re. Eminus nanç ferit, acute transfigit, celeriterq; emittitur: hostem debellantem proprius non sinit accedere: equum & ascensorem frequenter unico prosternit ictu. Extremum quis non paueat arcum? Sagittariorum quis non declinet exercitum? Spiritualis hic arcus sanctæ orationis est opus. Sagittæ autem contra aduersarios hoc loco directæ ignita sunt orationis desideria, & importuna supplicationum uota, quæ à Christi militibus in cælum corde tacito destinantur. Nempe orationis uirtus, qua mentis intentio ad Deum dirigitur, quamvis unum nomen sortiatur, diuersis tamen effectibus exercetur. Alia nanç quiescentium, atq; alia oratio noscitur esse pugnantum. Quiescentium autem quis status enumeret, intelliget studia, uota capiet, ascensus intuebitur, & meritorum gratiam metietur: Solus ista nouit qui rimiratur corda, pensat desideria, ac uniuersa prospectat. Diuersimode tamen singuli uacat Deo: prout sancti spiritus magisterio du-

Psal. 15 hendunt in se quod de se idem pronunciauerat uates. Prouidebam (inquit) dominū in

conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne commouear, propter hoc latum est cor meum & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescat in spe. **V**ocant pleriq; Deo per orationis studium, cælestium eloquiotum sacramenta scrutantes. Percipiunt ijs scientiæ lumen, & scripturarum sanctorum notitiam perspicacem: intellectu nanç uisibilia supergredientes gratiæ præente splendore in lumine fidei percipiunt lumen. Inueniuntur quoq; aliquot in terra, quāuis in numero pauci, qui corde diuini amoris sagitta transfixi suauiter, concremantur delectabiliter, iugiter supra se ferunt in Deum, laudis obsequium frequenter exoluunt domino iubilatione permixtum. Cantant & gemunt, clamant & laudant, quiescendo tacent, & uociferando discurrunt: tenent & querunt, atq; amoris brachijs sponsum amplexando liquefcunt. Istiusmodi autem: quoniam hoc non licet habere semper, impellente caritate propheticum illud dicentes ingeminant. Sicut uita mea ad Deum fontem uiuum: quando ueniam & apparebo ante faciem Dei: Præcellunt nouissimi in gratia, & dignitate priores: quanquam & interdum permittente Deo primi nouissimi fiant. Quāobrē nemo sibi arroget quod accepit. Hunc omnipotēs cōpunctione humiliat, & illū caritatis exaltat remigio. Nūc

plan-

**A** planetum penitentiū conuertit in gaudiū, nunc laudantiū uota ariditate dissoluit. Suī aduentus atq; discessus inquietiū mentib. alternat uices: quatenus nullus erga proximos pro perceptis munerib. in sole scere audeat. Qui stat igit; ne cadat, uideat, atq; in humilitate iacentiū admonitione firmet. Nouit dñs omniū fine: frequenter cecidit qui stare uidebatur. Et qui quadrangularis fortebat in uitj, illico resuscitatus à dño euigilauit ad uitam. Opus itaq; suum perficiant quiescentes, nemine iudicent, se nulli præferant, ut dilectam Deo orationis suæ exhibeant seruitutem. Gaudeant se à cōturbationib. demonum, & à fragorib. spiritualium bellorum esse remotos. De ipsis arbitror. Prophætam cecinisse qui ait. Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à cōturbatione hominū: proteges eos in tabernaculo tuo à contradictionib. linguarum. Hinc eorum orationis puritas, uitæ innocentia, contéplatio læta, deuotionis opulentia causatur. Non autē sic qui in temptationum agone cōtendunt. Istorū oratio à quiescētiū est longe contemplatione dissimilis. Est nanç quiescentiū oratio humilis, cōpunctione lachrymosa, gra-

**B**tiarum actione referta, exultatione iucunda, Dei cognitione corusca, amoris flama suc- censa, & in diuinis laudib. delectabiliter occupata. Pugnantum uero, qm ijs uacare nō congruit quæ ad pacē sunt, importuna esse cognoscitur, gemitib. plena, desiderijs ignita, postulationib. crebra, ornata fide & superbia tumore uacua. Nequaq; se ualet extolle qui alieno se nouit indigere suffragio. Immundorū quippe spirituū importunitatē sentiens preces ingeminat, propriam necessitatē detegit, imminens periculum narrat, quatenus cælestē placet iudicē, & celerē de persecutorib. ultionē exposcat. Tot nāc sagittis inimicos ferit, quot desideriorū preces repræsentat altissimo. Læua etenim fidei scutū ad defensionē sui erectū tenet, & dextera ignita contra hostes iacula intorquet. Ad momentū uix intermitit pugnā, ne uel cedat hostib. aut oratiōis præsidū intermitat. Nil profecto sic terret Leviathan, sicut orationis crebra instantia, atq; deprecantiū deuota suspiria. Aequæ orationis quemadmodū gehennæ cremat incēdio, fugit ab oratiōis facie, atq; liquefcit, sciens corā illo non posse subsistere. Dei quippe in illo præsentia

**C**uidens pugnanti illico terga conuertit. Non enim abest dñs ab oratione bellantium, eorum laborib. compatiens atq; periculis. Sic enim per prophetam pollicitus est dicens: In uoca me in die tribulationis, eruam te: & honorificabis me. In mentis igitur arce constitutus clamet ille qui patitur, ut ab aduersariorū incursionibus liberatus adiutori suo honoris & laudis exhibeat debitum. O mira conditoris nostri caritatis effusio, qui nec in tribulatione deserit, neq; supplicantium uota cum indignatione repellit. Nunc uulneratis occurrit ut foueat, nunc sagittas præbet ut feriat. In pugna siquidem interdum periculo prægrauati ad orationis negligimus properare suffragium: efficeremurq; tunc inimicorum præda, nisi ducis nostri præuenti munere & uiribus firmaremur in prælio, & ad orandum informaremur in mente. Ipse nanç opportune militibus suis & uirtutem standi tribuit ne deficiant, & orandi affectum ingerit ne succumbant. Vtruncq; scripturarum testimonio comprobatur. Propheta quippe sanctus David casus sui periculum & diuinæ miserationis commendare uolens auxilium inquit: Impulsus euersus sum ut caderem & dominus suscepit me. De orationis uero affectu Aposto-

**D**lus ait. Spiritus postulat pro sanctis. Nescimus autem quid oremus, sed spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Nemo igitur de uictoria diffidat quum Dei secum manum habeat præliantem, & eius spiritum pro se præsidium flagitantem. Se erigenti quisque tantum manum præbeat, & orandi desiderium non amittat. Assuefcat ad refugium, implorationis accurrere, quoties inimicorum suorum insultus patitur. Emincat super se & de sublimitate cælorum orationis arcu ignitas contra hostes sagittas intorqueat. Diuinum bellatorem sic facientem attende. Olim in prælio stabat populus Hebræorum Amalech debellaturus: Moses uero solus orabat in monte: orante nanque illo Dei populus præualebat: preces autem intermittente propheta, superabantur Hebræi. Clamabat uotis ad Deum, & in terra certantium roborabatur uirtus. Erant profecto orationes Mosi, tanquam sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Suis orationibus aduersarios sternebat, auxiliabatur suis, honorificabat Deum, excelsisq; præconijs orationis merita commendabat. Vatis huius testimonio, disce qui pugnas implorare altissimum: disce non armis uisi-

Aa 4

Psal. 8.

Psal. 117.

Rom. 8.

bilibus sed oratione certare. Inuisibilis nanci inuisibiliter superantur. Fallere omnino si corporis fortitudine, si uirtute propria, aut dimicandi arbitraris te posse triumphare. Peritia: diuino uincis fretus auxilio, animi uirtute, & ex orationis instantia inimicos insequeris. Prophetam confidentem ausulta: Non enim (inquit) in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed dextera tua & brachium tuum, & illuminatio uultus tui utiq; saluabit me ab inimicis meis. Ecce Dei potentiam, prærogatam gratiam, & infusum affectum ad orationem suauiter impellentem. Sta itaq; in cui cognitione qui certas ne de te confitendo diffidas, prudentiae lorica, & salutis galea, atq; fidei protectus clypeo aduersariorum fallacias & eorum perniciosa tentamenta deuita. Orationis uero arcu desideriorum intorque sagittas. Tibi prorsus appropriare non poterunt: quoniam testimonium propheta perhibet, desiderium pauperum exaudiuit dominus, & præparationem cordis eorum audiuuit auris tua domine. Qui enim orandi præbet effectum, nequaquam orationis meritum pugnæq; triumphum negat.

Quod utile sit diaboli non ignorare astutias, & de preconijs longanimitatis Christi militibus opportune. Cap. XI.

**N**spirituali certamine, diaboli non ignorare astutias plurimum proficit ad salutem. Cæco nanci in stadio desudanti nulla adipiscenda corona ingeritur spes, si cum uidente pugnare contingat. Opportune quippe bellatoribus donatur à Christo, ut interiori mentis intuitu spirituales ad capiendum animas percipient laqueos. Si enim ihs qui uident, euadendi magnus labor incumbit, lumine quicunq; carebit, quomodo insidias detegerint: intortos declinabit ictus: agnosceret quem feriat. Petat igitur qui pugnat ut uideat, cor secum habeat, ne antiqui hostis circumueniatur anfractibus: iuxta domini sententiam per prophetam: Populus meus seductus est non habens cor: abiit colonus in terram alienam. Grande prorsus periculum est, non habere cor. Sine corde adolescentior filius, qui per egre profiscens consumpto patrimonio siliquis porcorum inediā saturare desiderabat, fuisse cognoscitur. Patris quippe gratiam, stolæ primæ indumentum, in manibus anulum, & uituli saginati minime degustasset edulium, nisi ad cor rediens cordis sui dominium possedisset. Nempe ubi non est cor, deest consilium, non reperitur prudenter, intellectus hebetatur, iacet affectus, fortitudo succumbit, & longanimitatis tolerantia deficit. Est nanci longanimitas amica uirtutum, gratia aduocatrix, religiositas domicilium, fidei speculum, testimonium sanctitatis, ornamentum catholicæ ueritatis, Dei imitatrix, interemprætix uictorum, tentationum medicamentum, persecutrix demoni, & spiritualis lancea inimicorum arma transfigens. Hæc Christi militibus necessaria esse probatur. Tolle longanimitatem bellatori, & illico timore comprehensus, terga aduersarij dabit. Si hac operari quisq; caruerit intermissio opere repete deficiet. Sanctorum longanimitatem aduerte tu qui pusillanimitate purgaris. Eorum in tribulatione constantiam, si diligenter attendas efficeris patiens, & in diuinæ gratia expectatione robustus. Ipsijs imitare quos diligis, ut ad illorum gloriam pertingere queas, uirtute præuia felicitatis eorum consequeris fastigium. Tibi labore pœnitentie, in uigilarum pernoctationibus, in maceratione carnis, in contemptu seculi, in orationis assiduitate, in pudicitia sanctimonia, in laborum perseverantia longanimitatis exempla proponunt. Sepe nanci inuisibilem sustentati uiriliter temporalium perferebant incommoda. Nouerant esse Dæum in promissione ueracem, & se sustinentibus amplissima dona præstare. Mentis quoq; oculos in æternitatis contemplatione leuantes breue prorsus aestimabant omne quod transit. Nemo igitur aequo animo præsentis uitæ tolerabit aduersa, nisi fidei magisterio futura prospiciat. Aratro terram scindit agricola, congregata spargit iam semina, messium fertilitatem fideli expectatione peroptans longanimitate fit patiens, ad anteriores se extendendo, efficitur in labore prouidus, in promissione Dei stat mente securus. Austri regina Hebræorum condemnabit generationem: quoniam à finibus terræ longanimitate promota Salomonis regis sapientiam concipiuit audire. Seculi hujus incolæ terrenarum rerum lucra sectantes marinis se expoununt fluctibus, alienas perlustrant urbes, Barbarorum inhabitant oras, montium cacumina transeunt, uastarum solitudinem ardores ferunt, latronum se exponunt periculis, se

A. rarum antra perquirunt, insomnes deducunt noctes, ciborum parcitate tabescunt. frigore & nuditate penè pereunt, hominum efficiuntur uoluntate captivi, mortis atrocitatē non metunt, quatenus asse qui ualeant quod spei longanimitate desiderant. Hæc sunt testimonia, quæ in extremo iudicio aduersus Christi milites concilamabunt: istorū plane inconstantiam arguent, accusabunt teponem, condemnabunt uitam, pro paruis magna, pro spiritualibus corporalia, pro æternis temporalia commutantium. Flebilis res est, & cum cordis moerore dicenda, intueri Dei filios ad celorum regna uocatos, gratia paruipendere, promissa negligere, & Dei gloriam non amare. Hinc adeo refriguit caritas, & religionis elanguit uirtus, ut uix ex famulantibus Christo unus reperiatur ex milie, qui uoluptatibus abdicatis, carnem spiritui, & mentem uelit subigere Deo. O quam multi in ipso diuinæ seruitutis initio suaue iugum resciunt caritatis, irritam facientes cælestem fidem, & professionis sanctæ scita spernentes. Tales ueluti canes ad propriū uomitum redeentes, & tanq; immundi sues in luti uolutabro denuo reuoluti, cælestiū se

B. priuāt delectatione bonorum. Manum siquidem ponentes ad aratum, seq; retrouerentes, iuxta dñi sententiam, regno Dei efficiuntur inepti: Melius profecto fuerat illis ueritatis non agnouisse uiam, q; post agnitiā abire retrosum. Sunt quoq; innumerī, qui propositum religionis arripiunt, mundum deserunt, obedientiæ colla subiectiunt, deuotionibus uacant, in deiq; itinere laudabili exercitatione percurrunt, perseverant in eo q; cœperunt ad tempus, quandiu interiori suauitate pascuntur, irruente autem tentationis articulo, q; nec de cælo iustitiae sol radios suos mittit in terram, neq; eorum cor consuetum deuotionis germen effundit, ad spiritualia studia, & ad suimet consequendū uictoriā remissiores fiunt: Relaxant oris sui custodiā, morum deserunt grauitatem, menem incultam perniciosa ociositate relinquent, uirtutum habitus, & perfectionis culmen obtainere se posse diffidunt: Sat esse arbitrantur, si persecuerent in claustro, si delicta priora non repeatant, si aliena non rapiant, si in aperto opere mortaliter non delinquat. Quamobrem orationem negligunt, abhorrent pugnam, fugiunt sanctitatem. Interdū

C. ij priorib. deteriores sunt. De talibus dñs in Apocalypsi loquitur dicens, utinā esse calidus aut frigidus, sed quia neq; es calidus, neq; frigidus, incipit te euomere ex ore meo. Huiusmodi tanq; ij qui reuertuntur ad seculū longanimitatis sustinentiam perdiditūt. Nempe ignauia torpore compressi, & caritate frigidū, & in spirituali prælio sunt infirmi. Nullo aduersarij uirtutis repugnant zelo, quoniam nec gehennæ metū, neq; æternæ uitæ degustant præmium, sola ducuntur consuetudine, & plerūq; necessitate, atq; sui rubore compulsi, tam illa quæ ad diuinum cultum pertinent, q; ea quæ utilitatib. inseruunt proximorum remisso peragunt corde. Vtinam saperent, & intelligeret, ac nouissima prouiderent: Forte timore compuncti, uel promoti dilectione ab insensibilitatis statu resipiscerent, fierentq; in Dei seruitio promptiores. Detestandū prorsus est hoc hominum genus, qui sanctitatis præferentes imaginem, nec Deo militant, nec mundi blandimenta perquirunt, spiritualis pugnae ingressi sunt stadium: Christianæ militie gestant insignia, corpore currunt cum cæteris, cum re uera strenuis bellatoribus sint lōge dissimiles, securitate torpescent: suiq; custodiā deserunt, arbitrantes pacem ubi non

D. est pax. At uero qui hominis uitam militiam in terra cognoscunt esse, qui diaboli astutias non ignorant, qui domesticum animal subigere nituntur rationi, qui adultas cōcupiscentias deprimere satagunt, nunq; deponunt arma: nunq; contra dæmonum tormenta dormitant: Omni quippe tempore sedula mente uigilant, ne repētino incursu inimicorum diripiuntur in prædam: Longanimitatis uibrantē semper habent lanceā, ne sub discretionis uelamine rigoris assumpti censura deficiat. Nēpe hæc dolosa tentatio seducit multos, euertit incautos, debilitat uires, uirtutes supplantat, aufert gratiam, extinguuit ignem, obnubilat uisum, claudit cælum. Hanc præ cæteris suspectam habeat quisquis Deo placere concupiscit, mentis propositum illæsum teneat, pugnandi affectum uigilem seruet, nec carnis suasionibus cedat, rationis iudicium diligenter examinet, conscientiæq; speculum purgatum custodiat. Hæc utique diabolica machina menta destruunt, fallacias detegunt, & Christi militem uictorem faciunt. Horum autem inexpertus atq; indoctus crebro prostermitur, & ante pugnae terminum uulneratus abscedit. Sibi nanci compatiens carnis suggestionibus credit, mortem diligens elon-

elongatur à uita; admittens tenebras à luce deseritur, pacem contemnens fragores tensionum patitur, orationis tranquillitatem fugiens pene in agibilibus naufragatur seculi deuotionis carens suffragio corporis debilitate tabescit, sensuum deductus illecebris extra se uagatur ut profugus, spiritus oblectamenta non habens uentris sectetur ingluuiem, futuræ uitæ non gustans gaudia præsentib. uoluptatibus frui desiderat. Corporis resolutionem semper metuit, qm ad incorruptionis dulcedinem meditando nunc assurgit. Istiusmodi nancæ itinera sunt discedentiū à Christo, deserētiū uirtutes, nescientium se, dubitantium in fide, & corde deuantium, & retrorsum abeuntiū. Optimum est igitur o commilitones Christi longanimitate stabilire cor, & ad tolerandū aduersa se uiriliter præparare, perseuerare in acie, & hostium sauitiam non timere. Ferrū, ignem, carceres, mortemq; pro Christo gratarer excipite: Spe sursum animos erigite, & quanta uincenctibus sint in cælo bona promissa sedulo cogitate. Conseruos uestros iam regnantes aspicite, & angelorum dñm pro uobis interpellare minime dubitate. Ecce attrita est uia, debilitatus est somes, ligatus est coluber: exactoris iugum cōputruit, templi uelum pater, pœnitentia peccata donantur, agni caro comeditur, redēptionis premium ministratur, prærogatur gratia, spiritus exuberant dona, discurrent angeli, uota offerunt, reportant merita, reseratum est cælum, uictoriarū coronæ paratæ sunt. Clamat in cælo sapientia, in terra, & in præcordijs hominum dicēs. Vsquequo paruuli diligitis infantia: & stulti quæ sibi sunt noxia cupiunt: & imprudentes odibunt sapientia. Conuertimini ad correptionē meā: En proferā uobis spiritum meum, & ostendā uerba mea. Monentis itaq; uocem nolite negligere, nec præceptoris iugū reūcere: fortes esto in bello, in tribulatione patientes, & in aduentus dñi expectatione lōganimes: quoniam ueniens ueniet & non tardabit. Egregium psaltem ad longanimitatis toleratiā Christi tyronem exhortantē attēdite. Expecta inquit dñm, uiriliter age, confortet cor tuum, & sustine dñm. Vox hæc in mente maneat, uersetur in ore: ut lōganimitatis hasta transfixis aduersarijs pro adepta uictoria letitię carmē æterno regi suauiter decātēs.

Quantum animi fortitudo, & prudentie lumen spirituali expedit bellatori, ad supplandū Leonis ac Draconis diaboli sauitiam. Cap. XII. G

**H** Orum qui in corporali stadio dimicant quidam fortitudine, quidā uero ingenij calliditate hostes sibi subigere molūtur. Aliqui nancæ facilius fortidine: alij uero facilius arte sternuntur. Nempe cui ambo hæc suppetunt exigente necessitate nunc uno, nunc utitur altero. Plurimum in bellādi peritia deficit quicunq; tm altero se semper exercet. Eandem itaq; regulā fore arbitror opportunam in spirituali certamine, quæ in corporali superius memoratur. Ut habeat fortitudinem opus est, qui de inimicis triumphare desiderat, habeat & calliditatē ingenij. Difficile uictoriam consequitur si caruetit altero. Nempe aduersarij cum quib. conflictus initur utroq; pollut. De fortitudine quidem illorum in beati lob uolumine sic scriptū est. Non est potestas super terram quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret, omne sublime uidet, ipse est rex super omnes filios superbiae. De calliditate aut in libro Geneseos habes sic: Erat serpens callidior cunctis animantib. quæ erat in terra. Propter fortitudinē uocatur leo, sicut apostoli Petri uoce dicitur. Aduersarius uester diabolus tanq; leo, &c. Propter calliditatem uero draco denominatur, dicente propheta. Draco iste quem formasti ad illudendum ei. & Apostolus. Timeo aut ne sicut serpens Euā seduxit astutia sua, ita & sensus uestri corrumpant, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Vides ne quantum uirtus sit necessaria: quantumq; prudentia: Nempe si uirtute sola certare uolueris sine prudētia uersutus hostis calliditate deſciette, si uero calliditate tm leonis rabies superabit te. Vtruncq; habeto. Esto fortis cōtra leonis huius sauitiam. Esto prudens aduersus dolositatem serpentis. Fortitudinē ipsius quis nō meat, quando rugitu suo & cauda tertiam partem stellarum (sicut in Apocalypsi legitur) traxit in terram? Calliditatem autem quis non expaueſcat, qui protoparentes de uoluptatis loco in peregrinationis huius depulit regionem? Nemo ergo præsumat de se, aut per se illum posse proſternere. In eo confidat, illiusq; flagitet auxilium leonis, qui de tribu Iuda secundum carnem exortus uicit in morte, & resurgendo tritumphauit. Serpentis quoque illius utatur prudentia, qui serpentem antiquum crucis suspendit.

A. spēdit in ligno. Ipse ipse prorsus est qui gratiam fortitudinis, & sagacitatem prudentiæ præstat. Vtruncq; præcipiuus uates intimauit, de fortitudine inquit: Dñs fortitudo plenis suæ & protector saluationis Christi sui est. De prudētia & sciētia ait: Qui docet hominem scientiā, alio quodā loco utruncq; cecinit scientiā unica. Dñs inquit illuminatio mea & salus mea, quæ timebo: Apostolus etiā hæc eadē testificatus est dicens Christū Dei uirtutē & dei sapientiā. Iguit contra dei uirtutē quis sustinebit: uel aduersus dei sapientiā cuius malignantis poterū insidiæ præualere. Inhæreat itaq; dño Iesu: fidei brachijs ipsum astrictū teneat, qui de hostib. suis uult reportare coronā: Infirmitatibus nostris semper propitiā, nostros sanat laguores, in nostris certaminib. nobiscū est, ut succumbentib. nobis præbeat opē, atq; pugnantib. uincendi præsidia subministret. horū expertus propheta aiebat: Dñs mecum est tanq; bellator fortis: Ne diffidas de eo qd dicitur, cum corporalē deum minime presentia uideas. Adeſt ipse dñs nobiscū potētia liter spūaliterq; quēadmodum ipse in euangelio ait: Ecce ego uobiscū sum omnib. diebus usq; ad consummationē seculi. Nēpe secundum carnē ambulas si dei uī corporalē uis habere presentiā: Infidelū prorsus & terrena sapientiū est ista cogitatio. Memento qm̄ deus spūs est & eos qui illum uident atq; adorant, in spiritu & ueritate ipsum uideare atq; adorare oporteat. Quāobrem spūalia ab eo spiritualiter suffragia quere: atq; illū intus tecum loquentē teq; docentē intelligere stude. Loquitur equidē ad cor hominis dum erudit illum, & reuelat se. Non super montis uerticē, non in tēplo: non in aperto capo, stellis, cæloq; patente se manifestat deus: sed intus rōnale cognitionis ueritate illuminās: atq; concupiscibile amoris dele statione succendens. Ista dum percipis in te, locum tuum uide ne deseras, sed solerti diligentia, ac humillima familiaritate ad cor tuū conuersus audi quid tunc in te loquatur dñs. Facile uocem illius intelliges, nō in spū, nec in cōmotione, neq; in igne, sed in sibilo auræ tenuis: in aspiratione, uidelicet interna: exultatione humili, & uoluntatis suæ apprehēsione. Hoc modo multisq; alijs olim deus loquebatur patrib. & prophetis nouissimisq; dieb. istis quibusdā etiā fidelib. loquitur gratis. Cæterū cū multis incerta, pluribusq; ignota sit huiuscmodi locutio, alia præstitit planiore, in qua erudit doctum & simplicē, peccatorē & iustū, fidelē & infidele, infirmum & fortem: hæc pædagogus tuus sit: hæc spūale speculū, hæc potissime aduersus aeras potestates gladius tuus ex omni parte acutus. Hunc prorsus habeto gladium in spūali tuo certamine. Nunq; à latere tuo, nunq; à tuis amoueatur manib. Gladius iste diuina eloquia sunt, quib. aduersarij nostri concitant in fugā, & usq; ad interne cionem sternuntur. Per ipsa nobis loquitur deus, & nos de omni catholica imbuit ueritate. Nullum prorsus dubietatis argumentū est, quod non sacræ scripture autoritate soluat. Nulla fraudis diabolicæ decipula est: nullus tentationis insultus, qui nō diuinī eloquij medicatione uincat, dicente propheta: Super inimicos meos prudentē me fecisti mandato tuo quia in æternum mihi est. Si qn blandiatur caro, si arrident prospera, si sæxit mundus, si concitent bella, si insurgat aduersa, si maledicat homines, si temporalia defingit, si elementa turbentur, si pestis immineat, si infirmetur corpus, si mortis atrocitas intent, præsto sunt in uoluminib. sanctis apta remedia, quib. imminentes soluant laudes. D. guores animarū. Verbi quippe sunt uerba nos erudiētis de ijs quæ ad salutē, seu institutionē, siue ad fidē, seu ad diuinā pertinent cognitionē, imperitorum & simpliciū corda per eadē spirituali lacte, & delectatione plana nutrit historiā, per quā efficiuntur fortes in prælio, & ad perferendos huius peregrinationis labores alacres, adeo ut inimicis spiritualib. obuiare non trepident. Gladio accincti & ense sanctorū exēplis roborātur & dictis, solo nancæ literæ contenti suffragio argumenta subtiliora ultra nil quærunt. Idē nancæ profectus ad salutem excipitur, quemadmodū ense, ita hostē iugulasse palea. Vērū hoc est in sacra pagina ualde mirabile ac omni ueneratione dignissimū, ut in una ea demiq; narrationis serie doctus acutus ingenio pariter pascatur & simplex. Simplex quidem literam, doctus uero spiritualē sensum perscrutatur in litera. Illectus quippe sacramentorum dulcedine, & allegoriarum locutione per pulchra profundos non desinit effodere fontes. Sibi nancæ & posteris sapientiæ fluentia exhaustit quatenus carnalis illecebra sitim extingue possit. Cæterum spirituali etiam se mucrone præcingit, quo irruente temptationis articulo aduersarijs uirili ratione repugnare sufficiat. Nō enim

enim humana ratio per se uersutias ualeat superare diaboli. Quamobrem diuina præcipue honoranda clementia nobis scripturarum sanctorum præbuit rudimenta, ut ueritatē fidei suo declararet eloquio, in quo cælestis esset quā nutrimur autoritas, & uirtutū omnium quam sequamur perfecta moralitas. Nō igitur alienorum Christi discipuli magisterio indigent, ut discant morum disciplinā, cum totius mortalitatis habeat præceptorem, qui illam uerbo docuit & exemplo. Hanc quicunq; scire uoluerit euangeliorū apices legat, intelligetq; per Christum quod naturam transcendat hominum, philosophorumq; scientiā. Fecit plane quod docuit, docuitq; quod proficeret, quod saperet, quod erudiret, quod eleuando accēderet. Decuit prorsus sempiternū uerbū talē ecclesiæ suæ prærogare doctrinā, per quā humana mēs, quæ per originale delictū deformata ab ingenitæ dignitatis arce ceciderat, alliceret exēplis, erigeret per fidē, reformaret in moribus, & diuinæ cognitiōis sapientia cōpleret. Quadrifario utiq; hoc sensu catholica sunt referta uolumina, adeo ut in eis nil desit, quod ad sanctitatem, seu uirtutem, seu sciētiæ pertinet ueritatē. Dei nāq; uerba penetrat̄ profunda, rimant̄ abdita, futura prospectat̄, præterita narrat̄, pādunt mysteria, certificat̄ de promissis, contēplantur diuina, disponit̄ humana, dānant uītia, declarat̄ dubia, & hominum ad Deum reuocant corda. Tanti sunt, qm̄ sancto promulgata sunt spiritu de thesauri ipsius sapientiæ, eadē referente quæ ait: Nō enim loquet̄ a semetipso sed quæ audiet loquet̄, & quæ uētura sunt annūciabit uobis, de meo(ait) accipiet, & annūciabit uobis. Audiēdus est igit̄ fideliter sapientiæ sermo, qui per spiritū suū loquit̄ siue gesta, siue mysteria, siue moralia, siue diuina, unicuiq; iuxta sui captū ingenij tribuēs intelligētiæ pabulū, ad internos nutriendū sensus pro diu scetione boni & mali, atq; ad imbuendū in spirituali certamine in se credētes. Nēpe te stante propheta declaratio sermonū illius illuminat, & intellectū dat paruulis. Idē etiā de se dicit: Bñdictus dñs Deus meus qui docet manus meas ad præliū, & dígitos meos ad bellū. Quiescentes igitur replet sapientia & intellectu, cōsilio & sciētiā, pietate & timore: Certantes uerò fortitudine roboret, & erudit magisterio dimicādi, illis prēbēs ad ultionē inimicorū, gladiū spiritus quod est uerbū Dei. Teneat qui contēplationi uacat in corde suo diuinorū eloquiorū doctrinā, quatenus in ipsa tanq; in speculo præclarissimo se aspicere introrsus ualeat, cognoscere mysteria, atq; meditādo degustare diuina, luce nāq; illius præuia minime errare poterit. Verū qui in spirituali cōflictū laborat, ad sui munimē hostiūq; perniciē, sermonis Dei præcingat se gladio, illūq; euaginatum gerat, ut præ manib. parat̄ habeat quo aduersarios irruētes feriat. Hoc plane usi sunt cuncti Christianæ militiæ strenui bellatores, præcipue tñ dux noster dñs Iesu prout euāge liorū sacra narrat historia. Quū em̄ pōl baptisma deserti secreta petisset, atq; post quadragenatiū iejunij dierū expletū numerū esurisset, tentante illū diabolo ut de lapidib. panes faceret, rñdit. Nō in solo pane uiuit hō, sed de omni uerbo quod procedit ex ore Dei. Denuo dicēte diabolo mitte te deorsum, rñdit. Scriptū est non tentabis dñm Deū tuum. Postremo eodē diabolo ostendente atq; pollicente uniuersam mūdi gloriam, si procidens adoraret illū, illico ait. Vade Satana: Scriptū est enim dñm Deū tuū adorabis & illi soli seruies. Vides ne quib. præceptor & dux tuus in certamine suo usus sit armis? Valebat potestate, poteratq; illum rationib. cōfutare: Nō arcu & sagitta, nō faculo vel hasta, sed hoc spirituali maluit ipsum gladio iugulare. Quāobrem & tu, qui certas in studio, regis tui fretus exēplo, hoc sanctorū scripturarum utere gladio. Non abs te compōnas quod obijcias inimicis, de fontib. saluatoris indeficiēter sciētiā hauri, memoriaeq; reconde, qua aduersariorum queas retundere peruicaciam. Prophetā in hoc imitare, et īndebo(inquit)exprobrantib. mihi uerbum, quia sperauī in sermonibus tuis. Timent prorsus neq; spiritus spiritualia tela, contra quæ norunt se præualere non posse. Proderunt utiq; tibi diuina eloquia in mente seruata, & persequentur aeras potestates, proximorum utilitati īseruent, & cordium secretā perlustrando mundabunt. Est namq; Dei sermo(dicente Apostolo)uiuus & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagumq; & medullarū, & distracto cogitationum & intentionum cordis. Tali igitur gladio uerbi Dei semper munitus incede, si perfectionis triumphum in præsentis uitæ studio adipisci, atq; consummato uitæ termino immortalitatis gloriam in futuro obtinere desideras.

Qām

A

Quām probatum directorem habere studeant, qui peregrinationis huius graduuntur iter, si uolunt feliciter peruenire quō tendunt. Cap. XIIII.

 Vemadmodum ad perficiendū itineris sui cursum viatoribus cōfert, si prouidum directorem habeant: ita & desudantium in militarib; negocijs ad consequendam uictoriae palmam animum roborat, si experto in prælio subduce decertet. Primus quām sāpe errandi laborem euitat. Secundus autem plerūq; corporalis exitus euadit pericula: horum uero carentia errorem pāriter inducit & mortem. Hæc quippe quū uera sint, studeant mortales rationis dignitate capaces, tam peregrinationis suæ directorem, quām etiam certaminis sui ducem habere probatum. Nemo prorsus ab hac necessitate secernitur. Vuniuersi quandiu sumus in corpore peregrinamur à domino: per fidē ambulantes, non per speciem. Si per fidem ergo in lubrico, quia fides argumentum est nō apparentum. Si autem in lubrico, ergo in ignorantia tenebris, in laqueis peccatorum, in mortis umbra, in seculi naufragio, in incredulitatis scopolis, & in inuio præsentis exiliij. Ecce pericula, ecce cur probatissimo directore indigemus. Prophetam super hoc audiamus quid sentiat: Omnes nos (inquit) sicut oves errauimus, unusquisq; declinauit in uiam suam. hoc Psaltes egregius in seipso agnoscens ait domino: Erravi sicut ovis; quæ perij, quæ seruum tuum. Nempe si uates hic tantus utique secundum cor Dei diuinitus assumptus ad regnum se uelut ouem errasse fatetur, quid nos peccatores imbecilles & ceci de nobis aestimare debemus? Clamemus ex corde singuli: clamemus & omnes cum Propheta memorato, dicentes: Errauis sicut ovis, quæ perij, quæ seruum tuum domine. Si errauerūt omnes, si uniuersi pecauere, quis reuocabit nos in uiam rectam, ut eamus ad habitationem ciuitatis nostræ Hierusalem, quæ sursum est? Porro in hac uasta solitudine pertransiunt feræ syluarum, & catuli leonum rugientes, ut rapiant & querant à Deo escam sibi: has quomodo uatores effugient, gradientes in opaco noctis silentio, per huius peregrinationis deuia, & ruinosa itinera? Uticq; propter noctis tenebras, luce: propter uerò incerta viarum itinera peritissimo indigent directore. Uticq; autem spiritualiter intelligendum est. Corporaliter enim quomodo accipiendæ sunt tenebrae, quæ ex quotidiano solis uisibilis ortu fūgantur atq; deficiunt? Aut quomodo localiter erramus, dum uiuimus, quū testante domino: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos, atq; homines singuli proprias habent ciuitates & domos ad cohabitandum pariter? Sunt particularia, sunt etiam hospititia communia, in quæ noctis tempore conuenientes homines sopori ac quieti se tradūt. Quāmobrem, quoniam ex rediuisa uisibilis solis luce noctium tenebrae propulsantur, & mortales singuli certas mansiones possidere noscuntur, quod superius dictum est, nō corporaliter, sed spiritualiter debet intelligi. Sunt equidem spirituales tenebrae inuisibiles, & intellectuales errores, quibus plenus est mūdus. Ista tantum illi euadent, qui æternę lucis illustrantur splendore: atq; in ueritatis & pacis itinere deducuntur. Hoc Propheta longæuus & sanctus poposcit, dicēs: Illuminare his qui in tenebris & umbra mortis sedent, ad dirigidos pedes nostros in uiam pacis. Porro utruncq; Christus est, quem quisquis in ueritate possidet, nec ambulare in tenebris, necq; in erroris deuiatione periclitari potest. Est quippe lux quæ minimè istis corporalibus uidetur oculis, quoniam spiritualis & diuina est. Est etiā uia, quæ nec ipsa carnis pedibus ualeat calcari, quū sit tota spiritualis: quēadmodū ipse ait de se: Ego sum uia, ueritas & uita. Et ne quisquā uiam ipsam secūdum sensum carnis acciperet, intulit: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Lucem igitur spiritualem intelligamus esse dominum Christum, quæ suo meridiano splendore supernam illam patriam, omnesq; illius habitatores, angelicos uidelicet spiritus, & beatorum animas irradiat, laetificat, & accedit. Nō solū autem illos, qui in æternitates perpetuas transiere, uerum etiam omnem hominem uenientem in hunc mundū: non autē mundū ipsum, sed homines tantū illuminat, qui luminis illius perceptibiles sunt, quoniam intellectualis est. De hac quippe luce Propheta loquens, inquit: Populus gentium qui habitabat in tenebris uidit lucem magnā: Sedentes in regione umbre mortis lux orta est eis. Non autem oritur in se, sed cum cordib; manifestatur fidelium oriri dicitur, dicente Propheta: Lux orta est iusto, rectis corde laetitia. Quum enim illa occasum in se nesciat, quomodo oriri potest? Candor enim est lucis æternæ, & speculum sine macula: Laut. Iustin.

Bb

Splendorq;

1. Tess. 5 splendorē diuinæ maiestatis, in se neq; oritur, neq; occidit, sed in nobis. Nobis quidem occasum facit, quum iuoluntariè delinquentes peccatorum inuoluimur tenebris: & ex lucis filijs noctis & tenebrarum efficiuntur servi. Hunc sensum Apostolus iustificatis peccatoribus aperuit dicens: Non enim estis filii noctis & tenebrarū, sed filii Dei: ut in uoluntate uos dies domini. Oritur autem quando gratia ipsius infuso nobis lumine: nota nobis in ueritate sunt spiritualia atq; diuina. De hoc etiam Paulus inquit: Qui autem dixit de tenebris lucem splendescere, illuxit in cordibus uestris ad illuminationem fidei. Lux igitur hæc nullam cum tenebris societatem habet, illamq; tenebræ comprehendere nequeunt. Fugat prorsus ipsas, arguit & dissoluit: ipsi nanci opposita sunt. Non enim possumus lucis huius esse participes, & opera diligere tenebrarum, sicut neq; duobus seruire dominis. Si enim tenebrarum uolumus gesta sectari, proculdubio tanquam oues erramus per deuia sine luce, absq; duce, & sine pastore. Verùm si obhorremus tenebras, & bestiarum spiritualium per easdem discurrentium pauemus incursus: utiq; p̄rante ipsa diuina luce, animæ pedes dirigemus in viam pacis. Nequaquam sine hac luce in semitis p̄ iustitiae, & in viam ueritatis, quæ ducit ad uitam, introire ualemus. Hanc profectò viam Propheta peragrare desiderans, orabat inquiens: Deduc me domine in via tua, & ingrediā in ueritate tua, lætetur cor meū, ut timeat nomen tuum. Hec nanci via ab omni pollutione est mūda, ab omni offendiculo libera. Est nanci ab innumerabilium angelorum custodita p̄ficio, obsequio famulata, uenerata affectu, & laudibus decentissimè ornata. Ascendunt utiq; per illam & descendunt nimia cum exultatione lætantes. Nullus plane per eam immundus ingrediens diu perseverare ualeat. Sui nanci rutilatione splendoris obtutus illorum reuerberās, ueluti irrationalia iumenta, & indigna à se reiçit atq; expellit. Quamobrem quicunq; illam parambulare decreuerit, sordida deponat indumenta, ueterem uidelicet hominem, & mundis pedibus semitas eius grataanter incedat. Delectabitur prorsus in decore illius, & fragrantissimo odore respersus, atq; interius iunctus, solito promptior effectus, cum Propheta canet & dicet: Viam mandatorum tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum. Innumeris quippe uia hæc est decorata uenantibus atque coruscantibus virtutum gemmis, nec non uarijs strata est redolentibus mandatorum floribus: adeò ut qui per illam graditur, errorem pati nequeat, nec scotorem. Præceptorum nanque Dei obedientia introrsus refectus quadam spiritus sua uite nutritur, sp̄s illud memorabile dicens: Trahe me post te, in odore curremus uigintorum, id est, præceptorum tuorum. Cæterum de uirtute etiam transiens in virtutem tanquam de claritate prouectus in claritatē spirituali domini meretur ditari p̄fentia. Caueat prouidus omnino uiator, ne in dexterā partem declinet uel laeuam: sed prævia semper luce à virtutum disciplina, & mandatorū integritate non deviet. Ista plane sunt spiritualis uitæ præclaræ itinera cælitus uiatoribus demonstrata quatenus quæ pergent sufficienter edocti falsitatis minime labantur in tenebris. Nemo igitur mercede poterit obtinere uictoriæ, qui per virtutum callem ambulare neglexerit. Est plane virtus peregrinationis magisterium, qua peruenitur ad p̄fium. Cupis consequi p̄fium? virtutis studia relinquere noli. Proponitur tibi merces, proponitur & virtutis labor. Absq; virtu H 2. Cor. 4 tis annixu superuacuè curris ad p̄fium. Virtutis tuæ p̄fium in hoc tuæ peregrinationis itinere Christus est. Quemadmodum ipse tibi factus est uia virtutum documenta præbendo: ita factus est terminus, ad quem debeas accedere diligendo. Viam ergo noli deserere, donec attinges quæ pergis. Præceptorem tuum audi: Qui sequitur me, nō ambulat in tenebris: sed habebit lumen uitæ. Superius audisti quid sit lux, quidue sit uita. Disce igitur humilitatem, quam Christus uerbo docuit & exemplo: disce obedientiam, quam patri suo exhibuit & matri: disce caritatem, quam animam suam pro te ponendo seruauit: uirtutesq; ceteras ut uitæ lumen in te ualeat possidere: Christū sequere, Christū imitare, ut ad ipsum peruenias. Nempe si peruenies, ipsum consequeris in p̄fium: intra tamen latu de mercede effectus, securè cum Apostolo dices: Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Diem festum ages tu & omnis familia tua: quoniam ingrediente luce fugate sunt tenebrae, introeunte gaudio carnalis cōsumptus est mœror, infundente se caritate omnis seruilis abscissus est metus. Tenebris illum brachijs amoris astrictū, & dices: Tenui eum, & dimittā, donec introducam illum in domū matris meæ, & in cubiculum genitricis.

A genitricis meæ. De cætero si in ueritate hoc fuerit, lux spiritualis semper fulgebit in habitaculo mentis tuæ, caritatis oleo nutrita, Dei cui iugiter exultabis in laudem, profectibus prioribus oblitus semper ad altiora concendens. Corporis resolutionem reputabis ad uitam, atq; intimæ caritatis flammæ succensus cælestis sponsi semper p̄fentiam concupisces. Hæc utiq; spiritualis est merces, quæ certantibus uiatoribus p̄rogatur. Hoc est solarium spirituale, quod post uitatum palmam in huius p̄rogationis uermen exhibitur, Christum uidelicet in p̄cordijs possidere lætanter, Christiq; castis amplexibus refoueri. Qualis uero consummato istius uitæ agone uictoribus in futuro parata sit merces, sequens sermo percurret.

Quæ dux noster dominus Iesus fit usus peritia, ut uniuersum sibi per milites suos subigeret orbem. Cap. XIIII.

B Vi p̄funt populis, & regni solium tenet, quoties pro adipiscendis prouincijs, seu pro recuperadis urbibus iam amissis, bella cōmouere disponunt, præcones cōsueuerunt circunquac; dirigere: stipendia larga tribuere, & ampliora

dona promittere: quatenus militū ad se trahat cateruas, ut cōgregato exercitu meditata ualeant inire certamina. Sicq; dominū nouimus egisse Christū, quū ad redimentum captiuorum hominē cōtra aeras potestates mūdi huius campū pugnaturus intravit. Se quippe ad concitandū bellum uenisse indicauit, dicens: Nolite putare quod pacem uenerim mittere in terrā, sed gladium. Veni enim separare hominē aduersus patrē, & filiū aduersus matrē, & nurū aduersus socrū suam: & inimici hominis domestici eius. Propterea ad roborandū militū animos, ut in p̄flio fortes, & in subdendis hostibus esent fideles, missa prius per totū orbem apostolica legatione pugnaturis plurima erogavit, auri argenti talenta, ac plura multo spopodit, duntaxat in agone sibi proposito uiriliter decerraret. Nemine repellit, neminem quāuis debilem, uel pauperē, claudū uel cæcum respuit pugnare uolentē. Singulis iuxta eorū qualitates & uirtutes præbet stipendia, officia impartitur, ac dona promittit. Nullius personā discernit, nullius dignitatem præponit: sed tantum pensat merita, uota remunerat, & mentis probitatem attollit. De-

C nicq; unicuiq; iniungit gradus, negotiaq; disponit: quatenus scire quisq; ualeat quid accipit, quidue agere debeat, non ignoret. Nouit equidem probatissimus nostræ militiæ cōp̄ ductor, quod nihil sic nocet exercitui præstanti, illumq; cōuertit in fugam, sicut deordinatum aclei habere congressum. Nam quemadmodum ordinem dimitandi, ut plurimum uictoria sequitur, ita confusione parit inordinata progressio. Ducis nostri in dispensando exercitum uis audire peritiam: Apostolū referentem auscultat: Qui descendit (inquit) ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, ut impleret omnia. Et ipse dedit quosdā quidē apostolos: quosdam autē prophetas: alios uero euangelistas: alios autem pastores & doctores ad consummationē sanctorū, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij Dei: in uitū perfectū, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Nō ab re igitur dominus dicitur exercitum, quū tam ordinatissima sapientia lege, & angelorū ministeria in cælo, & officia hominum dispenset in terra, ut nihil in ipsius exercitu cōfusum appareat. Verum si quid in illo indecorū, seu incompositum est, non ex imperatiis imperitia, sed ex inobedientium progreditur uitio. Qui enim creaturarū uniuersitati legē indixit, potuit & homini alicuius redargutione defectibus. Sed ex pruaricatione hominis naturalis ordinis pulcritudo deperit: ut exigente iustitia rebellionem sentiret in imis, qui Dei sui noluit obtemperare mādatis. Disponit igitur spirituale certamen exercitui electorū, illiq; propriæ singulis spiritualia officia diuidit: ita ut nemo sit, qui nō aliqualiter sublimetur. Sicut officia peculiaria cōmunicat: sic etiam specialia dona cōcedit, tanquam catholicæ religionis p̄clara stipendia, quatenus eorum suffragio prouecti consummatæ uictoriæ queat celebrare triumphū. Porro ad utilitatē spiritualiū gratiarū stipendia donat, ut pugnantū quisq; habeat unde principiū seculi debellare sufficiat. Hæc qualia sint Apostolus manifestas inquit: Alij quidē per spiritū datur sermo sapientia, alijs sermo sciētia secūdū eundē spiritū: alteri fides in eodē spiritu: alijs gratia sanitati in uno spiritu: alijs operatio uitritū: alijs prophetia: alijs discretio spirituū: alijs genera lingua: alijs interpretatio sermonū. Hæc omnia operat unus atq; idē spiritus singulis militū diuidēs prout uult. Diuidit plane singulis ut dimitē, uincat, coronētur, & regnēt. Qualiter p̄prio munere sanctorū quilibet Laur. Justin.

Math. 10

Eph. 4

D illo indecorū, seu incompositum est, non ex imperatiis imperitia, sed ex inobedientium progreditur uitio. Qui enim creaturarū uniuersitati legē indixit, potuit & homini alicuius redargutione defectibus. Sed ex pruaricatione hominis naturalis ordinis pulcritudo deperit: ut exigente iustitia rebellionem sentiret in imis, qui Dei sui noluit obtemperare mādatis. Disponit igitur spirituale certamen exercitui electorū, illiq; propriæ singulis spiritualia officia diuidit: ita ut nemo sit, qui nō aliqualiter sublimetur. Sicut officia peculiaria cōmunicat: sic etiam specialia dona cōcedit, tanquam catholicæ religionis p̄clara stipendia, quatenus eorum suffragio prouecti consummatæ uictoriæ queat celebrare triumphū. Porro ad utilitatē spiritualiū gratiarū stipendia donat, ut pugnantū quisq; habeat unde principiū seculi debellare sufficiat. Hæc qualia sint Apostolus manifestas inquit: Alij quidē per spiritū datur sermo sapientia, alijs sermo sciētia secūdū eundē spiritū: alteri fides in eodē spiritu: alijs gratia sanitati in uno spiritu: alijs operatio uitritū: alijs prophetia: alijs discretio spirituū: alijs genera lingua: alijs interpretatio sermonū. Hæc omnia operat unus atq; idē spiritus singulis militū diuidēs prout uult. Diuidit plane singulis ut dimitē, uincat, coronētur, & regnēt. Qualiter p̄prio munere sanctorū quilibet Laur. Justin.

Bb 2 ordo

ordo pugnauerit mētis cōsiderationē noscamus. Nēpe apostolorū chorus ex infuso sibi B sapiētiae & sciētiae dono, mundū uniuersum sanitatū gratia cooperāte, iugo Christi sublīgere potuerūt. Loquebātur magnalia Dei gustu sapiētiae ebriati. Scripturarū sacramēta referabāt scientiæ clae, quibus nemo mortalium resistere ualebat, reuelata ueritate illis testimoniū perhibēte, & sequētibus signis. Quod em̄ uoce ueridica prēdicabāt, miraculorū autoritate roborabant. Hinc factū est, ut in omnē terrā exiret sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorū. Cōstituti igit̄ sunt principes super omnē terrā, quoniā cunctarū gentiū natiōes ad Christi obedientiā perducere meruerūt. Quid uero de martyribus loquar? Nōne per fidei donū, qđ specialiter perceperūt, uicerūt regna? adepti sunt repromissiōes, an nō obturauerūt ora leonū extinxerūt impetū ignis? fugauerūt aciē gladij? fortes facti sunt in bello, castracj uerterūt exterorū: quomodo tantā stragē inimicorū egerūt? nū corporis fortitudine id potuerūt: minimē. Fide certauerunt, fideqđ uicerūt. Nā ludibria & uerbera experti sunt, insuper uincula & carcerae, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Ipsa prorsus corporis morte interuēiente aduersarios superātes, ad fidem, quā confitebātur, innumeros perduxere. Extiterunt præterea alij propugnatores eximij ad defensionē Christianæ religionis diuinitus ordinati, sancti uidelicet doctores & uenerabiles patres, qui operatione uirtutū, & generibus linguarū, atqđ interpretatione sermonū sublimiter decorati, hæreticorū erroribus ecclesiam mundauerūt. li plane præfatis charismatibus insigniti librorū multa uolumina cōplentes, callein ueritatis, morū probitatē, & uiam uitæ hominibus insinuare studuerunt. In ecclesiæ quippe firmamēto ueluti luminaria cælestia uerbū uitæ in se cōtinentia, fulgētes exemplo & doctrina sua, maximā populorū multitudinē à uarijs erroribus liberantes, unitati aggregauerūt fidelij. Postremò robustissimus anachoritarū missus est numerus, qui seculi blādimēta calcātes, eremi deserta penetrarūt. Discretionis nanqđ spirituū armati domino, & singularē pugnā cum principibus tenebrarū habere curauerūt. Superabāt insuper animi passiones, carnis edomabāt illecebras, spirituales fraudes detegebāt: nō propriā, sed æterni regis gloriā quaeritātes. Incubētes quippe orationi, uigilijs insistētes, precibus ac gemisbus celū pulsantes, se pro muro fidelibus opponebāt, arcebātqđ aereas protestates, ne cētationibus suis humanū eueterēti sensum, mactaret & perderent. Rex itaqđ noster Christus prēnominatorū militū cōgregato exercitu, aduersus principes & potestates mūdi, cōtra rectores tenebrarū harū acies suas dirigēs, ligauit illos, & omnū mundationū, quas possidebāt, diuisit spolia, abstulit regnū, cepit ciuitates, turresqđ subuertit, & uinculos quos tenebāt, restituit libertati, atqđ ignē copiosissimū circunquacj disseminās, terrena succēdit habitacula. Factus est igit̄ principatus sup humerū eius, & uocat Deus fortis princeps pacis, & pater futuri seculi. Coepit autē regnare super duo regna, uidelicet super mōtes Israelitarū, & super colles peregrinantiū, quos acquisiuit dextera eius. Meritoqđ nō solū uocatus est Deus fortis & potēs, dñs potens in prēlio, uerū etiam dñs uirtutū & rex gloriæ. Illi nanqđ omnis uictoriae ascribit̄ laus, quoniā ipse prior pugnauit, & uicit pro omnibus, atqđ in omnibus ipse certabat. Quomodo nō certabat in omnibus sine quo poterāt nihil? Audi strenuū militē cōfidentiē: Nō possumus (inquit) cogitare aliquid H ex nobis, sed sufficiētia nostra à Deo est. Alibi quoqđ de se ait: Scio esurire, scio abūdere, & penuriam pati, omnia possum in eo qui me confortat. Cōfortat utiqđ uerbo, confortat exēplo, cōfortat donis, cælestibus etiā cōfortat promissis. Prorsus deficerēt in prēlio, si nō exhortarent uerbis, prouocarent exēplis, roborarētur donis, nutriturēturqđ promissis. Nouit ipse dux militū imbecillitatē, laborem qđ certaminis, propriea eos sustētar donis, & pascit promissis. Hinc dilectione ferudi, deuotione saginati, beatitudiniscj expectatiōe exhilarati, ferrū nō timēt, castra nō metuūt, præsentia damna nō sentiūt, æternorū premiorū delectatione succēsi. Eorū siquidē suavitate gustata, affectus incalescit, eleuat mens, spiritus exultat in Deo salutari suo. Cupit sane qđ percipit illud apprehēdere quod uideret, illuc interest quo trahif, id semper habere quo gaudet. Oculo nanqđ fidei cōtemplat ex parte, & in enigmate regis Christi potentia, regni magnificētia, regnantiū gloriā, ciuitatis illius opulentia, festiū latitū, cōmunem gratiā, iucūditatēqđ perpetua. Verum em̄ mutatus in alterū propriet supērēminentē maiestatis Dei agnitiā claritatē, in oīdem exultationis prorūpens, ait: Quām dilecta tabernacula tua dñe virtutū, cōcupisit &

2. Cor. 13  
Phil. 4

A & deficit anima mea in atria domini. Cōcupisit, inquā, ibi esse, ubi angelorū & archangelorum gaudent chorū: ubi uirtutū & potestatū exultant spiritus; ubi prīncipatus & dominationes diuinæ intendūt uisioni: ubi thronorū Cherubim ac Seraphim sancta agmina Deo omnipotēti suauissimū laudis exoluunt sacrificiū: ubi gloriosorū militū animæ angelicis admīxtæ spirītibus pari uoto, consona modulatione cœlestia promunt cantica ante thronū Dei, & ante sedē agni, gratias semper agētes ei, qui illos in admirabile lumē claritatis suę introīre cōcessit: delectabiliter quantū ualent, laudāt, & laudādi inardescūt desiderio. Deficit procudubio à seipso quisquis per cōtemplationem cōtibus admittit beatorū, & admirās ait: Quādo ueniat ego, & apparebo ante faciē Dei: Magno prōsus affectus desiderio clamāt omnia interiora, quādo ueniam: Nō potest nō cōcupiscere, cū agnoscit quod summū, quod beatū est. Gemit se esse ubi est, & amādo deficit se nō esse ubi adesse suspirat. Cupit dissolui, & esse cū Christo: eo ardētius, quo clarius, eo fortius, quo sēpius: eo dulcius, quo purius. Sic nanqđ affectus amoris ubertim lacrymas fundit effundit cor, infundens se in eum quē diligit, & uidere cōcupisit. Quātus tunc ibi sit gemitus, qđ alta suspīria, quale incendiū, quot caritatis ingeminatæ sonent uoces: nemo nouit, nisi qui accipit, nemo accipit, nisi qui uiriliter pugnat, humiliiter orat, & infatigabiliter perseverat. Hic solus (quamuis innumerī currant) accipit bratum in cælo uictoribus repromissum. Gratanter quidem se laboribus subiicit tam pro acquirendis uirtutibus, qđ pro proximorum necessitatibus, quū perpetuam præstoletur pacatissimā habeturūt se esse quietē: dicens Propheta: Si abstuleris de medio tui catenā, & desieris loqui quod nō prodest: quā effuderis esurienti animā tuam, & animā afflīcta repleueris, tunc orietur in tenebris lux tua: & tenebre tua erunt sicut meridies: & requiem tibi dabit dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animā tuam, & ossa tua liberabit. Hanc requiem se habiturūt psaltes David confidebat, dicens: In pace in idipsum dormiam & requiescam. Compunctionis mōrorem uoluntariè suscipit domini sui postmodum intratur in gaudium. Temporalibus bonis sua spontē renunciat, hereditatio iure Psal. 59  
Esa. 59  
Psal. 4  
Psal. 126  
1. Cor. 2  
1. Cor. 15  
Iob. 19  
Sap. 3

C pōsſellurus ueri honoris culmen, imprædabilesqđ diuinitas perhibente Propheta: Quum dederit (inquit) dilectis suis somnum, ecce hæreditas domini. Corruptibilis corporis se exuit indumento immortalitatis stolam percepturus in cælo: mundū totum uolenti animo dereliquit: cælestium mansionū futurus ciuiis & incola: nullus profectō explicit uerbis, quanta sit in cælis electis reposita merces. Quod oculus (inquit Apostolus) nō uidit, nec auris audiuit, ne in cor hominis ascendit, que præparauit Deus diligētibus se, & certantibus pro se. Præparauit utiqđ regale cōuiuum, & epulas sempiternas, nō ad corporū refectionē, sed animarū. Nulla em̄ necessitate electorū tunc fatigabūt corpora, impassibilitatis dote, claritatis fulgore, agilitatis munere, & spiritualis naturæ uirtute decenter ornata. Mutabitur prorsus ipsa hominis natura in aterā: eadem tamen remanente quod est. Seminatur (ait Apostolus) in corruptione, resurget in incorruptionē. Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria. Seminatur in infirmitate, resurget in uirtute. Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale. Ecce altera, ecce ipsa, per substantiā ipsa: alte D tra uero per gloriā. Idem erit corpus post resurrectionē, eadem mēbra, ipsa caro, carnisqđ substātia, dicente Iob: Scio quōd redemptor meus uiuit, & in nouissimo die de terra resurrectus sum, & in carne mea uidebo Deum saluatorem meum, quem uisurus sum ego ipse, & non aliis, & oculi mei conspecturi sunt. Nolle uis ipsius corporis gloriā: Fulgebūt iusti (inquit diuinus sermo) sicut sol, & tanquā scintillæ in arundinetō discurret: atqđ in perpetuū uiuent in cælis angelis coæquati. Nunquid habet hoc humanū corpus à natura? Prorsus minime, sed principaliter ex affluētia capitis, deinde ex redundātia animæ corpori cōmunicans, quod honoris, quod gloriæ, quod plenitudinis, quod felicitatis ex diuina uisione percipit. Ipsa nanqđ est, quæ sempiterno Dei uerbo copulata iucūdissimis amoris nutritur delicijs, introducit in admirabile, ineffabileqđ diuini luminis arcā, in quo de patris æternitate, de uerbi generatiōe, de spiritus processionē, & amboū osculo eruditur, & efficitur ex fruitiōne beata, ex cognitione sapientis, & ex caritate ignita & amans. Hinc transcendit supra se, omnemqđ humanum limitem supergrediens, in solo conditoris amore quiescit, amat dulciter, ardenterqđ quod intuendo cōtemplatur: quod uideret, laudat: quod laudat, tenet: quod tenet, amplectit: quod amplectit, in eo deficit: Laur. Iustin.

atq; deficiendo liquefacit. In illo quippe nunc admirando ascendit, nunc laudando exultat. amoris fertur desiderijs, sapientiae splendore fit lumen, Dei adhäsione fit laudans, uerbi comprehensione fit sponsa. Ingreditur & egreditur, & semper fœcundiora caritatis inuenit pascua. Experimento scit quā magna multitudo diuinę dulcedinis sit, quam Christus dominus exhibet electis atq; dilectis suis. Aspicit etiā quā magna est domus Dei. Ingēs locus possessionis eius, luminosus, & uniuersis delectationibus repletus: de uisio- ne pacificatur; de communicatione dītescit: de societate letatur: secura gaudet, assumpta miratur: astricta ebria: deificata laudat: quod olim credidit, uidet: quod superauit, teneret: quod concupiuit, amplectitur: cucurrit, & comprehendit: pugnauit, & uicit: pulsauit, & ingressa est: non egredietur amplius ad labores, nuptiali digna facta conuiuio: non ex his bebit ultra pugnam gloriae diademate coronata: de cætero non fatigabitur in via angelorum sanctorum aggregata consortio. Hæc est merces quæretium dominum, quæretium faciem Dei Iacob. Hæc, inquā, est triumphalis uictoriae corona perpetua, quæ certantibus promittitur, sed perseverantibus prærogatur. Pro hac, ô bellatores Christi pu- gnate strenue, ut ipsam percipere ualeatis. Currite donec perueniatis: currite, inquam, uergente sole ad occasum, ne præoccupati tenebris inuoluamini, propositam uobis mercedem inuemini procul: quatenus in concupiscentia illius flagret cor, & totus uiri- lis coalescat uigor. Talis est & tanti, ut meritò pro amore eius, homo relinquat omnem mundi substantiam, deserat patrem & matrem, ac cunctam carnis progeniem: renunciet uniuersis uoluptatibus, & fugitiuis illecebris. Exponat se laboribus, & iugo Christi se sponte subiçiat. Ipse est qui oneratos reficit, peregrinantibus comes est, auxiliatur pu- gnantibus, clamantes audit, exaudit deprecantes, afflitis compatitur, compeditos sol- uit, reuocat errantes, quiescentes pascit, souet infantes, amantes diligit, coronat uincen- tes Iesus Christus dominus noster, qui uiuit & regnat cum patre & spiritu sancto in se- cula seculorum. Amen.

## BEATI LAURENTII IVSTINIANI

OPVS DE COMPVNCTIONE ET COMPLANCTV

*Christianæ perfectionis inchoatur.*



Vis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarū, ut mō-  
rere congruo militantis ecclesiæ damna deploare sufficiā: Adeſt pro-  
fus maxima & manifesta causa mortis: quum mentis consideratur in-  
tuicu, quid olim fuerit, quid nunc est. Filiorum est aucta numero, &  
depauperata uirtute. Extendit palmites suos à mari usq; ad mare, & à flu-  
mine usq; ad terminos orbis terrarū suas dilatauit propriae, & à pro-  
prio naturali decore est plurimum deformata. Lugeant igitur una mecum cuncti, qui di-  
uini honoris zelum habent: sumantq; lamentum, & dicant: Quomodo denigratum est  
aurum: immutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in medio omnium  
platearum: Quæ enim affluerebat delicijs, diuitijs abundabat: efferebatur honoribus: ful-  
gebat uirtutibus, sanctitate pollebat, uigebat intus, foris radiabat, donis spiritualibus cu-  
mulata erat: miraculis coruscabat, sapientia supereminebat: eloquia differebant mystica:  
linguis gentium loquebatur: discernebat spiritus: cælestia penetrabat, degensq; in terris  
super cælorum conuersabatur alta: nunc iacet in imis: languet in membris: in sceleribus  
uolutatur. Erat profecto talis, ut ueneraretur ab angelis, coleretur à sanctis, diligenteretur à  
Christo. Quomodo non diligenteretur, quum esset unica, tota formosa, sine macula, auro  
uictita, ac margaritis ornata: illius pulchritudine Dei filius affectus de regalibus sedibus  
descendens in hoc exilium uenit, ut sibi illam copularet in spōsam. Copulauit, inquā, &  
facti sunt duo in carne una sacramento ineffabili & diuino. Hinc effecta sublimior mer-  
itis, nobilitate excessior, claritate locupletior tanquam sponsa latrabatur in capite: & ue-  
luti honorificata mater decorabatur in membris. Gemit autem & ipsa, quod fuerat,  
quando adolescentia ipsius tempus recolit, quantum delicate in gustu, & quā car-  
ta in delicijs habebatur. Erat prorsus tunc ignita plurimum, latabunda, & gaudens, impo-  
te de sponsi cellario nuper egressa. Secum namq; deruerat multa ornamenta, & amplio-

Ara illi promiserat sponsus: quatenus nec egere posset, nec despici, neq; inuidorum paue-  
ret insultus. Præstitit utiq; illi spiritum adoptionis: tribuit claves regni: uoluit ut in mem-  
bris suis perfecta fieret, seruili timore deposito. Quamobrem solicita erat seruare unita-  
tem spiritus in vinculo pacis: ita ut nullum in membris suis schismata esset: quemadmo-  
dum legitur: Erat illis cor unum, & anima una. Ex hac unitate caritatis inuicem se dili-  
gebant, se fouebant, exhortationibus accendebat: tanquam in uno compacti corpo-  
& spiritu uiuificati. Primitias quippe spiritus habuere tunc, & recente sacri cruxis ef-  
fusione respersi spiritualiter, sacramentaliterq; Christum manducare quærebant. Fran-  
gebant enim circa domos panes, & sanguinem quæ bibeant meracissimum. Quo ine-  
briati poculo in populis clamitabant, linguis loquentes uarijs: ita ut ab infidelibus mu-  
sto ebrij putarentur. Erant quidem ebrij, sed amore, sed spiritu, sed feruore: propterea es-  
fundentes, quod infuderat spiritus, hominum multa milia sancto calefacientes igne uni-  
tati matris & fidei aggregauere sanctorum. Cœpit tunc fructum Christo exhibere spiri-  
tualis gratiæ, quam accepérat, & congregata disperdere, ac dispersa congregare. Con-  
gregare (inquam) studuit Dei filios, qui dispersi fuerant, preualente sermonis Dei fame,  
& antiqui serpentis perfidia: illosq; spirituali cibo, & fidei alimento nutrire, quoadusq; coalescerent, fierentq; robusti ad perferenda seculi aduersa, quæ mūdus ipse parabat ir-  
rogare fidelibus. Metuebat quippe suavi iugo colla subternere, quæ ueluti indomitum  
animal per abrupta dimiserat uitorum. Quamobrem sicut saeuens lupus se armabat ad  
extinguendam nouam fidelium militiam: ita & hæc beata mater congregatos à Christo  
curauit per orbem disperdere uniuersum. Destinauit illos utiq; sine sacculo, sine pera, &  
absq; calciamentis: solū Christianæ militiæ armis protectos. Erat profecto speculum  
mirabile inermes & belligeros uiros intueri fide & eloqujs sacrjs, atq; morum grauitate  
potentiam saeuientis seculi sternere, calcare eius gloriam, contemnere seipso, & autoris-  
tate uiraxima Christum constantissime prædicare. Mirabantur proculdubio sanctorum  
angelorum agmina, eorum magnanimitatem, copiosam gratiæ, mutationemq; dexteræ

C excelsi: uasa uidelicet prius contemptibilia, facta in honorem & gloriam, & imbura esse  
repente omni sapientia & doctrina. Factum est abs te domine hoc, qui uocas ea, quæ nō  
sunt: tanquā ea quæ sunt, ut non glorietur omnis caro in se, sed in te, qui præstas affluēter  
quibus uis. Lætabatur, inquā, cælestis curia, etiam mater ecclesia: quū prolem nouā sibi  
quotidie aspiceret aggregari nō sine sudore & filiorū corporali interitu. Debuerat pla-  
nè tristari: quum quos genuerat Christo, cerneret uelut oves laniari, persequi, & occidi.  
Dolebat prorsus, quia materna gerebat uiscera: consolabatur autē de resurrectione ipso-  
rum effecta secura. Nouerat rudem terrā sine labore scindī nō posse, ut fructū germinet:  
nouerat absq; agone duro cælestē brauiū acquiri nō ualere, præ oculis sponsi sui habēs  
passionem. Nolebat ergo, ut uulnerato capite membra illæsa persisterent. Quamobrem  
quos dilexerat, apostolicos approbatosq; uiros hortabatur, ut persisterent in bello, opus  
perficerent, perseveraret in cruciatis, prædicarent Christum: & quos poterat, reuoca-  
rent ad se, quatenus & ipsa illos suos exhiberet sponso. Factumq; est adiuuāte domino,

D operante gratia, suadente matre, ut mundus ab idolorum seruitute redemptus crederet,  
confitereturq; Christi deitatem perpetuam. Veruntamen non sine magna sanguinis ef-  
fusione hoc actum est. Fidei nanc̄ certantes athletæ sancti corpora exponebant, testifi-  
cabanturq; per tormenta, quod uoce nunciabat. Fiebat autem permittente Deo maxi-  
ma fidelium strages, effundebaturq; sanguis innoxius, qui clamabat, ut olim Abel pro  
persecutorum indulgentia. Preualuit ergo oratio sanctorum. Nam unde irasci pro mor-  
te iustorum debuit Deus: se flexit ad ueniam p̄hs interpellantibus precibus. O mirabile  
diuinæ dignationis opus: qui peccatorum non desiderat interitum: sed potius ut cōuer-  
tantur, corrigantur, & uiuant. Sæuiebat mundus, nomenq; sanctū, adoptionis filios, ger-  
men iustum, sanctificata uasa subuertere cupiebat. Hinc minas, hinc blanditijs, hinc in-  
ferebat tormenta: ut quos à fide uno non poterat auertere argumento, ageret alio. Quid  
agis, ô mundus: quid baccharis in perditione sanctorum? Conaris frustra, & iniqua perfis-  
cis. Prius quā saeuias, eorū discute merita, agnosce uitā, siuaciones audi, causasq; discer-  
ne. Nihil querunt abs te, de tuis nil uolunt: te cupiunt, te querunt, te de interitu semper  
erno eripere moluntur: ignorantia & compatiuntur tuæ: tuis laboribus cōsulunt: salutis

iter tibi reserare cōtendunt: ubi sis, quā pergis, quō accedere debeas, insinuare volunt, te  
diligunt plus q̄ se, dum se exponūt pro te. Quātum uis crucis, quātum uis speras, quā  
tum uis oderis: nō discedent à te, nisi audiantur & uiuas. Resipisce igitur, cohibe furorē,  
manūm retrahē, compesce linguam, uirum aduocā tuūm, & sta in te, ut audias loquētes  
tibi. Nunquā amicos habuisti tales fideles & rectos. Ceteri tua quāsierunt à te: illi autē  
te. Crede mihi, quoniā post eorum cādes, post duritīam tuā redibis ad te, sano cōsilio  
accōmodabis aūrem, fiesq̄ de infideli fidelis: ac lues postea quā agis: patieris tu quōq̄  
similia eo animo, quo iſti, quoniā eodem spiritu imbueris. Tunc lugebis noxias tuas, &  
de sacro sanguine condigna persolues. Sicut factū est. Nam patientibus orantibusq̄ san-  
ctis repente uox in Rama, audita est, ploratus uidelicet p̄destinatōrū, & fidelium ulula-  
tus, qui fidei irradiati splendore errore agnito proprio conuersi sunt: nunciantes quod  
damnauerant prius. Hac de causa, diaboli exarst inuidia, doluit se cōtemni, & Christum  
coli. Amissis igitur uasis iniquitatis, quibus Christianos insequebatur, ad callidiora se ar-  
gumenta conuertit. Varijs totum penē mundum maculauit erroribus. Quamobrem ec-  
clesia mater pro filiorum salute sollicita, timens nimium ne simplicium & neophytorum  
macularētur corda, relinquētq̄ arreptum salutis propositum, ad eorum robur pattum  
probatisimorum copiosum dīrexit numerum: qui latratu suo tanquā rationales canes,  
ferales arcerent lupos à grege ouium dominicarum: illasq̄ quasi matres souerēt, horta-  
rentur atq̄ nutritrent. Matres utiq̄ erant consolationis propinantes lac ijs, quos Christo  
genuerant & in Christo. Neq̄ enim nutrix aliqua tam sedulō curam gerit infantis, quam  
memorati exhibuere patres. Peruigiles erant super eorum salute, quemadmodum Apo-  
stolus inquit: Obedite pastoribus uestris: ipsi enim peruigilant tanquam rationem redi-  
dituri pro animabus uestris. Nunc lactis, nunc cibi solidi, prout eorum profectibus con-  
gruebat, animarum alimoniam tribuebant. Nunc instigabant ad p̄filiū, nunc certami-  
nibus locū dare docebāt. Pr̄emonebant de periculis, illis futura p̄dicebant: quandoq̄  
læta, aliquando eisdem tristia p̄dicipabāt. Verē in omnibus ueluti martyres se habebāt,  
nihil proprium querentes, sed subiectorū commoda. Hinc nouerant gaudere cum gau-  
dentibus, & flere cum flentibus, id ipsum quemadmodū corporū matres sentientes. Eo-  
rum unū audi, quid dicat: Quis infirmatur (inquit) & ego nō infirmor? Quis scādalizat,  
& ego nō uror? Operabatur utiq̄ hoc in illis caritas, quā nō querit, quā sua sunt, sed cō-  
patitur corde, docet ex corde, laborat ex corde. Quamobrē tam exuberās & spiritualia  
per illorū studia exortus est fructus. Nō enim in fructuōsum esse ualet, quod sancta Dei  
caritas operatur. Accendebatur utiq̄ plebs fidelium eorum orationibus & uerbis ad fu-  
gam uitiorum, ad contemptum seculi, ad uirtutum studia, ad tolerantiam passionum, ad  
tentationum certamē, ad dilectionem proximi, ad cognitionem sui, & ad capessendam  
felicitatem ciuium superiorum. Eorum utiq̄ nonnulli reperti sunt, qui tanto proficiēdū  
utebant zelo: ut cōmunem conuersationem socialemq̄ uitam deserentes solitariē de-  
gerent: quidam ut indefessē pugnarent cum aereis potestatibus: quidā ut omni se terre-  
no priuarent solatio: aliquanti ut seruato animi uigore sēcūm facilius habitarent: nōnul-  
li ut carnis abdicatis illecebris illā spiritui subigerent: alijs uero dīuino amore flagrantēs, H  
ut contemplationi cælestium cōmodius die noctuq̄ uacarent. His atq̄ alijs de causis ha-  
bitabiles facti sunt eremi, mōtūmq̄ deserta famulantum Christo repleta sunt: quemad-  
modum egregius uaticinauerat Psaltes. Pinguiscent (ait) speciosa desetii, & exultatio-  
ne colles accingentur. Erant plane tunc felicia tempora, quamvis temptationibus uarijs  
agitata: in quibus feruebat caritas seruorū Christi cōplens p̄cordia. Inerat ardor martyrii,  
& zelus fidei: uigebat fraternalē amulatio, & proficiēdū amore cōtemnebāt mū-  
dus amore cælestium, fulgebāt uirtutum perfectio, & bonorum omnium spiritualium  
exuberabat cumulus. Ab hac plenitudine gratiarū emanauere collegia cōnobitarum,  
quorum patres digni memoria, ut multis prodesse possent, studia particularia deseren-  
tes cōmunem actitauerunt uitam. Sufficiebant prorsus libijsplis: sed ut plurimorum in-  
seruirent utilitatibus, regulariter uiuere studuerūt, scientes proculdubio hanc uitam de-  
bilibus ac robustis proficiētibus ac perfectis esse cōmunem. Zelātes igitur honore Dei  
proximorumq̄ salutem repleuerūt orbem totum trahētes ad sui imitationē aspicientū  
animos, & audientū corda. Quis (oro) nō mutaretur in melius uidens diuersæ artatis  
uiros

A uiros: alleliarum nationum, naturarum cōtrariarum simul uiuere: eundem cibū sume-  
re: eodem animo, eademq̄ conuersari sub regularē. Prorsus humana studia ista transcen-  
dunt: diuino totum agebatur munere: qui iuxta Prophetæ uocem habitare facit unani-  
ties in domo. Minime id perficere potuissent, nisi uno directi fuissent spiritu: uno ligati  
caritatis funiculo: in uno mystici corporis fœdere copulati, atq̄ simul in uno capite lan-  
tificati. Erat in illis ipse Christus caput ecclesiæ, qui nobiliora & ignobiliora membrā  
in suo pacificat corpore: ita ut non sit in ipsi schisma, sed concordia delectabilis, dulcis  
amor, sollicitudo continua: communicatio sine murmure: dona sine disceptatione, & u-  
nitas absq̄ discretione. Nempe nec maiori inuidet minor: neq̄ maior minorem cōtem-  
nit: uicissim sibi famulantur: & quod unus patitur, cuncti pati arbitrantur. Fouent utiq̄  
robusta debilia, & contemptibilia abundantiori honori habentur. Hoc nō fieret, es-  
set discordia, nec simul perseuerare ualerent. Hinc uerē colligitur, quād pacis infestator,  
& qui inter fratres iugia seminat, non est in corpore: quoniā nō diligit unitatem, quā  
corporis huius compago est. Segregatus autem à corpore, non de eodem spiritu uiuit:  
nec meritorum ipsius efficitur particeps. Detimenta hæc metuens quisq̄ fidelis, & sa-  
pientia capax sic conuersari conatur, ut non scandalizet uel unum pusillum membrum  
credens in Christo. Sic sui adhibet cordis custodiā, origi imponit legem, ut non exci-  
dat à caritate Dei, & ab unitate ecclesiæ, quod est corpus Christi: quin potius sanctorum  
præcedentium, quātum illi fas est, uestigia imitari studet: qui tanquā præstantiora mem-  
bra donis fulgebāt: eminebant uirtutibus, & infimos quosq̄ caritatis fouebant affectu.  
Taliter nanc̄ cōuersantes honorabilem coram principibus & potestatibus seculi in tur-  
bis, & populis reddebant ecclesiā: adeò ut illam magno uenerarentur affectu: illius cen-  
suræ se sponte subigerent: illam donis ac muneribus copiosis efferrent, priuilegia ei dan-  
tes, protegentes iplis libertatem, & omnia quā ad augmētum religionis, ad fidei defen-  
sionem, ad bonum pacis prodesse poterant præstantes. Erat utiq̄ tunc florida, decora in  
membris, in charismatibus copiosa, deaurato tegmento inducta, quod mira uarietas uir-  
C tutum uenustabat. Emittebat prorsus quandam boni odoris redolentiam de uestimen-  
tis, quā uniuersos replebat suauitate mirifica. Erat Christi bonus odor in omni loco ad  
Dei gloriam. Sua fragrantia in solitudinibus, in mōtibus, in speluncis, in cauernis terræ,  
in ciuitatibus, in castis, in ecclesijs, in domibus perspicue sentiebatur. In testimonij san-  
ctitatis ipsius, puritatis internæ, immaculati thorū, contemplationis mundæ, orationis  
ignitæ, uigilarum assiduarū, lacrymarum humilium, & uirtutū cæterarum uelut nemus  
erat fertile: omnium aromatū copiosum, in quod lugiter sponsus descēdebat, ut uideret  
poma cōuallium: et si mala punica floruisse. Illud equidē perlustrās, illiusq̄ pulcritudi-  
nis captus amore in ipsius aiebat laude: Hortus conclusus soror mea sponsa: hortus con-  
clusus, fons signatus, emissiones tuæ paradisus malorū punicorum cum pomorum fru-  
ctibus: nardus cum croco, fistula, & cinamomum cum uniuersis lignis Libani: fons hor-  
torum, puteus aquarum uiuentium, quā fluunt impetu de Libano. Delectabatur planē  
sponsus Christus fœcunditate uirtutum, iustorum illorū singulorū singula considerās  
D gesta. Observabat conscientiarum munditiam, orantium frequentiam, lugentium com-  
punctiones, præsidentium humilitatem, solitudinem pastorum, subditorum obedientiam,  
conuuentium pacem, pugnantium cōstantiam, amantium suspitia, proficientium  
sudores, laudes perfectorum, peregrinantium affectus, & præcipue erga se, mentium  
caritatem. Istiusmodi spiritualibus allectus studijs penes illos cōmorabatur inseparabi-  
liter delicias suas arbitrans esse cum filijs hominum. Hinc eorum profectibus animatus  
aperiebat manū suam, implēs eorum animas benedictione, prærogabat affluentissi-  
mē talenta gratiarum: utpote multiplicanda in centuplum. Nam sicut auarus est pigris,  
ita feruentibus cognoscitur esse munificus: pr̄ebet libentius, quam retineat: quārētq̄ cui  
ad lucrum tribuere possit. Illos igitur, de quibus loquimur, quorum præsentia ætas no-  
stra digna non est, aspiciens rectos corde, humiles spiritu, in augmento promptos, am-  
plissimē dītabat muneribus spiritualibus, qui eadem disseminantes caritatis incendio à  
fundamētis orbem cōmouerunt uniuersum: beatius fore existimātes dare, quam accipe-  
re. Factūq̄ est in diuino opere calescētibus illis, ut in breui erigeret tabernaculū fœderis  
diuinæ miserationis indicium. Intenta quippe erat offerentiā multitudo, ut perficeretur  
opus

opus inchoatū. Offerebant enim aurum, argētū, æs, ferrū, lapides onychinos, coccum  
bis tinctum, purpurā, byssum, caprarū pilos, cedrina ligna, cupressina, abiegna, & huius-  
modi huic operi necessaria, singuli iuxta propriā facultatē. Nec quisquā prohibebatur  
offerentium. Erat utiq̄ tunc lāetitia maxima in cælis, in cōuentū omnium angelorū, mu-  
**Apoc. 21** tuoq̄ dicebāt: Ecce tabernaculū Dei cum hominibus: & habitabit cū eis: & ipsi populus  
eius erūt: & ipse cum eis erit eorū Deus. Exultabāt prorsus supra modum illa beatorum  
spirituum agmina in huius spiritualis structuræ fabrīca. Viderāt per multa annorum cur-  
ricula cultum uerum, honoremq̄ diuinum obliuionī traditū: illumq̄ dæmonijs ac simu-  
lacijs manufactis, argenteis, lapideis, deauratis ab hominibus exhiberi: qui Deū summa  
cum ueneratione debuerāt honorare, diligere, colere, & laudare. Viderāt præterea dra-  
chmā deperīsse decimā: nuperq̄ repertā in sterquilinio delictorū, & in cœno mūdanæ  
cupiditatis. Quāobrem cōgratulabātur mediatori Dei & hominū Christo, qui illā quæ-  
tere ac repertire dignatus fuerat. Gaudebat & restauratione futura ipsorū per illos, quos  
iustificari quotidie cernebant. Deponebant utiq̄ controvēsiā omnē aduersus homi-  
nem de zelo suscep̄tam. Nō enim poterant illam contemnere speciem, quā assumpserat  
uerbum sempiternū, ut redimeret, ut pacificaret, glorificaretq̄: redimeret per sanguinis  
sui effusionem: pacificaret Deo per sui corporis immolationem decreti chirographum  
cruci affigendo: glorificaret autem secum corpus suum mysticū prouehendo in cœlestes  
mansiones illi ante mundi cōstitutionem paratas. Necq̄ ualebant nō diligere ciues suos,  
æterniq̄ regni secum cohēredes. Erat tunc iucundum ualde in spiritu intueri: quibus in-  
telligentiæ lumen datū erat agnoscere: Deū habitare cum hominibus: angelos cōgaude-  
re hominibus: hominesq̄ amotis inimicitiarū obstaculis Deū diligere: p ipsius honore,  
uoluntarie, lātāterq̄ se morti exponere: simul cum angelis religionis & laudis debitum  
soluere: fraternā salutem, ut propriam, cōcupiscere. Factū profectō erat cælum nouum,  
& terra noua, cælestia cantica ex tūc resonare cōperūt. Adorabatur omnipotēs pater in  
spiritu, quārebat in spiritu, amplectebatur spiritu: & in his talibus lātabatur, iuxta Pro-  
pheticum illud: Gaudium etenim domini est fortitudo ueltra. Non autē gaudebat pro-  
pter nos, quasi efficientes gaudium illud: sed utiq̄ de se non recenter, tāquam si noui ali-  
quid accidisset: sed quod æternaliter prius quām essemus, de nobis in se præuiderat, atq̄  
esse uoluerat. Nisi uoluisset, nō fuisset hoc. Omnia quācunq̄ uoluit ipse, fecit. Ipso igitur  
iubente melliflui facti fuerant cæli. Rorauerunt enim desuper, & nubes pluerāt iustum,  
apertaq̄ terra germinauerat saluatorem: quem pater ob nimiam caritatem, qua humanū  
dilexerat genus, miserat in similitudine carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatū  
in carne sua, cum quo prorsus ipse: qui miserat, pater uenit, ut secū gratā apud illos, qui  
diligebant Christum, eiusq̄ custodiebant mandata: faceret mansiōnē, prout idem præ-  
dixerat mediator. Missus p̄tēra fuerat à patre in nomine filij, spiritus sanctus amboū  
amor & osculū: quatenus credentium sancto igne mentes accenderet, erudiretq̄ de om-  
nibus, quæ ad salutē congruebāt eorum: ac postularet pro eisdem gemib⁹ inenarrabi-  
libus. Necq̄ em̄ paraclitus hic spiritus uacuus uenit. Donauit nanq̄ sp̄s ecclesiæ, suisq̄  
diuisit in filijs sapientiæ donū: ut quod de cælestibus credebant, affectu sapido degusta-  
rent, atq̄ in illius concupiscentiam perurgeret. Dedit intellectū, ut arcana scripturarum  
agnoscerent sacramenta: & per patientiam & consolationem earū spem haberent obdi-  
nendi, quod nouerāt. Cōsilij præstit munus, ut agnito bono & malo, meliori & optimo  
saniore partem eligerent, & ad perfectionis culmen ascenderēt, quod in cōsiliorum im-  
plementatione cōsistit. Prærogauit fortitudinis donum, cuius adminiculo ualerēt illatas ini-  
rias, irrogata flagella, potentū blāditias, & seculi promissa oblectamēta respuere. Scien-  
tię eos insigniuīt charismate, ut luce ipsius prævia exteriorū negocia prudenti circūspe-  
ctione ministrare sufficerēt: ne sibi uel proximis minimū scandali offendiculum antepo-  
nerent. Pietate eorū impleuit uiscera, ut se diligenter mutuo, ministraret sibi inuicē: atq̄  
pro dilectionis custodia alter alterius onera portarent. Tribuit timoris filialis donū: quo  
mediante legem Dei seruarent, seq̄ agnoscerent, quid essent, nō se extollerēt, ne super-  
bientū & delinquentiū supplicia paterentur. Inhabitat & ipse altus spiritus corpus ec-  
clesiæ, & singula fouet mēbra. Sanat si quod est sauciū: flectit quod est rigidū: fouet quod  
est frigidum, & regit quod est deuolum. Cadenti supponit manum: incēsum lātificat, iu-  
sum

A stum docet, & pascit famelicum. Prorsus desiceret ecclesiæ corpus in tribulationibus, in  
prosperitatibus declinaret, faceret in arduis, & in carnis uoluptate deflueret: nō inter-  
uentu & auxilio sancti spiritus uniretur capiti, & ipsius suauitate aspergeretur inctus: &  
in huius peregrinationis anfractibus comitatu dirigeretur illius. Huiusmodi spirituali-  
bus monilibus in exordio despōlationis suę per amplius decorata sancta mater ecclesia,  
atq̄ diuinæ consolationis oleo fota lātabatur in profectibus filiorum: eodem semper  
reuocās ad altiora descendere, nolēbat esse ingrata. Sciebat enim quid acceperat, quid  
fuerat, quid esset. Crevit itaq̄ in numero sitate sobolis, in gratiarum augmento, in dono-  
rum multiplicatione, in lumine ueritatis, in perfectione uirtutum: quandiu hortantem,  
exorantemq̄ matrem filij audire uoluerunt. Extitit enim semper supra modum de ipso-  
rum salute sollicita: quatenus illos offerret Deo, atq̄ inferret cælestibus. Erat utiq̄, quum  
obediretur à filijs: mater pulcræ dilectionis atq̄ timoris: eratq̄ pulcra ut luna: electa ut  
sol: terribilis ut castrorum acies ordinata. Tanquam terebinthus extēderat ramos suos,  
B sub quorum umbra ab æstu diei, à turbine, & à pluia protegeret, quos genuerat. Labo-  
rauit quandiu potuit, in gremio suo nutriuit quos ualuit: quamvis id quotidie agere nō  
desistat, co instantius, quo à pristino ferore plures, & fere innumerous declinasse persen-  
tit. A multis quidem annorum curriculis cōtra pedetentim cōpet rigor uirtutum, ac per-  
fectionis norma languere, dietimq̄ fugere: unde non potest non gemere conditoris sui  
offensam: damna propria, atq̄ filiorum interitū. Quæ enim uestiebatur coccino coccoq̄  
bis tincto: nunc lugubrem uestem assumpsit, commutauitq̄ in multis membrorum suo-  
rum iuxta cōminationē Prophetæ: pro suavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro  
crispanti crine caluitum: & pro fascia pectorali cilicum. Hinc se à fletu & lamentis mi-  
nimè continere ualeat. Orat assidue, si quo modo ad præteritum in præsenti se possit re-  
formare decorem, quanquam in sua penē supplicatione deficiat, impossibile arbitras se  
posse esse, quod fuerat. Nec ab re agnoscens Propheticum illud in se esse completum.  
Omnes declinauerunt, simul iniutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usq̄ ad  
C unum. Declinauerunt prorsus omnes ecclesiæ status, qui spiritualia sunt mystici corpo-  
ris Christi membra: ex quibus nonnulli alienati sunt ab utero matris suæ, & loquuntur  
falsa: aliqui uero abierunt retrosum carnis desideria sectantes, amantes seipso, tempo-  
ralia lucra quārentes, honorum cupidi, scelesti, adulteri, & miseri. Ista nanq̄ uigent, ne-  
dum in inferioribus, uerum etiā in mediocribus, & sublimioribus membris, adeo ut con-  
fusa videatur uniuersa: ut à planta pedis usq̄ ad uerticem capitū in hoc corpore spiritua-  
lis non appareat sanitas. Attende (oro) diligenter in turbis populorum, & in seculari-  
bus plebibus: quārū rari in eis sint, qui diuina mādata custodiāt, ecclesiæ sanctiones ser-  
uent: contenti sint proprijs, aliena non rapiant. Undiq̄ adulteria perpetrantur, sicut stu-  
pra, sacrilegia, homicidia, rapinæ, furtæ, deceptiones, & horum similia. Quid de his me-  
morē: quū diuini nominis reuerentia sic omnino neglecta esse uideatur, ut sanctus exi-  
stimetur: qui Deum, sanctos, cælestesq̄ nō blasphemant curiam. Superabundat prorsus  
in ore hominum mendacia, perjuria, iuramenta, detractiones, uaniloquia, impudicacj̄  
D uerba, quæ incompositæ mentis indicia notissima sunt. Nequaquam tam incontinenter  
mortales uiuerent, effrānateq̄ loquerētur, si in Deum crederent, eum timerent, ipsiusq̄  
iudicium formidarent. Protestantur ex ihs operibus, quæ aduersus Dei præcepta perpe-  
trant, mēbra esse putrida, & à Christi corpore omnino aliena. Gemitus mater ecclesiæ per-  
ditionem istorum, & ueluti proprios deplorat filios. Meminit se illos per regenerationis  
lauacrum genuisse: meminit eorum promissionum, per quas se diabolo, seculi pompis,  
& flagitijs omnibus renunciatus spopondetunt. Casum igitur illorū tanquā uera ge-  
nitrix deflet: atq̄ illorum resurrectionem sperat consequi se posse per lacrymas. O quārū  
quotidie lacrymarū imber effunditur coram domino: O quārū frequenter precum  
instantiam in aula cælesti per sanctorum ministeria angelorum immaculata hæc uirgo  
dirigit ad Christum pro spirituali peccatorum interitu: clamat in cordium cubiculis: uo-  
ciferatur in angulis, publicè in ecclesijs materialibus deprecatur, ut diuina misericordia  
cæcos illuminet, errantes reuocet, & in delictorum cœno obrutos ac sepultos resuscitet  
ad uitam: erigat per gratiam, & unitatis adducat ad gremium. Quanto interno exultet  
gaudio, quum uiuos recipit, quos defunctos lugebat, explicari uix potest. Nempe si de  
peccatorum

**Neem. 8** G

quatenus credentium sancto igne mentes accenderet, erudiretq̄ de om-  
nibus, quæ ad salutē congruebāt eorum: ac postularet pro eisdem gemib⁹ inenarrabi-  
libus. Necq̄ em̄ paraclitus hic spiritus uacuus uenit. Donauit nanq̄ sp̄s ecclesiæ, suisq̄  
diuisit in filijs sapientiæ donū: ut quod de cælestibus credebant, affectu sapido degusta-  
rent, atq̄ in illius concupiscentiam perurgeret. Dedit intellectū, ut arcana scripturarum  
agnoscerent sacramenta: & per patientiam & consolationem earū spem haberent obdi-  
nendi, quod nouerāt. Cōsilij præstit munus, ut agnito bono & malo, meliori & optimo  
saniore partem eligerent, & ad perfectionis culmen ascenderēt, quod in cōsiliorum im-  
plementatione cōsistit. Prærogauit fortitudinis donum, cuius adminiculo ualerēt illatas ini-  
rias, irrogata flagella, potentū blāditias, & seculi promissa oblectamēta respuere. Scien-  
tię eos insigniuīt charismate, ut luce ipsius prævia exteriorū negocia prudenti circūspe-  
ctione ministrare sufficerēt: ne sibi uel proximis minimū scandali offendiculum antepo-  
nerent. Pietate eorū impleuit uiscera, ut se diligenter mutuo, ministraret sibi inuicē: atq̄  
pro dilectionis custodia alter alterius onera portarent. Tribuit timoris filialis donū: quo  
mediante legem Dei seruarent, seq̄ agnoscerent, quid essent, nō se extollerēt, ne super-  
bientū & delinquentiū supplicia paterentur. Inhabitat & ipse altus spiritus corpus ec-  
clesiæ, & singula fouet mēbra. Sanat si quod est sauciū: flectit quod est rigidū: fouet quod  
est frigidum, & regit quod est deuolum. Cadenti supponit manum: incēsum lātificat, iu-  
sum

peccatorum conuersione pœnitentiā agentium maxima lætitia in cælo exoritur: quantum exhilarari debuit ipsa, quæ genuit: Secundum multitudinem doloris, quem de ipso rūm perditione concepit in corde: ita cōsolationes in eorundem uiuificatione lētificare cōsueuerunt animam eius. Non tamen æquè omnibus contrastatur: sed iuxta singulorum qualitates & gradus. Plus, inquam, dolet in casu bonorū, quām malorū: atq; in prēuaricatione nobilium, quām ignobilium. Non ut illa secundum carnem iudicet, neq; ut apud eam aliqua sit personarū acceptio, quum uniuersos gignat in spiritu per fidem & sanctificationis aquam. Nō enim aliud baptisma in potente operatur & nobili, quām in insīmo & ignobilit: uerū nec alia unius, quām alterius fides esse cognoscitur: sed una omnium est, & in effectu equalis. Hoc testatur Apostolus, dicens: Vnus Deus, una fides, utrum baptismus. Vnus Deus pater omniū, & in omnibus, & super omnes, qui est benedictus in secula. Dolet igitur magis (ut dictum est) de prēuaricatione iustorū, quām malorum: ac de ruina potentū, quām ignobilium: quoniam maiorem in membris inferioribus iacturam patitur. Debilitatur supra modum pusilli in fide, quū qui in ecclesia secundum utrūq; statū aliquid esse uidebantur, redire ad uomitum cernunt, atq; malum pertinaciter cōlummare. Consueuerunt tales, qui recidiuū patiuntur, ne quis uiuere quām ceteri, qui nunquam agnouerunt ueritatem, dicente domino: Quum immūdus sp̄ritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa quārens requiem: & non inueniēs, dicit: Reuertar in domum meam, unde exiui. Et quū uenerit, inuenit scopis mundaram & ornatam: & tunc uadit & assumit septem alios sp̄ritus nequiores se, & ingressi habitāt ibi: & sunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Nocēt autem sublimiores seculi amplius, quum mali sint, & in malitia perseuerent. Quamobrem tam propter membrorum incommoda, quām propter pereūtum potētum damna sancta mater gemit ecclesia: & potissimū temporibus his, in quibus abundante malitia aucta sunt potētum scelerā. Apud illos utiq; avaritiae & lustri uiget, superbia regnat, libido dominatur, gulē appetitus superat, inflamat inuidia, ira præcipitat, & inanis gloriæ fastus attollit. Quis non metas sue facultatis inanis gloriæ fastu seductus excedit: Quis in magnis nō ambulat, & in mirabilibus supra se? Dediantur superbi apparere, quod sunt: ideo uolunt existimari ab hominibus supra id, quod sunt. Quanta ex his exuberāt flagita, quantumq; Deo displaceat: si scirent, qui peragunt, utiq; nō amore, saltem timore resipiscerent. Quoniam uero in seculo potentes & diuites nolunt intelligere, ut bene agant: ideo permittētē Deo ducent in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Vidi (inquit Propheta) impium eleuatum & exaltatum sicut cedros Libani: & ecce transiui, & non erat quēsui, & non est inuentus locus eius. Hoc quum uerum sit, quū proprijs quotidie intueantur oculi: quum Deus in auribus secularium per sanctorum admonitiones intonet, mirum uidetur, cur non ad se redeant, & celerem utriusq; hominis expauescant interitū. Mortuos se esse fatētur, & soetere in monumēto, ut olim corporaliter quatriduanus Lazarus. Sed utinam sicut ille, ita & isti. Ille profecto non per se, sed sororum lacrymis, & fide resurge-re potuit: isti uero nec matris lacrymis, neq; gemib⁹ iustorum. Proinde detestabili-  
istorum, quām Lazari mors esse censetur. Est itaq; moeror ecclesiæ uehemens, quū tam innumerabilium filiorum spiritualem deplorēt interitū, & uix reperiantur, qui cōdoleant, & manum apponere possint. Nempe si cæcūs cæco ducatum præstet, ambo in fo-  
veam cadunt. Mortuus etiam mortuos sepelire ualeat: non autē erigere & suscitare. Hinc est, quod tam pauci reuiviscunt. Sunt autem plebium rectores innumerū, quibus om̄um dominicarum particularis iniuncta est cura: qui taliter conuersantur, ut nequaquam eorum uerbis, quamvis bonis, fides ualeat adhiberi. Verbis quippe utilibus laudabilis uia autoritatē præstat. Sed (proh dolor) nec ædificationis eloquia profert moderni temporis clerus. In ipso enim clero paucissimi reperiuntur, qui honeste uiuant: ratiōes autē qui pabulum salutis gregibus ualeat præbēre fidelium. Nempe sacerdotū clericorumq; maxima pars dedita iacet uoluptatibus: & bestiarum more quasi degentium parum ab illa secularium illorū conuersatio distat. Incidunt quotidie per plateas, hinc inde discor-rūt, theatris & spectaculis interficiunt: choreis demissa omni gravitate se misericordiā podorem reūciunt: turpiloquij uacant & nudis habitu pompatico uestimentur: crūribus crūpantibus comam contra Apostolicum præcepit, & sanctiones patrum nuntiavit. Qua fronte  
(oro)

A (oro) redarguere tales possunt delicta populorum: Quomodo errantem ad semitas iu-stitiae reuocare sufficiunt? Negligentes salutem propriam qualiter super aliorum salute uigilabunt? Alteri uix bonus esse ualeat, qui sibi nequam est. Corrigat sua, qui proximo-rum cupit errata corrige. Iste autem, de quibus loquimur, parum de se, minusq; curant de ceteris. Tanquam à caritate extranei uineam domini Sabaoth relinquunt incultam: in qua surgunt uepres, spinæ oriuntur, & semen uerbi suffocatur, & infœcundam reddunt. Huius profecto uineæ Propheta damna deplorās inquit domino: Vineam de Ægypto psal. 79 transtulisti: eieci gentes, & plantasti eam. Ut quid destruxisti maceriam eius, & uindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur uiam? Exterminauit eam aper de sylua, & singularis ferus depastus est eam. Verum uniuersa incommoda hæc à cultoribus exigen-tur illius: quamvis ipsi palmites à toto minimè excusabiles sint. Tradentur namq; éterno cremandi incendio inutiles & infœctuosi: eorum uero cultores maiora luent supplicia: quoniam domini uineæ neglexerunt honorem in uinea. His uehementer dominus cō-minatur, quū in euangelio parabolam patris familiâs, qui uineam plantauit, differuit, di-cens: Malos male perdet, & uineam suam dabit agricolis, qui fructū reddat temporibus Math. 21 suis. Audiunt ista sacerdotes, legunt eadem publice in ecclesijs: nō nulli populo pronun-ciant: & tamen inemendabiles permanent. Lapideum gerunt cor: obturatas habent au-res: sine intellectu sunt, syllabarū tantum proferentes sonum ab omni spirituali deficiunt gustu. Vtinā sibjpsis mali essent, & alijs conarentur prodesse: ut si non illorum uita imi-tabilis foret: essent tamen facienda, quæ dicerent. Vtrop; prorsus carent, nec uitam, neq; scientiam habentes. Sunt omnes ignari & inscijs, exceptis paucissimis: & quod deterius est, addiscere non dignantur. Omne tempus doctrinæ deditum se arbitrantur amitte-re carnis uoluptatibus intenti: potius eligunt uagari quotidie & cōfabulari, quām sacra-rum scripturarum se lectioni dare: obliuioni tradentes, quod dicitur: Interroga sacerdo-tes de lege. Et illud Propheticum: Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus domini exercitum est. Ipsi nec interrogare uolunt, neq; interrogari possunt, quoniam idiotæ sunt. Ad arentem fontem quis pergeret, ut a-quam hauriret: Sic tales aridi non solū malum doctrinæ imbre populis propinan-tscientibus: uerum etiam mala consilia præstant, quibus plebeculae moriuntur. Vnde su-perstitiones uigent: mandata contemnuntur, peccata fiunt, nisi ex incuria sacerdotum, qui ne temporale amittant lucrum, permittunt subditis agere, quod uolunt, & contra-dictionis seu correctionis non audent sermonem loqui? Tanquam canes muti sunt, nō ualent latrare, & ueluti mercenarij inutiles uidentes lupum uenientem, domini gregē deserentes fugiunt. Quantū in ipsis est, lupus oves rapit, dispersit, lacerat, & occidit. Sā-guis autem earum de istorum manibus exigetur, domino per Prophetā perhibente, qui ait: Si dicente me ad impium morte morieris, & non annunciaueris ei, neq; locutus fu-eris, ut auertatur à uia sua impia, & uiuat: ipse impius in iniuitate sua morietur: sanguine autem eius de manu tua requiram. Hæc præuidere ac præcauere nolunt, quum possent. Non uacant subiectorum profectibus, sed proprijs commodis. Ouium tondēt uellera,  
Agge. 2  
Mal. 2  
Ezech. 3

C neq; interrogari possunt, quoniam idiotæ sunt. Ad arentem fontem quis pergeret, ut a-quam hauriret: Sic tales aridi non solū malum doctrinæ imbre populis propinan-tscientibus: uerum etiam mala consilia præstant, quibus plebeculae moriuntur. Vnde su-perstitiones uigent: mandata contemnuntur, peccata fiunt, nisi ex incuria sacerdotum, qui ne temporale amittant lucrum, permittunt subditis agere, quod uolunt, & contra-dictionis seu correctionis non audent sermonem loqui? Tanquam canes muti sunt, nō ualent latrare, & ueluti mercenarij inutiles uidentes lupum uenientem, domini gregē deserentes fugiunt. Quantū in ipsis est, lupus oves rapit, dispersit, lacerat, & occidit. Sā-guis autem earum de istorum manibus exigetur, domino per Prophetā perhibente, qui ait: Si dicente me ad impium morte morieris, & non annunciaueris ei, neq; locutus fu-eris, ut auertatur à uia sua impia, & uiuat: ipse impius in iniuitate sua morietur: sanguine autem eius de manu tua requiram. Hæc præuidere ac præcauere nolunt, quum possent. Non uacant subiectorum profectibus, sed proprijs commodis. Ouium tondēt uellera,  
Ezech. 3

D quum ualent, & de ipsis non curant ouibus: quoniam ad eos non pertinent. Sacramen-ta, quæ gratijs & uolenti animo ministrare debent, nō sine spe aut precio tribuūt: & quod grauius est, interdum neq; sine pactione. Veh talibus, qui Giezi imitantes, & Simonem rem sanctam uili uendunt precio. Propterea istis, nisi pœnitendo resipiscant, erit perdi-tio. Quod enim ad animarum institutū est lucrum, ad temporalem intorquent questum: nescientes quod nil maius acquiri ualeat, q; animarū insudare profectibus, qui sacramētis medianbus fiunt. Agunt huiusmodi mali sacerdotes talia, & tanquam purgamentū seculi habentur exigentibus hoc clericorū demeritis. Qui enim uenerarentur ut patres, & ueluti optimi Dei ministri diligenterunt, si iuxta gradus sui uiuerent sanctitatem: despiciuntur, & inde deterius cadunt, quoniam se emendare dissimulant, & tanquam indomita animalia absq; regimine uiunt. Agunt quod uolunt, nulla eos prælatorū cohibente cen-sura. Dum igitur prælati negligunt, lasciuit clerus, & uoluptatibus deditus (permittente Deo) nullam superiori suo reuerentiam exhibit. Quis hic nō doleat? Quis prælatorum non plangat ruinam? Facti plane sunt in derisum omni populo, canticum tota die, insti-tuti sunt in acie exercitus domini ad cæterorum confirmationem & robur: & ipsis sunt  
Laur. Justin.  
Cc primi

Primi, qui fugiunt. In eminētiori quoq; resident gradu ecclesie: quatenus in ipsis uniuersitatem aspiciant. At uero unde lux oriri debuerat, densissimæ insurgunt tenebrae. Debet prorsus omnis illorum uita omnium magisterium esse fidelium, atq; sanctitatis speculum. Qualis autem uniuscuiusq; sit, patet: quamuis nulli specialiter derogetur, ut nullius uita signanter ducatur in publicum: quemadmodū diuinus nos admonet sermo, dicēs: Principem populi tui ne maledicas. A fructibus eorum (ait dominus) cognoscetis eos. Vnaquaq; arbor ex fructuum qualitate discernitur. Non potest, qui prætest, latere, quum palam agnoscat. Hac potissimum de causa circumspectione prudenti eorū componendi sunt mores, ut nū in eis reprehensibile videatur. Debent utiq; honestate fulgere, pietate ornari, humilitate clarere, & caritate flammescere. Absque caritatis incendio quomodo ouium sibi commissarum diligentem poterunt habere custodiā: Nam pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis. Hoc prorsus interest inter pastorem uerum, & pastorem fictum: quod uerus pastor ouium curam gerēs, utilitatibus earum inseruit: ab eis nō nisi urgēte necessitate elongatur: orat incessanter, & si opportunitas expectat, corpus exponit proprium pro gregis salute: factus autem, quæ sua sunt querens, quid ad oues pertineat, fugiendo non curat. Hinc dolendū est, atq; detestādum, quod nostris inoleuit temporibus. Nam pontifices & populorum prælati, si quando exigentibus culpis plebium pestilētiā dominus immiserit, sunt primi, qui secedunt de loco, & in redeundo ultimi. Hac cōsuetudo est ne pastorū honorū: Sapit ne aliquid caritatis: Prorsus nihil. Nunquid amicus censendus est uerus, qui quū opem potest impēdere, fugit? Diuina ultione percutitur populus: & qui Deum precibus reconciliari debuerat, terga uertunt: Deuastatur plebs, & calamitatibus plena depascitur: & eius directores atq; pastores fugiunt: Nefas hoc est & grande peccatum. Egit ne forte sic David propheta, quū cladem Deus misisset in populi: Nōne orabat dicēs: Ego sum, q; peccauī ego, inique egi. Isti qui oues sunt, quid fecerūt: Vertatur (obsecro) manus tua cōtra me, & cōtra domum patris mei. Nonne sacrificij & lacrymis altissimi placavit iracundiam: Dominus quoq; Iesus quū à turbis iudeorum & militibus teneri debuit, fugit ne? An non magis inquit: Si ergo me queritis, sinite hos abire. Maiorē utiq; de suis, quām de se curā exhibuit. Discāt igitur pastores & prælati, quū irascitur erga populū Deus, non se absentare à plebe: non morientium deserere turbam: quin potius prosternant se coram Deo, & gemitibus & lacrymis diuinam placent uindictam: necessitatibus etiā subueniant moriētum, nec animas suas preciosiores, quām se faciant. Animaduertāt si dux exercitus fuderit, quid acturi sint hostes: uel quanta cæde interficiendæ sint oues, si neglectis illis nihil curauerit pastor. Meminerint (oro) qualem per Prophetam dominus pastoribus inuentionem faciat, dicens: Nonne greges pascuntur à pastoribus? Vos autē lac comedebatis, & lanis operiebamini: gregem autem meum nō pascebatis: quod infirmum fuit, non consolidatis: & quod ægrotum, non sanatis: quod fractū, nō alligastis: & quod perierat, nō quæsistis: sed cum austerritate imperabatis eis & cum potentia: & dispersæ sunt oues meæ, eo quod nō esset pastor: & factæ sunt in deuorationem omnium bestiarū, & dispersæ sunt. Propterea pastores audite uerbū domini: Viuo ego (dicit dominus Deus) pro eo quod facti sunt greges mei in rapinā, & oues meæ in deuorationem omnium bestiarum agri: eo quod non quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant seipso, & greges meos nō pascebāt. Propterea ego ipse super pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultrā nō pascat gregem meum: nec pascant amplius pastores seipso. Redeant itaq; ad cor pastores, nouerint se pro ouibus reddituros rationē: taliterq; se habent, ut diuinum ualeant euitare iudicium. Dilectionis si quid habent erga Christum, in subditis exhibeant, dum illum audiunt Petro dicētem: Si diligis me, pasce oues meas. Meas, inquit, quas condidi, quas proprio cruro redemi, quas tibi pascendas reliqui. Veri igitur pastoris dignitatem amittit, qui earum curam uilipendit, qui earum necessitatibus non ministrat. Præfecit namq; dominus pastores in plebis, ut subditorum animabus ac corporibus ministrarent: non autem ut dominarentur. Formam ueri pastoris uis nobis: Nō uenit (inquit) filius hominis ministrari, sed ministrare, & animā suam redemptionem dare pro multis. Attende, qui præses, humilitatē Christi, iudicem imitare tuum, quum esset magister & dominus, rexq; omnipotens: nunquid potestate propria uti uoluit?

A luit: Nunquid dominari uoluit, & subiectos quosq; opprimere? Absit. Nūc fratres, nunc filios uocauit, ut disceres tu mensuram tuam non excedere, non insolescere, non inflari. Nempe si in ueritate præsides, quanto maior eris, humiliabis te amplius. Nam reges gentium domināntur earum, inquit ueritas: & qui potestate habent super eos, beneficium uocantur: uos autem non sic: sed qui maior est in uobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut ministrator. Hæc temporibus nostris in codicibus leguntur: rari autem, qui opere perficiant. Nec mirum. Non enim in ouile intrant per fanum, sed aliunde tanquam fu- res. Quomodo aliunde Ianua humiliis est, ostium Christus est. Non ingrediuntur per Christum, neq; uocantur à Christo. Vocatus est à Christo ille, cui dictum est: Sequere me. Hic secutus est Christum, quoniam uocatus est à Christo: qui autem non sequuntur Christum, quomodo uocantur à Christo? Non uocantur, sed permittuntur. Quoniam uerò non uocantur à Christo: ideo tam anxiè prælationes querunt, dignitates ambiunt, offerunt munera, adhærent potentibus, & quod nequeunt uirtute consequi, precio exquirunt & prece. Indecorum arbitrantur sectari humilitatem Christi, qui (ut ait Apostolus) non sibi uendicauit honorem, ut pontifex fieret, sed qui uocauit eum, dicens: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Nolunt uocari à Deo, sed ab hominibus, & utinam uocarentur. Infulas appetunt, uocari domini congaudēt, & quod diuinum est, ô quām saepe arrogant sibi! Qualem (oro) potest fructum producere corrupta radix? Mens cupida honoris uideat dominandi accensa, nec Dei gloriam, neq; proximorū ualeat utilitatibus insistere. Humana & diuina gloria simul stare nequeunt. Quamobrē propriam negligat, qui illam cōditoris concupiscit. Humilitate honoratur. Deus, fide colitur, deuotione amplectit. Errat prorsus, & Deo displicet, qui se extollit. Quomodo autem censendus est humili, qui cathedram honoris querit, qui primatū diligit: qui alijs præesse ambit: Fugiendi utiq; honores sunt in hoc seculo: quoniam periculis pleni, & solitudinibus referti. Fugit dominus, quū illum regem uellent ludæi cōstituere: fuderit sancti, quū regiūinis præminentia offerebatur illis. Nouerat esse scriptū: C iudicium durissimum fiet in ihs, qui præsunt. Honoris culmen appetendū est: sed in futura uita, ubi nec adulantiū blandientur linguae, neq; elationis ullus erit formes. Hic autē ambo uigent, ambo dominantur: adeo ut ab istis præsidentiū nemo ualeat liberari. In præsenti igitur seculo honorabilis prælatio est esse humilem: propriam agnoscere uilitatem: latere hominibus, ut à Deo mundior uideatur. Altus profecto est humili, & qui se ueraciter humiliat, exaltabitur. Exaltatur humili coram Deo: exaltatur & in mentibus rationabilium virorum. Securæ sunt huius diuinitat, sublimes honores, merita multa, incon taminata gloria, & lætitia cordialis. Hac illi unde: Ex nitore conscientiae, ex testimonio sanctitatis, ex doctrina spiritus, spiritualis enim spiritualiter iudicat omnia: animalis autem homo sicut non percipit ea, quæ Dei sunt: sic neq; quæ spiritus. Hinc est, quod quæ carnis sunt, sapiunt, præesse concupiscunt, & pereunt: quoniam carnis sensu ducuntur. Complacent sibi ipsi, in seriores quosq; despiciunt, ui opprimunt, eis dominantur, & egenorum dedignantur subuenire inopiae. Verbis apostoli non attendunt, dicentis: D induite uos sicut electi Dei uiscera misericordiae, benignitate, humilitate, modestia, & patientia: supportantes inuicem, & donantes uobis meti ipsi, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit uobis. Patres pauperum esse recusant: quoniam indigentium substantiam attribuunt sibi. O quanta abilio est Christi ditari diuinitijs, & Christo uelle nil tradere. Nonne thesauri Christi sunt facultates ecclesiæ: Vnde temporalia ecclesijs sunt prærogata stipendia: Nonne propter Christum: nōne ut Christi pauperibus erogentur? Noli igitur tu, qui præsides, retinere quod alienum est, ne furti reprehendaris in causa. Noli, inquam, inutiliter & prodigè dispensare, quod tibi Christi caritas cōcessit ad tempus. Paris nanci periculi est facultates recondere & erogare prodigè. Clamabit contra te pauperū nuditas, fames, sitis, calamitatesq; cæteræ, quibus congrue poteras opem dare. Scitote debitorem omnium facultatum esse, que honesto uictui tuo supersunt. Quod enim recondis in sacculo, rubigo consumet in testimonium contra te. Nolite (ait Veritas) thesaurizare uobis thesauros in terra: ubi erugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt & furantur: sed thesaurizate uobis thesauros in cælo: ubi neq; eru go, neq; tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Absurdū maxime est Laur. Justin. Cc 2 ecclesiarum

**A. 1.Tim. 6** ecclesiarum prælatos erga inopes tenaces esse: quum apostolico subblimati sunt gradu. **B** Nempe si diuinitus seculi Paulus Timotheo scribens, præcipit illos facile tribuere, communicare, thesaurizare, & fundamentum bonum, ut uitam æternam apprehendant: quæto magis apostolicis viris, qui amore cœlestis patriæ terrenarum omnissimæ rerum debent habere contemptum? Cæterum si proximorum salute animam suam dare tenentur: cur non magis temporalem substantiam, quæ ad illorum nō pertinet matrimonium? Date eleemosynæ (inquit diuinus sermo) & ecce omnia mūda sunt vobis. Quomodo (oro) subditis, prout debet, potuerūt suadere, ut pauperibus impertiatur alimoniam, si ipsi immisericordes extiterint? Quemadmodū dominus Iesus cœpit facere & docere, ita & pôfices ac prelati. Argue, ait Apostolus, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Nū quam ualebunt, qui præsidēt, subditos hortari ad humilitatem, si fuerint elati, nec ad patientiam, uel māluerudinem, si iracundie reperti sint serui: neq; ad proximi dilectionem, si inhumani erunt. Virtutibus uniuersis expedit, ut sint decorati, qui præsunt: quatenus sine obiectione eos liceat corrigerem delinquentes. Oportet (inquit doctor egregius) episcopum irreprehensibilem esse, sobrium, prudentem, pudicum, ornatum, hospitalem, doctorem. Angelicam potius quæm humanam debent habere conuersationem populum pastores: alioquin infrænabunt os suum, ne audeat loqui. Non quod sibi libeat, sed quod ædificet, illis querere congruit. Sint prorsus corde humiles, in habitu uiles, in moribus cōpositi, in sermonibus rari, corpore pudici, in cibis sobrii, orationibus intenti, uigilijs dediti, & grauitate sancta decorati. Hæc si adsint, optimè præsidebunt, duplicitè sublimabuntur honore. Erunt lucernæ in domo domini accensæ: quorum splendore, qui intus sunt, illuminabuntur. Erunt quoq; sal terre, quorum sapido gustu, ac eloquij melifluis plebs cōdierit uniuersa: alioquin non sine sui discrimine in cathedra residebunt. Præstantius illis fuisset gradum infimum tenuisse, quæm præsidere indignè. Non omnibus datum est præesse utiliter. Quamobrem solitus unusquisq; sit de se, & quæ ad gradus sui perfectionem competunt, explorare studeat. Qui præpositus est, prælationis iuxta solerter ministerium agat, dicere Apostolo: Qui præest, in sollicitudine. Qui autem subditus est, obediens seruitutē strenuè persoluat, obediensq; ex corde, non considerando cui obtemperat, sed propter quem: uidelicet propter eum, qui factus est obediens usq; ad mortem crucis. Qui uero religiose uitæ institutionem sumere elegit: sanctitatis regulam perficere conetur. Istis prorsus tanquam magis à seculi curis liberis, atq; ab exteriis fragoribus segregatis perfectior competit conuersatio. Nempe excusabiles sunt ex parte, qui præsunt populis, & in mudi implicantur negotijs, si à perfectionis tramite deflectunt aliquando operis gressus: & interdū cadunt locutione immoderata, uel in corporis ignavia, seu in quoouis ueniali delicto: quoniam uicinas habent penes se peccatorum materias, quibus mudi est plenus. Facile merentur ueniam, operante in illis caritate, quæ multitudinem operit peccatorum. At uero qui spretis temporalium delectationibus sponte Dei seruitio se manciparūt, atq; religionis habitu suscipientes in monasterijs regularibus, sive in collegijs Deo dicatis Christo famulari cœperunt: maximus inabit pudor, si segniter uiuant. Ligatis pedibus uolēti currere, nec ualēti facile ignoscitur. **H** nō autem sic expedito & libero. Hortatus est dominus homines ad mundi contemptū, ut absq; impedimento ad perfectionis possent culmē ascendere. Sed (heu) quæm rarus in presenti generatione reperitur, qui cupiat esse perfectus. Sequuntur (ut plurimū) qui nūc Christo militat, uolūtates proprias, præter cōmunem ac regularem institutionē perficere uolunt, amplius, & utinam hanc hilari animo adimplerent. Quæ à sanctis dicta uel gesta sunt, impossibilia arbitrantur, perficere non curant, se emendare dissimulant, consuetudine ducuntur, linguam minimè cohident, continere uentrem expauescunt, quando uolunt, socialiter conuersantur: omne eis licere putant, quod ipsis libet, uix compunguntur: ab oratione ueluti à flagello fugiunt. Huiusmodi spiritus nescientes doctrinam religionis ac sanctitatis quandam gerunt imaginem: perfectionem proiendunt habitu: se apicientibus seculi renunciationem prædicant: & mente o quæm sape vagantur exterioris. Multiplicatus est talium numerus, sed non est magnifica laetitia: immo in lucrum conuersum est gaudium. Quomodo temporibus istis religiones declinauerūt, quæ per transancta florebant curricula, optimè sentiri potest. Nec mirum de his, qui palam uota prævarican-

**A** præuaricantur, nec erubescunt: quum etiam apud eos, in quibus spiritualis uitæ disciplina uigere creditur, elanguerit deuotio, seruor teperit, uirtusq; defecerit: paucissimi respluntur, qui uelint habitare secum. Onus illis uidetur importabile sensibus corporis legem indicere, atq; eorum curiositatem cohibere. Nam quemadmodum foris sunt lubrici: ita mente sunt vacui. Erogantes quippe spirituale patrimonium, porcorum cipiunt siliquis satiari. Refectionem deserentes internam, foris pericitatur fame. Hos per Prophetam arguit dominus, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor autem eorum longè est à me. Intra nos est regnum Dei, intra nos habitare uult Deus. Ea propter segre-gauit nos à turbis, ut intendere possimus ei, qui intendit nobis. Nostra non uult Deus, sed nos. Qualiter autem, audis: Fili (inquit) præbe mihi cor tuum. Cor postulat nostrum, ut illud possideat, illiq; spiritualiter loquatur. Loquitur enim pacem in plebem suam, & in eos qui conuertuntur ad cor. Vidēsne, quæm grande malum sit, & quanta factura cor suum uagari permettere extra se? Vbi non est cor, neq; loquitur uerbum, nec habitat sapientia. Vbi deest sapientia, quid boni esse potest? & quid mali deficere? Hinc tentationes pulsant, impudicæ cogitationes confundunt: inutiles & sine intellectu dissipant pacem, spargunt dulcedinem, caritatem frigefaciunt, eneruant constantiam, lumen obte-nebrant, odia nutrunt, animamq; debilitant. Ambulantum itaque in spiritu hæc potissima regula est, secum infatigabiliter habitare: internos componere motus: cogitationes ordinare: intentiones dirigere, atque depurare affectus. Quicunq; his uacat, pugnat contra se. Nemo igitur potest esse perfectus, nisi caritatis zelo succensus seipsum superare didicerit. Nullus absq; sui odio perfectè ualet triumphare de se. Nemo autem laudabiliter potest odisse se, si non puro corde dilexerit Christum. Is autem, in quo Christi seruet dilectio: hilaris est ad proximorū obsequia, in oratione deuotus, in aduersis fortis, in prosperis humiliis, & in omni uitæ successus. Nunc mundat se, nunc ascendit supra se, nunc fraternali amore ductus prudenter egreditur extra se. Siue mente excedimus Deo (inquit Paulus) siue sobrii sumus nobis, caritas Christi urget nos. Vidēsne perspicuè uolentium in spiritu militare Christo, quæm necessarium sit interna exercitatio, & mentis indecessa custodia: quæ proculdubio carnis abdicatis illecebris possidetur? Porro uniuersa patrum instituta, & omnes Christianæ professionis cærementia ad compositionem interioris hominis esse ordinata noscuntur. His autem quicunque tantum inhaerit, spreto interiori exercitio, ligna, foenum, stipulam superædificat, quæ repente ab igne tribulationis consumuntur. Nam quemadmodum sine caritate hominum & angelorum loqui linguis, habere fidem, scire omnem scientiam, totam erogare substantiam, nihil prodest: ita absq; spirituali intelligentia & interiori gustu exteriore cærementias exercendo, ad perfectionis non ascenditur culmen. Nequaquam illa damnabilia sunt, sed in spiritu exequenda. Non enim debent omitti, neq; decet illis finaliter inhaerere, sed pro instrumento uti, donec homo interior coalescat, & roboretur: sciatq; ascensiones facere in se, & habitare in Christo. Tunc sine lege quæ legis sunt, facit: & sibi ipsi per inhabitantem gratiam sufficit ad profectum. Qui talis est, semper habet unde crescat, gradatimq; ascensio sine tædio certat, sine repulsa ingreditur, & absq; reflectione progreditur. Talibus profecto studijs olim ecclesia gloriabatur in patribus, & ceremonijs Dei honorabat in sacris: nunc autem speciem tenus fulget exterioris, & corticem perfectionis ostendit. Si quid habet boni, quamvis parum comparatione præcedentium temporum introrsus latet. Nam (testante Propheto) omnis gloria filiae regis ab intus in fimbrijs aureis. Iutus in fimbrijs aureis gloriam suam habere perhibetur ecclesia propter eos, qui temporalis gloria nitorem spennentes in suæ puritate conscientię, atq; in interiori mentis arcano sua opera recondentes diuinam gloriam ambiunt, & solius conditoris oculis placere concupiscunt. Hi autem intus desiderijs ignescunt sanctis, sursum feruntur in cœlestia uehiculo caritatis: & suauitate quadam spirituali delectabiliter in Christo requiescant. Istorū studia coram Deo fulgent: tametsi ab hominibus nesciantur. Sunt prorsus pauci numero, qui interiori exercitio mentis uacent: quoniam carnis operibus, atq; curiositati sensuum oppositum est. Arcta quippe est uia spiritus, que ducit ad perfectionem, & possidere facit Christum uerum illa, quæ carnis voluptatibus indulget, lata est, & innumeræ per eam graduuntur. Maxima exuberat in his multitudine eorum (scilicet)

Laur. Justin.

Math. 15

Pro. 25

2.cor. 5

Psal. 44

Cc 3 qui

qui renunciasset seculo, & Christo seruire uidentur. Tales namq*ue* in se fouet ecclesia, suisq*e* spiritualibus nutrit alimentis illos non re*fecit*, quāuis tepidos: sed ueluti infirmos mulcet. Pr&gt;stolaturq*e*, si forte reuiuiscant, & sibi displiceant. Admonita siquidem à sponso Christo frumentum & zizaniam pariter sustinet usq*e* ad tempus messis. Tunc combustis igne zizanijs triticum purum in cælorum horreis congregabit. Nunc autem sinit utraque crescere: ne triticum cum zizania eradicetur. Nunc, inquam, gemit præsentis temporis temorem & suorum petulantiam membrorum. Quæ enim consuevit innumeras Deo offerre animas: in quibus iucundissime declinabat Christus, impræsentium difficile inuenit, quas offerat. Poterat nempe quadam agitari diffidentia, nisi præmonita ante fuisset à Christo. Abundauit iniquitas, inquit, refrigerescet caritas multorum. Refrigeruit utique, & penè extincta est. Nam declinauerunt omnes, simulq*e* inutiles facti sunt. Quam obrem ualde pertimescendum est, ne securi ad radicem adposita paterfamilias infructuosas arbores succidi iubeat, atque comburi. Quoniam uero non est voluntatis Dei mors impij, sed magis ut conuertatur & uiuat: quotidianis nos aduersitatibus pulsat: affligit languoribus: temptationibus concutit: cladibus premit: bellorumq*e* crebris insultibus stimulat: unumquenq*e* hortatur, ut redeat: ut non imminent uoluatur exitio. Clamat præcipue ad seruos suos, ecclesiæq*e* ministros: a quibus non mediocriter per Prophetam offensum se esse conqueritur. Si inimicus (inquit) meus male dixisset mihi, sustinuisse utiq*e*: & si is qui oderat me, super me mala loquutus fuisset, abscondisse me forsitan ab eo. Tu uero homo unanimis, dux meus, & notus meus, quem simul mecum dulces capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum cōsensu. Iterumq*e* ad unitatem eorum ait: Homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me supplantationem. Ampliauerunt planè supplantationem ignariorum, atque beneficiorum ingrati. Ipsi prorsus debuerant zelare honorem Christi, populorumq*e* salutem, quibus traditæ sunt cælorum claves, & referata mysteria, atque præcipua caritatis prærogata sunt signa. At uero ubi abundauit gratia, superabundauit delictum. Nam quo est grata cumulatior & status sublimior, eo casus est grauior & dannabilior culpa. Quæ uero est excellentior dignitas, quam diuino mancipatum esse obsequio, & sacramentorum Christi esse ministrum? Iltis ob uocationis priuilegium, quæ secularibus leuia sunt, grauissima deputantur. Duplici iudicio quando publicè delinquent, efficiuntur rei: & de proprio scelere, & de malo proximorum exemplo. Nam qui mundi intercessores existunt, quomodo caritatis officium complebunt, si conscientia sordida, & deprecatio fuerit remissa? Pudeat igitur nos sola corporis ostentatione militare Christo, pudeat negligenter uiuere, nullam exhibiti amoris rependere uicem. Tales simus, quales existimamur: nostraq*e* professio exigit, non aliud habitus, & aliud conuersatio prædicet: diuinis intus placeamus obtutibus, & foris hominibus propter Deū. Emendemus in melius, quæ negligenter, seu ignoranter peccauimus, quatenus pro reformatione nostra exultent angeli: & sancta mater, quæ corpore nostro doluit, lætetur ecclesia. Supponamus manus ruituræ domini, ne cum illa pariter obruamur. Cordis nostri habitaculum componamus, & procedamus obuiam salvatori nostro. Ad spiritualia studia mentem cum humilitate uiriliter coaptemus, ut non superuacue Christianitatis suscepisse conuincamur insignia. Id autem quomodo perfici debeat, nedum nobis, uerum etiam singulis Deo placere cupientibus sequentia referabunt.

Qualiter anima reformatur, & ad perfectionis fastigium prouehatur.

  
Voniam anima rationali in ihs, quæ in hoc mūdo sunt cōdita, nihil est excellētius ea potissimum, quæ abdicato ueteris hominis errore in nouitate ultæ cōuersatur: Deo esse censem⁹ est gratum animarum spiritualibus uacare profectibus. Singulare prorsus hoc est munus, paucisq*e* concessum. In secularibus negocijis, in mundi agibilibus, in exteriorum curis sufficiunt multi: quoniam in ipsis facile humana mens delectabiliter occupatur, siue cupiditatis impulsu, seu lege necessitatis, uel forte inanis gloriæ appetitu. Ardentius quippe quisq*e* humano fauore allicitur, quum id quod laudabiliter agit, operatur pafam, quam quū peragit in occulto. Rarus profecto reperitur, qui solo testimonio contentus sit diuino. Hoc probatissimum uirorum est proprium, qui in lumine ueritatis intorsus gradientes Deo

- A. Deo tantum placere concupiscunt. Talis Apostolus erat, cuius iam conversatio in cælestibus habebatur, ideo discebat: Mihi pro minimo est, ut à uobis iudicer, seu ab humano die: sed neq*e* me ipsum iudico. Et alibi: Gloria (inquit) nostra hæc est testimonium cōscientiae nostræ. Hoc idem perficiunt, qui caritate Dei & proximi dilectione suauiter accensi, omne quod faciunt, conditoris obtutibus representant. Nam uerus amator illud semper conatur perficere, propter quod ualeat placere dilecto. Tanto nanc*que* magis quilibet diligi delectatur: quanto ardentius diligit, & eo amplius, quo diligitur, diligit. Habet enim uicissitudines amor, & absq*e* communicatione esse non ualeat: quatenus amore reciproco nutriatur. Agnoscat igitur quisq*e* à Deo se dilig*it*, ut puro eum possit amare affectu. Agnoscat, inquam, amoris illius mensuram, qualitatem, finem, & causam: quatenus ipsum affectuissime debere diligere non ignoret. Quis diuini amoris sufficit explicare mensuram? Dilectionis eius quis potest edicere qualitatem? Quid autem fine amoris Dei ualeat esse sublimius? Nihil præterea cogitatur dulcissimus amoris Christi causa.
- B. Sine modo humanū genus diligit, & absq*e* mensura: sua (uidelicet) caritate, quæ æterna est & immensa. De hac ait Apostolus: ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, latitudo, sublimitas, & profundus: icire etiam supereminentem scientiam caritatis Christi. Qualitatem caritatis illius uis nosse: Utiq*e* pura est, simplex & gratuita. Non præuenerunt merita, nō interpellauerunt preces, ut diligeret nos. Non ex operibus (inquit Apostolus) iustitia, quæ fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. De caritatis fine quid dicam, quum ipse unigenitus Christus sicut principium, ita & finis sit, ipso perhibente, qui ait: Ego sum alpha & omega, principium & finis. Et Paulus: Finis legis, inquit, Christus est ad iustitiam omni credenti. Quo fine dilexerit apostolum loanem audi: Quum dilexisset suos, qui erant in mūdo, in finem dilexit eos, tradens semetipsum hostiam patri in crucis ara pro expiatione peccatorum. Cur autem nos diligere uoluerit, inquit Apostolus: Mortuus est propter dilectionem nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Alibi quoq*e* euidenter causam amoris eius indicat C dicens: Qui tradidit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniuritate, & faceret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Et hæc in præsenti. In futuro autem quid per ipsius dilectionem consequemur, Petrus apostolus aperit, dicens: Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundus magnam misericordiam suam regenerauit nos in spem uiuam per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, & incotaminatam, & immarcessibilem, conseruatam in cælis, in uobis qui in uirtute Dei custodimini per fidem, in salute paratam reuelari in tempore nouissimo. Videsq*e*, profunda sint caritatis Dei mysteria erga homines? Transcedunt intelligentiam, supergrediuntur dignitatē humanā. Nempe talis est amor Christi, ut si mente tractetur, retineat corde, & intentione sedula reuoluatur, affectu accedat, cōponat mētem, reformet uitam, roboret desideria, uirtutes augeat, & ad reddendum amoris uices prouocet meditantē. Reddas, inquit, nō ex pari, sed iuxta posse. Ex pari enim quis amori Christi satisfacere ualeat, ratione affectus, quam ratione actus? Utrumq*e* potius (ut sic dicitur) diuinus, quam humanus D est. Diuinus tamen illum esse dixerim & humanus: diuinus, inquam, propter inhabitans & dirigens uerbū: humanus autē propter hominis susceptionem. Nullus igitur hominū, sed neq*e* angelorū Deum diligere uel operari pro Deo potest, quātū ipse Dei & hominum mediator homo Christus Iesus dilexit & fecit. Debemus tamē Deū diligere ex toto corde, totisq*e* uiribus, quātū nostra admittit possibilitas: & in illis occupari, quæ ei nouimus fore gratissima. Porro quātū multa sint opera laudabilia, quibus delectatur Deus: præcipue tamen ihs, quæ honorem suum & lucra concernunt animarū. Ambo hæc pariter currunt, nec in uita hac ualeat ab inuicem segregari. Honorare quippe Deū cōgruētus nō potes, q*e* in hominis anima, quæ diuinā in se gestat imaginē. Illi nāq*e* nec addere, nec detrahere sufficiat. Reliquit in hoc seculo similitudinē sui (uidelicet) hominē, de quo dicitur: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostram: quatenus omne quod illi honoris impendere uolumus, in eius exhibeamus imagine. Nō autem sic intelligendū est, ut honorem latrīx, qui soli Deo debetur, etiam hominibus impēdamus, quod est nefas pessimū: sed ut dilectionem & honorem, quē Deo soluere cupimus, in Dei imagine demostremus ergendo illam quātū possumus, de lacu miseris & de luto fēcis; tanquā si quis

2. Cor. 4  
2. Cor. 1

Tū. 13  
Apoc. 1. 22  
Rom. 10

Eph. 5  
1. Pet. 1

Gen. 1

quis pater familiâs peregrinè proficisciens unicum sibi superstitem reliqueret domi, man daretq; cunctis omne humanitatis illi præbendum esse obsequium. Sic dominus noster proximos præcepit diligi sicut se. Dilectionemq; suam & proximi unum esse asseruit, dicens: Primum mandatum & maximum in lege est. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Secundum autem simile huic: diliges proximum tuum sicut te ipsum. Di lectio itaq; Dei & proximi, quemadmodum unum mādandum: ita & honoris Dei zelus, & salutis animarum desiderium unum sunt de caritatis Dei radice proueniens. Quod enim in lucro peragis animarum, si puro operariis corde, ad Dei honorem perfici, qui in sua agnoscitur atq; honoratur imagine. Ceterū si Deum honorare conaris, non aliter melius, quam in hominis salute poteris actitare. Attende, oro, quid in aduentu suo fecerit mediator. Et nihil in eo reperties, nisi paterni honoris, & salutis animarum zelum. Ambo hæc infatigabiliter concupivit. Ego (inquit ipse) non quero gloriam meam: sed eius qui misit me. Alibi quoque ait: Ego honorifico patrem meum, & uos inhonoratis me. Ignotum autem animarum suum zelum centum ouium, & unius perdite atq; repente parabola manifestat. Quantam erga humani generis salutem curam adhibuerit, insinuat, quem hominis descendens ab Hierusalem in Hierico referavit misterium. Paucis nanque ineffabilem sui cordis expressit ad homines caritatem: quam quisq; is sufficienter per cunctari voluerit, abundantius in factis, quam in eloqujs recognoscet. Cur ita dauerit, orauerit tam sedulò, lacrymatus sit frequenter, naturę perperitus sit necessaria: es, frigoris, lassitudinis, caloris, nuditatis, laboris, fatigationis, doloris, tardi, pauporis, & talia huiusmodi peccati poenae sine delicto: si quis inuestigare voluerit, prorsus propter hominum exemplum profectumq; reperiet. Nam & ipsius prædicationis discursus, pecuniam compassio, mortuorum resuscitatio, languecum donata in columbas, catenorumq; perpetratio miraculorum, vincula, uerbera, conuicia, alapæ, spura, flagella, acutisq; potatio, crucifixio, & mors nū aliud dicitur. Venit tanquam fortissimus gigas ad perferenda humani generis debita in carne sua, prout Propheta testatur, dicens: Vulneratus est propter delicta nostra: attulit est propter sceleram nostram. Et per eundem Prophetam inquit: Propter scelus populi mei perculsi eum. Venit, inquam, ueluti uenimus pastor ad revocandas errantes oves, easq; pascendas, sicut per Prophetam ait: Ego requiram oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus disperse fuerant & educam eas de populis, & inducam eas in terram suam, in pascuis uberioribus pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum: ibi requiescent in herbis uiribus, & in pascuis pinguis pascetur super montes Israel. Congruentius queppe assumptionis suae ne quoniam gravitudinis soluere debitum, ac honoris ipsius reformare dispensia, quam per reparationem speciei humanae, qua mediantate maxima pars eius deperierat gloria, non substantialis, sed communicabilis atque ostense. In ipso & per ipsum hominera nedium redintegrationem, atq; quod defeccerat perfectionem est, seruacione superadditum, operante hoc mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu: & in membris mystici corporis sui optimè perficiente. Nempe quicquid operabantur Apostoli, Caritas operabantur in illo: quicquid loquebatur, loquebatur ipse in Paulo: quem admodum idem fateatur, inquit: An experimentum eius quoniam, qui in me loquitur Christus? Sic etiā universis sanctis Dei spiritu seruidi, donorumq; suere fecundi. Erant in corpore membra uinculata eodem spiritu, quo corpus, caput sui zelatus gloriam, & membrorum singulorū spiritualēm profectū. Hinc membrorum virtutibus locupletati in corpore gloria & honore sublimati sunt. Connexuere sibi non ut parentes primi foliorum perzonata, sed immortalitas tunica sole septemplicius refulgentem, de necessitatibus uicq; pauperum, de compassionibus afflictorum, de iacentium creatione, de uicio nū certanissima, de peccatorum conversione, de fidelibus proficiens, atq; de impensis beneficis, præficiens, iustorum. Talibus procul dubio floridjs spiritualis adficiuntur, cuius cacumen celorum alta penetrat & transcendit. De multis, inquam, confirmant laudibus, in qua cogitabunt, quoniam sanctiorum suffragij laudabiliter in hoc seculo conservantur. Excolunt enim dominum Sabaoth uinea spiritualis, & electi palmarum inferuntur in illa: quatenus maturos ex se botros procreant, de quibus exprimuntur omnia, caritatis incendio cor hominis karificate sufficiens. Optimum inique & acceptabile Deo

A Deo opus est pro honore ipsius utilitatibus animarum insistere, illarumq; cōtinuum fructum spiritualem acquirere, nō sibi, sed domino. Qui enim quicquā sibi uendicat, quod debetur Christo, fur & latro est: eo damnabilior, quo Deo cariora prædatur. Honorem suum nulli unquam tribuere uoluit, dicens: Honorem meum alteri nō dabo. Quāobrem in eo quod agimus, humilitatis seruanda est censura. Altum nil sapiamus, nihilq; ascribamus nobis, quod gratia cooperante perficiemus. Amittimus prorsus laboris meritū, quietes inflamur, & alienam diripimus gloriam. Debet namq; qui gloriat, in domino gloriarī, ut probetur, dicitur, coronetur, probetur esse fidelis, dicitur uirtutibus, coronetur gratia. Sibi nempe coronā fabricat preciosorum lapidum uarietate decoratam, qui proximorum desudat profectibus, & Deo medullatū exhibit caritatis obsequiū. Si tamē humilier & recto cōsummauerit corde. Nō em minus odibilis est elata, quam obliqua intentio. Vt trunq; ad ueritatis regulam cōponendum est, quatenus qui prodest alteri, conditoris munus agnoscat, & fratris utilitate cōgaudeat. In altero quidem humilitatē: in altero uero diuinam in se custodiat caritatem, quæ proximū sicut se diligere mādat homini. Rectus hic amoris est ordo, ut nō plus q; se, nec quantum se, sed sicut se, quisq; diligit fratrem: eadem (uidelicet) caritate, eadem intētione, eodemq; fine. Hinc uerissima distinctione colligif, ut qui odit se, sicut licet, proximū diligere ne sciat. Vis audire, quis odit se? Propheta inquit: Qui diligit iniūtatem, odit animā suam. Nempe animā suam, seq; odisse conuincitur: qui quāuis foueat carnē, & ab omni se corporis aduersitate custodiat, quod iniūtū est, amare cognoscit. Quomodo autē alterū laudabiliter diligit, qui ignorat se? Discat igitur Christianus prius diligere se, ut proximū irreprēhēsibiliter ualeat diligere sicut se. Nā superuacue laborauit in altero, qui suimet curā negligit. Se uero quisq; tunc diligit, quū Deū ex toto corde, & ex omni diligēt mēte: & propter ipsum cūcta que diligit. Debet igitur se diligere propter Deū, qui recte se diligit. Legitimē caritatis regula, & sanguis doctrinę magisteriū ab unoquoq; incipiat, qui diligeret proximū proficie instruere cōcupiscit. Est enim uita laudabilis, & mens cōposita quidā præceptor dignissimus, qui siue taceat, siue loquat, semper utiliter monet. Vidēlne, qualis esse debeat, qui proximorū cōmodis inseruit? Parū proficit sibi: quanq; alteri intendat, qui erga se minus sollicitus est. O q; multos in gremio suo nutrit ecclesia, qui adeò alijs uacāt, ut de se uix cūrent. Cordium aliorū latebras querunt, cogitationū affectionumq; per cunctātur causas tentationibus proximorū remedia præbere conantur, & ad se raro, aut nunquā sicut decet, redeunt. Taliū non redargimū studia, si recta fiant intentione. Bona faciunt, sed utinam bene: zelum Dei habent, sed nō secundū scientiam. Quare nō secundū scientiam. Nisi quia non secundū legē, neq; secundū Deum. Non intelligūt dominū dicentes: Quid prodest homini, si uniuersum mundū lucretur: animæ uero suæ detrimentū patias? Quo modo detrimentū non patitur, qui se neglecto immoderatius iusto aliorū curam gerit? Nullus plus de alijs, q; de se debet esse sollicitus. Pro se singuli rationem reddent. Omnes (inquit Apostolus) stabimus ante tribunal Christi: & unusquisq; rationem reddet eorum, quæ gessit in corpore, siue bonum, siue malum. Componenda est igitur causa propria: deinde si potest fieri, etiā aliena. Placet tantū diuino cōspectui offerētis munus, quā tum ille, qui offert. Nempe si offeras Deo omnes seculi diuinitias, omneq; genus humanū cōuertas ad fidē, & tu ipse illi displiceas, nihil obtulisti: si autē præter te nō habeas, quod offeras, plurimū obtulisti. Quid (oro) obtulit mulier illa sancta, quæ duo æra minuta in gazophylaciū posuit? Cur à domino plus ceteris cōmendatur? Non utiq; propter numerum, sed ob præcipuum deuotionis affectū. Attendebat, qui tunc aderant, offerentium munera: dominus aut singulorū uota: ideo illius, quæ amplius saceritate pollebat, prælatū est donū. Nō enim in nitoribus sacrificiorū delectatur Deus: neq; per adipis uel incensi odoramenta placatur: sed per orationis instantiam, cordis munditiam, caritatis fragrantiam, & sanctitatis uitam. Non in sacrificijs (ait dominus ad Israel per Prophētā) arguam te: neq; si esuriero, dicam tibi: meus est enim orbis terræ. Quo autem sacrificio honorari uelit, intulit dicens: Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua: inuoca me in die tribulationis, eruā te, & honorificabis me. Alto etiā in loco diuinus sermo uidenter exprimit Deum magis uitam hominis approbare, quam munus. Respexit inquit Deus ad Abel & munera eius: ad Caym aut & munera eius nō respexit. Esto igitur talis,

ut tua non repudietur oblatio. Esto, inquam, mundus & sanctus: siq̄ oculūs tuus simplex, ut offerentis & oblati libamen suscipiat Deus. Noli de uilioribus rebus hostias offerre, sicut Caym, qui reprobatus fuit. Imitare Abel in sacrificio, ut illum imiteris in gratia. Est quippe sacrificium iuge & medullatum, quo delectatur Deus: animarum (uidelicet) lucrum. Hoc si obtuleris rationabiliter, plurimam gratiam consequeris & gloriam. A te ipso (sicut dictum est) inchoa: ex te experire, quid in alijs debeas: excole propriam uiuēam: in fructuosos præcide palmites: fœcudos infere, ut tanquam bonus agricola patris familiās expectatum reddas fructū. Te si spiritualiter excolueris, alios etiam iuuare ualebis. Nempe singulare conditoris est munus posse offerre Christo, quod diabolus abstulit, peccatum interemit & mors. Gratia indiget plurima, caritate fetida, & sapientia non modica, qui proximorum animas per spiritualem profectum ad uitam resuscitare conatur. Absq; enim gratiae adminiculo quis presumere audeat posse facere quicquā dicere domino, sine me nihil potestis facere? Nā quāuis homo à se de se aliquid boni ualeret, nil omnino ualeat in altero: quoniam libero quisq; utens arbitrio suæ potestatis est al sensum suadenti præbere. An nō uerba possumus ueluti semina iactare: annunciarē futuram felicitatē, & æterna supplicia? Minimē tamē corda cōpungere, animū flectere int̄iore: auditum aperire, affectū promouere, & gratiam infundere. Hæc solius Dei sunt per cōsensum audiētis & recipiētis. Quēadmodū imber de cælo cadēs terrā inebriat, & eam germinare facit: ac dare semē serēti, & panē ad māducandū: sic & gratia cælestis cū in humanū labiſ cor, rigat illud deuotionis dulcedine, madefacit cōpunctionis rore, & per sancta desideria uirtutū atq; honorū operū fœcūditatē p̄ducit ad publicū: quatenus intuētes agnoscāt nō ex in fructuosa arbore, sed de latēte diuinę benedictionis radice uniuersa laudabilia gesta prodire. Prorsus humanus inutilis est arboris trūcus, si nō intrinsecus Dei gratia operet. Nemo ergo arroget sibi, quū sermōes ipsius audiūtur & germināt: sed cōditoris sui ascribat gratię: quoniam (testāte Apostolo) neq; q̄ plātat, neq; q̄ rigat est aliquid: sed q̄ incrementū dat Deus. Dei em̄ cooperatores esse possumus, & ministri gratię illius: autores autē minimē. Nos instruit per se, quādo proximis bona suademus, & per nos illos: sic quod tam in agēte. q̄ in percipiēte ipse operat, ut nullus nūl in dño gloriā: q̄ singulis (prout uult) spiritualia dona partit. Quū ergo nō sit uolētis, neq; currētis, sed miseriētis Dei bene agere, postulet ab ipso: quisquis proximorū saluti cupit curā impēdere: gratiā huiusmodi, ne inaniter elaboret. Quūq; illā p̄cepisse cognouerit, Dei uerbū diffusinet in audientiū corde, nō pro priuata gloria, neq; p̄ temporali cōmoditate, sed pro honore dñi proximorū profectu: ut ex caritatis fœcūditate cōsciētia propria horrea impleat: & impredabilibus locupletet diuitijs. Verū cui talis deest caritatis affectus, se custodiat, ne à cæli uoluctibus, seu à terre animātibus diripiatur, quod seminat: & ipse sine fructu persistat. Duplices hos caritatis affectus arbitror dominū insinuare uoluīs, quū binos ad prædicandū Dei regnū discipulos delegauit. Innotuit equidē neminē debere præsumere erudire alios, qui affectu non fuerit caritatis impulsus. Nemo ad opus hoc se debet ingerere: nullus quanquam instructus audeat sua sponte cæteris præsidere. Prius quisq; mitti atq; compelli se sentiat, quām accedit. Quomodo prædicabūt (inquit H Apostolus) nūl mittātur? Mittuntur autē, qui accenduntur, & imbuunt, ut pergāt. Missi prophetæ, missi etiā apostoli fuere à spiritu ad lucrandū animas. Audi qualiter ante quā mitterēt, iussi sunt in ciuitate sedere, & orare, donec induerēt uirtutē ex alto. Sed ētib; itaq; illis ac orātibus repentina sonitu facto, descēdit super eos corporali specie spiritus sanctus, adeoq; cōplete illorū corda caritatis igne, ut ardoris eius uim sustinere nō ualēt, prodeūtes ad publicū maxima cum autoritate cōfluentibus ad se prædicaret Iesum. Illos prorsus paracletus cōpulit prædicare, quos caritate gemina decorare dignatus est. Hac quicquā caruerit, parum alijs: sibi uero nihil proderit. Absq; igne quis ignē accendet: & sine caritate quis caritatis officiū cōsummabit? Ardeat dilectionis flamma semper in te: quatenus calore tuo proximorū excutiatu repor, imo accrescat amoris incendium: quo præteritarū negligentiarū rubigo deleatur. Poteris plane inflāmare cæteros, si fueris tu caritatis incendio cōcrematus. At tu si frigeas, si torpore iaceas, nullamq; honoris diuini, & fraternalē æmulationis sentias famē, quid proferes? quid proficies? Erunt utiq; audientiū corda lapidea & impenetrabilia, quēadmodū tuū. Eris, inquā, tanq; æramen-

A mentum sonās, & cymbalum tinniēs. Habeto itaq; geminā caritatem: Dei (uidelicet) & proximī, ut eodem, quo tu, repleantur spiritū, qui erudiuntur abs te. Habeto etiā prudentiam: non carnis, quæ mors est, sed spiritus, quæ est uita & pax. Quid (oro) prodest repētē congregare diuitias, repenteq; dispergere illas? Multas spirituales imprudentia dissipauit opes: plurimi impertitam sibi gratiam defectu amiserē prudentiæ. Nempe in repartitione nuper conuersi magis est adhibenda solertia, quoniam uirtute & experientia cāret, tanquam ab uberibus abstractus m̄tris. Inuaidus quum sit ad solidum capiendū cibum, molli ac delicato alendus est cibo. Omnibus à peccato ad Deū redeūtibus tria generaliter congruere dixerim: ut (uidelicet) agnoscāt Deū, agnoscant se, præsentisq; uitæ peregrinationē. Funiculus hic triplex quo quis tentationum & tribulationū euentu difficultē rumpitur. Nempe ubi diuina abest cognitio, seculi inest delectatio: carnis uiget concupiscentia: dominatur ignorantia, seruitusq; peccati. Quomodo non regnet delictum, quum libertatis desit sp̄ritus? Vbi enim sp̄ritus domini, ibi libertas, ibi cordis lātitia, lumen mētis, gratiarum actio, desideria sancta, depuratus affectus, & æternorum amor. Prevalent profectō tenebrae, ubi Dei cognitionis lux est, & in eo tenebrae non sunt ullæ. Deficiente lumine longē est Deus: absente Deo abest uita, abest gratia, abest pax, abest omne bonum. Sicq; peccatum deserit nequit, neque exerceri uirtus, per quam collata custoditur gratia. Qui amorem tu, qui cupis sub fasce delictorum sepultas animas erigere, erectasq; seruare: illas ad Dei cōuerte noticiam. Insinuare stude eisdem quām bonus sit Deus, quām dulcis, quām misericors, & pr̄stabilis super malitia hominum. Modicū laborabis, si diuinæ consolationis, uel parua stilla, id a degustabunt. Nempe anima, quæ sapit Deum, & caritatis illius flammulā in corde percepit, sponte, impellente nemine, trahente patre, consentiente ratione currit ad ipsum. Ipsū diligit, & uniuersa illius mandata custodit. Præcipua difficultas bene operandi in diuinæ cognitionis deficitia est. Hic labor (inquit Propheta) est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam. Nō ualeat omnino præsentia cōtemnere, & inuisibilita C amare, cui necdum datū est per fidem nosse Deum. Per fidem dixerim, nō per apertā cognitionē. Quādiu in hoc mortali corpore sumus, ambulamus per fidē, uidemusq; Deū per speculū in ænigmate. Huiusmodi enim uisionis contemplatio quāuis amantibus & perfectis exigua esse uideatur: quoniam concupiscūt speciem: est tamen incipientibus magna, atq; prorsus necessaria. Per ipsam quippe renouatur de die in diem, & tanquā parū ad uitū ablactatur à consolationibus mundi. Nutritur enim manna abscondito suavi & mellifluo, & de animali rationalis efficitur. Insuetis delectationibus pastus quām dulcis & rectus sit dominus, experimento dicit. Hinc luctus seculi conuertitur in gaudium, & interioris hominis domus: quæ negotiationis, uoluptatis, & dissensiōis esse cōsueverat, sit orationis templum, & sp̄ritus sancti habitaculum. Eo namq; spiritualis superabūdat lætitia: quo agnitiæ ueritatis lumē accrescit, & fidei clarescit notitia. Ipsa enim pr̄eūte proprie cognitionis pædagogus existit: & ingerit siue de naturali ingenuitate, seu de inuata infirmitate scientiam: per quam augetur & dolor non confundens, sed corrigens: nō deſciens, sed attollens. Eleuat plane sui scientia in lumine Dei percepta ad implorationem suffragij, ad emendationem uitij, ad timorem casus, ad cōuersationem laudabilem. Quæ uero per immisionem agitur satanæ, deprimit, confundit, debilitat: & saepissime desperatione interimit. Optimū est igitur in Dei lumine uidere lumen, ne obtutus naturalis caliget, & à recto itinere reflectat animū. Reflectatur, inquā, quū in delictis perseuerat, & in secularibus cōcupiscentijs uolutat, quū carnis uoluptati habenas laxat, & præsens exilium tanquā propriam diligat patriam. Perniciosus profectō talis est amor, dum temporalis uita diligitur uelut perpetua. Præualet tunc aduersarius, dominatur uitium, subuertitur intellectus, & pene omnis sancta deprauatur intentio. O quām detestādum est, & ab humano sensu alienū fluctibus superadficare uelle labentibus, & per momēta singula inhērere cädentibus. Quis in secularibus negotijs nisi infatuatus & stolidus hoc agere niteretur? Quis talia nō argueret perpetrante? Nouit persæpe qui rationis est cæpax, damnare in altero, quod abhorret a uero, & incōsultè perficit. Nouit, inquā, quisq; interdū prudentius aliena iudicare, q̄ sua. Nemo laudaret inutiliter pecunias dispergēt, sed neq; ultrō properantem ad interitū; & tamen penē omnes hoc faciunt, & nemo miratur,

miratur, nec reperitur qui cohibeat huiusmodi, siue redarguat. In hac vita quid preciosius tempore? Nihil & que tam nostrum, tamque proficuum ad promerendum celestia, quam tempus. Misericorditer nobis indulsum est, quatenus per commendabilia opera ipso mediante uitam mereamur aeternam. Hoc optime nouerunt, quicunq; illud amiserunt. Videmus nihilominus apud uniuersos nū tempore tractari peius. Magni astimati homines, quādo iñfructuose illud ualent amittere. Hinc est, quod uacant iocis, nugis, & negotijs inutilibus. Vtū saperent præterita, præsentia intelligerent, ac nouissima prouiderent. Veniet, ueniet necessitatis hora, quando misericordia claudetur fons, & operadi deerit facultas. Veniet utiq; propere, nec tardabit. Tunc piersus oculos aperiet poena, quos nunc claudit culpa. Tunc quantifit presens tempus, noscetur, non ad meritum, sed ad supplicium. Complebitur quod de ipsis contemptoribus loquitur sapientia: *Vocaui (inquit) & renusus, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: tunc invocabunt me, & non excediam: māne confuscent, & nō intrencent me, eo quod exosam habuerint disciplinā,* E

Pro. 1 Math. 19.

*& timore domini non suiceperint: nec acquiescerint cōsilio meo. Merito tene sine exauditione inuocabent, quam nunc exorantem audire negligant. Negligunt, inquam, quia agnoscere difficultant, ubi sunt. Nempe si peregrinationem suam, & humanę decursum naturę meam consideratione aspicerent, omnino resipserent. Impellit proculdubio mortalitas lex ad contemptum seculi, & aeternitatis amorem per defectionis decreū. Vicuum sibi humante succedūr generationes, si more aque deluentis ad aeternitatem pergynt. Hinc Sapiens aiebat: Quid est quod factum est? Vtq; id quod fuit. Et quid est quod fuit id quod futurum est. Generatio uenit, & generatio præterit: terra autem in aeternum fiat. Ipsi igitur, qua in aeternum frateria mansionis nostre iacienda fuit fundimenta. Hanc p̄telegere: Propheta, hanc possidere sperabat, quū diceret: Credo uidere bona domini in terra ciborum. Eccl̄sia Pento (inquit) mea sit in terra ciborum. Ut filios terrae habentes cibos, cōdedit nos Deus. In hac autem utilibili peregrinatione, laboramus, pauperes, in bonis operibus defundamus, quatenus ad illam pertinere ualeamus. Per multas tribulationes (inquit Apostolus) oportet nos introire in regnum Dei, quod est uiuentium terra. G Psal. 25*

1. Reg. 15.

*& regnum cum Christo perpetua existacōsus participatio eius in ipsis. Hanc quæ fuere, quoquot ab initio fuere iustificati in effabilitate. Si aeterna gaudia odoreantes fidem extinxerint. Quonob̄ illius fraternitate illecti mundi oblectamenta, ut fierentia arbitrii sunt, desideranter cupientes felicitatis ipsius fore particeps.*

Psal. 14 10. 1. 4.

*Gaudendo noverant, quid quererentur: & querendo amabiliter eis dilectione flagrabant. unde conuictus efficiuntur amore affectus dicerebat. Sicut amata uera ad Deum uentre uiuunt: quando uenient, & apparebo ante faciem Dei. Verum si inter regnem, quod ibi est, perceperint, alio inquit in loco: Replebamur in horis diuinis uite, tandem ali templum tuum, reuirable in aquitatem. Qualis autem ista! Si summa re piecio bonorum donis illius, et incederemus ab ueritate donis uite, & conseruare uolueremus uer posse eos: quoniam ait apud te est fons uite. Si in luxure tuo uidebimus humanum. Ex concupiscentia carnis solitudo donis illius, & ueritate iniquitatis perpera, quæ in illa est, ad somnū uite. Propheta perueniente finiebat, sciens se debere finiri in ebrietate gaudiis illius, qui est uita carnis. H Psal. 64*

*& oratione deludendam perficia fuisse. Ita profus in seculo suum proclamans, & in regione uiuente, in terra uiuentium, in domo Dei, in cuiuscum saecula sp̄uicat. Hinc ualeat, à qua peregrinationem, quoniam in horis presentis exiliu uiuimus loco. Agnoscamus ergo nos peregrinos esse in hoc mundo, & ambulet nos peregrinatio nostra: taliter curiosa perincere: quoniam in illius ciuitatis portas felicitatis nostra re ualserunt. Non discedatur à cordibus nostris lucis ueritatis euangelium, ut nulli liberet nobis, quod in proximo uideatur delectabilis pulchritudinē, sc̄ in ueritate neq; amicis nostris retardator prole. Quis tristitia est, qui sp̄uimus Dei plenius genitudo uoce dicebat: Hinc ualeat, quia incolatus mens prolongatus est habetani combabitibus Cedri, uuln̄ excolla suis anima mea. De facilitate gradat aeternae patrum gaudia corda levare poterimus: filii uite in uelox uenimus nos peregrinos esse & adiuuare. Hoc uolens apostolus inquit: Obsecro uos carissimi: tanquam adiuuas & peregrinos ab illis uite nos a camiliis desideremus, quæ militari aduersus animam: quæ inq; naturaliter tendit ad suum ad-*

A ad quæ possidenda condita est. Videsne quam opportuna sit saluandis præsidentibus & subditis: secularibus & religiosis: incipientibus atq; perfectis præsentis peregrinationis ista cognitio, quæ minime haberí potest sine Dei & sui cognitione: In hac quippe trifaria cognitione omnis perfectionis fundamenta subsistunt: supra quæ non uniformiter ab uniuersis superadficandum est. Aliter namq; qui secularibus negotijs detitus, atq; aliter qui sub disciplina consiliorum celestium se Deo dicauit, habere se debet. Singuli singula statui proprio cōgruentia studeant adimplere. Nā quod uni componit: plerunq; alteri oppositum reperitur. Quamobrem qui rei familiaris curæ & exteriorum administrationi intendit: quoniam nequaquam consiliorum ualeat perfectio nem sectari: quia diuisus est: præceptorum Dei conetur legem perficere: sine qua ad salutem non potest attingere, dicente domino postulanti: Si uis ad uitam ingredi seruamdata. Nam absq; obedientia hac, uana est hominis spes, & fiducia temeraria. Prorsus impossibile adulto est sine obedientia præceptorum peruenire ad regnum. Magis (sicut legitur) placet obedientia, quam uictimæ. Nempe per hanc probati sunt in uoluptatis paradiſo parentes primi: quam quoniam minime seruauerunt, de regione illa in hoc ærumnosum exilium depulsi. Legem quoq; naturæ habuerunt: qui decalogi præcesserunt legem. Legem habuit Hebreorum populus: sub lege etiam constituti sunt, qui in plenitudine gratiæ reperiuntur. Vnde quemadmodum nulla generatio extitit sine lege, ita saluari nequit absq; legis obedientia. Ab hac nulla conditio, nullus sexus, nulla secernitur ætas. Vniuersale est hoc decretum, cui saluandi omnes obtempere coguntur. Diuinæ igitur legi quisq; se sponte subiicit: ecclesiæ statuta custodiāt: ne inordinate degens ordine exigente iustitiae deputetur cruciāndus: ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Lex quidem sancta & mandatum sanctum, & bonū est, per quod reconciliatur homo Deo: reformat seipsum, & rationabiliter uiuit: suppliciū deuitat, acquirit meritum, habilitatur ad gratiam, custoditūr à culpa, & perfectioni fit proximus. Porro quando quis clarius agnoscit Deum: tanto sollicitius legem perficit: ut magis ei placeat, quem agnoscit & diligit. Vbi enim cognitio Dei est: ibi caritas, & ubi caritas, ibi legi custodia. Hæc ab iniuicem separari nequeunt. Præceptorem fidelium audi: Si quis diligit me: sermonem meum seruabit. Docet experientia neminem illi posse obtemperare, quē odit: sed neq; illū diligere, quem ignorat. Da igitur agnoscētē: & inuenies illum amantem, atq; uoluntarie famulanter. Non enim dissimulabit: neq; præceptor contradicet suo: qui fidei illuminatus splendore Deū ueraciter diligit. Stabit utiq; super sui custodia, nec imperatis pretergredietur legem; & ne propriæ infirmitatis limites transeat. Nempe fraternalē caritatis, sanctæq; humilitatis emulator est: cuius exaltatum non est cor: neq; elati sunt oculi, qui non ambulat in magnis: neq; in mirabilibus super se. Amabilis quippe hominibus, & Deo carissimus est, qui proprijs cōtentus aliena non ambit: nemini nocet: nulli detrahit: proximū suum scandalizare seu supplante deuitat. Conuersantibus nāq; in seculo per uigil adhibenda est cura: status proprij nemurā excedat: quoniam ex hoc casus innumeris fiunt. Nō enim absq; tumore metis agitur, quod conditione non congruit facientis. Quomodo censendus est humiliis, qui præ ceteris honorari satagit: qui sapiens in audientiū auribus uult uideri: qui cultu ornatus incedit pompatice: qui præfert diuitem: & pauperis personam despicit: qui simplicem deridet, & humili ac mansuetorum conuersationem obhorret: Hæc & his similia sicut sine elatione fieri nequeunt: ita nec absq; scandalo proximorum. Qui scandalizauerit (inquit dominus) unū de pusillis istis, qui in me credūt, expedit ei, ut suspenatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Formidanda est ista sententia: infirmioribus (uidelicet) uerbo uel facto ponere offendiculū cadendi. Quod toties agitur, quoties improperijs, fraudibus, uerbis mendacibus, detractionibus, impudicis actibus atq; operibus malis uacatur. Ex huiusmodi gestis (ut plurimum) proximi scandalizantur: si displicant: aut ad faciendum talia prouocantur, si placent. Vtique autem modo uāb operanti: quoniam per ipsum scandalum uenit. Minime tamen qui imitatur, effugiet iudicium. Nam quæ seminauerit homo: hæc & metet. Duplicitia uero metet, qui occasionem alijs prebuerit delinquendi. Hinc seculariū quam periculo facit uita, percipitur, quorum conuersatio socialis est cum peccatoribus: cupidis, elatis, Layr. Iusti.

Dd incompo-

incompositis, & moribus effrenatis. Undiq; illis offeruntur scandala, & scelerum mate-  
ria, quæ uix à spiritualibus & perfectis declinari ualent. O quām sēpissime cadūt ut de-  
biles & cæci: o quām frequenter ab extraneis peccata discunt; quæ ignorabant. Malitiosi efficiuntur, impudici, & discoli suasione ac familiaritate delinquentium. Vicissim  
sibi parant laqueos, & mutua exhortatione loquuntur. Venite fruamur bonis: quæ  
sunt, & utamur creatura: tanquā in iuuētute celeriter. Coronemus nos rosis ante, quām  
marcescant, nullū prārū sit, quod non pertransit luxuria nostra, ubiq; relinquamus signa  
laetitia: quoniam hæc est pars & sors nostra. Iстiusmodi uelut mortui iuxta domini sen-  
tentia sepeliant mortuos, & in peruersitatis tandiu subruunt tumulo: donec quadrirant  
foceant: quorum resurrectio proorsus desperanda est, nisi ipse mediator grandi uoce  
per se illos euigilare præcipiat. In hoc etenim profundum malorum ideo dilabuntur;  
quoniam de se nullam habuere notitiam. Poterant quidem in ipso iniquæ conuersatio-  
nis exordio faciliter resipiscere: si se quāti essent, uoluiscent agnoscere: & quām facile hu-  
mana fragilitas ex somite originalis delicti seu ex inoita atq; adulta peccandi cōsueta.  
dine gratia atq; naturalem animæ dignitatē amittat. Hec per se in sc̄ipsis potius, quām in  
libris lymphidius didicissent. Seipsos aut̄ quoniam intelligere neglexerunt: proprie-  
tatiſtabilit̄ perierunt. Verum quām talium salus non sit nisi a domino: funditus ta-  
men desperanda non est. Pro eisdē orationibus & lachrymis eousq; insistendū est, atq;  
divina misericordia imploranda: quousq; qui fuerāt mortui, audiant interias precep-  
tis uocem, & reuiniscant, & ad se redeentes propria errata deplorent: confiteantur deli-  
cta, eademq; largis eleemosynis redimant. Nullum proorsus tam graue delictū est, quod  
sedit; non eleemosynis & oratione purgetur. Nam (facto restante eloquio) sicut aqua ignem:  
ita eleemosyna extinguit peccatum. Fructuosi satis ad promerendam granam ſupen-  
dūt pro Christo pauperibus erogata fore noscuntur. Ip̄sa ſupplementi defectus largien-  
tium, & altissimum interpellant. Abconde (air diuinus sermo) eleemosynam in ſicis  
pauperis: & ip̄sa orabit pro te. Quo mediante Cornelius gentilis mediatoris gratiam  
ad eis ſtali eleemosynis & orationibus. Sic enim habes. Orationes tuae & eleemosynae  
ſyne uite ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Beati plane misericordes:  
quoniam misericordia consequentur. Consequuntur inquā in futuro centuplū: quod hic  
ſimplum tribuum. Cognoscens quippe dominus mortaliū imbecillitatē ad bene ope-  
randū p̄ficit temporales facultates: quatinus per erogationē earū haberent, unde  
poſſent ſibi coeleſtē gloriā uedicare. Da igitur o homo paupenbus, & ſi non tuū quod  
haberet tamē qđ potes. Noli petenti auertire manū, ne à te ſe auertat dominus. Noli de-  
ſpicere proximi neccſitatem, ut & tu non despecchis iudicantis à Christo. Audiuimus nāq;  
es Quoduni ex ministris meis fecisti: mihi fecisti. Nō quid in iudicio dicer: Venite be-  
nedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum eſt ab origine mundi, quia  
iēcūtūtis, quia uigilatis, quia oratis, ploratis, &c. Noone magis quoniam efficiat, & de-  
ditis mihi manducare: ſitui & dediſtis multa bibere, & hospes eram & collegisti me  
nudus & cooperūtūtis me in infirmitate & in carcere, & uifastis me. Nihil alio qui con-  
uerſaris in ſeculo, exigit à te Deus, quām ut mandata illius custodiā: proximum tuum  
 diligas, & pauperibus almonias præbeas. Eroga igitur in opib; patientibus, quod tibi  
præſtitum eſt ut in cœlo recondas theſauros imprædabiles. Peregrinationis uice me-  
mentio, & præmisse diuinas tuas, quo poſt pœnitentiam ſecuturus es. Preſto ueniet hora,  
in qua & tu egebis. Nam dices ille, qui Lazzaro uoluit dare mācā panis, pergit in ſouen-  
tis guttam aquæ: nec accepit. Vicitu rigore tuo mortuus, quod congreuater ſuperest,  
da egentibus, & ipſis in ſeculo gaudebus. Diuibus ſeculū ſumus (inquit Apollolus Ti-  
motheo) præcepte non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuinitate, ſed in Deo ſi-  
uio, qui præstat omnia nobis abende ad ſuendū, bene agere, diuines fieri in openi-  
bus bonis, facile tribuere, coeucommunicare, theſaurizare ſibi ſumētū ſumētū bonum in ſu-  
erum, ut apprehendant uitam aeternā. Audiuimus hoc diuines, quibus temporalium ho-  
norū concessus eſt uſus, qualiter quōne ſine facultate debeat possidere. Neſpe  
quod impetuorū egentibus, ipſorum erit in ſeculo uenitio: quod autem retinendū  
in ſeculo, erit extraneorum. Relinquent (inquit Propheta) alienis diuinas ſuas & fe-  
pulchra eorum dona illorum in aeternū. Relinquent alienis, quod theſaurizant, &  
ignorant cui. O quanto consultis theſaurizarent ſibi ipsiſis, ut uitam ualerent conſe-  
qui aeternam. Mercari poſſunt pro paruis magna: pro terrenis cœlestia, & pro tempo-  
ralibus ſempiterna. Hanc profecto negociationem exercent: qui exili ſui & labentis  
uitæ agnoscunt ſtatum. Hi proculdubio percipientes ſe diu non poſſe tenere: quod ha-  
bent: in tuto ſubstantiam ſuam recondunt loco, eo abundantius: quo uerius peregrina-  
tionis iſtius calamitatis ſentient. Optime ſibi inſeruiunt & cognitio peregrinationis  
præſentis uitæ, & larga ad pauperes eleemosynarū erogatio. Nihil aliud eſt facultates  
proprias tribuere egentibus, quām cumulare in cœlo, quod hic poſſidetur in terra. Bea-  
tus plane, qui miseretur & comodat, diſponet sermones ſuos in iudicio: quia in aeternum  
non cōmouebitur, ſi in ipſis uſq; ad finē pījs operibus perdurabit. Iſta igitur ſunt  
iſtituta diuina, in quibus Christiana mens ſe ſtudeat occupare, quatinus iuxta ſtatum  
ſuum poſſit ad perfectionem ascendere. Nequaquam illi deerit centesimus fructus, ſi  
in eo, quo poſitus eſt, legitime certauerit. Nam æquissimus arbiter, qui ſingulorum  
pensat merita, pro diuerſitate uocationum minime uituti præiudicat. Non enim ex  
uocatione, ſed ex uitutum operatione quisque ſanctificatur. Nam coram Deo una eſt  
iustitiae libra, quamvis uaria ſint ſtatum exercitia in ecclesia: per quā fideles animæ  
quotidie reformantur & crescunt. Maneat itaq; quilibet in ſuī ſtatu uocatione, nec  
coſideret, quid in altero ſeu quid agatur per alterum. Recipiet unusquisque (ait Apo-  
ſtolas) mercedem ſecundum ſuū laborem: ſeculo (uidelicet) deditus, & diuino ſeru-  
uitio totaliter mancipatus. Porro qui corpore tenetur in mundo, & extetiorum eſt  
negocijs intentus, conetur (quemadmodum prædictum eſt) mandata diuina perficere,  
proximum diligere, & peregrinationem ſuam agnoscere. Qui uero mundo renun-  
cians Christi militiae ſe fecit aſcribi: indeſinenter elaboret, & diſcat nunc præfeſſe, nunc  
coeffe, nūc ſubeffe pro actionū & temporū qualitate. Talibus etenim ascendēdi atq;  
descēdendi ſtudijs poterit, & ipſe ad propriæ uocationis perfectionē attingere: ſi tamē  
in eisdem perſeuera potuerit. Disce ergo tu, qui conditoris amore illeclitus inuisibilia  
C bona apprehendere, & ad perfectionem ascendere ſatagis, id quomodo, quo ordine  
debeas. Parum utiq; laborabis, ſi horum ignarus non fueris,, qualiter præfeſſe, coeffe, &  
ſubeffe debeas. Diligenter aduerte, quoniam in hiſ omnis professionis tuae conſiſtit re-  
gula, & perfectionis magisterium. Nunquam coeffe atq; præfeſſe ualebis: ut congruit,  
ſi ſubeffe neglexeris. Ab hoc primo pertingitur ad ultimum. Hoc ſcriptura, hoc ratio-  
nē humana te docet experientia. Quum excelsam domum ædificare diſponis, nūquid  
a culmine ſumis initium? Nonne potius à fundamento: lacis primo fundamentum:  
deinde ſuperædificas, & opus perficis. Nunc ſerua ordinem in tua ſpirituali fabrica, ne  
flanibus auris cōtrarijs, aut inundante flumine euertatur & corrut. Stabit proorsus im-  
mobilis: ſi in humili ſubiectionis fuerit ſoliditate locata. Eſto igitur humiliſ: eſto ſubie-  
ctus, & in ædificatione tua optime proſperabis. Humilitas quippe hæc in actū ſit pari-  
ter & affectu, quatinus Deo placeas, & proximis luceas. Nam exteriora homines, in-  
teriora uero intuetur Deus. Habeto itaque humilitatem cordis: ſicut docuit Christus.  
D Noli te extollere de donis ſpiritualibus, quibus forte proximos tuos carere noſeſis. No-  
li te de naturalibus dotib; inflare, ne amittas quod accepisti, & uelut insipies proprio  
muſrone te peritas. Præſtitit tibi diuina bonitas gratis dona naturæ: ut illis uitariſ pro  
instrumento uitutum, & augmento meritorum. Cauē autem ne elatione tua auferan-  
tur à te talenta gratiæ, & in egestate deficias. Sic enim definiuit dominus: Omni haben-  
ti humilitatem dabitur, & abundabit: ei aut̄ qui non habet, etiam quod uidetur habere,  
auferetur ab eo. Detaſabilis eſt Deo hæc pœnitentia ſuperbiæ, quæ in momēto priuat homi-  
nem diuiniſ ſprærogatis. Nulli unquam pepercit ſuperbienti ſiue in cœlo ſiue in terra.  
Quod Propheta conſiderans dominum deprecatur dicens: Non ueniat mihi (inquit)  
pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi proorsus ceciderunt, qui operan-  
tur iniquitatem, expulsi ſunt, nec potuerunt ſtare. Quamobrem diligenter recogitet  
peccator homo: ſi angelis ſuperbientibus non pepercit Deus: ſed rudētibus inferni de-  
tractos in tartarū tradidit in iudicium cruciandoſ referuari: quid perpeſſurus eſt ipſe, ſi  
aduersus conditorem cordis ſui eeuicem leuauerit? Humilitatem itaq; ſe cōfetur mentis  
Dei ſuī munera pertractet humiliſ, ut preſtantiora percipiāt, & abundet. Exteriore  
Laur. Iuſtis.

aff. 10 ad eis ſtali eleemosynis & orationibus. Sic enim habes. Orationes tuae & eleemosynae  
aff. 15 ſyne uite ascenderunt in memoriam in conspectu domini. Beati plane misericordes:  
aff. 20 quoniam misericordia consequentur. Consequuntur inquā in futuro centuplū: quod hic  
ſimplum tribuum. Cognoscens quippe dominus mortaliū imbecillitatē ad bene ope-  
randū p̄ficit temporales facultates: quatinus per erogationē earū haberent, unde  
poſſent ſibi coeleſtē gloriā uedicare. Da igitur o homo paupenbus, & ſi non tuū quod  
haberet tamē qđ potes. Noli petenti auertire manū, ne à te ſe auertat dominus. Noli de-  
ſpicere proximi neccſitatem, ut & tu non despecchis iudicantis à Christo. Audiuimus nāq;  
es Quoduni ex ministris meis fecisti: mihi fecisti. Nō quid in iudicio dicer: Venite be-  
nedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum eſt ab origine mundi, quia  
iēcūtūtis, quia uigilatis, quia oratis, ploratis, &c. Noone magis quoniam efficiat, & de-  
ditis mihi manducare: ſitui & dediſtis multa bibere, & hospes eram & collegisti me  
nudus & cooperūtūtis me in infirmitate & in carcere, & uifastis me. Nihil alio qui con-  
uerſaris in ſeculo, exigit à te Deus, quām ut mandata illius custodiā: proximum tuum  
 diligas, & pauperibus almonias præbeas. Eroga igitur in opib; patientibus, quod tibi  
præſtitum eſt ut in cœlo recondas theſauros imprædabiles. Peregrinationis uice me-  
mentio, & præmisse diuinas tuas, quo poſt pœnitentiam ſecuturus es. Preſto ueniet hora,  
in qua & tu egebis. Nam dices ille, qui Lazzaro uoluit dare mācā panis, pergit in ſouen-  
tis guttam aquæ: nec accepit. Vicitu rigore tuo mortuus, quod congreuater ſuperest,  
da egentibus, & ipſis in ſeculo gaudebus. Diuibus ſeculū ſumus (inquit Apollolus Ti-  
motheo) præcepte non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuinitate, ſed in Deo ſi-  
uio, qui præstat omnia nobis abende ad ſuendū, bene agere, diuines fieri in openi-  
bus bonis, facile tribuere, coeucommunicare, theſaurizare ſibi ſumētū ſumētū bonum in ſu-  
erum, ut apprehendant uitam aeternā. Audiuimus hoc diuines, quibus temporalium ho-  
norū concessus eſt uſus, qualiter quōne ſine facultate debeat possidere. Neſpe  
quod impetuorū egentibus, ipſorum erit in ſeculo uenitio: quod autem retinendū  
in ſeculo, erit extraneorum. Relinquent (inquit Propheta) alienis diuinas ſuas & fe-  
pulchra eorum dona illorum in aeternū. Relinquent alienis, quod theſaurizant, &

A ignorant cui. O quanto consultis theſaurizarent ſibi ipsiſis, ut uitam ualerent conſe-  
qui aeternam. Mercari poſſunt pro paruis magna: pro terrenis cœlestia, & pro tempo-  
ralibus ſempiterna. Hanc profecto negociationem exercent: qui exili ſui & labentis  
uitæ agnoscunt ſtatum. Hi proculdubio percipientes ſe diu non poſſe tenere: quod ha-  
bent: in tuto ſubstantiam ſuam recondunt loco, eo abundantius: quo uerius peregrina-  
tionis iſtius calamitatis ſentient. Optime ſibi inſeruiunt & cognitio peregrinationis  
præſentis uitæ, & larga ad pauperes eleemosynarū erogatio. Nihil aliud eſt facultates  
proprias tribuere egentibus, quām cumulare in cœlo, quod hic poſſidetur in terra. Bea-  
tus plane, qui miseretur & comodat, diſponet sermones ſuos in iudicio: quia in aeternum  
non cōmouebitur, ſi in ipſis uſq; ad finē pījs operibus perdurabit. Iſta igitur ſunt  
iſtituta diuina, in quibus Christiana mens ſe ſtudeat occupare, quatinus iuxta ſtatum  
ſuum poſſit ad perfectionem ascendere. Nequaquam illi deerit centesimus fructus, ſi  
in eo, quo poſitus eſt, legitime certauerit. Nam æquissimus arbiter, qui ſingulorum  
pensat merita, pro diuerſitate uocationum minime uituti præiudicat. Non enim ex  
uocatione, ſed ex uitutum operatione quisque ſanctificatur. Nam coram Deo una eſt  
iustitiae libra, quamvis uaria ſint ſtatum exercitia in ecclesia: per quā fideles animæ  
quotidie reformantur & crescunt. Maneat itaq; quilibet in ſuī ſtatu uocatione, nec  
coſideret, quid in altero ſeu quid agatur per alterum. Recipiet unusquisque (ait Apo-  
ſtolas) mercedem ſecundum ſuū laborem: ſeculo (uidelicet) deditus, & diuino ſeru-  
uitio totaliter mancipatus. Porro qui corpore tenetur in mundo, & extetiorum eſt  
negocijs intentus, conetur (quemadmodum prædictum eſt) mandata diuina perficere,  
proximum diligere, & peregrinationem ſuam agnoscere. Qui uero mundo renun-  
cians Christi militiae ſe fecit aſcribi: indeſinenter elaboret, & diſcat nunc præfeſſe, nunc  
coeffe, nūc ſubeffe pro actionū & temporū qualitate. Talibus etenim ſtudijs poterit, & ipſe ad propriæ uocationis perfectionē attingere: ſi tamē  
in eisdem perſeuera potuerit. Disce ergo tu, qui conditoris amore illeclitus inuisibilia  
Cor. 3  
C bona apprehendere, & ad perfectionem ascendere ſatagis, id quomodo, quo ordine  
debeas. Parum utiq; laborabis, ſi horum ignarus non fueris,, qualiter præfeſſe, coeffe, &  
ſubeffe debeas. Diligenter aduerte, quoniam in hiſ omnis professionis tuae conſiſtit re-  
gula, & perfectionis magisterium. Nunquam coeffe atq; præfeſſe ualebis: ut congruit,  
ſi ſubeffe neglexeris. Ab hoc primo pertingitur ad ultimum. Hoc ſcriptura, hoc ratio-  
nē humana te docet experientia. Quum excelsam domum ædificare diſponis, nūquid  
a culmine ſumis initium? Nonne potius à fundamento: lacis primo fundamentum:  
deinde ſuperædificas, & opus perficis. Nunc ſerua ordinem in tua ſpirituali fabrica, ne  
flanibus auris cōtrarijs, aut inundante flumine euertatur & corrut. Stabit proorsus im-  
mobilis: ſi in humili ſubiectionis fuerit ſoliditate locata. Eſto igitur humiliſ: eſto ſubie-  
ctus, & in ædificatione tua optime proſperabis. Humilitas quippe hæc in actū ſit pari-  
ter & affectu, quatinus Deo placeas, & proximis luceas. Nam exteriora homines, in-  
teriora uero intuetur Deus. Habeto itaque humilitatem cordis: ſicut docuit Christus.  
D Noli te extollere de donis ſpiritualibus, quibus forte proximos tuos carere noſeſis. No-  
li te de naturalibus dotib; inflare, ne amittas quod accepisti, & uelut insipies proprio  
muſrone te peritas. Præſtitit tibi diuina bonitas gratis dona naturæ: ut illis uitariſ pro  
instrumento uitutum, & augmento meritorum. Cauē autem ne elatione tua auferan-  
tur à te talenta gratiæ, & in egestate deficias. Sic enim definiuit dominus: Omni haben-  
ti humilitatem dabitur, & abundabit: ei aut̄ qui non habet, etiam quod uidetur habere,  
auferetur ab eo. Detaſabilis eſt Deo hæc pœnitentia ſuperbiæ, quæ in momēto priuat homi-  
nem diuiniſ ſprærogatis. Nulli unquam pepercit ſuperbienti ſiue in cœlo ſiue in terra.  
Quod Propheta conſiderans dominum deprecatur dicens: Non ueniat mihi (inquit)  
pes ſuperbiæ, & manus peccatoris non moueat me. Ibi proorsus ceciderunt, qui operan-  
tur iniquitatem, expulsi ſunt, nec potuerunt ſtare. Quamobrem diligenter recogitet  
peccator homo: ſi angelis ſuperbientibus non pepercit Deus: ſed rudētibus inferni de-  
tractos in tartarū tradidit in iudicium cruciandoſ referuari: quid perpeſſurus eſt ipſe, ſi  
aduersus conditorem cordis ſui eeuicem leuauerit? Humilitatem itaq; ſe cōfetur mentis  
Dei ſuī munera pertractet humiliſ, ut preſtantiora percipiāt, & abundet. Exteriore  
Laur. Iuſtis.

nihilominus humilitate portendat in actu, quatinus in omnibus placere possit in domino. Sit habitu uilis: modestus in uerbo, circumspectus in moribus, in illatis contumelij patiens, mitis in gestis, in conuersatione benignus, & in actu suorum honestate conspicuus. Talis esse debet humilitatis disciplina intrinsecus atque extrinsecus in his, qui missant Christo, quae eo amplius subiectu se exhibet possidente, quo fuerit per se tuus custodita. Quodam caritatis uinculo pariter astringuntur, ita ut ab alterutris nequeant superari. Humilitas enim sicut subiectione parit, sic subiectio humilitate. Libertate omnino fugit humilitas, & subiectionem fugit elatio. Importabile onus est obediencia superbienti, & humili uoluntas propria. Ille igitur ueraciter subesse nouit, q[uia] omnis se agnoscit minime, omnibus pro Christo obtemperare conatur. Subiectu (inquit Apostolus) estote omni humanae creature propter Deum: nedum bonis & modestis, sed etiam discholis, h[oc] est enim gratia in Christo Iesu. Stat subiectus humili, notus sibi, iudicatus a se, prostratus omnibus, deuotus Deo, beneuolus fratribus, non contradicit, non marmurat, non irascitur, non reddit pro malo malum, neque maledictum pro maledictione, accusatus tacet, iniurijs facessitus orat, temptationibus probatus sustinet, laboribus graueris ministeria perficit. Est autem sublimis & humili, condemnatus & iustus, uilis & carus, odiosus & dilectus, exagitatus & tranquillus, cæcus & uidens, ignotus & cognitus, ubique bonus, ubique subiectus. Discit procul dubio ex cognitione sui obtemperare alii, & humilitate se. Nam humilitas est in lumine ueritatis insuso suum certa cognitione. Ex quotidiana experientia efficitur humilio, subiectioni promptior, & in disponendis proprijs aliomentis negotijs prudentior. Est namque prudentia uirtus, quæ amatorum sui optimo coesse facit. Tolle prudentiam, & videbis Christo famularem, nunc prospexitibus eleuari, nunc plus debito tribulationibus deripi, nunc seruore immoderato currere, nunc ignavia tabescere. Et quoniam prudentia ignorat custodire regulam, gratiam amittit multam, & proximis sit onerosus. Ad seruandam igitur unitatem charitatis, nil sic congruit, quemadmodum prudentia, quæ instruit opportune loco, tempore, & negotijs defere maioribus, non se preferre æquaib[us], atque minores compassionis & fortitudinis supportare uirtute. Proficiunt atque pugnatum hoc semper est propriu[m] inter blanda & aspera, inter lata & tristia, inter fluctuationem animi & tumorem, inter tentationes & gratiae uisitationes uigilare animo, & cogitatus suos parvulos allidere ad petram spiritualem. Stant accincti gladiis super femur suum proprie timores nocturnos, & tanquam ad bella doctrinam libriplis non parcunt, ut disperdat de dominis ciuitate omnes operantes iniquitatem. In hoc siquidem laudabili conflictu eo seruentius perseverant, quo specialius discretionis spirituum donum perceperiat, sine quo in studio uirtutum nemo ualeat esse perfectus. Nullus ergo sibi arroget, quando sic se exercendo triumphat. Manus est Dei ad capessendum sanctitatis brauium fidibus accommodatum. Non enim opus tale nouit agere humana prudentia, quæ sapit non quæ Dei, sed quæ hominis sunt. Praefat autem discretionis hoc lumen ipsa in corde humili inhabitan[s] sapientia, & reddit illud cautum, prouidum, sollicitum, ignitum, & sapiens, ut non infoleat, deficiat, cedat & pereat. Præcipue tamen de futuris erudit, & sapidum insfundit gustu[m], quatinus curat, sic, ut comprehendat, in quo comprehensum est. Hinc omne tempus illi coacepsum disponit ad lucrum sciens completa sua peregrinatione minime ad promerendu[m] subsistere tempus. Beatus plane, cui per irradiationem aeternæ sapientie prerogatu[m] est in sensu cordis se in hoc seculo peregrinum esse. Nam quemadmodum innumeris sunt, qui in bonis languescunt, & carnis desideria perficiunt, ita & nemo eorum, qui in ueritate se in corpore peregrinari agnoverint, quamdiu in hac ueritate persistenter mente, a gratia decidere ualebit. Nutritur ignis stipula, oleo, & lignis, & aeternoru[m] amore huius peregrinationis gustus. Quisquis hunc possebat, imis & exterioribus uitiose delectari non potest. Affectus enim animus surauiter felicitate futurorum bonoru[m], quam utcumque exhaustus, inhærente designatur labentibus atque caducis. Quamobrem prudentia semper utens gubernaculo diaboli laqueos, seculi obiectamenta, honores fugitiuos, carnis illecebras, & quicquid detinere, seu itineris sui ualeat impeditre propositu[m], refecat, declinat, & superat. Hinc coesse cum proximis studet, deuicar iudicia temeraria, alienationes & rixas amovet, atque saluo interioris uirtutis habu-

A h[oc] omni singularitate fugit exterius, per quam fraterna saepissime dirimitur concordia, & amittitur dilectionis præcipuum bonu[m]. Assuescit præterea coesse & habitare secu[m], ut mentis queat soliditatē adipisci, quæ est omni[u]m uirtutum adminiculum singulare. Immoderata quippe gaudia & humanu[m] atque seruilem pellit timore. Inanis spei leuitate & doloris longe a se aculeu reiçit, quatenus interna possit pace potiri. Quantu[m] ualeat, mens perornat domu[m], cogitationu[m] familiæ regit, motus cordis dirigit, corrigitq[ue] quicquid est altu[m], quicquid deordinatum, atque deforme. Custodes insuper peruigiles constituit sensibus suis propter latrunculorum inopinatos insultus. Mentis libertate per spiritu[m] conatur acquirere, que proximū facit deo, expeditum in prælio, in negocijs prudente, alacre in uia, & in quotidiana oratione deuotu[m], tanquam raciocinator cupidus assidue dijudicat seipsum, & in discretionis statera opera pensat propria. Nunc cōpunctionis gemitu, nunc caritatis incendio cōsumit imperfectionis rubiginē, quæ ex infirmitate carnis a crescit in mente. Lumine insuper prudentiæ latebras in se detegit uitioru[m], inimicorum insidias dissipat, & ueluti propugnator egregius usq[ue] ad interitionem malignos insequitur. Exhibit quidem spiritui corporis habitaculum sanctificatū, & castum, & spiritum deo purgatū & mundum. Nempe donec hucusq[ue] perueniat: labores plurimos, & tribulationes sentit non modicas. Non enim sublimia donantur gratis, aut uili emuntur pre-  
cio. Secundum multitudinem dolorum meorū in corde meo consolationes tuæ lœtifica- Psal. 93.  
uerunt anima[m] meā, inquit præclarus Psaltes. Per multas igitur tribulationes oportet nos Act. 14.  
in regnum perfectionis intrare. Habet prorsus spirituale regnum ipsa perfectio hominiis uitutum diuinitijs resertū, gratiarum monilibus decoratū, caritate præfulgida renitens, atque donorū numerositate insigne. In hoc uiget pax, erudit ueritas, uiuificat caritas, regnat amor, habitat sponsus, assistunt angeli, celebrantur nuptiæ, abundant deliciæ, laudes resonant, mulcent carmina, gaudet spes, exultat humilitas, oratio nutrit, regit prudencia, fortitudo dominatur, propulsatur timor, & gaudiu[m] in spiritu sancto percipitur. In hoc nullus immundus ingreditur, nullus uitiosus appropiat eidem, sed uitutis amator, suimet impugnator, imitator Christi & huius uite peregrinus in spiritu. Arduu[m] prorsus est perfectionis propositu[m], difficilis ascensus, & beata comprehensio. Currunt multi: sed apprehendunt pauci. Hi autem ante quam perueniant, quod tendunt, desudant in uitutum certamine, & omnes animi passiones ac sensualitatis motus sub rationis redigunt seruitute, ut nihil in eis indomitum, atque indisciplinatum remaneat, quod fœdet memorem, conscientiam turbet, auferat fiduciam, affectum deuiet, & diuidat unitatem, quæ imperfectionis sunt signa, & consummandæ caritatis impedimenta. Sic itaq[ue] o[ste]r perfectio[n]is amator exerce te, ut his des libellum repudijs, sic utriusq[ue] hominiis actus compone, ut nil ascensum tuum impeditat. Nihil in te sit, quod displiceat sponso. Præcipue tamen cotidis habeto munditiam, quæ ex iugi dei uisione ac familiari eius tibi allocutione perueniat. Hac nancj uiro inesse debent perfecto, qui in spiritu iudicij & spiritu ardoris opera sua disponit. Disponit inquam non ex naturali intelligentiæ acumine, sed ex assidua mentis eleuatione in deum, atque contemplationis acquisito habitu, per quem sapientiæ percipit donum, & ignitum caritatis affectum. Efficitur qui talis est, alter quam fuerat, diuino id operante contubernio. O quam saepè tanquam de cellario preciosorum aromatum sponsi accensus, & doctus ab oratione egreditur: Fulget tunc mens sapientiæ splendore, & cor caritatis incendio concremat. Vtrumq[ue] enim diuina agitur cognitione. Hoc suo Moses testatur exemplo, cuius facies ex consortio sermonis dei adeo facta est splendida, ut minime in illum Hebraeorum populus ualeret aspicere, nisi superpositum ei fuisset uelamen. Porro si (iuxta Apostoli sententiam) qui adharet deo, unus spiritus cum eo est, quod perhibetur, absurdum non est. Accedite (inquit Propheta) ad Psal. 33 deum, & illuminamini sapientia, ut possitis in ueritatis iudicio disponere æquitatem. Mu[n]us quippe hoc quoniam agnoscebat esse præcipuum, dominum ut illud consequeretur, deprecabatur dicens: De uultu tuo iudicium meum prodeat. Nouerat illum errare Psal. 16 uix posse, cuius mens ex diuino eruditæ colloquio aut eligeret in se, seu proferret per se sententiam. Nam inconsulta deliberatio atque elata præsumptio plurimos prosternit in foueam. Quapropter maturæ mentis semper incedit gressu[m], qui secum habitans frequenter sponsi positur præsentia. Nec mirum. Dei nancj maiestas quamuis ex digna-  
Dd 3 tione Laur. Iustin.

tione sit famularis amantibus, est tamen ex diuinitatis celsitudine cum ueneratione eo p  
lenda. Verus etenim amator quanto magis Deo appropiat, efficitur corde humilior,  
mente purior, affectu ardenter, & in uirtutum exercitatione perfectior. Est prosum  
hæc perfectionis regula, caritatis norma, & diuinæ cognitionis disciplina. Efficiuntur  
ex his diuinæ consortes nature, angelorumque iuxta uitæ huius qualitatem imitatores.  
Huiusmodi sunt profectus perfectorum, tales sunt ascensionis spirituales gradus, per  
quos quotidie & infatigabiliter ascendunt, quibus post luctam uiuorum adeptumque  
uirtutum triumphum Dei certa in spiritu est prærogata notitia, verbi connubium,  
oculum pacis, contubernium sanctorum, & angelicæ puritatis studium ignitum. Hæc  
utique lapidum hominis reparatio atque reformatio est, ad quam non nisi præreunte peregrina-  
tionis huius suum & Dei cognitione pertingitur. Iaciat igitur fundamēnta hoc  
interni atque arcani luminis uiuæ & uerū, quisquis nuptialem thalamū & spirituale Dicī  
templū ædificare concupiscit. Imploret nihilominus coeleste suffragiū, sine quo omnis  
humanus labor inanis existit: dicente: Propheta Nisi dominus ædificauerit domum, in  
vanum laborauerunt, qui ædificant eam. Facile autem ad spirituale peragendum opus  
præcessit perfectionis meretur gratiam, qui exercitationi mentis & delectationi uir-  
tutum sedulam adhibuerit precum instantiam. Ipso nihilominus opitu' ante, qui pen-  
sauota, coronat merita, confert gratiam, & largitur gloriam Iesu Christo mediatore  
nostro, qui est Deus benedictus in secula.

## DIVI LAURENTII IVSTINIANI VENTIARVM PROTOPATRIARCHÆ IN DOMINI A.C. sanctorum solennitatis sermones.

In festo uictoris domini.

**V**naquaq[ue] res ( quemadmodū usus docet, & ratio) potius ex aestimatione  
consuetudine, quam ex sui natura cognoscitur. Inbecille quippe ad mira  
Dei capienda opera humanū esse uidemus ingenii, propterea sapientia Q  
adminicula indiget ad intelligēdā coelestia atque diuina, quanquam & ipsa  
temporalia quidē ab ipsa sunt condita, dicente Propheta domino: Omnia  
in sapientia fecisti. Cōdita quidē sunt a d[omi]n[u]m rationis creaturæ q[uod] peregrinatur  
in terra, cuiusq[ue] affectu excitandū ad dilectionē humani opificis, q[uod] spiritualia atque corpora  
lia cōdidit uniuersa. Earū autē multa incognita remanserūt ex infinitate intelligentiæ hu-  
manæ, nōnulla ex sola afflictione uulnerūt. Nonne nature opera penes homines cūlisse  
cēminantur? Quis redditua terra nascēta, & q[uod] ad mortaliū deputata sunt uictū, specialia  
domini munera esse faretur? Quis solis lucem, cœlorū motū, stellarū decorē, elemento-  
rū uirtutē, animalorū inanimatorūq[ue] distinctas species, ministeria diserta, proprietatesq[ue]  
carū largitati conditoris ascribit? Hoc certe si fieret, Deo ineffabiles grazie redderentur.  
Caterū deficientib[us] in homine diuinis laudibus, & gratiarū minime exoluente debito  
decit quoq[ue] gratitudo in illo, tamē cognitione suppetat, efficiturq[ue] homo tantoru[m] crimi-  
num reus, quantoru[m] beneficiorū conuincit esse ingratius. Itūd[omi]n[u]m plecto si mentis cōside-  
ratione mortales aspicerent, reli[qu]iserent utiq[ue], & rediret ad se, atq[ue] in cūcūs (iuxta possi-  
bilitatis suæ uirtutē) laudare faragret. Verū magnū nō est, si homo necias caterā, quā  
semeripsum ignoret. Nēpe si naturæ suæ dignitatē intelligeret, pluris se estimaret, q[uod] facit.  
Nō se decereret in iūris, non se in exteriorib[us] tam effazante diffunderet, nec se uitiorū ser-  
uum faceret, neq[ue] petulatissimæ ancillæ se subiungaret imperio. Suā igit[ur] quoniam nō valet per  
se in se nobilitatē agnoscere, illā utrumq[ue] ex beneficiorū numero fratre percipiatur. Ex par-  
te tamē eidem cognoscibilis fiet, quamvis in eius plurimū cōsideratione deluder. Solus  
ipsam ad plenū nouit, q[uod] condidit. Porò nū excellentior, quam qd[omi]n[u]m apparent eximsecus  
existeret homo, cateris nequaquam illū Deus prætulit animaibus. In multis etenim  
specie quanquam speciosius & elegans sit forma, inservit tamen est passionib[us] agitans,  
astrictus necessariis famis, fuis, laßitudinis, caloris, frigoris, & huiusmodi, atq[ue] resolu-  
tioni inuitabiliter obligatus, & morti. Habet autē spiritualem naturā in se, quæ ex sua  
dignitate cūcūs pregerinet creaturis, quæ humanis inserviūt sensibus. Per hanc quippe  
vegetatur caro, corpus regitur, uisibilia disponuntur, arctior uita, mores cōponuntur,  
djudicantur.

A djudicantur omnia: amatur omnipotens, atq[ue] cognoscitur. Hæc nāc quāvis naturali  
excelsa sit dignitate, & dona plurima perceperit à domino, minus tamē prudens ex se fa-  
cta acceptā conditoris legē præuaricando contempsit. Hinc delinquēdo grauiter inimi-  
citas aduersus propriū conditorē inuenit, paradisi amoenitatem perdidit, creaturem obe-  
dientiā amisit, & in utriusq[ue] naturæ morte incurrit. Cæterū quoniā in se diuinā gerit ima-  
ginē, à deo diligitur, honorat ab angelis, & immortalitatis dote coruscat. Tanti quippe  
est, ut ne periret in æternū, uerbum factū est caro. Descēdit enim Deus per assumptā hu-  
manitatē in mundū factus homo, errantē per inuiam seculi solitudinem quæsiuit homi-  
nem, quæsiū reperit, repertumq[ue] reconciliauit patri exoluens macerē originalis delicti  
in carne sua, per crucis patibulū faciens, ut qui longe fuerat, prope existeret, interpellan-  
te pro illo eiusdē mediatoris Christi Iesu effuso cruore. O dei mira dignatio, ô inæstima-  
bilib[us] dilectio pietatis. Qui offensus fuerat reconciliationis ipse intercessorē destinauit,  
quod illi debebatur, exoluit, & quē pro peccatis placari oportuit, prior peccatores inui-  
tauit & ueniā. Invitauit inquā ante affectu quām uoce, & prius miseratione quām carne  
Vnde (oro) carnē suscipere uoluit, atq[ue] hominibus apparere uisibilis? Nōne impellen  
te caritate, miseratione trahēte? Prophetā longeū & sanctum audi dicentē: Per uiscera  
misericordiæ dei nostri, in quibus uisitauit nos oriēs ex alto. Visitauit inquā nos tanquā  
agrotos medicus donans remedia nostris opportuna languoribus, unde Prophetā in-  
quit: Benedic anima mea domino, qui sanat oēs infirmitates tuas. Tanquā præclara ue-  
nit ueritas, ut ignoratiq[ue] nos depellat tenebras, iustitiæq[ue] aspicere ualeamus lucē, ideo  
hoc in spiritu Prophetā supra memoratus præuidēs ait: Illuminare ijs, qui in tenebris &  
umbra mortis sedēt ad dirigēdos pedes nostros in uiā pacis. Tanquā liberator apparuit  
ad eruendos nos de tyrānico iugo diabolicae potestatis, propterea aiebat: Venite ad me  
oēs, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos, tollite iugū meū super uos, & inue-  
niētis requiē animabus uestris. Iugū enim meū suave est, & onus meum leue. Hinc Pro-  
pheta domino dicit: Iugū exactoris & onus humeri eius superasti sicut in die Madiā. Vi  
C sitauit deniq[ue] nos tanquā pater, ut nos reuocet ad se, tribuatq[ue] quod cōsumplsimus, & in  
suā nos hæreditatē instituat. Quamobrē quum nos in discipulis orare doceret, ait: Dici-  
te. Pater noster, qui es in cœlis, sanctificetur nomē tuū, adueniat regnū tuum. Et aposto-  
lus Petrus inq[ue]: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundū magnā  
misericordiā suā regenauerit nos in spem uiuā per resurrectionē Iesu Christi ex mor-  
tuis, inhæreditatē incorruptibile, & incontaminatā, & immarcessibile, conseruatā in  
cœlis. His igitur multis alijscj de causis uisitare nos uoluit. Ut igitur tam singularis uis-  
itationis beneficio nō conuincamur esse ingrati, accedamus nunc in spiritu humiliiter, si  
diuinæ miserationis uiscera agnoscere cupimus, uidebimusq[ue], qualiter inhumanitatem  
nostram dei filius de regalibus sedibus ueniens, in uilissimo diuersorio hodierna die na-  
tus est. In alto siquidē, in gremio (uidelicet) paterno sine initio & ante secula genitus ma-  
nifestatur angelis, glorificatisq[ue] hominibus supra alta cœlorum, quibus datur in lumine  
gloriæ contemplari sacrosancte generationis illius ineffabile æternumq[ue] mysteriū: nō  
bis uero adhuc laborantibus & in passibili corpore peregrinantibus ab illa supercœle-  
lesti Hierusalem, in qua est angelorū frequentia & deum collaudantiū exercitus inou-  
merabilis, puer hodie natus est, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerū  
eius, uocaturq[ue] admirabilis, deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Verum ut e-  
tiam cognosceretur à nobis, ex alto ortus est, & manifestatus nobis, non utiq[ue] in appa-  
ratu regio, non in sericis indumentis, non obsequentiū multitudine uallatus, neq[ue] in im-  
perialibus ædibus uel deauratis cubiculis, sed sub tugurio in præsepio reclinatus. Nisi  
doceret fides prænunciassentq[ue] prophetæ, & testificarent angeli, quis crederet uagi-  
tem infantem uilibus panniculis inuolutum, lumentisq[ue] irrationalibus societatum, &  
superficiem iacentem deum esse? Bos (inquit Prophetā) cognovit possessorem suum,  
& asinus præsepe domini sui, populus autem meus non cognovit me. Ad pastores au-  
tem in ipsius nativitatis hora ait angelus: Euangelizo uobis gaudium magnum, quia  
natus est uobis hodie Christus dominus in ciuitate David, & hoc uobis signum, inue-  
niētis infantem pannis inuolutum positum in præsepio. Et ne dubium unius angelii  
uideretur esse præfigium, facta est cum ipso multitudo militiæ cœlestis deum laudan-  
dum.

tium atq; dicentis: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominib. bone voluntatis. B  
 His testimonis adhibet catholica fides assensum, quoniā uera sunt. Nam ista ideo predi-  
 ca fuerunt, quia futura erant, propterea predicata, quia cōpleta. Quamobrē o dilectissi-  
 mi adeamus cū fiducia, nō ad thronū gloriae, sed ad diuersorum humanitatis eius, ut in-  
 ueniamus gratiam in tempore opportuno. Ibi nāq; agnoscemus exinanitam maiestatē  
 verbū abbreviatū, sole carnis nube obiectū, & sapientiā amoris nimis etate infatuatā.  
 Sane quoniā nō cognouit mundus per sapientiā Deū, placuit illi per infirmitatē huma-  
 nitatis & stultitiae prædicationis crucis Christi saluos facere credentes, ut nō in seipsa ca-  
 ro glorietur, sed in Deo, qui omnia operatur in omnibus. Exultemus ergo, & iucunde-  
 mur in domino in noua regis nostri nativitate, quoniā (sicut propheta canit) hodie no-  
 tum fecit dominus salutare suū, & ante cōspectū gentiū reuelauit iustitiā suā. Latemur  
 in qua & cordis suauī iubilatione modulemur, quia illuxit nobis dies redemtionis no-  
 stræ, reparationis antiquæ, felicitatis æternæ. Apparuit lapis ille angularis, preciosus,  
 sumus, excisus de mōte sine manibus, natus de uirgine absq; corruptione, qui duos è di-  
 uerso uenientes parietes copulauit in se. Apparente aut illo, patet acti sunt cœli, ablata  
 est inimicitiarū cōtrouersia, stillauerū montes dulcedinē, & colles fluxerū lac & mel.  
 De fonte uitæ suauissimæ emanauerunt aquæ, quæ imbre suo largifluo omnē terræ ra-  
 tionalis superficiem madefecerunt, illāq; germinare fecerūt iustitiæ germē delectabile  
 domino, atq; suauitatis odorē producere in generatione & generatione. Hodie (quem  
 psal. 84 admodum egregius Psaltes inquit) quoniā misericordia & ueritas obuiauerūt sibi, iusti-  
 tia & pax in Christo osculatæ sunt, ideo ueritas de terra orta est, & iustitia de cœlo pro-  
 spiciens Dei & hominū mediatorē mudi huius prouexit in lucem. Nulla igitur deinceps  
 relinquitur nobis causa moestitiae, nullusq; diffidentiae locus, dū Dei nostri reuocamus  
 ad pacem, ad æqualitatē reducimur angelorū, & in restauratione mœniū supernæ Hie-  
 rusalē tanquā uiui lapides computamur, id mediatoris nostri humanitate agente. Lon-  
 ge quippe excellentius reformamur in illū, quam cōditi fueramus ab illo. In ipso ergo  
 quoniā spes, salus, & uita est nostra, diligamus eū puro corde, atq; p posse illius uestigia  
 imitemur. Nobis factus est uia & in ipsa uestigia imitanda reliquit. Prorsus errat in uia,  
 qui uestigia impressa non sequitur. Perseueremus in uia alacri animo, uestigia sequan-  
 tur ostēla quatenus præuente ueritate perueniamus ad uitā. Vix huius uis nosse uesti-  
 gia? Attende dominum Iesum infantem in foetenti stabulo decubantem, & intelliges il-  
 lum seculi contemptum, paupertatem uoluntariā, carnis macerationē, cōstantiā patien-  
 di, humilitatis formam, obedientiæ regulā, disciplinā charitatis, & uirtutū omniū per-  
 fectionē tibi præfigurasse in se. Quū aut uitæ illius incrementa prospexeris, sublimiora  
 semper in eo reperies documenta uirtutum. Sic Euangelista insinuans ait: Iesus autem  
 proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deū & homines. Proficiebat quidē, nō ut  
 gratia & sapientia indies augeretur in illo, quippe quū ab instanti cōceptionis plenissi-  
 me sapientia & gratia cōpleretur, imo esset ipsa sapientia, dicēte sacro eloquio: Fons sa-  
 piētiæ uerbū Dei in excelsis. Gratiāq; omnibus largiretur, sicut legitur: Lex per Mosem  
 data est, gratia & ueritas per Iesum Christū facta est. Proficiebat tamen nobis perfectio-  
 ra notificanda opera gratiarum meritorumq;. Perfice itaque o homo actione sedula  
 quod in se tibi agēdum esse instituit. Te ueluti magister perfectionis erudit in se. Alium  
 ne quāras illo prouectiorem. Mosi præcipue propter te dictum esse memento: Omnia  
 facito secundū exēplar, quod tibi ostēndi in monte. Mōs iste sublimis & solidus, coagu-  
 latus & pinguis, in quo beneplacitum est Deo habitare, Christus est. In eo namq; omnis  
 plenitudo diuinitatis corporaliter habitat, tametsi eundem in angusto diuersorio tan-  
 quam infirmum & puerum facere cognoscas, propter te factus est homo, ante te ut fiat  
 in te, qui fecit te. Propter te factus est humili, ante te factus est uia. Efficiatur ipse in te  
 pax, iustitia, amor, & sapientia. Nō enim secundum carnem, sed in spiritu illū cōcipe in  
 te, ut parturias ex te. Fide illū concipe, timore concipe, devotione nutri. A timore tuo  
 inquit Propheta concepimus & peperimus spiritū salutis. Esto deuotus ad Deum, fide-  
 lis ad proximum, timore circumspectus in te, & concepisti Christum, nō in utero, sed in  
 corde. Tunc iubilatione profusus dices: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo  
 meo. Nativitati aut illius humilitatis diuersorum spiritualiter para tue uilitatis sceno re-  
 pletum:

A pletum; in quo diuersarum uirtutum & spiritualium meditationum cōtexe præsepe, ubi requiescat Christus. Delectatur namq; plurimū cōmorari in cordibus meditantiū assidue ea, quæ ad deuotionem euigilant. Sic enim inquit: Ego sapientia habito in cōsilio, & eruditis intersum cogitationibus. Taliter quippe menti tuæ compositæ iugiter in te dominum Iesum senties natum. Illū tunc adora, illi famulare, panniculis inuolue & fascia, interdum etiā, si tibi amoris prestatur fiducia, illum amplectere, & caritatis brachijs astrictū tene. Huiusmodi spiritualibus exercitijs & occupationib; p̄s; assiduus esto. Maximis namq; exuberabis delicijs, si deuotioni reverentiam, & humilitatē adhucueris pietati. Hæc ut assequaris efficacius, humili ancillæ implora suffragium, exemplum disce, actus discute, animum contemplare. Est aut Maria ad opitulandū paratissima, affectu pia, & humili deuotione præ ceteris decorata, utpote quæ genuit mente & corpore Christum, & quæ ex conuersatione illius perseveranti, de omnibus quæ ad interioris hominis compositionem morumq; pertinent grauitatem, informari promeruit. B Ad præsepe igitur perge, ubi matre cum filio, & filiū genetricis ubera fugientē inuenies. Vtrūq; postulabis, Mariā uoce, infantē affectu. Te nāq; ore tacentē, uociferantem eorū de puerulus exaudiet Iesus. Nam etsi in mēbris infantilibus ipsum facere cernas: hominum tamē scrutatur corda, uota intelligit, desideria perficit idem Deus & homo Dei & hominū mediator Iesus Christus dominus noster, q; cū patre & spiritu sancto uiuit, &c.

In festo sancti Stephani protomartyris.

 N huius uitæ stadio certantibus ad consequendam uictoriā suffragari cognoscitur, si illis præsidij locū ad declinando aduersarios præparetur, in belligerandi labore præstetur auxilium, uirtutis præbeatur exemplum, & post consummatum agonem paratū præmium præmonstretur. Nempe ubi

deest confugium, auxiliū denegatur, omittitur uirtus, & certaminis corona nō cernitur, adest timor triūphi diffidētia, animi pusillanimitas, casus frequēs, resistendi ignavia, cor frigidū, & tremulæ uocis loquela. Vniuersa hæc Christianæ militiæ insupe-  
 C rabilis dux atq; legifer noster Christus dominus in suo spirituali certamine militib; præ-  
 parauit suis, quos ad debellandas aereas potestates per omnē terrarū direxit orbē. Peri-  
 titiam nouerat dīmicādi, hostiū importunitatē, crudelē pugnā, & bellatorū segnitē. Scie-  
 bat procul dubio neminē eorū, quos destinabat ad præliū, per se aduersum inimicorū  
 insultus posse subsistere, si non diuino muniretur præsidio. Quo (oro) diuenterent, siue  
 ad latebras souendū, seu ad resumendas uires, si refugij carerent loco. Quis in arte bellū  
 reperit tā strenuus, ut altero horū, quæ dicta sunt, interdū nō indigeat? Abscōdit se do-  
 minus Iesus à pharisaorū insultibus, & egressus de templo secessit. Aliquādo etiā supra  
 mōtis cacumē impulsus per mediū persecutorū trāiens ibat. Quod frequenter uero ad  
 orationis secesserit portū, euāgeliorū textus proloquitur, præcipue tamē passionis tem-  
 pore, antequā discipulo proditori armatisq; militib; pcederet obuiā. Ista aut nō propter  
 infirmitatē propriā, sed ppter exēplū nostræq; imbecillitatis suffragiū illū egisse certissi-  
 mū est. Deus quum esset, quādo uoluit, quantū dispositus, qualiter præordinauit, passus

D est. Nō est sapiētia, nō est consiliū, nō est fortitudo cōtra dominū. Quamobrē sicut spō-  
 te pati uenit, ita mensurate hominū cōtumelias pertulit. Hinc omnis eius actio uitæ hu-  
 manæ disciplina fore probatur. Pugnauit prius, ut suis militib; præliandi præberet exē-  
 plum, præpararet præsidū, conferret auxiliū, prærogaret & præmium. Hæc omnia erga  
 protomartyrem Stephanum nouimus esse completa. Illi namq; dominus nō terrenum  
 locauit præsidū sed cœlestē. Nouimus, quam frequenter munitissima fugientium de-  
 bello sint inuasa ab hostibus ignibusq; cremata terrena præsidia. Quod uero dominus  
 Iesus fidelibus pugnatoribus statuit, inexpugnable est, atq; inimicis prorsus inacces-  
 sibile. In montibus excelsis supra siderū mansiones stabilitum est. Prophetam audi, quid  
 de illo sentiat: Altissimum posusti (inquit) refugium tuum. In hoc planē quondam  
 commotum est præliū, quoniam quidam incolarum illius aduersus regem suum insur-  
 gentes arcē sibi dirispere moliti sunt. Quare cōtra rebelles exerceitib; missis eosdē aby-  
 si. Si dominus demersit in stagnū, huius bellī apostolus Petrus causam insinuās & fidē ait:  
 Si enim Deus angelus peccatib; nō pepercit, sed rudentib; inferni detractos in baratri  
 tradidit in iudicium cruciādos reseruari. Ex illo tempore, illo celebrato triumpho  
 Laur. Iustin.

Pro. 22

Psal. 98

2. Petr. 2

pacatissimum

pacatissimum effectum est praesidium illud, adeo ut nullae aduersae potestates proprias accedere audeant. Quotquot ingrediuntur in illud, quiete potiuntur quam maxima, bonis exuberant spiritualibus, sempiternisque delicijs. Fuit ibi excubie indeficientes, non expungantibus aut defendantibus, sed laudantibus Deumque magnificantibus. Sic enim legit: Super munera tuos Hierusalē constitui custodes, qui non tacebunt laudare nomen domini. O quam praeclarū illud esse cognoscitur, amoenū, & placidū. In illo regnat sapientia, uiget honestas, fulget ueritas, patet Dei maiestas, gaudent angeli, laetantur archangeli, omnisque beatorum spirituum iubilat cōetus. Vniuersi, qui in eo sunt, diuinæ uacant laudationi. Nulla est ibi mœstitia, nullus pauor, turbatio nulla: sed beata requies, felicitas summa, perpetua salus, dulcis concordia, animorum unitas, conscientiarum pax, refectione indeficiens, fruitio sempiterna, iucunda claritas, festiva iubilatio, uisio manifesta, Dei contemplatio, Christi amabilis præsentia, sanctorum contubernium, dies sine occasu, agnuptiae, cantica laudum, uoces gratiarum, nec non & omne quod placet, quod sapit, quod satiat. Quicquid in eo est, diuinum est, eternum, immutabile, iucundum & sanctum.

**Esa. 62** Nulla prosector lingua exprimere, intellectus nullus apprehendere ualet praesidiū huius soliditatem, securitatē, decorum, opulentiam, claritatem, pacem, gaudia, modulaciones, unitatem, synceritatem, latitudinemque. Hoc tantum electis patet, qui propter iustitiam persecutiones perfruerunt, nedū corporales, uerum etiā spirituales, dicente domino:

**Matth. 5** Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. Hinc est, quod ad roborandos posterorū militū suorum animos in prælio, & perpeccione malorum mediator noster strenuissimo bellatori suo beato Stephano in agone passionis posito istius praesidiū patefecit introitum. Nam dum faxorum crepitantium iactib.

**Aet. 7** feriretur, attollens oculos cœlos corā se apertos intuens inquit: Ecce ego uideo cœlos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei. Omira cōditoris nostri dignatio, ô profusa regis Christi largitio. Militi suo laboranti in stadio non exhibuit temporales opes, tenebrarū præsidia, sed cœlum, & hoc utique apertum, quatinus plenā posset de ingressu illius percipere fiduciam, de uisione gaudium, concupiscentiam de plenitudine, & de adiuto Grio constantiam. Non iacentem, non sedentem uidit dominum, sed stantem, paratū (uidelicet) ad sibi impendendū suffragium. Hinc martyris sancti solidata mens, nec perturbata in se, neque aduersus persecutores est vindictæ zelo permota, quin potius superno irradiata splendore, spirituali præcincta gladio, & uirtutum armis circumquaque protecta, etiam percutientium rabiem orando, & immundorum spirituum æquanimiter perferendo tormenta, superauit insultus. Tota quidē cœlesti consolatione iam plena mā dum uniuersum desiderio transcēdebat. Laetabatur quippe protomartyr egregius propulsari ē seculo, & in patentis cœli introducendus palatum uilissimæ carnis gratanter tentorium deserebat immortalitatis stolam adepturus in breui. Hominū quoque uolenti animo consortio carere cupiebat, ut sanctorum angelorum inferretur cœtibus, lapidantium se æqua mente uesaniam ignoscet, sciens pro certo quod nescirent quid facerent. Iam enim experiebatur interius, quam magna multitudo sit diuinæ dulcedinis, quam pro ueritate certantibus nouerat esse paratam. Gustabat inquam, quam suauis sit dominus, quem uidebat, agnoscebat, diligebat, exorabat. Supradictum complebatur gaudio in eius uisione præclara, adeo ut iniuriarū nullo dolore moueretur. O ueneranda tollerantia martyris, que in Dei contemplatione sic fixa permanit, ut penitus lacessi non posset. Orabat dominū, delitescentiū compatiebatur ignorantia, obliuiscebatur sui cœlestiū illeculus dulcedine. Talis prorsus esse debuit miles, qui infidelū primā irrumperet acies, ut nec trepidaret in fide, nec Christum prædicaret segniter, nec mortis sententiam formidaret. Magnanimitatis igitur quum esset uirtute prædictus, dulcis sui est imitatus uestigia, atque certandi regulam secuturis militibus præmonstravit. Factus est postoris exemplum patientiæ, fidei magister, uitæ annunciator, martyrum primus, hortator præcipuus, Christianæque professionis insuperabilis defensor. Priuilegia nāque huiusmodi ex se, sed ex diuino promeruit munere. Nempe prius quū alienus esset à fide, Del præuentus gratia lumen ueritatis & sancti spiritus fortis est dona. Quamobrem tantum auctoritate in concilio constitutus incredulorum sacerdotum redarguebat duram, legis testimonia proferebat, promulgabat Dei gratiā, confitebatur & Christum.

Intuebantur

**A** Intuebantur quippe (sicut scriptum est) omnes, qui in concilio erant, uultum eius tanquam uultum angeli stantes inter eos. Angeli merito speciem portendebat in facie, qui illorum puritatē gestabat in corde. Spiritu sancto utique repletus est: in uirū muratus fuerat alterum. Concupiebatur quidem nec murmurij in eo uox audiebatur: impellebatur nec mouebatur: conterebatur nec frangebatur: euertebatur nec effundebatur. Vicebat enim patiendo, arguebat diligendo, confutabat erudiendo. Eius itaque sanctitatem gratiaque splendorem emulatores nequaquam perferre ualentibus diræ mortis illum examinauere supplicio. Veruntamen diuino ille opitulatus auxilio eo maiora promeruit, quo ab iniuidis pro Christo tormenta asperiora sustinuit. In sublime quippe cœli prosector presidiū, sociatus ab angelis, proprioque laureatus sanguine cum Christo gloriose triumphat. Non sunt procul dubio condignæ quas pertulit passiones ad cœlestem eidem gloriā prerogatam. Quamobrem ô Christi milites huius propugnatoris fortissimi prouocati exēplo uiriliter pro domino etiā nos pugnare non pigate. Indicta nobis est pugnandi necessitas. Nā etiā uisibiles persecutores desint: inuisibiles tamen lōge nō sunt. Habemus corporis proprij uoluptates: habemus uitia cōcreta in anima: habemus oblectamēta seculi: habemus aeras potestates, q̄ nunquā infestare nos desinūt. Non est (inquit Apostolus) nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus rectores tenebrarū harū, contra spiritualia nequitiae in cœlestibus. Eiusmodi sunt aduersarij nostri implacabiles, cōtra quos spiritualia sunt armas sumenda. Corde certandum est, cordeque uincendū. Ut uero animosiores simus in bello: spirituale nobis propositum attēdamus presidiū: flagitemus auxiliū, imitemur exemplum, quo mediante cōsequamur & præmīum. Omnia haec nobis à Christo, immo omnia nobis Christus est. In ipso pacē habemus, uirtutis reperimus exemplū, gratiā auxiliū, & gloriæ triumphū. In pace (ait Propheta) in idipsum dormiam, & requiescam. Idē quoque. Auxilium meū à domino, qui fecit cœlū & terrā. Apostolū autem exhortantem audiamus. Imitatores (inquit) Dei estote, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dīexit nos: q̄ tradidit semel ipsum pro nobis oblationē, & hostiā Deo in odore suavitatis. Quale uero Propheta memoratus suum præmīum esse futurum censuerit, alio inquit in loco. Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meū. His igitur alijsque multis scripturarū eruditī testimonij aspiciamus in auctorē fidei, & cōfūmatorē Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē cōfusionē cōcepta. Curramusque ad propositum nobis certamē scientes: quoniam alibi est municipiū nostrū, hereditas nostra, & quod bene uiuendo speramus. Magnanimitate etiam accēdamur protomartyris gloriosi, qui pro Christo usque ad mortem pugnauit, & sanguinem. Quem enim olim plurimum concipiuit, nūc uidet, quod sperauit, iam tenet. Ipsi nāque est coniunctus in cœlo, quem in terra positus toto mentis dilexit affectu Iesum Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, &c.

In solennitate sancti Ioannis euangeliste.

**D** Ingula, quæ à Deo sunt condita, quanto magis naturalem & proprium servant decorem: tanto amplius commendatione digna censemur. Non enim ualent proficere in melius, quam in eo, quod à peritissimo uniuersali sunt instituta artifice. Vedit (inquit scriptura sancta) Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Si quid autem incompositum seu deforme conspicitur, nequaquam ex naturæ uel conditoris prouenit defectu: sed ex originali primo parentum effluxit delicto. Ut autem de ceteris taceam, quales ante peccatum, quales post humani generis propagationes extiterint, sacra testantur eloquia. In suæ namque creationis exordio paradisi ipse Adam delicijs fruebatur. Agnoscebat siquidem Deum: naturalium scientiam præclarā habebat: corpus spiritui subditum, & creaturas inferiores obtemperantes sibi possidebat, deputatusque colonus fuerat paradisi, donec cōpleto diuinæ ordinationis decursu sine carnis resolutione in cœlestibus mansiōibus cū angelis regnaturus assumeretur. Verū quū idē in honore positus sicut debuit, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, similisque illis secundū carnis natūra factus est. Necessest corporis patitur ut illi, nature consumptionē ut illi, uitæ terminū ut illi. Hoc sentiebat Sapiēs quādo dicebat: *Vnus est interitus hominis & iumentorum.*


Laur. Justin.

Psal. 4  
Psal. 120  
1. Cor. 4

Psal. 3

Ecclesi.

& aqua



& æqua utriusq; conditio. Sicut moritur homo: ita & illi moriuntur, similiter & spirant omnia: nec habet homo iumento amplius. Proh dolor unico peccati cōsensu immensas animæ ac corporis spirituales amisit diuitias, sibiq; cum dolore uendicat, quod gratis & sine labore perceperat. Innocentie quippe candorem, immortalitatis stolam, carnis incorruptibilitate, animæ puritatem, contemplationis dulcedinem, spiritus libertatem, regnum coelorum, angelorum contubernium, amicitia dei perdidit, ad quæ (quoniam ex parte) maxima cum fatigione assurgit: quemadmodum ex infesta sententia illi est dictum à domino: Terra (inquit) germinabit tibi spinas & tribulos: in sudore uultus tui uesceris pane tuo. Nempe in sudore uultus consolationis ac uirtutis uescimur pane, terra cordis & corporis uitiorum spinas atq; concupiscentiarum tribulos germinante. Nunquam ab hoc spirituali cessandum est opere: nunquam à temptatione reluctancee quiescendum. Torporis quidem tempore uitiorum seminantur sentes, & ex exercitationis intermissione coalescunt: secum autem inspirationis præfocant germen, quoties mens noxio sopore deprimitur. Merito igitur ab angelis honoratus est ille, qui diuinæ caritatis flamma succensus infatigabiliter innatas concupiscentias, & adulta uitia uigore mediante uirtutum ex se eradicare conatur, atq; terram sui utriusq; hominis ad pristinū originalis puritatis reformare decorē. Huiusmodi plurimū amatūrū à Christo, qui innocentiae autor, & puritatis semper amator extitit. Sinite (inquit ipse) paruulos uenire ad me, talū est regnum dei. Reddit enim omni cœlesti curiæ odorem mirificū innocentiae baptismalis puritas: sed per amplius spiritualis exercitatiois acquista sudore. Hæc namq; commendatur in terris, cumulatur meritis, donis ornatur, effertur præconijs, coronatur in cœlis. Vniuersa hæc in apostolo Ioanne completa cōprobantur. Ad apostolatus siquidem assumptus est apicem, præ cæteris fuit dilectus à Christo, dei genitricē suscepit in matrem: euangelij fluenta percepit in uerbo, atq; corporis resolutionē sine dolore sustinuit. Puritatē quippe puerilis ætatis usq; ad senium custodiuit illæsam, innocentiae nitorum seruauit in mente. Virgo utiq; electus à Christo, uirgo permanuit in ævum. Carnis nequaquam cedens blanditijs uoluptates eius tenebat edomitas: sensuum lenocinia sub disciplina censuræ spiritualis cohibens sicut mentē deo: ita spiritui subdebat & carnem. Nouerat insolentiam sensualitatis: quantum uirtuti resistere assueta sit: quantūm uere conditoris sui legi dedignet esse subiecta. Hinc diuinę caritatis armatus zelo illam atterebat ieiunijs: uigiliaruū attenuabat laboribus: ne contra dominum lasciviret. Quis (oro) neglexit pœnitentia subire dolores, & continenter uixit? Quis sensibus suis curiositatis frena laxauit? & mentis adeptus est puritatem? Vtrumq; ad corporis animaq; seruandam puritatem necessariū esse cognoscitur: ut (uidelicet) carnis petulantia, pœnitentia maceratione, & lubricitate sensuū temperatae constantia uirtute dometur. Akerò horum quicunq; caruerit, munditia candore gustare non poterit. O beata munditia: quæ suum efficit possessore beatum. Quomodo non beatus est ille, qui deum uideret?

**Matth. 5.** Beati (inquit Saluator) mundo corde: quoniā ipsi deum uidebunt. Vident nunc per fidem cordis illustrato intuitu: uidebunt quandoq; per speciem: diuina illis se manifestantur essentia. Tenent per fidem ueritatis pollicitationē: deficiet autem fides reuelata ueritate. Interim autem donec ambulamus per fidem: ueram in fide radicati æternorū spem habeamus: mentis mundemus habitaculum, in quo cōmorari delectatur sapientia. Nulla terrenarū rerum cupiditas: nulla ibi uoluptatū carnaliū reperiatur illecebra, quæ aduentantis sapientia perturbet aspectum. Candor quū sit lucis æternæ, & diuinę maiestatis splendor, atq; imago bonitatis illius, obhorret delictorū sordes, ac uitiorum detestatur tenebras. Amabilis illi semper est innocens, & odiosus immundus. Hinc est: quod amissa innocentia protoparentū, eorum nequaquam uoluit sustinere pœnitentiam. Disputauit proorsus: quod ipse non fecerat: fœdatamq; in illis suam agnouit imaginē. Ipsi sum utinam nos erudiamur exemplo, qui pari sententia exilijs huius flagellamur æsumnis. Pristinū innocentia decorem puritatisq; indumentū nobis baptismatis unda exhibuit, atq; dei in nos reformauit imaginē. Cæterum lege inolente peccati carnisq; prævalente tyrannide sicut ætate proficimus, sic in peccati fœtore polluimur, efficiemurq; deformes & squallidi: non aquis iterū mundandi: sed flammis. Beati plane, quorū remissæ sunt iniuriantes, & quorū recta sunt peccata. Longe autem beator ille, cui non imputauit dominus pec-

A nus peccatum, nec est in spiritu eius dolus. Talis sic mundatus & candidus uerbi latitatur contubernio cœlestia meditatur: in sublime attollitur futura prænoscens: quis (oro) sanctus ascendit Ioanne altius, qui carnis ac mentis integratate fulgebat. Hic geminæ puritatis suffragio fultus tanquam spiritualis aquila spiritualiter figurata uiuersa transcendentis usq; ad æternū uerbi solium pertingens inquit: In principio erat uerbū, & uerbum *Ioan. 1.1* erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deū: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factū est, in ipso uita erat. Ad indaginē tam sublimis tamq; profundæ ueritatis nunquam attigisset, nisi tractus fuisset à uerbo, didicissetq; ab eodem incerta & occulta sapientia diuinitatis ipsius. Didicit inquā non solum, quæ sempiternaliter sunt, & humanis sensibus inuestigabilia: uerum etiam multa, quæ futura sunt: id reuelante uerbo, quod uas suum agnoscens mundauerat, illustraueratq;. Isto quippe apostolo prophetarum nemo de statu militantis ecclesiæ, de persecutione ipsius, de nouissimis temporibus, & de futura felicitate sanctorū lucidius uaticinatus est.

B Non ab re (sicut idem cōmemorat) à Christo plus cæteris amabatur, quum præ cæteris coapostolis uirginalis puritatis priuilegio polleret. Imitabatur plane adhuc in mortali corpore positus angelicā dignitatem, humanam transcendebat conuersationē, mortaliūq; consuetudinē. Non patitur cōmunitatis usus, ut carnis integratatem in ætate adulata quis incontaminatā custodiat. Omnes penè perurgentibus uoluptatū incentiis tentationibus cedunt: dumq; à carnis infestationibus liberari se putat, petulantis ancillæ emptiū efficiuntur serui. Detestanda prorsus est ista libertas, quæ seruū efficit uoluptatis. Illa sola uera est censenda libertas, quæ pro amore Christi uirtutibus facit esse subiectos. Nempe ubi libido dominatur cōmendabilis nequit esse libertas, ubi superbia cæteraque uitia principatū tenent: abest proculdubio gratia, abest Christus & uirtus. Simul lux & tenebrae, uirtus & uitiū, peccatum & gratia: malitia & libertas cōmorari non ualent. In *Gal. 5.* libertatem (inquit Apostolus) uocati estis, uidete tamen, ne libertatē detis in occasione peccati. Nouerat libertatē spiritus perseverare non posse quando delictum uoluntarie perpetratur, dicente domino: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Si aut seruus, *Ioan. 8.* ergo non suus, sed eius, cuius est seruus. Dicitur enim quo non uult seruitutis alligatus loris. Nam quantūlibet reluctetur ratio: quantumcunq; proclamet conscientia, nil proficit, quoniā non nisi à libero ualeat quis ab huiusmodi seruitutis uinculo liberari. Hinc dominus Iesus Iudæis, qui in se crediderant, aiebat, Si filius liberabit uos: uere liberi eri *Ibid.* tis. Ille plane solus inter mortuos erat liber: qui nullum qualiscunq; peccati contagium habuit, quin potius lauacro suo electorū omnium contagia diluit: sicut Ioannes testatur inquit: Qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Liberi igitur liberatoris quærat gratiā, uirtutesq; sectetur: quicūq; tyrannicæ seruitutis iugum à se rejecere concupiscit, peccatum abhorreat, carnis detestetur illecebras, quæ puritati sancte ini micari noscūtur. Erit profecto glorirosus in cœlo, & stola induetur candida, qui proprij corporis integratitate seruata, inordinatos exterioris hominis sui refecuerit motus. Illos *Apoc. 14.* D nanq; comitabitur, de quibus in Apocalypsi sic legitur: Nemo poterat dicere canticū il lud: nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra. Nam (reuelante *Ibid.* angelo) sūt, qui cum mulieribus non sunt coinqnati, uirgines enim sunt, & sequuntur agnum, quoconq; ierit. Magnū utiq; priuilegiū est dulcis modulationis carmē promovere: atq; quoconq; ierit, imitari Christum, quod non nisi mente & corpore uirginibus prærogatur. Rara uirtus hæc est carnis superare naturā, atq; libidinum incendia cohibere. Hinc uirginū triumphus eorum superreditur merita, qui nolentes uas suū in sanctificatione & honore seruare, membra propria consenserunt seruire iniquitati ad iniquitatem, atq; templum sancti spiritus repleuerunt immunditia ac fœtore luxuriæ. Huiusmodi nanq; quamuis uirtutibus cæteris insignes sint: sequi tamen nequeunt Christum uirginem uirginis filiū. Beatus plane hic sanctus, qui nulla illecebrofæ, carnis est pollutione fœdatus. De nuptijs quippe uocatus à domino maluit spiritui militare, quam carni. Conuenienter igitur & ipse in nuptijs cœlestis regis assumptus, atq; immortalitatis candore uestitus immaculatū uirginum decantabit hymnum, eo excellentius atq; felicior: quo illis sublimius integrissime puritatis adeptus est palmā. Nam quamuis alia sit in resurrectione mortuorū claritas solis, alia lunæ, alia uero stellarū: differt tamen stella Laur. Iustin.

E à stella

**Dan. 12** à stella in claritate. Erit plane apostolus iste tanquam fidus præfulgidū in futuro cœlorum regno, nedū ex merito acquisitæ virginitatis, uerum etiā ex remuneratione infusæ scientiæ, quam non ex industria, sed per diuinam sortitus est gratiam. Hanc quippe tum pro honore dei, tum pro animarum salute cōmunicans præcipuam apud dominū consecutus est gloriam, quemadmodum de doctoribus ore Propheticō dicitur: Qui docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Quantos hic eruditione sua euangelica atq; apostolica confutauit errores, qui in exordio nascentis pullulauere ecclesiæ? Quantos imbuuit fide, atque ab anfractibus uitiorū reuocauit ad Christum? Omnes penè Asiae fundauit ecclesiæ, imò uniuersum eloquij suis catholicis irradiauit mundum. In omnem terram sonus prædicationis eius exiuit, & in fines orbis terræ scripturarū illius tuba concrepuit. Merito in stadio militatis ecclesiæ sicut ardens emicuit facula diuini ignis accensa splendore, non utiq; sub modio, sed super eminens constituta candelabrum. Luxit etenim in se uirgineo decoratus candore, luxit proximo sapientiæ ac scientiæ ditatus eloquio, lux & Christo martyrij examinatus incendio. Illi nanq; testimonium, quoad uixit, exhibuit. Innatas siquidem iste euangelista præcipuus corporis uoluptates ueluti robustissimus propugnator uirginitatis superauit amore, illata uero passionis supplicia zelo magnanimitatis euicit. Verum de aliorum cordibus adulta uitiorū desideria salutis exhortatione doctrinæ medendo fugauit. Factus est ( secum dei cooperante uirtute ) uirgo, martyr, & doctor. Sicq; de certando, patiendo, atq; docendo ad maximum sanctitatis prouectus est culmen. Tandem maturo confessus iam senio in defossa humo se collacans quemadmodū à carnis corruptione extraneus, ita à mortis dolore liberrimus felici dormitione migravit ad Christum. Triplici itaq; aureola decenter ornatus omni cælesti curiæ insignis apparuit. Nam laborum suorum mercede percepta ineffabilis iucunditatis fruitione potitur, hoc illi præstante domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat in secula, Amen.

In festo sanctorum Innocentum.

**Gen. 1** **A** que in spiritualibus, quemadmodum in corporalibus nouimus euenire negotijs, ut nemo ad perfectionis ualeat fastigiū scandere, nisi mediante progressu. Materialia uidemus ædificia construi nō repente, sed paulatim & per incrementa. Pueri quoq; ab eruditioribus suis literis imbuuntur, & ex quotidiana assiduitate studendi efficiuntur docti. Quisq; iuxta ingenij proprij perspicuitatem aut sedulitatem operandi proficit in eo, quod cœpit. Humanæ nequaquam infirmitati congruit, ut immediate operetur. Hoc tamen diuinæ cōpetit maiestati, cui uniuersa famulantur ad uotū. Ipse nanq; omnia, quæcunq; uoluit, fecit in cælo & in terra. Legimus enim in creatione uniuersi sic scriptum: Dixit deus, fiat lux, & facta est lux, item fiat firmamentū in medio aquarū, & diuidat aquas ab aquis, & factū est ita. Et sic de cæteris, quæ enarrare longum est. Cæterum quū illi omnia suppetat posse, quū uult. Rarissime tamen in spirituali disciplina & perfectione uirtutum quempiā consummatum effecit sine diurna laboriosaq; exercitatione. Hoc norunt, qui Christo in spiritu militant. Quām arcta & difficilis, quantis temptationibus & sudoribus, casibus & periculis plena sit uia, quæ ad perfectionem dirigit, nullus recognoscit, nisi expertus. Hinc tam pauci perseverant in stadio, pauciores pertingunt ad palmā. Cunctis placet merces uirtutis, sed non æquè certaminis labor. Vtruncq; proponitur, rosa & spina, uirtus & pugna, perseverantia operis & præmiū laboris. Fallitur prorsus, qui alterum uult separare ab altero. Seruuit olim patriarcha Iacob annis septem, ut speciosę Rachelis concupitis potiretur amplexibus, nolens tamen & inscius Lyam pro Rachele suscepit, audiuitq;. Non est in loco nostro cōsuetudinis, ut minores tradamus ad nuptias, imple hebdomadam dierum huius copulae, & hanc quoq; dabo tibi pro opere, quo seruiturus es mihi septem annis alij. Qui legit, intelligat, quoniam mysticū eloquium est. In cāmpū qui cunq; ad pugnandum ingreditur, arma teneat, timorem mortis amoueat, certaminis horam alacriter expectet, propositamq; concupiscat mercedem, si coronam anhelat reportare uictorię. Non coronabis ( inquit Paulus ) nisi qui legitimè certauerit. Pudeat seruos dei secularium animositatis infatigabilium, mentis sollicitudinum, laborum penē intō-

**X** intollerabilem, famis discursus, uigiliarum, inquietudinumq;. Conuincunt profecto temporem eorum, qui Christo domino militare uidentur. Consurgent in iudicio cum generatione hac nostra, & condemnabunt eam, quemadmodū Austris regina progeniem Hebræorum. Condemnabunt inquam, non ut in finali examine iudicaria potestate prædicti illos iudicent, sed utriusq; propalata sedulitate actionum amatorū seculi professorum Christi solicitude præcedet, istorumq; torpore insinuabit redargutione fore dignissimū, quum re uera oppositum esse deberet. Nōnne innata clamat ratio, & uetus docet, ut tanto sollicitius res unaquaq; queratur, quanto pluris esse deprehenditur. Aurum uidemus præponi argento, argentū plumbo, plumbum luto, gemmamq; marmoreis saxis. Et hæc unde: nīsi quia pluris aestimantur? Cur autem in spiritualibus & præstantioribus eadem fieri non uidemus? Quare cœlum plus quam terra non diliguntur. Deus magis quam creatura nō amat: inuisibilia & æterna amplius quam uisibilia & temporalia: Sic cæci effecti sunt homines, sic sensum euenterunt proprium, ut sine distinctionis iudicio præponant magnis parua, spiritualibus carnalia, atq; caduca cœlestibus. Quodq; deterius est, uolunt absq; exercitationis promptitudine æternam obtinere mercedem. Talis quidem abusio mundi seductoribus facile indulgetur, quando qui diuino se cultui manciparunt, hanc segniter querant. Volunt quisq; sine alicuius rei inopia esse pauperes, sine tribulatione patientes, obedientes sine proprij arbitrij abnegatione, gratia locupletes sine ulla suimet uiolentia, humiles sine opprobrijs. Virtutesq; cæteras habere peroptant, ita tamen ut salua corporis sospitate & mentis iucunditate nihil molestiæ perferant. Huiusmodi pondus infirmitatis propriæ suorumq; ignorantiarum sarcinam delictorū. Nesciunt inquam, quam magna sit multitudo æternæ dulcedenis, quam certantibus pro se, seq; diligentibus, præparauit omnipotens. O si amoris uerentur incendio, qui Christo deseruiunt: o si uirtutum mente perciperent suauitatem, indicerent utiq; sibijs, atq; ex magnanimitatis libertate se erigerent cōtra se. Nequit uerus amor ociosus esse, necq; cor nobile facere in imis, uel dormitare desidia. Desiderio

**C** fertur, proficiendiq; uotis trahitur. Se nil arbitratur agere, quamvis magna perficiat, semper est rigidus contra se, se deīcit, se insequitur, seq; contemnendo custodit. O commendabile uirtutis desiderium, o beata caritatis flamma quam ualide operaris, quam uelociter curris, quam sære intus uocifero per tingis, quò cupis, nunquam tibi satis est, nunquam etiam inquiete quiescis. Norunt ista, qui possident te, & possidentur à te. Nam teneris & tenes, saturitatem infers & famem, amorem & doloris causas, quietem & bellum cōmoues. Nemo sufficenter uim tuam explicat, experientia sola mysteriorum tuorū notitiam præstat. Nam absq; gustu scientia foris relinquitur, extra te nequam tuam excellentiam ualet attingere. Excelsior es cœlo, abyssō profundior, maritior, temporumq; diuturnitate longior, præ magnitudine sanctitatis tuæ paucissimis cōmunicaris. Illis tantum ( ut arbitror ) qui se exponunt periculis, subiiciunt laboribus, & cōstantissimè in spirituali perseverant prælio. Illis inquam te familiarē facis, qui mundi sunt corde, mente humiles, intentione recti, cogitatione assidui, interioremcq; sectantur pacem, atq; animi sanctimoniam. Cæterum his studijs diuina gratia limitata non est. Quibus enim largiflua manu sua cōmunicare atq; amplissima uult tribuere dona, replete & sine progressu id perficit. Vocavit de rubo Mosem, & suorum decretorū consicum, Pharaonis deum, & populi sui ducem fecit. Dauid custodem ouium, prophetā, & Hebræorum regem institui mandauit. Piscatorem Petrum apostolum, & ecclesiæ pastorem fieri uoluit. De Saulo persecutore, quum illi placuit, in Paulum prædicatore mutant eximium. Verum de ih̄s quid memorem, qui in adulta ætate iam positi dei gratiam meruere, quū & imbellis infantia hanc largo imbre perceperit? Quantos ( quemadmodum sacra præsentis diei narrat historia ) ab imp̄issimo rege occisos nouimus fuisse infantes? A matrum quidem diuili uberibus persecutorum gladijs transfiguntur. O miserandum diuinæ miserationis indicium ac pietate plenissimū. Fugientes mulieres latibrasq; petentes cruenta lictoris manus insequitur, atq; puerorum uagientium uiscera fundit. Plorat mater, atq; uteri sui prolem amplectitur crine fuso, eiulatuq; maximo ueniam precatur, nullatenusq; consequitur. Recusat prorsus mater doloris nimietate pena carnifici filium tradere, quem sinus reciperet Abraæ. Erat mors hæc crudelis & pia,

Laur. Iustin.

Ee 2 poena

poenalis & sancta, quæ sine consensu uoluntatis natura renitente donabat cœlum. O Dei nostri stupenda dignatio, quæ nolentes plorantesq; transmittit ad requiem. Sine pugnæ consensu hi coronantur infantes. Non interrogati occiduntur, innocentes iugulantur: auferuntur à seculo, & consecrantur Christo. Nec corde credebant ad iustitiam, neque ore confitebantur ad salutem, & tamen martyrij adepti sunt palmam. Ignorabant equidem Dei legem, cœleste regnum, quid perferebāt, & pro quo patiebantur, & nihilominus poena illa eisdem computabatur ad gloriam. Vnde hoc: & cui hoc? Nunquid ulla præcesserunt merita? Nunquid uel matrum supplicantium interpellauere suffragia, ut tales infantes hi assequerentur gratiam? Proorsus minime. Commendare uoluit dominus in his pueris misericordiam suam. Gratus (ut sic dicam) perceperunt prauium felicitatis æternæ. Alij laborant toto uitæ suæ tempore, alij usque ad sanguinem certant, nonnulli temptationibus, uigilijs, ieiunijs, pernoctationibusq; crebris seipso astligunt, sicq; alij, atque alij sic defudant, & patiuntur, ut regni cœlestis meantur esse participes. Iстi autem non ita. Breuissima propter Christum persecutione ingrumenta iugulati pariter & coronati sunt. Absque ulla perpeccione malorum, quorum mundus est plenus, à matrum uberibus in æternitates transiere perpetuas. Beata plane parvulorum horum conceptionis hora, qui pro Christi occasione sine voluntatis consensu pati ualuerunt. Longe his maiori mercede sunt digni, qui carnis resolutione minime interueniente illata fortiter pertulere supplicia. Multos namque nouimus examinatos extitisse in poenis, nec tamen morte consumptos. Hi uoluntate, et si non actu, dicendi sunt martyres, quoru animas quamvis persecutoris non abstulerit gladius, palam tamen non amisere martyrij. Est & tertium martyrij genus, quod actu & uoluntate perficitur. De hoc namque dicitur: Maiores caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Nempe mortis necessitudo amoris probat incendium. Contingit perspè, ut laborare, pati & pro Christo desideremus occumbere. Cæterum mortis interueniente articulo timoris gladio percussi resiliere compellimur. Tecum (inquit Petrus ad Iesum) paratus sum & in carcerem & in mortem ire, & tam ancille unius interrogacione perterritus, quod illum agnosceret, cum anathematizatione negauit. Discipuli præterea, qui prius mori, quæ dominū eundem relinquere spoderunt, quæ iniquorum uidissent cum teneri manibus fugerunt uniuersi. Spiritus igitur quoniam promptus est & caro infirma, ideo tam frequenter prætermittimus opere perficere, quod desideranter gestamus in corde. Erudimur ex hoc, nequid inconsulte agamus, uel musq; proprias metiri uires antequam Deo promittamus quicquam. Tolerabilius quidem est à virtute sine spōsione deficit, quæ post promissionem à uirtutis deliberatione langescere. Vouete (inquit Propheta) & reddite domino. Laudabile procul dubio est, & mercede dignissimum desiderare pati ac mori pro Christo, dummodo maturè & in sensu cordis concipiunt uota. Illi absq; redargitione congruit appetere ardua, qui nil negligit sibi possibile. Cæterum qui spernit implere parva, magna & difficultia quo modo consummabitur. Facile est illi martyrij concupiscere certamē, qui propriam ignorans infirmitatem, minimè pugnare inchoauit adhuc. At quicunq; suum etiū confici, trahidant ambulare etiam corde in magnis ac mirabilibus super se. Verum quum impelli diuino se sentiunt spiritu ardua quæq; arripere humiliter confidenter & imperanti ac trahenti obtemperant, ne uocanti Deo conuincantur fore rebelles. Non tamen omni credunt spiritui scientes, quoniam & ipse Satan transfigurat se in angelum lucis, quatenus tainus cautos supplantet & peimat. In omnibus igitur cum humilitate est adhibenda prudentia, siue in affectu, seu in opere, ne forte deficientibus uiribus compellamus incepsum præcidere opus. Hinc glorioſissimorum martyrum magnanimitatis est esse renda humilitas, qui sicut pia, ita aggressi sunt fortia, illo nihilominus eos inuitante ad præium, qui in coruati mentibus gloria reuelabat triumphum. Proprietary nec minis neque tormentis de uictoria certificati ualebant cedere. Pugnauerunt proorsus uiliter, & immortalitatis felicem adepti sunt palmam. Merito igitur cæterorum martyrum precellunt gloriam, siue eorum qui actu & non uoluntate, seu illorum qui non actu, sed sola pro Christo uoluntate certarunt. Stat illi (quemadmodum scriptum est) sub throno Dei, & clamant dicentes: Visquequo Deus sanctus & iustus vindicas sanguinem.

A guinem nostrum, qui effusus est super terram? Isti autem ante thronum positi procedunt mittentes coronas suas ante sedem Dei, & agni. Illi inquam singuli singulas recipiunt stolas diuino habito responso, ut modicum sustineant tempus, isti uero duplia de manu domini percipiunt, utpote actu & uoluntate uictores. Verum quum eorum dispar sit in gradibus gloria, una tamen omnium est beata uisio, iucunda dilectio, & æterna comprehensio. Una est domus, & mansiones multæ. Quamobrem o carissimi de excellentioribus obtinere queramus. Si temporalis ornata & speciosa nos delectat dominus, quanto magis spiritualis mansio, decora, & cœlestis nostrum sibi debet uendicare affectum? Non minus in spiritualibus quam in corporalibus reperiāmur cupidi, potissimum quum istæ momentaneæ & temporales sint, illæ uero æternæ. Libentiusq; illæ quam istæ præstentur nobis à domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum, amen.

In solennitate circumcisionis domini.

B  Edicinæ arte imbuti quoties ad languores curandos uacant, obseruant tempora infirmatumq; causas, quatenus opportune congrua ualeant ægrotantibus præstare remedia. Maxima recuperandæ salutis est portio, si modus in medendo custodiatur & tempus. Vbi enim discretionis deficit libra, concupitæ sospitatis desinit esse effectus. Hoc in corporibus, hoc & in curandis animabus euenire conspicimus, quod in spiritualibus à Deo collatis remedij perspicue claret. Equidem ex originali culpa humano generi nouimus infirmitates inflictas esse innumeratas. Verum (ut præterea cæteras) hæc: quæ in conceptione contrahitur, quantum obfit, quantumue secum ferat exitium, sancta mater noscit ecclesia nisi ista sola sanet, casso erga reliquias labore sudamus. Ab ipso quippe sui exordio diuina clementia eandem abolere curauit, quatenus spiritualibus alijs posset mederi languoribus. Quid (oro) prodest uniuersa uitare facinora, si originale tantum in nobis perseveret delictum? istud si amoueatur à nobis, cæterorum facile consequemur.

C ueniam. Ex magisterio sapientiæ hoc absque ullo errore cognoscimus. Ipsa namque quæ mortalium genus fecit esse sanabile à mundi constitutione, quando humana cœpit propagari species, usque ad suum in carne manifestatam præsentiam uaria aduersus hanc pestem, quæ ipsa exhibuit, mandauit custodiri remedia. Tanquam enim peritissimus doctor alia ante legem, alia sub lege, aliaq; sub gratia pro istius medicamento sacramenta instituit. Dedit quidem sacrificia, dedit circumcisionem, atque baptismatis contulit lauacrum. Seruauit proorsus in singulis modum & tempus. Cæterum quoniam sine fide impossibile est placere Deo, necesse fuit, ut fides semper operaretur in omnibus. Vbi enim deest fides, uirtus deficit sacramenti, subtrahitur donum, perdurat culpa. Quantumcunq; offeras, quamvis custodias legem, quanquam lauaci salutis unda te diluit, si absq; fide id facis, peragis nihil. Nequaquam uisibilem tantum actu sed inuisibilis fidei à te dominus præcipue munus exposcit. Vtrumq; tamen tibi iubet, ut agas, uisibile (uidelicet) opus in testimonium fidei, & devotionis inuisibilis cordis in robur perpetuae caritatis. Nam si ad signum corporale solum attendas, sacrificium & munus Cain Deo obtulit, quemadmodum & Abel. Verum quoniam ad mentis rectitudinem & fidei sinceritatem intuetur omnipotens, respexit (sicut legitur) ad Abel & munera eius, ad Cain autem & ad eius munera minime. Quamobrem recte colligitur, quod quicquid ad deterendum originalis culpæ contagium siue in sacrificijs, siue per circumcisionem, seu per baptismum mandatum est, totum ob fidei proficeret meritum: interueniente nihilominus obedientia, quæ uniterfis supererinet holocaustis.

Hinc mediatoris nostri non fides, sed obtemperans commendatur humilitas. Quum igitur comprehensor & beatus esset, nullaq; originalis peccati foedaretur macula, uoluit tamen pro se & in se omnia, quæ pro eodem delicto præcepit Deus fieri, habere remedium. Par quippe turturum aut duos pullos columbarū pro se sacerdotibus uoluit exhiberi, ac si ut cæteri reus existeret. Voluit etiā in Iordanis baptizati alueo per manus Ioannis, ut baptizandi se omnibus formā præberet, quæ utiq; ad delendū originale delictū instituere disponebat, ita ut nemo nisi baptizatus in regni cœlorum aditum introire ualueret.

**G**er. 17 leret. De circumcisione autem sacramento quid dicatur? In tenerima quidem aetate idem qui circumcisionis mandatum dederat, circuncidi designatus non est. Non enim illa communitaria formidabat sententiam, qua dicitur: Omnis anima, cuius preputij caro circumsita non fuerit, exterminabitur de populo suo. Ceterum neque illa, quamquam uerus esset homo circumcisione indiguit. Voluit tamē circuncidi, ut ueteris legis sacramenta patribus tradita insinuaret sive sancta, & irrefragabiliter obseruanda. Obstruxit namque detractibus os loquendi aduersus Deum iniquitatem, quoniam legislatore uerbo & opere aspiceret legis mandata complesse. Quid (oro) dixissent hi, si legis diuinus prerogativa Christi reprehenderent contemptorem? Iuste quidem illum tanquam diuini mandati praevaricatorem persequi uiderentur. Verum quum circuncidi se passus est, calumniandi ludus confudit audaciam, & diabolo, ne incarnationis mysterium agnosceret, uelamen impo- fuit. Quum enim ut ceteros circumcisionis sciret dominum paruisse pracepto, uidelicet illum eiulatum emittere, sanguinem fundere, doloremque pati, purum eundem esse hominem arbitratus est. Nam si illum cognouisset dominum gloriam, nunquam crucifixisset. Vicit sapientia, diaboli malitiam, conuicitiones haeticorum commenta, qui asseuerare non ueriti fuerunt Christum non uerum corpus de Maria uirgine sumpropositum, sed phantasticum, & corporeis tamen oculis uisibile. Nullus sane dubitare audeat corpus illud non sive uerissimum, quod potuit gestari brachijs, attrectari manibus, circuncidi lapideo gladio, lacu sugere, cibum sumere, fatigationem sentire, plorare, incedere, dormire, fame & frigus pati, nudari, flagellari, conspici, alapis caedi, uelari oculis, in stipite figi, acetato potari, & spiritum exhalare. Verum quippe hominem induit uerbum Dei de massa Adae absque peccato passibilem, uisibilem, palpabilem, mortalemque. Alioquin quomodo mediator dici posset aut redemptor, si carnem minime habuisset mortalem? Debuit plane per omnia fratribus assimilari, ut misericors fieret, & fidelis pontifex ad dominum, & repropitiaret delicta populi. In eo enim, in quo passus est ipse & tentatus potens est Heb. 2 & eis, qui tentati sunt, auxiliari. Vnde alio in loco Apostolus inquit: Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmis nostris per omnia ieratum pro similitudine absque peccato. Nemo igitur scandalizetur in eo, quod Deus manens in homine hominum communicauerit passionibus, magis autem miretur, diligat, gratias agat, & imitetur. Miretur inquam sacramentum, diligat Deum, agat grates pro beneficio, imitetur exemplum. Dum circunciditur enim, tibi o homo commendauit mystrium, affectum exhibuit, praestitit donum, mandatum iudicauit. Voluit sane (sic decuit) ut ille circuncideretur in carne, quatinus tu circuncidaris in spiritu. Circuncidimus uiri Iuda (inquit Propheta) preputia cordis uestris, & non carnis. Nam secundum carnem tantum neque circumcisione aliquid ualeat neque preputium, sed obseruantia mandatorum Dei, secundum spiritum uero plurimum. Nempe in spiritu carnis ac cordis, si uis, potes amputare preputium, non aliud autem, quod tibi natura concessit, sed carnis cordisque concupiscentiam, quae preputij figuratur sub nomine, quae domino imperante in spiritu omnino esse circuncidenda cognoscitur. Si ergo oculos tuos auertis, ne uideant uanitates, ne mulieris aspiciant pulchritudinem in peccati laqueum, neque concupiscentia queque intueantur, oculos circuncidisti tuos. Si autem obturas aures, ne audiatis obrectatores, obsecraentes carmina, si a nitore & odoramentis uoluptuosis odoratum amoues, si a portatione superflua, & a lauatoribus ferculis, atque ab omni abundantia ciborum cohibes appetitum, si ab uniuersis muneribus, cōrectationibus impudicis, & percuSSIONibus, & tactibus noxijs manus excutias, proculdubio in his omnibus aures, narres, os, & manus carnis spiritualiter circuncidisti. At uero si in te didicisti non plus sape re, quam oporteat sapere, si elationis tumorem propulsasti, si malarū suggestionum surria non audisti, si presentis uitiae lenocinia spreuisti, si magniloquia, stultiloquia, & blasphemia spiritualia uerba non protulisti, si uisibilia & corporalia plus debito non amasti, utique cordis tui circuncidisti preputium, sic tamen, ut non ob aliud quam propter Christi dilectionem id te intelligas agere. Nam si causa favoris humani, aut temporalis commodi, vel huiusmodi simile perfeceris talia, incircensis computaberis eo destabilius, quo magis actus sanctos non sancte tractare presumpsisti. Verum quoniam universalis haec pura ac sincera consummaveris actione tantum ut soli Christo placere te liberat

A beat, perfectam necdū circumcisionē perceperisse credas. Illam non in praesenti, sed in futuro assequeris, quando mortale hoc absorbebitur à gloria, & corruptio in incorruptionem mutabitur, ita ut sit deus omnia in omnibus. Haec est prorsus uera atque futura circumcision, cuius haec, quam siue in carne spiritualiter, seu in spiritu spiritualiter babere contendimus, gerit imaginem. Hinc est, quod octauo die, per quem resurrectio figuratur, celebrari mandatur, ut scias te non in corpore, sed debere circuncidi in corde, atque perfectam carnis ac spiritus libertatem non in via, sed te adepturum esse in patria. 1. Cor. 15 Tunc fiet plene, quod scriptum est: Absorpta est mors in uictoria. Et hoc non ex nobis, sed per Iesum Christum. Ipse nanque est primogenitus mortuorum, per quem omnes resurgentem ad uitam. Audi Apostolum dicentem: Christus resurrexit a mortuis primis dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectionem mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuiscabuntur. Vidēsne, quam congrue fieri cultello petrino & octauo die circumcisione principiebat, quatenus resurrectionem consummatam sperares per Christum Iesum? Quamobrem ut sacramenta haec in pueri nostri Iesu circumcisione prænunciata fuisse intelligas, in ipso circumcisionis articulo uocatum est nomen eius Iesu. Nequaquam nomen hoc accepit a matre, uel ab alio quoquam mortalium, sed ab angelo prius, quam conciperetur in utero. Non enim ab re Iesu appellatus est. Iesu idem est, quod saluator. Quis enim saluum fecit populum a peccatis eorum, nisi redemptor noster dominus (scilicet) Iesu? Ipse nanque ut saluaret per suum sanguinem populum, quemadmodum extra portam passus est, ita & in diuersorio non sine sanguinis effusione circumcisus. Illuc igitur accede in spiritu, & ex cordis intimo compatere patienti, ploranti, remittenti, atque gementi. Vide, ne gutta quidem sanguinis eius uel minima decidat in terram. Totum collige, totum serua, & tanquam depositum singulare custodi. Infanti quoque eruentato atque tenello, quod uales, obsequium pietatis impende. Tibi nanque condignam retributionis prærogabit mercedem, in praesenti quidem deuotionis & gratiae, C in futuro autem uisionis & gloriae. Nempe si cui ministrabis intelliges, exultabis quippe in spiritu, & delectabitur in crassitudine anima tua, ingeminabisque in amplexibus piæ deuotionis melliflum nomen Iesu. Senties indubitanter amoenitatem quandam spiritualem & sapidam non solum in corde, uerum etiam in ore, quoties nomen hoc sanctum a te fuerit cum deuotione prolatum. Habet enim uirtutem sibi adhibitam, quæ affectum laetificat, mentem pascit, nutrit deuotionem, disponit ad pietatem animum inuocantis illud. Quamobrem si tentaris a diabolo, si ab omnibus hominibus oppimeris, si conficeris aegritudine, si doloribus fatigaris, si supra uires blasphemiae seu desperationis agitaris spiritu, si concuteris formidine, si dubietate pulsaris, Iesu nomen edicito, & repente lumen consequeris & gratiam. In arduis, in periculis, in terroribus, in domo, in via, in solitudine, in fluctibus ubique extiteris, saluatoris profer nomen. Nec enim aliud nomen datum est hominibus sub celo, in quo oporteat saluos fieri credentes. Illud autem pronuncia non ex ore tantum, sed etiam ex corde adhibitis deuotione, fide, & pietate. Nam si literarum tantummodo promas syllabas huius diuini nominis, nihil proficies. Ceterum si dixeris dominus Iesu in ore tuo, & in corde tuo confitearis illum uerum esse deum uerumque hominem in unitate personarum, suavitatis eius fragrantiam senties, & pro hac confessione saluus eris. Nam (Apostolo testificante) corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Cordis igitur tui prius domino Iesu affectum præbe, ut recte eidem labiorum tuorum confessionem exhibeas. Illum saluatorem tuum, redemptorem tuum, deum & dominum tuum, interpellatorem & fratrem tuum, amicum & sponsum tuum esse cognosce, uenerare, & lauda. Eius nomen quo non recedat ex ore, ex corde dilectio, ex memoria passio, ex mente praesentia, ex cogitatione dignatio, atque ex intentione uitio. Sic nanque introrsus dispositus circumcisionis eris per petram, & Israelitico populo sociatus. Videbis utique nunc deum dilectione operante per fidem, donec consummato huius peregrinationis cursu illum per speciem contemplari sufficias. Tunc quippe circumcisione uera spiritualiter completa non solum huius nominis Iesu, gustabis dulorem, sed & ipsius domini Iesu uelata maiestate uidebis deorem, qui cum

patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

In Epiphania domini.



Nter præcipua opera, quæ in temporis uolubilitate diuina maiestas condere dignata est, uerbi incarnatio summum sortitur locum. In ipso siquidem mysterio angelicis spiritibus mirando magnalia dei continetur innumera ueneratione dignissima. Nempe si dei patris omnipotentia consideretur, ibi profecto elucet, ubi invincibilis est uictus, inclinatus est summus, atque placatus omnipotens, si autem sapientiae diuinæ inuestigentur arcana, ubi (oro) perspicatius, quam in illo, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae dei absconditi, contemplantur? Cæterum si æternæ bonitatis communicatio & spiritualis dulcedinis abyssus exquiritur, ubi (quæso) abundantius degustatur, quam in hoc sacro sancto diuinæ humanæque naturæ connubio, in quo paulominus ab angelis minoratum est uerbum, & supra uniuersam angelicam dignitatem, atque supra omne quod nominatur, non solum in hoc seculo, uerum etiam in F. futuro exaltatus est homo? Idem nanque est, qui eleuatus est, & ipse qui minoratur, deus (uidelicet) & homo in unitate personæ, unus Emmanuel, unus dei & hominis filius, unusque dei & hominum mediator amabilis atque colendus, in quo uerissime omnis plenitudo diuinitatis corporaliter habitat, & omnis gratiæ plenitudo subsistit propter excellentiam singularis personæ, unionis, & capitum. Evidem uniuersalis est illi à deo prærogata potestas in cœlo & in terra, ita ut omne illi genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum, omnisq; confiteatur lingua, quoniam ipse dei filius est, & hoc per singularitatem personæ, quæ in ipso est. Percepit insuper propter uerbi unionem omnem scientiæ plenitudinem supra omnem principatum, uirtutem, dominationem, & cherubim, ita ut in uerbo sibi unito nihil, quod sciat deus, ignoret habituali intelligentia, actuali autem præterita ac futura tanquam præsentia compleatur. De plenitudine autem gratiæ capitum quid dicam, quum uniuersa percepit, sapientia (uidelicet) & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ pietatis ac timoris sancti charismata? Ipsi quippe est, qui in ecclesiæ mystico corpore ueluti uerum atque spirituale caput præsidens quibusdam membris dedit, ut essent apostoli, quibusdam & euangelista, alios uero doctores fecit, aliosq; pastores, & hoc donec sanctorum numerus & ministerij ecclesiæ consummetur opus, ut his perfectis occurramus illi in unitatem fidei & agnitionis illius, in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis ipsius, fiatq; capitum & corporis copula perfecta, consummata unio, & gloria sempiterna, comprehendat etiam corpus totum in membris singulis, capitum sui gratiam & diuinitatem, quemadmodum comprehensum est, & in uerbi sacratissimo thalamo collocatum. Interim autem donec perficiatur, quod ex parte geritur, & agnosciatur per speculum in ænigmate, per itinera fidei sub spei pollicitationibus, & cum caritatis incendio in hac peregrinatione gradiendum est, atque mentis intuitu capitum nostri Christi delectabilis facies requirenda, orientalium regum laudabilem sollicitudinem imitantes. Iste nanque (sicut sacra euangelij narrat historia) de remotis terræ regionibus inflammati desiderio fulgentissima illos præeunte stella uenerunt ad Christum. Scripturarum arioli Balach oraculo eruditæ (non tamen sine gratiæ splendore) ignotum regem de Israelitica stirpe progenitum querere studuerunt. Sic nanque pronunciauerat ille, & celebri diuulgabatur memoria, quod oriretur stella ex Jacob, & surgeret homo de Israel, qui dominaretur gentium. Introrsus quippe afflati diuinitus gentilis regis crudelitatem nequaquam uexit nativitas Christi palam agnita confessi sunt sacramenta. O beata magorum horum fides & commendabilis percunctatio sapientium ore propheticæ prædicata, quæ Christum meruit uidere infantem. In psalmis namque sic legitur: Reges Tarsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum. Reliquerunt etenim reges hi propria, & ad exterorum transiere nationes, ut quem ex reuelatione & signo didicerant nasciturum, corporali præsentia etiam aspicerent natum. Nullum sane uiderant ab eo miraculum fieri, nullum illos exhortantem audierant, & tamen ex ducatu stellæ maxima cum itineris fatigatio-

Num. 24

Psal. 71 que sic legitur: Reges Tarsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, & adorabunt eum. Reliquerunt etenim reges hi propria, & ad exterorum transiere nationes, ut quem ex reuelatione & signo didicerant nasciturum, corporali præsentia etiam aspicerent natum. Nullum sane uiderant ab eo miraculum fieri, nullum illos exhortantem audierant, & tamen ex ducatu stellæ maxima cum itineris fatigatio-

A tione Christum regem natum uidere atq; adorare cupiebant. Ingerebat prorsus novi sideris claritas spirituale in eorum cordibus lumen, cuius illecti dulcedine atq; docti gratia trahebantur ad Christū. Verum diuina actum est dispensatione, quatenus regia ciuitati appropinquantibus illis stellæ uisa præsentia ab eorum dilaberetur obtutibus. Prophetarum uero ex hoc innotescitibus Iudeorum principibus magi imbuti uocibus præcurrente sidere ad stabulum, in quo facebat dominus, adiere. Prostrati igitur solo humillime deum adorauere in homine, sapientiam in carne, atq; in imbecillitate infantis dominum maiestatis. Suam demum credulitatem muneribus protestantur, Reginæ obtulerunt aurum, thus deo, mortali autem myrrham. Vnde (quæso) tantæ fides? unde tam clara diuinitatis beatis istis effusit cognitio? Minime ibidem regius apparatus, non ornatus thoros, non deaurata palatia, non famulantum turba, sed puerulus uagiens, panniculis inuolutus, foenum aridum, arctum præsepe, fœtens stabulum, & iumenta irrationalia astantia conspexere. Porro intus operabatur gratia, loquebatur uerbum, se manifestabat diuinitas, propterea cognoverunt, prociderunt, adorauerunt, & ab angelo in somnis admoniti per uiam aliam ad propria redierunt. Clamat prorsus contra nos istorum fides gentilium. Absentem quæsierunt, & nos præsentem contemnimus. Hominem regnaturum super Israhel agnoscere atq; adorare uoluerunt, nos autem præsidentem in cœlo & in terra, nec aspicerem, neq; illi famulari dignamur. Respice o mortales, redite o præuaricatores ad cor, currite affectu non corpore, uotis non pedibus, ut regem uestrum in præsepio inueniatis Christum. Mysticas uero munera species deferre uobiscum, quatenus eidem spiritualia stipendia impendatis. Non terreno eget auro, qui thesauros condidit uniuersos, uestris nequaquam cupit locupletari diuinitus, qui uoluntariam paupertatem elegit, & docuit. Thus denique uestrum minime cōcupiscit uel myrrham, cuius orbis est terræ & plenitudo illius. Cæterum qua ratione odoramentis, quæ producuntur ex humo, indigere credatur, quum de ipsius spiritualibus indumentis (Propheta perhibente) myrrha, & gutta, & casia largissime Psal. 44 profluant? In eius siquidem suavitatis odore filia regum adolescentulæ currentes nimio sunt caritatis incendio concrematæ. Spirituale utiq; obsequium atq; spiritualia diligunt munera, quemadmodum uos etiam spiritualiter trahit ad se. Ttrahit inquit intus per gratiam quæ immutat, per lucem quæ informat, per manifestationem quæ tangendo laetificat. Nempe ubi deest gratia, iacet homo obuolutus in fœtore facinoruin, ubi autem non irradiat sapientia tenebrarum spiritualium caligo dominatur, uerum ubi non erudit fides, mens oppressa tabescit. Est nanque gratia gratum faciens quædam matutina stella præfulgida, quæ electum quenq; præcedens corde ducit ad Christum. Absq; hac procul dubio humanus prostituit animus, & sui nunquam iure est compos, nunquam amator sapientiae neq; fidelis in domino. Per hanc uero rationalis mens efficitur sapiens de cœlestibus eruditur, & fide imbuitur, quæ ad Christum in ueritate pergentibus prorsus necessaria fore noscuntur. Quamobrem quisquis ad diuinam desideras pervenire notitiam, deprecare deum, ab illoq; assiduis postulationibus flagitare ne desinas, quatenus interioris tui cordis obtuitu spiritualem gratiæ suæ conferat lucem, quæ te in huius peregrinationis anfractibus per opaca uitiorum ac infidelitatis deuia minime aberrare permittat, quin potius ipsius præeunte splendore te regat per inuita, in dubijs doceat, custodiat in aduersis, tecum tam diu comitetur in spiritu, quam diu pertingas ad Christum, atque possidearis ab ipso. Tunc de illius spirituali uisione laetus effectus iugi mentis modulatione immortalis regi spiritualia uota persolues. Exhibebitis quippe in eius laude ignitum aureæ rutilantis caritatis affectum, quem concupisti sponsi tui amabilis formabit præsentia. Hoc plane preciosum est aurum, ignitum, atque probatum, quo locupletatus, qui possidet, gratissimum mediatori suo munus expavit. Nempe quicquid sine caritate obtuleris, nec acceptabile deo, neq; tibi poterit esse proficuum. Habeto igitur caritatem, quæ uirtutes cæteras sua dignitate præcellit. Haec tuum inflammet affectum, informet mentem, uitam componat, atque erudit ad orandum. Est namque oratio thus ualde proficuum, si tamen amoris sancti fuerit inflammatum incendio. De imo quippe descendens ac suauiter redolens ante thronum dei in cœlorum regnum concendit. Huiusmodi thurius ut ad deum ascensus fieri,

ret, Propheta nominatissimus dominum flagitabat dicens: Dirigatur domine oratio B.  
mea sicut incensum in conspectu tuo. Cæterum quemadmodum thus, quamvis in se sit  
optimum atq; præcipuum, nullam ex se refundit odoris fragrantiam, nisi iniiciatur igni,  
ita nec orationis incensum deo acceptabiliter præsentatur, si non caritatis extiterit flam-  
ma consumptum. Iacet prorsus oratio, & in sui torpore dormitat, nisi dilectionis des-  
iderio subleuetur. Vt trungi etenim opportune conueniunt. Nam & ad orandum docet  
caritas, & in ipsa oratione caritas flamma nutritur. Sit ergo orantis animus propriæ in-  
firmitatis cognitione repletus, atq; ad edomandas carnis concupiscentias solerter in-  
tentus, quatenus humillimum dominum auri, thuris, & myrræ spirituali oblatione la-  
tificet. Nempe rubigine caritatis consumptum est aurum, & orationis fœtus incensum;  
ubi carnalis dominatur affectus. Ne igitur tepescat caritas, ne orationis repellatur in-  
tentio, corporis omnino sunt res candeæ illecebræ, atq; myrræ amaritudine condien-  
dæ. Diuina nanque fiet uisione dignissimus, quisquis in hac extiterit triplici exercita-  
tione perfectus. Ex quotidiana denique inspiratione admonitus per mentis eleuatio-  
nem assiduam & singularem deuotionis affectum coelestis patriæ coetibus contem-  
plando iugiter inferetur. In hac profecto Hierusalem, quæ ædificatur ut ciuitas, con-  
uersabitur desiderio, donec deposito mortalitatis indumento inseparabiliter æterni  
sponsi Christi castis fruetur amplexibus. Sic nanque per aliam viam ad suam redibit  
mansionem, in qua una cum sanctis omnibus felicitate gaudebit, id perficiente domi-  
no nostro Iesu Christo ecclesiæ sponso, qui uiuit & regnat cum deo patre in unitate spi-  
ritus sancti deus, &c.

In conuersione sancti Pauli apostoli.

**S**ingulare diuinæ miserationis opus ante mentis nostræ oculos sancta hodie exhibuit mater ecclesia, per quod maximum spei præsidium attulit, dum iustificationem persecutoris impij nobis uoluit recitari. Vniuersos pecca-  
torum multorum nouit fascibus esse oneratos, per quos in desperationis merguntur facile profundo. Hinc exemplo unius innumeratos erigere cura-  
vit ad spem, quatenus animi fluctuationem & metum fiduciae firmaret anchora, atq; la-  
bentem & languidum sua exhortatione revocaret ad Christum. Nempe in ipso spei no-  
stræ omnis est locanda intentio, omniumq; meritorum illi est arroganda uictoria. Ex  
ipso prorsus nedum penderet, quod sumus, uerum etiam quod laudabiliter perficere ua-  
lemus. Non quod sufficentes simus (inquit Apostolus) cogitare aliquid à nobis quasi  
ex nobis, sed sufficiëtia nostra ex deo est. Porro si nostra sufficientia ex deo est, & nō ex  
nobis de nobis omnino diffidere debemus, confidere autē in deo, qui singulis singula  
impertitur dona uitatum. Nemo gratiarum illius expers est. Ad lucrum exerceamus  
spirituale, quod gratis à deo accepimus, ut potiora semper percipere mereamur. Su-  
peruacue magna quis petit, qui parua neglexerit operari. Iuxta sibi iniunctam gratiam  
quisque se studeat exercere, & desperationis medebitur morbo. Conditoris sui largi-  
fluam frequenter manum meditetur, & uix poterit diffidentia tabescere tædio. Horum  
quæ percepisti à Christo ô homo, assidue memorare, & inde fiduciae sanctæ cōcipientes ro-  
bur. Qui fecit te sine te, nunquam te damnabit ex se. Creauit quidem te per se, ut te reu-  
caret ad se. Noli ergo te auertere ab eo, noli dorsum factori tuo conuertere, ne iuste iu-  
dicatus interreas. Esto de gratia gratus, ut non ex te damneris ingratus. Vide ne mitissi-  
mo domino ultionis debitæ aduersum te proferas gladiū. Non enim suo, sed te tuo per-  
cutiet ense. Tua te corā illo accusabunt opera, tua te conscientia iudicabit. Non alterius  
sed tuimet contra te æquus arbiter testimoniu quæret. Aduersarius conscientia tua tuus  
est constitutus à domino, ut clamet aduersus te, arguat te, & te quoties delicta perpe-  
trare conari, ab interitu eripiat sempiterno. Esto igitur cōsentiens aduersario tuo, dum  
es in uia, ne forte tradat te iudici, & iudex tortoribus cruciandū. Aduersatur tibi cōscien-  
tia tua ad bonum, zelat profectum tuum, ne in malo deficias. Beata prorsus anima, quæ  
aduersarij huius redargutiones non patitur, quæ persuasionibus eius assensum præbet.  
**Matt. 5** Talis erat Paulus, quando dicebat: Nihil mihi conscientia sum. Verū nunquid hoc dicere  
potuit semper? Minime. Postquā uero iustificatus fuit, postquā aduersario cōsenit suū,  
hæc retulit. Secū dei cooperante gratia in uirū mutatus extiterat alterū, non quidem se-  
cundum

A cundum naturam, sed secundum conuersationē & sensum. Idem perseuerauit in essen-  
tia, nequaquam autem idem in uita. Fuerat aliquando saeuissimus persecutor, Christianæ  
religionis impugnator, & sanctorū fidelium rabidus oppressor. Nō enim poterat mel-  
liſum Christi audire nomen, professorumq; suorū sustinere præsentiam. Hinc tanquam  
lupus rapax acceptis à sacerdotū principibus & iudæorum magistratibus epistolis in  
Damascum ad synagogas pergebat intrepidus, quatinus uinctos in Hierusalem perdu-  
ceret, quotquot huius nominis fore nosceret insignitos. Quis (oro) innocentium non  
formidaret istius persecutoris animositatem? Quis furenti, liganti, trahenti, percutienti  
non expauesceret obuiare Paulo? Proh dolor adhuc aspersum sanguinē proto martyris  
Stephani gestabat in uestibus, adhuc sanctum lambebat cruentem, & tamen sitiebas ad-  
huc. Tenuerat lapidantū indumenta, saxa porreverat, omniumq; manibus lapidauerat,  
& nihilominus sceleribus istis grauiora addere peccata durabat. Talia illo agere molten  
ti ingenti luce perfusus affuit dominus Iesus, uoceq; tonanti affatus est dicens: Quid a-  
gis ô Paule? Cur niteris sanctis necem inferres? Ut quid diuīnū nomen conari extingue  
re: desine (oro) desine perpetrare talia. Sufficiat tibi, quod hactenus pertinaciter peregi  
sti. Lapidem durissimum nuda manu frangere cōtendis. Me utinam audisces dicentē: Qui  
cederit super hunc lapidē, confrigetur, cōminuet autem, super quem ipse ceciderit.  
Me nosse studeto, doctrinæ meæ ueritatē, autoritatem miraculorū, uitæ innocentiam,  
atq; gratiæ plenitudinē, quatinus me diligas, & in me credas, uel forte si quid in me redar-  
gitione cognoueris dignū, tuam excuset saeuitiam. Porro inconsulte agis, & ignoran-  
ter insequeris me. Legis (oro) reuolue uolumina, prophetarū scrutage oracula. Patriar-  
charum rememorare promissa, & sub literę uelamine me latente inuenies. Exultauit A-  
braam, ut uideret diem meum, uidit, & gauisus est. Prophetæ omnes de aduentu meo ua-  
ticinati sunt, quorū dicta retexere uniuersa nimis prolixum est. Per legem quoq; intelli-  
ges meam promulgatā fuisse præsentiam. Ne (quæso) uelis maxime tu, qui ex sanctifica-  
to procreatus es genere, negligere gratiam, quam patres tui tanto cupiere cum gaudio.  
**Math. 21**

C Clamabat quidam eorū, domine mitte quem missurus es, alter uerò, utinā cælos dirum-  
peres, atq; descenderes. Vnde & desiderio fatigatus aiebat: Manda remāda, expecta re-  
expecta, modicū ibi, modicum ibi. Alius aut̄: Ostende (inquit) nobis domine misericor-  
diā tuā, & salutare tuum da nobis. Nempe quem illi prænuntiantes futurū aspicere eu-  
piebant, tu uerò præsentē cur denegas aduenisse? Veni (inquam) iuxta pollicitationē  
exhibitam patribus, ut soluam iugum captiuitatis uestræ, & congregem oues, quæ pe-  
rierunt domus Israel, inter quas annumeratum te esse cognosce. Patris igitur beneuolen-  
tiam percipe, pastoris uocem ausculta, uocanti te auditum præbe, te iustificare uolenti  
assensum tribue. Eris utiq; omni redargitione dignissimus, æternisq; cremandus incen-  
djs, si gratiam hanc spreueris, si non resipueris a ueranía persecutionis, quam perfice-  
re niteris. Hæc ut audiuit Paulus, prostratus solo expauit, contremuitq; & quis sibi lo-  
queretur, secum tacite conferebat. Locutus est deus ( aiebat sibi p̄s ) facie ad faciem  
Moli, & ueluti amicus amico, locutus est Abraæ, Isaac, & Jacob, locutus est Samue-  
li, multisq; patribus. Nunquid & nunc loquitur mihi? Magna prorsus est eius uocis  
autoritas, præclarus splendor, uirtusq; perualida, quæ sic prostrauit, deiecit, & lumine  
priuauit me. Cæterum scio, quoniam nequaquam insequor deum, quin potius dei  
zelō accensus Nazareos persequor: qui contra dei legem & patrum fidem nouam  
conantur sectam in serere mēntibus hominum, atque diuina abolere decreta. Hos tan-  
quam temerarios horumque conuenticula dissipare contendō, gratum arbitrans ob-  
hoc deo exhibere obsequium. Verum quia dei iudicia incomprehensibilia sunt, &  
plerunque quod humanis oculis rectum esse censem, obliquum est, sciscitabor lo-  
quentem ad me, quis sit. Nempe si iudicatio ista erit, opus peragam cōceptum, ut  
honoris dei & paternarum traditionum uerus æmulator existam, si uerò revelatio  
cōlestis hæc fuerit diuino acquiescam consilio. Supra modum excederet limites, si  
sub pietatis imagine deo repugnare satagerem. Evidem nouit dominus, quoniam  
propter eum arma suscepit, illi potius cupiens placere quam mihi. Hinc fiducialiter  
interrogabo, atque agnitæ ueritati inseparabiliter adhærebo. Non minis cedam ne-  
que blanditijs, quin opus dei perficiam. Pristino igitur resumpto uigore inquit: Quis  
**Ioan. 3**

es domine? Vocem tuā audio, cōminationis ac exhortationis eloquia tua percipio, te E.  
autem ne cum agnosco. Quamobrē deprecor te domine, ut mihi, quis sis, digneris edi-  
**Aff. 9** cere. Cui dominus clara uoce ait: Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris. Pro-  
fus durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et Paulus: Domine quid me uis facere?  
Introrsus nanc̄ est diuino eruditus eloquio, quis esset, quē persequi auderet: propterea  
ultra repugnare non ualuit. Expertus est in se, quām itidem dei uerbum sit potens. Non  
per milites, non armis, non uerberibus strauit hunc incredulorū ducem, quatinus sciret,  
quōd dei sermo est uiuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio a cipiū pertingens  
usq; ad diuisionem animæ ac spiritus: Nempe si totus insurrexisset mundus, Pauli ini-  
me ualuisset animositatē flectere, cuertere sensum, intelligentiamq; conuincere. uerum  
ut cor illius tetigit uerbum, emolliuit mentem eius, sedauit furorem, placauit crudelita-  
tem, mutauit propositū, naturam reformauit, docuit rationem, lumine circumuenit, atq;  
sapientiæ totum nectare saginauit. Nam recuperato, quem amiserat, uisu baptismiq; san-  
ctificatus lauacro Christum, quem persecutus fuerat, publicē prædicauit. In Synagogas F.  
etenim Iudeorū ingressus legis testimonij & autoritatibus scripturarū uniuersos con-  
futabat affirmans, quoniam hic, qui uenit in carne, prædicauit pœnitentiā, promisit re-  
**Aff. 6** gnum, in cruce pependit, à mortuis resurrexit, ac ad cælos ascendit, est Christus in lege  
prophetatus. Nemo autem poterat resistere sapientiæ & spiritui, qui loquebatur in Pau-  
lo. Repleuerat enim illum Christus sapientia, intellectu, consilio, fortitudine, scientia,  
pietate, sancto timore, adeo ut cuncti, qui eum audiebāt stuparent, & mirarentur pro-  
tam repentina conuersione. Viderant eundem paulò ante quāsi rapacem lupum mane-  
prædam capientem: nunc uero ueluti ad uesperum escas diuidentē. Erat nempe grande  
miraculum hoc, ut blasphemus & persecutor effectus esset eximus prædictor. Cuius  
nanc̄ opus est tale, nisi mutatio dexteræ excelsi? Nullus sane mortalium mutandi liberū  
arbitrium sibi ualeat uendicare potentia, nisi tu deus, in cuius ditione uniuersa sunt pos-  
ta, nec est qui tuæ queat resistere uoluntati. Tu enim ô domine Iesu, qui uerbo tuo sem-  
piterno cuncta prænoscis quæ futura sunt, prius quām fiant, propugnatorem hunc Pau- G  
lum delegisti in laudem gloriæ nominis tui, ut portet nomen tuum corā regibus & prin-  
cipibus & gentibus, & filijs Israel. Vas tibi electionis fecisti, quatinus per illum nouifica-  
res diuinitatis tuæ maiestatem seculo ignoranti & futuris generationib; bus. Notus in lu-  
dæ tantum esse uidebaris, & in Israel magnū nomen tuum palam profitebatur. Ut tigi-  
tur etiam gentibus, quæ infidelitatis uinculis tenebantur astricte, atq; per superstitionē  
idololatriæ à dæmonibus ludificabantur, tuam reuelares gloriam, ueluti de pharetra da-  
tanæ, & de ignorantia depressa caligine hunc eduxisti in lucē earum: quatinus ipso me-  
diante salus fieret æterna de ludæ finibus usq; ad extremū terræ. Non plebem tuam, u-  
tiq; tuam, & non dilectā per ipsius prædicationis altisonā tubam, tuam uocari sanxisti.  
Hinc est quōd tam infatigabiliter terrarū spacia, maris latitudinē, montium solitudinē,  
urbium, prouinciarumq; peragrabat itinera. Te nanc̄ impellente, te dirigente, te in illo-  
loquente ministerij sui cursum implere curabat. Conuertisti plāne ô domine Iesu plan- H  
etum ecclesiæ tuæ in gaudium, quando hunc ab infidelitatis erore reuocasti ad fidem,  
atq; de Saulo Paulū fecisti. Lugebat quotidie eius interitū, peferebat laboriose imma-  
nitatis illius sauitiam, compatiebatur paruulis suis, quos ipsa tibi genuerat, dum latibu-  
la peterent, speluncas petrarumq; cauernas ob ebullientem persecutio metu inhabi-  
tarent martyrij. In cunctis patiebatur utpote uera mater, quā illos genuerat, nutriteratq;  
Genuerat (inquam) non ex uoluptate carnis, neq; ex uoluntate uiri, seu corruptibilis-  
mene, sed ex fœcunditate spiritus, quem perceperat abs te, sponso suo castissimo & im-  
maculato. At uero quū placuit tibi mœrori eius lachrymi sc̄p; finem imponere, atq; pro-  
digum filium insipientē ad sinum reducere illius, te illi insinuasti per lucem dans uocē  
delūper tonantem & dicentē: Saule Saule quid me persequeris? Mirum plane loquen-  
**Aff. 9** di genūs hoc extitit. Persequebatur Paulus tuos, non te: quid autem me persequeris ai-  
stis? Noueras intentionem Pauli qui professores tuos nec i tradere desudabat. Tui nanc̄  
minime habebat notitiā, & tamen tu de te non de tuis conqueri uideris. Sacramentum  
maximū his paucis insinuare uoluisti. Est enim ecclesia tua, quæ per unitatem fidelium  
congregatur, corpus tuum mysticū, & sponsa carissimā, quam ut pudicissimo tibi copi-  
lares

**A** lares amore, temetipsum tradidisti in morte: illam (uidelicet) mundans lauacro aquæ in-  
uerbo tuo patri coæterno, per quod facta sunt omnia, propter quod sunt duo in carnē  
una, & in spiritu uno. Quamobrē tui corporis membra amicos (scilicet) tuos & seruos  
te ipsum nuncupari dignatus es. Quicquid enim illis siue boni siue malī impenditur, tibi  
irrogatum esse fateris. Nimirū utiq; honorati sunt amici tui deus, quos deos ac tuos filios  
constituiti, dicente Prophetā: Ego dixi, dī estis, & filii excelsi omnes. Huius charitatis Psal. 81  
zelo permotus sanctis tuis ne Paulus noceret ad libitum, eundem percussisti, atq; san-  
asti. Talem profecto illum fecisti, ut bonitatis tuæ speculum omnibusq; ad delictorum  
suorum ueniam promerendū incentiuum existeret salutare. Hoc ipse testatus est dicens:  
Fidelis sermo & omni acceptance dignus, quia Christus uenit in hunc mundum pecca-  
tores saluos facere, quorum primus ego sum, sed ideo misericordiam consecutus sum,  
ut in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiā suam ad informationem,  
eorum, qui crediti sunt illi in uitam æternā. Nullus igitur quamvis innumeris sit reus,  
**B** in criminibus, de tua miseratione desperet. Omnipotens quippe misereri domine, & nihil odi-  
sti eorum, quæ fecisti. Dissimulas peccata hominum, ut pœnitentiā agant, & resipi-  
scant ab operibus suis malis. Persecutoris huius & conuersi pœnitentis animetur exem-  
plo, quem de mortis eruisti fauibus, tuæq; in columem donasti ecclesiæ egregiū docto-  
rem, ac toti mundo prædicatorem celeberrimū illum instituēs. Tibi nanc̄ domine Iesu,  
qb; hoc & pro uniuersis miserationibus tuis mortalibus prærogatis ineffabilis ac sempi-  
ternus honor debetur & gloria, qui uiuus & regnas cum patre, &c.  
In festo purificationis beatæ Marie virginis.  
 Vemadmodum solis claritas incōparabiliter distat à tenebris, ita & à pecca-  
toribus mens pia iustorū. Semper ad malum proclivi sunt mali, propriæ uo-  
luntatis appetitu ducuntur, & tanquam iumenta indomita per uitiorū præ-  
cipitia colliduntur. Maiorum sanctionibus derogant, uirtutū paruipendunt  
semitas, & conditoris lege contempta, diuino imperio se renūt esse subiectos. Et gran-  
**C** de malum hoc unde? Vtq; ex tumore animi, ex ignorātia sui, ex ueri nescientia, atq; ex  
futuorum insensibilitate honorū. O si animaduerterent quām properè sempiternus il-  
lis superueniet interitus, profecto resipiscerent, moribusq; mutatis conuerterentur ad  
Christum. Sed nolunt (heu miseri) intelligere, ut bene agant, quoniam sibi p̄sūs uo-  
lunt omne posse licere, quod libet. Non autem sic iustorum ac deum metuentium ani-  
mus. Propriam nanc̄ elationem euacuare, motusq; suos inordinatos sub rationis re-  
digere conantur imperium, se erigunt contra se, quatenus sibi p̄sūs subiecti semetipſos,  
deum puro uenerant affectu, sanctorū angelorū honorant agmina, sanctos cum Chri-  
sto regnantes iugiter interpellant, proximos suos diligunt, uirtutes sectantur, spernunt  
mundum, uitia obhorrent, & mandata uitæ sedula cordis intentione custodiunt, necnō  
decreta ecclesiæ ac patrum statuta humili obseruatione perficiūt. Mediatoris siquidem  
eruditī exemplo ad perfectiora semper affectu feruntur & actu. Nam idem legislator  
minime constitutus sub lege legalia propter nos in se uoluit præcepta seruare. Comple-  
**D** to quippe quadragenario post sui ortus dierum numero (sicut sacrata præsentis solenni-  
tatis narrat historia) ad templum maternis uoluit manibus deportari, auiculis redimi-  
& grandæui Simeonis brachijs sustentari. Hoc ipse, hoc eius mater immaculata uirgo  
perficit. Venit & illa ad templum, ut purificatiōis mysteria celebraret. Nequaquam in  
hac parte tenebatur sub lege, quippe quæ non ex uirili semine, sed de spiritu sancto con-  
ceperat prolem. Sic nanc̄ præceptum fuerat in lege: Si mulier suscepito semine conce-  
perit filium, quadraginta diebus immunda erit. Nequaquam semen suscepere uirgo,  
sed spiritu fœcunda conceperat redemptorem, ideo purificari non eguit, quæ purifican-  
tem hominum sordes genuit. Ut autem deum ueneraretur in lege, formamq; humilitati  
ex hoc præberet per legem, legem uoluit purificationis implere. Venit igitur ad tem-  
plum, & secum, quem genuit, gestauit infantem. Ibi plane prophetarum est edocta ora-  
culis, ac de futura nati passione præmonita, necnon sanctorum testimonij in fidei ue-  
ritate roborata. Quod enim ex scripturarum autoritate, seu ex revelatione didicerat, &  
memoriter retinebat, senis admonitione percepit, quatenus de mysterio fieret certa, de  
unici filij sui manifestatione iucunda, atq; de gentium uocatione deuota. Conferente au-  
Laur, Iustin.

tem secū Maria de omnibus, quæ legendo, audiēdo, uidendo cognoverat ô quantis cre-  
scet in fide, augebatur meritis, sapientia illustrabatur, magis magisq; caritatis crea-  
mabitur incendio. Ex rediuīna siquidem sacramentorū cœlestium reseratione promota  
complebatur lœtitia, spiritu fœcundabatur, admirabatur nimiū, dirigebatur in Deum,  
& humilis custodiebatur in se. Tales prorsus diuinæ gratiæ sunt profectus, ut de imis e-  
leuent ad summa, & de claritate in claritatem transforment. Beata plane mens virginis,  
quæ per inhabitantem spiritum ac magisterium uerbi dei semper in omnibus parebat  
imperio. Non sensu proprio, nō suo ducebatur arbitrio, sed quod intus sapientia innue-  
bat ad fidem, foris hoc corporis ministerio peragebat. Decebat utiq; diuinam sapien-  
tiam, quæ sibi ad habitandum domum ædificabat ecclesia, ut de legis custodia, de puri-  
ficatione mentis, de humilitatis norma & de spirituali oblatione Mariæ sanctissimæ me-  
dio uteretur. Erat profecto ipsa talis & tanta, ut illi minime reperiatur similis. Erat (in-  
quam) corpore uirgo, carne incorrupta, prole fœcunda, uirtute perfecta, moribus com-  
posita, sanctitate redimita, honestate conspicua, mente pura, corde ignita, animo su-  
spensa, gratia plena, sapientia perfusa, Deo coniuncta, uerbo propinquā, mysterijs diui-  
nis imbūta, angelorum consortio custodita, & à spiritu sancto absq; temporis intervallo  
possessa. Sibi nanq; ipsam in sponsam delegerat sapientia, in matrem, in suam inter-  
uentricem mundus, angeli in dominam, & æternus pater in filiam. O honor sc̄eminae, ô  
excellētia Mariæ, cuius meritorum celsitudine & gratiarum opulentia stupet cœlum,  
natura miratur, & sancta beatorum spirituum uenerantur agmina. Non enim capit po-  
lus, non concludit orbis, neq; attingit creatura, quod Maria suscepit mente, concepit in  
corpore, gestauit in utero, nutriuit lacte, portauit brachij, fouit in gremio, & est am-  
plexata in carne. Super angelorum archangelorumq; transcendent gratiam, quod de Ma-  
riæ carne uerbum factum est caro, quod integritate custodita uirgo generat, fœcundat  
spiritus, deum parit sc̄emina, quod sit mater & filia, ancilla & domina, supra legem &  
sub lege. Nempe supra legem illam fecerat gratia, sed sub lege humilitas. Virile minime  
in se suscepereat semen, & tamē ueluti immunda legi uoluit esse subiecta. Hinc est, quod G  
ascendit in Hierusalem, introiuit in templum, portauit filium, & iuxta domini præce-  
ptum redemit infantem. Quem? quare? pro quo? Infantem (inquit) illum de quo Pro-  
pheta ait: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium super humerum  
eius, & uocabitur admirabilis, Deus fortis, princeps pacis, pater futuri seculi. Illum (ui-  
delicet) qui de paterno sinu egrediens sine cōmissione uirili & absq; ulla cōtagione de-  
licti se mortalitatis nostræ natura induit, ut (scilicet) à dæmonum seruitute, & lege peccati,  
atq; damnatione perpetua humanum redimeret genus, quatenus de peccato dam-  
naret peccatum in carne sua, fieretq; omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æter-  
næ, & legi daret testimonium, quod esset sancta, concessa diuinitus, & spiritualiter intelli-  
genda, dum per signum uisibile gratiam inuisibilem prærogabat, offerentium id fide o-  
perante. Obtulerunt nanq; (euangelio testante) pro eo parentes eius par tur turum aut  
duos pullos columbarum. Non aurum, non gemmas obtulerunt pro rege cœlorum, H  
sed animalia munda, uiua, atq; uolantia, ut mysterium hoc intelligerent esse, qui lege-  
rent. In turture quippe sanctæ ecclesiæ per amoris sacrosanctum connubium Christo  
copulatæ castitatem intellige, in columbae uero specie unitatem caritatis credentium,  
quibus est cor unum, & anima una, præfigurata agnosce. Quæ (uidelicet) per exhorta-  
tionem mutuā sacramentorumq; collationē quotidie sponso suo spiritualis prolis fœ-  
cunditatē parere non desistit. Hanc oblationē mysticā sub ecclesiæ typo beata Maria  
pro suo Deo obtulit unigenito. Ipsam tu ô fidelis anima imitare. Ut enim spiritualiter  
purificeris, & à delictorū ualeas emundari contagij, in templum cordis tui ingredere.  
Ibi omnis cogitationis noxiæ atq; inordinate affectionis sedato tumultu Deo per ora-  
tionis studium ac contemplationis ocium uacare contende. Castis illi inhære amplexi-  
bus, deuotionis gemitus emitte, amoris prome carmina, & ignitæ laudis sacrificiū exol-  
ue. Eris tunc procul dubio pudicissima turtur cœlesti copulata sponso, eo speciosior o-  
culisq; illius gravior, quo purius frequentiusq; memoratis amoris præludijs inhærebis.  
Cant. 2 Tui etenim caritate uulneratus inquiet: Vox turturis, quæ diuinum utiq; mulcet audi-  
tum, suauemq; omni electorum multitudini iucundæ laudis exhibet concentum, in ter-  
rano.

A ra nostra auditæ est. Verum si huiusmodi uocem minime proferte didicisti, si contem-  
plationis delectabilem gustum ne cum mente percepisti, saltē uel columbarum cu-  
stodi unitatem, puritatem cordis, atq; laudabilem operum perseverantiam. Eris procul  
dubio columba speciosa, si fraternalm seruaueris caritatem, nulli malum pro malo, uel  
maledictum reddendo pro maledicto, sed benedicendo maledicentibus, orando pro  
persequentibus, atq; odientibus benefaciendo. Hoc quippe modo in petra foraminib;  
nidificando frequentes dabis gemitus, et si non amoris ac deuotionis, certè com-  
passionis & pietatis ex corde patiendo delinquentibus & afflictis. Hi sunt columbarū  
pulli gemini compassionis (uidelicet) & actionis, quos fidelis quisquis deo acceptabi-  
liter offerre debet, quatenus à delictorum sordibus purificatus ac redemptus deuotæ  
seruitutis oblationem ualeat præstare gratissimam. Signanter tamen par tur turum aut  
duos columbarum pullos parentes domini obtulisse pro illo diuinus sermo proloqui-  
tur, ut recte intelligas & contemplationis & actionis domino placere cōmercia. Singu-  
li et si nequeunt omnia simul, singula offerant, meminerintq; Mariæ Marthæq; sororum  
dominum Iesum opera cōmendasse. Affectum in cunctis, quæ agimus, Deus potius at-  
tendit, quam opus. Quamobrem siue per contemplationis studium mente excedimus  
Deo, atq; uacamus, seu per uirtutum incremēta & cōmendabilium negotiorum opera  
proximis nostris sobrij esse satagimus, id taliter perficiamus: ut tantum Christi caritas  
urgeat nos. Hæc plane est spiritualis purificationis accepta oblatio, quæ non in manu-  
facto, sed in cordis persoluitur templo id quod dominus Christus gratauerit ingreditur.  
Istud seruorū Dei in se quisq; ædificet, emundatum maculis præparet Christo, atq; asso-  
ciatus Simeoni puerili Iesu præstoletur aduentum. Veniet nanq; si dispositam reperi-  
mentem (quemadmodum uaticinatum est) ad templum sanctum suum dominator do-  
minus, non in potestate maiestatis, sed panniculis inuolutus, maternis deportatus in  
brachij. Aduentante autem Maria cum filio obuiam eisdem occurrat in spiritu, atq; mi-  
nisterium pia deuotionis exhibeat. Pro uecte ætatis senem & prophetissam Annam pu-  
dicitia ac sanctitate decoratam de infante Iesu multa narrantes cordis aure percipiatur,  
dijudicet singula, & sedula cogitatione uniuersa perlustret. De figuris ueritatem eliciat,  
& de uisibilibus ad inuisibilia contemplando transcendat. Suscipiat demum syncero pu-  
ritatis affectu in spirituales cordis sui ulnas uagientem infantem, & dicat: Suscepi Deus  
misericordiam tuam in medio templi tui, propterea secundum nomen tuum, ita & laus  
tua in præcordijs meis, & usq; ad fines terræ. In his igitur amoris præludijs fidei irradia-  
tus splendore, caritatisq; suauitate refertus, necnon mentis iubilatione debriatus agni-  
to diligentissime, quem tenet in brachij, probati senis canticum assumat inquiens:  
Nunc post desideriorum meorum fatiscentē ardorem dimittis ô domine seruum tuum  
agnoscentem, confitentem, diligenter, amplectentem in pace, quia uiderunt oculi mei  
salutare tuum, illud (uidelicet) quod grandæuus patriarcha Jacob aspicere concupiscē-  
tia: Salutare tuum expectabo domine. Illud inquam, quod Psaltes egregius feruen-  
tissimo amore poscebat dicens: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & saluta-  
re tuum da nobis. Plane uiderunt oculi mei luminis tui illustrati munere salutare tuum,  
quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad revelationem gentium, earū  
(scilicet) de quibus nominatissimus Propheta inquit: Gentium populus, qui habitabat Esa. 9  
in tenebris, uidit lucem magnam. Sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis,  
non qualisq; sed iustitiae & ueritatis, quæ unigenito tuo ô alme pater plurimum me-  
tuenda apparente in carne credentibus eruit uniuersis, quatenus infidelitatis errore  
fugato ad agnitionem deitatis tuæ & catholicæ unitatis uenirent ad simum. Abs te pro-  
fecto factum est hoc domine, qui facis de tenebris lucem splendere, & uocas ea, quæ  
non sunt tanquam ea quæ sunt. Tu nanq; gentium numerositatem per filium tuum con-  
uertis ad gratiam, eundemq; manifestas ad gloriam plebis tuæ Israël, illius quippe, quæ  
non ex carnis & sanguinis propagatione, sed ex sanctificatione spiritus, & gratia ado-  
ptionis atq; sacramentorū regeneratione tuæ maiestatis acquisisti in laudem. Illi etenim  
ô misericordiarum pater & Deus totius consolationis ad maximam peruenit gloriam,  
ut per eam uerbum tuum caro sit factum, atq; per sanguinis aspersionem lauacro aquæ  
codem mundata in uerbo sine macula & ruga affecta sit sponsa, tibiq; angelicis aggredi-  
Ff 2 gata

gata virtutibus, & sempiterno tuo copulata uerbo laudis sacrificium exhibere non ces-  
set, qui cum unico filio tuo & spiritu sancto uiuis, &c.

In solennitate sancti Matthiae Apostoli.

**Q**uemadmodum solis radios in sereno meridie rutilantis quicunque intue-  
ri uoluerit, retrusus à lumine potius cæcatur, quam uideat, ita & qui divino-  
rum iudiciorum conatus fuerit indagare secreta, ad eorum nunquam ualeat  
peruenire indagine. Caligat prorsus humanæ acies intelligentiæ degentis in  
carne, quoties ineffabili diuini splendoris claritate attollitur, atq; arcana iudiciorū Dei  
rationes comprehendere molitur, quum omnino inuestigabilia sint, dicente Apostolo:  
**Rom. 11** O altitudo diuinarū sapientiæ & scientiæ Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia  
eius, & inuestigabiles uiae eius. Venerandum utiq; est, quod nequit attingi, atq; cum ho-  
nore colendum. Congruū procul dubio est, & æternæ Dei sapientiæ dignissimū, ut agat  
quædam, quæ sint ignota mortalibus, & angelicis etiam sint miranda spiritibus. In hoc  
quippe rationalis natura maiestatē diuinam intelligentias sapientia sua præcellere uni.  
**Ecd. 1** Ueras compellitur confiteri, quoniā inaccessibilem lucem ipsius nemo nisi admissus, ua-  
let attingere. Hoc in excessu mentis raptus Sapiens contemplatus est dicens: Omnis sa-  
pientia a domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante ævū. Arenam maris, & plu-  
iae guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, latitudinem terræ, & pro-  
fundum abyssi quis mensus est? Sapientiam Dei præcedentē omnia quis inuestigabit?  
**V**nus est altissimus creator omnium, omnipotens rex, potens, & metuendus nimis, se-  
dens super thronū illius, & dominans Deus. Ipse creauit illas spiritu sancto, & uidit, &  
dinumerauit, & mensus est, & effudit illam super omnia opera eius. Secundū datum suū  
præbet illam diligentibus se, nempe sapientiæ celitudinē sempiternā, naturaliç; intel-  
ligentiæ imbecillitatē. Rationalis spiritus ac prærogatiū sapientiæ donū luculentissime  
his paucis innotuit. Discat igitur rationale animal cōstitutū in carne pro intellectus sui  
non inflari acutine, quū ex diuino sortitus sit munere, quod recte intelligit. Discat sibi  
minime arrogare, quod alienū est, agnoscat donum conditoris, ne repercuttus à lumine G  
ignorantiæ tenebris inuoluatur. Nam quemadmodū humilibus sapientiæ tribuitur gra-  
tia, ita negatur elatis. Esto ergo humilis ô homo in oculis tuis, noli plus sapere, quam o-  
porteat, neque uelis secretorum iudiciorum Dei rimari causas, ut non intelligendo in-  
telligas, & despiendo, quod iustum est, sapias. Hic nanç; in scientia diuinitatis rectissi-  
mus noscitur esse profectus, ut quanto magis intelligis, minus te scire cognoscas, quum  
incomparabiliter excedat, quod scire non ualeas, id quod tibi innotescit esse sciendum.  
**Luc. 10** Quis (oro) percipere sufficit, quantus & qualis sit Deus, quum sit ineffabiliter bonus,  
incomprehensibiliter sapiens, insuperabiliter potens? Ipse solus seipsum perfecte in-  
telligit per se sine errore & absque initio. Nemo (inquit Veritas) filium nouit nisi pa-  
ter, & neq; patrem quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Reuelat plane si-  
**l. 3** lius patris gloriam, diuinitatem, maiestatemq; non quid est, sed sicuti est, & quod est,  
dicente Ioanne: Carissimi filij, Dei sumus, & nondum apparuit, quod erimus, scimus  
quoniā quum apparuerit, similes ei erimus, quia uidebimus eum sicuti est (uidelicet) H  
reuelata facie & cognitione beata. Interim autem donec diuina nobis se reuelet essen-  
tia, non per speculum, neque in ænigmate, sed facie ad faciem flagrantes desiderio  
uidendi speciem humiliiter ambulemus per fidem, & non in magnis aut mirabilibus  
super nos, ne forte ueluti indignissimi repellamur. Veneremur in nobis opera dei,  
quæ nequaquam percipiuntur a nobis. Iuste factum esse arbitremur à domino, quod  
**Psl. 103** intelligere nequimus, scriptumq; nouerimus: Omnia in sapientia (id est in uerbo) fe-  
cisti. Si in uerbo & per uerbum facta sunt omnia, quis dubitet uniuersa rationabiliter  
& absque personarum acceptione hominum etiam electionem esse perfectam? Ele-  
**Ept. 1** git (inquit Apostolus) nos in ipso (uidelicet in uerbo) ante mundi constitutionem.  
Elegit inquam non ex operibus iustitiae, quæ nondum feceramus, neque ex ratione  
humana, quæ nihil scit, aut ualeat cogitare ex se, sed in uerbo suo, in sapientia sua, in  
seipso. Et hoc non in temporis uolubilitate, quando factus est homo, sed ante mun-  
di constitutionem, quando non erat homo, quatenus quicunq; gloriari uoluerint, nō  
in seipsis, sed in domino gloriarentur. Hæc prorsus uera est gloria, si gloriemur in domi-

2. Cor. 12  
A no, non in nobis. In nobis uel de nobis in quo gloriabimur, quum nec benefacere, neq;  
bene cogitare, ualeamus à nobis! Libenter (inquit Apostolus) gloriabor in infirmita-  
tibus meis. In infirmitatibus suis gloriabatur in se, ut de collatis donis seu acquisitis uir-  
tutibus gloriaretur in domino. Nouerat quid ex se, quid ue prærogatum illi fuisset à do-  
mino. Dicebat se in infirmitatibus gloriari, non quod gloriam commendabilem de in-  
firmitate adipisci posse se crederet, sed ut infirmitatis comparatione manifestaret, quan-  
tum in se dei illuceceret gratia. In hoc potissimum dei gratia commendatur in homi-  
ne, quoniam abscq; ullis præcedentibus meritis cōceditur gratis. Cæterum si bonis præ-  
currentibus operibus datur superuacue gratia nuncupatur. Gratia ideo dicitur, quia tri-  
buitur gratis. Quid (oro) meruerat Iacob Esau natu potior, ut electionis gratia germa-  
num præcelleret suum? Iste dilectus, ille autem est à deo contemptus. Tale etenim ora-  
culum mater ipsorum audiuit, dum abortiuos inter se certantes sensisset in utero. Major Gen. 25  
(inquit) seruier minori. Hinc successu prospero adeptus est primogenita, & paternam  
**B** fratri præripuit benedictionem. Verum & per Prophetam dominus contestatur: Iacob  
dilexi: Esau odio habui. Nequaquam calumnianda, sed est hæc domini ueneranda sen-  
tentia. Nihil prorsus Deus abstulit Esau, quum illi suam præstare noluit gratiam. Mis-  
eretur cuius uult, & quem uult, illi gratiam non communicando indurat. Tanquam ue-  
rus figulus de humani generis massa aliud uas in honorem, aliud in contumeliam fa-  
cit, & tamen nemo est, qui de illo iuste conqueri ualeat, dum æqua iustitiæ lance iudi-  
cia sua uniuersa disponat. Hoc præclarissimus Psaltes contemplando aiebat: Princi-  
psal. 118  
pium uerborum tuorum ueritas, in æternum omnia iudicia iustitiæ tuae. Nempe dum  
unum præponit Deus alteri, nemini derogat, & æquissime agit sua in se, id ordinante  
sapientia hominibus quidem ignota, Deo autem ipsi sine ambiguitate notissima. Ele-  
git David adhuc puerulum ad regni solium cæteris fratribus dicens Samue-  
li: Inueni hominem secundum cor meum. Adolescens erat, & nil præcipuum pro do-  
mino eosq; perfecerat, & tamen secundum cor Dei esse memoratur. Futurorum do-  
minus præscius, qualis futurus erat, prædicabat, prædicando eligebat, eligendo autem  
arcana eius iudicia palam exhibebat. Proposuimus electionem Matthiæ, eam profera-  
mus in medium. Electi ab apostolis sunt Barsabas, qui cognominabatur iustus, & Mat-  
thias, ut eorum alter subrogaretur pro Iuda, qui dominum Iesum prodendo uendide-  
rat, atque suspendens se, crepuerat medius. Diuinum autem implorantes suffragium o-  
rauerere dicentes: Tu domine, qui corda omnium nosti, ostende: quem elegere ex his Aft. 13  
duobus unum accipere locum ministerij & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas,  
ut abiret in locum suum. Datis autem sortibus cecidit sors super Matthiam, & connu-  
meratus est cum undecim apostolis. Ordinatissimus fuit iste electionis ordo. luxta fa-  
ciem iudicantes apostoli secernunt iustum Barsabam & Matthiam. Iustus merito fue-  
rat eligendus, & Matthias, qui donatus domino interpretatur, ut ad apostolatus unus  
illorum assumeretur apicem. Iudicanti igitur secundum cor proposuerunt electionem,  
quatenus ille, qui amborum nouerat corda, quem elegisset, ostenderet. Elegerat pro-  
**D**fecto Matthiam ad hunc gradum dignitatis antè, quam darentur sortes, & prius quam  
sieret mundus. Declarauit autem uisibilis sors Dei electionem inuisibilem. Non enim  
æternum ualeat peruersti iudicium, quin fiat quod futurum esse delegerit. Quis non præ-  
tulisset ex his iustum cognomento & uita? Et tamen aliter iudicauit omnipotens, cu-  
ius iudicia longe ab humanis dissimilia sunt. Sicut exaltantur cœli à terra, ita exaltatae Esa. 55  
sunt uiae meæ à uis uestræ, & cogitationes meæ à cogitationibus uestris, ait dominus  
per Prophetam. Non enim elegit Deus Barsabam, sed Matthiam, atq; in apostolatus  
ordine fecit duodecimum, prius prædestinatione, deinde sorte. Quem elegit prædesti-  
natio, perfecit sors. Nemo tamen hoc apostolorum exemplo ad Dei uoluntatem co-  
gnoscendam in dubijs utatur sortibus. Christianis omnino exhibitæ sunt, tametsi in ue-  
teri permittæ fuerint lege, & sub gratia ab apostolis usq;. Solerter igitur animaduerten-  
dum est, quoniam eo tantum tempore sortes exercuerunt apostoli, quo aberat corpo-  
raliter dominus, & spiritus sanctus nedium fidelium corda imbre suo repleverat. Illis  
adhuc minus perfectis & uoluntate Dei non certificatis sortium concessus est usus: at  
uerò ueniente spiritu & electorum corda donis sapientiæ intellectus, consilij, & scienc-

tiæ replete interdicuntur sortes, & orationis interpellatio cōmendatur. Quicquid o-  
rantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet uobis. Hinc est, quod unanimiter ecclesia  
orare consuevit, quoties à domino aliquid postulandum esse decernit, neq; melius  
quam precibus mediantibus Dei uoluntas deprehenditur, si tamen effundantur fideliter,  
syncere, humiliter, perseveranterq;. Cæterum nihil huius gloriosi apostoli das  
sortes electioni præjudicare dixerim, quando apostolos orationem præmisisse diuina  
testantur oracula. Ille nanque in hac electione commendauit inquisitionem sortium,  
qui exorantium annuit uotis. Neq; enim minus Petro & apostolis cæteris Matthias  
adeptus est gratiæ, quamvis in uocationis ordine extiterit ultimus. Eadem plenitudi-  
nem spiritus eademq; munera spiritualia percepit, quæ reliqui. Illum superueniens pa-  
raclitus charitate compleuit, deditq; ut omnium linguarum generibus loqueretur, mi-  
racula ficeret, conuerteret nationes, prædicaret Christum, ac martyris consequeretur  
triumphum. Deniq; cum cæteris coapostolis super thronos duodecim tribus Israel iu-  
dicantibus sedebit. Nam quemadmodum una omnium ipsorum est apostolatus gra-  
tia, ita singulorum eorum erit prærogata iudicandi potestas. O quam fœcunda est et-  
ga milites suos æterni regis nostri laudanda dignatio. Præstat utiq; pro paruis maxi-  
ma, & pro temporali incommodo gaudia sempiterna. Centuplicatam reddit terrenam  
substantiam egentibus pro suo amore dispersam. Reformatum in melius supra modum  
humanum restituet corpus, quod pro uirtutis fuerit zelo consumptum. Saluatorem ex-  
pectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis no-  
stræ configuratum corpori claritatis suæ. De rationalis autem spiritus retributione quid  
memorem, dum & ipse reluctando uitijs, atq; appetendo cœlestia, & corpori immor-  
Esa. 35  
talitatis consuat tunicam, & sibijs preciosorum lapidum fabricet coronam? Lætitia  
sempiterna (inquit sermo diuinus) erit super capita eorum, gaudium & exultationem  
obtinebunt. Exultabunt planè sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, quoniam  
eis pro suorum retributione bonorum inerit beata uisio, iucunda dilectio, æterna com-  
prehensio, secura fruitio, uera libertas, grata societas, imperturbabilis pax, cœlestis a-  
G  
mœnitas, angelica dignitas, plenum gaudium, resurrectio perfecta, indefessaq; lauda-  
tio. Hæc est stellarum duodecim corona præfulgida, quam in regno Christi cæteris e-  
lectis Matthias consequetur apostolus, eo splendidiorem, quo uberiorē manipu-  
Psal. 44  
lum sortitus est gratiæ. Vniuersi orbis prælatus est populis, hoc Propheta perhibente  
qui ait: Constitues eos principes super omnem terram. Primatum quippe adeptus est  
gentium, quia prius sibi met didicit principari. Sic namq; ad ueri honoris consenditur  
cathedram, ut ante quis sibi, deinde dominetur & cæteris. Nunquam alijs bene præerit,  
qui sibijs extiterit nequam. Extolluntur apostolorum merita, non quia sanctis præ-  
runtur omnibus dignitatis gratia, sed quoniam animarum zelo, honoris Dei, cōtemptus  
seculi, cæterarumq; uirtutum præ cunctis sublimius inarere, utpote propinquiores uer-  
bo, & spiritualibus donis locupletiores. Nam quod alijs est impertit ex parte, hoc istis  
totum est præstitum abunde. Maxima proinde fidibus ad eorum interpellandum sus-  
H  
fragium fiducia prærogatur, quum mediatori hominum specialissimo sint caritatis co-  
pulati contubernio. Iam non dicam uos seruos (ait illis) sed amicos meos utiq; carissi-  
mos, quia omnia quæcumq; audiui à patre meo, nota feci uobis. Nempe si ut amici im-  
plorabunt, exaudientur. Tuum igitur ô Matthia apostole te exorantibus præbe subli-  
dium. Accede pro nobis intercessor ad Christum, quatenus qui te in mystico die, in ho-  
rate computauit duodenæ, nos per te ducat ad se Iesum Christus dominus noster, qui bea-  
te uiuit & regnat in se per infinita secula seculorum. Amen.

In annunciatione beate Marie virginis.

**M**oties intemeratae virginis Mariæ prærogatiuam sanctitatis facundia hu-  
mana conatur edicere, quoniam longe ab illius existit meritis, necesse est, ut  
succumbat. Melius quippe silentio quam locutione differitur, quum omnis  
laus eadem inferior sit. Quis (oro) huius virginis gratiam sufficit enarrare?  
Ab ipsa namq; sui conceptione in benedictionibus est præuenta dulcedinis, atq; à dam-  
nationis aliena chirographo prius est sanctificata, quam nata. In ipso enim utero ma-  
terno iam posita super illam gratia sanctificationis effulgit, utpote ei quæ electa erat,  
ut pæ-

A ut pareret Deum. Nouerat opus suum ille, qui fecerat & quale futurum erat, certissime agnoscebat. Hinc est, quod uirginem ipsam tam largo imbre spiritus irrorauit. Erat plane sicut à carnis colluione imminis, ita & ab omni peccati labore extranea. Degebatur quidem in carne, conuersabatur supra carnem, carnisq; molestias nesciebat. Talis pro-  
fecto erat, ut nulli usui seruaretur, nisi diuino. Quamobrem quum temporis plenitudo uenisset, in quo uniuersorum conditor humanum genus redimere statuerat, hæc præ  
cæteris reperiens sanctiorem sibi ptacipiam delegit in sponsam, ipsam mente, ipsamq;  
corpo custodiuit intactam, ut esset, de qua uerbum fieret caro, ac mulieris pudor per  
eam deleretur & culpa. Ad hanc utique uirginem in ciuitatem Nazareth à Deo missus  
est Gabriel, quatenus incarnationis uerbi eidem tempus nunciaret & modum. Ad uir-  
ginem quippe missus est angelus, quoniam angelis semper est cognata uirginitas. Ilos  
puritate imitatur & merito. Ipsis per uirtutis studium conformari nititur, ut ean dem,  
quantum possibilitas humana admittit, sibi in uia adipiscatur puritatis innocentiam,  
Math. 23  
B quam cum angelis habituram Christus illi repromisit in patria dicens: In futuro regno  
homines non nubent, neq; nubetur, sed erūt similes angelis Dei. Interim tamē est beata  
uirginitas, quæ uenturi seculi & æternæ felicitatis primitias prælibat, mortalis naturæ  
trāscendēs limites, & summorum spirituū uestigia sequens, est plane grata Deo, uicinaq;  
angelis. Merito igitur angelus ad uirginē mittitur, ut nouā gratiam noui partus noua sa-  
lutatione differeret. Visitationis enim aderat tēpus, in quo liberaretur reus, sapiētia cor-  
porare, deleretur culpa, atq; cœlestis Hierusalē reædificantur mœnia. Quam obre legi-  
tus paranyphus effectus pro officio: exhilaratus, p gratia, pro obsequio expeditus, in-  
solito fulgore uestitus in humana effigie descēdit ad uirginē. Didicit sanè ex præfagio,  
quāta qualisq; erat, ad quā dirigebat salutādā. Aue (inquit) gratia plena, dominus tecū.  
Luc. 1  
Tecum in mente, tecū in uentre, tecū in thalamo, tecū in præsidio. Cæterum hoc non ha-  
bet abs te, sed ab illo, qui fecit te, ut nasceretur ex te, pasceret à te, permaneret in te, atq;  
gratia sua fœcundaret te. Repleuit enim te, ut fieret in te, possesq; ueraciter dicere, quod  
C longe antè Sapientis ore uaticinatum fuerat de te. Et qui creauit me, requieuit in taber-  
naculo meo. Magna profecto Mariæ gratia exuberans, atq; completa, quæ cœlis dedit  
gloriam, terrisq; genuit Deum, gaudium præstítit angelis, seculoq; pacem refudit. Fide  
docuit gentes, uitijs finem imposuit, humanæ uitæ instituit ordinem, atq; spiritualem  
edidit moribus disciplinam. Quomodo non est Maria iuxta Gabrielis oraculum plena  
gratia, quæ effecta est mater Dei, paradisi scala, coeli ianua, interuentrix mundi, dæmo-  
num fuga, peccatorū spes, naufragatiū, portus, maris stella, cōfugii pīlitantū, solani  
laborantiū, fluctuantū robur, Dei & hominū uerissima mediatrix? Ipsius gratiæ plen-  
tudinē cœlestis nūcius pīsensit, cognouit, manifestauit, et dixit: Aue gratia plena. Salutat  
illā tāq; sibi dominā, honoreq; dignissimā, ac à Deo singulariter elecītā, atq; dilecta. Nec  
aliunde quam à salutatione debuit inchoari, quando per hanc nouā salutationis gratiāl  
saluatoris mūdi prænunciabatur aduentus. Ad huius igitur angelicæ salutationis uo-  
cē expauit cor uirginis, & in seipsa turbata est, non ex aspectu angelico, quasi insolito,  
Ecd. 24  
D quippe quū iugiter uisitabatur ab illis, sed ob excellētiam diuini præfagi, quod propriæ  
merita præcellere uidebatur. Consueuit namq; humilitas sicut semper stare sub se, ita  
difficile fidem accommodare ijs, quæ supra eam esse censemur. Huius igitur prærogati-  
ua uirtutis specialiter decorata Maria ut se tam officiosissime salutari, se plenā gratia dī-  
ci, se præ cunctis mulieribus ex domini præfētia sublimari audiuīt, tacita se cū exagitata  
cogitare cœpit, qualis esset ista salutatio. Reuoluebat uirgo animo singula nuncij cœ-  
lestis uerba, seqūe metiebatur in se, paruitatem suam, Dei altitudinem, profusam  
illius bonitatem, matura consideratione pensabat, nihilq; tanti oraculi dignum si-  
bi inesse cernebat unde magno cogitationum æstu intus urebatur. Hoc autem Deo  
reuelante ut agnouit Gabriel, humillimo eam demulcens affatu inquit: Ne timeas  
Maria de ijs, quæ à me dicta sunt tibi. Præcipua quidem sunt, & humanæ conditionis  
transcendūt metas. Verū quoniam domino disponente hæc dixit, uide ne pauet eorū.  
Inuenisti gratiā apud Deum, nō qualemcumq; sed à seculis inauditam, cūctis mi-  
randam, efferendam supra modum, quæ hominem & angelorum præcedit gratiā. Ec-  
ce concipiēs in utero, & paries filium, uocabisq; nomen eius Iesum. Vide unde tibi  
Luc. 1  
F f 4 tanta

tanta proueniat gratia, ut prolem concipias, quæ salutem afferat, præstet ueniam, lucē infundat, remedia conferat, uitam donet, & cœlorum patefaciat uiam. Erit namq[ue] paries, magnus, & filius altissimi uocabitur. Erit plane magnus meritis, magnus potestate, dignitate præcessus, incōparabilis sapiētia, sanctitate conspicuus, decorus forma, honore dignissimus, & omniū charismatū largitate perfusus, ita ut filius uocetur altissimi. Istud enim nouū nomen recentemq[ue] dignitatem nequaquā sortietur ex patre, quū sit illi filius coæternus, Deus de Deo, imago substantię gloriae splendor, uerbumq[ue] incommutabiliter manens in patre, sed eidem tribuetur ex gratia per humanitatis naturam, quā assumet ex te. O præclara sanctissimæ mulieris huius constantia, ô fides inconcussa super humilitatis petram fundata. Plenam oraculo angelico Maria præbuit fidem sciens omnia Deum posse, quum uult. Prius quantulum cunq[ue] fuerat turbata atq[ue] perterrita impellente ac discernente humilitate metuens ambulare in magnis aut mirabilibus super se, nunc autem ex uerbis nuncij specialius erudita, necnon caritatis concremata dulci incendio pro communi omnium utilitate requisuit dicens: Quomodo siet istud, ut concipiam in utero, & filium pariam, quoniam uirum nunquam agnoscere me dupli ci ex uoto constrinxi? Nouerat sanè irrefragabile mentis suæ propositum, nouerat neminem Dei bonitatem deserere benefacere simpliciter cupientem, nouerat ista aunciantem nullo modo posse mentiri. Prolatam ergo sententiam, & animi sui propositum sibi opposita sciens non dubietatis causa modum miraculumq[ue] tanti præfigi audire desiderans inquit: Quomodo siet istud, quoniam uitū non cognosco? Eius nāc perunctionationis occasione Christianæ religioni quam maximam fiduciæ autoritatē contulit. Sciscitata est modum, qualiter virginitatis mentis & corporis custodito signaculo, id quod asserebat, fieret, quatenus ex narratione angelica plebs futura fidelium eruditæ de mysterio omnipotentiam sui conditoris agnosceret, disceretq[ue] in quem crederet, cuiusue testimonij roboraretur adminiculo. Nempe in hoc sacro sancto incarnationis filij Dei sacramento interuenit totius trinitatis summa dignatio, patris uidelicet iunctivis autoritas, sancti spiritus ueneranda operatio, & ab ipso uerbo humanę nature suscepit. Interfuit etiā cœlestis nuncij uera assertio, & uirginalis pudicitij illibata cognitione. Quis certior esse valuit de se, quām ipsa, quæ mysterium spiritus experiebatur in se? Senebat gratiam, & incarnati uerbi agnoscebat præsentiam. Quamobrem irreprehensibilis est testimonio virginis, prærogativa sanctitatis ornata, & gratia plenitudine secundata, cuius asseuerationis oraculo non minus quām angelico est adhibenda credulitas. Merito igitur tanquam prudentissima debuit uelle certificari de singulis, ut quod sibi specialiter inferebatur ab angelo ad fidei profectum, omnibus postmodum fieret notum. Hinc factum est, ut referente illa, quomodo siet istud, quoniam uirum non cognoscet. ILLICO audiuuit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi. Non enim ô Maria de uirili semine concipies, quemadmodum confuerunt cœteræ, sed de spiritu sancto tuo duntaxat interueniente cōsensu. Superueniet plane paraditus in te suo placidissimo illapu, nō corporeis capabili sensibus, sed sicut pluvia in uellus, & sicut stillicidia stillantia super terram. Veniet inquam idē, & obumbrabit tibi, sennies gratiam, nec amites pudicitiam, suscipes filiū, qui non violabit signaculum, requiesceretq[ue] in utero tuo tanquam sponsus in thalamo suo. Eris quippe mater & uirgo, immaculata & nupta, impolluta & prægnans, quoniam quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius Dei, non per adoptionis gratiam, sed per naturam. Ilium Dei filium esse uenisse confitebitur fides testificata à lege & prophetis, quam ideo revelauit pater, ut uenisse creditur presens, sicut uaticinatum fuerat esse uenturum. Nihilq[ue] novi astruat fides, quū eundem credit in temporis plenitudine apparuisse, qui in lege prisca extitit promulgatus. Nam unus Deus, unus Dei & hominum mediator, qui in ueteri testamento promis- fuis patribus in novo insinuabitur omnibus, & uocabitur filius Dei. Ceterum ad erudi- tionem fidei tuæ futuorumq[ue] credentium, quod è uicino contigit, conceptus senioris stenilicidij tibi pādo mysteriū, quatenus nihil fore esse impossibile cognoscas. Talia ut spī ritualiter affatus est Gabriel, Marie præstolabatur assensum. Tunc ad Deum totum est conuersum cor virginis, noua irradiatum luce, insolito caritatis desiderio liquefactum atq[ue] repletum sincero pīe devotionis affectu. Solo igitur mente ac corpore prostrata humillimè

**A** humillime inquit: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. O abbreviata uerba de cellario uirginis sub cōpendio eructata, quām profunda sunt, quām sancta, quām dulcia, quām diligentissime meditanda. His paucis perfectionem notificauit. Non est in sermonum superfluitate diffusa, neq[ue] in gratiarum multiplicitate elata. Sciebat sub disciplinæ censura labia esse frænanda, nouerat quoq[ue] sanctæ humilitatis ubere esse mercedē, utrūq[ue] propterea optime custodiuit. In paucis namq[ue] multa, & in magnis expressit humillima dicens: Ecce ancilla domini. Isto unico responsu compleuit cœlū gaudio, angelis omnibus exultationem præbuit, captiuo seculo spem dedit, dæmones uniuersos exterruit, astantem lætum fecit nunciū, ac detentis in inferno patribus libertatis gratiam repromisit. Affectu quippe auido, extensis in cœlum manibus, propatulo cordis auditu huiuscmodi præstolabantur responsum. Erat nempe illis præ libertatis amore diuina nimis expectatio, pauidaq[ue] obseruatio, ne ob humilitatis uirtutem reniteretur uirgo, consensemq[ue] negaret. Verum ut datum à Maria percepere responsum, omnes pariter prorumpentes in laudes domino decantauere dicentes: Benedic dominus Deus Israhel, quia uisitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Respondit itaque Maria, quod obtemperanti congruebat humiliiter. Neque enim propter humiliatis affectionem obedientiam, nec ut obediret alacriter, humiliatis deçuit præterire censuram. Vtriusque igitur uirtutis constituta in medio demisso inquit eloquio: Ecce ancilla domini diuino paratissima famulari imperio. Non renuit gratiam, non contradicit oraculo, non ultra exigit informari de modo. Ecce se offert, se subiicit, se prosternit altissimo, non filiam, non sponsam, non facturam, sed domini se fatetur ancillam. Quamobrem ut ad sui gloriam suæq[ue] dignationis mysterium ad libitum corpusculi huius uti ualeat instrumento: inquit, Fiat mihi secundum uerbum tuum (uidelicet) prælatum ad te. Fiat inquit mihi, ut concipiam sine semine, pariam sine dolore, permaneamq[ue] uirgo absque pudore, secundum uerbum illud, per quod pater cœlum creauit & terram, dixitq[ue] ut fieret lux, & facta est, secundum uerbum illud dieo, quod in principio apud Deum erat Deus, per quod facta sunt omnia, & sine ipso nihil. Tantum siquidem altissimo virginis huius consensus placuit, ut mediante ipsius prolatione uerborum repente sancti spiritus percurrente uirtute uerbum fieret caro, & uirgo Dei existeret genitrix, ut (uidelicet) immensus caperetur, impassibilis pateretur, & incircumscripturn teneretur. Tunc plane completa sunt præambula figurarum, documenta scripturarum, atque desideria prophetarum. Tunc sine manibus de monte excisus est lapis, qui totius orbis superficiem occupauit. Tunc perfecit Deus, ut mulier circumdaret uirum, quod se facturū longe ante per prophetam promiserat. Tunc Aaron uirga floruit, & flos de radice eius ascendit, super quem requieuit spiritus sapiētiae, & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis atq[ue] timoris domini. Nempe tunc rorauerunt cœli desuper, & nubes pluerunt iustum, apertaq[ue] est terra, ut germinaret salvatorem, quem prænunciauerunt prophetæ, prædicterat angelus: Maria crediderat. Descendit inquam uerbum de paterna sede diuinitatis suæ (nisi quām tamen recedens) in uterum virginis, hominibus ut appareret uisibilis, & spem daret laborantibus, peccantibus, indulgentiā, diligentibus pacem, atq[ue] expectantibus mercedē, quem admodum propheta longe ante poscebat dicens: Da domine mercedem sustinētib[us] te, ut prophetæ tui fideles inueniantur. Tunc deniq[ue] magnū diuinæ pietatis consummatū est sacramentum, quod postea manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in hoc mundo, assumptum est in gloria, ubi cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, &c.

In passione domini.



Vdite hęc omnes gentes, auribus percipite uniuersi, qui habitatis orbem, quiq[ue] terrigenę filij hominum, simul in unum conueniant diues & pauperes iustus atq[ue] peccator, quoniā miserations Dei loquetur os meū, quatinus benedicere ualeat omnis caro nomē sanctū eius in seculū & in seculū secundi. Accedite inquam nō corpore, sed spiritu, expediti tā ab onerib[us] delictorū, q[ue] ab exteriorū fragorib[us], ut patulo cordis auditu redēptionis humanę intelligere possit modū & causā. Ad uniuersorū q[ue] p[ro]fectum huiusmodi est, p[ro]ferēda materia, q[ue] conscriptionem

punctionem exaggeret, excitat in fletum, immittat lumen, in gratiarum promoueat actio B  
nes, conferat gratiam, & ignem diuinæ caritatis uehemeter accedit. Huiusmodi ò homo  
spirituales pfectus excipies, si humili meditatione frequenter reuoluas animo captiuita  
ris tuę erumnas, tibiq; impensa per crucis patibulū beneficia redēptoris. Nōne quoties  
in amaritudine anima tuę cogitabis, qualē te tuus cōdidit creator, qualemue te tuorū  
fecerit culpa parentū, cū Propheta clamabis & dices: Misericordia domini quia nō su-  
mūs consumpti, quia non defecerunt nobis miserationes eius. Merito misericordia di-  
uinæ ascribendum est, quod post Adæ præuaricationem nequaquam natura est consum-  
pta humana, quippe que in cœlo & in terra dispositionē diuinam deordinando deliquit.  
Se enim sponte sub mystici Pharaonis ad conficiendū lateres paleasq; colligendū expo-  
suit dominatū, Dei in se de honestando irnaginē, se mudi huius ciuē fecit, sc̄q; uilissimo  
terrenarū actionum cōmercio tradidit, ac si ultra nil quereret. Hinc molente cupiditate  
ad eo spirituales inualuerunt tenebræ, ut sola uisibilia hominis affectū allicerent. Proh-  
dolor quanta deformitas, ut rationalis sp̄ritus spreto conditoris imperio neglectisq;  
cœlestis patriæ defæcatis conuiujs, brutorum more fœtidissimæ carnis se subderetuo-  
luptati. Tali prorsus debuit poena multari, contemptu genitore ac originalis dignita-  
tis hæreditate consumpta, qui futurus erat angelorum ciuis, cœlorum incola, & ineffa-  
bilis felicitatis possessor perpetuus. Compatiebatur tamen Dei clementia homini se  
ignoranti miserrimo, suamq; dolebat in illo deperire imaginem. Quamobrem suadens  
pietate, humana se offerente miseria, sanctorumq; interpellantibus angelorum agni-  
tibus misit Deus uerbum suum, ut sanaret homines, & eriperet eos de interitionibus il-  
lorū. Descēdit itaq; ab Hierusalem in Hierico Samaria p̄fissimus, expoliato & uulnera-  
to homini opportuna remedia prabuit, atq; proprio iumento imposito seminecem ec-  
clesiæ perduxit in stabulum. O mediatoris nostri ueneranda dignatio, ò pietatis uisce-  
ra conditoris, nec cōturbatus iniuria, nec labore deuictus, necq; ulcerosi horrore deten-  
tas, quin potius caritatis transfixus telo languentis uoluit communicare doloribus,  
utq; ardenter eundem alliceret ad amorem, ab illo pro quo patiebatur, passus est hor-  
renda ludibria. Clamat igitur sputa, clavi, lancea, irrisiones, & uerbera, ut ipse toto  
corde totisq; uisceribus diligatur, qui pro dilectione tanta ac talia perfere dignatus est.  
A suo quippe discipulo argenteis triginta uenundatus est, à turbis uallatus, atque sacer-  
dotum principi presentatus ut reus. Non fugit, non latuit, necq; secessit, sed tanquam bel-  
lator fortissimus ultrò persecutoribus obuiam procedens ait: Quem quæreris? Noue-  
rat plane, quem quærerent, uoluit tamen eorum audire sermonem, quatenus cognita  
diuinitate eius ex seip̄lis promouerentur ad fidem, miraculoq; erudirentur. Cætetum  
peruersa mens in sui obduratione persistens nec ratione mollescit, necq; flectitur ad pie-  
tatem uisione prodigi, sed quadam obstinatione damnabilis renititur ueritati, more a-  
spidis surdae obdurantis aures suas, ne incantantium audiat uoces. Veluti probatissi-  
mus medicus dominus Iesus phreneticantium infirmorum uesania perferebat, propter  
ea sacerdos accusatus, irrisus, alapaq; percussus æquanimiter pertulit. Non enim iu-  
dicare, sed pro peccatoribus & à peccatoribus uenerat iudicari, atq; delinquentes po-  
tius mansuetudine quam superare iustitia. Sic namq; decebat, ut qui de cœlorum thro-  
no pro omniū salute descendat, fieret uirtutum uniuersarum magister, nō tam uerbo  
erudiendo quam opere, quatenus omnib. eum imitantibus illiq; obtēperantibus esset  
disciplinæ forma, & causa salutis æternæ. Hoc Apostolus considerās inquit: Non enim  
habemus pontificē, qui non possit cōpati infirmitatib. nostris tentatum per omnia pro-  
similitudine absq; peccato. In eo namq; quod tentatus est, ualeat laborantes à tentatio-  
ne eripere. Tentatus est inquam, nequaquam autem temptationibus cedendo, seu assen-  
sum præbendo deliquit quin potius superando triumphauit. Nempe in deserto positus  
à diabolo multipliciter lacessitus permanuit inuictus. Impiorum quoq; datus in manib.  
præsidioq; oblatus quampercessus sit, quis enumeret? Flagris quippe est cæsus, uocifera-  
tionib. exprobratus, coronatus spinis, purpura induitus, sceptro arundineo illusus, spre-  
tu rege, remissus ad iudicem, necnon uti homicida adiudicatus est morti. Illi profe-  
cto, qui uiuorum & mortuorum constitutus est iudex, ille inquam, qui paulominus mi-  
noratus ab angelis quā esset Dei filius, seruili naturæ forma se induere deditus nō  
est. Ipsa

A est. Ipsa namq; mediata caritatis suæ patescit affectum. Est prorsus humanitas illa liber-  
patens, in quo uniuersi rationis compotes percipere ualent, quāto nos Deus cōplete-  
tur amore. Sola interueniente dilectione æterni patris unigenitus ludibrio se passionis  
exposuit. Nā nemine cogente se patri exhibuit hostiā, se ut olim Isaac sacrificiū fecit, ille  
ligna cōscissa gerēdo, iste crucis baiulādo suppliciū. O amoris uehemēta, ò inextingu-  
ibile caritatis incendiū: quantū in Christo præualuit, quantaue pro hominis redēptione  
sustinuit. Contēplare (oro) mentis oculo fabricatore polorum, angelorum dominum,  
uniuersicq; rectorem per ciuitatis medium paschalis solēnitatis tempore, quo omnis cō  
currebat prouincia, usq; ad montem Calvariae crucem proprijs humeris deportantem.  
Ibi nudatur uestibus, solo supinus extenditur, cōfigitur stipiti, eleuatur in aera, ut uniuers-  
so uisibilis appareat populo. Ad hoc spectaculum singulare pauet coelum, mirantur an-  
geli, cōtremiscit tellus, obscurat sol, natura cōpatitur, infernus gemit, captivi expectat,  
lacrymantur iusti, Mariaq; anima doloris pertransiuit gladius. Erumpant igitur oculi  
B nostri lacrymarū fontem, mœrore sauentur corda, ex intimo pectore alta trahantur  
suspiria, nemo à gemībus nullusq; a fletu se contineat. Ab humanitate prorsus alienū  
est sine dolore & planctu humanitatis fontem considerare pendentem. Pependit utiq;  
in ligno, ut præuaricationis uetiti culpam aboleret, damnationisq; auferret chirogra-  
phum, quod Adam gustando descripsérat. Eius itaq; poena omniū salutis extitit causa,  
dū ab iniustis iniuste innocens percepit indigna. O q; indignū fuit, ut illuderef Deus,  
maiestas conspueretur, ligaretur uenia, iudicaretur creator, denudaretur gloria, in cruce  
poneretur dominus, cum sceleratis deputaretur mediator, felle potaref sapientia, uita  
moreretur. Hæc cuncta Christo pendente cōpleta sunt. Tale quippe exhibet indulgē-  
tia dedit indicium, per quod peccator speraret misericordiam, fidelis gratia, sanctus glo-  
ria. Proflua caritate nos diligēs tribuit magna, atq; ampliora spopondit. Se nāq; crucifi-  
gentibus remisit culpā, eorumq; orādo excusauit ignorantia. Stabat enim in cruce, cor-  
de uoceq; clamabat ad patrē, Ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nesciebant planē  
C Nam si cognouissent dominum gloriæ nunquā crucifixissent. Voluit tamen Deus late-  
re in carne, atq; hominibus esse ignotus, ut pateretur, colaphizaretur, damnaretur, occi-  
deretur. Quid igitur ò homo retribues Deo pro omnibus, quæ pro te exceptit in homi-  
ne? Quid rependas pendent? Quid respondebis iudicantis? Interrogabunt te uincula,  
sputa, uerbera, conuicia, decoloratus sol, terræmotus, petræ scissæ. Aperta monumenta  
insensibilitatem tuam arguent, passionis insignia producta in publicum uoces suas da-  
bunt aduersum te, diuinæ miserationis testimonium perhibentes. Ipse quoq; latro, qui  
pēdebat ad dexteram doloribus plenus, morti proximus, pro sceleribus damnatus tuæ  
infidelitatis duritiam arguet. Quamuis enim uti malefactorem Christū confixū aspice-  
ret, quamuis ludæorū illum blasphemantium contumelias audiret, capitāq; mouentū  
irrisiones intelligeret, orauit tamē deuotus in fide dicens: Domine memento mei, dum  
ueneris in regnum tuum. O fidelis confessio, ò deuota supplicatio, inter latrones crucifi-  
xum interpellat, opprobrium hominum & plebis abiectionem factū regem uocat. Mo-  
rienti ait: Memento mei, dum ueneris in regnum tuum. Dicere ausus non est: Da mihi  
regnum, fac me participem tuæ esse gloriæ, sed tantū memeto mei. Indignum esse arbi-  
trabatur, ut homo peccator, corde pollutus, alieni raptor in regnum introiret æternum  
ubi Christum reuelante gratia triumphaliter regnare cognouit. Prædonis huius sancti  
ò catholice ueritatis professor imitare exemplum ante quam uenias ad iudiciū. Corde  
pēdenti domino assiste humiliter, fideliter pete, illūq; deuote alloquere, & dic: Memen-  
to mei, non tantum ut uenias in regnum tuum, uerum etiā ut doloribus cōpatiar uis, tuęq;  
cōmunicē passioni. Incongruū est nempe, ut te paciente, te languente, te moriente ego à  
cruciatiib. illæsus efficiar, potissimē quū tui sim causa mœroris. Ego enim sum, qui deli-  
qui, ego qui meis exigentib. culpis uindictā merui, iustitiam Dei irritauit. Conturbauit  
namq; cœlum, angelos despexi, præuaricatus sum legem, diabolū letiſicaui, offendit san-  
ctos, promissa uilipendi, Deoq; semper aduersus fuit. Tu horum nil egisti, quū sis agnus  
innocēs, sanctus Dei, à facinorib. immunis, patri obēperans, hominūq; singularis ama-  
tor. Tēdet prorsus me uitę meq; terret me conscientia, trepidare me cogunt perpetra-  
ta delicta, dum te regē gloriæ, decorem regni, unigētū Dei, angelorū glaudiu in cruce  
Laur. iustif.

penè expirare conspicio, aspernari à perfidis audio, mea perferre supplicia cognosco. E  
 O me felicem, si pro te mihi daretur interimi domine mihi Iesu. Flendo & mōrens olim  
 2.Reg.18 ibat David dicens: Quis mihi det, ut moriar pro te fili mi Absalon? Absalon fili mi! Et  
 ego ubertim coram te plorans & gemēs aio: Quis mihi det, ut moriar pro te domine mi  
 Iesu? Iesu domine mi: lumen oculorum meorum, & baculus infirmitatis meæ? Planè mihi  
 tolerabilior esset mors, quām te intueri coronatum spinis, facie consputū, rubricatum  
 sanguine, oculis liuidum, tābe consecutum, manibus ac pedibus perforatum, depuratum  
 cum sceleratis, letoq̄ propinquum. Nempe angelicus in te ille decor deperit, regius  
 aspectus emarcuit, diuina autoritas recessisse uidetur. Vt sol olim facies tua resplēdūt,  
 & nunc in te ô domine species nulla apparet. In monte post deuictum triumphatumq̄  
 diabolū tibi ministraverunt angeli, & modo tibi obſcena ab infidis intorquentur con-  
 uicia. Scio, & certissime scio, quoniā super te & propter te cœlorum regē natum nume-  
 rosus exercitus cœlestis militiæ officiosissime decātauit dicēs: Gloria in altissimis Deo,  
 & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vnde nunc opprobria exprobantium tibi F  
 audio, & blasphemantium te in auribus meis personant maledicta? Nonne tu es, qui in  
 solio diuine præsidēs maiestatis, uniuersic̄ machinā perpetua ratione gubernas, atq̄ in  
 ter angelorum hymnidicos choros ueneraris ut Deus? Tuq̄ idem es, qui factus es no-  
 viſſimus uirorum, uirq̄ dolorū pro sceleribus populi tui attritus uehementissime. Por-  
 ro cōtra te uidetur turbari cœlum, denigrari sol, tellus moueri, prouocari homines, dæ-  
 monia insultare, quodq̄ his maius est, genitorem tuū omnipotentem dominū crucia-  
 tus negligere tuos, dum te clamantem percipio, Deus meus, Deus meus ut quid derel-  
 quisti me? Sic percussus es, oneratus doloribus, contumelij lacessitus, ac in miseriarum  
 uoraginibus demersus, ac si non essem inunctus lætitiae oleo, nec à contagione delictorū  
 alienus, neq̄ unigenitus Dei filius. Nempe omnipotentis manus tetigit te, illiusq̄ sagit  
 tæ transfixerunt te, & indignatio ipsius ebibit sp̄iritum tuū. Ceterum & hoc est admira-  
 tione dignissimum. Clamauit enim olim propheta laetus constitutus in medio, & à leonū  
 10an.19 liberatus est morsibus, orauerunt tres pueri in fornacis ignem coniecti, & in nullo eos G  
 læsit incendium, ingemuit Susanna presbyterorum testimonio condemnata, & sancto  
 adolescenti pro se decertante corā omni plebe pudicitia cādore enītuit. His ne proba-  
 rīs inferior, qui te relictum esse fateris? Sanctis omnibus in tribulationibus constitutis  
 cœleste minime præsidium defuit, tibi aut in huius passionis articulo ereptionis suffra-  
 gium denegatur? Inundauerunt planè tribulationum aquæ usq; ad animam tuā, rauce-  
 factæ sunt fauces tuæ præ siccitate & iſſitudine, & propterea dixisti, Sicut. Nunquid sit  
 io.m.19 sit satietas? Sicut ne, qui sitientiū ardoribus refrigeriū præstat? An uitę fons sitire ualeat?  
 Potest inquam, quoniā uult. Sicut utiq; pereuntiū salutem, animarū diuinū sitit honore,  
 inebriatus amaritudine adhuc duriora sustinere desiderat, in spiritu sitit caritatis flā ma-  
 succensus, sitit etiā ut uerus homo, passibilis, mortalisq;. Quod sitit, de tuo est, quod sa-  
 turat sitientes, de suo. Agnosce tuū, uenerare suum, & lauda gratias agēs. Quod tuū est,  
 in illo dignationis & potestatis est, quod uero suum est, maiestatis & gratiæ. Dignatio-  
 nis dixerim esse, quod natura tua se induerit, inter homines conuersatus sit, carnisc̄ ne-  
 cessitates sponte pertulerit, ac passionis ludibria uoluntarie subire dignatus sit. Volun-  
 tariè prorsus non coacte, quemadmodū idem ait: Potestatem habeo ponendi animam  
 meam, & iterum sumendi eam. De hoc & Prophetā: Oblatus est (inquit) quia ipse uo-  
 luit. Et Petrus: Quum malediceretur, non maledicebat, quum pateretur, non cōminaba-  
 tur. Tradebat aut se, iudicanti se iniuste. Tradebat (inquit) se, ut illius passionem agno-  
 sceres fuisse spontaneam. Porro si inuita, non sic Deo grata, tibiq; non extitisset profi-  
 cua. Verū ut eius munera intelligas esse, quod patitur, se quārentibus exposuit, se per-  
 cutientibus maxillam præbuit, unde idem per Prophetam dicit: Faciem meā non auer-  
 ti ab increpantibus & conspuentibus in me. Hac dignatione quid dulcius? quid subli-  
 mius? quid ualeat amabilius? Deficit planè sensus, succumbit ratio, mens stupet,  
 incalescit affectus, quum exinanitam cogitat maiestatem Dei, & filium cruci esse confi-  
 xum. Transcendent ista humana merita, hominum dignitatem, atq; intelligentiā ange-  
 lorū. Hinc est quod pereuntibus infidelibus uerbum crucis stultitia est, dum uolunta-  
 tie patitur, sed ijs qui salvi fiunt, gaudium, honor, gratia, & uita perpetua est, quoniā  
 diuinæ

A diuinæ miserationis donum, dilectionis pignus, iustitiae debitum, culparum indulgen-  
 tiam, sanctificationis sacramentum, redemptionis premium, caritatis incendiū, cœlorū  
 regnum, sacrosanctum connubium, & locupletē sapientiæ thesaurū in ea pura mentis cō-  
 sideratione latere percipiunt. Quamobrem ardentissima cōfessione inquiunt: Nos aut̄  
 gloriari oportet in cruce domini nostri Iesu Christi, per quē nobis animarū indulta est  
 salus, resurrectio futura promissa, & uita prærogatur æterna. Merito in illo gloriantum  
 est, qui in ultima uitæ suæ hora pro hominū redemptione cōstitutus in ligno cōsumma-  
 tis legalibus sacramentis, prophetarūq; oraculis cum lacrymis & clamore ualido patri  
 spiritū reddidit. Abiit quidē ad patrē corpus resumpturus post triduum, ut sp̄osæ suæ felic-  
 es mansiones pararet in cœlo. Ascendit inquā subactis hostibus tanquā robustissimus  
 triumphator ad patrem, à quo & nunquā descēdedo discesserat. Venerat enim ut potes-  
 states debellaret aereas, & eorum diriperet prædam, spolia diuideret, captiuorumq; ani-  
 mas imperiali dominatione reuocaret ad superos. Hæc planè fuit passionis tuæ causa  
 domine Iesu, ut Dei filios errantes sicut oves, reduceres ad te unicum pastorem uerum.  
 Pro ipsis namq; obijciendo humanam formam, quam gestabas, ab ipsis sœiente diabo-  
 lo essensus in cruce, in qua exposito redemptioñis precio, ac deleto dānationis chiro-  
 grapho in seruitutem illos tibi uendicasti perpetuā. Decebat prorsus, quatenus tu in  
 hominibus dominatū solus acciperes, qui illos gratuita feceras caritate, manibus pla-  
 smaueras, proprioq; cruro redemeras. Hinc ô formator & reformator noster immen-  
 sis tibi debemus semper exoluere grates, infatigabiliter famulari, exhibere reueren-  
 tiam, tuum zelare honorem, concupiscere gloriam, laudes reddere, prædicare magna-  
 lia, beneficia meditari, in spiritu astare frequenter, teq; tota mente, totisq; uiribus, ac fra-  
 grantissimo amore diligere, qui pius es pater, Dei & hominum mediator, æternitatis  
 ostensor, immortalitatis uitæ largitor, fidelium custos, prædestinatarum ouium repara-  
 tor, restaurator cœlorum, mortuorum primogenitus, ecclesiæ sponsus, lux mundi, secu-  
 li iudex, uia tuta, præclara ueritas, sapientia diuina, incommutabile uerbum, splendor  
 C inaccessibilis, bonitatis Dei imago, unigenitus patris, coæternus genitori, cū quo una  
 cum sancto sp̄itu regnas in æternum. Amen.

In resurrectione domini.

**V**rbium prouinciarumq; consueuerunt populi, quoties quicquam singularis  
 gaudijs mundanæq; prosperitatis principibus suis emerserit causa copiosa la-  
 titiæ portendere signa quatenus ex corde siue ex sola tantum exteriori osten-  
 tatione eisdem congratulari noscantur. Nam caritas uera atq; syncera af-  
 fectionis hoc semper habet proprium, ut ex animo studeat gaudere cum gaudientibus, & fle-  
 re cum flentibus. Id planè ubi ueraciter inest, agit indubie, ubi autem abest, hoc idem fre-  
 quenter arte componitur. Hinc est, quod præsens seculū iniquitate superabundans utrū  
 fideliter diligat, sæpiissime ignoratur. O q̄ iugiter singit, & sancte caritatis tegmēto se ue-  
 stit. Quū reuera priuata affectione ducatur, uidemus quātoties inter cognatos, affines,  
 & notos ista uigere, adeo ut uix reperiatur, qui proprio amore careat, noritq; lætari ex  
 D caritate cū lætis, atq; plorare cum flentibus. Hæc præcipua fraternalæ dilectionis regula  
 penes sacrosanctam matrē uiget ecclesiā. Habet namq; perfectionē suā in membris sin-  
 gulīs iuxta donorū qualitates diffusam, & est ipsa immaculata atq; perfecta, quoniā ui-  
 ro suo Christo per spirituale connubium copulata efficta est nupta, mater, & uirgo. Vir-  
 go quidem propter excellentem sanctitatis suæ munditiam, mater aut ob spiritualē fo-  
 cunditatē prolis, nupta uero ex singulari uinculo caritatis. Didicit planè in membris &  
 capiti cōformari suo, ita ut in ea sit cor unū, anima una, eadē uoluntas, dona cōmunia, &  
 inuicē sentiendi æqualis intentio. Facta est omnia omnibus, ut unico suo unicē dilecto  
 lucis faceret uniuersos, & esset corpus mysticum perfectū in membris, ac capiti suo co-  
 pulatum atq; connexū. Hinc est, quod omnino hoc sentit in se qđ in Christo Iesu ipsis  
 sponso cœlesti. Illiq; prout humana admittit fragilitas, in membris peregrinantibus per  
 omnia se coaptare conatur. Hoc agit in spiritu, hoc euidentibus indicis perficit foris.  
 Quamobrem in eadē mos inoleuit, ut secundum temporum statuta, in quibus eundem  
 mediatorem Christū per naturā humanitatis assumptā mirabilia egisse cognoscit, eadē  
 in ceremonijs atq; in diuinis officijs rememorare nō desinat, quatenus debilia membra  
 Laur. Iustin. Gg medianibus

mediantibus exterioribus signis ad sui reuocet cognitionem autoris. Istiusmodi piae de B  
uotionis studio cum nascente puer efficitur puer, infantem in cuniblis adorat cum  
magis, & mysticas munerū ei offert species. Illum cum genitrice comitatur ad templū,  
uolucrib. mundis redimit, & cū Simeone sene sanctissimo in ulnas spirituales suscipiēs  
uagientē exultat & laudat, atq; modulationis delectabile carmen decantans ait: Nunc  
Luc. 2 dimitis seruum tuum domine secundū uerbum tuū in pace. Quid multa? In cunctis pro  
perceptorum recordatione donorum ad exhortationem fidelium & proficientium, ro-  
bur, perfectiorūq; lātitiam sponso suo nititur non esse dissimilis. Nempe ad præsens ser-  
mo denunciat, hodierna declarat solennitas. In ipsa siquidem obortum humano generi  
nouum est gaudium. Eapropter concinunt lātantes chori, organa concrepant, ministri  
altaris uestiuntur albis, in filijs toto orbe terrarū diffusa sancta mater exultat ecclesia, &  
per uniuersas plateas & uicos ab omnibus alleluia cantatur. Nullus nisi infidelis & mor-  
tuus ab huiusmodi alacri solennitate secernitur. Gaudent singuli, cuncti uicissimq; lāta-  
tur & dicūt: Hæc dies, quā fecit dominus, exultemus, & lātemur in ea. Hæc utiq; est dies B  
præclara & celebris, excelsior cunctis, sanctior uniuersis, in quā mundi conditor ab in-  
seris resurgens in corpore uictor glorioſissimus remeauit ad superos. Hodie inquā mor-  
tis deletum est antiquū chirographū, & originalis delicti culpa laxata. Nempe quod se-  
minatur in carne, resurgit in spiritu, & humanae naturae ignobilitas mutatur in gloriā, in  
uirtutem transit infirmitas, & pro corruptione incorruptionis excellentia prærogatur.  
Quid ergo ô homo retrubues domino pro omnibus, quæ retribuit tibi? Te Deus tuus  
reuocauit ad pacem, te duxit ad patrem, te prouexit ad gloriam, te de core induit, teq; C  
immortalitatis dote uestiuit. Corpus quippe tuum renouauit in spiritum, ut spiritum  
tuum reformaret in se. Angelorum gloria te hodie fecit esse consortem, & cœlestis pa-  
triæ tibi tradidit principatum, pristinæ te restituit libertati, & dignitatem originalis con-  
ditionis commutauit in melius. Quid inquam retrubues domino pro omnibus, quæ re-  
tribuit tibi? Mentis tuae excelsa concende, & cunctis, quæ inferius sunt, oblitis, diuinis  
intende laudibus. Est enim sacrificium iuge, in quo plurimum delectatur omnipotens,  
Psal. 49 & seruitutis debitæ honorem admittit. Sic namq; per Prophetam inquit: Sacrificium  
laudis horū rificabit me, & illuc iter, quo ostendam illi salutare Dei. De quo (oro) quia  
sam æternæ felicitatis adepti sunt gloriam, delectantur amplius, quam in diuinæ male-  
Psal. 83 statis laudatione iucunda? Beati (inquit Propheta) qui habitant in domo tua, in secula  
seculorum laudabunt te. Illis ergo in hac præcipua resurrectionis solemnitate studia tua  
spiritualia coequare contendit, quatenus ita eorum gaudijs cōmunicare ualeas, quem-  
admodum beneficijs participare cœpisti. Exultatione igitur exhilaratus & iubilo cu-  
re, discurre, & omnibus redemptionis beneficia confitere. Festino insuper gradu men-  
tis non corporis susceptis tecum aromatibus preciosis dominicum uisere cura sepul-  
chrum. Ibi lachrymas deuotionis effunde, nec usquam diuertas, donec resuscitati do-  
mini uestigia teneas, contrectes manu, ac lenitas osculis clauorum gloria foramina. Il-  
lum audi loquentem, agnosce uiuentē, dilige diligentem. Dies iste tibi solennis existat,  
in qua habita dominum tuum pertractandi licentia fide locupleteris & gratia. In hoc H  
spirituali amoris præludio humiliiter perseuera, quam diu euaneat à te, ut in Emaum  
duobus peregrinantibus discipulis tertius efficiatur comes. Dilecti autē tui ineptiatus  
præsentia, tumulum relinque uacuum, & absentem sponsum sedula animi meditatione  
perquire. Age itaq; in spiritu, ut post ambulantium discipulorum terga submissæ ince-  
das, dilectumq; tuum illis iam associatum aspicias, sermocinantum uerba auscultes, &  
Dei sapientiam sub peregrini effigie scripturas differentem intelligas. Tunc sicut & di-  
scipulorum tuum amoris face cor ardeat, & eloquiorū ignitorum illius sagittæ te feriāt.  
Porro si fueris eruditus in spiritu ex repentina innouatione mentis, ex caritatib; incen-  
dio, ex suauitate sermonis, atq; ex intelligentia scripturarum sponsum tuum agnoscas  
esse, qui loquitur. Illum autem eti; necdum tanquam dominum, tam uelut peregrinum  
in cordis tui hospitium compelle, ut intret, & cum exultatione speciali liquef-  
ente præ dulcedine anima humilitatis illi mensulam para. Non enim mercede interiori  
priuaberis, si illum cum dilectione suscipes, iuxta ipsius pollicitationem dicentis: Qui  
Mar. 9 cunque recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet, & qui-

A cunque recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accepit. Discubentibus quippe cunctis in illo præcipue considerationis obtutus sige, mores eius obserua, eloquia meditare, & prius quam panem apponas, tecum conter, & dic: Est ne iste spōsus meus, & Deus meus? Numquid in habitu peregrinantis, ne agnoscat, apparuit? Cæterum si peregrinus est & aduena, unde illi tam præclara sapientia? Quomodo in illo tanta redoleat sanctitatis fragrātia? Cur illo mediāte tam uehemens mihi prærogata est amoris flama? Reuixit plane spiritus meus, & omnia interiora mea ad sermocinationē ipsius completa sunt iubilo. Præter humanam consuetudinem hoc in me actum esse fateor. Quantos quotidie peregrinos intueor, quod homines mira prudentia, atque incomparabilis eloquentia prædictos audio, & tamen neminē unquam talia proferentem compari, nunquam huiusmodi exultationem corde percepi. Hæc prorius mutatio est dextræ excelsi. Evidem scio, quod soli Deo mortaliū corda famulantur. Cæteris residentibus foris sibimet ipse ingrediendi egrediēdī retinet potestate. Spirat ubi uult, & quibus placet, nec est, qui suæ ualeat reuerti maiestati. Sentiri quippe potest, eius uero spiritualis præsentia minime intueri. Quamobrem mirū non eit, si canales nostros nunc teget oculos, nec agnoscit queat, si dominus est, quā id etiam frequenter spiritualibus agat. Nempe uox illius dilecti mei uox est, aspectus autem hominis peregrini atq; ignoti. In tali uero ambiguitate constrictus scio, quid faciam, ut mihi cognoscibilis fiat. Consueuit namq; in refectione prius quam cibum capiat, apposita benedicere, panē trangere, ac simul discubentibus impertiri. Panem igitur humanitatis causa afferam, & qualiter se habebit, solerter obseruabo. Hoc mihi notissimum prætentia illius indicium erit. Al latum itaq; panem suscipiens mediator manibus benedicendo fregit, apposuit, atque apertis discubentium oculis latus euanuit. Hæc tecum iucundo animo meditando re uolue, te præsentem in spiritu exhibe, agnoscitem, loquentem, contrectantem, gaudentem, mirantemq;. Verum ut omnis hæc dies tibi festiva pertranseat, & (iuxta Prophetam) uespere, mane, & meridie contemplando sponsi tui suauis præsentia potiaris C quemadmodū mane sepulchrū, ita meridie sole iam ad occasum uergēte relinque mensam, & gradu concito cum socijs regredieris Hierusalē. Perges autem ad domū, ubi Maria cum cæteris residet, quatenus agnoscant & ipsi te referante, quod uideris. Tunc no-  
ctis incumbente crepusculo lātātibus uniuersis in medio cœnaculi toribus clausis dō minūm contemplare astantē. Dubietatis omnino caliginem abige, ut resurrectione ce lebrata ualeas gaudere, atq; cum ipso domino despectabiliter fari, palpare manus, uidere faciem, cicatrices tangere, pacē suscipere, & cum eo omnibus interioribus tuis uiblan-  
tibus in spiritu epulari. In his exuberantem consequeris deuotionis dulcedinē: si cor de mundus, & spirituali fueris resurrectione renatus. Prima namq; resurrectio est pec catorum euasisse tenebras, atque futurorum bonorum desiderio inflāmari, dicēte Apo Col. 3 stolo: Si cōsurrexitis cum Christo, quæ sursum sunt, quæritate, ubi Christus est in dextera Dei sedens, quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Verus ergo dominicæ resur rectionis est cultor, qui per uirtutis studium, & pñ amoris incēdium mediatori Christo D inhārere concupiscit. Huiusmodi mystico Christi coniunctus in corpore iam resurre xisse spiritualiter, iamq; cum illo ad cœlos ascendisse cognoscitur, sicut Paulus insi nuās inquit: Qui resuscitauit, & considerare nos fecit in cœlestibus cum Christo. Quam obrem ô fideles, qui de domino in bonitate sentitis, atq; gratiæ illius participes fieri meruistis, toto deuotionis affectu reuertimini ad uos, ut congruo ordine exultetis in domino. Canite tuba in Sion, uocate cœtum, congregate populum, ordinate senes, uberaq; fugentes. Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, quatenus omnes uoce consona & pari modulatione oris & cordis carmen iucunditatis & lātitia præ cinnatis dicentes: Hæc est dies, quam fecit dominus, exultemus, & lātemur in ea. Exultemus inquam, quia resurrexit ipse, lātemur autem, quoniam resurgemus & nos. Nempe gigas ille fortissimus uigilans de sepulchro ablatis Gazæ ciuitatis Philistinorum ianuis mediq; noctis silentio futuræ resurrectionis ascendit in montem. Mortis quidem calca uit imperium, & inferorum claustra propria uirtute momordit, propter quod lāta ho die ubiq; mater promit ecclisia: Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Capitis etenim de core uestita quam resurrectionis gloriam accepit in paucis, hanc in Laur. Iustin.

**Ezech. 37** extremo tempore nequaquam dubitat se habituram esse in omnibus, quæ admodum **G** ore prophetico dominus pollicitus est dicens: Ecce ego aperiā tumulos uestrōs, & educam uos de sepulchris uestris populus meus, & inducam uos in terram Israēl, & scieatis, quia ego dominus quum aperuero sepulchra uestra, & eduxero uos de tumulis uestris populus meus, & dedero sp̄itū meum in uobis, & uiuetis, & requiescere uos faciat super humum uestrā, & sciatis, quia ego dominus locutus sum, & feci. Spe igitur futuræ resurrectionis exhilarati carissimi ad propositum nobis ad incorruptionis brauium percurramus, aspicientes fidei oculo in autorem & consummatorem Iesum, qui in diebus carnis suæ certamine pro nobis initio mortem suscepit & uitam. Semel quippe ad euacuanda multorum delicta pro peccatoribus moriens atq; resurgens à mortuis ultra nō moritur. Proinde uiuorū testis, & primogenitus mortuorū, atq; regum terræ princeps effectus, prædestinatis omnibus resurrectionis gratiā donauit & gloriam. Igitur (*iuxta Prophetæ exhortationē*) exultemus in domino, iubilemus Deo salutarino nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei, qui est sponsus ecclesie, & rex benedictus in secula seculorum. Amen.

In solennitate sancti Georgij martyris.

**Psal. 94** **Q**Votiescunq; ad agenda ardua quæq; inducimur, opitulamur optime ad id perficiendum, si ratione instruimur, uel prouocamur exemplo, seu condigna mercede allicimur. Nempe mercenarius mercede, exemplo rudis, sapiens uerò ad aggredienda difficulta ratione compellitur. Vocem mercenarij Prophetae exprimente audi: Inclinaui (*inquit*) cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem. Exemplo discipulos suos adhuc rudes magistrum excitantē uis nosse: Dominū Iesum obserua dicentē: Si ego laui uestrōs pedes dominus & magister, ita & uos debetis alter alterius lauare pedes, exemplum enim dedi uobis, ut quemadmodū ego feci, ita & uos faciatis. De ratione aut̄ quid dícā, quū propterea homo rationale animal dicitur, quoniam ratione dirigit, ratione flebit, ratione cōuincitur? Porro si homo rationi nō acquiescit, aut ea nō uitit, rationalis improprie nuncupatur. **G**

**Psal. 118** Hoc Propheta insinuans ait: Homo quū in honore esset, non intellexit, cōparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Iumentis ideo assimilatur homo, quia appetitu solo trahitur sensuum, rationis in se iudicio dormitante, per quod appetitus sensualis debuerat regi. Subvertitur quippe ex hoc autoris imperium, qui rationem sensualitati præesse instituit. Rectum namq; condidit hominem, quamvis ipse in multis se irrationabiliter inamiscuerit. Fecit enim Deus illū sic in naturalibus bene cōpositū, quatenus ad obtemperandum creatori suo naturali etiā traheretur impulsu. Casum præuidēs eius uoluit exurgendi præstare remedium, atq; obediendi dare suffragium. Porro sola obedientia est, quæ iacentē erigit, custodit iustum, dirigit innocentem. Vnde (oro) casus in homine? Nonne ex trāsgressionē præcepti? Comedit uetitum, quod, ne manducaret, ac ceperat in mandatum, & factus est reus, amisi innocentiam, perdiditq; iustitiā. Non igitur nisi obedientia mediante fuerat erigendus. Hinc est, quod mediator noster sicut nūs homo in mundo apparuit, ita noua præcepta induxit hominibus, quæ quamvis ardua, rationabilia tamen esse probantur. Arduum quippe est crucem quotidie tollere, & post dominum ambulare. Arduum est odisse patrem & matrem, fratres & sorores, propinquos & filios, adhuc etiam & animā suā. Difficilia profecto sunt ista, & humanum ueniēti transcendent usum. Hoc antiqua nescierunt tempora, quoniam naturæ supergre diuntur ordinem. Gratiae conueniunt statui, in quo manifestantur diuina, promittuntur coelestia, atq; præcelsa exhibētur. Latorē attende gratiae, & consiliorū præceptorē, quid dixerit, quidē in se ipse perficerit, diligenter obserua. Illum uis nosse: Ioannem eidem testimonium in euangelio perhibentem audī: Lex (*inquit*) per Mosen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Hic est qui in spiritu ueniens spiritualia mandata instituit, docuitq; ut renūciaremus omnibus, si eius cuperemus esse discipuli, uerum ut quod instruebat uerbo, etiā indicaret exemplo, quicquid docuit ipse perfecit, atq; ratio ne firmavit. Egit prudēter, uti diuinā decebat sapientiā, quæ in carne ideo uenerat, ut re pararet hominem, & reformaret per gratiam, quod per culpam erat ap̄missum. Nouerat opus suum ipse, quod fecerat, quād pronū esset ad lapsum, quād cæcū ad lumen, quād

A. quād tardum ad rationem, quād reniteret ad bonum. Hinc illum mercede allexit, prouocauit exemplo, atq; erudiuit sapienter, ut præceptoris minime negligeret obtemperare mandatis. Erudiuit inquā per fidem, per passionis tolerantiam prouocauit, atq; hominis concupiscentiam ex cœlestium promissionē illexit. Cunctorū aut̄ Deum esse fides docet. Nisi fides infaueret, hoc ratio denegaret humana. Propterea peritorum fuere quād plurimi, qui asseuerare sunt ausi mundum æternum esse, atq; ex nihilo non posse fieri aliquid, quod commentum sancta ab initio anathematizauit ecclesia. Fateatur utiq; uerum esse, quod legitur: In principio fecit Deus cœlum & terrā. Et illud, quod, **Gen. 1** per Euangelistam dicitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus, **Io. 1** erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt & sine ipso factum est nihil. Nihil exclusit dicens, omnia per ipsum facta sunt, præter id, per quod facta sunt. Cœlum, solem, lunā, stellas, angelos, aerem, & quicquid spirat per eum, aquas, & omne, quod natat in illis, terram, & uniuersa quæ producuntur ex ea, uegetant, uiuunt, & mouentur in ea, in ipsum etiam hominem, de cuius creatione mentio specialis habetur, ne inaniter eleuetur supra id, quod est, uelitq; plus sapere, quād oportet. Sic enim habet: Formauit igitur Deus hominem de limo terræ, & spirauit in illum spiraculū uitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Narrat diuinus sermo Deum formasse hominem de limo terræ, ne alium corporis sui quād Deum ueneraretur autorem, disceretq; quid esset, ne de se superbiēdo præsumeret, qui se de limo uilissimo sciret esse plasmatum. Ipse quoq; qui corpus condidit, animā inspirauit, quæ (uidelicet) ipsum uiuiscaret corpus, rationeq; polleret, per quam opificem agnoscet suum, diligeret, coleret, laudaretq;. Clamat igitur innata hominis ratio, ut illum ex toto corde & ex tota anima diligat, eidemq; totis uiribus famuletur, à quo gratis non solum est conditus, uerum etiam reformatus, atq; redemptus. Factus quidem est per gratiā, reformatus per aquā, redemptus aut̄ per sanguinē. Hic est (*inquit loānes*) qui uenit per aquā & sanguinē Iesu: **10.5** Christus, nō in aqua tātum, sed in aqua & sanguine. Dedit enim homini, ut esset & hoc sine precedentibus meritis. At quoniam quod perceperat homo, delinquendo amisit, nō (uidelicet) esse naturæ, seu gratiæ, illū reformauit per aquā baptismi seu spiritus sancti, de qua legitur: Dabo uobis (ait dominus) aquā mundā, & mūdabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Atq; redemit per sui effusionem cruaris, dū penderet in ligno, quatenus certissimè sciret illius spōte se debere mācipari obsequio, à quo percepit, nedū ut esset, qui non erat, uerum etiam ut resiceretur, & qui perierat, redimeretur. Errauit (*inquit Propheta*) sicut ouis, que periret, quæ seruum tuum. Quæsiuit errantem ad auram post meridiem, & in medio luporum reperit, repertūq; lauacro regenerauit aquæ, & sanguine consecravit. Hic est funiculus triplex connexus à Christo, qui ingratitudine sola disruptus. Isto rationales homines trahit ad se. Quum exaltatus fuero (*inquit*) à terra, **10.12** omnia traham ad meipsum. Et per Prophetam: In funiculo Adam, in uinculis caritatis, **Ose. 11** attraxi te miserans tui. Recogita igitur ô homo, quis te fecit, refecit, perfecit, & affluens sapientiam, exemplū adiuuenies atq; mercedem. Sapientiam utiq; mysterio, **Psal. 118** D exemplum in ligno, mercedem autem in cœlo. Hinc ad obedientiam arduorum alaccer, ad tolerantiam aduersariorum fortis, nec minus ad contemptum uisibilium eris accensus. Hæc mentis intuitu sancti aspexere martyres, propterea spreuerunt seculum, passiones calcarunt, & imitati sunt Christum, qui usq; ad mortem crucis pro nobis obtemperauit patri. Ex illis Georgius propugnator eximus extitit unus. Terrenæ namq; abrenunciauit militiæ, ut Christi miles efficeretur egregius, facultates quas habebat dispersit pauperibus, ut diuitias perennes possideret in cœlo, suam quoq; animam odiuit in mundo, ut in uitam illam custodiret æternam. Repererat preciosam margaritam latitantem in agro, per quod distractis omnibus mercatus est eam, dominum dixisse auctoriterat, nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. **Luc. 14** Prætulit discipulatum Christi opibus, honoribus, uoluptatibus, corpori, & temporali uitæ, ideo intrepidus, armatus, & nudus secutus est Christum. Non carceres, gladios, fustes, uincula, aculeos, tortores, ignem, tyrannos expauit, nec mortem. Nudus nudum Christum attendebat in stipite, illius accendebat exemplo, eiusq; passionis doloribus angebatur. Obeata mens martyris, quæ nec tribulatione, nec angustia, nec plagiis Laur. Iustin.

**Gal. 2** nec laboribus, nec præsentibus, nec futuris à Christo valuit separari. Vndebat in carne, & corde cum Christo iam pendebat in cruce, ideoq; dicebat: Christo cruci confixus sum, uiuo ego, iam non ego, uiuit autem in me Christus. Longè excellentius Martyr sic mortuus uiuebat in Christo, q; si feliciter florens alienus esset a Christo. Est planè quædā beata mors, & quædā uita miserrima, nedum in futuro, uerum etiā in præsenti seculo nequā. De futuro nāq; sic habes: Preciosa in cōspectu domini mors sanctorū eius. Et alibi Psal. 33 Mors peccatorū pessima. Pessima propterea peccatorū mors dicitur, quia cruciatibus uiuit, nutritur flāmis, desperationis mucrone transfigitur, mortisq; acerbitate nō moritur. Sanctorū aut ob hoc preciosam esse mortē noscitur, quia miserijs finē exponit existī, perpetuæ felicitati præstat aditū, immortalitatis tribuit stolā, coæquat angelis, & electos quosq; coniungit Christo. Impræsentiarum nempe detestanda spiritualis quædam mors est, quæ eo minus in corpore probatur pernicioſior esse, quo prosperis magis successibus pollet, abūdat delitijs, facinoribusq; replet. Iacet prorsus tūc anima delictis oppressa, & defuncta in sepulchro malæ cōsuetudinis cæcata tenebris, conscientiæ onere R. **Iohel. 1** grauata, fœtens in uoluptatib. carnis, sicut de talibus ore propheticō dicitur: Cōputrue runt iumenta in stercore suo. Putrescentes illos appellat nō mortuos, ut post mortem eosdem etiam putruſſe denunciet. Mortis huius horrendæ figurā Lazari quatriuani fœtentis in tumulo denunciabat conditio, quæ à sanctis idē tororibus plangebatur, quia spirituali carebat uita. Spiritualis namq; & uita uera Christus est, quæ qui possidet mundo mortuus esse censetur, & uiuus Deo. Hos Apostolus fidelibus discipulis perhibuit dicens: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Verum ne istam secundum carnem, uel semper eosdem appellasse mortuos arbitraretur quis adiecit: Scimus quod quum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Vides quām locuples talis sit mors, quæ uitam cum Christo præstat æternam. Sic planè mortuus erat beatus Georgius uiuens in Christo. Mortuus quippe erat uitijs, mortuus erat seculo, mortuus erat & sibi. Nisi taliter fuisset mortuus, minime Christo uiuere potuſſet. An non mortuus erat seculo, qui oblatas dignitates & gaudia pro amore Christi & spe æternæ mercedis repudiauit ut stercore? Nonne uitijs erat defunctus, qui laboribus, abstinentia, paupertate, uirtutibusq; cæteris corporis quotidianā maceratione domabat? De talibus Pauli uoce dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixere cum uitijs & concupiscentijs. Quomodo uero si bīpli uixisse sanctus iste dicendus est, qui uerbum Dei circumquaque disseminans Christo gloriam audientium auribus insonabat? Quos ualebat auferre diabolo, lucrabatur Christo. Magnanimitate namque præcinctus, & caritatis dono suffultus coram regibus & terræ principibus Christum libera confitebatur uoce. Hinc factum est, ut carceri manciparetur, uirgis & scorpionibus cæderetur, lampadarum uisionibus cremaretur, laniaretur, torqueretur, perimeretur. In his quoniam uiuebat in Christo, se exhibebat ut mortuum. Nulla planè in illo quærimoniæ resonabat uox. Nullus repugnandi motus, nulla intolerantiæ seu murmurij eidem inerat cogitatio, sed læsus corde, intentione immobilis, deuotus animo, menteq; tranquillus laudabat Deum, carnis. H. cibus cōpatiebatur, se odiētes diligebat. Erat prorsus hoc grāde prodigiū intueri hominem hilari uultu, religiosis sermonibus intrepido corde gaudere supplicijs, & morti se sponte subiçere. Cuius hæc immenſa ô Deus esse fatenda sunt opera, nisi tua, qui facis mirabilia magna solus? Qui enim cœlū pugillo contines, & terram metiri palmo sancti tui Georgij possidens animā ueluti insensibilem illum faciebas in pœnis. Exhibuerat seipsum tibi hostiam uiuentem, sanctam, atque virtutes redolentem. Istius sacrificium innocentis Abel oblationibus (ut arbitror) prætulisti, quoniam de suis ille, iste autem holocaustum suum exoluit ex se, quanquā & ille seipsum innocenter uiuendo donauerit tibi. Ambo tamen iusti, ambo tibi gratissimi. Ille traxis liuore, iste autem pro tui nominis glorioſa confessione occubuit. Ille decimas & munera tibi fideliter offerebat, iste uero totū, quod possidebat, distribuens, egenos & uiduas diuinitarū suarum fecit esse hæredes. Veneratione prorsus dignus est, qui ut expeditius ambularet post dominū, terre narē facultū reiectis oneribus ad martyriū uiriliter certamen aggressus est. Nouerae duobus dominis seruire non posse, illum præposuit, illiq; famulari elegit, cuius iugum surue

A suave est, onusq; leuissimū. Domino nanc, cui obtemperari decuit, auctoris quem in tolerantia passionis exhibuit, rependere curauit uices. Tanquam bellator præcipius arbitratus est fore incongruū, ut patiente rege atq; pro animarū occūbente salute ipse legni ter uiueret, & sine certaminis exercitatione deficeret. Frequenter animo illud euangeli cum reueluebat: Maiorē caritatem nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Quāobrē dilectionē quā habebat ad dominū, factis maluit ostēdere, quam uerbis. Redemptorē utiq; suum non ingratus de munere est imitatus in morte, de quo ait Propheta: Sicut ouis ad occisionē ductus est, & tanquā agnus coram tondente uoce obmutuit non aperiens os suū. Obmutuit planè iste, & os suum nī orando aperuit, quatenus hostia Deo patri acceptabilis fieret. Nec illi in longanimitate patiētiæ inueniretur diffīmilis, qui in crucis perpessione supplicij, eloquiū nullum contradictionis emisit. Hinc gestum est, ut dominī sui sicut socius extitit pœna, ita particeps illius efficeretur glorie, qui in cœlesti regno cum patre, & spiritu sancto triumphat in secula. Amen.

B



Eragrantibus nobis in huius uitæ ærumnoso itinere eo maior accēscit fiducia pertingendi ad patriam, quo solidioris autoritatē catholicā munim̄ agnoscimus esse ecclesiā. Vbi enim uitæ dubietas est, procul dubio ibi est & gradiendi tarditas. Verū aliqualem ambiguitatē in orthodoxa fide inesse dubitet nemo, hanc qui fundavit non super arenam, neq; super arenam locauit terrā, sed super durissimā petram (uidelicet) super se, de quo ait Paulus: Peter autē erat Christus. Nedum stabiliuit illam in se, uerum etiā scripturarum testimonij, oraculū prophetarū, apostolorum prædicationibus, portentis miraculorū, martyrum innumerabilium sanguine, atq; iustorū omnium assertione muniuit. Tali eam instituit robore, ut nullus diffideret id cōfiteri, quod ipsa. Summæ etenim dementiæ est aut prophetarum uocibus, aut apostolorū testimonio repugnare. Repugnare dixerim, etiā nō uocibus, tamē uitæ. Sunt planè, qui fatentur se nosse Deum, factis autem negant. Huiusmodi quāuis uera proferant, mendaces tamē sunt, nō ueritati, sed sibi. Veritas enim nullius testimonio indiget, habet testimonium in se, cui neq; malus neq; iniustus ualet obijcere quicquā. Dat uoces suas in cordibus omniū ratione utentium, conuincit illos, & legibus suis (uelint nolint) facit esse subiectos! ipsi nanc ueritati peruersi homines non ratione, sed sola uoluntate resistunt. Est enim humana ratio arbiter quidā æquissimus eruditus per legē ueritatis, quæ lumine suo neminē facit exortem, sed lucet super bonos & malos, & se infundit super iustos, atq; iniustos. Hæc uniueros complectitur, seruos & liberos, Scythas & barbaros, mares & fœminas ludæos & Græcos, fideles atq; gentiles. Lege quippe sua ueritas non solū, qui sub lege sunt, sed etiā qui sine lege esse creduntur, absq; errore dijudicat. Illos sibi pli insinuat, atq; conscientiæ propriæ facit esse notissimos. Clamat pro ueritate cōscientia ipsius irradiata splēdore in cordibus mortaliū, atq; iuxta qualitates operum gloriā pollicetur, siue minatur ipsa suppliciū. De hoc Apostolus inquit: Quum enim gentes, quæ legē non habent, naturaliter quæ legis non sunt, faciunt, eiusmodi legē non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantū, in die quum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangeliū meum. Vnde (oro) qui sine lege sunt, sibi pli sunt lex. Utique per rationem conscientia ipsorum iudicante, quæ in arcano à ueritatis eruditur legē. Nam conscientiam aliud nil esse arbitrator, quām rationis iudiciū in ueritatis lumine pro palatum atq; discussum. Hinc rectè colligitur, quod qui conscientiae bone carent usu, & conditoris abutuntur munere naturali, introrsus quidem ueritatem percipiunt, nolunt tamen intelligere, ut bene agant, eorum (scilicet) malitia seu uoluptuosæ carnis illebra subuertente arbitrium. Hinc peccati serui & liberi efficiuntur iustitiae, taliaq; petrant, de quibus merito post erubescant. Beatus plane, cuius naturalis ratio uehiculo ducitur ueritatis, eiusq; pulchritudine semper allicitur. Porro non extinguetur in nocte temptationis lucerna illius, neque in huius peregrinationis tabescet itinere. Talis profectio fuit glorioſus euangelista Marcus, cuius mira sanctitatis præconia, & diriagonis felicem exitum ubique hodie extollit ecclesia. Iste nanque de tenebris ueritatis

C 1. Cor. 10 modi quāuis uera proferant, mendaces tamē sunt, nō ueritati, sed sibi. Veritas enim nullius testimonio indiget, habet testimonium in se, cui neq; malus neq; iniustus ualet obijcere quicquā. Dat uoces suas in cordibus omniū ratione utentium, conuincit illos, & legibus suis (uelint nolint) facit esse subiectos! ipsi nanc ueritati peruersi homines non ratione, sed sola uoluntate resistunt. Est enim humana ratio arbiter quidā æquissimus eruditus per legē ueritatis, quæ lumine suo neminē facit exortem, sed lucet super bonos & malos, & se infundit super iustos, atq; iniustos. Hæc uniueros complectitur, seruos & liberos, Scythas & barbaros, mares & fœminas ludæos & Græcos, fideles atq; gentiles. Lege quippe sua ueritas non solū, qui sub lege sunt, sed etiā qui sine lege esse creduntur, absq; errore dijudicat. Illos sibi pli insinuat, atq; conscientiæ propriæ facit esse notissimos. Clamat pro ueritate cōscientia ipsius irradiata splēdore in cordibus mortaliū, atq; iuxta qualitates operum gloriā pollicetur, siue minatur ipsa suppliciū. De hoc Apostolus inquit: Quum enim gentes, quæ legē non habent, naturaliter quæ legis non sunt, faciunt, eiusmodi legē non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantū, in die quum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangeliū meum. Vnde (oro) qui sine lege sunt, sibi pli sunt lex. Utique per rationem conscientia ipsorum iudicante, quæ in arcano à ueritatis eruditur legē. Nam conscientiam aliud nil esse arbitrator, quām rationis iudiciū in ueritatis lumine pro palatum atq; discussum. Hinc rectè colligitur, quod qui conscientiae bone carent usu, & conditoris abutuntur munere naturali, introrsus quidem ueritatem percipiunt, nolunt tamen intelligere, ut bene agant, eorum (scilicet) malitia seu uoluptuosæ carnis illebra subuertente arbitrium. Hinc peccati serui & liberi efficiuntur iustitiae, taliaq; petrant, de quibus merito post erubescant. Beatus plane, cuius naturalis ratio uehiculo ducitur ueritatis, eiusq; pulchritudine semper allicitur. Porro non extinguetur in nocte temptationis lucerna illius, neque in huius peregrinationis tabescet itinere. Talis profectio fuit glorioſus euangelista Marcus, cuius mira sanctitatis præconia, & diriagonis felicem exitum ubique hodie extollit ecclesia. Iste nanque de tenebris ueritatis

D Ro. 13 ciunt, eiusmodi legē non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptū in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantū, in die quum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangeliū meum. Vnde (oro) qui sine lege sunt, sibi pli sunt lex. Utique per rationem conscientia ipsorum iudicante, quæ in arcano à ueritatis eruditur legē. Nam conscientiam aliud nil esse arbitrator, quām rationis iudiciū in ueritatis lumine pro palatum atq; discussum. Hinc rectè colligitur, quod qui conscientiae bone carent usu, & conditoris abutuntur munere naturali, introrsus quidem ueritatem percipiunt, nolunt tamen intelligere, ut bene agant, eorum (scilicet) malitia seu uoluptuosæ carnis illebra subuertente arbitrium. Hinc peccati serui & liberi efficiuntur iustitiae, taliaq; petrant, de quibus merito post erubescant. Beatus plane, cuius naturalis ratio uehiculo ducitur ueritatis, eiusq; pulchritudine semper allicitur. Porro non extinguetur in nocte temptationis lucerna illius, neque in huius peregrinationis tabescet itinere. Talis profectio fuit glorioſus euangelista Marcus, cuius mira sanctitatis præconia, & diriagonis felicem exitum ubique hodie extollit ecclesia. Iste nanque de tenebris ueritatis

uocatus ad lucē. Eiusdē ueritatis testis est factus & præco. Nemo sanè sufficiēter edicit, B  
quanta per hunc erudimenta uirtutū, fidei sacramenta, dona gratiæ, futuræ uitę indicia,  
stupenda saluatoris gesta, ueritatis testimonia sancta perceperit ecclesia. Iste etenim est,  
**Apoc. 14** quē loannes mysterialiter præuidens ait: Vidi alterū angelum uolantē per mediū cœli,  
habentē euangeliū æternū, ut euangelizaret illud sedentibus super terrā. Angelus ideo  
nuncupatur, quia degens in carne angelicā ducebat uitam. Quāuis enim cum homini-  
**Phil. 3** bus conuersaretur, humana pertractaret negocia, & corporalis uitę sustentaretur alimo-  
nia, mente tamen & desiderio iugiter ferebatur in cœlū, ita ut cū Apostolo diceret: Con-  
uersatio nostra in cœlis est. Nam quod sperabat implendū, contemplando atq; diligen-  
do gustabat, ex parte tamen. Nam quamdiu sumus in corpore peregrinamur a domino  
per fidem ambulantes nō perspeciē. Volasse aut̄ perhibetur, ut undiq; illum euangeliū  
sanctū annunciasse ostenderet. Nempe in omnē terrā sonus eius euangelij cōcrepuit, et  
in fines orbis terræ uerba prædicationis ipsius manifestata noscuntur. Magnus uolatus  
iste est, qui per climata mundi alas suas extendit. Habet alas quatuor hic angelus noster F.  
euāgelista Marcus, & facies totidē quemadmodū per Prophetā sub animaliū quatuor  
**Ezech. 1** figura dicit: Similitudo quatuor animaliū quatuor facies, & quatuor pennæ unī, similitu-  
do aut̄ uultus eorū facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorū quatuor, facies autē  
bouis à sinistris ipsorū quatuor, & facies aquilæ desuper ipsorū quatuor, & facies eorū  
& pennæ eorū extentæ desuper. Mira prophetē huius uisio in euāgelistis perfecte com-  
pieta. Singulis nanq; euāgelistarū quatuor facies inesse declarat, siue propter eorundē  
cōformitatē in narratione gestorū saluatoris, quoniam quod unus affatus est, differuerūt  
& cæteri, siue propter spiritualē intelligentiā facierum atq; pennarū, quæ in unoquoq;  
eorū perspicue claret. Per humanā quippe faciem susceptionē disciplinæ, quæ moribus  
ac uirtutibus decorat, per leonis uero effigiē rugitū prædicationis, quæ doctrina euā-  
gelica mediante perficit, per bouis aut̄ uultū tolerantia pœnæ, quæ in carnis maceratione  
percipit, atq; per aquilæ similitudinē contemplationē præcipuā, quæ per mentis ele-  
uationē exhibet, agnosce. Sancto nanq; huic sicut & cæteris euāgelistis prærogata est G  
spiritualis disciplina uirtutū, credita sunt diuinorū eloquiorū præcelsa rudimenta: dona  
tum est crucē quotidie baiulare post dominū, necnon secretorū cælestiū ueneranda my-  
steria cōtemplando rimari. Hinc notitia ueritatis, caritatis ardore, reuelationis aspiratio-  
ne, operationis perfectione decenter ornatus humana trāscendebat, & tanquā quibus-  
dam spiritualibus pennis ferebat in cœlū. Absens ab angelorū consortio erat corpore,  
sed spiritu præsens. Quotidianis laboribus exercitatus ueluti sidus splendissimū reful-  
gebat. Dilectus plane Deo & hominibus erat, cuius memoria in benedictione est. Simi-  
lem illum fecit in gloria sanctorū, magnificauit eum in conspectu gentium, ducemq; sui  
instituit populi. Nempe eundem meritis & dignitate dominus ostendit illustrē. Duplicit  
sanctus iste insignitus est stola. Habet in ecclesiā tabernaculo locum non infimum, apo-  
stolatusq; cathedra cum patribus sublimatur in terra, atq; in cœlorum regno angelorū  
contubernio sociatur. Vbiq; est potens, ubiq; est magnus. Potens in miraculis, magnus H  
in donis, potens uirtute, magnus honore. An non potens est, qui tanta quotidie benefi-  
cia poscentibus præbet? Inuocat illum oppressus, & leuamen sentit, eius implorat auxi-  
lium infirmus, & sospitatem recipit, in mari, in solitudine, in periculis inter latronum a-  
cies exoratur, & iuxta fideliter poscentium suffragatur uota. Offert enim Deo oratio-  
nes ad se clamantium atq; gementium, ut beneficia conferat. Intercedit & obtinet, com-  
patitur & sua interpellatione defendit. Suo nunquam frustratur uoto, quoniam arden-  
ter, quoniam recte, quoniam precatur humiliiter. Felices dixerim, qui tanto propitian-  
tur patrono, talicq; gubernatore reguntur. In sancto hoc quemadmodum & in cæteris  
commendat Deus gratiam suam. Per illum enim exhibet benevolentiam, gratificat mu-  
nera, preces suscipit, largitur ueniam, manum porrigit, delinquentes sustinet, tribuit  
uitam. Nemo sanè est, quamuis sanctus, quamuis sit iustus, qui sanctorum non indi-  
geat patrocinio. Per se quis est, qui sufficiat sibi? Quis est, qui non frequenter ruat?  
Erret saepe! Orandi interdum fiduciā non amittat! Quid sibi expedit, non igno-  
ret, auxiliūque non opus habeat alieno! Iltis spiritualibus de causis atque alijs quam-  
plurimis suffragia sunt querenda sanctorum. Nonne temeritati ascribendum est, ut in-  
ter

A ter medias inimicorum acies inermis solus & tutus incedas! Sanguini tuo tu insidian-  
tur hostes, thesaurum quem geris, diripere moliuntur, & sine sanctorū uis progredi co-  
mitatu? Certè si robustus es & prouidus, minime hoc audire debueras, quanto mi-  
nus quum infirmus sis, ignores astutas satanæ, & tuæ peregrinationis itinera nelcias?  
Sano igitur consilio utere, & salutis monita diligenter attende. Seruos Christi, & al-  
tissimi amicos, potissime autem eos, qui præsentis auxiliū euāfragia, & æternæ  
patriæ applicuerunt ad portum, tuos intercessores habere studeto. Ipsi adminiculo suo  
te protegant, ne extollaris in prosperis, necq; frangaris aduersis, ne securitate torpeas,  
nec desperatione interea. Poteris innumera corporis & animæ euitare dispendia, si  
sanctorum fueris deuotione affectus. Poterunt equidem, quum resolutio aderit tua,  
patrocinari uehementer. Tunc ut nosti omni humano destitutus auxilio Deo permit-  
tente aduersus dæmonum insultus, qui illo tempore acrius fauire consueuerunt, tibi  
orationum suarum interuentu opitulari ualebunt. Beatorum igitur interim amicitia  
fratre, qui imperturbabilis caritate Deo coniuncti sunt. Illos uotis aduoca, deuotioni-  
bus uenerare, præconijs effe, precibus pulsa, flecte lachrymis, conuince germisibus, ut  
itinoris tui sint socij, tecj; ambulantem, quiescentem, errantem, delinquentem, labo-  
rantem, non deserant morientem. Marcum uero euāgelistam inter cæteros præcipue  
habeto deuotum. Magni namq; meriti, maximæq; est autoritatis, utpote insignis do-  
ctor, præcelsus euāgelistista, sanctissimus uir, gloriosusq; martyr. Tibi suis poterit auxi-  
liari orationibus, te scripturis instruere, exhortationibus inflammare, atq; clamoribus  
euāgilare ad uitam. Non enim ab re inter sancta animalia, quæ sp̄itu fuere pronuncia-  
ta propheticō, euāgelistista iste Leonis gerit imaginem. Quamuis enim siue quoniam  
à Ioannis prædicatione euāgeliū sui exordium sumplerit, siue quia cæteris clarius ipse  
dominicæ resurrectionis mysteria referauit, Leo figuraliter nuncupetur. Merito tamē  
ob rugitum uocis suæ, qua docet poenitentiam agere, deserere uitia, repugnare diabo-  
lo, futurum deuitare iudicium, atq; æternæ gloriæ desiderare triumphum, speciem de-  
C signatur habere Leonis, cui propter animositatis audaciam, & roboris uirtutem ac uo-  
ciferationis impetum inter quadrupedia tribuitur principatus. Confidens igitur istius,  
sancti implora suffragium aduersus aeras, quæ te infestare non desinunt, potestates.  
Nam cōminationibus ac beatī Marci orationibus propulsare tranquillitate poteris o-  
ptata. Tunc ore cordeq; diuinam laudabilis clementiā, quæ euāglico mediante præ-  
ficio fugauit tenebras, confudit hostes, sedauit tentationes, atq; in omni contrario e-  
uentu humiles ad se configentes consueuit eripere. O Dei nostri colenda benignitas,  
quæ peregrinationis nostræ fautores & socios nedum beata angelorum agmina, ue-  
xumetiam sanctos in æthera dirigit triumphantes. Hinc spirituales Deo promenda  
sunt laudes, gratiarum actiones soluendæ, ac iugiter sanctorum ueneranda memoria,  
quoniam supernorū ciuium interueniente ministerio mentis excutitur torpor, dubie-  
tatis scinditur uelum, cœlorumq; patesunt arcana, quatenus peragrandibus nobis cur-  
sum præsentis exilij uia efficiatur planior, tolerabilius pœna, amabilior gratia, & ani-  
mus in omni calamitate hilarior, mediatoris nostri nihilominus operante atq; cooperante  
clementia, quæ laboranti sponsæ suæ ecclesiæ præstat gratiam, polliceturq; gloriam,  
in qua cum sanctis omnibus collectatur magnifice æterni genitoris sui laudans bonitatem  
uiuentis in secula. Amen.

In festo sanctorum apostolorum Philippi & Iacobi.

**P**mpensi beneficij hæc cōmunis est ratio, ut nunquam condigna debeat pri-  
uari mercede. Aequa ministerium & merces sunt semper lance pensanda.  
Nempe si mercenariū requisieris, illi iniunxeris opus, & post cōsummatū la-  
borē debitū, eidem stipendiū negare uolueris, diuina te increpabit lex, inna-  
ta arguet ratio, propriaq; conscientia aduerlum te acclamabit uehementer. Non allega-  
bis (inquit Dei sermo) os boui trituranti, dignus est operarius mercede sua. Discis pro-  
cul dubio ex ijs, quæ extra uel circa te fiunt, quid de Deo præsumere, quid ue debeas ab  
illo percipere. Habet agrū, habet uineā, quā tibi tradidit excolendā. Ager iste spiritualis  
ecclesia sancta est. Agri huius fertilitate grandæus patriarcha Isaac & sanctus caligans  
corpo, mente uero longe prospiciens cōtemplando dicebat: Ecce odor filij mei sicut  
odor

odor agri, cui benedixit Deus. In ipso ô quanti redolent uirtutū flores, quām multæ fœcundæ arbores, & quot insertæ sunt uineæ. Porrò in hoc agro caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, molestia, continentia, Castitas, sobrietas, fortitudo, humilitas, obedientia, iustitia, puritas, rectitudo, tēperantia, spes, seculiq̄z contēptus inæstimabilis fragrant odore, adeo ut in eruditis mentibus eum colentium concupiscentias excitet sempiternas. Sunt iusti quiq̄ & sancti patres diuersi (scilicet) generis spiritualia arbusta in illo erecta ad sidera semper uirentia, folijs diuinorum eloquiorū amœna, pietatis & misericordiæ operibus fœcunda, quę nequaquam inutiliter terrā occupant, sed iustitie producunt ex se fructū, alia trigesimū, alia sexagesimū, alia uerò centesimū. In Christo quoq̄ innumere plantatæ sunt uineæ singule (uidelicet) fidelium animæ, quæ ratione unitatis nunc uinea, nunc particularitatis consideratione uinea nuncupantur. Vtruncq; in Canticis exprimitur canticorū: Descendi (inquit sponsus) in hortum meum, ut uiderem poma conuallium, ut inspicerem si floruisset uinea, & germinassent mala punica. Alio quoq; in loco idem ait: Ficus protulit grossos suos, uineæ florentes dederunt odorem suum. Merito electorū animæ uineæ uocitantur, dum Christo cohærentes uberes proferunt botros. Christi uniuersæ sunt animæ. Illi quippe electorum tantum insertæ sunt animæ, reproborum uerò alienæ, quamvis propriæ. An non omnes animæ ipsius sunt, quas creauit, & corporibus infudit, quū uoluit? Per Prophetam quid ipse loquatur, attende: Omnes (inquit) animæ meæ sunt, ut anima patris, ita anima filij mea est, & tamen anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Filius non portabit iniuitatem patris, & pater non portabit iniuitatem filij. Ac si aperte diceret: Propriā animā singulis tradidi excolendam. Quę enim fructū exhibuerit permanebit in me, in fœcunda uerò & inutilis tolletur, ejuscliet foras, & in ignem mittetur, quoniā meam neglexit uinea, quā illi præstiti ad operandū. Ex operibus igitur suis suā ualeat quisq; metiri mercedem. Aequus arbiter dominus Christus est, & debitā operarijs singulis remunerationem impendit. Bonis quidem cœlorum gaudia, sceleratis uerò gehennæ supplicia. Neq; enim bonis semitas iustitiae deserentibus, & in malo decedentibus ante acta bona opera prodesse, quemadmodū conuersis peccatoribus & perseuerantibus in bono præterita delicta obesse non poterunt. Sic dominus per Prophetā pronuncians ait: Si conuersus iustus à iustitia sua fecerit iniuitatē, ponam offendiculū corā eo, in peccato suo morietur, & non erunt in memoria iustitiae eius, quas fecerit. Sed etiā peccator conuersus fuerit à uia sua mala, feceritq; iudicium & iustitiam, uita uiuet, & non morietur. Iniuitatum quippe illius, quas operatus est, non recordabor. Hac prophetica sententia admonentur uniuersi, ut timeat, & stabiliter in bono perduret, qui bonus est, qui uerò malus, resipiscat à malo, & quod bonum est, faciat. Qualem enim unumquemq; uitæ reperiit terminus, talem iustitiae statera pensabit. Quamobrem in desinenter uigilandum est, ne imparatos nos interitus repentinus excipiat, ne ex desidio torpentes paterfamilias in uinea sua inueniat. Horrendum sanè est incidere in manus Dei uiuentis, atq; fructum negligere spiritualium uinearum, quas dextera altissimi plantauit in agro ecclesiæ, sanguinis sui emit precio, angelorumq; sepiuīt custodia, propter serarum siluestriū atroces insultus. Tanto siquidem cum studio illas munit, protegit etiā excoli debere imperat, ut non sine mercede deficiant, qui in istiusmodi iastituti sunt agro. Omnes profecto ad hoc opus perficiendum inuitat, quosdam tamen ut solum propriam, quosdam uerò ut non neglectis proprijs etiam exerceant alienas. Vnicuiq; agricolæ uinearum dominus secundum suum laborem remunerationis impertiet præmium, dummodo labori operis caritatis coæquet affectū. Est namq; caritas retributionis modus, cū quo laborantiū mensurantur sudores. Non enim æqualiter, sed iuxta caritatis gradus felicitatis æternæ prærogatur denarius. Hinc est, q; in terra uiuentiū omnipotentis patris est domus, nō una, sed mansiones multæ esse perhibent, quatenus ex mansioni diuersitate electorū gloria dispar fore cognoscat. Optime aut & absq; errore aliquo singulorū scit Deus merita, & quid quantumue quisq; percipere debeat, pensat. Cæterū quæadmodū malis supplicia citra condignū, ita & bonis ultra congruū largitur & præmia. Ardentius tamē coronat, q; dānet. Sicut per Prophetā dicit, quantrū distat ortus ab occidente, longe fecit à nobis iniuitates nostras. Quō miseret pater filiorū, misertus est dñs timentiū se, quoniam

A quoniā ipse cognovit figmentū nostrū. Opportune plurimū uolens Vates memoratus diuinę miseracionis cōmendare affectū, patris ad filios miseracionē expressit, quum nemo ignoret erga filios patrē saeire non posse. Verū si contra filios parentes odiose irasci nequeunt, ualebit Deus, qui uerus & naturalis est pater? Per Prophetā quid idem loquatur, aduerte: Nūquid (ait) potest mater obliuisci infantis icteri sui? Tamē & si illa oblitia fuerit, ego tui nō obliuiscar. Qua ratione eorū obliuiscetur, quos uoluntarie genuit uerbo ueritatis suæ, condidit gratis, passione redemit? Nempe nequaquam obliuiscitur, etiam quū irasci uidetur. Sic nanc̄ legitur: Quū iratus fueris, misericordiæ recordaberis. Tob. 3 Nam quę ira ab insipientibus nuncupat, in Deo misericordia esse cognoscitur. Flagella quippe quę irrogātur peccatoribus, quamvis de indignationis fonte emittare credant, prodeunt tamen de radice caritatis. Ego (inquit dominus) quos amo arguo, & castigo. Apoc. 3 Hoc uerbere se emendatū fuisse Propheta cōmemorans ait: Castigans & gauit me do minus, & morti nō tradidit me. Quāobrē siue dominus nos feriat, siue munieribus mulceat, ad emendationē uitam semper nos prouocat, ut non quod puniat, sed potius in nobis reperiatur quod coronet. Coronat inquā gratissimē uniuersos. vientes se, sanctis uerō suis duplicitia præstat. Attende (oro) quid tibi hodie proponit ecclesia. Sanctorū utiq; apostolorum Philippi & Iacobi merita cōmendat & gloriā. Horum apostolorum præcessa sunt merita, quibus per spiritum datus est sermo sapientiæ atq; scientiæ, generali Guarum, sermoniūq; interpretationes, & dona cætera, quæ ad conuersionem infidelium necessaria esse probantur. Erant plane tanquā luminaria magna perlucida uerbū uitę in se continentia, ac in opaco seculi huius loco radiantia. Non enim uisibile corporeis oculis exhibebant lumen, sed mentibus rationabilibus fidei & sapientiæ agnitionē præbebant, necq; in persuasibilibus humanæ sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus ipsorum erat prædicatio. Annunciabant dominū Iesum illiusq; aduentus causam eius miraculis confirmando eloquia. Faciebant procul dubio gaudium magnum omnibus audientibus inferendo eorū auribus mellifluum nomē Iesu, ipsiusq; erga homines dilectionem præcipuum. Conuersatione sancta & religiosis moribus ad uirtutum studia cōdificabant animas. Erat nanc̄ admiratione ac imitatione dignissimū aspicere uiros sapientia decoratos, sanctitate sublimes, faciendorū miraculorum uirtute insignitos, amicos Dei, Christi discipulos, cœlestis regni præcones, angelorum conciues, fordescere uestibus, temporali indigere substantia, esurire, sitiare, penurias pati, uolenti animo perferre contumelias, sponte pro honore Dei & animarū salute uerbera, plagas, carceres, uincula, exilia, aculeos, ferrum, ignes, gladios, uaria tormentorum genera, ipsiusq; diræ mortis subire supplicium. Quippe quum possent unico consensu sublimari honoribus, diuitijs dītari, temporali pace potiri, abundare delicijs, & in hoc seculo (iuxta humanæ uitę consuetudinem) florere feliciter. Delegerunt tamen ob amorem Christi ac testimoniū fidei temporaliter pati, ut futuræ gloriæ mererentur esse participes. Nouerant prænominati apostoli duobus dominis seruire non posse, necq; licere utriusq; seculi uoluntatibus frui. Propterea sedula intentione orationi uocabant, emittebant suspiria, lacrymas ubertim fundebant, ieunij atterebant corpora, domabant carnem uigilijs, super nuda cubabant humo, æstu diei urebantur, & noctis afficiebantur gelu, peragrabant per solitudines, penetrabant nemora, per prouincias ambulabant & urbes, marinis le committebant fluctibus, per fluminum uada transibant, latronum piratarum que se periculis exponebant, quatenus calcatis mundi illecebris placerent Deo, cœloq; labores præmitterent suos. De gemiūbus insuper egenorum, de pauperum inedia, de compassionibus oppressorum, de lacrymis uiduarum, de conuersione peccantium, de confessione iutorum, atque de animarum salute in ciuitate domini uirtutum superna (uidelicet) Hierusalem spirituales sibi diuitias aggregabant, quas non consumit æugo, nec demolitur tinea, neque fures fodunt uel furantur. Hinc istorum apostolorum quanta sint merita, luculenter appetit. Nam ip̄sum die martyrii iura silent, quiescent iudices, fora clauduntur, articia cessant, aperiuntur templi, ecclesiæ laudibus resonant, concurrunt populi, uigiliæ celebrantur, omnesq; sanctorum triumphi congratulari uidentur. Veridica in eis Vatis probatur esse fententia, quæ domino decantans ait: Nimiris honorati sunt amici tui Deus, nimiris confortatus est princeps patrum

patus eorum. Nimis planè, quoniam non minus in cœlo, quam in terra laudum esse. E-  
runtur præconis. Si posses mentis attollere oculos ad ea, quæ sancti percepturi sunt  
à domino, mirareris utiq; quomodo quum sit homo putredo & uermis, ad tam subli-  
me gloriae ualeat euolare fatigū. Nempe corporis natura non patitur, ut eleuata in cœ-  
lum, atq; choris sociata angelicis uiuat in æternum. Hic esurire, sitiare, fatigari, cibum su-  
mire, somnum capere, lassefcere, infirmari, moriç compellitur. Horum autem nulla ibi  
prægrauatur molestia. Delicijs animæ nutritur corpus, Christi iucundissima uisione læ-  
tatur, fraterna societate congaudet, atq; sensuum amoenitate resectum nihil est, quod ul-  
tra iam timeat. Absterget quippe Deus (quemadmodū legitur in Apocalypsi) omnem  
lachrymam ab oculis sanctorū, & mors ultra non erit, neq; luctus, neq; do-  
lor erit ultra, quæ prima abierūt, & dixit, qui sedebat in throno, ecce noua facio omnia.  
Nova dominus omnia non ab re se post resurrectionem pollicetur esse facturum. Nam  
immortalitatis, agilitatis, spiritualitatis, & claritatis dotibus humanum uestietur cor-  
pus, & septempliciter sole splendidius erit, anima uero ad æqualitatem transibit ange-  
lorum, eadem Dei beatifica uisione fruetur, qua ipsi pari generationis æternæ uerbi Dei  
cognitione gaudebit, atq; de ipso diuinæ bonitatis fonte hauriet suavitatis dulcedine,  
delectabilisq; amoris abundantiam, sicut & illi. Inebriabuntur plane sancti ab ubertate  
domus Dei, & de torrente uoluptatis illius potabunt, atq; in eius lumine inaccessibile  
& ineffabile videbunt lumē. Erit eisdem perenne gaudium: læta comprehensio, facialis  
uiso, secura tranquillitas, libera possessio, atq; imperturbabile bonum carens malo, la-  
bem nesciens, timorem non sentiens, sed intima caritatis exultatione fœcundum. Non  
uidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ in illo futuro cœlorum  
regno præparauit Deus diligentibus se. Ex parte tamen illa in carne dum uiuerent, per-  
ceperunt apostoli, Christo illis reuelante per spiritum. Quamobrè eorum speciositate  
letri atq; succensi ultrò se martyrio tradiderunt. Desiderabant utiq; flagrantissime exire  
de compedibus cœnosæ carnis, & transire ad Christum, unde uterq; eorum singuli cor-  
dis uociferatione propheticū illud decantabat dicens: Educ ô domine de custodia ani-  
mam meam ad confitendum nomini tuo, me expectant iusti, donec reuibus mihi tu,  
qui es Deus benedictus in secula. Amen.

In festo ascensionis domini.



Aelitus prophetæ sancti afflati in spiritu quemadmodū percipere merue-  
runt, ita redemptoris nostri mysteria, quæ ad humanitatē attinent pro fide  
lium eruditione, sub compendio insinuare curarunt. Non enim humano  
studio, sed à Deo didicere per spiritū, neq; pro se tantum, sed ut posteris ge-  
nerationibus fidei notitia, atq; exhibita caritatis præclara pateret cogni-  
tio. An non ædificatur plurimū fides, quū ea, quæ facta cōspicimus, prænunciata longe  
ante fuisse cognoscimus? Hinc futura prius monstrata sunt, ut suo tempore cōplera tre-  
dantur. Da (inquit unus prophetarū) mercede sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles  
inueniantur. Nempe nulla est alia expectantiū merces, quam ut quod præstolantur, ex-  
cipiant. Prædicabant uates dominū Christum in carne uenturū, & de spirituali seruitute H-  
erepturū esse populu Israel. Ob hoc plebiū accendeantur corda illum uidere, & bene-  
ficiorū eius participes fieri. Quis non merito inardesceret agnoscere Deū uerum & ho-  
minem conceptū sine semine, natum de uirgine, adoratū à gentibus, præsentatū in tem-  
plo, baptizatū in fluvio, faciendorum miraculorū potestate præditum, uerbū uiræ, præ-  
dicantē turbis, à discipulo traditū, illusum, coronatum spinis, confixum ligno, felle pota-  
sum, mortuū, resuscitatum post triduū, cœlosq; ascendisse post modicū. Huic plane tan-  
quam humani generis redemptori omniū prophetarum uoces testimoniu perhibet. In  
hunc omniū patriarcharum figuræ concordant utpote promissum cœlitus, & in tempo-  
ris dispositione ostensum. Quid prophetæ de ipso Christo uaticinati sunt (oro) diligen-  
ter attēde, ne de accepto pignore in fide dubius uel inueniatis ingratus. Conceptū quip-  
pe uirginis & ipsius partū eorum unum differentē audi: Ecce (inquit) uirgo cōcipiet, &  
pariet filiū, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Gentī ergo seruitutē Christo fidelem  
agnosce prænūciata in psalmo: Reges Tharsis (ait Psaltes præcipiūs) & insula munera  
offerent, reges Arabū & Saba dona adducent, & adorabunt eum oēs reges, oēs gentes  
seruant

**A** seruient ei. Coelestis patris testimoniū super ipsum baptizatū si scire concupiscis, obser-  
ua Prophetā dicentem: Vox domini super aquas, Deus maiestatis intonuit, dominus su-  
per aquas multas, uox domini in uirtute, uox domini in magnificētia. De prædicatione  
& miraculorū exhibitione audi, quid idem per Prophetā dicat: Spiritus (inquit) domini  
super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos,  
remissionē prædicare captiuis, cæcis dare uisum, dimittere contractos, prædicare annū  
acceptū domino, & diē retributionis. Quod à discipulo sit traditus, ipse in psalmo dicit:  
Homo pacis meæ, in quo sperauī, qui edebat panes meos, ampliauit aduersum me sup-  
plantationē. De illusione enim sic legiſ: Illusio factus sum populo huic, canticū tota die. Psal. 40  
Quod spinis esset coronandus, per Prophetā idē inquit: Spinis peccatorū suorū circun-  
dederunt me populus hic. De crucifixione eius Propheta inquit: Vinxisti me, nō sicut  
patrē liberaui, qui uos de terra Aegypti, clamantes ante tribunal iudicis humiliasti me  
suspēsum in ligno, tradidisti me. Quod felle potatus sit, ait Psalmographus: Et dederūt  
in escam meā fel, & in siti mea potauerūt me acero. De morte ipsius in libro sapientię ha-  
betur: Dixerunt impij, mittamus lignū in panem eius, & eradamus eum de terra uiuen-  
tiū, & nomen eius nō memoretur amplius. Quod resuscitatus sit, inquit David: Nō de-  
relinques animā meam in inferno, nec dabis sanctū tuum uiderem corruptionē. Ipse autē  
in psalmo dicit: Ego dormiui, & soporatus sum, & resurrexi, quia dominus suscepit me. Psal. 3  
Ascensionē quoq; ipsius Propheta memoratus apertissime pronunciauit inquiens: A-  
scendit Deus in iubilatione, & dominus in uoce tubæ. Signanter tamen illū ascendisse  
perhibuit, ne sublatū ut Enoch, uel curru igneo ut Heliam raptū fuisse putares. Ascēdit  
plane nō angelico fultus præsidio, sed potestate propria, quemadmodū ore propheticō  
dicitur: Exaltare domine in uirtute tua, cantabimus, & psallemus uirtutes tuas. Ascēdit  
in quā hodie nonnullis ex beatis spiritibus mirantibus atq; dicentibus: Quis est iste, qui  
venit de Edom tinctus uestib. de Bosra, formosus in stola, gradiens in multitudine uirtu-  
tis suæ: Mirabantur non modicū, quoniam modo humana natura delicto priorū paren-  
tum deprauata, uulnerata, ac de cœlorū exulans regione illuc tanto cū honore consci-  
deret. Neminē mortalium eosq; ascendisse pexspererāt, tametsi præcessissent multi, quo  
rum uitā gratissimā Deo extitisse cognosceret. Verū ut dominū intellexerūt esse Iesum,  
festiuā cū exultatione eidē obuiā processere dicentes: Benedictus, qui uenit in nomine  
domini. Nemo aut̄ dubitet supernorū ciuium uniuersa agmina angelorū (uidelicet) ar-  
changelorū, uirtutum, principatuū, potestatū, dominationum, thronoru, cherubim, &  
seraphim domino occurrisse, illumq; ineffabilibus spiritualiū canticorum extulisse lau-  
dibus, atq; usq; ad diuinitatis sacrosanctū comitata esse solium. Hanc profecto mediao-  
ris nostri sublimē gloriā propheta cōtemplatus aiebat: In excelsō throno uidi sedere ui-  
rum, quē adorabat multitudo angelorū psallentium in unum. Ecce cuius imperij nōmē  
est in æternum. Psallebant utiq; pariter, & cœlestē aulam dulcisona modulatione reple-  
bant, eorū tamen singuli uota propria & præconia specialia depromebant. Nouū plane  
illuc exortum est gaudiū insueta celebrata solemnis, pax reformata antiqua, regiū para-  
**D**tum cōuiūtū, munera prærogata amplissima, atq; iubilatione q; maxima hominū & an-  
gelorū ore cōplēta. Erat omnium una laudandi uoluntas, cōcors caritatis affectus, eadē  
contemplationis uiso, simul fruitio maiestatis, atq; interminabilis causa lætitiae. Verum  
quoddā hominibus spirituale tripudiū infundebatur amoris, dum supra cunctā cœli mi-  
litiam propriā in Christo naturā intuebantur euectam. Hinc Christum amplius degusta-  
bant in Christo, atq; præcipuo eidem dilectionis uinculo inhærebant. Ingrediebantur  
quippe nunc ad cōtemplandas inenarrabilis uerbi delicias, eius diuinā generationem,  
& patris & filij sacratissimū osculum. Nunc supereminētē plenitudinē gratiarū ipsius  
percipiebant in anima, uerbi unionē, capitū excellentiā, prærogatiā singulis personis,  
præcelsam sibi traditam potestate, amoris uehementiam, parilitatis scientiam, gloriam  
deitatis, & dona quædam præcipua, quæ obtutus nequit humanus attingere. Egredi-  
bantur autem iterum, & delectabiliter intuebantur humanitatis illius elegantiam,  
præclaram formam, radiantem faciem, imperiale decus, & honorabilem statum. Sicq;  
amoris, admirationis & gaudiū mellifluia in eo inueniebant pascua. O quanta illuc singu-  
lis lætitia inerat, quam læti ducebant chorū, quantus exultationis personabat concen-  
Laur. Iustin.

tus, qualis sit harmonia cœlestis illabebatur gustus. Ipsorum nancy uociferatio laudis E erat sicut citharoedorū citharizantium in citharis suis. Vniuersorum etenim præcipuum opus existebat Deum honorifice magnificare & colere, benedicere & laudare, illiq̄ medullitus ac syncero uenerationis affectu ignitas gratiarum exhibere actiones, copiosius tamen mediatori ipsi, pro quo hæc celebritas tam solenniter agebatur. Nam quemadmodum cæteros dignitate excedebat & gratia, ita eius speciale sacrificium plus reliquis in conspectu redolebat altissimi. Omnem quippe locū replebat fragrantia, singulosq̄ suavitate reficiebat & contemplationis iubilo. Dies ille factus est præclarior cæteris, sanctior uniuersis, sine occasu, sine mœrore, & absq; uicissitudine. Facundia profesio explicare non suppetit, humanus non attingit sensus, non capit oculus, nec ingenium penetrat, huius diei quanta sint gaudia. Coniuncta sunt ima summis, & humana sunt copulata cœlestibus. Factus est unus hominum & angelorum paries in Christo Iesu angulari lapide precioso atq; perfecto. Nempe in hoc die tota ciuitas cœlestis Hierusalem rosis coronata est, respersa odoribus, floribus redimita, ornata monilibus, deco F rata gemmis, auro depicta, & circumquac septa cantoribus, adeò ut per omnes uicos, & plateas, atq; super ipsius muros dulcisonæ laudantium perstreperent uoces. Tantus siquidem exultationis in eadem effundebatur sonus, ut etiam discipulorum Christi cor da compleret. Quamobrem pro tam insolito prodigio & insueto iubilationis gaudio admirantes stupebant, ita ut mutuo sibi loqui non possent. Præpedierat quippe linguae officium, delectationis internæ nimietas, & mista cū admiratione lætitia. Porro in persona istorum Citharœda egregius decantando dicebat: Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria domini, cor meum & caro mea exulta uerunt in deum uiuum. Merito propter utriusq; hominis glorificatā in Christo naturam cor & caro exultasse perhibentur. Ut igitur omnia in omnibus fieret Christus, tota hominis deificata est species, atq; super omnem principatum & potestatem se liciter sublimata. Istiusmodi autem diuini operis irradiata splendore sancta hodierna so G lennitate undiq; mater canit ecclesia: Omnes (inquit) gentes plaudite manibus, iubilate Deo in uoce exultationis. Vniuersos in hac domini ascensione iubilationis inuitat ad plausum, quatenus illi gratulentur, & se agnoscant in ipso, atq; quò ille, festinent ascendere. Ipsi sanè congratulandum est, qui in huius peregrinationis campum pugnat G turus adueniens post mortalis corporis necessitates perlatas, post usquequaq; uerbi Dei diffusum semen, post ignominiosæ passionis perpessum agonem, post tenebrarum principis triumphum exhibitum, postq; gloriolissimæ resurrectionis consummata mysteria, uisibilibus oculis in cœli palatum perenniter regnaturus intrauit. Quantum autem rationalis sp̄ritus percipiat gaudiū, quum suæ considerationis in Christo figit obtutus, nemo sufficienter explicat uerbis. Se quippe uidit in illo, naturam suam excellens, quàm in prima conditione fuerat condita, reformatam agnoscit in melius, dona cum mulata, additam gratiam, & supererogatam fuit cum exultatione facetur gloriam. Hinc gaudent in spiritu, corde tripudiat, caritate flammescit, exoluit grates, occupatur in laudibus, depuratur mente, meditatione pingue scit, illucq; festinat ascendere, quò sponsum suum ascendisse nō dubitat. Ascendit inquam in huiusmodi castissimi amoris præludio, ubi Christus est in dextera Dei sedens, non corpore, non uehicle, non humano suffragio, sed spiritu, sed cogitatione, sed desiderio, sed intentione, sed corde. Per se nanque concupiscentia impellente, ferente uoto, sponsoq; trahente rapitur super se. Rapturatur quidem interdum ex superefluente gratia, ex seruore sp̄ritus, ex suauitate amoris, ex abundantia luminis. Ascendit autem frequenter uirtute corroboratus & gratia per sp̄irituales internosq; gradus, ut eius quem diligit, ualeat delectari præsentia. Istiusmodi studia spiritualia Propheta considerans atq; cōmendans aiebat domino: Beatus cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo dispositus in ualle lachrymarum in loco, quem uoluit, etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Vidēsne, quàm rationabiliter in corde per dispositos uirtutum gradus ad Dei ualeat uisionem ascendi? Verūmne pro ignorantia te, quod non ascendas, excuses, præceptorem cœlestem in montis uertice cum discipulis residen tem perfectionisq; monita proferentem, audi quàm diserte quoddam sp̄irituales insti

A tuerit gradus. Aperiens quippe os suum inquit: Beati pauperes sp̄iritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram, beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur, beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Ascensionibus istis eosq; peruenit, ut diceret, beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Propheta quoq; ait: Beatus cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disponit in ualle lachrymarum. Nempe ab illo uidebitur Deus deorum in Sion. Optime Propheta & dominus prophetarum quoniam uno loquuntur sp̄iritu, in eadem cōueniunt sententia. Quamobrem si recto cupis ad cœlum scandere ordine, humilitatis iace fundamentum, quatenus à domini timore initians terram uiuentium hæreditario iure per mansuetudinem & pietatis affectum ualeas possidere. Disce etiam præsentis exiliū deplorare ærumnas, atq; diabolicae fraudis agnoscere laqueos, ut lumine in te præente scientiae assuescas esurire & sitire iustitiam. Hoc dum tu diligenter perfeceras, diuino fretus consilio non solum aduersa perferes fortiter, uerum etiam misericordia uiscera indues, per quæ gaudere cum gaudentibus, atq; ueraciter poteris flere cum flentibus. In his exercitatus, intellectus percipies donum, per quod internos omnes animi tui compones motus, & arbitrium tuum subiecties rationi, fiesq; pacificus, & patris tui cœlestis depuratum, quemadmodū eam sortitus es, habebis imaginem. Tunc plane sapientia diuinæ tibi suauissimus exhibebitur gustus, tunc sacramentorum cœlestium arcana pandentur, atq; immortalis sponsi sp̄irituali poteris præsentia, quæ purgato cordis prospicitur intuitu. Beati procul dubio mundo corde, qui per sp̄irituales ascensus prouecti super sidera immaculati agni sp̄iritualiter intersunt nuptijs, & in amabilitate ipsius delectantur aspectu. Istiusmodi o quantis exuberat delicijs, qualibet ueretur gaudijs! Expertum audi: Prouidebam (inquit) dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne cōmouear, & propter hoc lætatum est cor meum, & C exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescat in spe. Et hoc illi unde? quo studio? qua intentione? In matutino (inquit) interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperserem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Cordis insinuauit se uacasse munditia, dum in exordio perniciose uel noxiæ cogitationis se reluctatum esse declarat. Hinc plane beatus erat, quoniam sui cordis tenebat custodiā, & paruulos suos allidebat ad petram, non sinens interioris hominis obtenebrare obtutum. Hinc etiam ad supernam patriam se ascensurum esse sperabat. Quamobrem alio in loco quasi requisitus, quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius, sententiam protulit dicens: Innocens manibus & mundo corde. Istius igitur Prophetæ eruditus oraculo, atq; prouocatus exemplo per uigilem cordi tuo adhibeto custodiā, ne curis seculi, ebrietate grauetur & crapula, ne inordinato ille deprauetur affectu, ne maligni seducatur fraude, ne uitiorum labo foedetur, neque carnis subuertatur illecebbris. Cœlestem quippe quo hodie Christus ascendit, corde condescendes in arcem, si mundum ab ijs, quæ dicta sunt, mentis tuæ seruabis intuitum, mediatoris nostri nihilominus suffragante clementia, qui humanitatem nostram importauit sideribus, eamdemque beatæ trinitatis collocauit in solio, in qua uiuit & regnat glorioſus in secula seculorum. Amen.

In solennitate Pentecostes.



Aturalis lucis quicunq; uoluerit considerare profectum, ab ipso sui ortus primordio usq; ad meridiem tam in lucis candore, quàm etiam in seruore caloris eandem semper augmentari cognoscet. Eo nanq; efficacius uim uitutis suæ infundit inferius, quo in sphæra sua proiecerit altius. Optimè æternæ lucis hoc gerit imaginem, atq; per ipsius uisibilem speciem de inuisibiliis diuinitatis operatione nos docet. Sunt quippe creaturarum species humani quidam pædagogus ingenij, & conditoris earum speculum singulare. Hoc Apostolus expressit dicens: Inuisibilita Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspi ciuntur, sempiterna quoq; uirtus eius & diuinitas. Vehiculo igitur hoc utatur præclaro, quisquis cupit ad summum Dei peruenire notitiam. Se per ea, quæ uidentur, eruditat,

Laur. Iustin.

Hh 2 donec

donec coalescat, & ad spiritualem capessendum cibum effectus idoneus per se supra se ascendet. Nempe quemadmodum primus debilium ac neophytorum, ita secundus perfectorum est consuetus ascensus. Spiritualis enim quum iudicetur à nemine, spiritualiter dījudicat omnia, animalis uero, quæ Dei sunt nequaquam percipiens, sensibilium suffragio interdum ad summa prouehitur. Amoris remigio spiritualis quisq; in æternorum contemplatione erigitur, diuinæ cognitionis luce uestitur, ueritatis splendore allicitur, ac desideriorum cœlestium delectabili suauitate pinguescit. Hæc autem non ad libitum, sed ad uotum disponentis, trahentis, ac miserantis Dei perficiuntur in illo. Neq; uniformiter operatur in singulis, sed per uicissitudines & diuersimode suis agit in membris per uerbum suum cœternum sibi iuxta eorum gradus, congruitates, & merita. Quæ igitur memorata sunt, perfectorum spiritualis est cibus, eorum (uidelicet) qui pro consuetudine ad discretionem boni & mali interiores exercitatos habent sensus. Incipientes uero & necdum introrsus adulti spiritualis lactis sunt dulcedine nutriti, atq; uisibilium & sensibilium exercitatione manuducendi. Rei huius uis nosse mysterium: Restaurationis humanae magisterium contemplare. Misit Deus uerbum suum in mundū, quatenus per uisibilem, quam assumpserat, naturam homines tanquam paruulos de conditoris sui notitia rudes, ignaros sūt, tentationum inexpertos erigeret, atq; firmaret. Hoc primum amabilem humanitatis suæ illis exhibuit conuersationē, spiritualis disciplinæ instituit formam, diuinorum eloquiorum præstítit pabula, ac miraculorum eosdem ostentatione illexit. Cæterum ut ipsos ad altiora proueheret, & de carnis libus spirituales, atq; de initiantibus perfectos faceret, discipulis in uniuersorum persona dicebat: Expedit uobis, ut ego uadam, quatenus me deinceps non carnaliter, sed spiritualiter diligatis, si enim non abiero, paraclitus non ueniet ad uos, si autem abiero, uisibilem amouendo formam mittā eum ad uos, ut ipsius eruditione promoti ad ueritatis perspicuæ scientiam, necnon perfectæ caritatis experientiæ pertingatis. Nempe quod inchoauí ego, ipse perficiet, atq; præstantioribus donis, quām hactenus percepisti, idē uos dignos efficit. Verum ut agnoscas hunc iustitiae solem abundantius bonitatis suæ radios effusisse in hominibus ascendens ueluti in meridie reredit in cœlo, quām quum conuersaretur in terra, quod apostolis spouderat ore, compleuit effectu. Illis nanq; paraclitum mittendo, ut dixerat, potiora quām prius spiritualium donorum charissima ta prærogauit. Hæc est solennitatis hodiernæ præcipua causa, hæc inquam est, unde tantæ consolatoris præsentia sancta per orbem terrarum exultat ecclesia. In apostolis tanquam mater & in filiis dilectionis sacrum hoc munus se admisisse congaudet, atq; præterita quasi præsentia cōmemorans aduentus almi spiritus modum insinuans ait: Dum complerentur dies pentecostes, essentq; omnes discipuli pariter in eodem loco, factus est repente de cœlo sonus tanquam aduentientis spiritus uehementis, & repleuit totam domum, ubi erant sedentes, apparueruntq; dispertitæ linguae tanquam ignis, seditq; super singulos eorum. Diligenter uniuersa obserua. Nihil à mysterio uacat. Descendit spiritus super unanimes sedentes atq; orantes. Venit inquam sonus sicut ignis, & tanquam linguae. Diligit hic spiritus unitatem, amat pacem, diligit etiam concordiam. Hunc si suscipere cupis, noli dissidere cum fratribus, noli diuisus esse in te. Cōcordet in te uoluntas & ratio, caro & spiritus, & quicquid postulaueris, impetrabis dicēte domino: Si duo ex uobis cōsenserint super terrā de omni re, quamcū petierint, fiet illis à patre meo. Dirime à te lites, cōtentiones, detractiones, rixas, animositates, inuidias, odia, & his similia, in quibus amor fraternus offenditur & deperit. Nempe conglutinat spiritus iste hærentia membra, & mysticum Christi efficit corpus. Quæ uero sibi dissentient, spernit & deserit. Ut igitur huius corporis efficiaris membrum honorabile, & almus hic spiritus uiuiscet te, custodi unitatem, & apud te quietus sede, præstolare eius aduentum corde peruigili, ut te ad se fuscipiendum paratum inueniat, turbas fuge & publicum, conuersationem declina, dum uales, tumultuosacq; secularium rerum & temporalium facultatum deuita negocia, quatenus amabiliter paraclitus ueniat, & requiescat in te. Super quem ( inquit per Prophetam dominus ) requiescerit spiritus meus, nisi super humilem & quietum: Esto humilis coram Deo & proximo, esto quietus in te, secretum dilige, solitudinē quare mororis amicā, & placito suo illapsū sanctus spiritus descendens ad te,

A te eleuabit ad se, atq; dignanter habitabit in te. Propheticam super hoc attēnde sententiam: Sedebit ( inquit ) solitarius, & tacebit, quia se eleuabit supra se. Et hoc unde nisi per orationis exercitium? Optime sibi conueniunt quieta remotio, & orationis instantia. Nam sicut publicum corporalis actio, ita solitudinis secretū exigit contemplatio. Quā cōtra aduersarios pugnaret Moses, ascendit in montem, quā diuino fruebatur eloquio, montis residebat in uertice, nec cœlestium sacramentorū rudimenta percepit, nisi post solitudinis ingressum. Disce igitur solus orare, disce ostio clauso cubiculi patrem depreari cœlestem, quatenus ad te paraclitum dirigat, non ut discedat, sed ut tecum in æternum permaneat. Apostolorum te prouocent gesta, illis prærogata te ad hoc accendant charismata. Eis nanq; cohabitantibus in unū, residentibus, atq; orantibus aduentientis spiritus factus est sonus, non ut terroreret, sed ut insinuaret mystice, quod in omnē terram audiendus est sonus prædicationis eorum, & in fines orbis terræ oris ipsorum uerba fuerant diffudenda. Ignis etiam exhibuit speciem, & linguae figuram detulit, quatenus cordibus igneis ignea promerent eloquia, omniumq; linguarum generibus loquerentur. Nonne diuini amoris flammā gerezabant in corde, quando isto calore succensi à pontificibus Iudæorū grauissimè cæsi gaudentes ibant à conspectu concilij, quoniam pro nomine Iesu digni fuerant contumelias pati: An non uniuersarū gentium etiā diserte sermonibus loquebantur? Sic etenim de illis scriptū legimus: Stupebant omnes, & mirabantur dicentes: Nonne ecce omnes isti, qui loquuntur Galilæi sunt, & habitant Mesopotamiam, Iudeam, & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiā & Pamphyliā, Aegyptū & partes Libyæ, quæ est circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & Profeliti, Cretes & Arabes: Audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Non enim humanae hoc industriae esse poterat, ut uiri Galilæi idiomaticis hebraicis tantū gnari sine temporis intervallo, & absq; doctore aliquo cunctarū nationū loquerentur eloqujs. Illius procul dubio magisterij erat, de quo in sapientiæ uolumine continetur: Spiritus ( inquit ) domini repleuit orbē terrarū, & hoc quod cōtinet omnia, scientiā habet uocis. Ex repentinō Cōgitor profectu apostolorū huius spiritus diuinitatis uirtutē intellige. Non enim per interualla erudit, quā sit Deus, & uniuersa possit, quæ uult. Quamobrē cor hominis illuminetq; docuisse est. Nēpe dum dona sua infundit, dum humanae menti illabitur, mutat in uirū alterum, & Deo reddit amabilem. Carnalem siquidē depellit metū, & filiale immitit timorē, crudelitatē amouet, & pietatis erga proximos inducit affectū, præbet in administratione temporaliū & naturaliū cognitione scientiā, eminus propulsata quæ præcipitat imperitia, facit aduersa cuncta & ardua tolerare uiriliter, ita ut nec ipsam, qui illæ sunt pleni, contremiscant mortē, discretionē iudicij, & sana in dubijs ac repentinis eveniūtibus cōsilia tribuit. Porro intelligentiā præstat, ut profunda scripturarū sacramenta, spiritualiæ insultus dæmonū, & interni animæ motus claro cernantur intuitu. Attollit deum animū ad diuina cōtemplanda atq; cœlestia, & grato illapsū sapidū spiritualis deuotionis sibi obtēperantibus largitur affectū. Certe quicquid uirtutis, quicquid gratiæ, quicquid scientiæ, si qua prudentia, si quod ualeamus bonū, ipso paraclito donante, ipso auxiliante perficiimus. Fugat nanq; tenebras, frangit odia, lites dirimit, cōponit mores, disponit negotia, cogitationes regit, purgat affectus, futura prædictit, discernit præsentia, agnoscit utilia, donat errata, reuocat ad gratiā, perducit ad gloriā. Per illum insuper ( Paulo attestante ) datur sermo sapientiæ, sermo scientiæ, fides, genera linguarū, interpretationi sermonū, & gratia sanitati: hæc omnia sine personarū acceptione singulis diuidit, prout uult. O quām uenerandus quamcū colendus est artifex iste omnē habens uirtutem, uniuersorū scientiā, & cuncta prospiciens. Intuere cœlos, si scire desideras huius opificis dignitatē, operandi potentia, diuinitatis gloriā, atq; gubernandi prudentiā. Ipse nanq; cœlos ornauit sideribus, decorauit luminibus, uirtutibus stabiliuit, dicēte Propheta: Verbo dñi cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorū. De ecclesiæ aut̄ firmando quid memorē, quā idem spiritus stellarū rutilantiū illud speciositate replete: Quot iustos & sanctos habuit, tot stellis emicuit. Sic enim legit: Stellæ dederūt lumē in custodijs suis, uocatæ sunt, & dixerunt: Adsumus. Et luxerunt cum iucunditate ei, qui fecit illas. Attende in hoc sacramento Abel innocentia, puritatē Enoch, Noe iustitia, fidē Abram, simplicitatē Isaac, longanimitatē Jacob, Joseph pudicitia, mansuetudinē Mosi, Laur. Iustin.

**S**amuelis sanctitatem, humilitatem David, Heliae autoritatem, Eliel zelum, prophetarum caete  
rorum virtutes, apostolorum caritatem, patientiam martyrum, doctorum sapientiam, praeſulum so-  
licitudinem, anachoritarum austeritatem, continentiam confessorum, virginum munditiam, con-  
stantiam continentium, atque iustorum omnium laudabilem uitam. Hi uniuersi spiritualia si-  
dera præfulgia operatione alni huius spiritus protestantur. Cæterum quāuis hoc pateat  
semper, per amplius tamen in exordio nascentis claret ecclesiae, in quo gratia profusior,  
stellarum numerus copiosior, manifestior splendor, & gloria agnoscitur eminentior. Ne-  
quaquam tantum proficere valuerit, nisi sancti spiritus autoritate id fieret. Est enim spiritus  
intelligentiae sanctus, unicus, multiplex, subtilis, modestus, amabilis, discretus, incoia  
quianatus, certus, suavis, amans bonum, qui nullum uerat benefacere, humanus, benignus,  
stabilis, securus, omnem habens uitatem, & uniuersa discernens. Merito igitur illi subeit om-  
nia posse, quā uult. Operatur in singulis, operatur in omnibus, ita ut non sit qui se abscon-  
dat à calore eius. In animabus se iustis infundit per generationes & generationes, & eas  
Deo reddit amabiles. Nempe nullus à Deo ualeat esse alienus, quem iste repleuerit, nul-  
lus amicus, quē deseruerit ipse. Vasa propria agnoscit, & illa inhabitando nobilitat. Ne-  
minem prorsus, nisi se contemnente relinquit, nullusq; (quantum in se est) gratię suæ cu-  
pit se esse exortem. O quantos in delictorum volutabro prostratos quotidie erigitur! Quid  
quād multos auersos à Deo filios facit! Ipse profecto iustificat impios, defunctos susci-  
tat, reducit erroneos, cæcos illuminat, pascit famelicos, sanat ægrotos; accedit remissi-  
fis, duros emollit, erudit inscios, damnat ingratis. Optimè humanum, quem inhabitat,  
**R. 8** ad orandum informat affectum. Apostolo perhibente, qui ait: Quid oremus nescimus,  
sed spiritus postulat pro nobis gemitis inenarrabilibus. Verū quoniā quid nobis ex-  
pediat, ignoramus, implorandum est paracliti huius suffragiū, atque ex omnibus mediul-  
lis cordis dirigenda est ad illum interioris hominis cuncta intentio, quatenus uoce pati-  
ter & affectu humiliter clamet, & dicat: Veni sancte spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ  
radium. Veni pater pauperum, ueni dator munorum, ueni lumen cordium. Tu nanc̄ es  
in labore requies, in æstu temperies, in fletu solatiū. Quamobrem ô lux beatissima reple-  
cordis intima tuorū fidelium. Illabere igitur ad mentes te suppliciter flagitantium, ne in  
præsentis seculi fallo naufragium patientur, & diripiuntur in prædam exactorum crude-  
lium. Descende utiq; & tuum utriusq; hominis posside templū. Nam teste Paulo, cor-  
pora nostra templum tuum sunt. Sed & caritas Dei, quæ tu es, per te in cordibus diffun-  
ditur nostris. Te quippe habemus per te, qui uoluntarie descendis ad nos, ut nos manea-  
mus in te, diligamusq; te, ac castissimis tuis fruamur amplexibus. Cæterum quod posci-  
mus in te, diligamusq; te, ac castissimis tuis fruamur amplexibus. Cæterum quod posci-  
mus, ut ad tui gloriam impetremus, fac nos ô amator hominum esse sollicitos, seruare u-  
nitatem spiritus in vinculo pacis, quemadmodum discipulos egisse cognouimus, qui  
dum essent pariter in eodem loco, sederent unanimes, & orarent, ut tuo efficere digni-  
consortio, hodie per uisibilem formam meruerunt percipere te. Præstolamur igitur &  
nos, atque ardentissimo desiderio ac prece pura tuam amabilem imploramus clementiam,  
ut uenias ad nos, & dissoluas iugum captiuitatis nostræ, desq; nobis uitutis meritum, sa-  
lutis exitum, necnon perenne præmium in regno cœlorum, ubi cum patre & uno filio H  
eius triumphaliter dominaris in secula seculorum. Amen.

In nativitate sancti Ioannis Baptiste.

**L**uc. 1 **V**enadmodum ambulantibus in tenebris & opaca noctis caligine lux ma-  
terialis necessaria esse cognoscitur, ita & in hac peregrinantibus uita, quæ  
merito tenebre nuncupatur (dicente Propheta, illuminare ih̄s, qui in tenebris  
& umbra mortis sedent) omnino est spiritualis habenda. Discurrent nanc̄  
in ipsa latrones inuisi & sœui, qui retiacula tendunt pedibus innocentum, ut illos in inte-  
ritum rapiat sempiternum. Sunt & discrimina innumera animarum, quæ nisi spiritualis  
luminis cernantur intuitu, in foueā immanum obruunt delictorū. Tentationibus quoq;  
est plena, sacro testante eloquio: Tentatio est uita hominis super terram. Tentatio uita  
hominis esse prohibetur, ut scias in ea nihil mundum, nihil tutum, nihilq; conspicuum, quæ  
rasq; ex hoc lucis adminiculū, quo mediante ualeas securius incedere, euitare pericula,  
superare latrones, & felicitatis possidere decotē. Est enim lux uera, quæ radios suos mi-  
sit in orbem, ut omnem hominem proprio illustraret splendore. Lucet quidē ex se uniuersos illumi-

**A**lluminare sufficiens, quanquam intumeri sunt, qui lucis ipsius splendore se priuent. Ob-  
tunditur plane in aspectu illius delinquentium acies, & tenebrescit à lumine, quoniā m-  
nō sicut debuerūt, eandē glorificauerunt in se. Verum ne quis ob nimū lucis huius ful-  
gorem excusationis propriæ de contemptu eius latebras quereret, binas spirituales eadē  
lux lucernas ardentes instituit, quæ ambulantib; pedibus uitæ huius iter perlucidū exhibe-  
rent. Prophetam igitur audi, quid de earum altera fateatur: Lucerna (inquit) pedibus  
meis uerbū tuū, & lumē semitis meis. Ardens enim lucerna uerbū Dei est, præclarā, atque  
conspicua, tanquam ab æternæ ueritatis irradiata splendore. Hāc tibi præstitit Deus, ut  
illius tibi præente lumine intellectu bestiarum declinares insultus. Diuinorum igit  
tur eloquiorū utere speculo. In ipso enim aduersariorū tuorū deprehēdes uestigia. Do-  
cumentis plena sunt, quoniā uerba sunt uerbi, atque æternæ stillicidia sapientiæ, quæ are-  
tia corda ualent humectare mortaliū ad proferendū Deo delectabile iustitiae germen,  
misericordiæ oleum, caritatisq; suauissimum botrum. Quomodo amoris sancti face nō  
**B**accendent cor tuum, intelligentiæq; prestabunt, quā ignis esse noscantur & lumē. Nun-  
quid alio igne ardeant discipuli, cum quib; ipso die resurrectionis sua gradiebatur do-  
minus, sensumq; panderet scripturarum? Nonne inquiunt, ardens erat cor nostrū, quā  
loqueretur nobis in uia, & aperiret scripturas? Huius ignis sentiebat incendiū Proph-  
eta, quum diceret: Ignitum eloquiuū tuum uehemēter, & lerus tuus dilexit illud. Dilexit  
plane, quum in ipsius lumine, æternū aspexit lumen, per quod inflammatus cor gerens  
carnis concupiscentias, oculorūq; ac uitæ potuit oblectamenta contēnere. Dū enim su-  
cura bona nunciāt, quæ non uidit oculus, nec auris audiuīt, nec in cor hominū superbo-  
rū atque tumetiū ascendere ualent, amoris nimietate penetrant cor, & pro æternorū con-  
cupiscentia suadent calcare præsentia. Vides, q; opportune Dei sapientia hāc lucernā ac-  
cenderit, ut euersa interiori domo dragmā perditā reperiatur? Fugauit quippe de ratio-  
nalis mentis habitaculo spirituales tenebras, ut homo incarnationis suæ p̄cipere sacra  
mēta, fidei rudimenta cognosceret, & promissionū coelestū contēplāda plustrat et arca-  
**C**na. Caritatis insuper ignē ingessit, quatenus sancto affectus ipsius arderet incēdio, om-  
nisq; terrena delectationis cōsumeret fēx, ac inferiorib; spretis rediuiuo amore iugiter  
ad superiora cōscenderet. O æternæ sapientiæ uenerāda dignatio, q; lucernā huius mediā  
et mysterio spiritualem restaurauit domū, ignorantiæ detersit caliginē, iacentem excita-  
uit affectū, uitutiū itinera patefecit, deformatā reformauit imaginē, rebellemq; hominē  
reuocauit ad gratiam. Istius ergo lucernæ agnosce dona, beneficia uenerare, contem-  
plare lumen, sacramenta perquire, imitare documenta, promissa dilige, atque mandata cu-  
stodi. Tuo non discedat ab ore, nec elongetur à corde. Ipsa cogitatus instruet tuos, in  
tentioñem diriger, amorem accendet, componet sensus, moribus instituet formam, pe-  
dibus dabit lumen, negotijs imponet modum, salutis aperiet aditum, & cœlorū te per-  
ducet ad regnum. Illam tanquam oculi pupillam conserua, in illa meditando assidius  
esto. Tibi illam dedit Deus in sociam peregrinationis tuæ, tibi eam præstitit in augmen-  
tum uitutis, tibi ipsam ad eruditionem & robur spei exhibuit, dicente Apostolo: Quæ-  
**D**cunq; scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiā & consolationē scri-  
pturarum, spem habeamus. Illā inquā tibi contulit, ut te de exilio ad patriā, & de morte  
excitaret ad uitā. Tibi igitur non sibi sacri eloquij lucernā contulit. Hāc quidē tibi, sibi  
aut exhibuit alterā. Lucernā etenim sibi parauit nō ad lucē neq; ad solatiū, sed testimoni-  
um, suiq; aduentus præfigiū, atque diuinitatis indicium. Paraui (inquit pater per Pro-  
phetam) lucernā Christo meo. Lucernæ huius uis habere notitiam: Dominum Christū  
de Ioanne Baptista, cuius hodie natalitus solenniter celebratur dies, referantem ob-  
serua. Ille ait: Erat lucerna ardens & lucens. Et euangelista Ioānes inquit de eodem: Hic  
venit in testimoniū ut testimoniū perhiberet de lumine (uidelicet) Christo. Lucerna Ioā-  
nes esse dicitur ob suā præcipuā humilitatē suiq; cōtempitū. Quā enim tantæ esset uit-  
utis, ut à populis Christus crederet, confessus est Christū, & se minime negauit, q; esset.  
Qui post me (inquit) uenit, ante me factus est, cuius nō sum dignus soluere corrigiā cal-  
ceamēti. Alibi etiā: Qui habet spōlam spōsus est, amicus autem sponsi foris stat, & gau-  
dio, gaudet propter uocem sponsi. Noluit plane Ioannes se extollere supra se, ne uit-  
utis aduersaretur, & à gratia conditoris excideret. Verum quoniā in humilitatis se solā  
Hh 4 ditate

Ps. 118

Luc. 24

Ps. 118

Rom. 15:

1 Cor. 15:

Ps. 132:

Ioan. 5:

Ioan. 1:

Man. 1:

Ioan. 3:

1 Cor. 15:

Ps. 132:

Ioan. 1:

Man. 1:

Ioan. 3:

Ps. 132:

Ioan. 1:

Man. 1:

Ioan. 3:

Ps. 132:

Ioan. 1:

dite firmauit, dona cumulatiora promeruit. Nam quemadmodum Deus superbis resi-  
stit, ita gratia suā præstat humilibus. Humilis erat Ioānes & caritatis igne succēsus. Quo  
nam modo repere poterat, quum illum gratum faceret gratia, eleuaret humilitas, san-  
ctitas cōmendaret, prædicaret uita, & deuotionis excitaret affectio? Ipsum in benedic-  
tionibus dulcedinis præuenerat Deus, quum adhuc in materno teneretur corpusculo.  
Nam antè fuit sanctificatus quām natus, priusq; prænunciatus quām genitus. Hinc est,  
quod diuinæ gratiæ perfusus splendore ad redemptoris nostri latentem præsentiam ma-  
tris suæ exultauit in utero, magno tripudiavit gaudio, & quod nondū ualebat uoce, ex-  
ultatione perfecit. Grāde prorsus hoc extitit diuinæ miserationis indicium, ut infans uen-  
tris cōstrictus ergastulo suū agnosceret dominū, tenellis letaretur in mēbris, soleq; uide-  
ret in nubilo. Tunc plane ad æternæ lucis aspectum lucerna hēc diuinæ caritatis perce-  
pit incendium, tunc uerū luminis est irradiata fulgore, atq; gratiæ liquore cōpleta. Quā-  
obrem de ipsis plenitudine mater eius accipiens spiritum fœcundata prophetico inca-  
nationis uerbi sacramentum in utero Mariæ consummatum agnotit, exclamauit, & di-  
xit: Et unde hoc mihi, ut mater domini mei ueniat ad me? Vera fuit ista cōfessio, humili-  
tate nitens, deuotione q; grauida. Non enim inquit, unde hoc mihi, ut ueniat dominus  
meus ad me, sed signanter, ut ueniat mater domini mei ad me. Non enim ad Helisabeth  
Christus, sed Maria in Montana eandem uisitatura perrexit. Venerat autem ad Ioannē  
Christus in matre, ut præco iudicem, paronymphus spōsum, seruus dominū, miles re-  
gem, & Baptista suū intelligeret redemptorē. Propterea eruditus in spiritu illū ostēdit  
digito, baptizauit in alueo, prædicauit populo, & per mortis suppliciū confessus est mō-  
do. O præcursoris humilitas, ô ratiōnalis lucernæ inextinguibilis flāma. Non enim hu-  
manis est extincta feruoribus, neq; temporalibus cruciatibus tepefacta, quin potius eo  
uehementius ardebat interius, quo exteriori amplius agitabatur impulsu. Ardebat sa-  
nē sibi Christo autem lucere curabat. Hinc est, quod circūstantibus turbis quū lordanis  
staret ad ripā, illū digito præmonstrauit dicens: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata  
mūdi. In carcere etiā cōstitutus duos ex discipulis suis mittēs requisuiuit, an ipse esset, qui  
erat uenturus, an aliū expectaret: Non quia illum ignoraret, hoc sciscitatus est, sed  
quemadmodum in mundo, ita & ijs qui in inferni claustris uincti habebantur, eius descen-  
sum nunciare satagebat. Vtrobīq; diuinitatis ipsius gloriā notificare cupiens præcur-  
sorū sui ministerium implere uolebat, ut luceret Christo, plebemq; ei pararet perfectam  
Eapropter clamabat: Pœnitentiam agite, appropinquabit enim uobis regnum cœlo-  
rum. Verū existimante populo, & cogitantibus omnibus de Ioāne, ne forte ipse esset  
ib. Christus, respondit: Ego quidē aqua baptizo uos, ueniet autem fortior me post me, cu-  
rīus non sum dignus soluere corrigiam calceamentorū. Ipse baptizabit uos in spiritu san-  
cto & igni, cuius uentilabrum in manu eius, & purgabit areā suā, & congregabit trit-  
eum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Vidēne, quanta ue-  
ritatis luce perfusus erat! Detegebat quidē præsentia, & futura de Christo prænūciabat  
præconia quatenus perficeret, qd, ppheticō oraculo dominus de eodē declarauerat di-  
Malach. 3 H cens: Ecce ego mitto angelū meū, qui præparabit uiā ante faciem tuā. Lucebat igitur lu-  
eerna hæc, & tanquā sidus clarissimū propinquū soli testimoniū perhibebat. Lucebat  
iniquā, adeo ut fieret humilitatis speculū, magisteriū pudicitiæ, uirginitatis decus, sapien-  
tiæ lumē, æternæ uitæ nūcius, innocētiæ forma, norma uirtutū, disciplinæ doctor, præco  
ueritatis, continentiæ exemplar, paupertatis specimen, contēptor mundi, perfectionis  
ostensor, caritatis liber, uitæ uia, martyru decus, patiētiæ fastigiū, & pœnitentiæ propa-  
lator. Hāc plane quemadmodū suaſit uoce, ita exhibuit opere. Sub annis quippe imbe-  
cillis etatis ad deserti secreta Deo militaturus intravit, ibiq; hirsutis camelorum pilis in-  
dutus, locustarum ac mellis sylvestris usus est cibo, atq; aque contentus haustu super nu-  
da decubabat humo. Ioanne quis sanctior? Illius uita quæ austerior? Matri fuerat san-  
ctificatus in utero, & ab initio natuitatis suæ custoditus à domino, & tamen eremī ha-  
bitator effectus multimoda corpus suum atterebat inedia. Omnibus etenim uirtutibus  
quum esset insignis, talem à Christo promeruit laudem, inter natos ( inquit ) mulierum  
non surrexit maior Ioanne Baptista. Merito nemo in natu mulierum illo dicitur maior,  
qui fuit mente & corpore uirgo, passione martyr, doctor prædicatione, ex reuelatione  
vates,

ates, conuersatione sanctus, atq; imitatione angelus. Nēpe ex diuino est cōceptus ora-  
culo, de parentibus infœcundis, longæuis, & iultis, atq; ab eodem, quo Christus prænū-  
ciatus est, angelo. Humanæ prorsus dignitatis transcendere uidetur merita, dum com-  
mendatur à Christo, spiritu sancto replet in utero. In ueteri præfiguratus est lege. Lucifer  
na factus est iudicis, seculi interuētor, pphetarū finis, uox uerbi, & totius medius trinita-  
tis. Istius itaq; spiritualis lucerne flāmigerū imitare splēdorē, q; te æterni uerbi pducit ad  
lucē. Esto corde humilis, fraterna dilectione succensus, laudabilq; cōuersatione deco-  
rus. Conditoris tui gratiā, tuæq; infirmitatis agnosce miseriā. Te ultimū in sensu cordis  
fatere uitorum, quatenus in simo discumbens in loco nuptiali merearis sublimari con-  
uiuio. Ortus tui interdū meditare exordia, uitæ decursum, pondera delictorum, atq; re-  
solutionis corporis futuram necessitatem. Disces proculdubio ex his non inflari, non  
magna appetere, neq; inaniter ambulare in mirabilibus super te. Eris humilis, diuinoq;  
frueris consortio, quoniam mētem humilē omnipotens dignanter inhabitat. Te quoq;  
inflammabit de se, sui te amore replebit, te iugiter eleuabit ad se, suam tibi amabilē exhi-  
bebit præsentia, te reficiet lætitia in luminis lui glorioſo aspectu, te pro suo beneplaci-  
to iubilatione reficiet. In eorū profecto cōputaberis numero, de quibus Propheta gra-  
tulabundus aiebat: Beatus populus, qui scit iubilationem, domine in lumine uultus tui  
ambulabunt, & in nomine tuo exultabūt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur. Tunc  
diuina in te operante uirtute lucerna efficieris ardens & lucens. In eius quippe iustitia  
humilitatem, in nominis ipsius exultatione feruorem, atq; in serena uultus eius contem-  
platione percipies lumen, illud ( uidelicet ) quod de uitæ fonte procedit, qui apud pa-  
trem cum spiritu sancto inebriat triumphantes, & regnat in secula. Amen.

In solennitate sanctorum apostolorum Petri & Pauli.

**Psal. 88**

**Q** Vamuis in uniuersi constitutione diuinæ caritatis profusio clareat, quippe  
quum perlucidis repleuerit corporibus cœlum, aerem uolucribus, piscibus  
mare, terramq; quadrupedibus, reptantibus, serpentibus, arboribus pomife-  
ris, diuersis uirgultis, ac uernantibus & redolentibus floribus, p̄cipue tamē  
C in iustificatione hominum cælestis operationis supereminentia patet, eorum ( uidelicet ) qui uel generis parentum sunt sarcina prægrauati. Nulla ia-  
his acceptio cernitur personarū, nulla operum laudabilū fœcunditas, per quæ ad mis-  
tendū diuina se uoluerit inclinare maiestas. Virtutum nostrarū minime Deus indigere  
cognoscitur, quum dominus uirtutū sit & rex gloriæ. Non nobilitatem querit profa-  
piæ, non seculi fastus, non naturalis acumen ingenij, non eloquentiæ ornatū, neq; au-  
ti, argenti, ac gemmarū locupletem substantiā, quoniam ipsius est terra, & plenitudo eius  
orbis terrarū, & uniuersi, qui habitant in eo, unde Psalmographus canēs inquit: Conser-  
ua me domine, quoniam sperauī in te, dixi domino Deus meus es tu, quoniam honorum  
meorum nō eges. Quamobrem quū nullius suffragio egeat, dum quempiam iustificat,  
hoc ipsum gratis facere cēsendus est. Verū quia non nunquā quod Dei est, humana sibi  
**D** præsumit arrogare temeritas, in iustificatione mortaliū (ut plurimū) ignobiles peccato-  
res eligere Dei bonitas uidetur, & pauperes. Hinc est, quod ad nuptiale conuiuū cæci,  
debiles, claudi, eliguntur & inopes, quodq; his maius est, etiam introire cogūtur. In hāc  
Apostolus concurrens sententiam Corinthijs scribens aiebat: Videte uocationem ue-  
stram, fratres, quia nō multi sapientes secundum carnem, nō multi potentes, non multi  
nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes & infirma &  
ea, quæ non sunt, ut ea quæ sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu  
eius, sed qui gloriantur, in domino glorietur. Hac potissimum de causa non sapientes,  
nobiles, neq; sanctitate præditos Dei sapientia ad sternendum sub iugo fidei seculum  
omne uoluit habere discipulos, ne religionis gratia humanæ potius quam diuinæ ascri-  
beretur uirtuti, contemptuq; haberetur reuelatæ fidei præclarissimum munus. Dum  
enim ad prædicationem euangelij peccatores uocantur & rudes, cœlestis in illis com-  
mendatur gratia, fidei celsitudo, euangelij ueritas, diuinæq; uirtutis autoritas. Illeq; me-  
rito honoratur, qui per instrumenta tam uilia præcelsam ecclesiæ suæ potuit con-  
struere domum. Hoc Propheta contemplatus in spiritu dicebat: Ex ore infantium &  
lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas inimicum & ultorem.

**Optime**

Optime laudem suam perfecit Deus, ut diabolum debellaret & seculum, quando sim. E  
 plices & peruersos erudiuit in spiritu, atq; præcipios regni cœlestis uoluit esse præco-  
 nes. Matth. 3  
 nes. 2 Cor. 12  
 quis Petrus quisue extiterit Paulus, quorum celebris hodie memoria colitur (oro)  
 diligenter aduerte. Nonne pïsationis arte Petrus humanæ uitæ alimoniam queritabat?  
 Pauper erat, non splendore nobilitatis insignis, non scripturarum gnarus neque inge-  
 nij acumine pollens, & tamen sancti spiritus dono præuentus legem docuit, prædica-  
 uit euangelium, miraculis fulsit, atq; sacerdotalis dignitatis tenuit arcem. De Pauli uero  
 1. Tim. 1 conditione quid memorem? Crudelis quidem fuit persecutor ecclesie, Christianorum  
 oppressor & hostis. Hic talis uocatus à domino doctor factus est gentium, necnon apo-  
 stolatus promeruit gradum. Tantoq; per ipsum amplius glorificatus est Christus, quan-  
 to magis immanum delictorum fuisse agnoscitur reus. Quamobrem fiderent loque-  
 batur. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Christus uenit in hunc mundum  
 peccatores saluos facere, quorum primus ego sum, sed ideo misericordiam consecu-  
 1. Tim. 1 tus sum, ut in me primum ostenderet Christus Iesus omnem patientiam suam. ad. in.  
 ibi. formationem eorum, qui credituri sunt illi in uitam æternam. Sicutque in Dei laudi-  
 bus prorumpens inquit: Regi autem seculorum, immortali, & inuisibili soli Deo ho-  
 nor & gloria in secula seculorum, Amen. Ambo igitur gratia iustificati à domino, am-  
 bo dum apostolatus adepti sunt apicem, Dei gratiam in se exhibuere laudabilem. De  
 Psal. 44 imis siquidem ad summa proiecti gloriosi fidelium omnium effecti sunt principes. De  
 1. Petr. 5 ipsis quippe Psaltes nominatissimus longe antè uaticinatus fuerat dicens: Pro patri-  
 bus tuis nati sunt tibi filii, constituies eos principes super omnem terram. Merito oracu-  
 lo diuino uocati sunt principes, qui Christianam plebem aduersus potestates aeras  
 pro honore conditoris cœlorumq; regno certare docuerunt. Ut autem eorum magi-  
 sterio & tu erudiaris ad prælum, sacra ipsorum monita diligenter obserua: Sobrij (in-  
 1. Petr. 5 quit Petrus) estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens  
 circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide, scientes eandem passionem ei. G  
 Eph. 6 quæ in mundo est uestra fraternitati fieri. Alter uero inquit: Fratres confortamini in  
 domino & in potentia uirtutis eius, induite uos armatura Dei, ut possitis stare aduersus  
 aduersus insidias diaboli, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed  
 aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, con-  
 ibi. tra spiritualia nequitiae in cœlestibus. Stare igitur succincti lumbos uestros in uerita-  
 te, & induti lorica iustitiae, & calciati pedes in præparatione euangelij pacis, in omnibus  
 sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere,  
 & galeam salutis assumite, gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Vides quā pruden-  
 ter & compendiose spiritualia indixere ceramina. Cæterum quemadmodum alios  
 exhortati sunt ad bellum, ita & ipsi usque ad carnem & sanguinem dimicauere uirili-  
 ter. Carnem quippe suam atteneri ieunij, uigilij, domare, fatigare laboribus, atte-  
 nuare inedia, atque cum concupiscentijs & uitj crucifigere studuerunt. Hinc est,  
 2. Cor. 11 quod ipse Paulus de se refert inquiens: In laboribus plurimis, in carceribus, abun-  
 dantius, in plagiis supra modum, in mortibus frequenter, à Iudeis quinquies qua-  
 dragenas una minus accepi, ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium  
 feci, nocte & die in profundo maris fui, in labore & ærumna, in uigilij multis, in  
 fame & siti, in ieunij multis, in frigore & nuditate. Sanguinem autem in agone marty-  
 rij pro ueritate fuderunt, ideoq; testes ueritati sunt. Testes autem illos dixerim suis  
 1. Ioan. 1 ueraces, quoniam de Christo, quæ testificati sunt uerbo, hec uisione, reuelatione, per-  
 ceperunt & sensu. Sensu testimonium audi, quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod  
 uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo  
 uitæ, & uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & annunciamus uobis uitæ eternæ,  
 2. Cor. 15 que erat apud patrem, & apparuit nobis. Nam & Paulus de domino inquit: Nouissi-  
 me omnium tanquam abortiuo uisus est & mihi. Testimonium reuelationis uis nosse  
 Gal. 1 Notum uobis facio (inquit Paulus) euangelium, quod euangelizatum est à me, quia nō est  
 secundum hominem. Nō enim accepi illud ab homine, neq; didici, sed per reuelationem  
 Matth. 16 Iesu Christi. Petro autem ait dominus: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis non  
 revelauit tibi, sed pater meus, qui est in cœlis. De Christi diuinitate & scientia fidei per  
 uisionem

A uisione eruditus est Petrus, quando in monte transfigurati domini gloria uidit, patrisq;  
 uocem allatam à magnifica gloria in nube audiuuit dicentem: Hic est filius meus dile-  
 ctus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Paulus uero de se ait: Scio hominem  
 hujusmodi raptum in paradisum, & audisse arcana, quæ nō licet homini loqui: propter  
 ea confidenter dicebat: Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neque angelii, neq;  
 principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neque altitudo, neq; profundum,  
 neq; creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu. Suo igitur  
 testimonio catholicæ ueritatis fundamenta iecerunt, super quæ omnis spiritualis tru-  
 ctura crescit in templum sanctum in domino, unde legitur: Iam nō estis hospites & ad-  
 uenç, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei superædificati supra fundamentum  
 apostolorum & prophetarum. Felices hos nuncupauerim, qui inuenient cœlestis patriæ  
 fundauerunt confessione, fabricauerunt moribus, sanguine dedicarunt. Merito ob san-  
 ctitatis privilegium de ipsis dictū est: Iste sunt duæ oliuæ & duo candelabra lucentia an-  
 te te dominum, & habent potestatem claudere cœlū nubibus, & aperire portas eius, quia  
 linguae eorum claves cœli factæ sunt. Oliuæ esse perhibentur, candelabra lucentia ante  
 dominū, & cœli claves. Aduerte singula, & diuinæ excellentiæ gratiæ recognosces in il-  
 lis. Oliuæ sunt naturales, nō in oleastris cōtra naturā inserte, utq; amœnæ, uarentes, ube-  
 res & fœcunda. Amœnitatem foliorū in uerbis & scripturis eorū attende, uiriditatem  
 in desiderijs cœlestibus, quibus flagrabant, excipe, ubertatem in deuotionis pinguedi-  
 ne, qua intus nutriebantur, intellige, fœcunditatem aut in ludorum ac gentiū couersio-  
 ne mirare. Quis (oro) in epistolarum elegantia istis fuit amœnior? quis in concupis-  
 centia æternorum uirilior? quis uberior in contemplatione cœlestiū, quisue fœcundior in  
 aggregatione fidelium? Nempe totam ecclesiam terram suis irrigauerunt doctrinis, de-  
 corauerunt exemplis, ampliauerunt miraculis, & uirtutibus perfecerunt. Hinc candelab-  
 ra merito nominantur aurea, ductilia, atq; ornata. Sapientia quippe tanquam auro ful-  
 gentissimo rutilabat, unde Paulus: Sapientiā (inquit) loquimur inter perfectos, sapientiā  
 1. Cor. 2 uero nō huius seculi, neq; principiū, q; destruuntur, sed loquimur Dei sapientiā in myste-  
 rio, quæ est abscondita, quam prædestinavit Deus in gloriā nostrā, quā nemo principiū  
 huius seculi cognouit. Propter sapientiā quoq; eis infusam cœlitus dicebat dominus:  
 C Vos estis sal terræ, uos estis lux mundi. Sale nāq; doctrinæ & sapientiæ luce infidelitatis  
 tenebras fugauerunt, & sapidū spiritualis deuotionis exhibuerūt hominū gustum. Non  
 tamen illos percepisse donum arbitriū est frustra. Dei namq; nō proprio spiritu du-  
 cebantur. Diuinæ enim uoluntati obtemperabant in omnibus, se despiciebant, se uirili-  
 ter sic abnegabant in se, ut eorū singuli dicerent: Vix ego, iam non ego, uiuit autem in  
 me Christus. Beatus plane, cui sanctæ obedientiæ tantus inest amor, ut propriam uolun-  
 tam in omnibus suspectā habeat, omnīq; humanæ creaturæ propter Deum subiectus  
 sit. Subesse gaudet, preesse refugit, alieno potius quā suo cedit iudicio, illiusq; conam-  
 ne toto ueltigia imitatur, qui patri suo pro nobis usq; ad crucis suppliciū est effectus  
 obediens. Tales erant, de quibus loquimur, sancti, propterea septiformis gratiæ affluen-  
 D ter in se suscepserant largitatem, utpote templo Dei mundissima, cunctaq; uirtutū perfe-  
 ctione decenter ornata. Verum quoniam ab eo, qui est, dona spiritualia libi prærogata  
 sciebant, ideo illi subiiciebantur humiliiter, obtemperabant fideliter, atq; perseveranter  
 inhærebant agnoscentes ipsum esse datorem munera, susceptorem delinquentiū, nec-  
 non & naufragantium refugium. Cœlo insuper ueritatis accensi ac diuinæ autoritate suf-  
 fulti linguis suis & orationi interuentionibus, quum imminaret necessitas, clamauerūt  
 ad dominum, & exaudiit sunt. Quamobrem multos sancte religioni aduersantes in cas-  
 nis dederunt interitū, quosdam pro eruditione credetiū, aliquos ut eorū spiritus fieret  
 saluus, nonnullos autem ne à fide debiliū auerteret corda, abiarentq; retrorsum. Merito igi-  
 tur clavium cœlestis regni potestate prædicti ligandi animas atq; soluendi pōtificio fun-  
 gebantur ipsis à quo tanta perceperant tantum gloriā queritantes. Eia nūc sancta ma-  
 ter ecclesia exultationis & gaudij, iubilationis & laudis conuentū age, quæ tātorū prin-  
 cipiū protectione muniri, & doctoriū taliū institutione erudiri, tanquam duorū radiantiū  
 lumen meruisti coruscari splendore. Non enim ultra ab hostiū incursionib; pa-  
 vere, nechæreticorum fallacijs cedere, neq; per uitiorū tenebras ualebis errare. Horum  
 itaq;

itac patrum imitare virtutes, acquiesce consilijs, sententijs crede, tene sanctitatem, sus-  
fragia posce, atq protectionibus gaude. Sic singula inter se exerceant mēbra, ut quem-  
admodum hi, ita & ipsa oliua sint uberes, amoēnæ, atq fœcundæ, quatenus propheti-  
cum illud ualeant decantare dicentes: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei  
sperauit in misericordia Dei in æternum, & in seculum seculi. Sint candelabra ualde lu-  
centia nedū intus per caritatis incendium sapientiæ nitorē, verumetia foris pro ædi-  
ficatione conuiuentium atq uidentiū. Claves quoq̄ sint cœli, quatenus orationū inter-  
pellatione assidua possint defunctis uitam, nurantibus robur, lœtitia mœstis, necnon  
languentib. animæ præstare salutē, æterni sponsi tui benigno super hoc interueniente  
præsidio uiuentis in secula seculorum. Amen.

In festo sancte Marie Magdalenes.



Iuinæ miserationis quicunq̄ uoluerit inuestigare diuinitas solis claritatem  
ægris oculis intueri conatur. Prorsus incomprehensibiles sunt, & humano  
intellectui inscrutabiles. Percipiuntur tamen ex parte tanquam solares ra-  
dij in montiū cacuminibus & locis eminentioribus apparētes. Has quippe  
quā cōsiderare uolumus, nō in seipsis sed in sanctis & iustificatis peccatori

bus agnoscamus. Quāuis enim iuxta prophetæ sententiā miserationes eius super omnia  
opera illius diffusæ sint, perāplius tamē in sanctis & amicis Dei, in quib. locupletiorib. do-  
nis miserationis diuina effulgit. Cæteros nāq̄ sicut sanctitate præcellūt, ita & gratia, q̄ mise-  
ricordiæ cōditoris præsagiū est. Maximā ex his in partem in Christi corpore & in cōgre-  
gatione nouimus esse fidelium. Verū & in omnibus unū præcipuū miserationis exemplū  
in hodierna celebritate sacro sancta mater nobis anteponit ecclesia, peccatricis (uidelicet)  
mulieris & sanctæ. Hæc nāq̄ quā esset mente cæca, à dæmonibus possessa, onerata  
sceleribus, famosa peccatrix, cœlesti irradiata splēdore, ad discubentē dominū miseri-  
cordiæ fonte iustificanda cucurrit. Cucurrit inquā, quoniā trahebatur interius. Ipse pro-  
fecto illā trahebat in corde, q̄ per Prophetā loquit̄ dicens: In caritate perpetua dilexi te,  
& attraxi te miserans tui. Quomodo nisi traheretur, accedere ualuerit, quæ tot funibus

Hier. 31 erat constricta, quot delictis obnoxia: Sunt enim peccata spiritualia uincula, quibus  
tenetur anima, ne libertate propria potiatur. An non his uinculis quatriduanus foetens  
in tumulo legitur fuisse constrictus? Ligatum quoq̄ atq̄ gratia diuina solutū se fatetur

psal. 115 Propheta extitisse, quā dixit: Dirupisti domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiā lau-  
dis. Non igitur humanū est opus peccatorū uincula soluere, sed diuinū: quanquā & ho-  
mo homines soluat, ipso domino imperante atq̄ potestate tradente. Imperauit namq̄

Matth. 6 discipulis, ut soluerent resuscitatum & institis circumligatum. Verum & Petro atq̄ suc-  
cessoribus Petri ait: Quodcunq̄ ligaueris super terram, erit ligatū & in cœlis, & quod-

cunq̄ solueris super terrā, erit solutū & in cœlis. Soluū tigitur & ligat̄ homines cōpedes  
delictorū, illorū uidelicet, quos soluit prius dominus, & gratia diuina præuenit. Super-

uacue prorsus peccatori manus imponitur, si nō fuerit munere diuino solutus. Nempe  
ubi deest compunctionis, cordis contritio, peccati odium, ibi nihil operatur ligandi atq̄ sol-  
uendi autoritas. Hinc est, quod impoenitenti & adhuc peccare uolenti non est tribuen-  
da absolutio, alioquin qui talē conatur absoluere, seipsum propria autoritate transfigit,  
ac per hoc absq̄ profectu alterius sibi ipsi plurimū nocet. Quisq̄ ergo ecclesiæ minister  
attendant, ut cooperator gratiæ esse uelit, nō tributor. Illis tantū imponat manum, ut sol-  
uat à uinculis, quibus ueræ contritionis prærogatum est munus. Quem enim Deus sol-  
uit interius, humane suscipiat, post confessionem exhibit̄ manū imponat, uino & oleo  
vulnera tergit, quatenus utriusq̄ iudicis benedictione percepta ad propria peccator

redeat suscitatus & liber. Talis prorsus in peccatorū solutione seruandus est ordo, ut nō  
ligandi atq̄ soluēdi collata potestas sacerdotibus uertatur ad poenā. Quemadmodū igit̄  
tur solius est Dei laxare facinora, ita est etiā solutū attrahere. Verbi huius uis nosse my-  
sterium: Veritatis magistrū loquentem ausulta: Nemo (inquit) uenit ad me, nisi pater,  
qui misit me, traxerit eum. Hoc quid clarius? quidue manifestius: Illū uero pater trahit  
ad filium, cui unigeniti sui diuinitatem insinuat, atque sapientiæ & bonitatis suæ refe-  
rat fontem. Nonne hoc Maria uidere promeruit: nonne pater illā traxit ad filiū? Traxit  
inquā pater, illa aut ubi ipsum cū peccatorib. agnouit discubere, accessit ad filiū. Sicut retro

A retro secus pedes domini Iesu, quos (uidelicet) ubertim rigauit lacrymis, crine detergit.  
Sicq̄ patiēter sustinuit, donec suorū perciperet ueniā delictorū. Maxima profecto fuit  
huius mulieris fides, uehemēs amor, uera cōpunctio, humilitas sancta, manifesta cogni-  
tio, perseverantia cōstans, obedientia uelox, magna gratia, & interna attractio. Nēpe ut  
agnouit dominū, propriū scelus obhorruit, ad peccatorū liberatorem accessit, cōuiuan-  
tes nō erubuit, nō iussa intrauit, lacrymas fudit, pedes tersit. Quamobrē ueniam, quam  
postulauit, iustificata suscepit. Accessit namq̄ ad medicū ægra, & recessit sana, ingressa  
est conuiuij domū innumerabilibus delictis obnoxia, & regressa est libera, introiuit im-  
pudicitiæ fœtore infamis, & exiuit caritatis priuilegio commendata, abiit demū cōpu-  
nctionis mcerore transfixa, rediit aut pro remissione percepta exultationis securitate per-  
fusa. Erat quippe ipsa, sed altera, per essentiā ipsa, & per gratiā altera. In melius illā refor-  
mauit gratia, quām natura condiderat, per naturā in peccato concepta & cōsuetudine  
mala fuerat infecta famosa peccatrix, per gratiā uero aboleuit utrūq. O bona gratia, ô

B mutatio dextræ excelsi, qui saluū fecit Paulum, & de persecutore doctorē & publicanū  
apostolum. Ille impudicā exhibuit castā, alienam discipulam, publicē delinquentem in  
conuiuio lacrymantem, & in uolutabro carnis olim foetentem caritatis suauitate fragrā-  
tē. Cuius hæc sunt opera nisi bonitatis tuæ ô domine Iesu, qui miserationis oculo, quem  
cunq̄ respexeris, absoluīs à crimine, reconcilias patri, donas ecclesiæ, reples gratia, redi-  
dis sibi, renouas sanctitatem? Nunquam emendatus peccator ualeret conuerti ad te, nisi  
manu tua erigeretur, aut tuo erudiretur flagello, seu tuo tangeretur amore, uel tuo te ui-  
deret in lumine. Vniuersa hæc abs te Maria didicit, & probauit in se. Hinc est, quod post  
spiritualē suā resurrectionē tam inseparabiliter inhaesit tibi, tuaq̄ est persecuta uestigia.  
Præsentia namq̄ tuæ capta dulcedine, tui uulnerata amore, eloquiorumq̄ tuorum au-  
ditione accensa à te diutius se absentare non poterat. O quoties quum federet penes te,  
& sermones tuos suspensa mente perciperet, propheticum illud ingeminando canebat:  
Quām dulcia fauicibus meis eloquia tua super mel ori meo. Iterumq̄, Ignitum elo-  
quium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. O quām frequenter uerbi tui ine-

C briata dulcedine à corporalibus sensibus aliena se deserens habitabat in te, tibiq̄ suaui  
modulatione piæ deuotionis amoris carmina depromebat dicens: Defecit cor meum  
& caro mea Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Ista nāq̄ & huiusmodi plu-  
rima præludia caritatis, quæ nemo intelligit, nisi expertus, nullus experitur, nisi amio-  
ris castissimi sit sagitta transfixus. Hæc sancta dum diceret, fundebat lacrymas, emit-  
tebat gemitus, desiderijs cremabatur, rapiebatur supra se, & in Christi pectore quiesce-  
bat. Ibi spirituale sibi construxerat mansionem, in qua tumultus hominum decli-  
nans, & exteriorum fugiens actiones iugiter residebat. Ibidem quippe illam fuisse tunc  
arbitror, quum interpellanti sorori, & de ipsius ocio conquerenti dominus inquit: Mar-  
tha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porrò unum est necessariū. Maria opti-  
mam partem elegit, quæ non auferetur ab ea. Ex illo tempore omni cordis intentione  
studuit habitare secum, locumq̄ in se domino præparare, quatenus sicut ipsa in illo, ita

D ille in ipsa requiei thalamū reperire ualeret. Qui enim cum filijs hominum suas dicit es-  
se delicias, interioris hominis hospitium quærerit fide compositū, puritate nitidum, diu-  
næ caritatis cæterarumq̄ uirtutum uarietate decoratum. Nempe tale quum uidet, dili-  
git, illuc sēpe ingreditur, in eo mysteria loquit̄, sedem suam collocat, & sancte dilectio-  
nis portendit insignia. Beata plane iusti anima, quæ sedes effecta est sapientiæ, quæ ait  
ex corde, qui creauit me requieuit in tabernaculo meo, atq̄ pro amoris uicissitudine il-  
lud, quod in Canticorū cantico legitur, ueraciter inquit: Ego dilecto meo & ad me con-  
uersio eius. Talis profecto erat Maria olim impudicæ anima, quæ toto corde, tota inten-  
tionē, omniq̄ uirtute post perceptā suorum remissionem facinorū se conuertit ad Chri-  
stum ignita id in se operante caritate. Quamuis enim lacrymis domini rigauerit pedes,  
crine terserit, frequenter osculata fuerit, minime tamē pro his promeruit indulgentiam,  
sed pro dilectione tantum, dicēte de illa domino: Remittitur ei peccata multa, quoniā  
dilexit multū. Hanc igitur de qua loquimur mulierem cuius etiā hodie natalitia memo-  
rantur, tota debemus deuotione suscipere, quæ nobis facta est occasio spei, conuersio-  
nis speculum, magisterium pœnitentiæ, deuotionis exhortatrix, & caritatis forma. In-

Laur. Iustin.

psal. 118

psal. 72

Luc. 10

Cant. 6

Luc. 7

Li uenit

uenit peccator in illa quod agat, iustus uero quo gaudeat. Quamobrem o peccator qui E  
emendationis uitæ uta conaris arripere, imitare Mariam, ne differas de die in diem con  
uersti ad Christum, quin potius quum intus uocaris a domino, eum admonentem au  
dias; Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis,  
Esa. 1 quiescite agere peruerse, discite benefacere, subuenite pupillo, defendite uiduam, &  
uenite & arguite me, quoniam si fuerint peccata uestra sicut coccinum, quasi lana alba  
erunt, & si fuerint rubra tanquam uerniculus, uelut nix dealbabuntur, si uolueritis &  
audieritis me, bona terræ comedetis. Gradu concito perge ad Christum, mente tamen,  
non corpore, neq; pedibus sed affectibus. In ecclesiam ingredere, ubi Christus discum  
bit, pro te tuum q; præstolatur aduentu, atq; in spiritu humilitatis & in animo cōtrito te  
pedibus prouolue domini Iesu, illos laua lacrymis, capillis exterge, osculis leni, mani  
bus contracta, confitere scelera, deterge uulnera, reatum accusa, sponde conuersione,  
pete ueniam, ut plenam conseuaris indulgentiam. Cuncta hæc fideliter facito, corde  
simplici, mente deuota, flentibus oculis, & perseveranti animo. Nempe si his assiduus F  
Ezech. 18 fueris, si Mariae uteris exemplo, & si non equalē gratiā, tamen consequeris ut illa. Pro  
mittentem audi: Si impius (inquit dominus per Prophetā) egerit pœnitentiam ab om  
nibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit uniuersa præcepta mea, & fecerit  
iudicium & iustitiam, uita uiuet & non morietur. Omnia iniquitatum eius, quas ope  
ratus est non recordabor, in iustitia sua quam operatus est, uiuet. Nunquid uoluntatis  
meæ est mors impij (ait dominus) & non magis ut cōuertatur a ijs suis prauis & uiuat?  
Exhortantis igitur acquiesce consilio, ne te iudicantis sententia feriat. Dissimulat nq; hominum peccata, ut conuertantur & uiuāt. Non conuersos autem ex dilatione durius  
premit. Te ergo ad emendationē prouocet expectatis longanimitas, te trahat ad Chri  
stum ipsius ostensa bonitas, te peccatricis cita conuersio, fletus exuberans, impensa de  
uotio compungat ad luctum, erudit ad lamentum, replete gaudio, inflammet affectū,  
atq; perducat in iubilum. Prius tamen te purget dolor, mundet confessio, emendet gra  
tia quatenus te sapientia diuina possideat. Evidem secundū multitudinem dolorum G  
tuorum in corde tuo illius consolationes letificabūt te, teq; sibi familiarē exhibebūt. Mi  
raberis tunc prorsus quid fueris, quid acceperis, quid eris. Nimiū igitur exhilaratus inte  
rius, & intima caritate perfusus magnificabit anima tua dominum, & exultabit spir  
itus tuus in Deo salutari tuo, qui est gloriosus rex, amator hominum, pœnitentiumq; su  
ceptor Deus benedictus in secula. Amen.

In festo sancti Iacobi Apostoli.

 Acro nos erudent eloquio nouimus contigisse persæpe probatissimos ui  
ros, sanctitate cōspicuos in ignorantie errorem esse prolapsos, ex quo non  
nunquam magis criminibus se fecere obnoxios. Hoc non ad eorū damna  
tionem, sed ad humilitatis profectū, posterorumq; eruditioñ accidisse pro  
siteor. Illorum namq; repentina resurrectio prælatæ sententiæ autoritatē pre  
stat. Cecidit Moses infidelitatis uelo detenus ad petrā Oreb, qui correptus a domino  
delicti sui promeruit ueniam. Duplicis concupiscētiæ iaculo percussus est nominatissi. H  
imus propheta David, sed diuino per prophetā edictus oraculo proprij sceleris factus  
est cōscius. Quamobrem emissis cōunctionis gemītibus, humilitate prostratus gratiam,  
quam peccādo amiserat, adiuuenit. De apostolo uero Petro quid referā, qui magistrū  
suum se scire negauit; Intuitu autē Christi reuocatus ad se obhorruit, facinus amare fle  
uit, atq; dominum deprecatus ex corde indulgentiā, quā poscebat, obtinuit. Longe ta  
les peccādo profecerūt in melius, quam fuerint ante delictū. Nouit dominus opus suū,  
quod condidit. Nouit inquā, quam prona ab adolescentia sit hominis natura ad malū, q  
ad elationē procliva, & q; lubrica ad capessendā uoluptatē ex sensib. Hinc est, q; amicis  
suis, ut humilitatis materiā subministret, permittit aduersa contingere, & interdū in gra  
uium incidere souē delictorum. Agit cum illis ut pater, dispensat ut sapiens, corripit ut  
iudex, emendat ut dominus, erigit ut misericors. Nemo igitur quū flagellatur exagitef  
ira, se desperet quū cadit, de se præsumat dum stare uidetur. Nulla prorsus habilius de  
cipula inuenitur ad casum, q; elationis cogitatio, q; aliquādo quod non habet, se habere  
præsumit, aut proprijs se meritis arbitratur habere, qd habet, uel alios despicit, qui ui  
dentur

A dentur non habere, quod ipsa. Hui uenantiū spirituales sunt laquei, & verbū Deo odibi  
le in cordibus superborū. Huiusmodi namq; laqueos euadunt humiliū mētes Deū timē  
tum, proximos nō irridentiū, amantiū puritatem, formidatiū ruinā, sectantiū pacē, atq;  
ad perfectionem anhelantium. Hæc iuxta Prophetæ sententiam est generatio quæren  
tum dominū, quærentiū faciem Dei Iacob. De taliū numero post sui admirationē et  
roris apostolum nouimus extitisse Iacobum, cuius hodie festivitas celebratur. Memora  
tus siquidē apostolus quāvis sanctus, quanquā Christi discipulus, per inordinationē in  
petēdo deliq̄t. Istū plane dominus redarguēdo cōpescuit, nosq; ipsius occasione cōmō  
nuit. Huius enim apostoli cōmunis est error. Quis (oro) tanta sanctitate, tātaq; cōside  
ratione est prædictus, ut frequenter in postulatione incōsulta nō proruat? Quis igit̄ pro  
pria affectione seductus malū nō arbitret bonū, & bonū malū? Hinc iustorū in petitio  
nibus nascitur error, hinc supplicationū instātia persepe rejicitur. Orantiū q̄ppe iudicū  
quoniam boni ac malī nesciētia uiget, oquoties fallit? Petitis (inquit apostolus Iacobus) Iuc. 4  
& non accipitis, eo quod male petatis. Nemo credat Dominū utilū postulationum de  
negare consensum. Petite (inquit ipse) & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & ape  
rietur uobis. Ipse est exhortator & redditor. Inuitat ad precē, & petitionē se exhibitū  
spondet. Veritas est, & nescit fallere: bonitas est, & quod proficuū est, negare nō potest,  
propterea quū petimus, & nō accipimus, noster esse cēsendus est error. Petimus inquā,  
quod nocet, quod nondū licet, qd nō decet, qd minime expedire cognoscitur. Istæ po  
stulantum seductiones uidētur esse cōmunes, quemadmodū scripturarū autoritatibus  
cōprobatur. Non Iacobus, de quo nunc loquimur, & germanus illius Zebedei filij, am  
boq; apostoli interpellāte pro eis matre postulauere, ut alter ad sinistrā, alter uero eorū  
collocaretur ad dexterā? Non enim memoriae cōmendauerāt dominum dixisse: Quū  
sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, iudicaturus seculum, oves quidē ponet ad  
dexteram, hōdos aut ad sinistrā, & ijs qui ad sinistrā sunt, dicet: Ite maledicti in ignem  
æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quoniam uero quod illis pernicioſū  
erat, flagitabant, audiere a domino, nescitis quid petatis, neq; exaudiri meruerunt. Illos  
nempe exaudisset iratus, si quod petierant, tradidisset. Negat igitur misericorditer ele  
ctis suis, quod se postulanti nocere cognoscit. Nō audire præterea dissimulat postulati  
onem, quū immature quod cōcupiscit, exposcit. Erat namq; Helyas (sicut legimus) uir bo  
nus & sanctus, atq; tunc prophetarum eximus. Lezabelis aut hic non ferens iniurias ab  
aspectibus hominū persecutiones atrocitate perterritus se repente subduxit, subter una  
sedid iuniperum, dominū petiuit, ut moreretur, & ait: Sufficit mihi domine, tolle animā  
meam, neq; enim melior sum, quam patres mei. Nō tamē exauditus est, quamuis iustus  
& magnus, quoniam quod futurū erat, affectus tēdio, rogabat ut fieret. Distulit quidē, sed  
non eausit mortem. Quis est homo, qui uiuet, & nō uidebit mortem? eruet animā suā  
ab inferis? Longe excellentius pro Dei gloria suæq; profectu gratiæ sublatus est de se  
culo, & in deliciarū paradise locatus, quam uti poposcerat, quiescit in domino. Sua tūc  
ille querebat non domini, & ut euaderet mortē, mortis cupiebat subire sententiam. Ma  
D iora de ipso quam uellet dominus disponere cogitans, eidē omnino negavit, quod mi  
nime licebat adhuc. Non igitur ad postulantis libitū, sed id ad dominantis imperiū fiet  
in fine. Qui enim in pondere, mensura, & numero uniuersa disponit, sicut utilia p̄st̄at,  
ita pernicioſa nō tribuit. Hinc est, quod quemadmodum prophetam, quæ necedū lice  
bant, repulit exorantem, sic apostolorum principē, quod non decebat, exaudire nolue  
flagitantem. Dum enim in montis cacumine esset cum domino, trāformatiq; gloriā  
conspexisset spirituali inebriatus dulcedine inquit: Domine bonum est nos hic esse, si  
uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum, & Heliæ unum. Incōgrua fuit  
prorsus ista petitio. Quomodo dicens fuerat, ut mediator noster, qui redēptionis no  
stræ opus completurus aduenerat, qui euangelizatus regnum, sanitates daturus, mo  
riturus pro populo, resurrecturus post triduum, atq; relicts cæteris ad uotum Petri col  
lis resideret in uertice? Dominicae namq; claritatis iucunditate illectus apostolus deli  
cias suas arbitrabatur esse magistri. Socialis immemor boni, uniuersorumq; salutis cari  
tatis mutuæ transgressus est limites. Grande étenim malum priuatus in Petro operaba  
tur affectus. Nondum autem paracliti uirtute induitus ex alto, nec gratiā nouerat, neq;  
Laur. Iustin. sciebat,

sciebat, quod diceret. Sua igitur petitione frustratus cum domino descendit ad Ima. De B  
Paulo autem quid referam, qui quod petiū obtinere non ualuit? Vnde quippe electionis erat, usq; ad tertium cœlū raptus arcana Dei, quæ homini loqui nō licet, audierat, quod prædicabat euangelium, Christo reuelante dicerat, & tamen reuelationum magnitudine, ne supra se eleuaretur inaniter, carnis propriæ colaphizabatur aculeis. Istos aut dū pateretur inuite, ut ab his liberaretur, ter deprecatus est dominum. Suum igitur non auditus ad uotum, quoniā eidē sic expedire sciebat, lesum sibi dicentem audiuit: Sufficit ille Paule gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. Disce qui oras, non indignari contra dominū, si non exaudiris, dū postulas. Apostoli orū utiq; & prophetarū eruditis exemplo, qui quamvis amici Dei, quanquā essent sanctitate conspicui: tamē quod incōsulte petebant, accipere nequierunt. Orationū ergo tuam formet necessitas, humilitas diter, & spiritus flagitet. Triplex funiculus iste difficile ruimpitur. Nempe humilitatē inducit necessitas, humilitas uero spiritū parit. Super quem requiescat (inquit dominus) spiritus meus nisi super humilē, & pauperculū, & tremētē sermones meos. Delictorū C necessitas publicanum dīrexit ad templum, qui humilitate repletus ad cœlum oculos leuare notebat, sed suadente spiritu pectus suum percutiebat dicens: Deus proprius esto mihi peccatori. Tuam igitur & tu paupertatem attende, scelerum qualitatem, eorumq; numerositatem inspice, omissionis pœnam examina, quatenus consequendæ indulgentiæ necessitate compulsus dominum depreceris humiliiter. Illi namq; humiliū ac mansuetorum semper complacuisse probatur oratio. Humilis sis corde, & à tua nunquam mente recedat. Nam etiū temporalibus locupletatus sis bonis, si naturaliū excellētia polles, si spiritualiū gratiarū multiplicitate exuberes, noli altum sapere, neq; alienis te eleuare diuītijs. Iugiter attende quid fueris, ne ignorantia iuri seducaris errore. Super borum te casus terreat, atque humilium te decor alliciat. Sublimis est Deus, & humilia respicit, alta autem à longe cognoscit. Respexit enim humilitatem ancillæ suæ, ut illam fœcundaret gratia, cumularet meritis, gloria sublimaret, disceretq; humana temeritas, quantum Deo grata sit sancta humilitas. Cæterū quamvis ubiq; sit humilitatis censura seruanda, amplissime tamen quum nostras Deo preces effundimus. Quis tremendum diuinæ maiestatis non ueneratur præsentiam, quam angelorum agmina uenerantur & colunt? Quis delictorum fasce depressus iudicantis faciem intueri non pauearit? Publicani humilitas orationi tuæ magisterium præstet. Esto corde humilis, & caritate sublimis. Pharisæi uitato tumorem, ne pari sententia damneris ut ille. Non honoris cathedram, neque terrenum cupias à domino obtainere primatum, ne tanquam indigna repudiata uilescas. Primum (inquit ueritas) quærite regnum Dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiacentur uobis. Non auro, non gemmis, non decoratis palatijs, non agrorum fertilitate, sed humilitate cœlorū poscendum est regnū. Alibi sic te dominus erudit, ut dices: Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum. Non enim regnum Dei (ait Apostolus) est esca & potus, sed iustitia & pax. Vis regnum obtainere cœlorum? Habe pacem, sectare iustitiam, sciens quoniam (dicente Propheta) in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Malus namq; H auditus est, quem non metuit iustus, quod iniquis in fine dicturus est Christus: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Regnum igitur cœlorum non primatum regni postula, quemadmodum iste concupiuit apostolus. Ab humilitate prorsus alienum est cæteros uelle honore præcellere. Quum inuitatus fueris ad nuptias, in nouissimo recumbe loco, ait sapientia patris. Omnium & tute minimū arbitrare, quatenus ab elatione oratio tua sit libera, & conscientia tua à suimet sit æstimatione secura. Tunc inuocabis dominū, & exaudiet te, clamabis, & dicet adsum. Inuocabis inquam, necessitate cogente, & humilitate suadente, & sic exaudieris. Clamabis autem spiritu interpellate pro te, & dominus aderit. Parum utiq; in tua postulatione proficies, si interuenientem pro te in te non senseris spiritū, qui pro sanctis intus intercedere consuevit. Quid oremus (inquit Paulus) nescimus, spiritus autē postulat pro nobis gemitib; inenarrabilib; Vides quoniā spiritus sancti adiutorio indiges, ut postules, quod non noceat, sed quod deceat, quodq; expediatur, ipse nāq; spiritus orantib; nobis nostros erudit cogitatus, informat actus, inflamat affectus, ut non nisi quod licet, postulemus.

A mus. Hanc deprecandi regulam post susceptionem spiritus apostolus dīdicit Iacobus. Hinc est, quod illius assiduitate caritatis incendio flagrans contempsit seculum, prima tum spreuit, tormenta calcauit, bibit calicem, mortem subiit, peruenit ad gloriam, ipso auxiliante, cui illæsam apostolus fidem seruauit, Iesu Christo domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat. &c.

In solennitate beati Laurentij martyris.



Lurimum quidem animi magnanimitate erigimur, ac spei uirtute solida mur, quoties sanctorum martyrum celebramus insignia. Quid enim aliud solēnia martyrum, quām exhortationes martyriorū sunt? Illos nouimus homines fuisse, ut nos, de eadem massa conditos, pati conditione formatos, conceptos, & genitos. Naturam non alteram carnis habuere, quām nos Senserunt utiq; carnis aculeos, innatas concupiscentias, corruptibilitatem corporis, diaboli tentamenta, oblectamenta seculi, inordinatos motus, impudicitiæ ardorem, & huiusmodi milia, quæ de somnis pullulatione proueniunt. Vnde autem illis tam gloriosa uictoria, magnanimitas tanta, atq; inexpugnabile robur? Non utique dixerim aliunde, quām ex illuminatione fidei, ac ueritatis agnitæ scientia certa. Fidei siquidem irradiatione edocti uicerunt seculum, spreuerunt regna, tormenta calcarunt, superauerunt hostes, non exhorruerunt carceres, non ignem, non gladium, non pœnam, nō mortem. Poterant in fidei lumine futuris metiri præsentia, atq; in æternorum concupiscentia flagrare uehementer. Quis rationis compos non commutaret lutum pro auro, pro gemmis petras, pro ornatis ædibus tentoria uilia? Quis inquam, ut immortale acquireret regnum, momentaneam potestatem non fugeret? Quis ut spirituales delicias possideret, uoluptuosas carnis non obhorret illecebras? Deum plane quisquis agnosceret, amori illius uniuersa postponeret, paruipēderet uisibilia, laudabiliterq; odiret se. Quemadmodum ex ignorantia summi boni terrena delectant: ita ex cognitione uilescunt. Da agnoscentem Deum, & inuenies diligentem. Agnoscentem dico non ex confessione labiorum, neq; ex persuasione uerborum, sed per illustrationem gratiæ, ex attractione superna, fide intus operante formata. Hæc namq; est, quæ naturalis intelligentiæ tergit caliginem, fugat tenebras, dubietatem tollit, mētem purgat, depurat sensum, pandit cœlū, referat inuisibilia, futura demonstrat, lites dirimit, ordinat cogitatus, erigit animum, inflamat affectum. Est inquam immortalitatis præcursor, beatæ uitæ præco, inextinguibile lumen, indeficiens gaudiū, fluctuantum fundamentū stabile, peregrinatum auriga, Dei nuncius, & beatæ trinitatis ostensor. Non enim corporis ualeudine, non nobilitate profapiæ, non diuinitarū opulentia, non calliditate ingenij, aut quauis affluentia naturalis doni prærogatur, sed gratis diuinitus, quia gratia uocatur. Habilitatur aut ad id capessendū mēs, quæ ne delinquit, est cauta, ad proximos est beneuola, in ipsorum necessitatibus pia, diuino cultui dedita, timori ipsius submissa, & spei cōceptu solita. Non in fortitudine equi (inquit Propheta) uoluntatem habebit, neq; in tibijs viri psal. 146 D beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eū, & in eis, qui sperant super misericordia eius. Hanc prorsus formatæ fidei claritatem sancti habuere martyres per quam (ut ait Apostolus) lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occidente gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflitti, errantes utiq; in solitudine, & in montibus, & in speluncis, & in cauernis terre. Fide namque certauerunt, fide uicerunt. Certauerunt utiq; scientes, cui crederet, quid sperarent, quid acquirerent. Efficiebantur pro diuinitatis notitia in dilectione fortes, pro spei certitudine alacres, pro mercedis magnitudine in labore constates. Nunquam præsentis uitæ læritiam tanta magnitudine calcassent, nisi alteram beatorem esse certissima definitione sentirent. Futurorū etenim amore succensi, præsentū facile contēpseré blanditiæ, atq; atrocium tormentorum iucūdo animo pertulere sauitiā, dulcedine immortalitatis debriati. Nempe supra naturā operabantur in corpore super cœlestiū mansionū felicitate illecti. Passionis quippe amor resolutionis desiderium naturæ transcendit limites. Neq; uetus docet, nec hortatur ratio, ut pro spe promissionum inuisibilium uelis desinere esse quod es. Nemo uolūtarie relinquit, quod possidet, nisi pollicitatione firmissima teneat longe in melius se esse cōmutaturum, quod deserit. Hinc sanctorū martyrum probatur Lauri, Iustini.

fides, magis nimitas cōmendaſt, ac virtus accrescit. Poterat unico uerbo illatas poenas euadere, præcelsis dignitatibus attolli, carnalibus frui delicijs, & diuitijs abundare terrenis. Vniuersa tamē hæc, ut lucrifaceret Christū, fierentq; perpetua, quā nouerat, felicitate participes, arbitrabantur ut stercora. Præclara igitur nimiūq; credibilia facta sunt testimonia martyrum, qui catholicā fidē prædicauerūt, uerbis approbauerūt, uirtutib. sanguine subscripterunt, cōfirmauerūt morte. Magnus prorsus horū testiū effectus est numerus, & propugnatorū fidelium glriosus exercitus. In ipso siquidem honorabile primatus obtinet leuita Laurētius, cuius hodie meritò solēnia colimus. Hic incōparabilis extitit fæcilitate, amator Dei, imitator Christi, sâctorū uestigia sequēs, pater pauperū, egenorū defensor, seruorū Christi seruus, & honorū omniū sectator præcipius. Attate nāq; quū esset iunior, sensus tamen canos gerebat in corde. Non enim carnis secutus est petulan- tiā, non terrenarū facultatū opulentia, nō sacerdotalis honoris gradū, quin potius corpus ieunij atterebat, uigilijs edomabat, laborib. affligebat, nullā indulgens sibi requie sumebat, sed tanquā athleta fortissimus in pœnitentiæ quotidianæ se stadio exercebat, quatenus glorioſum posset triumphum obtinere martyrj. Cupiebat sane Deo reddere quod acceperat, seq; uiuentē, sanctā, placentemq; hostiā offerre altissimo. Huiusmodi namq; desiderio affectus quū Romanę sedis ad suppliciū traheretur antistes, grādi post tergū proficiscētis uociferatione clamabat. Quo progrederis sine filio pater, quo sacerdos sancte sine diacono properas, quid in me displicuit paternitati tuæ? nunquid degenere me probasti? Experire certe, utrū idoneū ministrū elegeris, cui cōmisiſtī dominici sanguinis dispensationē. Cui cōſummādorum consortiū sacramentorū credidisti, huic sanguinis cōsortiū negas? Nēpe sanctus hic perspicuo cœlestis patrie irradiabat splendore, dum impellente nemine, nulloq; interrogāte, seipsum carnificibus spōte pādebat. Fidelis quippe inuētus in modico, præstātiora à domino accipere cupiebat. Preciosam in agro domini repererat margaritā, quā ut sibi uendicaret in propriā distractis omnib. emere satagebat. Hinc est, q; ecclesiæ thesauros, quos erogādos pauperibus acceperat, dispersit abunde, quatenus expeditius proficiceretur ad pugnā, eiusq; iustitia maneret in ſeculū ſeculi. Nouerat edocetus in fide, q; quicquid donatur pro domino, per egenorū manus deferēt in cœlū. Sciebat inquā dixisse Apostolū: Qui parce seminat, parce & metet, & q; seminat in benedictionib. de benedictionib. & metet. Optimus q; terre cultor fuit illā honorū operū ſeminib. replēs, atq; cōcupiſcentiarū purgans aculeis, ut cētu plicatū in eterna patria recipere fructū. Qui enim hic laborare neglexerit, nec spiritu libus in praesenti, neq; perpetuis in futuro poterit locupletari diuitijs. Nā etsi nō ſint cōdigne passiones huius tēporis ad futurā gloriā, q; reuelabitur in nobis, à nobis tamē forti animo tolerādē ſunt. Indignū nāq; eſt, ut gratis merces ſempiterna donet. Si enim q; momētanū eſt, periculis emitur, ac laboriosa ſolitudine poſſideſt, q; caret fine, & humānū ſupereminet ſenſū, atq; beatū eſt, torpentib. tribuetur. Pudeat prorsus Christianū crucifijo domino militante abſq; ſudore certaminis triumphū reportare pugnatiū. Duce ſuum aſpiciat, eius cicatrices tangat, utriusq; hominis dolores agnoscat, paſſionis intelligat cauſam, quatenus euigilet ad gratiam, animetur ad bellum, roboretur in poena, eleuetur à carne, conuerſetur in ſpiritu, ſequatur exercitum, perueniat ad coronam. Leuitæ quoq; Laurentij imitetur exemplū, qui pro ſuī cōditoris amore probatus fuit in uitā, uifitatus à gratia, exanimatus in poena. Militis huius quis ſufficit enarrare præconia? Caritatis eius quis ualet explicare feruorem? Iam enim manens in carne, carnis nil ſapiet in mēte. Totus ferebatur desiderio ad ea, quæ uidebat in fide, cōtēplabatur animo, dilectione guſtabat, ſpe tenebat, amplectebat amore. Hic tāto cū ſtudio martyrū circumſbat cryptas, ſanctorū lauabat pedes, cæcorū aperiebat oculos, lucrabatur animas Christo, atq; flagrabat ardore martyrj. Sicq; desiderij ſuī compoſ effectus eſt, à militib. tentus, carceri mancipatus, diſtentus aculeo, fustibus cæſus, lanūtus uerberibus, affatus incendio. O martyris constantia omni honore colenda, quæ tanto uigore emicuit, tantaq; uirtute profecit, ut immaniflmis nequaquam ſupplicijs cederet, nec atrocibus ſlechteretur poenit. O beata mens sancti, quæ ſe odiendo dilexit, ſe perimí permittēdo ſalutavit. Odiuit animam ſuam, quatenus in uitam illam custodiret æternā. Trahebatur prorsus fide, impellebatur caritate, propterea ignem igne, & amore ſuī conditoris ſuprabat

A rabat amore. Flammis quippe iniectus feruentissimo flagrabat affectu. Vehementius namq; longeq; ſuauius caritatis quam materialis ignis urebatur incendio. Habet enim calorem ſuum diuinus amor, qui nulla ualeat aquarum inundatione extingui, quemadmodum in Canticorum legitur cantico: Fortis eſt (inquit) ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atq; flamarū, aquæ multæ non potuerunt extingueſ caritatem, neq; flumina obruent illam. Hic plane ignis almus eſt, quem Christus misit in terram cupiens uehementer accendi, qui ſuper diſcipulorum illapsus eſt corda, mundumq; totum ſuo calore compleuit. Huiusmodi Laurentius accensus eſt martyr, cuius nimio ardore caleſcens exterioris ignis non ladebatur incendio. Sic enim in craticula poſitum ipsum dixiſſe cognouimus: Disce miser, quia carbones tui mihi refrigeriū præſtant. Tantis ſiquidem ueræ dilectionis ferebatur uotis, tamq; ignito patiendi pro Christo deſiderio angebat, ut pro illatis ſupplicijs refrigerium percepiſſe ſe diceret. O præceps amor, ô caritatis uehementia, quam noſtra ignorat ætas, penetralia noſtra non ſentiuſt. Iſte à cordib; noſtri alienus eſt ſyncerus affectus, uiget in nobis ô quoties cupiditatis flamma, æstu libidinis, & furoris incendium, quibus igniculus noſtræ caritatis excutitur. Volumus plane exuberare diuitijs, carnis abundare delicijs, atq; paſſionum noſtrarum motibus aſſentire. Non ſic nos docuit Christus, ſuo nequaquam ſic erudiuit exemplo. Beatos dicit pauperes ſpiritu, pacificos, nec mi- Math. 5 nus corde, quam corpore mundos. Cupiditatis itaq; flammati miles Christi quisque fidelis eleemosynarum largitione compescat, ſensualitatis petulantiam carnis maceratione caſtiget, censura uero uirtutum incompositos animi reſtringat impulsus. Inſigne quippe martyrj genus eſt uitiorum cohibere motus, atq; cupiditatum reſecare pruitus. Beatus (inquit Propheta) qui tenebit, & allidet paruulos ſuos ad petram. Stet igi tur in ſua cuſtodia mens, omne quod aduersatur Deo, ex ſe eradicare conetur. Poterit namq; facile corporis ſuperare ſupplicia, ſi ſuimet uendicauerit dominatū. Nam quemadmodum mentis, quam corporis laboriosior eſt pugna, ita gloriosior apud Deum cenetur eſſe uictoria. Vtrocq; autem modo certando immortalitatis coronam Laurentius adeptus eſt martyr. Ipsiſus igitur ſicut concupiſcimus gloriā, triumphum colimus, mirramur constantiam, ſic imitemur & uitam, quam etiā non ualemus ad plenum, nec paſſione poſſumus, ſequamur tamen uotis. Nobis pius aderit dominus, qui uires penſat, atq; remunerat deſideria Ieſus Christus dominus noſter, qui cum patre & ſpiritu sancto uiuit & regnat Deus in ſecula ſeculorum. Amen.



In assumptione beate Marie virginis.  
N hoc labenti discriminosoq; peregrinantes ſeculo ecclesiæ ſancta mater, noſ ſemper nos fouet affectu, quippe quæ ſponſo ſuo immortali per regenerationis nos genuit lauacrum, & acceptabilem fecit populum honorū operum ſectatore. Nouit plane ipſa, quid fuerit, & ex ſuī experientia membrorum debiliū infirmitatē agnoscit. Exitit aliquando illa longe à Deo, à gratia aliena, excluſa à regno, atq; à ſanctorū angelorum ſegregata cōſortio, ſed abluta eſt, ſanctificata eſt, ac per pacis ſeedus ſponſo copulata cœleſti. Quāobrē nō ignara ſuī, nec ingrata Deo, neq; percepte miserationis oblita, quantū ualet, artis laborat ingenio, ut delinquentiū corda relipſcat, corrigantr metu, uel dilectione trahantur, ſeu æterni prämiij magnitudine excitetur. Hinc eſt, quod resolutionis corporis, uisionis dæmoni, futuri iudicij, inferni cruciatus, gehennæ inextinguibilis, desperationis uenia, perpetuæq; mortis terrorē ingerit delinquentibus. Non quidem ut confundat, quos diligit, ſed ut emenderet moribus, exhibeat ſanctitati, reſtituat gratiæ, conuersos reddat, atq; ad ſenſum reuocet ſpiritus, ac deuotionis guſtum, qui ſolo carnis ducuntur affectu. Verū quoniā nequaquam hēc ſemper, neq; omnibus uniformiter proſunt, diebus ſingulis reme morare nō definit, quanta humanū genus omnipotens pater diligt caritate, qualiterque ob nimium ſuī amore unigenitum ſuum in ſimilitudinem carnis peccati misit in mun- dum, quatenus de peccato diſminaret peccatum, & per crucis patibulum amicos faceret, quos in obedientia originalis culpa constituerat inimicos. Etenim quū hoc ſupra natu- rae meritum ultra opinionem humanam, angelicisq; ſpiritibus mirandum eſſe cognoscat, propterea tamen frequenter proponit ecclesijs, populis recitat, & audientiū au-

tibus infundit, quatenus eorū corda sancti amoris urantur incendio. Quē (oro) dilectio & ne nō accendat mediatoris exhibita caritas, & assumptæ humanitatis profusa benignitas, atq; perpeſſe paſſiōis incōparabilis cruciatus. O sincere amor, o affectus sp̄otanee, o amabilis dilectio redemptoris. Hæc plane spiritualia salutis sunt semina, quæ in agro humanae terre sparsisti in culto, ut tibi & laborantibus pro te iustitię fructificet germen. Hæc inquā sunt accensæ faces ignis Sion, cuius caminus est in Hierusalem, quem in membrata misisti terrā, ut fortiter arderet. Hoc igne interiora nostra cōple, ut os repleatur fraude, canterq; tota die magnitudinē tuam, & gloriam tuam. Cor aut̄ iubilatione perfusum amatoria uota admirationis & exultationis sine intermissione depromat, Isto utiq; calore sancto ure renes nostros, carnisq; incendium, quatenus tibi cœlesti placeamus sponso, tecq; diligamus, sicut nos amare iussisti. Sanctos quoq; tuos, & eorum contubernium, necnon illorum age, ut concupiscamus & gloriā, quemadmodum & Iponsa tua, mater (uidelicet) nostra nos quotidianis exhortationibus animatur. Ipsa nempe est, quæ nos in te tenerrime diligens rediuuā spiritualium gaudiorū materiam subministrat. Egitur sancto nobis proponens solennia, quatenus eorū uita excitati & meritis eosdē nō pīgeat imitari, quos colimus. Inter præcipua igitur festa, quæ sancta ueneratur ecclesia, hodierna noscitur esse celebritas, in qua gloria Dei genitrix carnis relicto tētorio ad sidereum cœli prouecta est palatum. Maximā prorsus ingerit de hac solennitate laetitiam, dum illa, quæ nobis edidit salvatorem, tantam salutis consecuta est gratiam. Quāvis enim iucundissimis quotidie delitijs spiritualiter pasceretur, tametsi donis cœlestibus incōparabiliter ditaretur, his supereminet, quod accepit, quippe quæ ambulabat per fidem, meruit speciē, & quæ in passibili corpore peregrinabatur in terris, hodie cum ingenti gaudio triumphauit in cœlis. Porrò quod concupierat uidit, quod quæsierat tenuit. Vedit inquā non per speculum in ænigmate, neq; mortali carne uelatum, sed facie ad faciem immortalitatis candore uestitū. Tenuit autē cordis brachijs, & pñ amoris amplexibus, quæ quæsierat mente naturali impellente affectu, habita conuersatione excitante, ac spiru interius dirigente. Nam nullus (ut arbitror) ardorē uirginis sufficit G explicare, quanto desideriorū cremabatur incendio, quām crebris suspirijs angebatur, quām uisuauissimis cogitationibus exercebatur. Detinebatur tantū in seculo corpore, affectu aut̄ & mente cōmorabatur in cœlo. Ibi erat uotis, ubi unicum suum filium esse nouerat, ubi fruitio eius habetur in idipsum, ubi beatorū spirituum frequentia in laudē conditoris intendit. Nec ab re. Censemendum est iugiter nedum angelica, uerum etiam filij uirginem fretam esse uisione, atq; exultasse colloquio, tanquam sanctitate præcipua insuagnitā, diuinaq; caritate succensam, ac continua supra sementis contemplatione prouetam. Illi etenim cœlestis uisio debebatur, cui incōparabilis gratiæ inerat plenitudo, ple na deuotio, ardor continuus, ac puritatis delectabile bonum. Quamobrē resolutionis carnis imminentे articulo, sicut ab omni mentis & corporis corruptione extitit libera, ita & à mortis dolore aliena. Nequaquam habuit, quod metueret. Non adfuit qui se illi opponeret inimicus, nullusq; terreni amoris impulsus, qui uirginis egredientē animam retardaret. Quomodo formidare poterat, quæ genuit Deum, pacem præstithit mundo, H & gaudium immensum intulit cœlo? Totus quippe (ut creditur) festiuus angelorum, ar changelorum, cæterarumq; uirtutum Deo famulantiū eidem occurrit exercitus. Ibi plāne, ubi uirgineum corpus exanime iacens dormitionem acceperat, suavis cōcentus, iucunda laus, harmonia cœlestis, exhortatio mutua, cōgratulatio hilaris, obsequia sancta, insuerat atq; honorabiles celebrabant exequiæ, ad quas minime duodenus apostolorū defuit chorus, patriarcharum cœtus, numerus prophetarum, & cum cantoribus Hierusalem egregius Psaltes, qui uniuersi modulatione quām maxima, ac exultatione iucunda citharas percipientes puritatū uirginæ dulcisona carmina proferebant. Aderat præcipue Gabriel cœlestis paranymphus fulgens & latus, qui Marię desideratissime inten debat honori. Totus quidem ignitus & feruidus, supra modum exultans & plaudens, undiq; discurrens uniuersos hortabatur ad uirginis festum, ut occurserent ei, suscipient, uenerarentur & colerent. Nouerat in illa candorem uirgineum, priuilegium sanctitatis, gratiæ plenitudinem, & fœcunditatem prolis. Sui in ipsa pudicitiæ uenerabatur thalamum conditoris, suumq; in ea laudabat dominum, Vniuersi deniq; filio defentes

A rentes matrem, quæ poterant, uirtute colebant. Supernorū igitur hæc uirgo ciuium uallata præsidio cœlestis patriæ læta domum ingreditur. Eadem quippe sic feliciter ascende nte assistentium angelorum factus est sermo admirantium, atq; dicentium: Quænam est ista, quæ candidatorū agminum fulta comitatu ascendit ad nos, quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinatas. Nulla præter eam, quæ humani generis protulit redemptorē, de qua uerbum caro factum est, tali honore noscitur digna. Illi prorsus, quæ uentris sui foetum mortalium Deo reconciliauit speciem, & antiquæ ciuitatis Hierusalē collapsa restaurauit membra, numerumq; redintegravit nostrū, singularis illa debetur sedes, quæ maximè gloriæ irradiata fulgore omnem angelicam supereminet dignitatem. Hanc tanquā uirgulam sumi ex aromatibus myrrha, & thuris, & uniuersi pulueris pigmentarij ascendentem, delicijsq; spiritualibus affluentē honoremus pro posse, illics procedamus obuiam, ac gratiarum actionis debilitum persoluamus affectum. Genitricem mox ut filius ascendentem uidit, eam officio B issimme salutans inquit: Veni de Libano mater mea, columba mea, immaculata mea, for mosa mea, suauis & decora tanquā Hierusalem. Coronaberis de capite Amana de uerice Senir & Hermon, quoniam olim uulnerasti cor meum soror mea, & sponsa in uno oculorum tuorum, & in crine colli tui. Veni inquam, & paratum tibi ab origine mundi percipe thronum. Me quidem suscepisti in te, me concepisti, & genuisti de te, tuo me laete nutristi, mihi piæ deuotionis affectu humanitatis obsequia præbueristi, tuæq; mentis templum impolluto decore seruasti. Quare & tu ingredere nunc in unici tui gaudium, agnosce quem peperisti filium, contemplare diuinitatis meæ gloriam, sublimitatis excellētiam, & humanitatis, quam abs te habui ineffabilem gratiam. Thronum paratum, conscende, coronam gemmis ornatam suscipe, stolaq; immortalitatis te indue, ut merito sublimeris in me, quæ me præcipuo dilexisti caritatis affectu. E quidem uolo ubi ego, ibi & tu, eademq; fruaris gloria, quamquam aliter. Satis uota tua distuli, satis te à regno meo abesse permisi. Nō ut te negligerē, neq; ut desideria tua contemnerē, sed ut cumularem merita, affectum ascenderem, posterisq; in te exemplum patientiæ demonstrarem. Nunc autem certaminis tui feliciter consummato agone, ideo humanitatis uolui ut redderes debitum, quatenus uenires ad me, amabilisq; genitoris mei te exhibere præsentia. Ipse enim pater amat te, te singulari caritate cōlectitur, æternisq; imperiū sui potentiam tibi revelata uisione insinuate dignatur. Et uirgo: Vnde hæc (inquit) mihi, ut Deus & dominus meus tanto cum honore ueniat ad me? Quid meruit quid egi? Quo interueniente, quo interpellante factum est hoc? Fœminei sexus supereminet dignitatem, humanæq; naturæ transcendit metas. Nunquid Abraam patre nostro, cæterisq; partibus maior sum, quum illorū nemo in transitu suo talia noscitur percepsisse obsequias. Sufficiebant prorsus humilitati meæ abs te olim impensa beneficia. Sufficiebant saltus nunc angelorum solatia, ut ipsi me assumerent, tuoq; offerrent conspectui. Vt quid ad ancillam dominus, & ad creaturam creator accedere dignatus est? Nam etsi tibi ex carnis substantiam ministravi, quamuis humanitati tuæ famulata sim, alimoniasq; corporalis uictum præbuerim, tuæq; iuxta paruitatis meæ uirtutem in cunctis obtemperauerim maiestati: te tamen Deum meum, plasmatorem meum, redemptorem meum, regem meum, & dominū meum, quanquam semper, nunc uero ardenter, humiliusq; consiteor, ueneror, atq; adoro. Feci olim, quod debui, & ultra meritum recepi. Certè si omnes artus mei uerterentur in linguas, si creaturarum uniuersitas, ipsaq; angelorum agmina exhibitæ in me caritatis pro me gratiarum actionis uota persoluere conarentur, debito minus agerent, quoniam, quod in utero meo sis conceptus, à me alitus, creditus mihi, mecum conuersatus, obedientiæq; meæ subiectus, omnem humanum ac angelicum supergreditur sensum. Cæterū ad culmen perfectæ dilectionis, gloriæq; triumphū, nunc quoq; in præclaras mansiones cœlitanto cū honore me prouehis. Quid igitur retribuā domino pro omnibus, quæ retribuit mihi? Consuetæ utiq; humilitatis abs te erudita eloquia sumā. Non reclamabo, nō renitar, sed reuerendo quadam mentis assensu uoluata, tuæ annuens, eademq; quando te genui, protuli uerba, nunc repeto dicens: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum. Factum interim erat silentium magnum in cœlo, dum filius ad matrem, & mater loqueretur ad filium. Vniuersorum intende bantes,

**A**ures, singulorūq; admiratione suspensa habebatur intentio sc̄re cupientiū, quæles sp̄i. **G**rituales amborū essent sermones, quidē de cætero ageretur de filio. Nō enim huiusmodi locutio per corporis organū seu linguae officium, sed per spiritum in spiritu spiritualiter proferebatur. Vix sancta Dei genitrix uerba finierat, & ecce honorabiliter, & cum exultatione cunctorū exaltata est super choros angelorū in cœlestia regna. Supra omnem inquā principatum, & potestatē & uirtutē eleuata est uirgo, tantoq; dignitate cæteris est effecta excellentior, quanto propinquior erat uerbo. Tunc una omniū in cœlo uox est facta lœtantiū atq; dicentium: Benedictio, claritas, sapiētia, & gratiarū actio, honor, uirtus, & fortitudo Deo nostro sedenti super thronū & agno, qui genitrici suæ incomparabilis pulchritudinis cathedram prærogauit. Porro pro honore sanctissime uirginis tota ciuitas illa repletur gaudio, dies letitiae agitur, nullusq; à uirginis laude reportar extraneus. O qualis admirationis iubilus, quantus amoris clamor, quām ignitus uenerationis affectus compleuerat uniuersos per plateas & uicos Hierusalē. Mariae prædicabantur præconia, innotescerat gratia, patebat gloria, ac nomen personabat. Nemo inuidiebat illi, quoniam ab eius beneficijs nullus reperiebatur immunis. Fructus quippe uentrīs Mariæ ciuitatē illam fundauerat sanctitate, exultatione, & iubilo, adeò ut sicut lœtantium omnium ipsa habitatio fieret. Meritò quicquid honoris, quicquid felicitatis habebatur in singulis, totum exuberabat in uirgine. Hauriebat enim de fonte uitæ uerbicq; cellario, in quod introducebatur ut sponsa, nonnulla contemplationis solatia, quæ angelos cunctos latebant & sanctos. Hinc sanctorū admiratio de Maria. Hinc angelorum cōgratulationis affectus effundebatur ad uirginem, sicq; eadem quemadmodū in omnibus, ita lœtabatur in singulis domini inenarrabili iubilatione collaudās. Nos itaq; in hac lachrymarū exulātes ualle pia cum deuotione clamemus ad uirginē. Ipsam in eius celeberrima solennitate prosequamur uotis, sociemus in canticis, laudibus effera- mus, quatenus agnoscat mater filios, libera captiuos, delicijs cœlestibus impinguata fa- melicos. Conuertat misericordes obtutus suos ad miseros, deprecetur ueniam, & offensi filii iustitiam flectat ad gratiā, donet filius matre pro nobis interpellante iustitiam, spei G præstet fiduciam, spontaneæ seruitutis amorem conferat, & pium præroget synceræ ca- ritatis affectum, quo dīrigente & deducente pertingamus ad ipsum, qui hodie genitri- cem suam immortalitatis stola, & diuinitatis sublimauit honore. Hoc facile obtinere ua- lebimus, si interuenientibus eius meritis illius sectati fuerimus puritatem mentis, & cor- poris pudicitiam, sanctimoniam uitæ, & fraternitatis amorem. Ista sunt, quæ placent Deo, reformant mores, homines immutant, eleuant de imis, & collocant in excelsis, ubi uirgo uirginum lœtatur cum filio, gloriatur in filio, & pro uniuersa ecclesia filium deprecatur Iesum Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat in secula. Amen.

In solemnitate sancti Bartholomai Apostoli.

**P**eregrinantibus nobis, & ad culmen perfectionis anhelare debentibus summi opere uigilandum est, quatenus spiritualibus reiectis oneribus festi no gradu ad destinatum nobis propositum pertingamus. Facile quidem corpore succumbit & mente, qui grauatus sarcinulis petere alta conatur. Sunt etenim onera quædam ambulantibus in spiritu ualde contraria, quæ omnino abiicienda sunt, atq; uitanda. Magistrum ueritatis audiamus dicentem: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quo autē modo, quōue affectu eundem nos imitari de- ceat, inquit alibi: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Evidem his paucis ascendendi ordinem, omnemq; perfectionis in- stituit regulam, adeò ut aliunde nil inuestigare expediat. Hæc sola militantibus Chri- sto Deo appropinquare uolentibus insidet menti, informet affectū, componat actus, & profectum sapientiæ intelliget instruentis. Habet quippe penes se perfectionis peri- tiam, quā optimè nouit in uerbo, & consummauit exemplo. Vtruncq; syncero congruit eruditori, ut sanam (uidelicet) doctrinā auditoribus proferat, atq; proficiat opere quod uerbo reuelante didicerit. Ad hoc autē quis idoneus? Quis tanta præclarus sanctitate, ut nihil agere prætermittat horū, quæ agenda esse cognovit? Multi prorsus multa facienda

Math. 19

Luc. 9

**A**sciunt, pauci quæ nouerunt, consummare conantur. Nullus autē cuncta bona, quæ recte intelligit, ualeat implere. Omnes ( inquit Propheta ) declinauerunt, simul inutiles facti **Psal. 13** sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad unum. Cæterū ut uniuersos sub uno agno- scas, prædicatorem audi eximium, qui alijs uerbum admonitionis pronuncians, ne effi- ceretur reprobus, corpus suum castigabat, & in seruitutem spiritus redigebat, quid de- seipso dicat: Nam uelle ( inquit ) adiacet mihi, perficere autem bonum nō inuenio. Non **Ro. 7** enim quod uolo, bonū hoc facio, sed quod nolo, malum hoc ago: condelector enim le- gi Dei, secundū interiorē hominē, uideo autē aliam legē in membris meis repugnante legi mentis meæ, & captiuantē me mihi lege peccati, quæ est in membris meis. Quāobrē hanc suæ infirmitatis impotentia ingemiscēs ait: Infelix homo quis me liberabit de cor- pore mortis huius? Nemo igitur tam eruditus agnoscitur, tamq; perfectus, ut opere ua- leat exercere, quod didicit intus. Hanc solus inter homines prærogatiā meruit media- tor Dei & hominū homo Christus Iesus, qui quāuis carnē sumpserit de Adam, non ta- men traducē habuit de Adā. Iste de spiritu sancto absq; uirili cōceptus semine nec in car- ne habuit, quod rebellaret spiritui, neq; quicquā in spiritu, quod resisteret Deo. Totus fuit sanctus, totus mundus, ac mundans immundos. Omniū perfectam possedit scien- tiā, nilq; quod Deo placeret esse faciendum, agere desit. Porro magister summus fuit & doctor, qui quęcunq; audiuit à patre, nota fidelibus fecit, ipsiusq; uoluntati semper in omnibus obediuit. Solus itaq; magister tenet arcem, qui omnem perfectionis discipli- nam uerbo insinuat & actu, unde & discipulis ne falsum seu imperfēctum docendi no- men appeterent, inquit: Nolite vocari Rabbi, unus est enim magister uester Christus. **Matth. 23** Vnus quippe, quia unice plenam instruendi sufficientiam adeptus est. Propterea eo- dem baptizato prius quām prædicationis initiatet officiū, coelis apertis, descendenteq; spiritu uox desuper patris intonuit dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi be- **Matth. 3** ne complacui, ipsum audite. Illum igitur audiamus & nos, qui peregrinantes in corpo- re etiā à domino peregrinamur in spiritu, quatenus opere peragentes quod docet, abiij- **C**ciamus onera deprimentia & labores noxios, pertingamusq; ad patriam nostram cœle- stem Hierusalē, ubi noster uerus est pater, lata possessio, lœtitia sempiterna, summa tran- quillitas, grata societas, beata fruitio, & ineffabile bonum. Illuc plane nemo temporaliū depressus amore ualeat ascendere. Proinde dominus, qui ascendiſſet docturus in mon- te, uelletq; cœlestis disciplinæ instruere normam, non aliunde quām à contemptu terre norum exorsus est dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorū. **Matth. 5** Bona quippe paupertas est, quæ diuitijs replet, libertatē præstat, imitatur Christum, pe- regrinantes comitatur, perfectionis referat iter, atq; cœlorum regna meretur. Nullus si- ne paupertate spiritus perfectionis brauium possidebit. Hanc si obtinere desideras, uen- de quæ habes, egentibus tribue, ut Christum absq; retardatione sequareis. Grauem prori- sus a te reūcies fascem, si temporalium administratione carebis. Verum si hoc minime potes, earum affectione te priua, ut expeditus mente gustum paupertatis spiritus asse- quaris & gratiam. Cæterum si perfectionis nequis inchoare primordia, cursum illius qualiter abnegabis? A te diuitiæ & quibuscumq; temporaliter uteris, aliena noscuntur. Disce igitur parua deserere, ut etiam uales abiecere, te ipsum: **Tit. 2** Si quod à te alienum est, non uales abiecere, te ipsum: qualiter abnegabis? A te diuitiæ & quibuscumq; temporaliter uteris, aliena noscuntur. Tibi: utrumq; si cupis esse perfectus, tibi mandatur à domino. Relinque propria, ut abne- ges te, & suave temetipsum Christo exhibeas sacrificium. Maius domino non poteris offerre libamen, quām si te ipsum syncero corde obtuleris. Tribue igitur Christo, quod percepisti ab illo, imo longe præstantiora ab eo accépisti, quām exigantur à te. Nem- pe qui tibi ipsi creando te præstitit te, etiam pro te moriendo largitus est se. Aposto- lum ista recolentem audi: Apparuit ( inquit ) gratia saluatoris nostri Dei omnibus homi- **Tit. 2**nibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria sobrie & pie uiua- mus in hoc seculo expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & salua- toris nostri Iesu Christi, qui tradidit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Repende igitur uices ei, qui dedit se, ut te reuocaret ad se, qui fecerat te. Verum si nun- quam seipsum tradidisset pro te, nunquid non illi debes te ipsum, qui condidit te?

Tuum

Tuum nūl præstas, quum donas te. Reddis nanqe depositum suum domino, quod tibi proprierogauit ad tempus. Da gratis atqe uolenti animo, quod (uelis nolis) dabis in posterum. Nunc quidem pro dato mercedem accipies, in futuro autem reprobatione perpe-tuam. Porro cōmutabis in melius, quod tribues sponte, indeqe uitam consequeris æternam. Felicius quoqe te ipsum abnegando possidebis in Christo, quām si te tibi custodi-re uolueris. Cæterum quomodo te conseruare sufficies, qui sensu cares, uirtute deficis, & à te boni quippam cogitare non uales? Tempora discute præterita, & qua sanctitate quāue puritate mentis & corporis te tuo redemptori seruasti, metire prudenter. Nem-pe eo magis degenerasti à patre superno, te elongasti à patria, te hostibus subdidisti, quo sollicitus tui iuris esse uoluisti. Memento (quælo) adolescentis filij, qui petito patri-monio se absentauit à patre, ut libertate propria frueretur, quid acciderit ei. Nonne ha-reditate consumpta atqe inopiam passus porcorum siliquis se saturare quærebatur? Ad se igitur reuersus humiliter deſjt esse, quod fuerat, se abnegauit prudenter, genitorisqe se substrauit imperio dicens: Peccauis in cœlum & coram te, non sum dignus uocari filius. Factuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Vidēsne quantum libertas, quantum ei ob-fuit possidere se ipsum? Nempe quum abnegare se cœpit, stolam primam, in manibus anulum, calcamenti in pedibus, & saginatum in coniuio uitulum habere promeruit, sicqe ad se reuersus factus est proprius, qui eousqe longe progrediens extiterat alienus. Quamobrem adolescentuli huius eruditus exemplo assuefecit redire ad te, atqe habitare tecum. In te spiritualis est lucta, in te certamen geritur, in te sentitur & gratia. Nunquam abnegare perfecte te poteris, nisi tecum delectabiliter habitare didiceris. Tuas quomo-do concupiscentias abnegare ualebis, si nescieris, uel tecum cōmorari neglexeris? Verum si horum neutrum perficere quibis, qua (oro) uirtute tolles crucem tuam, ut sequaris & Christum? Gradus quosdam spirituales tibi construxit sapientia, quatenus per eosdem ad perfectionis cōscenderes arcem. Ascensionis huius initium est, ut relinqua-tua, quo quietius habites tecum. Tecum autem habitare uoluit, quatenus in te spiritua-liter discas abnegare te ipsum. Hoc nempe si peregeris diligenter, interioris pacis atque Gloriae uirtutis illektus dulcedine magni æstimabis crucem tollere, & ire post Christum. Ha-sunt ascensiones in corde spiritualium hominum in hac lacrymarum ualle peregrina-tum positæ, quæ perducentes de uirtute in uirtutem perfectum efficiunt ascendentem, ac dei uisione dignissimum. Per istos gradus apostoli apostolici peragrarunt uiri, qui cōunes hominum semitas deserentes, uia regia imitati sunt dominum. Horum unus-beatus extitit Bartholomæus. Porro quum temporalium diuitijs, corporis uoluptati-bus, dignitatis celitudine posset affluere, contemplit omnia, ut uerus Christi efficere-tur discipulus. Cælestes quippe terrenis & caducis æterna præposuit. Sic enim expedi-tus in seculo facultatibusqe nudatus præceptoris sui famulando imperijs utroqe homi-ne secutus est illum. Tanta siquidem dilectionis eidem inhæsit constantia, ut nullo per-secutionis emergente articulo se ab illo segregare ualeret. Hinc à Christo commenda-tus audiuit: Vos estis (inquit) qui permanistis mecum in temptationibus meis, & ego dispo-no uobis, sicut disposuit pater meus regnum, ut edatis & bibatis in regno meo, & sedea Habentis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. O fidelis saluatoris promissio, ô re-muneratio locuples conditoris. Reliquit apostolus iste, quod possidere non poterat, & cœlorum consecutus est regnum, honoris primatum in seculo habere neglexit, & iudi-ciariam in seculi fine sortitus est sedem. Tantam deniqe æterni regis sortitus est gratiam, ut in sui solennitate martyrij omnis fidelium cōuentus exultet in domino. Hodie nanqe in uniuersa ecclesia iura silent, lites quiescunt, artifices uacant, panduntur tempa, con-currunt populi, chorii concinūt, pauperum turbæ lœtantur, nulli seruili operi intendere licet, quatenus omnibus liceat gloriosum sancti huius celebrare triumphum. Nunquā tantum illi præstare potuisset hic mundus, quantum eidem moriendo pro fide largitus est Deus. Hoc in spiritu Prophetæ prænoscens iucunda modulatione affatus est dicens: Psal. 138 Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Nimis prorsus iste honoratus est sanctus, qui de innumerabili hominum multitudine electus à domino apostolatus adeptus est gloriam, factusqe est lux mundi, sal terra, ecclesiæ fun-damentū, iudex seculi, ueritatis præto, discipulus Christi, & ad se confugientium inter-uentor

A uentor optimus. Vbiqe inuocetur, exorantē audit, uotis annuit, præbet suffragium, impetrat ueniam, sanitates donat, & beneficia confert, ipso nimirū præstante talia, qui in suo honoratur apostolo. Non enim in apostolo auxilium imploramus apostoli, tan-quam sit ipse, qui tribuat. Omne datum optimū (inquit Iacobus) & omne donum per-fectum de sursum est descendens à patre lumínū. A Deo utiqe cōsequimur, quicquid utile & sanctum est, atqe salutis nostræ proficuum, pro nobis tamen interpellantibus sanctis. Intercessores nostri sunt ueluti amici Dei coniuncti uerbo, à peccatis liberi, & glorificati cum Christo. Facilius pro nobis ualent impetrare, quām nos qui coinquinati sumus in luto, erramus in exilio, periclitamur in scelere, iugiterqe decidimus à salutis itine-re. Quamobrem omnino sanctorum patrocinij indigemus, eorum præcipue quos ele-git Christus, cōmendat gratia, suscepit & gloria. Ad te igitur ô Bartholomeæ apostole configum facientes tuam precamur sanctitatem, ut uota nostra admittas, impetres ue-niam, ut ualeamus adipisci indulgentiam. Nempe imbecilles sumus, & ad id promeren-dum minus idonei. Pauet conscientia, spes fluctuat nostra suorum conscientia delictorum. Cæterum caligat internus obtutus, nec in lumen maiestatis audet aspicere. Quem enim agnoscit contempisse patrem, formidat iudicem. Eapropter ô sanctissime fraternitatis amore permotus, diuini honoris zelo succēsus, pro nobis precursor accede. Accede in- quam antequā misericordia sol occidat super nos, & inuoluamur in tenebris, deficiatqe salutare præsidium sedentibus in regione umbræ mortis. Nempe exitus nostri præoccupante nos termino quis aderit? quis nos reuocabit ad sensum, excitabit ad compunctionem? & sicut decet, reformabit ad gratiam, quum penè in horæ illius articulo lan-guente corpore faceat mens, periclitetur spes, & omnino torpeat affectus. Consueverunt etiam tunc tartareæ potestates insistere persuasionibus, fraudes componere, terro-res immittere, cōmouere certamina, quatenus egredientes de campo ualeant secum tra-pere, mactare, & occidere. Horum igitur ut superare possimus insultus, atqe resolutio-nis corporis anticipare terminum, tu ô apostole Bartholomeæ pro nobis gratiam im-precare, ut mutemus in melius, quæ ignorantis delinquimus, atqe mellifluam nostri redemptoris agnoscamus largitatem, quæ nos trahat ad se, suscipiat, & accendat, quatenus sincero corde famulemur ei, qui nos cōdidit propter se, dignosqe nos faciat tuus in-teruenientibus precibus uiuere sibi, & occumbere pro se, qui propter nos mori digna-tus est Iesus Christus dominus noster, qui cum patre, &c.

In nativitate gloriosissime virginis Marie.

**P** Eriti consueverūt artifices post diurnam artis suæ exercitatione, præcipu-ac singulare aliquod fabrefacere opus ad perpetuam magisterij sui memo-riam, quatenus quod nō ualeat lingua, inspecti operis elegantia manifestet. Indirecte quidem etiā scelesti homines immortales fieri concupiscunt. Hinc est, quod posteritatem sibi habere uolunt, ampla ædificia construunt, ponunt signa sua signa, ut in generationibus sibi succendentibus, eorum (si fieri possit) memoria cele-bris habeatur. Decipiuntur prorsus hi, quoniam super laborem aquam ædificare co-nantur. Audiant, id qualiter perficiatur, Prophetam dicentem: In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Iustitia igitur pro diuinitatis amore sectetur, qui in cœlorum regno cupit esse perpetuus. Nam quemadmodum cadenti quisquis inhæ-rit, ut corruat, necesse est, ita qui adhæret ei, qui semper idem est, quasi diuinus factus ca-ritatis uinculo, ac perseverantia longanimitate deperire non ualeat. Quomodo defi-cre dicendus est, qui cum Deo unus factus est spiritus? Hac quippe perfectæ stabilitatis copula sublimatus nequaquam per carnis resolutione deficit, sed longe mutatur in me-lius. Verum tunc soliditate uera potitur, tunc metu recidiuandi efficitur liber, quum re-uelata facie Dei gloriam contemplatur, quum angelorum cœtibus infertur, quum in ciuitatis sanctæ Hierusalem tanquā uiuus lapis collocatur structura. Nullo enim queunt eventu perceptæ beatitudinis sublimitatem amittere, qui diuinæ uisionis fruitione pa-scuntur. Hoc nanqe iusti peregrinantes in corpore Deum in lumine fidei cognoscunt. Renuunt prorsus thesaurizare sibi super terram pereunte facultates, uel suam posteris cōmendare memoriam. Se in humilitate deiçiunt, & tamen caritatis efferuntur affectu, dumqe cōtemnunt nominari in seculo, indebiliter conscribuntur in cœlo. Alienam sibi Laur. Justin. Kk gloriam

gloriam procaciter uendicare expauescunt, propterea quum humanæ eisdem laudes offerebantur, contremiscunt corde, auribusque audire repudiant. Non priuatum, sed conditoris honorem appetunt, scriptum esse scientes: Qui gloriatur, in domino gloriatur. Solus nempe est laudabilis, gloriosus, & superexaltatus in secula, qui habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem, unde & Apostolus inquit: Regi seculorum immortali & inuisibilis soli Deo honor & gloria. Inaniter itaque laborat, qui laudem captat humanam, quoniam de alieno non de suo laudari concupiscit. Quid enim habes (ait Paulus) quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Superuacue siquidem, damnabiliterque te extollis, quum temporalibus, siue naturalibus, seu spiritualibus gloriari bonis. Agnosce in cunctis, quae tibi alijs praeminentia uidetur, uniuersorum conditoris gratiam, eisque da gloriam, quatenus potiora merearis accipere. Omni quippe ueneratione solus est dignus, cuius maiestatis celitudinem uniuersi species protegunt. Cœli (inquit Propheta) enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Alibi quoque idem dicit: Domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarum, & uniuersi qui habitat in eo. Singula igitur eorum, quae facta sunt, omnipotenti Deo naturaliter laudis præconia exhibent, eoque perfectius ac per amplius, quo præstantiora atque cumulatiora gratiarum munera perceperunt. Hinc beatæ uirginis, cuius natalitus dies hodie in uniuersa Christi celebratur ecclesia, excellentia fulget, hinc laudis ipsius holocaustum commendatur. Sanctificationis quidem priuilegio, uirtutum meritis, uirginis honoris, prolixi fœcunditate, humilitatis decore, atque donorum plenitudine mortales supereminet uniuersos. Omniusque referta cumulo gratiarum cunctis in se Deum fecit esse laudabilem. Quis Deum non honoret in uirgine, qui uirginem Dei uoluit fieri genitricem, repatricem seculi, lucem mundi, speculum sanctitatis, fidei magisterium, peregrinationis solatium, immaculatum templum, & fœderis arca diuinis manibus fabricata? An non Maria testamenteriarca uerissima, quae auro uestita mundissimo, uirtutum gemitis ornata, ac imputribilibus lignis spiritualiter facta, testamenti tabulas, frondente uirga, & suauissimum in se manna continuit? Hæc omnia in Christo, immo hæc omnia Christus, qui uirginalis pudicitie habuit in utero. Ipse nepe uerus Deus fuit homo, ueramque carnem traxit ex uirgine. Hoc namque suauissimum est manna de cœlo missum ad spiritualē refectionē, uitāque iustorum. Nullam utique in se corruptionē admittit, nullum de se spiritualiter manducantibus fastidiū parit, quin potius præstat uitā, uires præbet, infundit gaudiū, & de imis constituit in excelsis. Qui manducat (inquit) meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Videamus, quantū proficiat, qui Christi carnem spiritualiter sumit: Quid excellētius quam manere in Christo, & Christum habere in se manentem? Accede igitur, manduca sacramenta cœlestia, mentis pertracta affectu, ut latente illius merearis saginari dulcedine. Proficies parū, si id carnaliter queras. Spiritus (inquit Dominus) est qui uiuiscat: caro autem non prodest quicquam. Prorsus quicquam non prodest caro Christi carnaliter non spiritualiter manducata. Spiritus ante faciem nostram Christus dominus se spiritualiter sumendum exhibuit. Hoc utique manna, quod in utero Mariæ depositum, tibiisque expositum, atque appositum est, frequenter utere ad salutem. Vteri huius uenerare pudicitiam, & arcæ huius mysticæ gratiam contemplare, quae tale exceptit munus, talesque genuit problem, quae te corporis sui manna reficeret, ineibriaret crux, passionem redimeret, morte saluaret. Debeat prorsus, ut immaculata esset mente, & corpore sancta, plena gratia, meritis locuples, uirtutum uniuersarum uarietate decorata, quae de cœlo suscepit uerbum fidei, concepit filium, conuersatione illustrauit mundum, manna pauit turbam fideliū, obumbrante spiritu circundedit uirum, ex se nobis protulit hominem Deum cum honore uirginis, cum integritate carnis, & fœcunditate prolis. Nempe quem Maria genuit, Deus uerus & homo erat, patri æqualis secundum diuinitatem, conceptus de matre secundum humanitatem, carnem ueram de eadem suscipiens, rationalemque animam habens ut homo, factus nobis a Deo, sapientia & iustitia, sanctificatio & redemptio. In illo siquidem secundum interiorum hominem tanquam in duabus tabulis spiritualibus omnis legis perfectio, omniumque charismatum plenitudo consistit. In intellectu namque omnis ueritatis scientiam, in affectu autem plenitudinem bonitatis Dei digito signata conspicies. Porro in affectus animæ Christi latitudine, ueluti in prima tabula triplicem affectionem peries

A peries scriptam, amoris, uidelicet, dilectionis, & caritatis. Per amorem quippe naturaliter seipsum, per dilectionem autem proximum diligebat, unde dilectio quali duo ligas, sed per caritatem Deo insolubiliter inhaerebat. Nam caritas cara unitas, siue carum Deo faciens dicitur. Hste utique affectiones trifarie tam ex uerbis, quam ex ipsius mediatoris optimè comprobantur operibus. In intellectus uero eius cädenti planicie tanquam in secunda tabula sancti spiritus dona septem inuenies, de quibus Propheta loquitur dicens: Esa. 11 Egredietur uirga de radice lesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescat super eum spiritus sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Vides septenarium numerum septiformis gratiae sancti spiritus in Christo per Prophetam fuisse expressum, ut non dubites tabulas illas lapideas, in quibus decalogi precepta Dei digito exarata erant, mediatoris nostri rationalem præfigurasse animam, quem utique mediatorē sanctissima Maria nouem mensibus in utero gestauit. Repletus est igitur idem spiritu timoris non seruili nec mercenarij, sed filialis, ut patris alacriter in omnibus pareret imperio. Pietatis ut descendenti ab Hierusalem in Hierico homini expolitato, uulnerato, semiuiuoque relicto compatiens languoribus mederetur. Scientiae ut peregrinationis huius ærumnas agnoscens mystice super Hierusalem flens homini insinuaret esse plangendum: Fortitudinis, ut calamias, flagella, sibiique illata fortiter perferendo conuicia fideles suos ad tribulationum tolerantiam erudiret: Consilij, ut ecclesia sancta optimis institutionibus imbuta, saluberrimus eius consilij cōmodaret assensum: Intellectus, ut diuinorum eloquiorum referatis per illum mysterijs fidei iugo humana corda sternerentur: Sapientiae, ut qui à domino se peregrinari norunt, internam consolationem non in ipsis, que super terram, sed quae sursum sunt, lapido caritatis quaererent gustu. Istæ nempe uerae sunt tabulæ, quas in area no corporculi sui Maria suscipiens tibi suo tempore produxit ad publicum, quatenus disceres in illis, quae sit uoluntas Dei beneplacens, atque perfecta, affectuque te impellente consummares eam. In ipsis igitur lege assidue, ac iugiter meditare, ut mentis tuę rendua C tus spiritu nouum induas hominem, qui secundum Christum formatus est. Tunc spirituali perfusus lumine ablato à te seruili timore uirgam uirtutis Christi, que uirginali Mariæ requieuit in utero, sufficienter intelligas, scies profecto quod uerbum, quod erat in principio apud Deum, per quod facta sunt omnia, & in quo uniuersa, quae facta sunt, in thalamo uteri Mariæ de carne uirginis factum est caro. Ex inaniuit quidem seipsum servi formam suscipiens, non tamen amittens diuinitatis gloriam, potestatem maiestatis, & qualitatem patris, uerbi æternitatem, candorem sapientiae, atque splendorem inaccessibilis lucis. Nam potestas illius æterna est, quae non auferetur, & regnum quod non corruptetur. Præfigurate uirgæ huius excellentiam audi Prophetam suo uaticinio commendantem: Sedes tua Deus in seculum seculi uirga directionis uirga regni tui. Hac utique uirga mediante fecit nominatissimus Propheta signa & prodigia in Aegypto coram Pharaone, & seruis illius uniuersis. Hec mare diuisit rubrum, ita ut per illud Israel filii sic co transirent uestigio. Hæc non sola, sed cum manna & duabus testamenti tabulis operante spiritu sancto ad posterorum memoriam, atque profectum Mariæ gestatur in uentre. Disce igitur, qui de Christo in bonitate sentire desideras, Deum ipsum & hominem cōfiteri necnon naturas tres, corporalem (uidelicet) spiritualem, atque diuinam, in unam mediatoris Dei & hominum sine confusione earum conuenire personam. Hinc itaque Mariæ prærogatiuē celeberrima prædicatur, quae non hominem tantum, sed Deum nobis & hominem generavit, quamobrem rectissime Dei genitricis nuncupatur. Obiecta inter sc̄eminas, cuius gratia hominum ac angelorum transcendent naturam, propter ea angelicus nuncius de cœlo missus ad uirginem tam officiosissime eam salutavit dicens: Ave sanctissima Maria, gratia plena, dominus tecum. Gabrielis ergo nos eruditio oraculo, quanta qualis ue sit, quae hodie nata est, salubriter agnoscamus. Nempe in eius ortu lætati sunt cœli, decantauerunt angeli laudes Deo, promulgata est pax, humanæ speciei cœpit aboleri opprobrium, atque fugatis tenebris, quae totum occupauerant orbem, radios suos rutilans aurora perfudit. Solis quippe iustitiae ut cuncti irradiata fulgor, placidum in se aspicientibus præbebat effectum. Quæ enim sanctificata in utero, ac ab omni culpæ originalis fuerat liberata contagio, gratia plenitudinem, quam mente Laur. Iustin. Kk 2 perce-

perceperat, protendebat exterius. Illam profecto adhuc in matris utero decubantem adamauit uerbum, sibiq; in genitricem elegit utpote superabundanti iam benedictione praeuentam, iamq; sancti spiritus magisterio deputatam. Ipsam idem spiritus custodiu*t* a carnis colluione immunem, a libidinis delectatione experiem, a seculi amore alienam, atq; ab uniuersorum criminum contagione immaculatam. Tota pulchra, absq; delicto, sine mentis & corporis deformitate, Deo & hominibus amabilis habebatur. Sanctitatis etenim perlucidum erat speculum, pudicitiae ornamentum, uirginatus gloria, humilitatis forma, honestatis riulus, exemplar continentiae, sapientiae thronus, magistra uirtutum, decus hominum, laetitia angelorum, mundi interuentrix, & aeterni patris filia prae dilecta. Nullus plane mortalium, quamvis donorum coelestium numerositate sit praeditus, huic ualeat uirgini coequari. Patriarcharum utq; prophetarum, apostolorum, martyrum, omniumq; sanctorum merita Maria beata transcendit. Hanc uniuersa supernorum ciuium multitudo ueneratur, colit, & laudat. Quamobrem tota per orbem terrarum diffusa sancta mater exultet ecclesia, quae huius uirginis est hodie illustrata natali. Nemo a laude illius secernitur, nullus ab istius die festiva iubilatione excluditur. Alternatim itaq; psallant chori, uirginum turba laetetur, plebs fidelium gaudio repleatur in domino, diuinæ in ecclesijs resonent laudes, solennis cæmoniarum exhibeat cultus, & ubiq; Mariæ uirginis præconia prædicentur. Nos igitur ad honorem huius uirginis præcina*m*us in confessione, deoq; nostro psallamus in cithara. Ipsum ueneremur in matre, & matrem honoremus in filio, utrissq; uota nostra fideliter exolam*u*mus, quatenus filium genitrice interpellante pro nobis uincamus mundum, diabolum superemus, temptationibus renitamur, consequamur gratiam, adipiscamur coronam, atq; in regnum introeamus aeternum. Uniuersa autem haec ut facilius mereamur, tu o beata de genitrix, uirgo secunda, coeli porta, delinquentium spes pro nobis interuenire digneris. Non te repellet, qui nasci uoluit ex te, honorauit te, requieuit in te, tecq; collocauit apud te, qui fecit te Iesus Christus dominus noster, qui cum patre, &c.

In festo exaltationis sancte Crucis.

G

Ro. 7

**P**Er primorum præuaricationem parentum (sacro reserante eloquio) eosdem cum uniuersa posteritate in huius uastitatem exilij relegatos esse cognouimus. Inde autem exteriori homini corporis languores innumeris, labores continui, necessitates quamplurimæ, & carnis ineuitabilis resolutio subsecutæ sunt. Interiori uero operandi infirmitas, de qua Apostolus: Video inquit aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuant me in lege peccati, quæ est in membris meis. Item ueri ignorantia & falsi, boni & mali. Concupiscentia ex carnis ac sensuum lenocinio generata, atq; nutrita, necnon & malitia, quæ instigante maligno & arbitrio cōsentiente perficitur. Sicq; factus est homo suis exigentibus demeritis huius mundi incola, profugus, & vagus super terram, contrarius sibi ipsi, & auersus a Deo. Ipsius profecto est lugenda calamitas, eo amplius quod se ignorat esse plangendu*m*. Fecit de exilio patriam, naturaliq; amissa dignitate temporalē quæsiuit momentanea & non suam. Semper proficeret in deterius, atq; redigeretur in nihilum, nisi diuino sustentaretur auxilio. Noluit enim Dei miseratio, quatenus id ex iustitiae rigore congrueret, ut humana species funditus deleretur, abolereturq; sui conditoris imago, qua in sua fuerat insignita origine. Haec potissima incarnationis uerbi causa fuit, quatenus per assūptum hominem documenta saluberrima tribueret Deus, quibus peccator homo amissa recuperaret dona, deformata reformaret imaginem, & cœlestē a qua longauerat multum, remearet ad patriam. Hinc eloquia sunt ab ipso mediatore prærogata diuina, ut rationalis mens in omni ueritatis ac uirtutis instrueretur sciētia. Sacra*m*enta sunt etiam instituta cœlestia, ut ex prælibatione spiritualis dulcedinis interioris hominis sanaretur infirmitas, restauraretur uirtus, & concreta malignitas tanquam cera liqueceret. Voluit præterea ignominiosæ passionis subire patibulum, ut illecebrosa affectione detersa, concupisibilis uis in redemptoris sui transiret affectum. Allicitur quippe humanum cor, & caritatis succeditur flamma, quoties cogitatione peruigili agonis huius modum meditatur & causam. Quamobrem ut tanti beneficij memoriale in cordibus iugiter resideret fidelium, mater ecclesia exaltationis sanctæ crucis a*n*num

A nuum diem celebrari instituit. Hanc siquidem summa cum ueneratione adorat & colit, in qua abolitum est originalis culpæ chirographum, atq; mutatum decretum damnationis aeternæ. Sapienti etenim saluator noster usus consilio, per lignum crucis uetiti ligni delicta donauit. Agnosce igitur o homo amissam, per lignum scientiæ gratiam, & duplicitis mortis exceptam sententiam, quatenus gratias pro accepta uenia Christo exhibeas, qui reatus tui debitum crucis exolu*m* in ligno. Disce inquam crucis sanctæ uitæ, in qua restaurationis humanæ sunt consummata mysteria. Pependit uita, & mors fuisse occisa cognoscitur. O bona crux, quæ decorē de membris domini suscepisti, quas tibi laudes, qualitéue tua digne ualeam manifestare præconia? Per te namq; nobis aperatum est cœlum, antiquæ legis sunt reserata sacramenta, protoparentum est ablatum opprobrium, diuinæ caritatis prærogatum indicium, donatae pacis signum ostensum, atq; amoris Christi testimonium declaratum. Mediatoris equidem in te operante uitæ fugantur per te dæmones, liberantur ægroti, mortui reuocantur ad uitam, fides augetur, pusillanimitas propulsatur, roboratur uirtus, spesq; utcunq; collapsa erigitur. Tu enim Christianæ religionis decus, tu ornamentum sanctitatis, tu militum Christi incentiu*m* quam maximum, & munimen inexpugnabile. Tu ducis nostri uexillum glorioſissimum, triumphi signum, immundorum spiritum terror, clavis inferorum, bellantium fiducia, certaminis stadium, uictoriae testis, thesaurus amabilis, lignum uitæ, in medio paradisi plantatum, amoenum, immarcessibile, saluificum, atque fœcum. Ascendam ( inquit sponsa de te ) in palmam, apprehendam fructus eius. Nempe sub umbra tua ab æstu diei protegimur tempestate, turbine, & a pluia. Ex quo humani generis redemptor extensis manibus ac pedibus in te affixus est, potatus aceto & felle, illusus, blasphematus, uulneratusq; lancea. Es honorata ab angelis, a sanctis adorata, a regibus & seculi principibus, & ambulantibus in spiritu uenerata, prædicata a doctoribus, magnificata in populis, in ecclesijs & plateis exhibita, & monstrata. Fuisti deniq; a prophetis prænunciata figuris & ænigmatibus, in lege ueteri præsignata, sublimata a Christo, ab apostolis testificata, a pontificibus exaltata, & ab omni plebe fidelium officiosissime glorificata. Qui te agnoscunt, te colunt, ad te suspirant, perte præsumunt, in te iucundantur, de te mirantur, tibiq; honoris exoluunt latram. Aspiciunt in te mentis oculo, qui pro se pependit in te, suoq; te cruore rigauit. Radios namque amoris, caritatisq; sagittas emittis de te, quæ amantium corda transfigunt. Es quippe plena dulcedine, luce perfusa, dilectione redundans, imitationis exemplar, patientiæ spiculum, referta mysterijs, & sacramentis grauida. Altitudine siquidem tua mediatoris Christi locupletata meritis transcendens cœlos, profunditate autem, qua captiuos patres de locis poenalibus eruisti, abyssos penetras, tua uero longanimitate, qua delinquentium peccata toleras, mundum circujs uniuersum. De latitudine autem tua quid memorem? In sinu enim tuæ latissimæ caritatis iustorum foues animas, & ab exitio liberas damnationis aeternæ. Per te namq; & in te spiritualis noster Noe mystice humanum genus de aquarum diluuij inundatione saluauit. Tua quoq; percussione de du*r*issima petra lateris Christi largissimæ regenerationis emanauerunt aquæ, quæ concupiscentiæ originalis ardorem temperant. Tua demum immersione amarissimæ lymphæ tribulationum præsentis exilij dulcorantur adeò, ut in amore earum perfectorum inardescat affectus. In te tanquam in iudiciario throno uiuorum ac mortuorum iudex salutis, atque interitus sententiam dedit, documentaque maxima nostræ redemptionis exhibuit. Nempe pro crucifixioribus suis exorauit patrem, dilecto discipulo matrem uirginem commendauit, latroni credenti & confidenti largitus est regnum. In necessitatibus diuini nos docuit implorare auxilium. Salutis nostræ sitim indicauit, ueteris testamenti promissa, humanæq; redemptionis mysteria consummavit, atque genitoris sui proprium spiritum in manibus commendauit. Quamplurima sunt & alia uirtutum tuarum excelsa præconia, quæ tenuis ingeniali mei sensus non potest attingere. Imitatores nanque tui, & contemplationi cœlestium utcunq; vacantes, quoniam frequenter in thesaurorum sapientiæ & caritatis Christi ingrediuntur arcanum, sciunt te. Tuæ etenim ueritatis claritate irradiati, tuoq; spiritualis gustus debriati nectare, ignominia Gal. tuam suam ipsorum gloriam esse fatentur. Ex his unum audiamus, quid dicat: Abfir-

Laur. Justin.

Kk 3 (inquit)

(inquit) mihi gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. O fidelis seruus & opprobriorum Christi uerus amator, cui uiuere Christus erat, & mori lucrum, qui Christum crucifixum gentibus praedicabat, quam sublimiter crucis mysteria agnoscebat in Christo. Hinc discipulos suos cupiebat comprehendere cum omnibus sanctis, quae esset crucis huius latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum, necnon & supereminens scientia caritatis Christi, quatenus horum agnitione Christo conformarentur crucifixo. Nouerat equidem Apostolus uberem esse dilectionem, meritisque locuples crucis mysterium. Ipsius quippe dominum dixisse nouerat: Quoniam exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Trahitur profecto suauiter, efficaciterque meditantis animus, quoties suspensa cogitatione domini Iesu crucifixi passionem considerat, pendentis (uidelicet) affectum, intentionem patientis, passionis modum, acerbitudinem supplicij, personamque mediatoris. Cuius (oro) tam ferreum pectus, quod redemptoris effusus cruor, lachrymarum irriguus fons, exprobrantium approbria astantium ludorum, indicibilis cruciatus patibuli, validissimus clamor vulnerati & confixi, exanimati corporis rigor, incomparabilis dolor aspicientis virginis unigenitum suspensum in ligno, non emolliant ad compassionem, provocent ad lamentum, inducant ad planctum, ad deuotionem excitent, & caritate succendant. Sunt prorsus haec omnia amoris facultas, & preciosissimae gemme in spiritu militantium Christo. Horum quicunque inexpertus est, cæcus quum sit, & corde hebetatus, eadem uilipendit, & deditur mente in talibus occupare. Nec ab re. Nam animalis homo non percipit ea, quae Dei sunt. Huiusmodi (heu) quantum plangendi sunt. Solum quae carnis sunt, sapiunt, Dei magnalia non intelligunt, soli æterni illustrati splendore non uident, uocati non audiunt, excitati non euigilant, & affectuosissime dilecti non diligunt. At uero qui sunt Christi, omnia arbitrantur ut stercora, ut ipsum lucifaciant, carnemque suam cum uitj & concupiscentijs crucifigunt, seculi illecebribus consolari renunt, quatenus Christi passionibus ualeant communicare facilius. Haec sapit crux sancta, dum non ad ligni attendunt materiam, sed ad spiritualem sensum, ad arcana mysteriorum, ad fructum uitæ, ad redemptoris excellentiam, ad exuberantem gratiam, futuramque gloriam. Quotidiano siquidem filiorum nutruntur alimento, & saginati uituli in cruce assati proficiunt in affectum. Fit autem nonnunquam, ut in eorum meditatione sancti ignis adeo inardescat flamma, quatenus euecti supra se, reuelata facie gloriam Dei speculentur, de claritate transformati in claritatem, hoc domini spiritu cooperante in eis. Talibus illud congruit Apostolicum: Etsi nouimus Christum secundum carnem, sed iam non nouimus. Sibi de ligno crucis contexerunt scalam, per quam ordinate ascendentis spirituali in Christo iucunditate fruuntur. Non enim repente concidunt, sed pedetentim humiliterque introrsus illos dirigente spiritu domini Iesu. Humana siquidem hoc non agitur uoluntate, sed diuino munere, per quod singulis impertiuntur singula. Precibus igitur insistendum est, & Dei suffragium flagitandum, quatenus quotidie nobis semper potiora donentur. Contingit enim persæpe, ut quod nequeunt merita, desideriorum interpellationes largiantur. Delectatur quippe dominus orationibus supplicantium, ut eorum uotis annuat, si tamen corde simplici fundantur, humilique mente ac deuotione fideli. Nempe si tria haec conueniant in orante, de omnire, quacunque petierit secundum Deum, fieri illi a patre luminum, eiusque filio domino nostro Iesu Christo, qui uiuit & regnat, &c.

In festo sancti Matthei apostoli & Evangeliste.

R. 11 **T**udiorum diuinorum atque uocationis iustorum quisquis uoluerit inuestigare diuitias, eo magis deficiet, quo sibi profecisse videbitur. Caligat prorsus omne naturale ingenium, & inquirendo succumbit nimietate repercussum splendoris. Quis iudiciorum altitudinem ualeat attingere, quem angelis spiritibus inaccessibilis sit? Quis diuinæ miserationis sufficit profunda nudare, atque electionis sanctorum inuestigare causas? Clamat horum inscius Apostolus & admiratione repletus: O altitudo diuinarum sapientiarum & scientiarum Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis enim cognovit sensum dñis, quis consiliarius eius fuit? aut si quis prior dedit illi, & non retribuetur ei? Nempe cui uoluerit

A uoluerit, miseretur, & quem uult, indurat, ita tamē ut nullius personam accipiat. Nā est quæ eligit ac præuenit in benedictionib. dulcedinis, id nō ex operib. agat iustitiae, neq; ex præcedentibus meritis, sed nimis ex sola gratia atque beneplacito suo, q; quos prædictinauit uocat, & iustificat ut glorificet. Quos autem non uocando indurat, sine indignatione, & absque ulla perficit iniustitia. Numquid iniustitas est apud Deum? aut secundū hominē operat? Tu autem (inquit diuinus sermo) Deus noster suavis & uerus es, patiens & in misericordia dispoes omnia, etenim si peccauerimus, tuī sumus scientes magnitudinem tuā, & si nō peccauerimus, scimus, quoniam apud te sumus cōputati. Recto igitur in scrutibili atque ineffabili iudicio disponit Deus regimē uniuersi, atque in spiritualib. & corporalibus creaturis irreprehensibiliter operat. Tanquam opifex optimus uasa sua quedam in honorē, quedam uero facit in cōtumeliam sempiternā. Horū siquidē uelle rationes p̄quirere, prius temerariū est, quoniam uenerādæ potius, q; per cunctādæ sint. Est ne arbitrādū quē piam summorum spirituum naturali acumine ad indaginē æternæ sapientiae posse pertinge-

B gere, atque oculo suo intueri inaccessibile lumen ipsius, quod in se possidēdo inhabitat. Quod si non illi, quomodo id actitare ualebit homo puluis & cinis, qui domū habitat luteā, & terrenū habet fundamentū? Ecce ego (inquit) sum Deus, qui nō immutor, ego occidam, & uiuere faciā, percutiā, & ego sanabo. Occidit quippe, & misericorditer percutit. Quotquot sanat à culpis, & uiuere facit ad gratiam uita spiritus. An oct̄sus & uisificatus est Paulus, percussus atque sanatus? Nunquid ad uitam Matthæus non est electus apostolus, atque sanatus à crimine? Nam quemadmodum persequēdi crudelitas est extincta in Paulo, ita auaritiae cupiditas occisa in Matthæo deperit. O felix haec mūratia dexteræ excelsi, quæ de publicano apostolū, & de persecutore doctore eximiū fecit. Quis nō miretur, exultet, & laudet! Haec plane præcelsa diuinæ miserationis sunt opera haec præclara sunt æternæ bonitatis testimonia, quibus nos ad pœnitentiā inuitat, indugentiam suadet, immittit spem, & dilectionē ostendit. Nulla prorsus in istis laudabilitia nouimus fuisse acta, ut talem sortirentur electionis gratiam. Erat namque Matthæus, cuius hodie celebritas solenniter colitur, publicanus & turpis lucri publice negocij intentus, alienus à fide, & à sanctorum segregatus consortio, temporalia querens, parvus pendensque cœlestia. Hic utiq; talis gratis uocatus à Christo audiuuit: Sequere me. Signa non uiderat, salutis non intellexerat monita, nec familiaris Christo extiterat, & tamen ad unam uocantis uocem corde compunctus, mente mutatus, irradiatus fide, atque caritatis transfixus iaculo, repente relictis pecunijs, familia, possessionibus, ac seipso præceptoris obediuit imperio. Propterea illius fuit mutatio, atque laude dignissima prætermissa rei familiaris cura, abdicatis Thelonei ministracionibus, se inuitanti dexteram dedidit. Agnouit equidem in spiritu, quid egerat, quis uocaret, quantu[m] illi promitterentur in cœlis. Minime habita deserere ualuerit, & si horum caruisset notitia. Gratus igitur effectus pro munere redemptorem suo latus exceperit hospitio. Beata plane domus, quam Dei sapientia uisere dignatur, felix inquam anima, ad quam descendit uerbum, ut illam reficiat. Utinam in cordis mei habitaculum domino meo introire compla-

D ceat. O si merear uidere illum, loquentem audire, suscipere admonentem, exhortantem in telligere, & diligere me diligenter. Scio equidem, si ad seruū suum declinare dignabitur, q; habitationis mēa eliminabit sordes, fugabit hostes, tenebras illuminabit, sedabit rixas, tentationes dissipabit, atque cōcupiscētiarū imbre suo mitigabit ardore. Fier domus confusionis, orationis domus, templū oblationis, locus pacis, thalamus sponsi, & altare laudis. Propelletur dolor, pacabitur conscientia, exultabit spiritus, feruescet affectus, in teriora iubilabunt, omniaque ossa mea clamabunt, & dicent: Domine quis similis tuis? Quando sic adipue & pinguedine replebitur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum? quando, inquam, pro præsentia regis mei, Dei mei, & redemptoris mei rei. Cito uiduitatis indumento nuptiali induar ueste, atque mutato corde lapideo in carneū cāta bo lætitiae cantū, carmen Deo meo, qui se inclinabit ad me, ut me erigat ad se, ostēdat se mihi, accendat ad se. Erit profecto dies ille singularis, celebrerimus, fæctus, iucundus, nunquam à memoria abolendus, nullis pro aduersitatibus obliuioni tradendus. Venit igitur ad me domine, insinua te mihi, sonet vox tua in auribus meis, nā vox tua dulcis est, & facies tua decora, adeo ut in ipsam angeli prospicere concupiscant, adimple præ-

cordia mea lætitia cum uultu tuo, præbe gratiæ tuæ riuit superius & inferius, quatenus E  
solegne tibi, corporiç tuo spirituali ualeam præparare conuiuum. Id nāq ad tui gloriæ  
tutorumū profectum uilitas mea conatur perficere. Superuacue tamen nititur, nisi  
subministraueris materiam, præbueris gratiam, deterseris caliginem, donaueris ç constantiam. Quum igitur omnis sapientia abs te sit domine, atq postulanda à te, mitte il-  
lam (obsecro) de sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum labore. Ipsa etenim qui  
bus libenter uesceris, & quæ tuo mystico corpori competunt, apponendas delicias lar-  
gietur. Cæterum (ut arbitror) tu de nobis in nobis, corpus uero tuum eloquiorum tuo  
dulcedine saginatur. Verumq (ni fallor) te dixisse profiteor de corpore quidē tuo  
diabolo tibi suadente, ut de lapidibus panes faceres. Aisti: Non in solo pane uiuit ho-  
mo, sed de omni uerbo, qđ procedit ex ore Dei. De te autē inquis: Deliciae meæ sunt es-  
se cum filijs hominum, nō cum qualibuscunq, sed potissime cum pauperibus, mitibus,  
lungenibus, esurientibus, ac sicutientibus iustitiam, misericordibus, pacificis, mundis cor-  
de, & pro iustitia persecutio patientibus. Hi nāq præcepta tua opere perficientes ju-  
sti dicuntur, & sunt, propterea tua illos mansione nobilitas, dicēte scriptura, Anima iusti  
sedes est sapientia, tuo alis cibo, lacte nutrit, eloquio roboras, ac communicatione fo-  
cundas. Hinc seipso exhibit tibi humiles, alacres, immaculatos, ignitos, sapientes,  
& castos. Talibus profecto delectaris uirtutibus, huiusmodi studijs, spirituale tuū ope-  
ratur cōuiuum, ibi recumbis, ubi apponuntur ista, non ut nostro indigeas alimento, sed  
ut de nostra exercitatione læteris. Lætaris plane, sed in te de te, dicente Propheta: Gau-  
dium enim domini est fortitudo uestra. Attamen ut uerum fatear, tuāq confirmē senten-  
tiam, etiam in proximis pasceris, & quicquid illis recte impenditur, tibi collatum esse  
non dubito. Quamobrem si quid humanitatis, si quid molestiæ irrogatur sanctis, infer-  
tur tibi domino meo, quemadmodū tuo probari potest eloquio. Tibi itaq sicut meipsū  
tanquam spirituale exhibeo cōuiuum, & utinam in synceritate cordis, & in conscientia  
nitorē, in amore uirtutis, in flamma caritatis, in holocausto laudis, in mentis puritate, in  
delectatione sapientia: ita corpori tuo mystico propter te diuinī sermonis mensulā pa-  
go, hoc te excitante, te instruente, & ministrante per te. Nostī ô æterna sapientia imperi-  
tiam meā, paupertatem multam, uirtutem modicam, & profundam miseriam, neq ea-  
dem abscondisti à me, quatenus munus agnoscam tuum, & gloriari discam solum in te.  
Maxime utiq esset dementia in tam præclara mei sciētia mihi arrogare, qđ tuū est. Scis  
domine in te coram te loquens, quia non mentior, quanquam forte ex ijs, qui iudicant  
secundum faciem, quidam sentiant aliter. Mea tantum interest obtemperare, tua autem  
palam ueritatem facere, propter quod quamdiu in hoc corporis habitaculo conuersa-  
tus fuero, operā dabo uiuere tibi, & perseuerare in te, tuisq ministrare propter te, prout  
ipse mandaueris. Confido equidem, quoniam abscondes me in abscondito faciei tuæ à  
cōurbatione hominū, proteges me in tabernaculo tuo à cōtradictione linguarū, respō  
debisq exprobrantibus mihi uerbum illud, quod in Matthæi conuiuio Pharisæis mur-  
muringibus, cur cum publicanis & pecatoribus manducares, dixisti: Eentes discite H  
quid est, misericordiam uolo & non sacrificium, non ueni uocare iustos, sed peccatores  
ad pœnitentiam. Non enim dignari debent isti, quemadmodū Pharisæi, si pro pecca-  
toribus homo factus peccatorum minimo supra ipsius meritum gratiæ quantulum-  
cumque conferre digneris. Tibi utique detrahunt quicunque donis tuis minime deroga-  
re uerentur. Tu namque es, qui mutorum aperis ora, & linguas infantium disertas fa-  
cis. Tu, inquam, si per subiugale animal Prophetæ uesaniam corripiuisti, mirum non est,  
etsi per rationalem creaturam, quoniam uilissimam non obhorres fari. Est tamen anti-  
quatum malū liuoris morbus, quod etiā apud iustos uigere utcunq consuevit. Aequa-  
nimitate autem tolerandum est, intuendumq in te, atq conscientia testimonio gauden-  
dum. Veruntamen tuo sanctorumq tuorum, qui piè uiuentes in te persecutiones perti-  
lerunt, exemplo utendum est, necnon & apostoli huius glorioſissimi, qui quanquam  
obloquentum audisset eloquia in corporali refectione, quam fecit, minime tamen ab  
humanitatis resiluit proposito, sed ardenter spirituale fidelibus tuis conuiuum præ-  
parauit. Nonne quoties in ecclesijs euangelium recitatur, quod scripsit, toties corpori  
tuo salutarem alimoniam subministrat; Pascit equidem animas esurientium te, atque  
pingueſcit

A. plaguescit in fide, dum infantiam tuam, mores tuos, doctrinam tuam, sollicitudinem, fa-  
tigationem, passionem, mortem, resurrectionem, ascensionemq earum insinuat auribus. Magnum prorsus ac solenne hoc dicendum est esse conuiuum, quod in toto orbe  
terrarum noscitur esse diffusum. Rediuuius semper nobilitatur alimentis, quoniam nun-  
quam Dei uerbum inueteratur, corruptitur nunquam, quin potius erogatum multiplici-  
catur, prædicatum crescit, gustatum nutrit, accedit meditatum, agnatum cōcupiscitur,  
expositum, integrum, & intelligentia faucibus mansum, permanet incorruptū. Nec im-  
merito. Quomodo corrupti potest, quod æternum est? Quomodo simplicissimum di-  
uidi, obtenebrari lumen, immensum minui, spirituale concludi, bonitas turbari, infatu-  
ti sapientia, & uita labefactari ualet? Nam quamvis literarum sonitus transeat, quamvis  
uox syllabarum prætereat, quanquam illud proferentes deficiant, integrum tamen in-  
corruptūq perseuerat in se uita spiritus uiuificans, ad quem transit, & in quo mansionē  
facit, minime nihilominus deserens prædicantem, nisi ipse derelinquit illud. Hinc est,  
B quod diffunditur per generationes & generationes, & in nullo detrimentum patiens  
sempiternum manet. Transfert se, & perlustras omnia, nullāq uicissitudinē admittens in  
se semper est, quod est. Hoc nimur prophetarum & apostolorum autoritatibus com-  
probant: Omnis caro (inquit Propheta) sœnū, & omnis gloria eius tanquā flos sœni, flos  
transit, & decor eius deperit, uerbum aut domini manet in æternum. Et Propheta alias  
ait: In æternum domine uerbum tuū permanet in coelo, in generatione & generationē  
ueritas tua. Paulus uero dicit: Vixus est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gla-  
dio ancipiū pertingens usq ad diuisionem animæ ac spiritus, compagumq & medulla  
rum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. Omnia enim nuda & aperta sunt  
oculis eius. Vidēsne, quam excellens, quam uite spiritualiū deliciarum uberrimū aposto-  
lus Matthæus corpori Christi conuiuum prærogauerit? Præcellit quippe ex sui digni-  
tate honoris seculi terrenas facultates, carnales illecebras, temporalia gaudia, uisibilia  
cuncta, atq uniuersa, quæ humanis sensib. esse subiecta noscuntur. Merito igit illū sacro  
C sancta colit ecclesia, cærementijsq effert, interpellat precibus, celebritate commendat,  
atq præclaras martyrij eius ueneratur insignia, per quem talia tantaque diuinorum elo-  
quiorum percipere rudimenta promeruit. Nequaquam erga ipsum deesse debet reue-  
rentiae cultus, qui & seipsum exhibuit Deo, & sermonis sacri pro communi omnium  
profectu studuit esse minister. Ad rependum itaq sancto huic debitum gratiarū a-  
ctionis obsequiū festiuā hodie exultatione lætemur in terris, illū humiliter uotis pro-  
sequamur & precibus, quem de carnis erutum ergastulo angelorum cœribus nouimus  
esse permistū. Ipsius prorsus est autor præmij, qui eius extitit causa martyrij Iesus Chri-  
stus dominus noster, qui cum patre, &c.

In solennitate sancti Michaelis archangeli.

D luina sapientia quando in mudi exordio hominē condidit, duplices uoluit ut  
haberet oculos, carnis (uidelicet) & mentis: per carnales quidem, ut aspiceret  
mundū & creaturarū species, que in ipso sunt: per spirituales uero, ut agnosce-  
ret se, & per se in Dei contemplatione eleuaretur supra se. Vtqz etenim mo-  
do magnā de cōditore suo poterat captare notitiā. Nēpe q̄ creaturarū decorē in cogni-  
tionem ualebat uenire factoris ipsum contuendo per speculū. De hoc suo nos Propheta  
erudit exēplo, quum inquit: Delectasti me domine in factura tua, & in operib. manuū  
tuarū exercebor. Nō ait, delectauit me domine factura tua, sed tu in illa delectasti, q̄ talē  
ipsam fecisti, ut decore suo te mihi insinuares in illa, & delectarer in te. Non mediocre  
menti bene cōpositæ delectationē cōfert huius uniuersi p̄spectio, q̄ppe quū uestigiorū  
æterni opificis plenū sit, sitq exēplar q̄ optimū trinitatis deificæ. Vluit tamē ex assidui-  
tate uisionis apud homines, qui & ipsi caligauerūt introrsus in eis delictorū præualenti-  
bus tenebris. Abutuntur utiq eo cōuertentes ad usum uoluptatis, quod illis prærogatū  
est ad suffragiū cognitionis. Fit autē permittente Deo, suisq demeritis exigētibus, ut ma-  
gna ex parte mētis careant lumine, amittantq sui ac Dei cognitionem, qui ex dono sibi  
præstito per mundum renuunt intelligere Deum. Nempe quiq dum extolluntur infa-  
tuantur, & dicentes se sapientes esse efficiuntur insipidi, mente profugi, animo infrena-  
ti, & à se alieni. In honore uiquidem constituti, & non intelligentes cōparantur iumentis  
insipientibus,

Esa. 40  
Psa. 119

Heb. 4

Psal. 92

insipientibus, & illis efficiuntur similes. Tam diu autem errant per tenebras, & cassa labore desudant, quād diu gratis nouo fidei irradiātur splendore. Tunc reuelante fide inuentur perspicue, quod prius per naturale ingeniu palpando didicerat. Est nāq; fides sola, quae de inuisibilib. & cœlestibus scientiā p̄r̄stat. Necq; diuinam essentiā, nec felicitate perpetuā, neq; naturā sciremus angelicam, nisi fides imbuerit. Ut aut̄ de reliquis tacēam, quae humiliter credenda sunt, beatos esse spiritus quis naturalis perciperet intellectus, si non suaderet fides? Est autem spiritualis angelorum natura in cœlo, quae in ipso mundi exordio ab autore omniū condita est, non beata, sed beatificanda, intellectualis semper mobilis, arbitrio libera, incorporeā, Deo ministrans, immortalitatem suscipiens, secundum gratiā, non secundum naturam, in qua (videlicet) est essentiē subtilitas, intelligentiæ perpicacitas, liberi arbitrij facultas, atq; discretio personalis. Habet propterea in operando uirtuositatem, officiositatem in ministrando, & post electionem siue in bono siue in malo immutabilem firmitatem. Ad quod enim se uertit, inflexibilis est. Hanc Deus condidit mirabiliter, & iuxta incommutabilis sapientiæ suæ legem distinxit per ordines, & singulis ministeriis propria, actusq; diuīsit & nomina. Non enim ut singulatim agnoscantur, specialia sunt sortiti uocabula, quippe quū seipso alijs uicissim insinuant, sed hoc utiq; propter nos, qui ob intelligentiæ imbecilitatē per sensus eruditur & nomina. Nempe angelorum nouem sunt ordines, & hæc uocabula singulorū (vide licet seraphim, cherubim, & throni). Dominationes, principatus, & potestates: Virtutes, archangeli, & angeli. In primis namque deus amat ut caritas, in secundis noscit ut ueritas, in tertiis sedet ut æquitas, in dominationibus dominatur ut maiestas, in sequentibus regit ut princeps, in potestatib. tuetur ut salus, in uirtutibus operatur ut uirtus, in archangelis reuelat ut lux, & in angelis mittit ut spirans. Ex his autem Deo quidam eorum assistunt, & diuinæ contemplationi inhærendo nullatenus pro explendis ministeriis egrediuntur foras. Quidam uero ad diuina peragenda mysteria exeunt, ita tamen, ut nequaquam uisione priuentur, quoniam etiā h̄dem beati spiritus circumscribantur loco, ipse Deus, qui illorum beatitudo est, circumscriptus non est. Vbiq; etenim quum præsens sit, & ubiq; totus, ibi se offert, ubi rationalis spiritus illum uidere dignus efficitur. Nam & latroni secum pendenti inquit: Hodie mecum eris in paradiſo. Impleuit autem, quod spopondit, quia diuinitatis suæ essentiā ei fecit esse uisibiliem. Nempe quod in latrone egit, hoc in ministrantibus angelis perficit. Nihil enim in ipsis est, qđ illos à fruitione ualeat retardare diuina. Nec minus esse Deo censendi sunt grati, quum exeunt, quād quum assistunt, quoniam utroq; modo conditoris sui caritate replentur. Mirò itaq; ordine ministeriorum suorum dispensant negocia, diuini honoris & humanae salutis zelo succensi. Hoc quoq; uniuersum tanta moderatione disponunt, ut nihil inconsultum, nihilq; inordinatum in ipso pertranseat. Vnde (oro) hæc elementorum tanta concordia? Vnde corporib. cœlestibus indicta lex tanto magisterio perseverat. Nōne ex ministerio angelorum? Ministrantium utiq; ordinibus iniunctum est particulare hoc regimen uniuersum, ad quod perficiendum nec tabescunt tædio, nec labore succumbunt, neq; seducuntur errore. In lumine quippe sapientiæ, & per superiorum relationem eisdem cognoscibilia sunt cuncta, quæ faciunt. Nunquam humano regimini tam sapienter intenderent, si non erudirentur à uerbo, quippe quum hominum cogitationes omnino ignorent. Solus illas nouit, cui omnia nudantur, & patent. Hoc Apostolus insinuans inquit: Viuus est Dei sermo, & efficax; & penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usq; ad diuisionem animæ & spiritus, cum conpagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, ita ut nulla creatura inuisibilis sit ei. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Hoc quū ita sit, potest angelicam erudire naturam de ijs, quæ ad régimen pertinent uniuersi, cuius maxima portio homo est. Hinc est quod innumera mala cohibentur, ne fiant, dæmonū malitia coheretur, ne ad libitū noceat, honorū uita custoditur, ne deficiat, bella, seditiones, clades, & huiusmodi milia diriguntur, ne species humana depereat, id per angelorum ministria Dei operante prouidentia, quæ quandoq; per se, interdū per suos exercet ministros. Quis explicare sufficit, quantum reuerentiæ, honoris, seruitutis, dilectionis, laudis gratiarumq; actionis Deo nostro debeamus obsequium, qui cœteris omissis benefijs angelicam

A angelicā nobis custodiā prærogavit: Utq; humana deperiret uita, uirtus deficeret, iaceret animus, repelleref oratio, si non angelico esset fulta suffragio. Veneremur igitur sed in domino ciues nostros, fidelissimosq; adiutores, & militiæ nostræ propugnatores egregios. Cooperatores eorum sumus pro nobis, ne superuacue in nobis laborasse uideantur. Gaudium etenim illorum est fortitudo nostra. Gaudent plane, quando post lapsus poenitentiam agimus, dicente domino: Gaudium est angelis Dei super uno peccatore, poenitentiam agente. Per amplius uero si stamus, & imperitam nobis gratiā custodimus, atq; salubria eorum monita seruamus. Nempe nos instruunt in dubijs, protegunt in periculis, sustentant in aduersis, in prosperis humiliant, orationes perferunt, reportat gratiam, cumulant merita, & erga nos infatigabiliter ministeria sua excent. Illos itaq; amemus ut nos, pro posse imitemur, & ueneremur ex corde. Cæterum quamvis omnes cœli milites maximo cum honore debeamus excolere, præcipue tamen gloriosissimum Michaelē cœlestis exercitus primatē & ducem. Veneremur in illo sublimem gratiam, prærogatiuam singularem, præstitum ministerium, insuperabilem uirtutem, cōditoris benevolentia, ipsiusq; bellatoris constatiā, in eo tamē qui ipsum fecit & nos. Multe siquidē autoritatis corā Deo inter beatos spiritus esse cognoscit. Nouimus enim in exordio supernæ ciuitatis sanctæ Hierusalē præliū ibi extitisse nō minimū. Temerario quidē ausu cōtra dominū Lucifer in corde suo se erigēs diuinitatis honorē, principiā dīcī dominiū cōcupiuit suīmet immoderato amore deceptus. Sibi enim p̄ munetib. cōditoris incōsulte cōplacuit. Nam cæteros spiritus in naturæ puritate, intelligētię perspicacitate, & speciei præcellebat forma. De ipso enim sic ore propheticō dicitur: Tu signa culū similitudinis, plenus sapientia, & pfectus decore, in delicij paradisi Dei fuisti omnis lapis preciosus operimentū tuū, tu Cherub extensus & protegēs, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum, ambulasti perfectus in uījs tuis à die conditionis tuæ: donec inuenta est iniq;itas in te. Pulchritudinis igitur suæ consideratione illectus, atq; cæcatus priuatum dilexit bonum, propriamq; excellētiā sine meritis ambiuit ex se, quam fuerat habiturus à domino. Vniversorum autem angelorū primatū sibi uendicare desiderās maximam in cœlis diuisionem effecit. Ex hoc pugnæ causa, rupia illius, & dæmonū exortus est lapsus, dum suasione pestifera spiritibus cunctis cupiditatibus suæ referauit arcanū. Intellectualis quidē fuit ista locutio, uoluntarius uero consensus. Quamobrem quotquot incommutabili deserto bono spōte cōmutabili inhæserūt, è cœli sunt regione depulsi. Tunc plane in cœlo exortū est præliū, tunc cœlestes spiritus nō clypeo, hasta, uel ense, sed uoluntate tantū certauere uicissim. Sanè in huiusmodi spirituali conflictu cæteris spiritibus sanctis prælatus est Michael, quemadmodū Lucifer malis. Sacro igitur referente eloquio factum est præliū tunc magnum in cœlo, Michael & angeli eius prælabātur cū draconē, & draco pugnabat & angeli eius, & nō pre ualuerunt, neq; inuentus est locus eorū amplius in cœlo. Sibi ipsi quippe derelicti, qui Lucifero adhærendo deliquerat, quomodo diuinæ ualerēt reniti potestati, quæ magnifice cooperabatur in bonis. Tunc à luce diuise sunt tenebrae, atq; à peccatoribus sancti, tunc Lucifer effectus est coluber, & maximam stellarū partē cauda sua secū detrahit ad inferos, unde illi per increpatiō obijcitur à propheta: Quomodo (inquit) de cœlo cedisti Lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terrā, qui uulnerabas gētes, qui dicebas in corde tuo: In cœlum ascendam, super astra cœli exaltabo solium meū, sedebo in monte testamēti in lateribus Aquilonis, ascendā super altitudinem nubium, & similis ero altilissimo: tu autem projectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, & quasi cadauer pūtridum, politus & obuolutus cum ijs, qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta lacus. Ceciderunt utiq; apostatici spiritus (Michaelē in eis præualecente atq; uincente) de stabili bono ad fluxibilitatem, de luce ad tenebras, de scientia in ignorantiam, de innocentia in culpam, & de naturæ puritate, atque liberi arbitrij facultate in supplicium sempiternum, quemadmodum de ipsis per Iudam dicitur. Angelos uero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni Dei in vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sic prorsus sic debuerem multari, qui uniuersorū conditore neglecto elato animo alienū sibi conati sunt usurpare imperiū. Cæterū q; suo se humillime factori sternētes cōtra nequā spiritus repugna-

Luc. 15

Ezech. 28

Apoc. 12

Esa. 14

Luc. 23

Hebr. 4

uerere uiris literis, non immerito confirmandi maximòq; fuerant honore donandi. Ex libetate igitur arbitrij, qua Deo subsistere delegerunt, in gratia & gloria repente cōfirmati sunt bono, Dei beata fruētione percepta. Hinc sanctorū angelorū sublimata sunt merita, hinc præcipue gloriosissimi Michaelis principatus est auctus, & per uniuersum orbē illius nomen effectum est celebre, adeo ut supra omnes beatos spiritus singulari ac intima à fidelibus ueneratione colatur. Non autem ab re illum sacro sancta mater honorat ecclesia, quē sui specialem & proprium nouit esse custodem, intercessorem assiduum, curiæ cœlestis principē, atq; animarū electorū sedulū suceptorē. Quamobrē agnoscāt singuli, agnoscāt omnes protectorē suū, illū laudibus efferat, frequentent precibus, uotis amplectentur, deuotione inclinent, & per emēdationē uitæ lātificēt. Nō enim poterit orantes despicer, repellere cōfidentes, declinare amantes, quippe quiū defendat humiles, pudicos diligat, dirigat innocentēs, custodiat uitā, regat in uia, perducat ad patrīam, ubi sponsus regnat ecclesia Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, &c.

In solennitate beatissimi Hieronymi doctoris & confessoris.

**Q**uemadmodum reges gentium, quum habitationis sue construere uolunt palatia, locato prius fundamento columnas erigere consueuerunt marmoreas, super quas cætera structura firmetur: ita & mediator noster egisse cognoscitur. Adificauit namq; sibi domum pulcherrimā ad habitandū, nō utiq; de se. Etis ac quadratis lapidibus, sed de uiuis & fulgētib. preciosis margaritis, quas nec rubigo fœdaret, nec uetus aspergimētus cōsumeret, necq; uentorū impulsus infringere. Talem prorsus decuit æternā sapientiā sibi fabrefacere mansiōnē, q; quotidiana nō indigeret reparatio ne. Tale inquam habitaculū Dei filius habere debuit, cuius latitudo repleret mundū, humanum eius species affectum alliceret, innumerabilem illius capabilitas cōtineret plenē. Hoc quis nō contēplando miretur & gaudeat? Quis in eo mansiunculā nō concupiscat habere, in quo iuge celebratur conuiuiū medullatorū pinguium, atq; uindemias defecatæ. In ipso namq; saginatus uitulus, occisus & assus apponitur discubentibus, uinum quoq; meracissimū, quo astantiū lātificantur corda, ibidē abūdere cognoscit. Nō desunt ibi tympanū & lyra, psalteriū & cithara, quorū modulatione sonora cōuiuantū metes suaui delectatione pascūtur. Has profecto delicias nullus percipit, nisi sit mūdus, nemo intelligit, nisi purgatus. Spirituales q̄ppē quū sint, spirituali oculo atq; spirituali sumendæ sunt gustu. Beati mundo corde, quoniam domum hanc ingredi, ipsiusq; pulchritudinem aspicere meruerunt. Hanc à longe Propheta prospectans aiebat dominos:

Mattib. 5

psal. 25

Apoc. 21

Eph. 2

Domine dilexi deorem domus tuæ, & locū habitationis gloriae tuæ. Munda igitur cor tuū, absterge delictorū sordes, ueste induere nuptiali, ut ingressus in eā pacis suscipiaris ad osculum, admittaris a sposo, & cū cōuiuantibus pariter conuiueris. Scito tamē prē noscens, quod quisq; pollutus spiritu, peccandi uoluntate deformis, indumento nudatus, seu ueste conscius a dominico segregatur conuiuio. Nam etsi corpore cum catēris intrasse uideatur, spiritu tamen ac mente secernitur. Mortificati quippe membra gerit imaginem, quod sine uita heret in corpore, & nullo corporis spirituali uegetatur ali- mento. Habitaculi huius, de quo loquimur, uis nosse mysterium? Vidi (inquit Ioannes) ciuitatem sanctam Hierusalem nouam descendenter de cœlo, à Deo patratam, sicut sponsam ornatam uiro suo. Deinde: Et audiu uocem de cœlo dicentem: ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit in eis, & ipsi populus eius erūt, & ipse cum eis erit eorum Deus. Vniuersamq; in Christo multitudo congregata fidelium nunc do- mus, nunc ciuitas, nunc templum, nunc ecclesia, nunc corpus, nunc Dei tabernaculum nuncupatur. Luxta significationis exigentiam nominis fortitur uocabulum, quum ea- dem res in ueritatis sacramento subsistat. Istius spiritualis ædificij fundamentum Christus est, dicente Apostolo: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos superaedifica- mini in habitaculum Dei in spiritu sancto. Illud quippe gemmis preciosissimis decora- uit, prout regie competit dignitati. Columnas insuper eius (sicut in Canticis legitur can- torum) fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media illud propter Hierusalem filias, caritate construit. Quamobrē quisquis diuinorū eloquiorū uult

A uult habere notitiā, harum columnarū in hęgeat firmitati. Nā eloquia domini casta argē psl. 11 tum igne examinatum. Si autem cœlestis cōtemplationis desideras uacare dulcedini, turbarum conuersationem evita, quietis reclina in thalamū, sapientiæ splēdore nitentē. Thesaurus quippe desiderabilis (sicut refert sapiens) requiescit in ore sapientis. Verum si perfectiora conari apprehendere, apostolorum, Martyrumq; sectare uelitia, mundi gloriā tuis substerne pedibus, corpus propriū pro honore Dei uniuersis expone peri- culis, atq; quadam animi magnanimitate te eleues super te, quatenus uirtutibus omnib. decenter ornatus, corā uniuersorum rége purpuratus appareas. Demū si horū actita re præsumis, duplícis caritatis planū iter incede, ut inoffenso pede cū filiabus Hierusalē in regno cœlestis aulam introeas. Vidēsne quām decenter tabernaculum suū sapientia Dei construxit in terris? Singulis iuxta impensi muneriis qualitatē propria & specialis prærogata est mansio, ut illud ingredi atq; superædificare desiderent. Alios namq; (Paulo attollante) fecit apostolos, alios euāgelistas, alios pastores, atq; doctores ad consummationem (uidelicet) sanctorum, & in opus ministerij tabernaculi sui, qđ ipse cōposuit. In hoc itaq; tabernaculo spirituali gloriōsus Hieronymus summum sortitus est locum.

Merito quippe illum colit ecclesia, qui eam scientiæ munimine custodiuit, protexit, & docuit. Erat profecto columna argentea, erecta, fulgens, & solida. Tanquā columnā super bases aureas fundata mens illius erigebatur in cœlum, cœli alta penetrabat, ut lumē ueritatis intueretur in lumine. Nunquam tamen imbrē potuisset ex se proferre doctrine nisi in cœlestib. & ipse fuisset imbutus. Fons nāq; sapientiæ uerbū Dei in excelsis est, & ingressus illius mandata æterna ad illū diligendo propinquans sapientiæ fluenta percepit. Nam secundū dattū & beneplacitū ipsius præbet illā Deus diligentib. se. Nō enim talis est illa, de qua loquimur sapientia, ut humano ualeat uendicari ingenio. Impetratur precibus, cordis puritate suscipitur, humilitate custodit. Nempe in maleuola animā nō introibit sapiētia, neq; habitabit in corpore subdito peccatis. Tumorē euacuet, criminū fæces abluat, gemitibus dominū deprecetur, qui diuinæ sapientiæ cupit ueritatem agnoscere. Quantis (oro) hic sanctus exhortationibus, quātis profluiūs lachrymarū, quantis uigiliarum laboribus, quantā ueritate humilitatis uirtute mentis suæ mundabat hospitū,

C ut dignus sapientiæ contubernio haberetur. Nēpe illā concipiuit, quæsuit, inuenit, & tenuit, atq; castissimis illius est pótitus amplexibus: unde tanquā amicissimo sibi incerta & occulta eloquiorum sanctorum mysteria reseruauit innumera. Factus plane erat ex assidua meditatione scripturarū templū Dei, sapientiæ sedes, paracliti minister, uas mūdū, æterni luminis ostensor, scientiæ magisteriū, atq; angelorum imitator. Corpore nāq; tenebatur in terris, re aut uera mente conuersabatur in cœlis. Scalam nāq; sibi construxerat spiritualē, cuius cacumē tangebat cœlos, per quā ascensus frequentabat & descensus. Ascendebat utiq; contemplando cœlestia, ac meditando diuina. Descendebat aut, quū exigente causa sibi indulgeret & proximo. Talibus quippe studijs affuetus singulare inter homines emicuit sanctitate ueluti lampas accensa, atq; perlucida omnē domū illustrauit ecclesia. Vbiq; bonitatis illius radiate splendore nominatissimus habebatur.

D Quis in ecclesiæ gremio Hieronymi non est eruditus scientia? Quis uitæ illius non est ædificatus exemplo? Quis non est ipsius implorationibus roboratus? Effectus est communis pater, lux mundi, annunciator regni, seculi interuentor, speculum sanctitatis, uirtutum forma, & fidelium robustissimus propugnator. Nempe sine sanguinis effusione gloriosum martyrij triumphum obtinuit. Quod enim carnificis mucrone non pertulit, hoc in seipso caltitatis amore compleuit. O quoties ego (inquit) in eremo constitutus, & in illa uasta solitudine, quæ horridum monachis præstat habitaculum, Romanis me putabam interesse delicijs. Sedebam solus, qui amaritudine plenus eram. Horribant facco membra, deformis & squalida cutis situm. Aethiopicæ carnis obduxerat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus, et si quando repugnantem me somnus imminens oppressisset, nudæ humo uix ossa hærentia collidebā. Ille igitur ego, qui ob gehēnæ metū talis me carcere damnauerā, scorpionū tantū socius & ferarū, choris intererā puellarum. Vidēsne quanta animi soliditate uiriliter pugnauerit cōtra se? Sibi minime pepercit, ut parceret. Dum enim cōtra se factus est crudelis & rigidus, suimet effectus est triumphator egregius. Hoc etenim est singulare trophyum carnem spiritui, spiritumq; subigere Laur. Iustin. conditoris

**C**ōditor in nūquā Deo q̄s poterit esse subiectus, q̄ mēti suę imperare ne quiverit. Hinc est, q̄ amator Dei debet prius amator esse uirtutis. Dei nāq̄ dilectio in uirtutis stadio cōpro batur. Tolle à corde uirtutē, & caritatis edificium collabēt. Caritas (inqt Apostolus) patiēs est, benigna est, nō agit perperā, nō est ambitiosa, nō inflatur, non cogitat malū, nō gaudet sup iniquitatē, cōgaudet ueritati, omnia potest, omnia sperat, omnia credit, omnia sustinet. Caritas nūquam excidit. Emulemur itaq̄ dilectissimi caritatē, quā iste, de quo loquimur, emulatus est sanctus. Per ipsā quippe fuit mūdo sublimior, diabolo prū dētior, leipo robustior, morteç fortior. Hac p̄cipue decoratus tentationib. nō cessit, nō est laceſitus iniurijs, nō emulatioñibus fractus, nō carnis proſiratus illecebris, nō in fatuatus honoribus, non elatus laudib⁹, neque laboribus fatigatus, sed permansit cor de mundus, humilitate excelsus, puritate conspicuus, castitate insignis, fortitudine in superabilis, autoritate erectus, mente deuotus, omnīq; uirtutum candore uestitus. Totus plane uitæ illius decursus Christianæ religionis est ſpeculum. lugum etenim domini ab ipsa ineunte ætate portauit, literarum ſanctorum ſectatus est ſtudia, ita ut ſcien- tia incomparabilis haberetur, aridum mundum calcauit cum flore, domum, patriam, pa rentes relinquēs, Roma egressus eremi deferta penetrauit. Nemo illo in diuinorum elo quiorum explanatione utilior, nullus contra corpus proprium ipſo auſterior. Quis in corrīgēndis ſceleribus fuit eo audaci⁹, ignorabat prorsus homines mulcere blanditijs, nesciebat uitia palliare ſilentio, nimio diuini amoris zelo ſuccensus. Erat profecto ſicut malorū, ita & ſui acerrimus insectator. Nam & minima delicta adeo lacrymis rigido tergebat, ut si quis non agnoſceret illum, peccatorum maximum Hieronyminum effateretur. Denique omne uiuendi tempus indulſum ſic fideliter consummauit, quaſi eſſet quotidie moriturus. Pugnauit quippe fortiter, uixit temperanter, conuersatus eſt iuſte, & prudentiſſimē perdurauit. Bonum religionis ſanctæ certamen certauit, curſum peregrinationis ſuæ laudabiliter uiuendo consummauit, fidem rectam domino Christo perſeuerando ſeruauit, ſicq; in ſenectute bona, plenus dierum, meritis locuples, celeberrimus ſanctitate obdormiuit in domino, appositus ad patres ſuos, associatus angelis, coronatus à Christo ecclesiæ ſponſo, qui eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula ſeculorum. Amen.

In feſto ſancti Lucae Euangeliſte.

**V**arias, quibus mortalium corda poſſidentur, affectiones eorum, qui re cte ſapiūt, dubitat nemo. Sūt nāq; uoluptuosæ, naturales, atq; ſpirituaſes. Voluptuoſe quippe affectiones magna ex parte generātur, atq; nutriūtur ex ſen ſibus, naturales in homine pariter originem ducunt, ac inseparabiliter perfeuerant: ſpirituaſes uero gratis donātur à Christo. Nec eſt, qui earū quicquā uirtute propria ſibi uēdicare ſufficiat. Crescūt quidē ac minuūtū iuxta poſſidentū ſollicitudinē, ſiue torporem gratiæ Dei libero cooperāte arbitrio. Nullus ad perfectionē uirtutū repēte cōſcendit. Quamuis ſine poenitentia ſint dona & uocatio: minime tamen abq; liberi consenſu arbitrij & exercitatione ſedula ſpiritualē quis ſortitur affectū. Multis q̄ppe raptu quoq; prærogat, & trāſit. Hoc q̄ ſaþe ex percipiētis contingit ignauia, dum cœleſte paruipēdit munus, & uili aſtimat, qđ precioſum eſſe cognoscit. Merito aut cōmen dandus eſt ille, q̄ ſpiritualis affectionis beato calori ardēti, materialia ſubministrat. Ignem (inqit dominus) ueni mittere in terrā, & qđ uolo, niſi ut ardeat: Caritatis etenim ignē cordibus hominū terrena ſapientiſſi ſaluator ingeſſit, quatenus eius purificati incendio diſcerent amare coeleſtia. Ignē repercuſſit igne, & carnem conuertit in ſpiritum, ſi tamē humana fatuitas nō refiſtit. Valet enim ſicut affenſum præbere, ita gratiæ repugnare diuinæ. Magna profecto liberi arbitrij uirtus eſt, quaſe ſalutis ſeu propriæ damnationis efficitur cauſa, unde reprobationem ex ſe meretur & laudem. Da iigitur operā tu, qui gratiæ coeleſtis effectus es particeps, ne tepeſcat ſpiritus, obtenebreſcat lumē, excutiatur flamma, mens deuiet, reflectatur intentio, intermiſſatur opus, domitet cuſtodia, mutet affe ctio, diminuatur gratia, & proficiendi laxetur propositū. In hiſ ſi incautus fueris, facile resiliens, & decides, ſpirituq; mutatū in carnem poſſidebis, prout quibusdā Apostolus admonēdo dicebat: Videte, ne quū ſpiritu cooperitis, carne cōſummemini. Tunc quidē ſpiritus transfertur in carnē, quādo ſpiritualis effectio, q̄ animæ gratia mediāte largitur, quaſe

A quaſe ſpiritualib. ſtūdijs nutriti debuerat, deficiēdo captat ex ſenſibus. Duleſis prorsus eſt carniſ illecebra, & naturæ copulata ſolatio. ſēper ſpiritu inimicatur, donec & ipsa ſpiritus ſuauitate pafcat. Tunc ſpiritualis effecta pari modulatione iucundū Deo per foluit obſequiū. Hoc in ſe Propheta pefentiens inquit: Cor meū & caro mea exulta: psal. 83 ſunt in Deū uiuū. Perfectorū hic cibus eſt ſolidus, eorū (uidelicet) qui diuini amoris fa ſme ſuccensi ex uisibilib. nouerunt inuifibilia deguſtare. At uero qui adhuc infirmus eſt, deuotionis tātum fouēdus eſt lacte. Cæterū qui ſua ſe prädomināte ignauia, proprio ſeduceſte tumore ſpiritualis affectionis ab arce ceciderit in regionē longinquā abiēs, patrimonio diſtracto carniſ petulantia porcorū more ſectatur. Iſtiuſmodi congruit, qđ ore Propheticō dicitur: Homo quū in honore eſſet, nō intellexit, cōparatus eſt iumētis psal. 48 inſipientib. & ſimilis factus eſt illis. Se nāq; in honore pofitū nō intellexiſſe cōuincitur, qui ſuaui domini interiorē iugo reiecto tāquā canis ad uomitum ſeculi uoluptates, qui buſ renūcianterat, denuo nō feretur appetere. Exigua talium ſalutis eſt ſpes, qui reſiliunt ab eo, quod laudabiliter inchoauere, ppoſito. Fiunt enim horū posteriora (domino per hibente) peioribus. Nā prästantius illis fuerat uia domini non agnouiffe, q̄ post agnitā abire retrorsum. Veruntamē de ipſorū nequaquā reſurrectione funditus deſperādum eſt, quamuis diſſicillimē corrīgantur. Quis (oro) deſperet de uenia, quando qua triduanus mortuus eſt reuocatus ad uia: Milericors & miſerator dominus late pietatis ſinu ſuſcipit poenitentes. Quanquā innumerabilū quis p̄peditus ſit onere delictorū, ſi ex cordis cōpunctione clamauerit, admittetur ad gratiā. Quoties (inqit per Proph tam dominus) ingemuerit peccator, iniquitatū ipſius minime recordabor. O amplectēda, omniq; ueneratione caritatis Dei noſtri colenda diſfuſio, quaſe tā facile ex corde con tritis p̄bēt indulgentiā, pollicetur gratiā, propriamq; obliuioni mandat inuiriam. Ve rus quippe ipſe eſt pater, qui poenitētibus filijs ſic propere relaxat facinora. Ratum eſſe fatetur, quod prophetico affatus eſt ore: Nunquid uoluntatis meæ eſt mors impij, & ibid. non magis ut conuertatur, & uiuat? Quomodo interitū ualeſ concupiſcere peccatorū, qui pro peccatorib. dignatus eſt pati? Auerſi igitur à domino, & à ſpirituali collapsi dulcedine, ad dominū conuerti non diſferant minime gratiā diſſidentes poſſe recuperare priorē. Ad hanc utiq; non repente, ſed p̄euiā mentis exercitatione ac uirtutis proposi to per incrementa profiſcent. Non enim adipiſcitur gratis, quod ex animi torpore depe riſt. luxta igitur prophetæ oraculum euellant, deſtruant, diſſipetq; uitiorum innata germina, necnon ſenſuum immoderatā laſciuia, quatenus gratiā interueniente ſuſfragio pomariū ualeāt inſerere atq; plantare uirtutū. Prius tamē mentis eſt edificanda maceria pro ſylvestriū coercione ferarum, quaſe per opacas noctis tenebras proprijs desertis luſtris, diſcurrere conſueuerunt. Sui igitur met nemo cuſtodiā negliget, quoniā ſponsi, ad quē declinat, eſt hortus, atq; cœlorū ibi eſt regnū. Dicti huius uis noſſe ſententiā: Hortus (inqit ſponsus in Canticorū canticis) cōclusus ſoror mea ſponsa: hortus conclusus, Cant. 4 fons ſignatus, emiſſiones tuę paradiseſ malorū puniſorū cum pomorū fructibus. Spon ſam uero eadē repetētē rem attēde: Veniat (ait) dilectus meus in hortū ſuū, & comedat fructū pomorū ſuorū. Alibi quoq; inquit: Omnia poma noua & uetera ſeruauit tibi dile Cant. 5 cte mi. Cordis igitur noſtri habitaculū ſponsi hortus eſſe perhibetur, qui cuſtodiendus atq; ſolerti excoledus eſt cura. Naturaliter quidē ſecondus eſt, & ad ſponsum ſuſci piendum idoneus, ſi tamē neglectus non maneat. Tanquam ab opifice ſummo condi tuſ bene ſemper naturaliter tendit ad bonum, quanquam ab adolescentia hominis ad malū pronus appareat. Cæterum hoc nō ex natura, ſed ex colluuiōne originalis cognoscitur emanare peccati. Naturalis ſiquidē effectus capax eſt gratiæ, uirtutis amator, caritatis receptaculū, cellariū deuotionis, hortus ſpōſi, paracliti minister, atq; consolationū coeleſtium deguſtator. Spirituali etenim quamdui prudenter exercetur industria, efficietur purior, dilectione ardentior, ſublimior uotis, Deo propinquior. intentione perfe ciator, caritate profuſior, gratia plenior, atq; ſecuritate alacrior. At uero ſi ex incuria ua getur exterius, ſi uoluptuosæ ac lutoſe carnis connubio ſe detur, mox ſenſuum lenoci nio fretus concupiſcentiarum repletur uepribus, mundi ciuis & ſeculi amator efficitur, quārū carnē, p̄fentibus delectatur, honores ambīt, facultates cupit, ſe detur uitia, uirtutes obhorret, coeleſtia negligit, ſuimet inſidiator existit, ignorat Deum, odiſ ſe, pu

Laur. Iustin.

L 1 2 dicitiam

dicitiam damnat, atq; malorū omnium ex uoto proprio reus esse cōvulnatur. Hic igitur p naturalis affectus inter uoluptuosum ac spiritualem medium sortitus est locū, quatenus ingeniti arbitrij libertate potitus, mortis ac uitæ haberet imperiū. Hinc est, quod quisq; sibi ipsi efficitur iudex & testis cogitationibus sibi inuicem accusantibus, atq; in die domini defendantibus. Summopere igitur uigilandum est, ut rationis cooperante suffragio naturalis affectus semper erigat in Deum, deuotionisq; nutriatur dulcedine, nequādo effectus insipidus ueluti effrānum animal uoluptati carnis intentus, profugus uagatur in terra. Quamobrem orationis, necnon & sanctarum scripturarum alendus est pabulo, quo eruditus in spiritu quid agere, quid utare debeat, nō ignoret, unde in Cantorū canticis sponsus sponsam alloquitur dicens: Si ignoras te ô pulcherrima mulierū, egredere, & abi post uestigia gregum, & pasce hōdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Pastorum etenim tabernacula prophetarum, apostolorumq; ac euangelistarū uolumina sunt, in quibus alimenta uarentia, atq; uberrima animarū pascua cōtinentur. Horum unum sanctum Lucam nouimus esse pastorum. Hic quippe fraternalē dilectionis emulatio permotus, medicus quū esset quām optimus, spiritualia nobis prærogauit antida ta, per quā affectionum humanarū mederetur languoribus. Merito iste uenerādus est sanctus, qui salutis monita, atq; cœlestis uitæ pabula ministrare non desistit. Porro triplici affectioni nostrā trifariā nobis medicinā exhibuit. Quis uoluptati deditus, atq; corporalium sensuum superatus illecebra non ualeat resipiscere, quū euangelistā hunc qualiter ad iudicium uenturus sit Christus narrantem audierit: Hortatur utiq; ad pœnitentiā delinquentes, quoties futura supplicia atq; iudiciū denunciat esse propinquum. Nam tū more tantum uoluptuosa coeretur affectio. Disce igitur, quicunq; carnalē sectaris affectum, ineuitabilem mortis esse sententiam, incertā horam, euētum dubium, seueritatem iudicis, perennitatem sententiae, horrendū chaos, tartarei carceres, edacitatē inextinguibiliis flāmæ, pauendū aspectū dæmonū, atq; inconsolabilia inferni fore tormenta. Ista nem pēli cogitabis assidue, immoderatū uoluptatis noxiā temperabis ardorem, uoluptu sumq; in naturalem cōmutabis affectum. Tunc etenim rationalis effectus euangelista, G nostri Lucæ eruditus eloquio, uirtutū semitas gradieris intrepidus. Ipse namq; contemptum suadet seculi, necnon præsentes illecebras docet esse calcadas. In aduersis præterea constantiā, humilitatē in prosperis, spiritus paupertatē, sicut iustitiæ, mansuetudinē cordis, morum probitatem, atq; uirtutum disciplinam in omnib; hortatur esse seruandā. Non ab re igitur per Prophetam plenū oculis animal esse describitur, quandoquidē p̄uidenda futura, reminiscenda præterita, atq; prudentiæ intuitu disponenda docuit esse præsentia. In his uirtutis magisteriū ac ædificium moralitatis erigitur. Efficitur animus seipso sublimior, mundo locupletior, diabolo fortior, amator sapientiæ, Christi discipulus, angelicarumq; uirtutum fidelis amicus. Meretur siquidem, gratiæ diuinæ comitate suffragio gustum suauem obtinere cœlestium, atq; spiritualē mentis affectum induere. In uirū quippe transit perfectum, & in mensurā ætatis plenitudinis Christi, dum eiusdem mediatoris uitæ incrementa considerat. Reperiit namq; in illa mira suavitatis fragrantiam, exuberantemq; frēcunditatem spiritus, quæ in contemplantis animo concūpiscentias parturit æternas. Est enim ager plenus, uernans, & floridus, omniumq; uirtutum nitore perfusus, qui internos nutrit sensus dilectione, cognitione, & gaudio, adeò ut in illo mentis exercitatione perabulās, nec labore deficere, neq; ualeat tentationū mīetate succubere. Hūc quippe benedixit Deus benedictione maxima, atq; imbre cœlesti desuper infuso madefecit uberrimè, ita ut ab æstu securus sit, necnon à turbine, & à pluvia. Talis nobis debetur terra frēcunda, amœna, & pinguis, quæ esuriem nostrā sua posset fertilitate auferre, frētoremq; nostrum suavitatis proprię odore repellere. Huiusmodi donū euangelicū nobis Lucas exhibuit, quod noscitur esse medicina languentibus, debilibus robur, periclitantibus salus, peregrinatibus solatiū, mentiū cibus, sine macula speculū, sine deformitate pulchritudo, gaudū sine mœstre, & absq; defectibilitate, beatitudo perpetua. Horū etenim honorū minister fuit nō autor. Non enim à seipso, sed spiritus loquebat in illo, de quo propheta visionem animaliū atq; rotarū, quæ pari significant sensu, insinuās inquit: Quū ambularent animalia, ambulabāt pariter rotæ iuxta illa, & quū eleuaret animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ, q̄cūq; ibit spiritus, illuc

A illuc eūnte spiritu & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eū, cum euntib; ibant, & cum stantib; stabāt, & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur, quia sp̄ritus uitæ erat in rotis. Hinc glorioſissimi Lucæ ceterorumq; euangelistarū autoritas præclara ostenditur, quia quæcūq; de domino cōpilauere Iesu, sp̄ritu sancto reuelate, fecerūt. Nā quamvis multi (prout idē sanctus in exordio sui narrat euāgelij) conati sint ordinare gesta dictaq; mediatoris nostri, ipse tamē præelectus à sp̄ritu, tertius in animaliū numero sortitus est locum, uidelicet uituli, quoniā sacerdotij legalis dignitatē afferuit esse abolitā, nouo apparetē sacerdote Christo Iesu, de quo Propheta ait: Tu es sacerdos in æternū secundū ordinem Melchisedech, pr̄icasq; oblationes in sp̄irituales esse mutatas. Ipsū itaq; imitādo colamus, cuius laus est euāgelij per omnes ecclesiās. Illius scripta debito cū honore legamus, quē sp̄ritus sanctus nobis præsttit doctorē eximium. Id aut̄ studeamus achtare eo feruentius, quo de domini Iesu moribus, doctrina, gloria, necnō & de nascētis ecclesiæ uniformiter cōtinetur exordio. Nouerat quippe sp̄ritū in eo reuelate mysteria nichil ad eruditionē fidei ac disciplinā morū cōgruere melius, q̄ de Ihs, q̄ caritatē nutrīt, insinuant gratiā, cōponunt uitā, fidē adaugēt, Dei dilectionē cōmandant, in præsenti pariter & in futuro pficiūt inferre colloquiū. Sanctū igit hūc uotis efferamus & laudibus, quē orbis totus hodie uenerat & colit. Tribulationib; quidē multis exercitatus, nō fractus cursum sūræ prædicationis expleuit. Diebus nāq; plenus & meritis in Bithynia feliciter dormiuit in domino. In eius aut̄ cōsummatione laudabili exultantibus angelis, apostolorū ac sanctorū martyrum admistus est chorus, quoniā pari carnis mortificatione pro gloria domini martyrij adeptus est palmā, ipso nihilominus dimicātē cū illo, q̄ eidē perseverantiae gratiā & ineffabilis iucūditatis coronā prærogauit æternā, Iesu Christo, domino nostro, qui cum patre & sp̄ritu sancto uiuit & regnat, &c.

In festiuitate sanctorum apostolorum Simonis et Iude.

C  Vplicem nouimus legem institutā esse mortalibus, timoris (uidelicet) & amoris. Illā quippe timoris seruus, illā uero amoris exhibuit dominus. Quæ enim seruili coercebat metu, in clangore tubarum, fragore tonitruorū, & su migratione montis est data, quæ autem ex dilectione operatur, in sp̄iritu sancto, in multiplicitate donorū, & reuelatione cœlestiū fuisse prærogata cognoscitur. Clamat in lege timoris dominus per Prophetā: Videte, uidete, q̄ ego sim filius, & nō est alius præter me. Ego occidā, & uiuere faciā, percutiā & ego sanabo, & non est, qui de manu mea possit eruere. Erudit in lege gratiæ unigenitus Dei patris, ut quū oramus, dicamus: Pater noster, qui es in cœlis, sanctifice nomē tuū. Præcepit Hebraorum populo Deus, ut ad montē, in quo ipse cum Mose loquebatur, nemo accederet ne moreretur. In uitat in euāgelio Christus, & dicit: Si quis sit, ueniat ad me, & bibat, & flūmina de uentre eius fluent aquæ uiue. In lege literæ mandat per Mosen dominus dices: Maledictus homo, qui non permanērit in lege uoluminis huius. In euāgelio ait Veritas: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Cōputruit plane iugū à facie olei, abolita est legis duritia p̄ dulcedine caritatis indulta. Hinc Petrus Israëlitis, & ad D huc iudaizare uolentibus inquit: Quid intentatis imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres nostri, neq; nos portare ualuimus? Sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Hinc etiam ueritas ingentem sarcinam intuens, hominum ceruicibus esse impositam materno permota affectu aiebat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, tollite iugū meū super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humili corde & inuenietis requiem animabus uestris. Quæ (oro) genitrix uteri sui filijs laborantibus tam blandè loqui posset, ut illos reuocaret ad se, & ab oneribus liberaret, sicut æterni patris sapientia & ipsa utiq; mater est nostra honorificata & sancta, quæ uerbo suo nos genuit, in utero aluit, produxit ad lumen, fouet gremio, & nutrit sp̄irituali pabulo. Ipsa (inquit) eadem est, quæ sicut olim, ita nunc filios suos hortatur redire ad se. Quid enim olim? Nunc (inquit) filij audite me, beati qui custodiunt uias meas, beatus qui audit me, qui uigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei, qui me inueniet, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. In præsentiarū aut̄, Venite (ait) ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiā uos. Virasq; sapientiæ uox est inuitantis & admonentis. Quisq; igitur pro se stu-

Psāl. 109

Deut. 32

Matth. 6

Ioan. 7

Act. 15

Matth. 11

Pro. 8

Matth. 11

**Prouer.** deat obtemperare exhortanti, ne audiat subsannantem. Illius quippe sententia est, quā p. dicitur: Vocaui, & renuistis, extendi manum meā, & nō fuit, qui alpiceret. Ego quoq; in interitu uestro ridebo, quū uenerit super uos repentina calamitas. Talis meritò contem ptoribus sapientiæ debetur pœna. Qui neglexerunt gratiā, abiecerunt matrem, disper serunt dona, & paruipenderunt cœlestia. Nempe noluerunt intelligere, ut bene agerēt. Noluerunt (inquam) intelligere terminum ad quem, statum à quo, causam propter quā eos ad se glorioſiſſima mater inuitat. Precamur autem nos te ô inclyta mater pulchræ dilectionis, magnitudinis, & sanctæ spei, ut nobis te audire uolentibus, tuisq; manda tis obedire cupientibus latius planiusq; tuorum reseres uim uerborum, quoniam paruu li sumus, & lactis cibo indigemus. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intelle ctum dat paruulis. Paucis enim multa concludis, & suauiflora quadam sub breui polli citatione metiris. Quantum enim ingeniali mei tenuitas capit, uenienti ad te promittis satietatem refectionis, tollenti iugum tuum leuitatem oneris, discentiq; inuentionem quietis. O domine domine, quis te promissore fidelior, tuoūe iugo quid suauius necnō F. tua requie quid felicius? Allicis quidē paterno affectu nos, ut ueniamus ad te. Nō enim gradimur ad te motu corporis, aut loci circumscriptione, sed mēte, sed affectu, sed inten tione, sed uotis. Quanquam maiestatis tuæ præsentia totus ubiq; sis, nulloq; conclu da in loco: elatis tamen semotus humilibusq; propinquus es. Luxia est dominus (inquit Propheta) ihs, qui tribulato sunt corde. Alibi quoq; idem ait: Excelsus dominus & hu milia respicit, & alta à longe cognoscit. Humilias te ô homo! Propinquus efficeris. Su perbis? Discedis supra modū. Accedis igitur humiliando te, superbiendo elongas. Esto humili, & accede securus ad eum, qui in euangelio clamat: Discite à me, quia mitis sum & humili corde. Intrepidus factus uilis in oculis tuis perge ad Christum. Te agnoscer, te suscipiet, ad te declinabit, in cuius cordis thalamo dulciter requiescat. Super quem (inquit per Prophetam) requiescat spiritus meus, nisi super humilem, & quietem, & tre mendem sermones meos? Senties prorsus in te exinanitam maiestatem propter te, si cor de extiteris humili, quietus moribus, affectu pauidus, si non erexeris ceruicem, si non ambulabis in magnis, ac mirabilibus super te. Te inquam docet natura, impellit gratia, conuincunt munera, allicit benevolentia, hortatur exempla, ut humiliatus in te accedas ad eum, qui quum sit sublimis Deus in se, homo factus est humili propter te. Propter te, non propter se factus est quod tu, ut te cognoscas in illo, nec metuas seruiliter illum, qui humanam assumpt naturam, tuam gessit imaginem, tuis communicavit infirmitib; tuos sanauit languores, & tuis reatibus satisfecit. Vocibus suis clamant uniuersa hæc beneficia, & innumerabilia alia his præstantiora, ut alacri animo, ignito affectu, mēte simplici, deuotione fideli, cordisq; cum iubilatione sonora ad dominum Iesum adeamus, qui nos inuitat properare ad se. Non utiq; nostro indiget obsequio, ut tam dulciter nos hortetur. Nostris condolet passionibus, nostrisq; laboribus suffragium impenden do dignatur occurrere. Vult enim ut reiectis oneribus grauibus, quibus indeficienter aterimus, ipsius suave iugum nostris ceruicibus imponamus. Cæterum hæc mira res est, & contemplatione dignissima. Iugum quippe dicit suave esse & onus leue. Contra H. ria sibi ista uidentur, possetq; in his dubitare humanum ingenium, nisi hæc asseuereret Dei sapientia, secundum carnem sapientibus opposita, sed secundum spiritum manife stissima censemur. Iugum etenim Christi non corporale est, neq; materia ulla confectū, sed spirituale diuinitus prærogatū. Hinc nec premit corpus, nec fatigationē præbet. lu gum namque hoc caritas est, & amor uirtutibus exhibitus. Nemo asseuerare presumit graue esse amoris onus, quippe quum in omnibus laboribus temporalibus necessarius iu dicetur. Tolle laboranti amorem mercedis, peregrinanti affectū repatriandi, seu curiositatem noua cer nendi, pugnandi amorem uincēdi, & horum neminē perseuerare cōspicies. Nempe sua trahit unumquē uoluptas. Verum si tantū potest temporaliū immo derata ac cæca affectio, ut corporales spiritualesq; fatigationes sentire uix sinat, quantū ualebit erga Deum concepta dilectio, quæ incomparabiliter momentaneam excedit dilectionem? Da amantem, & intelliget, quæ discuntur. Vnde (oro) martyrum constan tia, confessorum exercitata uirtus, uirginum præclara pudicitia, apostolorum insuperabilis magnanimitas, sanctorumq; omnium cōmendabilis uita; Utq; nō aliunde, quām operante

A operante atq; cooperante caritate, de qua in Cantorum canticis legitur: Fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Hanc aquæ multæ extinguere, & flumina ob ruere nequiverunt. Hæc tormenta æquanimiter tolerat, tentationes uincit, labores non metuit, contemnit præsentia, futura prospectat, corporis uitam non diligit, carnis resolutionem non refugit, quoniam cœlestium bonorum secura promissione lætatur. Maximum prorsus caritatis est donum, per quod utriusq; uitæ intratur in requiem. luxua caritatis gradum pacis ac fruitionis requies prærogatur. Vbi dœst caritas, abest pax mentis, & spes certa remunerationis æternæ. Est quidem mentis tranquillitas sua ue quoddam iucundumq; bonum, per quod conscientia impolluta seruatur, propulsatur mœror, abiicitur diffidentia, erigitur in contemplatione animus, suimet possessor efficitur, propinquus fit Deo, latus in se, amabilis proximo, atque præcipue dilectus à Christo. O beata requies, ô cordis delicata tranquillitas, quam nescit mundus, carnis non experitur prudentia, & penitus peccator ignorat quām suavis es, & quām glorio fa dicta sunt de te. Cordi meo precor illabere, quoniam tui amator sum, tuumq; contuber nium habere concupisco. Vtīnam qui perte æquo moderamine uniuersa disponit, tribuat te mihi. Scio equidem illius dignatione mediante & grata te consequi me pos se, non aliter. Ipse namque ait: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos, tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humili corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Hanc saluberrimam sapientiæ exhortationem glorioſiſſimi apostoli Simon & Iudas, quorum dies natalitius hodie in ecclesia festiue celebratur, mente & corpore audire meruerunt. Seculi quippe blandi tias, carnis lenocinia, terrenas facultates quomodo spernere potuissent, nisi corde & corpore accessissent ad Christum? Nunquam labores peregrinationis, iudicum minas, tormenta carnificum, martyrij superassen agonem, si non caritatis iugo interioris hominis colla strauissent. Defecissent absq; dubio in itineris medio, & ingruentibus cōtra se persecutionum turbinibus naufragium pertulissent, nisi tranquillitas animi flante cā ritatis uento ingressi fuissent in portum. Verum qui illos per se uocauit ad se, fecit di gnos se, præstititq; eisdem tolerantia uirtutem, animi magnanimitatem, lumen fidei, ca ritatis gustum, & perseverantia bonum, per quæ sanctimoniac prærogatiuam, integritatem uitæ, conuersationis specimen, principatus honorēm, atq; triumphum perceperre martyrij. Minime autem ad tale per se ualeat humana infirmitas concendere glorię fa stigium, nisi prouehatur à Christo. Potest quum uirtute animi nititur contra se, lecum nī hilominus cooperante gratia, quantulumcuncq; sibi perfectionis meritum uendicare. Nequaquam tamen faciendorum uirtutem miraculorum, prophetiæ donum, æternorum suauem ebrietatem, & præcelsum sanctitatis gradum. Hæc quibus uult sine perso narum acceptione largitur omnipotens. Per Prophetam apostolos audi confitentes: Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris, elegit nobis hæreditatem suam psal. 46 speciem Iacob, quem dilexit. Duplicita igitur non pro peccatis suis, sed per mediatoris gratiam percipere meruerunt, principatus (uidelicet) & martyrij. Vt runcq; præcipuum conditoris est munus, & insigne erga se diuinæ caritatis testimonium. Quamobrem omni ambiguitate propulsa, intimo dilectionis ac deuotionis affectu hos, quos colimus, honoremus apostolus. Ipsos nobis Christus tanquā duo perlucida luminaria exposuit pro suffragio, exemplo, & gaudio. Suis quippe orationibus suffragantur nobis, ne exiliū huius periclitemur in uia. Exemplis nos prouocant, ut uirtutis ac ueritatis per semitas gradiamur, laborem suum insinuantes nobis inanem nō fuisse in domino. Hinc replemur exultatione & gaudio, interiori considerantes obtuitu, ad quantum humanitas nostra sublimata in sanctis ascendat æternæ retributionis culmen. Concipimus ex his operandi constantiam, spes robur, amoris igniculum, futuræq; beatitudinis desiderium, cupientes corpore dissolui, & esse cum Christo, latus cum angelis, congaudere sanctis, eorumq; iucundissimo aggregari consortio. Hoc autem quoniam ad uota ob tinere non possumus, sanctorum apostolorum hōrum patrocinia imploremus. Bunt plane illis interpellantibus exaudibiles preces nostræ, si non diffisi fuerimus, si du plici ad orandum non incesserimus corde. Repellunt enim dubetas & simulatio sup plicantium petitiones, nec usque ad præcelæ maiestatis Dei sinunt præsentiam pro

perare, quoniam languent in se, & spiritualium carent alarum remigio. Discat igitur si. E. delitter credere, discat ambulare simpliciter, qui intercessione sanctorum concupiscit gratiam obtainere & gloriam, non utiq̄ momentaneam, sed æternam, quam gratissime præbet diligentibus se Iesus Christus dominus noster, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, &c.

In solennitate omnium sanctorum.

**N**ter oblectamenta præcipua, quæ à Deo sunt prærogata hominibus, socialis est conuersatio. Per hanc plurimum leuaminis percipitur, dum mutuae caritatis onera portantur. Afflito etenim quid confert amplius, quam æstus cordis sui innotescere proximo? Hinc sana cōsilia, hortamenta salubria, dulcia colloquia, sancta monita, & iucunda confabulatio. Optimū planè dixerim esse præsidium ad tolerandos huius peregrinationis labores, & perferenda seculi mala socialiter degere. Tolle conuersationē fraternam, & periculis uitam hominis intelliges esse refertam. Væb soli (inquit scriptura) quoniam si ceciderit, nō habet subleuantem. Nempe ubi unitas fraternitatis, ubi caritas socialis, ibi dominus. Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum, dicit Veritas. Nōnne super congregatos discipulos descendit spiritus? An non in cœnaculo ipso resurrectionis die fidelibus aduocatis apparuit Christus? Diligit unitatem, nec à fraternitatis elongari potest collegio, quippe quum sit bonitas, & bonitatis suæ munera cōmunicare desideret. Quamobrem corpus uoluit habere mysticum, ut membris suis spiritualia impertiretur dona. Munificus quum sit, spiritualia stipendia proprijs cupit erogare militibus eo abundantius, quo illos paratores reperit. Aggregatam igitur illum in cœlo & in terra nouimus habere militiam, quarum alteram concupiscere, alteram uero tenere debemus. Porrò ad concupitam nunquam attingemus, si quam habemus, custodire negligimus. Nam quemadmodum gradientes per vias rectas peruenimus, quò tendimus: ita peregrinantur unitatem seruantes, regnantium felicitatem consequimur. Vtruncq; nos docet celebritas hodierna, quam colimus. Hæc namq; pro ueneratione sanctorū turbis Christi templa compleuit, eosq; ad exoluendum cæremoniarum cultum fecit unanimis. Debuit planè fidelium plebs sincero deuotionis affectu sanctorum omnium celebrare triumphos, debuit etiam congaudere regnantibus. Quis (oro) enumerare sufficit, quanta professoribus Christi per sanctos omnes sint collata suffragias? Documentis namq; suis & eruditioib; sacris ignorantiae nostræ depellunt tenebras, diabolica figura detegunt, nosq; erudiunt Deum colere, amare Christum, honorare angelos, dona divina agnosceré, detestari uitia, uirtutes imitari, cordis nostri latebras querere, errata corriger, atque concessa seruare. Conuersatione uero sua laudabilis nobis suadent mundū spernere, contemnere diuitias, carnis petulantiam declinare, iejunij macerare corpus, frequentare uigilias, orationi incumbere, fraternitatem diligere, miserorum calamitatibus compati, subuenire oppressis, mœstos consolari, docere inscios, errantes reuocare, cibare famelicos, uestire nudos, uisitare ægrotos, & cætera pietatis opera consummare, quæ iudicandis omnibus propositurus est dominus. De orationū autem sanctorum adminiculis quid referam? Ipsi prorsus sine intermissione interpellant pro nobis, utorpote astantes corā domino, & agnoscentes longe clarissim, quā nos discrimina præsentis peregrinationis, diaboli fraudes, quotidiano labores, in quibus premimur & inuiti. Experimento proprio nostra didicerunt incommoda, ex quo singularē erga nos gerunt compassionis affectum. Quomodo non compatiantur nobis tenerrime, quum induerint perfectæ caritatis uiscera, Dei ac proximi dilectione flammescant, uideantq; nunc nos fluctuare in dubijs, in tentationib; agitari, nunc casibus deñci, inflari prospectis, & seculi blanditijs irretiri? Mente utiq; haberent ferream, si nō pietate flescerentur, & diuinam propter nos misericordiam exorarent. Deprecantur planè pro nobis deum, quemadmodum in Apocalypsi legitur: Et quum aperuisset librum, quatuor animalia & seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorum. Alio quoq; in loco sic habes: Et uenit angelus uidelicet Christus, & stetit ante altare habens thuribulum aureum, & data sunt illi incensa multa, ut daret de orationib; sanctorum omnium de manu angelico.

Ecclesiastes 4

Matthew 18

Apocalypse 5

Apocalypse 8

**A**licoram Deo. Magni consilij angelus uocatus est Christus, per quem esse delatæ reseruntur sanctorum orationes, quoniā (sicut per Paulum dicitur) per ipsum accessum habimus ad Deum. Et alibi: Per ipsum offerimus semper hostiā laudis Deo. Ipso igitur mediante, ipso gratificante, & offerente corporis sui suave orationum incensum, placatam erga nos diuinam reddit iustitiam. Nec mirum, si interpellent pro nobis sancti, sanctorumq; orationes Christus Deo patri exhibeat, quū ipse etiam pro nobis interuenire dignetur. Sic enim per Ioannem dicitur: Si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Aduocatus est apud patrem pro nobis mediator noster exhibendo eidem, quam pro nostræ propitiacionis instrumento humanitatem induit, cicatricum vulneribus decoratam atq; fulgentem. Hinc est, quod omnipotens misericordiarum pater, & totius consolationis Deus est factus, unigenito suo illum reconciliante, atq; exorante pro nobis. Quamobrem maxima ex his nobis est prærogata fiducia, quum iudicem nostrum intercessorem nostrum esse sciamus, agnoscamusq; sanctos omnes pro nobis infatigabiliter exorare. Ciues igitur nostros, fratres, & coadiutores ueneremur, & solennem cæremoniarum impendamus honorem. Nostræ sollicitudini congaudent, nostrisq; deuotionibus delectantur utiq; propter nos, quibus proficit ad meritum, quum honorantur in terris. Singuli namq; singulas iam suscepere stolas iuxta mensuram donationis Christi, & caritatis eorum. Has prorsus sibi contexuere, dum uiuerent, de gemmis pauperum, suffragijs orphariorum, profluuijs lachrymarum, orationum instantijs, pernoctationibus uigiliarum, iejuniorum attritionibus, cæterarumq; uirtutum spiritualibus ac corporalibus studijs. Quamuis enim ex præuenientis gratiæ munere sint prædestinati atq; glorificati: non tam absq; eorū exercitatione per uigili ad sanctitatis apicem peruererūt. Non esurient (inquit discipulus dilectus à Christo de glorificatis sanctis) neq; sient amplius, neq; cadet super illos sol, neq; ullus æstus, ut subintelligas, quemadmodū esurierunt, sient, & reliqua, quæ enumerare longum est, sustinuere incommoda. De ipsis etiam per eundem dicitur: Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, neq; ullus dolor, quæ prima abierunt. Qualis eorum, dum peregrinarentur in corpore, extiterit cōuersatio, Apostolus exhortando manifestat dicens: Exhibeamus nos (inquit) sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagijs, in carceribus, in seditionibus, in uigilijs, in iejunijs, in castitate, in sciëtia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate nō ficta, uerbo ueritatis, in uirtute Dei per gloriam & ignobilitem, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, quasi morientes & ecce uiuimus, ut castigati & non mortificati, quasi tristes, semper autem gaudentes, tanquā nihil habentes & omnia possidentes. Huiusmodi uirtutum gemmis fabrefacta est corona sanctorum. Talibus prorsus exhortationibus ipsorum est stola cōtexta, atq; meritorum uiritate depicta. Iuste namq; (si fas est dicere) contemnitibus mundū largitur cœlū, uoluntarie se crucifigentibus angelorū gloria prærogat. Totū quod possidet, dantibus eis ad fruitionē perennis gloriæ tribuatur, qui omnia possidet. In iustus enim nō est ille, cui militauerunt sancti, ut laborū suorum debeat priuari mercede. Certauerunt eorū quidam pro ueritate usq; ad sanguinē corpora exposuerunt flagellis, perpessi sunt uerbera, uincula, & carceres, insuper lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui uerbo Dei testimonium perhibentes, nonnulli exhibuerunt se hostiam uiuentem, sanctam, rationabilem, ut facilius triumpharet pro adoptione uirtutū. Sicq; singuli ipsorum ut Deo placerent, fierentq; futuræ uitæ participes, iuxta sui gradus congruentia, spiritualia omnipotenti domino munera obtulerunt. Horum quoniā oblatio immolata cōplacuit, immortalitatis coronā feliciter perceperunt. Quā tametsi acquisierint decertando: gratis tamē ipsam accepisse fatentur. Hoc Propheta de se cōmemorās inquit: Benedic anima mea dño, qui redimīt de interitu uitā tuā, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Hoc idē Ioannes expressius indicauit, quando sanctos ante thronum Dei, & agni coronas submittentes retulit. Illorum igitur nemo sibi sed gratiæ Dei ascribit, quod habet, cuius dono taliter uiuere potuit, ut præmiū cōsequeretur æternum. Quando (oro) tantum promereri poterat humana fragilitas, ut ad æqualitatem pertin-

Eph. 3

Heb. 13

Apoc. 7

Apoc. 21

2. Cor. 6

Psal. 102

**I. Cor. 6** pertingeret angelorū, essetq; ciuitatis sancte Hierusalem, cuius Deus est artifex, perpetuus habitor? Vnde (obsecro) prouenit homini, qui iudicari debuit, ut angelorū futurus sit iudex? An nescitis (ait Apostolus) quoniā angelos iudicabimus? iudicabunt plene sancti angelos, de quibus per Iudam apostolum dicitur: Angelos uero, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domiciliū, in iudicium magni Dei invinculis aeterni sub caligine seruauit. Iudicabunt inquam etiam homines sicut ore Propheticō dicitur: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictam in narrationibus, increpationes in populis, ut faciant in eis iudicium conscriptū. Et dominus, In regeneratione inquit: quum federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hinc est, quod sub altare Dei tanta cum autoritate clamare dicuntur: Vsquequo Deus sanctus & iustus non iudicas, & uindicas sanguinē nostrum, qui effusus est in terra? Clamat prorsus aduersus præscitos ad interitū sempiternū, ut fiat iudiciū, quatenus de gloria manifestetur, ipsiq; secundum Prophetā pollicitationem ualeant uestiri duplicitibus. Quamuis enim singuli stolas albas perceperint, responsumq; diuinum audierint, ut sustineant tempus adhuc modicum, donec confratrum suorum numerus compleatur: desideranter tamen corporum suorum gloriam concupiscunt, quatenus totus glorificetur homo, sitq; ecclesia sancta, quam Christus sibi elegit in sponsam coram sponso suo sine ruga & macula. Ut igitur singuli transeant in uirum perfectum, & mensuram ætatis plenitudinis Christi, atque omnia sit in omnibus Deus, tanto cum ardore futuram carnis sua resurrectionem exposcunt. Hanc utique interioris & exterioris hominis consummatam gloriam sanctis suis dominus repromittit inquiens: Comedetis uetustissima ueterum, & nouis superuenientibus uetera abiicietis. Dominum itaque in sanctis eius laudemus, quibus tam præcipua munera prærogauit. Propter ipsum quoque ueneremur & sanctos, qui bus traditum est triumphale regnum, iudicaria sedes, angelorum consortium, corporum immortalitas, beata uisio, Christi conformitas, stellarum claritas, secura manu, grata societas, iucunda fruitio, & diuini luminis sempiterna comprehensio. Quomodo nō ueneremur illos, quos tanto Christus sublimauit honore? Illos plane uenerantur angelī, quanto magis & nos? Vide (inquit angelus se adorare uolenti) ne feceris, conseruus tuus sum & fratrum tuorū, qui seruant uerba libri huius, legem (uidelicet) Dei sub caritatis compendio & sacramentis figurarum breuiatā. Nos itaq; iuxta modulum paruitatis nostræ honore congruo sanctorum omniū solennia celebremus, ut qui ob temporis præsentis angustiam, eorumq; numerositatē singulis non ualeamus specialem cultum impendere, saltem uniuersis persoluere studeamus eo alacrius, quod ipsorum multitudo nos prouocat. Magnifice prorsus exultationis nobis materia ministratur, quā re diuina sanctorum gloria celebranda proponitur. Illisq; nitimus sociari in terris, quibus aeternarū sedium in cœlis collata est sublimitas. Hæc lætitiae nostre sit causa, ut possimus syncero deuotionis affectu congaudere regnantis, illucq; quo gaudent, peruenire feliciter. Nos igitur carissimi illos imitari non plegeat triumphos, quos celebrare delestat. Tunc etenim ueraciter sanctos colimus, quum eorum uitam conuersando imitamur. Imitemur inquam uiuendo quos colimus, quatenus præstante mediatore nostro ad ipsorum perenne gaudium pertingere mereamur, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat, &c.

In festo sancti Martini episcopi.



Agna pietatis nobiscum dispensatione agitur, quoties sanctorum patrum solennia celebranda occurunt. Excitant utiq; torporem nostrum, si dem ædificant, uirtutū trophæa erigunt, & ad adipiscendā cœlestis patriæ gloriā notitiam tradunt. Facile quippe à ueritatis reflectitur calle, qui sine ducatus adminiculo peregrinationis huius audet peragrare itinera. Verū si in seculi agilibus pædagogus exquiritur, ut de ignotis erudit, quāto magis in spiritu libus studijs eadē est adhibenda solertia, ne à benefaciendi cōtingat deuiare propositos. Eo igitur diligētius opportuna in præceptis custodiendis diuina sunt quarēda suffragia, quo in his explendis duriora ac periculosis tentationū insurgunt certamina, atq; grauior

A grauior in eorum prævaricatione iactura sentitur. Non enim ô homo terrenam, quum delinquis amitis substantiam, non caducos honores, non felicitatē labentem, necq; huiusmodi simile, sed Deum, sed gratiā, sed pacem, sed uitam. Ita dum perdis, efficeris miser, plenus inopia, peccatorum compediris vinculis, priuaris lumine, spiritualibus expiariis donis, & a sanctorum excluderis contubernio. Hec autem quoniā spiritualia sunt, minimē ab insipientibus præcauentur, fitq; ut glorientur, quū male fecerint, & in rebus exultent pessimis, plangendi rideant, gaudeant dolendi, atq; eleuentur in temporali felicitate, damnandi. Utinam huiusmodi quales sunt sapienter, quam despicienda sit secularis prosperitas, intelligerent, atq; nouissima reproborum supplicia prouiderent. Reatu utiq; corrigerent suos, repentinum super se iudicium formidarent, imparatum evitarent exitum, ut aeternæ calamitatis euaderent damnum. Quis (quæso) sapiens intelliget hæc, & dominim mandata non sponte custodier? Custodier plane sapientię admonitione permotus, quædūc cōtemptoribus inquit: Vocavi & renuisti, extendi manum meam, Prox. & non fuit qui aspiceret, despexit omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti; ego quoq; in interitu uestro ridebo & subsannabo, quum uobis quod timebatis eueneris, quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quum uenerit super uos tribulatio & angustia, tunc inuocabunt, & non exaudiā, mane confurgent, & non inuenient me. In custodiendis autē illis de uirtute transibit in uitatem, atq; spiritualium delectationum retributione multa ditescer. Sublato namq; gehennæ metu, alaci corde legis decreta seruabit, sanctorum gesta se stabit, uite prætentis calcabit illecebras, ut futuris ualeat participare delicijs. Nemo enim sine aeternorum gusto, terrenarum uoluptatū potest esse contemptor, neq; patrū ualeat quis imitari uestigia, qui superni eorū ignarus est præmij. Hinc nobis proponuntur colendæ ipsorū annuæ celebritates. Hinc laudabilia illorū acta in ecclesijs recitantur palam, quatenus nos imitari nō plegeat, quos tam solenniter honorare delectat. Exemplo quippe suo per huius exilij caliginosum nos dirigunt iter. Tuo facile ô homo poteras errare iudicio, cōcūpiscentijs tuis laxare habenas, atq; fluctuantis seculi perire naufragio, si non te sanctorū erudissent eloquia, informasset uita, tueretur oratio, & merita prouocassent. Age igitur gratias Deo, qui sanctorū tibi præstítit lumen, cōmendauit gratiā, manifestauit & gloriam. Mirare in illis splendorē scientiæ, conuersationis excellentiā, miraculorū insignia, dona spiritus, contemptū seculi, animarum zelum, uirtutū profectus, caritatis incendium, & resolutionis corporis desideriū sanctum. Isti plane sunt preciosorū lapidum ordines nouē prophetico sermone descripti, quibus profectionis corona cōponitur. Hac honestabiliter sanctus Martinus insignitus est pontifex. Perfectionē quippe illius sufficiet, quis ualeat edicere? Quis sanctitatis eius reserare præconia? In ipso ætatis sue primordio cōtemptor factus est mudi, egenorū pater, amator pauperū, religionis cultor, professor Christi, pietatis magister, fidei p̄eco, humilitatis discipulus, ac perfectionis ostensor, unde & angelis Christi meruit cōmendatione laudari. Nempe per operum bonorū quotidianie incrementa proficiens, corā Deo & hominibus factus est magnus. Nōnne ille esse censendus est magnus, qui terrenis omnibus uoluptatibus spretis, carnisq; calcatijs illecebris, mente ac desiderio conuersatur in cœlo? Magnus erat Martinus animo, etiā exiguus corpore, qui cœlestium amore succensus iugi cogitatione ferebatur in Deum. De eo namq; sic legitur: Oculis ac manibus in cœlum semper intentus, inuictū ab oratione spiritū non relaxabat. O beati uiri mens, quę toto Christū diligebat affectu, quæ nec pastorali cura detenta, nec negotiorum secularium administratione distracta, neq; usq; præsentis necessitatibus occupata, à Dei poterat amore diuelli. Intendebat semper in illum, cui se deuouerat, quem in præceptorem sibi delegerat, protectorem, & sponsum. Omnes cordis sui æstus, tentamenta uniuersa, & cuncta illi emergentia aperiebat delicta, non ab hominibus, sed à Deo opportunum flagitando suffragium. Hinc nec à diabolo superatus, nec labore laxatus, neq; tribulationibus fractus refrigeruit spiritu, uel animum à proficiendi intentione reflexit. Insinuabat manibus, oculis alpiciebat in cœlum, ubi cordis sui repositum sciebat esse thesaurum. Est enim Christus dominus humilium thesaurus, pauperumq; diuitiæ, quas non rapit fur, rubigo non consumit, nec tinea demolitur. Thesaurum hunc agnouit Martinus latere in agro, propterea distra

Et o patrimonio, erogatisq; facultatibus emit illū, quatenus ipso mediante locuples fieri. Et  
ret in æternū. Thesaurum hunc si & tu reperire desideras, humilitatis mercare agrū, ibi q; èundē defossum inuenies. Esto humilis corde, in moribus mitis, suauissimus in verbis, subditus uniuersis, & thesauri huius repertione gaudebis. Magistrum audi: Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris Opportune in istius possessione thesauri promisit requiem, quam terreni minime præstare queunt. Non enim requiem, sed perturbationem temporales thesauri tribuunt, mortorem animi, indeficientem sollicitudinem, sicut inextinguibilem, præsentis uitæ amorem, uoluptatumq; libidinē. Qui uolunt (ait Apostolus) diuites fieri, incidunt in tentationē & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Quantam uero possideant pacem, quæ in suis penetralibus amplectuntur Christum, humana non ualet propalare facundia, unde Paulus de eadem inquit: Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligentias uestras in Christo Iesu domino nostro. Experimento autem certo discimus, quod quisquis gratia diuina præuentus Christum simpliciter interiori suo admittit hospitio, ambire terrena definit, erogat propria, possessa largitur. Insuper exuberantium pascitur dulcedine spiritualium uolupratū. Et hoc unde? Utq; ex acquisitione thesauri, ex adēptra requie, ex ueritatis agnitione, ex nuptiali arra, ex promissione cœlestium, quam habet in corde, qui possidet Christum. Hanc proculdubio hic uir beatus custodiebat in mente, propterea corporis non formidabat mortem, quia tenebat uitam, temporalium egestatem non timebat, quum diuinitas secum haberet perpetuas. Nempe inopia abundabat, in persecutione gaudebat, se deīsciebat in prosperis, se confortabat in arduis, seq; in honoribus deprimebat. Non enim in pontificali gloriatuſ est insula, nec de perceptis elatus est donis. Idem perseverauit in gestis, in uilitatis habitu, in sui contemptu, in compunctione cordis, in assiduitate orationis, quod fuerat, quin potius quum in oculis omnium honorabilis esset, ipse sibi met habebatur uilis. Hæc prorsus hæc uera humilitatis est regula, quæ nunquam fallit. Quo enim amplius humilitatis professor ascendit, eo magis ipse descendit, & quanto magis diuino appropinquat lumini, tanto perspicacius gratiam præstatim & infirmitatem agnoscit propriam, percepta dona, & occulta facinora. Occulta dixerim alijs, ipsi uero notissima. Ex infuso quippe ac inhabitante lumine interioris domus sua perscrutatur latebras, motus inordinatos obseruat, latentia uitia detegit, cogitatus pensat inutiles, & quicquid aduersatur uirtuti, peruigili consideratione deprehendit. Super his propriæ cognitionis fundamenta locat, indeq; humilitatis structuram ædificat, quam humani fauores, dæmonum impulsus, tribulationum inundantes procellæ euertere nequeunt, quoniam in imo sunt posita. Siue enim laudibus attollatur humilis, siue pressuris exerceatur, seu spiritualibus charismatibus dissietur, semper se in humilitate custodit. Expertus nouit, quanta bona, quot gaudia, quales profectus humilitas conferat, propterea pulchritudinis ac amoris illius illectus dulcedine, ab eius se non ualet absentare præsentia. Beatus plane quem regina uirtutum humilitas sancta inhabitat. Ipsum efficit amicum Christi, propinquum cœlo, altissimi filium. Quamobrem in suis temptationibus adiuuatur, in actionibus eruditur, exauditur in precibus. Clamauit Martinus ad dominum, & de imminentibus sibi est erutus exitijs. Zelo Dei accinctus succidit lucos, euertit templa, dæmonum fregit simulaca, torumq; cultores stare fecit immobiles. Orando autem restituit debilibus gressum, incolumitatem ægrotis, & defunctis redonauit uitam. O beatum pontificem uirtutibus insignem, meritis locupletem, rebus pauperē, in miraculis glorioſum, quem colit mundus, uenerantur angeli, cœlum possidet, honorat ecclesia. Ipse autem sacerdotum extit gemma, ueritatis defensor, propugnator fidelium, pontifex uerus, iustitia tenax, spectulum humilitatis, pietatis exemplar, religionis cultor, contemptor seculi, amator cœli, imitator Christi, orationis forma, decus continentia, sanctorum collega, & martyrum consors, cuius animam eti gladius persecutoris non abstulit: palmam tamen martyrii non amisit. Quomodo martyrii gloriam ipsum non habere censendum est, qui flagrans amore martyrii pro fidei testificatione catholicæ terretorum principum nec expausit potentiam, neq; hereticorum sauitia cessit, quia constanter ueritatis propalaret regulam,

A regulam, eorumq; confutaret errores. Magnum prorsus est hoc martyrii genus ultrò se pro Christi honore dare periculis, quum secedendi etiam sanctis à domino facultas tribuatur. Contempsit sanctus hic fugam, malens gloriouse occumbere, quæ ex passionis metu humaniter occultari. Toties igitur martyrii promeruit palmam, quoties se inimici fidei disputando opposuit. Perditioni namq; illorum compatiens, pietatis telo transfixus, unitatis eos conabatur reuocare ad gremiu. Erat plane & hoc singulare martyrii, ut cum infirmantibus in fide, pariter infirmaretur, & cū se scandalizantibus ipse quoq; compassionis uteretur affectu. Audi sine ferro martyre ex sola caritate morientem: Quotidie (inquit Paulus) morior propter gloriam uestram fratres, quæ est in Christo. Alibi etiā aiebat: Cupio impendi & superimpendi pro salute uestra. Merito itaq; sancto huic martyrii non est deneganda corona, qui ecclesiarii curā gerens, ac proximorū salutē zelans nec mori timuit, nec uiuere recusauit. Vnde in resolutionis corporis articulo constitutus flentibus cunctis, qui aderant, ac dicentibus, cur nos pater deseris: aut cui nos desolatos relinquis: ait: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, nō recuso pro eis subire laborem, fiat uoluntas tua. O pontificis sancti diligens cura, ô propugnatoris eximij insuperabilis uirtus nec labore uicti, nec morte uincendi. Gloriā quippe propriam tam pro honore Dei, quæ pro populi salute postposuit. Aequem moriēdo persecutoris in se accepisset gladium, quemadmodū pro caritate præsentis uitæ minime refugit subire incōmoda. Huiusmodi dilectionis affectum nostra (heu) omnino ignorat ætas. Laudabilia sanctorum acta non in uiuis, sed in mortuis tantum codicibus agnoscentur. Reliquerunt uenerandi patres uirtutum suarum exempla, pastoralis officij tradiderunt formam, sed uix reperitur, qui eam dignetur aspicere. Quærunt penè omnes quæ sua sunt, prouentibus insistunt temporalium, delectantur honoribus, delicijs affluunt, & tanquam si futura uita non esset, amore uisibilibus harent. Nulla eis inest cura, quis in uico iaceat, quis fame pereat, quis scandalizetur, quis ecclesiæ statuta cōtemnat, quis aliena rapiat, quis dupliciter moriatur, ac si pontificali ministerio nullū onus, nullumq; innecteretur periculum, sic segniter, sic pompatice conuersantur. Grandis prorsus, nec sine moestia ad loquendum se offert materia, quæ sub silentio prætermittenda est, ne detractioni potius, quæ assertioni ueritatis pagina præsens videatur incumbere. Verum talis est uita pastorum, ut per se populis ipsa sit nota, atq; despacta. Hoc autem omnino non fieret, si antiquorum patrum imitarentur exempla. Nequaquam frustra hi ad sanctitatis præueti sunt culmen, necq; sine causa illorum conuersationem colit ecclesia, quippe quum in omnibus se exhibuerint tanquam Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagijs, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non facta, in uerbo ueritatis, in uirtute Dei, per arma iustitiae à dextris & à sinistris, per gloriam & ignobilatē, per infamiam & bonam famam, ut seductores & ueraces, sicut ignoti & cogniti, quasi tristes semper autem gaudentes, sicut gentes multos autem locupletantes, tanquam nihil habentes & omnia possidentes. Ita namq; sunt, in quibus ministrorum Christi elegantia comprobatur. Hæ sunt spirituales margaritæ pontificum, quibus hic sanctus emicuit. Reuolue omnem uitæ illius decursum, & uix ei reperies similem. Cæterum quantæ humilitatis, quantæq; perfectionis extiterit, in exitus ipsius hora percipitur, in qua non in ornato cubili, nec in molli stratu, sed in cilicio decubuit & cinere. Nam & diabolo sibi apparenti respondit: Quid hic agis cruenta bestia? Nihil in me omnino funestum inuenies. O uirum ineffabilem, nec antiqui serpentis aspectu territum, neque conscientiæ punctione transfixum. Non enim accusatorem timuit, nec iudicis faciem intueri refugit, quin potius totus ignitus & feruidus erectis ad cœlum luminibus sibi astantibus atque poscentibus, ut corpusculum lateris mutatione releuarent, sinite inquit, sinite me fratres cœlum potius respicere quæ terram, ut suo iam iturus ad dominum spiritus dirigatur. Iam enim de æterna retributione securus, diuina iam claritate perfusus cœlestia contemplando, ingenti cum gaudio de ergastulo carnis exire cupiebat. In tali igitur delectabili corporis agone cōstitutus, tandem solitus à corpore beatum deo reddidit spiritum. In ipsius autem felici transitu apostolorum cecinit numerus, patriarcharum & prophetarum lætus

tatus est cuneus, martyrum sanctorumque cunctorum gavisus est cœtus, angelorum exultauit chorus, omniumque uirtutum cœlestium psallentium eidem obuiauit exercitus. Suam dominus saluator sententiam persecit in illo. Eo namque gloriōsius cum beatorum jubilatione ingressus est in cœlum, quo humilius per sanctæ conuersationis studiū emeruit mundo. Præcessa nempe ipsius apud altissimum merita crebra, quæ per illum sunt, proclamant miracula. Vitæ itaque ipsius insignia, humilitatem ( uidelicet ) præcipuum caritatem ignitam, seculi contemptum, indeficientem orationem, lachrymarum riuios, pietatis uiscera, rectitudinis animositatem, rerum penuriam, dilectionem proximorum, cæterasque uirtutes infatigabiliter pro posse se cœtemur. Interuenient procul dubio orantibus nobis coram Deo ipsius grata suffragia, quæ nos efficient in bello fortis, assiduos in prece, pudicos corpore, mente humiles, mundos corde, sanctitate cōspicuos, Dei caritate accensos, conciues sanctorum, & domesticos Iesu Christi domini nostri, qui immortalis est rex, angelorum gaudium, lux mundi, ecclesiæ sponsus, patris unigenitus, cum quo perenniter uiuit & regnat in secula seculorum. Amen.

In festo sancti Andreae Apostoli.



Act. 9

Act. 10

Ierationis diuine nemo est, qui ualeat indagare profundum, quantum ea caritate uelit Deus omnes homines saluos fieri, & ad suæ ueritatis peruenire notitiam. Hinc est, quod multimode eos inuitat uenire ad se, non quod illorum obsequio egeat, sed ut boni summi, quod ipse est, faciat esse particeps. Inuitat inquam uniuersos, et si non uniformiter, alium quidem sic, & alium sic. Rari autem sunt, qui illius uoces audire dignentur. Clamat ad omnes innata ratio, quæ conditoris intellectualis vox est, ut illum ex toto corde omniisque uirtute diligant, ipsiusque famulentur imperio, a quo creati sunt. Toties autem quisque reatu inobedientiae obnoxius esse conuincitur, quoties uel ad bonum suadet ratio, quod non perficitur, uel de perpetrato scelere conscientia urget. Haec uocationes uniuersales sunt, ita ut non sit qui a clamoribus earum alienus inueniatur. Sunt & uocationes aliæ, quæ inuitant, ut pulsanti aperiatur domino. Vocatus est Saulus tonanti uoce de cœlo, qui & claritate circumfusus corporis lumen amisit. Eruditus igitur de uerbere, & ab oraculo admonitus inquit: Domine quid me uis facerer? Quanti quotidie flagellis & tribulationibus attriti uocanti introrsus obaudient, & rectioris uitæ mores arripunt; Vocatus fuit ille atque compulsus, qui prius, quam præceptoris assentiret imperio, sepeliendi patrem poposcit inducias. De cæcis & claudis quid referam, qui in nuptiale coacti sunt in trare conuiuium? Horum sanè magnus est numerus, quoniam ( taliante Apostolo ) ignorabília, & contemptibilia, & ea, quæ non sunt, elegit Deus, ut confundat fortia, ne quis glorietur nisi in domino. Sunt etiam multi, ad quorum cor loquitur uerbum, eosque nunc exhortando, nunc suadendo, nunc alliciendo sponte ad se suscipiendum inuitat. Fuere autem nonnulli, quibus tam per oraculum uocis, quam per aspirationis mysterium locutus est dominus. Ex his nouimus apostolorum fuisse quamplurimos, qui ad unius præceptoris uocem imitati sunt illum. Hoc quemadmodum uocationis genus est nobilis! ita & obedientiæ commendabilis uirtus. Hanc obediētis formam sanctus, quem H colimus hodie, commendauit Andreas. Vocatus quippe a Christo ad unius iussionis eloquium nauem relicta & retibus secutus est dominum. Omagna sancti viri fides, & obedientia omni ueneratione colenda. Necdum miracula uiderat, scripturarum minime intellectum accepit, & tamē promptus & alacer totum quod habuit, dereliquit. Detrahit utique deordinatam familiam, facultates proprias, nauem & retia, quatenus in auditu auris uocanti annueret. Omnes abstulit moras, excusationem nullam adhibuit, nec pro punctionis se labore subtraxit, quin potius oblitus infirmitatis propriae, difficultatis obedientiæ, asperitatis pœnitentiæ, præsentis uitæ illecebræ uocantis se humiliiter substrauit imperio. Conuincit plane sancti huius promptudo ac voluntarius simulatus torporem nostrum surditatem nostram excitat, imprudentemque nostram confundit prudentiam. De alto uocat nos dominus, promissionibus cœlestibus inuitat ad se, aditum regni æterni aperuit, proficiendi uiam stravit, uirtutum seminas patefecit, bene uiuendi formam indicauit, parauit nuptias, in quibus saginatum uitulum ac meracissimum discubentibus apponit uinum, & ( heu ) introire negligimus, pro impossibilitate

A bilitate excusationes facimus in peccatis, dilationes petimus, occasiones querimus, quibus catherizata conscientia conuiescat. Magna haec fraus dæmonum est, & perniciosa deceptio, quæ ideo agitur, ut incautos ad interitum rapiat sempiternum. Nonne improbanda est ista dementia, qualiter uelis homo securus habitare sub techo, cuius ædificij structura te ad noscente tecum aspiciente, uelis nolis, quotidie labitur? Attende ( quæso ) incolatus tui conditionem, carnis præcipue corruptionem, defectibilitatem corporis, decursum temporis, breuissima horarum spacia sibi uicissim sine intermissione succedentia, incertum finem, ineuitabilem mortis necessitatem. Et haec uecordiam condemnabunt tuam, temerariam securitatem accusabunt, dum differs conuerti ad dominum, qui te uocat ad se. Certè exhortationis illius nequaquam deberes uerba negligere, si prosperitatibus floreres ad libitum. Securus à mortis esses periculo, & post indulsum tempus promereris & gloriam. Sed contra. Quum tribulationibus incessabiliter atterraris, animæ & corporis subiaceas periculis, difficile erigaris à gratia, difficilisque pertinet

B gas ad gloriam, cur non resipisci? quare non te corrigit, & saluberrimis sapientia multitarie te inuitantis non acquiescis consilijs? Vnde ( oro ) quū contradicis quis sis, quidque iuste ex hac tua reluctatio expectes? Cōditori sanè repugnas tuo, qui te fecit ex nihilo, sua te in signiuit imagine, multiplicib. te ditauit donis, creberrime ab irruentibus te protexit periculis, & his longe præstantiora tibi promisit, dummodo sualionibus eius sanctis annuere uelis. Qua fronte, quo animo id agas, obserua. Obtemperat illi cœlum, angelii famulantur, elementa obediunt, & uniuersa quæ sunt, uiuunt, & sentiunt, sibi ab illo instituta mandata custodiunt, & tu solus ô homo uermis & puluis, ac abominanda putredo iugo ipsius spernis colla subiçere? Nonne te natura conuincit, concludit ratio, exempla promouent, ut ei obedias, qui sine te plasmare dignus est te? Redite igitur ô prævaricatores ad cor, mentis dispersiones coadunate in unum, quatenus quid hactenus fuistis, intelligere ualeatis. Considerate facinora uestra, quanta omiseritis bona, negligtam gratiam, cæcam fiduciam, elatam contradictionem, perditos dies, acquisitam supplicia, uilipensaque præmia. Aduocastis utique aduersum uos cœlum & terram, sanctos & angelos, abyssos & dæmones. Fecissentque sati legi iustitiae, nisi Dei bonitas obstat. Iam uos oppressisset interitus, infernus obsorbuisset, ignis & sulphuris exceperisset chaos, si non pro uobis pia mediatoris nostri supplicasset humanitas. Ipse plane est, qui non uult peccatoris mortem, sed ut magis conuertatur & uiuat. Hinc est, quod assumpsit carnem, sustinuit dura, indigna pertulit, ac mori uoluit. Vestram itaque emolliat duritiam, erectamque cordis flectat ceruicem exhibita caritas redemptoris, impensa beneficia, suspensa uindicta, expectata cōuersio, & prærogata indulgentia, ne ( quod absit ) apostolica uos Deus sentetia feriat, quæ erga unumquemque contemptorem est expressa, quum dicitur: Existimas ô homo, qui facis ea, quæ non licent, quia tu effugies iudicium Dei; an diuitias bonitatis eius, & patientiæ longatimitatem cōtemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum duritiam autem tuam & impenitentis cor thesaurizas tibi iram in die ire, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera eius, ihs quidem qui secundum patientiam operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærentibus uitam æternam, ihs autem qui sunt ex contentione; & non acquiescunt ueritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Excipiet utique reuertentes, pœnitentibus occurrere, dari primam stolam, in manibus angulum, calcamenta mandabit in pedibus, atque solenne supernis ciuibus celebrabit conuiuium, qui de conuersione peccantium consuevere lætari. Quamobrem moras omnes abiçite, malarum consuetudinum rumpite uincula, ut expeditis gressibus pergatis ad dominum. Andreæ apostoli, cuius natalitia colitis, sectamini uestigia, qui uocantis se gratiam absque ulla cunctatione percepit. Non autem illi consensit ad tempus, sed in ea semper perseverando profecit. Super petram conuersationis suæ structuram composuit, Christoque sic adhæsit ex corde, ut euenu aliquo penitus moueri non posset. Nec ab re Eloquij namque sapientiæ erudiebatur assidue, ex miraculis quotidianis augebatur in fide, pro disciplina uirtutum in præceptoris amore crescebat. Hinc factum est altissimum eo cooperante uirtute, ut nec pontificum iudeorum terretur minis, neque pro

C supplicia, uilipensaque præmia. Ezech. 18

D reuertentes, pœnitentibus occurrere, dari primam stolam, in manibus angulum, calcamenta mandabit in pedibus, atque solenne supernis ciuibus celebrabit conuiuium, qui de conuersione peccantium consuevere lætari. Quamobrem moras omnes abiçite, malarum consuetudinum rumpite uincula, ut expeditis gressibus pergatis ad dominum. Andreæ apostoli, cuius natalitia colitis, sectamini uestigia, qui uocantis se gratiam absque ulla cunctatione percepit. Non autem illi consensit ad tempus, sed in ea semper perseverando profecit. Super petram conuersationis suæ structuram composuit, Christoque sic adhæsit ex corde, ut euenu aliquo penitus moueri non posset. Nec ab re Eloquij namque sapientiæ erudiebatur assidue, ex miraculis quotidianis augebatur in fide, pro disciplina uirtutum in præceptoris amore crescebat. Hinc factum est altissimum eo cooperante uirtute, ut nec pontificum iudeorum terretur minis, neque pro

Laur. Iustin.

Mm 2 illa-

illatis flagellis à nominis Christi prædicatione cessaret. O beata mens sancti, quam patris & filij inhabitabat diuinitas, fœcundabat gratia, erigebat fides, sapientia imbuebat & cœlestium contemplationum impinguabat infusio. Nemo sufficienter potissimum post immisionem paracliti, eius spiritualem ualeat exarare profectum. In uerbi quippe prædicatione adeò fuit intentus, ut de eo totam prouinciam repleret Achaia. Nam amoris illius nimierate illectus, penitus silere non poterat. Est enim inquieta res amoris, non contenta limitibus, singularitatem non patiens, nunquam dormitans, semper operans, euidentissimis per se manifestata indicijs, quæ nescit modum personarum, qualitates non iudicat, temporum statuta non seruat. Nutritur quidem per se in se, ex seçè diffunditur, & in ipsa sui diffusione multiplicatur. Semper mouetur, donec sedem reperiatur propriam, hanc quum inuenit, tunc potentior efficitur in opere, in gusto delectabilior, promptior in beneficijs, in conuersatione frequentior. Vilescunt ei omnia, quæ uotis non concordant suis, ac de amoris fonte non exeunt. Non timet hostes, labores refugit, ferrum, ignem, carceres, opprobria, famam, tormenta, horrenda supplicia, ipsèmque mortem non metuit, quemadmodum in Canticis legitur canticorum: Fortis est (inquit) ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flamarum, aquæ multæ non potuerunt extingue-re caritatem, nec flumina obruent illam. Cæteris prætermis in beato Andrea hanc ueridicam comperimus esse sententiam. Facibus namque caritatis succensus, nunquid sacrilegi iudicis minas expauit? An forte crucis recusauit subire supplicium? Prorsus minimè. Magnanimitatem huius robustissimi ducis, imperterritam mentem, passionis desiderium, spiritualeque lumen ipsius ex sermonibus eius attende. Quum enim du-  
cens: O bona crux diu desiderata, & iam concupiscenti animo præparata, securus & gaudens uenio ad te, ita ut tu exultans suscipias me discipulum eius, qui pependit in te. Salve o bona crux, quæ in corpore Christi dedicata es, & ex eius membris tanquam margaritis ornata, accipe me ab hominibus, & reddere me magistro meo, ut per te me recipiat, qui per te me redemit. O præcelsa caritas, uirtutum radix, nutrix gratiæ, sanctitatis magistra, religionis speculum, statera meritorum, nuptiale indumentum, filiorum hereditas, cœli clavis, animæ pabulum, dulcedo mentis, fortitudo certantium, corona gloriæ, uitæ lumen, socia ueritatis, consors sanctorum, angelorum gaudium, legis compendium, paradisusque deliciarum. Tu decus regium, præceptorum plenitudo, prophetarum finis, fuga uitiorum, dæmonum terror, cœleste donum, omniumque delectabilium delectabile summum. Nempe sine te humana deficit uirtus, naturale hebetatur ingenium, animæ pes claudicat, fides deperit, præsumit inaniter spes, & fraternalæ dilectionis unitas dissipatur. Te interpellante, te adiuuante, te custodiente, te promouente efficitur homo in tentatione securus, humiliis in prosperis, robustus in aduersis, in arduis magnanimus, ac insuperabilis in tormentis. Nonne hoc in Andrea patet apostolo? Lætus nanque & glorianter ibat ad crucem. Ad illam ascendit intrepidus, de qua tanquam de spirituali cathedra prædicabat populo, illosque rogabat, suum H  
ne uellent impedire martyrium. Iam enim spreto seculo proximus erat cœlo, & æternæ uitæ degustabat delicias: Iamque diuinæ sapientiæ lucem mentis contemplabatur obitu, propterea præsentis exiliu recusabat remeare ad tenebras, corporisque fatigati perfere incomoda, cupiens dissolui & esse cum Christo. O felix anima, quam Dei compleuerat caritas, irradiauerat fides, immortalitatisque erigebat fiducia, pendebat in cruce, & inimicos suos uincebat. Patiebatur, & in illatis poenis gloriabatur, morebatur, & intus à domino coronabatur. Planè Apostolicum illud in corde dulci modulatione ingeminabat dicens: Bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi. Certavi, inquam, & dirum passionis agonem uiriliter pertulit, carnalesque uolupates subegit spiritui, & spiritum Deo, ita ut dicaret: Vt uo ego iam non ego, uiuit autem in me Christus. Hinc seruando fidem, uitæ suæ cursum feliciter consummauit non in molli stratu, neque in corporis delicijs, sed coram maxima populorum numerositate constitutus in stipite. Generosus discipulus cœlestem est imitatus magistrum, parem ignominiosæ crucis ut ille pertulit poenam, & tanquam athleta fortissimus in certa-

Cant. 8  
2. Tim. 4  
Gal. 2

A certaminis occubuit stadio. Quemadmodum annunciator, ita factus est professor Christi, seculi iudex, fundamentum ecclesiæ, æternitatis ostensor. Longe excellentius docuit exēplo, quām uerbo, qualis esse debeat Christianus, quām uera sit catholica fides, quāmque præcelsa fidelium merces. Hunc igitur propugnatorem egregium efferamus laudibus, attollamus, operibusque sequamur. Non nos pigeat pati, neq; pro domino per-timescamus mori, quoniam quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ, ut in sublime pondus gloriæ operetur æternæ. Menti nostre oculum fidei admiciculo eleuemus ad sidera, contemplemurque supernæ ciuitatis illius sancte Hierusalem, in quam apostolus Andreas triumphaliter introiuit, quanta sint gaudia, qualis in ea angelorum frequentia, quæ societas sanctorū, & quām delectabilis eius sit claritas. Nempe ibi erudit sapientia, regnat caritas, ueritas fulget, uiget æternitas, & immortalitas prerogatur. Ibi sine mœstitia, absque interuallo, & sine fine festiva solennitas celebratur. Vina hominū angelorumque est exultatio, fruitio eadem, iucunda societas, perfecta libertas, indissolubilis caritas, imperturbabilis pax, serenitas sine nube, puritas sine labore, diu-nitas sine corruptione, uita sine defectione. O Dei ciuitas quām gloriofa dicta sunt de te? o regnum pacatissimum, id quod ingreditur nullus qui doleat, nemo qui noceat, nullus qui pereat. Omnes in eo securi sunt, cuncti læti, atque beati. Vniuersorum ora repleta sunt laude, corda iubilo, intelligentia uisione, & delectatione uoluntas. Beati (iuxta prophetæ uocem) qui habitat in illo, quoniam in secula seculorū laudabunt Deum, & dominum nostrum Iesum Christum, cui est honor & gloria, laus & potestas, uirtus & imperium nunc & semper, & in æternum. Amen.

In festo sancti Thomæ apostoli.



B Atio suadet, testantur exempla, & regimini exigit ordo, ut non nunquam alius erudiatur pro altero, & nocet pro innocentie damnetur. Hoc nequaquam agitur, ut depereat iustitiae lex, & personarum exhibeat acceptio, quin potius ut perficiatur utrumque. Patitur ægrotus, antidoti asperitem perfere non ualeat, consulentis medici renuit obtemperare mandatis, paucissimis inclinatur, & ex his quædam negat, quibusdam assensum præberet. Nunquid huiusmodi desperandus est? Nunquid deterendus? An forte illi ministrantium sunt detrahenda obsequia? Hoc si fiat, periclitatur caritas, occumbit languidus, scandalizantur qui hoc sciunt, & fratris anima in desperationis impellitur foueam. Comutatur aurum pro luto, quadrati lapides plurimi estimantur, quām gemmæ. Verum si pro una tantum anima totum, quod est in mundo, appendas, aurum, argentum, metallaque cætera, sardium, topacium, carbunculum, smaragdum, & margaritas omnes, prædia, possessiones, palatia, supellectilem, urbes, & castra, ipsumque mundum, nihil in eius comparatione dedisti. Prorsus corporalia & sensibilia uniuersa transcendit. Quod dicitur, si ex te ne quis attingere, disce ab eo, qui creauit cœlum, terram, maria & cuncta, quæ in eis sunt, qui noscit singula, quātū sint, quoniam singulis impertitus est, quicquid habent decoris, quicquid uirtutis, quicquid aestimationis & precij. Fecit omnia per se in pondere, numero, & mensura, & sine ipso factum est nihil. Iste docebit, quanti sit anima hominis, rationalis uidelicet spiritus. Illum ipse magnipendit, qui opus suum agnoscit. Pro eruditione eius uniuersi fecit hanc machinam, ipsiusque eam subiecit imperio, siccut per Prophetā dicitur: Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uolucres cœli, & pisces maris, qui perambulant semitas mari. Subiecit inquam, non ut inhæreat illi, fruitionemque captaret ex illa, sed ut eruditus per illam ascenderet ad notitiam eius, qui fecit omnia, illum diligenter, illi inhæretet, illiusque quandoque uisione beata frueretur. Hoc parentes nostri considerare nolentes, inferiori bono inhærente cupierunt, summo neglecto. Porrò degenerarunt nimium ab ea, in qua sunt nobilitate creati. Appetentes enim quod eis minimè licebat, non solum non consecuti sunt, quod quærebant, uerum etiam magna ex parte, quod perceperant, amiserunt, atque ad eptione pollicitationis boni incōmutabilis sunt omnino priuati. In illius intermissione sententiæ dilapsi sunt poenam, qua eis à domino dictum est: Ex omnili ligno Gen. 2 paradisi comedere, de ligno aut scientiæ boni & mali uide, ne comedas. In quoque enim die comederis ex eo, morte morieris. Comederunt, & dupli sunt morte dñani. Nemo

fane sufficit prævaricationis bivis detimenta narrare. Vniuersa quæ eorum posteritas E.  
incommoda patitur, ab ipsius emanauere radice. Obtemperasset mundus homini, & ca-  
ro spiritui, si spiritus ipse suo obedisset auctori. Cæterum quoniam idem inobedien-  
psal. 118 do deliquit, confudit omnia, & genitoris æterni iram incurrit. Qui extiterat prope, fa-  
ctus est longe, ita ut diceret: Erravi sicut ovis, quæ perire, quæ seruum tuū. Merito po-  
Ez. 53 stulat, ut queratur, qui errādo perierat. Quis autem illum queret, cum Propheta dicat,  
omnes sicut oves errauimus, unusquisq; declinavit in viam suam? Neminem excludit,  
nullum excipit, omnes errasse dicit atq; perissē. Ille plāne errantes, cuius erant, quæliuit  
oves, ille inquam, qui centum possidens dimissis non agintanouem in montibus excel-  
sis, ubi uberrima & amoena sunt pascua, descendit, ut errantem quereret, inueniret per-  
ditam, suisq; illam humeris reportaret ad propria. Quæliuit eam sedulo tanquam bo-  
nus pastor, reperit illam quoniam mediator, suis uero humeris reportauit, quia redem-  
ptor. Ipsi autem remeante cum ove, conuocatis amicis, & uicinis, spiritibus (uidelicet)  
beatissimis inquit: Congratulamini mihi, quia ouem, quam perdideram, inueni. Nempe E.  
hic uerus est pastor, qui errantem querendo reperit ouem, ne morsibus pateret lupo-  
rum silvestriumq; ferarum. Ipsius pastoris uocem audi dicentem de se: Ego sum pastor  
bonus, & cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, & animam meā pono pro ouib-  
us meis. Singula (quæso) diligenter obserua, quatenus à mercenario pastorem uerum  
agnoscere queas. Ego (inquit pastor) cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, &  
animā meā pono pro ouibus meis. Audite hæc ô pastores, auribus percipite ô uos, qui  
animatorū præstis regimini, quid pastor bonus loquatur, quid dicat ille, cuius uicē ger-  
tis. In terra pastoralis officij formam præbet, quam sequamini, exemplum ostendit, quod  
imitari debeatis. Dixit enim: Ego sum pastor bonus, & cognosco oves meas, & agno-  
scunt me meæ, & animam meam pono pro ouibus meis. Forma igitur pastoris ueri est,  
ut cognoscat oves, & cognoscatur ab ouibus, exemplum uero est, ut quoties oppor-  
num fuerit, animam suam exponat pro ouibus. Vnusquisq; eorū, qui pastoralis oneris  
curam agit, intelligat, quod pastor bonus singulas nominatimq; debet oves agnoscere, G.  
non ut tondeat sicut mercenarius: sed ut pascat eas sacris monitis atq; eruditionibus scri-  
pturarum. Sciat, quantum singulæ proficiant, quantumq; deficiant. Sicq; eorum salutē  
inuigilet, ut omnino se pro illis exponat opportune seruatōs loco & tempore. Non ali-  
unde exemplum capter, quā ab ipso pastore domino Iesu, qui perditas quæ-  
liuit & reperit oves, suoq; à seruitute peccati illas cruore redemit, unde Petrus aposto-  
l. Pet. 1 lis hoc retexens inquit: Non enim corruptilibus auro uel argento redempti estis de-  
trana ueltra conuerlatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi immacula-  
ti & incontaminati agni Iesu Christi. Tali nos uoluit redimere precio, per quod diffu-  
sum nobis suæ caritatis insinuaret affectum, illumq; toto diligenteremus corde, cui nos to-  
ti multipliciter obligamur. Nulla igitur ad cognoscendum deum præstator formam per-  
cipitur, nullum ad animatorum regimen, uirtutum disciplinā, scientiam sui, caritatis pro-  
fectum, morumq; probitatem efficacius inuenitur exemplum, quād id quod nobis do-  
minus prærogauit Iesus. Quis unquam sic regiminiis propalauit artem? quis ut ille pa-  
storialis curæ formam exhibuit? Noscit omnes, noscit & singulos tanquam pastor bonus  
oves proprias. Quantum in ipso est, cunctos uult saluos fieri, uniuersis sanitatis uult pre-  
bere remedia. Attende (oro) sacramenta, & quæ ad salutem pertinent animatorum. Villā  
Eph. 4 ne distinctionē fecit bonoru à malis? An unius fides melior est quā alterius? Prorsus  
minime. Vnus deus (ait Apostolus) una fides, unum baptisma, unum omnibus datur  
baptisma, eadem fides cunctis credenda exponitur. Cur non proficiant uniformiter o-  
mnes ex nobis contingit, qui uocantis admonitionem exaudire contemnimus. Reci-  
tatur euangelium in ecclesia, mandata dei publice promulgantur, sacramenta confe-  
runtur gratis poscentibus. Clamat dominus, si quis sit, ueniat ad me, & bibat. Ge-  
nerales exhortationes hæ sunt, & communia dona redemptoris nostri exposita uolen-  
tibus. Nuptias fecit, uniuersale conuiuium in ecclesia instituit, omnes inuitat, ut in-  
grediantur, discubant, & comedant. Nunquid patrifamilias imputandum est, quod  
se excusauerunt multi? Commune beneficium prima inuitatio fuit, speciale autem  
ipsa introeundi compulsione. Inuitat quidem præscitos, sed prædestinatos uocando com-  
pellit.

A: pellit. Quos prædestinavit, illos & uocauit, quos aut uocauit, illos & iustificauit, quos  
uerò iustificauit, illos & magnificauit. Omnes isti sunt oves, omnes uocem pastoris au-  
diūt, ipseq; cognoscit singulas, & pro eisdē animā ponit. De his curā gerit, ne pereat in  
eternū, tametsi earū multas ad tempus errare permittrat. Errant utiq; & alienorum se-  
quuntur uocem, sed non semper. Suo tempore resipiscunt, & ueri pastoris uocem au-  
diunt, atque ad nuptias compelluntur intrare. Compelluntur inquam, & voluntarie in-  
trant. Trahit enim sua unūquenq; voluptas. Nēpe attractio hæc spiritualis impulsio est,  
attamē voluptate se mouente, uoluntas efficitur. Hoc insinuare uoluit dominus dicens:  
Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū. Veritas namq; agnita intellectū  
trahit, inspecta pulchritudo boni delectabilis trahit affectum. Quem (oro) non trahat  
uerbum, patris incarnata sapientia, Deiq; providentia, quæ orbem terræ & filios homi-  
nū iudicat in æquitate, & regit in iudicio ac iustitia? Cæterum si creaturā species, bo-  
nū cōmutabile, inferiorū delectatio cōcupiscentiā allicit, & trahit post se, quid (quæso):  
B: aget creatoris degustata pulchritudo, summum & incommutabile bonū, atque cœle-  
stium contemplata dulcedor. Audi prophetam utrumq; perhibentem: Defecū (inquit) Psal. 118  
in salutare tuum anima mea, & in uerbum tuum supersperauit. Evidenter efficaciusq;  
apostolus Petrus, quando trāfiguratū ante se uidit dominū, expertus est hoc. Ex agnitiō  
ne q̄ppe & claritatis specie, quā uidit in Christo, effectus p̄ dulcedine ebrios ait: Do-  
mine bonum est nos hic esse, si uis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unū, Moysi unū, &  
Heliæ unum. Sane nullo impellante, nemine sibi suadente attractus est. Audiuitus pro-  
ostenfa gloria sine ulla uocis exhortatione, qualiter Petrum ad se traxerat dominus. Au-  
diamus nunc, quomodo per humanam uocem, suiq; corporis exhibitionem ad sui agni-  
tionem reuocauerit Thomam, cuius solennis celebritas hodie colitur ab ecclesia, quā  
tenus inueniret errantem, ac erudiret & nos. Errant in ipso resurrectionis die apostoli  
simul, deerat coapostolus Thomas. Illis clausis ianuis apparuit dominus, & sui corporis  
cicatricibus ostensis, eosdem de sua resurrectione commonuit. Hoc Thomę referentib:  
cæteris ipse, nisi clauorum loca & lateris apertione mangeret, se minime creditūrum  
afferuit. Octo post hæc dierum euoluto spacio, omnibus simul residentibus se Christus  
indicauit, & omisis reliquis uocauit Thomā, & dixit: Infer dīgitum tuum huc, & agno-  
scē loca clauorum, & mitte manū tuā in latus meū, & noli esse incredulus, sed fi-  
delis. Obtemperauit ille, exclamauit, & dixit: Dominus meus, & Deus meus. O pasto-  
ris ueneranda solertia, ô mediatoris nostri solicitude non pigrā? Thomam uocauerat  
semel bisq; prius uocatione communi, deinde specialiter ad apostolatus culmen, & ta-  
men se auertit, pastorisq; sui oblitus uocem per infidelitatis latitudinem iam errare  
cepit. Agnouit hoc pastor, quæliuit errantem, reperit, & ad unitatis reduxit gremium.  
Agnouit pastor ouem suam, & ut agnosceretur ab illa, inquit: Infer dīgitum tuum huc,  
agnosce pastorem, agnosce dominum, agnosce redemptorem. Non illi exhibuit fa-  
ciem, non uoluit cognosci per uocem, sed cicatrices ostendit uulnerum, per quas suæ  
redemptionis emisit precium. Ex obliquo illo intulit: Ecce foramina clauorum, ecce in  
dīcia passionis, quam pro te sustinui. Ex hoc recole, quid pro te dedi, qualiter pro te ani-  
mam meam posui. Accessi, ut hoc tibi insinuem, teq; reuoceam ad me, ne pro infidelitate  
malè pereas sine me. Quamobrem aspice, contrecta, immite manū, infer dīgitum, cer-  
tum te redde, quatenus meis assertionibus credens fidelis efficiaris, & non in dubietate  
persistas. Recole me dixisse: Qui non credit, iam iudicatus est. Nolo ut pereas, nolo ut à  
loin. 3 finistris constituaris cum hoedis. De ouibus meis es, te agnosco prædestinatum in me,  
ante mundi constitutionē, propterea uocauit te olim. Nunc accessi, ut iustificatus ex fide  
tempore congruo glorificari m̄ eraris. O sincere amor, ô magistri sapientia, quæ in apo-  
stolo isto pastoralis officij instituit formam, atq; per illius infidelitatē inumeros erudit  
ad fidem. Vtrumq; sufficientissimē nouerat, & magisterium fidei & prælationis ministe-  
rium. Infirmis per te indicauit dominus, qualiter soueri debeat, qualiterq; errantes que-  
ri, reperi, atq; baiulari oporteat. Hoc ad pastoris regimen, hoc ad magistri spectat in-  
geniū. Maximo artis suæ studio Dei permisit sapientia, ut hic electus apostolus dubius  
exaret in fide. Non tamen minus ad aliorū q̄ ad ipsius fuit profectū. Nouerat enim do-  
minus quā difficile homo absq; eiuspiā testimonio credulitatem suā adhibeat ad ea,

quæ ad finem pertinent. Nouerat inquam, futuræ resurrectionis quanta sit altitudo, que omnium humanarum rationum transcendit limites. Hanc per argumenta quam plurima approbare curauit. Videri namque uoluit, cym suis discipulis manducare & loqui atq; ab eisdem palpari & tangi, quemadmodum sacra euangeliorum narratuolumina, quorum testimonio sancta ecclesia innititur. Minime namq; dubitare fas est, quod tantorum testium assertionibus confirmatur, eorum uidelicet, qui audierunt, uiderunt, comederunt, & tetigerunt resuscitatum atq; uiuentem. In his præcipue credulitatem robat fidelium Thomæ inquisitio: Ipse enim ob communem profectū non acqueuit argumentis exhibitis, quibus rationabiliter crediderunt cæteri, sed perscrutari uoluit manus & digito lateris ac manum fixuras, quatenus nulla omnino remaneret ambiguitas, quin ipse esset, qui in ligno pendendo expirauerat. Tetigit quidem & exclamauit, dominus meus & Deus meus. Exclamauit utique, ut cunctis notificaret se, quod quæsierat, reperisse. Ipsum uerum hominem ac uerum Deum esse confessus est. Hominem tetigit, & credidit Deum. Cæterum propter unitatem personæ, quæ in Christo est, utrūq; & testigisse & credidisse fatendum est. O mira nostri autoris dispensatio ac diligēda benignitas, quæ euidentissimis testimonij per unius incredulitatem uniuersam uoluit erudire ecclesiam. Hinc Thomæ non est redarguenda dubietas, quæ illum inquisitorem fidei nostræ fecit esse sollicitū. Per ipsum quippe consummatæ resurrectionis & ueræ diuinitatis in Christo certā sumus assicuti notitiā. Quemadmodū illi, ita eius scrutiniū p̄fecit & nobis, quibus non licet tangere, sed solum credere, unde post fidei suæ confessionem audiuit apostolus: Quia uidisti me Thoma, credidisti: beati qui nō uiderunt, & crediderunt. Illi simpliciter dictum est, quia uidisti me, credidisti, nobis autem beati qui non uiderunt, & crediderunt. Sanè commendabilius est ex sola cordis credulitate confiteri Christum, quam aurum, oculorum, seu tactus adminiculo fidem habere. Vtrumq; tam munus est Dei infiniti meriti, opusq; omnipotenti patri gratissimum, sicut idē dominus Iesus inquit: Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit. Hæc planè est fides, quæ iustificat impios, extraneos reddit gratos, atq; beatos facit, sine qua nec placere Deo, nec in spiritu uiuere, neq; pertingere quis ualet ad uitam. Inter mortuos, qui ista caret, cōputatur, & tanquā putridū à Christi corpore præcisus est membrū. Nam quemadmodum qui in Christo credit, etiam si mortuus fuerit, uiuet: ita & qui uiuit nec credit, omnino est mortuus, quoniam non pertinet ad eū, qui uiuiscitat mortuos, & uitā in se creditib. præstat æternā. Magna prorsus est uirtus fidei, & merces illius multa nimis. Unde (quæso) fūt miracula, orationes exaudiūt, insensibilia & irrationabilia obtēperat, tē poralia despiciūt, diligūt æterna, atterūt ieunij & uigilij corpora, martyria perfurūt, calcatur mūdus, diabolus superatur, odiūt animæ habet propriæ: Nō aliunde q; ex uirtute fidei, qua in Christum creditur. Merces autem ipsius, quam in præsenti consequuntur fideles, ueritatis notitia atq; intellectus est lumen, dicente propheta: Nisi credideritis, non intelligetis, in futuro uero Deus. Nam fidei succedit uisus, illa (uidelicet) de qua Ioannes ait: Dilectissimi, filij Dei sumus, & nō dū apparuit, quid erimus, scimus quoniam, quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est. Duplīcem hanc apostolus Thomas huius fidei est adeptus mercedem. Dum enim in Christo perscrutatus est Christum, ad celebratæ resurrectionis, & ad uerbi peruenit intelligentiam, unde ait: Dominus meus, & Deus meus. Tantum quippe in illo fides ista conuauit, ut post consummatum cursum apostolicæ prædicationis, post innumerabilem conuersionem populorum ad triumphalem palmam perueniret martyrij, quo mediantे immortalitatis stolam, perpetua uitæ gloriam, angelicam dignitatem, & beatæ trinitatis reuelatam uidere promeruit maiestatem. Hæc est fidei perfecta merces, brārium perseverantium in Christo, corona uictoria, resurrectio futura, uita æterna, consummata felicitas, hæreditas promissa, imperturbabilis pax, perpetuum regnum, & nuptiæ agni immaculati Iesu Christi domini nostri ecclæsiae sponsi, & summi patris unigeniti uiuētis in secula seculorum. Amen.

In solen-

In solennitate S. Hugonis episcopi Lincolnensis.

**A** Anctorum confessorum Christi enarrare præconia, fratres dilectissimi, honorificū est, eorū præcipue, qui pontificali fuerunt in ipsis sublimati. Hi nāq; magnanimitatis dum uiuerent uirtute prædicti, sanctitate decorati, fraternæ dictionis zelo succensi, in cœlis nunc ineffabili gloria perfruuntur. Decet prorsus ut cæteris honore emineant, qui sanctitatis merito mortalibus naturæ limites transferunt. Excelsa, quā isti adepti sunt perfectionis est uia, suiq; met gloriosus uoluntarius probatur esse contemptus. Hæc nemo apprehendit, qui temporalium rerum neglexerit esse contemptor. Quis (oro) terrenarū facultū oneratus sarcina ualeat expeditis gressibus ad alta concendere? Videte (inquit Veritas) ne corda uestra graue tur in crapula & ebrietate, & curis huius seculi. Nouerat perfectionis magister quantū immoderata temporalium cura mentis sensum atterat, laudabiles dissipet cogitatus, intentionem rectam diuertat, & omnem interioris hominis importunitate sua debilitet statum. Nouerat, inquam, neminem Deo posse adhærere perfecte, qui peristurarum diuisiarum amator extiterit. Excelsus quippe dominus & in altis habitans ab ijs, qui libertati sunt traditi, potest apprehendit. Hinc est, quod ab eodem Moysi rubro appropinquanti dicitur: Solue calceamenta de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est. Planè religionis habitacula & sanctæ conuersationis loca, quæ à seculi contemptorib. incoluntur, terra sancta esse perhibetur, quoniam in ea, die noctuq; diuinis insititutis laudi bus, puritatis custoditur candor, & quantum fas est, cœlestis uitæ præferuntur insignia: Fitq; auxiliâ Deo, ac de certantibus qui in illa morantur, ut quædam angelicæ formæ imago eluceat, ita ut propheticum illi merito coaptetur eloquium: Quam gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei: Sicut latantum omnium habitatio est in te. Nonne recto latantur ordine, quibus donatum est domino famulari, terrena despicer, obhorre uitia, delicta plangere, calcare mundum, & per amoris incendium ac sanctæ contemplationis ocium fieri proximos cœlo, & angelicis nōnunquam miseri spiritibus? Hec sane sunt seruorum Christi spiritualia studia, hæc ab renunciatiū seculo pia solatia, qui eo letiores fiunt, quo relictis temporalibus curis, spredoq; pereuntis uitæ gaudio suūmet delectabilius uigilantiusq; cupiunt esse contemptores. Et hoc nō ab eis censuerim: Habet quippe corruptibilis caro concupiscentiæ suæ aculeos, habet mortalitatis ineuctabilem legem, quæ legi Dei renuit esse subiecta. Quamobrem tam importune aduersatur spiritui, bellumq; illi quotidianum indicit, ne uirtutis propositum teneat, ne pœnitentia lamenta suscipiat, ne compunctionis lacrymas fundat, quibus rediuita quædam resurrectione reformatur in melius, atq; ingenitæ dignitatis sibi præripiat principatum, quem ipse spiritus minime ualet apprehendere, nisi cœlestis dulcedinis imbre perfusus, renitentis carnis retundat insultus, actus regat, stimulosq; compescat, & magnanimitate animi, caduca spernendo cœlestia diligat. Cæterum magnanimum illum esse denuncio, qui renūciat seculo, carnis lenocinia calcat, perfectionis arcem consondere nititur, atq; pro sui conditoris amore crucem suam infatigabiliter baiulare nō cesat. An nō magnanimus ille dicendus est, qui solo corpore conuersatur in terris, & contra aeras potestates certamen nequaquam ueretur assumere? Stat magnanimus, imperterritus corde, desiderio accensus, latus animo, fide fundatus, spei consolatione repletus, uirtutumq; protectione munitus, ut ignea inimicorum tela excipiat, immoderatos corporis sui reprimat motus, uarios rerum eventus superet, seipsumq; sibi p̄ficiat, quatenus obtutibus possit placere diuinis, iudicisq; mereatur gratiam cūcta cernentis. Hinc sanctitatis aggreditur uias, perfectionis peragrat semitas, renouat spiritu, atq; caritatis uinculis alligatus, Deum toto corde totisq; uisceribus intra suæ mentis secretum conatur amplecti. Quamobrem beatum illum iuxta prophetæ oraculum esse cœsuerim, quem dominus misericorditer seculi elegit ex tenebris, & assumpsit in filium, quoniam in suis atrijs ipsum habitare faciet, replebitq; bonis suis sempiternis, atq; felicitate perpetua efficiet dignum, quum (uidelicet) peregrinationis huius compleuerit cursum, ac momentaneq; uitæ consummauerit terminum. Interim uero quoniam hominis uita militia est super terram, ut varijs tentationibus agitetur, necessarium est. Quis (quæso) Dei filio sanctorum? Quis à delictorum contagionibus illo immunior? Quis uitutibus locupletior?

**Heb. 4** locupletior: atq; meritorum omnium sanctitate sublimior: Et tamen impiorum hominum est passus insidias, eorum pertulit uerbera, dæmonumq; tormenta sustinuit, unde Apostolus inquit: Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris, per omnia tentatū, pro similitudine absq; peccato. Proinde in eo, q; tentatus est, ualeat eos qui tentantur, à tentatione eripere, restituere libertati, atq; gratiæ condonare. Nemo igitur quū tentat, desperet, & à propriæ salutis languescat fiducia. Tentatū nullus obhorreat, quoniam ex temptatione perficitur uirtus, auget merces, probatur anima, ac crescit scientia, magnanimitas exercetur, homo interior robora, purgatur uita, & merita cumulantur. Ista Iacobus apostolus considerans inquit: Beatus uir, qui suffert temptationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Tribulationum & temptationum utilitatem Paulus quoq; pronuncians ait: Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes aut non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Gradibus ergo suis quemadmodum consummatur uirtus, ita cooperante Deo quisq; efficitur sanctus, atq; perfectus. Hoc sacrarum pronunciāt eloquia scripturarum, hoc sanctorum præcedentiū commendat & uita. Quod ut clarius elucescat, sanctissimi Hugonis episcopi Lincolniensis, cuius hodie solennia celebrantur, per currente calamo uitam proferamus in medium. Hic etenim quum adhuc esset puerulus, senile cor gerens, post regularem canonicorum institutionem, in qua strenue conuersatus est, ut amplius placeret altissimo, sanctæ religionis Carthusiensis iugo, ardenter profide studio colla substrauit. Contempnit quidem seculum, reliquit prædia, opes erogauit egenis, omnemq; mundi gloriam commendabili magnanimitatis uirtute calcauit. Præterea corpus suum iejuniorum, uigilarum, & exterioris operis exercitatione castigas, ipsum prorsus spiritui seruire coegit. Apostolica siquidem admonitione edocetus, semetipsum hostiā uiuam, sanctam, Deo placentem exhibuit. Nouerat plane uberem pœnitentia esse mercedem, delectabilē uirtutis fructū, & puritatis donū esse conspicuum. Quamobrem fidei constantia fultus, ac Dei sapientia repletus tanquam nego-  
**Rom. 5** ciator eximius lutum commutauit in aurum, spreuitq; præfentia futurorū illeclitus amore. Hinc ad debellandas corporis passiones ad perferenda pro Christo conuicia, ad libidinis extinguenda incendia se, contra se, uiriliter armavit ad pugnam. Quod utiq; dimicandi genus illorum est proprium, qui indomitas carnis uoluptates pro diuinitatis amore sub censura uirtutū conantur restringere, de quibus per Paulum dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam cruciferunt cum uitij & cōcupiscentijs. Illorū inquam est proprium proficiendi desiderio omnē cordis sui intentionem, ut à supernæ uocationis brauium perfectionisq; attingant fastigium, in anteriora pretendere. Huiusmodi syncræ caritatis poculo sanctus noster debriatus, atq; spiritualis deuotionis alimonia quotidiana depastus, de uirtute in uirtutem semper proficiendo scandebat gloria his intus uistoriarum laureatus triumphis. Quoniam ( quæso ) modo in spiritualis certaminis campo aduersus immundorum spirituum numerosum exercitum, contra innatas adultasq; corporis passiones decertare suffecisset, si non cœlesti extitisset fultus præsidio, ac castissimi amoris repletus incendio: Minime etenim per se in hoc agone ualeat mortalís infirmitas, quoniam aduersarijs suis impar est uiribus. Quamobrem Dei pia clemencia militibus suis quemadmodū præstat pugnandi ausum, ita tribuit uincendi præsidium. Agnoscat igitur homo in tali conflictu propriæ infirmitatis inertiam, inæqualem cum inimicis uirtutem, minusq; probatam experientiam. Attollat quoq; considerationis suæ oculum ad Deum, à quo uincendi sortitur auxiliū, totisq; medullis cordis, quoties uictor existit, propheticum illud decantando pronunciet dicens: Non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Iterumq;: Impulsus eversus sum, ut caderem, & dominus suscepit me, fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Hæc sane uerè humilitatis est recta confessio, hæc inquam est pugnantium atque uincientium commendanda cognitio, ut quisque sicut bene operandi à Deo accepit gratiam, ita in singulis actibus suis eidem studeat exhibere gloriam. Hanc profecto diuinę laudationis regulam sanctus didicit Hugo. Nunquam enim sic proficere ualuisse in gratia, nisi sedula mentis exercitatione humilitatis creuisset in forma. Nam ( sacro testante eloquio )

A eloquio) sicut Deus superbis resistit, ita cōsuevit humiliis prestatre gratiam. Ex propositu ergo gratiæ humilitatis uirtus, atq; ex quotidianis casibus elationis agnoscitur esse mensura, quod Saulis regis ac sancti huius certo probatur exemplo, qui ambo humiles, amboq; Deo placentes ad regimen sunt populorum uecti, uerum nō eodē progressi, neq; pari uerū sunt sine directi. Oblitus quippe propriæ uilitatis ac pristinæ humilitatis rex eleuatus in consilio, contempto æterni regis imperio, se inaniter erigens supra se factus est ex dono deterior, qui debuit esse humilior, non autem sic se Hugo pater noster exhibuit. Eruditus namq; in regulari conuersatione omnium perfectione uirtutum effectus est in episcopali dignitate deuotior, habitus uilitate despectior, erga sui custodiā uigilantior, atq; pro salute proximorum feruentior. Subditorum quippe criminis plangebat ut propria, eorum de ecclesia patrimonio subleuabat inopiam, afflictis compatiebatur ex corde, debiles hortabatur ut pater, sicq; singulis sibi commissis misericordiæ impendebat auxilium, ut illud beati Job ueraciter posset: Benedictio periodi super me ueniebat, & cor uiduæ consolatus sunt oculus fui cæco, & pes claudio, pater eram pauperum, & moerentii cōsolator, flebam quondam super eō, qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Ex his & huiusmodi fraternali dilectionis studijs fulgentem meritum cœlestium sibi coronam contexit, per quam nedum Deo gratus est factus, uerum etiam in ecclesiæ domo tanquam matutina stella sanctitatis priuilegio supra multos enituit. Eius siquidem uita uirtutum odore respersa, immensis miraculis claruit, atq; bonorum operū opinione resulxit. Vbiq; gloriosum nomen resonabat Hugonis, undiq; bonitatis illius clarebant insignia. Iplum reges uenerabantur ut patrem, clerus ei obtemperabat ut pastori præcipuo, ægris sanitatis remedia præstabat ut medicus: sicq; factus erat omnia omnibus, quatenus omnes Christo lucrari ualeat. Verum quoniam Deum puro ex corde dilexit, similem illum fecit in gloria sanctorum, magnificauit eum in timore inimicorum, & in uerbis suis monstra placauit, glorificauit eum in conspectu regum & principum, & ostendit illi gloriam suam. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit ex omni carne. Audiuimus quoq; uocem ipsius cum deprecatum eum, & induxit illum in nube, & dedit illi cor ad præcepta, & legem uitæ & disciplinæ, ut doceret populum suū mādata ipsius, errantesq; reuocaret ad uitam salutis, religionis, & pacis, ut nouam creatori suo progeniem acquireret, per quam laus diuinæ a cresceret, uirtutum norma luceret, plebs Christiana proficeret, atq; future uitæ apparet imago. Propter hæc non delebitur memoria eius de ecclesia Christi, & nomen ipsius requiretur à generatione in generationem. Ista profecto ô domine Iesu est prima istola, quam in hac peregrinatione sanctis tuis tribuīs famulantibus tibi in ueritate, & propter te usq; ad mortem se humiliando certantibus honorabiles illos reddis, & sapientia reples, facisq; coruscare miraculis, ut gratia, quam percepérūt abs te, nota sit omni populo tuo, glorificantq; te habitantem in illis, atq; eos imitentur in bonum, quatenus dolorum ipsorum mereantur esse particeps. Es namq; pater misericordiatum, & Deus totius consolationis, qui adoptionis filios bonitatis tuæ foues in gremio, singulis gratiarum tuarum impertiens munera, prout necessarium cuiq; esse decernis. Non enim uniformiter illos trahis ad te, necq; omnib. omnia præbes, sed pro libito uoluntatis tuæ dona largiris, qui lege sapientia tuæ cuncta facis in pondere, numero, & mensura. Hanc quippe gratiarū tuarum distributionem Apostolus tuus denunciat dicens: Diuisiones gratiarum sunt, idē aut̄ spiritus, & diuisiones ministracionum sunt, idē aut̄ dominus, & diuisiones operationū sunt, idē uero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Nā unicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatē, alijs quidem per spiritū datur sermo sapientiæ, alijs uero sermo scientiæ secundū eundē spiritū, alijs fides in eodē spiritū, alijs gratia sanitatis in uno spiritu, alijs operatio uirtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonum, hæc autē omnia operatur unus atque idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Ex huiusmodi siquidem uarietate ecclesiæ sponsa tuæ uestis deaurata conficitur, quæ à dextris tuis astare prohibetur, & coram te sponsa suo rege & domino meritorum diuersitate decorata defulget. Lætañ quippe in singulis quos sanctificationis generat lauacro, nec ex unius abundantia in alterius diminutionem stringitur, quoniam in omnib. omnia possidet tanquam bona mater, & unicā spōsa fecunda

cunda & uirgo. Nō aut sibi, sed tibi acquirit filios, neq; in se, sed castissimo caritatis affe-  
ctu gloriatur in te. Proinde gaudet in omnibus, atq; iucundat in singulis, laboratq; ut  
crescant in uiros perfectos, & in mensuram ætatis plenitudinis tuae, perueniantq; ad te,  
qui super sydereas mansiones cū patre & sancto spiritu regnare cognosceris. Tunc tua  
illis propalante se gloria erit lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exulta-  
tionem obtinebunt, fulgebuntq; tanquam sol in meridie illuminati abs te, qui uera es  
lux, quæ omnem illuminat hominem accedentem ad te, & credentem in te, tibiq; adha-  
rentem. Tunc inquam uniuersi, qui tecum erunt, duplicitibus uestientur, ut Deus, ut sis.  
Ioan. 17  
Deus omnia in omnibus, ut ipsi tecum sint unum, sicut tu es unus cum patre tuo Deus.  
Hoc plane quum adhuc in carne esses passibilis, patri locutus es dicens: Volo, ut sicut  
ego & tu unum sumus, ita & illi unum sint mecum, tu in me, & ego in illis, ut simus cōsum-  
mati in unum, qui es beatitudo uera atq; perfecta regnantium in te, qui es Deus bene-  
dictus in secula seculorum, Amen.

In dominica de Ramis palmarum.

Math. 21  
**R**Vemadmodum hodierna die sacri euangelij patefecit historia, Hebraeorum  
populus domino Iesu descendenti de mōte Oliveti, ut ingredetur Hierusa-  
lem, cū ramis olivariū spatuliscq; palmarū occurrit obuiam clamans, & dicens:  
Osanna filio Dauid, benedictus q; uenit in nomine domine, osanna in excel-  
sis. Hoc sanè nō fortuitu, neq; humana est actū industria. Nusquam in scripturis diuinis-  
tate quid simile legi, per qd eruditētur hi. Inusitatū prorsus hoc erat, ut reges huicmo-  
di sublimarentur honoribus, talibusq; suscipierentur præconis. Propterea (sicut iā dictū  
est) non casu id gestū est, sancto præmonēte spiritu, qui ubi uult spirat, & quis uult, reue-  
lat mysteria. Porro nouo regi nouæ uenerationis debebantur obsequia, quatenus qui  
excellerat cæteros dignitate, ab uniuersis etiā discerneretur specialis reverētiae forma.  
Psal. 23  
Nō enim rex gloriq; & dominus uirtutū temporalibus, ut ceteri, debuit ditari muniberibus,  
quum imperio liberrimo uniuersa possideat, dicēte Propheta: Domini est terra, & ple-  
nitudo eius, orbis terrarū, & uniuersi qui habitant in eo. Sed neq; simpliciter ab homini G  
bus honorari, quoniā illi omnes angeli, omnis cœlestis exercitus famulabatur militia. Il-  
li igit̄ talis debebatur honor, qui cōgrueret Deo, taliaq; spiritualia obsequia, q; regia i-  
psius merito cōformes fieret dignitati, quoniā Deus et rex Christus dominus est. Est qd  
pe Deus uerus de Deo patre genitus cōsubstancialis, coeternus illi, quemadmodū idē pa-  
ter p Prophetā testat̄ dicens: Tecū principiū in die uirtutis tuæ in splendorib. sanctorū,  
Psal. 109  
Esa. 53  
exutero ante luciferū genui te. Quā utiq; generationē diuinam alius propheta intuens  
& annuncians ait: Generationē eius quis enarrabit? Est etiā Christus dominus spiritu-  
lis & uerus rex, unctus nō uisibiliter, neq; materiali oleo, sed spiru sancto, quemadmo-  
Psal. 44  
dum de eo per Prophetā dicitur: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatem, propterea unxit  
te Deus, Deus tuus oleo lætitiae p̄ræ cōfortib. tuis. Vtrumq; etenim propalante paracli-  
to memorati intellexerūt homines. Deū nāq; uenerabātur in homine, quando tota men-  
Math. 21  
Mar. 11  
tis intētione clamabāt. Benedictus qui uenit in nomine domini, osanna in excelsis. Re-  
gem uerò eundē esse fatebantur, quū p̄mittebāt osanna filio Dauid. Marcus aut̄ hoc H  
apertius eos dixisse declarās inq: Osanna benedictus q; uenit in nomine domini, bene-  
dictū qd uenit regnū patris nostri Dauid, osanna in excelsis. Sane rex est Christus, non  
utiq; militari stipatus honore, nō indutus purpura, neq; aureo diademe coronatus, sed  
ineffabili decoratus gloria, & angelorū innumerabilium comitatus exercitu, qui omni-  
bus illiū obtemperant iussis. Hoc suæ ministracionis officium celebrato aduersus dia-  
Math. 4  
Math. 26  
bolum triumpho, ostenderunt in monte, sicut de eo legitur: Tunc recessit diabolus ab  
eo, & angelī accesserunt, & ministrabant ei, unde proximus passioni Petro ait: An pu-  
tas, quia non possum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modo plus quam duo-  
decim legiones angelorum? Se quoque idem dominus regem esse Pilato confessus est  
Math. 27  
dicens: Rex sum ego. Verū ne illū talem regē arbitrarētur, quales mortales reges sunt, q;  
in præsentis seculo ad tempus imperat, inquit: Regnū meum non est de hoc mūdi, si aut̄  
ex hoc mundo esset regnū meum, ministri mei utiq; decertarent, ut nō traderer Iudaīs,  
nuncaū regnum meum non est hinc. Non ait regnū meum non est in hoc mundo, sed  
signanter dixit de hoc mundo, id est qualia sunt regna istius mundi, quæ uicissitudine

fua,

A sua, perturbationibus, & anxietatibus plena sunt. De ipsius uerò regni qualitate Pro-  
pheta ait: Potestas eius potestas æternā, quæ non auferetur, & regnū illius, quod nō cor-  
rumpetur. Regnat tamen etiā in hoc mundo, dum regit, quos condidit, sibiq; subiectos  
suum deducit ad regnum, ac reges facit, quemadmodum per Ioannē in Apocalypsi dici-  
tur: Et fecit nos reges, & sacerdotes, & regnabimus in æternum. Venit igit̄ rex noster  
humilis sub carnis fragilitate obiectus in hunc mundi campū cū diabolo pugnaturus,  
ut illi diriperet dominatum, quē in hominibus eo permittente tyrannica temeritate tene-  
bat, noluit aut̄ illum per diuinitatis imperium, sed per æquitates superare censurā. Hinc  
se ab illo passus est persequi, tentari, flagellari, crucifigi, occidiq;. Quamobrē iustitiæ exi-  
gēte decreto dū iustū peremit iniuste, iniusti principatus, quem sibi in hominib. usurpa-  
rat, amisit imperium. Hoc igit̄ aduersus aeras potestates celebrato triūpho regis no-  
stri spiritualis uictoriae sunt propalata insignia, præconesq; directi per orbē, q; eadē uni-  
uersis notificarēt populis, quatenus suū spiritualē agnoscerēt regē, illiq; fidelis confes-  
sionis tributa præstarent. Totū hoc mysticē significatū hodie fuisse cognoscimus, quo-  
niam futura erat ecclesia cōgreganda de gentibus, quæ uestimenta sua spiritualia regis  
nostrī Christi fuerat prostratura uestigij, atq; olivuarum frondibus sanctæ deuotionis  
ubertate fœcundis trophei ipsius celebratura mysteriū. Hoc inquā quod ab ecclesia my-  
sticē agitur, debet ab unoquoq; fidelī spiritualiter exhiberi, si tamen non aliter uiuere  
uolunt, quām eo modo, quo Christianæ religionis testatur professio. Nostra igit̄ o fra-  
tres uestimenta deuote sternamus in uia, si gratum cupimus Christo laudis offerre ob-  
sequiū. Verū quoniam omnes duplicitibus uestiuntur, non indumentū simplex, sed uesti-  
mēta Christi sunt subiçīda uestigij. Est quippe corporis, & est animæ indumentū, quo  
fidelis quisq; Deo militans, se debet exuere. Est namq; terrena substātia corporis uesti-  
mentū, ex qua pascitur, nutritur, & tegitur. Hoc plane liberali affectu exhibendū est pe-  
dibus Christi, uidelicet pauperibus, qui in Christi corpore, quod est ecclesia, contēpi-  
bilia membra esse noscūt. Hoc aut̄ qualiter spiritualiter suscipiat dominus, & q; ueraci-  
ter se percepisse fateat, qd pro eius amore erogatur egentibus, in iudicio dicturus est iu-  
stis: Venire benedicti patris mei, percipite regnū, qd uobis paratū est ab origine mūdi.  
Math. 25

Etsi: Esuriū & sitiū, & dediſtis mihi māducare et bibere, hospes erā, & collegistis me, nudus  
& cooperuistis me, infirmus & in carcere, & uisitastis me. Nā qd uni ex minimis meis fe-  
cistis, mihi fecistis. Vidēsne q; ardenter dominus tuū abs te cupiat recipere indumentū,  
non qd suos nequeat aliūde nutritre egentes, sed ut inueniat in te, unde tibi bona sua ua-  
leat præstare cœlestia. Propter te nāq; requirit à te, qd præstítit tibi, quatenus per ea pos-  
sit tibi quādoq; etiā tribuere se. Da ergo tua, ut illū qui te fecit, merearis accipere. Te aut̄  
nequaquam uolo, ut lateat, q; non omnis ab omnib. est erogāda substantia. Debet nāq;  
qui matrimonio deditus est, de proprijs facultatibus educare liberos, sustentare familiā,  
mundiç exercere negocia, ac ex opibus sibi concessis iuxta possibilitatē cōmunicare  
egentibus. Meminerint tamen huiusmodi dixisse Apostolū: Hoc autē dico fratres, tem-  
pus breue est, reliquū est, ut qui habēt uxores, tanquā non habentes sint, & qui flent, tan-  
quā non flentes, & qui gaudēt, tanquā non gaudentes, & qui emūt, tanquā non possidē-  
tes, & q; utūtur hoc mūdi, tanquā nō utantur. Præterit enim figura huius mūdi, uolo aut̄  
uos sine sollicitudine esse. Ista profecto est apostolica disciplina, quā in seculo uiuētibus  
tradidit. Per ipsam quippe illis minime prohibetē temporaliū facultatū proprietas, sed im-  
moderatus coeretur affectus, quatenus sic terrena bona possideant, ut temporalib. semp-  
terna præponāt. At uerò quicq; renunciantes se uoto strinxerunt, nihil omnino propriū possidere ualent in terra, quippe  
quum illis cœlestis hæreditatis spondeatur. In horū siquidē persona Propheta cōgratulās  
ait: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei, tu es qui restitues hæreditatē meam  
mihi. Non enim amittitur, quod ob amorē relinquitur conditoris ipso promittente, qui  
ait: Omnis q; relinquerit patrē aut matrē, filios, fratres, aut sorores, aut agros propter no-  
men meum, centuplum accipiet, & uitam eternam possidebit. Disce itaq; o religiose,  
nihil propriū habere in seculo, ut cœlestem hæreditatē consequi merearis in cœlo. Di-  
isce inquā nedū temporaliū facultatum reijcere sarcinam, uerumetā à te illarum abdicā-  
re affectū, ne irrita censeatur esse professio tua, ut ludaico animo iterū repete uidearis

Laur. Iustin.

Nn Egyptum.

**A.** Egyptum. Sat tibi sit monasterij communis substantia, de qua unicuique necessaria ministrantur abunde. Dicit prorsus eris, si cōtempseris omnia, q̄ si pecuniarū & gēmarū milia possidebis. Memento (quæso o monache) qua sententia multati fuerint Ananias, & uxor eius Saphira, qui agri uenditi sibi uoluerunt retinere particulā. Sic Ananias locutus est Petrus: Cur tentauit Satanás cor tuū mentiri te spiritui sancto, & fraudare de precio agri? Nónne manēs tibi manebat, & uenūdatus in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo. Parua cōcupierū hi, & grauem in se mortis perceperē sententiā, ut scias, quoniā nō pecuniarū numerosissimas, sed immoderatus affectus in ihs, q̄ apostolicę perfectionis regulā p̄ficitur, damnat à Christo. Prebe igitur totū, q̄ te ipsum dare uoluisti. Ut implearis coelestibus, temporaliū in te affectū euacula. Porro ridiculū est specietenus & in ecclesiā facie renūciasse terrenis, & cuiuscunq̄ substantiæ inhērere solatijs. Nunquā cōsolationem quis poterit (ut decet) sentire diuinam, dum quātulæcunq̄ rei fuerit inordinato amore detenus. Minime prorsus religioso congruit quicquā dicere suum, ubi omnia omnibus cēsentur esse cōmunia. Nōne in exordio nascētis ecclesiæ legitur uniuersa ihs, quib. cor unū erat, & anima una, fuisse communia? Huius itaq̄ fraternæ unitatis regularis obseruātia gerit imāginē, q̄ diuitē nō discernit à paupere, ac generosum non p̄ponit ignobili, sed singulis necessariā impertiri iubet, ne liuoris quicquā in Deo famulatibus, seu contradictionis germen insurgat. Rerum quippe usum tribuit, sed priuatū damnat affectū. Quamobrem p̄ruaricatores professionis, q̄ habēt propria, uel alienāt cōmunia, seu absq̄ superioris licentia mutuo tribuunt cōcessa, tā dure arguit, tā districte corripit, atq̄ ab unitatis gremio excommunicando abscondit. Magna siquidem peritiae utitur, dum putridū abscondit membrū, ne exemplo suo corrumpantur & cetera. Quem quoq̄ morbidā ab ouili reūscit, ne totius cōgregationis cōmaculet gregē. Pertimesce igitur, quisquis per excōmunicationis censuram ab ecclesiæ unitate alienus efficeris, ne in eadem sententia corporis & animæ patiaris interitū. Pauē s̄euientū bestiarum incursus, q̄ foris errātes diripere consueuerunt. Scito te toties esse alienum à Christo, quoties per religionis tuae statuta G excōmunicaris à p̄fule. Noli (quæso) pro paruis magna, atq̄ pro terrenis commutare cōlestia. Noli, inquam, pro peritura substantia participatione carere fideliū. Omniū bonorum, q̄e in ecclesiā fiunt, communicatione te priuas, si excōmunicatus in cordis obduratione persistas. Nam quemadmodū abscessum membrū nullo modo vegetatur in corpore: ita inhārens uiuificans sp̄ritus nutritre non desinit. Hoc Propheta insinuans inquit: Particeps ego sum omniū timentium te, & custodientū mandata tua. Redi igitur o excommunicate ad gremiū, propriū fatere delictū, expone propria, ostende cōmunia, libros, pecuniā, & omne quod habes in cella abiūce, & ante pedes te statuē p̄sidentis, humiū prostratus ueniā pete, & impositū p̄enitentiæ onus amplectere. Elige potius in cōuentu fratrū, q̄ angelorū rubore accipere. Quid tibi proderit, si tuū uolueris celare delictum, cū in iudicio palā futurū sit omnibus? Dic tu iniquitates tuas prius, q̄ conuincaris in crīmine. Age sponte, qđ quādoq̄ patieris inuitus. Propheticō admonitus oraculo cōfessionis medelā afflume, detrimentū ut nō patiaris æternū. Dixi (inquit ille) confitebor aduersum me iniustitiā mē domino, & tu remisisti impietate peccati mei. Nunquā nisi cōfessione mediante remissionē percipies peccatorū. Si deliquisti, cōfitere, quoniā exinde ueniā consequeris & gratiam. Solue uincula collī tui o monache, fasciculos reiūce deprimentes, proprietatem prohibitam tibi habere noli, omnibusq̄ (quemadmodū promisisti) ex corde renuncia, ut Christi seruus fidelis existas. Hoc sane si recte perficies uestem unā ante tui uestigia projicies redēptoris. Cæterum si carnem tuam p̄enitentiæ flagello mactabis humiliiter, strauisti & alteram. Admonentē apostolum audi: Obsecro (inquit) uos fratres per misericordiā Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentē, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Obsecrat corpus exhiberi in laboribus, in ieuijīs, in uigilījīs, in fame & siti, in frigore & nuditate, ut esse ualeat hostia uiua, sancta, Deo placens, atq̄ perfecta. Nouerat excellentissimus doctor, quām petulant aduersus sp̄iritum lasciuiat corpus, quantumcūq̄ uirtutis renitatur bono, si absq̄ p̄enitentiæ eruditione permaneat, propriea hortatur, ut sub temperantiæ coercetur iugo, ipsiusq̄ immoderata refrenerit uoluptas, ne sibimet ruina efficiatur & anima. Hoe

**A.** Hoc proculdubio p̄enitentiæ magisterium conditori nostro gratissimum est, adeo ut ab illo suæ prædicationis exordiū sum p̄serit dicens: P̄enitētiam agite, appropinquauit in uos regnū cœlorū. Hoc inquā p̄enitentiæ exercitium commune est omnib. sanctis, qui oculis diuinæ maiestatis dum placere desiderant, carnē suam, quā naturaliter diligunt, præter necessitatē ultimam fouere refugiunt. Per Hebraeorum igitur turbam, de qua euāgelicus hodie sermo proloquitur, significatū hoc fuisse cognoscimus. Vesta menta illi lana linoq̄ contexta deponūt, sancti aut omnē terrenarū rerū proprietatē affectūq̄ reiūciunt corpora sua in redemptoris redigentes obsequiū. Illi inquā oliuarū ramos frondesq̄ palmarū gestabāt in manibus, h̄i aut deuotionis uirentē gustum tenentes, in corde pro quotidiani triumphis in gratiarū semper actione cōsistūt. Hinc sanctę spei caritatisq̄ reiecti dulcedine iucundū in spiritu carmen piæ modulationis exoluūt. Huiusmodi iubilationis cantico repleri Propheta cupiebat, quum diceret: Repleatur os meum laude, ut cantē gloriam tuā tota die magnitudinem tuā. Quicquā Carmen istud dīdicerunt promere, quantū intīmæ caritatis abundēt delicijs optime sciunt. Quamobrem non semel tantum bis uel ter, sed die integro id frequenter desiderant. Non enim ualeat inferre fastidium, quod amore cōplet uiscera, replet cor lumine, deuotione inebriat mentē, spiritū exultare cōpellit, ipsamq̄ uenire dilectā in castos sponsi trahit amplexus. Tunc planè nihil uacat à gaudio, nil pauidum sponsæ miscetur affectui. Omnis interioris domus lētatur familia, atq̄ cuncta q̄ agitū sapit actio, cordis affatim redundātē dulcedine. Talia interpellante oratione Propheta fuerat expertus, qui ait: Cor meū & caro mea exultauerunt in Deum uiuū. Porro tunc in Deū uiuum cor & caro rectissime exultare perhibētur, quū infuso desuper diuinæ cognitionis splendore amore cor tangitur, sponsiq̄ p̄äsentia adesse sentitur. Ex qua etiam exterior homo participans spiritui famulatur: diuinā perficit iussa, atq̄ misericordiæ operibus gratāter instruit. De ihs qui ad memoratā internæ dulcedinis attigerunt perfectionem, inquit Propheta: Domine in lumine uultus tui ambulabūt, & in nomine tuo exultabūt tota die, & in iustitia tua exalta bunt, quoniā gloria uirtutis eorū tu es. Disce igitur quisquis es, q̄ cōcupiscis huiusmodi amoris experiri p̄eludia, temporalia cuncta affectu deserere, & corporis uoluptatib. repugnare. Disce inquam iugiter redire ad te, & mentis exercitatione insistere, per quam formata oratio deuotionis subministrat gustum, atq̄ contemplationi aditum pandit. Ista profecto tunc irreprehēsibiliter (ut arbitror) complere ualebis, quū post uitiorum durā certamina, post immundorū spirituū importunos insultus pro adeptis uirtutib. atq̄ sapientiē infuso splendore gratias redemptori tuo exhibere studebis, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

Sermo exhortatorius ad conuersionem & ad emollienda obdurata corda.

**D.** Onuertimini ad me, inquit propheta, imò dominus per prophetā, in toto corde uestro, in ieuijō, & fletu, & plāctu scindite corda uestra, & nō uestimenta uestra. Aueris itaq̄ & peccatorib. loquit̄, ihs uidelicet, qui spreto cōditoris sui imperio, neglectisq̄ diuinę legi institutis ambulant post desideria cordis sui, & nolūt le cōuertere, ut salui fiāt. Illos admonet ante q̄ feriat, illos reuocat ad sensū intelligētię, ne cōtemptores iuste dānet. Nō est talis, ut lētēt in perditione morientū, neq̄ uult peccatoris mortē, sed potius ut conuertatur & uiuat. Diligit facturā suā opus manū suarum, amatq̄ imaginem suā non sculptā in marmore, ne c̄ in parietib. pictā, sed quā impressit in anima, sicut ipse ait: Faciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram. Hanc in perdita oue centesima relictis nonaginta nouē in montibus requisiuit. Hanc & in dragma decima absconsa dilexit, propter quā reperiēdam lucernam accēdit, euerrit domū, omniaq̄ cōmóuit. Sollicitudinē omnem exhibuit, ut quod amiserat, inueniret. Nouerat ipse, qui fecerat, quanti esset, quod perierat. Proinde nō est passus, ut sub aggere terrenarū uoluptatū lateret, delitescēdoq̄ periret homo, quē sua similitudine decorauerat, atq̄ ad suā considerat gloriam, quatenus illum agnoscet, agnoscendo diligenter, & diligendo ad ipsum quandoq̄ ueniret futurus de sui uisione beatus. Nam per illum statuerat ut angelorum, qui contra Deū superbiendo ceciderant, redintegraref numerus, ac superne Hierusalē collapse restaurarent ruinæ, quem admodū Propheta dominū deprecatus est dicens: Benigne fac domine in bona uoluntate

tate tua Sion, ut adfidentur muri Hierusalem. Egit autem hoc non necessitate compulsa, quin aliter quam per hominem id posset perficere, cum omnipotens sit, illi qui suppetat omnia possit, dum uult, sicut Psalmus ait: Omnia quecumque uoluit dominus, fecit in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Absurdum profecto est credere Deum speciem indiguisse humanae ut angelorum reformaret ordines, quod antequam ipsam plasmaret, uniuersa creauit ex nihilo, atque ad sui ministerium numerositatē cōdidiit angelorum, sicut per Paulum dicit, Nonne omnes (inquit) administratorum spiritus sunt in ministerium missi propter eos, qui haereditatem capiūt salutis? Hoc igitur non defectu egit potestatis, sed ex mera sua ipsius liberrima caritate, quod de largis suo aeternae bonitatis fonte absque suae gloriae detrimēto sua suis non defisi dona concedere. Verum quum homo idem in paradiſo uoluptatis locatus fuisset, seductorī angelo præbuisset assensum, in huius peregrinationis exulauit loco, ubi in latrone incidit, qui exuentes eum immortalitatis tunica ac maxima ex parte naturalib. & gratuitis donis, plagiis multis impositis illū seminecē reliquerūt. Huc illac præteriens uidit quidā sacerdos, qui legis typū tenet, atque nullo medicamento eidem adhibito pertransiit, p. Heb. 7 quoniā (Apostolo teste) nihil ad perfectum adduxit lex. Si enim data esset lex, quod iustificare posset, iam gratia non esset gratia. Potuit enim lex aegrum agnoscere, inter leprā & leprā discernere, illi cōpati, eum uero minime sanare. Hac in portico Salomonis figurata est, quod languentes in se tenere poterat, nequaquam uero curare. Eundem quoque aegruum uidit levita quidem illac transitum faciens, qui prophetarum in se figurabat autoritatem, & nullo impenso curationis auxilio præteriit. Potuerunt namque prophetæ iustorum merita peccatorumque denunciare supplicia, sed ueniam nullo modo delinquentibus dare, quoniā & ipsi peccatores erant, & Dei misericordia sicut ceteri indigebant. Vnum eorum confidentem audi: Omnes sicut oves errauimus, unusquisque declinauit in uiam suā. Alius uero ait: Dominus de celo prospexit super filios hominum, ut uideat, si est intelligens aut requirens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Postremo Samaritanus p̄fissimus, qui & ipse ab Hierusalem descendebat in Hierico, mox ut languidū istū intuitus est, super eius misericordia com-passione permotus, appropinquas ligauit uulnera illius infuso desuper compunctionis uino, atque misericordiae oleo, suoque illū imponens iumento, ecclesiam duxit ad stabulum mandans rectoribus ecclesiarum, quatenus diligentē erga eum curam adhiberent, donec conualesceret, spōdensque se illis redditurum, quicquid pro eius supererogauerint ualitudine. Qui legit intelligat, quoniam hec parabola restorationis ac redemptionis humanae modum declarat & ordinem. Descendit Dei filius per carnis susceptionem in hoc exumq; exilium factus hominum custos atque redemptor. Agnouit iacentis utriusque hominis calamitatem, fouit sacramentorum remedij ulcera ipsius, portauit super se in cruce pendens omnium iniurias, sicut per Prophetā dicitur: Vere laguores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit. Nos reputauimus eum quasi leporum & percussum a Deo & humiliatum: ipse autem uulneratus est propter iniurias nostras, attritus est propter scelera nostra, disciplina pacis nostrae super eum, & liuore eius sanati sumus. Solus igitur Deus Dei & hominum mediator homo Christus Iesus humani generis ualuit mederi languoribus, qui peccatum nullū fecit, neque in ore ipsius inuentus est dulcis. Quamobrem quia solus inter mortuos ab omni culpa extitit liber, rationabiliter potuit infirmi uulnera curare, ipsumque pristinam restituere libertati, quemadmodum in euangelio ipse ait: Si filius liberabit uos, uerè liberi eritis. Nam & per prophetā inquit: Ego sum, qui deleo iniurias tuas. Per Esaiā quoque causam aduentus sui ad nos, & effectū denū cians ait: Spiritus domini super me, eo quod unxit me dominus, ad annūciandum manuetis misit me, ut medereret contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertione, ut prædicarem annum placabilem domino, & diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes, & ponerem consolationem lugentibus Sion, & darem eius coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu mortis. Vidēsne o homo, quid à Deo per mediatorem tuum perceperis? Agnosce quod quantum ipse custos te dilexerit & redemptor, qui tantum te estimauit, ut pro tuorum medelationis sanguine suo antidotū faceret, quo tuis uulnibus apposito sanareris. Hoc autem egit, quando pro te mori dignatus est effuso in redemptione præuaricationis tua rum

A rum proprio cruore, per quam nedum redimeret, uerum etiam potaret te, suoque inebriare amore, quo hausto laetificatus clamares & dices: Calix tuus inebrias quam præclarus est domine. Quid igitur retribues domino pro omnibus, quae tribuit tibi? Quid in qua proprio rependas auctori, qui te quæsiuit, inuenit, atque à dæmonum morsibus te in humeris suis bafulas redimendo saluavit? Poterisne continere te, ut non eius admonitionib. obtemperes, qui te tam sedulo hortatur, ut redeas, & cōuertaris ad ipsum? Noli (obsecro) ad uocem ipsius obsurdescere, quemadmodum populus Hebreorum per annos quadraginta fecit in eremo, propter quod offensus dominus omnē generationē illam peremit in deserto, prohibuitque (exceptis duobus) ne quisquam eorum, qui obdurauerunt corda sua, in reprobationis ingredieretur terram, patribus eorum longe antea promissam. Prius uero quam illos percuteret, signa ingentia propter ipsos in Aegypto exhibuit, mare rubrum ante eos diuidendo siccauit, insequentes omnes pariter suffocauit in aqua. Manna de cœlo precepit, de quo eos annis quadraginta cibauit, quatenus ex perceptis beneficijs suisque miraculis eruditarentur ad fidem, diuinis in præceptis implendis promptiores, atque ad tolerantiam aduersorum existerent fortiores. Nam Dei clementia consuevit (ut plurimum) antea electos suos beneficijs ad se trahere, quam terroribus, quoniam potius amari desiderat, quam timeri. At uero post collata munera, post reiteratas exhortationes si obtemperare neglexerit homo, illum terroribus pulsat, flagellis percutit, uarijsque calamitatibus premit, demumque obtenebratum atque obstinatum damnat, quemadmodum Pharaoni & exercitu eius euensis cognoscimus. Quamobrem o præuaricatores redite ad cor, ut possitis audire sonitum pulsantis sapientiae, & ad uos introire cupientis. Reuertimini o contemptores ad correptionem, uos, inquam, qui à Deo auersi estis, & obduratum habetis cor atque impoenitens. Exorantis & exhortantis ipsius sapientiae uerba mentis aure percipite, monitisque eius saluberrimis assensum præbete, quae ait: Nunc ergo filij audite me, beati qui custodiunt uias meas, audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abiicere eam. Beatus uir, qui audit me, qui uigilat ad fores Prover. 3 meas quotidie, & obseruat ad postes ostium mei, qui me inueniet, inueniet uitram, & hauriet salutem à domino. Quanta dilectione uos inuitet ad ueniam, intelligite, quātisue spiritualibus donis uos locupletare desiderat, considerate. Emolliat (quælo) lapideum cor uestrum illius amoris flamma, benevolentia reuocet, pulchritudo alliciat, promissa erigant, & erogata accendant. Erumpant absque dilatione oculi uestri lacrymarum flumina, ingeminantur suspitia, uestrisque gemitus compunctionis indices cœlum compleant. Omnis etiam à uobis propulsetur duritia, & pernicioſa desperatio repellatur, quae misericordiae fontem euacuat, paradisi ianuas claudit, diuinę pietatis exiccat uisera, indulgentiae obturat semitas, spei fiduciam adimit, atque bonorum omnium plenitudo perdit. Parabolæ patris familiâs memetote, qui contemptus ab ijs, quos ad suā inuitauerat cœnam, seruo suo mandauit dicens, Exi citò in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, cæcos & claudos compelle intrare, ut impleatur domus mea. Ni-niuitarum postremo uos inuitet poenitentia, informet humilitas, confirmet & gratia. C Porro apud Deum nulla est irremissibilis culpa, quum ex cordis synceritate humiliter postuletur uenia. Quid (oro) in peccatrice iustificata fuit, nisi lacrymarum effusio, animique compunctione? Fleuit post negationem Petrus, & pristinæ restitutus est gratia. Compluit dominus in his duobus, quod propheticō prædicterat ore: Quotiescumque ingemuit peccator, non recordabor amplius iniquitatum suarum. Quid delinquenti hac promulgatione dulcius? Quid desperato, & uniuersorum flagitorum pleno amabilius? Quidue ad emendationis bonum dici potuit efficacius? Gemat peccator ex corde, poenitentia ex corde, deprecetur ex corde, & exaudiatur. Nulla uenientia interueniet mora, ubi compunctione est conscientia, quoniā Dei misericordia est paratior ad ignoscendum, quam ad puniendum, dicente Psalmographo, Quoniam ira in indignatione eius, & uita in uoluntate eius. Nūquid uoluntatis meæ est mors impij (ait dominus) & non magis ut conuertatur & uiuat? Benignus plane est & præstabilis super malitia uestra, duntaxat non sit uoluntaria neque ex studio perpetrata. Huiusmodi nullo modo meretur indulgentia, quoniā quādiu uiget in animo, diuinę aduersat bonitati. Ceterū si illius poeniteat hominem, parcit Deus, si uero perseueret in ea, punit tanto grauius, quanto magis patienter tolerat. Nam grauius Laur. iustin. Nn 3 tatem

Róm. 2 tate supplicij longanimitatis expectatione cōpensat. Quamobrē o tu, q̄ hactenus in tuis extitisti sceleribus obstinatus, ne differas conuerti ad dominū, à quo auersus es. An diuitias longanimitatis & bonitatis eius contemnis? Hoc si agis, secundū duritiā tuā & cor impoenitens, thesaurizas tibi irā in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Thesaurizas tu tibi irā, quū despīcis diuitias bonitatis Dei, q̄ ad pœnitentiam te inuitat, quam minime ualebis effugere, si neglexeris pœnitere. Nam si iuxta apostoli Petri sententiā Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudiciū cruciandoſ referuari, tibi ne parcer uermiculo & in proximo morituroſ. Quæ est (oro) dementia tua, ut indignationem Dei non uerearūs incurrit, gehennæ metum non habeas, mortē secundā nō expauecas, teterimq̄ inferni carcerē sempiternaliter inhabitare non trepides ubi uermis eorum, qui aderunt, nō morietur, neq; eorum extinguetur ignis, sed stridor erit dentiū, horrida dæmonum uisio, palpabiles tenebrae, foetor sulphuris, irreuocabilisq; sententia. Experire (quæſo) utrum materialis huius flāmæ uel ad momentū possis sustinere incendiū, si mutilationē membrorū, si carceris squalore, si cætera quæ damnatiſ irrogantur, supplicia. Ista dū certo experimento cognoueris esse intolerabilia, dira, atq; humanæ naturæ inimica, resipisce, plora, de tuis emenda te criminibus, & fructuosam age pœnitentiā, ut nō te inuoluāt peccatorū tenebræ, repentinus nō te inuadat interitus, neq; iudex omniū oris sui uirga percutiat. Tunc clamabis, & non exaudieris, inuocabis, & nō erit qui te liberet. Tibi clausum erit cœlum, à te suffragia sient aliena sanctorum, super te minime lucebit misericordiæ sol, neq; pietatis lucerna illuminabit te, quoniā dū poteras, repulisti eam, teq; gratia ipsius exhibuisti indignū. Aequalē cū uirginib. fatuis excipies sententiā, q̄ nuptiarum obseratis ianuis sancto caritatis oleo neglecto, nemineq; pro eis interpellāte, ante fores positæ ingeminātes dīcent, Domine domine aperi nobis. Hęc autē uniuersa deuitabis incōmoda, si sponsi uocē dicētis audieris: Vigilate itaq;, quia nescitis diē neq; horā. Quamobrem redire ad te suadeo tibi, qui hactenus cor impoenitens habuisti, & uigila (quæſo) à grauissimo somno præteriorū facinorū. Excute omnē à te torporē, ac manu quadā sanctæ spei desperationis uincula solue, ut facilius possis uolare ad Christū, q̄ extēsis in cruce brachij ad te amplexandū, aperto latere ad te suscipiēdū, inclinatoq; capite ad te deosculandū tuū ni-mio cum amore præstolatur aduentum. Accēde igitur ad eū in spiritu humilitatis, & in animo contrito ad ipsius te uolue uestigia, eius pedes lacrymis laua, exterge capillis, ac deuotionis unguento liniens dic: Pater peccauī in cœlum & coram te: iam non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Inde autem nullatenus recedas, donec placatum senties patrem, recipiasq; stollam primam, in manibus anulum, calceamenta in pedibus, atque saginati uituli pascaris edulio. Tunc confusio-nis & mceroris lugubri indumento deposito, nuptiali uerò ueste ornatus exultationis & confessionis carmen decantabis & dices: Nisi quia dominus adiuuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea. De cætero autem effectus iustior charismata meliora percipies, per quæ ex quotidianis eruditus profectib. senties quām bonus sit Israel Deus ihs, qui recto sunt corde, qui est Deus benedictus in secula seculorū. Amen.

## D I V I L A V R E N T I I I V S T I-

NIANI DE CHRISTI CORPORE  
Sermo deuotissimus.




Vmanus affectus, quamuis in singulis naturaliter uigeat, est tamen semper ne tepescat, seu deficiat funditus, beneficj; nutriendus. Nā quemadmodū materialis ignis incēdiū pedentim, nisi unde nutriti ualeat frequenter superadiūciatur, minuitur, ita & mutuus mortalium amor, si non crebris bene uolentia exerceatur officijs. Sarmentis & oleo accensa perseuerat flama, & dilectionis affectus humanitatis obsequio eōque dulcius se diligentes conglutinat, quo crebris præstantiora uicissim fuerint prærogata seruitia. Hinc redemptoris domini nostri Iesu caritatis patet sublimitas. Nam ex impensis beneficj; quotidianiſ muneribus ignitæ dilectionis ipsius agnoscitur uehementia. Dignare igitur homo redire ad te, tacitaq; consideratione perscrutari, quanta tibi Deus tuus conditor & redem-

A & redēptor prærogauerit dona, quatenus ex ipsis intelligas quo te amore diligat, quó-ue te pietatis amplexetur affectu. Hoc ex numero, hoc luculenter ex beneficiorum qua-litate percipies. Nempe si autoris tui dona dinumerare uolueris, arenam maris, guttas pluviarum, & multitudinem reperies stellarum. Si autem qualitatem attēdas, tuam omnino conditionem, tuaq; transcendunt merita. Quippe quum uniuersa ex largiflua opificis summi bonitate prouenant. In hulus itaq; tuæ meditationis fronte te sta-tue ante te, ut corporis tui originem, ac animæ rationalis sublimitatem agnoscas. Quis (oro) te condidit, quis antequam fieres, te produxit ad lucem? Nunquid humano fuisti procreatus arbitrio? tuorumq; parentum conceptus atq; formatus ingenio? Erras prot-sus, & à ueritatis limitibus nūm deuias, si taliter opinaris. Qui enim nequiuertit se, te quomodo facere potuerunt? Qui enī uerbo suo sempiterno condidit omnia, illos pa-riter fecit & te. Prophetam confitentem audi: Manus tuæ, inquit, domine fecerūt me, et plasmauerunt me. Fecerunt utiq; prius de limo, deinde plasmauerūt in utero, quatenus lob. 10 notificarent uniuersorum deum esse autorem. Vtruncq; diuina testantur eloquia. De in-stitutione nanci primi hominis sic legitur: Formauit igitur dominus deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est homo in anima uiuentæ. In persona uero cunctorum quid beatus lob loquatur obserua: Memento quæſo, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem deduces me. Nōne sicut lac mulisti me, & sicut caseum me coagulaſti: Pelle & carnib. uestisti me, ossibus & neruis compagisti me. Ipsum quoq; dominum per Prophetam eadem perhibentem attende: Prīusq; te for-marē, inquit, in utero, noui te. Signanter ait te formarē in utero, nē alii q̄ ipsum tui corporis crederes esse factorē. Te igitur deus de humano ac uilissimo semine matris tuę for-mauit in utero, corporis organum distinxit per partes, diuisit artus, sensus disposuit, sin-gulicq; propria indixit ministeria, ut non esset schisma inter eos, sed compago indissolu-bills, amoris uinculū, unitatis exēplum, dilectionis forma, decus sapientiæ, & corporis ec-clesiae similitudo uel optima. In ipso autē corruptibilis corporis uasco, per quod pluri-ma uales elicere rudimenta uirtutū, rationale infudit spiritū, qui nō solū corporis uegeta-ret organū, uerum etiā conditorem propriū intelligeret, atq; diligeret. In ipso dei fulget sapientia, quoniā illius præclaram gerit imaginē, quam in creationis suæ sumptu ini-tio. Quum enī totius trinitatis cōſilio plasmari debuisset homo, dictum est: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Non de corpore ipsius ex limo cōposito di-citur, sed de intellectuali spiritu, qui immortalis effectus est, spiritualis naturæ insignis, beatitudinis capax, æternitatis atnator, corpora omnia, siue terrena, seu cælestia ingen-iata dignitate transcendens. In hac parte idem homo cæteris est prælatus animantib. quæ superficiem habitant terræ, uel in aquis & aere sentiendo uiuūt. Hoc diuinus perhibet sermo, qui homini formato inquit: Crescite, & multiplicamini, & replete terrā, & subi-cite eam, & dominamini pīcibus maris, & uolatilibus cæli, & uniuersis animantib. que mouentur super terram. Hinc insolentia damnatur mortalium, qui in hominibus cōträ conditoris legem, & iura naturæ uolunt sibi uendicare primatum, quum animantib. so-lum irrationalibus prærogativa dominandi eisdem concedatur ex muñere. Ceterum quia necesse est, ut etiā in hominib. sint, qui p̄fūnt, et alijs imperent, ne fiat cōfusio, que ex inordinatione causatur: Sic præfesse debent, quibus regimini onus insutigūt, quatenus humilitatis & humanitatis minime prætergredianū limites, sed mortales delictorū fasce obrutos, passionib. deditos se esse agnoscant, illisq; similes, quib. prælati sunt & si nō officio, seu ministerio, certe tamen natura & conditionis ordinie. Non enim alia cal-cant terrā, alium spirant aere, altera solis perfūtūt luce, alium tē deū isti habent, q̄ illi qui gradu inferiores sunt. Persæpe autē contingit, ut coram deo meritis præcellat, & præ-stantiorib. donis spiritualibus fulgeant, qui famulantur, q̄ qui imperare uidentur. Non personarum acceptor est deus, nec cuiuspiam cōſiderat dignitatem, carnis prosapiam, & honoris præſidentiam, sed uirtutes, sed desideria, sed cordis simplicitatem, sed inno-centiam uitæ. Quamobrem nullus se extollat de munere, nemo ex prælatione intume-scat. Studeat uero quisquis p̄matus recte cupit honorem, abſq; honoris concupiscentia alijs sublimior esse uirtutibus, & cæteris sanctitate præcellere. Huiusmodi principi-ardor gratissimus est Deo, nec tamen hominibus onerosus, qm̄ qui sic præminet, se

cunctorum arbitratur esse minorem, seç ex humilitate interius deiicit, & si non semper exteri⁹. Nouit quidem periculum præsidendi, eloquio dicente diuino: ludicum durissimum fiet in ih̄s, qui præsunt. Nouit, inquam, infirmitatem propriam, humanam conditionem, elationis facturam, humilitatis gratiam, ipsiusq; fastigium. Sciens igitur quoniā ante ruinam exaltatur cor, & abominabilis est deo omnis mente sublimis, magnopere honoris refugit cathedram, alijs imperare formidat: seç, ut honorabiliter eleuetur, humiliat, concupiscitq; ex corde abiectus esse coram dño, & in oculis hominum, magisq; ex elatione damnatus in fascibus dignitatum, habitare in tabernaculis peccatorū. Verū istiusmodi, et si ex imposito pastoralis curæ regimine, contingat nō habere in terra, præsidentem sibi uniuersis nihilominus dominantem deum fideliter ueneratur in cælo, intelligēs proculdubio, nedum quod habet, uerum etiam ab illo percepisse quod est. Honora itaq; ô homo conditoris tui, quam in te gestas, imaginē, spirituale ipsius excole teplum, quatenus in te suam depuratam similitudinē diligat, reformatam agnoscat imaginē, atq; una cum patre suam delectabiliter apud te instituat māsionem. Ad hoc quippe fecit te, tec⁹ ideo dñs deus tuus præsttit tibi, nō ut tuus, neq; alterius, sed ut es tuus, te cūq; inseparabiliter habitaret. Sane sibi de te retinuit principatū, ut semper eum, à quo factus es, decenter honorares: illum timeres, qui supra te est, ipsumq; toto corde diligeres, à quo non solum creationis excellentiam, sed & uniuersi famulatum suscepisti. Corporum nempe cælestium, solis uidelicet, lunæ, stellarumq; tibi splendorem exhibuit, trahuit ministerium, obsequium præsttit, & eorum tibi delectabilē satis prærogauit asperatum, quatenus tot amoris facibus tuum accenderet cor, quo radiantium syderū deco re tuum oblectaret obtutum, terræ fœcunditatē, pomorū species, amoenitates nemo rum, herbarum uirtutes, uernantium rosarum fragrantem suavitatē & florū, concentus auicularū harmonicos, diuersa quadrupedū genera, proprietates eorū. Et quicquid natūra in flumine, uiuit in aquis, mouetur in gurgite, seu æquoris profunda perlustrat, instituit, ut tibi in alimentum essent corporis, tuæ fierent peregrinationis adminiculū, solatium uitæ, impensæ caritatis exemplum, tuimet documentū, honoris tui indicium, atq; omniū conditoris speculum valde perlucidū. Bona igitur naturæ, creaturarū munere, & uniuersi ordinē beneficij tuū esse cognosce. Illo utere ad salutem, ad profectum exercere, cōtemplare pro gaudio. Te usus doceat, suadeat ratio, uisibilia, & inferiora sui famū latus tibi testentur finem, quatenus in illis dona tui plasmatoris intelligas, ipsumq; intētione assidua laudare non desinas. Dedit itaq; inferiora, dedit & superiora, corporalia & spiritualia, ut ministrent tibi. Sic enim de spiritualibus, id est angelicis spiritibus Propheta loquitur, dicens: Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentē, facit (inquit) spiritualem naturam angelos suos, uidelicet nuncios, & ministros in prædestinatorum obsequium. De hoc & Apostolus ait: Nōne omnes administratori spiritus sunt in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Nequaquam autem propter se diriguntur, quoniam eorum nequeunt augeri merita, neq; minui, sed ob salutem illorum, qui per gratiam regni cælestis hæredes sunt facti, & perpetuae felicitatis percipiunt donum. Iltis specialiter angelorum impenduntur ministeria, ne Satane seducti astutia, siue carnis illecti blanditijs aberrēt, & à ueritatis semita gressus reflectat mentis. Hinc est quod eos in huius peregrinationis naufragio, ne periclitentur, protegunt, præbent consilia salubria, deprecantur orationes perferunt, coram deo offerunt uota, supplicationes impetrant, reportant gratiam, torporem excitant, de ignotis erudivint, instruunt ad certamen, spirituales arcent nequitias, excitant ad uitam, atq; inefficientem imbecillitati humanæ custodiam exhibent. Cuncta ergo quæ creata sunt, siue cælestia, siue terrena homini ad profectum sunt præstata, ipsiusq; esse censemur. Vnde Apostolus hoc denuncians ait: Omnia uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cæphas, siue mūndus, siue uita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia uestra sunt, uos autē Christi. Perpendis ne, quām honorabiliter sublimatus sit homo, cui uniuersa sunt tradita: Cælum, tellus, maria, flumina, elementa, & omne quod graditur super terram, ex illa gignitur, aut spirat in lymphis, uel uiuit in cælis, ut sunt angeli, archangeli, uirtutes, principatus, & potestates. Vniverſa hæc hominum saluti, & præcipue prædestinorum inseruiunt, tametsi spirituale ex his ignorent elicere commodum. Nam quemadmo-

A admodum sol, quum radios suos diffundens per orbem non minus lucem mortalibus subministrat, dum ab illius splendore se sponte subducunt, quām quum ipsa delectabiliter perfruuntur, ita nec creaturarum numerositas à proprio deficit ministerio, quando rectus earum negligitur usus, sicut quum ad gloriam dirigitur conditoris. Nempe quæcumque facta sunt, impositum sibi exerceat ministerium ea, quā sibi ab autore indicatum est, lege: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit misericordiae suæ imbræ super iustos atq; iniustos. Nemini subtrahunt iniūctum pietatis officium, nullumq; discernunt peccatorem nec sanctum, sed omnibus uniformiter prodeſſe uelle noscuntur, quamuis electis tantum proficiant in caritatis augmentum. Reprobis uero ad ingratitudinis eorum iudicium, eorumq; iusta damnationis testimonium. Quam obrem sicut legitur, pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Pugnabit (inquam) ministerij sui obviendo dona, eorumq; abusus improperando delicta. Tantorum igitur criminum illos reos esse conuincet, quantorum beneficiorum eosdem insinuabit extitisse ingratis. Cæterum si creaturis male utendo damnabiliter delinquunt, quid (quæſo) arbitrandum est, quando proprium repellunt autorem? Premitetur itaq; peccator & malus, quid in iudicio suo sit responsurus factori, qui tam præcessa, tamq; innumera illi creaturarum prærogauit obsequia. Habebit aduersum se creaturarum spirituales uoces, habebit angelorum archangelorumq; ministeria. Illum accusabunt dæmonia, arguent scelera, damnabit conscientia, Christiq; iudicabit humanitas. Ipsa est quæ irreprehensibilis & ueritatis lance quemadmodum ad æternæ patriæ mansiones prouehet iustos, sic ad interitum sempiternum demerget iniustos, qui illius neglexerunt gratiam, contempserunt membra, beneficia conculcarunt. Quāquam enim ex creaturis homo immensa caritatis ac benevolentiae percepit dona, per amplius tam ab ipso mediatore dei & hominum Christo humanitate mediante suscepit. Porro quum deus esset Verbum apud patrem, sine initio genitum, coæternumq; gigneti, propter homines factus est homo, utiq; uisibilis, passibilis, mortaliscq;. Non amittens quod erat, factus est quod non erat, ut quod perierat, inueniret, sanaret seminecem, illuminaret cæcum, discordemq; conditoris sui reuocaret ad pacem. Quā obrem in eius ortu, infantilibus mēbris, quum uilibus adhuc inuolutus esset in pannis, exultates angelii decantauere, dicentes: Gloria in altissimis deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. In Luce signum ergo foederis sempiterni humanam, quæ inobedienti deliquerat, in unitate personæ absq; peccato assumptis naturam, per quam uniuersæ mortalitatis aboleret culpa, esset concaptiuus, fieret & redemptor. Redemit plane nos de seruitute diaboli, nō eortuſtibilibus auro uel argento, sed precioso suo sanguine, quē abunde pro peccatis nostris effudit in ligno. Sic quippe dilexit nos, ut tanti nos emeret, atq; de alienis amicos, & de auersis faceret filios, suoq; corpore pasceret, ac proprio cruore potaret. Quod autem suscepit propter nos, in peregrinationis solatum, in dilectionis signum, in mysterium credulitatis, in testimonium miserationis, in pignus foederis, in fraternitatis uinculum, & in precium nostræ redēptionis exhibuit. Se nanq; uisibilem, se in altaris mēsa manducabilem fecit. O preciosum conuiuum, ô sacrosanctum mysterium omnī admiratione dignissimum, in quo uerus deus & homo continetur Christus, manducatur, & bibitur. Manducatur (inquam) nec laceratur, bibitur, & minime mutatur, sed ipse perseverat, ut est. Nullum diuinitatis, seu humanitatis suæ patitur detrimentum, quum dentibus premitur, attrectatur manibus, loco circumscribitur mortali copulatū corpori, diuersisq; in ecclesiis consecratur. Est enim idem in numero, ipse in gloria, non mutatus in essentia, non minoratus in forma, non multiplicatus in specie, neq; passibilitati, dum percipitur, est subiectus in carne. Totum quod in eo est, diuinum est, quoniam crea ta cuncta transcendit. Illud corporis non capit sensus, ratio nō concludit humana, neq; mortalium penetrat intellectus. Operatur in eo Verbum, non per angelorum, sed per mysterium sacerdotum, mediante fide, ecclesiæ seruata forma, in panis uiniciq; substâlia, cum sacramentalium prolatione uerborum. Frequētatur autem in ecclesia, ut iustis gratiam, peccantibus ueniam, debilibus robur, laetitiam mœstis, diligentibus exultationem, nutantib. spem, creditibus pacem, uictoriā certantibus, captiuis libertatem, atque defunctis conferat requiem. In ipso autem thesauri reperiuntur plurimi, munera copio-



copiosa, spirituales deliciae, mirabilia maxima, sacra mysteria, Dei hominis persona. Non aliud accipit malus, quam bonus: nec iniustus, quam iustus, sed aliter sumit. Neque enim spiritualiter, sed tantum sacramentaliter malus. Bonus autem utroque modo percipit Christum. Tantae siquidem dignitatis, tantaeque excellentiae esse probatur, ut in eo ipsa etiam angelica natura miretur, ueneretur sub accidentibus Christum, diuinam in sacramento maiestatem colat. Gaudetque uehementer esse cum hominibus deum. Ecce, inquit inter se, tabernaculum dei cum hominibus, & habitauit cum eis, & ipsi populus eius erunt, & ipse cum eis erit eorum deus. Est plane nobiscum deus, remotus namque per speciem, propinquus uero per fidem, & presens per sacramentorum sui corporis et sanguinis ueritatem. Remotum in eo per speciem dixerim deum, quoniam aliud uides, aliud autem in ipso est. Vides accidentia sine subiecto, quum ibi sit ueraciter Christus dei & hominis filius. Quod uero per fidem propinquus sit, audi habitare, inquit Apostolus, Christum per fidem in cordibus nostris. Alibi quoque: Non enim est Deus longe ab unoquoque nostrum. In ipso sumus, uiuimus, & mouemur. Quid uero presentius esse potest eo qui ait: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculorum eius presentiam uis in hoc sacramento cognoscere. Accipite, inquit, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Ne igitur errares in fide, & a ueritatis semita devians male de Christo in hoc sacramento sentires, se dedit in cibum, quum adhuc esset passibilis, quum uideretur, quum tangeretur, quum agnosceretur, quum praesens loqueretur. Non aliud quam corpus meum, inquit, uobis trado, non in aliam mutantem speciem, neque immortale, aut impassibile effectum, sed de substantia uestra assumptum, quod post paululum impiorum tradetur manibus ad ligandum, flagellandum, conspuendum, crucifigendum, occidendumque. Hoc utique corpus in hoc sacramento percipimus. Ceterum ad roborandum credulitatem fidelium nullum praeter se huius institutore uoluit fieri sacramenti. Non prophetam, non patriarcham, non iustum, non angelum quaque, siue de inferioribus, siue de superioribus. Ipse plane illud instituit, qui semetipsum tradidit, cuius eloquia uerissima sunt, cuius sapientia falli nullatenus potest, cuius uerba sententia mutari nequit, ipso perhibente, qui ait: Caelum & terra transibunt, uerba autem mea non praeteribunt. Quoniam modo esse ualeat, ut falsum loquatur ueritas, derideat sapientia, immutetur deus, qui per Prophetam ait, Ego sum deus, qui non immutator. Hoc est corpus meum inquit deus sapientia & ueritas. Nulla igitur humanis membris inesse debet infidelitatis ambiguitas, quando deus solus istud perficit mysterium. Nempe qui uerbo suo potuit uniuersa creare ex nihilo, ualeat corpus suum absque suadimento praebere in cibum, quatenus in ipso maiestatis suae insinuaret potentiam, dilectionis affluentiam, sapientiae suae thesauros, misericordiae uiscera, delectabilemque humanitatis suae presentiam. Tale profecto munus decebat, ut tribueretur ecclesia, quae summae innititur ueritati, ardenter diligit, sperat promissa, inuisibilibus pascitur, futura credit, querit caelestia, atque sempiterno dei uerbo fidei ascensum praebet, quemadmodum de ea per Prophetam dominus inquit: Populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. In auditu auris obediuit mihi. In solo quippe auditu auris Verbo obedit sancta ecclesia de gentibus congregata, quum hoc sacramentum simpliciter credit. Non enim ex uisu, gustu, odoratu, uel tactu percipitur fides, sed ex auditu tantum. Auditus autem per Verbum Christi perhibentis: Hoc est corpus meum. Habet itaque in sacramento hoc fides fundamentum stabile, autoritatem diuinam, uirtutem Verbi, oracula prophetarum, figuratasque legales, in quibus credulitatis suae spiritualem superaedificat domum. Quam obrem nequaquam ambigere fas est, ubi tantorum testium commendatur assertio. Ceterum si in ore duorum uel trium testium mortalium, qui ualent facta, aut falsa profere, stat omne uerbum, iuxta diuinam legis eloquia, quanto magis in assueratione cestium testium, qui nequaquam mentiri possunt? Tres sunt (inquit Ioannes) qui testimonium dant in celo, pater, uerbum, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Tota siquidem beatissima trinitas, quum institutioni sacramenti huius testimonium perhibeat, ipsius pariter sacrificij ueritatem commendat. Memorare, quae, quid in euangelio sancto pater de celo clamet, quid uero apostolis dicat de filio suo, domino uidelicet Iesu. Hic est, inquit, filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audire. His paucis nedum sacramen-

Eph. 3  
Act. 17  
Math. 28  
Math. 26  
Mar. 13  
Mal. 3  
Psal. 17  
Math. 26  
Ioan. 5  
Math. 3

A cramento uenerando, uerum etiam Christi operibus, cunctisque sermonibus ipsius omnipotens pater testimonium praebuit. Verbi autem testimonium est, quando illud passionis proximus instituit, quando accepit panem in manibus, fregit, & ait: Accipite, & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Quando etiam per benedictionem sanctificato uino, quod in calice fuderat, ait: Hic est sanguis meus noui & aeterni testamenti, qui pro uobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Spiritus uero sancti uis nosse testimonium? Ex uaticinijs quippe prophetarum, & priscarum legis figuris id sufficenter inuenies. Verum si in exordio nascentis ecclesiae obserues qualiter post spiritus sancti aduentum sacramentum hoc frequentari coepit, proculdubio ipsius paracliti illud testimonium fuisse percipies. Sic enim habes: Quotidie quoque perduentes unanimitate in templo, & frangentes circa domos panes sumebant cibum cum exultatione, & simplicitate cordis collaudantes deum. Experientia igitur deuotionis sanctae, & exultatione spiritus, quae in sacramenti huius perceptione gustatur, notissimum almi spiritus noscitur esse testimonium. Porro dum Eucharistiam accipis, accidentia uides, panis ac uini saporem sentis. Vnde, oro, si panis & uini substantia est, & non corpus Christi, ex hac cibi modicitate & potus tanta in anima & corpore prouenit fortitudo, interioris hominis innouatio, caritatis diuinae feruor, spiritualis suavitatis iucunda libato, intimae pacis affluentia, & ternorum amor, desiderium proficiendi, uirtutum concupiscentia, & gratiarum actionis ignita exhibitio? Ex huius sumptione deuota cessant odia, contentiones sopia, dirimuntur lites, uitia displicant, diliguntur pudicitia, terrena uilescunt: efficiturque homo alius, non per naturam, sed per gratiam, mutatusque totus in melius. Compescit linguam, amat silentium, orationi uacat, fraternitatis custodit unitatem, cordis sestatu munditiam, & quicquid deo placere cognoscit. Istiusmodi spirituales profectus, non aliunde proueniunt, quam ex sancti spiritus bonitate, Christique amabilis presentia, qui in sui corporis sacramento tam mirifice operatur, non tamen uniformiter, sed iuxta dispositionem uniuscuiusque sumentis, ipsiusque miserationis Christi. Et hic dixerim iustis & sanctis, qui a mortali contagione immunes sunt. Nam immundi ac scelesti, quoniam a Deo alieni existunt, horum nil sentiunt, quin potius ex communione sancta deteriores fiunt, quod Apostolus considerans singulos quoscumque fideles ad congrue sumendum hortatur, inquit: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Iudicium sibi non domino manducat iniquus & malus, dum ex incuria, seu mentis cæcitatem a ceteris cibis non discernit corpus Christi, dum presentem domini maiestatem in sacramento hoc minime ueneratur, dum incredulus, & pollutus praesumit contingere sancta atque immaculata mysteria. Iudicatur huiusmodi, qui percepta panis intincti bucella sceleratior factus a conspectu uerij luminis se absentando fugit ad tenebras, quatenus conceptum perageret facinus. Hinc est quod sumentes indigne praeceteris delicta grauiora committunt, & pertinaciores in malo, atque ad emendationem uitæ tardiores sunt. Quoniam modo in sceleribus non excellunt alios, dum regem gloriae, atque uniuersorum conditorum contemnunt, & irreuerenter tractant: Nenpe qui tales sunt, si sacramenta caelestia, Christi corpus uerum, eiusque sanguinem esse non dubitabunt, qua temeritate, qua uerba impietatis, tremenda in se nequaquam uerentur percipere maiestatem? Scelus hoc grande est, & nefas pessimum. At si increduli sunt, deumque in sacramento negant esse presentem, quem in ceremonijs colere uidentur, uerbis fatentur, circumstantibusque adorandū exhibent, utique diabolo peiores censendi sunt, & supra modum peccant, dum diuinitatis honorem, modicitatim panis, & uini, quantum ex ipsis est, populis impeditere faciunt. Prophanique sunt, & membra diaboli, qui ob altissimi contemptum idolatrie ritum instituit, per quod totum penè humanum genus à ueri Dei cultura subduxit. Propterea horum (nisi respuerint) erit damnatio, & in inextinguibili gehennæ mittentur incendiū. Porro tales obduratum habentes cor, obtusumque mentis auditum, quamvis admoniti, quanquam comminatione perterriti, seu etiam uicunque deuotione gustata prouocati, difficile corrigitur. De ipsis potissimum qui diuinam sortiti gratiam tepefacti sunt, & insensibiliter sacrosancta tractant mysteria infideliterque. Apostolum arbitror dixisse, quando ait: Impossibile est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum caeleste &

Heb. 6

& participes facti sunt spiritus sancti, gustauerunt nihilominus uerbum dei bonum, ut putesq; seculi futuri, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam, rursus crucifigentes sibimetiphs filium dei, & ostentui habentes. Attamen neq; huiusmodi funditus desperandi sunt, quoniam diuinæ bonitatis ac misericordiæ thesauri immensi sunt, incomprehensibiliac; iudicia. Vocatus est Saulus leuisissimus persecutor, & factus est Paulus eximius gentium prædicator. Publicanus Leui alieni raptor electus à domino euangelæ dignitatis atq; apostolatus adeptus est gradum. Mulier quoq; immunda & famosa peccatrix suorum scelerum maculas detergendo carissima discipula effecta est Christi. Quamobrem nemo de misericordia dei desperet, neq; pro uenia consequenda diffidat. Cæterum nullus de se præsumere audeat: nec de omnipotentis dei bonitate delitescendo confidat. Vtruncq; malum est, deoq; odibile: deserta uidelicet humilitate confidere, atq; neglecta iustitia uelle in sui conditoris miseratione respirare. Regium autem iter est, quo ad æternæ felicitatis concenditur gaudium cum spei fiducia diuinis semper obtenerare mandatis. Nam spes (prout à senioribus definitum est) certa expectatio est funeræ beatitudinis ex dei gratia, proprijsq; proueniens meritis. Spera (inquit Propheta) in domino, & fac bonitatem. Iterumq;: Sacrificate sacrificium iustitiae, & sperate in domino. Superuacue igitur in Deo sperare conuincitur, qui sine operum bonorum exercitatione diuina se credit posse fruitione lætari. Ista duo, bene scilicet agere, & sperare, quæ uis omnibus, præcipue tamen sacerdotibus congruunt, qui sacris altaribus iugiter assistentes, sacrificium uituli saginati altissimo immolant medullatum. Infidelitatis preterea à se excutiant albuginem, carnalisq; concupiscentiæ detergant maculam, ne gratissimum munus Deo offerentes ipsi displiceant. Conscillis uestibus, & aspersis sanguine, quæ in combustione erunt, uenerandis altaribus appropiare formident, ne ultionem domini promerentes, escam uitæ manduent ad mortem. Impunis etenim esse nō poterit, quisquis mysteria diuina polluta mente tractauerit. Sacro nang, sicut nouimus, referente eloquio dira animaduersione percussus est Oza, qui temerario ausu inclinatae fœderis arcæ manum præsumpsit extēdere. Porro si à domino imperatum est Mosi, ut bestia, quæ montem tangeret, obrueretur lapidibus, diuinum ualebit euitare iudicium, quicūq; bestialiter degens ad spiritualem Dei monte minime formidabit accedere. Est plane Christus mons excelsus & uerus, coagulatus & pinguis, in quo Deo optimo inhabitare complacuit. Cui milia milium angelorum astare, & decies centena milia ministrare perhidentur. Est etiam altare, super quod sacrosanctum Christi corpus mystice immolatur, mons spiritualis, sublimis, atq; præcius, in quo patriarchæ Abrahæ filium suum offerri iubetur. Quanta autem circa eundem, maxime tempore quo sacrificiū memoratum conspectui præsentatur altissimi, sit angelorum archangelorumq; frequentia, mortalitæ nemo ualeat edicere. Lætantur quidem tunc plurimum, si sumentis ac ministrantis mentem agnouerint non hælitantem in fide, neq; conscientiæ onere prægrauatam, sed eleuatanam in excelsis, humilem in se, ab euagationibus alienam, caritate seruidam, deuotio ne refertam, exorantem pro populo, Deum laudantem, iubilantem in spiritu, & suauitatem quadam piæ amoris super suum innixam dilectum. Congratulantur, inquam, sponsæ sponsi thalamum introgessæ, foris absq; iniudentia ulla persistunt, & domini sui prestantur discessum. Venerantur sacrum illud spirituale connubium, dignationemq; miratur sponsi, & pro collata sponsæ exultant gratia, quoniam eidem perfectæ dilectionis vinculis colligati illius proprias arbitrantur fore delicias. Nullum equidem liuorem in se ualent admittere, quantumq; delectabiliter se hominibus communicet Christus, quippe quum nihil detrimenti de percepta iam gloria patiatur, sed absq; intermissione beatifica uisione fruantur. Cæterum quemadmodum gaudio replentur & pace pro deuota celebratione iustorum, illosq; ut suos conciues diligunt: ita proculdubio contra eos indignantur, qui sine sui probatione cum ariditate cordis, & mentis dubietate domini Dei sui audent sacramenta contingere. Evidem à talium se auertunt consortio, ipsorumq; orationes despiciunt, utpote Deo odibiles, ac sibimetiphs contrarias. Stupent tamen, & diuinam super eos glorificant patientiam, protelatæq; iustæ animaduersiōnis sententiam. Nec abre. Si quis enim dicente Apostolo templum Dei uiolauerit, illum destruet Deus. Quid de his arbitrandum est, qui sceleribus onerati absq; ulla devotionis

A uotionis ueneratione ad dei & domini sui mensam spiritualem audiēt accedere, corpusq; ipsius sumere, pollutis interioris hominis manibus, atq; animo infrunito & irreuerentissima mysteria sacro sancta tractare? Redeant huiusmodi præuaricatores ad se, & cum maxima cordis humilitate se defleant. Sic plorent errata præterita, ut de cætero lugenda non agant. Carnis & spiritus sui renes iuxta domini sanctiōnem continentia cingulo complicitantur, desiderijs cælestibus, ac pio deuotionis affectu animæ sue pedes, ut calceata sint, muniāt, dominicam passionem, quæ in sacramēto hoc mystice celebratur, memoriiter teneant, laudabilis compunctionis emittant gemitus, atq; ad boni operis perseuerantem exhibitionem, perfectionemq; uirtutum ignito amore se parēt. Sic quippe azimatos panes cum lactucis agrestibus manducantes, atq; calceamenta in pedibus, baculosq; habentes in manibus, antiquum paschæ olim mandatū in lege solemnitè celebrantur. Sic, inquam, expurgato omnis malitiæ fermento ueteri cum profectu suo, & angelorum benevolentia agnum sine macula anniculum comedent. Sane ex iniuncta percipientia gratia, quam bonus Israel deus sit ihs, qui recto sunt corde; quanq; suavis & mitis, multæq; misericordiæ omnibus se in ueritate poscentibus. Tunc eorum luctus conuertetur in gaudium, in meridiem nox, atq; in dulcedinem sanctam ariditas cordis, adeo ut festiva exultatione referti diuinis intendant laudibus, & sua ardētissimo amore deo uota persoluant. Efficiuntur isti nonnunquam qui erant nouissimi, primi. Quoniam quæ admodum in ipsis delictorum abundauit malitia, ita superabundat gratia. Hæc planè sunt miserationis tuæ laudabilia opera domine Iesu, qui neminem, quamvis letalib. criminibus obnoxium perire desideras. Hinc tua mediante gratia, nedium defunctos simpliciter, uerum etiam quatriduanos in delictorum tumulo iacentes, atq; foerentes ad spiritualem uitam reuocas, tuaq; illos participatione sacra efficis dignos. Te nang, illis in animarum & corporum refectione pio amore communicas. Quid autem melius te dare potuisti, qui summum es bonum, quo nil præstantius, nihil probatur esse perfectius? Es quippe sempiternum Verbum, in quo uiuunt omnia, per quod elementa cuncta subsistunt, dei unigenitus, patris sapientia, splendor gloriæ, & inuisibilis imago bonitatis ipsius, fons uitæ, creaturarum principium, angelorum conditor, hominum plasmator, atq; redemptor. Tua etenim prouidentia gubernatur, quæ in cælo, & quæ in terra sunt, quoniam abs te artifice peritissimo sunt facta, nō tamen de materia aliqua informi, seu formata, sed per te in sinu patris felicissime quiescentem. Quiescetem, inquam, nō post laborem ad captandam requiem, necq; ab uniuersi regimine cessantem, sed in ipso genitore tuo, quemadmodum ille in te, essentialiter permanentem. Vnum siquidem cum illo es, unus deus, una substantia, una diuinitas, maiestas una, in personis diuisa, sed in persona testate, æternitate, bonitate, sanctitate, identitate & equalis. Aequaliter te patri & spiritus sancto dixerim, beatam consubstantiam et indiuividuam trinitatem, quia nec pater, aut paraclitus maior te, necq; pater uel tu spiritu sancto dignior, nec paraclitus genitore seu genito noscitur esse posterior. A patre sine initio secundum diuinam naturam es genus, dicente Euāgelista: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud deum, & deus

D erat Verbum: Hoc erat in principio apud deum. Et pater per Prophetam: Eructavit, inquit, cor meum Verbum bonum, dico, &c. De matre autem secundum humanitatis susceptam formam in temporis plenitudine homo perfectus es natus. In ea quippe natura, qua & equalis es patri, inuisibilis, impassibilis, & immortalis agnosceris, nullius egēs, nullum pateris detrimentum, quoniam tuæ cuncta obtemperant uoluntati. Præcellis uniuersis, concludis omnia, abdita penetras, remota prospicis, profunda timaris, attinges à fine usq; ad finem, fortiter & suauiter uniuersa disponis. Cæterum secundum naturam assumptæ mortalitatis esuristi, sitiisti, doluisti, fleuisti, tentationes, contumelias, flagella, spuma, alapas, mortemq; perpessus es. Illud quippe corpus, quod recubuit in pœna, Mariæ requieuit in gremio, uerissime in hoc tuo sacramēto percipimus. In propria quidem natura, sed sub alia specie, non autem absq; maximo sapientia tua mysterio. Quis hominum non expauesceret humanam carnem, eiusq; cruorem manducare & bibere? & potissimum dei, & domini sui innocentis et sancti. Huiusmodi escam mortalium perhorrescit natura. Dedit igitur ipse dominus carnem suam, & sanguinem sub eisdem speciebus, quas humanus appetit gustus. Atq; conficiuntur ex multis, quatenus non solo Lauriustin.

lum sacramentum, sed & res sacramenti ibidem figurata noscatur, quæ est corpus Christi mysticum ex fidelium numerositate compactum. Ibi namqe est sacramentum tatum, species uidelicet uisibiles, atqe palpabiles. Est & res tantum, corpus scilicet mysticum, quod est prædestinorum ecclesia, quæ ad corpus Christi pertinet. Verum sacramentum, & rem sacrameti dixerim esse uerum corpus Christi natum ex uirgine, quod sumimus ad salutem, si tamen pertinemus ad illud, sumusqe membra ipsius sensificalia, & uegetata à spiritu eius. Opportune igits satis sub panis & uini specie accipimus sacramentum hoc, & rem ipsam, id est, corpus Christi, ut merita aggregentur fidei, quæ argumentum est non apparentium. Vider qui sumit aliquid, & aliud credit, quo nil excellentius, nihil esse potest maius. Intuetur, inquam, uisibiles species panis & uini, & sub ipsis inuisibilie credit deum, quod corpus suum nendum in solatium, & præsidium peregrinationis nostræ exhibuit, uerum etiam in cibum, præcium præmiumqe. Cibum utiqe in sacramento, præcium in cruce, & in cælo præmium. O ineffabilis dignatio conditoris. O stupor indicibilis caritatis. Quis non contremiscat, quis non cum exultatione miretur sub accidentibus modici panis & uini fideles deum & hominem manducare & sumere? Sane nunquam auras fuisset homo talia petere, sed neqe cogitare, quoniam hoc misericordia opus omnem mortalium supereminet dignitatem. Equidem donum istud Propheta longe ante considerans modo consueto cum admiratione dicebat: Memoriam fecit mirabilem suorum misericors & miserator dominus, escam dedit timentibus se. Misericors utiqe dominus in se, & nostri miserator, corporis sui sacramentaliter escam præbens suorum quæ præcesserant, mirabilium specialem nobis uoluit exhibere memoriam. Nonne mirabile caritatis indicium extitit, quod Israeliticus populus ex Aegyptiaca seruitute exiturus per eum agni, percutientis angelii euaderet cladem? Quod in deserto idem populus constitutus per annos quadraginta quotidiano manæ pabulo nutritur? Quod Mosi uirga percussa bis petra largifluæ adeo emanarent aquæ, ut sitientis populi ardore extinguerent? Quod Propheta sub cineritum comedens panem in fortitudine cibi illius dierum, quadraginta perageret iter? Mirada prorsus hominibus, quæ deus nationi exhibuit Hebreorum, munera extiterunt, ut per ipsa agnosceretur, coleretur, diligenteretur: & tamè umbras fuerunt, quas miramur. Per amplius igitur ueritatem miremur, cuius illæ umbras fuerunt, quatenus credamus, ueneremur, & laudemus. Apostolum de his differentem audiamus: Nolo (inquit) uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transferunt, & omnes baptizati sunt in nube & mari: & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritualem biberunt. Bebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus. Eandem manducauerunt escam, & potum biberunt noui & ueteris testamenti patres, quanquam in umbra ueteres, & sub gratia fideles. In ueritate plane umbra erat, quod egressurus de Aegypto populus Hebreorum a domino per Mosem in mandatis accepit, ut familiæ singulæ sumerent agnum anniculum sine macula, illumqe assarent, atqe de eius sanguine utrumqe domorum suarum linirent postem, ne percutiente angelo primogenita Aegyptiorum cum eisdem pariter interirent. Umbra uero huius uis agnoscere ueritatem: Agnus iste anniculus absqe ulla contagione delicti Christus est dominus, Dei & hominum mediator, cui Joannes testimonium perhibuit dicet: Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mundi. Hic acerrimo passionis igne in crucis stipite assatus fuit. Hunc per iugum meditationem, ac dilectionem piam habeto in corde. Hunc imitare in opere, quatenus utriusqe hominis spirituales postes eius sint liniti crux. Ipsum autem cum festinatione manducas, si caritatis adustus incendio eundem spirituali atqe sacramentali combustionē percipis. Neqe tibi percussor angelus nocere ualebit, si agnus istius fueris sagittus edulio. Protegent te sancta mysteria, & inter medios seculi fluctus ante mystici Pharaonis faciem, gradieris illæsus. Illum itaqe in intellectuali pelago suffocatum asperies constitutus in littore. Tunc letitiae initiatum carmine magna cordis cù exultatione clamabis: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equum & assertorē proiecit in mare. Porrò si iustificatus in spiritu cordis tui assidue tenueris solitudinem, non corruptibile manna, sed incorruptum domini corpus suauiter habebis in escam. Est autem caro Christi suauissimum manna de cœlo hominibus prærogatum ad uitam, in quo omne delecta-

A delectamentum, omnisqe saporis satieras continetur. Hoc cibò sanctificato, hoc cælesti utere pane, ne peregrinationis huius lassescas iuia, neqe spiritualis mortis succumbas articulo. Pollicitationis domini memento dicentis: Caro mea uerè est cibus, & sanguis meus utere est potus, qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Hunc igitur utroqe modò manduca, hunc assidua supplicatione, ut tibi cælestis tribuat pater, exposce dicens: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Signanter dictum est hodie, quatenus scias te quotidiano illius indigere suffragio. Non enim sufficit, ut illum semel accipias. Nam quemadmodum quotidie in altari pro delictis tuis mystice immolatur, quotidieqe delinquis, ita & tu, & si non sacramentaliter, tamen & spiritualiter quotidie manducare non dubites, duntaxat peccandi in te minime dominetur affectus. Nempe si ipsum simpliciter credis, si absqe mortali peccato uiuis, illumqe super omnia diligis, spiritualiter comedis, membrum effectus es mystici corporis ipsius, & in corpore copulatus es capiti, nutriturqe de eodem spiritu, quo corpus, & pertines ad caput, atqe honoraris in capite, quandiu petueras in corpore. Verum si te diuidis, si unitatem membrorum contemnis, amittis gloriam capitum, & cum præcisis à corpore, ac membris mortuis conputaris, quoniam non uiuis in corpore de spiritu capitum. Tunc quidem etiam manducando non manducas, & similis illis efficeris, qui comedentes tantum corporaliter manna, gustus ipsius repleti fastidio, contra dominum murmurauere dicet: Quis dabit nobis ad uescendum carnes? Recordamur pisces, quos comedebamus in Aegypto gratis. In mentem nobis ueniunt cucumeres & pepones, porri & cæpe, & allia. Anima nostra arida est. Nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi manna. Te procul dubio cælesti doho facis indignum, & salubris sacramenti huius priuas effectu, si corde insipido hoc cœlicum manna manducas. Sic igitur uiue, quatenus sano cordis palato hoc tibi sapiat, & quotidiana eius refectione pinguescas. Cæterum ut manna in deserto patribus præstitum corporis Christi scias gesuisse figuram: Prophetam audi dicentem, Et pluit illis manna ad manuducandum, panem cæli dedit eis, panem angelorum manducauit homo. Nusquam Hebreorum populum legimus angelorum manducasse panem, sed tantum coturnices, & manna. Verum neqe angelii manna illius uescabantur cibo, quippe quæ pro refectione datum fuerit corporum, quibus illi carent. Sed Christus dominus angelorum dictus est panis, non quod illum sacramentaliter, sed spiritualiter comedunt. Sane quum humanitatis ipsius excellentiam, gratiarum affluentiam, gloria sublimitatem, unionem personalis, potestatem traditam, & capitis prærogatiuam contemplando mitantur, & diligendo fruuntur, eundem spiritualiter edunt. At uero homo, qui per fidem ambulat, toties angelorum manducat panem, quoties corporis & sanguinis Christi percipit sacramenta. Nam quāvis non eodem modo, quo illi, eundem tamen manducat cibum. Vt enim deus, unus dei & hominum mediator homo Christus Iesus. Illis quidem reuelata facie se præbet, hominib. aut per fidem. Veruntamen quædammodum de ipsa humanitate Christi excellentius latent angeli, quod homines fideles & iusti, ita familiaris Christiana plebs dei uitur cōtubernio, atqe præstantiori uescitur alimento, quod pop. Hebreorum. Hebreis tanqe carnalib. & sine spirituali gusto datum est manna, quod quanqe è cœlo plueret, corrumpet tamen, si in alterū seruaretur die, fidelibus aut incorruptibilis agnus, & immaculata caro. Illis esca, per quæ sustentarentur corpora, istis panis uitæ, nedum ad roborandum corporalem ualitudinem, uerum etiam ad multitudinem animalium profectu. Illis concessa est umbra, istis ueritas. Illis alimentum de cœlo, istis cœlorum fabricator, & rex. Illis sapida atqe uisibilis esca, istis inuisibilis & dulcis dñs. Illis solum figura, quæ de ueritate instrueret, istis ueritas ipsa sub accidentib. recta, quæ ad ipsam reuelatam prouehat ueritatem. Illi per umbram erubentur, ut intelligerent quod percipiunt hi, isti autem in sacramento tenent ueritatem, quatenus se exercendo fideliter tandem eadē sicut angelii aperta uisione fruunt. Vides neqe sapientissima dignatione iuxta singulorum qualitates & status, angelis, hominibusqe se comunicet Christus? Vno cibò uescuntur omnes, quæ quā aliter, atqe aliter. Audisti, inquit, uerum esse, quod ait Apost. quoniam patres oes nō ui, ac ueteris testamenti sub nube fuerunt, etiāneqe spiritualem cibum manducauerunt. Audi nūc quoqe qualiter eundem spiritualem biberunt potum, quatenus luculententer intelligas ex mysterio corporis & sanguinis sui dominum suorum, quæ olim fecit sub lege, Iustini Laur.

memoriam egisse mirabilem, ut dies diei eructaret uerbum, & ex sacramentis gratiae li-  
terae sacramenta detegeret. Erat populus ludorum in eremo fatigatus ex itinere, & si-  
gis ariditate lassatus, adeo ut ipse, eorumque iumenta desiceret. Aduersus Mosem, & Aa-  
ron propter hoc tumultuosum exortum est murmur, quorum clamorem Propheta non  
ferens, prostratus coram domino ipsum deprecatus est, ut periclitati populo, ac murmu-  
ranti tribueret aquam. Tunc imperante domino, Propheta percussit bis silicem, & repen-  
te largis fluæ emanauerunt aquæ, ita ut ex ipsis cunctus populus biberet, & iumenta. Hoc  
umbra fuit, & præfigium futurorum, quæ in mediatore nostro consummata sunt, atq; per-  
fecta. Quo uero modo aduerte. Venit Verbum in carne, factus homo predicauit euangeliū,  
cæcis reddidit uisum, surdis auditum, gressum debilibus, multisq; languentib; san-  
tatem donauit, ludorum reprehendit scelera, legis doctorum, & maxime sacerdotum  
dolosa argumenta confudit. Illius autem increpationes perditi homines sustinere nolē-  
tes, neci tradiderunt uitæ auctore, suspendentes in ligno. Verum quum adhuc exanimis  
penderet in cruce cuiusdam militis lancea percussus in latere, sanguis exiuit, & aqua.  
**Aqua** uidelicet in lauacrum originalis culpæ: & sanguis in precium redēptionis humanæ.  
Hic plane, quem sacramentaliter sumis, noui & æterni testamenti est sanguis, quem pro  
te redemptor tuus effudit abunde. Ut igitur uerum esse credas, quod dicitur. Sacramētū  
institutore obserua quid dixerit: Accepto namq; calice & benedictō ait: Hic est enim san-  
guis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Nonne  
conspicis eundem esse cruorem, quem tradit in potum, & asseuerat pro remissione deli-  
ctorum multorum esse fundendum? O caritatis uelamenta, o inaudita dignatio, o im-  
preciable precium. Dederat corpus suum in cibum, dare etiā uoluit sanguinem suū in po-  
tu, simul & precium. Considera quæso diligenter o homo, quanti te deus tuus æstimaue-  
rit, qua ntūq; dilexerit. Nē pē tu contra decretū deliquerat cōditoris, perieras uelut ouis  
ignorans quod pro tuis fueras damnandus sceleribus, atq; æternis incendijs cruciādus.  
Tuus itaq; redemptor & dominus medullari caritate permotus, ne tu perires in finē, da  
to pro te precio, quam tu debueras mortis excepit sententiā, & quod non rapuit, exol-  
uit in ligno. Quid ergo exhibebis domino: quid rependas altissimo? Evidem non mi-  
nus pro sanguinis poculo, q; pro redemptionis debes precio. Vtrung tamē præcelsum  
est munus dei, caritatis indicium, tuæq; salutis antidotū. Semel pro te datum est precium,  
sed poculum quotidie consecratur, tibiq; apponitur, ut bibas. Bibas, inquam, ut inebrīe-  
ris, non uino, in quo est luxuria, sed amore, sed exultatione, sed iubilo. Inebriat profecto  
**calix** iste sanguinis dñi, & ex toto corde diligentē alienat à se, & copulat Christo, quem  
sumit. Ipsū domīnum audi per Prophetam dicentem: Et calix meus inebrians, q; præ-  
clarus est: Fecundum namq; sapientia, secundū uirtutib; moribus redimitū, & sanctita-  
te conspicuum reddit cum dilectione bibentem. Quamobrem in Canticoru canticis ad  
saluberrimam eius sumptionē sponsus suos inuitās, ait: Comedite amici, & bibli-  
te, & inebriamini carissimi. Amici illi nuncupantur, qui diuinī timoris lege cōstricti, cō-  
ditoris sui conantur obtemperare mandatis. Alienā non ambiant, sobrie utuntur cōcef-  
sis, miserentur cum hilaritate, atq; cælestibus terrena postponunt. Carissimi uero sunt di-  
xi, qui spredo seculo, calcatis carnis illecebris, toto mentis annīxu perfectionis itinera-  
gradientes, cælestis sponsi castis fruuntur amplexibus. Hi internis delicijs abundantius  
locupletati q; primi, caritatis dulcedine frequentissime debriantur, dum sacramētali co-  
pula sposo sunt iuncti. O q; beata ab amantibus hora illa censem, in qua personaliter  
sponsus Christus cordis ingreditur thalamum. Nam etiā nō manifeste, descendit tamē,  
& sine ambiguitate sentitur, eo efficacius ac dulcius, quo ardētius diligitur, magisq; cū  
devotione percipitur. An non horam illam dixerim esse beatam, in qua diuina maiestas  
inclinatur ad hominē, se illi cōmunicat, ipsum pascit & potat, non alio cibo, q; corporis  
sui, neq; potu alio, q; proprij sacrati cruxis: Hoc longe ante Prophetā conspicies cum  
admiratione aiebat: Constituit eum super excelsam terram, ut comederet fructus agro-  
rum, & hircum cum medulla tritici, & sanguinem uuæ biberet meracissimum. At uero  
numerositatem maximam Christianæ plebis, & potissimum sacerdotū, diuinis sacramen-  
tis abusurorū esse prænoscens, eius præuaricationē subintulit dicens: Incrassatus est di-  
lectus, & recalcitrauit; Incrassatus, impinguatus, dilatatus dereliquit deum factorem  
suum,

**A** suum, & recessit à deo salutari suo. Dereliquit utiq; non diligens, ac dei mandata conte-  
nens. Recessit autem negligens deuotionis affectum, & sacramentaliter tantum sacro-  
sancta mysteria sumens. Et hoc unde? Quoniam incrassatus est stipendijs temporalib;  
impinguatus delicijs, honoribus dilatatus. Huiusmodi sunt qui sacerdotij gradum que-  
runt, non ut in spiritu ministrent dño, sed ut hīc acquirant cathedras in ecclesiis, insulas  
in clero, de præbendis redditus uberes, & primatus in populis. Ita dum sortiuntur, quo-  
niam quæ sua sunt querunt, non quæ Iesu Christi, ideo quemadmodum dictum est, in-  
crassantur, impinguantur, dilatantur. Replēti marsupia, cellaria, horrea, pecunij, fru-  
to, uino, & oleo de patrimonio non suo, sed Christi, eiusq; membra debilita sinūt ructua-  
re fame, atq; periclitari inedia. Sane absq; sui essent periculo, si quod uictui eorum hone-  
sto & parco supereat, prout debent, communicarent egenis. Non enim possessores, sed  
ecclesiasticarum facultatum dispensatores sunt. Apostolum audi: Sic nos, inquit, existi-  
met homo, ut ministros Christi, & dispensatores ministeriorū dei. Hic iam queritur in-  
ter dispensatores, ut fidelis quis inueniatur. Dispensatores procul dubio sunt prælati, ple-  
biū præpositi, sacerdotes, & omnes quotquot clericalem sibi delegerūt statū. uniuersi-  
si hi prius in se studeant ministri esse idonei, quatenus ministeriorum dei dispensatores  
reperiuntur esse fideles. Qualis aut minister Christi existere debeat, Paulus denunciāns  
ait: Exhibeamus nos metipos, sicut dei ministros in multa patientia, in tribulationibus,  
in necessitatibus, in angustijs, in plagiis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in ui-  
gilijs, in iejunij, in castitate, in scientia, in lōganimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in  
caritate non ficta, in uerbo ueritatis, in uirtute dei, per arma iustitiae à dextris & à sinis-  
tris, per gloriam & ignobilatē, per infamiam & bonam famam, ut seductores & uera-  
ces, sicut qui ignoti & cogniti. Quasi morientes & ecce uiuimus, ut castigati & nō mor-  
tificati, quasi tristes semper aut gaudentes, sicut egentes, multos aut locupletantes, tan-  
quā nihil habentes & omnia possidentes. Hæc plane sub cōpendio probabiliū ministri-  
rū Christi est regula, ut orationi uacent, diuinis die noctuq; intersint laudib; aduersa mū-  
**C**di æquanimiter perferant, dñi uoluntatē infatigabiliter cōpleant, eius concupiscat præ-  
sentiam, honoriq; ipsius in cunctis quæ agunt, intendant, atq; sic uiuant, ut quantum in  
ipsis est, irreprehēsibiles sint. Sic utiq; sic mysteriorū dei, sacramentorū uidelicet cæle-  
stium sacri eloquij, & thesaurorū pauperū, quos illis Christus acquisiuit in cruce, dispe-  
satores erūt fideles. Illis profecto fidelis dispensationis incūbit necessitas, qm paterfami-  
liās, qui singulis talēta impertitus est propria, lucrū de talēto requiret, & ab unoquoq;  
minutissimā exiget rationē. Hac de causa graue ministris ecclesiæ est appositiū onus, gra-  
uissimāq; desidiosis & malis præparata supplicia, humiliib; uero & sanctis in cōprehēsi-  
bilis præmia. Nā quāto uniuscuiusq; maior est status, tāto perniciosior est ruina, eorum  
maxime, qui sacro sancta corporis & sanguinis Christi turpiter mysteria tractat. Quā ob-  
rē apostolica oēs exhortatione admoniti introrsus redeat, se statuat ante se, ac diligētis  
sime probēt, mētis detergāt, si quas inuenierint, maculas: deploret facinora, quatenus sa-  
crametalis panis sumptione sint digni. Meminerint se grandem præsentis exilij esse per-  
**D**agratiuros uiam, in qua ne deficiant, reuerenter subcineritū accipiāt panem, quem an-  
gelus dñi mysterialiter ad caput Prophetæ fugientis apposuit. An non subcineritū pa-  
nis est Christus, qui quum in forma dei esset, semetipsum exinanuit, formam serui acci-  
piens, in similitudinē hominum factus, & habitu inuentus ut homo? Deformitatem &  
squalorem panis istius subcineritū Prophetam retexentem ausulta: Ascendet, inquit,  
sicut uirgultum coram eo, & sicut radix de terra sitienti, & nō est species ei, neq; decor,  
& uidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimū  
uirorū, uirū dolorum, scientē infirmitatē, & quasi absconditus uultus eius, unde nec repu-  
tauimus eū. Quantæ aut fortitudinē sit, quam uie proficuus sit, subintulit dicens: Ipse aut  
vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sclera nostra, disciplina  
pacis nostræ super eū, & liuore ipsius sanati sumus. Panis igitur huius noli despiciabilita-  
tē spernere, nec refectionē obhorrere. Illum in mentis fauicib; meditando reuolue, & in-  
telligenzæ dentibus mande. Nam spirituale tibi præbebit robur, per quod usq; ad mon-  
tē dei Oreb gradieris alacriter. Nunquam cibum istum fastidies, si illum purgato corde  
percipies. Mentis itaq; receptaculum ab omni cogitatione & affectione noxia munda,  
Laur; Iustin. Oo 3 atq;

Atque cum humili deuotione domini sacramenta manduca. Tunc ex spirituali ualeitudine, ex diuina dulcedine, ex cognitione tui, ex feroce spiritus, ex interiori cantico, atque delicia resumendi profectum eius elicies. Nequaquam ualeat esse inutilis, quum illum tuum praestiterit deus. Præbuit namque se, ut te eleuaret ad se, te nutritret de se. Nec aliud cor dis tui famem, æstuantemque caritatis ardorem refrigerare quereres, quod ex ipso qui uerus est agnus, immaculata uictima, manna incorruptibile, meracissimum poculum, panisque angelorum & dominus. Exhibituit, inquam, se, ut tu sit peregrinationis comes, ignoratio tuæ lux, infirmitatis tuæ remedium. Tecum habitet, de te lætetur, suis tecum deliciis persuatur, quemadmodum in sapientiae uolumine testatur dicens: Et deliciæ meæ esse cum filiis hominum. Non quidem, inquit, ut suas à filiis hominum capiat delicias, sed ut cùm filiis hominum cōmunicet proprias. Nequaquam imprudenter arbitrandū est, quod deus ullā ab angelis seu hominib. lætitiae percipiat causam, quū eosdē spiritualib. et æternis faciat exuberare deliciis. Ipse etenim sibi pli gaudiū est, beatitudo perennis, sempiternæ esentialesque deliciae. Verū ob præcipuum quem ad homines gerit, dilectionis affectū illis impatiendo proprias eorū suas asseuerat esse delicias. Nonne merito suas apud homines esse dicit delicias, propter quorū salutē de regalib. sedibus paternæ gloriae ueniens, eorū naturā in unitate personæ sibi copulare dignatus est? Talem profecto caritatis exhibitionē, huiusmodi exinanitionē maiestatis ignorauit seculum, generationes præterite nescierunt, stupet cælum, ipsa natura miratur, uenerantur angeli, honorant sancti, iusti adorant, dæmones contremiscunt, quoniam totum quod in ea est, sanctum est, inscrutabile, atque diuinum. Nunquid diuinum nō est quod Verbum caro factum, quod fieret, per quod facta sunt omnia, habitaretque in nobis, qui ex primorum parentum præuaricatione filii eramus gehennæ? Quod enim deus factus sit homo, & sapiētia humanata, sacramentum est magnum. Hoc in ipso mundi exordio uaticinatum est dicente Adā de muliere, quam ex costa illius dormientis formauerat deus. Hoc nunc, inquit, os ex ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhæbit uxori, & erunt duo in carne una. Reliquit homo Christus Iesum patrem, quando Verbum carnem assumpsit ex uirgine, exinanivitque maiestatis formam mortali natura susceppta. Reliquit matrem, uidelicet synagogam, de cuius patribus secundum humanitatem natus est, & adhæbit uxori, ecclesiæ scilicet, de gentib. congregatæ, quam sibi annulo fideli desponsatam coniunxit in sponsam. De hoc spirituali connubio Apostolus loquens ait: Viri diligite uxores uestras, sicut Christus dilexit ecclesiā, qui tradidit semetipsum pro ea mundans lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet sibi sponsam ecclesiæ non habet tem maculam, necque rugam, aut aliquid huiusmodi. Huic castissime sponsæ nedū in uirginali adhæbit utero, ut essent duo in carne una, uerum etiam in corporis & sanguinis sūl sacramento, quatenus sint duo in uno spiritu: si tamē spiritualiter manducet, quoniam qui adhæret deo, unus spiritus fit cum eo. Eia igitur nunc lætare mater ecclesiæ, & cū uniuersis filiis tuis exultationis & gaudij conuentu age, quoniam meruisti fieri mater & filia, nupta & uirgo, fœcunda & casta, ita ut qui fecit te, nasceret ex te, & habitaret in te, adeo ut cum omnium admiratione ueraciter diceres: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Meruisti, inquam, dei & dñi, præceptoris & sponsi, fratris & redemptoris tui saginari carnis, & sanguine debriari cum sobrietate spiritus, & amoris temperantia. Quamobrè de te Psaltes eximus sponso Christo cecinit dicens: Vxor tua sicut uitis abundans in lapibus domus tuæ, filii tui sicut nouellæ olivarum in circuitu mensæ tuæ. In circuitu plane mensæ altaris filii tui, quos per uerbū ueritatis genuisti deo, sacratissimi corporis dñi pascuntur edulio tam pie, tam devote, ut in uoce psalmi, in exultatione mentis, in fidei confessione, epulantium festiuus in aula cœlesti concrepet sonus. Singulare prorsus dilectionis accepisti pignus in huiusmodi participatione mysterij, certamque de spōsa tuo præsentiam, cui optimè tui amoris æstus aperire, uota persoluere, fundere orationes, gratias agere, decantare hymnos, ingeminare preces, exhibere laudes, atque suauissima uales pia deuotionis deuromere carmina. Evidem ex quo tanto adhæbiti sponso, corpusque tuum corpori eius associatum est, effecta es speciosa & suauis in deliciis, decora & ornata in uelutibus, uenusta & grata in moribus, ignita & sancta in desiderijs, prudens & sensifata in cogitationibus, fœcunda & locuples in filiis, sic dilecta,

A lecta, ut Dei filius affectus de te Canticorum illud clamet, & dicit: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te: vulnerasti cor meum soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculoru[m] tuoru[m], & in uno crine collis. Quam pulchræ sunt māmæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt ubera tua uino, & odor uestimentorū tuorū super omnia aromata. Faus distillans labia tua spōsa, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorū tuorū sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea spōsa, hortus cōclusus, fons signatus. Emulsiōnes tuæ paradisus malorum punicoru[m] cū pomorū fructibus. Hic meritò exultationis tuæ exurgit causa, quod tam elegātis, tāq[ue] potentis, & immortalis regis amore facta sis digna, plurimis te idē cōmēdauit præconijs, immēlis ornatuit monilibus, cruceque suo interiores tuas rubicundas effecit genas. Quamobrè & tu reciprocō amore illius transfixa medullitus, toto corde, tota mente, totisque viribus ipsum diligere, uenire, & lauda. Illi omni tēpore incolatus tui famulare fideliter, atque in cūctis q[uod] agis placere cōcupisce. Nullus te debilitet labor, nulla te frangat aduersitas, tētatio nulla supplani tet, ut ab illius te subducas imperio. Verū quoniā in medio tui habitate desiderat, spirituale eidem cōstrue tēplū, nō de sectis marmoribus, nec quadratis lapidibus, nec de pietib. pictis, sed de uiuis & fulgentibus gēmis, aureisq[ue] laminis, quas rubigo non tāgat, nec denigret puluis, sed caritatis purget ignis, morum disciplina detergat, & virtutū de coret uarietas. Te ipsam deniq[ue] exhibe pudicam & castā, in tribulationibus probatam, stabilem in fide, eruditā in scientia, in lōganimitate constantē, diligentem bonū, pacē se stantem, custodiētem unitatem, cōpatientē ex corde, ambulantem in spiritu, spernente seculū, cœlesti anhelantē, filiosque tuos in uniuersa morū probitate regentē. Nempe quātū spōsum tuū diligas, eruditio insinuat filiorum. Illorū profectū diligētissime exquireret à te. Tibi nāc illos idē cōmendauit, tibi tā prēcipua prærogavit dona, quatenus eosdē in religione instrueres, excitares ad bonū, erigeres ad cœlestia, atque exerceres in prælio, ne tāquā ignari & inexperti periclitetur in deliciis, in honoribus in solestant, deficiāt in uia, tabescāt fame, & per incuriam pereant. Esto igitur in mēbris tuis sic in caritate cōpacta, ut capitū nō amittas decorē, atque non expolieris de munerib. iā perceptis. Sāctifica quoq[ue] teipsum, & à sordib. delictorum emūda, ne (qd absit) illi, cui placuisti, displiceas sponso. Zelo quippe tui captus est, & abs te se absentare nō patitur. Hinc se nascendo fecit socium, tuæ peregrinationis uoluit habere consortiū, atque præsentis exiliū innumerā pariter perferre ærumnas, quatenus ex se tui disceret misereri. Hoc cōspicue Apostolus denuncians ait: Non enim habemus pontificem, qui non possit cōpati infirmitatib. nostris per omnia tētatu[m] p[ro] similitudine absq[ue] peccato. Nā ex ijs, q[uod] passus est, obedītiā dicit, ut fieret omnib[us]: obtemperantib[us]. sibi causa salutis æternæ. Mira diuinæ sapiētiae dispensatio, miraque prudētia, ut illius tentationes à tētatione te liberet, eius te sanet infirmitas, ipsius obedientia te obtemperantē faciat, te uiuificet mors, te spiritualē eius efficiat caro. Quid igitur retribues domino pro omnibus q[uod] retribuit tibi? Vtq[ue] nil habēs ex te, ut beneficiorum illius debita recōpensare sufficiās. Verum siquid unde exoluere beneficia ualeas, habere te sentis, ab ipso prorsus recognosce, à quo sunt, quæcunq[ue] sunt sancta, D quæcunq[ue] amabilita, quæcunq[ue] proficia, quemadmodum Apostolus Iacobus perhibet, dicens: Omne datū optimū, & omne donū perfectū desursum est descendēs à patre luminū. Hoc crede, hoc feraciter cōfitere, quatenus credulitas hæc ad iustitiā, & ista confessio tibi sit ad salutē. Cæterū quamuis facere, aut cogitate nihil possis à te, tacebis ne dormitabis prætēdio: seu deprimeris ignauia. Surge, consurge filia Sion, euigila, & ex pergiscere filia Hierusalem, excute iugum de collo tuo, solue fasciculos deprimentes, & puluerem pedum tuorum absterge. Non quiescat pupilla oculi tui amoris & compunctionis erumpere lacrymas per diem & noctem. Non taceat labia tua Dei tui mirabilita prædicare, laudare magnitudo, & sapientiæ ipsius ueneranda enarrare præconia. Diuine, quantum uales, intende laudationi. Ipsa est, unde pro tuis potes delictis satistacere, pro perceptis muneribus euadere liber, placare iudicē, placere dilecto, imitari angelos, tandem coequari, conuersari in cœlestibus, uitare laqueos, hostes superare, acquirere gratiam, introire in gloriam, Dei in te ornare imaginem, illumq[ue] in se honorare magnifice. Hoc unico præceteris omnipotens delectat obsequijs, sicut per Prophetā ipse testat, sacrificiū (inquit) laudis honorificabit me, nō utiq[ue] labiorū, sed cordis. Parū proficis, Psal. 49

Esa.29 Si uoce non corde Deū laudare conari. Illos imitaris, de quibus per Prophetā conque-  
ritur, dicens: Populus hic labijs me honorat: cor aut̄ eorū lōge est à me. Perfecta laudis  
regulam si scire desideras, audi Citharēdā uatem ex se te laudare dicentē. Lauda anima  
mea dominū, laudabo dominū in uita mea, psallā Deo meo quandiu fuero. Modis om-  
nibus & cuncta, qua ualet, uirtute Deū se uelle laudare fatetur, corde uidelicet, uoce, &  
moribus. Nouerat q̄ ppe uitā sine uocali benedictione & exultatione cordis, & sonorā  
uerborū laudationē absq; mētis eleuatione, & cōuersatione p̄ba ta atq; interioris sacri-  
ficiū laudis sine operib. sanctis, & oratione expressa minime placere altissimo. Hæc tria  
sibi cohærent tā quam funiculus indissolubilis. Hæc (inquam) ministris ecclesiae omni-  
no conueniūt, qui sacrī altaribus assistentes, iuge Deo laudis impendunt obsequium.  
Sane nullo alio sacrificio honorificentius laudatur Deus, quām per altaris immacula-  
tam hostiam, quam præcipue ob diuinæ laudis exhibitionem cōplendam, ecclesiae suæ  
Christus offerendam instituit. Ipsius namq; passionis, & humanæ redēptionis in ea my-  
stice celebrantur mysteria, hoc ipsum domino propalante qui ait: Hæc quotiescumq; se-  
ceritis, in mei memoriam facietis. Memoria etenim in oblatione hac agitur illius, quam  
in sua passione Dei filius excellentissimæ nobis caritatis notam fecit. Qua nulla maior,  
nulla utilior, nulla amabilior, nullaq; oculis diuinæ maiestatis est gratior, dum honorē  
Deo, angelis contubernium, exilibus cœlum, religioni cultum, iustitiae debitum, nor-  
mam sanctitati, obedientiam legi, gentibus fidem, lætitiam mundo, credētibus gaudīū,  
unitatem populis, sacramentis legalibus finem, initium gratiæ, uirtuti robur, hominib.  
pacē, lucē mentibus, spem laborantibus, peregrinantibus uiā, & peruenientibus tribuit  
speciem. Nempe dolores mediatoris nostri, irrogata conuicia, excepta flagella, aceti &  
sellis poculā, clauorū & lanceæ uulna ex rediuiua sacrificij huius celebrationē memo-  
rantur. Offertur eterno patri nati assumpta humanitas, quatenus agnoscat ipse, quē ge-  
nuit, quemq; pro hominum salute misit in terras, ut interuentione ipsius delinquentib.  
ueniam, lapsis manum, & iustificatis preroget uitam. Clamat idem redemptor ad patrē,  
corporis sui cicatrices ostendens, quatenus ab æternis supplicijs sua homines interpel-  
latione custodiat. Aduocatū (inq̄t Ioannes apostolus) habemus apud patrē Iesum Chri-  
stum iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris aut tantū, sed etiā  
pro totius mundi. Vides perspicue nullū acceptabilius Deo posse offerri sacrificiū ad  
exoluendū laudes, siue ad exhibendū gratias, seu ad impletādū indulgentiā, uel ad glo-  
riam promerendum, quām corporis & sanguinis Christi sacrosanctum mysteriū. In cu-  
iūs oblationis hora, quantum fas est credere, aperiuntur cœli, mirantur angeli, sancti  
laudent, exultant iusti, captivi uisitantur, compediti soluuntur, infernus luget, sanctaq;  
in spiritu mater beata lætatur ecclesia. Quamobrem recte colligitur, quanta cum uene-  
ratione ibi debeat astare sacerdos, cui cōsecrandi hostias, offerendum incensum, atq; in-  
tercedendi pro populo est impensa autoritas. Mediationis igitur gerit officiū, propter  
ea delinquentium omnī debet esse precursor. Hinc expedit, ut diuinę sit laudis amator,  
religiosus in se, humilis corde, & erga proximorum errata cōpassione cōpunctus, qua-  
tenus non minus pro se, q̄ pro ceteris omnipotenti Deo recte placationis ualeat immo-  
lare mysteria. Hanc sacerdotū regulā Apostolus insinuans, ait: Omnis nāq; pontifex ex  
hominibus assumpsus, pro hominibus constituitur pro ihs, quæ sunt ad Deū, ut offerat  
dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ihs, qui ignorāt, & errant, quoniā &  
ipse est circundatus infirmitate, & propterea debet quemadmodū pro populo, ita etiā  
pro semetipso offerre pro peccatis. Magna prorsus & admiranda sacerdotum est digni-  
tas. Maxima illis est collata potestas. Sua namq; prolatione eloquitorum cœlestium, &  
ad eorum penē libitū corpus Christi de panis transubstantiatur materia, descendit de  
cœlo in carne Verbum, & altaris uerissimè reperitur in mensa. Hoc illis prærogatur ex  
gratia, qđ nusquā datū est angelis. Assistunt Deo, illū cōtrectant manibus, tribuunt po-  
pulis, in seq; suscipiunt. Verū angelorū siue astantiū seu ministrantiū, quoniā uice fun-  
guntur, potius angelicā, q̄ humanā debent conuersationē habere. Hinc ab esu agni ex-  
cludebātur in lege incircuncisi, alienigenæ, atq; immūdi. Nec ab re hoc iubebant à do-  
mino, nequaquā enim cōgruit, ut q̄s fordescētib, indumentis, lepra perfusus, mutilatus  
membris, seu amēs effectus regiō debeat ministrare cōuiuo. Cæterum si mortalis quis-  
piam

A p̄iam honoris dignitate sublimatus famulantum sibi, infirmorū, & pauperum obhor-  
ret obsequia, quod (quæsto) regnū omnium spiritualiter acturus est rex. Obseruat equi-  
dem uniusculusq; sibi ministrantis uitam, mentem discutit, intentionem pensat, dijudi-  
cat affectus, deuotionem uider, rimatur cogitatus, atq; iuxta interioris hominis disposi-  
tionem exhibitæ ministrationis gratificat munus. Hoc dixerim, non ut ex ministri me-  
ritis huius sacramenti beneficia pendeant, quippe quum in mysterio isto Dominus le-  
sus ipse sit sacerdos & hostia. Nā quemadmodū ipse est, qui per ministros ecclesiæ bapti-  
smi tribuit sacramentū, sicut Ioanni dictū de illo est: Super quem uideris spiritū descen-  
dentē atq; manente, ipse est qui baptizat, ita & per eosdē ministros ipse est, qui corporis  
& sanguinis sui cōficit sacramenta. Plurimū tamen in oblatione altaris cōferre sacerdo-  
tis sancti suffragia asseuerare non ambigo, tamē si eius dignitati detrahere, siue addē-  
re nequeat quicquam. Accedat igitur sacerdos ad altaris tribunal ut Christus, assistat ut  
angelus, ministret ut sanctus, populorum offerat uota ut pontifex, interpellet pro pace  
ut mediator, pro se autem exoret ut homo. Eximia sunt hæc, & admiratione dignissi-  
ma, quæ solum hominibus congruunt ambulantibus in spiritu, sanctificatis corde, &  
præelectis à domino. Quamobrē nemo bresbyterij sibi honorē uēdicet, tātīq; sacramē-  
ti se propriā uoluntate ministrum exhibeat. Christi Iesu humilitatem in hac parte sece-  
tur. Non enim semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Fi-  
lius meus es tu, ego hodie genui te, quemadmodum in alio loco dicit: Tu es sacerdos in  
æternum secundum ordinem Melchisedech. Verum si Christus dominus quum esset Psal.109  
sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, atq; cœlis excelsior factus,  
minime pōtissem semetipsum instituit, quid nocētes, infirmi, & inscī agere in hac cau-  
sa debeant, prudens quisque consideret. Hinc quorundam clericorum temeritas confu-  
tatur, qui nullo suadente, nemineq; imperante sacerdotij gradum assumunt. Altitudinē  
ministerij huius utinam saperent, & intelligerent, forsitan ad illud etiam uocati atque  
impulsi se acclamarent indignos, non minus Dei, quām conscientiæ propriæ iudicium  
formidantes. At uero quoniā cæci sunt, tanti officiij onus discutere nesciunt. Nōne qui  
suimet cognitione carent, arbitrandi sunt cæci, tanquā īj, qui carnis hebetato intuitu pro-  
pinqua nō cernūt: Quid autem unicuiq; se ipso propinquius: Habet profecto quilibet  
multa in se, cōtra quæ propriā uociferat cōscientia, querus est testis & iudex. Nēpe ubi  
conscientia damnat, ratio iudicat, accusat uita, humilitas debet adesse censura. Refugit  
uero præesse humilitas, atq; sacerdotali officium subire formidans, se statuit ante se, &  
quis, cui, qualitére ministrare debeat, pensat. Talia considerando compungitur, & gra-  
du huiusmodi se indignissimum arbitratur. Propterea nemo nisi ex superioris obedien-  
tia, seu ex Dei sibi notissima uoluntate compulsus, ordinationi præbere ualeat assensum:  
Ista utiq; præsumptuosi, utpote infirmitatis propriæ ignari, atq; diuino cultui ex deuo-  
tione minus idonei non cogitant. Immoderato affectu gradum hunc sacerdotij concu-  
piscunt. Illū per seiplos, interdū fucata arte procurat per alios non interpellente pieta-  
te, quæ humilitati coniuncta est, sed elatione, seu cupiditate trahente. Hoc si contingat  
assequi non posse, quod querunt, indignantur, dolent, inuident, detrahuntq;. Non autē  
palām prorumpunt in uoces, ne superbiæ uitio ab auditoribus rei iudicetur huiusmodi,  
magis humanas facies, q̄ Dei iustitiā perhorrescant. Debuerant equidē iudicis cuncta  
cernentis formidare præsentiam, qui hominum corda scrutatur, & tenet, atq; obliquam  
in entiū suarum compescere uoluntatem, potiusq; diuino, quām proprio subesse exami-  
ni, quippe quum æquissima caritatis lance singulorum gradus, officiāq; disponit. De-  
buerant (inquam) priuatas affectiones habere suspectas, quæ animarum frequenter  
scuntur aduersari saluti, dum sub sanctitatis imagine, quæ sua sunt, querunt. Hinc humi-  
les corde, & Deum timentes, quorū mentes diuinæ sapientiæ sunt irradiatæ splen-  
dere, quoties repudiantur in talibus, lætantur introrsus, maximum humiliationem sui arbi-  
trantes quæsum, quoniā alios magis uirtutibus, q̄ dignitate præcellere gaudent. Hi  
quāuis ambitionis inferiores sint gradu, nequaquā tamen meritis. Et si uideantur cōtem-  
pribiles esse exterius, plurimū tamen corā Deo sublimantur interius. Iuxta id qđ legiē,  
quia omnis qui se humiliat, exaltabitur. Humiliēt igit̄ se sacri altaris ministri, & ad ecce-  
siasticos tanquā Aaron uocetur gradus. Non præesse, sed subesse desideret, atq; sanctita-  
te non

te non honore ceteros prætere desident. Meminerint se æterni regis uotatos esse ad nuptias, proinde superioris discubitus in se appetitum supprimant, nouissimūq; cum patetia locum teneant, quatenus cum honore superius ascendere queant, scientes quod non qui ab hominibus honorabilius habetur, ille est sanctior, sed qui est corde humilior, furentior spiritu, ac uirtutibus locupletior. Mihi (inquit Apostolus) pro minimo est ut a uobis iudicer, aut ab humano die, sed neque meipsum iudico, qui autem iudicat me, dominus est. O mens sancta sapientia referta, & humilitate decorata, quæ humanam uisipendens laudem, diuino se deſcendo subdebat examini. Nil fauorabilem loquentum populorum æstimabat gloriam, nolens super fluentem aquam cœlestis ædificij fundamenta locare. Nouerat nullius pro altero ante Deum sufficere testimonium, ideoq; aiebat:

**2. Cor. 4** Omnes ante tribunal Christi stabimus, & sic unusquisq; pro se in die iudicij rationem reddet. Beata planè plurimūq; beata humilitas, quæ damnatiōis minime ueretur sententiā: in suis nāq; negotijs proprio se priuat iudicio humiliis. Causas suas cōmittit alteri, & nō quotlibet, sed qđ cōmendatur ab alio, implere conat. Tunc securus incedit, atq; futuro intrepidus astabat iudicio. Nempe uilis est sibi, & magni æstimat à domino. Temporale obhorret culmē, & sortitur æternum. Israeli est prælatus Saul, nō quia statura in uentus est proceræ, sed quoniā repertus est humiliis. Quum esses (inquit ad eum Propheta) parvulus in oculis tuis, nōne caput in tribibus Israel factus es, unxitq; te dominus in regem super Israel: Excelsus quū sit dominus, humilia respicit, ut exaltet, & spiritualibus fœcundet donis. Respxit utiq; humilitatem ancillæ suæ, propter qđ omnes generationes illā prædicauere beatā. Quamobrē sectemini uos om̄ milites Christi, & præcipue cœlestium sacramentorū ministri humilitatē, reseceturq; in uobis per uos omnis ascendendi ambitio. Vestro intendite ministerio cū pietate deuotionis, & humilitate cordia. Nullam prorsus maiorem ualoris acquirere dignitatem, quam corporis & sanguinis domini tractare sacramenta. Hoc uobis satis sit, etiam si honoris gradum, atque trans-euntis gloriae culmen appetitis, quod reliquias præminent dignitatibus. Peruigile tatum circa mysterium hoc studiū adhibete, atq; pro uiribus laborete, ut mysteriū Dei ido-

**2. Cor. 5** nei dispensatores sitis. Ex hoc utiq; duplii honore habebimini digni, præsente uideliret & futuro. Honorabunt uos populi, uestros obseruant mores, imitabuntur uitam, temporaliaq; stipendia erogabunt tanquam patribus suis, animarum rectoribus, intercessoribus mundi, & altissimi sacerdotibus. Venerabuntur (inquam) uos angelii ueluti Christi ministros, ecclesiariū duces, sanctorū cohæredes, cœlestisq; regni præcones. H̄i sunt honores, qui sanctis sacerdotibus exhibentur, quorum hæreditas temporalis & eterna Christus est, dicente Propheta: Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis metu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. Recta igit̄ adeptio terrenę dignitatis atq; perpetuæ est honoris fuga, contemptus temporaliū, morū probitas, & æternorū amor. In his, quātūcūq; profecerint sacerdotes, quamvis præcelia polleant sanctitatem, minime infolescat, quoniā presbyteri adhuc indigni sunt ministerio. Nā si ad hoc angelica inferiora sunt merita, quid æstimabuntur humana? Transcendit, quicquid est, quicquid uirtutis, quicquid sanctitatis non capit sensus, non scrutatur ratio, mens non attingit humana, H̄i quomodo Deus & homo Christus Iesus sub panis & uini speciebus sacerdotum attractetur manib; & corporali haustu altaris percipiatur in mensa. Nec immerito. Est namque hoc diuinum opus notissimum futuræ felicitatis indicium, ac diuinę miserationis præsagium certum omni ueneratione colendum. Aequa in altaris sede, quemadmodum in cœlo colitur Deus, quamvis aliter. Hinc altaris sacri quanta sit dignitas, optime comprobatur in quod præsentialiter descendit Deus, & in quo sacramēta cœlestia cōfiscarentur. Illius quippe excellentiam olim patriarcha Iacob præuidit in spiritu. Quū enim Mesopotamiam pergeret, lapideq; capiti supposito obdormisset in uia, uidit in somnis erectam scalam tangentē cœlos, atq; angelos ascendentēs per eam, ac descendentes, dominumq; scalę superinnixum. Quamobrem expergefactus, & præ magnitudine sacramenti admiratione comprehensus ait: Verè dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensq;: Quām terribilis est (inquit) locus iste. Non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Vidēne quām longe ante sacri altaris patriarchæ huic sint reuelata mysteria? Evidem (ut iste ait) terribilis est altaris locus, in quo angelorum, archange-

719

DE EUCHARISTIA.

A. Iorumq; milia domino descendente assistūt, quemadmodū mystice Propheta declarat, dicens: Currus Dei decem milibus multiplex milia lætantū, dominus in eis in syna sancto assistunt planè fruitione beata lætantes, & per scalam, quæ in Christi humanitate signatur, nunc in uerbi contemplatione ascendūt, nūc in ipsius assumpti hominis iucunda cōsideratione descendūt. Nullus uero preter dominū, eidē scalę innoxius esse prohibet, quatenus intelligas mediatoris personā in felicissimo trinitatis solio triumphaliter residere. Quamvis enim secundū naturā assumptæ mortalitatis patri ipse sit minor, est tamē uerbum, quod caro factum est, æqualis gloriæ cū patre, eiusdem naturæ, parisq; potentie, ita ut nō sit posterior tempore, nec uirtute inferior, sed per omnia simili, sicut idem ait: Ego & pater unum sumus, & iterum: Qui uidet me, uidet & patrem. Meritò igit̄ in altaris sacri loco, quando diuina tractantur mysteria, dominus est, non figuralterq;. Hinc loci huius evidentissime percipitur, quanta sit dignitas, quantum colendus, ubi domus est Dei, porta cœli, dominus universorum, innumerabiliumq; angelorum honorabilis frequentia. Deliciarum spiritualium affluentiam loci istius Psaltes egregius contemplatus aiebat: Quām dilecta tabernacula tua domine uitatum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Cor meum & caro mea, exulta uerunt in Deum uiuū. Vnde exultauerat, inquit: Altaria tua domine uirtutū rex meus, & Deus meus. Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabūt te. Hinc etiā dominici altaris qualis debeat esse minister, claret perspicue. Nequaquam iuxta fragilitatis humanæ mensurā loco debet esse dissimilis. Sit itaq; pudicus corpore, omni tempore secundum Prophetæ admonitionē uestimenta impoluta custodiens. Sit corde humili, ut super eum tanquam in proprio habitaculo spiritus domini requiescat. Per uate nāq; suū pollicetur: Supér quē requiescat spiritus meus, nī super humilē, & quietem, & trementē sermones meos: Sit cōuersatione sanctus dicente domino: Sancti estote, quoniā ego sanctus sum. Sit temporaliū cōtēptor facultatū, & à terrenorū sollicitudine liber, quatenus Deo ualeat uacare. Sit deuotione assiduus secū habitare desiderās. Tumultus hominum, & maximē sceleratorum euitet, ne eorum cōuersatione foedata mens puritatis decorem amittat, & phantasmatum colluione depressa, solo corpore Deo assistendo ministret. Improbum etenim est, atq; indignum altaris ministrum ea uidelicet hora, qua sacramentorum cœlestium immolationi incumbit, passim per uitiorum, ac cogitationū inutilium uagari campos, qui tota animi intentione debuit in Deū esse suspensus. Spiritualis est ista iactura, per quā pietatis dissipatū sparsa iam semina, uirtutū arbusta siccātur, & sancti spiritus dona paulatim decrescent. Sic enim legit: Spiritus sanctus disciplinæ effugiet factū, & aufert se à cogitationibus, q; sunt sine intellectu. Totus igit̄ sacerdos, quū ministraturus est sancta, le reducat in se, omnēq; cordis hebetudinē, tumultū animi, ac mētis fluctuationē deuotionis pro posse cēsura cōpescat, quatenus in spiritu Deo spiritualiter in hæredō deseruiat. At uero hoc nūquā perficere poterit, nī atque ambulare in spiritu, passionū impulsus, ac exteriorum cohibere fragores. Talia profecto esse debent sacerdotū studia, ut ex eorum exercitatione eleuentur ab imis, cœlesti caritate flammescant, sapientiæ pingueſcant gusto, scientiæ magisterio polleant, atq; interioris unitatis iura custodiant. Hæc quamvis sint ardua, ministrantibus tamen Christo omnino conueniūt, illis propterea iuxta patrū decreta inhibet aduersus hostes uisibiles arma arripere, secularibus se implicare negotijs, lucrisq; insudare terrenis, ut liberius diuinorum eis liceat studijs intēdere scripturarū, uacareq; per contemplationis ocū, & uidere q; suavis sit dominus, necnō per spiritualem disciplinā cunctam interioris suā domus familiā in obsequiū reformare uirtutum. Hinc domino iubente mandatur in legē, quatenus sacerdotibus tēpliq; ministris, quorum Deus est portio, decimæ frugū, ac cæterarum rerum, quæ ad usus hominum sunt, tribuantur, atq; primitiae, ut à temporaliū curis absoluti sacri altaris, seu uerbi Dei, uel animarū regiminis fructuosius ministeriū occupent. Si nos (inquit Apostolus) uobis spiritualia seminauimus, non magnum est, si nos carnalia uelstra metamus. Nescitis, quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacra rō sunt, edunt, & qui altari seruiunt, cum altari participantur: Ita & dominus ordinavit ihs, qui euangelium nunciant, de euāgeliō uiuere. Hac lege solutio indicitur decimā, q; nullo modo prætermittenda est. Nā damnabiliter delinquit, quicquid illas soluere cōtemnunt,

Psal. 67

John. 10

Psal. 83

Esa. 66

Leuit. 19

Sap. 1

1. Cor. 9

1.Tim.6

temnunt, quoniam nō solū de iure positivo, uerū etiā de iure diuino mādant. Quamob  
rem in solutionē hac nō ministri, sed instituentis est attendenda autoritas, qui simplici-  
ter huiusmodi legem īdixit. Læto itaq; anīmo erogādæ sunt facultates egētibus, eccl  
esiæq; ministris: Non enim disperditur quicquid pro Christo tribuitur, sed reconditur, ut  
centuplicetur in cœlo. Diuitibus huius seculi inquit Apostolus: Præcipe non sublimē  
sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui præstat nobis om-  
nia abundē ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operib. bonis, facile tribuere, com-  
municare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ues-  
ram uitam. Dum igitur sacerdotibus, ac Deo famulantibus corporalis alimonie neces-  
saria īmpenduntur, summopere utriusq; hominis & ipsi deuident oculum, ne terrenarum  
omnium, quas percipiunt, facultatum debitores fiant. Pernicosa quippe res est tabescere  
re ignavia Deo dīcatos, atq; piorum substantiam uel congregare cupide, seu inutiliter  
dissipare. Nam corporalia alimenta etiam ad suum manducat iudicium, quisquis in bo-  
nis actibus se occupare recusat. Ut ergo ministri altaris conscientia libera, atq; syncero  
corde assistant altissimo, ardentī desiderio in spiritualibus die noctuq; insident profe-  
ctibus, orationi uacent, delectentur in Domino, Deo libentius famulentur, quam secu-  
lo, spiritui potius intendant, quam carni, quatenus officij sui, ac ecclesiastici gradus sor-  
tientes effectum sacri altaris participatione sint digni. Dominici quoq; corporis & san-  
guinis sacrosancta mysteria maxima cum ueneratione frequentent, non ex consuetudi-  
ne, sed suauitatis illius illecli dulcedine. In his conueniant gradus & uita, gustus & que-  
ritus, pietas & scientia, fides & caritas. Ista si adsint, diligentur à Deo, sublimabuntur à  
Christo, protegenf ab angelis, uenerabūtur à populis, uisitabūt in spiritu, ditabunt do-  
nis, cōpletebunt à gratia, beatorū sociabunt agminib. interdūq; in cœlestib. rapiēt. His  
& huiusmodi amoris foti præludijs, præsentis seculi uada pertrālibūt, terrāq; promissio-  
nis introibūt, in qua iā non absconditū manna, nō sacramentalis agnus, neq; sub accidē-  
tib. percipitur uelata maiestas, sed amoto uelamine, cessantib. figuris, subtractoq; spe-  
culo facie Deus uidebitur ad faciē, qđ est summū bonū, beata fruitio, uita æterna, glorię G  
triumphus, palma uictoria, ueris repromissa fidelib. per Iesum Christū dominū nostrū,  
qui cum patre, & spiritu sancto immortalis est Deus in secula seculorum. Amen.

## DIVI LAURENTII IVSTINIANI PROTOPATRIARCHAE

Veneti, in Librum de Vita solitaria,

## PROLOGVS.

Vemadmodum nullus à natuitate cæcus, quamuis naturalis ingeniū acu-  
mine polleat, non nisi opinatiue ualeat de coloribus iudicare, ita neq; de spi-  
ritualibus potest ad plenum sensum proferre, quisquis eorum extiterit in-  
expertus. Nam & si aliorum assertionib; eruditus pronunciet ueritatem,  
erit tamen qui loquitur, tanquā ēramentum sonans, aut cimbalum tinniēs H  
Hinc opportune satis quorundam impudentium est arguenda loquacitas, qui absq; ex-  
perimento interioris dulcedinib; præsumunt solitarie degentium lacerare uitam, arbitra-  
tes eos penitus esse inutiles, quoniam foris minime uagantur, neq; se curis temporaliū im-  
plieant ut cæteri. Quibus hos dixerim similes, nisi cæcis, qui lumine priuati, importunis  
sermonibus conantur uidentium acta damnare, atq; recte gradientum subsannare itine-  
ra. O si interioris hominis sui haberent notitiam, scirent utiq; solitariae uitæ excellentiā,  
quanta eius sint lucra, quām ueris in se sit decora, secura & gaudens. Verum cum ignorant  
te, mirū non est, si etiam remotę cōuersationis nequeant īdagare mysteria. Hac de cau-  
sa illam despiciunt, sequi negligunt, atq; obtrectationib; laniare non uerentur. Hoc  
quoq; agunt, quoniam ad ipsius assequendam perfectionem non se uident idoneos, ta-  
men si illam sanctorum autoritatibus & uita norint esse probatam. Tantum quod illis li-  
beret laudant, quoq; intentioni eorum congruit, præconijs cōmendare non cessant. Sta-  
tus universos præter proprium detestantur, ac si illorum tantum esset Deus, & nō etiam  
aliorum. Non enim statuum aut personarum acceptor est Deus; sed omnes qui simpli-  
ci corde

A ci corde legis mandata custodiūt accepti sunt illi. Meminerint huiusmodi detractores,  
domini tunicam fuisse īconsuilem, atq; desuper contextam per totū. Meminerint, in-  
quam, omnem gloriam filiæ regis ecclesię esse ab intus in simbris aureis, circumamictā  
uarietatibus. Est etiam sp̄ritus multiplex propter diuersitatem statuum conditionumq;  
mortaliū. Proinde dominus, qui electorum suorum nouit naturas & mores, uarios di-  
stinxit in ecclesia gradus, quatenus quod cuiq; proprium est, tribueret singulis, sacerdosq;  
corpus suū, quamvis discretū in statibus, in uniformitate tamē intentionis caritate cōpa-  
ctum. Desinant itaq; qui solitariae uitæ derogant unitatem scindere, & aurata uestem  
uarietate decoratam lacerare ecclesię. Omnes Christo regi seculorum immortali, & in-  
uisibili famulant uenerentur & colant, Deum in sanctis suis laudent, qui conuersan-  
tes cum hominibus protegit ne eadant, certantes adiuuat, ne succumbant, atq; remota  
degentes uisit, ne tepeſcant. Hos per amplius quam cæteros, spiritualibus consolatio-  
nibus uisitari credendum est, utpote qui pro diuinitatis amore contēpserunt humanas.

B Non igitur paruipendendi sunt, quos Deus ab hominibus segregatos interno nutrit  
pabulo. Verum quamvis uideantur ignoti, & per exteriorem exercitationem corporis  
ecclesię minus proficiunt illi tamen multifarie prosunt. Ipsum quippe continuis oratio-  
nibus uegetant, à tentationib; defendunt, pro delinquentibus deprecantur, suisq; exē-  
plis temporalia docent esse sp̄ernenda. Eadem autem contemnunt, conuersationes fu-  
giunt, atq; remote uiuant, non ducti ignavia seu inedia compulsi: sed conditoris sui ille  
cti desiderio. Vnde in eorum persona propheta ait: Elongaui sugiens, & mansi in solitu-  
ue. Expectaui eum, qui saluū me fecit à pusillanimitate sp̄ritus & tempestate. Est itaq;  
eorum fuga commendabilis dum declinant noxia, pericula præudent, delictorum eu-  
tant causas, & eterna desiderant, Deoq; inseparabiliter adhærere concupiscunt. Hinc so-  
litudinis secreta perlustrant, ut Deo uacantes, ab humanis cōturbationibus diuina sint  
protectione securi. Quemadmodum de ipsis psaltes domino cecinit dicens: Abscōdes  
eos in abscondito faciei tuæ, à turbatione hominum, proteges eos in tabernaculo tuo à  
contradictione linguarum. Quoties per mentis elevationem contemplationi intendūt  
coelestium, ab hominum conturbatione teguntur. Cæterum cum per sui custodiam mū-  
ditiæ cordis & puritati conscientiæ inuigilant, à linguarū fiunt contradictione securi.  
Duplici ex hoc testimonio solidantur, sp̄ritus uidelicet & conscientiæ. Ipse namq; sp̄ri-  
tus (dicente Apostolo) testimonium reddit sp̄ritui nostro, quod filij Dei sumus. At ué-  
rō beatus ille, ueridica uoce inquit: Gloriā nostra hæc est testimonium conscientiæ no-  
stræ. Secure igitur, & cum exultatione sp̄ritus in solitudine perseuerandum est. Nō per  
timescendæ sunt oblocutiones malorum, neq; dēmonum formidandi insultus. Quoniam  
de corporali remotione ad requiem, & de spirituali quiete, consummato huius peregrina-  
tionis cursu transitur ad patriā, si tamen utraq; usq; ad finem laudabili exercitatione  
teneatur. Quamobrem, ut hoc solitudinis professores facilius assequantur, pro eorum  
eruditione, exhortatione, & gaudio, opitulante domino, de uita solitaria præsens com-  
ponendum est opus. Verum cum ad id perficiendum imperitia mea omnino non supē-  
rat, flexis cordis poplitibus, humiliiter sapientiam exposco diuinam, quatenus ad sui glo-  
riam, seruorumq; suorum profectum, uilitati meæ lumen dignetur īfundere, quo me-  
diante non ueritatis semitas deseram, neq; quod ipsa donauerit, delitescendo reticeam.  
Aperi igitur ô sempiternum uerbum sapiētiæ tuæ diuinum fontem, infunde (quæso) in  
cor minimi serui tui intelligentiæ spiritualem gratiam, ut solitariae conuersationis ualea  
referare mysteria, atq; donorum ipsius propalare arcana. Erit e quidem cum  
istud per me rite perficeris, quemadmodum in eadem tibi famu-  
lantibus stabilimentum maximum, ita largifluæ boni-  
tati tue perpetua laus & gloria.

Pp Quod ex

Q V O D E X D V L C E D I N E I N  
TERIORIS QVIETIS, ET DESIDERIO DIVINAE  
contemplationis, solitaria appetenda  
sit uita. Cap. I.



Psal. 54

LAMAT propheta in Psalmis, contemplationis desiderio succensus, & ait: Quis dabit mihi pennas sicut colubae, & uolabo & requiescam? Amantis & quiete sientis eius sunt uerba. Minime quidem propter quod requiem quereret, ubiue quiescere cuperet expressit, & tamē affectu anxiō amoris prorupit in uerba. Nempe si ob auri, argenti, gemmarū, prædiorū seu temporaliū facultatū, uel prætereuentiū uoluptati cupiditatē hoc diceret, id facile exprimere ualuisset, quoniam res sunt, quæ humanis propinquæ, ac nota sunt sensibus: sed ardoris quietis suæ non detegens causam, præcelsum & maximū indicauit esse, quod pio gerebat in pectore. Beata quippe huius mēs gatis, quæ temporelē nil ambiens, consequi optabat, quod meritō diligenter, uideret sine fastidio, atq; in pace interiori omni semoto timore possideret. Nouerat in exterioribus bonis pacem non esse, sed perturbationes noxias, innumerā curas, desiderium insatiabile, solicitudines anxias, ac dolorem non modicum. Hinc bonum agnoscens præcipuum obtainere posse interius, quod omni caret malo, & bonis exuberat uniuersis, anhelio ad id consequendum desiderio trahebatur. Hoc autem esse quid dixerim? Illud præculdubio quo nihil habetur melius, iucundius amatur, delectabilius tenetur, securius posfidelur, amplectitur dulcius, fruiturq; felicius. Non est de terra neq; de cœlo, sed his omnibus dignitate præeminet. Nam cuncta, quæ in eis creata sunt transeunt. Quædam ut Mar. 13 non amplius sint: nōnulla uero, ut mutentur in melius. Cœlum (inquit dominus) & terra transibunt, ignis utiq; incendio concremandā. Mutabuntur tamen, quemadmodum per Ioannē dicitur: Fiet cœlum nouum & terra noua, propterea, quoniam uniuersa, quæ sub sole sunt transeunt, propheta memoratus flagrantissimo desiderio anhelabat istis potiora percipere, q; nec transire cogeretur, neq; reformaretur in melius. Nam quod transit, infirmum est, quod uero reformatur, imperfectum. Est autem aliquid maximum atque præcipuum, quod horum nil patitur, nec deterioratur transeundo, neque proficiendo reformatur. Quid de hoc tam præcelso propheta expresserit audi. Deo namq; ait: Opera manuum tuarum sunt cœli, ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes sicut uestimentū ueterascent, & uelut amictum mutabis eos & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Utq; idem ipse est, quia nō mutatur, neq; de trimentum ullum patiens variatur. Sicut per Iacobum dicitur: Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio. Et hoc underit: Quoniam bonum incommutabile est, bonum sempiternū, bonum summū, bonū à quo omnia bona, & sine quo nihil est bonum. Boni huius cognitione concupiscentia excitat, concupiscentia delectationem, delectatio satietatem, satietas fruitionem, fruition pacem. Pacem inquam, non qualē dat. H

Phil. 4 mundus, sed illam, de qua Apostolus ait: Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda uestra, & intelligētias uestras. Quomodo aut̄ pax ista omnē superemineat sensum, idem alio inquit loco: Quod oculus nō uidit, nec auris audivit, nec in cor homi his ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Verum ut hoc ostenderet perceptibili esse, intulit: Deus nobis reuelauit per spiritum suum. Evidem in præsentiarū reuelauit per fidē donec manifestet speciem. Tunc non erit reuelatio, sed uisus, sed fruitio, sed reformatio. Nunc uero hæc ipsa reuelatio ex parte fit, quoniam per fidē ambulamus, per fidem instruimus, per fidē cognoscimus. Et hoc quādiu: Donec peregrinamur à domino, & mortali hoc sumus in corpore. Hinc est q; laboramus quārēdo, in credendo proficiimus, quotidie perspicacius cognoscimus, magis magisq; ardēter diligimus, ut pertinamus ad id quō tendimus, & cōprehēdamus in quo cōprehēnsi sumus. Hæc laboris uicissitudinē, quā in proficiēdo patimur, propheta insinuare uoluīt dicens: Hoc labor est ante me donec intrem in sanctuarū Dei, & intelligam, nō per speculū aut in ænigmate, Psal. 82 sed facie ad faciem. De qua intelligentia Ioannes Apostolus ait: Carissimi nūc filij Dei sumus,

A sumus, & nondum apparuit quid erimus: Scimus quoniam cū apparuerit filius, similes ei erimus, qm uidebimus eū sicuti est. Interim ergo dū in carne uiuī interiori exercitatio, & cōtemplationi cœlestiū intēdēdū est, quatenus pspicacius in agnitione summæ uenitatis, semper proficiat ratio, & in diuinæ bonitatis delectatione affectio. Hæc plane duæ sunt pēnē spirituales deargētatae colubæ, cuius posteriora dorsi eius in pallore auri terminari describūt. His pēnī spiritualis uolatus agit, quō puenī ad requiē & ad Dei delectabilē gustū, ipsiusq; sitū præsentia. Quemadmodū ppheta de se testat dicens: Situit anima mea ad Deū fontē uiuū, quādo ueniā, & apparebo ante facilē Dei. Sitis hæc uolatus est, nō localis, nō sonorus, neq; uisibilis, sed interior, & spiritualis, refertusq; dulcedine, p quē quotidie renouat anima, & de claritate trāsit in claritatē, nō à se ipsa, sed tanquā à domini spiritu erudita atq; directa. De huiusmodi uolatu audi quid animalib. uolatib. per mediū cœlū scriptura sacra testet. Nō habebat (ingt) requiē die ac nocte, sed clamabat. Sāctus, Sāctus, Sāctus dñs Deus exercituū. Talis pfecto Dei est gustus, talis est cognitio cœlestiū, ut eo efficacius interiores uirtutes moueat, quō elucescit clarius, dulcius q; sentitur. Mētē quippe efficit in inquisitione sollicitā, sitibundā in gustu, in amore feruidā, & in contēplatione erectā. Querit nāq; ut inueniat, cōcupiscit ut teneat, diligit ut crescat, eleuatur ut quiescat hucusq; dū peruenit, delectatione nimia circūfusa clamat & dicit: Hæc requies mea in seculū seculi, hic habitabo, qm elegi ē: Boni nāq;, quo fruitur, affecta dulcedine, illud nunquā amittere, nunquā minorari desiderat. Verū ne quis propria sui æstimatione fallatur, nouerit, ista ueræ contēplationis, atq; diuini gustus, qui in sinu quietis interioris sentitur, absq; ambiguitate signa existere, prouidentiā uidelicet habere in moribus, menti uigilē adhibere custodiā, coadunare cogitationes, intentionē recto fine dirigere, studia spiritualia sectari, Dei præsentia spiritualiter cōcupiscere, ipsum humili corde diligere, illius sup̄ omnia cōtubernio lātari, in cœlestib. inardescere, atq; amabiliter interna pace potiri. Qui talis est, à Dei regno alienus non est. Quinimo illud secū habet iuxta domini sententiā dīcētis: Regnum Dei intra uos est. Hu

C iusmodi caueat ne inflet, ne tepeſcat, ne quē iudicer, ne cuiquā caluniā inferat, ut non amittat donū præcipuū qd accepit: facile etenim spiritualē facturā patit, q; sui neglecta custodia, alienę uitæ curiosus inquisitor existit, qui per exteriora diffundit, atq; immoderata negocijs tēporalib. occupatur. Sūt igit̄ spiritualia exercitia, sedula cordis intentione coalenda, ne fauorib. auræ extinguantur impulsu. Sunt etiā corporis sensus salubriter coercendi, quatenus pes mentis eorum occasione terrena minime ualeat colluione fœdari, necnon & immoderato carnis amore animi eneruari constantia. Quam obrem solitudo ab his, qui contēplationi uacare desiderat, maximo est amplectenda cū studio, atq; indefessa stabilitate seruanda. Quoniam tranquillitatis est portus à seculi frangoribus alienus, delictorum fuga, gratiarum nutrix, cœli ianua, orationis locus, compunctionis mater, discretionis cathedra, meditationis incentiuum, & contēplationis sanctæ auxilium singulare. De hac itaq; quoniam uberrima fandi se offert materia, de ea dem inchoatæ narrationis sermo percurrat.

D Quid sit solitudo localis, et quā proficia, quantumue onerosa, si non uoluntaria esse contingat. Cap. II.

**S**Acis uoluminibus erudit duplex solitudinem esse cognoscimus, Localem uidelicet, atq; spiritualem: Est nāq; localis solitudo remotionis locus, ab hominum conuersatione penitus alienus. Huiusmodi quamvis corporalibus delectationibus careat, seculi ignoret blanditias, carnem fouere non ualeat: habet tamen unde reueetur sp̄ritus, cumulentur lucra, & mens in sui reformatio ne proficiat, dummodo uoluntaria sit, diligatur ex corde, & ueritatis agnitione seruetur. Cæterum si desint ista, carcer est horridus, ignauiae uoluntabrum, noxiarum cogitationum sentina, impatiencie domus, ferarum spiritualium habitaculum, & præsentis uita dissipatrix permaxima. Stat qui localis incola est solitudinis, & ipsius delectabili capite gustu, inclusus corpore, sed mente uagus, profugus super terram, extraneus, sibi uivus & mortuus. Mortuus esse censetur mundo, & uiuit illi. Illum quippe concupiscit, de ipso cogitat, ipsumq; inhanti sectatur affectu. Amatores eius beatificat, tanquam frumentos naturæ bonis, & creaturarum concessis muneribus, atque iuxta domini sententiam: Laur. Iustin.

In uultus sui sudore panis uescantur alimento. Nunquid solitariorum tantum est Deus inquiunt? Nonne & secularium: plane & secularium. Quippe quum misericordiae uare possint operibus, cibare famelicos, potare sitientes, uestire nudos, ministrare agros, aduenas suscipere hospitio, sepelire defunctos, ac in compedibus constitutis exhortationis præbere solatium: lacentes quoque in peccatis admonitionis uerbo erigere, consolari moestos, infios docere, consulere dubios, ceterisq; insistere actibus, in quibus fraternali dilectionis exhibentur officia. De istis in extremo examine interrogatio fiet. Quid nos iudicati domino responsuri sumus, qui nulli horum intendimus? In solitudine ueluti animalia indomita uiuimus, corporalium sensuum penè caremus usu, humanam conuersationem fugimus, caritatisq; obliti, nobisipsis singulariter uacamus. Ut quid datus est uisus, auditus, loquela, olfactus & tactus, si eorum negligimus usum? Evidem in solitudinis hoc loco deest humana societas, confabulatio mutua, ac fraternali exhortatio. Solitudinem nostram sacra uidetur damnare eloquia, quū dicunt: Vnde soili, quoniam si ceciderit non habet subleuantem. Ediuerso conuersationem & cohabitationem plurimum commendant, dum aiunt: Frater, qui adiuuatur à fratre, tanquam ciuitas munita est. Istiusmodi alijsq; innumeris cogitationibus fluctuantes, animo impatientes fiunt, dormitant præ tædio, & spiritualem solitudinis suæ amittunt fructum. Crucem quidem baiulant, nec moriuntur. In regis paratissimo discumbunt conuiuio, & fametabescunt: quoniā minime experiuntur quantæ sint solitudinis spirituales deliciæ. Porro si æqua lance quantum inter urbium ac solitudinis habitationem distet, appenderet, non talia corde uersarent. Vbi (oro) componuntur fraudes, iurgia fiunt, iustitia depravatur, pietas perit, adulteria perpetrantur, opprimitur innocens, supplantatur sanctus, peccator laudatur, dominatur ambitio, inanis pollet gloria, uniuersaq; regnāt delicia: nonne in ciuitatibus, in quibus unusquisq; cæteris appetit esse potentior, facultatis locupletior, opinione vulgi famosior, & æstimari prudentior? Hinc lites, hinc detractiones, hinc pompa uigent, quoniam uix reperitur, qui non præesse desideret. His omnino caret solitudinis locus, quia sanctitate afluxit, & cœlestibus exuberat donis. Evidem nil aliud dixerim monasteria in solitudinis remotione Deo dicata, quam castra Dei, & refugia munitissima, ab incursibus intellectualium bestiarum ualde secura. Ad ista ut plurimum, adulti configunt, qui seculi oblectamenta despiciunt, carnis obhorent lenocinia, facultatibus renunciant temporalibus, cœlestium amore flagrantes. Superba siquidem gratia præuenti, atque diuino irradiat splendore turbarum declinante strepitus, delictorumq; materias, & solitudinis secessus querunt, quatenus margaritam preciosam, cœlestemq; ualeant aptius custodire thesaurum. In ea quippe, si laudabiliter conuersantur, semper potiora percipiunt, ac Deo per amoris vinculum propinquiores fiunt: se namq; abunde communicat degentibus in solitudine, quemadmodum multas patet exemplis. Vbi (quæso) propheta ille, qui erat mitissimus omnium hominū, qui tunc morabatur in terra, diuinā allocutionem primum audire promeruit? Nunquid in Ægypto, aut in regalibus ædibus? Minime: Sed prorsus in eremo, quo hominum derat accessus. Sic enim legitur: Quum autem Moyses minasset gregem ad interiora deseriti: uideretq; quod arderet rubus, nec combureretur, admirans ait: Vadam & videbo uisponem hanc magnam, quomodo rubus ardeat, & non comburatur. Quum autem pergeret illuc, se dominum ex nomine proprio uocantem audiuit. Quumq; respondisset adsum, intulit: Solue calceamenta de pedibus tuis, locus in quo stas, terra sancta est. Merito prophetæ à domino mysticè mandatur, ut pedū calceamenta deponat, tacite innues, ut quicq; solitudinis locū habitare desiderat, immoderato temporalium rerū se priuet affectu, quatenus mortuorum operibus nequaquam terram polluat sanctam. Quæ est enim participatio lucis ad tenebras, sanctitatis ad immunditiam? Sanctus quoq; solitudinis locus esse prohibetur, in quo propheta oraculum cœleste ad se factum exceperit principia populi, faciendorum signorum uirtutem, præcepta legalia, cæmoniarum scientiam, decreta iudiciorum, futurorum notitiam, familiaritatem Dei, atque beatissimæ uisionis promeruit donū. An non est sanctū, quū in eo figuraliter oves non agint nouem suisse dimissæ legatur, donec q; perierat, inueniretur à domino: nonne recte sanctus assuratur, in quo Hebrorū populus per annos quadraginta typicè cœlesti est alimento nutritus?

A tritus: Sic enim habes, panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo, ci-  
baria misit eis in abundantia. Quod enim populus ille non habuit in Ægypto, est conse-  
cutus in eremo. Qui aut̄ legit intelligat. De Helia uero propheta quid memorē? Ange-  
lico nāq; ministerio bis panis bucellā accepit, atq; in solitudine positus, corui unius est  
sustentatus obsequio. Verū quū uehiculō igneo esset transferēdus ē seculo, non in urbi-  
bus, sed cum discipulo pergebat in eremo. Disce igit̄ qui solitudinē habitas, quāta in ea-  
dem exuberent beneficia. Disce etiā q; facile ex eremo transitur ad cœlum. Prorsus im-  
possibile est quenpiā posse perire, qui eo quo debet modo solitudinis habitator existat.  
Recole præterea quāta de loāne deserti incola sint dicta præconia, q; sub annis teneræ  
ætatis se ab hominū subduxit aspectib. ne uel saltē leui delictorū macularetur cōtagio.  
In eremo idē constitutus reuelationes percepit innumerās, uerbi Dei populis ad se ue-  
nientib. semina sparsit, Christū agnouit in spiritu, monstrauit dīgito, atq; lordanis bapti-  
zauit in unda. Nullus pfecto quemadmodū iste eremi amator fuit. Quāuis enim impel-  
lente spiritu, & gratia comitante hoc ageret: sanctorū tamen multorū & prophetarū, q;  
præcesserant, fuerat eruditus exemplo. De quib. Apostolus inquit: Circuierunt in melo Heb. 11  
tis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quib. dignus non erat mundus. In  
solitudinibus errantes, & in mōtibus, & in speluncis, & in cauernis terræ. Talibus insti-  
tutionibus sacris imbura ecclesia anachoritarum multitudinem direxit ad eremum.  
Completem quidem est, quod propheta lōge antē prophetauerat dicens: Pinguiscent Psal. 64  
speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. In ipsis memoratis patribus quam lo-  
cuples extiterit gratia, spiritus multiplex, fœcundæ uirtutes, præclara scientia, uita pro-  
bata, celebris eorum fama pronunciat. Lucebant in solitudinis firmamento tanquam  
cōspicua luminaria, adeo ut opacam laudabilem operū suorum splendore seculi huius  
irradiarent noctem. Verum quoniā ingeniali mei supereminet uires, cuncta posse per-  
stringere, quæ sacrī in uoluminibus sanctorumq; gestis, de hac dilecta solitudine esse  
exarata noscuntur, quanta per ipsam euidentur mala, quantā uerum immensa prouenant  
moda, iuxta sibi indultam gratiam, tenuis sensus noster elucidet stylus. Erit proculdu-  
bio hoc, nedum illam tenentibus perseverantæ causa, uerum etiam adhuc in mundo de-  
gentibus, ad ipsam capessendā exhortatio pia. Quoniam boni notitia, uehementer con-  
cupiscentiæ uirtutem accedit.

C Quod solerter à corde temeraria sint refecanda iudicia. Cap. III.

D Ltisona diuinæ sapientiæ tuba Apostolus Paulus exhortatur dicens: No-  
lite fratres mei ante tempus iudicare, quoaduscq; ueniat dominus, qui & il-  
luminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordiū, & laus  
erit unicuiq; à Deo. Hoc propterea sanctus iste aiebat, quoniam nouerat  
q; facile de factis alienis cōsueuerint iudicia fieri. Nouerat, inquā, Deo es-  
se odiosum, mentiū proximorum uelle secreta rimari. Cæterum qui ad plenum ignorat  
se, atq; sui interioris latebras penetrare non ualet, quomodo poterit detegere occulta a-  
liorum. Imprudentiæ ac temeritatis signum notissimum est, quempia uelle æstimare se sci-  
re, quod inuestigare non licet. Quamobrem audite omnes, qui iudicia temeraria agere  
consuestis, eterni iudicis præconem, qualiter uos admonēdo coercent, quāue sententia  
audaciam repercutiat uelstrā, & ad sobriā humilitatem, sanacq; consilia reuocet. Quis(in-  
quit) hominum scit quæ sunt hominis, nisi sp̄ritus hominis, qui in illo est? Quis(queso) i. Cor. 1  
nō erret in iudicando occulta proximorū, quū frequentissime fallatur quisq; in proprijs?  
Quorundam hominum peccata (ait Apostolus) sunt præcedentia ad iudicium, quorundam uerò subsequntur. Porrò illa delicta præcedere dicuntur iudicium, & absq; ambi-  
guitate iudicari possunt, quæ manifesta sunt. Verbi gratia. Si uideris ebriosum, fornica-  
rium detrahentem, & luore blasphemantem, aliena rapientem, opprimentē intioxi-  
os, ijsq; similia facientem, quæ omnino damnabilia sunt, & recta nequeunt intentione agi,  
horum iudiciū nequaquam temerariū est, quoniā talia per se nota sunt iudicata ex se, atq;  
damnata pet legem. Huiusmodi facinora præcedunt iudicium, eademq; damnare repre-  
hensibile nō est. At uero ubi opus ambiguū est, & quo fiat animo, ignoratur, definitū iu-  
dicium evitandum est, ne efficiatur homo temerariæ sententiæ reus, dum quod rectum  
Laur. Iustin. Pp 3 est,

Esa. 5 est, arbitratut esse obloquum. Tales propheta arguens ait: *Væ huius qui dicunt malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Deo itaque cordis sunt reseruanda iudicia, qui solus scrutatur omnia, occulta penetrat, alijque ignota cognoscit.* Nihil enim oculis maiestatis ipsius ualeat esse inuisibile, quemadmodum de eo Heb. 4 stolus inquit: *Viuus enim est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usque ad diuisionem animæ, ac spiritus, compagū quoque & medullarū, & discrētor cogitationum, & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in consper-*

*Cu eius: omnia enim nuda & aperta sunt ante oculos eius. Dei igitur gloriā deprendari uidetur, quicunque humanarū mentiū assuevit arcana perquirere. Ipsi soli hominū cogitationes sicut notę sunt, ita iudicandæ ab illo. Quemadmodum legitur: In cogitationib. simplici erit interrogatio: sermonū aut illius auditio ad Deū ueniet, & ad correctionē ini-quitatis illius, quoniam auris zelus audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Idcirco à cordibus famulantum Christo proximorum sunt resecanda iudicia, quæ commaculant puritatem animæ, interiorememque perturbant oculum, qui ideo custodiendus est mundus, ut syncero intuitu queat contemplari cœlestia. O quod difficile ascendit supra se, quisquis operibus temerarie iudicando grauatur alienis. Ceterū & spiritualiter iudicare se nescit, qui mentium curiose percutuntur arcana. Suimet opinione inflatus, extraneorum damnat errata, qui humilitatis censura debuit propria. Sane per-temscit humiliis perscrutari mentum proximorum ignota cōsilia, sibi ipsi utiliter uacās. Stat infatigabili cura super sui custodiam, ut motus mentis insurgentes agnoscat, omnemque interioris suæ domus componit familiam. Semetipsum etiam laudabiliter dam-*gando, dījudicat, quatenus tremendum æterni Dei ualeat non formidare iudiciū. Apo-**

*stolica siquidē edictus sententia, seipsum ne iuste iudicetur, examinat, euaginatumque te-* net spiritualis censuræ gladiū, ut estimationis propriæ cogitatus interficiat noxios, atque humiliando se oculorum insolentiam premat. Hinc est quod sibi intendens, ceterorū minime perquirit errata: negligitque dum plangit propria, aliena iudicare delicta. Beatus plane humilis, qui omnium arbitratut se esse minimū, seque cunctorū uoce ueridica uiliſſimum esse fatetur. Iacet in imo, & per gratiam eleuatur in summis, atque semetipsum uili-pendendo despiciens, Deo & hominibus efficitur carus. Inflari quippe nescit, obhorret detrahere, fratresque suos iudicare formidat. Ceterum ut memoratos effugiat laqueos, & caritatis mutuæ irreprehensibiliter iura custodiat, solitudinem diligens secedit sponte, scedit soliuagus, hominumque consortia fugit. Nouit enim nauim, quæ absque interuallo fluctibus marinis exponitur, crebrisque procellosi & quoris agitatur turbinibus, detrimentum suimet perfere notissimum. Huiusmodi itaque instructus exemplo, tutissimum solitudinis frequenter petit portum, quatenus more peritissimi nautę, si quod in exteriori opere detrimentum pertulit, se intus humiliter componendo resarciat. Est plane soli-tudo pacatissimus timentium Deum portus, qui opportune à perturbationum fragoribus, contentiosisque disceptationibus, quæ ex proximorum conuersatione emergunt, ad se configuentem eripit, & reddit hominem sibi, ac libertati donat ingenitam, ut ualeat, prout expedit Deum querere, passionibus repugnare, spirituales debellare nequitiias, atque futuræ felicitatis corde degustare primitias. O amabilis solitudo ab amatorib. Christi, sectatoribusque uirtutum ardenter concupita, quæ sita sedulo, dulciter amplexata. Eo efficacius, quo lucidius thesauros agnouere tuos, atque sapido cordis palato perceperūt, quam suavis est dominus, & quam magna sit multitudo dulcedinis illius, quam abscondit seruiliter timentibus se, perficit autem eis, qui syncero caritatis affectu sperant in se. Quis (quælo à te) nouit arcana celorum? Quis adeptus est prudentiam spiritus? Hæc sane te p̄parante, te suscipiente, sempiternum uerbū reuelare dignatur. Quemadmo-dum per prophetā testatur dicens: *Ducam eam in solitudinē, & loquar ad cor eius. Duci-*tur equidem uerbi sponsa exclusis temporalium curis, tentationum importunitatib.* atque molestijs uictiorum in solitudinem spiritualē, ut audiat sponsum sibi nunc reuelantē mysteria, nunc amatoria loquentem, nunc futura prædicentem, nunc referantem superna. Ex hac igitur allocutione uerbi, sapientiamque eruditione præclarā, efficitur anima in agendis prouida, fortis in certamine, in aduersis secura, certificata in dubijs, in spiritua-libus*

A libus læta, atque interiori pace referta. Ob hos itaque spirituales adipiscendos profectus, qui ex singulari dignatione prærogati sunt sponsa Christi, quibusque militibus congruit interdum è certaminis secedere campo, & solitudinis captare suffragia, quatenus ex rediuiua reformatione mentis, robustiores effecti, contemnunt seculum, uitia reprimant, temeraria deuident iudicia, compescant linguam, iurgia fugiant, ac detractionum uenena perhorrescant, quæ potissimum ex iudicandi occasione proueniunt:

Quod prudenter proficientes debent uitare contraria, & potissimum lingue intemperantiam cohibere. Cap. IIII.



Ex mandat prudentia, ut quisque rationis compos fixta sibi indulta gratiā, adeptamque uirtutem, proficiendi debeat à se mouere contraria, ne ex incuria, ascendiendi contemptu, pullulantibus in se uitj, cogatur nō si-ne detrimento descendere, atque peccatorum effici seruus, qui potuit fieri iustitiae liber. Christi autem dilectoribus ad perfectionis alta tendentibus,

B plurimum linguæ ministerium cognoscitur aduersari: quæ (ut Iacobus apostolus ait) *Iuc. 3 Ignis est, uniuersitas iniuitatis, quæ maculat totum operum nostrorum spirituale corpus, & inflamat rotam natuitatis nostræ, inflamata & ipsa à gehenna. Nam quemadmodum si censura uirtutum cohibeatur, est membrum ualde perutile: ita si eidē intemperantia fræna laxentur, inquietum est malum, mortifero plena ueneno. Ex ipsa in ecclesiis diuinæ persoluuntur laudes, letantes concinunt chori, gratiarū exhibentur actio-nes. Sacra eloquia populorum inferuntur auribus. Benedictiones fiunt, & alia quā maxima proueniunt bona, quæ Deum timentibus, silentiumque custodientibus minime latent: at si ex incuria neglecta permaneat, horis singulis delictorum exaggerat fasces. Frequenter enim prorumpit in uerba blasphemiae, maledictionis, contradictionis, impugnationis ueritatis agnitæ, defensionisque culparum, quæ legis diuinæ attestacione damnantur. O quot nugas, quot ociosa uerba & scurrilia profert. Ista & si non perimūt animam, tamen infirmam reddunt, mētem dissipant, puritatē foedant, phanasmus parit, & Deo loquaces homines debitores efficiunt: dicente domino, *De omni uerbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationē in die iudicij.* Verum si de ociosis sermonibus, qui necessitate, & pia utilitate carent, in extremo examine interrogatio fieri, quid de blasphemis, detractionibus, mendacisque futurum sit, prudens quisque consideret. Sane ubi ociosa & iocosa abundant eloquia, frequentissime audiuntur quoque mendacia. Quā uero à professoribus ueritatis aliena debent esse mendacia, perspicue claret. In eorum namque sermonibus debet esse simplicitas copulata prudentia, ut non aliud lateat in corde, quā sonat in ore: debet etiam inesse ueritas sapientiae sale condita, quatenus nedum pro ueritatis assertione ædificare, uerum etiam ualeant ex sapientiae rudimento instruere. Neutrum horum mendaces diligunt. Refugiunt quippe uenire ad lucem, ne redarguti à lumine, deprehendantur in scelere. Latebras querunt, imitantes illum, qui fuit mendacijs primus inuentor. Is quoniam in ueritate non stetit, in eo minime ueritas est. Prophetæ comminationem audiant mendaces, dicens deo: *Perdes (inquit) omnes, qui loquuntur mendacium.* Nec ab re. Quantutum enim in ipsis est, immortalem, & æternā ueritatem (quæ deus est) destruere moluntur. Hoc uero dum agunt, illam in nullo lēdunt, illi nequaquam detrimentum inferunt, sed perimunt se, quemadmodum in sapientia uolumine continetur. Sic enim habes: *Os autem quod mentitur, occidit animam.* Resipiscant igitur ab hac nefaria consuetudine, desinant loqui falsa, desuescant hominibus suadere mendacia, ut ueritatis ac gratiae præsidio fulti, recidant etiam uerba inutilia atque iocosa. Cohærent sibi uitia, & uicissim copulata sibi famulantur in malum, adeo ut absque altero unum esse nō possit. Porro quicunque ab ociosis sermonibus minime linguam compescit, sapissime turpiloquia, mendacia, blasphemias, ac detractoria fatur. Qui autem detractor existit, mendax, perjurus, ac stultiloquus est. In una siquidem malignitatis catena, cōfederata sunt uitia in animarū ruinam, ab immundis spiritibus fabricata, atque contextam. Ista multitudinē magna illaqueat, ut secū ad interitū rapiat sempiternū. Lingue autem occasiones, quæ detrac-tioni est, pna, quātus quotidie doloſitatis suæ seruos faciūt esse emptitos: Grāde pfecto*

malum est proximorum oblocutio, perniciosum atq; commune, adeò ut illorum, qui p-  
socialiter uiuunt, uix reperiatur qui liber existat. Nam facilius quisq; aliorum potius  
quam propria damnat errata, sibiq; mitius indulget quam cæteris. Alienus proorsus à ca-  
ritate detractio est. Qui proximum sicut seipsum diligit detrahere nescit, neque de-  
**Sap.1.** tractoribus libenter præstat auditum. Custodite uos ( clamat sapientia ) à murmuratio-  
ne, quæ nihil prodest, & à detractione parcite lingua, quoniam sermo obscurus in  
vacuum non ibit. Impium procul dubio est, oblocationibus intendere, & rabido ore  
absentium lacerare uitam. Mandat dominus ut qui delinquit seorsum corripiatur, di-  
cens: Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum inter te & ipsum solum. Nu-  
quam autem præcipit ut detrahatur eidem: quoniam detractio spirituale homicidium  
est. Quod enim in corpore materialis agit gladius, hoc in anima detrahentium perficit  
lingua. O quam frequenter in cordibus murmuria audientium proximorum, quæ  
optimè uigebat in Christo extincta est fama: Evidem tripli scelere detractor effi-  
citur reus. Absentis quippe famam interimit, audientisq; ac propriam occidit animam. Hinc  
dominus aspera inuectione detractores se infecutum fuisse commemorans ait:  
Detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Circuncidenda igitur sunt labia;

**Psal.100** atque eloquia murmurij, ne contra detractores diuinam exaggerent ultiōem. Con-  
sueuit sane hoc uitii etiam uigere in bonis, atq; sub zeli specie iugiter captiuare impro-  
uidos. Innumeris sunt, qui potius in alijs, quam in se zelare diuinum honorem uidentur.  
Zelum Dei habent huiusmodi, sed non secundum scientiam. Rectus autem & com-  
mendabilis zeli iste est ordo, ut quisq; prius se, deinde corripiat cæteros. Verum qui sui-  
met iudex est uerus, nequaquam erit sollicitus aliorum iudicando damnare delicta.  
Quamobrem ô detractor, qui fratris tui obloquendo scelera detegis, ad te nunc meus  
est sermo. Quis te ( quæso ) uitæ iudicem constituit alienæ? Quis te fratum tuorum  
accusatorem fecit? Quid tua interest proximorum propalare facinora? Verum si de-  
linquat frater, nunquid te offendit in aliquo? Nunquid honori derogat tuo? Qua-  
rie (oro) ius habes in proximum, ut tuis uelis illum arguere uocibus, atque obtreclatio-  
nibus lacerare? Desine utiq; detrahere proximo, superiorem enim habet, qui illius u-  
niuersa, siue bona seu mala discernit. Suo quippe domino cum bene agit, stat, cum uel-  
lò delinquit, non tibi, sed suo domino cadit. Tu igitur quis es, qui tam improbe, tam  
manifeste, tam procaciter seruo detrahis alieno? Noli (quæso) fratris tui reprehensi-  
bilia acta detegere, sed potius edicto tua. Redi ad te, & discute te, iudica te, in statera  
humilitatis appende. Et cum te multis agnosces obnoxium, hoc tunc age in proximo,  
quod cupis ut fiat in te. Aduerte diligenter, cui delinquentium errata manifestes. Hoc  
autem tu dum agis, loquelæ tuæ modum impone, ueritatem perhibe, mentis motus re-  
stringe, passionibus animi legem indic, ne uitium sub uirtutis te premat imagine. Fal-  
leris omnino, & à semita caritatis elongaris, si te ad obloquendum iam susceptra propel-  
lit iniuria, si trahit liuor, si te temeritas suadet iudicandi. Consultius tamen facies si lin-  
guæ lora instituas, si sermonibus prudentiam addas, & cum Propheta dominum de-  
preceris & dicas: Pone domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs **H**

**Psal.38** meis, ut non declinem cor meum in uerba malitiæ. Optimè prophetica eruditis sen-  
tentia, custodiam adhibere loquelæ, ut non prorumpas in eo quod minimè far-  
licet. Disce igitur præmeditari, quomodo loqui debeas. Disce, inquam, eloquia tua  
cum discretionis lance pensare, potissime dum de absentibus proximis sermo occur-  
rit in medium, ne te locutum esse pœniteat. Esto ( iuxta Apostoli Iacobij memora-  
bile dictum ) uelox ad audiendum, quæ adficiunt te. Tardus autem ad loquendum  
quod non expedit. Et ad detrahendum tardior aliorum famæ. Virtutes proximo-  
rum omni cum alacritate propalare non cesses: uitia uero non nisi necessitate impel-  
lente, aut suadente utilitate. Alioquin eris fratrnæ diruptor caritatis, atque detra-  
ctionis reus. Beatus plane qui proximum non offendit uerbo, nec facile oppro-  
brium accipit aduersus fratres suos. Qui loquitur ueritatem in corde suo, & de bono  
cordis thesauro semper profert bona. Iste ( ut Propheta testatur ) habitabit in taberna-  
culo tuo, & requiescat in monte sancto tuo ô domine. Alio quoque in loco Propheta  
memo-

A memoratus ait: Quis est homo, qui uult uitam, diligit dies uidere bonos? Prohibe lin-  
guam tuam à malo, & labia tua ne loquatur dolum. Maximum itaque salutis indicium  
est, cum censura discretionis sermones proferre, esseq; in loquela rarum & ueracē. Plu-  
rima etenim euadit scelera, qui æquo moderamine loquendi ministerium peragit. Nam  
quemadmodum præcisa radice arboris moles ruit, fructus & ornamenta decidunt foli-  
orum: ita si compescatur lingua, uniuersa, quæ ab ipsa proueniunt mala conuiescent;  
Fœdat quippe uerbosi mentem garrula lingua, tepefacit ignem, lachrymarum exiccat  
fontem, pacis dissoluit foedera, compositas cogitationes turbat, fraternitatem dirimit,  
singit mala, mentitur iugiter, assidue detrahit, adulatio[n]i intendit, occupatur in nugis,  
amittit tempus, lites concitat, disseminat odia, contentiones parit, extinguit compuni-  
tionem, dominiq; timorem euacuat. Verum nulla effræno ad loquendum sunt potio-  
ra remedia, quam remotæ solitudinis sectari quietem, amare silentium, hominum &  
præcipue loquacium declinare consortia, delectari in domino, assiduaq; illius spiritua-  
li allocutione gaudere, necnon supra suum uigilare custodiam. Difficile etenim per lo-  
cationis immoderantiam à diuina excidit gratia, quicunque in cognitione propria hu-  
miler conuiescit.

De plasmatione humani corporis, & qua de causa rationis spiritui  
aduersum sit. Cap. V.



Nuniuersi constitutione, humanum corpus à deo plasmatum esse, atque  
rationalem spiritum in eodem legimus fuisse infusum, ut illud animaret,  
regeret atque nutrit. Nihil enim per se ualebat sibi, sed prorsus erat inu-  
tile. Cæterum quamvis fuisse formatum ex limo defectibile atque morta-  
le: opus tamen erat mirabile, & per mediatoris gratiam suo tempore diu-  
no honori donandum, atque in dignitatem angelicam reformandum. Evidem sup-  
erioritamdiu famulatum est, quamdiu idem obtemperauit altissimo. At uero ex quo per  
peccati consensum præuaricatio diuinæ legis inualuit, corporis tota est deordinata cō-  
pago, factaq; est nedum sibi ipsi gravis, uerum etiam rationali spiritui aduersa, adeò ut  
cato pugnet contra spiritum, & spiritus aduersus carnem, absque pacis ulla concordia.  
Nam caro suo naturali impulsu infatigabiliter trahit ad ima, cōmoda reponalia quærit,  
corporalibus uoluptatibus delectatur, uisibilibusq; inhæredō souetur: spiritus uero cu-  
sua ingenita dignitate perficitur, corporis sibi uendicat dominatum, semper appetit sci-  
re, præesse desiderat, proficit spiritualium cognitione uel gustu, immortalitatem dili-  
git, cælestis gloria culmen sitit, & deo ut coniunctus sit, semper exquirit. Caro igitur  
& spiritus dum singuli concupiscunt propria, inimicantur inuicem. Verum hęc merita-  
lugenda res est, paucisq; conspicua, uixque inuenitur, qui uelit aduertere, cur facilius  
spiritus carni, quam caro spiritui obtemperet. Debuit prorsus spiritus qui dei in se ge-  
stat imaginem, & ad corporis institutus est regimen, deditnari operibus se substernere  
carnis, quum famulatu perpetuo eandem acceperit ancillam. Debuit, inquam, solerter  
custodire suæ prælationis imperium, quatenus conditoris lege seruata, & indulta gra-  
tia, eosque reformaretur in melius, quo beatæ uisionis fieret dignus. Sed ( proh do-  
lor) in honore positus, quoniam non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus,  
& similis factus est illis. Factus est in traductionem inimicorum suorum, datusq; in  
prædam spiritualium bestiarum. Nempe tanquam subiugale animal captiuus effectus  
per abrupta uitiorum huc illucq; deducitur. Carnis curam heu, quam sedulo ministrat  
officio, quam diligenter perficit, quanto se peragit compassionis affectu, illam souet,  
& nutrit delicijs, quantum ualeat preciosis exornat uestibus, sublimat honoribus, diu-  
tijs terrenis locupletem facit. Omnis eius intentio, cunctaq; cogitatio in carnis uolu-  
ptate uersatur. Evidem obliuiscitur qualis sit, quid agat, cui deseruiat, quid amiserit,  
quid inuenerit, extra se insensibiliter totus effusus, quo tendat ignorat. Captivitatem  
namque propriam nescit, ærumnas suas non sentit, internam paupertatem minime ui-  
det, carnis obuolutus in cœno, quodq; his deterius est, se admonentem spenrit, corripi-  
entem fugit, exhortantem despicit, seq; reuocantem ad se audire dissimulat. Hinc iocis  
uacat, intedit fabulis, uoluptatibus opera præbet, obsecenis delectatur actibus, gaudet  
dum malum perpetrat, & in rebus exultat pessimis. Non reproboxum terretur supplici-  
eis,

cūs, neq; præmījs afficitur beatorum. Futura siquidem negligit gaudia, præsentiam insipientiū illectus amore, corruptibilis ac fœtidæ carnis calice debriatus, naturam spiritus turpiter peruerit in carnē. Huiusmodi prorsus debuit poena multari, qui incōmutabili spreto bono degeneris materiæ effectus est seruus, atq; adulteræ blanditijs assensum tribuens, cœlestē nequaq; ueritus est repudiare sponsum. O præuaricator aeterni cōfiliij. O diuinæ irrisor sapientiæ redi ad cor tuū, reuertere ad iudiciū. O, inquā, rationalis spiritus, qui aeterni regis nobilem in te geris imaginē, resipisce aliquantulū, euigila a letali, quo deprimeris somno, auditum sanis para monitis, ne obstinatione detentus, per eas in aeternū. Quamdiu dormis? Vsq; quo piger & ingrate dormitabis? Surge (ad te clamat Apostolus) qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Ut quid à tua ingenita nobilitate degeneras? Cur te inferiori prostituis fœdissimo uidelicet caudieri immunditia pleno, cōcepto in sceleribus, scatenti fœtoribus, uermiumq; escæ futuro post modicum? Tibi datum est principandi imperiū, regimen mundi, intelligendi fastigium, perpetuitatisq; decor. Tu carni præsidere debes, non illa tibi, ex te honorem illa consequitur. Immortalitatem resurrectionis non ex se, sed habebit illa per te. Tu caput illius, sicut Christus est tuum. Tu spiritualis naturæ insignitus es dote, illa corpus est fragile, onerosum, atq; mortale. Quid igitur tibi cum carne & sanguine, ut illis testernas, qui angelorum consortia, & beatæ uitæ possessorus es gaudia? Non te (quæso) allietat carnis illecebra. Non te luxuriæ fœtor illaqueet. Non te uentris uoluptas absorbeat, neq; terrenarum rerum te decor emolliat. Cœli pulchritudinem inspice, syderum contemplare splendorem, Solis ac Lunæ famulatum aduerte. Omnibus quæ sub cœlo sunt te prætulit Deus. Te quidem fecit per se, se insinuavit per te, propter te descendit ad te, atq; per se te eleuavit ad se. Tui itaq; redemptoris gratiam, tui redemptionis premium, & salutis donum iugiter meditare. Ista te erudiant de te, te reformabunt in te. Tibi interna allocutiōe notificent, quid querere, quid sperare, quidq; ex corde debeas diligere. Nemo de te melius instruet te, quām ille qui gratis sine te fecit te. Nouit optimè ipse facturam suam. Meminit, inquam, quanti emerit, ut illam à diabolica seruitute erueret, ac libertate donaret. Ex conditore quidem tuo intellige qualis es. Ex precio autem prærogato pro te redemptoris tui agnosce munus, tuæq; præuaricationis pondus. Te quæsiuit solicite, qui errabas sicut perdita ouis. Te redemit non corruptibili aurum argenti precio, sed suo precioso cruore. Te mundauit baptismatis lauacro in uerbo suo sempiterno, ut te sibi exhiberet in sponsam absq; ulla ruga aut macula. Tesibi desponsauit in fide, quemadmodum ore prophetico pollicitus fuerat dicens: Et sponsabo te mihi in sempiternum. Et sponsabo te mihi in iudicio & iustitia, & in misericordia, & miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide, & scies quia ego dominus. Te deo- mūm sibi amoris uinculo copulauit, sicut per Prophetam commemorans ait: In funeribus Adam, & in uinculis caritatis attraxi te, miserans tui. Diligentem igitur te dilige, uocanti responde, aperiq; pulsanti. Cae summopere, ne legitimum despicias sponsum, & te exponas adultero, illiq; efficiaris similis. An ignoras, quod quemadmodum qui adhæret Deo unus spiritus fit cum eo, ita & qui meretrici adhæserit, unum cum ipsa corpus efficitur? Quamobrem da honorem Deo, reddecq; te illi qui tibi præsttit te, ut non reperiaris ingrata, & cum extraneis adultereris, pariterq; damneris cum illis. Adulterabis profecto si te prostitueris carni, permiserisq; tibi ancillam dominari. Cæterum ut non declines cor tuum in uerba malitiæ ad excusandas excusationes in peccatis, sor-didoq; infatuatus amore, dicas te odisse non posse carnem, quam dominus fecit, ut tecum sit, uiuat simul ac pariter conueretur, tuo dirigatur consilio, tuisq; ditetur meritis, atque esse impium eidem naturalia denegare solatia. Apostolum attende sic dicentem: Obsecro uos per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium uestrum. Te quām prudenter instruxerit oro diligenter obserua. Illius monita nullatenus negligere debes, quoniam te docent, qualiter tuum tibi ualeas hostem subigere, gloriosumq; de illo reportare triumphum. Carnem igitur tuam per ieunij, ac uigiliarum macerationē, uiuam offer hostiā, ut spiritui repugnare non possit. Erit autem tunc sancta, quum pudicitiæ candore fulget. Verum ex morū probitate composita, absq; dubio, Deo efficitur placens. Sicut oī pruden-

Ephe. 5

Ose. 2

Ose. 11

Rom. 12

A prudenter hæc uniuersa perficias, ut rationabile tuū coram domino sacrificiū semper appareat. Hoc equidem tūc laudabiliter cōsummare ualebis, quū ab hominū tumultibus fueris segregatus, cūm spredo seculi luxu, certam quæ ad uitā ducit peregeris uiam, ac discipline uirtutū sensibus tuis indixeris legē. Maximā etenim de obtainenda uictoria consequeris fiduciam, si spōte renunciaueris mundo, remorioris conuersationis loca delegeris, tibiq; tecum habitare libuerit.

Quod dominus Iesus exhortationis uerbo, atq; remunerationis promisso presens seculum dicit esse spernendum. Cap. VI.



Ciens dominus Iesus uisibilem hunc mundū in maligno positū, innumera-bilis laqueis uitiorū refertū, & laudabiliter Deo uolentib. uiuere esse con-trarū, ad ipsius contemptum fideles suos sicut exēplo, ita exhortatus est du-plicis remunerationis promisso. Illū contempsit, atq; contēptibilem esse in-dicauit. Nullā pr̄sus eius dignatus est habere substatiā, nō agros, nō uineas,

B non oliveta, non prædia, non possessiones, nū aurū, non gemmas, neq; ad commoran-dum habitacula, adeò ut diceret: Vulpes foueas habent, & uolucres cœlinidos, filius au-tem hominis non habet, ubi reclinet caput suum. Tanquam peregrinus in eo uixit & ac-cola, paruissimo tantum usus est cibo, uiliq; coopertus pallio, necnon exanimis factus alieno extitit humatus in tumulo. Nullus illo pauperior, nullusq; illo dicitur, paupertatem audisti, illius quoq; diuitias audi: Domini est terra & plenitudo eius (inquit Prophēta) orbis terrarum & uniuersi, qui habitant in eo. Quum igitur possideret omnia, essetq; uniuersorum dominus: noluit tamen per regiam dignitatē uel honoris cathedram, in-sinuare quis esset, quatenus imitatoribus suis, humilitatis seculiq; contemptus præbe-ret exemplum, & nullus ambire præsumeret, quod ipse despicerat habere. Se regē in-stitueret cupientibus declinauit à turbis, perrexitq; suis crucifixoribus obuiam. Negle-xit igitur cum mūdo contrahere fœdus, lætiferas illius contēpsit blanditias, atq; nefaria-s ipsius fraudes sic prædicando detexit, ut capitale contra se excitaret odium. Meritō-

C Christum mundus amare non poterat, dum malis eius operibus uerbo testimonium ex-hiberet & facto, atq; ex eodem secerneret uiros, per quos uniuersarum in nationibus gentium uerbi Dei diffunderetur semen, & sanctæ ecclesiæ quotidie area repleretur, horreaq; cœlorum. Vnde Apostolis ipse dominus aiebat: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi de mundo, ut eatis, & fructum multum afferatis, & fructus uester maneat. Cæ-terum ut spiritualis hæc messis uberior fieret, & auditorum uigor accresceret, locuple-tum contempti huius asseruit esse mercedem dicens: Omnis qui reliquerit patrem aut matrem, aut fratres aut sorores, aut filios, aut propinquos, aut agros propter no-men meum, centuplum accipiet, & uitam aeternam possidebit. Duplicem spontere-nunciabitibus seculo insinuavit dominus esse mercedem, in præsenti centuplum, & uitam aeternam in futuro. Cuius in tali promissione non euigilet animus, ac natura-lis non accendatur affectus: Currite huc omnes qui terrenas dignitates concupiscitis, quicq; diuturnam uultis uitam, & diligitis dies uidere bonos. Currite, inquam, & uos qui temporalibus rerum facultatibus ditari desideratis, & aeternæ sapientiæ pollicita-tiones maximas cordis aure percipite, mente retinete, atque tota animi intentione di-ligite, humilitatem sectamini, labentis temporis felicitatem spernite. Vendite quæ tem-poraliter possidetis, & pauperibus erogate, quatenus uobis thesauros congregetis in cœlo, ubi rubigo non consumit, nec demolitur tinea, neque fures effodiunt uel fu-rantur. Insuper habeatis uitam aeternam. Sponte relinquite, quod in morte deseritis in-uite. De necessitate uitutem elicit, & de uoluntatis libertate mercedem. Nolite (iu-xtra Ioannis Apostoli salubrem admonitionem) mundum diligere, neq; ea quæ in mun-do sunt, quoniam omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut est superbia uitæ, quæ non sunt ex patre. In eo in-domitæ feræ tartareæ legionis pertransiunt, catuliq; leonum rugientes discurrent, ut rapiant, & querant escam sibi. Insidiantur plane animabus innocentium, & deceptionis multifariæ laqueos parant, nunc suasionibus blandis, nunc falsis promissionibus, nunc terroribus uanis, ut imprudentium deludant mentes, gressusq; supplantent, & eorum disperdant gratiā, atq; perpetuæ addicant neci. In ipso itaq; uisibilis mūdi stadio visibiliter

Matth. 8

Psal. 23

John. 15

Matth. 19

John. 14

John. 13

John. 12

John. 11

John. 10

John. 9

John. 8

John. 7

John. 6

John. 5

John. 4

John. 3

John. 2

John. 1

uisibiliter piratæ discunt per æquora. Latrones uiatoribus bona diripiunt. Irrumpunt habitacula fures, potentes opprimunt uī inopes. Supplantant dolosū simplices, inuidi bonos æmulatione lacesunt. In eo nihil rectum, nihil est sanctum, in quo perit iustitia, negatur ueritas, pax confunditur, soluit lex, societas dirimitur, præcipitat furor, inimici citiæ uigent, nutruntur odia, iurgia sunt, sicut crudelitas, impudicitia regnat, cōmittuntur adulteria, stupra miscentur, dominatur ambitio, superbia extollit, crimina evertuntur. Inopinati casus premunt, infirmitas atterit, fames cruciat, coercet frigus, frangit egestas, dolores dilaniant, carnisq; uitam mors furibunda præcidit. Totus siquidem quū sit turbibus plenus, ille uere censendus est felix, qui Dei gratia præuentus aridum mundū spernit cum flore. Illius obhorret amicitias, atq; remotæ solitudinis monasteria sancta in habitat. Porro huiusmodi sic segregatus à populis, bellorum fragores non sentiet, malorum non patietur insidias, non seculi atteretur angustijs, non extolleter in prosperis, non deprimetur aduersis. Nullis mundi euerteret illecebris, nullis honoribus inflatus incederet: sed dilecte solitudinis parietibus septus, securus stabit, diuinæ lœtus exoluens laudes, pacificus sedebit in cella, atq; per contemplationem erectus, sponsi admittetur in thalamum, eritq; tanquam mundo mortuus, & uiuus Deo, quemadmodum quibusdam conuersis fidelibus Apostolus ait: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in Deo. Sanè illi spiritualiter iudicandi sunt mortui, qui mundi delectationibus, uoluptatibus carnis, ac uisibilis cunctis renunciantes ex corde, & remotione so litudine soli Deo uiuere decreuerunt. Horum etenim uita quamvis à mundi dilectoribus in fructuosa esse censeatur, & mortua utpote in seculi agibilibus minus intenta, est tamen perutilis atq; fœcunda. Latet quidem in terra uisceribus arboris radix, corporisq; oculis quando uidetur, apparet contemptibilis atq; deformis: & tamen ex eadem prodij ligni duritia, asperitas corticis, foliorū amoenitas, redolentia florū, fructuumq; dulcedo. Quamdiu hæc uiget, arbor germinando fructificat. Ipsa autem arescente radice, omnis arboris pulchritudo marcescit, lignumq; infœcundum efficitur, flamarum incendio concremandum. Quicquid autem radicem diximus inuisibiliter operari in arbore, æquæ anachoritarum, deoq; militantium agere in Ecclesia arbitrandum est uitam. Monasteriorū quippe secessus petunt, in cellularum speluncis latitant, & seculo uidentur ignoti. Alieniq; cum sint ab occupationibus mundi, & ab illius delectationibus se questrati, delinquentiū tamen peccata orando sustentant. Nam die noctuq; diuino afflunt conspectui, compassionis emitunt gemitus, lachrymas devotionis effundunt, fraternæ caritatis offerunt uota, quatenus placabilem erga proximorum errata iudicis se ueritatem reddant. Fit autem orantibus illis in peccates æquanimior Deus, ad præstandum indulgentiam pronior, gravior ad susceptionem pœnitentium, ad erogandum dona hilarior, atq; ad gloriam condonandam latior. Sunt igitur intercessores mundi, secuti lumen, uitutū exemplar, speculum sanctitatis, religionis norma, fidei disciplina, angelorum socij, amici sponsi, altissimi filij. Si tamen concordent professio & uita, conuersationis synceritas, seculiq; contemptus. Eia nunc ô milites & imitatores Christi, & christianæ ueritatis ostensoris præclarí, qui per temporalium abrenunciationem, & remotionem uitam famulari domino decreuistis, perceptam cœlestis gratia prærogatiuam agnoscite, munusq; uobis impensum (quæso) diligentissime custodite, intus seruante quod foris exhibitis. Ex corde relinquite, quæcunq; despexitis in opere, ne deaurata litis monumenta, parietes dealbati, atq; hypocritarū imaginem teneatis. In eo quod laudabiliter inchoastis, perseuerate uiriliter, quoniam minimè labor uester esse poterit in nis domino. Reperiستis preciosissimam margaritam in solitudinis agro reconditā, atq; humilitatis abiectione sepultam. Læto igitur animo, flagrantissimoq; amore uendite quæ possidetis, omnem carnis à uobis abdicare illecebram, ut thesaurorum illius ualeatis esse particeps. Laborabitis procul dubio quousq; eius speciem interiore obtutu cernere, atq; suauitatis ipsius dulcedinē gustu lapido percipere efficiamini digni. Tunc uero cœlestibus locupletati diuitijs, ac spiritualibus delectationibus pasti, iucundissima uobis de cætero remoto solitaria fiet. Nam quemadmodum ipsius cōmoratio se inhabitanter à plurimis redimit malis, ita custodita prudenter internis facit exuberare delicijs.

Quod

Quod corporales sensus habere debent edomitos, qui quietem eiusq; spiritualem cupiunt gustare dulcedinem. Cap. VII.



O lens dominus Deus Hebræorū populu in hæreditatis introducere locū, terrā uidelicet promissionis lacte & melle manantē, mandauit ut prius regionis illius debellarent g̃tes, sibiq; subiaceret, quatenus urbes eorū, & cāstra iure hæreditario pacifice possiderent. Illorū etenim admonitione nos docuit, qui solitariae cōuersationis loca (terrā utiq; lacte & melle manantē) incolere elegimus, ut sciremus neminem in solitudinis ariditate pacifice posse quiescerre, eiusq; suavitatem gustare, si nō ante per uitutū censurā dīcicerit sibi carnaliū sensuū subiugare petulantia. Iste spirituale terram, quæ nobis diuina pollicitatione debetur, occupant, nec sinunt illā fructū germinare iustitia. Diripiunt namq; s̃epissime gratiarū semina immissa per angelos, ne fructifcent laudabiliū operū germen delectabile doim no, omnibusq; cœlestis curiæ beatorū agminibus. Euentur quidē mentis sensum colliguntibus suis, & ueluti profugam in hac regione umbræ mortis, atq; captiuam ducunt, sicutq; insensibili & alienā efficiunt, ut nequaquā saluberrimis monitis intendere queas. Quis (quæso) reserare sufficiat ad perfectionis fastigium attingere cūpientibus, & spirituali in stadio spiritualiter certantibus, quantā impedimenta, quōtuē tentationes horis singulis corporalibus excitentur ex sensibus: Fenestræ quippe animarum sunt, per quas s̃epissime ex incuria, animi q; torpore letale uirus infunditur. Nōne quoties obrectantibus damnabiliterq; loquentibus, ac suggesteribus impudica & noxia aures accommodamus, toties in cordis penetralia diræ mortis fœtor ingreditur? Cæterum si fabulis scurrilibus, iocolisq; uacatur eloquijs, patuloq; auditu uerba suscipiuntur in animam. Nunquid non uarijs cor phantasmatibus occupatur, & tanquā diuersis commotum flatibus, huc illucq; impellitur, atq; passionum inuoluitur uoraginibus? De oculorum autem quid memorem sensu? An non decoræ mulieres, ornatae ut similitudo templi, auri, argenti, gemmarumq; aspectus, excelsa prædia, depicti parietes, uestes purpureæ, nitentia serta, preciosa monilia, pomiseræq; arbores concupiscentiæ excitant oculorum? Vedit (inquit sermo diuinus) mulier lignum, quod esset pulchrum uisu, & gusto delectabile, & comedit, deditq; uiro suo, atq; amborum aperti sunt oculi in culpa, qui innocentia candore clausi tenebantur. Equidem si non aspexisset Euā, minime concipiueret. Verum quoniā impudice & incaute uidit, cōcupiuīt, comedit, & corruit. Nō igitur intueri licet qd nequaq; licet cōcupisci. Vedit quoq; Propheta, homo secundū cor Dei mulierē deabulans in solario, atq; immodico de illo exardescens amore, uoluptatis passione prostratus, homicidium pariter & adulterium perpetrate nō timuit. O quantis concupiscentiarum sagittis, ex inordinato oculorum aspectu, imprudentis transfigitur cor? Transmittūt utiq; effrenati intuitus ad animam corporearum formas rerum, atque concupisibilium qualitatem imagines, suaq; importunitate internam diuidunt unitatem, sanctos dissipant cogitatus, animi rigorem debilitant, tepefaciunt caritatem, compunctionem minuant, deuotionem fœdant, pacis tranquillitatem turbant, & terre ni pulueris insufflatione rationale caligant obtutum? Porro ubi incontinentes & effrenati sunt oculi, cogitationum inordinatio adest, phantasmatum numerositas, polluta oratio, dormitans intentio, proficiendi defectus, concupiscentiæ amor, mentis euagatio, indisciplinatio morum, leuitatis abundantia, quæ est notissimum incontinentiæ signum. Libidinis quippe spurcias beatus lob metuens, quæ ex incontinentiæ proueniunt aspectu, sibi pudicitiæ indixerat legem, unde & aiebat: Pepigī fœdus cum oculis meis, ut non cogitarem de uirgine. Notuerat uir sanctus callidi hostis insidias, quām frequenter per exteriorem speciem consuevit mentis fœdere puritatē, intemperantiam membris adducere, atque castimoniae uiolare decorum. Hinc aduersarijs obstruxit aditum, & concupiscentijs frænum imposuit, quatenus cor non deflueret turpiter in eo, de quo absque iactura cogitate uix posset. Vates quoq; sanctissimus oculorū lumen iactat periculosa nimium esse intelligens, obnixe dominum deprecatus est dicens: Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem, iti uia tua uisifica me. Humana uix ualeat explicare facundia, quantum interiori homini corporalis uisus iacturam inferat. Quod enim se diffundit latius, pluraq; in se ac diuersa percipit, eo magis nocet, si absq; hortantur. Laur. iustitiæ

Gen. 3

2. Reg. 11

Job. 31

Psal. 118

Qq. tioniſ

tionis censura permaneat. Nam quantumcunque uideat noua, decora aspiciat, intu-  
eatur multa, minime se refrænando quiescit. Non satiatur ( inquit sapiens ) oculus uisu,  
**Ecles. i** nec auris impletur auditu. Cæteri autem sensus quemadmodum facilius satiantur,  
quæm hi, quos memorauimus, ita & minus perniciosi sunt. Quamobrem uisui audi-  
tuiq; solertia est adhibenda custodia, ne pereffuant, & spirituales hebetet sensus. Hinc  
optimè ad eorum edomandam lasciuiam, remota congruit solitudo, quæ noxijs car-  
nalijs sensuum caret fomentis. Nequaquam pecuniarum affluentia, necq; pomptatus  
uestimentorum apparatus, uel concupiscibiles corporeis oculis reperiuntur species, que  
intensis ualeant damnabiliter affectu allucere. Verū nec scurrilitas nouitatum emergen-  
tium, non obtrectantiū uerba, necq; impudicii inutilisq; sermonis prolation in auriū con-  
crepat sensu. Desunt etiam cæterorū sensuum uoluptuosæ materiæ. Non enim in solitu-  
dinibus inueniuntur diuersorum odoramentorum lenocinia, quæ excitant pruritum li-  
bidinis, non lautiora sunt fercula, non saporum uarietas, quib; uentris sectari potest in-  
gluuiæ, atq; reprehensibilis intemperies gustus, necq; proprij seu alieni corporis immode-  
ratus attactus. Quū potius diuinæ præsentia assuetus spiritualiter animus, nihil priuate  
perpetrare sinat, qd̄ non etiam in publico liceat. Circumscribitur ergo in cella oculus, &  
crebro in terrā desigitur, quatenus originē & finē suum rationalis homo ex ipsa consi-  
deret. Auertitur denique ab omni strepitu sonoro auditus, ut in desideriorū suorū cla-  
moribus mens ipsa attentius à domino ualeat audiri. Cæterum in quietis eadem cōstitu-  
ta silentio, potest delectabiliter audire, quid illi loquatur sapientia, quoniā frequentissi-  
me loquit pacem in plebē suā, & super sanctos suos, præsertim tamen in eos, q; ob dulce  
diuinī gustus couertunt ad cor. Non enim in tumultib; hominū se cōmunicare con-  
suevit, sed his qui remoti sunt, sicut sacrarū eruditum testimonij scripturarū. Erāt quip-  
**Aff. i** pe (prout legimus) apostoli, cæteriq; discipuli post domini ascensum in cœnaculi secre-  
to inclusi, sedentes pariter, assidueq; orantes, super quos sp̄ritus sanctus largo gratiarū  
imbre in linguarum, ac ignis splendore descendit. Hoc namq; paraclitū propterea egis-  
se legimus & cognoscimus, ut dīsceremus quantum eidem fraternitatis unitas, silentij G  
bonum, solitudinis locus, atq; orationis instantia placeat. In huiusmodi spiritualibus stu-  
dijs occupatis maiestatis suæ exhibuit præsentia, sicq; cœlestis regni, ac diuinorum elo-  
quiorum fecit esse ministros. Vniuersos siquidem horū eruditum exemplo, quatenus ne-  
mo procedere auderet ad publicum, atq; docēdī explere officium, nisi post exercitatio-  
nem quietis, orationisq; secessum. De hac proficiendi regula, prophetico in psalmis ad  
**Psal. 126** monemur oraculo: Vanum, inquit, est uobis ante lucem surgere, surgite postquam se-  
deritis, qui manducatis panem doloris. Eandem in seipso Saluator manifestauit. Ad lor-  
danis quidem fluenta perrexit, baptizatus ex aqua ascendit, atq; deserti uastitatem cum  
diabolo pugnaturus intrauit, demum celebrata uictoria, prædicationis sumpsit exor-  
dium dicens: Poenitentiam agite, appropinquauit in uos regnum cœlorum. Sana pro-  
culdubio & salubris est ista admonitio, ut prius q; alios q; squā prædicator eruditat, discat  
ex se quid cæteris debeat. Nec minus exemplo, quæm uerbo doceat. Contēptibilis pror-  
**Matt. 3** sus agnoscit esse doctrina, quā minime laudabilis uita decorat. Ante cœpit dominus le H  
sus facere, postmodum uero docere. Compungatur igitur, & à propria temeritate desi-  
liat, quisquis ante quietis portum nauigare, atq; sine remigio uirtutū prædicationis ue-  
la ostentare uoluerit. Evidem superbiæ detentus uēto, ignominia collidetur in scopu-  
los: eritq; inanis gloriæ speculū, qui seipsum erudiendo humiliter potuerat esse uirtutū.  
Optima plane humilis uiri est humilitatis doctrina, q; siue loquendo instruat, seu com-  
mendabiliter tacendo quiescat, semper nescitur esse proficia. De thesauro namq; suo  
bonorū operū, quæ geslit rudimenta pronūcians, auditorū animos conuertit ad gratiā.  
Cōcordat quippe eius uita cum uoce, efficaciterq; benedictio diuina sentitur in opere.  
Non enim sub modio, sed super candelabrum constitutus ecclesiæ, uniuersis lucet, qui  
in Dei domo sunt positi. Cunctis etenim cum honorabilis sit, soli sibimet ipse uilescit.  
Nunc igitur tacendo quieti intendens, orando iudicem interpellat pro populo. Nunc  
exhortationis eloquia proferens, errantia corda conuertit ad dominum. Fitq; ut, siue  
per orationis ocium mente exceedit Deo, seu sobrie loquitur hominibus, Christi semper  
caritate pinguecat.

Quare

Quare dominus Iesu in ecclæsia, præsidentium ac prædicatorum gradus, atq; ceterobis  
tarum instituit loca. Cap. VII.



Ostquā dominus noster Iesu Christus triumphato mundi huius princi-  
pe, cœlum gloriosus ascendit, ecclæsiam suam mīra uirtutum omnium ua-  
rietate decorauit: illamq; spiritualibus charismatibus, ac per uigili angelos  
rū muniuit custodia, adeò ut immundis sp̄iritib; sit ualde terribilis. Nec ab  
re ipsa sit uoluit undiq; esse protecta. Nouerat enim, pstrato ducē, quantā  
pericula exercitū immineant uniuerso. Nouerat, inquā, q; post suū abscessū, q; maximas  
persecutiones à mundi principib; atq; à potestatib; tenebrarū fuerat ipsa passura. Con-  
tra q; humana minime potuisset præualere infirmitas, nisi diuino misericorditer fulcita  
fuisset auxilio. Quis (oro) tam naturali ingenio, animi uirtute, aut prærogatiua sanctitatis  
est præditus, ut non absq; ambiguitate succumberet, si cum antiquo aduersario, si  
ne spirituali suffragio eidem permitteretur habere congressum? De illo namque ad  
**B** beatum Iob à domino dicitur sic: Non est potestas super terram quæ comparetur ei, qui  
factus est, ut nullum timeret. Omne sublime uidet. Ipse est rex super omnes filios super-  
biæ. Ut igitur aduersus illum iniusta perseueraret ecclæsia, præclaros in ea constituit du-  
ces, qui bellatorum animos, non minus erudirent ad pugnam, quæ animarent ad præ-  
lium. Hos etenim tanquam robustissimos uiros in ipso certaminis posuit fronte, qua-  
tenus aduersus inimicos pugnarent uiriliter, exemplo suo excitarent ad bellū, suaq; pro-  
tegerent uirtute pusillos. Præsidia quoque erexit innumerā, ad quæ formidolosi aces-  
derent, & ab incursibus intellectualium bestiarum protecti quiescerent. Ad ipsa etiam  
uoluit, ut laissi interdum secederent bellatores, uiresq; resumerent, sicq; robustissi de ca-  
tero dimicarent. Minime tamen ab his laborantes & oneratos exclusit, quatenus reled-  
erent, & ab incursibus terrenarum actionum, sub Hugo ipsius interiorem requiem possiderent  
Sciens itaque dominus, qui uniuersorum salutem concupiscauit ut pater, arduum esse crū-  
cēm tollere, & ipsum in agone passionis imitari, atque per mortem corporis, martyris  
**C** subire supplicium, leuioresq; certandi instituit modum, quatenus qui mori metueret, sal-  
tem semotus à populis uitij & temptationibus, nequaquam resistere recusaret. Hac de  
causa anachoritarum indixit vitam, & cœnobitarum loca fundauit, ut qui p̄ Christo  
formidaret occumbere, aduersus innatas & adultas carnis & animæ passiones, asse-  
sceret dimicare. O Dei nostri pia dignatio! O capitū nostri sollicitudo non pigrā, hortat-  
ur dimicantes in prælio manifesto, eisq; patiendi robur præstat, ut uincant. Cettantes  
instruit in occulto, ut dæmonum fraudes agnoscant, atque de ipsis fortiter reluctando  
triumphant. Martyribus quippe futuræ remunerationis insituat gloriam, seq; gloriose  
reuelat in illa. Quod quidem clare patet in Stephano, qui cum iudeorum obrueretur la-  
pidibus, in cœlum respexit & ait: Ecce video coelos apertos, & Iesum stantem à dextris  
Dei. Cœnobitis autem seipsum manifestat in spiritu, deuotione nutrit, ne laissati prætæ-  
dio, in monasterij campo succumbant. Sane quod docuit, pertulit, & quod suaſit, ipse  
perfecit. Mortem enī, quam pro ueritatis defensione docuit non esse timendum, uiri-  
liter pro redemptione nostra ipse sustinuit. Observantia quoque claustralium regulam,  
quam sanctorum suasit mentibus optime operibus ipse compleuit. Vtrobicq; per uirtu-  
tum semitas milites præcessit suos, quatenus absq; redargitione ueraciter diceret: Qui  
mihi ministrat me sequatur. Sciendum tamen est, quæ illum debemus se qui, nec minus  
usquequo, quām ueritatis mercedem sit donaturus sequentibus. Quis (oro) sponte graden-  
**D** do sequitur, si ignoret quæ Cæterum quis sine ambiguitate sequitur, si nesciat quod? V-  
niuersi autem mercedis remuneratione trahuntur. Magistrum igitur audi sub compen-  
dio te erudiantem de singulis, ut opere ipsum imiteris ardentius. Qui uult (inquit) ueni-  
re post me, abneget se metipsum, tollat crucem suam, & sequatur me. De mercede au-  
tem sequentium se ad patrem sic ait: Pater quos dedisti mihi uolo, ut ubi sum ego, & il-  
li sint mecum, & uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me. Docet  
te sapientia his paucis per tui abnegationem crucem tollere, ut scias, quæ: perseuerando  
sequi, ut non te lateat quod. Orando patrem pro te, ut eius claritatem uidere desideres,  
quæ futuræ felicitatis est merces. Quemadmodum alibi dixit: Hac est autem uita æter-  
na, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nemo ab hac imita-  
tione  
**Laur. Iustin.**

Q. q 2 tione

Act. 7

Ioh. 12

Læc. 9

Ioh. 17

Ioh. 17

tione secesserit, siue eorum qui usque ad sanguinis effusionem pugnant, seu illorum qui contra uitia in solitudinis agone decertant. Evidem uniuersis ministrantibus una sequendi ac certandi indicta est lex, inaequali tamen exercitatione uirtutum. Disce igitur qui solitarie degis, qualis corporalis, qualisue spiritualis tua solitudo esse conueniat, ut scias qualiter pugnare te congruat. Nam horum ignoratia frequentissime impellit ad casum. Disce, inquam, quid agere, quid magis assidue debeas cogitare. Utroque modo utramque solitudo perficitur. Circumscribe corpus ut iugiter commoretur in cella: nunc quam uero permitte nisi necessitate cogente, ut uagetur è claustro. Porro si solitariam uitam ducere decreuisti, tecum solus habitare studeto. Alioquin mentiris, hominibus esse ostendens, quod prorsus non es. Scito autem quod ceteris Deo famulantibus conuersatio humana, quæ tibi magna ex parte subtrahitur, late concedit, duntaxat pudica sit, discreta & utilis. Pudica, inquam, ne carnali uel saltem sensuali affectione deseruiat. Discreta autem, ut modum adhibeat, obseruet mores, ac redimat tempus. Utilis uero non ociosis sermonibus uacet, non intendat iocis, non dissoluat mentem, non tractet noxia, neque proximorum perturbet pacem. Hæc profecto si assint, tibi etiam permittetur ad tempus temperantius tamen, quam reliquis, quorum status fraternæ conuersationi non discrepat. Igitur prudenter aduerte, ne crebro ad publicum ex eas, ut nequam dispersgas in patulo, quod in solitudinis adunasti secreto. Facile namque amites, quicquid gratiarum cum hominibus degens propalabis incaute. Grandis quamobrem sensibus tuis est adhibenda custodia, ne amabilem solitudinis tuæ diripiatur fructum. Quoties itaq; curiositate sua mentem tuam nituntur euertere, non prorsus coerendi sunt, sed spiritualiter exercendi. Porro si te concupiscentia impulerit oculorum, cœlum aspice, lunæ stellarumq; radiantem lucem attende, creaturarum species contemplare, quatenus de corporalibus ad spiritualia, atque de uisibilibus ad inuisibilia subleueris. Est namq; uniuersi decor, conditoris speculum ualde præclarum, in quo opificis summi declaratur maiestas, quemadmodum Pauli uoce sic dicitur: Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur. Sempiterna quodq; eius uirtus atque diuinitas. Si aures cupiunt impleri auditu, diuinis eloquijs auditum para, atq; rationabilem, seu irrationabilem creaturarum Deum more suo laudantium, pias modulationes ausulta. Te quippe ad considerationem cœlestium cantionum excite ualebunt. Si odoribus refocillari desideras, redolentia prata ingredere, ut uernantium florum fragrantia sentias. Ibi plane quadam corporali spiritualiç; suavitate illeatus, ad eum (qui in cantis Canticorum de se ait: Ego flos campi & lily conuallium) clamabis & dices: Trahe me post te, in odorem curremus unguentorum tuorum. Si saporum dulcedinem appetit os tuum, regis tui poculum meditare, cum in exitus sui horra, Sitio clamauit in cruce. Nempe concupiscentiam tuam sitis eius extinguete: fieri sermonis istius consideratione maxima tibi devotionis occasio, dum uehementiam ipsius caritatis, ex corporali siti annotabis expressam. Sitiebat quidem in carne, sed non minus salutem tuam anhelabat in corde, quam unico sermone tibi insinuare curauit. Si silentij tædio affectus lingua fræna laxare concupiscis, dominum tuum confona uoce laudare studeto, apostolicæ admonitionis memor dicentis: In hymnis & cantis spiritualibus cantantes, & psallentes domino Deo uestro. Tecum autem in hoc delectabili carmine amoris, uniuersa quæ facta sunt, excitabis, & dices: Laudate dominum de cœlis, laudate eum in excelsis. Laudate eum omnes angeli eius, & reliqua quæ in eodem psalmo plenius continentur. Postremo si te tactus mulcet illecebra, ut aliquid inordinate contingas, uirtutis quodam concepto uigore, plaudendo cantabis: Omnes gentes plaudite manibus, subilate Deo in uoce exultationis. Sic plane ex animali rationalis effectus, concupiscentia nox, quæ creaturæ ex sensibus, sicut dies illuminabitur, & sicut tenebrae eius, ita & lumen eius erit. Huiusmodi autem spiritualia solitudinis tuae solatia, quæ captabis ex sensibus, non semper tamen, ne forte propterea, orationis studium, & exercitia cetera quæ, opportunius fieri in cella conueniunt, postponere assuescas. Illo tantum tempore delectationi uacabis præfatae, cum impingente sensualitate, seu discretione suadente, siue trahente spiritu, qui interdum ex corporalibus spiritualia clicit, arbitaberis esse præstantius. Ceteris autem

A autem horis, nunc lectioni, nunc orationi intendes, excepto duntaxat tempore, in quo operi manuum te statueris occupandum. Hæc autem prudentissima discretione perficies, ut non dæmonum decipiaris astutis, qui sub uirtutis uelamine tentationum decipulas parant. In cunctis igitur discretionis stateram te habere oportet, ne (quod absit) ruinam patiens, nec penes te subleuantem reperiens, in desperationis corruas foueam, siue neglecta quiete, inchoatam solitudinis uitam subsannare cogare. Quamobrem, ut non hæc patiaris incommoda, horis singulis propria impertienda sunt opera ita ut orando, legendo, atque operando, omne tempus indultum expendas. Exteriorem quippe actionem ab his, qui in solitudine degunt, nullo modo prætermittendam fore decerno.

Quod uniuersis Deo militantibus & præcipue solitarie uiuentibus, discretionis sit tenenda censura. Cap. IX.

B  Niuersis regi inuictissimo militantibus, atque ad Deum pergere cupientibus, & potissimum solitariam uitam ducentibus, per uigil est adhibenda custodia, ne in præsentis uitæ inuio eos errare contingat. Facile namque à ueritatis tramite deuiat, quicunque in negotijs suis absque preuio discretionis graditum lumine. (Nec ab re). Desert enim quisque secum casus matierias, in ignorantia uoluitur tenebris, atque tenebrarum principis tentamenta assidue patit, fraudesq; innumeris. Has proculdubio humanæ discretionis sollicitudo detegit, si tamen supernæ gratiæ fuerit irradiata splendore. Ea propter qui remote uiuunt interueniente deprecatione, hanc à domino obtinere conentur, quatenus aduersus potestates aeras, & infirmitatem propriam uiriliter lucentur. His quemadmodum apertos ac periculosior excitatur pugna: ita prudentior dimicandi est indicta necessitas. Patent quippe spiritualium incursibus bestiarum multifarie, renitentem sentiunt carnem, nec habent ad uota cum quibus tentationū suarum patefaciant æstus, de incertis conferant, erudiantur de ignotis, suisq; casibus qui dexteram porrigan. Hinc militibus cæteris robustiores eos esse oportet, ad bellandum animosiores, feruentiores in prece, humiores in se, in agendis circumspectiores, atque ad opera laudabilia promptiores. Numquam illis sectandum est ocium, nusquam de prælio secedendum. Est plane solitario ocium animæ mors, perpetuus inimicus, indiuiduus comes, spiritualium gratiarum de prædator, caritatis extinxitor, deuotionis prædo, orationis obstaculum, noxiarum cogitationum incensor, nutrimentum libidinis, uoluptatis genitor, solitudinis insidiator pariter & amator: amat cum solitaris habitare, illisq; insidiatur, ut spirituales eorum possit præripere fructus, quatenus ipsos pusillanimitate prosternat, tristitia funibus liget, atque in desperationis baratrum mergat. Sta ò solitarie perseverans in cella, contra acidæ spiritum arma spiritualia arripe, scutum uidelicet fidei, orationis spicula, galea spei, lorica longanimitatis, prudentiæ gladio, ac manuum exercitatione, hostem tuum hunc pessimum iugulare studeto. Poteris undiq; sic munitus in prælio illius debilitare uires, propulsare ad tempus, nequaquam autem de ipso totaliter triumphare. In cunctis

C operibus tuis se associare conatur, tibi inimicatur acerrime, si quo modo ab incoepio te retardet itinere, solitudinemq; tuam exhibeat onerosam. tunc maxima ex parte tui uictor effectus, ab assuetis te pedetetim retrahet studijs, suggestiones uoluptuosas immittet, secularium delectationum memoriam auget, mundi oblectamenta concupiscentia fore ostendet, obscenis phantasmatibus mentem polluet, sicq; confusum & molestum derelicta quiete, te suum faciet esse captivum. Tamdiu igitur (nisi te à uitij emendaues, atq; ab inchoato torpore resipueris) deludet te, donec pristinum reuertaris ad uomitum, & tanquam sus immunda uolatibri demergaris in luto. Melius tibi plane tunc fieret emittere spiritum, quam à ueritatis retrocedere via, sectari uitia, & carnis letalem desiderare pruritum. Longe quippe præstantius est mundi subiacere ærumnis, persecutiones pati, corporalibus languoribus flagellari, affligi inedia, cruciatibusq; torqueri, quam amissa gratia florere in seculo, abundare diuitijs, attolli honoribus, diutinaq; prosperitate lætari. Quid (quæso) prodest cum corporali sospitate plurima annorum curricula feliciter uiuere, quando extincta uita spiritus lex contemnitur autoris?

738

**Q**uid, inquam, deterius, quidue potest esse deformius, quam neglecta virtute tradere se G  
uitis, cœlum paruipendere, non uenerari angelos, in honorare sanctos, diligere seculū,  
iniquorum consortia querere, honores ambire, gule immoderantiam sequi, irridere ius-  
tos, opprimere innocentes, diuortiacē habere sanctorum? Nonne hæc aliaq̄ maiora  
damna ille censendus est pati, qui proprijs demeritis exigentibus, solitariæ tranquilli-  
tatis, ac pacatissimo cœnobiorum portu relicto, fluctuantis ac procellosi maris se ex-  
ponit ad undas, efficiturq̄ colonus mundi, qui ante extiterat concius sanctorum, atq̄  
domesticus Dei? Qui huiusmodi est, de propria salute desperans omnium flagitorum  
se solum facit. De ipsis prophetam arbitror dixisse in psalmo: Conuertentur ad uesperā  
psal. 58 & famen patientur ut canes, & circuibunt ciuitates. An non ad uesperā se conuer-  
tere congrue memorantur, qui deserta luce ueritatis, soleq̄ iustitiæ, delictorum sectan-  
tenebras, & qui locis filij prius nuncupabant, nunc noctis esse dicantur? Ad uesperā  
ioan. 3 se conuertit Adam, quando contra præceptum conditoris uetitum comedendo deli-  
quit. Proinde dominum inter paradisi ligna latitantem, non mane neque meridie, sed p  
post meridiem sacra eloquia illum reperisse testatur. Optimè in eo ueridicā mediatoris  
nostrī agnoscitur esse sententiam qua dicit: Qui male agit odit lucem, & non uenit ad lu-  
cem, ut non arguantur opera eius. Sic & isti dum male agunt, oderūt lucem, noluntq  
uenire ad lucem, ne redarguti à lumine, manifestentur eorum opera mala. Refuguntq  
necedum agnoscit ab alijs, uerum etiam propriam erubescunt conscientiam, quoties su-  
perno illustrantur splendore. Propterea non ualentes perseuerare in luce, densissimas  
se conuertunt ad tenebras, famemq̄ patiuntur ut canes, & circumeunt ciuitates, ut uel  
saltem de porcorū siliquis suam possint auferre inediā. Hāc famē filius tamdiu passus  
est prodigus, quamdiu est elongatus à patre, ac ubi ad se rediens remeauit ad patrem, &  
saginati uituli promeruit escā, nullius uoluptatis sensit esuriē. Vides ne quam pernicio-  
sum sit relinquere patrem, Christiq̄ hæreditatē impudicē distrahere, ocioq̄ tabescere?  
**H**inc sane circuitio curiosa non minus metis quam corporis, famē ualida, egestas ce-  
lestis alimoniae, societasq̄ porcorum evenire contingit. Ista profecto in spiritu pati- G  
tur, qui cunque se retrorsum conuertens, à Christi seruorum societate, suaq̄ discedit uo-  
catione. Illi autem hoc ideo accidere arbitror, quoniam intumuit corde, Deiq̄ amissio  
timore secessus est ocium. Hāc procudubio sunt, quæ Deo famulantibus, & præci-  
pue in solitudinis loco degentibus, opportunam spiritualis ruinæ materiam submini-  
strant. De superbia namque sic legimus: Ante ruinam exaltatur cor. Nam quemad-  
modum dona custodiens humilitas, perseuerantiae tribuit robur: ita elatio disperdens  
gratiam, impellit ad casum. Quis (oro) humilitate despecta se extulit, & in deli-  
ctorum faciem non corruit? Quis inquam de perceptis muneribus elatus, diu perse-  
uerare ualuit? nemini prorsus superbienti iustitia diuina pepercit. Per Prophetam  
proverb. 16 namque homini extollenti se ait: Superbia cordis tui extulit te habitantem in scissu-  
ris petræ, exaltantem solium tuum, qui dicis in corde tuo: Quis detrahet me in terram?  
**E**tier. 49 Si exaltatus fueris ut Aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum, inde detraham te,  
dicit Dominus. Nunquid aliud quam superbiae tumor extitit causa ruinæ illius, qui in H  
corde suo præsumendo dicebat: Sedebo in monte testamenti, in lateribus aqui-  
lonis, ascendam super altitudinem nubium, super astra coeli exaltabo solium meum,  
& ero similis altissimo? Porro si iuxta apostoli Petri sententiam angelis peccantibus  
Deus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium  
cruicandos reseruari, quanto minus luteas inhabitantibus domos, qui terrenum ha-  
bent fundatum, & à delictorum tinea consumuntur si superbierint, non ignoscet.  
Noli itaq̄ altū sapere, tu q̄ ab exteriorū es sequestratus frigorib. & sedes in cella, sed hu-  
miler time. Tibi è uicino imminet elatio, ut labiorū tuorū præcipiat fructus suadens ti-  
bi, quatenus te arbitris aliquideſſe, cū nihil sis. Cæterū si sapiens fueris, humiliſ eris in  
oculis tuis, & te omniū creaturarū in ueritatis speculo intelliges esse minimū. Sensum  
quippe hunc cordis assequeris facillime, si cogitabis assidue quid fuisti, quid acceperis,  
quid ex te, quidue sis effectus per gratiā. Nunquā igitur considerationis oculus à tui co-  
gnitione calget, ne forte offendas ad superbiam lapidem pedem tuum. Nunquā acidiae  
te opprimas

739

**A** te opprimat languor, ut non ocio tabescas atq̄ deficias. Semper qui cqua exerce lauda-  
bile, ne te diabolus uacantem inueniat, operi manuū temperanter intēde. Erit profecto  
ex hoc tibi solitudo tolerabilis, dūtaxat illud cum discretiōe perficias. Humana etenim  
mentis imbecillis est acies corruptibilis corporis grauata sarcinula, ut spiritualibus in-  
fatigabiliter studijs non ualeat occupari. Quamobrem corporali est interdum exerci-  
cio subleuanda, ne supra virtutem exercitata succumbat. Sanctorum quippe patrum  
hac in re eruditur exemplo, ipsi utiq̄ quamuis à uitis purgati, quanq̄ uam die, noctuq  
in orationibus essent assidui, horis tamen certis quippe operis extertotis adimple-  
bant, non lucrī causa permoti, sed ut huiusmodi occasione exercitij, mentis deuitarent  
fastidium, laudabiliter indultum transigerent tempus, atq̄ infirmatī carnis discretissi-  
me indulgerent. Nam quemadmodum ex operis uicissitudine fragilitatis humanæ te-  
neritudo erigitur, ita procudubio & unius tantum assiduitate torpescit. Nunc igitur  
memorati patres contemplationis penna eleuabantur in cælum: nunc corporali actio-  
**B**ne tanquam cæteri descendebant ad ima. At uero in imis positi, nequaquam desiderio  
sublimia deserebant, neq̄ in sublimibus euecti, humilitatis habitu despiciebant huma-  
na. In summis nāq̄ illos orationis prouehebat pietas: in imis autem operis custodiebat  
humilitas. Vtrobic̄ maximo utebantur prudentiæ moderamine, ita ut alieni minime  
fierent à se, cum corporaliter aliquid agerent extra se. Ex rediuiua utiq̄ exercitatione,  
eorum sp̄ritus renouabatur interius, augmentabatur caritas, ueritas perficiebatur, & cō-  
templationis amor mentē uehementius perurgebat. In nullo internæ pacis dispēdiū  
sustinebant, quoniā feruore sp̄ritis in ihs quæ agebant, atq̄ illuminata discretionis mo-  
uebantur impulsu, hic illorum profectus augebatur & gratia, adeo ut adhuc uiuētes in  
corpore, animo conuersarentur in cælis. Quamobrem sicut magnū angelis de sua exer-  
citatione præstitere solatium, sic & præclarum posteris perfectioris uite reliquerūt exē-  
plūm, in montibus, in cœnobis, in solitudinibus, in speluncis, ac in cauernis commorā-  
tes petrarum angelicam potius, quam humanam ducebant uitam. Ieunis quidem ma-  
cerabant carnem, uigilis s̄epissime pernoctabant, orationib. uocabant instanter, lectio-  
ni intendebant scripturarū sanctorum, in diuinis laudibus erant assidui, operiq̄ manuū  
statuto tempore desudabant. Talis profecto eorum conuersatio fuit, ut sit mundi specu-  
lum, perfectionis forma, norma uirtutum, religionis decus, & remotioris conuersatiōis  
rudimentum ualde proficuum. Sic nanc̄ sancte, sic omne uitæ suæ tempus prudentissi-  
me dedicauerunt domino, ac si essent horis singulis morituri.

Quanti estimandum sit presentis uitæ tempus indultum.

Cap. X.

**V**Naquēq̄ res, eo magis diligenda est, quo pluris esse cognoscit, præstat quip-  
pe estimationem rei ipsius agnita uirtus, quæ tunc apparet amabilis cum pri-  
mæ innitit ueritati, & quæstū suo possessores suos locupletes esse facit in cæ-  
lo. Hinc indulti temporis preciositas commendatur. Quanti autem sit, quis  
corde percipere, quis tū humana ualeat reserare facundia? Illud nouerūt optime, qui eo  
carent. Omnem siquidem mundi substantiam, honores prælationum, seculi pompa,  
**D** corporis uoluptates, & quicquid sub cælo creatum est delectabile atq̄ iucundum, pro-  
unius horæ spacio, si possent uoluntarie commutarent. In ipso siquidem temporis de-  
cursu breuissimo, iustitiam placarent diuinam, læticarent angelos, horrendam dam-  
nationis æternae euitarent sententiam, proculq̄ dubio adipiscerentur regna cælorum.  
Hi sunt quibus misericordia iam fecit occasum, qui irreuocabiliter in lacum miseria-  
rum descenderunt, ubi nullus est ordo, sed hortor sempiternus inhabitat. Iстis plane de-  
est tempus ad merendum, ita ut nec per seipso sibi, neque ab alijs ullum refrigerationis  
possint captare suffragium. Et merito illis nullus locus ueniae datur ad præsens, quippe,  
qui oblatam dum adhuc uiuerent, percipere noluerunt. Neglexerunt sibi prærogatam  
gratiam, nec ut bene agerent intelligere uoluerūt, neq̄ ultimi temporis necessitatē pre-  
uidere curarunt. Se quippe dederunt uoluptatibus carnis, curam in desiderijs, cōcupie-  
runtq̄ præsentis uitæ perniciosa solatia, ac si nūquā essent morituri. Illis contigit quod  
per beatum lob dicitur: Tenet tympanum & etharam, & gaudent à sonitu organi, du-  
cunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Hoc autem unde illis acci-  
derit, insulit dicens: Qui dixerunt deo, discede à nobis, scientiā uiarum tuarū nolumus;

lob. 21 Q. 4 Quid

Quid est omnipotens ut seruamus eis? & quid nobis prodest, si orauerimus illū? Verus tamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consilium eorum longe sit à me. O quam fecerunt commutationē, ut uidelicet exultarent in exiguo tempore, & æterno cruciarentur supplicio. Quis illorum ualeat considerare iacturam? Duplicita etenim receperūt de manu domini pro uniuersis iniquitatibus suis. Damni poena torquentur, & sensus Amiserunt nang deum, cæli delicias, angelorū consortium, merita electorum, agni nuptias, beatam resurrectionē, immortalitatis stolam, & beatam uitam. In his potissimum damni consistit poena. Illis autem addita est societas dæmonum, horrendus ipsorū asperitus, ardor inextinguibilis ignis, stridor dentium, palpabiles tenebrae, interiores lacrymæ, improperiorum uociferatio, intolerabilis sitis, sulphureus foetor, conscientię uermis carcer abyssi, euadendi desperatio, & interminabilis diuinæ uisionis carentia, quæ dolores supereminet uniuersos. Ista autem si saperent & intelligerent, quib. adhuc bene operandi prorogatum est tempus, impensa gratia, et dilata sententia. Evidem si nouissima sua præuiderent, non sic inaniter uiuerent, uoluptati se darent, prostituerent uitij, indulgerent corpori, diabolo obtemperarent, facultates quererent, mundic pereuentem cōcupiscerent gloriam. Verum quoniam futura non præcauert mala, & præsentibus inharent bonis, cum eisdem simul prætereunt, pariterq deficiunt. Sic filii hominū facti stulti, iudicantes non recte, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, malumq dicentes bonum, & bonum malum. Sic, inquam, consilium negligunt sapientiæ, ueritatis subuentiūt itinera, sanctoru monita paruipendunt, abiiciunt gratiam, uirtutes detestantur: uocantur, & obedire contemnunt, trahuntur, & ascensum præbere dissimulant. Heu quæ mortaliū est ista plangenda conditio, detestanda cæcitas, infelicitas fugienda! Abutuntur utiq peruersi homines naturalibus bonis, gratuita dona dispergunt, & ueniat tempus ociose conuersando consumunt. O si agnoscerent quanti æstimandū sit, quod sine consideratione amittunt. Cæterū quid preciosius tempore? Quid, quæso, illo fructuosius? Quid carius? Quid excellentius? Quid ué amabilius? Sed, proh dolor, pene ab omnibus nihil habetur uilius, nil tractatur inutilius, nihil indignius possidetur: nullū tempus. Gris momentū præterit, in quo merita non ualeat cumulari æterna. Cetera quæ habemus in mundo à nobis aliena sunt, tempus autem proprie nostrū est, si tamen illo utimur ad salutē. Illud siquidem diuina nobis clementia contulit ad plangendum errata, ad presenti faciendam, ad promerendam indulgentiam, ad uirtutes acquireendas, ad multiplicanda merita, ad uendicandam gratiam, ad inferni supplicia euadēda, & ad æternā gloriam consequendā. At uero quārari sint, qui ueraciter agnoscant ista, atq labentis temporis breuitatem fructuosa semper exercitatione dispensent. Labitur, inquam, & momentanea adeo defectione discurrit, ut nunquam in eo præsens inuenias. Præteritum autem reperies & futurum. Quónam tamen modo præsens nuncupandum est tempus, cum id quod præsens esse uidetur, tam repentina uolubilitate dilabatur, ut illud uel ad ictū occidi retinere non ualeas? Tibi igit̄ quoadusq mortalī hoc peregrinare in corpore destruit præteritum & futurum, teq ducit ad præsens. Nam nihil aliud est tempus, quām mensura motus cælorum. Quamobrem nec in cælo, neq in profundo abyssi, quod post mortē tenditur, quemadmodum nullus finitus, nullusq mensuratus est motus: ita nullum est tempus, totum quod ibi est, siue in cælo, ubi cum Christo dei uisione fruuntur beati, siue in inferno, ubi cum apostolicis spiritibus cruciatur reprobū, æternum est sine aliquo si ne claudendum. Sic nang ab angelo in Apo. Ioanni dictum est: Et iurauit per uiuentē in secula seculorum, quia non erit amplius tempus. Hic ergo ubi est hyems et ætas, dies & nox, prolixus solis decursus & breuis, tempus esse definiendum est, præteritum uide licet & futurum. Si tamen proprie esse dici ualeat, quod aut futurum est, aut transeundo nusquam est. Mira plane res est hæc, & prudenti cōsideratione dignissima, quo ordine uita nostra præterit tempus. Quod enim futurum est, nondum est: quod uero præteritum est, nusquam est. Quod autem præsens esse creditur, sic infatigabili labitur motu, ut in eo momentū aliquo nequeat esse presens. Vitæ igit̄ huius decursum ppheta contemplatus aiebat: Verunt̄ in imagine pertrahit homo, sed & frusta cōturbat. Proflus superius cue conturbatur homo in aduersis, atq latet in prosperis, dum quoad uiuit in imagine pertransit. In imagine, inquam, quoniam quicquid in hoc mundo est, siue boni, siue mali, im-

A. Il īmagō est futurorum. Sed & merito uiuens homo transire dicitur, quia nulla penitus temporis soliditate firmatur. Hoc Apostolus Iacobus asseuerans ait: Quæ est uita uestra? Vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. De eadem beatus Iob inquit: Homo natus de muliere breui uiuens tempore, repletur multis miserijs, qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit uelut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Utinam ista intelligere uellent præsentis uitæ amatores, qui nunc ditari facultibus, nunc eleuari honoribus, nunc humanis fauoribus longe lateq commendari desiderant. Ut enim celebri memoria habeantur digni, in urbibus, in castris, in ædibus, in parietibus ponunt signa sua, & minime aduertunt miseri, quod post paululum à cōspicitu mortalium tanquam puluis, quem proiecit uentus à facie terræ, eorum memoria deletur & fama. Quamobrem nemo rectius gloria dignus efficitur, nullusq magis diuturnam sui memoriam relinquit posteris, quam qui pro amore diuinitatis bonis uitæ huius renunciat uniuersis, atq ex delectatione uirtutum cupit esse inglorius. De huiusmodi per prophetam sic dicitur: Beatus vir, qui timet dominum in mandatis eius uolet nimis: Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur: Gloria & diuinitas in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. & paulo post inquit: In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Merito in æterna memoria iustus prohibetur futurus, quia memoriam suam renuit in terra nominari, quæ transit cum habitatoribus suis, qui uicissim succedunt sibi, dum in ea diu stare non ualeant. Ab auditu uero malo non timebit. quo ad interitum præscitūs dicetur: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Nullatenus timebit iustus, quoniam audiuit dominum sibi loquentem in se, illiq obtemperauit ex corde. Audiuit, inquam, clamantem & dicentem: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Hac introrsus audita uoce reiecit sarcinam deprimētem temporalium rerum, & laboriosa negocia fugitiui seculi, subegitq mentis suæ ceruicem iugo Christi, ut ab illo disceret humilitatem, animæq sue requiem reperiret. Hæc est plane iusti imitantis Christum regula consummatæ iustitiae, ac perfectionis brauium, per quod nomen ipsius in cælo, in libro uidelicet uitæ, describitur, nullo eventu, nec aliqua omnino temporis diuinitate abolendum. Non autem à se, nee proprijs hoc adeptus est meritis, sed diuina benedictione præuentus, priusquam desereretur à seculo, illud reliquit ex animo, quatenus promissæ quietis, demumq æternæ felicitatis fieret particeps. Nouerat utraq mundi scilicet oblectamēta, & spiritus gaudia simul stare non posse, propterea omne quod in mundo est, sponte contempsit, ut Christo ueraciter adhærere ualeret & dicere: Mihi adhærere deo bonum est, ponere in domino deo spem meam. Hoc quamvis uniuersi Deo legitimate famulat̄es proferre queat, præcipue tamen in solitudinis remota habitatione degentibus congruit. Hi etenim nequaquam curis temporalium uacant, non hominum miscentur tumultibus, non sensuū curiositati inseruiunt, sed expediti, sed liberi, alacres, atq deuoti, mente pariter & corpo D. re diuino mancipantur obsequio: si tamen id sunt, quod eorum professio sancta demonstrat. Huiusmodi temporis preciositatem agnoscentes, nunc mente tantum, nunc mente simul occupantur & corpore. Nullum temporis spaciū (quamvis breuissimum) inutiliter transire patiuntur, scientes de illo coram uniuersorum iudice districtam rationē esse reddendam. Tali siquidem sollicitudine, tanquam spirituali quodam stimulo agitat laudabili semper quadam exercitatione proficiunt, & in uirum crescunt perfectū, atq in mensuram spiritualem ætatis plenitudinis Christi, ita ut omnia omnibus fieri possint, ac Christo domino lucrifacere uniuersos.

Quod uirtutibus & sapientia rationalis spiritus se exercendo crescit, & ad perfectionem attingit.

Cap. X 1.

Vmanum corpus per varia membra cōpactum atq distinctū, quæ ad hōdum alimentis proprijs nutriat, donec ad matutinā pertingat ætate, uergetatur & crescat. Aequæ & rationalis noster homo interior, quamvis enim ex cōsuetudine mala, atq inolita uoluptate diuersis ciborū generib. caro pascatur, exiguo tamen alitur cibo, si eius solum quis naturali uelit satisfacere necessitatī. Nam sicut legimus

**Psal. 103** legimus vita hominis est panis & aqua. Quod ad utrumque pertinet. His sane duobus alimentis materialibus penè exterioris hominis natura uegetatur. Quis parte non ue- scitur, & aquæ non utitur elemento? Hæc diuitib[us] & paup[erib[us]], infirmis & uestidis, nobilib[us] ac ignobilibus congruunt, quamvis super adiunctat alia diuersis ex causis. Cæ terum quemadmodum corporis alimonia potissimum, sicut dictum est, est panis & aqua: ita spiritualis animæ cibus uirtus & sapientia esse probatur. Est quippe uirtus (propheta perhibente) panis solidus, confirmans cor hominis, & ad bene uiuendum omnia interiora membra corroborans. Hunc panem mystice comedit propheta, & aquam bibit, propter quod adeo effectus est uestidus, ut in fortitudine cibi ac potus istius, quadriginta diebus, totidemque noctibus ambulareret, donec pertingeret ad montem dei Oreb. Disce igitur tu, qui ad spiritualem montem perfectionis conar[is] ascendere, quibus de beas uti alimentis, quatenus quadraginta dierum peragrare ualeas iter. Nunquam euā gelicæ perfectionis rudimenta & decalogi mandata perficies, si non sapientia aqua, & uirtutis fueris pane saginatus. Virtus etenim est bona qualitas mentis, qua bene uiuit, qua nullus male utitur, quam solus Deus in homine operatur. Ex hoc percipe quantum debeat sine uirtute presumere, atque in spirituali perseverare certamine. Panem h[oc]e habere desidera, illumque in tuis orationibus sicut docuit dominus exposce, dicens: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Hodie, inquam, ut scias ad uitam animæ pa nem omnino necessarium esse uirtutis. Verum etiam quoniam indiges sapientia, ipsam simul postulare memento. Est autem potus saluberrimus sapientia aqua, quæ aitū carinalis concupiscentiae & sitim temporalium uoluptatum refrigerat & extinguit. His duobus alimentis iustum quemque spiritualiter legimus à Deo esse refectum. Sic namque scriptum est: Cibavit eum pane uitæ & intellectus, & aqua sapientia salutaris potauit illum. Sapidus nimirum uirtutis est panis, qui immortalitatis uitam, & intellectum trahit bene uiuendi. Cæterum delectabilis aquæ sapientia gustus fore cognoscitur, quo omnia animæ interiora dulcorantur, reficiunturque. Iste duobus spiritualibus alimonis spiritus rationalis uegetatur & crescit, nō mole corporea, neque quantitatis extensione, sed perfectione uirtutum, ueritatis scientia, ardore fidei, sapientia infusione, acumine intelligentiae, & caritatis augmento. De huiusmodi incremento interiori audi quid d[icit] se dicat Apostolus: Cum essem, inquit, parvulus, loquebar ut parvulus. Cum autem factus sum uir, euacuui, quæ erant parvuli. Proinde alio loco discipulos ad se imitandum exhortans clamabat: Os nostrum patet ad uos ô Corinthi, cor nostrum dilatum est, dilatamini & uos. Magna siquidem hoc modo efficitur anima, & parua, crescit quotidie atque decrescit, iuxta ipsum solitudinem ac torporem. Sane cum circa factum propriam uigilat, cum in uitiorum extirpatione laborat, cum temptationibus demonum pulsata renititur, cum hominum iniuriis lacepsita humiliter tolerat, cum obhorret perpetrare, quod diuina lege prohibetur: uirtutis ita dilatata suffragio crescit, & ad maturam pertingit ætatem non temporis nec corporis, sed caritatis & meriti. At uero dum ignavia depresso tabescit, dum cordis munditiam negligit, dum uoluptatibus carnis assensum præbet, dum aduersis agitata succumbit, profecto decrescit, decorumque amittit proprium, & nimium contemptibilis efficitur obtutibus sponsi. Quamobrem intentione debet euigilare persedula, uniuersa fugere, quæ suo obstant profectui, ne ætate prouecta, sit exigua meritis, ac minus actione perfecta. Vehementissima quippe animaduersione & asperrima inuestigatione fit digna, quando post religionis suscep[t]um onus, post monasticæ conuersationis exercitium, post captum ocium solitariae quietis & pacis reperiatur parvula, & adhuc lactis poculo nutrienda, utpote ad solidum percipiendū cibum minus disposita: Apostolo uero teste: Omnis qui lactis est particeps, expertus est sermonis iustitiae. Perfectorum autem est solidus cibus, eoru[um] qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Nēpe qui lactis indiget ali mento delictatus est, & ad spirituale lucrum, ac uirtutis studiū minus idoneus. Huiusmodi ad perferendum aduersa est debilis, ad aggrediendū ardua corde pusillus, in exercitatione remissus, mēte vagus, & perfectionis desiderio priuatus. Cōmoda propria, neglegit aliorū, querit: eternitatem, renuit pati, seipsum immoderate diligat, & salua cōsolatione, propria deo se realiter obtoperare permittit. Proinde qm̄ debilis & delicatus existit,

**Icl. 15****1. Cor. 13****2. Cor. 6****Heb. 5**

A ne succumbat in prælio, ne labore attritus deficiat, ne bene uiuendi propositum deserat, opportune nunc diuini, nunc est humani lactis dulcedine coalentus. Non sic avie qui solido uirtutis pane uescuntur, horum de quibus locuti sumus supergrediuntur mē suram, tanquam iam spirituales effecti, currunt alacri animo ad brauium supernæ vocationis, ut comprehendant in quo comprehensi sunt à Christo Iesu domino nostro. Spiritualibus namque locupletati diuitijs, uirtutumque margaritis ornati, ad omne opus laudabile parati noscuntur, propterea si docent, id secundum rationem fidei agunt. Si tribuunt in simplicitate. Si prælunt, in sollicitudine. Si miserentur, in hilaritate. Si diligunt, sine simulatione. Si corrugunt cum humilitate. Si proximis humilibus inseruiunt, cum pietate. Si superioribus famulantur, cum magnanimitate. Nulli prorsus malum pro malo redunt, neque maledictum pro maledicto: sed econtrario benedicunt maledicentibus, odientes se diligunt, pro persecutoribus orant, gaudent cum gaudentibus, & cum flentibus plorant, hoc ipsum scientes ex corde, quoniam non alta sapiunt, sed conantur cōfentire humilibus, ut ipsi se in humilitate custodiant. Sepiū quoque à detractionibus impudicisque sermonibus auditum: Oculos auertunt à concupiscentiis mundi, à lenocinantum odoribus claudunt olfactum: Temperantia frenum ori imponunt, atque ab omni uoluptuoso amplexu continent tactum: Virtutum siquidem delectatione saginatis semper ad altiora cōscendent, fiuntque sublimiores cælo, atque proprijs hostibus fortiores. Non parcunt sibi ipsi, nullam corpori tribuunt requiem, ut uirtutum mereantur ad uolare fastigium. Hac quippe de causa secularium hominum consortia fugiunt, urbium mœnia deserunt, solitudinis se cessum petunt, & cœnobitatum se collegijs sociant. In ipsis tāquam in spirituali stadio certant, corpus subigere spiritui, uoluntatem proximo, intentionem uirtuti, & mentem deo, quatenus spiritualis solitudinis queant potiri dulcedine. Tanta sedulitate ideo pugnant, quoniam perspicue sciunt, nemine nil post uirtutum asseditam coronam, spiritualis solitudinis posse fruitione lētari. Nō enim quod spirituale est prius deinde quod carnale est datur. Neque ante certamen corona, sed post consummationem pugna, uictoria prærogatur triumphus. Seruiuit Iacob annis septem, ut concupitis Rachelis pulcherrimæ potiretur amplexibus, & tamē Lyæ est in scis cōnubio copulatus. Qui legit intelligat, quoniam præclarum mysterium est & contemplatione dignissimum. Nemo igitur contubernio sapientia efficitur dignus, si non in uirtutum ante fuerit exercitatione probatus. Hinc cœnobiorum est institutio commenda, eorum præcipue, quæ in solitudinibus sita, à populorum sunt segregata tumultibus, quoniam congruam Christi militibus pugnandi exhibit facultatem, & ad uacandum deo cellulæ quietem tribuunt. Nam solitaria habitatio singulariter quiescentium consequenda uirtutis prorsus caret suffragio. Quoniammodo habitatorem suum hominem ualeat uirtutis efficere, cum opportunno deficiat exercendæ uirtutis ministerio: Nō enim ex desiderio tantum uirtutis perfectio consummatur, quin potius ad ipsum consummationem expedit, ut simul conueniant dispositio præparans, habitus informans, operatio præbens, & meritum coronans. Hinc recte colligitur, neminem ad perfectio nem posse uenire uirtutum, cui deest gratia disponens, habitus acquisitus informans, operatio laudabilis probans, & gratificatio caritatis merita nostra coronans. Superuacue igitur laborat quicunque sine præueniente, & cooperante gratia, atque actuali operatione, ex acquisitis informata habitibus, uirtutum se arbitratur posse obtinere candorem. Valet itaque remota anachoritarum habitatio uirum cultodite uirtutum, minime autem facere. Gymnasium autem spirituale uirtutum cœnobium est, & famulantum Christo congregata societas. Quoniam ibi uirtutum omnium materia suppetit, quæ magna ex parte anachoritis deficit. Quamobrem patres sanctissimi qui præcesserunt, extiteruntque generosissimi eremi cultores, prudētissima definitione sanxere, quatenus nullus omnino ab hominum cōuersatione sequestratus singulariter degeret, nisi prius laudabiliter foret in monastica conuersatione probatus. Nouerant ipsi memoria digni perpetuā cellulæ cōmorationē esse onerosam, atque tērationib[us] creberimis agitatā, quib[us] inexperti facileme corruunt. Vnde, inquit scriptura, uæh soli, qm̄ si ceciderit non habet subleuantem: Proprio siquidē ductus arbitrio, ipse libenter lex est. Potest extra cellā uagari cum uult, quiescere & māducere ad libitū, dū quod libert illi licere se putat. Quis, o[ro], casus illius temp[us].

**Ecl. 4**

temporis amissionem, hebetudinem mentis, pollutionem cordis, actionis inconstantiam  
valet exprimere: si probatae discretionis gubernaculo caret: Nam quemadmodum qui-  
cunq; absq; gubernatore prouido, & aplustri procellosi & quoris præsumit nauigare pro-  
fundum, facile præfocatur in undis: Ita qui sine consilio directoris experti, & ante uirtu-  
tum adeptam experientiam, solus audet solitudinis habitare secreta. Prorsus paucorum  
est, qui humano destituti solatio, quo ad uixerint laudabiliter queant in cella persistere.  
**2.Cor.2** Illorum tantum esse hoc arbitror, qui paraclitum possident, atq; uirtute prudenter, acna-  
turali pollut ingenio, qui ut ait Apostolus, non ignorant astutias Satanæ, sciuntq; elu-  
tire, abundare, & penuriam utriusq; hominis pati. Verum cui deest consolatio diuina,  
qua in oratione humilibus datur, nec discernendi, nec tolerandi possibilis adeat, cor-  
poralis solitudinis frequenter erumpit carcerem, miscetur cum hominibus sponte, & te-  
poralium se occupatione diffundit. Huiusmodi nōdum spiritualis solitudinis gustauit  
delicias, neq; soliditate aliqua didicit habitare secum, uere quiescentium tantummodo  
statum profitetur, gestat habitum, protendit imaginem, & inutiliter occupat locū. Con-  
**Matt.18** fultius satiusq; egisset, si remissioris uitæ statuta delegisset, dominiq; sententia meminis-  
set dicentis: Bonum est tibi cum uno oculo in uitam intrare, quam duos oculos haben-  
tem mitti in gehennam ignis. Nemo igitur temerario ausu, qui mēte sit timidus, affectio  
ne frigidus, cardus ingenio, dulcedine orationis priuatus, uirtutibus inops, diabolicalis  
tentationum ignarus, suimet nescius & amator, sanctæ quietis statum præsumat assu-  
**Matt.23** me, ne in sui perniciem audiat dicentem: Amice quomodo huc intrasti non habens uestem  
nuptialem, & ligatis pēdibus, ac manibus luctuosī seculi exteriores cogatur exire ad te  
nebras. Proinde quisquis in dei seruitio positus, diuinæ sapientiæ & puræ contemplati-  
onis excelsam turrim construere concupiscit, adhibito seniorum cōsilio, secum recog-  
itet tacitus, an sumptus opportunos ad perficiēdum habet, ne posito localis solitudinis  
fundamento, si spiritualem perficere nequeat, immūdorum spirituum illusiones audiat  
dicentium: En homo iste imprudens & tepidus, cœpit ædificare, non potest consumma-  
re. Longe itaq; laudabilius est, fratum auxilio sustentari, & in cœnobio perseveranter  
obedientiæ perferre martyrium, quam in solitudinis loco singulariter ac remisse uiuere:  
nō enim de status qualitate, sed de perfectione uitæ, cuiq; apud dñm interrogatio fiet.

*Quare iusti tentari permittuntur, et quomodo contra uitia singula pugnant.* Cap. XII.

**Mc.3**  Acratæ legis ius imperat, ut quisq; operum suorum excipiat merita. Verū  
cum iuxta Apostoli Iacobi sententiam, delinquamus omnes quotidie, con-  
gruum omnino est, ut quilibet secundum suorum facinorū qualitates, pro-  
prio satisfaciat conditori. Hac quippe de causa diuina misericorditer per-  
mittente iustitia renunciantes seculo, quāquam filij altissimi sint effecti per  
gratiā, uarijs tamen temptationum generibus agitantur. Interdum etiam diuersis lāgu-  
tibus cruciantur, quatenus huiusmodi flagellis erudit, agnoscant quid fuerint, purgent  
quod delinquendo egerunt, mereanturq; per uirtutum studia redire ad gratiam, à qua  
per culpam inobediendo exciderant. Tergunt quippe luxuriæ maculas, pro pudicitiæ  
certando uirtute. Superbiæ tumorem se affidue humiliando euacuant. Intemperatiām H  
gulæ uincunt, corpus attenuando ieunij. Aestus auaritiæ voluntaria paupertate extin-  
guunt. Torporis insultus solicita exercitatione repellunt. Fraternæ prosperitatis liuorē  
sedulo superant caritatis obsequio. Contrarijs deniq; contraria curat, & uitia uirtutum  
operatione supplantant. Iste plane spiritualis est gladius, quem ad dirimendam perni-  
ciōsam societatem & pacem, dominus Iesus in terram se missus perhibuit. Concitatuit  
utiq; implacabile bellum carnis & spiritus, ut ex illo interior homo eruditus in prælio,  
delictorum ueniam, conditoris gratiam, profectusq; uirtutum cōsequatur, & palmam.  
O quam commendabilis, quamq; beata est ista discordia, quæ virilem militem ditat me-  
titis, ad pacem reuocat, reconciliat deo, reddit gratiæ, restituit sanctitati. Iaceret prorsus  
animus & diuturnæ quietis torperet ignauia, si non temptationibus pulsatus, uitiorumq;  
permonus aculeis excitaretur ad prælium. Fit nanq; pugnando robustior, uicinior deo,  
ueritatis ostensor, interuentor mundi, uirtutis præco, diabolicalum fraudum cognitor,  
civilis caeli, & perpetuus angelorum socius. Maximum est igitur ô homo tua salutis in-  
dictionem, si inimicorum insultus pateris, uitiorum sentis aculeos, & non consentiēdo, car-  
nis

A. nisi te pulsat ille cebra. Porro si aduersum te mundus sæuiat, latret inuidus, diabolus ru-  
giat, obloquatur malus, insidiasq; tendat elatus, esto confidens, quoniam per sanctoru-  
graderis semitas. Cæterum si infirmetur caro, corpus ulceribus compleatur, caput do-  
leat, hebet uisus, obturetur auditus, impediatur gressus, membranæ singula contrahan-  
tur, nihilominus lætare & lauda, quoniam emendaris ut filius, flagellaris ut electus, ad  
uirtutum disciplinam induceris ut dilectus. Nō enim odij sed prælagum dilectionis est  
ista correctio. Præceptorem tuum audi dicentem: Ego quos amo arguo. Audi gentium  
prædicatorem de huiusmodi correctione quid sentiat: In disciplina igitur perleuerate,  
tanquam filijs uobis se offert Deus. Quis enim filius quem non corrigit pater? Quod si  
extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filij estis.  
Omnis autem disciplina in præsenti quidem uidetur esse non gaudi, sed mœroris. Po-  
stea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae. Vides ne quam  
præclarum sit diuinæ caritatis signum, quam ueberimum dominicæ disciplinæ mer-  
itum? Videtur utiq; imperitis & peccatoribus non esse gaudi, sed mœroris dum actua-  
liter sustinetur, renitente sensualitate, qua delectationibus præsentibus frui desiderat.  
At uero pacatissimum iustis & innocentibus exercitatis per eam fructum reddit iusti-  
tiae, sentiente hoc rationali spiritu, atq; consentiente. Nonne pacatissimus iustitia dicen-  
dus est fructus, qui omnium exuberat perfectione uirtutum? Est autem iustitia com-  
munis uirtus, cæterarum ex se perferens plenitudinem, complectensq; omnia opera  
laudabilia simul. Nemo igitur recte censendus est iustus, qui diuinæ legis mandata  
uel minima, seu seniorum decreta contemnit. Ceterum si quis eleuatur corde, si men-  
te polluitur, si absq; causa suo irascitur fratri, si illius inuidet bono, si aliena concipi-  
scit, siue plus debito diligit propria, si crapula & ebrietate grauatur, si impatienti, ani-  
mo patris disciplinam, uel illatam contumeliam portat, si uerbositati assuetus est, si de-  
tractioni intendit, si qualiacunq; mendacia profert, si in aduersis fortitudinem, in pro-  
speris temperantiam, atq; in agendis negligit habere prudentiam, iustus profecto esse  
C non potest. Reddit utiq; iustus cuiq; quod suum est proprium, deo uidelicet obedien-  
tiam & pietatem, sibjps; innocentiam, & poenitentiam, proximo autem compassionem  
liberalitatem & pacem. Disciplinam igitur patris ueri, ad quem clamamus quotidie, Pa-  
ter noster qui es in celis, nemo despiciat, neq; per intolerantiam corde fatigetur, cum ab  
eo corripitur, quatenus exercitatus per illam atq; gratificatus in illa, merita omnium ua-  
leat obtainere uirtutum. Nullus ut arbitror nisi dum sit attritus flagellis, fructum cōsum-  
mare potest germinatæ iustitiae, uirtutumq; præcelsam consicēdere arcem. Iustus, inquit  
Propheta, dominus, & iustitiam dilexit, & ueritatem uidit uultus eius. Iustus ergo si esse de  
sideras, mundi oblectamenta contemne, carnis cōcupiscentiam fuge, uitiorum obhor-  
re contagia, sensuum cohibe petulantiam, malorum deuita consortia, totaq; intentione  
inquire pacem & perseguere eam. Quoniam oculi domini dicēte Propheta sunt super  
iustos, ut illos custodiat, & aures eius ad preces eorum, ut ipsos ad se clamantes de om-  
ni tribulatione eripiat. Nusquam autem conuenientius, quæ memorata sunt ualebis per  
D ficere, quam in remotis cœnobij sanctorum deo dicatis. Nēpe si in his laudabiliter fue-  
ris conuersatus, quemadmodum multimodam experientiam temptationum, ita singula-  
rium percipies rudimenta uirtutum. Vbi quæso melius quam ibi misericordia opera, &  
mutua caritatis poteris complere officium uisitando ægrotos, docendo insicos, & reli-  
qua quæ ad utriusq; hominis beneficium spectant peragendo? Ibi sane in gerendis alio-  
rum oneribus, perferendis infirmitatibus, communicandis laboribus, ac tribulationib.  
sustinentis, optimè patientiæ perficitur uirtus. De obedientia uero quid memorē cum  
sine illa in cœnobio nil agere liceat? Ipsa nanq; uigilijs mensuram imponit, tempus indi-  
cit cellæ, operi manuum iniungit ministerium, ori silentium imperat, diuinæ inuitat ad  
laudes, orationi horas debitam ordinat, totumq; sic prudenter religioni cōcordat, ut hu-  
manæ saluti nihil congruentius, nibilq; securius cœnobitarum institutionibus conve-  
nire noscatur. Quoties nanq; supra uires temptationibus impugnaris, quoties immo-  
derato mœrore deprimeris, fraterno uales uti suffragio, quo mediante erigeris ad gra-  
tiā, exhortaris ad pugnam, solidaris in spe, ac spirituali consolatione repleris. Cæ-  
terum ex quotidianis casibus, atq; ex cōsideratione eorum, quos laudabilis uita decorat,  
Laur. Justin.

te ipsum in humilitate custodis. Habes in eo fratres pariter conuiuentes, cum quib. one  
ra tua impertiri uales, dum expedit. Habes & cellam, in qua optime tibi uacare potes, &  
deo. De illo autem ultra quid dicam: quid in ipsius laude amplius referat? Est namq[ue] spiri-  
tualis turris David angelorum multorum uallata præsidio, atq[ue] munitissimis ædificata  
Cant. 4 propugnaculis, de qua mille, sicut legitur, pendent clypei, omnis armatura fortium ad  
captiuandum uitia, ad debellandum aereas potestates, ad subiçtiendum corpus spiritui,  
atq[ue] ad delectabiliter mentem deo copulandam. Est præterea mons præcelsus, fœcun-  
dus, coagulatus & pinguis, in quo deo iugiter habitare complacet. In ipso mystice duas  
Moyses spirituales recepit testameti tabulas, in quibus quicquid ad cultum dei, siue ad  
fraternæ dilectionis profectum congruit sufficientissime continetur. In eo quippe sup-  
petit, unde spirituale se robur exerceat, unde iie quiescetis mēs semper ad altiora se pro-  
uehat. Porro in altero perficitur uirtus, in altera uero sapientia fulget.

*Quid sit spiritualis solitudo, et deinceps de ea narratio exhibetur.*

**A** Aec autem duo, uirtus uidelicet, & sapientia spiritualem efficiunt solitudi-  
nem, quæ in lumine sapientiæ, mentis est tranquilla possessio, propter hanc  
utiq[ue] consequendam corporalis est instituta solitudo, atq[ue] cœnobia remo-  
ta cōstructa. Quid, oro, prodesse credimus corporalem tenere solitudinē,  
si in turbarū tumultibus, in agibilibus seculi, in obscenisq[ue] cogitationib.  
mens ueretur humana? Non minus cordis, quam corporis coercēdi sunt gressus, ne ter-  
reni pulueris contagione foedentur. Hinc prudentissime, cellulæ est ordinata remotio,  
quatenus in illa uitiorum declinetur materia, quæ foris exuberat. Sēsum uitetur illece-  
bra, cordis seruetur munditia, qua mediāte deus uidetur in spiritu. Nempe in ea assidue  
habitare, qui diligit, si ceciderit, confidat: quoniam nō collidetur, dominus enim illi mi-  
sericordia supponet manum, ne conteratur & pereat. Nemo ad plenum narrare sufficit  
cellæ præconia, quanta uenient bona, quantaq[ue] per illam amoueantur incommoda. Est  
namq[ue] cella sponsi reclinatorium, uirtutum custos, tranquillitatis portus, additamentum  
pacis, medela uitiorum, contemplationis locus, tabernaculum foederis, nuptialis thala-  
mus, hortus irriguus, paradisus deliciatum, cæli ianua, schola scientiæ, consciētiæ cathe-  
dra, magistra silentij, & spiritualis scala, usq[ue] ad polorū alta pertingens. In ea si quis absq[ue]  
corpore persistit, fugit lites, nescit odia, detractioni nō uacat, temeraria iudicia minime  
facit, obhorret ocium, nec ueretur mortem. Eia nunc Christi milites, qui uosmet deo uo-  
uistis, & pro amore cælestium eremi uastam solitudinē atq[ue] deserti antra incolitis, ut soli  
tarizæ uitæ perfectionem apprehendere ualeatis. Cellulæ habitationem diligite, illâ te-  
nete, illam amplectimini, de ea nisi urgente necessitate rationabili, seu corporis impel-  
lente infirmitate, uel fraterna suadente caritate exire nolite. In ea sint uestræ spirituales  
deliciæ, atq[ue] interna solatia. Ad ipsam si contingat uos egredi, reuertimini quam totius,  
ne detrimentum aliquod patiamini moram protelando ad publicum. Reuertimini, in-  
quam, post iniunctum completumq[ue] exterioris operis ministerium, siue captatam suble-  
uationem fragilitatis humanæ. Evidem si ex labore corpus attenuatum, si mens ex im-  
portunitate fuerit temptationibus fatigata, tribulationibusq[ue] depresso, proculdubio cōgrue  
**B** tem in cellulæ secreto reperietis pacem. Verum post adeptam requiem, post interioris  
solitudinis gustatam dulcedinem, demumq[ue] refecti ex lectionis orationisq[ue] delectabilis  
ocio, eritis prudentiores, quam prius in opere, fortiores in prælio, in diuinis laudibus ar-  
dentiores, necnon in arrepto sanctæ religionis proposito, promptiores. Ipsa dextera ac  
laua pugnare uos instruet, uosq[ue] reuocabit ad uos, & in uobis, ut per uos scire noscastis,  
quæ sit uoluntas dei beneplacens atq[ue] perfecta. Experimini igitur & gustate, quam bo-  
num, quam uerū iocundum sit, nedum sicut Propheta commemorat, ex rationabili prudē-  
ti honestaq[ue] conuersatione proximorum fratres habitare in unum, uerum etiam in celu-  
la remotione quieta per cordis uigilem custodiam habitare hominem secum. Optime  
utrumq[ue] ad perfectionis ascensum militare cognoscitur, duntaxat modus debitus, ordo  
seruetur & tempus. Nempe ex conuersatione mutua perficitur uirtus: sapien-  
tia autem additamentum ex interiori inhabita-  
tione sentitur.

*Quid*

**A** **C** **D** **E** *Quod triplicem deus condiderit spiritum, et de singulorum proprietatibus.* Cap. XIIII.  
Iuino nos erudiente eloquio, triplicem nouimus deū sp̄ritū condidisse: ange-  
lorū uidelicet, iumentorū & hominum, singulū singula propria possidentem  
dona. Angelorū siquidē sp̄iritus est substātiæ spiritualis, ex natura mutabilis,  
sed contemplatione immutabilis factus, animo impassibilis, mente rationa-  
lis, felicitate securus, futuri iudicij præscius, mittendus corpora aerea sumit, in cælestib.  
cōmoratur, dei uisione sine intermissione fruitur. In ea substātiæ beatificatione nō am-  
plius crescens, iussus quoq[ue] mundū regit, cælos mouet, elemēta concutit, nequā sp̄iritus  
arcet, populos tuetur & regna, facit miracula, futura prænunciat, humanāq[ue] sp̄eciē mul-  
timoda actione custodit. Hæc quippe dum agit, nō labore fatigatur, nō indignatiōe im-  
pellitur, non tædio lassatur, quin ministeriū suū perficiat. Qm̄ siue contemplationi insi-  
stat, siue circunquaq[ue] discurrendo ministret, reuelata semper sui conditoris uisione læta-  
tur. lumētorum autem sp̄iritus ad hoc tñ creatus est, ut subiectū sibi corpus uiuificeret &  
B regat. Nullum omnino præter id quod habet, sperat bonū, nullūq[ue] formidat malū, simul  
cū corpore moriens atq[ue] deficiens. Hominū uero sp̄ū factus est ut corpus uiuificeret, re-  
gat & uegetet. Ex natura utiq[ue] immortalis est, ratiōalis, passibilis, atq[ue] mutabilis. Ex gra-  
tia & exercitatione proficit, & quotidie in cognitione crescit. Nō beatus factus, sed bea-  
tificandus per gratiā, & liberū arbitriū. Crucianus aut per peccati cōsummationem  
atq[ue] consensum. Resumpturus corpus sibi deputatū, ac cum Christo uiucturus æternali-  
ter, aut ad gloriā, aut ad suppliciū, iuxta operum suorū merita atq[ue] demerita. Porro quā-  
uis cæteras creature, præter q̄ angelicā, quæ illū naturali excellentia antecedit, idē hu-  
manus sp̄ū dignitate emineat: ualeat tñ licet nō substantialiter, effe & iue quandoq[ue] profi-  
cere atq[ue] deficere. Sane quū in medio constitutus sit, angelis uidelicet naturali nobilita-  
te inferior, iumentisq[ue] superior, ex affectionū, & operū qualitate se mutans, seipso qnq[ue]  
(ut sic dīcā) præstantior efficitur atq[ue] dexterior. Quoties sincera ratiōe mouet in expe-  
ditione uirtutū, supra se contemplatione attollit, cælestia appetit, & deo præ amoris im-  
mēlitate uniri cōcupiscit, ipsumq[ue] spirituali iubilatione laudat, uenerat & colit, procul-  
dubio angelis coæquatur ex parte. Cæterū quū in moderato affectu carni inhæret, uo-  
luptuosa querit, uisibilibus tñ trahitur, se cōstatuit uitia, & sensu suo solo regit, utiq[ue] delite-  
scendo descendit, & brutis animalib. efficitur similis. Quēadmodum ore propheticō il-  
li per increpationem sic dicitur: Homo quū in honore esset non intellexit, cōparatus est  
iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Merito irrationabilibus est æquiparā-  
ndus iumentis, qn̄ se negligens carni prostituit, & uoluptuosa rerum trāseuntiū oblecta-  
menta desiderat, atq[ue] quod debet deo, impudēter tribuit alienis, suāq[ue], quam intus gerit,  
male uiuendo deformat imaginē. Profecto diuinis tūc placet obtutib. quū legis decre-  
ta custodit, seruatq[ue] in corde munditiā, sanctimonīā in morib. in corpore pudicitia, in in-  
tentione rectitudinē, pietatem in cultu, iti affectu caritatē, atq[ue] in cogitationib. studet ha-  
bere prudentiam. In his quandoq[ue] uoluntarie deuiat, alieni efficitur iuris, qn̄ ab eo,  
propter quod conditus est, declinat bono. Factus quippe est, ut rectus esset, in inocenter  
uiueret, socialem custodiret unitatem, dñm diligenter, ipsum ardēter quereret, illius quā-  
doq[ue] fleret fruitione beatus. Quæreret, inquā, non in manuacto templo, sicut Hebrei,  
neq[ue] in excelsō mōte, ut Samaritæ, neq[ue] in loco aliquo, tanq[ue] circūscriptus esset, sed quē-  
admodū scriptum est: In simplicitate cordis querite illū. Diligeret aut ex toto corde, in  
intellectu uidelicet sine errore, ex tota anima in uolūtate sine contradicōe, ex tota mē-  
te in memoria absq[ue] obliuione. Frueret uero resolutus huius mortalitatis uinculo reue-  
lata ipsius gloria, quam non uidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,  
quæ uniuersorū bonorum cōtinet affuentiā. Hæc est utiq[ue] uitæ illa beata & æterna, que  
prædestinatis, uocatis, iustificatis tribuit, & glorificatis. In hac igit peregrinatione non  
alibi q̄ in secreto cordis cubiculo à fidelib. quærēdus est deus, sicut nec alibi adorādus.  
Ibi requiescere diligit: in illud ipsum reclinare delectat. In euangelio idē sic perhibet di-  
cens: Si quis diligit me sermonē meum seruabit, & patet mihi diliget eū, & ad eū uenire  
mus, & māsionē apud eū faciemus. Cernis ne quid ualeat erga dñm exhibita caritas?  
Quantūq[ue] proficiat sermonū illius custodia! Meret id obtinere, quo nil melius esse po-  
test, nihil gustatur dulcius, nihilq[ue] carius possidetur. Excedit incomparabiliter uniuersa  
Laur. Iustin.

R. 2 mun-

mundi oblectamēta, preciosas margaritas, probatum aurū, & quicquid in celo fulget,  
uel sapit in terra. Esto igitur talis, ut ad te descendat pater, in teq̄ mansionē facere digne  
tur sapientia. Sit cordis tui habitaculū mundū, ornatū, dilatum, & clausum. Mundū, in  
quā, sic à sordibus polluti amoris, ornatū uirtutū floribus, caritate dilatatū, prudentiā  
clausum custodia. Vicissim sibi ista cōueniūt, & humanū cor ad susceptionē dei in se ef  
ficiunt dignum. Qua aut ratione hoc dictum sit, quo ūe ordine fiat, diligenter obserua.  
Est nanc̄ cordis munditia spiritualis cōscientiā nitor lātificans possidentē se, reddēsq;  
interiorē domum securam atq̄ pacatā. Huiusmodi munditiā decorē Propheta agno  
psal. 50 scens, ut illam consequeretur, dominū deprecatus est dicens: Cor mundum crea in me  
deus. Nouerat imaginem dei in homine sine hac clarere non posse. Nouerat prorsus im  
brem munditiā non corporis, sed cordis, non uestimentorum, sed conscientiā esse mer  
cedem, ita ut absq; ullo obstaculo ascendere possit in montē domini, atq̄ sine repulsi  
ne stare, in loco sancto eius. Propterea in ipsius contemplatione suauiter admirās, eiusq;  
donum concupiscens dicebat: Cor mundum crea in me deus. Illud plane mundum cor  
dicitur, quod caret malitia, superbia euacuatū est, delectatur deo, puro illum contē  
platur intuitu. Nihilq; admittit in se, quod lādat caritatem, cōscientiam fōdet, à uero de  
cōgnitione cælestiū. Quid de hoc in laudib. spōsi spōsa dicat in Cāticis audi: Oculi, inquit,  
eius sicut columba, super riulos aquarū, quæ lacte sunt lōtæ, & residet iuxta flūcta ple  
nissima, uidelicet scripturarū. In quibus duplex oculis binis notitia percipit, dei scilicet  
& sui. Nā est cognitiōe dei, deuota anima uerbi spōsa effecta, se uirtutib. ornat interius,  
morib. verō ex propria cognitione se cōponit exterius, ut illi placeat, quem per mundi  
tā cernit in spiritu. Quanto enim præclarus sponsi sui agnoscit elegantia, quæ filios ho  
minū præcellit uniuersos, ipsiusq; miratur cellitudinem, quæ angelorum omniū super  
excellit dignitatem: tanto magis illi se conformare desiderat, agitq; iuxta suam possi  
bilitatem, ut in ea nihil deforme appareat, quod dilecti sui offendat aspectū. Hinc uarijs G  
uirtutibus quasi diuersis uernantibus ac redolentib. floribus, undiq; cordis sui aspergit  
cubile, quatenus ad secum morandum, concupitum sponsi affectū alliciat. Gratis quip  
pe ipse sponsus hospitium cordis ingreditur, dum illud persenserit uirtutum adorib. re  
dimītum atq; ornatum. Veni igitur ô dñi Iesu pastor bone. Veni, inquam, ô angelo  
rū gaudium, beatorum lumen, periclitantium salus, peregrinantium uia, diligentium  
amor, & dulcedo quiescentium, & reclina in habitaculum serui tui humiliiter inuocātis  
te. Iam domine apud illum aduerserascit dies, & ad occasum sol uergit. Iam domus i  
psius ruinam minatur præ uetusitate præteritae conuersationis atq; sordescit. Sordescit  
utiq; ex intemperantia amoris, ex foetore facinorum, ex adhæsione lutis, ex deordinatio  
ne mentis, ac etiam ex originalis colluione peccati. Sentiat quæso domine suauissimā  
unguentorum tuorum fragrantiam, quæ uniuersorum aromatum odorem uincit, adeo  
ut ubicunq; se sparserint in anima, concupiscentias excitant semipternas. Horum dele  
ctatione sponsa affecta, atq; in se percipere concupiscentis, sponso aiebat in Cāticis: Tra  
cant. 1 he me post te, in odorem curremus unguentorum tuorum: trahe quoq; me ô dulcissi  
me, & amantissime domine, & si non ad te, ut uidere ualeam gloriam tuam & magnitu  
dinem tuam, quam exhibes triumphibus atq; regnantibus: saltē trahe me post te,  
ut tua imitando uestigia, non reflectam gressus meos à semitis tuis, & ab itineribus san  
ctorum tuorum, qui tibi deo suo placuisse probantur. Tunc quidem si te mihi commu  
nicando traxeris me post te, mundatus corde, ornatus uirtutibus, caritatisq; dilatatus af  
fectu, currām in odorem, nedum unguentorum tuorum, uerum etiam mādatorum tuo  
rum, quemadmodum Propheta se cucurisse commemorat dicens: Viam mandatorum  
tuorum cucurri, quum dilatasti cor meum. Porro si dignatione tua fuero dilatatus, cor  
de currām non segniter, neq; claudicando, sed uelociter, recte, ardenter, perseuerāterq;  
caritatis aureo stimulo perurgēte. Caritas nanc̄ est sola, quæ tepefactum, gelatumq; ac  
cendit cor, attollit, atque dilatat. Accēdit dilectione, attollit in cælestibus, & desiderijs  
dilatando amplificat. Quid, oro, ualeat ardentijs inflammare quā caritas, de qua dicit,  
lāmpades eius lampades ignis atq; flammarum? Quid attollere potest sublimius, quā  
deus

A deus ipse sit caritas? Quid ūe dilatare perfectius, quum desiderijs cor replendo dilatet?  
Sunt quippe desideria sancta scintillæ ignitæ de caritatis erumpentes incendio. Ea pro  
culdubio si quis fuerit uehementer accensus, præ amoris nimietate & desideriorū æsti  
bus uritur, & solidatus mente tribulationum dilatatur impulsu, ita ut penitus cadere ne  
queat. Audi uirum flamma diuinæ caritatis accēsum. Iacebat in craticula, ignitis earbo  
nibus suppositis cremabatur, & sic ardebat interius, ut intrepidus diceret: Disce miser  
quod carbonis isti refrigerium mihi præstant. Attende & alium meritis nō inferiore  
hoc tribulationibus affectum nec commotum. Vsc̄ in hanc horam inquit, esurimus, &  
Psal. 44 litimis, & nudis sumus, & colaphis cædimur, & stabiles sumus. Maledicimur & benedi  
cimur, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus, tanquam  
purgamenta huius mundi sumus, omnium peripsema usq; adhuc. Idem autē alibi: Quis Rom. 8  
nos separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an nuditas, an fa  
mes, an periculum, an gladius? O præcessa caritas, quā dulciter accendis, quā sapiē  
ter attollis, & uehementer dilatas? Attingis à fine usq; ad finem fortiter, & disponis om  
nia suauiter. Nempe à summo cælo egressio tua, & occursus tuus, usq; ad summū illius,  
propterea non est qui se abscondat à calore tuo. Descendis misericorditer, & gloriose  
ascendis, uirtutū cælestium candore uestita. Hinc de te, ut arbitror, legimus scriptū: Asti Psal. 44  
tit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circūdata uarietate. Proinde filiæ regis æter  
ni in honore tuo delectabiliter intendentis, tuoq; decore affectæ, te ambiunt, te concu  
piscunt, te uenerantur, te laudant, te inde sinenter quærunt, tibi inharrere, tuisq; castissi  
mis desiderant frui amplexibus. Agnoscentes, quanquā ex parte, quantæ in te sint spir  
ituales deliciæ, delectationes immensæ, iucunda gaudia, refectiones mentis, amoris car  
mina, modulata cantica, allocutiones internæ, iubilationum uota, cælestesq; diuitiae. In  
te est quod placet, quod sapit, quod mulcet, quod nutrit, quod beat. Omnis prosector si  
mul pulchritudo, omnisq; gloria tua intus est. Quāobrem quotquot tuo irradiat sunc  
lumine, te in te, te quærunt in se, & per se requiescent in te, tanto dulcius, quanto secre  
tius. Non enim amas publicum, necq; apprehenderis palam, sed in cubili cordis per spe  
culum. Ideoq; quicunq; te cupiunt agnoscere, te tenere, tuoq; potiri solatio, in suo inte  
riori thalamo optime te reperire ualebunt.

Quod solerti custodia sub humilitatis censura spiritualia dona debent seruari, ne ab immundis  
diripientur inimicis. Cap. X I I I .

 Emo intelligentium recte, ambigit ibi maius imminere periculum latroc  
nij, ubi manifestior cognoscitur esse thesaurus. Excitant nanc̄ naturaliter  
prædonum concupiscentiam propalatae diuitiae, eo uehementius quo pre  
stantiores sunt. Verum quid clarus, aut pluris æstimandum est, quām gra  
tia diuina, donaq; spiritualia, quæ sunt mediantibus uirtutū acquisita sūdo  
ribus? Ista quippe ut rapiantur, indeficienter nobis potestates insidiantur aereæ. Ipse et  
enim tanq; implacabiles latrunculi peregrinationis nostræ obſident iter, quo propora  
mus ad patriam. Quāobrem maxima peruigilq; nobis est adhibenda custodia, ne bo  
na nobis præstata, seu acquisita furent, nosq; mactēt & perdāt. Hinc intra arcanū pecto  
ris nostri collata recondenda sunt munera, atq; sub humilitatis protectione tegēda, que  
cæterarū uirtutum est mater & custos. Super quē, inquit dñs per Prophetam, requiescit Esa. 66:  
spūs meus, nī super humiliē, & quietū, & tremētē sermones meos? Requiescit profector  
amabiliter in humilitatis thalamo humili dñs, qui humilia respicit, sicut propheta me Psal. 112  
minit, in cælo & in terra. Hāc humilitatis uirtutē quēadmodū exhibuit in se, ita fideles  
suos eam sectari docuit dicens: Discite à me, quia mitis sum & humili corde. Si uis peri  
spicue scire quod dictū est, attēde humilitatis discipulā, que uniuersos tam ex gratiē ple  
nitudine, & ex donorum magnitudine ac numerositate præcellit mortales, ex humili  
tatis adeptione quid consecuta sit. Postq; angelo nunciante, uerbum carnē assumpsit ex il  
la ut Emanuel fieret, postq; officiosissime salutauit Elisabeth, conditoris sui prorūpens  
in laudes inquit: Magnificat anima mea dominum! Et exultauit sp̄ritus meus in deo fa  
luti meo, quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent oēs  
generationes. Non ait respexit uirginitatē, nō innocentiā, nō uirtutes cæteras, sed humi  
litatē tm, ut manifestaret quantū præmineret reliquis, quātū ūe deo placeret humilitas.  
Laur. Iust. R. 3 Tanti

Tatī quidē est, ut si oēs facultates tuas erogaueris, si corpus tradideris flāmis, si peregrī. E nādō totū lustraueris orbē, si infirmis ministraueris, & uestieris nudos, si pro defensione catholicæ ueritatis usq; ad sanguinis effusionē certaueris, postremō si totā legem cōplete ueris, & in hac sola offenderis, factus es omniū criminū reus. Nā sicut absq; caritate, ita sine humilitate nemo saluus efficit. Cæterū iuxta humilitatis mēsurā prærogat dñs suis dilectorib. dona, suāq; ostētāt p̄äsentiam. Vbi enim reclinare disponit, obſeruat prius utrū sit p̄n̄ humilitas, quā cum uiderit atq; cognouerit, hilariter uisitat, suaq; lētā facie p̄ſentia. Illā protegit, illā regit, & tanq; familiarissime se cōmunicat illi. Protegit, inq; ne tentationib. à diabolo fatigata deficiat, uel à proximo contumelijs laceſſita maledic̄. Etū pro maledicto respōdeat, aut flagellis ab ipso erudita, in murmurationis uerba pr̄rūpat. Regit aut, ut non ignoratiæ tenebris inuoluta cadat, seu fraudib. seducta deuiet, uel seculi blāditij irretita inhēreat. Quantū uero se illi benignū exhibeat, quā ūe ipsam indulgēter diligat, soli humiles nouerūt, qui sapiētię cōtubernio effecti sunt digni. Esto igitur mitis in morib; esto in cogitationib. humiliis, ut non inflatus cadas, sicut ille qui ausus est dicere: Sedebo in monte testamēti, in laterib. aquilonis, super astra cæli exalta bo soliū meū, & ero similis altissimo. Eris plane tunc humiliis, si ori tuo custodiā, & cordi adhibueris prudentiā. Est aut lingua membrū paruū, & magna exaltat, de se pompat. Ce loquit, nunc inania, nūc scurrilia profert & falsa. Illā optime cōpescit humilitas, quā silentium diligit, fugit mēdacia, oēm̄ obhorret tumorē, atq; solo cōtentā testimonio, cælestis gratiæ respuit propalare secreta. Se etenim prudēter examinat, cordis occulta rimat, discernit singula, uniuersa dijudicat, eoq; lib̄ip̄i efficit uilior, quo infirmitatis p̄priæ cogitando fit clarior. Hinc loquacitati tēperantia loris legē indicit, ne ipsius occasione mens effluat, dissipent cogitatus, turbetur pax, & interioris domus pacata familia lasciuire cogat, quā moderāte prudētia humilitatis iura custodit. Sic igit anima erudi ta in spū, sicq; assueta habitare secū spiritualis solitudinis pfectū sentit. Propterea secreta diligit, querit latebras, mētis tribunal iugiter ascendit, indeq; repellit noxia, allidit im portuna, fecta utilia. Hoc aut sine motu corporis, & absq; labiorum perficit uoce. Eius spirituale studium solus ille cognoscit, qui renes scrutatur & corda. Quamobrem ex humilitatis habitu, & adepta puritate, ex decore conscientiæ, atq; ex cordis radiante mun ditia, deo efficitur grata, amabilis uirtutibus cælestibus, & sempiterno dei uerbo sponsa carissima, ita ut p̄r dulcedine amoris illius in eius laudē pr̄rūpat dicens: Quām pul chriæ sunt māmæ tuæ soror mea sponsa, pulchriora sunt ubera tua nino, & odor ueſtimē torū tuorū super omnia aromata. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cōclusus, fons signatus. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorū fructibus. Merito hortus conclusus, atq; signatus fons anima esse perhibetur, quā cubiculi sui spiritualis secreta perlustrans mundat sordes, reatus plangit, collapsa erigit, regit affectus, insurgentes aduersus rationē cōponit motus, immundos arcet spiritus, suosq; adeo prudenter internos custodit sensus, ut eorū nulli liceat ambulare post carnem. Nonne conclusus hortus & signatus quisq; fons dicitur, in quem descendit uerbū, & tanq; in sede, p̄pria residet sapiētia, ipsum de omnib. imbūēs, quā ad religiōis cultū, ad fraternē dilectionis officiū, ad uirtutū decus, ad morū, pbitatē, & ad spūalis regimini attinet proſectū. Sobrietatē quippe, sicut legitur, docet, & sapiētiā & iustitiā, & uirtutem, quibus utilius nihil est in uita hominibus. Docet, inquam, non per opus sensibile, neq; p̄ sonorā, & trāf euntē uocem, sed aspirādo agendorū scientiā, infundendo ueritatis lumen in cordib. se possidentiū, per q̄ lētificati atq; roborati ualeant cōsummare, quod salubriter norint esse faciendū. Claret itaq; perspicue, illum rectissime horto cōcluso atq; signato fonti af simili, quē humilitas custodit ne cadat, atq; ne delinquēdo erret, sapientia inhabitādo erudit. Evidē in ipso spūali horto, desideriorū redolent flores, & uirtutum plātaria, san ctarū cogitationū fructificant germina, in quibus optime deleat̄ sapientia, quēadmodū ipsa perhibente cognoscimus. Ego, inquit, habito consilio, & eruditis intersum cogitationibus. De ipso quoq; fonte nō aperto, sed signato, dulcissimā diuinorū eloquiorū erumpunt aquæ, more exuberantis fluminis, quā audientium mentib; inferunt saturitatem & gaudiam. Vnde per Prophetā de huiusmodi dicitur: Fluminis impetus lētificat ciuitatē dei. At uero ne quisquā temere sibi arrogate p̄ſum̄eret, quod gratis accepitā

domi-

A domino, idem uates admonendo mox intulit: Sanctificauit tabernaculum suum altissimum. Non enim abs te habes ô homo, ut possis cogitare sancta, seu proferre utilia. Ipsa profectō quā per gratiam tecum est sapientia, te ad humilitatem monet interius, tuosq; format cogitatus, ne inflatus elatione proruas in delectationē cōſensumq; peccati. Te præterea instruit, ut loquaris quod rectum est, & audientes ædifices. Vtrumq; apostoli testimonio comprobatur: Non quōd idonei simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Alio in loco de se inquit: An experimentum quā ritis eius, qui in me loquitur Christus: Causa ergo prudenter, ne conditoris tui donis abutaris, tibiq; arroges, quod diuinum est, tecum sit humilitas, quā se ignorat extollere, ut cordis tui custodiat aditum, quatenus inanis gloriæ formica non intret, quā bonis unitas insidiari consuevit. Adlit etiam sapientia, quā suo præeunte splendore te educat, conduceat, atq; perducat. Educat quidem de tenebris uitiorum: conduceat autem per se mitas iustitiae. Et perducat ad portum tranquillitatis, unitatis & pacis. In quem prospere ingressus confitearis nomini domini unā cū cæteris iustis atq; perfectis. Porro ad hūc gradum minime peruenire ualebis, si non tecum affuerit humilitas, & comeauerit sapiētia simul. Hæ ambo optimè concordant, & adeo in una foederantur compagine, ut alteram nequeas segregare ab altera. Nam si humilitatem absq; sapientia habere volueris, facile in desperationis præcipitum rues. Cæterum si sine humilitate sapientiā te posse tenere credideris, prorsus desipies, & evectus in altum ignoratię, reliqueris in tenebris. Te itaque de te imbuat humilitas. De Deo autem illuminet sapientia, quatenus per humilitatem reuoceris ad te, atque de te per sapientiam eleueris in Deum. Te erigit ista, ne coiquineris in seculo. Illa uero infirmitatem tuam manifestando aperiet, ne p̄ſumias. Super soliditatem igitur humilitatis spiritualem domum sapientia in te ædificare nō definat, in qua nuptiale ualeat construere thalamū. In ipsa siquidem humilitate omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctū in domino. Cohæret quippe cum ipso summo angulari lapide Christo Iesu domino nostro, qui humilitatis & sapientiæ præceptor est optimus. Vtrūq; ab illo didicimus, quoniā utrūq; est ipse. Est enim sicut ait Apo stolus, Dei uirtus & Dei sapientia, per humilitatis uirtutē te eleuat de imis, & per sapiētia gustū collocat in excellis. Noueris tamen q̄ nō absq; labore maximo, tentationūq; certamine, diuina nihilominus cooperante gratia, uirtus possidetur humilitatis. Sapientiæ uero gustus precū interpellatione donatur. Sacra (qd dictum est) testantur eloquia: Cōtēdite, inq;t, incarnata ueritas intrare per angustā portā. Arcta enī est humilitatis uia, q̄ ducit ad uitā, & pauci ingrediuntur per eā. De sapientia aut̄ Iacobus Apostolus ait: Si quis aut̄ uestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus afflūter, & non im properat, & dabitur ei. Quamobrem si uiriliter certare uolueris, cōsequi poteris humilitatem, si uero orare iugiter, sapientiā. Optimē igitur ad impetrandū qđ poscitur, cordis suffragatur humilitas. Nam humilium & mansuetorū orationem Deo semper placuisse probatur. Tanto itaq; ad consequendam sapiētiā tua efficacior erit oratio, quanto in oculis domini inuentus fueris corde humilior.

De dupli modo orandi, & quibus singularis specialiter cogruat. Cap. XV.

**N**ihil his, qui corporalem seu spiritualē solitudinem assequi conatur, sic exp̄ dire cognoscitur, quemadmodum orationis actus, non qualiscunq; sed eius quā mente perficitur. Nam illa, quā ex sola uocis prolatione agitur, communis cum sit, & ab omnib. exercenda, illis p̄cipue cōgruit, q̄ exteriorib. impli cant negocijs, & cū hominib. cōuersant, quorū mens horis penē singulis per diuersa di strahit. Quā aut̄ in spiritu cōsummatur, illorū tantum est, qui socialem fugientes uitā, ambulare uolunt in spiritu, & mūdū cor Christo domino exhibere conantur. Isti etenim uigilanter corporalē solitudinem querunt, qua mediante liberius ac mundius orationi queant insistere. Hoc autem non ex se peragunt, sed exemplo pariter, ac mediatoris nostri erudiuntur oraculo. Q̄i quoties ille de serm̄ populis relatisq; discipulis, ut orare ex foliis, subiit in montem: Q̄uām frequenter, sicut legitur, ipsum in orationibus Dei per noctas se cognoscimus. Hoc tamen egit, non ut captaret suffragium, quo puriores ad patre preces funderet, sed ut orandi præberet exemplum, orationis institueret formam, solitudinem commendaret, faceretq; quod ipse docuerat. Dixerat namq; Tu autem cū

**Math. 6** oraueris intra cubiculum tuū, & clauso ostio ora patrem tuum, & pater tuus, qui uidet in abscondito reddet tibi. Sanè omnem spiritualis orationis regulam hoc mystico insinuauit eloquio. Non enim materialis domus tantum, sed cū orare desideras, cordis tui debes introire cubiculum, atq; cogitationibus tuis portas obstruere, ne eis liceat uagari exterius, ac mentem ab orationis intentione disfluere. Ibi namq; solus in secreto sic positus patrem tuum orabis in spiritu. Sp̄ritus quidem quum sit Deus, illū in spiritu & ueritate adorare oportet. Tales profecto adoratores querit, ex quo sp̄ritus ante faciem nostrā factus est Christus dominus. Taliūq; uota libenter exaudit, se illis offert, se eis amabiliter manifestat in spiritu, eosq; cognitionis suæ luce irradiat, exultatione replet, accendit desiderijs, ac deuotionis nutrit dulcedine. Interdum etiam ne torpore depresso iaceant, uel dubietate confusi resiliant, orantium infirmitatem adiuuat. Nā quem

**Rom. 8** admōdum Apostolus ait, quid oremus, sicut oportet, nescimus. Proinde ipse sp̄ritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Magna prorsus impetrandi tunc est habenda fiducia, cum idem sp̄ritus, qui postulat pro sanctis, pro nobis etiam in spiritu orare dignatur. Disce hunc orandi modum, qui ex sp̄ritus sancti inhabitatione perficitur. Disce ubi ueræ orationis sit locus, quid petere, qualiterue debeas postulare. Ista si scire neglexeris, nunquam orabis in spiritu, necq; ad amabile cōtuberniū peruenies sapientiæ. Tūc quippe oras in spiritu, cum repulsi phantasmatibus, inutilibus cogitationibus, mente puram offers Deo, ita ut absq; repercussionē conscientiæ, precum tuarum exhibeas sacrificium. Tunc, inquam, oras in spiritu, cum desideriorum cœlestium calore cor estuās, diuinis totum occupatur in laudibus, gratiarumq; actionum uota persoluit, propter qđ interdū iubilo ineffabili cōpletur & gaudio. Huiusmodi sanè orandi modus perfectiorū est, qui sanctificati per gratiam, atq; per caritatis habitum reformati in spiritu, terrena omnia, nūc orando, nūc meditando transcendunt. Desideriorum siquidem subleuati remigio, sapientiæ intima delectatione pascuntur. Ipsa sola est, quæ orationis magisteriū docet, orandi multiplicat uota, diuinitatis tribuit gustū, suavitate affectum inebriat, futuraq; felicitatis pandit arcanum. Ipsa, inquam, eit quæ inuitat cor hominis, sensum de prauatum illuminat, prostratam erigit spem, omnemq; interioris domus habitatorem reformat in Deum. Porrò infinitus est sapientiæ thesaurus, mellifluus haustus, amplexus iocundissimus, fructus dulcis, delectabilis amicitia, hereditas perpetua, sanctum connubium, immaculatus thoros, quo qui bene usi sunt, participes facti sunt gloriæ Dei. Se namq; tribuit quærentibus se non sicut, seq; diligentibus caste humiliter ardenterq; ostendit, & tanquam honorificata mater se illis benevolam facit. Non autem amat solum, non cupidum, non ebriosum, non inuidū, non iracundum, non impudicū, non elatum, non corde duplēm, neque inania cogitantem. Sic namq; de illa scriptum

**Sep. 1** est: Spiritus sapientiæ disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Gratissime uero manlionem suam collocat apud pauperem spiritu, moribus mitem, propria aliorumq; lugentem facinora, esurientem ac sitiētē iusticiam, misericordē in proximos, corde mundum, atque mente pacificum. Nec immerito. Nam in ea nihil est coquinatum, nihil sordidum uel curuum, siue deformis, quin potius est speciosior sole, & super omnem stellarū dispositionem, luciū comparata inuenit prior. Illi sanè non succedit nox, neque eam occupat caligo obnubilans, quoniam candor est lucis æternæ, & speculum sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Imago, inquam, non expressa alicubi, nec formata ex aliquo, sed per aspirationem generata, cœterna & per omnia similis ei, qui genuit illam sine temporis initio, sine sui detimento, & absque cuiusquam suffragio. Quemadmodum ipsa de se inquit: Dominus possedit me in inicio uiarum suarum, antequam quicquā faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequā terra fieret, necdū erant abyssi, & ego iam cōcepta erā. Cæterum & per ipsam omnia facta sunt, siue quæ super cœlos sunt, ut angeli, archangeli, throni, dominationes ceteriq; beatorum spirituum ordines, agminaq; iustorum, seu quæ in cœlo fulgent sicut Sol, Luna, ac radiantes stellæ, siue quæ uigentur in elementis & uiuant, uniuersa périllam conditæ sunt. Sicut eadem ait: Quan-

**Prover. 8** do preparabat cœlos aderam, cum eo eram cuncta componens. Quod autem ipsa de se, hoc Propheta testatur dicens: Quām magnificata sunt opera tua domine, omnia in

**A** in sapientia fecisti, uidelicet in uerbo tuo sempiterno, quod genuisti ante secula ex te, per te, in te, prout in psalmis legitur dixisse patrem: Eructauit cor meum uerbum bonū, uerbum utique non compositum ex literis, uel syllabis, uel uoce prolatum, sed semper manens, cum illo cuncta disponens, nullusq; egens, quoniam unum cum patre est dicente ipso: Ego & pater unum sumus. Tanta siquidem gignentis, & geniti est similitudo, tantaq; parilitas, ut certissime qui uidet filium, uideat & patrem, quia unus est naturæ cū illo, unus substantiæ, unusq; potestatis, unus maiestatis individualis, & inconfusa. Veruntamen alia est persona patris, atq; alia filij, quamvis par gloria, una eademq; sit amborum confitenda diuinitas. Pater autem Deus, sed non de Deo, quia à nullo est. Filius uero Deus, de patre Deo, non tamen minor, neq; inferior, sed coæternus, & consubstantialis ei, qui illum genuit. De quo Apostolus ait: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis in excelsis. Propter humanitatis namque assūptam naturam, filium ad patris dexteram sedere perhibuit, non propter naturam uerbi, quoniam Deus sp̄ritus est, incorporeus simplicissimusq;. Nam unus est Deus, unus idemq; Dei & hominum mediator, homo Christus Iesus. In eo siquidem natura qua homo est corporeus, uisibilis palpabilisq; esse cognoscitur. Sed in ea qua Deus est æternus, incorporeus, immensus, atque inuisibilis fatendus est, carnalibus uidelicet oculis, qui de solis ualent iudicare corporeis sensibus sibi notis. Rationali igitur ac intellectuali spiritui intelligibilis atque captabilis est. Quoniam uerbum est Dei uirtus & Dei sapientia. Quemadmodum per quendam sapientem dicitur: Fons sapientiæ uerbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Vnus est altissimus creator omnium omnipotens, rex potes, & metuendus nimis, sedens super thronū illius, dominans Deus. Ipse creauit illā spiritu sancto, & uidit & diu numerauit, & mensus est, & effudit eā super omnia opera sua. Secundum datum suum præbet eam diligentibus se. Non inquit secundum merita præbet eam, sed secundum datum suum, id est, secundum beneficium placitum uoluntatis suæ, quatenus non ex operibus tuis, sed præcipue ex dantis misericordia illam consequi te posse confidas. Alioquin gratia non esset gratia, si ex operibus præberetur. Gratia autem propterea dicitur, quia gratis datur, & secundum beneficium largientis. Quamobrem ut datum illius gratiam esse cognoscas, sic ait Apostolus Iacobus: Si quis indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Hanc igitur ut accipere mereamur postulemus in fide. Postulemus, inquam, ut non solum per fidem in nobis habitare dignetur, uerum etiam donum, & inextinguibile lumen ipsius, quo mediante ad ipsam pertingere ualeamus. Non enim ad illius cognitionem uenimus, nisi ipsa se nobis insinuante ac dirigen te nos. Insinuat namque se nobis, non per speciem aliquam, neque per formam corporalem, sed cordibus nostris infundit quoddam ineffabile lumen, spiritualemq; dulcedinem, & suavitatem internam, cuiusq; gustu laetificatur percipientis mens, & amo re illius uehementer accendit, adeò ut cuncta, quæ illi prius placebant, displicere incipiunt, uilescant omnia, quæ ante cara uidebantur. Nec ab re talis efficitur. Facultates quippe temporales ac preciosi lapides in estimatione illius nihil sunt. Omne quoque aurum in comparatione ipsius arena est exigua, & tanquam lutum arbitrabitur argentum in conspectu illius. Soli preciositatem eius nouerunt, qui illa facti sunt digni. Hinc uniuersa contemnunt cuncta, quæ in hoc mundo possident sponte derelinquent, abnegant se, ut contubernio ipsius mereantur esse participes. Tanti namq; est, & tam decora specie, ut agnita despici nequeat, quin potius gustantis, & uidentis in se rapit affectum. Nōnne amore regiæ dignitatis ipsius is captus fuerat qui dicebat, Super salutem & speciem dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius? Hanc utique amauit, & exquisivit in uuentute mea, & quæ si uam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius, quoniam doctrix est disciplinæ Dei, & electrix est operum illius. Si diuitiæ appetuntur in uita, quid sapientia locupletius, quæ omnia operatur? Si autem sensus optatur, quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex? Si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, & si altitudinem scientiæ quis desiderat, sapientiam habet, quæ scit præteri-

C placitum uoluntatis suæ, quatenus non ex operibus tuis, sed præcipue ex dantis misericordia illam consequi te posse confidas. Alioquin gratia non esset gratia, si ex operibus præberetur. Gratia autem propterea dicitur, quia gratis datur, & secundum beneficium largientis. Quamobrem ut datum illius gratiam esse cognoscas, sic ait Apostolus Iacobus: Si quis indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Hanc igitur ut accipere mereamur postulemus in fide. Postulemus, inquam, ut non solum per fidem in nobis habitare dignetur, uerum etiam donum, & inextinguibile lumen ipsius, quo mediante ad ipsam pertingere ualeamus. Non enim ad illius cognitionem uenimus, nisi ipsa se nobis insinuante ac dirigen te nos. Insinuat namque se nobis, non per speciem aliquam, neque per formam corporalem, sed cordibus nostris infundit quoddam ineffabile lumen, spiritualemq; dulcedinem, & suavitatem internam, cuiusq; gustu laetificatur percipientis mens, & amo re illius uehementer accendit, adeò ut cuncta, quæ illi prius placebant, displicere incepiant, uilescant omnia, quæ ante cara uidebantur. Nec ab re talis efficitur. Facultates quippe temporales ac preciosi lapides in estimatione illius nihil sunt. Omne quoque aurum in comparatione ipsius arena est exigua, & tanquam lutum arbitrabitur argentum in conspectu illius. Soli preciositatem eius nouerunt, qui illa facti sunt digni. Hinc uniuersa contemnunt cuncta, quæ in hoc mundo possident sponte derelinquent, abnegant se, ut contubernio ipsius mereantur esse participes. Tanti namq; est, & tam decora specie, ut agnita despici nequeat, quin potius gustantis, & uidentis in se rapit affectum. Nōnne amore regiæ dignitatis ipsius is captus fuerat qui dicebat, Super salutem & speciem dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius? Hanc utique amauit, & exquisivit in uuentute mea, & quæ si uam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius, quoniam doctrix est disciplinæ Dei, & electrix est operum illius. Si diuitiæ appetuntur in uita, quid sapientia locupletius, quæ omnia operatur? Si autem sensus optatur, quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex? Si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, & si altitudinem scientiæ quis desiderat, sapientiam habet, quæ scit præteri-

D ciant, uilescant omnia, quæ ante cara uidebantur. Nec ab re talis efficitur. Facultates quippe temporales ac preciosi lapides in estimatione illius nihil sunt. Omne quoque aurum in comparatione ipsius arena est exigua, & tanquam lutum arbitrabitur argentum in conspectu illius. Soli preciositatem eius nouerunt, qui illa facti sunt digni. Hinc uniuersa contemnunt cuncta, quæ in hoc mundo possident sponte derelinquent, abnegant se, ut contubernio ipsius mereantur esse participes. Tanti namq; est, & tam decora specie, ut agnita despici nequeat, quin potius gustantis, & uidentis in se rapit affectum. Nōnne amore regiæ dignitatis ipsius is captus fuerat qui dicebat, Super salutem & speciem dilexi sapientiam, & proposui pro luce habere illam, quoniam inextinguibile est lumen illius? Hanc utique amauit, & exquisivit in uuentute mea, & quæ si uam sponsam mihi assumere, & amator factus sum formæ illius, quoniam doctrix est disciplinæ Dei, & electrix est operum illius. Si diuitiæ appetuntur in uita, quid sapientia locupletius, quæ omnia operatur? Si autem sensus optatur, quis horum quæ sunt, magis quam illa est artifex? Si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habent virtutes, & si altitudinem scientiæ quis desiderat, sapientiam habet, quæ scit præteri-

ta & de futuris exiliis, scit uerutis sermonum, signa & monstra ante quā sicut, &c. E  
uentus temporum & seculorum. Speciosissimam insuper huius elegantiam gloriis cō-  
templati sunt martyres, qui uenusti illius electi uisu, gustuq; delectu dulcissimo, tam-  
laciter tamq; confitantes, omnium tormentorum minime formidantes subire supplicia.  
Fareor quoniam regina auctri consurget in iudicio, cum praesente generatione ingratia  
& tepida, ac damnabit eam. Quae relictio regno uenit de finibus terræ audire Salomo-  
nis sapientiam, hominis mortalis & peccatoris. Quid ( oro ) dicturi sumus in extremo  
examine, quando ipsam sapientiam negligentes agnoscere, ac in cordium nobiscum  
fuscipere penetrabit? Illa auditu rege inquit: Maior est sapientia tuu, & opera tua, quæ  
rumor quem audiui. Beati uiri tui, & beati serui tui, qui sunt coram te semper, & audiunt  
sapientiam tuam. Nos autem minime dignarunt opera mirifica a sapientie, quæ  
solgent in celo, & in terra. Nam uenit decor, in quo ipsius elucet potestas, bonitas,  
uirtus, atque diuinitas, tanquam clarissimum intellectui nostro obiectum speculum, ut  
ipsam cognoscamus in illo. Obseruamus quoque mentis auditem, ut non saluberrima  
eius ueritas percipiantur innotescat. Hinc est quod per uisitorum anfractus, & ignoran-  
tiae deuia erramus ut cœci, quoniam locutionum ipsius nesciunt mysteria. Dominus  
autem solus est, qui docet hominem scientiam, quemadmodum scriptum est: Nemo po-  
test scire sensu domini, nisi ipse sapientiam dederit, mulieriq; spiritum sanctum suum de-  
stollans, qui de his, quæ grata sunt ei, erudit illum. Erudit plane humanum cor, il-  
lic manifestat incerta & occulta sapientie ipsius, duntaxat oocum inuitantis ac pulsan-  
tis audire non spernat. Cuncti igitur, quibus ad intelligendum est datum cor doole,  
studient redire ad se, & in se spirituali edificient solitudinem, ut in ea frequenter in-  
telligent. Orationi uacent affidite, in diuinis meditentur eloquii, creaturarum con-  
plexior speciem, & ponitissimum dicant agnoscere quæcumq; illis in spiritu loquuntur fa-  
pientia. Ne forte ( quod absit ) in sui permissione cogantur audire sensu, quæ per  
Salomonem suis ministris contemporibus dicens: Vocati & renatis, extendisse  
nunquam, & non fuit quæ a sapientie. Omne confituum meum, & increpati meas G  
neglexisti. Ego quoq; in interiori uerbo ridebo & subfannabo, cum uobis, quod sine  
habit, aduenient, cum intemperie reperient calamitas, & invenient quæ tempestas ingue-  
rit. Tunc invocabum me, & non exaudies, mene confurgent, & non inuenient me, eo  
quod ex oīam habuerint disciplinas, nec acquirent in conflito meo, & deracine-  
runt in correctioni meæ.

Quantum si uenientia spiritualia solitudinem se uenibus, discreti me  
bore spiritum. Cap. XL.

Cap. 9

Principia ad consequenda, custodiendaq; spirituali solitudinem, opiu-  
latur discretionem habere spiritum, quæ sapientie spiritu operante per-  
cipiantur. Non enim ualeat humani acumen ingenii per ipsam penetrare, quæ  
spiritus sunt, dicente sic facio eloquio: Cogitationes quippe mortalium omni-  
dar, & incerte prudentia nefira. Quoniam corpus quod comus pueri, aggranularuntur,  
& deprimit tenet in habitu noſtros multa cogitationes. Cæterum si difficile existi-  
mamus, que in terra sunt, & que in prospectu sunt, invenimus cum labore, que in cordis  
sunt, & in verbis latenter arcano, atq; operatus spiritus, quis inestigabit? Apostolus hoc  
1 Cor. 2. finitissimis ait: Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei. Id solam animam  
possedit sapientia, quæ propter sui munditatem ait, a fine usque ad finem forster,  
dicit. & disponit omnia suorum. Quoniam ideo Apostolus dicit: Spiritus sanctus enim est  
Eph. 4. profunda Dei: alibiq; Validum est uerbum Dei & efficax, & penetrabilis omni gla-  
dio accipi, pertinens usq; ad dimensionem amictus ac spiritus, compagnum quoq; & me-  
dullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis. In eo igitur q; sit omnia, &  
cordum occulta resuunt, abq; uelut in uero procedunt, quibus uult, & quando uult  
luminari, mortalium, atq; spiritualium rerum præbtere sciemtiam. Nemo itaq; aliis  
de horum, que illius latenter, quæntat habere solet, quæ ab eo, cui universa in-  
specta & uita. Reprehensibilis & correctione illi dignissimus est, qui ab alio quæm à  
Deo, qui per spiritum suum mystica loquuntur, occulta manifestat, recte facit, iusta  
cognoscit, & dispergit spiritualia, spiritualia distinctionem arbitriuſus se posse peri-  
petat.

A pere. Omnes prosector opinando loquuntur, qui de his, quæ per immisionem, uel per  
reuelationem, seu per infusionem aguntur in homine fari uolunt, nisi per sapientiæ do-  
num discernendorum spiritum cognitionem habuerint. Nam quemadmodum nul-  
lus hominum scit, quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in illo est: ita & quæ Dei  
sunt, nemo cognoscit, nisi spiritus Dei. Quis enim ( inquit Paulus ) cognoscit sensum  
domini, nisi spiritus domini, qui instruit eum? Hinc est quod tantu homo spiritualis, qui  
discretionis donu percepit ex munere, djudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Pro-  
inde dat sana cōſilia, fraudes spirituū detegit immundoru, & propria singulis tribuit sa-  
lutiſ monita, hoc in nullo spiritu operante scientia. Quamobrē Apostolus ( qui ob mul-  
torum eruditionem specialiter donum hoc fuerat consecutus à domino ) confidenter  
aiebat: Nos autem, inquit, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritu qui ex Deo  
est, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis. Quæ & loquimur non in doctis humanæ  
sapientiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparates. Magni er-  
B go ex hoc periculi res esse cognoscitur, quemplam spiritualis solitudinis studia, absq; di-  
ſcretione hac, siue directore perito uelle sectari, præsertim cū nunc immisiones, nūc re-  
uelationes, nunc infusiones fiant in nobis. Infusiones uidelicet per spiritu, reuelationes  
per angelos, & immisiones per spiritus nequā, quemadmodum scripturarū eidētissime  
testimonio cōprobatur. Patet nāc perspicue, quoniam à Deo per spiritu infusiones sūt,  
ex quibus futura & occulta noscunt. Sic enim per prophetā dominus loquitur dices: Et  
erit post hæc: Effundam spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij ue-  
stri, & filiæ uestræ. Iuuenes uestri uisiones uidebunt, & senes uestri somnia somniabunt.  
Dominus ipse in euangelio ait: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis  
unde ueniat, aut quò uadat. Quod autem reuelationes per angelos perficiantur, mul-  
tis in locis scripturarum sanctarum narrant uolumina, ut claret in Abraham, Lot, Ia-  
cob, Mose, Iosue, Lepte, Manue, Petro, Ioanne, & in alijs quā plurimis. De immisioni  
bus uero quæ per dæmones sūnt, ait Ioannes in euangelio: Et coena facta cum diabolus  
C iam misserit in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothis. Et in psalmis propheta in-  
quit: Misit in eos iram indignationis suæ. Indignationem iram & tribulationē immis-  
siones per angelos malos. Cuncta igitur hæc, quæ memorata sunt, quoniam non palam, sed  
in spiritu ac inuisibiliter peraguntur, difficillime agnoscuntur, & ut arbitror à nemine  
ad plenum neque perfectè. Quis ( quæso ) mortalium intelligit, quando immisiones  
facit diabolus, quandó ad cor angelus loquitur, cum ambo in spiritu id par modo  
perficiant? Nōne frequentissime ipse Satan transfigurat se in angelum lucis, fal-  
sum pro uero insinuans, ut imprudentes decipiāt, atque incautos? O quantos quotidie  
legimus, audiūmus, nouimus corruiſſe à proposito sanctitatis, quoniam antiqui hostis  
minime agnouere insidias? Suadent ipsi maligni spiritus interdum prolixa ieunia, im-  
moderatas uigilias, opera manuum, corporalem solitudinem, conuersari affidue, inepie  
gaudere, contristari supra modum, zelum sine prudentia, compassionem absque iusti-  
tia, innumerāq; alia, quæ de bonorum sunt genere, cum intentione fallendi. Sciunt  
D namque quod nihil prodest bonum agere, nisi etiam fiat bene. Eo uidelicet modo, ea  
mensura, eo tempore, eaq; intentione, qua uirtutis nequaquam prætereat limites. Cæte-  
rum si ieunaueris immoderatus debito, si erogaueris pauperibus nō ut expedit, si pro-  
ximis te exposueris inconsulte, uel boni quippiam perficeris imprudenter, nil profi-  
cies, quin potius delinquēdo deficies, erisq; inimicis tuis ridiculus, neglector tui, & gra-  
tia aspernator, dum bonum agens male, lux tibi computatur in tenebras. Ista igitur ut  
sapienter euites incommoda, utque euadas uenatorum spiritualium laqueos, indeſi-  
nenter dominum deprecare, ut discretionem spiritum tibi impertiri dignetur, pruden-  
tiæ lumen, donum sapientiæ, humilitatis affectum, ac timorem sui. Ista prorsus suum nō  
sunt Dei gratia cadere possessorē. Cæterū quoūq; q; dicta sunt, percipias efficaciter, sen-  
sum propriū fuge, altū ſapere, curiositatis imperū, tui fiduciā, proximiq; contemptum,  
quoniam sapientiæ dono, quod discernit spiritualia, hæc aduersari noscuntur. Nam te-  
ſtante Apostolo Iacobo, quæ defusum est sapientia, primum quidem pudica est, dein-  
de pacifica, modelata, uadibilis, bonis cōſentiēs, plena misericordia, & fructibus bonis,  
iudicans sine simulatione. Habet plane ipsa sapientia uirtutum omnium aggregatio-  
nem

nem Dei gratiam, lumen preclarum, quod omnem abigit ignorantiae caliginem, quæsa

luti inimicatur animarum. Ipsius igitur sapientiae implora suffragium, donum illius sedu-

la oratione deposce, dominus quippe solus est, qui præbet sapientiam infunditque humi-

libus discretionis scientiam. Quamobrem accede frequenter ad eum, ipsiusque ineffabi-

**Sep. 9** lem clemetiam ex totis præcordijs exora & dic: Deus patrum nostrorum, & domine to-

tius consolationis & gratiae, qui sempiterno uerbo tuo perfecisti uniuersa, & sapientia-

tua ad imaginem tuam creasti hominem, illumque constitueristi, ut dominaretur creatura tua,

quæ à te facta est, quæ solo da mihi sediū tuarum afflitionem sapientiam, ut ipsa mediare dispo-

nam uitam meam, cunctaque interiora mea secundum te, & in directione cordis iudicium fa-

ciam & iustitiam. Obsecro mi domine, mitte illa de sede magnitudinis tuz, ut me in ad-

uersis protegat, regat in deuiss, erudit in dubijs, atque in prosperis ne extollar, custodiatis.

Adde nihilominus huic postulationi tuae, obseruationem mentis, & discussionem perui-

gilem, quatenus affuescas agnoscere prudenter, quæcunque uersantur in te. Si enim absque

examine, cogitationibus tuis accommodabis assensum, proculdubio delinques assidue,

& ad discretionis donum nunquam attinges. Nequaquam immediate charismata spiritua-

lia largiri consuevit omnipotens, sed ut plurimum ex precu importunitate, exercitatio-

ne laudabili, atque concepto amore uirtutum. Optime tamen opitulatur ad consequendum

discretionis lumen interdum collationem habere cum patribus, atque maiorum subesse iu-

dicio: eorum uidelicet, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem

boni & mali. Non enim omnes ætate longæui, aut confessi abstinentia, ad præbendum

consilium idonei sunt. Senectus autem uenerabilis non diurna, neque annorum numero

computata, cani quippe sunt sensus hominis, & ætas senectutis uita immaculata. Illorū

igitur adhære consilij, eorumque imitare prudentiam, qui propria edocti experientia, se

cum cooperante gratia, iudicare ualent quæ sit uoluntas Dei, dæmonumque fallacia. Beatus

profecto qui per infusionem lumen adeptam humilitatem, iniunctaque gratiam diabolismi

me ignorat astutias. Beatorū aut ille, cui ex contubernio sapientiae, ex familiaritate Dei

prærogatum est internas revelationes atque spirituales infusiones agnoscere. Has quis

quis nescit, o quām sæpe sanctorum angelorum monita spernit, ac utilibus exhortationi-

nibus resistit incaute? Ipsius etenim angelus spiritus ex iudicio sibi ministerio introrsus no-

bis loquuntur salubria, & de occultis erudit, prout expedire cognoscunt. Excitat quoque

nos, ut oremus iugiter, Deo assistamus in spiritu, atque alacriter psallamus, & dicunt: Psal-

**Psd. 46** lite Deo nostro, psallite regi nostro, psallite sapienter. Verū cū uiderint nos nu-

gis, iocis, delectationibus uacare, & fabulis, pulsantes clamāt ad cor, conscientiamque rea-

dargunt, ut resipiscamus, quatenus ad emendationē uitā nos reuocent. At uero si nos

torpentes aspicerint, agnoverintque diabolici immisionibus præbere consensū, in faci-

noribus turpiter delectari, mente defluere, rixari corde, concupiscere temporalia, atque

alienari à Christo, terribiliter intonant, & resolutionis corporis, extremi iudicij, inferni

supplicia, ac æternæ calamitatis inferū cruciatus. Cæterum si nos persenserint seruētes

spiritu, domino seruientes, in tribulatione patientes, fratribus necessitatibus cōmunican-

tes, ex corde gaudere cum gaudientibus, & flere cum flentibus, supra modū lamentantur, do-

minumque laudant. Tunc uota nostra altissimo offerunt, orationes perferunt, ascendunt

& descendunt, hortantur & docent, erigunt & protegunt, præcedunt & custodiunt, reue-

lant & admonent nos caritate seruida, amulatione sancta, intentione pia, exercitatio-

ne indefessa, dilectione iucunda, atque communicatione sincera. Vniuersa hæc agunt in

spiritu disponente patre, uerbo insinuante, dirigente paraclito, trahente pietate, gratiaque

cogente. Quis sapiens mente conspiciet hæc, & intelliget misericordias dominic? Maxi-

imum profecto diuinæ miserationis iudicium est, quod cœlorū ad nos destinauerit dominus

eius, qui nos in huius uitæ naufragio periclitari non sinant. Omnes, ut ait Apostolus

ministratorij spiritus sunt in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt sa-

luti. Quamobrem opportunum satis & cōgruū esse arbitror, ut sancta illorum angelorum

agmina ueneremur ex corde, obseruemusque illos, quando suum circa nos exhibent mi-

nisterium, quatenus operū eorum non simus ignari & ingratii. Gaudeant & ipsi mini-

me erga nos in uacuum laborasse, seu cucurisse. Noli igitur o homo tale conditoris tui

negligere munus, noli inquam, custodis tui angelii benevolentiam spernere, parviper-

dere

A derem ministerium, suffragium abijsere, & ignorare cōsilium. Sta super custodiam tuam. Et dum oras, legis, sedes, ambulas, loqueris, uel aliud agis, attende diligenter quæcunque uersantur in te. Tibi assistunt angeli, à dextris boni, à sinistris mali. Eorum singuli, ut te rapiant ad se, illisque consentias. Boni namque semper suadent bona, ad orandum prouocant, excitant ad compunctionē & fletum, Dei scientiam ingerunt, timorem filiale docent pacificant mentem, cogitationes ordinant, spei infundunt dulcedinē, occulta pandunt, custodiunt unitatem, legis instruunt seruare mandata, obtemperare Deo, subesse maiorum, pacem diligere, humilitatem sectari, & cuncta odisse, quæ norūt repugnare uirtuti. Mali autem ad hoc uigilant, ut confundant rationē, tepefaciant affectum, foedent mentem, eneruent propositum, intentionē polluant, dissident cogitationes, seu cogitatus, deuotionem auferant, bonas impediunt actiones, confusionē faciant, impellant ad casum, & pertrahāt per elationis tumorem ad interitū sempiternum. Proinde in omnibus quæcunque meditaris uel facis, ut malorum angelorū fallacias superes, pertingasque ad bonorum consortia, noli altum sapere, sed humiliter time. Est quippe humilitas discretio-  
nis magistra, quæ te de uniuersis erudire ualebit, quæ uersabuntur in te, atque ad secretum uerbi introducere cubiculum, in quo dignante ipso sapientiae eius poteris arcana percipi, sancti amoris experiri præludia.

Quod spiritualis gustus sapientiae, omnem præcellit delectationem, quæ ex crea-  
turis percipitur. Cap. X VII.



Vemadmodum Solis claritas Lunę syderumque præcellit lucem, ita sapien-  
tiae suauissimus sapor, omnem quæ ex creaturis sentitur supereminet cor-  
poralem, seu spirituale dulcedinem. Illa etenim, quæ per creaturas percipi-  
tur, quamvis humanum affectum mulceat, cordisque palatum delectet, nequit  
tamen plenam satietatem afferre. Viciſſitudine quippe sua amantis inquietat  
animum, qui naturaliter eo quod diligit, frui sempiternaliter concupiscit. Merito igitur  
quicquid Deus non est, quoniām imperfectū est, dilectori suo consummatā letitiam  
præbere nō ualet. Nam humanus affectus naturaliter potiora se appetit, cupitque semper  
ad altiora eosque concendere, quoque pertingat ad id, quo nihil est melius. Quis que-  
so mortalium eorum uidelicet qui diuino carent gusto, temporalia ambire desit, atque cupi-  
ditatibus suis terminū posuit? Alius quidem sicut uideamus terrenis facultatibus, ut lo-  
cupletetur desudat: alius labentibus dignitatibus attollit quærerit: alius uero uoluptati-  
bus carnis saturari desiderat. Sunt etiam innumerī qui scire uolunt, omneque induluum  
tempus in arcana elementa huius mundi, siue præteriorū patrum decreta, uel naturali  
inquisitionē expendunt. Horum autem nemo ad satietatem apprehendit, quod querit, neque  
ualet peruenire, quod tendit. Nam si quis omniū mundanarum literarū scientiam habue-  
rit, si quis uniuersas seculi assecutus fuerit uoluptates, adhuc in animi sui egestate labo-  
rat. Quoniā illo unico & summo caret bono, in quo cunctarū delectationum suauitas,  
omnisque scientiæ exuberat plenitudo. Possunt utique creature quandam temporalem, ac  
momentaneā amatoribus suis delectationē conferre, satiare autem affectum minimēs

D non enim ualet uasculum haurientibus se aliū quām eum continet, præbere liquorem. Omnis autem creatura sit siue terrena siue cœlestis, in eo quod creatura est, sibi ipsi omni-  
ao nō sufficit. Verum si non sibi, cæteris qua ratione sufficiet? Propria siquidē egestate  
quæque impulsā, semper in motu est, semper apprehendere nititur, quod cōcupiscit, quate-  
nus à concupiscentiæ suæ motu conquiescat. Nam sicut oculus non satiatur uisu, nec au-  
ris impletur auditu: ita neque humanū cor cognitionis ac dilectionis affectu. Quærerit an-  
xie, ut reperiatur in quo delectabiliter requiescat. Cæterū si cogitando mare perlustrat &  
atidam, cœlū rimetur & astra, cœlestiumque spirituum uniuersam contempletur militiā,  
nec sic inueniet, quo rite fruatur, qualecumque in horum consideratione, quamvis non  
plena admittit dulcedinem. Tantū quippe iocundatur in istis, quantū eidem ueritatis in-  
terlucet serenitas, quoniā iuxta cognitionis mensuram spirituale præstatur & gaudiū.  
Nō enim ualet quis, quicquā diligere, nisi id quod diligendū esse censuerit. Trahit pror-  
sus humanus affectus ex ueritatis agnitione, eo seruētius, quo intuetur clariss. Hæc  
est inquit dominus uita æterna, ut cognoscāt te solum Deū & quæ misisti Iesum Christū.  
10.17 Non ait hæc est uita æterna ut diligent te, sed ut cognoscant te. Nouerat dilectionē ue-

S 5 tam sine

ram sine conspicua cognitione esse nō posse. Hinc est quod ipse prius uenit in carne, mi-  
racula edidit, & diuinitatis opera premonstravit insignia: deinde paracletum misit, qua-  
tenus ascendendi ad dilectionem iure seruato, ante erudiretur ad fidem, demum intelli-  
gendo qui deberet merito diligere, amoris uretetur incendio. Iuste itaq; peccatorū dam  
natur affectio, dum negligunt prius rationabiliter considerare quid diligent. Sensibus  
corporis credunt, carnis uoluptates sectantur, quoniam discretionis recto carent ex-  
amine. Cumq; solo uisibilium ducuntur affectu, omnia sibi arbitrantur posse licere, quæ  
libet. Huiusmodi omnino fallitur, & propriæ affectionis satietate priuantur, molientes  
ex arente fonte aquæ salutaris haurire liquorem. Redeant igitur tales ad se, desinat bea-  
titudinem querere ubi non est, agnoscantq; nullam creaturam sibi ipsi ex se posse suffi-  
cere. Quæq; autem non per se, sed gratia sui conditoris secundum propriam naturam fit  
locuples. Non ergo riuulorum dulcedinem querat, qui satiari desiderat, sed fontis illius  
uidelicet de quo propheta canit in psalmis: Quoniam apud te inquit domino, est fons  
uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Si potum uitæ & spiritualis suavitatis delecta-  
bilem gustum cupis haurire ex fonte, præcedat te lumen, tecum sit sapientia, sciens pro-  
certo quod non nisi præeunte lumine pertingere ualebis ad fontem. Comitantur simul  
lumen & fons, sicut legitur: Fons sapientæ uerbum dei in excelsis. Fontem quippe illū  
esse dixerim, qui iustitiam sitiētibus, & felicitatem ac perpetuam satietatem præbet. Quā  
utiq; propheta percepturum se cōmemorat dicens: Ego autē in iustitia apparebo con-  
spectui tuo, satiabor cum manifestabitur gloria tua. Dei igitur uisio, cælestis gloria, uer-  
bum patris, reuelata maiestas, ueritas absq; uelamine conspecta, fons est uitæ, & torres  
uoluptatis æternæ. De ipso indeficientes & limpidiſſima sapientia emanat aquæ, quæ  
uniuersum irrigant paradisum, non illum de quo per inobedientiam expulsus Adam,  
sed ipsum in quo triumphaliter post resurrectionem ingressus est Christus, ubi angelorum  
archangelorumq; concinunt chori, ubi uirtutes, dominationes, potestates regnāt,  
& Cherubim: ubi thronis & potestatibus associati sunt Seraphim: ubi patriarcharum et  
prophetarum aggregatus est numerus: ubi Apostolorum, Martyrum, & Confessorum  
gaudet exercitus: ubi pariter omnium electorum animæ iocundissima dei uisione læ-  
tantur. Ibi plane cuncti, qui assunt, affluentissime de eodem fonte potati inebriantur ab  
ubertate delectationis illius, & quadam uoluptatis inundatione pinguescent, adeo ut  
prænimitate exultationis & gaudijs sine ulla intermissione conditoris sui intendat lau-  
dibus, caritate flammescant, admiratione suspirant, iubilatione tripudent, & consonant  
lum cordis modulatione glorificant. Non capit sensus, oculus nō uidet, auditus nō per-  
cipit, neq; uiatoris attingit animus quanta sit eorum beatitudo, bonum ineffabile, semi-  
spiriterna fruitio, dilatata possessio, pacata requies, exuberans gaudium, interna refectione,  
spiritualis dulcedo, amorisq; uehementia. Evidē in illa regione diei non succedit nox  
securitatem non perturbat metus, neq; felicitatem commaculat luctus. Diem quippe il-  
lum illuminat iustitiae sol, qui nescit occasum: securitatem autem eius dei uisio collata  
confirmat. Fruitio uero ipsius regnantium felicitatem facit esse perpetuam. O quam glo-  
riosa dicta sunt de te regio sancta! Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Ad te sa-  
ne suspirat cor meum. In te requiescit spes mea: te ambit affectus meus. Quoniam in te  
deus meus, amor meus, satietas mea, hereditas mea, lætitia mea, p̄remium meum, redem-  
ptor meus, dux meus, lux mea, pax mea, propitiatio mea, dominus & salvator meus.  
Qui profecto es indeficiens lumen, semper uerbum, sapientia patris, angelorum  
decus, præclarissimum speculum, imago dei, inuisibilis animarum sponsus, lucerna in-  
extinguibilis, hominum mediator, atq; æternæ uitæ almificus fons, de cuius meatu pu-  
rissimum irriguum superius, atq; irriguum emanat inferius. Superius quidem ut satia-  
tem & uitam, unitatem & requiem, lumen & pacem, immortalitatem & p̄mium, in-  
corruptionem & gloriam, necnon perpetuitatem in cœlo triumphantibus afferat & co-  
ronam. Inferius uero ut tribuat certantibus robur, oneratis auxilium, leuamen mortis,  
peregrinantibus spem, præsidium lapsis, consolationem parvulis, humilibus gratiam,  
fluctuantibus fidem, naufragantibus salutem, mercedem sustinentibus, euangelizan-  
tibus uerbum, uirtutē ministrantibus, cohabitantibus concordia, obedientibus gaudiis,  
eruditantibus scientiam, atq; æternorum contemplationi uacantibus gustū. Luxta singulorū  
capacitatem

Psal. 35

Ecc. 1

Psal. 16

G

H

D

A capacitatē illabitur de superioribus in corda credentiū, & se manifestat in lumine, nō ut  
ticq; naturali, sed spirituali atq; infuso. Quodā autē ex sui benignitate replet sapientia, nō  
nullos scientia, aliquos fide, quosdam spirituū discretionē perornat. Quis (quæso) tenta-  
tiones uarias, & seductorij spiritus posset evitare fallacias, nō discernendi gratiā percipi-  
peret desuper? Verū quis mortalū præsentis exiliū ætūnas, uel carnis à se posset abdica-  
re illecebras, si nō formata fides futuræ uitæ insinuaret arcana? Ceterū dono deficiente-  
scientia, nōne superuacue tradita diuina fuisse uideretur eloquias. Postremo si aliena ab  
homini bus fieret sapientia, quonamodo cōtemplando raperemur in cœlū, & in spiritu  
promissæ felicitatis primi tias sentiremus? Evidē de ipso, de quo mystice loquimur so-  
te, ad instar illius, q; in paradiſo deliciarū est positus, spiritualia quatuor, quæ memorata-  
sunt, emanat flumina, quæ uniuersam interioris hominis perlustrant terrā, eamq; deside-  
riorū cœlestiū floribus, uirtutū germine, ac honorū operū fructib. faciunt esse fœcundā.  
Nequaq; tā uberē humana mortalitas ualeret iustitiae afferre messem, si nō uerbi Dei stil-  
licidijs impinguaret interius. Nā quēadmodū nix descendens de cœlo terrā inebriat ac  
germinare eā facit, datq; semen serenti, & panē ad manducandū tribuit, ita & uerbū, qđ  
ex ore patris omnipotentis egredit, cū se mortalū infundit cordibus, ad illū qui eum ge-  
nuit, nō reuertit uacuū, sed in se suspicente fructificat affatim. In incipientibus quidē tri-  
cesimum, sexagesimū in proficientibus, at uero contesimū in perfectis exhibet fructū. In  
primis, nanq; uernantē & redolentē producit florē, immaturū fructū gignit in medijs,  
uerum in ultimis & uisu pulchrū, & gustu suauissimū reddit, atq; uberrimū. Deuotionis  
quippe sanctæ super illos imbrē infundit, ac sapientię suæ luce clarificat, ut nec ignoran-  
tiæ uoluantur in tenebris, necq; spiritualis siccitatís ariditate tabescant. Huiusmodi san-  
ctū opera tua dñe Iesu sapientiae clarissimū, ac inextinguibile lumen, atq; diuinā dulce-  
dini uiuus ac indefectibilis fons. Tua nanq; præsentia delectabili & sancta, fugas tene-  
bras, noctē repellis, aereas potestates coercēdo cōfundis, dulcescit cor, deuotiois fluūt  
aquæ, animus caritate liqueſcit, exultat spiritus, inardescit affectus, amor eleuat, iubilat

C mens, resonant laudes, uota reddunt, omnisq; spiritualis animæ uigor lætāt in te. Lætāt  
inquā, reperiſſe quē diligit, & in se sponsum suscepisſe, quē colit. O quātus amor, qđ igna-  
ta desideria, qualis locutio, qđ pudicus exhibet amplexus, cū descendit spiritus, obum-  
brat paracletus, altissimus illuminat, adest uerbū, sapiētia loquit, & cōplectitūr caritas.  
Tunc quippe templū Dei efficit anima, sapientia sedes, pudicitia habitaculū, arca fo-  
deris, tabernaculū sanctitatis, sponsi thalamus, spirituale cœlū, benedictionis ager, my-  
steriorū domus, sponsa carissima, amœnus ortus, nuptiarū locus, atq; multis uirtutibus  
consitus paradisus. In quē uidelicet descendit dñs angelorū, & rex gloriæ, non ut ambu-  
let ad aurā post meridiē, queratq; præuaricatores latitantes inter condensa lignorū nu-  
ditatē propriā erubescētes, sed copulet sibi charissimā sponsam, amore languente, desideriorū floribus fultā, atq; malorū punicorū uirtutibus stipatā, præstolante dilectū suū,  
atq; elegantissimi sponsi obseruantē aduentum. Conscientiæ siquidē puritate resulges,  
pudicitiæ candore ueſtita, ac bonarū actionū margaritis ornata nequaquā iudicis formis

D dat aspectū, sed cōcupiti sponsi desideratā anhelat intueri faciē, quā contēplari æſtuant  
angelorū ipsa beata agmina. Castissimo uero illius cōtubernio fungens, quid ab eo per-  
cipiat, quid in corde sentiat, qđ uehementer inardescat, quō ingeminet amoris carmina,  
amatoriaq; prorumpat in uerba, sola quæ experit nouit. Sentiri quidē possunt, proferi-  
aut minimē, quoniā spiritualia arcana atq; diuina sunt, quē non licet loqui, ne sponsa di-  
spliceat, qui zelotypus est, cordisq; diligit inhabitare secretum.

Quare Dei dona non sint propalanda, et que sint exercitia nientis, in quibus se occupant  
qui spiritualia posſident solitudinem. Cap. XVIII.



Xperientia insinuante hoc nouimus, q; singula quāuis sint magna quantūq;  
preciosa, formosa & sancta, immoderatus tamen debito prolatæ uilescunt.  
Hinc spiritualia sunt silētio dona tegēda, ne uilpendant ab ijs, qui solū que  
carnis sunt, sapiunt. Sunt præterea alijs occultanda de causis, ne uidelicet  
inimicis nostris nota fiant, illaq; nobis conentur diripere. Nēue insoleſcat animus, seq;  
gloriādo inaniter bonū quod intūs percepit, amittat. lacturā quippe hāc nō patitur hu-  
milis, neq; is quē simplicit̄ secū habitare delectat. Quoniā congregatas secū spiritualia-

Ss 2 les por-

Esa. 46: les portat diuitias, atque in latissimo cordis secreto impredabilis persevererat. Prophetæ E admonitionem perficit dicētis: Praevaricatores redite ad cor. Pastoris etiā uocē, introrsus qui ait, Illius præsentiam ueneratur in spiritu, eiusq; exhortationis iussa nō negligit. Propterea cunctā mētis suæ familiam in obsequium redigit Christi, nullā foris sine eau fa uagari permittit, nullāq; ocio uacare interius. Maxima proculdubio pace portatur, dū cogitatus suos prudenter ordinat, repellit noxia, compescit lubrica, obhorret indigna, admittit gratiam, suspirat ad regnum, renouatur frequentissime iuxta apostoli doctrinā spiritu mentis suæ, nouum induit hominē, qui secundum Christū formatus est, cupit totis viribus cordis tenere munditiam, liberumq; à temporaliū curis satagit possidere affectum. O quoties cælum pulsat gemitibus, lacrymas amoris fundit, desiderat corporis resolutionem, concupiscit beatā requiē, angelorū postular associari agminibus, cælestisq; patrī gloriā cōtemplando miratur dicēs: Quām dilecta tabernacula tua domi ne uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Iterumq; Domine dilexi p decorē domus tuæ, & locū possessionis gloriæ tuæ. Sane in his spiritualibus studijs delectabiliter occupatus, o quām s̄epe rapit supra se, quāta mētis iubilatione lætatur. Beatis interdum spiritibus copulatur, regis gloriā, regni magnificentiā, cōiuātiū latitiam, affluentia deliciarū, ciuitatis meditatur decorē illius supernæ Hierusalē, quē plena est laude, coruscat lumine, magnitudine dilatata, & undiq; exultatione profusa, quē admodū de ipsa sic legitur: Portæ Hierusalē ex saphyro, & smagrado ædificabūtur, omnis circuitus muri eius ex lapide mūdo, & cādido. Oes plateæ eius sternentur auro, & per uicos eius Alleluia cantabitur. Hoc idē psaltes egregius contēplatus aiebat domino: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorū laudabūt te. In huius igitur ciuitatis gloria, dū trahitur amantis affectus, ineffabili illustratur lumine, clarificatur fide, iocundatur in spe, caritate flammescit, semperq; ibi cupit assistere, ubi nouit absq; conurbatione aliqua sempiternaliter debere in domino lætari. Ibi tūc cogitatione tenetur, amore pascitur, desiderijs astutus, debrūtatur dulcedine, devotione liqueficit, superabundat gaudio, & incredibili quadā suauitate perfruitur, lacrymas interdū sine strepitu sundit, fine uoce gemit, currit sine motu, & absq; carnis ulla colluviōe fœdatur. In huiusmodi sanctæ caritatis præludio, omnīs quē foris sunt, obliuiscitur, nullā existimat corporis necessitatē, nō sentit temptationū molestias, nec ullā appetit delectationē seculi, neq; aliquos patitur inimicorū insultus: sed maxima pacis tranquillitate, ac animi iubilatio repletus, flagrantissimo amore, quantum possiblitas admittit humana, semper in eo concupiscit perseverare quod est. Evidē præ dilectionis uehemētia unionisq; solatio, omnis mora illi uidetur brevissima, delectatio exigua, affectio parua, gustus modicus, remora inhæsio, uotis (o quam ignitis) fertur in deū, quibusue facibus incenditur caritas. Tacet lingua, conquiescit auditus, cæteriq; sensus sopiuntur, dū amoris hæc festiva solennitas rationaliter celebratur in cælo. Verū dū post gustatā suauitatē, affectus relinquitur sibi, cogitareq; redire ad sensus, quantus lacrymarū profluat imber, quām crebra erumpant suspiria, quāq; exuberans dolor animū cōpleteatur, amātis minime humanū eloquiū ualeat exprimere. Nā iuxta mensurā præceptæ delectationis gestatur & mēror neq; aliunde ullā cōsolationē admittit, nisi quod sperat iterū in illud redire, quod fuit. Hac de causa solicite secessus querit & angulos, hominū cōsortia fugit, ut totus ad se redire valeat, sēcūq; tacita cogitationē reuoluere, quām magna sit multitudo spiritualis dulcedinis, quā ipsi dominus reuelare atq; cōmunicare dignatus est, quāta illius dignatio, quamūc; prerogativa extiterit singularis, quē hæc in se ipse percepit. In meditatione aut hac, amoris exardescit ignis, gratiarū resonant actiones, devotionis ardor accrescit, humilitate interiora cōplentur, atq; propheticū illud pia modulatione cantatur: Quid em psl. 72: mihi est in cælo, & à te quid uolui super terrāc. Defecit caro mea & cor meum deus cor dis mei, & pars mea deus in æternū. Beati plāne, quemadmodū in psalmis pronūciat uates, quorū remissae sunt iniquitates, & quorū tecta sunt peccata. Non tamen minus anima quam dominus Iesus ex dilectione præcipua sibi elegit, & assumptus in spōsam. Cūlibet uāq; iusto per cōpunctionē cordis abolētur delicta, atq; per caritatis donū multitudine operitur facinorū, utrumq; uero supergressa est sponsa: lauilectū suū per noctes sua gulas, lacrymisq; rigauit mentis suæ stratum, propter ea à peccatorū fōrdibus facta est munda,

A multida & sūper niuis candore dealbata est, adeò ut ex hoc aspectibus spōnsi effecta sit grata, nedū ex candore mūditiae, uerū etiā ex flagrantissimē caritatis incēdio, per quod scelerū scoria uniuersa deposita, aurū facta est mundū, ignitū, probatū atq; perfectū. Caritatis siquidē erga sponsum telo transfixa amoris suauissimū uulnus gestat in corde frequenter clamās & dicēs: Vulnerata caritate ego sum: urget me caritas de caritate loqui, cogitare atq; clamare. Nemo facile illius animæ quæ sortita est gratiam, ut sponsa cēsea tur & sit, ualeat amoris uehemētia exprimere, puritatē retexere, ac perfectionē sequi. Sed det quippe grauitatē custodire in morib; innocentia seruare in corde, fraternitatis tēnere unitatē, cōpassionē exhibere afflictis, loquacitatē taciturnitate cōpescere, edacitatem sobrietate restringere, elationē humilitate superare, se odientes diligere, inimicis benefacere, pro persecutorib; exorare, nullo inuidiæ morderi aculeo, nocere nemini, nulli detrahere: sed uniuersos tanquā se dulci cōplecti dilectionis affectu. Quāuis enim mul ti seruorū Christi spirituales diuitias congregent: ista tamē supergredit uniuersos, ita ut ei merito illud Cantici congruat cantorū, quod sponsi uoce dicitur: Saxaginta sunt reginæ, & octoginta cōcubinæ, & adolescentularū nō est numerus. Vna est colubā mēa, perfecta mea, una uidelicet, quia unice diligens, uniceq; dilecta, sic ut ueraciter dicat: Egō dilecto meo, & ad me cōuersio eius. Reciproco quidē, sed nō pari amore dilectū dilit. Nullus quāuis ardēter, quāuis fortiter, dulciterq; Christū diligat, quantū ab ipso dilitur amare ualeat. Ultra humanū affectū fideles suos diligit dominus, & præter usitatum diligendi modū. Quis unquā (quaeso) tantū amicos suos dilexit, ut pro illis se tormentis exponeret, perferret contumelias, traderetur leto: Cæterū tametsi pro amicis quis audeat mori, pro inimicis tamen nullus. Commendat in hoc caritatē suam Christus in nobis, quia cū inimici essemus, recōciliauit nos deo per sanguinē suū, quē pro redemptiōe nostra abunde fudit in ligno. Istud dum secū tacite sponsa considerat imitatur, exultat & laudat, atq; rediuita amoris flamma succeditur, magis magisq; amare desiderat, ac spōfo suo quantum ualeat conformari peroptat. Hinc delectatio oritur patienti, ardor flāgrat martyrii, mortisq; concupiscentia uiget. Hinc quoq; ex dilectione poena, ne cōnō ex amandi delectatione concipiatur dolor, dum caritatis actus est uotis inferior, & amantis affectus seipso est minor. Huiusmodi sunt solitariorum spirituales deliciae, eorum uidelicet, qui non solum localiter, uerum etiam spiritualiter solitarii sunt. Qui exercitatione mentis absq; interuallo, & sine ulla fatigatione intendunt. Hi tam pro amore conditoris, quām pro dilectione virtutis, omnem solicitudinem in sui interioris hominis cōpositione disponunt, ne scilicet eorum tēpescat sp̄ritus, ne à ueritatis līmitē deuient, ne inspirationi diuinæ negligant præbere consensum, ne in proximorū dilectione offendat, ne conscientia onerata peccatis sp̄iritui commoueat bellum, ne uel in minimis sponsi amabilem caritatem offendat. Sanè in istis atq; huiuscmodi studijs spiritualibus solitudo cōmendatur interior, qui custodita fideliter auget meritum, uirtutes patit, nutrit gratiam, componit mentē, regit sensus, negocia ordinat, intentionem dirigit, fouet affectū, cumulat dona, coæquat angelis, copulat Christo. O solitudo deo dicata, quām amabilis es, & quām ardenti desiderio concupita ab his, qui nouerunt te, tecū illis delectabiliter ediderunt. Tu nanq; humilitatis es speculum, tu diuinī amoris custos, tu propriæ cognitionis magistra, tu scientiæ schola, testis cōscientiæ, futuræ fœlicitatis imago, accusatrix scelerum, uitiorum detectrix, ueritatis amatrix, innocentia decus, secretorum cælestium cognitrix, contemplationis præuentrix, origo compunctionis, cæli scala, latitudo maxima, orationis portus, tranquillitatis habitaculum, passionum spiritualium interēpētrix, per uigil mentis custodia, nō dormitans affectio, prudentiæ comes, discretiōis oculi, latens profectus, dulcedo cordis, sp̄ei fons, sponsi cælestis receptaculum, Dei & hominū mediatrix. O quām præcessa sunt præconia tua, solitudo sancta, tutæ diuitiæ, laudabilis actio, successus lætus, secura, posseſſio, conuiuum iuge, ac delicata cibaria. Frequentissime sapientiæ illustrari radīs, gaudio, perfunderis, eleuaris in cælum, & pace repleris. Sinum quippe tuum dilatas, & iocūdissime suscipis humiles, mente pacificos, orationi instantes, devotionis audios, atq; gusto sapido diuina gustantes. Suscipe, quāso, etiam me errantem ouem ecclesiæ filium, adolescentem prodigum post dissipatum patrimonium, post conuersationem fōdam, post egestatem nimiam reuertentem ad te.

Nem p̄taris uagari foras, ocl̄sis inutiliter cogitationibus occupari, defluere per uitiorum deuia, coinqinari in uanis, atq; affectu immoderato uisibilibus inhærere. Noli obsecro, despicer clamorem meum, fœditatē meam horrere, contemnere nuditatem, uilitatemq; abiūcere. Noli, inquam, hilarem faciem tuam auertere à me, tanquam ab indi gno & alieno, neq; subtrahas te, mihi, quoniam semper amator tui fui, te concupiui, te quæsiui, te tenui, tec̄ quantum licuit complexus sum delectabiliter ardenterq;. Nam & si te minimè custodiui ut debui, nequaquam tamen debes repellere redeuntem ad te, proprium agnoscentem errorem, atq; se emendare uolentem. Aperi igitur mihi ô amica mea decora tanquam Hierusalem, suavis in delicijs, plena uenustate & gratia, sancti estate & pace, splendore & gaudio, iucunditate & iubilo, securitate & spe, dilectione & meritis. Enī sto ad ostium tuum, pulso quotidie gemens & lachrymans, ut aperiatur mihi. Ingrediār̄ ad te, tuis castissimis ut fruar amplexibus. Evidem scio quod extra te perstrepunt bella, tempestates insurgunt, insidiantur latrones, sœvit draco, catuli leonum rugientes discurrunt, ut rapiant, & quærant escam sibi, fiunt rixæ, pariuntur discordiae, seminantur odia, & uniuersa perpetrantur facinora. In te autem est pax multa, delectabilis mansio, præclarasq; uirtus. De te psalterem arbitror dixisse in psalmis: Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustum, facientes præuaricationes odi. Non adhæsit mihi cor prauum, declinantem à me malignum non cognoscebam. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem. Maximi mis his paucis te commendauit præconijs, atq; per id quod intus agebat, opera tua Deus diligentibus indicauit, ut illos eruditet habitare in se, pugnare contra uitia, mentisq; resecare superflua, quatenus ex hoc agnoscerent fructum tuum, thesauros tuos, & spiritualia bona, quibus affluenter exuberas. Tu uero illos proueheres de tenebris ad lucem non corporalem, sed spiritualem, atq; diuinam, quæ illuminat omnē hominem ueniensem in hunc mundum. Illuminat planè lux ipsa quantum in se est omnes, quamquam tenebrae eam non comprehendant, quoniam ab illa auertunt se, sicutq; in propria cæcitate perdurant. Cæterum quotquot eam recipiūt, lucis uidelicet ipsius gratia participantes, filij Dei efficiuntur & lux. Non autem in se, sed in domino. Quemadmodum Apostolus quibusdam fidelibus, & sanctis ait: Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filij lucis ambulate. Quamobrem, ô Fratres dilectissimi, ambulemus & nos in luce hac, ut nos tenebre minime comprehendant. Ambulemus, inquam, sicut propheta commemorat, in innocentia cordis nostri, discutiamus mentium nostrarum motus, cogitationes quales sint intelligamus, animarū nostrarū perlustramus latebras, ne ignorantia propriæ caligo inuoluat nos. Inuoluit utiq; suimet ignorantia pedes ambulare cupientium, nec illos sinit accedere ad lucem, ne forte redarguti à lumine resipiscant, & sicut lux. At uero frustra iacitur rete huiuscmodi, ante oculos pennatorum, eorum scilicet, qui supra suā uigilant custodiā, ne interior ipsorū oculus dormitet, ne uite in imis mēs faceat, quæ ex ingenita dignitate semper appetit summa. Hi etenim spiritualē in semetipsis ædificant solitudinem, ut quietius residentes uerius iudicare se, atq; ex se H facilius ascendere supra se, cunctaq; despicer, quæ defluere uiderint sub se. Tali siquidem exercitatione prouecti, quamuis eorum exterior homo naturæ passibilitate consumpat, & necessitatibus attetur: interior tamen renouatur de die in diem ob perfectum uirtutum, orationem assiduam, mentis munditiam, spiritualem gustatam dulcem uinem futurarumq; gloriam, quam promisit certantibus pro se, & quiescentibus in se, atq; in sapientię lumine contemplantibus se, sponsus amabilis, sempiternum uerbum, mediator uerus Iesus Christus dominus noster, qui

cum patre & spiritu sancto Deus regnat in secula seculorum,

Amen.

D. Lai

pusculum de contemptu mundi, per capita xx i. diuisum

PROLOGVS.

**S**ACRIS literis erudit, propter Adæ lapsum humanū genus de paradiſo uoluptatis, in huius mudi exilium, didicimus fuisse depulsum, in quo exterior homo esurit, & sitit, estu urit, costringitur gelu, laborib. fatigatur, debilitate lassatur, infirmitatib. multifarijs dissipat, antiquitate senescit, demūq; mortis superueniente articulo in originis suæ lutu cōuertitur. Interior uero nūc inani erigit spe, nunc seruili deſſicſi metu, inordinato interdū exhilarat gaudio, nūmio quādoq; mox rore deprimit, ad horā æqua discretionis lāce agēda dñjdicat, & post paululum dēſiliſmis ignoratiæ inuoluit tenebris. Fitq; ut nūq; sit stabilis, neq; in eodē uirtutis permaneat statu. Ex huiusmodi siquidē uicissitudine, quib. sanq; intelligēti datus est sensus, optime agnoscūt sui exilij damna, suæq; peregrinationis ærūnas, adeò ut propheti illud iugiter flēdo decātē: Heu mihi, q; a incolatus meus plōgatus est, habitaui cū habitatib. cedar, multū incola fuit anima mea. Quis, oro, nō deploret ex corde, se effectū esse ciue mūdi, iūmetorū cōsortē, atq; custodē, cū meminerit hominē ad hoc fuisse creatū, ut fieret angelorū collega, & incola cœli: O q; gemenda est ista mutatio, meritoq; plāgenda, q; diuina exigēte iustitia super Adē filios euenisce cognoscitur. Et quissime prorsus pro omnib. scelerib. suis de manu dñi recipere duplicita, ut pote q; spredo incōmutabili bono, adhædere mutabili, qd innata ratio, impensa beneficia, pmulgata lex fieri omnino obſtūt. Hoc aut̄ præ cæteris delictū est grauius, q; cū ita peccauerint, tantisq; miseriarū sint attriti generib. minime reatū suū uelint agnoscere, atq; ad pacē pristinā redire nō curēt, quū offensus ipse sit paratus ignoscere, ac recōciliationis nuncios delegare non cesseret. Quid prophetæ, quid apostoli, quid sanctæ ecclesiæ doctores, ac prædicatores sunt, nisi pacis nūcij, prætones Christi, & summi regis legati in orbē uniuersum missi, ad emolliēdū corda populorum, quatenus Ægypti regione relicta, ad supernā Hierusalē lacte, ac melle manatē assentiāt, pperare pmissam? Vnū eorū audi quid dicat: Pro Christi, inquit legatione fungimur tanq; Deo exhortātē p nos. Obsecramus p Christo, recōciliamini 2. Cor. 3 Deo. Alibiq;: Quid est Paulus, quid est Apollo? Ministri Dei per quos credidistis. Omnia igit̄ prophetarū oracula, omnia euāgeliorū, & epistolarū scripta, omnia doctorū uolumina, atq; prædictorū uerba, hortamenta sunt Dei inuitatīs ad pacē, uitorū fugā, mudiq; cōtēptū. Maxima pfectio, ac uenerāda est omnipotētis Dei ista dignatio, ut qui præueniri à peccatorib. precib. debuerit, ipse præueniat, dona tribuat, legatos dirigat, per quos pœnitentib. ueniā, gratiā confitentibus, humiliib. pacē, pulsantib. aditum, atq; de petegratione redeūtib. pollicet & gloriā. Et hoc unde? nūc quia benignus, & misericors est, atq; præstabilis sup malitia hominū, eorū p̄fertim, qui propriū agnoscētes reatū, fideliter cōuertunt ad cor, dolēt & gemunt, atq; ab operib. malis retrahūt pedem suum, ut in semitis iustitiae de cætero gradiantur, & efficiantur prope, qui fuerant longe. Cæterum quid remotius esse censendum est, q; sui carere notitia, atq; distractis naturalibus, ac gratuitis donis, gratiæ egestate tabescere, huc illucq; per abrupta uitiorum, pro carnis satrandā libidine uagari inaniter, more adolescentis filij, qui peregrē proficisciens, dissipato patrimonio, ob perficiēdam impudicitia uoluptatē, p̄corum siliquis uentre implere querebat? Optime quidem, quod in hoc prodigo actum est filio, peccatorib. singulis conuenire uidetur. Talium totus repletus est mundus, qui deserto genitore cœlesti, atq; consumptis spiritualibus donis, conuertunt ad uesperā præsentis exilij, famēq; carnaliū uolupratū patiuntur ut canes, nec tam saturari merent. De eadē uero nequaq; redimuntur inedia, nūc mundi istius abdicatis illecebris, ac spredo peccatorum consortio, compuncti, atq; mutati in melius, ad patrem cum humilitate remeare festinent. Tunc iustificationis gratiam, ornamentum fidei, diuinorum eloquiorū intellectū & gustū, atq; immaculati agni sacrosancta mysteria in caritate percipiūt, eo abūdātius, quo ardētios cōuertuntur ad Christum, coaptrant ad bonū, euāgelicæ prædicationis currunt ad brauiū. Ingens pr̄sus ab angelis in cœlo fit pro illorū conuersione laetitia, cōgratulantib. Chri-

Isto, qui perditā ouē ecclesiae reportauit ad stabulū. Pro horū quoq; emendationē atq; p. E  
fectu, eruditissimi desudauere patres, necnon innumera librorū uolumina conscripse-  
rūt, in quib. uiuendi regulā, uirtutū formā, doctrinā fidei, perfectionis disciplinā, atq; de  
exilio redeundi ad patriā, modū, ordinēq; posteris generationib. prudentissime tradide-  
runt. Istorū siquidē sanctorū patrū prouocatus exēplo, & humanæ cæcitatatis cōpassio-  
ne, iā diu; ac frequēter impulsus, quamuis seruorū Christi sim minimus, exiguis meritis,  
imperitus sermone, atq; scīetia, & tum pro honore Dei, tū pro cōmuni utilitate fideliū,  
opusculū de cōceptu mūdi exarare proposui. Quamobrē naturalis ingenij, ac humanæ  
scientiæ primum reiecta fiducia, paruitatis meæ oculos fusis precib. attollo ad dominū,  
à quo laboris mei suffragiū prouenire cōfido. Quoniā uerbū sempiternū est patris, & in  
defectibilis sapientiæ fons, qui clauē habet scientiæ, reuelat mysteria, facundiam tribuit  
atq; spiritualis intelligentiæ lumen præstat humilibus.

Q V A N T V M R A T I O N I S I U D I C I V M , C A E T E R A N A T V -  
ræ dona præcellat. Cap. I.

**N**ouimus inter præclara ornamenta naturalia, q̄ diuina bonitas mortalib.  
præstare dignata est, rationis iudiciū, ac discernēdi acumē arcē tenere. Est  
quippe donū quo ceteris utimur ad salutē, uirtutū, pfectū, delectationē ul-  
tæ, gloriā cōditoris, cumulū meritorū, decorē naturæ, fraternę caritatis uni-  
tatem, & ad omne qđ est utile, qđ delectabile, qđ honestū. Tolle ab homi-  
ne rationē, & erit tanq; nauis in medio e quoris, absq; gubernaculo, ac directore. Flatib.  
etenim nauis impulsu, nūc impedit scopulos, nunc illidif undis, nunc iactat in littore, sul-  
temp patiēs detrimentū, quo ad usq; omni ipsius dissoluta cōpage, efficiāt inutilis, amic-  
itatq; ppriā formā, trāsfretandi usum, utilitatēq; cōmercij. Verū ad hoc demū redigitur  
ut tota dissipata, atq; distracta, uel putrefacta in littore, uel cōburendi tradañ incēdio. V-  
niuersa hæc mala (si diligenter perspexeris) reperies in homine, q; rationis abutit dono,  
tatoq; deterius, quāto deordinatio agnoscit̄ maior, iactura grauior, atq; detestabilior fi-  
nis. Nauis finis est, ut expleto suo ministerio dissoluat̄, hominū uero sine ratione degen-  
tiū, est interitus sempiternus. Non tñ talis est ipsorū naturalis finis, neq; originaliter insti-  
tuta cōditio. Ad hoc quippe plasmatus est homo, ut proprium cognoscat autore, agno-  
scendo diligat, atq; diligendo sic uiuat, ut quādoq; illo fruatur, ipsiusq; ineffabili fructio-  
ne beatus existat. Cæterū quū ad ipsum cognoscendū ex se nequaquā idoneus sit, quip-  
pe cum Deus sit spiritus, substantia inuisibilis, inaccessibile lumen, appositū est scientiæ  
speculū, quatenus ex assidua meditatione eius ad eū, qui fecit illū, ratiocinando trāscen-  
dat, agnoscat & diligat. Hac, inquā, de causa, specialiter homini discretionis prærogatus  
est usus, ut tam ex creaturarum consideratione, q; ex intelligentiæ scripturarū, ad uniu-  
ersi cōditoris attingat notitiā, & quantū ea q; facta sunt, dignitate præcellat, minime igno-  
ret. Vides ne q; præcelsa sit rationalis intelligentiæ uirtus, pfectus usus, delectabilis tru-  
etus, finisq; præclarus. Evidē, ppter rationē homo æquat̄ angelis, illisq; bene uiuendo  
efficit̄ similis, tametsi ipsius excellētiæ neqdū in hac parte resplēdeat. Corruptibilis quip-  
pe naturæ rationalis spūs, pōdere grauatus, nequit ad libitū se ad cœlestia cōtēplāda eri-  
gere. Sic enim legit̄: Corpus qđ corrūpiſ, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabita-  
tio sensum multa cogitātē. Nihil simile patit̄ angelus. Cū enim spiritualis naturæ sit, ab  
omni est labē corruptionis extraneus, præcipuo intelligēdi ornatus acumine, necno ef-  
fectus ex Dei uisione beatus. Porro nil naturalis excellētiæ amittit ex tēpore, nō fatigat̄  
ex usu, à Dei uisione nō præpeditur ex loco, neq; per elationis uitiū intumescit ex mer-  
itis, sed ex quotidiano intelligēdi usu semper pfectit, illiq; spiritualiū accrescit scientia, pē  
quā rediūva in Deum semper cognitione lētañ. At uero rationalis spiritus mortalis cor-  
poris opprimitur sarcina, originalis culpæ colluione infirmatur, ac uisibilium oble-  
ctatione retrahitur, propter q; secundum naturę suę institutionē, nequit eleuari in Deū.  
Hinc laborat inquisitione ueritatis, & in cælestiū cōtēplatione caligat. Verū & si de Dei  
notitia apprehēderit qppiā, repercussus à sensibus, siue ppriæ infirmitatis detetus obsta-  
culo, cōpellit remeare ad se, & calamitatis suę deplorare grūnas, ac dicere: In felix homo  
quis me liberabit de corpore mortis huius? Nullam prorsus in hoc lacrymabili exilio  
maiorem

Cap. 9

Rom. 7

A maiorem percipit lætitiam, quām q; ab his necessitatib; quib. in utrōq; homine graua-  
tur, inuite se quādoq; erudiendum esse non dubitat. Hanc siquidem spem, tam ex polli-  
catione domini, q; ex sacrarū scripturarū sibi uendicat dictis. Sic nāq; apostolus ait: Va  
nitati creatura subiecta est nō uolēs, sed propter eū q; subiecit eā in spe, quia ipsa creatu-  
ra liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatē gloriae filiorū Dei. Vanitati creatura  
rationalis (uidelicet spiritus) non uolens subiecta esse perhibet, qm naturali suo impul-  
su in Deum tendens, dēsignatur uoluntari in imis, foetētis corporis curā gerere, irratio-  
nabilitūq; iumentorū opera sectari. Ista aut̄ incōmoda & quanimit̄ tolerat, propter eū  
qui illā subiecit in spe, ne diuinæ legi, & ordinatissimæ dispositioni cōditoris, contraria  
do damnet. Qui ideo illā iustè uanitati subiecit, qm imposita obedientiæ in primis pa-  
rentib; noluit esse subiecta, spe tñ sola erigitur, dum firmissime credit, q; cōsummato hu-  
ius uitæ spacio, ipsa creatura uanitati tunc subiecta non uolens, per mediatorem Dei, &  
hominū liberabitur ab ipsa seruitute corruptionis, & prouehetur in libertatē gloriæ filio-  
rum Dei, scilicet angelorum, qui glorificatæ libertatis felicitate fruuntur. Hanc libera-  
tem angelorū, saluator in euangelio pollicitus est dicens: In regno cœlorū non nubent,  
neq; nubentur, sed erunt similes angelis Dei. Hanc ex parte adepti sunt sancti, qui tri-  
phato mundi huius principe in æternitates mansionū cœlestium transiere. Recepierunt  
singuli stolas primas, post resurrectionem duplicitibus uestiendī. Fide igitur rationalis  
spiritus imbutus, ac spei subleuatus remigio per amoris uinculum copulat̄ Deo, non  
tamen sic, ut non moueatur de cætero. Ascendit namq; ad Deum quoties aperto cœlo,  
uocem intellectualem de firmamento sibi audit loquentē, seu quū de cœlorum secreto,  
stillicidia diuinæ dulcedinis super eum cadunt, faciuntq; amoris, iubilationis, & gaudij,  
ex illo erumpere germe. Tunc uero cōpellitur descendere, quū clauditur cœlū, nubes  
prohibitent̄ pluere desuper, rosq; siccatur, qui terram madefacere consuetat. Nempe  
quemadmodū ascendēdo lētañ, ita descendendo laborat, atq; in sudore uulcus sui spiri-  
tuali uestitur pane, qm rationis gressibus incedit super aridā, qui prius affectionis uelit  
C culo amabiliter ferebatur in cœlum. Pergit gemens & rugiens, ut quarat̄ à Deo escā si-  
bi, reuoluens animo quantis solitus erat spiritualib. exuberare delicijs. Reddū ergo si-  
bi, ne spirituali fornicatione prostitutatur, sciētia & potissimum diuinorum eloquiorū co-  
git̄ quāritare suffragiū. Est quippe scriptura sacra, optimū præsidū, ad exēcendū, eru-  
diendū, erigēdūq; in Deū humanum spiritū, qui utiq; prout memoratum est, mole car-  
nis deprimit, cōpelliturq; iacere in imis. Quis (oro) tantæ scientiæ, tātæq; cōtēplationis  
fultus est munere, ut post delectabili cōsiderationem naturaliū siue spiritualiū, non de-  
scendat inferius? Naturę siquidem opera, & diuinarū scripturarū sacramenta, quādū in  
meditandis intelligentiæ fulgent, sapiunt, & rationis suauissimo nectare palatū titulcēt.  
At uero dum nube teguntur, nec adest sapientia, quæ arcana reserat, & occulta manife-  
stat, fatigatur inquirentis animus, lassatur pē tædio, huc illucq; diffundit, & more lan-  
guentium tēporalis delectationis umbracula petit. Qui nisi diuini timoris cohibeatur  
D loris, facile in immane præcipitum prouit delictorum. Ex hoc infirmitatis suæ fit con-  
sciūs, & quāq; ex se erudiatur de se, sanctarū tñ agnoscit egere adminiculo scriptorarū,  
quatenus per ipsas, & in ipsis discat quid sit sibi in hac peregrinatione proficuū, atq; me-  
ditādo intellectus acumē exerceat, qui naturaliter semper taciendi curiositate allicitur.

Quod à fidelibus debet agnoscī, quid utilius debeat sciri.

Cap. II.

Voniam ex gratuito cōditoris munere, naturaliter insitū est homini scīre,  
congruū profecto est, ut fidelis quisq; uelit nedū scire, uerū etiam pruden-  
ter agnoscere, qđ utilius debeat sciri. Nā & seculi negociatores semper inu-  
gilant qualiter cōmercia sua utilius agant. Nempe scire optimū dixerim,  
dummodo non quod curiositatem pascat, sed sciatur, quod ordinet uitam,  
componat animum, cōscientiam adficiat, proximocq; proficiat. O quām multi fuerunt,  
& sunt, qui aut turpis lucri causa, uel curiositatis morbo, seu tumore superbiæ scire uo-  
luerunt, suamq; posteris studuerunt commendare sciētiam. Horū pōfecto labor, & si a-  
lijs prodeesse ualuit, autorib; tamē minime. Perceperunt huiusmodi temporalem merce-  
dē, & prorsus nil ultra, dum saiores hominū delectabiliter quæsicere, ostenderunt se esse  
scientes, & apostolum non intellexerunt dicentem: Scientia ipflat, caritas uero edificat.  
Inflat

i. Cor. 8

Inflat per se scientia sine caritatis adminiculo. Caritas ædificat propriam, & aliorū conscientiā. Quamobrē primū à doctoribus, & eruditis, scientiæ eliciendus est fructus, dein de cum benevolentia cōmunicādus est cæteris. Quid enim prodest homini (inquit dñs Iesus) si mundū uniuersum lucretur, animæ uero sue detrimentū patiatur? Sane detrimētum patitur, quicunq; alijs deliciosa parat fercula, & ipse tabescit inedia: debet ergo qui docet, ex abundantia propria impertiri audientibus, solerterq; inspicere, ut quod erogatur, magis prodesse ualeat, q̄ obesse. Nam si cæcūs cæco ducatum præstet, nōne ambo in foueam cadunt? Cæcūs aut ille censendus est, qui ex imprudētia, seu elatione, amissō, aut neglecto æternę sapientiæ splendore, per abrupta deuiat uitiorū, iustitiæ deserit semitas, suinet caret cognitione, atq; uerbis suis nescit legem indicere. Nā qui sibi nequā est, cui bonus esse poterit? Nemo igitur nisi in lumine supernæ ueritatis scire ualeat quid ipse agere, quid uero alias debeat docere. Possunt multi multa scire. Aliqui de gubernatio ne reipublicæ, dispositione regnorum, & ordinatione familiæ. Quidam de motu cœlorum, stellarum cursu, elementorum qualitate, uirtute herbarum, naturis animalium, proprietateq; rerum. Nonnulli de elemētis mundi, loquendi regulis, diuisionibus numerorum, dimensionib; cœlorū, musicarum cātilenarū rationibus. Alij de statutis ciuilibus, ac decretorū definitionibus. Quidā de differentijs uirtutū, distinctionib; angelorū, atq; celestium secretis plurima didicerunt, & indicauerunt cæteris. Verum hæc quid, quælo scientib; profunt, si absq; caritate permaneant? Si linguis hominū loquar, & angelorum (ait Apostolus) caritatē aut nō habuero, factus sum uelut æs sonas, aut cimbalū tinnies. Et si habuero omnē scientiā, & nouerim mysteria omnia, nihil mihil prodest. Noli itaq; homo simpliciter laborare ut scias, sed illa præsertim, q̄ te caritate repleant, & in caritate custodian, acq; ad summe & æternæ ueritatis notitiā prouehant. Imprudentiæ arguēdus est ille, qui quū ualeat ex opere suo lucrari multa, laborat incassum. Nā & qui domū ædificare desiderat, obseruat prius, quo in loco fundamenta faciat, ut secutura structura flatibus uel undis impulsa, perseueret illæsa. Alioquin labefactata facillime corrueat. Cæterum si huiusmodi peritia utitur, quicunq; ædem materialem cōstruit, hāc qui spiritualem ædificat negligere debet? Prorsus minime. Nā homini ad hoc rationalis accōmo datus est sensus, ut spretis inutilib; salubrīa, uilibusq; contēptis, semper præstantiora eligendo discernat. Istud equidē solitū, imperturbabile, perpetuū, iucundūq; fundamenū scientiæ dixerim, quatenus quisq; id sciendum eligat, quod non tentationib; cedat, non fortuitis casibus concussum eadat, non per momenta transeundo deficiat, neq; imprudēter aggressum pœnitūdinis dolorē immittat. Quod enim inconsulte agitur, ut plurimū macerorē ingerit, prospero caret successu, & cōtrario fine cōcludit. Quamobrē beatus qui sano cūcta facit cōsilio, qui nec obliqua affectione trahitur, neq; corrupta intētione seducitur, qui non qđ libet, sed quod sibi licere nouit, opere perficit. Hoc aut, ut arbitror nemo implere ualeat sufficiēter, qui tā scientiæ, q̄ cōsciētiæ caret dono. Verū si duo hæc in uno cōsentiat rationis iudicio, in omni negocio suo, Deo placebūt, qm̄ scientiæ, ac cōsciētiæ est ipse largitor. Vtraq; uno ex sōte emanat, dūmodo in sua naturali puritate subsistant. Vicissim sibi famulāt scientia & cōscientia, & in uno caritatis cōnexæ sunt uinculo, adeò ut sine alterutrius dispendio ab inuicē separari nequeant. Conscientiam optime erudit scientia, quā ne præcipitet, & à ueritatis tramite deuiet, cōscientia dirigit. Porro ubi absq; conscientia adest scientia, fiunt fraudes, obſcoena meditantur, superbia præsidet, dominatur cupiditas, ueritas agnita impugnat, subuertuntur iudicia, dolose leges interpretantur, fucata abundat eloquia, & grauissima multifarie facinora perpetrantur. At uero ubi sola est conscientia, frequentissime error præcipitat, tentationes præualēt, seducit caro, immittunt phantasmata, cōfundit dubietas, & in angelum se iugiter lucis transfigurat, ut euertat sensum, & simplicitatis in uadat semitas. Vtrumq; quemadmodum innumeris claret exemplis, ita sanctarum scripturarum testimonij comprobatur. Quis (oro) scientia ac conscientia ornatus, damnabiliter cecidit? Quis uero seductus gratiam Dei amisit? Evidēt hincide uallatus, peregrinationis huīus uā pergit intrepidus, hostiū spiritualiū castra securus ingreditur, multosq; uiriliter sternit quisquis scientiæ, ac cōscientiæ accinctus est armis. Arma (inquit Apostolus) militiæ nostræ non sunt carnalia, sed spiritualia, & potentia Deo, ad destructionem munitionū evanescantes per conscientiæ

A. conscientiæ rectitudinem, omnem altitudinem, extollentem se aduersus caritatem Dei & redientes per scientiæ lumen omnem intellectum in obsequium Christi. Nullus ergo Christianæ religionis campum pugnaturus introeat, qui horum caret munimine. Aduersus spirituum immūdorum sœvitiam, & contra impiorū hominum fraudes, quoniam modo præualere poterit, qui scientiæ priuatus est lumine? Verum ad debellandum concupiscentias carnis, ad reluctandum uitijs, seculiq; blanditijs, euaginatus semper conscientiæ tenendus est gladius. Non qualiscunq; conscientiæ, sed eius quæ rectitudinis, ac caritatis est illustrata fulgore. Hęc quippe sola est, quæ a Deo meretur laudē. Cæterū ne quis ignorantia seducatur errore, suæ tantum cōscientiæ iudicio credens, de conscientiæ uarietate, in medium proferendus est sermo:

De diuersitate conscientiarum, earumq; proprietatibus: Cap. III.

B.  Dæternā uitam pertingere cupientibus utilissimum esse satis arbitror conscientiarū diuersitates agnosceré, quoniam nō omnis conscientia comedibilis est. Est perturbata. Est erronea. Est obliqua. Est damnabilis, & est recta conscientia. Perturbatam illam esse dixerim cōscientiā, quæ tentatum est agitata procellis, & phantasmatum illiditur undis. Semper enim fluctuat, semper est dubia. Nunc meditata approbat, nunc laudata condemnat. Huiusmodi nulla introrsus pace potitur, nulla stabilitatis uirtute solidatur, dum cui debeat in hære fundamento, penitus ignorat. Erronea aut illa dicenda est conscientia, q̄ discretionis non habet regimen, nulloq; prudentiæ pollet cōsilio. O quoties supra uires nūtū, atq; perfectionis semitas ingredi conatur, sed propriæ infirmitatis repercissa muerone mōrō repletur, efficitur anxia, de salute dubia, in omnibusq; suspecta, adeò ut etiam sibi ipsi sit grauis. Quamobrem desperationis propinquat ad foueam, diffidit de uenia incurrit in lapsus, tabescit desidia, atq; inchoata uirtutū opera impefecta relinquit. Conscientia uero obliqua illa esse censenda est, quæ spiritualibus passionib; seducitur, sibiq; facit licere, quod libet. Hæc namq; sub zeli specie detractioni uacat, absentū dilacerat famam, presentes absq; ulla compassione redarguit, & si percutere liceret, minime perti mesceret. Sub discretionis quoq; uelamine iocis uacat, & inania sine cohibitione pfere eloquia. Sensualitati parcit, rationi q̄ blanditur, ut illam subiçiat sibi, & faciat secum in uno conuenire cōsensu. Proinde ut facta reperiatur pacē, ac discretionis reperciat stimulos, querit angulos, sibi met rationes singit, atq; intus reclamante gratia, ut bene agat intelligere negligit. Difficillime ista corrigitur, quoniam ut plurimū ueritatem agnoscendo delinquit. De damabilē uero conscientia, quid memorem, quū propria ipsa sit reproba ta iudicio: Noscit delictum, se peccare fatetur, & tamen uitiorum serua effecta emptitia in omnem desperationis se præcipitat foueā. Nullius ad sui perditionē suffragio indiget dū totis uirib; carnis desideria conatur perficere. Nullo mortis terretur metu, futurū nō pertimescit iudiciū, atq; inferni supplicia nō ueret. Presentia appetit, præsentia diligit, hisq; tanquā famelica, & incomposita repleri concupiscit immemor, & incredula futurorum. Hæc profecto nisi speciali cœlestis gratiæ præueniatur munere, usq; ad finem in corrigibilis perseuerat. O quantū à recta conscientia est ista dissimilis, quoniam ad malū ista, illa uero ad bonū semper agnoscitur esse procliva. Nam recta perhibetur esse conscientia, quando irradiata diuino splendore sincero rationis examine facienda, ac non facienda discernens semper potiora sectatur. Dei siquidem timore, ac interna pacis tranquillitate suffulta, regia graditur via, sp̄ritusq; libertate dirigitur, adeò ut nec propriæ confidentiæ tumore dilatata præcipitet, nec pusillanimitatis stimulis eoarctata delitescendo succubat. Nulla igitur recta conscientia censenda est, quā non informat charitas, nō cōfirmat gratia, nō dirigit sapiētia. Porro bona cōsciētia saluat hominē, sp̄ituale ingerit gaudiū, spei dulcedinē roborat, serenitatē mētis facit, aspirationis superne assensum præbet, obtēperat Deo, fraternā unitatē custodit, obhorret uitia, fugit scele ra, bonū diligat, studet proficere, præmiaq; cœlestia cōcupiscit ardēter. Est quippe grātuitum donū, electionis præfagiū, testimonij diuinæ miserationis, atq; istius peregrinationis iustis singulare solatiū. Sine pœnitentiā accipitur, & absque ullis præcedentibus meritis condonatur. Hanc qui habet teneat, diligenter custodiat, quoniam ipsa est que gratiam exhibet animam Deo, ornat hominem, serenat mentem, & spiritualem refor mat

mat imaginem. Eo namque quisque sit locupletior meritis, deuotioni aptior, propinquior contemplationi, quo est conscientia mundior, uirtutibusque ornator. Tolle hanc ab homine, & inutilis ad merendū efficitur sibi ipsi inimicus, à Deo auersus, affectione pollitus, cogitatione dissipatus, dissolutus in opere, in sermone incompositus, à sanctorum congregatione alienus, uirtute priuatus, dubietate plenus, fluctuationibus anxius, obtenebratus corde, circūplexus mœstitia, caritate tepidus, ac spiritualis dulcedinis quia expers insipidus. Luctu additamentum gratiae, sanctitatisque prosectorum, conscientiae candor elucet, distinguitur gradibus, & ex mentis perfectione clarescit. Exulta quidē per disciplinā uirtutum, & infuse gratiae irradiata splendore, internæ aspirationis fit docilis, receptaculū efficit uerbi, domiciliū spiritus sancti, nuptialis thalamus, domus conuiuij, deliciarū locus, atque thesaurorum cœlestium depositoriū imprædabile. Ipsum custodit humilitas, illustrat sapientia, decorat pudicitia, componit prudentia, complectitur caritas, atque filialis timoris obfirmat uectibus, sacro sancta inhabitat trinitas. Nēpe ubi bona est conscientia, adest paracletus, spirituales allocutiones frequenter fiunt, consolatio diuina sentitur, exhortationesque percipiuntur angelicæ. Verū quoniā ineffabilia sunt dona ipsius, immēsæque diuitiæ, ac laus omnis inferior sermoni imponēdus est finis, ne ex laudatim imperitia, illius derogetur præconijs. Dabitur quoque ex silentio nobis differēdi facultas, quo nam modo ad ueræ scientiæ queat peruenire notitiam.

De multiplicitate scientiarum, & precipua commendatione diuinorum eloquiorum. Cap. IIII.

**Q**uemadmodum nō omnis apud Deū cōmendablsis est cōscientia, sed tantū illa, quæ per gratiā erudita, eligenda eligit, & spernenda contemnit, ita & de scientia absque ulla ambiguitate definiendum est: sunt enim quædā, quæ & si quicquam contineant boni, & ad aliquid laudabile ordinari ualeant, minime tamen à prudentibus sunt sectāda. Multiplices nouimus esse facultates, in quib. humanus exercetur intellectus, elaboratque peruigili studio, ut ad scientiæ perfectionē ascēdat, quod sub uniuersali nomine multa cōcludit. Quāuis etenim unū sit sciētiæ generale uocabulum, omnes nihilominus cōpleteantur facultates, uerbi gratia. Est sciētia humanarū rerū. Est sciētia naturaliū. Est sciētia liberaliū. Est sciētia legaliū. Est sciētia moralium. Est & spiritualiū atque diuinorū scientia. Harū siquidē singulæ innumeræ in se conclusiones tōtinent, quod omnino sciendæ sunt ab his, qui in iplis proficere concupiscunt. Verū sacra pagina tanquā coelitus per spiritum sanctū inspirata, uniuersarū scientiarum, in se uberrime cōpleteantur ueritatem, atque de Deo, & de his quæ ad salutem necessaria sunt, notitiam præbet. Cætera autem, quanquam curiositatí humanæ delectabiliores esse uidentur, quia (sicut scriptum est) Aquæ furtiæ dulciores sunt, quamvis falero sermone orationes appareant, à fidelibus tamen à Deo in spiritu militare uolunt, atque ad agnitionē diuinæ ueritatis peruenire contendunt, postponendæ sunt, ne lutum auro, & fauo melis cōmisceatur absinthium. Quæ conuentio est lucis ad tenebras, uel quæ æquiperatio humanæ ad æternā sapientiā? Sapit nāque ista, mysteria loquit, docet de cœlestib. imbuit de fide, eleuat de imis, collocat in excelsis. Aliae aurib. pruritū faciunt, inflant supra modum, se ostentant inaniter, simplicitati sanctæ plurimū aduersantur, sensumque euertunt à fide, ne cohæreat Christo, & per contemptū mundi salvi fiant credentes. Ade uitando igitur huius induc̄tæ humanæ sapientiæ laqueos, prophetarum oraculis, apostolorum scripturis, atque eruditionibus sanctorū, ab uniuersis ratione utentib. syncera est impēde da credulitas, monita, instituta seruāda, atque saluberrima sunt sectanda cōsilia, quoniā nō illi loquebantur ex se, sed ille loquebatur in iplis, quod omniū est artifex, omnem habet ueritatem, omnē nouit scientiam, nec non diuinitatis luce uniuersa prospectat. Apostolum cōfitemē audi: An experimentū, inquit, queritis eius, qui in me loquitur Christus 2.Cor.13 Porro si Christus loquebatur in Paulo, cæterisque sanctis illis tanquā Christo adhibenda est fides, qui uerbum est sempiternum, patris sapientia, præclara & infallibilis ueritas. O quanta est diuinarum scripturatum autoritas, quantaque sub literarū uelamine obtecta manet ueritas. Tota sancta, tota sacramentis grauida, tota decorata sententjs. Nihil in ea fōrdidum, nil obliquum, nil uacuum, nilque reperitur ueneratione indignum. Fulget in se, intelligentib. sapit, facit credentes, amantes nutrit, dirigit peregrinates, nescientes docet,

A tes docet, lætificatque sperates. Nā quæcunque scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt, ut per patientiam & consolationē scripturarū spem habeamus. Quoties itaque sacras litteras legimus, quoties tractantes audimus, Deum intelligamus loquētem nobis, dummodo non aliter quam continet ueritas, loquantur. Nam qui inepta proferunt, & quod à sanctorum autoritatibus dissentit, prorsus audiendi non sunt, quoniā ex se fantur, & mendacium dicunt, quia omnis homo mendax. Propterea quicunque non ex proprio sensu loquuntur, uerba sua concordant autoritatibus scripturarum, in quibus catholicæ fidei fundamenta sancta, incorrupta & incontaminata subsistunt. Domini igitur præceps est, ut saluandus quisque testimonij se subiçiat scripturarum, credatque indubitanter uerum esse, quod in eis alferitur, quamvis arduum, quamvis difficile sit, illique ratio humana nulla consentiat. Nam iustitiæ rectus ordo exposcit, ut quemadmodum ex scientiæ concupiscentia Deo primus homo displicuit, ita ex nescientia fidei eidem homines placere conentur. Voluit quippe ille scire quod crederet, nosque credere debemus quod

B etiā ratio humana nō penetrat, quoniā ut apostolus ait: Fides est sperandarū substantia rerum, argumentum nō apparētum. Non igitur intelligamus, ut credamus, sed credamus primū, ut postea quæ credimus, intelligere mereamur. Nō enim fides intellectus, sed intellectus est merces fidei. Credidi (inquit propheta) propter quod locutus sum. Crede igitur & tu, ut intelligendo loquaris. Quomodo aut ualebis syncera mente de prorome, quod uerū esse diffidis? Corde nāque sicut creditur ad iustitiā, ita ore cōfessio fit ad salutē. Tuum est credere, quod in sacris continetur eloquijs, Dei aut intellectū præstare. Credes aut si te humiliaueris. Nā quemadmodū sine fide de Deo nequit haberi uera notitia, ita absque humilitate formata nō potest obtineri credulitas. Ambo cōueniunt, nec ab inuicem elongari ualent, quatenus inde resurrectionis spiritualis medicina proueniat, unde prevaricationis accedit casus. Ex diuinis ergo scripturis, eo uberioris disponente domino, ueritatis erumpunt stillicidia, quo credendo percipiunt humilius. Humilitate inuestiganda sunt, & pronuncianda humiliter, quoniā elatū fugiunt, & ab eo qui se procaci

C ter iactat, elongare nesciuntur. Nā sicut Deus superbis se occultando resistit, ita humiliat intelligentiæ gratiā. Quod propheta indicauit dicens: Declaratio sermonū tuorū luminat, & intellectū dat paruulis. Nā quātū ex se illuminat quod lumē est sicut dicit: Mādatū lucerna est & lex lux, sed sui intellectum præstat humili. Agnoscant igit̄ homines sacram paginā, nequaque humani opus esse ingenij, prophetas quicque ex se potuisse prædicere, sed hoc sui speciale munus esse autoris, prout p Petrū sic dicitur: Nō enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati loquuti sunt sancti homines Dei. Discat quoque quod in ea eruditū sunt, nō inflari, nō se præferre nescientibus, nō abuti concessis, neque sibi arrogare, quod à domino percepere, à quo omnis est sapientia, & cum quo fuit semper, & est ante æuū. Prodest utique scientia, si humilitatis, si fidei, si caritatis, si prudentiæ sale condit, alioquin insulsa erit, nec ad aliud ualebit, nisi ut mittat foras, & ab hominib. cōculetur. Non enim obesse ualeat ex se, quod à Deo ad bene uiuendi instructionem, recte discernēdi, salubriterque loquendi, est prærogatū mortalibus. E

D quidē omnia munda mundis, immundis autem & peccatorib. qui maculant munda, nihil est mūdū. Quamobrē mūda te ô homo ab infidelitatis caligine, à fumo superbie, & à delictorum sordibus, quatenus in lumine diuinorum eloquiorū, ueluti in præclaro speculo erudiaris, non solū de naturalibus uel humanis, aut diuinis, uerum etiam mundum agnoscere, seculi illecebras spernere, temporales dignitates, diuinitiasque calcare, carnis oblatione fugere, expansos in hac peregrinatione præuidere laqueos, præsentis uitæ pericula deuitare, scire ubi sis, quid possis, & horis singulis deficiēdo quō tendis. Hęc profecto non est ignoranda scientia, quam diuina probat autoritas, sanctorum cōmendant eloquia, mater immaculata sectatur ecclesia, experientia laudat, fides cōfitetur, amplectitur caritas, spiritus protestatur, approbat ratio, gustus concupiscit, propalat sapientia, euangelia clamant, & seruorū Christi circunquaque profusa collegia imitantur. Hanc proculdubio discere ualeat eruditus & indoctus, seruus & liber, diues & pauper, masculus & foemina, debilis & fortis, ingeniosus & hebes, ignobilis sicut & nobilis. In propaculo est proposita uniuersis, neglecta à multis, à peccatoribus despecta, irrita à potentibus, sed uenerata à iustis, à fidelibus agnita, & in corde humilium, Deumque timentium,

Laur. Iustin.

Heb. 11

Psal. 115

Rom. 10

Act. 4

Psal. 118

2.Petr. 1

tanquam cœlestis thesaurus collocata. Quamvis aut̄ h̄ec ex seipso maximis uirtutum sit, decorata monilibus, atq; probatissimorum uitrorum sublimata præconijs, nunquam tamen ipsius occultanda sunt præmia, nunquam eius reticendæ sunt laudes, quatenus illius excellentia, ac utilitate inspecta, ad mundi contemptum animus fidelium accenda tur, in quo perfectionis regula, & consiliorum Christi disciplina consistit.

*Quantas sit Christianæ perfectionis, & consiliorum euangelicorum authoritas.* Cap. V.

**Q**uoniam multifaria sunt itinera mortalium in hac uita de gentium, atq; scientia rum documenta innumera, illa præstantiora arbitranda sunt, que ubiorem non temporalium facultatum, sed cœlestium meritorum secum afferunt frumentum, eoq; ardētius sectanda, quo maioris sanitatis, sublimiorisq; excellētiae earum est author. Hinc Christianæ perfectionis, & consiliorū euangelicorum elucescit authoritas, que imitatores suos æternorum bonorum locupletes facit, & ab ipso conditore omnium, domino Iesu sumpsit exordium, qui uerus est Deus, Dei filius, de Deo genitus, sine initio cōsubstantialis, & coæternus ei, qui genuit: ante secula uerbum semper iternum manens, factus in fine seculorum homo perfectus, hominū mediator, atq; redemptor, quatenus humanum genus, diabolica fraude deceptum, reuocaret ad gratiā, à culpa redimeret, erudiret in fide, necnon sapientiae supernæ illustraret splendore, sicut Apostolus ait: In ipso uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, sanctificatio, & redemptio. Nouus igitur apparens in assumpta humanitate præceptor, nouæ religionis rudimenta instituit, ac nouæ uitæ mandata proposuit, ut abolit̄ consuetudinibus antiquis, expoliatoq; ueterem hominem, cum actibus suis, noua fierent omnia, & in nouitate uitæ incedere inchoarent mortales, qui eousq; solo carnis, ac naturalis rationis ducebantur impulsu. Evidem quod consuluit sapientia, sualit uerbum, atq; consummauit in opere idem Dei, & hominum mediator, carnalis sensus, rationalis intelligentia, naturalis ordinis, socialisq; uitæ supergreditur limites. De contemptu mundi ingessit scientiam, exemplum præbuit, formam dedit, atq; præmiorum illius sublimitatem indicauit dicens: Vos qui secuti estis me in regeneratione, quum federit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit patrem aut matrem, fratres aut sorores, aut agros propter nomen meū, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Maxima prorsus, & mortalitatē nostram excedentia pollicetur, quoniā nouerat arduum esse perfectionis ascensum, naturæ uincula soluere, cōsuetudinē uitæ mutare, quotidie crucem tollere, in hoc mundo nihil possidere, quod sensualitatē mulceat fugere, nullam terrenam dignitatem appetere, desineretq; homo per nouæ conuersationis studiū esse, quod fuerat, ut inciperet esse, quod nō erat. Porro ista, que præcesserant, nesciuere etates. Cuperbant procreare liberos, possidere prædia, abundare diuitijs, præminere honoribus, posteros in prolis successione relinquere, necnon pro suorum mercede laborum tantum terrena sperare. Carnales erant homines tunc, & carnaliter, que sub figurarum uelamine dicebantur, percipiebant. Non autem sic professores Christi ambulantes in spiritu. Sensem spiritualem latenter in litera, siue cōtentum in lege, seu prophetarum promulgatum oraculis, uel in euangelio repromissum à domino, spiritualiter intelligunt, spiritualiter implent. Nec ab re. Nam in eorum cordibus paracletum possident, qui per timoris donum instruit eos diuina mandata perficere, per pietatis, diligere proximum, illiusq; indigentia subuenire, per scientiæ, sacras literas absque errore intelligere, per fortitudinis, queque aduersa æquanimiter tolerare, per consilij, discernere dubia, alijq; rectitudinis callem salubriter indicare, per intellectus, spiritualia dñjudicare, & motus animi euidenter inspicere, & per sapientiæ, caritate flāmescere, atq; cœlestia delectabiliter gustare, prorsus languida, & impotens ad secundum consilia Christi species iaceret humana, si non huius spiritus roboraretur uirtute, charismatibusq; secundaretur. Verū suffragata ab ipso, & erudita per ipsum, aggredit ardua, præsumit magna, credit promissa, concupiscit æterna. Hinc est q; tam copiosissimus fidelium numerus utriusq; sexus, cuiuscunq; conditionis, qualiscunq; ætatis, contempto mundo, spretisq; carnalibus uoluptatibus, Christianæ fidei, ac euangelicæ perfectioni colla substrauit, quemadmodum in exordio nascentis ecclesiæ clarer. Sic enim legitur: Multitudinis credentium

A erat cor unum, & anima una. Nec quisquam eorum, que possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia cōmunia. Hoc autem nequaquam attentare ausi sunt, nisi post sancti spiritus emissionem, quem dominus Iesus missum pollicitus fuerat, antequam cœlos peteret. At uero succrescente spiritus furore, auctoq; credentium populo extiterunt innumeris, qui his minime contenti, altiorem perfectionis gradum apprehendere gestiuerunt. Quamobrem respues omnia, honores, uoluptates, prædia, conuersationēq; socialem, uitā suā duxerunt in montibus, in speluncis, & in solitudinib. uastis, quatenus cōmodius illis soli Deo uacare liceret. Nōnulli uero humano timore deposito, neglegētis iussionib. principum, se pro defensione catholicæ fidei, ad perferendū rerum damna, exiliorum incōmoda, squalores carcerum, eculeorum tormenta, carbonum incendia, adustiones lampadum, lapidum ictus, flagrorum uerbera, ludibria populorum, membrorū mutilationes, & abscissionē capitis magnanimititer tradidetunt. Praecessit insuper maxima multitudo credentium, qui construentes cœnobia, ordinantesq; collegia, semoti à turbarum fragorib. simul uiuere delegerunt. Horum sicut unum erat cor, ita intentio una, habitus similis, communis uictus, eadēq; professio. Qui diuinis die noctuq; occupabātur in laudibus, sacrī lectionibus uocabant, orationib. instabant, mutuisq; exhortationibus se ad uirtutum profectum accendeant. Hi omnes sanctorum scripturarum imbuti scientia, fidei gratia perfusi, caritatis debriati dulcedine, necnon & permissionū Christi allecti magnitudine, facti sunt cōtemptores mundi, testes fidei, præcones immortalitatis, atq; pro præmiorū adepitione cœlestiū insuperabiles bellatores.

*Quod in praesenti non defunt, qui sanctorum precedentium uirtutes imitantur.* Cap. VI.

**N**agnarum uirtutū ecclesiā in præteritis generationibus habuisse uiros, qui seculum nō esse diligendū operibus & uerbis cōtestati sunt, multipliciter eloqua diuina proclaimant. Cæterum in præsentiarū eorum imitatores non defunt, quanq; pauciores sunt numero, & in donis spūalibus pauperiores, qui ut illi solitariā ducūt uitā, cœnobiorū custodiunt regulas, martyrijq; spiritualis fatigant cagone. Nam & si personalis minime persecutor appareat, nō tñ deficiunt à diabolo, hominib. nec à sensualitate illatæ molestia. Ab his nemo iustus liber existit, adeò ut uerum esse probetur (quod ait apostolus) Omnes qui piè uiuere uolūt in Christo Iesu, persecutiones patiuntur. Evidē tentationib. uarijs insequitur diabolus sanctos, ut eos auerat à Christo, & ad facinoris consensum trahat. Porro ab hominib. inferuntur rerum damna, homicidia, detractiones atq; conuicia. Cupiditatib. ac uoluptatib. blanditur caro, ut seculi lectentur illecebras, quod est dirum persecutionis genus. Omnib. quippe his pro amore diuinitatis repugnare uiriliter, martyrj perducit ad palmā. Mentiū nāq; inspector Deus, non solum labore operis, uerum etiam affectum uoluntatis in retributione cōpensat. In mēbris igitur suis spiritualibus, semper triūphat ecclesia, & ad pfectio nis nititur aduolare fastigium. Habet enim secū inhabitantē sponsum, per quē vegetet ut crescat. Sane mysticum Christi corpus, qd est ecclesia electorum, à spiritu ipsius uiuiscatur, & copulatur ipsi Christo per fidem, nō qualem cunq; sed q; per dilectionem operatur, tanq; uiua & vegetata à spiritu illius, ex cuius fide uiuit. Quonā uero modo uegetur apostolū audi: Habitare Christum inquit, per fidem in cordib. uestris. Quamdiu ergo fidē rectam quis seruat, in corde illius habitat Christus, manet gratia, uita vegetat, uiuiscat spiritus, & est mēbrum corporis ecclesiæ, quam sic dilexit Christus, ut traderet semetipsum pro ea, mundans prius illā lauacro aquæ in uerbo, quatenus mūdata ab omni sorde originalis delicti, sibi exhiberet in sponsam, nō habentē maculā neq; rugā. Habet etiā inhabitantē paracletū, quemadmodum Paulus ait: Caritas Dei diffusa est in cordib. uestris p spm sanctū, qui datus est nobis. Ipse profecto spūs, corpus ecclesiæ inhabi tando uiuiscat, uirtutum profectib. reformat, & aucta quotidie numerosa credentiū sole, mysticis renouat incrementis. Interna siquidem aspiratione, catholicæ unitatis trahit ad gremiū, & copulat Christo, quotquot cœlesti sunt benedictione participes, que comes est gratiæ, uirtutum socia, index prædestinationis, æternæq; felicitatis præuētrix fidelis. Trahit, in quā, non violenti impulsu, sed metu, sed dilectione, sed præmio. Nonne quoties transactarū mens ductur in consideratione culparū, meminitq; quā innumeris, quā enormia aduersus Deum errata perficerit, toties timoris transfigitur gla-

Laur. Iustin.

dio, conscientia trepidat, spes fluctuat, omniaq; interiora in cerore complentur: Secum B enim pertractat ineuitabilem mortis sententiam, pauendam exitus horā, formidabilem aspectum irati iudicis, dæmonū tetras species, inferni barathrum patens, inextinguibilem ignem, immortalem uermem, fœtorem intolerabilem, interminabilem supplicium carentiae uisionis diuinæ. Ex huiusmodi meditatione cōturbatur, compungitur, cōteritur, uociferatur & dicit: Domine ne in furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me: Mi Psal. 6 ferere mei domine quoniā infirmus sum, sana me domine quoniā conturbata sunt ossa mea: Et anima mea turbata est ualde, & tu domine usquequā: Cōuertere domine & eripe animam meam, saluum me fac propter misericordiā tuam: Quoniā non est in morte qui memor sit tui, in inferno aut quis confitebitur tibi: In mortis igitur ac gehennæ diu cogitationibus fatigata, absq; ulla retardatione, disponit mutare uitam, mores reformare, opera exteriora corriger, à mendacis, detractionibus, eloqujsq; scurrilibus lingua compescere, sensus corporeos temperantiae fræno cohibere, ab inanibus uoluptuosisq; cogitationibus cor restringere, animæ affectum ordinare, atq; interioris hominis universos moderari excessus. Hæc nōne admiranda operatio est sancti spiritus, atq; laudabilis mutatio dexteræ excelsi, quæ uertit impios ut non sint, suscitatq; de puluere humilitatis egenos, & de delictorum stercore eleuat pauperes, ut post emendationis, conuersonis perseverantem famularū cū principibus in nuptiali cōsuilio desideant, & teneat stabilitate perpetua solium cœlestis gloriæ beatorum spirituum agminibus sociatis: Bea ta plane mutatio hæc almi spiritus, quæ de attritis contritos, de peccatoribus iustos, de alienis filios, & de lugentibus per disciplinam timoris lætos facit. In persona talium inquit Propheta: A timore tuo domine concepimus, & peperimus spiritum salutis. Per quem utiq; tanta dilectionis perfunduntur dulcedine, ut à Dei nequeant laude cessare. Nam ex huiusmodi mutatione, iustificati hominis efficitur animus iucundus, exultans spiritus, mens devota, affectio sancta, recta intentio, cogitatio pia, ignitum cor, pudica caro, castificatus sensus, prolataq; eloquia prudentiae sale condita. Et qui prius timoris funibus trahebatur astrictus, nunc caritatis uinculis feliciter ligatus tenetur. Experitur talis, qđ peccatrici animæ, & cōuersæ ueraciter se facturū per prophetā, dñs pollicitus fuerat dicens: In funiculis Adam, in uinculis caritatis attraxi te miserens tui. Hoc olim in muliere peccatrice, de qua septem demonia eiecta fuisse euāgelice ueritatis sermo pro loquitur, impletum fuisse cognoscimus. Idipsum etiam quotidie Christum agere minime dubitamus. Multos (ò quām frequenter) intuemur ante conuersionis gratiam uolu p̄tuosi amoris pollutione fœdatos, sola quæ mundi sunt querere, terrena appetere, honores ambire, lucris temporalibus insudare, lautoribus sepe interesse conuiujs, obsecnis actibus operam dare, æterna bona negligere, & tantum amare præsentia. Post conuersionem synceræ caritatē flamma succensos, renunciare seculo, transitoria cuncta despicer, humilitatem sectari, sibi pro illatis cōtumelijis lætari, erogatis omnibus paupertatem diligere, sobrie uiuere, corporis alimoniam quotidie mendicare, castimoniam animaliæ & carnis, tota intentione seruare, affectum suum ad futura gaudia transferre, atq; mūdo crucifixos in Christo perfectè lætari. Qui munus tale per operationem sancti spiritus, perceperunt à Christo ab inde citra, reiecta seruili metus sarcina, ac letaliū criminum fasce deposito, ex sola caritate obtemperant, amore currunt, dilectione trahuntur, & quod illis ad perferendum intolerabile uidebatur, leue efficiunt, & corde dulcescit. Quoties recognit quid delinquendo fuerint, quid amiserint, quid per gratiā percepient, quid sint, plorant præ gaudio, delectabiliter gemunt, gratias agunt, uota fundunt, & laudis iucundum sacrificium exoluunt dicentes: Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Nempe hi mortui erant, & reuixerunt, perierant, & reperiuntur. Pro quorum resurrectione beata lætatur mater ecclesia, lætantur & angeli congratulantes Christo, qui errantem ouem reduxit ad gregem, & prodigum filium porcorum siliquis indigentem suscepit ad gratiam, stola induit, decorauit anulo, atq; saginati uituli refecit conuiuio,

A Quid humanus affectus ad operandum plurimum excitetur spe premij. Cap. viii  
V manus quamvis affectus, metu, seu dilectione (prout suprà notatū est) trahatur, per alioplus tamē (ut arbitror) ad peragendū opus mercedis remuneratione acceditur, adeo ut nemo reperiatur (quoniam sanctus & rectus) qui ea carere uelit. Vocas mercenariū, illi præmitū policeris, opusq; iniungis, quod ut perficiat, nunc gelu constringitur, nunc caloris nimietate uritur, nunc labore lassatur, atq; tamdiu incubit operi, donec ad finē illud deducat. Postponit cūcta, deserit propria, expōnit se sciens nisi cōsummato exercitio, pmissam nullomodo obtinere posse mercedē. Hoc in mercenario claret, q; ad operadū mercede sola cōducit. De seruo autem tuo quē pecunia cōparasti, siue de filio quē genuisti, quid dicā? Nunquid ipsi absq; mercedis affectione laborat, prorsus minime. Inīugis emptitio tuo qualecumq; opus, nihil ei promittis, nō peccatiā, non uestē, non cibaria, nō requiē, neq; aliud huiusmodi, illi tamen minaris uerbera, si laboret segniter, si ante perfectionem, opus intercidere audeat. Desudat ille, quantū uellet agit, inchoatū nullatenus uult relinquare opus, nō ut non amittat preciū, sed ut euadat flagellum. Similiter ut filius tuus, dū iussionē tuā audire moras rumpit, ut uoluntatem tuā peragat, mandatum perficit, & prompto animo libenter obedit, quamuis uniuersam quā possides substantiā suā futurā esse nō ambigat. Plurimū estimat genitoris benevolentiā, q; facultates ipsas, dilectionēq; patris maximā laboris sui arbitratur esse mercedē. Serui igitur retributio, est remissio supplicij. Remuneratio uero filij, paternæ caritatis custodita dulcedo. Clarius igitur q; meridiana lux pater, q; singuli, siue serui, seu mercenarij, siue sunt filij sustentantur retributione mercedis. Hæc si abstuleris omnia confusa erunt. Non erit qui agriculturam exerceat, quoniā qui arat, in spe arat colligendi fructus. Non erit qui transtretetur maria, nec qui ad pugnam pergit, nec qui negotietur, nec qui sibi uel aliorum eruditio uacet, neq; qui reipublicæ iudicia tractet. Vniuersi isti ducuntur affectione mercedis, non tamen uniformiter, sed iuxtra quem finem se intentione operantis extendit. Hinc est quod non eandem neq; aequaliter mercedem, qui laborant accipiunt, quoniā nō eundem in opere suo constituunt finē. Qualis intentionis est finis, tale proculdubio stipendium retributionis erit. Pro temporali temporalis, pro spirituali spiritualis, & pro cœlesti, retributio cœlestis impeditur. Ut deat quamobrem quisq; diligenter operando, quid querat, quid amet, quid expectet à dño, ne in cordis intentione delusus istius uite quid ambiat, ut non in fatuarū uirginū numero cōputetur, q; sine caritatis oleo, & absq; mentis rectitudine deceudentes, dū diuinā misericordiam implorarent, ex obliquo dominū audiuerē dicentē: Amen dico uobis nescio uos. Illū quippe Deus ignorat quē reprobavit. Reprobavit autem omnes q; intentione peruersa, seu affectione corrupta, quicquam temporale, plusquā ipsum diligunt, atq; in laboris sui præmitū habere desiderant. Fertur igitur quilibet uotis, trahit uel delectatione mercedis. Nam quemadmodū sine spe premij iacet & tabescit animus, ita expectatione retributionis erigitur, & ad opus perficiendum acceditur. Prophetā audi dicentem: In clinavi cor ad faciendas iustificationes tuas in æternum, propter retributionē. Mercedis ergo consideratio, nedū laboris onus tēperat, uerum etiā p̄bet uim corpori, atq; spiritus toleratiā lōganimitatis. Hinc est qđ dñs infirmitatis humanæ conscius, quū dixisset Abraham: Egredere de domo tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & ueni in terrā, q; mōstrauero tibi. Ne ob asperitatem nouitatēq; precepti, hæsitādo ad obtēperandū piger existeret, illico intulit: Faciatq; te in gentē magnā, & benedicā tibi. Benedicā benedictib. tibi, maledicā maledicētib. tibi, atq; in te benedicēt omnes cognationes terre. Quo auditō egressus est, eoq; ad obediēdū effectus est prōptior, quo de pmissione diuinā factus est ex remuneratiōe securior. Moysen quoq; quū Hebræorū populū ab Aegyptiaca decreuisset seruitute redimere, affatus est dicens: Vidi afflictionē populi mei in Aegypto, & clamorē eius audiui, propter duritiā eorū, qui presunt operibus, & scīs dolorē eius descendit, ut liberē eum de manib. Aegyptiorum. Et educā de terra illa, in terrā bonam & spacious, quæ fluit lacte & melle. Hic scripturarum oraculis erudit, ad seculi animam contemptum. Improperium nobis est, si non pari affectu, eademq; cordis hilaritate, illa perficimus, quæ ipsi, quum proculdubio etiam arctiora agere debeamus. Ipse quippe audierunt angelos, nos Dñs filium præceptorem habemus. Ipsius terrena, no T. 3 bis pro-

Laur. Justin.

**LUC. 13** bis promittuntur coelestia. Nobis, inquam, sempiternum uerbum de regalibus colorib;  
sedibus ueniens, mandauit dicens: Vendite quæ possidetis, & date eleemosynā & ha-  
**LUC. 18** bebitis thesaurum in cœlo, saccum non ueterascentes. Iterumq;: Si uis perfectus esse,  
uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me, & habebis the-  
saurum in cœlo. Illum sequi, eidemq; in omnib; famulari debemus, etiā absq; illa spe pre-  
**1. PETRI** mī, quoniā ipsius factura sumus regenerati per gratiā in ipso, atq; ad uitā prædestinat̄.  
aeternā. Hoc apostolus Petrus insinuans ait: Benedictus Deus, & pater domini nostri Ie-  
su Christi, qui secundū magnā suā misericordiā regenerauit nos in spem uiuā per resurre-  
ctionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibile, & incōtaminatā, & immar-  
cescibilem conseruatā in cœlis. Attende, quæso, qua ratione, quo pacto, quóue debito,  
Deo obtēperare cogaris. Fecit te quū nō es, sua te decorauit imagine, regenerauit te  
per baptismatis lauacrum, & sancti spiritus sanctificationē, ut reformaret in sui similitudi-  
nem per peccatū deformatā, tibiq; tribueret hæreditatē, quā nequiter uiuēdo amiseras.  
**F** Cæterum ut te sua largitate accenderet, tibi præstitit se, factus est naturæ tuæ cōfors, co-  
mes peregrinationis, tribulationū particeps, intercessor criminum, animæ cibus, præcti-  
puus mediator, robustissimus adiutor, præceptor eximius, amator castissimus, atq; libe-  
ralissimus redēptor. Nō enim pro te dedit aurū, nō gēmas, nō prædia, nō mundum nec  
cœlū, sed propriū cuorē, in crucis moriendo patibulo. Sua quoq; bona post huius pe-  
regrinationis terminū, se tibi donaturū spopondit nō caduca, nō terrena, nō transitoria,  
sed diuina, sed cœlestia, sed eterna. Magnū igit̄ arbitrari noli quū omnia sponte deseris,  
& te ipsius manciparis obsequio. Nihil tuū tribuis, nihil propriū derelinquis. Totū qd  
possides, siue in pecunij, siue in preciosis margaritis, seu in domibus, aut alia quauis fa-  
cultate, illius sunt, qui ea condidit. Nā domini est terra & plenitudo eius, orbis terrarū  
& uniuersi qui habitat in eo. Ergo de alieno est, quod tuū esse arbitraris. Depositum red-  
dis, exoluīs debitū, restituīs donū, quum etiam nihil tibi reseruando uniuersa pro Chrl  
sto disperdis. De tuo autem quid dicam, quum tu minime sis tuus? Quomodo tu tuus di-  
**G** tendus es, quum tu non feceris te, neque ad staturam tuā adiūcere ualeas quicquam,  
neque uitæ tuæ uel horæ unius spaciū augere? Tu tibi nec formam corporis dedi-  
sti, nec rationalem tuam animam infudisti, nec uitæ terminum statuisti. Hoc si potuiss-  
es, es proculdubio forma elegantior, genere nobilior, sublimior dignitate, sospitate  
hilarior, corpore fortior, uita prolixior, prudentior consilio, perspicacior intellectu, vir-  
tutibus uberior, incomparabilior scientia, loqua facundior, præclarior sanctitate, ex-  
celsiō meritis, naturalibus & spiritualibus bonis, quam sis longe ornatior. Horum ni-  
hil addere uoluisti, quoniam tu nequaquam tui author existis. Ille profecto sine te fecit te,  
qui solo iussu, siue terrena, siue cœlestia formauit omnia, singulis propriam tribuens spe-  
ciem, donacj distincta. Cuncta ergo quæ habes, & id quod naturaliter es, sicut munus  
ita tui opus est conditoris. Quamobrem si sponte tribuis omnia, si exponis te, non solū  
simplici famulatu, uerū etiam laboribus, carceribus, tentationibus, necessitatibus, exi-  
lio, cruciatib; & morti pro Christo, ad hæc omnia obligaris ex debito, agisq; quod meri-  
to facturus es, dicente domino: Quum omnia feceritis, dicite serui inutiles sumus, quod  
facere debuimus fecimus. Nihil exemit qui dixit omnia. Hoc ait Dei filius, hoc ipsa lo-  
quitur ueritas. Nec aliter esse potest, qd eadem sua asseueratione cōfirmat. Quum igi-  
tur uitæ præsentis incōmoda, carnis molestias, tentationū flagella, persecutiō impor-  
tuna odia, ac irrogata cōuicia perferre, nec nō opib; mūdoq; sicut supra dissertū est, ab-  
rensciare p Christo tenearis ex debito: prouida nūc cōsideratione aduerte, qua rōne  
opera tua grata sint Deo, quóue iustitia merito præmia à Christo tibi, pmissa, pueniat.

De proprietate & dignitate liberi arbitrij. cap. VIII.

**Image** Perum nostroru merita ex gratia Dei, liberoq; nostro arbitrio procreari, san-  
ctorum patrum probat authoritas. Liberum aut arbitrij esse dixerim facul-  
tate rationis & uoluntatis, qua eligitur bonū gratia existente, hoc aut tam  
nostrū propriū esse noscamus, cetera aut siue naturalia siue gratuita, Dei sunt  
munera nobis collata, tam pro salutis adminiculo, quam pro Dei circa nos dilectione  
propalanda. Præstisit quippe dñs liberam bonū uel mali eligendi facultatē, qua median-  
te, mercedem iustus, improbus aut merito cōdignū habeat de mali perpetratione sup-  
plicium.

**A** plicium. Nemo igitur quū malus est, esse potest excusabilis. Se male eligendo fecit ma-  
lum, luci tenebras & bono præferens malū. Tanta siquidē efficaciat liberū arbitriū esse  
discernitur, ut meritorū, ac demeritorū sit statera æquissima, in qua singulorū opera, ab  
omnipotente & iusto iudice pensantur, redditurq; unicuiq; quod iustitiae censura dñudi-  
cat. Noli itaq; homo quū delinquis, bonitatē damnare diuinā, quod suam tibi minime  
prærogauit gratiā, quod ad peccatū impulerit, & bene agendi tibi negauerit potestate.  
Inique cogitas, dum talia meditaris. Nūquid scelerū author est Deus? An forte peccato-  
rum fauet uoluntatib; malis? Nōne potius illas insequit, iudicat, punit & damnat? Vule  
(quantū in ipso est) oēs saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire: quatenus in omnib;  
reperiāt quod coronet. Planē nibil eorū quæ fecit odit, quoniā quicquid cōdedit siue in  
cœlo, siue in terra, seu in mari bonū est. Videlicet Deus (inquit scriptura) cuncta quæ sece-  
rat, & erant ualde bona. Non poterat bonitas mihi bona facere. Quod uerò inter bona  
quæ facta sunt, uidemus malū, nō utiq; illud bonus fecit sed malus. Nam quemadmodū  
**B** à bono bona, ita econtrario à malo proueniūt mala. Vis scire quis bonus, quisne sit ma-  
lus? De his sapientiā Dei te eruditē audi: Nemo (ingt) bonus est nisi Deus. Malū aut in-  
uentor diabolus est, propter qd effectus est malus, inventorq; malorū, adeò ut ab ipso  
lucifero, mali corruptela prodierit. Mali qppē uenenū in angelos fudit, sibiq; cōsentien-  
tes apostatas fecit & malos, ac per hoc omne emanauit malū, etiā in hominib;. malis, q; eis  
per liberū arbitriū cōsentint. Vis nosse quantū ab eodē lucifero effluxerint mala: In ce-  
lis etenim per ipsum, angelorū ruina, in paradiso primorū parentū delictū, & in mundo  
per complices eius uniuersa perpetrata sunt mala. Ipse aut unde malus? forte quia fa-  
ctus est malus. A bono cōditore sicut cætera factus est bonus. Verū à seipso fa-  
ctus est malus. Quo uerò modo sapientiā attēde dicentē: Ille homicida erat à principio,  
& in ueritate nō stetit, quia nō est ueritas in eo. Quū loquit̄ mendaciū, ex pprījs loquit̄,  
quia mendax est, & pater eius. Homicida erat à principio, ante uidelicet q; homo fieret,  
quādo tertia partē stellarū suggestione sua traxit de celo. Qm uerò in ueritate nō stetit,  
**C** ideò ueritas in eo nō est. Hinc est qd quū homini suadendo ueritū, mendaciū loquutus,  
ex proprijs locutus est, quia mēdax est pater eius. Ex quo igit̄ in ueritate nō stetit factus  
est malus. Nam à seipso sine bonitate quis esse potest bonus? Aut absq; ueritate quis ua-  
let esse uerax? Nā quēadmodū ex auersione à bonitate quisq; efficit malus, ex ueritatis  
fit mendax, ex sapientiæ amens: ita ex cōuersione, atq; participatione ueritatis efficit ue-  
rax, ex bonitatis bonus, ex sapiētiē sapiens, ex iustitiē iustus. Sicq; de alijs, quæ cōmen-  
datione sunt digna, p quib; gratiā meret, & p̄mū. Omnia aut ista Deus, nedū ipse bonus  
est, sed ipsa bonitas, iustitia, ueritas, sapientia, & incōparabiliter melius, ac excellentius  
quam dici, uel cogitari possit, nō accidētaliter, sed substātialiter, sed naturaliter, sed esse  
etiue. Propterea sicut diabolus à Deo discedēs factus est malus, mendax, tenebrosus, &  
iniustus, sic & homo: q; em amplius elongat à Deo, eo efficit peior, & gehenna dignior.  
Elongat, inq; nō coacte, sed sponte. Quō aut nō sponte, quū intus reclamet cōscientia:  
cōdemnet ratio, dissuadeat custos, retrahat gratia: Cæterū qm libero potit arbitrio pec-  
**H** ibid  
**D** cato cōscientiens, rescindit cōscientiā, rationē subuertit, spernit angelū, reiçit gratiā. Iusto  
itaq; Dei iudicio agit, ut ppetrato scelere, q; prius liber extiterat, efficiat seruus. Cuiusq;  
Qui facit, ingt dñs, peccatū seruus est peccati. Ante peccatū liber erat, post peccatū uerò  
seruus. Mala seruitus quæ libertatē subuertit arbitriū, priuat meritis, naturalia dona vul-  
nerat, intellectū obnubilat cognitionē ueri, affectū tepefacit in operatione boni, gratiū  
spoliat, animā maculat, amaricat conscientiā, insensibili reddit, somitē excitat, ad pec-  
catū trahit, ad poenā obligat, à gloria retardat, Dei amicitiā tollit, & gehēnē filios facit.  
Mala, inq; hēc seruitus, quæ cōcupiscētiā accēdit, captiuat mētē, aufert gratiā, pimit uitā.  
Hinc est q; bonū, qd auditus p̄cipit, hō suadet, scriptura cōmēdat, iubet Deus, discernit  
ratio, ne quaq; uolūtas asseqit, qm amissa arbitrij libertate, facta est serua, tot uinculis liga-  
ta, qd peccatorū funib; tenet asticta, iacet uelut mortua, torporis spūalis quadā depre-  
sa ignauia, à qua nisi Dei opāte uirtute liberari nō ualeat. Nec ab re. Quę em spōte cecidit,  
ex pprīo arbitrio nō potest exurgere. Implorāda tūc est diuina clemētia, p̄cib; flagitāda,  
flectēda lachrymis, placanda gemitib; p̄jsc̄ operib; aduocāda. Merito hmōi detestabilis  
seruitus multat̄ peccator, q; cōditoris sui spreuit gratiā, dilexit culpā, p̄stitutus est ho-

**Luc. 11.** si, præcepta transgressus est, usque ad cōsilia, irritauit Deū, angelos in honorauit, despexit factos cōfudit quicquid religionis est, quicquid honestatis, quicquid decoris, quicquid uitutis, dū pulsanti ad cordis ostium aperire noluit, sebū uocatē sapientiā audire neglexit. Poterat equidē uocatus respondere, annuere & obtēperare, fieretq; iustus, magis magis iustificatus. Iustus dum consentit gratiæ, iustificatus autē magis ex aggregatione virtutum, ex cumulo meritorum, quæ ex liberi arbitrii assensu creantur, dei nihilominus cooperante uitute, quæ liberū arbitriū adiuuando perficit. Ex liberi itaq; arbitrii electione peruersa, quemadmodū homo delinquit, ita ex electione laudabili efficiet iustus, & ad promerendū idoneus. Nā secundū arbitrii electionē gratificatur opus. Vnde in euāgēlio ueritatis inquit: Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuum lucidū erit, si autē nequā, totū corpus tuū tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen, quod in te est, tenebræ sint. O quām salubre cōsiliū hoc, per sapientiā hominibus prærogatū. Vide (ait) ne lumē naturale discernendi, uel lumē gratificatiæ gratiæ tibi impensum, per liberi arbitrii consensum, tenebræ sint, quoniā omne corpus operū tuorum tenebrosum erit. At uero si rectū & nullam habuerit partem tenebrarū, erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Illuminabit, inquā, propter æternū lumē diuinæ uisionis, quæ tibi debetur in præmium. His paucis uales percipere, unde uitus generetur merendi. Nō utiq; quia ieunasti, fleuisti, uigilasti, laborasti, peregrinatus es, nec quia uestisti nudū, pauisti famelicum, uisitasti compeditum, ministrasti æ grotō, suscepisti hospitem, sepelisti mortuum, sed quoniā suadente gratia, liberoq; tuo arbitrio consentiente, ista ex corde complesti. Ex corde, inquam, quia uoluntarie, libere, simpliciter egisti, ut soli deo placeres, ut obieperares illi, ut meritum consequereris, non temporale, sed æternum, sed ineffabile, sed immensum, quod tibi dei ueneranda maiestas polliceri dignata est.

De excellentia gratiæ gratum facientis. Cap. IX.



**1. Tim. 1** Emo mortaliū credat aliunde humana opera Deo esse accepta, quām per ipsius gratiam, ac liberi arbitrii consensum. Non tamen qualecumq; gratiam, sed per eā quæ iustificat impiū, illumq; facit gratū deo. Hanc profecto dixerim, principaliter esse deo efficiente, per quā pro sua laudabili bonitate, influere nō cessat creaturæ rationali uitā spiritualē, ut bene sit illi in esse gratiæ, quā penitus habere nō potest sine ipso deo largiēte. Porro gratia ista in scripturis sacris, nūc donū diuinū, sine quo nullus potest mereri, nec in bono pficere, nec ad gloriā peruenire, nūc caritas nuncupat, quā Apostolus definiēt ait: Finis autē præcepti caritas, de corde puro, cōscientia bona, & fide nō ficta. De hac alio in loco inquit: Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Dat, inquam, nō pro merito, nō ab hominib. nec pro suscipiētis arbitrio, sed per spiritū sanctū, q; ubi uult, in quibus, & quādo, uult spirat. Quāobrē nullus gloriet, nemo presumēdo dicat, se bāc ex p̄prijs operib. percepsisse, qm̄ (attestatē Paulo) sine poenitētia sunt dona, & uocatio. Quare sine poenitētia: quia nullus ex suis illā assequitur meritis. Valet proculdubio quis uocatus à deo, gratiā gratificantē mereri ex congruo. Ex cōdigno autē nunquā. Cur uero nō ex condigno: quoniā bonū quod ex gratia prærogat, summū est, inenarrabile, sempiternū, atq; immēsum, p quo uidelicet adipiscēdo, si dederit homo uniuersam mūdi substantiā, si immanissimis corpus suū tradiderit cruciatib. & exposuerit flāmis, si spōte se afflixerit ieunījs, uigilījs, laborib. frigore, æstu, fame, siti, inopia, & nuditate, penitentia nihil agit, qm̄ quicquid facit, & omne quod patit, momētanēt est, leue, breuissimūq; in recōpētatione retributiōis æternæ, quēadmodū apostolus ait: Nō sunt cōdignæ passio- nes huius tēporis ad futurā gloriā, quæ reuelabit in nobis. Ceterū omne qd̄ perficit laudabile, omne qd̄ perfert durū, si quid aggredit arduū, si quid ueritatis, si quid laboris, si quid deuotiōis, si quid pietatis exercet, totū tenetur ex debito. Hoc tibi ô homo suadet ratio, hoc ipsa natura fateſ, si uelis aduertere à quo, qualis, & ppter quid cōditus sis. Nēpe qui te creauit dñs est, nō unius ciuitatis, nō unius prouinciæ, nec unius tantū regiōnis, sed totius orbis, maris, & fluctuum, quadrupedū, uolucrū, serpentū, hominū, angelorū, archangelorū, ceterorumq; spiritū beatorū. Dñs quippe uniuersorū est. Fecit autē secūdū rationalē animā, ad imaginē & similitudinē suā, ut esses ratione sapiēs, uita innoçēs, dominio potēs, ut uidelicet præcesses p̄scibus matis, uolatilib. celi, & animantib. uni-

**A** bus uniuersæ terræ. Subeſſes uero sibi scilicet Deo, & tanquā cætera quæ plasmauerat, eidem præberes famulatū eo fideliū, eo ardentius, eoq; sollicitius, quo amplius, q; crea- turæ reliquæ accepisti. Nam innata naturæ lex clamat, ut cui plus donatū est, abundan- tias exigat ab illo. Tantū etenim ex iustitiæ regulis quis debet quantū percepit totū igit̄ quod habet homo, & id quod est, quoniā accepit gratis, totum debet. Hæc sane ratio po- tissima est, ut ex cōdigno nemo mereri sufficiat nedū uitam æternā, uerū nec tempora- lem, quā cum alijs à domino sortitus est donis. At uero si de ijs quæ quisq; in semetipso consecutus est, nequaq; satisfacere ualeat, nec pro eisdē mereri quicquā ex cōdigno, quid asseuerandū est de beneficijs, quæ ab uniuersitate creaturarū quotidie accipit, quo ab eis famulat illis lubente dño, nutrit ex eis, per ea eruditur, ex earumq; cōsideratione de Dei cognitione imbuit, sicut scriptū est: A magnitudine speciei creaturarū, facile earū crea- tio agnoscit. De spūalibus uero quid memorē, quæ pro sui numerositate, dignitate, con- tinuitate humano intellectui omnino incōprehensibilia sunt: Pro ipsis nequit satisface re mortalis infirmitas, quāuis ad id perficiendū, utroq; hominē sine intermissione labo- ret. Cæterū si pro cæteris, quæ prænotata sunt ad repēdendū gratias esset idoneus, mini- mē tamē de sacrosancte redēptionis beneficio specialiter sibi impēso. Ad eius indagine nō solū hominū, sed & angelorū obstupescit obtutus, atq; tacēdo exultat affectus. Tāq; siquidē sublimitatis, tantaq; est gratia diuina perfusum, ut ipsis manifesta cognitio uitā cōferre noscat æternā, dicente domino: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solū. Deū & quē misisti Iesum Christū. Luce itaq; clarius patet neminē ex cōdigno uitā posse mereri perpetuā. Illā tamen meret ex congruo mediantibus operibus, quæ ex obedientiæ merito cōsummant. Id autē quō fiat, diligenter aduerte. Duplex quippe bonū Deus præparauit hominibus, unū uidelicet tēporale, alterū æternū. Præstit primū. Secundū pro- misit. Quamobrē duplex præceptū primus homo habuit, unū naturæ ad custodiendū bonū datum, alterū disciplinæ ad promerendū bonum promissum. Quod quidē bonū melius non poterat mereri, quām per purā obedientiā, quæ tunc mera est quando præceptum ex se obligat, & non ex alia causa. Hoc autē præceptū dicitur discipline, quia per ipsum discitur quanta sit obedientiæ uitus. Lex ergo obedientiæ, quæ à Deo in para- diso primis est iniūcta parētibus, & quæ per Moysen iubēte Deo est instituta Hebræis, & quæ per Christū est prærogata fidelibus, facta est merendi seu demerēdi occasio, obe- dientiæ disciplina, liberi arbitrii doctrix, index cogitationū, amoris testis, desideriorum cordis propalatix, & custodita perennis uitæ brauim. Hæc, inquā, lex, tamē si per di- versitatē temporū nomina uaria sortiatur, unū tamen haber effectū, idemq; merendi insti- tutū, excepto q; legē naturæ, atq; decalogi in hoc præcellit lex gratiæ, q; obseruatōre suum transmittit ad cœlos. Cæteræ autē minimē quoniā iusti qui in ipsis militauerat Deo præstolabant Christū in carne uenturū, qui futurus erat primogenitus mortuorū, ecclie caput, Dei & hominū mediator, redemptorq; ante quē nemo dignus fuit transferri cœlo, utpote absq; participatione effusionis sanguinis ipsius redemptoris, ad id conse- quendum nequaquā idoneus. At ubi idem uerus Deus & homo apparuit, euangeliza- uit, occubuit, resurrexit, ascendit, cū illo quāplurimi ascenderunt, quemadmodū scriptū est: Ascendens Christus in altū captinam duxit captiuitatē. Post cuius admirabilem, & gloriosum ingressum, cunctis fidelibus legem Dei perficientibus cœlorum referatus est adiutus. Non tamen sine disciplina obedientiæ quis illuc intromittitur, quā ipse Christus quū esset Dei filius ex his quæ passus est didicit, & cōsummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Hanc siquidem obedientiæ experientia operis didicit, hanc consummatus in cruce compleuit. Propter quod (ut ait Apostolus) Deus exaltauit illū, & donauit illi nomē, quod est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu fleat, cœlestiū, terrestriū, & infernōrū, & omnis lingua confiteat, quia do minus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Proinde quisq; christianus discat a Christo iussa diuina perficere, & sancto sibi tradito obedire mandato. Discat, inquam, quantum Deo obedientia placeat, quanta sit excellentiæ, quanta uitutis, quanta gratiæ, quanti meriti, q; locuples, quām honesta, quām cōgrua, q; proficia, quām ualens homini bus necessaria. Hæc instituit Deus, scripture cōmendat, promulgauit Christus, perfecit opere, cōmendauit exemplo. Non aliunde spiritualia charismata cōferunt, virtutes era- scunt,

Ioan. 17

Eph. 4

Philip. 2

scunt, dona cumulantur, perficitur lex, gratificatur anima, unitas custoditur, patesit mysteria, natura reformatur, augetur gratia, promittitur gloria, quam ex obedientiae merito, per quam innocentiam custodiuit Abel, ab hominibus transfertur Enoch, à diluvio est seruatus Noe, constitutus pater multarū gentiū Abraā, ditatus Iacob, Ioseph Aegypto prælatus, electus dux populi dei Moyses, David unctus in regē, eruditus prophetæ, clarificatus Christus, honorati apostoli, Martyres coronati, uniuersic̄ glorificati fideles, eo excellentius, quo perfectius ipsam peragunt. Hæc potissimum in adultis salutis est causa, comes gratia, mater & filia. Hæc ambo pariter currūt, sibi inuicem famulanū, uicissim sua dona cōmunicant, & tanq̄ riuuli limpidissimi ad irrigandū fœcūdandūq̄ anima spirituale pomarium, de latissimo diuinæ caritatis emanant fonte. Dei sapientiā hoc attestā tem aduerte: Nemo inquit, uenit ad me (Ecce obedientia) nisi pater qui misit me, traxerit eum: Ecce gratia. Verum ille per obedientiam uenit, quem gratia dei præuenit, sicut propheta de se cōmemorans ait: Misericordia eius præueniet me. Præuenit utiq̄, & liberum arbitrium ad obtemperandum trahit, non inuite, sed sponte, quia liberum est. Quo modo autem trahit pater, & sponte trahit? Nempe insinuando dilectionem filij, qua se pro hominibus morti dedit, propalando per fidem diuinitatem illius, in qua æqualis & coæternus est sibi. Innotescendoq̄ sublimitatem præmij, quod idem filius repromisit famulatibus sibi. Ista dum mens percipit, dum spe se obtinere confidit, alacri affectu non solum seruare præcepta, uerum etiam contemptu consiliorum perfectionē conatur apprehendere. Ecce libera uoluntas. Ecce uoluntaria seruitus. Ecce uiolentus cursus. Ecce gratuita attractio, per quam à patre ad filium trahitur anima. Ad patrem uero tunc trahit filius, quem obtemperantibus sibi spiritualia dona, dignitates præcessas, & Matt. 19 præmia spondet æterna. Filii promittentē audi & trahentē: Vos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, fratres, aut sorores, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, cenuplum accipiet, & uitam æternam possidebit.

Quod dominus imitatoribus suis ei promittit, que natura diter appetuntur. Cap. X.

**D**iuinam prorsus decebat, quæ à patre descendens, ideo in unitate personæ, naturam uniuersæ mortalitatis assumpsiit, ut hominū genus, quod per transgressionem præcepti à dei gratia, & ab ingenita dignitate ceciderat, obediendo resurgeret, & ad gratiā proprij conditoris ascenderet, quatenus in sui institutione mādati magna promitteret, & talia, quæ obtemperare sibi cupientibus naturaliter appetibilia forent. Quæ enim magna & præcipua sunt, humanā ad se alliciunt cōcupiscentiā. Et quæ concupiscentia, naturalē post se uiolenter trahunt affectū. His duobus specialibus ostensis, sibi promissis, quisq̄ accēdit ad currēdū, quæ uidelicet illi eximia pollicent, & quæ naturaliter intuentis affectū mulceat. Nā quæ parva sunt, & uilia, parū mouent, quoniā naturali instinctu quilibet cōcupiscit magna, ut pote à deo cōditus magnus. Audi quām magnus: Ego dixi dñ estis, & filij excelsi omnes. Dñs enī quū discipulos, & per ipsos fideles uniuersos erudiret ad orandū (inquit) Vos aut quū orabitis dicite: Pater noster qui es in cælis. Quæ oratio fiducialiter pronūciatur ab omnibus credētibus, adeò ut nullus uereatur patrē uocare deū. Cæterū quid maius, quidū excellētius, prærogari hominib. potuit, quām ut fierent dñ, atq̄ excelsi filij. Nō tamē naturaliter, sed participatione. Evidē in eo q̄ participamus per gratiā, quod ipse deus habet per naturā, merito nūcupamur dñ. Verū quū deiperficiimus uolūtarē, quū diuinā in nobis per uitutū studia custodimus imaginē, rectissime filij excelsi sumus. Propter hāc utiq̄ spiritualē generationē, qua omnipotēs pater uolūtarie genuit nos uerbo ueritatis suę, ut sumus initiū aliqd̄ creature ipsius, magni præculdubio sumus, ad alta redimus, supernaç̄ desiderātes cælestis generationis dignitatē seruamus, dēsignamurq̄ remunerari paruis, sentiētes nos naturali impulsu ad excelsa proficere. Quāobrem quum quosdam aspicimus huius seculi uilia ac terrena appetere, anxie querere, hisq̄ infatigabiliter laborando dicari concupiscere. In huiusmodi per peccatum natura corrupta est, & ab originali sublimitate delinquendo degenerant. Et effecti sunt homines, sectandouit, qui per uitutum incrementa, erant futuri dñ. Quosdam apostolus intelligens degene-

A gens degenerasse, specialiter redarguens ait: Quū sit inter uos zelus, & cōfētio, nōnne homines estis, & secundū hominē ambulatis? Homines etiā phibent, qui temporalium lucris insistūt, qui uoluptati ac carnis impudicitia detestabiliſer se spōte, p̄stitūt, qui de lictorū onerib. prægrauati se nequeūt sursum erigere, neq̄ diuina, put expedit, penetra re mysteria. De talib: alio in loco idē Apostolus inquit: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spūs Dei, qm̄ stultitia est illi, at uero spiritualis omnia diudicat. Cæterū quemadmodū detestabile est ambulare secundū carnē: ita econtra excellentissimum est secundū spūm cōuersari. Nā degere secundū carnē, mors est: secundū spūm uero, lētitia, pax & uita perennis. Ex amborū quippe effectib. quisq̄ semetipsum metiri ualet, utrū in carne, an in spiritu militet. Quos apostolus evidentissime cōmemorans ait: Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolatria, seruitus, ueneficia, inimicitia, cōtentiones, emulationes, ira, rixæ, dissensiones, seftæ, inuidia, homicidia, ebrietates, comedationes, & his similia, qm̄ qui talia agūt, regnum Dei nō cōsequetur. Fructus aut spūs est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex: Ex his luculenter apparer, quantum intersit, inter esse homines, & esse deos, atq̄ filios excelsi. Secundū carnē conuersant homines, carnisq̄ perficiūt uoluptates. Dñ aut incedūt secundū spm, ppter ea carnē suā crucifigunt cū uitij & cōcupiscentijs. Homines terreni patris gerunt imaginē: dñ uero cœlestis. Homines tm̄ uisibilia querunt, temporalia ambient, uoluptuosa cōcupiscunt. Excelsi aut filij ad sublimia mente conscedunt, spiritualib. delectant, cœlestia desiderant, ac per hoc tanto maiores sunt, quanto ardentius ista corde pertractant, & affectu sitiunt. Veniens igit in carne Dei sapientia, & uidens in hominib. Dei deformatā esse imaginē, ut illā reformaret, atq̄ ex hominib. faceret deos, tribuit salutis præcepta, ac perfectionis præcelsa consilia, per quæ proficientes qui credent de uirtute, irent in uirtutē, atq̄ ex animalib. spirituales efficerent, & sancti. Quos ut ad obtemperandū uehementius accenderet, ea illis spopōdit in præmiū, q̄ eos naturaliter sciebat appetere. Naturali (quæso) quis nō cōcupiscit instinctu honoris culmen, diuītarum affluentia & diuīturnitatē uitæ (si tñ mente sit integer, rationis cōpos, & ætate adultus) Quanq̄ cōcupiscentiæ fomes uigere etiā noscatur in pueris, qui aurū argento preferunt, & preciosis uilla indumenta postponūt. Iste proculdubio cōmunis est läguorum uelle ascendere, ac facultatibus locupletari terrenis. Si ruricolarum, si ciuiū, si militem, si regum affectum perscrutari uolueris, semper inquietum reperies, curis anxiū, cogitationib. perturbatū, dū dilatare cupiunt terminos suos, aggregare pecunias, dominari infimis, præire æqualibus, equari maioribus. Quoniā uero cupiditatis ardēt incēdio, eo magis temporales diuītias sitiunt, quo ignorantes præstatiōes & ueras istis ditantur amplius. Nā cupido nō minus deest qd habet, q̄ qd non habet. Cæterum si hac terrenarum cupiditate carere videantur egeni, ineſt tamen eis fomes, qui quandiu nō excitatur materia, extinctus esse putatur: atsī quātulumcunq̄ plus solito temporalis illis augeatur substantia, repente euigilat, & tanq̄ coluber tortuosus erecta ceruice in cordis penetratibus huc illucq̄ distendit. Contingere quoq̄ cōsuevit quām plurimum, ut qui prius gra du inferiores erant, atq̄ rerū abundantia parciores, si præferantur cæteris, & prosperitate polleant, cæteris proteriores fiant, necnō in cumulandis diuītis promptiores. Isto hydropisi morbo laborantibus similes dixerim, qui quanto magis sitiūt patiendo bibere differunt, tanto amplius repertis lymphis bibūt, eoq̄ auidius sitiunt, quo licentius bibunt. Porro si fluminis impētum ne naturali meatu defluat, cohibere uolueris, hoc ualebis ad tempus, demum autem uniuersis euersis obstaculis, necesse est, ut consuetum per agat cursum, ac maris quietet sinu. Maxima prorsus nature uis est, quæ nunquam pacē tribuit, nisi propriū, & sibi institutū attingat finem. Quamobrē (ut prætermittā cætera) nunquam ambitioso, quemadmodum nec cupido, poterit cupiditatis deesse anxietas. Qui & si cunctis dominetur populis, atq̄ uniuersas mundi possideat gazaras, nec sic amare desinet, quoniā naturaliter his maiora concupiscit. Verū de diuīturnitatē uitæ appetitu quid referam? De hoc apostolus inquit: Nemo unquā carnē suā odio habuit, sed magis eam souet & nutrit, utiq̄ ut diuītus uiuat. Hoc nedū hominib. uerum etiam naturaliter agnoscimus inesse pecoribus. Uniuersa quippe animantia uitā propriā solerter custodiunt,

custodiunt, & ne fame deficiant, seu uiolentia cuiusquā intereant, nunc reluctando, nūc fugiendo, nūc latebras petēdo solicita sunt. Nullū est animal, quod esse propriū negligat, siue parū, siue sit magnū. Nec mirū, quū & ipsa natura sedulo uegetabilia quæc ne frigoris nimietate arescant, terræ fouet in gremio. Quamobrem si arbusta, pisces, uoleres, reptilia, quadrupedja, quæ rationem nō habent, & quante dignitatis sit esse, penitus ignorant: uiuere tamen naturaliter desiderant: uilipendet ne homo, qui ista præcellit tam intellectus acumine, q̄ nobilitate naturæ. Cæterū quanquā extiterint multi, qui desperationis furore pmoti se suspēderint laqueis, præcipitio dederint, prefocauerint ags, ferro iugulauerint, ac diuersorū suppliciorū occiderint uiolētia, minime arbitrandū est huiusmodi odīse uitā. Nō enim se peremerūt quia obhorret uitā, sed quia inuite patie banū poenas. Detestandū, pfecto est tale hominū genus, sine fide, sine Dei scientia, absq; pietate, absq; misericordia, & ab omni uirtute fortitudinis alienū. De qb. dicit: Veh his q̄ perdidérūt sustinētiā. Putarūt se à diabolo illisi, temporalē ex repētino interitu effugere cruciatū, & incurrent eternum. Nō aut sanctis martyrib. sic contigit, tamētli occubuerint sponte, ardentissimæ liquidē caritatis telo salubriter uulnerati, præsentis seculi abdicatis illecebris, necnon corporalibus passionib. strenue superatis, alacri animo ad futuram uitā se transferre studuerunt, præstantiores honores, atq; preciosiores æstimantes diuitias, improprium Christi mundi istius quibuscunq; thesauris. Aspiciebant quippe interiori oculo in authorem fidei & consummatorē Iesum, qui spreto præsentis uitæ gaudio, sustinuit crucem confusione contempta. Intuebantur namq; in remunerationē coelestem, quam renunciantibus seculo idem dominus polliceri dignatus est.

*Qualis esse debet, qui consiliorum Christi cupit esse sectator.* Cap. XL

Lxx. 9  Onsiliorū Christi ista lex est, ut quisquis ea implere uoluerit, omnino studeat abnegare qđ est. Sic ipsum dominum dixisse in euāgelio legitur: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, tollat crucem suam & sequatur me. Desinat huiusmodi per obediētiā censurā desiderare præesse, & humiliis Christi imitatione cōtētus, pro adipiscēdis bonis coelestib. eligat in hoc mundo esse inglorius. Hanc humilitatis regulā quemadmodū docuit uerbis, ita insinuat ut exemplis ipse, qui ait: Discite à me, quia mitis sum, & humiliis corde. Propterea uolentibus eū super se ludæs instituere regē, se occultauit à turbis, cunctis præbens singulare humilitatis exemplum, quatenus nemo in hoc seculo cuperet esse sublimis. Ceterum redarguens pharisæorum superbiā, qui in cœnis primos accubitus tenere cupiebant, uniuersos ad se etandā humilitatem erudiuit dicens: Quum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & tūc ueniēs is, qui te, & illum uocauit, dicat tibi, da huic locum, & tunc incipiās cū rubore nouissimum locum tenere. Sed quum inuitatus fueris, uade & recumbe in nouissimo loco, ut quum uenerit, qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius, & tunc erit tibi gloria coram sūmul discubentibus: Quia omnis qui se exaltat humiliabit, & qui se humiliat exaltabit.

Matt. 11 Lxx. 14 Psal. 130 H 2.Cor. 4 Hac disciplina lōgē ante propheta imbutus cōfidenter aiebat: Dñe nō est exaltatū cor meum, neq; elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilib. super me. O præclara humilitas, quæ professorē suū excelsum facit, eoq; amplius illū exaltat in spiritu, quo magis se contempnendo humiliat. Si tamen non ficte, sed corde sit humili. Sunt nempe quamplurimi, qui extrinsecus tantum signa humilitatis protendunt in demissione uocis, accusatione sui, uilitate habitus, ac restrictione sensuum, quorū interiora plena sunt dolo, cogitatio ficta, polluta affectio, atq; obliqua intēcio. Tales fauores hominū querūt, sanctitatis opinionē appetunt, honoris dignitatē, prout illis licere uidēt, cōcupiscunt. Horū fucatā nequitiam ignorat ars Christi, qui cordis humilitatem insinuat esse sectandam, omnēq; fugiendā hypocrisim, quæ coelesti ostensorē suum mercede defraudat. Quid, quoq; prodest, pximorū uoce laudari, & corā Deo fœtere luxuria? Flore

re ad tēpus, & reprobari in seculū? Mibi p̄ minimo est (inq; humiliis Paulus) ut à uobis iudicer aut ab humano die, sed neq; meipsū iudico, qui aut iudicat me, dñs est. Porro si cū Deo abominabile est omne cor arrogās, ita humiliū eum corda delectant, uota suscipit, deprecationē exaudit, uias ptegit, spiritualiq; ne superent, defendit in ptegio. Sup quē requiescerit spiritus meus (ait dñs per prophetā) nūsi super humiliē & quietū ac tremētē sermones

A sermones meos: Hoc psaltes considerans, atq; in humilitatis līnu collocaſſe se gaudens dicit: Custodiēs paruulos dominus, humiliatus sum & liberauit me. Esto ergo humiliis, non minus in oculis tuis, quām in oculis hominū, quoniam in faciem homines, deus autem intuetur cor. Proinde altiora te nunquam quæsieris, meminerisq; sedulo qualis sis, ut non tua te perdat opinio, fallat tūc sciētia, faciatq; te præcipitari superbia. Si te prudenter inspereris, discusseris, agnoueris, nunquam te insipienter eleuādo superbies, gloriam terrenam non cupies, temporalem dignitatem nequaquam desiderabis, sciēs in sacro scriptum esse eloquio: Durissimum iudicium fiet ihs, qui præſunt. Nōne temeritatis notissimum est signum, te momētaneum ambire honorem, atq; uelle gratis multorum baſulare onera, quum nequeas propria: Sat tibi uideatur de te rationem reddere, & noli te periculis īgerere, præsidendi seductus affectu. Ignoras ne quanti sit ponderis, humiliatis uirtute contempta, nomen suum iactanter attollere, famam sibi uēdicare in terra, & uelle ab hominibus uocari Rabbi: quū dominus dicat: Nolite uocari Rabbi. Nun

B quid non percipis quām difficile sit, ut in honoris culmine possideatur humilias? Hoc attendens dominus, discipulis inuicem contendentibus quis eorum esset futurus major, ait: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos beneficiū uocantur. Vos autem non sic, sed qui maior est in uobis fiat sicut minor, & qui præcessor est, sicut ministrator. Hinc etiam à cordibus fidelium studens præsidentiæ cohære impetum humiles commendauit dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Pauperes spiritu nuncupantur humiles, deum timentes, non habentes inflantē spiritum (quanquam & rerum temporalium pauperes censendi sunt esse beati.) Vnde beatis quoniam ipsis promittitur regnum cælorum. Frustratur nihilominus in præsentiarum ea felicitate, quam mundi amatores apprehendere nequeunt, dum omnem cogitatum necessitatum corporalium factant in eo, qui illos nutritē dignatur, iuxta Petri admonitionem dicentis: Omnem solitudinem prōficientes in eum, quoniam ipsi cura est de uobis. Habent enim incorruptibiles opes, thesaurum indeficientem, quē

C non consumit rubigo, tinea non demolitūr, fures non effodiunt, nec furantur. Eo nāc diidores sunt, quo in deum confidētores, qui prouisor est optimus, locupletissimus bonus, ac in promissione uerissimus. Sic pollicet: Nolite solliciti esse quid manducetis, necq; corpori uestro quid induamini. Scit pater uester cælestis, quoniam his omnibus indigetis. Primum querite regnum dei, & iustitiam eius, & hæc omnia adiūciētur uobis. Vides quām diues sit uoluntaria paupertas, quām secura, quām libera! Non timet latrones, famis inopiam non ueretur, frigus non metuit, protectoris sui promissione munita. Vbi cunctq; sit, proprias secum defert diuitias, plena horrea, opportunos nummos, ac utensilia necessaria. Si perambulet prouincias, ciuitates perlustrat, ingrediatur castra, perquirat prædīa, alimentorum prouisores inuenit. Non uidi, inquit propheta, iustum derelictum, nec semen eius querens panem, id est, pane deficiēs. Si uolatilibus cæli alimonias copiam præstat deus, negabit ne sperantibus in se. Prorsus minime. Tentat tamen non nūquā illos, non ut deserat, sed ut fidem probet, spem augeat, & spiritus libertatē au-

D geat, quæ ex imminentis necessitatibus prouisione causatur. Nam quemadmodum ex adhibito remedio ægroti, medici peritia agnoscitur, ita interdum ex occurrente inopia, miserentis dei prouidentia sentitur. Salubris profecto est ista penuria quæ longanimitatē adiūcit, caritatis dei lumen infundit, corpus attenuando reficit, & iusti animam mundo celiorem facit. Felix, inquam, inopia, quæ interiores uires roborat, secusi contemptum parit, facultates cælestes tribuit, expeditum uiatorem facit, suumq; possessorem humilitatis uirtute redimitum ostendit. Cohærent simul uoluntaria paupertas, & cordis humilitas, & optime sibi famulantur. Paupertatis siquidem camino iustus examinatus atque probatus efficitur præclarior scientia, à uitij mundior, deo propinquior, sanctitate ornator, & corde humilior. Nam sicut paupertas humilitatem, ita econtrario diuitiarū affluentia tumorem gignit. Hoc considerans Apostolus Timotheo scribens, inquit: Diuīribus huius seculi præcipite, non sublime sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruēdum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamētum bonum in futurum, ut apprehendant uitam æternam. Bona igitur egestas, non rerū, sed spiritus, uo-

Vu lunta-

Buntaria, non coacta, quæ pro Christi amore suscipitur, cui pollicetur regnum celorum; & uictus necessaria non negantur. Huius dominus Iesus institutor fuit, qui contemnit darū opum consilium dedit, dicēs: Nisi quis renunciauerit omnib. quæ possidet, nō poterit discipulus. Omnibus esse renunciandū ait, ut nemo discipulū suorū quicq; eorum, quæ possidet, sibi retinere præsumat. Interdixit proprietatē, prohibuit habendi affectū, quatenus perfectionis amator, mēte & spū cælorū alta penetraret expeditus & liber. Plurimū quippe retrahit ascēdantis animū solicitude temporaliū, que cū earū ubertate cōnectit. Proinde dñs suos admonēs, inquit: Videte ne corda uestra grauentur cra pula, & ebrietate, & curis huius seculi. Eruditus preceptor eximius imitatores suos humanitatis regulā, præbuit paupertatis formā, perfectionisq; uia indicauit, que dicit ad uisitā. Ex huiusmodi institutionib. ambitiōis tēperauit æstū, uoluptatū impulsus repulit, cuipiditatis extinxit ardorē, iracūdię sedauit fluctus, liuoris uenena sustulit, impudicitię damnauit illecebras, & torporis ignauia magnanimitatis uirtute docuit esse calcandā. Hi profecto sunt spūales ascēsus, quos euāgelīcīs uiris in hac lacrymarū ualle disposuit dñs F quatenus subactis uitij, de uirtute, in uirtutē, ascēdere queāt, donec reuelata facie intueri mereantur Deū deorū in Siō. Hos quisquis delegit ascēdere, ad seculi aduersa ac diabolū tētamenta perferēda se præparet, ne forte improbus accedēs ad præliū, dū dimicare cōperit, fatigatus se retro cōuertat, & tanq; uxori Loth, salis conuertat in statuā. Meminerit iste dñm dixisse: Nemo mittēs manū ad aratrū & respiciēs retro, aptus est regno dei. Ille etenim retro respicere dicitur, qui ex tribulationē per pessime, pusillanimis factus, animū suū denuo ad mundi retorquet illecebras, ueluti canis ad uomitū rediens, et sicut sus iterum in lutī reflexa uolabrum. Quamobrem mortuus mūdo arbitrari se debet, qui uerus domini Iesu cupit esse discipulus. Non enim spiritualiter uiuere potest in Christo, qui pati renuit aduersa, negligit repugnare diabolo, ac seculi trepidat oblectamenta respovere. Sane mors hæc, quæ nos Christo uiuere facit, uita est certa, abscondita salus, & resurrectio sancta atq; iucunda. Qui sic moritur, uiuit. Moritur, inquam, mūdo, Col. 3 sed uiuit deo. Apostolum audī. Mortui, inquit, estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Sed nunquid semper? Absit. Scimus quum apparuerit Christus uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria.

De dupli resurrectione, anime uidelicet & corporis.

Cap. XII.

**D**iuinis imbuti uoluminib. duplē scimus esse resurrectionē, unam corporalem, alteram spiritualem. Corporalis quidē uniuersalis erit, & in fine celebrabit seculorum, qm̄ traditurus est Christus regnū deo & patri, de qua Apostolus ait: Ecce mysterium uobis dico. Oēs quidē resurgemus, sed nō oēs immutabimur. In momento, in iictu oculi, in nouissima tuba, Canet em tuba, & mortui qui in Christo sunt, resurgent prīmi, deinde nos immutabimur. Et dñs in euangelio, inq;: Veniet hora, in qua, oēs qui in monumētis sunt, audiēt uocē filij dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionē uitæ, qui uero mala egerunt, in resurrectionē iudicij. Spirituālis aut̄ quotidie agit per dñm Iesum, qui utriusq; est author, sicut ipse ait: Ego sum resurrectio & uita. Sane utrāq; resurrectionē præcedit mors, qm̄ nemo resurgere dicit, nisi q; prius fuerat mortuus. Hoc Apostolus suo confirmans testimonio, inquit: Insipiens tu, quod semināt, non uiuiscat nisi prius moriat. De morte corporali nullus dubitat, quāuis de corporū resurrectione innumerī. De morte animē pauci credūt, qm̄ profecto si crederent homines formidarent, eāq; euitare conarent, eo sollicitius, quo deterior est ista, qm̄ illa, eoq; prudētius, quo ista gratia cooperāte, caueri potest, quū illa prorsus ineuitabili sit. Porro spiritualis mortis causa peccatum est, dicente Iacobō Apostolo: Concupiscentia, inquit, parit peccatum, peccatum uero quum cōsummatur fuerit generat mortē. Quoties iraq; homo uolūtarie peccat, moritur. At uero si gemit ex corde, ipsumq; uerē p̄ueniter deliquisse, resurgit. Surge qdormis, ait gentiū p̄dicator, & exurge à moriūs, et illuminabit te Christus. Est tñ mors morte pernicioſior, quēadmodū est scelus unū altero grauius. Tāto nanq; spiritualis mors lamentabilior est, quanto reatus est maior. Ceterū sicut stella differt à stella in claritate, ita in iniquitate peccator est à peccatore dissimilis. Sunt qui peccant in corde per cōsensum uoluntatis, & resurgunt in corde per cōpunctionē facinoris. Nondū isti elati sunt, nondū hominib. apparet mortui, & nibilominus resu-

A resuscitantur inuisibiliter ab eo, qui non facies, sed iudicat corda. Talibus ait propheta: Quæ dicitis in cordib. uestris, & in cubilibus uestris cōpungimini. Ab hac morte latēte psal. 4 quō perimatur anima dominus indicauit dicens: Qui uiderit mulierē ad cōcupiscendū Matt. 5 eam, tam moechatus est eam in corde suo. Hæc mors in archisynagogi filia figurata est, quā dominus Iesus resuscitauit adhuc in domo iacentē. Est aut̄ alia mors spūalis ista de terior, quum uidelicet quis consentit in corde, & conceptum facinus cōsummat in ope re. Negauit Petrus cum anathematizatione dicens quod non agnoscebat Christū, post quod intuitus à dñō & cōpunctus, foras egressus fleuit amarē. Hoc genus mortis filius uiduæ designauit, qui extra ciuitatē elatus in feretro, minimē uero sepultus est, & resuscitatus à Christo, ac lugēti genitrici restitutus. De muliere aut̄ peccatrice famosa quid me morem, quæ in delictorū uolutabro mortua facebat atq; sepulta. Hæc est mors pessima, quæ delinquentem sub consuetudinis mole obrutum tenet, facitq; omne salutis consilium sibi prærogatum despicere, sicut legitur: Impius quum in profundum malorum ue Proph. 18 nerit, contemnit. Hanc lachrymabilem mortem, caeterisq; damnabiliorē mystice Lazarus quatriduanus in monumento fœtens denunciauit. Hunc quum suscitare uellet dñs, ut insinuaret, quām difficulter huiusmodi corrigūtur, uoce magna clamauit: Lazare ueni foras. Ut igitur nemo desperet de uenia, nullusq; præsumat de cuiuspiam uocatione Ioh. 11 diffidere, hos tres mortuos à saluatore nostro, tā corpore, quām sp̄itu resuscitatos fuisse sacra euangelij narrat historia, quatenus in ipsis omne peccantium genus insinuaret posse saluari. Spirituali itaq; resurrectiōe quisquis resuscitatus perseverauerit uiuus, immutabitur, & gloriosus erit in resurrectione secūda. In qua (quamvis uniuersi electi immortalitatis tunica uestiendi sint, atq; honore sublimandi perpetuo) per amplius tamē seculi contemptores, qui illuminatæ fidei calore succensi, pro Christo se mundo crucifixierunt lætanter. Iltis equidem utpote perfectioribus in resurrectione secunda, iudicia ria in uniuersali examine promittitur sedes, centuplicata merces, & uita perennis. Hinc clare colligitur, quod qui pro Christo cuncta despiciunt, non amittunt quod deserunt. C sed his longe præstantiora suscipiēt. Nempe pro humilitate quam amplexi sunt, gloriā, pro ægestate imprædabiles diuitias, pro mōrere inenarrabile gaudū, & pro despectu mundi, felicitatem consequent æternam. O quām felix est ista mutatio, qm̄ locuples remuneratio, quam ūe redemptoris nostri profusa largitio. Suadet ut sponte renūiemus paruis, ut percipiāmus immensa, perferamus dura, ut delectabilia sortiamur, abiçiamus uilia, ut expectemus preciosa, temporalia relinquamus, ut fruamur cœlestib; calcemus uisibilita, ut inuisibilibus nutriāmus, transēamus affectu presentia, ut tempiternaliter pos sideamus æterna. Quamobrē ô amatores seculi ad uos meus nūc sermo dirigit. Vos, in quā, conuenio, uos alloquor, qui præsentis uitæ gaudia uotis omnib. sectari nitimini. En uobis pronunciabo utilia, insinuabo præcelsa, que supra modum humanum affectū alliciunt, naturalemq; mortalium reformāt imaginem. Si igitur regijs delectamini sedibus, si honoris cathedrā concupiscitis, iuxta æterne consilium sapientiæ, humilitatē diligite, humilitatē apprehendere satagite, ut exaltati regnetis in perpetuum. Si dituitarum affluentia desideratis, ad tēpus terrena & caduca despicite, & omnib. in cælis locupleta bimini bonis. Si humanarū, seu naturaliū scientiā appetitis, cordis simplicitatē tenete, et sapiētię dei exuberantib. replebimini delicijs. Si sospitati corporis, & uitæ diuturnitatē obtinere uultis, crucem Christi sponte suscipite, quæ perennē uobis suavitatē conferre ualebit. Non enim ut mundi, Christi sunt gaudia. De ipsis quippe sic legitur: Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligētibus se. Superant incomparabiliter omne quod pulcrescit uisi, gultui dulcescit, multet auditum, olfactum reficit, lenocinatur attactū. Replebimur, inquit propheta, de i. Cor. 2 psis, in bonis domus tua. Quomodo non replebūtur bonis, qui in ea erunt, quando inebriabuntur ab ubertate domus, & potabuntur torrente uoluptatis diuinę? Nihil in illa domo erit deformē, nihil triste, nil lubricum, ut uicissitudine uarietur. Erit ibi abundanta pacis, dulcedo caritatis, fraternalitatis dilectio, communicatio felicitatis, immortalitatis decor, diuinæ uisionis revelatio, contemplatio uerbi, ueritatis præclara cognitio, fructu deitatis, maiestatis illius comprehensio, non quāta est, quæ sibi sp̄i tantum est nota, sed sicuti est, dicente Apostolo Ioanne: Carissimi, filii dei sumus, & nōdum apparuit, Laur. Iustin. V u 2 quid

quid erimus. Scimus quoniā quū apparuerit similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. Hoc planè est omne bonū, quod se ostensurū Moysi Deus pollicitus fuerat in  
Exod. 33 quiens: Ostendā tibi omne bonū. Hæc est, inquit, uita æterna, quā seculo renunciātibus  
Matt. 19 mediator Dei, & hominū homo Christus Iesus promittit dicens: Omnis, qui reliquerit patrē, aut matrem, uxorē, aut filios, fratres, aut sorores, aut agros propter nōmē meū, cenu-  
 duplū accipiet, & uitā æternā possidebit. Porro uitā hæc caret fine, doloris est nescia, mu-  
 tabilitatis ignara, à quacūq; necessitate aliena, quoniā omne quod in illa  
 est, totū lucet, totū placet, totū sapit, totū reficit. Cæterū qui ea facti sunt digni, quicquid  
 habent sine perturbatione possident, absq; diminutione cōmunicant, sine inflatione te-  
 nent, & absq; ullo fastidio in p̄ecordijs suis reuoluendo custodiunt. Cōtemplando esu-  
 riunt, esuriendo manducāt, manducando reficiunt, refecti eructant, nō ex intemperan-  
 tia corporis, neq; ex repletionis fastidio, sed affluentia gaudij, ex nimietate dulcedinis,  
 supereminētia caritatis, ex redundantia perceptæ suauitatis, sicut propheta cōmemo-  
Psal. 144 rans ait: Memoriā abundantiæ suauitatis tuæ eructabūt. Quid aut? Gratiarū utiq; actio-  
 nes, cantica laudis, amoris carmina, iubilationis uota, p̄æconia maiestatis. Nēpe ineffa-  
 bilis claritatis Dei manifesta cognitio replet scientia, cōfert gaudiū, satietatē p̄æstat, do-  
Psalm. 17 nat pacē, exultationē parit, tribuit uitam. Hec est (inquit ad patrē sapientia) uitā æterna,  
 ut cognoscant te solū Deum, & quē misisti Iesum Christū. Huius almæ cognitionis desi-  
Cant. 1 derio flagrās sponsa in Canticis cantorū ait: Indica mihi quem diligit anima mea, ubi  
Cant. 2 pascas, ubi cubes in meridie. Porro inter lilia pascitur, sicut dicit sponsa: Dilectus meus  
 mihi & ego illi, qui pascitur inter lilia, sed in meridie cubat. Quæ (oro) ista sunt lilia inter  
 quæ pascitur sponsus? aut quæ meridies in qua cubare perhibetur? Accubitus iste ut ar-  
 bitror, sinus est patris, generatio uerbi, & equalitas gignentis & geniti, potestatis ambořū  
Iohann. 14 identitas. Filiū confitētē audi: Philippe qui uidet me, uidet & patrē meum. Nō credis  
 quia ego in patre, & pater in me est? Accubitus iste sponsi pacatissimus est, & nulli ad-  
 plenum notus. In hoc sacro sancto accubitu nulla est transmutatio, nulla vicissitudinis  
2. Tim. 6 obumbratio, quoniā Deus lux est, & tenebrae in eo nō sunt ullæ. Vnde & per Paulū di-  
 citur: Solus potens, rex regū, & dñs dominantium, qui solus habet immortalitatē, & lu-  
 cem habitat inaccessibilē. Propter inaccessibilem ergo lucem accubitus hic in quo cum  
 patre & in patre filius requiescit, meridies nuncupatur. Ad hunc quantulum cung; ap-  
 propriari potest, minimē tamen ingredi. Appropiantibus autem illi, multa collata sunt  
Iohann. 17 gaudia, atq; perspicua de Deo p̄errogatur notitia, quemadmodū ipse filius inquit: Pater  
 quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & illi sint meū, ut uideant claritatē meas, quæ  
 dedisti mihi, quia dilexisti me ante mundi cōstitutionē. His paucis ubi in meridie cubet  
 filius indicauit nobis. Nunc uero qualia ipsa sunt pascua, in quibus inter lilia idem Dei filius, & sanctarū animarū sponsus pascit, prout poterit, explicabit sermo pauperulus.  
 Quæ sūt spiritualia pascua, in quibus sponsus inter lilia pasci perhibetur. C. p. XII.

**D**icturi de pascuis, in quibus sponsus inter lilia pascitur, ad intelligendū ea, car-  
 nalis, ac literalis prorsus abigendus est sensus, quoniā (ut ait apostolus:) Ani-  
 malis homo nō percipit ea, quæ sunt spūs Dei. Absurdū quippe & improbū  
 est, credere dñm Iesum Dei filiū in pascuis habitare uirēntibus, in quibus irra-  
 tionabilū iumentorū greges pascuntur, atq; inter lilia pasci, quæ ad tēpus florent, & ad  
 tēpus marcescent, ut esse desinant. Non enim in manufactis habitat Deus, nec in excel-  
 sis montibus, nec in amoenis pratis, sed in coelis, non tamen circumscriptum loco, sed ma-  
Eph. 3:3 nifestatus in loco, sicut propheta inquit de electis: Videbunt regem in decore suo. Cœ-  
Eph. 6:6 lum itaq; Deus sibi delegit in sedem, sicut legitur: Cœlum mihi sedes est, in quo angelici  
 spiritus circunscribuntur, nisi in ministeriū dirigantur. Nam ipsi angeli administrato-  
Heb. 1:17 rii spiritus sunt in ministeriū missi propter eos, qui hereditatē capiunt salutis. Sic autem  
 mittuntur, ut minimē à Dei uisione deficiant. Præsentem enim ubiq; habent illum, qui  
 nusquam deest, & se quibus uult, ubi, quando, & qualiter uult, revelata insinuat maiestati  
 te. Hoc si non fieret, quandoq; beati essent angeli, aliquando non, quod utiq; confiteri  
 nefarium est, & à catholica ueritate damnatū. Siue igitur angeli assistant Deo, siue mi-  
 nistrent hominibus, nunquā à Dei clara uisione diuelluntur, quoniā ei qui semper ubiq;  
 est, amoris uinculis indissolubiliter uniti noscuntur. La cœlo sicut sunt conditi, ita in eo-

A dem sunt æternaliter cōfirmati, ut effecti sui cōditoris uisione beati, illū amabiliter lau-  
 dēt sinē fine dicētes: Sāctus, Sāctus, Sanctus dñs Deus exercituū. Verū qm ex eorū nu-  
 merositate, maxima multitudo superbiēdo collapsa est, de humana restauranda est spe-  
 cie. Illuc ergo hominū tot ascēsuri sunt numero, quot cōfirmati remāserunt angeli, qua-  
 tenus quemadmodū pares numero, & æquales in gloria, ita cōsona modulatione alter-  
 natim diuinā non desinant sempiternaliter laudare essentiā. Hos etenim parietes duos  
 lapis ille angularis, excisus de monte sine manibus, de quo scriptū est: Ecce ego ponam  
 in Sion lapidem summū angularē, electū, preciosum, copulavit, pacē faciens per suum  
 sanguinē īs, qui lōge, & per se restaurās eos qui prope, ut fiat paries unus in expugnabi-  
 lis, cōgregatio una, ciuitas una, de uiuis & electis lapidibus ordinata, atq; cōstructa, de  
 qua uates cecinīt dicens: Hierusalem quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius  
 in idipsum. Et iustus illuminatus ait: Hierusalem ciuitas Dei confitere Deo in bonis  
 tuis, & benedic Deum seculorum, ut reædificet in te tabernaculum suū, & reuocet ad te  
Psal. 122 omnes captiuos, & gaudeas in omnia secula seculorū. Luce splendida fulgebis, & om-  
 nes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo uenient ad te, & munera deferent  
 tes adorabunt dominum in te. Portæ Hierusalem ex saphiro & smaragdo ædificabun-  
 tur, ex lapide precioso omnis circuitus muri eius: ex lapide candido, & mundo omnes  
 plateæ eius sternentur, & per uicos eius alleluia cantabitur. In hac ciuitate tam p̄æcla-  
 ra, tam magna, ô quanta sunt pascua amoena, uarentia, uberrima, redoleatia, atq; iucun-  
 da! In ea quoq; te uertas, aspices dealbatas oves, cādentia lilia, atq; pascentia. Equi  
 dem in singulis angelorum ordinibus ( si diligenter attendes ) propria reperies pascua:  
 Tot igitur sunt pascua, quod angelorum ordines. Ut autē uerius fatear tot sunt, quo  
 angelorum sp̄iritus animæq; sanctorum: totidemq; pascentia lilia, qm quod in commu-  
 ne ad fruēdum datum est omnibus, proprium singulorum est gaudium, & quod quisq;  
 singulariter percipit, uniuersale esse cognoscitur bonum. Non enim aliquid potest ibi  
 esse priuatum, quod nō fiat cōmune ubi tanta est unitas, syncera dilectio, perfecta pax,  
C inuidentia nulla, eadem refectione, idem lumen, beatitudo ipsa. Nam unus est uitā fons  
 indeficiens, de quo potantur singuli: una est p̄æclarissima lux, quæ omnem regionē illi-  
 lá suo splendore irradiat: unus idemq; cibus suauissimus, q; electos reficit uniuersos. Nō  
 de alio aliis bibit fonte, nec de alia luce illustratur alter, nec de esca alia quis alitur, sed  
 sicut in uno omnia, & omnes per unum, ita ab uno omnia & in omnibus unū. Nō plu-  
 res uerbi, sed unum est uerbum in principio apud Deū, Deus sine initio & fine, & tñ ipse  
 initium est finis, à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Vnus quoq; Dei & homi-  
 num mediator homo Christus Iesus, qui pascit & pascitur, potat & sitit: Pascit quidē di-  
 uinitate, quoniā sapientia sua cunctos replet Dei cognitione. Nam candor est lucis eter-  
 nae, & speculū sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Pas-  
 citur autem, inquantum homo assumptus, dum ex uerbi unione cognitionis luce per-  
 funditur, comprehēdens habituali comprehensione, quod actualiter cognoscit Deus;  
 per quā utiq; cōprehensionē beatus efficitur, percipiens omniū quæ facta sunt, siue fu-  
D tura sunt, perfecta scientiam adeò ut omnia nuda & aperta sint ei. Sitire etiā dicitur, qm  
 immenso caritatis incendio, qua p̄æ cæteris repletus est, uehementissime honorē pa-  
 tris, diuinā laudē, hominumq; salutē cōcupiscit. Hanc sitim in cruce positus ostendit, qm  
 inquit, Sitio: Ostendit & in cœlo dū pro nobis patrem interpellare non cessat, propter  
 qđ rectissime aduocatus nuncupatur. Aduocatū ( ait Ioānes apostolus ) habemus apud  
 patrē Iesum Christū iustū, & ipse est propitiatio p̄ peccatis nostris. Non p̄ nostris autē tā-  
 tū, sed etiā pro totoius mūdi. Potat uero, quia fons est & uerbum est, sicut legitur: Fōs sa-  
 pientiae uerbum dei in excelsis, ex cuius affluentissima irrigatione cœlestia pascua germi-  
 nant, & delectabilem pascentib; in illis præbēt dulcedine. De hoc ipso fonte figuraliter  
 scriptum est: Et fluuius egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum paradisum. Pro-  
 fecto in omnibus & omnia Christus. Ipse etenim uoluptatis est fluuius, uic̄ fons, salu-  
 tis poculum, sitiens caritate, sitiensq; inebrians. Ipse, inquam, sempiternū est uerbum, in-  
 creata ueritas, patris sapientia, stella matutina, iustitiae sol, meridiana lux. Ipse deniq; an-  
 gelorum est pabulum, grādium cibus, flos campi, lilyum conuallium pascens inter lilia;  
 & liliorum pascua, atq; ouium pastor. O quām innumera, quām foecunda hic pastorum  
Laur. Iustin.

summus pastor possidet pascua; Habet quippe in montibus pascua ceteris cunctis ubi  
riora, in quib. cū angelis & electis pascitur. Habet & in solitudinibus, in ciuitatibus, &  
in toto orbe terrarū, lilio ac ouī uberrima pascua, aquis irrigua, fœcunda arboribus,  
floribus amoena, folijs & uirentia. In ipsa descendit quādoq; ut pascat in lilijs, & lilia col-  
ligat, aliquā ut uideat si florēt uineæ, si fructus flores parturiunt, nonnunq; ut introducat  
oues, easq; ab æstu & bestiarū incursib. protegat, accubare faciat, atq; spirituali reficiat  
Ezech. 3.4 alimonia, quemadmodū p prophetā ait: Ego uisitabo oues meas, & liberabo eas de cū-  
ctis locis, in qbus dispersæ fuerāt in die nubis & caliginis, & educā eas de populis, & co-  
gregabo eas de terris, & introducam in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, in  
riuis & in cunctis sedibus terræ. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excel-  
lisis Israel erunt pascua eorum. Ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pingui-  
bus pascentur super montes Israel. Vides quām præcipua sint montium pascua, illorum  
uidelicet de quibus dicitur: Et cantabunt montes & colles laudem. In ipsis angelorum,  
archangelorum uirtutū, potestatū, principatuū, dominationū, thronorum, cherubim, se-  
raphimq; beata agmina pascuntur, & omnipotenti Deo iucundissimas exoluunt lau-  
des, patriarcharum, prophetatum, apostolorum, martyrum, doctorum, confessorū, vir-  
ginum, omniumq; sanctorum sociata choris: hæc proculdubio cæteris uberiora sunt  
lecuriora magisq; læta, quoniā & si sponsus reliqua interdum uisitat, ab his nunquam  
subtrahit præsentiam, qui pascuntur in illis, quin potius se præbet benevolum, illos pa-  
scit, atq; inter eos tanquam inter lilia ipse potatur & pascitur. Tam fœcunda tamq; præ-  
clara sunt ista montium pascua, ut pascentium in inferioribus ouium, earum quadā non  
nunquam ad superiora cōscendant, quatenus epulis lautioribus saginenſ. Tamdiu autē  
hanc uicissitudinē ascendendi, ac descendendi agūt, donec cōsummato uitæ huius ter-  
mino, purgatisq; delictorum sordibus, pascuorū cœlestiū digni efficiantur habitatione  
perpetua, in quibus beatitudo perfecta percipiſ, & uitæ pabulū aeternaliter ministratur  
Iohann. 1.10 (sicut dñs ait) Ego agnosco oues meas, & uitā aeternā do eis. Verū quoniā peregrinan-  
tibus ouibus ad libitum ad superiora non licet ascendere (ne fame deficiant) pascua etiā  
in inferioribus ordinauit, ut habeant & ipse unde nutriantur, lassitudinem subleuēt, ac  
caloris sancti uigore acquirent. Angelicis itaq; spiritibus, & in eternā requie iam assu-  
ptis hominibus, quemadmodum perpetue felicitatis suauissimū pabulum tribuit, ita &  
ijs, q; in hac uita sunt positi, ad reficiendū eorum animas, spiritualia pascua præbet, nō ta-  
mentā delectabilia, q; illa quæ in montib. sunt cōstituta, qm (dicēte Apostolo) Quādiu  
in hos passibili sumus corpore, peregrinamur à domino, per fidē ambulantes, non per  
speciem. Ambulantib. ergo nobis per fidē figuris pascimur, promissionib. sustentamur,  
& scripturarū erudimur eloqujs. Bona pascua sunt prophetarū oracula, euangeliorum  
uolumina, apostolorū dicta, & sanctorū patrū scripta doctissima. Sane in earum medita-  
tionib. rationalis reficitur sp̄ritus, Dei & sui cognitione imbuit, apprehendit mysteria,  
Psal. 11.8 repletur lumine, atq; deuotionis internæ inebriat dulcedine. Tali experimento ppheta  
edoctus ait: Quād dulcia fauicib. meis eloquia tua sup mel ori meo. Nō solū sp̄us erudit  
scientia, uerum etiā amoris incalescit incēdio. Sic enim aiebat, quib. (loquente domino)  
Luc. 2.4 scripturarū apertus est sensus: Nōnne cor nostrum ardēs erat in nobis, quū loqueret in  
uia, & aperiret nobis scripturas? Nec mirum si diuinorum eloquiorū reserata sacra-  
men-  
ta, q; sub uelamine literè teguntur, illuminando accēdunt, & reficiendo dulcescūt, quū ab  
ipso aeternę sapiētię erūpāt fonte, in quo uniuersæ suauitatis atq; intellēgię origo sub-  
sistit. De hoc q; ppe sic scriptū est: Omnis sapiētia à domino Deo est, & cū illo fuit semp,  
Ecc. 1. & est ante æuū. Porro si sanctorum scripturarū arcana obseruabis humiliter, non huma-  
na eloquia, sed uerba Verbi esse persenties. Apostolus suo hoc testimonio probās, ait:  
2. Cor. 2 An experimētum queritis eius, qui in me loquitur Christus? Si igit in Paulo, si in Petro,  
ceterisq; sacræ legis doctorib. loquitur Christus, te eorū dicta legentē, teq; audientem eru-  
dit Christus, qui Verbum est, & patris sapientia. Te autē illo docente poteris ne esse insi-  
pidus, poteris esse ignarus, seu ab amoris Dei calore alienus? Apostolus Petrus elo-  
quiorum Christi alimonia assuetus inquit: Domine ad quem ibimus? uerba uitæ aet-  
erna habes. Quid mirum si uerba uitæ eternæ Christum habere confessus est, quum uita  
ipsa esset aeterna, uelata in carne, sed creditibus, ac diligentibus manifestata in spiritu.  
Iohann. 6

Vnum

A Vnum eorum qui uidit & testimonii perhibuit audiamus qd dicat: Quod fuit ab initio  
(inquit) quod audiūmus, qd' uidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus no-  
stræ cōrectauerunt de uerbo uitæ. Et uita manifestata est, & uidimus, & testamur, & an-  
nunciamus uitā aeternā, quæ erat apud patrē, & apparuit nobis. Quamobrē siue cū per  
se hominibus uerbū loquebatur in carne, seu quū per ministeriū carnalis lingue, aut per  
syllabarū formas in codicibus exaratas hominibus loquit, ipsum audiendū est uerbū, &  
ab eo monita sunt percipiēda salutis. Ac per hoc si quis ueritatis interlucet sensus, si qua  
spūalis suauitas gustat in corde, si quid diuini amoris sentit in pectorē eiusdē munus est  
uerbi, atq; inuisibilis opus sapientiæ, quæ rationalē animā, ueluti ouē, ppriā introducit  
ad pascua, quæ ipsamet plantat, rigat, fœcundat & uegetat. Non enim ualet humana fa-  
cundia, quæ in superficie literæ placet, quoniā ornatum foliorū est toto contexta, inter-  
nam audientibus præstare dulcedinē, nec sacramentorū cœlestiū præbere notitiā, que  
tactu suo hominis uitā immutat. Cæterū si quid ueri in eadem seculari scientia lucet, in  
ipsis tunc aeterna sapientia satur, quæ quum uult aperit ora mutorum, & linguas infan-  
tium disertas facit. Nemo igitur sanctorum scripturarum tribuit pascua, rationales intro-  
ducit oues, & pascit, nisi ille qui de se ait: Ego sum ostium ouium. Per me si quis introie-  
rit saluabitur, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.  
B Quantum aeterna sapientie gustus, & Dei cognitio operetur in anima. Cap. XIII.  
C Ante siqdē efficacie suauissimus aeternę sapiētię gustus, & uerbi Dei teuelata  
cognitio esse decernit, ut si quis absq; deceptiōe in se illā percepit, ulterius  
mūdo uiuere, eiusq; blanditias esurire & sitiare nō ualeat. Hoc suo apostolus Gal. 1  
probat exēplo dicens: Quū autē placuit ei, qui me segregauit ex utero matris  
meę & uocauit per gratiā suam, ut reuelaret filiū suum in me, ut euangelizare illum gen-  
tibus, cōtinuo non acquieci carni & sanguini. Nam quemadmodū oriente sole noctis:  
caligo depellitur, ita se in humani cordis penetralibus diuina luce fundente præterito  
rum uitiorum fugantur tenebrae, & naturalis puritatis dies serena resulget. Ex huiusmo-  
di gratiē nouo splendore reformatur mens hominis, & uirū mutatur in alterū. Displices  
ei quod ante placuerat, omnia mundi obiectamenta uilescūt, prædia, possessiones, diu-  
tias, honoresq; maxima arbitrat̄ incōmoda. Carnis insuper curā uoluptuosa cibaria, for-  
descētis impudicitiae uoluptates, ornatus uestiū preciosarū, conuiuorū, cōuiuantiumq;  
laſciuia, choreas & obscena histrioñ ioca, & si quid est aliud, qd' ad istius seculi perti-  
neat illecebras, alacri animo cōtemnit ut stercore, quoniā infiniti ponderis absconditū  
lēta reperiſſe theſaurū. Quid(oro) preciosius Christo, in q; oēs theſauri sapiētię & sci-  
entię Dei noscunt esse absconditū. Porro si illi aequiparaueris argentū, si aurū, si gemmas,  
si mundū, si ea quæ in mundo sunt, si cœlū, siue ea quæ super cœlos sunt, prorsus omnia  
nihil aestimabis in cōparatione ipsius. In eo quippe inuenies opes immensas, quæ nunc  
deficiūt præcelsas dignitates, quæ inflare nō ſiaunt, delectationes spūales, quæ fastidire  
nequeūt, uitæ diuinitatē, ſenectutis, ac corruptionis ignarā, ſonora carmina cœlestiū  
gaudiorū, ſplendidissima cōuiuia ciuium ſupernorū, preciosasq; monilia internarū gra-  
tiarum. Omniū profecto desiderabilis frueris abundātia, si ipſum in cordis tui hospitio  
habebis absconditū. Reficiet namq; te dulcedine, repleteſ sapientia, irradiabit ſplendo-  
re, exuret caritate, deuotione cibabit, laetificabit ſpe, fide imbuēt, ditabit uirtutibus, hu-  
militate attoller, tibiq; adeò ſe familiarē exhibebit, ut uix te permittat separari à ſe: tecū  
illum ſenties gradientē, tecum ſtantem, te alloquentē, te custodientē, te erudiantē, te di-  
rigentē, tecq; dilectione caſtissima complectentē. Evidēt experimento cognosces ue-  
rum eſſe quod ait: Et deliciae meæ eſſe cum filijs hominū. In tali utiq; sancti amoris præ-  
ludio iocundatus, exultans & laudans, tui oblitus & omnium, quæ foris ſunt, raptim fe-  
ſtinus & feruidus in dilectum trāſiens, corde uociferaberis & dices: Fulcite me floribus  
ſtipate me malis, quia amore langeo. Et illud memorabile psalmographi: Defecit ea-  
ro mea & cor meum Deus cordis mei & pars mea dominus in aeternum. Alia atq; alia in  
geminabis amoris eloquia, plena gaudio, desiderio ignita, ac ſpiritus ſuauitate referta,  
quæ nemo farū præſumeret, niſi informaretur interius per inhabitantem ſpiritum domi-  
ni Iesu, de quo Apostolus inquit: Quid enim oremus, nescimus. ſpiritus autem poſtu-  
lat pro nobis gemitisq; inenarrabilibus. Quónam (quæſo) modo auderet uermicu-

Vu 4 Ius

Ius homo diuinæ maiestati, quā uniuersa angelorumq; militia uenerat & B.  
colit, tā simpliciter tamq; familiariter inhærere, si nō alliceretur, traheret, introduceret. Nā animæ quā sibi delegit in sponsam, cunctis tremēdā omnipotentia suā occultat, ad hoc tñ, ut ipsa accedit securius, familiarius alloquatur, amplectat dulcius, amabilisq; fruatur. Perfecti quidē amoris gradus nescit modū, mensurā ignorat, reuerētia caret, sūt obliuiscitur, ad hoc solū est intētus, ut eius quē diligit, fruatur præsentia. Ad huius amoris uehemētiā minime dubitandū est peruenisse animā illā, quæ re, nō nomine tñ spōsa dicitur, ob specialē puritatis suæ candorē, sanctitatis specimē, solicitudinē actionū, gratiarum abundantia, successumq; uirtutū, de qua scriptū est: Multæ filiæ cōgregauerūt dī uitias, tu supergressa es uniuersas. Nec ab re. Spōsi etenim assueta præsentia nouis quoctidie muneribus animā ad cursum, crebris sapiētia, uisitata splendoribus euigilatur ad præmiū, utpote in pascuis amoris Christi introducta uirētib. Nō aut aliunde, quām per Christū ad Christum ingreditur, in quo reperit satietatē spiritus, caritatis latitudinē, ingrediēdi & egrediēdi propalatū aditum, nō quidē alienū ab ipso, sed in ipso. Nā quod ab ipso alienum est mors est, quod uero in ipso uita & salus. In illo igitur ingressus & egressus ad ipsum. Sanè ex ijs quē memorata sunt, erudiuit nos sponsa: qualiter per ipsum ingrediatur ad ipsum, qualiaue amoris, deuotionis, & laudis, inueniat pascua. Nunca dē nos doceat, quō per ipsum egrediatur ad ipsum, & in ipso permaneat. Fas nequaquam est credere, ut quæ tam præcipua dilectiōe souetur à Christo, minime etiā in amoris exercitio proficere debeat, quū rationabiliter plus illa, quām cæteri, quoniā est in caritate prouectior, ac uerbo propinquior. Cæterum & hoc indubitanter asseuerandū est, q; uaria iuxta introeuntium in se dispositionē contineat pascua, alia fœcundiora alijs. Nā sicut in domo patris mansioes multæ sunt, & que de pascuis spiritualibus, quæ in ipso sunt ambigendum nō est. Alio quippe pastu nutriendi sunt nouiter introducti, alio tentationibus probati, atq; alio in amore perfecti. Nā quemadmodū cibus est grandiū, ita & parvulorum lac. Audi dicentē: Sinite, inquit, paruulos uenire ad me, talium est enim regnum cælorum. Quoties igitur sponsa (de cuius amoris perfectione nunc agitur) est introducta in pascua ob contubernium spōsi quē unice diligit, maximo caritatis exultat tripidio, spiritualibusq; introrsus iocundatur delicijs. In his aut dum debriata letatur repete elabitur, & quē cordis dulciter amplectebatur in thalamo se occultando efficitur lōge, nō prorsus, ut deserat, sed ut ex carentia dilecti probata ardētior fiat. Ex hac quippe sub stractione, quā agit sponsus profluuiū subsequitur lacrymarū, discessus à sponsa causa perquiritur, & uicissitudinis huius damna animo uersat. In huiusmodi meditatiōe amoris ignis accenditur, inseparabilisq; dilecti præsentia uotis omnibus concupitur. Quæ quū in hac peregrinatione obtineri non possit, quoniā triumphantibus prærogatur in præmium, totis medullis cordis sponsa orādo ingeminās ait: Sitiuīt anima mea ad Deū fontem uiuum, quando ueniam & apparebo ante faciem dei. Tunc eidem sic affectæ præsentis uitæ incolatus onerosus existit, cupitq; dissolui, ut incipiat esse cum Christo. Talium nanc; desideriorum eleuata remigio angelicis associatur choris, ciuitatisq; supernæ Hierusalem quanta sunt gaudia, quam læta societas, iugis solennitas, perfecta libertas, beata fruitio, atq; sponsi imperturbabilis unitas contemplando rimatur. Evidē ista dū cogitat sit hilior solito, amore profusior, cælo sublimior, uicinior deo, spōsiq; dilectione feruentior, quoniā præclariori diuinitatis illius est irradiata notitia. Vnde apostolicum illud fidenter ualet edicere: Etsi nouimus Christum secūdum carnem, sed iam non nouimus. Iste modi profecto sunt pascua sponsæ, per Christum egrediētis ad Christum. Iste modi, inquam, sunt sacri connubij ueneranda cōmercia, quē qualia sint, quām casta, quām iocunda, quamū præcelsa & sancta nemo scit, nisi quem experientia magistrum fecit. Sponsæ quippe sunt pascua, & perfectorū cibus, qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionē boni & malī. Ad ista nemo accedit, nullusq; nisi per uirtutum incrementa ingreditur. Quamobrem Christi uestigia quisquis proficiens imitetur in Christo, quoniā ipsius ista sunt pascua, quē sicut uirtutum respersa sunt floribus, ita temptationum repleta sunt spinis. Has si proficiens de corde sui secreto eradicare non desierit, deliciarum paradisus, ortusq; efficietur conclusus, ad sponsi suscepitionem conuenienter idoneus.

Qualis

Qualis esse debeat bonus animalium pastor. Cap. XV.

A



Oni pastoris hoc semper est propriū, ut sibi creditas oues pinguia introducat ad pascua, easq; solerti cura ab incuribus sylvestriū custodiat bestiarū. Verum & si contingat quampiam illarum relicto grege per nemorū deuia singulariter incedere, ipsam arcere, ut societur cæteris, ne forte luporū sequiū dentibus, uel latronū manus incurrat. Hac proculdubio memoratā solicitudinē erga rationales oues uerus exhibet pastor, ille utiq; q; ait: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ. Nec immerito circa ouū suarum salutē inuigilat, quippe quū pro iplis de cœlis ad terram descenderit, atq; in crucis patibulo non recusauerit mori, quemadmodū ipse ait: Ego sum pastor bonus, & anima mea ibid. pono pro ouibus meis. Maxima prorsus pastoris huius est gratia, & non sicut cæterorū. Quis (oro) est qui nolit de ouū suarum fructib. sustentari, atq; honoris priuati ab eisdē queritare mercedē? De hoc Apostolus ait: Quis plantat uineā, & fructum eius nō edit?

B Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? De honore autem priuato inquit: Quæ est gloria mea, nōne uos ante dominum? Hæc uero quamvis (si recta agantur intentione) reprehensibilia minime sint, pastor nosternon querit ab ouibus: non enim cū pit habere aliena, quum affluentissime eroget sua. Honorem quoq; non priuatū, sed patris ab ouibus exigit, & hoc ad earum profectū. Nullis quippe eget Deus. Proinde non facultatum munera, nō sacrificiorum ceremonias, non honoris temporalis seruitutem, neq; terrenū aliquid à mortalibus propter seipsum optare cognoscitur, quemadmodū per Prophetam testatur dicens: Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terra & plenitudo eius. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Vide autem quid sequatur, & quid propter te, ô homo Deus requirat à te. Immola Deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Laudis non bestiarum sacrificiū approbat, & orationis implorationem humilem libenter exaudit. Optima prorsus sub pastoris huius protectione sentitur securitas, cui nemo tribuere quicquam ualeat nō suum, psal. 49

C nullus inimicorum appropriare audet, nequicquam de ipsius eripere manu. Habet nāq; munitissima castra pascuis uberrimis plena, angelorum multitudine circunsepta, in quibus segregatas à seculi rumoribus recondit oues, quas omnes ipse cognoscit ex nomine. Nempe hæc castra de uiuis & electis lapidibus sunt constructa, temptationib. & presuris, ac pñs operibus expolitis. Huiusmodi spiritualia castra, non alia esse censuerim, q; congregations sanctas conuentusq; fidelium, Deum timentiū, in quibus uiger religio nis obseruantia, mandatorum Dei custodia, animorum unitas, probitas morū, atq; euangelicorum consiliorum laudanda perfectio. Ista sunt ouū Christi receptacula tutæ, ista inquam, sunt electorum præsidia, ad quæ delectabiliter declinat omnipotens, sicut ipse ait: Vbi fuerint congregati duo uel tres in nomine meo, in medio eorum ego sum. Ad Matth. 18 consolationē quippe ouū, carumq; protectionē in medio se stare prohibuit. Quomo do aut illas protegat, audi Apostolū dicentē: Fidelis, inquit, est Deus, qui nō patiet uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione prouentū, ut possitis sustinere.

D Sequiat leo, insidietur serpens, aduersarius circueat, tamē superuacue laborabit. Nam & si totus insurgat mundus, persecutions excitet, minetur mortem, ouibus Christi noce-re nil poterit, illis utiq; quorum nomina in libro uitæ sunt scripta, de quibus inquit Apostolus: Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat, quis est qui condēnet Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiā interpellat pro nobis. Quis ergo nos separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculū, an gladius? Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu dño nostro. Cernis ne quanta gratia, quārāq; uitus, collata sit ouib. sub famulatu Christi degētibus? Nō aut ex eis, sed immobilitas hæc illis ex pastoris caritate prouenit, q; eas redimit ne pereat, tueat ne cadat, cōsolatq; ne de-litescēdo in uia deficiat. Cōsolationū liquidē spiritualiū refectione pascūt, atq; præpositorū exhortationib; erudiuntur quomodo orare, legē meditari, operari debeat, do-nec conualescant, & ad maturam spiritus pertingant ætatem. Congruentissime enī in conuerstationis

conuersationis suæ primordio, molli nutriendæ sunt cibo & humanitatis Christi meditationibus sacrī, quæ Neophitorum est lac, gustu quidem delectabile, & suauissimum haustu. Iste modi consolationibus prudentissime resouentur, ne eis contemptus seculi difficultas & pœnitentia solitudo ad peragrandum intolerabilis videatur, atq; pusillanimes effectæ rursus ad mundi laboriosa commercia redire cogantur. Quoniam absq; interna consolatione, penè impossibile est militia Christi perseverare in studio. Hæc proculdubio post uocationē ē seculo pastoris nostri prima & specialis est gratia, ut famulantibus sibi uerā de se fiduciam præbeat, ut gustando uideant quām suauis sit dominus, quām magna sit multitudo dulcedinis eius, quam abscondit seruileter timentib; se, perficit uero eis, qui sperant in eo. Talibus profecto, qui nutritur pabulis, ad aduersa toleranda robusti fiunt, alacres ad bonum, fraternitatis amatores, devotiones auditi, in orationē assidui, contemptores mundi, atq; inuisibilium dilectores. Sunt plene, quemadmodum de illis Propheta loquitur, Tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folium eius non defluet, & omnia quæcunq; faciet, prosperabuntur. Verum quoniam imbre cœlesti iugiter ab ardore uoluptatū uitæ præsentis exiccari non possunt, sentire quidē ualent carnis incendia, nechon pro mundi istius tentari illecebri, minime uero superari, quia in habitantib; & cooperantib; in se gratiæ suffragio muniuntur. Horū in se formā Psaltes expressit dicens, Impulsus euersus sum ut caderem, & dominus suscepit me. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Hinc facile cōsiderari potest, quām formidandus, quām pœditionis proclivus sit secularium status, eorum præsertim, qui peregrinationis suæ ignari, prætereuntis uitæ obiectamenta sectantes, peccati mortalib; sunt funib; alligati. Quorum uidelicet opera quantumlibet iusta & pia esse uideātur, nihil tamen eis ad æternæ uitæ proficiunt meritū. Porro si ad angelicā uitam monasticę conuersationis uocati, tam acerrime à carnis petulantia, mundi fallacia, atq; ab humani generis aduersario infestantur, ut uix eorum laqueos euadere queant, quid de his quis seculi luctuosa negotia tractant, se immoderate diligunt, hostiumq; suorū prorsus ignorantia astutias, arbitrandum sit, sapiens quisq; dijudicet. Cæterum si sub directore probato pergentes ad pugnam armorumq; munitione protecti frequetissime prosternuntur, interdum etiam iugulati intereunt quonamodo inermes & imperiti certaminis, ducilq; carentes præsidio inimicorum iacula deuitabunt. Nemo igitur se decipiat, nullusq; in his spei seducatur fallacia, putans in seculo facile se posse saluari. Contendite, inquit, in carnata ueritas, intrare per angustā portā, qm̄ arcta est uia, q̄ dicit ad uitā, & pauci sunt qui intrāt per eā. Spaciosa aut̄ est uia, quæ dicit ad pœditionē, & multi sunt, q̄ ingrediunt̄ per eam. Nō ait, intrate per angustā portā, ne planus iudicaretur esse ingressus, sed signāter inquit: Cōtendite, ut sanæ mentis quisq; cōsideret admodum laboriosum esse aditū, per quem ad uitā accessus habetur. Hac seductoria cogitatione o quām innumerū quotidianū decipiuntur, differentes de die in diem cōuerti ad dominū, arbitrantes ad libitū pœnitentia posse captare remedia. Qua de causa indulta tēpora ad emēdationē prorogāt, pulsantib; ad cōsiderationē suā minime tardet erigere ad illos cruciatus, qui in alia uita damnatis pro sceleribus inferuntur. Quos quum intolerabiles esse persenserit, resipiscat ab iniuriantib; ac sibi met transactarum culparū ultiōnē instituat, siccq; facinora præterita diluat, ut de cætero ultra non peccet. Alioquin derisor non pœnitēs esse censembitur. Assuecant itaq; seculi amatores, eo diligentius futura prospicere, quo ardētius præsentia quærūt: meminerintq; utriusq; uitæ gaudij neminem frui posse. Hoc sanctorum, hoc, inquam, carnata sapientia probat authoritas. Ait namq; Vt h uobis dicitur, qui consolationem habetis in hoc seculo, quia in futuro plorabitis & fletib; Ecōtrario: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Iacobus quoq; Apostolus inquit: Agite nūc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ adhæserunt uobis. Dicitur uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum aeruginauit, & aerugo eorum in testimonium uobis erit, & mandueabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizasti uobis iram in nouissimis diebus; epulati estis super terram, & in luxurijs enatristis corda uestra. Audite ergo nunc audientes, & cordis auctorū percipite, qui consolari temporaliter concupiscentis, quid per ora sanctorum, spiritus almus

A

Quād ignorantia future uitæ apud mortales uiget, sicut explicari non potest, ita nec reticeri debet.

Cap. X VI.

Vanta apud mortales de ijs, quæ ad futuram pertinent uitam, quæ uidelicet nescienda non sunt, ignorantia uigeat, nullum ualeat indagare ingenium, nullacq; quantūcunq; prudentis, sufficienter reserare facundia. Sed nunquid similem est: prorsus minime. Fandum utiq; est, et si non ut materiam decet, tamē prout potest humani ingenij indocta rusticitas, quæ dum humiliter, ac recta cordis intentione nititur explicare, quod sentit, nequaq; laborum suorum congrua remuneratio carebit. Nā si quis sitiēti aquæ frigidæ præbuerit portū, iuxta dñi pollicitationē, mercede non perdet, amittet ne qui sapientia salutaris aquā proximo suo minime ministrare neglexerit? Quicunq; igitur gradienti cæco amouerit offendiculum, ne ruat in foueā, tanq; fraternæ caritatis æmulator uita uiuet, nec penitus moriet̄. Nam quēadmodum pluris est anima q̄ corporis, ita quod pro animarū salute impēdit apud altissimū, maioris est meriti. Quāobrē nemo gratis prætermittat impertiri proximis, quod ipse cognoscit eis, dē fore proficuū. Nōne ab omni lege caritatis alienus existit, qui quēpiam perite intelligentes exhortatiōis uerbo, quū ualeat, ab interitu illū nequaq; reuocare studuerit. Per Prophetam audi quid dominus dicat: Si dicente me ad impium, morte morieris non annuncias ei neq; loquutus fueris, ut à uia sua impia auertas & uiuat, ipse impius, in iniuriate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirā. Porro si in præteritas generationes iustus quisq; muto ore transire potuit impune, nō loquendo populis salutis monita, utiq; non modo. Nam adeo in præsentiarum futuræ uitæ succreuit ignorātia, ut in cordibus mortalium, sere parietis more densescat. Quis oro est qui præuidere dignet quæ seu bona, siue futura sint mala? Omnes pene præsentib; intenti sunt bonis, uoluntatib; temporali ditarū substantia, honorib; sublimari, exuberare deliciis, ac carnis uoluptatib; debiri, questum maximum arbitrantes transitoria posse felicitate florere. Vniuersi hi, cæci sunt, meritoq; plangendi, eo amplius, quo magis momentanea seculi prosperitas

C eisdem succedit ad uota. Vnde istos lugendos dixerim, sanctus lob indicat dicens: Quare impii uiuant, sublimati sunt, confortatis diuinit̄s? Semē eorum permanet coram eis, propinquorum turba & nepotum in conspectu eorum, domus eorum securē sunt & pacatae, & non est uirga dei super illos. Tenent tympanum & citharam, & gaudent à sonitu organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Lætanf huius modi quum male agunt, & exultat in rebus pessimis, prorsus ignorantes quo male uiuedo tendunt. Vt inā, iuxta propheticā deplorationē, saperet & intelligeret, ac nouissima prouiderent. Prouiderent, inq; nouissima, quæ peccatorib; sunt reseruata supplicia. Ipsa plane sunt quæ timeri debent, solertiq; cura caueri. Si enim tam solicite corporalis fugiē mors, ut nemo mori uelit, quantū fugi debet æternā. Cæterū si momentanea rationabiliter sunt evitanda tormenta, quæ finē habent, quo animo omni fine carētia. Ista proculdubio futurorum gerunt imaginem, non æqualitatē, quū finiti ad infinitū nulla sit cōparatio. Ex istis erudimur de illis. Propterea quisq; sapientis, quū quovis siue corporali, seu spīrituali dolore torquetur, cōsiderationē suā minime tardet erigere ad illos cruciatus, qui in alia uita damnatis pro sceleribus inferuntur. Quos quum intolerabiles esse persenserit, resipiscat ab iniuriantib; ac sibi met transactarum culparū ultiōnē instituat, siccq; facinora præterita diluat, ut de cætero ultra non peccet. Alioquin derisor non pœnitēs esse censembitur. Assuecant itaq; seculi amatores, eo diligentius futura prospicere, quo ardētius præsentia quærūt: meminerintq; utriusq; uitæ gaudij neminem frui posse. Hoc sanctorum, hoc, inquam, carnata sapientia probat authoritas. Ait namq; Vt h uobis dicitur, qui consolationem habetis in hoc seculo, quia in futuro plorabitis & fletib; Ecōtrario: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Iacobus quoq; Apostolus inquit: Agite nūc diuites, plorate ululantes in miserijs uestris, quæ adhæserunt uobis. Dicitur uestræ putrefactæ sunt, & uestimenta uestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum uestrum aeruginauit, & aerugo eorum in testimonium uobis erit, & mandueabit carnes uestras sicut ignis. Thesaurizasti uobis iram in nouissimis diebus; epulati estis super terram, & in luxurijs enatristis corda uestra. Audite ergo nunc audientes, & cordis auctorū percipite, qui consolari temporaliter concupiscentis, quid per ora sanctorum, spiritus almus

almus de uobis pronunciet. Conuertimini queso ad correctionem, ante quam ueniat su  
per uos repentinus interitus, & in abyssi baratrum demergamini. Vbi procul dubio nul  
la à cruciatis datur requies, sed dolor sentitur intolerabilis, ignis urit inextinguibilis,  
terris conscientia uiget immortalis, fœtor sulphuris affligit importabilis, interiores  
absq; consolatione ulla sunt lachrymæ, horridus aspectus dæmonum, improprietorum  
ipsorum clamor intonat uehementissimus, teterimus est carcer, indissolubilia uincula,  
sitis exæstuās, dentium stridor, timor supplicij, iudicij tremor, peccatorum inordinatus  
pudor, hebetudo animi, ignorantia profunda, ponderositas corporis, membrorum laf  
situdo, mortis concupiscentia sine morte, inuidia tabes, discerpens ira, odiorum ardēs  
facula, omnis spei perpetua extincio. Et quod his omnib. peius est diuinæ uisionis æter  
na carentia. Huiusmodi supplicia longeç maiora, ad reproborum ultionē, in locis pœ  
nalibus auerni instituit deus. Quæ sunt iugiter meditanda, sedulaç intentione fugiēda.  
Neç fas est ambigere de ijs, quæ sacrarum literarum multipliciter pādit authoritas. De  
quibus singillatim differere ociosum est, quum eadem esse sancta indubitanter fateſ ec p  
eclesia, domini Iesu testimonij erudita. Qui de ipsis futuroç uniuersali iudicio, luce cla  
rius loquens ait: Quum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū  
eo, tunc se debet super sedem maiestatis sua, & congregabuntur ante eum omnes gētes,  
& separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hōedis. Et statuet oves quidē  
à dextris, hōedos autem à sinistris. Tunc dicet rex ijs, qui à dextris erunt: Venite benedi  
cti patris mei, percipite regnum uobis paratum à constitutione mundi. Esuriui enim, &  
dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi bibere, hospes erā, & collegisti me: nu  
dus, & operuisti me, infirmus, & uisitasti me, in carcere, & uenisti ad me. Dicet & ijs  
qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabo  
lo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedisti mihi manducare, sitiui, & nō dedisti mi  
hi bibere, hospes eram, & non collegisti me: nudus, & nō operuisti me, infirmus, & in  
carcere, & non uisitasti me. Et ibunt hi in supplicium æternū. Iusti autem in uitam æter  
nam. Sane nil apertius, nil uerius dici potuit. Resecuit lites, infidelitatem abstulit, palā G  
prænunciavit quod facturum se nouerat. Vnde dicebat: Amen dico uobis non præter  
ibit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Celum & terra transibunt, uerba autem mea  
non præteribunt, quin uidelicet compleantur. Huius quoç diei iudicij acerbitatem ue  
ritatemç Propheta in spiritu cōsiderans inquit: luxta est dies domini, iuxta, & uelox ni  
mis. Vox diei domini amara, turbabitur ibi fortis. Dies illa dies iræ, dies tribulationis &  
angustiæ, dies calamitatis & miseriiæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbi  
nis, dies tubæ & clangoris, in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cōsummatio  
nem cum festinatione ipse faciet cunctis habitantibus terrā. De ipso iudicij die prophe  
ta alius ait: Dominus manifeste ueniet, deus noster, & non silebit. Ignis ante ipsum exar  
descet, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit cælos, uidelicet angelos desur  
sum, & terram, id est, sanctos discernere populum suum. Nullus ergo dubitet, quemad  
modum. Apostolus inquit, omnes nos exhiberi oportere ante tribunal Christi, ut reci  
piat unusquisq; prout geslit in corpore, siue bonum, siue malum. Quamobrem revoluerat H

Matt. 25 rius loquens ait: Quum uenerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli eius cū  
eo, tunc se debet super sedem maiestatis sua, & congregabuntur ante eum omnes gētes,  
& separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab hōedis. Et statuet oves quidē  
à dextris, hōedos autem à sinistris. Tunc dicet rex ijs, qui à dextris erunt: Venite benedi  
cti patris mei, percipite regnum uobis paratum à constitutione mundi. Esuriui enim, &  
dedisti mihi manducare. Sitiui, & dedisti mihi bibere, hospes erā, & collegisti me: nu  
dus, & operuisti me, infirmus, & uisitasti me, in carcere, & uenisti ad me. Dicet & ijs  
qui à sinistris erunt: Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabo  
lo, & angelis eius. Esuriui enim, & non dedisti mihi manducare, sitiui, & nō dedisti mi  
hi bibere, hospes eram, & non collegisti me: nudus, & nō operuisti me, infirmus, & in  
carcere, & non uisitasti me. Et ibunt hi in supplicium æternū. Iusti autem in uitam æter  
nam. Sane nil apertius, nil uerius dici potuit. Resecuit lites, infidelitatem abstulit, palā G  
prænunciavit quod facturum se nouerat. Vnde dicebat: Amen dico uobis non præter  
ibit generatio hæc, donec hæc omnia fiant. Celum & terra transibunt, uerba autem mea  
non præteribunt, quin uidelicet compleantur. Huius quoç diei iudicij acerbitatem ue  
ritatemç Propheta in spiritu cōsiderans inquit: luxta est dies domini, iuxta, & uelox ni  
mis. Vox diei domini amara, turbabitur ibi fortis. Dies illa dies iræ, dies tribulationis &  
angustiæ, dies calamitatis & miseriiæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbi  
nis, dies tubæ & clangoris, in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia cōsummatio  
nem cum festinatione ipse faciet cunctis habitantibus terrā. De ipso iudicij die prophe  
ta alius ait: Dominus manifeste ueniet, deus noster, & non silebit. Ignis ante ipsum exar  
descet, & in circuitu eius tempestas ualida. Aduocauit cælos, uidelicet angelos desur  
sum, & terram, id est, sanctos discernere populum suum. Nullus ergo dubitet, quemad  
modum. Apostolus inquit, omnes nos exhiberi oportere ante tribunal Christi, ut reci  
piat unusquisq; prout geslit in corpore, siue bonum, siue malum. Quamobrem revoluerat H

Matt. 24 Abdie 1 C  
Abdie 1 C  
2. Cor. 5

**A**proposuimus non desino quoniam modo fiat, ut ij apud quos per fidē con  
stat alteram esse uitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus in  
tolerabili arrogantur supplicia, non compungantur iugiter, conseruat  
nemç suam laudabiliter ducant, non qualem cōmendat mundus, sed quā  
approbat deus, præsertim quum decurrente tempore absq; interuallo quo  
tidie agnoscant se appropinquare leto, atq; astare iudici, qui falli non potest, quum sapi  
entia sit, nec terreri, quum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, quum sit ditissimus,  
nec flecti blanditijs, quum æquissimus sit, neç illi quicquam occultari, quā omnia nu  
da & manifesta sint ei, qui nullius personam accipit, nullūq; delictū impunitū relinquit,  
sed cuncta hominum errata disticta examinatione dijudicat, singulis merita condigna  
retribuens. Porro cui sic concessum est uiuere, ut nulli sceleri reperiatur obnoxius, mini  
me tanti iudicis debet formidare aspectū, qui solūmodo deordinata & legibus suis auer  
sa puniendo insequitur. At uero quis est adeo suimet ignarus, qui tantam sibi innocen  
tiam in hac uita arrogare præsumat, in qua sicut Ioannes ait: Si dixerimus quia peccati  
non habemus nosipos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid de hoc Propheta  
sentiat, quidū protulerit, audiamus: Dominus, inquit, de cælo prospexit super filios ho  
minum, ut videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul in  
utiles facti sunt, non est qui faciat honum, non est usq; ad unum. Quum omnes declinat  
se afferat, exclusit neminem quamuis sanctū, quāquā multipliciter donis spiritualibus  
decoratum. Nam sicut scriptura commemorat, omnes peccauerunt & egent gratia dei.  
Si gratia Dei indigent, egeni & peccatores sunt. Meminerimus, quām se uere dominus  
in Apocalypsi, de propria se extollentem iustitia redarguendo feriat: Dicis (inquit)  
diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, &  
pauper, & cæcus & nudus. Quisq; igitur quamdiu in hoc exilio est mortalitatis carne  
uestitus se peccatorem agnoscat, delicta sua confiteatur, deploret & corrigat. Non se  
tegendo excusat, non se iustificet, neque sibi de propria applaudat iustitia, sed fidei o  
culo futurum prospectet iudicium & dicat: Non intres in iudicium cum seruo tuo do  
mine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic humiliiter deum  
deprecetur fidelis, ut non iudicetur damnandus. Nam infidelis iam iudicatus est. Quo  
modo Laur. Justin.

**A**proposuimus non desino quoniam modo fiat, ut ij apud quos per fidē con  
stat alteram esse uitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus in  
tolerabili arrogantur supplicia, non compungantur iugiter, conseruat  
nemç suam laudabiliter ducant, non qualem cōmendat mundus, sed quā  
approbat deus, præsertim quum decurrente tempore absq; interuallo quo  
tidie agnoscant se appropinquare leto, atq; astare iudici, qui falli non potest, quum sapi  
entia sit, nec terreri, quum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, quum sit ditissimus,  
nec flecti blanditijs, quum æquissimus sit, neç illi quicquam occultari, quā omnia nu  
da & manifesta sint ei, qui nullius personam accipit, nullūq; delictū impunitū relinquit,  
sed cuncta hominum errata disticta examinatione dijudicat, singulis merita condigna  
retribuens. Porro cui sic concessum est uiuere, ut nulli sceleri reperiatur obnoxius, mini  
me tanti iudicis debet formidare aspectū, qui solūmodo deordinata & legibus suis auer  
sa puniendo insequitur. At uero quis est adeo suimet ignarus, qui tantam sibi innocen  
tiam in hac uita arrogare præsumat, in qua sicut Ioannes ait: Si dixerimus quia peccati  
non habemus nosipos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid de hoc Propheta  
sentiat, quidū protulerit, audiamus: Dominus, inquit, de cælo prospexit super filios ho  
minum, ut videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul in  
utiles facti sunt, non est qui faciat honum, non est usq; ad unum. Quum omnes declinat  
se afferat, exclusit neminem quamvis sanctū, quāquā multipliciter donis spiritualibus  
decoratum. Nam sicut scriptura commemorat, omnes peccauerunt & egent gratia dei.  
Si gratia Dei indigent, egeni & peccatores sunt. Meminerimus, quām se uere dominus  
in Apocalypsi, de propria se extollentem iustitia redarguendo feriat: Dicis (inquit)  
diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, &  
pauper, & cæcus & nudus. Quisq; igitur quamdiu in hoc exilio est mortalitatis carne  
uestitus se peccatorem agnoscat, delicta sua confiteatur, deploret & corrigat. Non se  
tegendo excusat, non se iustificet, neque sibi de propria applaudat iustitia, sed fidei o  
culo futurum prospectet iudicium & dicat: Non intres in iudicium cum seruo tuo do  
mine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic humiliiter deum  
deprecetur fidelis, ut non iudicetur damnandus. Nam infidelis iam iudicatus est. Quo  
modo Laur. Justin.

**A**proposuimus non desino quoniam modo fiat, ut ij apud quos per fidē con  
stat alteram esse uitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus in  
tolerabili arrogantur supplicia, non compungantur iugiter, conseruat  
nemç suam laudabiliter ducant, non qualem cōmendat mundus, sed quā  
approbat deus, præsertim quum decurrente tempore absq; interuallo quo  
tidie agnoscant se appropinquare leto, atq; astare iudici, qui falli non potest, quum sapi  
entia sit, nec terreri, quum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, quum sit ditissimus,  
nec flecti blanditijs, quum æquissimus sit, neç illi quicquam occultari, quā omnia nu  
da & manifesta sint ei, qui nullius personam accipit, nullūq; delictū impunitū relinquit,  
sed cuncta hominum errata disticta examinatione dijudicat, singulis merita condigna  
retribuens. Porro cui sic concessum est uiuere, ut nulli sceleri reperiatur obnoxius, mini  
me tanti iudicis debet formidare aspectū, qui solūmodo deordinata & legibus suis auer  
sa puniendo insequitur. At uero quis est adeo suimet ignarus, qui tantam sibi innocen  
tiam in hac uita arrogare præsumat, in qua sicut Ioannes ait: Si dixerimus quia peccati  
non habemus nosipos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid de hoc Propheta  
sentiat, quidū protulerit, audiamus: Dominus, inquit, de cælo prospexit super filios ho  
minum, ut videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul in  
utiles facti sunt, non est qui faciat honum, non est usq; ad unum. Quum omnes declinat  
se afferat, exclusit neminem quamvis sanctū, quāquā multipliciter donis spiritualibus  
decoratum. Nam sicut scriptura commemorat, omnes peccauerunt & egent gratia dei.  
Si gratia Dei indigent, egeni & peccatores sunt. Meminerimus, quām se uere dominus  
in Apocalypsi, de propria se extollentem iustitia redarguendo feriat: Dicis (inquit)  
diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, &  
pauper, & cæcus & nudus. Quisq; igitur quamdiu in hoc exilio est mortalitatis carne  
uestitus se peccatorem agnoscat, delicta sua confiteatur, deploret & corrigat. Non se  
tegendo excusat, non se iustificet, neque sibi de propria applaudat iustitia, sed fidei o  
culo futurum prospectet iudicium & dicat: Non intres in iudicium cum seruo tuo do  
mine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic humiliiter deum  
deprecetur fidelis, ut non iudicetur damnandus. Nam infidelis iam iudicatus est. Quo  
modo Laur. Justin.

**A**proposuimus non desino quoniam modo fiat, ut ij apud quos per fidē con  
stat alteram esse uitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus in  
tolerabili arrogantur supplicia, non compungantur iugiter, conseruat  
nemç suam laudabiliter ducant, non qualem cōmendat mundus, sed quā  
approbat deus, præsertim quum decurrente tempore absq; interuallo quo  
tidie agnoscant se appropinquare leto, atq; astare iudici, qui falli non potest, quum sapi  
entia sit, nec terreri, quum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, quum sit ditissimus,  
nec flecti blanditijs, quum æquissimus sit, neç illi quicquam occultari, quā omnia nu  
da & manifesta sint ei, qui nullius personam accipit, nullūq; delictū impunitū relinquit,  
sed cuncta hominum errata disticta examinatione dijudicat, singulis merita condigna  
retribuens. Porro cui sic concessum est uiuere, ut nulli sceleri reperiatur obnoxius, mini  
me tanti iudicis debet formidare aspectū, qui solūmodo deordinata & legibus suis auer  
sa puniendo insequitur. At uero quis est adeo suimet ignarus, qui tantam sibi innocen  
tiam in hac uita arrogare præsumat, in qua sicut Ioannes ait: Si dixerimus quia peccati  
non habemus nosipos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid de hoc Propheta  
sentiat, quidū protulerit, audiamus: Dominus, inquit, de cælo prospexit super filios ho  
minum, ut videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul in  
utiles facti sunt, non est qui faciat honum, non est usq; ad unum. Quum omnes declinat  
se afferat, exclusit neminem quamvis sanctū, quāquā multipliciter donis spiritualibus  
decoratum. Nam sicut scriptura commemorat, omnes peccauerunt & egent gratia dei.  
Si gratia Dei indigent, egeni & peccatores sunt. Meminerimus, quām se uere dominus  
in Apocalypsi, de propria se extollentem iustitia redarguendo feriat: Dicis (inquit)  
diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, &  
pauper, & cæcus & nudus. Quisq; igitur quamdiu in hoc exilio est mortalitatis carne  
uestitus se peccatorem agnoscat, delicta sua confiteatur, deploret & corrigat. Non se  
tegendo excusat, non se iustificet, neque sibi de propria applaudat iustitia, sed fidei o  
culo futurum prospectet iudicium & dicat: Non intres in iudicium cum seruo tuo do  
mine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic humiliiter deum  
deprecetur fidelis, ut non iudicetur damnandus. Nam infidelis iam iudicatus est. Quo  
modo Laur. Justin.

**A**pietatis uiscera claudentes, nihil ad se pertinere, putant quis egeat pane, quis potandus,  
quis induendus, quis hospitio recipiendus, quis uisitandus, quis uisitandus sit: Nul  
lius necessitatem sentiunt, nulliq; compati nouerunt, dummodo ipsi delicijs affluat, abun  
dent diuitijs, preciosisq; indumentis ormentur. Huiusmodi cum diuite, qui induebatur  
purpura & bysso, & quotidie epulabatur splendide, pari sunt plectendi sententia. Cæte  
rū de ijs quid memorē, qui carnis uoluptatibus dedīti omnem impudicitā, immūditā,  
ebrietatemq; sectantes, uentre sibi cōstituerunt deū, obsecnaç corporis oblectamēta  
felicitatē perpetuā: Nunquid & hi diuinā effugient uindictā? Recepturi profecto sunt  
duplicita de manu domini, anima uidelicet & corporis damnationem æternā. Nedū aut  
ipsi de quibus specialis facta est mētio, uerumetiā uniuersi, qui dei neglexere præcepta,  
& ambulare studuerunt post desideria cordis sui in concupiscentijs interminabili cre  
mabuntur incendio. Tunc nullum intercessorem habituri sunt, nulloq; precio redimen  
di. Quid igitur illis agendū est, quibus adhuc pœnitentiæ tempus prærogatum est, atq;  
ueniæ locus indultus: Redeant utiq; ad se, reatus suos agnoscent, propria deplorent fa  
cinora, diuinam humillime implorent clementiam, sanctorumq; suffragia, atque seculo  
sponte renuncient, quatenus futurorum bonorum pollicitatione accensi perseuerantes  
in stadio, quæ malis parata sunt, ualeant euitare tormenta. Verum qui matrimonio co  
putati, seu carnis, uel spiritus infirmitate depressi, nequeunt cūcta despicer, apostolicā  
doctrinam, quæ in seculo degentibus exhibita est, obseruare conentur. Sic namq; legi  
tur: Hoc autem dico fratres, tempus breue est. Reliquum est ut qui uxores habent, tan  
quam non habentes sint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam nō  
gaudentes: & qui emunt, tanquam non possidentes: & qui utuntur hoc mundo, tāquā nō  
utant, quoniam mundi huius figura singulis horarum momentis præterire non cessat.  
Quod ualde mirandum sit, cur credentes alteram esse uitam, conuersationem suam

non mutant. Cap. X V I I



**C**lari prorsus non desino quoniam modo fiat, ut ij apud quos per fidē con  
stat alteram esse uitam, in qua iustis ineffabilia gaudia, & peccatoribus in  
tolerabili arrogantur supplicia, non compungantur iugiter, conseruat  
nemç suam laudabiliter ducant, non qualem cōmendat mundus, sed quā  
approbat deus, præsertim quum decurrente tempore absq; interuallo quo  
tidie agnoscant se appropinquare leto, atq; astare iudici, qui falli non potest, quum sapi  
entia sit, nec terreri, quum sit omnipotens, nec subuerti muneribus, quum sit ditissimus,  
nec flecti blanditijs, quum æquissimus sit, neç illi quicquam occultari, quā omnia nu  
da & manifesta sint ei, qui nullius personam accipit, nullūq; delictū impunitū relinquit,  
sed cuncta hominum errata disticta examinatione dijudicat, singulis merita condigna  
retribuens. Porro cui sic concessum est uiuere, ut nulli sceleri reperiatur obnoxius, mini  
me tanti iudicis debet formidare aspectū, qui solūmodo deordinata & legibus suis auer  
sa puniendo insequitur. At uero quis est adeo suimet ignarus, qui tantam sibi innocen  
tiam in hac uita arrogare præsumat, in qua sicut Ioannes ait: Si dixerimus quia peccati  
non habemus nosipos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quid de hoc Propheta  
sentiat, quidū protulerit, audiamus: Dominus, inquit, de cælo prospexit super filios ho  
minum, ut videat si est intelligens, aut requirens deum. Omnes declinauerunt, simul in  
utiles facti sunt, non est qui faciat honum, non est usq; ad unum. Quum omnes declinat  
se afferat, exclusit neminem quamvis sanctū, quāquā multipliciter donis spiritualibus  
decoratum. Nam sicut scriptura commemorat, omnes peccauerunt & egent gratia dei.  
Si gratia Dei indigent, egeni & peccatores sunt. Meminerimus, quām se uere dominus  
in Apocalypsi, de propria se extollentem iustitia redarguendo feriat: Dicis (inquit)  
diues sum & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu miser es, & miserabilis, &  
pauper, & cæcus & nudus. Quisq; igitur quamdiu in hoc exilio est mortalitatis carne  
uestitus se peccatorem agnoscat, delicta sua confiteatur, deploret & corrigat. Non se  
tegendo excusat, non se iustificet, neque sibi de propria applaudat iustitia, sed fidei o  
culo futurum prospectet iudicium & dicat: Non intres in iudicium cum seruo tuo do  
mine, quoniam non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Sic humiliiter deum  
deprecetur fidelis, ut non iudicetur damnandus. Nam infidelis iam iudicatus est. Quo  
modo Laur. Justin.

modo autem iudicatus? Vt卿 quia non credit in nomine unigeniti filii dei, quem pater eternus, uiuorum ac mortuorum instituit iudicem. Ex se ergo iudicatus non iudicatur denuo. Huiusmodi à fide catholica alienus futurum negat iudicium, dei iustitiae destruit, quæ unicuique reddit iuxta opera sua. Quamobrem iste tanquam semel iudicatus uttax præsentis quantum ualeat oblectamenta sectatur, & effreno animo terrena concupiscit, uellec卿 nunquam de hac uita migrare, utpote alteram fore non credens. O quam multos titulo Christianitatis, tantum nomine, insignitos in suo gremio tenet ecclesia, qui apud se uniuersale iudicium, futuram corporum resurrectionem, inferni poenas, & paradisi gaudia fabulas arbitrantur. Nam & si uoce uel cærementis exterioribus contentur se deo credere, factis tamen & cogitationibus negant. Tales proculdubio nefarij, infideles & desperati sunt, ac deum esse non credunt. In quorum persona Propheta ait: Dixit insipiens in corde suo non est deus. Optime insipiens appellandus est ille, qui non esse deum, neque altera uitam asseuerare præsumit. Dicendo uero sic, negare audet quod gentiles consententur. Quæ(oro)natio est tam aliena à cultu religionis, tam卿 carnis uoluptatibus dedita, quæ non credit deum esse, futuram卿 uitam? Omnes communiter secte concupiscentias suas arbitrantur alibi abundantius se perfecturas quam hic, ubi desideria sua minime implere posse se uident, quanquam & quæ in futuro fallacter habituros se singant, non eadem, neque uniformia fore censeantur. Aliqui lactis & mellis flumina, atque obscenis impudicitiae actibus operam daturos se sperant. Quidam in cælum ascensuros se putant, ibique choreas ducere, consummare connubia, & cætera agere, quæ pertinent ad carnis illecebras. Illa quippe autumant sibi parata in cælo, quæ incontinenter amant in seculo, nolentes corporis uoluptates amittere, sed augere per amplius. Fuere uero nonnulli, memoratis omnibus prudentiores, qui crediderunt post corporis resolutionem in cælis se adepturos perpetuas mansiones, ibi卿 cõtemplationi uacare debere, quanquam quid sit contemplatio uera penitus ignorarent. Hi tamen quoniam ratione corporis resurrectione minime ceperunt, illam negare ausi sunt. Sane nimis esset difficile singularum sectarum, seu hæresum opiniones enarrare, in quibus alijs sic, & alijs sic, crediderunt futurum. Sed illi cæteris insipientiores ac uilliores sunt, qui aliam esse negant uitam, quam istam, pecoribus, iumentis, hominibus pariter卿 cõmunem. Supra modum degenerant ab eo, quod conditi sunt, & se irrationalibus animalibus æquales faciunt, sicut per Prophetam dicitur: Homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Quo modo autem non efficiuntur iumentis similes, quum nisi uisibilia cogitare nesciant, & tanquam sylvestres feræ cætum quæ carnis sunt sapiant, quoniam quod in homine præcellit coæquant corpori, quod per resolutionem suam in eandem de qua plasmatur est, materialiam redit. Nonne mortalium cadauera terræ cõdita post paululum putida futura in terræ materiam rediguntur? Excipiunt nam卿 condignam præuaricationis suæ mercudem. Nam post perpetratum inobedientiæ scelus homo primus audiuit: Terra es & in terram ibis. Sane qui animæ immortalitatem, at卿 aliam uitam ista præstantiorem impudenti temeritate non esse concertant, nefarij, at卿 blasphemij sunt, inhonorantes dei sapientiam, ipsius卿 iustitiam, dum uniuersa confundenda contendunt, negant卿 retributionem bonorum & malorum, quæ in præsenti seculo nullo modo perficitur, quoniam alibi complenda seruatur. Sæua prorsus ac detestanda est horum opinio, qui animæ & corporis finem uno eodem卿 momento temporis fieri arbitrantur, quemadmodum per sapientem, non definiendo, sed ratiocinando dicitur: Vnus interitus est hominis & iumentorum, & aqua utrius卿 conditio. Sicut moritur homo, ita & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo iumentis amplius. Cuncta subiacent uanitati, & omnia pergunt ad unum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis scit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Quod si esset, proculdubio destrueretur quicquid religionis est, quod si det, quod pietatis, quod uirtutis, quod gratiæ. Dei præterea euacuaretur consilium, hominum salus, statera æquitatis, & omne quod ad uitâ sempiternâ pertinere dinoscitur. Porro fatuitatem suam à ueritate fidei alieni, in tormentis positæ confitebuntur, quæ solo exortio dabit intellectum. In quorum persona in sapientiæ uolumine continetur sic:

Tunc

A Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subita ratione insperatae salutis dicentes intra se pœnitentiæ agentes, & præ angustia spūs gementes. Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinē improperij. Nos insensati uitâ illorū æstimabamus insaniæ, & finē illorū sine honore. Et ecce quō ergo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorū est: Errauimus itaq; à uia ueritatis & iustitiae lumen nō luxit nobis, & sol intelligentiæ nō est ortus nobis. Quid nobis præsuit superbia? aut diuinitarū iactantia quid cõtulit nobis? Transferunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius præcurrēs, & tanquam nauis, quæ pertransit fluctuantē aquâ, cuius ius quū preterierit nō est uestigium inuenire, neq; semitâ carinæ illius in fluctibus. Sic & nos natū desiuimus esse, & uirtutis quidē signū nullū ualuum ostendere. In malignitate aut nostra cõsumpti sumus. Talia dixerunt in inferno ij qui peccauerunt, quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ à uento tollitur, & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur, & tanquam fumus, qui à uento diffusus est, & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. Sera profecto pœnitudine errorē suū agnoscēt, cūctis卿 palā facient, quando cū ijs qui à sinistris erūt, irreuocabiliter sententiâ damnationis exceperint. Cæterū mirū nō est si qui fidei priuati sunt lumine per uitiorū abrupta uagātur, & pereunt, quū quotidiano exēplo discamus innumerous esse, qui ueritati catholicæ fidei assentīt, & naturali pollent prudentia, ueluti infructuosas arbores occupare terrā, at卿 ad bene agendū omnino esse ineptos, quēadmodū de ipsis Propheta ait: Sapientes sunt, ut faciant mala, bene aut facere nescierūt. Aduersus huiusmodi, eloquia sacra & innata clamatratio, obtestas ut superiori suo obtēperare debeat, sicut obedientiæ sibi exhiberi ab inferioribus uolūt. Nōne beneficia sibi à deo impensa ad perficiendū diuinā legē eos impellunt, ne transgressores illius dānentur ingrati? De obedientia uero creaturarū quid memorē, quæ ab earū cõstitutione in nullo à cõditoris sui imperio deuiriare noscuntur? Sic de illis Propheta inquit: Statuit ea in æternū & in seculū seculi, præceptum posuit, et

psal. 148

C nō præteribit. Quāobrē pudeat homines nō esse quod deberēt, ac repugnare altissimo, quū ad bene uiuēdū illos diuina inuitēt eloquia, naturalis ratio, collata munera, uniuersi ordo custoditus ab æuo, hora mortis imminētis ignota, peccatorib. promulgata supplicia, atque cælestis patriæ iustis ineffabilia bona promissa. Ista proculdubio deberent emollire corda adamatina, lapidea卿, & ad morū probitatē inflēctere, si tamē rationis quantulac卿 eis inesset scintilla. Adeo quippe palā effecta sunt, ut nedū sapientibus & peritis, uerūtati simplicibus, & ignaris captabilia sint, dūmodo obstinato animo, ut bene agat, intelligere nolint. Tunc omnis persuasio cassa, omnisci卿 ratio arbitrat̄ indigna, quoniam in homine cõpletū est, quod per quēdā dicitur: Impius quū in profundū malorū uenerit, contēnit. Sane ubi cõtēptus est gratiæ, & ubi agitata impugnatur ueritas (quoniam omnis labor superuacuus est) sapientiæ nō sunt semināda eloquia, iuxta admonitiōnē domini dicētis: Nolite sanctū dare canibus, neq; projiciatis margaritas ante porcos,

pro. 18

D ne forte conuersi elidant uos. Proinde illis tātummodo sunt propalāda mysteria, qui sapientiæ, cõsilijs humiliter acquiescere uolūt, propriā卿 salutē amare noscunt. In eis, in qua benedictio cælestis effulget, qui nesciūt resistere gratiæ, corde nō audēt intumescere, de dignant卿 præsentia plus amare卿 deum, sed mites sunt, & sacrī eruditōibus simplicitate cõsentīt. Tales nimirū tēporalia possidētes, sic se in illis exhibēt tāquā nō possideat, sicut卿 hoc mūdo utun̄ tāquā nō utan̄, quoniam peregrinos in hoc seculo se esse cognoscūt. Prudēti quidē cõsideratiōe iugiter meditant̄, quō sine retardatiōe aliqua uisibilia cūcta pertranseant, quæ quū stare uident̄, labunt̄, sibi卿 cohærētes collidūt & perdūt. Sed quæ(oro) est ista demētia, ut quis abs卿 ullo metu luteā uelit inhabitare domū, cuius fundamētū nutet, sint debilitati parietes, putrescat culmē, lapides quotidie singulatim euullī decidāt, & pene horis singulis totius ædificij structura ruinā minari cernat̄. Quis uirū huiusmodi intuebit̄, & nō acclamabit̄ eū esse delirū? Sed prohdolor innumerisunt, qui corporalis mortis periculū dānāt & fugiūt. Spūali uero & æterno sine paurore ingerūt. Quid, quæso, præsentis uitæ incolatus est, nisi spūalis quædā domus, in qua ad cōmorādū delegati sumus à dño? An nō quodidie & abs卿 interuallo domus ista cõsumit, ueterascit, casui卿 propinquat? Tot, ut dicā, subtrahunt̄ lapides, quos præterēunt.

Laur. Iustin.

Xx 2 dies.

dies. Transimus ab infantia ad adolescētiā, ab adolescētiā ad suuētutē, à suuētute ad ul-  
tilitatem, à uirilitate ad seniū, à senio ad ætatem decrepitā, & tñ eosq; attingunt rarissimi.  
Verū q; sic efficiunt lōgeui, quot calamitatibus obuoluātur, quot atterant lāguoribus,  
nemo sufficienter edicit. Horū pfecto uita sibjpsis onerosissima est, qm caligat uisus,  
corū obturat auditus, olfactus amittit, gustus fathiscit, palpitat tactus, foetet anhelitus  
curuant genua, gressuq; itinera baculo sustētan, fiuntq; nō nunquā eorū ppinqus &  
notis intolerabiles ad uidendū. Singuli ærumnosæ uitæ ipsorū cōpatiunt, & carnis sine  
dei offensa precantur interitū, nō odij, sed cōpassionis permoti affectu, credentes eorū  
misericōdī mortē finē esse daturā. Et tñ cōtingit multis, ut de temporali ad suppliciū trāseant  
semipiternū. Memoratū spectaculū corā seculi amatoribus positū, & heu uitæ corpora-  
lis diuturnitatē totis uisceribus cōcupiscit. O cæca mortaliū cupido uiuendi. O inuete-  
rata insensibilitas mentis, quō duceris, quō traheris. Aduerte, quæso, quid uelis, quidū  
delitescēdo exoptes. Desideras quippe nō mori, quod nūquā obtainere ualebis. Quis est  
psal. 88 (inquit Propheta) q; uiuet & nō videbit mortē. Annorū quoq; cū corporis sospitate mul-  
psal. 89 ta cupis implere currícula, & minime recolis uerbū Prophetæ dicenis: Anni nostri si- cut aranea meditabunt, dies annorū nostrorū in ipsis septuaginta annis. Si aut in poten- ratibus octuaginta anni, amplius eorū labor & dolor, quoniā superuenit māsuētudo & corripiemur. Experientia aliorū te doceat neminē hīc diu posse subsistere. Nā uelit no- lit quisq; ex hac uita migrare compellitur. Noli itaq; amare quod transit, sed neq; molia- ris rei illi inhāerere, quæ labitur. Noli, inquā, cōcupiscere inaniter, quod nulli unquā con- cessum est. Non enim in præsenti seculo, sed in cælo uitæ prærogat æternitas. Quamob- re sollicitus esto, nō ut in hac peregrinatione diutissime uiuas, sed ut mundi istius queas

Quod solerter studeant mortales diaboli uitare laqueos, quorū hic mun- dus est plenus.

Cap. X. VIII.

**P**eregrinationis huius itinera gradientes magnopere studeant uenatorū spiri-  
tualiū, quibus hic mūdus est plenus, declinare tendicula, quæ nemo nisi qui  
illa cognoscit, euadere potest. Verū ad hoc quis idoneus? Quis, inquā, est q;  
dæmonū nō ignoret fallacias? Vbiq; ad capiēdas animas retiacula tēdūt. In  
diuitijs, & paupertate. In sublimitate honoris, & in mundi cōtēptu. In uoluptatibus car-  
nis, & austerritate poenitentiae. In crapula, & sobrietate. In rerū affluentia, & parcitate ui-  
ctus. In loquacitate & silentio. In nitore, & sordibus. In lætitia & fletu. In administratio-  
ne temporali & remotione quieta. In libertate & subiectione. In labore & ocio. In occul-  
to & publico. In solitudinibus & ciuitate. In debilitate, & corporis sospitate. In uigilijs  
& torpore. In gloria & ignobilitate. In infamia & fauoribus hominum. Et ut paucis uni-  
uersa cōprehēdā, nullus est locus, nulla actio, nullaq; persona, quæ ab ipsorū deceptio-  
nibus libera existat, quoniā nequeūt excludi parietibus, nec placari precibus, neq; ter-  
roribus coerceri. Quāobrē oculare & maxima cū maturitate incedēdū est, atq; ab omni-  
bus cū Dei timore uiuēdū, & potissimū ab his, q; ob uinculū cōnubij, seu curā ineuītabi-  
lē rei familiaris colligati sunt seculo, quoniā ad casum p̄cliuiores ac propinquiores esse  
noſcunt. Evidē ubi bellatorū grauior incūbit insultus, solicitior ad pugnandū debet  
adhiberi custodia. Cæterū quū æquoris intumescit undæ, & oborta tēpētas acrius soli-  
to desauire cōspicit, prudētius nauigādū est, atq; portus quaritanda trāquillitas, ne in-  
cautū bellatorē interitus, & torpētē nautā marini fluctus inuoluāt. Hinc plane animad-  
ueritēdū est, q; in solitudinibus, & in cœnobij à fragoribus mūdi semotis propior est ho-  
minū salus, cōuersatio tutior, minora pericula, rariores casus, & ab eorū celerior resurre-  
ctio, q; in seculo, ubi incētua exurit flāma libidinis, avaritia cupidio dominat, & supbia  
fastus attollit. Quid em̄ est mūdus iste, nisi quidā spūalis uenationis locus, in quo tor-  
dūt laquei, quot immittunt tētationes, seu ad delinquēdū hominibus emergūt cause?  
Eph. 6 tra quas oēs qui saluari desiderat, oportet habere cōflictū. Apostolū audi: Nō est nobis:  
colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus  
mūdi rectores tenebrarū harū, cōtra spūalia nequitē in cœlestibus. Pugnāt hi hostes om-  
niū calliditate aduersum nos, ut nostrū diripiāt spūalē thesaurū, quē ipū homicida op̄a-

me

A time sciūt latere in nobis. Molunt̄ etiā nostrū impēdire iter, ne scādamus ad cælum, uñ  
ipsi turpiter depulsi sunt. Ob illorū ergo importunitatē nobis certādi est īdicta necessi-  
tas, ut uiriliter dīnicemus, hortamur ad bellū, certātiū nobis pponunt exēpla, uictorū  
merces offert, præliādīq; tribuit gratia. Aduersariū siquidē pauēda immanitas, ac la-  
queorū numeroſa pericula dīnicare nos cogūt. Christus nos inuitat ad bellū, q; pacem  
auferre uenit. & gladiū ad præliādū misit in terrā. In ecclesia quotidie martyrum sancto-  
rūq; recitant agones, quatenus ipsorū animati exēplis scutū arripiamus fidei, gladiū su-  
mamus spūs, & spei galea, ac patiētā lorica, ptecti nullatenus hostibus terga uertamus,  
quīn potius uiriliter reluctemur, eosq; orationū iaculis īſequamur intrepide, q; ad usq; propulsati dispereāt, & pacatū sentiamus nostræ mētis habitaculū, atq; ad susceptionē  
eterni regis decēter ornatū. Ipso quippe descendente ad nos dupli ci mercede ditamur,  
Quarū alterā gustamus in re, alterā uero delectabiliter tenemus in spe. Sane spei preciū  
solus ille nouit qui accipit, q; locuples sit, quātē iucūdū. Rē aut̄ ipsam quisquis in men-  
tis penetralibus humili deuotione degustat, recōdit, ne nota hostibus fiat, & ob id gra-  
uiores patiat̄ īſidiās. Res nāq; ista spūalis est gratia & syncerus pietatis affectus, q; gra-  
tuita dignatione à dño prærogat certātibus, ut robustiores, prudētioresq; fiat in prælio.  
Sine qua gratia proculdubio, quicq; bellare præsumit, succūbit & deficit. In huius igī  
mundi stadio cōstituti uenatorum laqueos, preciosum thesaurū nostrū, & qua uia per-  
gere debeamus ad patriā, intelligere studeamus, quoniā horū ignorātia prorsus ruina  
nostræ occasio est. Porro sciētia ista cōis est omnibus, quē admodum & iactura. Nulli li-  
cet talium carere notitia, quoniā nemo est qui à tentationibus liber existat. Nā uniu-  
erſis uenatorum parati sunt laquei, nō uniformiter, sed iuxta singulorum qualitatē & sta-  
tū. Aduersarij etenim nostri assuēti in prælio spūales spūalibus, & carnales carnalibus  
oppugnant īſidijs. Nullum eximunt, nemini parcunt, nulliusq; pertimescūt uirtutem.  
Verum si minime ueriti sunt ipsum mundi saluatorem appetere in quo nihil suum esse  
sciebant, cuiusquā ne sanctitatem formidare ualebunt. Tantæ siquidē uersutæ sunt, tā-  
taq; perspicacitatem naturalis pollēt ingenij, ut cunctorū mortaliū facillime sensum euer-  
terent, si nō repercussi diuina labefactarent uirtute. Eos quippe ne ad libitū noceāt, pra-  
uidentia superna refellit: sicut Apostolo perhibēte didicimus. Fidelis (inquit) est deus,  
qui nō patiet̄ uos tētari supra id quod potestis, sed faciet cū tētatione prouētū, ut possi-  
tis sustinere. Hinc est q; sequitā illorū sentimus, bacchātē furorē nouimus, tētationumq;  
perambulamus laqueos, & tamē cœlestinos protegēte gratia minime superamur: qm sic  
iuste disposuit deus, ut nō nisi cōsentientib; nobis, laqueos pedib; nostris iniūcere queāt.  
Nā spūales pedes nostri animę affectus sunt. Hos cōpedib; suis irretire cōtēdūt. Quāob-  
rē rerū uisibiliū amore affectibus nostris conant̄ innectere, quatenus abdicato à nobis  
nostro affectu nullū gratū receptaculū habitandi in nobis deus noster inueniat, qui per  
dilectionē & fidē in cordibus hominū cōmorari dignat. Stupēdū prorsus in nobis ger-  
tur quoddā spūale certamē, sedula cōſideratione dignissimū. In hoc quippe mundo, tan-  
quā superioris inferiorisq; regiōis cōstituti in medio, ô quām multiplicia in nobis bella  
D agunt̄. Nesciētes, ô quātas īſidiās patimur, quot de supernis sedibus nobis suffragia dī-  
rigunt̄. Suffragat̄ deus ut saluet, diabolus īſidiāt ut perdat. Cōcertāt ambo, nō inuicē,  
sed in nobis, uolētes reportare uictoriā. Quāuis deus omnipotēs sit, nullusq; ipsius post-  
sit resistere uoluntati, nō tamē uoluntate, sed æquitate nobiscū certat, nō ut quicquā cō-  
sequatur de nostro, sed ut nos reuocet ad se propter nos, nosq; ab interitu eripiat semip-  
terno. Certat, inquam, quum ad ostium cordis pulsat ut ingrediatur, spiritualiterq; man-  
ducemus cum illo, & ipe nobiscū. Hinc est quod īuſibiliā bona promittit, interna gau-  
dia præstat, ut nos alliciendo trahat ad se, in se collocet, & nos de se beatos semper effi-  
ciat. Hac de causa mandatum dilectionis instituit nobis dicens: Diliges dominum de-  
um tuum ex toto corde tuo, ex toto anima tua, ex tota mente tua, & ex omnibus uiri-  
bus tuis. Hoc unico præcepto, noster optime ordinatur affectus, coereturq; ne per-  
efluat, decipiatur, capiatur, ac delictorum compedibus allagetur. Nouerat dei sapien-  
tia, quām dulcis sit carnis illecebra, quantumū humana affectio uisibiliū amoris sit pro-  
na, in quibus innumerabiles occultati sunt laquei, propterea dilectionem persuasit, ac  
diligendi legem dedit, quatenus luctuosum amorem diuino amore compesceret, &  
Laur. Justin.

1. Cor. 10

Deut. 6

X x 3

per

per internum gustum ab exteriorum delectatione affectum hominis ablaetaret, facie et  
retq; ex uisibilibus ad inuisibilia, atq; ex temporalibus ad æterna diligenza transire. Ex  
aduerso diabolus fraudulenter suadet carnis nos debere oblectamenta sectari, amare di-  
uicias, culmen honoris appetere, caeteraq; querere, quæ ad perfectionem temporalis fe-  
licitatis pertinere noscuntur, non ob aliud prorsus, quam ut euertat incautos, ac uisibili-  
um uoluptati seruant, inuisibilem amore neglecto. Quamobrem ò homo diligenter  
discute cui obtemperare uelis, uide sapiēter cui ex his duobus salubriter tuum p̄stes  
affectum. Ambo illum exigunt à te. Ambo ipsum possidere desiderant. Thesaurus tuus  
spiritualis est amor tuus. Quicquid amaueris, uolenter te trahit post se, nec te sinit sepa-  
rari à se dicente domino: Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Ceterum quia duo-  
bus dominis seruire nō uales, prudētissime, quæso, obserua cui, sicut dixi, merito famu-  
lari. Ut igitur agnoscas quid eligas, diuinam eruditionem attende. Fur (inquit incarna-  
ta ueritas) non uenit nisi ut furetur mactet & perdat. Ego autem ueni ut uitam habeant  
& abundantius habeant. Diabolus fur nuncupatus est, qui dei honorem in homine au-  
ferre presumpsit. Furis itaq; huius consilium abiçce, illiusq; agnosce fallacias. Venit ad  
te ut tuum furetur thesaurum, sibiq; te consentientem mactet & perdat. Mundi quoque  
blandimenta contemne, quoniā deceptionū illius refertus est laqueis, quos optime su-  
perabis, si pro Christi amore ipsum amare desieris. Hoc apostolica te docet autoritas:  
Nolite (inquit) diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, quoniam omne quod in  
mundo est, concupiscentia carnis est, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitæ,  
quæ non est ex patre, sed ex mundo, & mundus transit, & concupiscentia eius. Ecce ue-  
natorum spiritualiū quot sunt laquei ad capturā animarum per uniuersum orbem diffu-  
si. Hos rātummodo euadunt qui mundum ipsum deditantur amare, illum secedendo  
spemunt, eiusq; concupiscentijs abdicatis deo in spiritu militare proponunt. Nā cæteri  
serui emptiū sunt, & curarū seculi cōpedibus irretiti, eo arctius, quo immoderatus tran-  
sitoria diligunt, eoq; miserabilius, quo minus propriam captiuitatem agnoscunt.

Quod nullus illo miserabilior est, quā quum sit seruus, liberum se  
esse arbitratur. Cap. XIX.

**Q**uemadmodum nullus ægrotus eo incurabilius est, quam qui sanū esse se pu-  
rat, ita & captiuo nemo miserabilius est illo, qui arbitratur esse se liberum.  
Nullum iste redemptorem querit, redemptionis premium habere nō curat,  
atq; captiuitatis suæ damna non plangit, ducitur, cæditur, trahit, & insensi-  
bilis perseuerat. Quæ (oro) est ista captiuitas, quæ inuisibiliter, ac insensibiliter ita tenet  
oppressum, ut onus suum nō sentiat, neq; dampnum proprium agnoscat ipse qui patitur,  
impulsusq; accedat post dominum, & sua sponte abire se credat. Sane proprie cupidi-  
tatis peccator quisq; est seruus, aqua tenetur pressus, & perquam iuste damnat. O quam  
mala, quam pernicioſa, quam ſe fortis cupiditatis est seruitus! Trahit sua unūquēq; uo-  
luptas. Quamobrem tot funibus ligatur peccator, tot uinculis detentus trahitur, quot  
seculi desiderijs colligatus tenetur, eoq; grauiori seruitute attoritur, quo ampliori felici-  
tate attollitur. Quum locupletatur diuītis, possessionibus ampliatur, cupiditatis est fer-  
uus, dum uoluptati carnis operam tribuit, pudicitia libertatē amittit. Si honoribus sub-  
limatur, intumescit interius, diaboli captiuus efficitur, quoniā sicut scriptura sacra testa-  
tur: Ipse est rex super oēs filios superbiae. Ab huiusmodi spiritualibus funibus quicūq;  
astrictus est, nō niū gratia cooperante liberatur. Tādiu illusus ducitur, ac trahitur, quādiu  
hoc mortali tegitur indumento. Sed quo ducitur? uel à q; trahitur? Dicitur plane per te  
nebras uitiorū, per illecebras delictorū, per oblectamenta seculi. Nimrū cupiditate tra-  
hente, impellente uoluptate, elatione dominante. Cæterū quādiu memorata seruitutis  
ignorat tyrannidē, lætatur quū malefecerit, & exultat in rebus pessimis, p̄fesse gaudet,  
quotidianisq; successibus mundi magis, magisq; florere desiderat, nec aduertit miseri-  
tus ibi maiorem imminere ruinam ubi gradus est altior, & tanto multipliciora, atque  
indissolubilia fore uincula, quanto defestabiliora in homine contigerit esse facinora.  
Tales (quamquā raro) difficile corrigitur, corrigitur tamē nōnunquā, quoniā deo uni-  
versa possibilia sunt, q; quos uult degenerbris uocat ad lucē, & ex inimicis & extraneis a-  
amicos facit & filios. Correctio quippe ista malorūq; cōuersio agitur operante gratia, &

ut

A ut plurimum interueniente flagello. Bona gratia quā ad iustificationē impiorū largitur,  
Deus, absq; illis cōdignis meritis, sine qua nullus infertur cœlo, & sanctorum consortio  
efficitur dignus. Verum diuini flagelli quis ualet enarrare præconia, ipsiusq; reserare  
profectus. Munus est Dei, filiorum præcipuum signum, lumen mentis, peccatorum ue-  
nia, emendator scelerum, origo uirtutum, concupiscentiarum interemper, salus anima-  
rum, nutrimentum spei, robur fidei, caritatis augmentum, præcursor ueritatis, addita-  
mentum sapientiae, & passionum carnalium antidotum singulare. Isto deficiente multi-  
plicantur delicta, mentis densatur cæcitas, mundi inardescit cupiditas, & superbia ac-  
crescit tinea. Nam quemadmodū continuus successus temporalis indiciū damnationis  
est, ita flagelli eruditio, cū patientia, indubium prædestinationis agnoscitur esse præsa-  
giū. Propterea Apostolus ait: Fili mi noli negligere disciplinam domini, necq; fatigeris. Heb. 12  
quum ab eo argueris: Quē enim diligit dominus, castigat. Flagellat autē omnē filiū, quē  
recipit. In disciplina perseverate, tanquam filijs uobis offert se Deus. Quis enim filius  
B quem nō corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt om-  
nes, ergo adulteri & non filij estis. Omnis autem disciplina in præsenti quidē uidetur nō  
esse gaudij, sed mœroris, postea fructum pacatissimū exercitatis per eā reddet iustitiam.  
Vidēs ne apostolico testimonio, quam proficuum sit diuinum in se perferre flagellum.  
Verum quam pernicioſum sit sine aliqua eruditione in hoc seculo feliciter uiuere, pro-  
pheta indicauit dicens: In labore hominum non sunt, & cum hominib. non flagellabun-  
tur, ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodij quasi ex a-  
dipe iniquitas eorum, transferunt in affectum cordis. Hanc propheticam sententiam secu-  
li amatores nunc audiant, qui prosperitatem appetunt momentaneam, nullum flagellū  
uolunt perpeti, nullisq; tribulationibus erudiri. Quin potius sibi uolunt ad uota uniuer-  
sa succedere, effiri honoribus, facultatibus ditari, filiorū dilatari propagine, esse incolu-  
mes corpore, abundare delicijs, uoluptatibus incrassari, sicq; florere, ac si nunquā ef-  
fent morituri. Audiant, inquam, & corde euigilent, formidentq; nullam alia, præterquā  
C temporalem felicitatem quam habent, esse remunerationē percepturos à domino, atq;  
audire. Fili recepisti bona in uita. Nam sicut semel tantum pro peccatis irrogatur corre-  
ctio, ita pro uirtutibus præstatur donorum retributio. Quamobrem redeant ad se qui pro-  
speritatibus pollent, discantq; quam pernicioſus sit suus status, quam breuis lætitia, q;  
inanis iactantia, quam propinqua mors, & quantis sua uita circūfpta sit laqueis, quam  
ſeu aduersarij, quātum ad seducendum callidi, quamq; cupidi ad prædandum. Nā om-  
niū uuditate latentem (non quidem nostrum, sed ad cultodierum accōmodatū nobis)  
moliunt auferre thesaurū. Iste thesaurus non est auri, nō argenti, neq; gēmarū, sed spiri-  
tualis, inuisibilis humanis obtutibus, immensiq; ualoris. De illo quippe ait Apostolus: 2.Cor. 4  
Thesaurum istum habemus absconditum in uasis uictilibus. Verus plane, & supra mo-  
dum præciosus thesaurus est rationalis sp̄ritus, in lutea carne inclusus, qui nobilem Dei  
sui in se ostendit imaginem, præcipue si non sit letalis peccati colluione pollutus. Tan-  
ti siquidem est, ut filij Dei redemptus sit sanguine, quemadmodum per Petrum dicitur:  
D Scientes, inquit, quod non corruptibilis auro & argento redempti estis, de uana con-  
uersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine quasi agni incontaminati & im-  
maculati Christi Iesu. Tunc illius dignitas agnoscitur, tunc quanti sit recte iudicatur,  
quum ab originalis delicti abstergitur macula, quum ingenita libertate potitur, quum  
gratia sanctificationis impletur, quum donis spiritualibus secundatur, cum reieci-  
tioni oneribus per contemplationē in coelestia rapitur, & quum per amoris incendiū  
angelicis spiritibus sociatur. Nam quamdiu in hoc ærumno exilio temporaliū curis  
agitatur, donec amore uisibiliū captiuus tenetur, quousq; delictorū cœno fœdatur, atq;  
mortalitatis istius uinculis alligatur, illius præclara sublimitas ignoratur. Hinc est quod  
amatores mundi isto uilipenso atq; neglecto, thesauros sibi cumulant temporales, am-  
plificant prædia, rura emunt, augmentant redditus, replent horrea, & promptuaria sua  
exuberare lætantur. O quam frequenter pro aggregandis his omnibus spoliant paupe-  
res, rapinas exercent, iniusta lucra sectantur, amittunt propria, ut aliena lucentur. Gra-  
uis prorsus est ista iactura terrenam tantum de laboribus suis reporrare mercedem,  
ac pro adipiscendis æternis supplicijs conscientiæ evacuare marsupium. Taliū negotia

Layr. Iustin.

XX 4

torum

torum (heu) quantus est numerus, quāta cupiditas, quātūe sollicitudo. Si diligenter  
quæsieris ubiq̄ eos abundare reperies, adeo ut aestimetur insanus, qui huiusmodi con-  
tempserit exercere commercia. Hinc est, quod seculo renunciare uolentibus tot obiectū  
tur obstacula, persecutioes fiunt, tendunt insidiæ, inferuntur minæ, lacrymæ fundunt,  
multiplicantur preces, promissa exhibētur, uenenata ingeruntur blanditiæ, dolosæ ad-  
iuueniunt rationes, nedū ab amicis uerum etiā à parentib. atq; propinquis, ut euent  
animos eorum, obnubilent mentes, intentiones mutent, faciatq; illos in interitū præci-  
pitare perpetuum. Si uero præualent, exultant tanquam uictores capta præda, & uelut  
feræ pessimæ in innocentium sanguine. Lugenda profectò atq; pernicioſa nimis est ista  
uictoria. Nunquid Christianæ fidei uult ista professio? Nunquid dominus Christus sic  
docuit? Nōne inquit? Qui non odit patrem, aut matrem, fratres aut sorores, propin-  
quos & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Prætulit  
spiritum carni, cœlum mādo, parentibus Deum, qd est optimum pietatis genus. An nō  
quisq; magis obtēperare debet Deo q; propinquis? Evidē quū nō uocat nos Deus pa-  
rentib. famulandū est, illisq; uitæ sunt impendēda suffragia, necnō honoris reuerētia ex-  
hibenda. Sic nāq; dominus ipse mādauit in lege: Honora patrē tuū & matrem tuā, ut sis  
longæus super terram, quam dominus Deus tuus daturus est tibi. Cæterum uocant  
nos Deo, grātia nobis se infundente superna, etiam inuitis parentibus, configiamus ad  
Christum, qui uerus est parens. Quamobrem, o quisquis es, qui diuinī luminis illustraris  
splendore, sentisq; ad contemptum mundi prouehi à domino, noli præstatum tibi sper-  
uere donū, noli obsurdescere aperire pulsanti. Surge ocyus, & te uolenti erigere, manū  
porridge. Non te lacrymantū parentū detineat amor, non dulcedo affinum, non amico-  
rum supplicatio, non temporalium pernicioſa cupido, neq; seductoria mundi uolu-  
ptas. Aduerte, quæſo, si mundum diligis, si in illo conuersaris, in quanto discrimine ul-  
uas. Quocunq; te uertes, concupiscentiæ ignem accensum inuenies, quem si copulari

**LUC. 14** docuit: Nōnne inquit: Qui non odit patrem, aut matrem, fratres aut sorores, propinquos & filios, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Prætulit sp̄iritum carni, cœlum mūndo, parentibus Deum, qd est optimum pietatis genus. An nō quisq; magis obtēperare debet Deo q; propinquis: Evidē quū nō uocat nos Deus parentib; famulandū est illisq; uitæ sunt impendēda suffragia, necnō honoris reuerētia ex:

**Deut. 5** hibenda. Sic nāq̄ dominus ipse mādauit in lege: Honora patrē tuū & matrem tuā, ut sis longāvus super terram, quam dominus Deus tuus datus est tibi. Cæterum uocante nos Deo, gratia nobis se infundente superna, etiam inuitis parentibus, configiamus ad Christum, qui uerus est parens. Quamobrem, ô quisquis es, qui diuinī luminis illustraris splendore, sentisc̄ ad contemptum mundi prouehi à domino, noli præstatum tibi speruere donū, noli obsurdescere aperire pulsanti. Surge ocyus, & te uolenti erigere, manū porrige. Non te lacrymantū parentū detineat amor, non dulcedo affinium, non amicorum supplicatio, non temporalium perniciosa cupidio, neq̄ seductoria mundi uoluptas. Aduerte, quæso, si mundum diligis, si in illo conuersaris, in quanto discrimine ul- Quæcumque uertes, concupiscentia ignem accensum inuenies, quem si copulat-

uas. Quocunq; te uertes, concupiscentiæ ignem accendimus uelles, quem u; copulari  
permiseris tuo, uret te, & in fauillam rediget. Fuge igitur sicut tibi suadet gratia ad mon- G  
tana cum Loth, & saluaberis. Fuge, inquam, ad perfectionis celitudinem, quæ te docet  
renunciare seculo & omnibus pompis eius, prout in baptismatis tui professione spopö-  
disti. Sane quū ad illud accessisti, ut Christianæ militiæ sociareris collegio, ac nouæ gra-  
tiæ stipendia sumeres, datis fideiussoribus, diabolo, mundo, & pompis eius te abrenun-  
ciare confessus es. Vide ergo ne promissum tuum irritū facias, neq; fidei tuae uota dis-  
rumpas. Habebis profecto accusatores præuaricationis tuae, habebis ueridicos testes  
testificantes aduersum te, habebis iudicem, qui nullius personam accipit in sua execu-  
tione sententiæ, nulliusq; ueretur potentia. Proinde esto consentiens aduersario tuo, dñ  
in huius peregrinationis es uia, ne tradat te iudici, & iudex tortoribus, de quorum mani-  
bus nūquam liberaberis, nisi solueris usq; ad quadrantem minimum. Aduersarius tuus  
promissio tua est. Quandiu spopondisti exoluis, nullam tibi molestiam irrogat, nullam  
querimoniam agit contra te. Ex præuaricatione tua tibi efficitur aduersarius. Noli  
præuaricari promissum, & amicus erit, testificabitur pro te, teque uictorem ducet ad bra- H  
uium. Redde igitur quod sponte promisisti. Nemo te inuitum duxit ad baptismum, nul-  
lus te compulit uouere, nemo te coegit accedere, neq; blanditijs inuitauit, libera est ec-  
clesia, patet omnibus intrare uolentibus. Nullum abiçit, nemini contradicit, sed uni-  
uersos, tanquam pia mater, de natorum propagatione sollicita admittit confugientes  
ad se. Accessisti, libellum repudiū recitatum coram te audisti. Requisitus an crederes,  
an diabolo, mundo & pompis illius renunciare uelles, uoce clara multis præsentibus  
consensisti, tecq; promittendo debitorem constituesti. Causa tua, uox tua, confessio tua  
agunt contra te, & te reum ostendent, & te acclamabunt mendacem, si obseruare ne-  
glexeris, quod te facturum esse dixisti: lex utique quæ tibi obijcitur, communis est om-  
nibus, qui Christianæ fidei assequuti sunt gratiam. Alter neminem admitteret sancta  
religio, nisi palam confiteretur, quod tu ipse fecisti. Sano itaque consilio utere, cuncta de-  
spice, uniuersa quæ possides, pauperibus tribue, quatenus expeditis gressibus ad il-  
lum ualeas properare qui ait: Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego  
reficiam uos. Tollite iugum meum super uos & discite à me, quia mitis sum & humili-  
corde, & inuenietis requiem animabus uestris: iugū enim meū suave est, & onus meum  
leve.

**A** leue. Requiem proculdubio reperies opulentam, si iugum illius suaue super te sponte suscepis. Non te premet, quoniam leue est, & portantem se portat. Fietque quotidie tibi ex usu delectabile, suaue ex gustu, atque ex Christi imitatione iucundius, propterea accelerata, propria, festina, & uelociter curre ad Christum, qui sibi famulantibus praemissa pollicetur æterna. Te quidem de cœlo descendens sicut ouem errantem quæsluit in terra. Te extensis brachijs, aperto latere, capiteque demissso præstolatur in cruce. Iam debita tua soluit, iam te patrī recōciliauit, ac bonitatis suæ tibi patefecit arcana. Te quoque gratanter ad suum coniuicium nuptiale inuitat, in sua te cupit aggregare familia, ut illi fugiter assistas in spiritu, laudes exhibeas, tua offeras uota, preces effundas, ipsiusque die ac nocte delectabili fruaris præsentia. Porro si illi mundo corde uacare studueris, si eum tota mente dilexeris, spiritualibus te locupletabit diuitijs, sublimabit honoribus, uirtutibus fœcundabit, nec non incerta & occulta sapientia suæ tibi reuelare dignabitur, lætaberis quippe in illo, & ipsi complacabit habitare in te. Tunc absque errore, agnoscet noxias esse mundi delicias, fugitiuos honores, extensos in mundi prosperitatibus laqueos, mortemque uicinam. Agnoscet, inquam, gratiam redemptoris tui, munus prærogatum, inuisibilita bona promissa, atque pro his lætus effectus cantabis, & dices: Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de inferitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus, qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur ut aquilæ iuuentus tua. Huiusmodi sacri amoris spirituалис deuotionis studijs eruditus, sine moerore peregrinationis tuæ iter incedes. Sciens autem hic te ciuitatem non habere manentem, futuram quæ in cœlis est, tota intentione requires.

**Qualiter conuersationem suam ordinat, qui in hoc seculo peregrinum se esse cognoscit.** Cap. XX.



**C** Vísquis sapit, quod à uerè fidelibus opportune sciendum est, minime am-  
bigit se in huius uitæ peregrinari exilio, in quo ex quotidiana experientia  
innumeris se conspicit subiacere periculis. Hinc est quodd seculum hoc a-  
mare non potest, tanquam horis singulis emigraturus ex ipso. Viatoris  
quippe more se præparans sarcinulas suas colligit, lautans cum propheta  
per singulas noctes lectum suum, & stratum suum lacrymis humiliter rigans. Porrò su-  
per sui custodiā uigilat, conuersationem suam prouida discussione gubernat, deordi-  
nata ordinat, deiecta erigit, agenda disponit, sicq; prudenter uiuit, ac si de proximo mo-  
riturus existeret. Beatus qui sicut uitā suam ducit innocié, ut æterni iudicis minime perti-  
mescat aspectū. Beatus, inquam, qui peregrinationē suā syncera mente deplorat, & per  
amoris incendium iugi deuotione suspirat ad patriā, cū Propheta gemebundo corde,  
decantā: Sitiuit anima mea ad Deū fontē uiuū, quādo ueniā & apparebo ante faciem  
Dei. Huiusmodi omnia seculi oblectamenta contēnit, alta despiciens, pertimescit prospic-

D ra, terrenamque substantia in praesentiarum possidere refugit, nolens transeuntium rerum curis, praeter necessitatē oneratus incedere. Quamobre lacessitus iniurias patienter tolerat, irrisus iniuste interitus gaudet, spoliatus exterius eterna prospectat, quemadmodū de quibusdam Apostolus ait: Rapinam bonorū uestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes uos habere meliorem & manentem substantiam. Nam fidei perspicuo irradiatus lumine, ciuitatis supernæ cuius Deus est artifex, cupit esse colonus. Propterea spiritualē libertatē generosus effectus, uniuersa quæ sub cœlo sunt, arbitratur ut stercore, quatenus cœlestium bonorum ipsius, fieri mereatur participatione beatus. Nempe ciuitatis illius excellentiam, angelorum frequentiam, ciuium gloriam, deliciarum opulentiam, mansionum magnitudinem, atque desiderabilium omnium exuberantiam admirans inardescit, concupiscit, gemit, & ait: Quàm dilecta tabernacula tua domine uirtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Rursusque defluentibus lacrymis & corde liquefciente, ô quàm gloria (inquit) dicta sunt de te ciuitas Dei, sicut letarium omnium habitatio est in te. Evidē exilij istius mora cōfectus eo impatientius uiuit, quo patræ cœlestis gaudia clarius intuetur, atque in eam certius post corporis resolutionem ingredi præstolatur. Fit interdum spei in illo succrescente fiducia onerosum

omne quod humanis sensibus famulatur, dum quantum distet inter exilium & patriam, E  
cœlum & terram, uitam & mortem, mœrem & gaudium, veritatem & umbram, æter-  
nitatem & tempus, corruptionem & incorruptionem, felicitatem & miseriam, pertur-  
bationem & pacem, lucem & tenebras, fide propalante cognoscit. Proinde igniti des-  
iderij anxietate permotus, propheticum illud ingemiscens dicit: Heu mihi quia incola-  
tus meus prolongatus est, habitaui cum habitantibus cedar, multum incola fuit anima  
mea. Merito prolongationem incolatus seculi istius ingemiscit quicquid ciuitatis super  
næ claritate inspecta exiliij huius spirituales tenebras contuetur. Huiusmodi tenebras  
mundi nuncupauerim amatores, de quibus dicitur: Et uita erat lux hominum, & lux in  
tenebris lucet, & tenebra eam non comprehendenterunt. Non erat Christus dominus lux,  
quaedam ad hoc descendisset e cœlo, ut mundum sensibilem, & corporeum illuminaret, qui  
per tanta annorum curricula à sole uisibili perceperat lumen, sed spiritualis lux diuinum  
in se habens fulgorem, qua rationalem hominis spiritum de inuisibilibus erudire. Hac  
profecto lucem mentes peccatorum infidelitatis tenebris obuolutæ minime tunc com-  
prehendere valuerunt, quemadmodum nec modo, sicut per Paulum dicitur in quibus  
(inquit) Deus huius seculi, uidelicet diabolus excœauit mentes infidelium, ut non ful-  
geat eis lumen euangelij, & salvi fiant. Nonne rectissime amatores seculi tenebrae uoci-  
rantur, qui Dei cognitione carentes delectationem carnalem, qua letale virus est ani-  
mæ, præponunt spirituali, illamque audius amplectuntur? An non densissimæ tenebrae  
sunt quando toto affectu huic uitæ inhærere satagunt, atque in ipsa, tanquam in patria flo-  
rere desiderant? Quæ tum ex uicissitudine temporum, tum ex successione generatio-  
num sine interuallo uergit ad occasum, more peregrinantum, qui perambulantes ci-  
uitates & castra, nequaquam in eis nisi necessitatibus causa residentes naturali impulsu fe-  
runtur ad patriam? Nam uelint nolint homines, quamdiu in corpore sunt, per hanc uitam  
uiuendo pertranseunt. Nec segnius incedit iacens eo qui currit. Omnes incessibus  
paribus gradiuntur ad mortem, quanquam non eadem hora pertingant. Plerunque tamē  
fit, ut qui futuri arbitrabantur nouissimi sint primi, & primi nouissimi. Nam quemad-  
modum unius cuiusque uitæ incertus est finis, ita properandi ad finem manifestus est cur-  
sus, qui nullo eventu nulliusque uoluntate ualeat retineri quin defluat, & nihilominus filii  
hominum adeò effecti sunt fatui, ut negligant sibi itineris sui præparare uiaticum, illaque  
præmittere ante se, qua eis peregrinatione completa proficiant. Non enim qua ad uitam  
huius usum concessa sunt ad futuram prodeſſe noscuntur. Porro, uiaticum, quod pe-  
regrinantibus nobis optime congruit, est cordis munditia, conscientiae nitor, deuotio-  
nis feruor, compunctionis gemitus, pœnitentiae labor, uitæ sanctitas, uirtutum merita,  
interpellationes sanctorum, eleemosynarumque largitio pro Christo iustis exhibita, di-  
cente domino: Facite uobis amicos de mammona iniquitatibus, ut quum defeceritis, re-  
cipiant uos in æterna tabernacula. Tale uiaticum renunciantes seculo sibi præparare  
studuerunt, propterea festinatione tam alacri supernæ Hierusalem pertingunt ad pa-  
triæ: Habentes quippe uitium, & uestitum, hisque contenti ultra nil querunt. Sci-  
unt non decere Christianum in huius peregrinationis uia, sibi thesaurizare diuitias, H  
cuius coelestis patriæ à domino spondetur hæreditas. Nolite (inquit dominus) the-  
saurizare thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolitur, & ubi fures effodiunt, & fu-  
rantur. Vbi autem thesaurizandum sit, mox intulit: Thesaurizate autem uobis thesa-  
uros in cœlo, ubi nec ærugo nec tinea demolitur, neque fures effodiunt nec furantur.  
Sibi itaque, non posteris in cœlo thesaurizare desudent: longe etenim quam seculi  
amatores prudentiori utuntur consilio. Secum proprios perferunt sudores, diuitiasque  
præmittunt suas, nolentes in sua necessitate positi alienum præstolari suffragium. Cæ-  
terum proprijs thesaurizare liberis, atque nepotibus, nequaquam reprehensibile esse cen-  
suerim, dummodo thesaurizantem immoderatus cumuladi non impellat affectus: sicque  
thesaurizet, ut absque delicto id faciat, quod est rarissimum, atque difficile. Nā si delinquendo

acquirit, insipienter agit. Quid prodest (ait ueritas) homini si mundū uniuersum lucre-  
bit, animæ uero suæ detrimentū patiatur? Noli igitur ô secularibus curis dedite, te ipsum  
perdere, neque animæ tuæ detrimentum facere, ob tuorum amorem filiorū. Quatuor (qua-  
to) obfuere diuitias à parentibus delegatae: Te aliorum experimentū doceat, te defun-  
ctorum

A torum parentum hæredum ingratitudo eruditat, te absentium damna prudentem faciat.  
Non te (oro) seducat natorum affectio, ut te neglecto, ad thesaurizandum illis omne ui-  
ta tuæ studium impendas. Verum si te illis thesaurizare delectat, tibi quoque cum illis the-  
saurizare non pigeat. De his quæ acquiris, egenis tribue, eroga infirmis, pupillis, & ui-  
duis, ut depositum tuum in cœlo accumules, prophetæ exhortationem imitare dicen-  
tes: Frange esurienti panem tuum, & egenos uagoscque induc in domum tuam. Quum ui-  
deris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lu-  
men tuum, & anteibit faciem tuam iustitia tua. Præcedat ergo te iustitia tua, & antece-  
dât te misericordie opera, quatenus te decederet, te patiēte, te postulante assint. Recole-  
dituitis egestatē, qui guttā aquæ flagitando non meruit, quoniam esurienti Lazaro pa-  
nis micam præbere contempserit. O quanta dementia est futuræ uitæ congruentes sibi non  
aggregare diuitias, magisque liberos proprios amare, q̄ se: Quid (oro) prosunt defunctis  
temporalium facultates, affiniuntque successus, gehennæ incendio cruciatis? Quid, in qua  
solati conferunt perlati labores pro adipiscendis dignitatibus, ac magnificanda pro-  
genie? Sic namque uani mortales effecti sunt, ut pluris æstimant temporalem memoriam,  
quam æternam. Hinc est quod alta construunt palatia, signa sua parietibus imprimunt, no-  
menque suum in rumoribus popularibus lætantur esse diffusum. Nec aduentum miseriæ in  
hoc ærumnoso exilio nullius famam esse posse perpetuam, quoniam cum decadentib.  
ipsa pertransit. Quamobrem ô præuaricatores redite ad cor, reuertimini ad iudicium, ô  
mundi istius habitatores & ciues, atque desideriorum uestrorum parumper cohibete ar-  
dorem. Prudenti (quæso) examinatione intelligite errorem uestrum, & mutui quem  
diligitis illecebrosam fallaciam. Rationales propterea conditi estis, ut uerum à fallio, &  
bonū discernatis à malo. Væh (inquit propheta) qui dicitis bonum malū, & malum bo-  
num, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Nonne malū bonum & bonū malū  
esse asseritis, quoties sapientiae salubri neglecto consilio, atque spiritualibus spretis confo-  
lationibus, qua Deum timentibus tribuuntur, impiorū hominum uoluptuoſa itinera se-  
ctari nitimini? Nempe tunc tenebras lucem, & lucem ponitis tenebras, quum momen-  
tanea felicitatem sempiternis præfertis delicijs. Nunquid terrena prosperitas, quum te-  
netur, non fugit: nonne labitur dum stare uidetur? Speciosa quippe tanquam impudi-  
cissima meretrix appetit in facie, & intus tota est deformis, & squalida. Est namque in pro-  
missionib. fallax, & in fallendo ueridica. Insipientium animos blandiendo uulnerat, arris-  
det & spoliat, ut amplectatur uocat & despicit. Sibi inharentes attollit ad horam, hono-  
rabiles reddit, & post paululum à se abjectis esse facit inglorios. Vidi (inquit propheta)  
impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, transiui & ecce non erat, que-  
sui & non est inuenitus locus eius. Et hoc unde? Utique quoniam in lubrico posuit pedem  
suum, atque peregrinationis suæ tenebras arbitratus est lucem. Eoque turpius ad ima dilata-  
plus est, quod immoderatus ad seculi alta conscedit. Vbi (quæso) sunt potentium mi-  
næ, imperiales insulæ, sceptra regalia, & tyrannorum gloria? Quod, inquam, Croesi deu-  
nere diuitias, magnificientia Aſſueri, celeberrima Salomonis fama, ac Romanæ urbis  
undique profusum imperium? Profecto ueluti somnium surgentium sublimitatis illorū ima-  
go ad nihilum redacta est. Stetisset plane si in solio permanentis ciuitatis collocata fuisset.  
Verū quoniam crevit in tempore, ad tempus eniuit, atque cum tempore tranſeundo  
defecit. Defecit prorsus, ac si nunquam fuisset, nullam posteris benedictionē relinques,   
nisi tenuissimam in membranis memoriam. Non autem resurrectura de cætero, quo-  
niam omnis mundi istius species ignis est concremanda incendio, quemadmodum in sui  
constitutione aquarum suis deterſa diluio. Quamobrem quisque fidelis, qui in sanctifica-  
tionis suæ lauacro Christo militare spopondit, tanquam peregrinus & aduena à carna-  
libus desiderijs, quæ aduersus animam certant, se potenter abstineat, perituri seculi obli-  
etamenta despiciat, & tranſeuntia calcando uniuersa pertranseat, quatenus ad æterna  
præmia feliciter proficiendo perueniat, nihil proprium cupiat possi-  
dere in mundo, quem experientia teste innumeris cala-  
mitatibus nouit esse refertum.

D stetisset plane si in solio permanentis ciuitatis collocata fuisset. Verū quoniam crevit in tempore, ad tempus eniuit, atque cum tempore tranſeundo  
defecit. Defecit prorsus, ac si nunquam fuisset, nullam posteris benedictionē relinques, nisi tenuissimam in membranis memoriam. Non autem resurrectura de cætero, quo-  
niam omnis mundi istius species ignis est concremanda incendio, quemadmodum in sui  
constitutione aquarum suis deterſa diluio. Quamobrem quisque fidelis, qui in sanctifica-  
tionis suæ lauacro Christo militare spopondit, tanquam peregrinus & aduena à carna-  
libus desiderijs, quæ aduersus animam certant, se potenter abstineat, perituri seculi obli-  
etamenta despiciat, & tranſeuntia calcando uniuersa pertranseat, quatenus ad æterna  
præmia feliciter proficiendo perueniat, nihil proprium cupiat possi-  
dere in mundo, quem experientia teste innumeris cala-  
mitatibus nouit esse refertum.

**P**Quantis quibusue presens uita sit repleta miserijs. Cap. XXI.

Eregrē proficiscentibus tanto gradiendī labor efficitur minor, quanto via qua pergitur, extiterit planior. Hoc unico materiali exemplo peregrinatio hominū infatuata redarguit cæcitas, q̄ laboriosa uita præsentis itineris, dū cōsiderare dissimulat, q̄ ipsam incessanter peragrange defudat. Re q̄tippe uera talis est hæc uita, ut intollerabilis debeat esse prudētibus, nam insipientib. sicut nulla inest discernēdi ratio, ita neq; dolendi. Vndiq; concupiscentiarū spissis obsita, deceptionū anfractib. dubia, latronib. spiritualibus plena, bellorum tumultuosa frageribus, atq; inimicorū circūsepta fallacijs, adeò ut iustus innocētiā, & humilis corde suam difficillime ualeat seruare munditiam. Nonne (sicut uates cōmemorat) obseruat peccator iustū, & querit mortificare eū, pedibusq; ipsius laqueos tendit, ut recta illius subuertat itinera, uel de substantia eius quicquā decipiēdo furetur? Semper enim sceleratis & infidelibus importabilis fuit uita sanctorū. Hinc est quod aduersus eos confurationes faciunt, rixas cōmouent, & maledicta dissemināt, calumniantur ipsorum operibus bonis, famam denigrare nituntur, detrahunt, dilaniāt, derogant, & contra illos etiam falsa componunt. Quis, quoq; innocentia inter malos uiuere tutus potest, qn Abel germani sui interemptus est gladio, grādævus Noe à filio delusus est, Esau Iacob est ze- latus ad mortem, à fratibus est uenundatus Ioseph, & à Iudeorum pontificibus crucifixus est Christus? Nam quotidie frater fratem, amicus amicum, callida æmulatione la- cessit. Sicq; mortalium inoleuit nequitia, necnon terrena possidendi excrevit cupido, ut naturæ lex, affinitatis naturale uinculum, amicitiarum iura, decreta sanctorum, atq; fraternalæ caritatis mandata, à Christo tradita abolita esse uideantur. Vbiq; ueritas, ubiq; iurgia, in plateis, in foro, in domibus contentiones, obloquiones, æmulationes sunt. Perijt in conuerfatione simplicitas, in societate caritas, in actione iustitia, in loquitione ueritas, & in proximorum necessitate pietas, quemadmodum Propheta uatcina- tūs est dicens: Non est misericordia, non est ueritas, non est scientia Dei in terra. Aspe- xi illam, & ecce uacua erat, & cœlos, & non erat lux in eis. Vidi montes & ecce moue- bantur, & omnes colles conturbati sunt: intuitus sum & ecce non erat iustus, & omne uolatile cœli recessit. Plangenda prorsus est huiusmodi bonitatis carentia, atq; præcep- torum Dei neglecta custodia, qua ex uoluntatum deordinatione provenit. Hinc est quod latrocinia sunt, perpetrantur homicidia, falsa proferuntur testimonia, uolentes opprimuntur innoxij, consummātur adulteria, incestus, fornicationes, sacrilegia, ueneficia, & huiusmodi. Adeoq; sunt uniuersa confusa, ut mundi finis imminere credatur: nā undiq; bella sonant, populi inter se dimicant, gens contra gentem, regnum aduersus re- gnū, ciuitas contra ciuitatem, domus aduersus domum, & proximus cōtra proximum diuisionis occasions quærat. Ceterū quoniā temporib. nostris forte plus quam in præ- teritis generationibus abundauit iniquitas, multorumq; refūgit caritas, propterea su- pra modū desæxiūt clades, frequentant pestilentiae, populū paulatim decrescit nume- rositas, urbes habitatoribus destituūt, antiqua dilabūt mœnia, rura inculta pertrā- eunt, atq; hominū habitacula inueterata deficiunt. Humanæ præterea uitæ abbrevia- tus est cursus, ualetudo defecit, deperditæ sunt uires, & multimodæ ægritudines mortaliū atterunt speciem. Porrò quotidie per Dei ministros futura prædicuntur mala, diuinā flagella crebrescant, mundi incolæ uarijs tribulationibus percutiuntur, & prohdo- lor nulla in hominibus agnoscitur correctio, nulla transactarum culparum cōpunctio, nullumq; ad placandum Dei serientis iustitiā captatur remedium. Quin potius pecca- tum peccato, scelus scelere, & iniquitate augetur iniquitas, iam æternæ ultionis in celo rutilat gladius, iamq; securis ad radicem arboris est posita, ut illā succidat in fructuofaria effectam, ramos & folia in fasciculos ad comburendum ministri colligunt, quoniā inu- tiliter terrā occupat, fructum opportunū domino suo reddere nolēs, & tamē ista adhuc dissimulat uidere peccator, adhuc carnalium mentes uoluptates mortiferas ambire no- cessant. Quid (oro) huiusmodi agerent, si (uti olim consueuerat) mūdi arrideret prospe- ritas, uitæ longæuitas, incolumentas corporis, populorum pax, rerūq; affluentia ad uota suppeterent? Verum quū tribulationum quis totus mundus exuberet, quum uitiorum usū sorde putrefact, quum labente tempore ad sui cōsumptionem sine mora percurrat, nequeatq;

A nequeatq; ab hominibus teneri dum uolunt, tanta nihilominus in quorundam cordib. mortalium uoluptatis uiget fames, tantaq; fruitionis seculi ex ardescit libido, ut natu- ralis discretionis statera seposita, nec Dei iudicium, nec hominum faces, neq; futura sibi minata expauescat in cōmoda. Evidē resipiscere deberet, si uiuēdi legē, uitæ conditio- nē, temporis fluxū, euentus rerum, delectationis in opia, deformitatē scelerū, affectus la- titudinē, uirtutis mercedem, affluentia gratiæ, natura bonū, peregrinationis statum, uig terminū, æternitatisq; uellent considerare profundū. Euocant uniuersa hæc rationalem animā ad cognitionē ueritatis, boniç concupiscentiā, atq; ex animali eam intellectuē ef- ficiunt. Quamobrē inexcusabilis est quisquis seculum immoderatè diligit, negligit se, fu- tura non præuidet, necessaria sibi in uita futura non aggregat, ac gaudia cœlestia obti- nere non cupit. His de causis discretionis prærogatum est lumen, experientiæ accom- modatus est sensus, necnon donum impertitum est gratiæ. Noli igitur ô homo, pruden- tiæ paruipendere munus, atq; cœlestis gratiæ erudimenta despicer. Noli, inquam, ta- lentum ad lucrum spirituale impensum in terrenis occultare negotijs, quatenus ex hoc nō à Deo, sed à creaturis solatiū tuæ peregrinationis excipias. Te solus ille delectet in se, q; fecit te. Tuæ sit ipse delicia, cōsolatio tua, thesaurus tuus, possessio tua, gaudiū tuū, lumē tuū, sapientia tua, finisq; tuus, in quo etiā peregrinando quiescas. Ipse nēpe solus est, qui desideriorum tuorum ualet refrigerare æstus, laudabilia uota perficere, gressus tuos in semitis iustitiæ dirigere, animi motus componere, uitam ueriusq; hominis custo- dire, præbere in certamine uires, conferre gratiam, largiri gloriam, tribuere pacem. Ne uelis ( obsecro ) à mundo ista expetere, ne labentem tenere, neq; fugientem sequi. A Deo in te quære quod diligas, quod teneas, quo fruaris, non per campos liquidos ma- ris, non per prata uirentia, non in auro, non in gemmis, non in fabrefactis ædificijs, non ab hominibus, non ab angelis, neq; ab alia quatuor creatura. In te est regnum Dei, in te est sapientiæ sedes, sponsi reclinatorium, sp̄iritus sancti templum. Tu nāq; es orbe uni- uerso latior, mari profundior, cōcōlo excelsior, pulchrior sideribus, præciosior auro, sole splendidior, suauior balsamo, niueq; candidior, si tamē sis caritatē feruidus, humilitate ornatus, meditatione deuotus, fide plenus, cogitatione rectus, desiderijs inflammatuſ, corde mundus, intentione simplex, actione sollicitus, & morum probitate præclarus. Ista te faciunt dilectum Deo, colendum angelis, imitandum hominibus, daemonibusq; tremendum. Quid igitur tibi cum carne & sanguine, qui diuinam in te gestas imaginē? Quid, inquam, tibi cum mundo & uitis, qui ad hoc conditus esse probaris, ut cœlum concendas, atq; cum angelicis sp̄iritib. beata Dei uisione fruaris? Sanè prælatus es om- nibus, si Deo ueraciter didicēs esse subiectus. Tuam quippe excellētiam propheta ad- miratus est, dicens: Quid ( inquit Deo ) est homo q; memor es eius, aut filius hominis, quia uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eū, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, o- ues & boues uniuersas, insuper, & pecora campi, uolucres cœli, & pisces maris, qui per ambulant semitas maris. Dignare ergo creaturis inordinato subesse affectu, quum na- turalis tibi à Deo collata dignitas, te ceteris omnibus fecerit esse prælatum. Quamob- rem mundum despice, terrena cuncta disperge pauperibus, ut temporali deputiperatū substancialia, libera conscientia imitare ualeas Christum: qui ( sicut Apostolus ait ) quoniam esset diuines, effectus est pauper, ut illius in opia nos diuites esse possemus. Da (qso) Chri- sto, quod etiam retinendo, diu possidere non uales. Verum quū tua uniuersa distracta- ris, minime arbitreris te magna fecisse. Deposuisti quidem onus grauissimum, reddidi- sti debitum, euasisti peccata multa, maxima pérícula, importabilem labore, tentatio- nes uarias, atq; innumerous diabolii laqueos, quoniā omnia hæc cum temporalibus ac terrenis facultatibus probantur esse connexa. Vide autem renunciando seculo ne sis ingratus, insolecas in te, tabescas ignavia, & amore tepescas. Nam quum Deo obtule- ris tua, te quoq; gratanter impende. Nimurum parum præstitisti cuncta erogando, si ne- glexeris tribuere te. Te quippe non tua à te exigit Deus: nam ideo admittit tua, ut facilius postea recipiat te. Tuis non indiget, ut illa poscat à te. Nam si ea ipsi non dederis, nū quid sua esse desierunt? Si esuriero ( inquit per prophetam ) non dicā tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Ceterum te cū tuis, & tua propter te requirit à te. Fili ( ait ) Prover. 23. Laur. Iustin. Y y præbe

præbe mihi non aurum tuum, nō prædia tua, non possessiones, sed cor tuū. Ab ijsce itaq; E  
temporalia tua, & seculo sponte domino tibi suadente renuncia, quatenus expeditus &  
alacer exoneratus, & gaudēs propheticū illud psallēdo decātes: Paratū cor meū Deus,  
paratum cor meū, cantabo & psallam in gloria mea. Exurge gloria mea, exurge psalte-  
rium & cithara, exurgā diluculo. Verū ut huius operis fine faciā, nullū isto præstatiū in-  
hac peregrinatione poteris habere consiliū, q̄ temporaliū facultatiū proprietatiē respu-  
re, illecebrarū carnaliū à te abdicare affectū, atq; diuinæ voluntati te in omnib. syncera  
corde exhibere paratū. Ex hoc triplici spirituali bono sufficientiam, pacem conseque-  
ris & lumen, quo mediante absq; exteriorum inedia, interna pace potitus, exilij istius  
perambulabīs tenebras, perueniesq; ad illum, qui sicut scriptum est, cādor est lucis æter-  
ne, & speculum sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius, vide-  
sicut Iesus Christus dominus noster, cui cum patre & spiritu sancto est sempiternus ho-  
nor & gloria in secula seculorum, Amen.

## DIVI LAURENTII IVSTINI A<sup>P</sup> NI, IN DE SPIRITVALI INTERITV ANIMAE Libellum.

### PRO O E M I V M .



Vm iuxta humanæ usum prudentiē detestabile plurimum sit neglectis  
margaritis & gemmis lapidum quæ sternuntur in via curā gerere, lon-  
ge reprehensibilius esse arbitror, contempta vita animæ, in sola corpo-  
ris incolumitate laborare. Verū ad fātā insipientiā hodiernis tēporib.  
deuoluti sunt homines, ut omne intelligētiē suæ studiū & uniuersum il-  
lis indultu tēpus ad promerendū dilectorū suorū ueniā, in gubernatio-  
ne, & aggregatione terrenarū facultatiū, atq; in corporis uoluptatibus, & protelatione G  
uitæ ipsius instituisse uideant, & ( prohdolor ) circa suarū salutē animarū, adeptiōnēq;  
æternæ uitæ penē nil cogitant. Sic degunt tanquā immortales essent in hoc mūdo, nec  
aduertunt miseri uitæ suæ terminū prorsus esse incertum. O cęca mortaliū, & infatuata  
prudentia, cur cassō labore desudas? Cur non prospicis quid pateris, quid amittis, à quo  
falleris, quò duceris? Redi quælo ad cor tuū: respice paululum à uīs tuis: sanoc; dum ti-  
bi datur consilio utere, ac prudenti examinatione discute, utrum in ueritatis luce ambu-  
les, an in lubrico cordis tui posueris pedem. Recogita, inquam, si ab ipso mundi primor-  
dio, prout appetis cuiquam prærogatum sit semper uiuere. Obserua & hoc, quantū uide  
licet singuli, concessum sit uiuere. Quomodo, qua conditione, quo fine. Multipliciter  
de his experientia tua te sufficienter erudit, ita ut nullo præceptore indigeas præser-  
vum, si mortuorum perlustres tumulos, in ipsiſq; quid iaceat diligenter inspicias: qui in  
eis sunt, fuere quod tu. Tu quoq; post modicū, quod illi es futurus indubie. Ignoras ne  
quia mors nemini parcit, neminem ueretur, nullū excipit cuiuscunq; conditionis sit, sed H  
uniuersos sinu suo complectitur: Siue mas, siue foemina, siue nobilis, seu ignobilis, siue  
diues, siue sit pauper? Quis est ( inquit propheta ) qui uiuet, non uidebit mortem, eruet  
animam suam de manu inferi: Illam si pertulit, quamvis sponte, qui uictor est mortis,  
euadere nō poterit, qui obnoxius est morti. Si immortalis carnis uitā, morte finiuit, illā  
ualebunt superare mortales? Ut quid ergo superuacue retinere niteris, qđ singulis mo-  
mentis ad resolutionem uergit? Quantumcunq; accurate epuleris, quanquam ab omni  
corporali necessitate te protegas, tametsi cunctis naturalibus affluas bonis, uitæ tuæ ter-  
minum à Deo institutum præterire nequibus. Quamobrem noli magnipendere, ut mor-  
tale hoc diu uiuat corpus. Necq; fatigeris nimium, quatenus corruptibile hoc aculeos  
corruptionis non perferat. Circa salutem animæ tuę, quæ naturali dignitate immortalis  
est, uigila. Illius spiritualiē uitam negligere noli. Quoniam sicut si eam contempse-  
ris, morte morietur: ita & si erga ipsius profectum sedulum adhibueris famulatum, du-  
pliciter uiuit. Viuit etenim quamdiu cōtra uitia, & peccata luctatur, atq; per dilectio-  
nis affectum inhæret Deo, qui uera est uita. Moritur autem quoties se ab eodem auer-  
tendo

A tendo per consensum voluntatis, prævia dilectione delinquit. Quamobrem spiritualiē  
animæ uitam, quousq; peregrinaris in mundo ô homo, custodire non desinas, ut ad  
æternam perseverando quādoq; pertingas. Nam quemadmodū spirituali uitā median-  
te, perpetuā anima transit ad uitā: sic spirituali perdurāte in morte sempiterna morte af-  
ficitur illa. Hęc igitur animæ mors, q̄ à multis negligitur, à multisq; non creditur, ualde  
pertimescēda est, atq; à mortalib. quibus corporalis mortis est īdicta necessitas, modis  
omnib. est euītāda. Quod ut facilius perficere queant, ad ipsorum profectum, de eadem  
memorata iam s̄p̄ius specialis tractatus dictandus est, quatenus ī illo tanquam ī spe-  
culo legentium se unusquisq; conspiciat. Clamat itaque ad uitam antequam finiat uitā  
tam, quisquis mortuum se esse cognoverit, ut per gratiam resuscitatus uiuat in uitā. Ca-  
terum qui se uiuere sentit in Christo, nequaquam uitæ semitas deserat, ne forte errando  
in uia, iustissimæ præcipite in mortē. Cum igitur operis huius materiam ex me sufficie-  
ter, ut decet, explicare non ualeam, ueritatis uitæ ô bone Iesu qui es uia, ueritas & uitā:  
paruitati meæ lumen īfundere, quatenus nec per errorem sermonis, neque per delicti cō-  
sensum mortis istius uoluar in tenebris. Mei uero laboris merces, tua sit gloria qui singu-  
lorum merita pensas & uota.

Q VOD V N I V E R S I S R E B V S , Q V A E I N M V N D O S V N T  
preferenda sit anima, quæ peccando moritur spiritualiter & sepa-  
ratur à Christo. Liber I.



C ATURALIS ingenij hoc censura exigit, ut tanto unaquæq; res plurimæ  
estimetur, ac diligētius custodiat, quanto magis est proficia, illiusq; a-  
missio maiorē possidēti iacturā facit. Plurima in hoc mundo, ut cerni-  
mus, ab hominib. possidētur, aurū uidelicet, argentū, gēmae, possessio-  
nes, domus, supellecilia, serui, ancillæ, & huiusmodi multa. Verū nihil  
horū tanti appreiciandū est, quanti rationalis anima, quę uniuersa secu-  
li istius creata dignitate præcellit. Porro si disperdat aurum, si à latronibus diripiatur  
recuperari potest, quemadmodū cuiuscunq; cōditionis tēporales facultates. At uero ani-  
ma si semel amittat, & aduersum se sententiā damnationis excipiat, ulterius recuperari  
non ualeat, nec prece, nec precio, neq; alicuius suffragio, etiā si omnis electorū pro ea in-  
terpellaret societas. Quid autem de animaduersione æternæ damnationis memorē: cū  
neq; ab ipsa spirituali seruitute peccati se p se liberare sufficiat? Non enim ualeat seruus  
proprijs uiribus seipsum, seu alios liberare captiuos: sic nec quis de immundo cōceptus  
semine mundare īmundos. Verū si quisquam delictorum uinculis cōpeditus absolu-  
uitur, non hoc suis ascribat uirtutibus, sed bonitati illius qui ait: Si filius liberabit uōs, ue  
re liberi eritis. Non aut à captiuo captiuus, sed seruus liberabitur à libero. Sicut Apo-  
lūs inquit: Itaq; fratres nō sumus ancillæ filij, sed liberæ. Qua libertate Christus nos libe-  
rauit. Cæterum ut scias neminem nisi Dei filium Deum, & dominū nostrum ab hu-  
iustmodi captiuitate liberum esse, prophetam audi: Omnes sicut oves errauimus, unus  
quisq; declinavit in uitā suam. Et psaltes ait: Dominus prospexit super filios hominum, Psal. 13  
ut uideat si est intelligens, aut requirens Deum: Omnes declinauerunt simul inutiles fa-  
cti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unum. Quoniam igitur uniuersi-  
tatem oves perditæ errauerunt, & effecti sunt inutiles, in obligationes declinauerunt pec-  
cati. Ideo uenit ad captiuos liberare euangelizare pacem, sanitatem donare, & pristinā re-  
stituere libertatem, quēmadmodum longe antè propheticō ore uaticinatum est. Sice-  
nim legitur: Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperi-  
bus misit me, sanare cōtritos corde, prædicare captiuis remissionē & cācis uisum, dimic-  
tere contractos in remissionem, prædicare annum domini acceptū, & diem retributio-  
nis. Descendit itaq; Dei filius homo factus ad homines, qui diabolicæ tyrannidis q̄nq;  
iis captiui tenebantur: illosq; dominationis suæ potestate liberauit. Non solum autem cap-  
tiuos liberauit, uerūmetiam mortuos misericorditer suscitauit. Non, inquā, illos mor-  
tuos, qui exanimis iacent in tumulis suo tempore cum corporibus suscitandi: sed & in  
pos, qui adhuc in carne uiuentes in spiritu sunt defuncti. Illos uero in spiritu dixerim  
Laur. Justin.

Yy 2 mortuos,

1. Tim. 5

mortuos, qui ob peccati consensum peccandi propositū præceptorum Deliterna de E  
relinquent. Ipsa, inquit, mors est animæ, q̄ delinquentem à Dei caritate & sanctorum cō  
sortio efficit alienum, de qua apostolus ait: Vidua in delicijs uiuens mortua est. Verum  
quamvis corporalis mors sit ex parte plangenda: spiritualis tamen per amplius, quoniam  
perniciosior est, & sic mortuum sibi ipsi reddit ignotū, ut cum omnes carnis suæ exple-  
uerit uoluptates, tunc arbitretur se uiuere, eo iocundius eoq; felicius, quo in uitiorum  
uolutabro iacuerit magis obrutus atq; sepultus. Mirandum prorsus est hoc cum cōpas-  
sione spectaculum. Intueri scilicet uirum iocis deditū, uacantē fabulis, pro adipiscendis  
terrenis diuitiis insudantem, non timentem Deum, nescientē se ultro tendere ad interi-  
tum sempiternū. Pessima profecto est mors ista meritoq; lugenda, que euertit naturę or-  
dinem, bonū auferit gratiæ, reddit hominē inimicum Deo, à seipso alienat peccantem, si  
biq; ipsi contrarium facit, tollit merita, ab unitate diuidit, claudit cœlum, seueritatem al-  
tiſſimi irritat, repellit angelos, lætitificat dæmones, & temporalem mortem, niſi interue-  
niat poenitentia, efficit perpetuam. Huiusmodi quicunq; incurrexit mortem, non niſi ex p  
gratuita Dei miseratione, & interpellatione resurgit ad uitā. Quemadmodū præfigurat  
illi tres mortui à domino fuscitati, de quibus euangelica narrat historia: lacebat quippe  
puella quædam in domo exanimis, tibicinum & turbarum tumultuantium numero-  
ritate stipata: cuius pater accessit ad Christum, supplicer flagitans, ut domum suam di-  
gnaretur ingredi: abijt ille & expulsis incredulis, extinctam tetigit manu, erexit, atq; ui-  
tae pristinæ restitutæ obtulit genitori. Ibat præterea aliquando idem dominus in Naym  
ciuitatem, & ecce defunctus efferebatur unicus filius uiduæ matris, cuius exequias co-  
mitabantur multi, plangentis igitur matris, & cæterorum compassionem permotus man-  
dauit deponi feretrum & iacenti ait: Adolescens tibi dico surge: qui mox ad uocem im-  
perantis, coram omnibus resedit: sicq; genitrici suæ mōrenti uiuus est redditus. Foete-  
bat deniq; in monumento Lazarus quadriduanus iam mortuus, ad quem resuscitandū  
pergens Saluator astantib; populis clara uoce protulit dicēs: Lazare ueni foras, statimq;  
pdijt uiuus, qui fuerat mortuus, ligatis manibus & pedib; institis. Iussit autē discipulis, ut G  
illum soluerent, & abire sinerent. Sicq; factū est. Humilis igit ac fidelis postulatio patris  
defunctæ filiæ uitæ promeruit. Eia contemplatione lacrymarū uiduæ matris elatus ado-  
lescens eidem uiuus est traditus. Ob amorem fidemq; sororū lugentium, ipse dominus  
quadridianum foetidum abstraxit è tumulo, quatenus indicaret uniuersis quantum a-  
pud dominum supplicantis oratio prosit. Patet itaq; quod unusquisq; ualet sponte mo-  
ri, minime uero sua uolūtate resurgere. Quonāmodo per se potest resurgere, qui uitalis  
gratiæ vegetatione caret, & internorū sensu laudabilis priuatus est usu? Adeo ut merito  
illi coaptet, qd simulacris gentiū p prophetā dicif: Os habent & non loquent: Oculos  
habēt & nō uidebunt: Aures habēt, & nō audiēt: Nares habēt, & nō odorabūt: Manus  
habent, & non palpabunt: Pedes habent, & non ambulabunt, non clamabunt in guttu  
resuo. Solius ergo diuinæ uirtutis est opus, animam letali peccato detētam reuocare  
ad uitam. Hoc uero cum perficitur, gaudent angeli, atq; archangeli, omniscq; beatorum

Psal. 133.134  
Luc. 15  
Luc. 15

spirituum letatur societas, dicente domino: Gaudium est in cœlis coram angelis Dei su  
per uno peccatore poenitentiam agēte, magis, quam supra nonaginta uenī iustis, qui  
non indigent poenitentia. Lætatur, inquam, etiam mater ecclesia, nō tamen ea perfectio  
ne, eoq; contubernio caritatis, quo illi. Quoniam ambulans perfidem, & in corruptibi  
libus adhuc corporibus degens longe meritis & dilectione inæqualis est illis, qui sin-  
gillatim iustificatorum sciunt nomina, quod omnino ignorat ecclesia. Hinc est qd p om  
nium salute sollicita pro uniuersis fundit ad dominū preces, excipiendo nemine, nullūq;  
damnando. Nam sogenæ cōparatur, que bonorum & malorum in se continens multitu  
dinē, omnes dicit ad littus, quatenus boni in eo secernātur à malis. Hoc ipsa nequaquam  
ualet, quamdiu in mare præsentis seculi fluctibus agitatur. Veniet tēpus cum & ipsa ap  
plicabit ad littus, expleto uidelicet huius peregrinationis cursu, tūc mittentur angeli, &  
reprobos separabunt de medio iustorum, illosq; mittent in caminum ignis ardoris, ibi  
erit fletus & stridor dentium. Humili igitur freta prudentia absque personarū acceptio-  
ne cunctos amplissimo caritatis sinu suscipit confluentes ad se, in quibus recte fidei sit  
uocalis confessio. Nam de cordis credulitate quæ iustificat hominem, nihil discerne-  
re audet.

A reaudet relinquentis huiusmodi examen ei, cui soli secreta cordium sunt nota. Hinc quo  
rundam præsumptuosorum est redarguēda temeritas, qui nedum proximorum opera  
discutiunt, uerum etiam alieni cordis se faciunt iudices. Volunt quippe iudicare quales  
sint hominum cogitationes, quibus ducantur affectionibus, qua intentione operentur,  
quotū spiritu moueantur, quod omnino non licet. Cum nemo scire ualeat quid agatur  
in homine, niſi spiritus hominis qui in illo est, quanquam persæpe contingat, q; sibi ipsi  
ignotus sit. Diuinam in se tales reflectunt autoritatē, q; interiorū sola est capax, dū intē  
tionū, cogitationūq; abdita penetrare posse se putant. De his legitur sic: Ambulabunt  
in tenebris sicut in meridie. Porro quemadmodum in meridie, ita illi in tenebris ambu-  
lare dicendi sunt, qui mentum proximorum profunda consilia curiosa inuestigatione  
perlustrant. Et ex hoc iudicia temeraria contingentes, in nocte ignorantiae ambulan-  
tes, meridiem se aspexisse exultant. Tales apostolus redarguēs ait: Nolite ante tempus  
iudicare, quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebra rum, & ma-  
nifestabit consilia cordium. Precauenda prorsus sunt à fidelibus ista iudicia, q; absq; pec-  
cato fieri nequeunt, cū ex quadā cordis, ut plurimū, temeritate prouenant. Ipsi soli cor-  
dium sunt humili ter resuanda iudicia, qui in æquitate iudicaturus est orbē. Luceq; sua  
singulorum hominū latebras intuetur, & sapientia sua uniuersa discernit, adeo ut quic-  
quam ei latere non possit, dicente apostolo: Viuus est Dei sermo & efficax, & penetra  
bilio omni gladio ancipiti, pertingens usq; ad diuisionem animæ, ac sp̄ritus, cōpagūq;  
& medullarum, & discretor cogitationum, & intentionū cordis. Ita ut nulla creatura in-  
uisibilis sit ei: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Quamobrē sicut nemo iudi-  
candus, ita nemo est ab homine damnandus, quantumcunq; scelestus & malus, quam-  
diu in hac peregrinatione subsistit. Quoniā Dei iudicia, quæ erga hominum salutē exer-  
centur, incomprehensibilia sunt, adeo, ut nullus sit, qui in eorū consideratione nō clau-  
dicet. Nam eueniē sāpe cognoscimus, ut qui heri nequam fuit, hodie efficiatur bonus.  
Et qui gehennæ filius existimabatur, in filiorum Dei sit numero computatus. Ad reſe-  
canda itaq; temeraria iudicia, zizaniorum nobis dominus in euāgelio parabolā posuit,  
in qua illos cōpescuit, qui ante tempus messem illā euellere cupiebant, dicēs: Sinite u-  
tracq; crescere, ne forte eradicare uolentes zizaniā, pariter cum illis eradicetis & triticū.  
Sic plane in iudicandis proximorū meritis frequentissime cōtingit, ut damnetur iustus,  
accusetur innocens, & electus à Deo reprobus existimetur. Quid ( quæſo ) ante con-  
uersionem Paulus fuit? Nonne lupus rapax, persecutor sœuus, importunus insidiator,  
tabidusq; occisor? De illo quippe sic legitur: Saulus adhuc spirans in inarum & cædis in  
discipulos domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Dama-  
scū ad synagogas, ut si quos inuenisset huius uię uiros ac mulieres, uincitos pduceret in  
Hierusalē. At uero ut prostratus est solo, corporis cæcitate percussus, uocatusq; de cœ-  
lo: Saule Saule quid me persequeris? agniculo factus mansuetior ait: Domine quid me ibid.  
uis facere? Quis illum gratia Dei arbitratus non fuisset indignum, cum uidisset eum  
dem discurrere, Christianos rapere, ligare, trahere, uerberare, occidere? Nihilominus  
D uas electionis erat præcipuum, ad prædicandum nomen domini coram regibus, & gen-  
tibus, & filiis Israel. Maximum in Paulo nobis iudicandi neminem præbetur exemplū,  
qui tanta celeritate, tantaq; cum gratiarum abundantia in uirum mutatus est alterum, fa-  
ctusq; est præclarum lumen mundi, gentium doctor egregius, apostolorū collega præ-  
cipius, ac ecclesiarum solitus gubernator. Erat priusq; uocaretur Matthæus publicanus,  
lucris deditus immoderatis, telonio publice in seruens, sola quæ mundi sunt, que  
rens, & à sanctorum contubernio segregatus. Hunc uidit dominus, uocauit ad se, in eis  
fus domo discubuit, traxit è seculo, & euangelistam fecit. De iustificata peccatrice quid  
in memorem, quæ inspirata diuinitus, in meliusq; mutata facinora sua deplorando cor-  
rexit? Nam accessit ad Christum cum multis in conuiuio residentem, securus pedes ipsius  
sedit, quos lauit lacrymis, crine detersit, osculata est labijs, linuit unguento, nec inde  
discessit, donec commendata ipsius fide deuota, audire promeruit, fides tua te saluam fe-  
cit, uade in pace. Nullus igitur desperet de se, neq; diffidat de altero, ueniam apud domi-  
num posse reperi, & gratiam. Cum agnoscit de Saulo Paulum, de publicano aposto-  
lum, & de famosa peccatrice Dei sapientiam discipulam sibi effecisse carissimā. Omnes

Laur. iustin.

Yy 3 hi ui-

Psal. 81

1. Cor. 4

Heb. 4

Heb. 4

Math. 13

Act. 9

Math. 9

**Hi uiuentes in corpore, mortui in anima erant, & tamen per gratiam resuscitati sumus.** **Exo. 15** **B** **Excellenter, quam prius. Vis nosse in carne adhuc degentem, in spiritu mortuum fuisse resuscitatum ad uitam? Parabolam adolescentis recole, qui consumptus cum meretricibus, patrimonio, famis tabe confectus, poenitendo ad patrem rediens humanissime exceptus est, prima stola induitus, ornatus anulo, atque uituli saginati est cibatus edulio, propter quod inuidus frater maior indignatus, atque correptus a patre audiuit: Gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus fuerat, & reuixit, perierat & inuentus est. O quantus est haec gratia commendanda quod de attrito contritus, de impiis iustum, & de noxio innocentem facit. Equid huius gratiae occasione offendunt multi & pereunt, trahunturque ad interitum sempiternum, dum illam putant ad uota sibi posse prestari. Attendant quam bonus sit Deus, quam misericors, quamue prae stabilis super malitia hominum, atque ex quotidianis conuerisionibus peccatorum. Ipsum erga poenitentes intelligunt esse placabilem, presertim cum per prophetam pollicitus sit, dicens: Quotiescumque peccator ingemuerit, non recordabor amplius ini-**

**Ibid.** **quitatum suarum. Iterumque, Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis, quae per operatus est, & custodierit omnia pracepta mea, & fecerit iudicium, & iustitiam, uita uiuet, & non morietur, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. In iustitia sua, quam operatus est, uiuet. Nunquid uoluntatis meae est mors impiorum dicit dominus Deus: Et non ut couerterat a uis suis & uiuat: His atque huiusmodi scripturarum testimonijs per quae ineffabilis Dei misericordia commendatur: nec non ex repentina mutatione delinquentium plurimum sibi ipsius de diuina pietate applaudunt. Et quod in alijs actis suis conspiciunt, in se quoque ad libitum futurum esse non dubitant. Hinc est quod tardat conuerti ad dominum, & tanquam de cunctis facinoribus indulgentia adepturi in fine uitae, omnise prostrauit uoluptati. Fit uero, per quam saepe ex diuino iudicio, ut inopinatis intereant casibus, & uenia careant, qui gratiam sibi neglexerunt oblatam. Quamobrem sicut non est de misericordia Dei desperandum, ita nec de gratia presumendum. Quisque propheticus sit eruditus oraculo, quo ait: Quærite dominum dum inueniri potest, inuocate eum dum prope est, pro seipso sollicitus sit, & dum habet congruum poenitendi tempus, non differat de die in diem conuerti ad dominum: sed incerta mortis hora suspectus uitam suam emendet, reatus plangat, imploret gratiam, postuletque indulgentiam: scriptumque esse meminerit de uirginibus fatuis, quae ante ianuam nuptiarum clausam uocem ingeminantes dicebant: Domine domine aperi nobis, audisse: Amen dico uobis nescio uos. Vigilate itaque, quia nescitis diem neque horam. Quoniam uero ab humulis longe distant diuina iudicia, & nemo scit utrum odio, an amore sit dignus, quilibet bonis intentus operibus, cordis humilitatem custodiat, & de propria minime presumat iustitia, ne forte, si iustus est, presumendo efficiatur iniustus, atque ex elationis culpa praerogatam amittat gratiam. Studeat præterea iudicare neminem, ne ex hoc grauius ipse iudicetur, dicente domino: Nolite iudicare, ut non iudicemini, nolite condemnare, ut non condemnemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quin potius si quempiam uiderit ueritatis luce priuatum per anfractus uitiorum deuiendo effluere, ac damnabilitera perpetrare dilecta, eidem compatiatur ex corde, manum si uellet H porrigat, exhortationis exhibeat uerba, atque pro illo Dei clementiam interpellare non desinat. Si forte cōpunctus, alienoque adiutus suffragio euigilet, & uiuus reperiat in corpore, **q** paulo ante ob peccata sua tanquam membrum putridum fuerat a sanctorum congregatione praecisus, & in anima mortuus. Extraneus prorsus a Dei caritate, quod proximum, ut seipsum mandat diligere, ille dicendus est, quod proximum agnoscit in sceleribus suis iacere exanimem, nec non nisi reliquerit incendiis esse deputandum perpetuis, & nullo compassionis stimulo permouetur. Membra quippe sumus corporis Christi caritate colligata, atque nutrita, propter quod oportet gaudere cum gaudientibus, & flere cum flentibus. Nam si in corpore nostro mortali uno patiente membro compatiuntur & cetera, uno languente ministrant reliqua, quanto magis in ecclesiæ corpore debemus inuicem communicare dona, onera portare, necessitatibus subuenire, atque congaudere in prosperis: Porro in unoquoque nostrum dominus formam fraternali dilectionis instituit, quatenus ipsa natura nos doceat hoc nos debere agere in proximo, quod eadem in nobis perficit, atque tanquam nosmetipso scire diligere. Naturæ itaque iura uiolat, diuinæ legis mandata transreditur,**

**A** **transreditur, humanitatis dirumpit foedera quisquis proximo detrahit, laborantem non adiuuat, cadenti non condoleret, errantemque orando seu obsecrando, siue increpando ad rectitudinis uiam reuocare contempsit. Nam Dei dilectionem hinc se denegare demonstrat, qui proximorum parvus pendit salutem, atque in ecclesiæ corpore inutile membrum se esse satetur, si super mortuam fratris animam nullo moeroris agitetur impulsu. Ceterum ille omnino beatus est, qui ex intimitis medullis cordis cōpatiendo cadentibus omni qua ualeat, instantia eosdem conatur erigere. Nam si apud dominum digna nequaquam mercede carebit, quicunque sicutenti proximo aquæ frigidæ tribuerit potum, quid accepturus sit, qui defunctæ animæ, ac sub delictorum mole sepultæ, spūalis uite gratiam a domino obtinere meruerit, sapiens quisque dījudicet. Maxima profectio uirtus est, iuge sacrificium, acceptabile opus, suauissimum holocaustum in cōspectu altissimi mirifice redolens, intentione recta, corde humili, & absque sui detrimento, spūalibus proximorum utilitatibus inseruire. In hoc uera erga dominum probatur esse dilectio dicente domino ad Petrum: Si diligis me, pasce oves meas. Hinc est quod sancti Ioan. 21**

**B** **tam infatigabiliter, tamque fideliter animarum incubuere profectibus magnum arbitrantes quæstum posse reddere emendatos Christo, quos honorum omnium aduersarii fraudulerat. Id uero, ut abundantius perficere possent ieiunijs, ac uigilijs se se attiruerunt. Cum lachrymis & gemitibus in orationibus per noctuere frequenter. Innumerabilis penè librorum uolumina considerunt, peragratunt prouincias, maria transierunt, urbes proprias reliquerunt, facultates, propinquos & notos. Ipsum quippe dominum lesum imitatis sunt, qui ut humani generis aboleret contagia in crucis ara confixus, proprii corporis effuso cruento, semel ipsum Deo patri holocaustum fecit. Tanti siquidem fuit meritum huius sacratissimi sanguinis sancta libatio, ut placaret dominum, animaduersiōis æternæ mutaret sententiam, originalis culpa relaxaret debita, dispersos Dei filios reuocaret ad pacem, æternitatis aditum deuicta morte referaret, atque poenitentes uerae immortalitatis reportaret in gremium. Nec mirum, si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis uitulae aspersus, sicut apostolus ait: Inquinatos sanctificat ad emendationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum, Deo emundabit conscientiam uestram ab operibus mortuis ad seruendum Deo ueniens: Hoc unico sacrificio fideles redemptionis percipiunt meritum, adoptionis consequuntur gratiam, & filiorum Dei annumerantur in sorte. Quotquot modi istius sunt effecti participes, alieni a Deo esse non possunt. Nam & si ab ouili Christi segregentur ad tempus, quanquam diabolice tyrannidē seruili iugo premantur, quamvis uenundati sub peccato se æternæ mortis reddant obnoxios, minime tamquam peribunt in fine, quoniam ues sunt illius sanguine redemptæ, qui ait: Ego sum pastor bonus, & cognosco ues meas, & cognoscunt me meæ. Et animam meam ponio pro ouibus meis, & uitam æternam do eis. De ipsis ouibus inquit Apostolus: Nouit dominus, qui sunt eius. Alioquin in loco dicit: Quis accusabit aduersus electos Dei, Deus qui iustificat. Quis est, qui cōdemnet Iesum Christus qui mortuus est: immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos separabit a caritate Christi: Tribulatio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius: Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angelus, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Vides quantum efficaciam habeat in prædestinatis ouibus mors Christi, quantumque operetur: Cernis, inquam hoc sacrificium sanguinis quantum apud Deum in celis ualeat, & quam melius loquatur, quam sanguis Abel. Ille siquidem de fraticida condignam expetebat ultionem: iste pro suis crucifixoribus indulgentiam postulabat dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ille reatum unius impunitum esse solebat. Iste uniuersorum errata diluebat, quemadmodum de eo sic legitur: Gratia uobis & pax a Deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terre. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ille, inquam, in delictis mortuum destinari uolebat ad interitum æternorum: iste mortuos resuscitare uolebat, restituere Deo, & coaptare ad gloriam. Nullum sacrificium isto magis poterat esse proficuum, per quod agnus occisus ueraciter immolatur & uiuit. Occisus quippe**

**D** **an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius: Certus sum enim quia neque mors, neque uita, neque angelus, neque principatus, neque uirtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quae est in Christo Iesu domino nostro. Vides quantum efficaciam habeat in prædestinatis ouibus mors Christi, quantumque operetur: Cernis, inquam hoc sacrificium sanguinis quantum apud Deum in celis ualeat, & quam melius loquatur, quam sanguis Abel. Ille siquidem de fraticida condignam expetebat ultionem: iste pro suis crucifixoribus indulgentiam postulabat dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ille reatum unius impunitum esse solebat. Iste uniuersorum errata diluebat, quemadmodum de eo sic legitur: Gratia uobis & pax a Deo patre, & domino nostro Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terre. Qui dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Ille, inquam, in delictis mortuum destinari uolebat ad interitum æternorum: iste mortuos resuscitare uolebat, restituere Deo, & coaptare ad gloriam. Nullum sacrificium isto magis poterat esse proficuum, per quod agnus occisus ueraciter immolatur & uiuit. Occisus quippe Apoc. 1**

pe est corpore. Immolatus pro saluandis & uiuit in uerbo, ad interpellandū pro nobis. E  
 1.Ioan.2 Nam per Ioannem dicitur: Si quis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Huius profectio uenerandi sacrificij immolati agni figura præcessit in lege, quādo in exitu Israel de Aegypto à deo per Moysēm iussum est, ut per familias singulas agnus anniculus interimeretur, assaret igni, atq; ab omnibus profecturis cum capite & intestinis manderetur. De cuius uideli cet sanguine Hebræorū postes ungerentur, ne transeunte angelo, qui Aegyptiorū primogenita percussurus erat, de habitatoribus domorum in quibus esset occisus agnus, quenquā deuastare præsumeret. Quis sit iste agnus qui occisus māducatur & uiuit, pro

Esa.53 pheta insinuans ait: Sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tendente se sic nō aperuit os suum. Ipse quoq; de seipso per prophetam alium dicit: Et ego tanquā agnus, qui portatur ad victimam, ductus sum & non cognoui consilia eorum dicentium: Venite mittamus lignum in panē eius, & eradamus eum de terra uiuentiū. De hoc

Hier.11.51 Ioh.1 eodem agno Ioannes Baptista inquit: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Vi dicit coram se ambularem dominū Iesum: omniumq; ipsum in spiritu agnouisse redēptorem, & ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sanè agnus iste innocens, & immaculatus, qui nullum habet peccatum, tollit peccata mundi, & spiritualem uitam dat mortuis, quoniam solus inter mortuos ab omni cōtagione delicti extitit liber, adeo ut morti addictos, & in lacum miseriarum demersos, gratiæ reuocaret ad uitam. Quemadmodum propheta testatus est dicens: Tu autem in sanguine testamenti eduxisti uitios de lacu, in quo non erat aqua. In uirtute igitur sanguinis Christi innocentissimi & ueri agni, ab Aegyptiaca dæmonum seruitute liberati sunt mortui. Et de claustris inferorum, qui illum præcesserunt educti sunt iusti, quatenus saluator & redemptor nostri defunctorum resurrectio merito diceretur & uita. Illorum uidelicet, qui non aeternaliuer, sed spiritualiter detenti in corpore mortui sunt. Nam his qui sine uenia decesserunt, omnis prorsus resurgendi ad uitam ablata est spes. Resurgent quidem non ad uitā, sed ad supplicium. Omnes, inquit apostolus, resurgent, sed non omnes immutabimur. Soli resuscitati immutabuntur, qui priusq; peregrinationis huius cursus perficerent, per gratiam & pœnitentiam resurrexerūt ad uitam, & adhæserunt corpori Christi per caritatis vinculum, quo singula compacta & connexa sunt mēbra. Ceteri uero minime immutabuntur: sed tantum cum corporibus suis resurgent gehennæ incendio concremādi. De quibus dominus ait: Ite maledicti in ignem aeternum, qui paratus est diabolo et angelis eius. Merito maledicti uocantur, qui benedictione carent caelesti, diuino suffragio, omniq; correctionis fiducia, utpote qui intelligere noluerūt, ut bene agerent, neq; iuxta eruditionem propheticam uoluerunt præuidere futura. Carnalium siquidem uoluptatum debriati dulcedine, tam effrenate uisibilia dilexerunt, ut summum & incontaminabile bonum spernerent, uocantis abigerent gratiam, seq; admonentium rudimenta despicerent. Quamobrem aeternis iustissime hi sunt cruciatibus deterendi, qui eterni Dei noluerunt obtemperare mandatis. Immortalem ipsius imaginem turpissime fecerunt, atq; pro unius momenti saturanda ingluvię, epulas contempnere cœlestes. Taliū H

Zach.6 Esaū gerebat similitudinem, qui modice lenticulę desiderio flagrans, primogeniture sibi debitę nō expauit uenundare thesaurū. Vnde à fratre quoq; illius benedictione precepta, indulgentiam postea, quād cum lacrymis expetit, obtinere non ualuit. Absq; uila igitur spe uenię & interminabili multandi sunt poena, atq; immortalis patris equissime sunt benedictione priuandi, qui delinquendi auditate semper accensi, pro caducis, ac uilissimis bonis præmia eterna repudiant. O peccantium intemperata uoluptas: O mortalium cœca cupidio, cur tam perniciose seduceris, quare sic uitiorum iugo deprimeris? Redi, queso ad rationis tue iudicium, reuertere ad correctionem cordis, & diligenter obserua à quo falleris, quā duceris, quō tendis, quidū agere niteris. Conaris utiq; rapido curiu defluentem coercere aquam, mariscq; seculi istius tumētem sedare procēllam, dum labentis temporis motum concupiscis, ut non pretereat, atq; corruptibilis carnis uoluptuosa uis fruitione legit. Transit hic mundus & concupiscentia eius, & ille contendit tenere, ne transeat. Quot præterit generations agere uoluerunt, quod tu, & minime ualuerunt; Quin potius cum defluente pariter & ipse collapsus.

I Cor.15 lex

A lex indicta est temporis, ut cuncta post se temporalia rapiat, nihilq; firmum sub sole subsistat. Sapientem audi, quid dicat: Quid est quod fuit: ipsum quod futurū est. Quid est, quod factū est: ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum. Nec ualeat quisquam dicere. Ecce hoc recens est. Omnia temporalia transeunt: cuncta sub sole creata deficiuntur uniuersa quæ in terra mouentur, uiuendo senescunt. Dum igitur temporalia uis seu tempus ipsum in terris cohibere ne transeat, nequaquam percipis, quia cum habentibus tu quoq; pertransis. Nonne aduertis, quod tamdiu in hoc desudas conflictu, ac tua eosq; cogitatione deluderis, donec corporalis resolutionis interueniente hora excipiaris de medio captiuus & nudus? Sanè tunc stare potuisses, tunc sine mutabilitate, quandoq; gaudere, si mentis tuae obtutu temporalia cuncta transeundo, aeternitatem Dei conspiceres uoluisses, & in effabilibus bonis supernæ Hierusalē electis omnibus post istius peregrinationis cursum feliciter donandis, oblectatum esset cor tuum, atq; pro eisdem ad pescendis uniuersum laboris tui studiū expendere delegisses. Illa profectio à suis dilectoribus facilius obtainentur, quād quæ fugitiui seculi uoluptas amplectitur carius, & dulcius tenentur, ac felicius possidentur. Quamobrem ô homo si te delectat absq; ulla uicissitudine subsistere, & sine aliquo interueniente mœrore iocundari, dilige quod sempiternū est, quod beatū, quod immutable, quod non uariatur casibus, quod non subiacet mutabilitati, nec pendet ex aliquo, nec aliquo indiget. Sed ex se aeternum habet esse in seipso, gaudens de se, semper est quod est. Non capiens mortū, constituens tempus, creaturis uniuersis tribuens esse, immutabiliter mutans omnia, ubiq; praesens, cuncta cōpletat, dījudicans singula, perlustrans abdita, obliqua dirigen, puniens peruersa, collapsa erigens, remunerans merita, & gaudia superna cōmunicans. Sine cuius lumine uerum nemo uidet lumen. Sine cuius protectione nullus stare potest. Sine cuius uirtute nemo spiritibus immundis resistere sufficit. Sine cuius suffragio extenso in hoc mundo laqueos nullus potest euadere. Sine cuius gratia nemini tribuitur laudabiliter uiuere. Sine cuius uisione, nullus ualeat beatus esse. Illi si concupiscis aeternaliter uiuere, caritatis uinculis inhærere studeas. Alioquin si te elongaueris ab ipso, quod accepisti, amites bonum & peribis. Sicut propheta de eo loquitur, dicens: Domine qui elongant se a te peribunt, perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Quoniam perdantur, & ad consumptionem ueniant. Idem alio inquit in loco: Ad nihilum deuenient, tanquam aqua decurrēs. Porro qui se elongant à Deo, qui summum & uerum, ac sempiternum est bonum delinquent, & peccando in nihilum tendunt. Nempe quemadmodum peccatum nihil est: ita qui uoluntarie peccat, uergit ad nihilum, & perseverando efficitur nihil, nō substantialiter, sed effectiue. Claret procul dubio quod unaquæq; res tanto diutius perdurat in eo quod est, quanto solidius est fundamentum, cui inhæret, illiq; efficacius conformatur. Quamobrem sicut qui adhæret deo, unus spiritus fit cum eo, & qui copulatur uxori, caro una dicitur, ita & qui innititur nihilo, efficitur nihil. Quo nihil est inselicius, nihil abiectius, nihil turpius. Vide quād lugenda, quām perniciosa est peccatum conditio, qui unde stare, ac seculi uoluptatibus frui conantur. Inde miserabilius

D corrunt, ut non sint, sicut propheta commemorat dicens: Non sic impij non sic, sed tanquam puluis quem proīcit uentus à facie terræ. Iustus ē contratio, quoniam contempsit mundi huius fugitiū, ac deceptoris bonis figitur in eo, qui est & semper perseuerat in bono. Nec desicere ualeat dicente domino per prophetam: Qui confidunt in domino sicut mons Sion, non commouebitur in aeternum qui habitat in Hierusalem. Quodammodo potest desicere, seu commoueri, qui spiritualis suæ domus in excelso monte, & in petra durissima fundamenta locauit: Non in monte materiali, siue uisibili, sed in spirituali & aeterno, de quo per prophetam dicitur: Et erit in nouissimis diebus mons domini præparatus in uertice montium, & fluent ad eum omnes colles. De eodem quoq; in psalmis sic legitur: Mons Dei mons pinguis, mons coagulatus, mons pinquis. Ut quid iuspicamini montes coagulatos. Mons in quo bene placitum est. Deo habitare, in eo etenim dominus habitabit in finē. Sane mons iste ceteris est celiōr, pascuis pinguior, delectabilior amoenitate, atq; ubertate sœcundior, quoniam in illo uniuersoru dominus inhabitare dignatur. Hinc est quod, sicut propheta commemorat, montes reliqui omnes, uidelicet angelii, & glorificati sancti, qui ob eorum sublimen gloriam mo-  
psal.73  
2.Cor.6 tes me-

psal.124 Mich.4 Psal.67 lex

**B**es merito nuncupantur, in eius circuitu sunt, non ut illum protegant, cum per se muni-  
tissimus sit, sed ut ex eo percipient unde nutriantur, & uiuant. Nam quicquid habet qui  
cunq; beati sunt, & de quo laetantur, de monte isto suauiter carpunt, ac de illo amabili-  
ter ad satietatem sumentes aeternaliter uiuunt. Verum rationabiliter in circuitu huius i-  
deò montes cæteri stare perhibentur, quia tanquam parvuli matrum ubera sugentes con-  
templationis diuinæ lacte pascunt, à qua sicut diuelli nolunt, ita nequeunt. Securi quip-  
pe de gloria qua fruuntur, atq; per amoris indissoluble vinculum illi colligati, qui immor-  
talitatem habet, & uicissitudinem nullam, semper in eo feliciter perseverant quod sunt.  
**Ioan. 1** Hanc profecto beatorum perpetua gloria, scelerati homines & uitii dediti in lumine si-  
dei mentis oculo percipere nequeunt mortua opera sectantes, & uoluptatibus se pro-  
stinentes, damnationis aeternæ ac mortis effecti filii, qui uite esse debuerant. Nam po-  
testatem dedit filios dei fieri his, qui in eo uoluerint credere. Dedit, inquit, ipsa uita uni-  
genitus scilicet aeterni patris, quantū in illo est, potestatem omnibus posse per adoptio-  
nis gratiam filios esse dei. Sed innumeris extiterunt, & sunt, qui istius peritissimi animarū  
**P**medici neglexere consilium post concupiscentias suas potius eligētes incedere, quam  
earum reprehē ardore, diuinis obtēperare mandatis. O quam inconsulte, heu quam per-  
niciose, & præter omnem naturalis iustitiae legem, rationalis creatura se subtrahit ab eo  
qui illam condidit. Cum aliarū erudita exemplo deberet nedum sicut cæterae, uerum e-  
iam præ uniuersis proprio famulari opifici. Vtpote quæ plus omnib. quæ sub calo sunt  
sortita est gratiam. Sed proh dolor, quæ amplius subesse debuerat, atq; sollicitius impe-  
rantis iussa perficere, facta est peruicacior, adeò ut nec deū suum timeat, neq; gehennæ in-  
cendum formidare uideatur aeternū. Nempe si deū metueret, illiusq; beata uisione pri-  
uari expauesceret, nequaquam tam impudice peccare præsumeret. Nam ubi adest timor  
dei, abest proculdubio delinquendi uoluntas, legis præuaricatio, dominandi ambitio,  
præsidendi amor, odium proximorum, terrenarū facultatū immoderata cupido, & quic  
quid diuinæ aduersum est uoluntati. Porro quemadmodū ex cordis tumore suiq; fidu-  
cia, inopinati eueniunt casus, scelerum nutrimenta accrescunt, ac desperationis prepara-  
**G**tur fouea: ita ex timore filiali & sancto uirtutū merita coalescunt, uitorum rubigo con-  
sumitur, atq; propriæ salutis maxima concipitur spes, dicēte propheta: A timore tuo do-  
mine cocepimus, & peperimus spiritum salutis. Quamobrē rectissime censendū est, ne  
minem posse spiritualiter mori, in quo diuini timoris inest flamma, quæ pedetentim  
ignorantiae detergit caliginem, peccatorū uincula soluit, seruus metus excutit iugum, et  
ad castissimi susceptionem amoris mentem ordinat: ipso deniq; ingrediēre ad corsu-  
tur metus, dubietatis nox opacaclareſcit, exultat spiritus, in ardescit affectus, exigit ar-  
nimus, omnis hebetatæ mentis pristinus uigor reuertitur, & efficit spirituali resurrectio-  
ne uiua, quæ prius ex sui corporis ignavia absq; ulla spe sepulta iacebat & mortua. Quo  
**Eze. 26** inquam, illa non fuit mortua, quæ extrinsecus quidem seculi laetabatur in prosperis, car-  
nis se uoluptatibus immergebat: intrinsecus uero sui ignara & cæca, sine aliquo uirtutis  
gusto insensibiliter effluebat. Sanè in illa complebatur, quod de sceleratis propheta lo-  
**Proph. 2** quitur dicens: Laetantur cū malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Fœtēt huiusmo-  
di more quadriduani Lazari in monumēto sepulti, & multorum cōpediti sunt nexibus  
delictorum, à quibus nisi iubente domino & apostolica interueniente autoritate ne-  
quaquam ualent absolui. Illi nanc; ligandi, ac soluendi animas, atq; regni cælorū referan-  
di aditum est collata potestas: dicente domino Petro & successoribus suis: Tibi dabo  
claves regni cælorum: et quodcuq; ligaueris super terrā, erit ligatu & in cælis: & quod-  
cuq; solueris super terrā, erit solutum & in cælis: Vices enim suas animarū pastoribus  
**Matt. 16** dominus cōmisit in terris, ne ecclesia clavium destituta potentia, ad poenitentibus salu-  
tis impendēda suffragia esset inualida. Absoluit quippe ecclesia, sed iussu domini, quos  
de spirituali morte ad uitam ipse resuscitat. Nam superuacue laborat, dum erigere, ac li-  
berare conatur, quæ per gratiam dominus nō uocat, cōpungit & suscitat. Hac de causa  
nullus ministrorum ipsius absoluere audiat quempa, quem in peccatorum soribus ad  
huc facere delectat, quoniam non solū ligatum nō soluit, sed forte absolutus ipse te uin-  
dit. Nec immorior absq; enim cōgruenti scientia imprudenter abutitur potestate cōcef-  
fa. Paniter itaq; in sacerdote scientia & potestas opportunitate cōveniunt, adeò ut minime  
fine ani-

**A** sine animarū magno dispendio unā nequeas separare ab altero. Quid (quæso) in absolu-  
tione poenitentium absq; potestate soluendi perficere potest scientia? Valet utiq; dete-  
gere scelera, præbere cōsilia, de lege instruere, insinuare quanta poenitentibus præmia,  
quantuā imponentib. in futuro sint reseruata supplicia. Sua exhortatione ad cōpu-  
nitionē animare, nequaquam uero cōpeditū absoluere. Rursus si adsit potestas, ignoret etiā  
sacerdos discernere inter leprā & leprā, nesciat qualitates criminū, quantuāq; Deo displi-  
ceant sine pfectu poenitentis proprio seipsum mucrone interimit. Quamobrē sacerdos  
q; prius studeat scire q; posse. Qm̄ in illo potestate p̄cedere debet scientia. Nōne ec-  
clesiæ quoddā est dedecus in sciū uidere præsbyterū, cui utiq; cōgruit erudire populū, &  
ad se cōfluentibus monita propinare salutis: Nā pp̄terea in capite turbarū præsideret, ad  
hoc cathedralis dignitatis adeptus est culmē, ut uerbū Dei pronūciat plebib. errantibus  
sciētię pferat lumē, atq; de omnib. quæ ad catholicā pertinēt ueritatē, rationē cōpetente  
se interrogantibus respōdere sufficiat. Ad subditos de prælatis per Moysen dicit: Inter-  
**Deut. 32**  
**B** roga patrē tuū, & tibi annuciabit, maiores tuos, & dicēt tibi. Et Malachias inquit: Labia  
em sacerdotis custodient scientiā, & legē requirent de ore eius, quia angelus dñi exerci-  
tuū est. Hinc quantū in sacerdotib. ignorantia detestanda, quanq; pernicioſa sit corpori  
ecclesiæ facile colligit. Cæterū si iuxta dñi sententiā, cæcus cæco ducatū præbeat, nōne  
ambo in foueā cadunt: Cæcus nedū ille iudicandus est, uerū etiā elatus, & tumidus, qui  
curis animarū ante se ingerit, q; sciat ea quæ ad illarum regimen minime ignorari expe-  
diunt. Sanè utrūq; seu eorū alterum sufficit sacerdotē in interitum obruere sempiternū,  
quemadmodū sacra testantur eloquia. De ignorantia quippe per prophetā sic dicitur:  
Quia tu scientiā repulisti, repellā te, ne sacerdotio fungaris mihi. Et alius inquit: Sacer-  
dotes eius contempserunt legē meam, & polluerunt sanctuaria mea. Inter sanctū & pro-  
phanum non habuerunt distantia, & inter pollutū & mundū non intellexerūt, propter  
ea interierūt. Quantū uero superbus quisq; sit odibilis Deo, ipse per Prophetā insinuat  
dicens: Eo q; eleuatū est cor tuum quasi cor Dei, idcirco ego adducā super te alienos ro-  
**Ose. 4**  
**Ezech. 22**  
**C** bustissimos gentiū, & nudabunt gladios suos super pulchritudinē sapientiæ tuę, & pol-  
lulent decorē tuum. Eleuatū est cor tuum in decore tuo, perdidisti sapientiā tuam in deco-  
core tuo. In terrā proieci te, nihil factus es, & non eris in perpetuū. Verū cum ab uniu-  
ersis mentis sit detestanda elatio, præcipue tamē a sacerdotibus, quibus mysteria sunt col-  
lata diuina, angelorū consortium, animarū regimen, & totius orbis principatus: Dicen-  
**Ezech. 28**  
**Psal. 44**  
te Propheta: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem  
terram. Ipsi nanc; propter scientię eruditonem dicuntur sal terre. Ipsi ob sanctitatē uitę  
luminaria mundi, proinde qlibet sacerdos ne ad iudiciū perget cordis tumore deposito  
non designetur discere, quod ad sufficientiam ignorare se uidet. Humilis prius non e-  
rubescat esse discipulus, ut postmodū idoneus ualeat esse magister. Nulli profecto vere  
cundum est discere, p̄fertim cui animarū exhibendū est regimen, dum conscientię suę  
proximorūq; innititur euitare periculum, quod ex ignorantia euidentissime provenire  
decernitur. Tanquam probatus miles armis opportunis ante se muniat, quam campū pu-  
**D**gnaturus introeat. Clericorū quippe arma ad debellandum uitia, atq; aereas potestates  
diuina est lex. His cōtra diabolī tentamenta, & fraudes dñs Iesus usus est armis. Prophie-  
ta quoq; de se cōmemorans inquit: Super inimicos meos prudentē me fecisti mandato  
tuo, quia in aeternū mihi est. De istis ait Apostolus: Arma militiæ nostræ nō sunt carnalia,  
sed spiritualia. Cur aut̄ spiritualia? quia non est nobis colluctatio aduersus carnē & san-  
guinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum ha-  
rum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus. Ad oppugnandum igitur propria subdi-  
torumq; uitia minister ecclesiæ in diuinis semper meditet eloqujs. Illi quippe parū pro-  
dest apostolica esse tantum authoritate suffultū, si sacrarum scripturarū præsidia desint.  
Cum ambo in sacerdote simul esse conueniant. Hinc est q; dñs post resurrectionē suā di-  
scipulis in unū cōgregatis aperuit sensum, ut scripturas intelligerēt, & ligandi, ac soluen-  
di potestate indullit dicens: Accipite spiritū sanctū, quorū remiseritis peccata remittunt  
eis, & quorū retinueritis retenta sunt. Scientię igit̄ intellectū illis pariter & potestate im-  
pendit quatenus nō ad perniciē se eleuādo de potestate intumescerēt, sed scirēt quibus,  
quātouē ad soluendū animas manus deberēt imponere. Ex manu ergo impositiōe sol-  
lendi

uendi ac ligandi exercetur authoritas, atq; ex scientia intelligentia inter leprā & leprā discernendi habetur facultas. Hæc pauca sub compendio propterea exarata sunt, ut nō ignoret qualis esse debeat minister ecclesiæ, q̄ regiminis animarū incūbit officio. Ipseq; admonitus sit, quanta ei in ligando solutendoq; congruat uti prudentia. Quoniā persæpe cōtingit, tū ex defectu scientiæ, tum ex potestatis carētia, ut ligatū soluere, & solutū ligare, uiuiscare mortuū, & non uiuentē mortificare conetur. Huiusmodi per Prophetā Ezech. 13 dominus redarguens inquit: Mortificabāt animas, quæ non moriebant, & uiuiscabant animas, quæ moriebantur. Sibjpslī mērititur eorū ignorantia, nō domino, qui nēquāz iniustiæ fauet, sed potius illam puniendo insequitur. Solester igitur sacramentorū cælestiū dispensator inuigilet, ut illū tantūmodo soluat, quē introrsus per cōpunctionem, siue cōpunctionis indiciū uiuiscatum à deo esse deprehenderit. Qui solus potestate hæbet uitæ & mortis sicut scriptū est: Dominus mortificat & uiuiscitat, dedit ad inferos & reducit. Veruntamen quotquot in spiritu ipse uiuiscat ad resurrectionis indiciū, ad obsequium humilitatis, ad exemplū fidelium, ac perceptæ miserationis testimoniu, ac pro satisfactionis debito imperat, ut se sacerdotibus exhibeant, atq; per sacramentū pœnitentiæ denuo studeant reconciliari altissimo. Quamobrem sicut ad confirmationem clauium apostolis mandauit soluere Lazarum: ita leproso mundato præcepit se debere sacerdoti offerre, necnon statutum ex lege munus exoluere. Quamuis igitur peccati leprā mundet in homine, illumq; per internam gratiam excitet de morte ad uitam, nō hilominus ad necessitatem salutis, uult ut confessionis integræ interueniat sacramentum, quod quisquis ex contemptu iuxta sanctorum patrum statuta impeditre præsumperit, saluus omnino esse non ualeat. Nullus itaq; de sola gratiæ infusione confidat, nemocq; tantum in cordis sui contritione inhæreat. Quinimo post perceptam remissionem culparum ecclesiæ accedat ad iudicem, illiq; cum contritione, pudore, humilitate, ac fletu, omnium delictorum suorum turpitudinem pandat, nullo penitus ex uoluntate omisso. Quod si intentione recta perficiet, procul dubio ex emergente cordis lætitia, quæ ex superuenienti dono prouenit, se esse resuscitatum ad uitam sentiet, qui paulo ante in moeroris fouea extiterat facinorum nimietate obrutus. Cuius ista sunt opera, & à quo hæc repentina mutatio, nisi tua & à te domine Iesu unico dei patris filio? Tu enim amator es hominum conditor & redemptor, qui neminem uis perire, sed omnes ad ueritatis agnitionem, & gratiæ perceptionem pertingere cupis. Charitatem quippe radiis gratiæ tuæ ob hoc quotidie oriri facis super bonos & malos, necnon stillicidia cælestis benedictionis pluis super iustos & iniustos, tametsi ipsorum multi indignos se faciant, potius florere malentes in hoc seculo, & impudice uiuere, quam tibi deo suo inhaerere, tuiscq; saluberrimis monitis obtemperare, ut saluifiant. Negligunt prorsus ô pñssime pastor, animarumq; nostrarū præcipuum medicamentum & medice, cōsiderare mirabilia opera tua ueneranda & sancta, quæ pro restauratione humani generis, compassionis ac dilectionis zelo accensus, perficere dignatus es. Evidem humanis condolēs miserijs, lugendis calamitatibus, & in fructuosis laboribus, in quibus ad colligendum paideas lateresq; conficiendum ab exactoribus spiritualis Pharaonis mortales durissime in regionibus Aegyptiacis premebantur. Errantes hincinde per uitiorum deuia tanquam oues, rationales quidem secundum naturam, sed irrationabiliter degentes, non habentes pastorem neque præceptorem, nec ducem, qui eos reuocaret ad ueritatis delectabile lumen, dirigeret in uiam salutis æternæ, à laboribus ærumnosis subleuaret exilij, etriperetq; à diaboli seruitute tyrannica, dira quippe & amara ualde, de sublimibus cælorum sedibus, in thalamum uirginalis uteri, uirtutum floribus, ac gratiarum odoribus redimitum, illapsu placidissimo descendisti. Quatenus acquisitionis populum tuis patrocinij indigenitæ tuæ irradiates splendore, facibus caritatis accederes, in iustiæ deduceres semitas, & ueram reuocares ad pacem, quam ex protoparentum transgressione amiserat, illumq; misericorditer in hereditatem restituueres sempiternam. Omira caritatis tuæ dignatio, ô ineffabilibus præconijs efferenda clementia. Tu enim qui sicut per quendam sapientem dicitur, cælorum contines thronum, abyssos intueris, terram palmo metiris, non horruisti sacratæ pudicitiae breuissimum introire erga istum, perfectus homo factus non ex corruptibili semine, neq; ex uoluntate carnis, neq; ex uolun-

A ex uoluntate uiri, sed per spiritum sanctum patri, & tibi coæternū conditus, atq; plasma tus, in quo uidelicet materno corpuseulo nouem mensū spaciū perstitisti, donec compleretur egressionis tuæ præordinatum tempus. Quo decurso, non in regali palatio, nō in sericis indumentis, nō in deauratis parietibus, neq; fultus numerositate clientum, sed uirgineæ sedulitatis contentus obsequio, reclinari uolueris intra angusta diuersorijs, supra fœnum præsepij, ut rationabilium fieres pabulum iumentorum in medio animaliū tibi omnipotenti Deo suo pro modulo famulantū, præcinentibus nihilominus hymnidicis angelorum choris altisona & melliflua cœlestis Hierusalem cantica, eoram te superno rege immortalī & inuictissimo, atq; mirantibus supra modum te uerbum semperitnum, incommutabile, immensum, & incomprehensibile caro factum, ut habitares in nobis nostrarumq; fieres particeps miseriarum, quatenus disceres experientia referante obedientiam, ac nostris abundantius compatereris calamitatibus, possetq; Apostolus tuus fidelibus dicere: Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmatibus nostris, tentatum per omnia pro similitudine absque peccato. Vere tentatus per omnia ô domine Iesu, in fame & siti, in peregrinatione & exilio, in paupertate & egestate, in calumnijs & opprobrijs, in persecutionibus & pressuris, in irrisiōibus & flagellis, in contumelijs & plagijs, in proditione & uænundatione, in potatione aceti & fellis, in perforatione clauorum & lanceæ, nec non in acerrima passione crucis, & mortis uitæ tuæ corporalis consummasti agonem. Mortem quippe dignatus es subire indebitā, ut omnes Adę filios à debito æternæ mortis erueres. O necessarius nostri redemptoris occubitus, per cuius meritum uniuersus electorum numerus, de scūibus horrendis interitus sempiternam reparatur ad uitam. Sanè sacramentū pietatis & diuinæ miserationis munus impensum, in resuscitato mulieris Sunamitidis filio nobis Helisæus prophecia indicauit: is etenim cum memoratæ mulieris ingressus fuisset domum, puerumq; in lecto iacentem perspexisset extinctum, clauso super se & adolescentे defuncto ostio, orauit ad dominum. Et ascendit & incubuit super puerum, posuitq; os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius, & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri, & rursus ille deambulauit semel, huc atq; illuc, & ascendit, incubuitq; iterum super eum, & oscitauit puer septies, aperuit oculos, atq; reuixit. Puer hic mortuus humanum significat genus, quod tunc mortis in se exceptis sententiam, quum contra conditoris imperium protoparentes istius ueritum comedere præsumperunt, immemores diuini sermonis dicentis: De omni ligno quod est in paradiſo edite, de ligno autem scientiæ boni & mali, uidete ne comedatis: in quaunque enim die comedetis, morte moriemini. Huius præuaricationis inflictum uulnus ad universos posteros transmiserunt. Cæterum ad fuscitandum illos propheta magnus descendit in orbem. Ille utiq; de quo per Moysen dicitur: Prophetam fuscitabit Deus de fratribus uestris similem mei. Et erit quicunq; non audierit Prophetam illum, exterminabitur de populo suo. Iste super puerū tunc exanime corpus incubuit, ponens os suū super os eius, oculos suos super illius oculos, & manus suas super manus eius, quū nam ram nostræ mortalitatis assumpſit, nostri per omnia (excepto peccato) effectus simillimus. At uero tunc extincti pueri, tantummodo calefacta est caro, minimè autem resuscitata. Quoniam etli incarnato Dei uerbo, nec dum spiritualis resurrectionis humana natura receperat donum, in assumente tamen uerbo hominem maximam exceperat dignitatem, ab ipso etiam angelicis spiritibus omnino mirandam. Mirandam, inquā, cum Deum hominem factum, & hominem in unione personali, ad sacrosanctum Trinitatis solium uerissime prospicerent esse prouectum. Verum post salutarē prædicationē pœnitentiæ, uirtutum, suppliciorum, meritorumq; exhibitam populis post innumerabilē miraculorum perpetrationem, in fluctibus, in solitudine, in ciuitatibus, in iumentis, & in hominibus, post cœlestium sacramentorum institutionem reserationemq;, incubuit iterum cum in crucis patibulo extensus, atq; confixus sponte perpessus est mortem. Evidem tunc qui mortuus fuerat, aperuit oculos, oscitauit septies atq; reuixit. Oculos utiq; aperuit, cum introrsus fidei refusus agnouit, quod magnus est dominus, & magna uirtus eius, & sapientia eius non est numerus. Agnouit quā magna si multitudine cultæ cedimis Dei, quam abscondit, seruiler timentibus, & patefecit sperantibus in se. ac se Laur. Iustin.

fyncera affectione querentibus. Oscitat autem septies, quum diuinis iugiter occupatus in laudibus propheticum illud ualeat depromere dicens: Septies in die laudem dixi tibi, super iudicia iustitiae tuae. Oscitat, inquam, septies, cū per sancti spiritus septiformē gratiam repletur, timore dei, ad perficiendum præcepta cœlestia; pietate, ad perferendū per compassionem proximorum onera: scientia, ad sobrie utendum, prudenterq; tractandum terrena negotia; fortitudine, ad æquanimiter tolerandum aduersa & prospera. Cō filio, ad eligendum potiora & perfectiora sectandum. Intellectu, ad perscrutandum diuinorum eloquiorum arcana mysteria. Sapientia, ad degustandum cordis palato dulce dinem sui cōditoris, qua inebriabuntur quotquot ad æternam uitam prædestinati sunt. Reuixisse uero tunc recte dicendus est, cum ab alto inuisibili specie descendens paracletus credentium corda ueritate ac dilectione compleuit. Nōnne reuixerunt spiritualiter illi qui dei & proximi tanta dulcedine feruebant, ut tormenta appeterent, principū iussa despicerent, atque per orbem uniuersum saluatoris melliflum nomen salutisq;

**Psal. 18** monita constantissime prædicarent, quemadmodum prophetico ore dicitur: In omnē terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Magnum autem myste sterium & perfectæ resurrectionis notissimum indicium est, quod non semel tantu, nec bis, sed signanter septies oscitasse perhibetur. Toties oscitasse dicitur, quoties delin quendo interijt. Nempe cunctis patet ueritatem intelligentibus septem esse letalia criminā, quæ quisquis sponte perpetrauerit, procul dubio spirituali uita priuabitur, & gratia. Horum tanquam originale principium primatum tenet superbia, quæ est peruersæ telsitudinis appetitus, & dominandi immoderata ambitio. Ex qua germinantur inobedientia, discordia, hypocrisis, animi pertinacia, inepta lætitia, nouitatum præsumptio, peccatorum defensio, simulata confessio, & consuetudo peccandi. Hæc profecto sicut de sublimitate calorum deiecit Luciferum, & de paradiſo deliciarum expulit Adam: ita quemlibet elatum à diuino conceptu efficit alienum, dicente beata uirgine: Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Decipula enim diaboli ad capiendum animas, illasq; perdenendum est terrenarum facultatum inordinata cupido, quæ seruitus idolorum nuncupatur, dum fiducia & dilectio, quæ erga deum adhibenda est, in pecunijs cōstituitur. De huiusmodi inquit Apostolus: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in temptationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa & inutilia, & nociva; quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Verum quid detestabilius, quam ut cœlestib⁹ spretis diuitijs, thesaurizent sibi mortales in hoc mundo facultates, quas ærugo consumit, demolitur tinea, fures effodiunt & furantur. Nemo facile proferte uader quot fraudes, mendacia, violentia, homicidia, oppressiones, perjuria, impierates & scelera ex hac peste proueniant. In speluncis & nemoribus sicarius latitat, ut uitorem expoliet. Transfretat nauta maria, prouincias peragrat negociator, se exponit periculis bellator, sui dominium alienat mercenarius, diebus ac noctibus desudant artifices, ut temporales sibi ualeat aggregare opes, nec aduentunt miseri hunc laborem esse cassum, & afflictionem pessimam uelle ultra congruentem necessitatem cumulare pecunias he redibus suis, qui ut plurimum illis eo deterius abutuntur, quo ampliores sunt. Est quo que enorme delictum & æternæ mortis filia uenitiae ingluies, quæ ex immoderata gulæ appetitu prouenit. Nō aliunde humani generis primi peccauere parentes, de quibus sic legitur: Vidi igitur mulier, quod bonum esset lignum, & ad uescendum suave, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditq; uiro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi eorum ambonum. Cumq; cognovissent se nudos esse, consuerunt folia fucus, & fecerunt sibi perizomata. Ex gula etiam intemperantia, primogenita sua uendidit Esau, & incestus crimen consummavit Loth. Perhanc quippe natura corruptitur, libidinis nutrientur incendia, subuertitur ratio, scelera pan duntur, homicidia sunt, proferuntur stultiloquia, detractiones, & uerba scurria, he besatur mens, maturitas relaxatur, comedationes frequentantur & ebrietates, lætitia inepta dissoluit, immunditia polluit, mors oritur culpe, atq; resolucionis, corporis memoria tollitur. Potro ex uotaci edacitate gulæ naturæ finibus non contenta emergit per silenta, luxuria quæ ex immundis desiderijs ueniens est lubrica carnis, & mentis præstatio. Hæc cum sic mors animæ multifarie perficitur, videlicet per fornicationem,

per

A per adulterium, per stuprum, per incestus, ac per horrendam contra naturam pollutio nem. Evidem uitium hoc adeò est detestabile, ut nedum illud perpetrare, uerum etiam de ipso particulariter loqui uerecundum sit, atq; deformis. Quis non erubescat propalare obsecnas contrectationes, colloquia impudicissima, meretricia oscula, molitiae scelera, insatiabilem uoluptatem, commixtiones brutorum, & cætera delicta luxuriae, per quæ polluitur tellus, elementa contremiscunt, denigrantur sidera, coelum clamoribus repletur, & in ipsa humana specie subuertitur quicquid decoris est, quicquid honestatis, quicquid rationis, quicquid meriti, quicquid religiosis inferuit gratia, acquisiuitq; uirtus. Sane ab hac matre pessima nefaria oriuntur filiae, scilicet, cæcitas mentis, inconsideratio mortis & extremi iudicij, desideriorū, ac cogitationū inconstantia, inordinatus amor sui, præcipitatio operis, odium Del, affectus præsentis seculi, necnon desperatio futuræ uitæ. Hæc diluuium intulit mundo, & sulphureo Sodomam & Gomorram concremauit incendio. O quanti post laudabilem cōuersationem, frequentes orationes, ar

B etia ieunia, diutissimam eremi habitationem, cibi potusq; parcitatem, seducti spiritu fornicationis, deserta ac cœnobia relinquentes, atq; reiecto sanctæ religionis habitu, laxantes fræna intemperantiae gulæ obsecnis & impudicis luxuriae actibus se immergentes, duplii interitu perierunt. Istant igitur animæ mortem illi rationabiliter euadere poterunt, qui ipsius occasiones fugiunt, principijs tentationis resistunt, carnis desideria frangunt, corporis obhorrent ocium, corporis resolutionem recogitant, & præcipue cordis humilitatem possidere conantur. Quoniam quemadmodum Deus superbis resistit, ita gratiam suam præstat humilibus. De inuidiæ autem liuore quid memorem, cum ex natura sui odium sit felicitatis aliena? Ab ipso quippe tenebrarum principijs sumpsit initium, sacro dicente eloquo: Inuidia diaboli mors introiuit in orbem ter  
sap. 3 riarum. Ipsum sequuntur, qui sunt ex parte illius. Nullum profecto uitium fraternalia se opponit dilectioni, quemadmodum istud, detractioni semper uacat, bonis alienis derogat, cordium occulta dijudicat, dicit (ô quam saep) bonum malum & lucem tenebras; torquetur de profectibus laudabiliter conuersantium, ac de eorum aduersitate latur. Iste languor tenebrosum impulit Cayn, ut fraticidium perpetraret, Jacob filios, ut uenundarent Joseph, Saulis animum, ut persequeretur Dauid, atq; Iudeorum perfidiam, ut interimerent Christum. Sicut luculentissime in sapientia uolumine continetur. Caritatis deniq; fontem exhaustum, se possidentem torquet grauiter, necnon & odibilem reddit altissimo. Hoc etiam dixerim de præcipitante furore, qui est motus animi concitatus ad pœnam, atq; uicisci libido. Cur non displiceat Deo iræ turbulenta commotio, cum ab eadem nascantur odia, rixæ, contumeliae, clamores, blasphemiae, indignationes, conuicia? Nam pacem dirimit, unitatis bono aduersatur, mentis oculum obnubilat, à cordis hospitio paracletum fugat, perceptæ deuotionis dulcedinem spargit, atq; sui iuris hominem, esse facit alieni. Evidem ignis est urens, qui repentina suo impulsu erectam supra se subruit mentem, multosq; sanctitate, ac opinione præclaros reddit inglorios. Postremo de acidia, quæ est diffidentia de proprijs uiribus cum auxilio Dei implendi ardua, minime reticendum est: locum enim specialem inter uitia capitalia sortitur. Et ab ipsa tanquam à genitrice pessima procedunt, malitia, id est uoluntas machinandi malum alicui, desperatio proprietorum meritorum, ac cœlestium diffidentia præriorum, pusillanimitas quoq; ex interioris infirmitatis consideratione orta. Rancor qui aduersus proximos inueteratum est odium. Torpor animi cōtra præcepta, necnon mentis euagatio circa illicita. Fortes ipsa acidia deprimit uiros, & spirituali assuetos in bello frequentissime ex cordis ignavia facit dormitare prætatio. Ab hac quisquis fuerit corde possessus, iudicium diuinum non metuit, legis mandata negligit, suamq; salutem contemnere hinc uidetur. Illi non placet legere, non liber psaltere, orationi uacare, celebrare ieunia, nocturnisq; fastidit interesse uigilijs. Amittit quicquid deuotionis est, quicquid spiritualis lætitiae, quicquid futuræ felicitatis poterat in mente dulcescere. Et ueluti defunctus quodam insensibilitatis aggere agnoscitur, esse sepultus. Quoniammodo non iste censendus est mortuus, qui caret spe ueniaz, spiritualis uitæ deficit motu, omniq; interioris exercitationis priuatus est sensu? Istæ profecto septem sunt ianuæ, per quas mors intrat & dormientem, atq; ingrata interimit ani

C bras; torquetur de profectibus laudabiliter conuersantium, ac de eorum aduersitate latur. Iste languor tenebrosum impulit Cayn, ut fraticidium perpetraret, Jacob filios, ut uenundarent Joseph, Saulis animum, ut persequeretur Dauid, atq; Iudeorum perfidiam, ut interimerent Christum. Sicut luculentissime in sapientia uolumine continetur. Caritatis deniq; fontem exhaustum, se possidentem torquet grauiter, necnon & odibilem reddit altissimo. Hoc etiam dixerim de præcipitante furore, qui est motus animi concitatus ad pœnam, atq; uicisci libido. Cur non displiceat Deo iræ turbulenta commotio, cum ab eadem nascentur odia, rixæ, contumeliae, clamores, blasphemiae, indignationes, conuicia? Nam pacem dirimit, unitatis bono aduersatur, mentis oculum obnubilat, à cordis hospitio paracletum fugat, perceptæ deuotionis dulcedinem spargit, atq; sui iuris hominem, esse facit alieni. Evidem ignis est urens, qui repentina suo impulsu erectam supra se subruit mentem, multosq; sanctitate, ac opinione præclaros reddit inglorios. Postremo de acidia, quæ est diffidentia de proprijs uiribus cum auxilio Dei implendi ardua, minime reticendum est: locum enim specialem inter uitia capitalia sortitur. Et ab ipsa tanquam à genitrice pessima procedunt, malitia, id est uoluntas machinandi malum alicui, desperatio proprietorum meritorum, ac cœlestium diffidentia præriorum, pusillanimitas quoq; ex interioris infirmitatis consideratione orta. Rancor qui aduersus proximos inueteratum est odium. Torpor animi cōtra præcepta, necnon mentis euagatio circa illicita. Fortes ipsa acidia deprimit uiros, & spirituali assuetos in bello frequentissime ex cordis ignavia facit dormitare prætatio. Ab hac quisquis fuerit corde possessus, iudicium diuinum non metuit, legis mandata negligit, suamq; salutem contemnere hinc uidetur. Illi non placet legere, non liber psaltere, orationi uacare, celebrare ieunia, nocturnisq; fastidit interesse uigilijs. Amittit quicquid deuotionis est, quicquid spiritualis lætitiae, quicquid futuræ felicitatis poterat in mente dulcescere. Et ueluti defunctus quodam insensibilitatis aggere agnoscitur, esse sepultus. Quoniammodo non iste censendus est mortuus, qui caret spe ueniaz, spiritualis uitæ deficit motu, omniq; interioris exercitationis priuatus est sensu? Istæ profecto septem sunt ianuæ, per quas mors intrat & dormientem, atq; ingrata interimit ani

D auxilio Dei implendi ardua, minime reticendum est: locum enim specialem inter uitia capitalia sortitur. Et ab ipsa tanquam à genitrice pessima procedunt, malitia, id est uoluntas machinandi malum alicui, desperatio proprietorum meritorum, ac cœlestium diffidentia præriorum, pusillanimitas quoq; ex interioris infirmitatis consideratione orta. Rancor qui aduersus proximos inueteratum est odium. Torpor animi cōtra præcepta, necnon mentis euagatio circa illicita. Fortes ipsa acidia deprimit uiros, & spirituali assuetos in bello frequentissime ex cordis ignavia facit dormitare prætatio. Ab hac quisquis fuerit corde possessus, iudicium diuinum non metuit, legis mandata negligit, suamq; salutem contemnere hinc uidetur. Illi non placet legere, non liber psaltere, orationi uacare, celebrare ieunia, nocturnisq; fastidit interesse uigilijs. Amittit quicquid deuotionis est, quicquid spiritualis lætitiae, quicquid futuræ felicitatis poterat in mente dulcescere. Et ueluti defunctus quodam insensibilitatis aggere agnoscitur, esse sepultus. Quoniammodo non iste censendus est mortuus, qui caret spe ueniaz, spiritualis uitæ deficit motu, omniq; interioris exercitationis priuatus est sensu? Istæ profecto septem sunt ianuæ, per quas mors intrat & dormientem, atq; ingrata interimit ani

Zz 2 mama

mam. Dormientem illam dixerim, quæ absq; ullæ sui custodia hue illucq; vagatur, sui p  
nescia, ignara periculorum, quibus mundus est plenus. Impauida gehennæ, inexperta certaminis sine Dei timore, sine pudore, sine spe, sine misericordia, & absq; alicutus laudabilis conuersationis intentione probata. Cæterum si coelestis sibi impensa gratia na  
turalium gratuitorumq; donorum minimè esset ingrata, aduersum illam nunquam capitalia uitia, ac tenebrarum principes dominatu præulerent tam diro. Nam quemadmodum ex consensu interioris hominis animam ingrediendo necant, ita ex ipsius uoluntatis reluctance aufugiunt. In hominis igitur uoluntate, mors & uita sunt posita, adeò ut ex arbitrio proprio quisque absq; ambiguitate aliqua uiuere dicatur, uel mori. Moritur quidem si diabolis suggestionibus, seu concupiscentijs carnalibus affensum præbet. Viuit autem si diuini timoris præcinctus gladio, Dei secum nihilominus cooperante uirtute, spirituales in se aduersarios insurgentes debellando interimit,

**psal. 118** Prophetæ eruditus exemplo, qui ait: In matutino interfiebam omnes peccatores ter  
rae, ut disperderem de ciuitate Dei omnes operantes iniquitatem. In matutino inquit, B  
uidelicet in primo internarum suggestionum congressu, ac corporalium uoluptatum impulsu de cordis mei thalamo, quod domini ciuitas esse perhibetur, cunctorum uitiorum propellebam insultus. Hæc sane spiritualis est pugna. Hæc, inquam, est uiolentia salutaris, quam sibijs iustus quisq; indicit, ut animam suam in pace possideat, uirtutum margaritis fulgeat, perfectionis alta concendat, atq; post consummatos pro Christo la

**Math. 11** bores, beatorum spirituum cœtibus inseratur. De hac quippe Saluator ait: A diebus Ioannis regnum cœlorum uim patitur, & uolenti rapiunt illud. Rapiunt prorsus dum mente uigilant, corde pugnant, carnem macerant, crebris pernoctationibus orationi insistunt, pietatis operibus uacant, conscientiam mundant, cœlum gemitibus pulsant, perhorrescant uitia, seculi oblectamenta fugiunt, & Dei mandata sedula animi intentione perficiunt. Iste pro iustitia certando usque ad mortem superbiam humilitate, auaritiam paupertate, castitate luxuriam, proximi dilectione inuidiam, sobrietate gulam, iram mansuetudine, aciditatem delestanti conditoris sui amore supplantant. G

Ecce militum Christi præclara uictoria: ecce gloriosum certamen diripientium regna cœlorum, necnon spiritualis resurrectionis testimonium uerum: quam profecto quisquis consequitur post compunctionis gemitum, post effusionem lachrymarum, post integrissimæ confessionis uitale antidotum, postq; conceptam delictorum suorum remissionis fiduciam, diuinam exultando prorumpit in laudem. Davidicū illud decan-

**psal. 115** tans, & dicens: Diripiisti domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Ad se  
**psal. 114** quoq; conuersus, seq; humiliter adhortans inquit: Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu. Placebo domino in regione uiuorum. Maximis siquidem gaudiorum delicijs fruitur, concepta quoq; spei pace exultando potitur, quoniam de perceptis muneribus ingratus non est. Non sibijs ascribit uictoriā, neq; de

**psal. 115** propria uirtute intumescit, dominici memor sermonis qui ait: Sine me nihil potestis facere. Nouit certissime, quod quamdiu in facinoribus degens iacuit mortuus, nihil ualuit operari ad meritum. Eo etenim modo peccatoris anima ad æternæ uitæ meritum languet in opere, quo exanime corpus in actione agnoscitur esse inutile. Valer profecto opus bonum exercere peccator, nequaquam uero ex eo proficere, quoniam sine gratia humore sublistit. Nam quemadmodum ex arboris corrupta radice, nil ad humanae uitæ nutrimentum germinatur, ita ex anima capitalium criminum depravata ueneno asseuerare non ambigo. Radix quippe spiritualis, ex cuius humilitate anima Christiana coalescit, & uiuit, caritas est. Quamdiu in anima ista perseuerat, illius opera ullo modo infructuosa esse non possunt. Quod suo Apostolus commendat e-

**Rom. 8** loquio: Scimus inquit, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum uocati sunt sancti. Hæc autem radix caritanis, si exigentibus culpis hominis exiccatæ fuerit, penitus arbor efficitur infructuosa & mortua, atque æternis iustissimè concremandā incendijs, tametsi intuentibus uerborum folijs a  
moena, aliquib; ueoperibus bonis appareat esse fecunda. Huic sententia opin-

**Cor. 13** latur, quod per Apostolum Paulum de ipso dicitur caritate; Si linguis, inquit, ho  
minum

A minum loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonas aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi profest. Ex sola itaq; caritate singulorum merita causantur, suffragantur tamen, sed non ad æternæ uitæ meritum, cætera bona opera sine caritate, & non bene consummata. Valent enim ad mitigandum poenam, quæ iuste & omissione, & præcepti transgressionē debetur, si non fierent, præstant temporalia bona, honores uidelicet, diuitias, incolumentem corporis, longeuitatem uitæ, terrenam felicitatem, propagationem filiorum, successusq; prosperos. Occupant hominem, nec permittunt operantem ad deteriora labi. Assuefaciunt ad bene operandum, delestant mentem, restringunt somitem, arcent pecati fluxum, atq; ad susceptionem gratiæ gratum facientis habilitant cor. Exigua uero B uniuersa sunt hæc, in comparatione retributionis æternæ. Quia eo dulcius quisq; ac abundantius perfruetur, quo caritatis affectu exiuterit ardenter, atq; simpliciter. Hinc quām lugenda sit anima caritatis uita priuata claret conspicue, quæ nedum cœlestium bonorum aliena, uerum etiam gehennalium suppliciorum efficitur digna, manet in corpore mortua uiuificans illud, sed coram deo simulacris uilissimis comparatur, habet intelligendi naturale acumen, quo temporalia & humana prudenter tractat negotia, & tamen dei & sui caret cognitione, quæ prorsus saluti esse necessaria comprobantur; audit persæpe internam aspirationem clamoremq; murmurantis conscientiæ, minime uero perficit opere diuini admonitionem oraculi. Nullum præterea pro adipiscendis inuisibilibus bonis spei sentit odorem, nulloq; futurorum malorum pauore concutitur. In administratione autem, seu præsentia sacramentorum cœlestium, atq; in assistentia orationis, adeò manet insipida, ut foeteti cadaueri pene sit facta simillima. Eoq; de-  
terior, quod gustando non gustat, & tremenda maiestatis astans conspectui, sicut à de-

**C**uotione, ita est aliena à metu: nam torporis, atq; infidelitatis tenebris obuoluta, Christi diuinitatem & fidem sola oris confessione fatetur. In ea uidetur esse completum, quod dominus de Hebræorum populo per Prophetam uaticinatus est dicens: Ex cœca cor populi huius, ut uidentes non uideant, & audientes non audiant, ne forte cōuertantur, & sane eos. Quamobrè spiritualibus studijs prorsus effecta inutilis ueluti à corde mortua, foras se tota præcipitat, & quicquid habet discretionis, quicquid gustus, quicquid uirtutis, in exteriorum fruitione constituit. Iam quippe agnoscens se mortuam, terrenis actionibus se obruit, gratiæ lucem & æterni solis non ferens splendorem. Propriæ de-

**Ezech. 18** sum conscientiæ condemnata iudicio, ueniam à Deo se posse obtinere diffidit. Quid agis ô anima insensata & mortua. Mortua, inquam, Deo, sed uiuens seculo. Insensata uitib; & uitij dedita. Quid ( quæso ) cogitas? quod duceris? quod traheris? ut quid àd huc spes superest salutis, de propria salute desperas? An ignoras quandiu corporali-  
ter uiuīs, & si omnium criminum te feceris reum, resurgēdi tamen in spiritu, tibi à Deo

**D**est indicta fiducia? Nunquam sero ad dominum reuertitur, de peccatis poenitens genens & plorans. Semper redeuntibus indulgentiæ aditus patet latissimus. Ad hoc ut delinquentium erigeret animos per Prophetam inquit dominus: Conuertimini & agite poenitentiam ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Projicite à uobis omnes prævaricationes uestras, in quibus prævaricati estis, & facite uobis cor nouum & spiritum nouum. Et quare morienti domus Israel: quia nolo mortem morientis, dicit dominus deus. Reuertimini & uenite. Alio quoq; in loco exhortans ait: Quoties peccator ingemuerit, non recordabor amplius iniquitatum suarum. O diuinæ miserationis ineffabiles diuinitatæ. O erga morientium animas incompre-  
**Ezech. 18** hensibilis affectus. Non præfixit compunctionis tempus, non indixit mensuram, neq; consequendæ gratiæ terminauit locum, sed simpliciter dixit: Quotiescumq; ingemuerit peccator, inlinuans nullum ab eadem miserendi finem esse impositum. Noli ergo ex diffidentia tua immensa misericordiæ dei abbreviare manum, quæ tibi ad indulgen-  
dum, quām tu ad poscendum ueniam parior inuenitur. Nunquid David, Petro, pec-  
catori,

Reg. 15

Math. 9

Luc. 23

1. John. 2

Exod. 18

Ezch. 18

2. John. 3

Eph. 3

Act. 2

catrici, & pendentis cum Christo latroni fuit negata indulgentia. Post perpetratum homicidium peccavi inquit Propheta, & illico audiuit: dimidum est tibi peccatum tuum. Negauit Apostolus peierando, & anathematizando, quod non nouisset Christum, & mox ab illo misericorditer intuisit, & corde cōpunctus, egressus foras fleuit amare. Facinorum suorum turpitudinem agnoscens impudica mulier irripuit, conuiulo recumbentis saluatoris pedes tenuit, ubertim rigauit lachrymis, extersit crine, perunxit unguento, & audire promeruit: Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Pendens in cruce latro & moriens ad dominum conuersus clamauit, dicens: Domine memento mei dum ueneris in regnum tuum. Is uix dum uerba finierat quando sibi loquentem audiuit: Amen dico tibi, hodie tecum eris in paradiſo. Solum ut sui reminisceret postulabat dominum, qui eadem die æternæ felicitatis adeptus est regnum. Pro te tibi similibus ista sunt scripta, ut erudiaris exemplis, discasque pusillanimitatis coercere metum, ac desperationis à te abdicare uenenum, quo Cayn æterna morte damnatus est, & de apostolatus apice deiectus Iudas duplice peremisit interitu. Quantos audiūmus & quotidie uidemus desperatorū amore degentes resuscitari ad uitam, deserere uitia, detestari crimina, mutare conuersationē, poenitentiam agere, renunciare seculo, religionis se uoto constringere, in fame & siti, in frigore & nuditate, in laboribus & ærumnis, se sponte atterere, atque dignos per hitentiae fructus, pro suis Deo exhibere sceleribus. Fit pro eisdem cōuersis angelis Dei gaudium magnum in cœlis, qui de ipsorum propinquā perditione utcunq; gemebant, non dolendo, sed compatiendo, sed intercedendo, sed eorum emendationem anhelando. Concupiscent plane compatiendo, & orant indeſc̄ienter pro animabus delinquentium, ut convertantur à uījs suis, & saluare ſiant. Verum quid de ipsis angelicis spiritibus memorem? Cum de ipso domino angelorum & rege sit scriptū: Si quis peccauerit ad uocatum habemus apud patrem iustum. Ipse est enim propitiatio pro peccatis nostris. Non pro nostris tantum, sed pro totius mundi. O immensa Dei bonitas, & ab uniuersis prædicanda redemptoris nostri benignitas. Parum illi uisum est pro salute hominum carnem sumere, peregrinari in seculo, uarijs tormentorum generibus cruciari, cruentum fundere, atque electorum omnium debitum moriendo exoluere. Superaddidit etiam, ut sedens in diuinitatis throno, eleuatus super omnem principatum, & potestatem, & super omne quod nominatur non solum in hoc seculo, sed in futuro, ab hymnidicis angelorum choris glorioſissime magnificatus nequaquam obliuiscatur nostri, noſtras non perhorreſcat miseras, enormia nostra non damnet facinora, quin potius misereatur nostri, patrem deprecetur pro nobis. Illi exceptas pro nobis obijciat cicatrices, flagella & conuicia, quatenus ex hoc iratum reddat ad indulgendū flexibilem illum, qui per Prophetam inquit: Nolo mortem peccatoris, sed magis ut convertatur & uiuat. Maximum prorsus & uenerandum est hoc coeleste spectaculum, pro quo mirantur angeli, omnis beatorum spirituum lætatur cōuentus, stupet cœlum, exultat terra, uniuersorumq; congratulatur turba iustorum, cum futurum iudicem suum sciunt esse intercessorē, patrem, fratrem, amicum & sponsum. Ad illum igitur peccantibus nobis confugiamus, ipsiusq; flagitemus auxilium. Sinum quippe suum expansum tenet, extensa brachia, apertum labrum, reseratum cœlum ad fuscipendū nos. Redeamus, quæſo, post uoluptuosam uitam, post proſectionem longinquam, post distractum patrimonium, post afflictionem inde ad patrem misericordiarum, patrem utiq; nostrum paratum habentem anulum ſidei, internæ puritatis ſtolam primam, calcamenta Evangelicæ prædicationis in affectibus animæ, & ad celebrandum pro reditu nostro ſolenne conuolum ſaginatum uitium reponitum custodientem. Tunc reuerentibus nobis inuidentibus dictus est, epulari, & gaudere oportet: quia hi mortui erant, & reuixerunt, perierant, & reperiſunt.

LIBER.

De spirituali animæ resurrectione, quæ per mediatorem Dei & hominem Christum Iesum fit, gratia ipsius multiplicitate operante.



Vicusq; de spirituali interitu animæ, quamvis in cultus sermo percurrit, nunc autem fauente Deo qualiter in unoquoq; iustificato spiritualis resurrectio fiat, differendum est latius, quatenus opera Dei magnifica, quæ in uiuificandis animabus aguntur, propalata legentibus, spē ueniæ delinquentibus subministrat. Neq; fas est quempiam de diuina bonitate diffidere, cupientē maxime uias suas prauas corrigerē, quū testate Dei filio mediatore nostro, non p. iustis, sed pro peccatorib; de cœlis ad terras dignatus sit ipse descendere. Magni prorsus solatij, magnumq; cōsequendæ salutis incitamentū est, uerbum Dei in unitate personæ naturā assumptissimum humanā, & ea pro hominibus gessisse, quæ dictante paracleto sacra euangeliorū patescit historia. Huius equidem incarnationis mysterium insinuat quām mirificum, quamq; uenerandum sit opus spiritualis resurrectionis, qđ non nisi per eundem dominū Dei & hominū mediatore perficitur, ipso perhibente, qui ait: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Exigebat quippe ratione, ac diuinæ cōgruebat sapientia, ut p. ipsū humanū restauraretur genus, per quē cōditū fuisse sacra testatur eloquia. Sic enim Deo patri inquit Propheta: Omnia in sapientia fecisti. Ioānes quoq; Euāgelista ait: Omnia per ipsum (videlicet uerbū) facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Nempe si omnia per uerbū facta sunt, etiā homo per ipsum factus est, atq; reformatus. Factus quidem est ab illo sicut legitur: Formauit igitur Deus hominem de liino terræ, & inspirauit in illum spiraculū uitæ, & factus est homo in animā uiuente. Reformatus uero per gratiam, ipsius ſuorumq; sacramentorum uirtutem post præuaticionem decreti, & auerſionem à Deo, per quam in anima subsecuta est mors, quæ profecto illam priuat, non suo esse, quum immortalis sit, sed gratia, sed uirtute, sed uita spirituali uidelicet, & æterna. Non ab re igitur dixerim hanc spiritualem resurrectionem, quæ ex iustificatione agitur impiorum esse uenerandam, quoniam in cunctis operibus uniuersi summum tenet fastigium. Nam de uniuersi creatione habes: In principio creauit Deus cœlum & terram, & dixit Deus, fiat lux, & facta est lux, & cetera quæ in proprio fonte ordinatissime eluescunt. Obtemperauit itaq; cœlum imperanti lucem suam diffundendo inferius. Obtemperauit mare pīces, uolatiliaq; producendo ex aquis: tubente Deo germinauit terra herbam uirentem, & afferentem germe iuxta genus suum, protulitq; quadrupedia atq; reptilia. Nihil ergo in his quæ condita sunt, repertum est quod creatoris sui reniteretur uoluntati, dicente Propheta: Ipse dixit & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Statuit ea in æternum & in seculum secūli, præceptum posuit & non præteribit. Non autem sic in iustificatione malorum, ob liberi arbitrij eisdem potestatem indultam, per quam ipse homo Deo posse repugnare cognoscitur. Quoties (inquit ipse dominus ad Hierusalem) uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & nolivisti. In libro quoq; psalmi 32: D parabolarum sui contemptoribus sapientia loquitur dicens: Vocauit & renuisti, extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret. Despexistis omne consilium meum, & increpationes neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro superridebo, quum quad timebatis aduherit, quum truerit super uos repentina calamitas, & interitus uelut tempestas ingruerit. Verum quamvis ad insinuandum hominem Deo posse resistere multis diuinorum eloquiorum ualeat autoritatibus comprobari, id tamen unusquisq; sufficienter experitur in se. Quis (oro) tanta sanctitate est præditus, ut sapientissime aspirationi non renitat internæ, aut torpore uictus, aut propria affectione seductus. O quantis clamoribus introrsus, quantisue exhortationibus sacris excitatur peccator, antequam de morte, seu somno delictorum euigilet? Sed & uigil effectus oꝝ quot blanditijs, quot rationibus, quot promissionibus, quot exemplis, quot pulsatur terroribus, ac flagellis, priusquam peccandi uoluntatem abijciat, & syncero animo, atq; deliberatione cōstanti, totus diuino mancipetur obsequio. Nec immerito, tot quippe funibus tenetur astrictus, quot sceleribus prægrauatur: tantisque spiritualibus compeditus est uinculis,

Zz 4 quantis

Ioan. 14

Psal. 103

Ioan. 1

Gen. 2

Gen. 1

Gen. 2

Gen. 1

Psal. 32

Luc. 13

Proverb. 1

quantis caducis rebus immoderato inhæret affectu. Captiuatur itaq; consuetudine delinquenti: retrahitur à sensualitate, quæ pœnitentia iugo colla subiçere recusat: repellitur suasionibus dæmonum, uisibilium detinetur amore: amicorum & affinium disfudet blanditijs. Ex his ergo recte colligitur, excellentiore atq; incomparabiliter mirabiliorum esse animarum resurrectionem, quam corporum. Et (si fas est dicere) longe amplius pro salute hominum, quam in cæterarum rerum procreatione, atq; regimine diuinam laborasse potentiam. In creatione etenim rerum, dixit, & facta sunt, mandauit & creata sunt. Quod uero pro hominibus laborauerit Deus, ipsum per prophetam audi: Laboravi, inquit, sustinens. Hoc si ad naturam diuinam referas, absurdum est credere Deum quodammodo laborasse, cui per quendam sapientem dicitur: Tu autem dominator uirtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reverentia disponis nos: subest enim tibi cum uolueris posse. Psaltes quoq; ait: Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in coelo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Si uero ad humanam reflectionem naturam, quæ unita uerbo in Christo una persona est, & laborasse & sustinuisse cognoscitur. Laborasse uis audire: Ibat, inquit euangelista Ioannes, in ciuitatem Samariae quæ dicitur Sichar, iuxta prædium, quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob, Iesus ergo fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem: quod uero, aut quanta pertulerit quis uerbis explicet? Illata opprobria, crebra conuicia, illusiones multifariae, durissima uerbera, excepta corona spinea, dilaniatum corpus, clavis perfoSSI pedes, confixa manus in stipite, sellis potus, lancea apertum latus, & crucis erectum uexillum, qualia à peccatoribus, & pro peccatoribus rex noster sustinuerit, notificant. Ex difficultate igitur actionis, iustificationis altitudo pensanda est: ex difficultate igitur actionis gratiae dono caritatis uehementia metienda. Verum quoniam uehementissima, & inscrutabilis est Dei clementia, caritas qua Deus homines diligit, & per quam resurrectio perficitur animarū, est ab his, qui ea effecti sunt digni beneficijs cæteris praærenda. Nam quemadmodum exanimato cadaveri nil prodest ornatus uestium, diuinitatum affluentia & numerositas filiorum: ita necq; in peccatis defunctæ animæ ualent naturales uirtutes, acquisita scientia, seu aliquid eiusmodi. Quamobrem spiritualis resurrectio tanquam saluti omnimodo necessaria est à cunctis fidelibus appetenda, orationibus imploranda, sanctorum ac iustorum intercessionibus postulanda, ieiunijs, eleemosynis, ac pijs operibus infatigabiliter querenda: quæ tamen à Deo gratis datur, dicente Iacob: Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Sed non uniformiter impertitur. Nam in spiritu per gratiam, quidam suscitantur timore, aliqui flagellis, quidam luce, nonnulli diuini gustus debriati dulcedine. Qualiter autem singula operentur in sanctorum testimonij scriptrarum breuiter perstringamus. Nemo recte intelligentium ambigat penè innumeratos resuscitatos fuisse, atq; quotidie ex metu mortis, seu ex timore gehennalium tormentorum, siue futuri iudicij suscitati ad uitam. Nam si temporalis supplicij metus immutat hominem, & conuertit ad dominum, sicut Nisiuitarum probatur exemplo, quid ager æterni? Quis est qui uibrante lictore gladium, seu paratis uarijs generibus cruciandum ad se dilaniandum, ad se totus non redeat, & ut euadere possit, ueniam non imploret? Quis, inquam, est, qui deficientibus corporis uiribus, mortisq; appropinquante hora, non pertimescat, & toto corde, ut ab inferni pœnis eripiatur, dominum non preceperit? Maxima prorsus timoris est uis, præsertim damnationis perpetua, quando uidelicet permittente Deo humanum apprehendit affectum. Omnem siquidem interioris domus exerit pacem, præsentis seculi delectationem fugat, uoluptuosæ carnis coeret stimulos, momentaneæ felicitatis blandimenta temperat, temporemagis dolorem ad sustinendum facit esse leuissimum, dummodo ex tolerantia ipsius præcauere possit æternum. Hoc de se propheta indicauit dicens: Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Tantæ etenim formidinis est damnatorum cruciatus, ut illum nullatenus intelligentia naturalis aspicere queat, horret mens, turbatur sensus, uiscera qualuntur, quoties obijcitur animo. Quoniam supra naturam, præter usum, contra uolum,

A uotum, uoluntatiq; totum oppositum est, qd in inferno est, non potest suadere ratio, neq; experientia mali, ut tormenta ipsa æquanimiter perferantur. Hinc blasphemia aduersus dominum, murmurum, iustitiae odium, de beatorum felicitate liuor, mortis concupiscentia, furoris impetus, omnisciæ consolationis, ac pacisarentia, damnatorum animabus inesse noscuntur. Ista dum quisque prudens secum tacitus cogitat, suspirat, gemit, pertimescit, ne committatur eisdem. Quod ut non fiat, ab illicitis se abstinet, potius tamen timore quam amore. Verum quanquam ad bene uiuendum trahatur seruiliter, & si non peccati, gehennæ tamen seruus & mortis efficitur filius, atque à cœlesti regno prorsus alienus, dicente domino: Seruus non manet in domo in æternum. Quamdiu igitur quis metu temporalis supplicij, seu æterni seruiliter uiuit, à filiorum Dei segregatus est sorte. At si abiecto timore pro sui conditoris amore, siue pro adipiscendis cœlestibus bonis id faciat, quod prius egerat pro evitazione poenarum, operante, & cooperante caritate, æterni patris efficitur filius, supernisciæ sedibus dignus. Huiusmodi mutationem dextera agit excelsi, quoties per formidinis incussione gehennalium flamarum aliquem de attrito contritum, de seruo filium, de extraneo amicum facit, et de subiectione peccati misericorditer, ad spiritus uult prouere libertatem. Nam eosque ipsum metus concutit, quo usque proprium agnoscat scelus, errata deploret, præteritas iniuriantes horreat, & interioris hospitij maculas tergit, semper amouendo à corde, atque opere declinando, quicquid diuinæ legi nouit esse contrarium. Porro ut in hoc bene uiuendi studio perseueret, meditatur iugiter corporis resolutionem, egressum animæ, tribunal iudicis, supplicia inferni, uerem scilicet conscientia, palpabiles tenebras, stridorem dentium, ultricem flammarum, horridos aspectus dæmonum, perpetuum carcerem, & sulphuris ineuitabilem foetorem. Meditatur, inquam, uniuersalis iudicij calamitatem, maximam conflagrationem mundi, elementorum collisionem, aduentum iudicis, passionis suæ insignia, accusations dæmonum, testificationes angelorum, conscientiarum propalationem, C atque dominum Iesum aduersus peccatores sententiam promulgantem, & dicentem: Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Beatus plane cui prærogatum est in sensu cordis ista interdum cogitare, quia à regno Dei longe non est. Nam quamuis terreatur, quanquam ex formidine ipsius interiora collidantur, tandem in bonis operibus perseuerando reperturus est pacem: quoniam quemadmodum oriente sole noctis abiguntur tenebrae, ita post purgationem mœroris superueniente caritate omnis seruulis eliminatur timor, & cordis humani uniuersa interiora clarescut, exultatq; animus dum sperat per insulam gratiam posse euadere quod urit in flammis, quod horret in tenebris, & quod inferni intolerabiliter sentitur in vinculis, Deum ex hoc amabiliter laudat, & illi iuxta possibilitem suam gratias exhibere non cessat. Tātoq; spirituali lætatur tripludio, quanto prius timoris, ac mœroris transfixus fuerat gladio. Experiatur in se, quod de se propheta meminit dicens: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Talis profecto eorum est finis, quos miseratio diuina per correctionem metus de profunda delictorum caligine, ad agnitionis suæ lucem atq; de mortis fauibus spiritualem reducit ad uitam. Illos ad horam percutit, ut saluet in seculum, & impræsentiarum reformet in melius. Hanc uicissitudinem caritatis, quam dominus in saluandis agit electis, Anna Samuelis mater expressit, dicens: Dominus mortificat & uiuiscitat, deducit ad inferos & reducit, suscitans de puluere egenum & de stercore eleuat pauperem, ut sedeat cū principibus, & solium gloriae teneat. Huiusmodi timoris eruditione correcti, o quam salubria concipiunt desideria, consilia prouida, sanctos cogitatus, affectus pios, uota castissima. Ex quibus pariunt laudabilia opera uirtutum, germina morum, fragrantissimos fructus, & spiritus uberes fructus, de quibus apostolus inquit: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, mansuetudo, fides, spes, modestia, continentia, castitas. Vides quam fœcundus sit huius sancti timoris domini conceptus, quamq; fructuosus exitus, per quem anima placens efficitur Deo, commendabilis proximo, utilis sibi? In sui quippe exordio doloribus est admixtus, subnixus seruitute perturbatis cogitationibus plenus, intentione obliquus, ac terræ proximus. At uero infundente

infundente se gratia paulatim liquefit, tanquam cera à facie signis, & reddit hominem. B  
 sibi, qui paulo ante iuris extiterat alieni. Quamobrem sanis admonitionibus assensum  
 præbens erigitur ad uitam, qui perniciosi exactoris iugo grauissimo premebatur, atq;  
 prima resurrectionis ornatus stola, & sanctorum desideriorum fortitudine roboratus,  
 per mandatorum Dei itinera gratariter incedit. Huius beatae resurrectionis donum se  
 propheta percepisse commemorans ait: Viam mandatorum tuorum cucurri cum di-  
 latasti cor meum. Nempe ut ex timore restringitur cor, & in semetipso corpore frige-  
 scit, & que ex caritatis pinguedine dilatatur & uritur, propter quod habilius efficitur ad  
 currendum. Currit plane eo uelocius, quo ardenter diligit, incedit simplicius, coele-  
 stiaq; perspicacius intuetur. Qui experimento ista cognoscit, quod habet teneat, per-  
 cepta custodiat, anteriora propiciat, & bene operando semper ad æterna festinet, ut  
 perfectæ caritatis attingat ad brauium. Quæ caritas eorum, qui timoris urgentur sti-  
 mulis, & resurgunt in spiritu, rectus est finis. Quoniam in ipsa caritate, ac per ipsam  
 omnium mandatorum perfectio continetur atq; perficitur. Quemadmodum plateræ  
 ait: Omnis consummationis uidi finem latum mandatum tuum nimis. Merito manda-  
 tum caritatis latum nimis esse perhibetur, quia cætera præcepta complectitur, amicos  
 & inimicos diligit, propinquos, & extraneis beneficia impendit, ardua aggreditur, ad-  
 uersa & quanimitate tolerat, seculi oblectamenta prudenti reluctance contemnit. De  
 hac latitudine caritatis inquit apostolus: Caritas patiens est, benigna est: Caritas non  
 æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit, quæ sua sunt,  
 non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniuitate, congaudet autem uer-  
 titati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: Caritas nunquam ex-  
 cit. Beatus igitur sicut propheta cecinit, qui timet dominum, in mandatis eius uo-  
 let nimis: potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicetur: gloria &  
 diuinitæ in domo eius, & iustitia eius manet in seculum seculi. Verum non minus il-  
 lum beatum dixerim, qui à domino corripitur. Quoniam si patienter pertulerit, re-  
 surgere atq; in filiorum Dei numero computari & ipse merebitur. Quis enim filius Q  
 (inquit apostolus) quem non corrigit pater? Corrigit plane, sed cum misericordia,  
 & mensura. Cum misericordia, inquam, quoniam quos in filios recipit, illos per fla-  
 gella ab eorum reatibus emendat, ut pater. Cum mensura uero ne supra uirtutem gra-  
 uati deficiant, uel contra sui conditoris iustitiam per intolerantiam murturent. pro-  
 pter hæc discipulos suos, apostolus hortatus est dicens: Fidelis autem Deus, qui non  
 patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet etiam cum tentatione prouen-  
 tum, ut possitis sustinere. Hinc satis recte colligitur quis filius, quis uero adulter fit. Filius  
 namq; flagellis atteritur creberimus, in tribulationibus uarijs eruditur, ut ad se redeat;  
 à pravitatibus suis resipiscat, & delictorum obliqua itinera derelinquit, quæ dedu-  
 cunt ad interitum sempiternum. Adulter autem qui ab æternorum bonorum hæ-  
 ditate repellendus est, aut à flagelli disciplina immunis existit, aut si percutitur per  
 correctionem uitam à proprijs facinoribus minime emendat. Vtrumque claret san-  
 ctaturi testimonijs scripturarum. Fleuit dominus Iesus (sicut euangeliorum narrat hi-  
 storia) super Hierusalem, quæ florebat delicij, diuitijs, & pace, & ait, Si cognouis-  
 ses & tu, utiq; fleuisses, & quidem in hac die, quæ ad pacem tibi. nunc autem abscon-  
 dita sunt ab oculis tuis. Latetabatur Hierusalem, & latetur quisque peccator, cum illi  
 ad uota prospera cuncta succedunt, ac temporali pace potitur. Atque ut bene agat  
 intelligere omnino dissimulat, quoniam ignorat, seu animaduertere neglit, quæ ca-  
 lamitates in futuro illi infligenda sint seculo: quas profecto si sciret fleret, uias suas  
 corrigeret, ne cum pereuntibus pariter & ipse periret. Verum cum solum præsentia  
 appetit, contemnitq; considerare quanta qualiaue supplicia delinquentibus reseruen-  
 tur in posterum mundanae felicitatis debriatus dulcedine, se sperans diu in eo posse  
 perseverare, quod est ueluti sine consilio, & absq; prudentia, flagitijs indesinenter stu-  
 det aggregare peccata. De huiusmodi inquit propheta: In labore hominum non sunt,  
 & cum impijs non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniuitate,  
 & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniuitas eorum, transierunt in affectum cor-  
 dis. Quid (quaso) de diuite in inferni baratro demerso dicitur; Nisi quia affluebat  
 temporalibus

A bat temporalibus bonis, in duebatur purpura & byssō, & quotidie epulabatur splendi-  
 de, & mendici Lazari misereri noluit: Nonne Salomon rex Israel, qui omni uoluptrati  
 se dedit, nihilq; carnalis illecebrae sibijspi negauit, ex abundantia terrena felicitatis cor-  
 de subuersus, atq; alienigenarum mulierum uoluptuoso amore illectus, cultu relicto di-  
 yino, dijs gentium sacrificia nefanda exoluit: Nihil sane infelicius felicitate peccan-  
 tum, quibus tanquam desperatis egrotis, quanquam contrarium & morbo incongruū,  
 nil negatur quod libeat. Cæterum & nullum tam euidentis perpetua damnationis indi-  
 cium est, quam continuis transitoriae prosperitatis pollere successibus, per quos homi  
 in hac miseriarum ualle finem suum instituit, nolens ueluti peregrinus, & aduena, sed in  
 hoc mundo cupiens cōuersari ut ciuīs. Hinc laboriosis seculi istius negocij, lenocinj,  
 corporis, edacitatis uentris, obscoenis impudicitij, fallacibus honoribus, puerili-  
 bus iocis, cæterisq; operibus carnis ardenter tendens, angelorum consortio, spirituali-  
 bus donis, ac naturali excellentia se facit indignum, dicente propheta: Homo cum in Psal. 49  
 honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est  
 illis. An non iumentis ratione carentibus esse censendus est similis quisquis in com-  
 mutabili spredo bono incontinenter degens commutabile querit, atque proprio con-  
 ditore neglecto, creaturis inordinato conglutinatur affectu? Huiusmodi quoniam con-  
 cupiscentiarum fere innumerabilium irretiti sunt funibus, difficultus conuertuntur ad  
 dominū, quamq; qui diris flagellati uerberibus nullum sceleribus suis finem imponunt. C  
 Vtrorumque tamen (nisi resipuerint) propera noscitur esse perditio. Nam quemadmo-  
 dum quicunq; prosperitatibus abundant, & uarijs charismatibus decorantur scientes, &  
 q; ex perceptione munierum debitorum etiam accrescit cumulus, lagorū suo infatiga-  
 biliter obtemperare coguntur: ita ex temporalis perpessione flagelli, ut æternum ua-  
 leat euitare supplicium, quisque ad coercenda delicta præterita debet esse sollicitus.  
 Porro præsentium calamitatum afflictio futurum gerit imaginem, quæ tanto formi-  
 dolosius, tantoq; prudentius præcauenda sunt, quanto acerbiores, diuiniiores atque  
 intolerabiores existunt. Hæ etenim quanquam ex originalis poena peccati cætero-  
 rumq; purgatione delictorum iustissime sunt inflictæ mortalibus, sua tamen experien-  
 tia erudiunt obhorrere perpetua. Nemo igitur in impatientiam proruat, dum patitur,  
 neq; fatigetur, cum à Deo corripitur, quoniam punitur citra condignum, tametsi inco-  
 moda multa sustineat. Aequa discretionis lance, & in statera iustitiae appendat, hinc æ-  
 rumnas, quas perfert, inde delicta quæ fecit, & luce clarius agnoscat misericordiam in-  
 se affluentissime superare iudicium. Poterit prorsus ex hoc commoueri ad tolerantiam  
 mali, atq; ad meritum discet extorquere uirtutis, quod ad supplicium sceleris sibi intel-  
 liget esse inflictū. Maxima plane diuinæ pietatis miseratio est, dum quoquo modo à Deo  
 fidelis quisque percutitur: si iustus est, iustificatur adhuc: si peccatorum foedatur sordi-  
 bus, tribulationis conflatur in igne, quatenus animæ resoluta rubigine coelestis regie  
 conspectibus purgatus appareat. Soli ergo illi merito plangendi sunt tanquam mor-  
 tui, qui nec terrentur minis, neque uerberibus emendantur, de quibus per prophetam Psal. 34  
 dicit dominus: Percussi eos, & non doluerunt, atrui illos, nec compuncti sunt. Nam  
 quos præsentia flagella non corrigit, ultrix flamma æterni comburet incēdij. O quan-  
 tos quotidie ultio diuina flagellatos & impenitentes damnat. O quot ex discipli-  
 na patris rebelliores & deteriores sunt, dum quod illis datur ad conuersionis adiu-  
 tonum, sibi per incolerans letale conuertunt in poculum: De talibus per pro-  
 phetam dicitur: Væ h̄is qui perdidérunt sustinentiam. Plane illi sustinentiam perdidis. Ecd. 2  
 se dicendi sunt, qui nulla fortitudinis uirtute suffulti, flagellantur, & murmurant, qui-  
 busue manet æternum incendium, quia iniuste iustissimum Dei iudicium minime ea-  
 luminiari uerentur, ignorantibus quicunque per temporalem correptionem non emen-  
 dantur, duplicitibus uelutientis poena uidelicet transitoria, & æterna. Sic namque pro-  
 pheta perhibet dicens: Dupli consitione contere eos domine Deus noster. Verum  
 quid miserabilius, quam in præsentiarum æterna damnationis inchoare supplicia, &  
 beatæ uitæ nullam expectare mercedem? Hinc aperte colligitur quantum patientie  
 uitæ proflit, per quam animæ fidelium custodiuntur, ne aduersus suū murturen con-  
 citorem. Congruè itaq; (iuxta domini sequentiam) iustus quisq; in patientia animam  
Hier. 17

**Ioan. 8** suam possidet, quoniam sui iuris est, quamdiu patiens est, qui profecto ab arce mentis, cū per intolerantiam corruit, iuris efficitur alieni, domino attestante, qui ait: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Qui aut̄ alterius est seruus, suus prorsus esse non potest. At uero quicunq; sius nō est, non seipsum possidet, sed possidet, trahitur, captiuitatur, uanundatur, occiditur. Quamobrem quicunq; animā suam possidere desiderat, patientem virtutem inconcussam teneat, & contra Deū omnem murmurū commotionē à corde suo diuellat. Non quid patitur, sed à quo & propter quid patitur diligenter examinet. Nullus profecto percutitur, nisi uolente Deo, seu permittente: nempe si uoluntarie punit, purgat, sanat, uiuiscat: uerum si permisive, hoc agit iuste, quamuis occulte. Quis (quaeso) diuina audeat damnare iudicia, quae tametsi perscrutari non liceat, uenerari tam debent, quoniam æquissima sunt, dicente propheta: Iudicia domini uera iustifica ta in semetipsa. Iustificantur quidē in semetipsis, quanquā nos minime ipsorum profunditatē penetrare sufficimus. Vis nosse q; si permittente Deo flagellaris, id Deus tuis ex

**Tob. 3** igentibus culpis iudicio iusto irreprehensibiliter facit: Prophetā audī: Omnia, inquit, quæcunq; fecisti nobis, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi, & mandatis tuis nō obediuiimus. Nunquid redarguendus est iudex, qui latronum & homicidarū punit scele rat? Nonne magis foret increpandus, si impunita desereret? Laudamus ciuiles leges, decreta imperialia & humana iudicia, quæ condignam malefactoribus retributionem uident impendi, & iustitia Dei detrahimus, iudiciaq; damnamus, si nos delinquentes inseguirur, si nostris non parcit flagitijs. Quodq; deterius est, persæpe qd in altero æquissimū esse fatemur, per impatientiam reprehendimus, si perficiatur in nobis. Sic satui sunt filij hominum iudicantes non recte, dicentes malum bonū, & bonum malū, ponentesq; tenebras lucē, & lucem tenebras, dum nō quod iustum est, sed quod illis placet commē dant, quod displicet damnant. Non autem ita agunt, qui recti sunt corde, & in quibus Dei sapientia habitat: detestantur quidem scelerā, & quicquid diuinæ aduersatur iustitia cum non minus prospiciant in se quām in alijs, imò frequenter per amplius in se. Iu-

**Proverb. 18** stus (inquit scriptura) in principio accusator est sui. Verum quantum iustitia hæc Deo

**Psal. 31** placeat, quantumq; iustificet confidentem, propheta de se testatus est dicens: Dixi confitebor aduersum me in iustitiam mē domino, & tu remisisti impietatē peccati mei. Sane qui in spiritu humilitatis se peccatorem cognoscit, non se fallit, nō se occultat, non se excusat, non se iustificat, sed proprium confiteretur delictum, cordis sui latebras ipse perscrutatur in se, & palam per confessionem facit, quod deformē uidet intus, & diuinæ legi agnoscit esse contrarium quatenus suorum ualeat percipere indulgentiam criminū, quæ iustificatis magis, magisq; iustificandis debetur humilibus. Porro huiusmodi, quoniam suæ infirmitatis est conscius aduersus Deum, cum percutitur, minime se turbare audet, iustitia conuictus iudicio, qua gratis effectus est iustus. Cæterum nec dum iustificatus quisq; peccator facile per impatientiam proruit, & iusta iudicantis Dei sententia derogat, si pro scelerib. flagellatur, proclamans se iniuste damnari. Cæcitatem quippe iniustitia fug, eo maiorem esse manifestat, quo uerberibus se minus fatetur dignum. Evidē si flagellati cuiuspam iusta censenda esset querimonia, illius tantum foret arbitranda, H

qui nullum prorsus commisit delictum. At uero quis tam temerarius, & tam cæcus est,

**Ioan. 1** ut audeat dicere, nullum se habere peccatum: Hoc qui asseuerare præsumit, Ioannem apostolum audiat dicentem: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipso sedu-

**Psal. 13** cimus, & ueritas in nobis non est. Propheta quoq; inquit: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, nō est uic̄ ad unum. Porro si absq; contage delicti, cursum huius peregrinationis completere possemus, superuacue docuisset

**Matth. 6** dominus nos orare, & dicere: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debi

**Psal. 50** toribus nostris. Deniq; quis David propheta sanctior: aut beato Iob mundior: Nā pro

pheta ait: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuā, & secundum mul

itudinem miserationum tuarum dele iniuriam meā, amplius laua me domine ab ini

quitate meā, & à delicto meo mūda me, quoniam iniuriam meā ego cognosco, &

**Iob. 33** peccatum meū contra me est semper. Tibi soli peccavi & malum coram te feci. San

ctus uero Iob inquit: quid faciam tibi o custos hominum: quare me posuisti contrariū

abi, & factus sum mihi met ipsi grauis: cur nō tollis peccatum meū, & quare non auferis iniuriam

**A** iniuriam meam? Paulus quoq; dicit: Christus uenit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum. Vera igitur est illa sententia, quæ ait: Omnes quidem peccauerunt, & egent gratia Dei. Si peccauerunt omnes, nullus euadere potest sustinam Dei peccata punientis. Insipienter itaque agit quisquis de diuina percussione turbatur. Nec ualeat esse iustus, qui iustitia aduersatur. Præterea merendi non solum facultatem amittit, uerum etiam grauior illi præsens efficitur pena, & eternum (nisi resisterit) minime poterit deuitare incendium. Nullus proinde flagellis eruditus cor dis sui calcaneum contra Deum eleuare præsumat, sed magis humiliiter toleret, & gratias agat, gaudeatq; se in filiorum numero computari, qui frequentissimis tribulationibus fatigantur. Flagellantur, inquam, filii iustificati quandoq; ut adeptas uirtutes exerciant, quæ pugnandi desuetudine decrescere consueuerunt, interdum ut ex uerberibus promptiores fiant, torporeq; abiçiant, qui in prosperitatis nutruntur abundantia. Corripiuntur insuper, sed non in furore, ut de commissis sceleribus satisfaciant patiente, do, utq; illis delinquendi tollatur occasio. Verum qui necedum per gratiā iustificati sunt, idèò uarijs tribulationibus feriuntur, quatenus ad se redeant, proprias culpas agnoscent, defleant & relinquant. O quantos nouimus abundasse diuinitjs, & earum occasione in maximum mentis decidisse tumorem, ac horrenda perpetrasse flagitia, qui domino disponente pauperes effecti, facti sunt humiles! O quot reprehensibiliter, & damnabiliter, sine pudore degentes, post perpessiōem disciplinæ, sanctæ conuersationis facti sunt speculum! Incedebat Saulus tanquam leo rugiens, spirans minarum & cædis in discipulos Christi, ut si quos Christianæ religionis reperiret uiros ac mulieres ipsos perduceret in Hierusalem. Iste dum animo nocendi pergeret circumfusus humine, terræ prostratus, cæcitate percussus, atque correctus inquit: Domine quid me uis facere? Vides quantum illi profuerunt uerbera? meruit gratiam, recepit lumen, repletus est sapientia, factus est prædictor, qui paulo ante extiterat persecutor. Consueta sagissime ad conuersionem, resurrectionemq; animarum ars Dei est flagellis multifarijs

**B** delinquentes percutere, rationabilis quidem, minime uero necessaria. Quis enim est, qui diuinæ ualeat resistere potestati? Nihil ex necessitate operatur Deus, cui subest omnia posse cum uult. In sapientia sapienter uniuersa disponit: nam si folium arboris absque Dei nutu non cadit, fieri ne conuersio hominum, præsertim cum ipsa gratuitas, & ab ineffabili uenerandaq; illius prædestinatione proueniat? Quos enim prædestinavit, hos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit: si prædestinavit, hoc non egit in tempore, sed ante mundi constitutionem, neque ex operibus, sed per meritū suam misericordiam, quemadmodū apostolus, Nō ex operibus (inquit) iustitia, quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiā saluos nos fecit. Prædestinavit, inquā, sine ullo medio, nō aut si iustificauit, siue uiuiscauit. Multifarie aut̄ quamuis id agere consueuerit Deus qualiter animā mortuā per flagella iustificet, uiuisceretq; exigente materia succinctus sermo percurrat. Quē enim diligit Deus corripit, flagellat aut̄ omnē filiū quē recipit, nunc in terrenis facultatibus, quandoq; in carorū extinctione, in corporum uero infirmitate sapissime. O quām salubre animæ medicamentū est inopia temporalium rerū cū patiētia! Quis explicare sufficit, quāta ex diuinitarū abundantia perpetren flagitia? Qui uolunt (inquit apostolus) diuites fieri, incidūt in tentationes, & in laqueum diaboli, & in desideria carnis, quæ demergūt animā in interitum sempiternū. Si diuinitarū cupido in tentationes, & diaboli impellit laqueos, quid facient habitæ? Ipsas ut plurimū si expendātur, comitantur apparatus uoluptuosus cōuiuitorū, histrionū ioculatorūq; cōcursus, impudicitia, ornatus superfluus indumentorū, fastus inanis gloriae, mentis elatio, & alia multa quib; carent, qui ad sufficientiam tantū diuinitias possident. Verū si tenaciter cumulent, secū habent diffidentiam diuinæ prouidentiæ, insatiabilē aggregandi cupiditatem, timorem anxiū depauperandi, necessariorū ad uictū parsimoniam, impietatē erga inopes, rapinas, fraudesq; amorem seculi, resolutionis corporis odium, in hac uita perseuerantem cordis affectū, dicente domino: Vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuū. Porro cupidus, setuus efficitur diuinitarū, idolorum cultor, contemptor sui, atq; futurae beatitudinis prorsus ignarus: hanc si agnosceret utiq; contemporaret, sibiq; in illa per elemosynarum erogationē thesaurizaret thesaurum, quem nec demolitur tinea, nec rubigo

Laur. Iustin.

**AA** consumit,

consumit, nec fures effodiunt uel prædantur. Vænalis quippe est illa beatitudo cœleste. Et stis, & tanti ualet, quanti quis potest expendere. Hanc per egenorū susceptionē sibi uenit dicauit Abraham, Iob per miserorū compassionē, Tobias per defunctorum exequias. Zachæus per distributionem dimidij honorum suorum uidua duobus minutis, alij uero pro calice aquæ frigidæ, & euangelici uiri omnia tribuendo. Sicque (ut dictū est) tanti ualeat quācum quisque cum sinceritate mētis pro amore diuinitatis impertitur pauperibus. Sane his omnibus beatiores estimandi sunt pauperes spiritu, qui cū nihil habeant, possident uniuersa. Nam à sollicitudinibus effecti liberi, alacri animo, ac fide non fissa expeditis gressibus ad perfectionis nituntur euolare fastigium, quo mediante sublimiorē cœteris in illa cœlesti patria gloriae adipiscantur gradum. Nempe si humilitas copulata sit commendabilis est ista cupido cœlestium, imprædabiliumque diuitiarum, quas nō humana negotiationis solicitude anxia, sed uirtutum sibi acquirit studiosa perfectio, que omnem terrenarū facultatum damnat affectum, ueluti sibi reprehensibiliter aduersantem. His proculdubio caducis diuitijs facile inclinatur humana cupiditas, tanquam quotidiano uictui omnino necessarijs. Cœterum dum diuini timoris careat fræno, cum maximo animæ dispendio, ac Dei offensa illis abundare concupiscit homo, cum quib. post pavilum in immane præcipitum labitur, uel inuitus. Hac quippe de causa totis uiribus laudandus est Deus, atque de salute propria cōcipientia est spes, cū ab amatoribus mudi temporales auferuntur diuitiae: quoniam onus tunc per maximū & delictorum perurgens abiicitur materia, efficiturque homo hæres Dei & cohæres Christi, dūmodo diuinæ uolutati se spōte subiicit. Fit aut̄ superna opitulāte clemētia, interuenientēque uolūtatis cōsenſu, ut rerum carētia, q̄ prius credebatur esse onerosa, fiat læta, atque iocunda, dū ad ea pefſenda cœlestia erigitur mens, latētemque gratulatur reperisse thesaurum. Veridica in hac mutatione apostoli probatur esse sentētia, de qua dicitur: Quod omnis disciplina in presenti quidem non uidetur esse gaudijs, sed mceroris, postea autem exercitatis per eam patatissimum fructum reddit iustitiae. Hoc sane in amissione temporalium rerum, hoc iugiter experitur in subtractione carorū, quod non sine ueneranda Dei prouidentia geritur, & potissime in his, qui saluandi sunt, atque de spirituali interitu ad uitam animæ reparandi. Nam quemadmodū qui compediti sunt, ut quō illis libuerit, gradiendi habeant facultatem necesse est, quatenus à uinculis absoluantur: ita & ab immoderato sunt retrahendi affectu quicque ad dominum rectis gressibus appropinquare peroptat. Quis neſciat amorem parentum, & potissime filiorum maximum impedimentū esse Deo seruire cupientibus? O quām innumeros natorū affectus in profundū demersit abyssi! Existe penè supra numerū arenæ maris. Videamusque quotidie plurimos adeò amentes, & carnali inebriatos amore, ut deliberato animi consensu, potius damnari eligant, q̄ filios suos post se in egestate relinquere. Huiusmodi scelesti homines æquè pernicioſe liberos suis diligunt sicut & se: qui enim sibi nequā est, cui bonus esse poterit? Sibjpsl illi nequā esse censerunt, qui Dei gratia, & regno cœlorū spōte se priuant. Nō aut̄ ualet se ipsum diligere, q̄ Deo seu proprię saluti preponit quicque. Nā clamat lex, eloqua sacra imperant, creature uniuersæ testantur, & innata hominis ratio suadet, Deum super omnia esse diligendū. Verū ne ob amorē cuiuscunq̄ rei negligendū est animæ bonum, prius minime. Quid (inquit dominus) prodest homini si uniuersum mundū lucreſ, animæ uero suæ detrimentū patiat̄? Aut̄ quam dabit homo cōmutationem pro anima sua? Nihil rationabilis anima preciosius, nihilque possidendū est carius, que Dei est ornata imagine, Christi redempta sanguine, atque sanctorū angelorum felicitate ditanda. Hanc quicquid semel amiserit ulterius recuperare non ualet, etiā ex ipsa omnī intercessione sanctorū. Quamobrē imprudentissimi omnino censendi sunt, qui plus formidant corporalē natorum penitū, quām æternū suā animæ cruciatū. O si sapere possent, quām intollerabilis, quām uehemens sit, utique resipisceret, & affectionis suā intentionē reformat̄ oblitus. Relinquunt (prohdolor) his diuitias suas, qui uix ab inferis illos gutta aqua ad superos reuocarent, Hæc clarent ex suffragijs, quæ pro defunctis flunt. Verum iusto id agitur Dei iudicio, ut ille obliuioni tradatur à propinquis & liberis, qui ob eorum inordinatum amorem non erubuit perpetrate flagitia, exercere rapinas, fraudes facere, expoliare egenos, illicita tractare commercia, miserijs inopum pietatis uiscera claudere, atque

A atque per fas & nefas aggregare pecunias. Merito igitur post mortem in angustijs constitutus, ille ab hominum memoria tollitur, qui Deum male uiuendo contempsit, plus carnem amauit, quam spiritum, atque munerum largitore neglecto, munus ipsum toto corde dilexit. Donum quippe Dei est propagatio prolis, filiorum incolumenta, prosperitas amicorum, necnon carnis præclara progenies. Insipienter prorsus agit quisquis carorū affectum præfert Deo, qui gratis eos tribuit, ualeatque nullo sibi resistente illos ab hac lumine surripere. Cœterum claret perspicue quod maximum recte uiuendi infert impedimentum propinquorum carnalis affectio, quam ipse Dei & hominum mediator modificate uoluit dicens: Qui amat patrem aut matrem plus quam me, nō est me dignus. Sane huiusmodi affectionis antidotum saluberrimum corporalis mors esse probat, quæ inordinate amantem temporaliter punit. Voluptuosū amoris dissoluit federa, atque carnis amo-  
to uelamine, rationalē spiritū Dei uisione efficit dignū. Quām obrē nullus aduersus Dei sapientiā quoties per carnis resolutionē carorū suorum priuatur præsentia, murmurare. B præsumat, neque quod ignorat arguere audeat, quin potius acceptū pignorum amicorumque depositū humiliter reddat, discatque cordis sui affectum colligere, & illū tota animi intentione diligere, q̄ mori nō potest cū ipse sit uita. Ridiculū profecto est, ut quis rē qualem cuncte uotis omnibus amplectendo retinere coneat, quā per momenta singula amittere ualeat. Nempe diligendi sunt propinqui, & liberi tanquam res aliena, nō propria. Ne forte si repetant, mens abundatiori absorbeat mœstitia, per quā Deo possit displicere qui petiunt. Meminerit quisque orbatus liberis, ac terrena nudatus substantia, sancti illijs, qui audita direptione omnium facultatum suarum, atque decem filiorum extincione cognita, tonso capite, consciissa ueste, mente immobili, & cordis seruata innocentia, in terram corruit dicens: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factū est, sit nomen domini benedictum. Porro huius constantissimi uiri uerba hi abfc̄ reprobatione ulla proferre queunt, qui in omni cuiuscunq̄ tribulationis euentu cuncta diuina nouerū uenerari iudicia, & suorū cōscij delictorū minus q̄ quod merent̄, se pro sceleribus suis uerberatos esse fatentur, atque sub paterna correptione humiliores facti, ex his quæ tolerant, agnoscent quām fallax sit mundus, quām uana spes hominum, quām multiplices improvisi casus, quām breuis temporalis consolatio, & quām pernicioſa, nisi prudētissime regatur, sit præsens prosperitas. Vides ne quām fructuosa sit tribulationum uexitio, quæ æquo animo aduersa patientib. tā præclarū tribuit intellectum, suimetque contēptum? Hinc est q̄ excitati per eam non solum damna rerū interitumque affinium magnanimitate sustinent: uerū etiam proprię corporis cruciatū alacri animo perferre noscunt. Tolerabilius quippe est terrenarū amissio facultatū morte liberorū: at uero proprię carnis cruciatus præcellit utrumque. Pellem pro pelle, & omnia quæ possidet (sicut scriptum est) dabit homo pro anima sua, id est pro corpore suo. Quid (queso) prius homini opes congregatæ, multiplicataeque progenies, si doloribus afflictus his frui nequeat? De nullo ualet exteriori bono quod possidet, solatium capere qui pœnaliter uiuit. Nam qui sibjpsl onerosus sit, cui potest esse benignus? Cœterū cuius uita laboriosa est, de quo rum poterit felicitate gaudere? Recuperari possunt diuitiae perdite, obliuioni traditae subtractione propinquorum, nunquam uero actualis languor corpus attenuans. Cœterorum facile obliuiscitur præterquam sui quisquis infirmitate depressus iacet. Optimū medicamentū ad saluandū animas ægritudo corporis esse comprobatur. Nēpe innumerā auferit incitamenta peccandi, delinquenti suimet cognitionem præbet, errantē mentem ad sensum reuocat, cor prius insensibile deuotum facit, dum Deum iugiter interpelare cōpellit. Maxima deniq̄ salus ægritudo corporis, que compungit animū, superbiendi tollit affectū, impudicitię extinguit ardorem, cupiditatis sitim temperat, appetitum edacitatis frænat, litium contradictiones amouet, liuoris consumit rubiginem, atque seculi istius interdicit amorem. Nullum isto acceptabilius est sacrificium, si tamen patienti desiderio concretetur. Facile largitur omnia, qui seipsum offerre non renuit. Disce igitur qui infirmaris in corpore, in doloribus gratias agere, quatenus uirtus animæ perficiatur, accrescat salutis spes, augeantur merita, & spiritualis gratia in te locupletior fiat. Disce, inquam, quantum Deo culpa displiceat, quantumque nō ceat delinquenti. Ex his etiam quæ pateris, eruditiri poteris de futuris, quæ nullo fine claudūtur. Noli (quando)  
lob. 1  
lob. 2  
lob. 3 Laur. Iustin.

ab ijs cere disciplinam domini, nec fatigeris cum ab eo corriperis. Si fertum es, infirmitas E  
tis coniectus in ignem, uitiorum amittes scoriā: si argentum es, uarijs doloribus exami-  
natus splendidior fies: si uero aurum, post purgationem uirtutum decoraberis gemmis.  
**N**e contristeris, cum multisario languore torqueris, sed potius gaude sciens neminem  
ad ultum, absq; tribulationum incommodis ad perfectionis alta posse descendere. In-  
tuere Christum in cruce pendentem, irrisum, blasphematum, felle potatum, ut in passio-  
nis ipsius consideratione tuum ualeas linire dolorem. Tecum similiter martyrum tormenta  
re uolue, equuleos, uerbera, ignē, ungulas, carceres, exilia, quatenus in comparatione  
eorum parua agnoscas esse quæ pateris. Demum si potes diuina flagella humiliter susi-  
nentibus promissam in cœlo contemplare mercedem, quam nec oculus uidit, nec auris  
audiuit, q; nec in cor hominis ascendit. Quamobrē si à carnificib; dilanietur corpus, attra-  
ctetur uerberibus, ardentib; facibus cōburatur, cōspergatur ulceribus, exaretur, exco-  
rietur, suspēdatur, trāfigat, perimaturq; nec sic huiusmodi cruciatus cōdigni erūt ad fu-  
turā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Cæterū si ob nimietatem infirmitatis p̄d dolorib;  
contrahantur nerui, debilitētū gressus, uisus hebetetur, obturetur auditus, omneq; cor-  
pus à planta pedis usq; ad uerticem capitū repleatur uulneribus, uermesq; scateant, cun-  
ctisq; languoribus fatigetur, tolerabilia sunt, propter supereminentem felicitatem, quæ  
2. Cor. 4 iustis in futura resurrectione promittitur. Quoniam perennis est gloria, & momentaneus  
dolor. De quo uidelicet dolore momentaneo apostolus inquit: Quod enim momenta-  
neum est, & leue tribulationis nostræ in sublime pondus gloriæ operatur in nobis con-  
templantibus nobis, quæ non uidentur, non quæ uidentur. Quoniam quæ uidentur, tem-  
poralia sunt. Quæ uero non uidentur, æterna. Latemur igitur quoties per amissionem  
transuentium & periturarum rerum, seu per defectionem carorum, sive per temporales  
languores, manus domini erudit nos: scientes quod non odij, uel destitutionis, sed p̄z-  
cipiæ dilectionis indicium est. Præsertim cum post correptionem uitæ sequitur immuta-  
tio. Ego (ait dominus per prophetā) occidā & uiuere faciā, percutiā & ego sanabo. Pius  
namq; patet de emēdatione nostri, solitus, nūc peccandi occasionses amouet, nūc per G  
flagellorū irrogationem facinora perpetrata detergit, quatenus expeditius regni illius  
meremur esse consortes. Agit quippe per tribulationes, qd spōte agere deberet quisq; fidelis. O q; acceptabilis, quantumq; cū ueneratione excipienda est ista correptio, quæ  
humiliter exhibet amicum Deo, & gratia mediante restituīt animæ uitā, quā letalis ab-  
stulerat culpa. At uero cum proficiēt sint infirmitates & damna, ac ex eorū effectib; red-  
dant tolerantem sibijsli emendatum, atq; compūctum, atq; per easdem diuina clemen-  
cia gratia sua & spirituali uita quotidie efficiat dignos, non tamen isto semper remedio  
ad bene uiuendum suorum trahit animas electorum. Nā quemadmodū multis terrenis  
curis, ac carnis uoluptatibus intendētes per internam uocationem mediāte flagello de-  
mortis fauibus dominus reducit ad uitam: ita quā plurimos, qui cor non habent elati-  
um, ueritatis sua splendore irradians ex gehennæ filij regni sui gratia cooperante fa-  
cit esse hæredes. Bona plane domini disciplina est, quæ delinquentium emendat errata,  
Eph. 1: 12 H Gal. 1: 12  
de notitia Dei repellit caliginem. Illa cū dolore, hęc cum admiratione gaudio copulata  
percipitur. Vtraq; tamen donū est Dei, sed istud diuinæ lucis præstantius. Quoniam ef-  
ficacius impellit ad Deum, rationabilius allicit, nutrit amplius, & dulcius meditando re-  
uoluitur. Lumen hoc sibi à domino tribui Propheta poscebat, quum diceret: Intellectū  
damibi & uiuā. Illud se accepisse Apostolus fatebatur inquiens: Quū autem placuit ei  
qui me segregauit ex utero matris, & uocauit per gratiam suam, ut reuelaret in me filiū  
suum, continuo non acquieci carni & sanguini. Evidēt cuiuscunq; illud excipientis eo  
celerior est conuersio, quo gratia huius lumen est clarus, ac delectabile, sicut legitur  
est lumen oculis, & rationali spiritui fulgentissimæ ueritatis agnitus. Est quippe istius  
ueritatis uespertina, est matutina, & est meridiana lux, quā ipsa sapientia Dei patris, quæ  
candor est lucis æternæ, speculum sine macula, & splendor diuinæ maiestatis, prædesti-  
natorum, & iustificandorum infundit mentibus, quatenus perspecta ipsa ueritate euigi-  
lant, ac resurgent. Hæc enim spiritualis lux non uniformiter mentes illustrat, rametsi ab  
unico æternæ claritatis fonte emanare noscatur. Quidā nāq; quamuis pauci sint in suæ  
conuersione

A couersionis exordio meridianæ, pleriq; matutinæ, nulli uero uespertinæ lucis irradian-  
tur splendore, per quem lucis efficiuntur filii, & in domino lux, atq; delictorum opacas  
perhortescunt tenebras, ipso eos præcedēte, ac comitātē iustitiæ sole, qui claritatis suæ  
præsentia omnē spiritualis noctis fugat nebulā. Porro illā uespertinā lucem esse nuncu-  
pauerim, quæ mundanæ fallaciæ, & temporalis illecebræ cognitionem tribuit atq; con-  
temptum. Hac proculdubio omnes priuati sunt, qui ecclesiastice secularis dignitatis ho-  
nores ambiunt. Et quotquot in explendis uoluptatibus carnis, sive in aggregandis diui-  
tijs inardescunt cæci sunt isti, & in tenebris ambulant, ac ueluti irrationalib; iumenta  
malū cupiditatū catheris, atq; inueterata cōsuetudinē funibus irretiti trahuntur.  
Taliū adeò multiplicatus est numerus, ut paucissimi in comparatione eorū reperian-  
tur, qui spirituali libertate ducantur. Per traclā (quæso) tecum ḥ homo, & diligēter mor-  
talium intuere studia, & uerum esse intelliges quod dicitur: Difficillimē diebus no-  
Gal. 1: 12 Psal. 52  
stris inuenies, quem non delectent humani fauores, & alijs imperandi potestas. Omnes  
penè p̄zesse cupiunt, propter quod humanis potius quām diuinis formidant displace-  
re conspectibus. Quærunt homines placere hominibus, nō considerantes Apostolum  
diceritem: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus nō essem. Et prophetam quoq;  
qui ait: Dominus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placet. Ille profectō seruus ho-  
minum comprobatur, qui fauores hominum concupiscit, & ab ore illorum testimoniu-  
m̄ querit. Huiusmodi domus impulsa facile collabitur, quoniam caret fundamento petræ,  
quæ edificandorum ædificiorū spiritualium stabilimentum est optimum. De quo apo-  
stolus ait: Ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constru-  
cta crescit in templum sanctum in domino, in quo & uos coædificamini in habitaculū  
Dei in spiritu sancto. Et dominus per Prophetam: Ecce ego ponam in Sion lapidem an-  
gularem summum, electū, preciosum, Propterea Apostolus Petrus fideles hortatur di-  
cens: Vos tanquā lapides uiui superedificamini domos spirituales. Sanè qui super hanc  
ædificant petram, quæ Christus est, impulsū tentationum turbinibus, persecutionum in-  
Eph. 2: 2 Esa. 2: 28  
undationibus agitat, prorsus euerti non possunt. Ab hominibus quoq; nolunt habe-  
re mercedem, quæ temporalis est, inanis, Deo odibilis, & perniciosa. Quam qui deside-  
tant mente arbitrandi sunt cæci, dum ad horam exultantes in lumine inextinguibilem  
lampadarum ueræ lucis despiciunt radios. More quippe uirginum fatuarū in laudibus  
hominum, quas amauere confisi, sine oleo obuiam procedere spōso, atq; nuptialis con-  
uiuij domum pulsare, ut sibi aperiatur minime erubescunt. Maximæ profecto demen-  
tiae argumentum est in trāitoris quempiam honoribus delectari, & credere frui posse  
coelestibus. Nam momentaneus honor & laus mortalium, superborum est merces, glo-  
ria uero sempiterna humiliū. Non enim p̄zesse, sed subesse humiles concupiscunt. Hu-  
miles autem illos appellauerim, qui sibijsli uilescunt se cæteris inferiores arbitrantes,  
honorem primatus uoluntarie fugiunt. Quomodo aliena onera p̄fendendo desidera-  
bunt ferre, qui supra modū proprijs grauati, gemunt. Aspernantur equidem ueri humili-  
Psal. 111  
les omne quod est altū, quod honorabile, quod decorū, quod laudis, quod excellēta,  
quod transitoria opinonis est, ualetq; humanū mulcere affectum, quoniam diuinis se in-  
telligunt semper astare obtutibus, quibus etiam antequam stant nota sunt omnia. Me-  
ritō proinde illis debentur æterna, qui temporalia calcant, eliguntq; in hac peregrinatio-  
ne magis esse abiecti & inopes, quām habitare in tabernaculis peccatorum, ac eorū di-  
gnitatum sublimari fastigij, necnon terrenis pariter locupletari diuitij. Despiciunt qui  
dem prudenter ad tempus ea, quæ cum tempore transeunt, ut gloriam, illasq; obtinere  
queant diuitias, de quibus in psalmis legitur: Gloria & diuitiae in domo eius, & iustitia  
eius manet in seculum seculi. Hæc profectō, quemadmodum mentis oculo per fidē cer-  
nunt, ita corde concupiscunt, ac uotis omnibus possidere cōtendunt. Nam superuacue  
ista spiritualia & æterna appeterēt, nisi uisibilia & peritura despicerent. Bonum lucrum,  
& beata est ista cōmutatio, recondere in sinu pauperum terrenas opes, ipsasq; postmo-  
dum centuplicatas, & in gazophylacio reperire cœlesti, ubi in p̄cipite rubigo consu-  
nit, latrones non rapiunt, neq; illas possidentem ullus amittendi conturbat metus. O se-  
lix paupertas, uoluntarie pro diuinitatis amore suscepta, quām locuples, quām kata-  
AA 3 quām  
Laur. Iustin.

quām iucunda es, quamque secura, latronibus occurris intrepida, egestatem non metuis; B  
humilitati sponte obsequeris, cum illa ad æternam pariter gradieris uitam. Vnum est am-  
borum præmium, una societas, unus dominus, una professio, unaque perfectio. Qui uos  
ab inuicem conantur diuidere, uestras ignorant uirtutes, atque dulcedinem uestram ne-  
Math. 5  
quaquam experti sunt. De uno siquidem fonte liquor uester spiritualis erūpit, & ad  
eundem diuertit finem, dicente domino: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est  
regnum cœlorum. Porro pauperes spiritu humiles, non inflatos, ac timentes Deum,  
nominat qui terrenarum facultatum nil ambient. Merito humili regnum debetur cœ-  
lorum, quoniam toti mundo renunciat; omnesque carnis suæ à se abdicat uoluptates,  
neçnon sub rationis imperiū redigit quicquid diuinæ legi aduersatur. Iste proculdu-  
bio cœlesti fultus præsidio, à tenebris migravit ad lucem, atque de mortis fauibus per  
gratiam, de morte transiuit ad uitam. Agnouit quippe uestertino introrsus illumina-  
natus splendore mundi prosperitatem esse fallacem, temporales facultates caducas,  
momentaneos honores laqueis refertos, atque carnales uoluptates supra modum esse  
letiferas. Quamobrem ipsas ex corde despexit tanquam Deo contrarias, ac saluti  
humanæ pernoxias: despexit, inquam, eo liberalius, quo clarius intellexit inuisibilità  
bona Deum diligentibus in cœlo esse parata. Bona profecto lux est, quæ de peccati  
morte resuscitat animam, & seculo cunctisque pompis illius renunciare compellit. Me-  
lier tameñ illa censenda est, quod radio suo nedum ignorantia propulsat tenebras, ueruetia  
penetalibus cordis caritatis ignem accendit. Vespertina etenim lux exteriorum pra-  
bet scientiæ, contéptumque. Matutina uero collatorum beneficiorū intellectū præstat, &  
gustum. Nam propterea matutina nuncupatur, quoniā præcedet meridianam, quæ in  
Dei cognitione substituit. Quemadmodum enim lux uisibilis de solis claritate generata  
eundem solem proximum esse denunciat in ipso diei primordio: ita & beneficiorum  
Dei propalata scientia, ad manifestam diuinæ bonitatis prouehit notitiam. Sic quidem  
connexæ sunt pariter, ut quāquam diuersa uocabula sortiantur, una tamen atque eadem  
lux. Quis (quæso) corporalium seu spiritualium author est munerum, nisi is, de quo G  
Iacob. ait: Omne datum optimum, & omne donū perfectū desursū est descendens a pa-  
tre luminum, apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio? Quid  
enim habes (inquit Apostolus) quod non accepisti? proinde quicquid habes non est tuus,  
sed accepisti. A quo aut audi. Gratia Dei (inquit idē Apostolus) sum id quod sum. Gra-  
tia igitur lucens est radius, à throno Dei procedens, illuminans cor, & diuinæ uolunta-  
tis pandens arcana. Deus uero ipse est Sol, non temporaliter factus, non uisibiliter lu-  
cens, neque materiali localiçque cursu peragens diem, sed æternus, per quē facta sunt om-  
nia, inuisibili luce corporalia & spiritualia, terrena atque cœlestia, uniuersa perlustrans,  
immutabili prouidentia sua mutabilia cuncta disponens. Idem plane gratuita sua boni-  
tate matutinam lucem in quorundam iustificandorum cordibus oriri facit, quatenus  
ex cognitione munerum intelligent quanta à Deo caritate diligentur. Singularis pro-  
fecto est ista uocatio, quæ in beneficiorum cœlestium agitur speculo, per quam rationa-  
lis spiritus à suo torpore surgere, ac Deum suum toto affectu diligere cogitur, tot faci-  
bus spiritualibus irradiatur accensis, tot amoris casti stimulis agitatur, quot sunt dona  
quæ à domino sibi noscit esse impensa. Magna prorsus insinuatæ huius ueritatis est uis,  
& præpotens istius lucis est uirtus, quæ repentina suo splendore mentis dissoluit torpo-  
rem, interiores propulsat tenebras, gratiam simul confert & uitam. Quocunque considera-  
tionis suæ diuertit aciem, quisquis illa effectus est dignus, reperit quo nutriatur, & à  
quo trahatur erectus. Nutriunt equidem meditantis exhibita à Deo beneficia, eo sua-  
vius, eoque dulcius, quo frequentius animo reuoluuntur, & in memorie armario re-  
conduntur. Manu quoque quadam spirituali iacentem erigunt, & gratitudinis fumi-  
culis ad Deum trahunt, à quo eadem percepisse cognoscunt. Nequaquam (ut arbi-  
tror) in peccati morte diu iacere ualet exanimis, cuicunque ex infuso lumine dona-  
sum est beneficiorum numerositatem tractare secum & corde gustare. Vocibus namque  
suis introrsus clamant, ut homo ipsum Deum à quo diligitur, toto corde totisque uiribus  
diligat, illisque omni qua potest intentione, obediatur, ex cuius imperio ei uniuersa famu-  
lantur.


A lantur. Famulahtur, in quam hominibus non minus cœlestia quam terrena. Nemo sane  
fidelium dubitet angelos hominibus ministrare, dicente Apostolo: Omnes administra-  
torij spiritus sunt, & in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.  
Et dominus in Euangelio, Videte (inquit) ne contemnatis unum de pusillis istis. Dico  
enim uobis quod angeli eorum in cœlis uident semper faciem patris eorum qui in cœlis  
est. Vident quippe ita faciem patris, ut ab hominibus minime retardentur obsequio, atque  
sic in eodem ministerio occupentur, quatenus à diuinis nequaquam ualeant remoueri  
amplexibus. Horum altero deficiente, aut ad plenum nondum beati essent, aut myste-  
rium suum, prout congruit, consummare non possent. Vtrumque uero falsum esse diuino  
rum eloquiorum potest autoritate probari. In uisione itaque patris felicitate fruuntur bea-  
ta, & in caritate constituti perfecta nil prætermittunt, quod saluti hominum sciunt esse  
proficuum. Beata gens (inquit Propheta) cuius dominus Deus eorum, & ego beatum  
populum illum esse nuncupauero, quem dominus per angelorum ministerium in hære  
psal. 32  
B ditatem est proiecturus æternam. Maximam profecto reuerentiam nostris debemus  
exhibere custodibus, qui tam sedula nobis caritate ministrant, continuis fouent præsi-  
dijs, spiritualibus exhortationibus excitant, suis orationibus protegunt, suoque ministe-  
rio dæmones arcent, ne ad libitum noceant. Quis (quæso) nisi angelico fultus esset auxi-  
lio, tam immanissimorum hostium ualeret superare rabiem, effugere laqueos, tentatio-  
nes uincere, fraudesque detegere? Custodia siquidem sua uias nostras sapiunt, ne in lapi-  
dem offensionis & petram scandali spiritualem animæ impingamus pedem. Quemad-  
modum de quolibet iusto Propheta testatur dicens: Quoniam angelis suis mandauit  
de te, ut custodiant te in omnibus uisuis tuis, in manibus portabunt te, ne forte offendas  
ad lapidem pedem tuum. Quum igitur ad proiectum nostrum beatorum spirituum nu-  
merosos exercitus militare noscamus, mirum non est si etiam terrena nobis inferuent.  
Quod utique non ex humano merito, sed de exuberantissimo diuinæ largitatis fonte e-  
manat, quæ sic illa instituit, ut hominibus debeat esse subiecta, dicente Propheta: O  
psal. 8  
C omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uo-  
lucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Quid igitur ô homo retribi-  
ues domino pro omnibus, quæ retribuit tibi? In ministerium tuum deputauit ange-  
los, archangelos, uirtutes, principatus, & potestates. In solatium tuum fecit corpora cœ-  
lestia, solem uidelicit, lunam, & stellas. In obsequium & uictum tuum concessit tibi pi-  
sces maris, terræ quadrupedia, aeris uolucres, & quicquid humus germinat, seu de arbo-  
ribus procreatur. Sic enim legitur: Omnes pisces maris mariu*s* ueltræ traditi sunt, & om-  
ne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum, quasi olera uirentia tradidi uobis omnia.  
Iterumque: Ecce dedi uobis omnem herbam afferentem semen super terram, & uniuersa  
ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint uobis in escam. Cernis  
quanta in creaturis eluent beneficia conditoris, quæ te non minus exemplo suo, quam  
obsequio prouehunt ad Dei notitiam, in qua animæ uita subsistit, gratia in præsenti, &  
gloria in futuro. Hæc plane agit matutina lux, quoties de superna cœlorum sede huma-  
Gen. 9  
D nis iustificandis pectoribus propriis infundit radios. Ceterum si tantum ualet matutina,  
quid operabitur ipsa meridiana? Quis (quæso) potest sustinere calorem eius? Quis  
illius sufficit intueri splendorem? In ipsa calor immensus est, & inaccessibile lumen.  
Accedit profecto, & lucet, hic sub nube, & in cœlo reuelata maiestate. Quare hic sub  
nube nisi ob mentis imbecillitatem? Infirma quippe quum sit, & inualida diuinum ne-  
quit, sicuti est, contemplari splendorem. Quod in Apostolo Petro notissimum appa-  
ret, qui in monte constitutus, nequaquam ualuit transfigurati domini perferre fulgo-  
rem. Nam ad ipsius aspectum (quemadmodum legitur) mente pariter, & corpore con-  
sternatus in terram cecidit. Verum quando ad hanc lucem agnoscendam erit idoneas  
utique quum devicta omni corruptione, omnique delictorum labore deterfa, in immortalis  
tatis gremio, diuina illi manifestante se gloria, secura requiescer, sicut Ioannes perhibet  
dicens: Carissimi Dei filij sumus. & nondum apparuit quid erimus, scimus quod quum  
apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebitus eum sicuti est. Ut igitur hæc meridia-  
na lux conspicua, & captabilis esse hominibus, quæ angelicis spiritibus & animabus glo-  
1. Ioan. 3  
AA 4 rifica-

Aff. 15. **R**ificatis redelata est, se sub assump<sup>t</sup>e carnis nubecula texit, & se hominibus insinuavit. non omnibus, sed multis, quibusdam minus, quibusdam uero amplius, fide id operatur, & gratia. Nam absq<sup>z</sup> fide & gratia, nullus lucis ipsius perceptibilis est. Fide quippe deterguntur corda, ut deum uidere mereantur, sicut per Petrum dicitur: Fide purificat corda eorum. At uero tantum quisq<sup>z</sup> ex fide deformi credit, quantum in ipso cooperatur gratia. Quamobrem nemo quum per fidem agnoscit deum, sibi credulitatis arroget donum, necq<sup>z</sup> glorietur in se, sed in domino, a quo gratiam consequutus est, ut credat, & credendo uideat, atq<sup>z</sup> uidendo uiuat in spiritu, non sibi, sed ei ex cuius fide uiuit. Nam iustus ex fide uiuit. Porro iustus quisq<sup>z</sup> propterea uiuit, quoniam credit, credit autem, quia uidet. Reciproce famulantur sibi ista, nec ab inuidem separari ualent. Nam fides lux est spiritualis, quae inter deum & rationalem spiritum posita ipsum deum manifestat, non tamen reuelata maiestate, qui uidelicet in hac peregrinatione nequaquam nisi fide mediane cerni potest. Hanc tamen fidem formatam de qua loquimur, nullus assequitur, nisi per gratiam, quoniam supra humanum ingenium est, & de inuisibilibus, sicut ait Apo-

**H**eb. 11. **P**stolus, ipsam esse sperandarum substantiam rerum, & argumentum non apparentum. Sane illam Deus tribuit quibus misereri uult, quoniam testante Paulo: Non est uolentis, necq<sup>z</sup> currentis, sed miserentis Dei, ut quis credat, & uiuat. Quamobrem fidei recta regula, quae ad bene uiuendum humanum format affectum ex Deo est, qui illam do<sup>n</sup>at ingratia, ut faciat gratos, & agnoscat eum, a quo sunt. Sine isto lumine quis (qua<sup>s</sup> fo) gratificari ualeat in lumine, quum scriptum sit, & in lumine tuo uidebimus lumen. Videbimus equidem ipsum lumen sicuti est, quanquam etiam impræsentiarum ex parte uideamus obiectum, quemadmodum Apostolus inquit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, nunc ex parte cognosco, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Hoc uero quod ex parte cognoscimus, quamuis infide sit lux, tamen meridiana est nobis futura, angelis præsens: quoniam ex quo confitmati fuere ipsius lucis reuelata præsentia sunt effecti beati, nec per tempora aut per agnitionis incrementa ad ipsam prouecti sunt, quemadmodum electorum societas. Sed in prima sui deliberatione arbitrij gratia Dei in illis irradiante candore. In fide igitur se nobis lux ipsa manifestat, non repente, nec tota, sed per profectus, iuxta credentium perfectionem fidei, & caritatis affectum. Porro crescente fide, & incalescente corde diuini amoris igne clarificatur uisus, & meridianæ lucis mens propinquaque efficitur, eo amplius, quo purius credit, & ardentius diligit. De huiusmodi uisionis progressu Apostolus de se atq<sup>z</sup> perfectis uiris loquitur dicens: Nos autem reuelata facie gloriam Dei speculantes transformamur a claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu. O quam iucunda est ista uocatio, quae per meridianam agitur lucem, cæteris hanc tanta est efficacior, quanto est dignior. Per hanc uocatus est Moyses, quando pascens gregem ad interiora deserti, in flamma rubi dominum se uocantem, ut ad Pharaonem pergeret, audire promeruit. Hac eadem luce dum properaret Damascum, ut Christo credentes, uinctos Hierusalem duceret circumfusus atq<sup>z</sup> uocatus est Saulus. Quales vero ambo fuerint, quanta uerba in eis operata sit lux, eloquia sacra testantur. De alijs autem Apostolis, qui ab ipsa meridiana sunt luce uocati tametsi in carne uelata, quid memorem? Tanta siquidem sunt cognitionis perfusi gratia, ut lux mundi ab ipsa æterna luce sint dicti. Ut igitur sub compendio istius uocationis, seu spiritualis resurrectionis enarrarem gratiam, quotquot de excellentia capit is & corporis mystici, de sacramento unionis dei, & hominis Iesu Christi dñi nostri illuminati sunt, a luce meridiana sub nube uelata uocati sunt. Cæterū si qui in speculo diuinæ essentia (sicut uiatoribus datur contéplari) illuminari meruerint, nimirū simpliciter, & immediate ab ipsa luce meridiana sunt repleti, reformati, resuscitati. Post hanc gratiam perceptionem non licet resuscitato de cætero carnaliter uiuere, iuxta eloquium dñi dicentis: Non uidebit me homo, & uiuet. Quoniam (qua<sup>s</sup> fo) modo ualet mudo, carnis illecebris, uel uiuere sibi, qui in præcordijs suis semper uerbū excepit, quatenus apud illū perpetuā faciat māissionē. In ipsa siquidem spirituali cohabitatione cor ueritatis agnitiōe ita refundit, ut de fallacijs seculi, de lenocinijs uitiorum, de tentationibus spirituum immundorum, de naturalibus & gratuitis donis,

**E**xod. 33. atq<sup>z</sup>

**A** atq<sup>z</sup> de universis, quae ad salutem animarum, & bene uiuendi propositum spectant, eruditur abunde, faciatq<sup>z</sup> quod nescitur a multis, illi esse notissimum. Quamobrem huiusmodi potens est opere & sermone instruere cæteros, utpote diuina luce illum comitante, atque regente. Vnde propheticum illud depromere ualeat & dicere: Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis. Illustratus quippe scientia dei, in offensio gratitur pede, currensq<sup>z</sup> uiam mandatorum & cōsiliorum Christi, proficit quotidie de uirtute in uirtutem, tanquam a domini spiritu informatus, atq<sup>z</sup> deductus. De isto illiq<sup>z</sup> similibus Psalmographus admirans, inquit: Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exultabunt, nec immerito. Nam deiformem quandam gerit imaginem mens meridianæ lucis huius assueta fulgoribus, propter quod ipsi etiam angelicis spiritibus ualde agnoscitur esse mirabilis. Vnde de ipsa uicissim aiunt: Quae est ista, quae progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata? Surgenti quippe auroræ comparatur, propter uespertinam lucem, quae exteriorum omnium talem præbet notitiam, ut ab eorum minime ualeat subuerti blanditijs. Pulchra uero ut sol a Deo esse perhibetur, quoniam matutinæ lucis perfusa radjjs, beneficiorum Dei exultat in lumine. Ob perspicuam autem ueritatis scientiam, atq<sup>z</sup> ex concepta familiaritate uerbi Dei in intims penetralibus habitantis congruentissime electa ut sol dicitur. At uero propter metitorum cumulum, perfectionemq<sup>z</sup> uirtutum terribilis ut castrorum acies, esse denunciatur. Cernis ne per lucem quanta qualia uerba Deus operetur in homine, per quam illum de morte peccati resuscitat ad uitam, donans ei claram interiorum & exteriorum corporalium & spiritualium, cælestium ac diuinorum sacramentorum intelligentiam. Verum per hanc lucem, & ad memoratam mysteriorum spiritualium notitiam, non omnes uocat, quos primæ resurrectionis uult esse partipes, sed illos tantum, quos antem mundi constitutionem per se prædestinavit in se, ut conformes sint imaginis filij sui, quicquid est lucis æternæ, & ipsi sunt lux. Igitur quemadmodum superius dictum est, C quosdam metu, nonnullos flagello, plerosq<sup>z</sup> etiam interna luce, aliquos uero spirituali consolatione inuitatos, & gratia sua facit esse consortes. Nam unus quum sit spiritus Deus, o quām multipliciter operatur in anima: Nempe quum timorem incutit siue flagellat, irascibilem ipsius animæ sanat uim, cæterum quando ueritatis sua lucem infundit, fugat tenebras, & rationalem instruit, si uero delectationem & spirituale dulcedinem præbet, concupiscibilem ad se trahit uirtutem, & hanc diuersimode, uidelicet aliquando per sensum, quandoq<sup>z</sup> per uirtutem, interdum per cælestium præriorum sapidum gustum, prout idem spiritus unicuiq<sup>z</sup> cognoverit expedire. Congruë igitur sat anima per sensuum delectationem ad dominum trahitur, & conuertitur de malo ad bonum. Nec mirum est, quod quamvis rationis sit capax, & ratione diligatur, mouetur tamen ad creatoris sui dilectionem per carnales corporis sensus: nam prius quod animal, deinde quod spirituale factum est. Eruditur (quemadmodum nouimus) anima per sensus de naturalibus, & de spiritualibus etiam plura percipit per eosdem. Nonne (dicente Apostolo) inuisibilia Dei a creatura mundi, per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoq<sup>z</sup> eius uirtus, atque diuinitas? Cæterum si tantum præualet mors, ut per sensus ingrediatur ad animam, dicente Propheta: Mors intras per senestras nostras. Nonne multo magis per ipsas introibit uita, quum potentior sit uita quam mors? Utratus quippe modus est, ut animalis homo qui nequit percipere ea quae Dei sunt, eleuetur, & moueatur per delectabilia sensibus. Hinc est quod docentes spiritu sancto, in ecclesia Dei instituta sunt organa, hymnorū & Psalmorum cantica, sacerdotalia indumenta, ornamenta altarium, uasa aurea & argentea, ac cæremoniarium multifarius cultus, quatenus per hanc catholica commendetur fides, magnifica diuina laus appareat, atq<sup>z</sup> carnalium & infirmorum mentes euigilent, & ex uisibilibus discant inuisibilia capere. Evidem sensibilia omnia, aut speculum sunt, aut instrumentum, quo mediante animalis homo uenit bono naturalis ingenii proficit, et sensib<sup>r</sup> in uirum perfectum rationalis efficitur. Porro quemadmodum abutentes intellectus dono, sensibilia ista ad carnis lenocinia flestant, ita & bene uentes ad Dei delectationem impellunt, sicut Propheta de se testatur dicens: Delectasti me domine,



**Psal. 91** in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Nam & ob hoc sunt condita, **B** ut in illis, & per ea nos delectet ipse, qui fecit illa, alioquin mortis, & peccatorum nobis materiam exposuisset deus, non magisterium aeternorum. Cuncta enim quae facta sunt, bene, a bono, & ad bonum sunt creata: tametsi malus utatur male, quod non institueri, sed oblique utenti ascribendum est. Nam ipsa mens hominis prius per inordinatum affectum efficitur mala, & postea peruerse uititur bonis concessis. Non est malum aurum, & tamen avarus quisq; uel prodigus bono isto abutitur. Vnus plus debito diligendo, alter uero inutiliter dispergendo. Hæc non ex malo auri, sed eueniunt ex male disponente aurum. Omnis creatura, quæ pulchrescit uisui, mulcet auditum, olfactui redoler, sapienti gustui, attractuiq; mollescit, siue in caelo fulgeat, seu natet in undis, aut moueat in aere, **Gen. 1** uel sit in terra, bona in se est, & ualde bona, sacro hoc attestante eloquio: Vedit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Bona igitur quum sint pro sui conditoris gloria, & ad profectum animæ rationalis sunt facta, quatenus per corporalia ad spiritualia assurgat, & quæ iacet in imis, uisibilium admiringulo progrederiatur ad summa, atque ex animali spiritualis fiat. Rectus iste ascendendi modus est uidelicet, a corporalibus ad spiritualia, & a spiritualibus ad celestia. Nunquam (ut arbitror) ad usum, perfectione q; poterit quis euolare uirtutum, qui exteriora temperanter tractare neglexerit, prudenter agnoscere, deumq; ex ipsis laudare frequenter. Gradus isti sunt, quos Propheta com  
**Psal. 83** memorat dicens: Beatus cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in ualle lacrymarum, in loco quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator, ibi de uirtute in uirtutem, uidebitur Deus deorum in Sion. Signanter inquit: Beatus cuius est auxilium abs te, uenulus sibi arroget, sed auxilio Dei, qui benedictionem tribuit. Quoties ascendit, corde meditando transcendit de uirtute in uirtutem, deumq; laudando in mentis excessu contemplari meretur. Quis (quæso) famem patiens & per accurata cibaria transiens manducare non appetat? Porro sensus corporei uisibilium, & sensibilium infaturabilem patiuntur famem. Sacro hæc pronunciante eloquio: **Ecclesiastes 1** Non satiatur (inquit) oculus uisu, nec auris impletur audiū. Quamobrem quod oculi uidens pulchra non concupiscat, auris uoluptuosa audiat, & non lenocinetur, gressus suavia mandat, & temperantia metas non transeat, manus pertrahet mollia, née caro feruescat, diuini munera est officium non humani. Præsertim post Adæ lapsum, per quem fomes peccati semper uiget, indeficienter pullulat, & infatigabiliter concupiscit, quemadmodum Apostolus de se ait: Video aliam legem in membris meis repugnantem legimentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Vnde tali onere grauatum se sentiens ingemiscendo clamat: Infelix homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia (inquit) Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Non usus, non ratio, non uirtus, non scientia ad plenum superare potest hanc peccati legem, quæ est in membris & sensibus humani corporis in originali delicti colluione concepti. Hoc solum ualeat gratia in præsenti ex parte, sed exterto in futuro, quando complebitur quod dictum est: Carissimi filij Dei sumus, & nondum apparuit quid erimus. Scimus quod quum apparuerit similes ei erimus, quoniam **A** uidebimus eum sicuti est. Apostolus quoq; dicit: Omnis creatura ingemiscit & parturit usq; adhuc, & non solum ipsa, sed & nos primitias spiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorum, redemptionem corporis nostri. Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem filiorum Dei. Interim uero quan- diu peregrinantes a domino perfidem ambulamus, & caro ipsa repugnat aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, uirtutum exercitatio ad debellandum opera carnis, & ad coercendum uoluptates sensuum necessaria est. Hoc proculdubio uirtutum usu quicunque caret, seruus efficitur peccati, reus transgressionis diuinæ legis, iumentis similis, alienus a Dei regno, & gehennæ filius. O bona uirtus, quæ celorum regno uim facit, illudq; sibi dimicando acquirit. Vbiique & in omnibus uirtus commendabilis est, & sine qua commendabile nihil. Nempe si corpus ieiunij domes, si tota nocte peruigiles, si ægrotis ministerium pietatis impendas, si cunctas facultates tuas tribulas egenis & orphanis, si peregrinando super terram incedas vagus & profugus, si remet ipsum sponte subiicias, si ores assidue, si frequenter getas, si lacrymas in- delis.

**A** desinenter fundas, uel aliud quippiam sine uirtute agas, nihil ad meritum beatæ uitæ fas- cis. Non autem illam uirtutem de qua loquimur, nuncupauerim, quæ in multitudine ar- matorum, uel in robore consistit corporis, sed in qualitate mentis, qua bene uiuitur, qua nullus male uititur, quam solus Deus operatur in homine. Nam tanto uirtus locupletior est, tantoq; delectatione fœcundior, quanto in homine profusior est gratia. Porro riuus gratiæ coelestis uirtus est, quoniam in uirtutum exercitatione ipsa cognoscitur. Cui prærogatur gratia, recte uiuendi tribuitur uirtus, quæ in mentis cathedra residens fine lau- dabili exteriora uniuersa disponit. Hoc ualeat homo ex se, sed adiutus a domino, qui sa- pientiam præstat & gratiam. Dominus ipse est, qui præbet sapientiam & scientiam, per quas ordinatur operantis animus, ne prætergrediatur discretionis limites, & reperiatur esse uitium, quod sepiissime ab imprudentibus uirtus esse censetur. Idem, inquam, dominus etiam infundit gratiam, qua mediante homo perficiat, quod ratio iudicat esse faciendum. Altero horum deficiente desinit uirtus. Quonammodo quisquam uir po- terit esse uirtutum imitator, si ex carentia sapientie ignoret quid secundum Deum agen- dum sit, seu ex gratiæ priuatione, si consummare nequeat, quod perficiendum esse con- mendabiliter ipse discreuerit? Nam probata uirtus potiora semper eligit, & bonum di- scernit a malo. Nihil in illa obliquum est, nil confusum, nihilq; damnabile, sed iter me- dium tenens secura graditur, coelesti luminis illustrata splendore, iucunde quoque diri- gitur in Deum, illi tribuens debitum honorem, & gloriam, a quo non ignorat perce- pisse quod habet gaudij, quod scientiæ, quod delectationis, quod meriti. Equidem eo abundantius uirtus delicijs spiritualibus affluit, atque præmijs fœcundatur aeternis, quo ardenter per caritatis flammam, ac intentionis rectitudinem, frequentius inniti- tur super dilectum. Nam & anima uirtutum gemmis decorata ad dominum conuersa, illud Canticorum canticum iugiter concinit dicens: Omnia poma noua & vetera ferua **Cant. 7** ui tibi dilecte mi. Poma quidem vetera habitus, noua uero actus dicit esse uirtutum. In his duobus quasi in duplice ligno contexitur scala uirtutum, per quam ad perfectionem **C** concenditur. Hæc proculdubio per illam scalam, quam in somnis contemplatus est san- ctus Jacob, figurata fuit, in qua uidelicet ascendentes & descendentes angelos, ipsumq; angelorum dominum scalæ uidit esse innixum. Porro in uirtutum scala spirituali non semper ascendunt uiri sancti, sed neque descendunt, sed alternatis uicibus nunc ascen- dent, nunc uero descendunt, quatenus ex descensione illis se extollendi de ascensi au- feratur materia, necnon per ascensum amplius proficiendi eorum incalescat affectus. De ascensi igitur promptiores, & ex descensi humiliores fiunt. Quis (quæso) est inter mortales tam alacer, tamq; in uirtutum exercitatione perfectus, ut interdum non inten- pescat, frequenter interiore non remittat rigorem, iugiter ex diuina dispensatione non relinquitur sibi ipsi, ignoretq; nonnunquam quæ sit uoluntas Dei, beneplacens, atque perfecta? His præcipue modis descensus spiritualis agitur, per quem ad tem- pus uirtutum impeditur proiectus, tametsi probatis hominibus eadem impedimen- ta ascendendi causam ut plurimum subministrant, quoniam (Apostolo teste) omnia **Rom. 8** cooperantur in bonum ihs, qui secundum propositum vocati sunt sancti, ut sciamus non semper perfectos viros debere vocari sanctos secundum actum, sed secundum propositum, quamdiu in caritatis perseverant radice, que hominem efficit sanctum. Ca- ritas ergo quæ ceterarum uirtutum est mater, unumquæ sanctum facit, eocq; sanctio rem quo feruentiore ipsum exhibet in actione uirtutum. Nam regnum Dei non est in miraculoru perpetratione, nō in prænunciatione futurorum, neq; in sublimitate sermo- nis, sed in uirtute, quemadmodum fatetur Apostolus: Nonne ex documento ueritatis **I Cor. 4** incarnata nouimus multos in iudicio reprobando esse dicturos: Domine nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo multa signa fecimus? Quisquis itaq; cum Christo regnum uult obtainere cœlorum, ex laudabilibus actibus habitus stu- deat habere uirtutum, quæ diuinam in nobis indicant gratiam, nostramq; ad Deum caritatem commendant, uestem sibi contexat deauratam, quatenus in discubitu nu- ptiali ornatu fulgeat regio, sicut illa de qua figuraliter psaltes inquit: Astitit regina a dextris tuis, in uestitu deaurato, circundata uarietate. Merito illa anima in celo ua-rietate uestita esse perhibetur, quæ quoad uixit in carne cum utriusque hominis la- boribus,

**Luc. 22** laboribus, ac sudoribus, per pietatis opera sobrie, temperanter, iusteque uiuendo, multi plenum uirtutum sibi composuit indumentum, non ut gloriam captaret humanam, sed ut aeterni regis grata esset aspectibus. Talibus profecto ornamentis caelestis sponsi affectus allicitur, qui non in sericis cooperientis, non in deauratis uestibus, non in gemmis, uel preciosis monilibus delectatur, quibus mortales reges, mundi principes, atque amatores seculi decorantur, sed in puritate animarum, in cordis humilitate, in sinceritate fidei, in nitore conscientiae, in spei longanimitate, in rectitudine mentis, in promptitudine obedientiae, in seruore caritatis, in magnanimitate tolerantiae aduersorum, in despectu mundi, in contemptu sui, in proximi dilectione non facta, in assiduitate orationis, in deuotio nis desiderio, in miserorum compassione, in unitate spiritus, & indissolubili vinculo pacis. Nempe in harum uirtutum exercitatione quicunque sollicitior est, in regno celorum erit locupletior meritis, spiritualibus indumentis ornator, & caelesti sponso acceptior. Qui nullius personam accipit, carnis prosapiam non attollit, terrenam dignitatem non praefert, sed sanctitatem uitae, morum probitatem, perfectionemque uirtutum. Quos enim in uirtutum studio perfectiores esse dominus intuetur, spiritualis dulcedinis, & caelestium praeiorum abundantiori laetificat gustu. Illis nedum in futuro bona ineffabilia pollicetur, uerum etiam in praesenti interna dona largitur. Quis ualeat explicare sermone quam dulcia, quam magna, quam iucunda, quam uite delectabilia sint iustorum secreta, mentis coniuia, potissimum eorum, qui pro adeptione uirtutis animas suas obtulerunt Christo, & se exposuerunt temptationibus, laboribus, periculis, passionibus, & morti? Vos estis (inquit dominus talibus) qui permanistis tecum in temptationibus meis, & ego dispono uobis sicut dispositus pater meus regnum, ut edatis, & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedeatis super sedes iudicantes duodecim filios Israel. Sane aequitatis censura hoc exigit, ut qui totum deo tribuit, deum totum habeat. Hinc est quod sancti martyres, qui se realiter diuino mancipauere seruitio, spirituali debriati dulcedine, tanta ualuerunt perferre supplicia, futurorum siquidem bonorum primitias prelibantes. O quod in animo uniuersorum percurrebant genera tormentorum, perlustrabat solidudines, & horrida nemorum antra, solis sylvestribus feris habitablia, ibi degentes, ieunians, orationibus, usigilijs, alijsque cruciatibus carnem redigebant in seruitutem spiritus. Verum quod pro confessione catholice ueritatis certaminis hora incumberet, nulla eius poena videbatur gratis praemoris magnitudine, & consideratione caelestium, tradebant carnificibus corporis membra, & mente copulabantur deo, imprudentem intus possidebat thesaurum, Christum dominum reconditum habebant in pectore, propter quod insensibilis esse conspiciebantur exterius. Quisque prudens ex se metiatur quanta fuerit martyrum, confessorum, ceterorumque sanctorum uirtus, quantaque sit strenue militantium Christi laetitia, qui pro solo diuinatis amore calcant uisibilia, uoluptuosa respuunt, blanda contemnunt, seque crucifigentes seculi huius uniuersa despiciunt. Ista nuncquam ualerent perficere, nisi in ipsis consolatio diuina infusa præcelleret poenam, & inuisibilitu[m] gustus dulcedinem sensibilium superaret. Quis, quaeque, praesentem contemneret uitam, si non alteram beatorem esse certissima definitione sentiret? Hinc ex sanctorum & Christo famuliantium testimonio fides Christiana probatur esse uerissima, qui pro amore future uitae, uniuersa que in mundo concupiscibilia sunt paruipendenda arbitrati sunt ut stercora. **Rem. 3** Non uita ipsa quanti aestimanda sit Apostolus insinuans inquit: Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, que reuelabitur in nobis. Iterumque, Quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, que præparauit deus diligentibus se. Hac quippe, que in uita futura referuata sunt prædestinatis ad gloriam, oculis claro fidei cernunt intuitu, ut quotquot seculo & cunctis pompis eius sponte renunciant, & tanquam incolae & peregrini in ista conuersantur uita, minime prorsus tam arduum uirtutum arriperent propolitum, si non ueritatis perspicua irradientur luce, & interne dulcedinis amabili refractione pinguescerent. De qua Propheta inquit in Psalme: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te, per fecisti eis qui sperant in te. Abscondisti, ait, timentibus te seruuliter, & perfecisti eis, qui ex pragmata delectatione sperat in te. Merito eadem dulcedo spiritualis tribuitur his, qui sperat, quoniam sicut ex spe gustus, ita ex gusto spei perficitur certitudo. Nemo igitur

**A** tut diffidens ualeat gustare & uidere quam suavis est dominus. Atque nullus sine prælibatione diuinæ bonitatis laudabiliter sperare potest caelestia gaudia, quæ re promisit deus diligentibus se. Absque uero exercitatione uirtutum ad utramque nemo pertingit. Post uitatum itaque palmam, post tentationum ac uitiorum consummatum agonem uera spei suauitas infunditur, necnon aeternæ beatitudinis mysteria arcana panduntur, quæ pro sua immensitate contemplantis absorbent affectum, illumque replent gaudio, exultatione & iubilo. Porro nil sic delectabiliter humanam afficit mente. Nihil eam sic à curis & laboribus huius exilij subleuat, quemadmodum futuræ felicitatis in sensu cordis sperate mercedem. Nam etsi dilatio mœrorem, spes tamen laetitiam diligentibus praefat, hominemque in caelestia frequenter attollit, eo altius, quo magis sperat, plus diligit, perspicacius contemplatur. Quibus datum est nosse mysteria regni celorum, & quantis amoris utuntur facibus, splendoribus replent spiritualibus, caritatis alligantur uinculis, & desideriorum efficacia dilatantur. Nullus (ut reor) nouit, quid sit gaudium in spiritu sancto, qui futurorum præmiorum ne cdum expertus est gustum. Cætera spiritualia bona quamvis amabilia sint, quamquam cordis delectant affectum, ipsumque totum exhibeant sibi, minus tamen laetificant, & reformant. Nam communicata bonitas tanto uehementius accendit, quanto purius à suo fonte percipitur, eoque lumen clarius lucet, quo abundantius sine medio ab ipso aeterni solis splendore coruscat. Hinc est quod, qui dei uisione iam facti sunt digni, consummata felicitate fruuntur, quoniam sicut immediate ab ipso aeternæ uoluptatis fonte hauriunt potum, ita in lumine diuino insciunt lumen, hoc attestante qui ait: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae potabis eos, quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo uidebimus lumen. Quanto igitur quisque huic fonti uitæ fit propior, tanto in praesenti uita sapientiae luce efficitur clarius, dei & proximi dilectione feruentior, in expediendis negotijs promptior, atque in exercendis spiritualibus studijs fortior. Et profecto iste est (sicut propheta commemorat) tāquam lignum, quod plantatum est secus decursus aqua **B** rum, quod fructum suum dabit in tempore suo, & foliū eius non defluet, & omnia que cuncte faciet, prosperabuntur. **C** Suo (inquit) tempore fructum dabit, inchoatum uidelicet in praesenti, sed in futuro perfectum. In futuro quippe cum completo prædestinorum numero uniuersalis facta fuerit resurrectio, postquam electi omnes in aeternitates perpetuas inferentur, tunc nihil erit in homine, quod diuinis non occupetur in laudibus, quoniam ipse deus erit omnia in omnibus: rationi utique plenitudo lucis, uoluntati multitudine pacis, & memorie fruitio deificæ maiestatis. Interim uero dum peregrinatur in luce ambulat, & in eadem proficit, dum ratio scripturarum sanctarum nutritur in pascuis. Sunt enim diuina eloquia spiritualia pascua, in quibus humanus intellectus assuetus naturalium, ac diuinorum rerum saginatur scientia, & per quotidianos successus crescit in uirum perfectum, sensum literæ commutans in spiritum, per quem cum iudicetur a nemine, ipse tamen spiritualis iam factus iudicat omnia. Hoc agens non solum ipse per ueritatis notitiam sapiens, uerum etiam naturalis affectio per cognitionis redundantiam efficitur laeta portissimum quando in eisdem scripturarum pascuis comperit quam magnus sit dominus, & laudabilis nimis: & quanta, qualia uenient in celis reposita præmia sunt, qui ex toto corde, totoque affectu diligunt. Non potest non diligere illum, qui potestate sua ineffabili omnia creavit, non ex materia aliqua, neque per alicuius ministerium, sed ex nihilo per uerbum suum, quod non transit sonando, sed manet in seculum seculi. De quo scilicet uerbo per Ioannem dicitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Merito per illud uerbum facta sunt quecumque sunt, in quo erant priusquam fierent, sicut idem Euangelista commemorat: Quod factum est, inquit, in ipso, uita erat. Erant in illo & tamen per illud facta sunt. Erant in arte dei, & in materia & forma que sunt, per uerbum facta sunt. Deo igitur qui fecit omnia nihil est nouum, nihil ignotum, nihilque difficile, quippe cum sola uoluntate uniterra operetur. Omnia, inquit propheta, que cuncte uoluntate dominus fecit in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. Paulus uero cuncta illa esse notissima afferit dicens: Uerum est dei uerbum & efficax, & penetrabilis omni gladio anticipi pertingens usque **D** iudicacioni. **E** B B ad

Psal. 35

Psal. 1

Ioh. 1

Ibid.

Psal. 113

Heb. 4

ad divisionem animæ, ac spiritus, compagum quoq; ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionū cordis, & nulla creatura inuisibilis est ei, omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Cæterū quod nihil illi sit nouū propheta declarat quando ait: Quis est, quæ futura sunt, & alibi dicitur: Qui fecit omnia simul. Ista multaq; alia dum mens in seratlocinando deo cogitat, ipsum summum quoddam intelligit esse bonum, æternum, ineffabile, incomprehensibile, immensum, communicabile, delectabile, perfec-  
tumq; quod laudare, amplecti, frui, & cognoscere uita æterna est. Quemadmodum ipse perhibet dicens: Hæc est uita æterna, ut cognoscant te solum deum, & quem misisti Iesum Christum. O quanto caritatis igne etiam in hac peregrinatione meditantis affectus accenditur, cum sapientia luce irradiatus mentis oculus uidet illum, in quem in-  
tuentes angeli facie reuelata magis magisq; prospicere concupiscunt. Quanta, inquam repletur dulcedine anima, dum illum complectitur amoris brachijs, in quo sunt omnia desiderabilia, delectabilia, amabilia, dulcia, atq; suavia. In ardescit profecto, & caritatis quodam uehiculo fertur in cælestia. Ibiq; angelorum, archangelorum, patriarcharum, prophetarum, Apostolorum, martyrum, confessorum, omniumq; sanctorum animarum & spirituum beatorum miratur gloriam, cupit consortium, felicitatem ueneratur, ac implorat suffragium. Sane in hoc cōtemplationis ocio iucundatur lumine, repletur caritate, attollitur desiderio, iubilatione pingue scit: quoniam totum quod uidet, quod sentit, quod possidet, dulcissimum, concupiscibile, atq; iucundum est. Nam tanta spiritua li locupletatur gratia, ut tunc solo corpore in terris, mente uero ac desiderijs commoretur in cælis: uelitq; si fas sit ei, semper in eo esse quod est, quod dum nō ualeat redditur sibi ut agnoscat se, amplius operetur, conuersetur prudentius, ardentius diligit. Hinc est etiam quod humiliter petit, ut accipiat, querit sedule, ut inueniat, pulsat importune, ut sibi aperiatur denuo, & intret in gaudium domini sui, ubi se fuisse cōmemorās, reuolutus animo quam magna sit domus dei, & ingens sit locus possessionis eius, non habēs con-  
summationē, magnus & immensus, quantaq; illorum ciuitatē cōcordia, pax, letitia, uincas, beatitudo perennis. Hoc siquidem modo quod memorie recondidit, tanquam mun-  
dum animal ruminando degustat, nō tamen eo modo, eaq; delectatione qua prius. Re-  
liquijs perceptorum alimentorū spiritualiū pascitur, & quibusdam stillicidijs sapientia potatur, experiturq; uerum esse quod per prophetā dicitur: Quoniā cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquia cogitationis diem festū agent tibi. Porro in huiusmodi spiritualibus studijs, tanto quisq; incubit frequentius, quanto feruentius diligit, gustat sua vius, apertius intuetur, sanctius uiuit, familiarius trahitur, secretius introducitur, castius amplexatur. Nunquam, teste experientia, cælestes epulæ fastidium ingerunt, quin potius affectum prouocant, & ad rediuuam refectionē sui hominis interiora accidunt. Quā obrem quicunq; deuotione salutari nutritur, semper famē edēdo patitur, semperq; uerba deuotio deuotans inquit: Satiabor cum apparuerit gloria tua. Ex suo igitur desiderio pa-  
scitur, suis uotis trahitur, interna delectatione tenetur, ne pereffluat, & uoluptuosis secu-  
lariis cibarijs saturari desudet. Bonus plane deuotiois est gustus, per quem homo elogatur à seculo, ablactatur à uanis, resurgit in spiritu, renouatur in mente, roboret in uia, H  
animatur ad inuisibilita, alicitetur ad cælestia. Ex hoc discit quid credere debeat, quid que-  
re, quid sperare, quid diligere. Nam deuotio proprius est amantium cibus, donum hu-  
miliū, mansuetorum merces, ros cælicus, absconditum manna, inuisitus thesaurus, refe-  
ctio salutaris, iucundissimum bonum, spirituale commerciū, ac futuræ beatitudinis pre-  
cursor egregius. Hanc qui tenet teneat, diligentissimeq; custodiat, ne ex suimet incuria,  
uel malignorū spiritu fraude amittat. Illi quippe supra modū insidiantur aereæ potesta-  
tes, agnoscentes minime posse perire, qui illam humili exercitatione seruarit. Nam per  
ipsam filialis timor cōcipit, & coalescit, à Deo, uel hominibus flagella irrogata strenue  
perseruntur, custoditur puritas, ueritas intelligitur, dei caritas gustatur, sapientia lumē  
percipitur, dulcedoq; cælestis in suo fonte potatur. Hoc nihilominus perficiente, ac mi-  
nistante domino nostro Iesu Christo, qui redemptor est noster, ecclesiæ spōsus, electo-  
rum caput, certantium robur, corona uincentium, perseverantium gloria, cui cū  
patre, & spiritu sancto est honor, & gloria, laus, & imperium, nunc,  
& semper, & in secula seculorum, Amen.

## DIVI PATRIARCHÆ LAURENTII

IVSTINIANI IN LIBRVM DE INSTITV-  
tione & regimine prælatorum, Prologus.



Vm innumera mortales quicq; à suo conditore percipient dona, dignū profecto est, ut singuli gratiarum referant actiones, & ad illius qui gratias contulit gloriam, eadem munera accepta ministrent. Horum uero altero deficiente, tam uitio ingratitudinis efficiuntur rei, quam etiam æterno supplicio digni. Hac igitur consideratione præmoniti studeat singuli semper deo gratias agere iuxta præstitorum sibi mensuram be-  
neficiorum, ut esse non deprehendatur ingrat. Nullus prorsus excipitur, nemo ab haec debiti exhibitione agnoscitur alienus. Quis, oro, ualeat ueraciter dicere se nihil accepisse à domino, unde nec debere illi gratias referre se credit. Cæcus quippe est & de collatis sibi merito priuandus muneribus, qui hoc ullo pacto uel etiam cogitare præsumpsit. Nam ex quo quisq; habet esse, uiuere, & intelligere, per quod cæterorum capax efficietur beneficiorum, huius uel saltē debitor est muneris. Qui enim non est, nō uiuit, neq; discernit, deo non ualeat gratias agere, quoniam unde id possit, ne quaquam accepit. Ne mo itaq; est, qui non debeat iugiter creatori suo exoluere gratias, siue iustus, siue peccator, seu fidelis, siue omnino sit alienus à fide, si tamē rationis est compos. Nam quisquis ex avaritia, aut naturæ defectu nequit cogitare quæ ipse accepit, minime obligatur altissimo reddere grates. Pro talibus utiq; supplet ecclesia, cum tam frequenter in diuinis officijs, in celebratione missarum, in ecclesiasticis ceremonijs ingeminat deo gratias. Hoc (quæso) breui sermone quid profertur dulcius, quid auditur suauius, quid cogitatut ut ilius, quid ue rectius in omni actione persoluitur? Signum quippe subiectiōis est, cognitio indicium, uerbum dilectionis, solutionis obsequiū, & sacrificium deuotionis internæ. Evidem his omnibus caret bonis quicunq; designatur, aut negligit factori suo gratias exhibere ex corde. Ex corde, inquam, quoniam uotis prolatio absq; intentione cordis superuacua seu inutilis fore cognoscitur. Hoc ore prophetico dominus insinuat: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est à me. Hoc idē pharisæus, de quo in Euangelio legitur, testatur: Qui ore exoluēbat gratias, & tumescēbat intus dicens: Gratias tibi ago domine, quia non sum sicut cæteri homines atari, raptiores, adulteri, aut sicut publicanus hic. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Corde itaq; humili & uoce deo exhibenda sunt gratiae pro perceptis ab illo muneribus, eademq; ad illius ministranda sunt gloriam. Sane qui aliud quam gloriam & honorem dei de suo querit opere, mercenarius est. Qui uero gloriantur propriā & uulgarem famam, fur & latro existit. Quamobrem nostri conditoris exercenda sunt dona, atq; ipsius propterea propalanda sunt munera, ut ille solus honorificetur qui contulit, quemadmodū ipse perhibet inquiens: Sic luceat lux uestra coram hominibus, ut videant opera uestra, & glorificant patrem uestrum, qui in cælis est. Erubescat ergo humana superbia, quæ in hoc seculo famam concupiscit & gloriam, necnō de collatis sibi beneficijs humanos caput fauores. Confundantur, inquam, uniuersi, qui animi leuitate cōmori, seu transito rite laudis delectatione cæcati, ponunt signa sua, nomenq; suum undiq; disseminare per operant, aliqui corporis robore mediante, quidam ex lepore eloquentiæ, alijs ex diuicii aggregatione, nonnulli ex ambitione atq; factu imperandi, sicq; alijs quidem sic, alijs uero sic. Hos autem omnes propheta increpās ait: Dominus dissipabit ossa eorum, qui hominibus placent, confusi sunt, quoniam dominus spreuit eos. Merito confusi sunt, & deus spreuit eos, quia gloriam quæ soli deo debetur, sibi arrogantes, de se mundo idola fabricare conantur, sacri eloquij immemores, ubi dicitur: Confundant omnes qui adorant seculitia, & qui gloriantur in simulacris suis. Quod quidem hominibus detestabile esse debet, supra modum uero est odibile altissimo deo. Non enim congruit seruo se suo præsumere domino coæquare, neq; honorem appetere, quem dominus naturaliter habet. Agnoscat ergo se seruum seruus, natum sub peccato uenundatum, atq; à domi-  
Laur. Iustin. B.B. 2. no

no suo redemptum, ut non se extollat supra se, & superbiendo cadat. Suo contentus sit, gradus, sicut humiliter seruitate utatur, quatenus efficiatur liber. Nam qui uere seruus est Christi, prorsus est liber, filius, & dominus. Liber, inquam, à peccato, quo perpetrato illius quisque fit seruus, dicente magistro ueritatis: Qui facit peccatum, seruus est peccati. Filius autem dei, per adoptionis gratiam, dominus uero uictor, & sui. Obona seruitus, qua obtemperantem humiliter Christo liberum facit, regni cohæredem, & principem, eo sublimorem, quo humilius abiecitiusque famulatur, atque eo gloriosem, quo ardenter uoluntarie se hominibus ostendit in glorium, ut non sibi uendicet quod omnino suum esse non potest. Porro huiusmodi gloriam cōtemnendo gloriosus efficitur, seque sponte deprimendo securus exaltatur. Non enim mentiri ualeat dei sapientia, quae ait: Qui se humiliat exaltabitur, humiliat, inquit, hic, in hoc uidelicet ærūnoso exilio, in hac peregrinatione, ubi caro aduersus spiritum concupiscit, ubi aere potestates thesaurum iustorum deprædari moliuntur, ubi adulatores carnalium demulcent aures, & in errore mittunt, ubi reges gentium & populorum principes dominantur & pereunt, ubi alterius uicibus prospera sibi ac aduersa succedunt, ubi abūdant superbia, cupiditas atque uoluptas, ubi pax nulla firma, securitas nulla, sed perturbationes, anxietates, rixæ, contentiones, fallacia exercentur, & prælia. Exaltabitur procul dubio in futuro, cum tradidetur filius regnum deo & patri. Tunc quippe sine anima periculo, sine offendiculo proximi, sine uirtutum detimento, & absque ullo prorsus inimicorum obstaculo exaltabitur, qui se sponte & propter deum humiliter subdiderunt, atque consideratione non sicta sibi meti ipsi uiluerunt. In præsentiarum igitur intendat unusquisque humilitatem cordis acquirere, quae in uilitatis propria cognitione subsistit. Studeat, inquam, in omnibus gratias agere, gloriam maiestatis illius concupiscere, ipsumque in uerbis, in moribus, in conuersatione & cunctis operibus suis exhibere laudabilem. Plane nullum hoc sacrificium maius, nullaque oblatio est ista acceptior. Per hanc utique sancti homines spiritualibus charismatibus decorati, deo placere studuerunt, ipsius gloriam, & honorem nominis eius mercedem propriam arbitrantes. Quamobrem prædicationibus, exhortationibus, scriptrarum explanationibus, pastoralisque curæ quotidianis ministerijs incumbentes ipsum laudabant in se in hymnis, in canticis spiritualibus, animasque Christo lucisfacere satagenses, lapidibus electis & uiuis dei ecclesiastiam ædificabat. Omnis illorum actio, totaque cordis intentio omnipotentis dei gloriam, atque proximorum utilitatem misifice personabat. Quisquis itaque recte uiuit in fide catholica, nedum debet deo de munib[us] iam acceptis gratias agere, sed & oportet illum erga proximum, quod accepit fideliter ministrare. Vnde & iustissimum esse arbitror ad sanctorum hominum imitanda uestigia, me de curæ pastoralis officio aliquid scribere, quam uidelicet sublime sit, quam utile, quam periculosum, qualis esse debeat qui præsidet, qualiter se exercere, quæ ue intentione opus sibi creditum ministrare. Scio equidem me prolaturum multa, quæ testimonium perhibebunt aduersum me, cum negligam opere plurima, quæ doceo adimplere. Sed forte dignabitur dei clementia etiam me emendare per me, dum ex aliorum eruditio[n]e redire curabo ad me, me agnoscerem, me redarguere, meque corrigere. Ceterum cum hoc minime ualeam ex me ipso, diuinam humiliter sapientiam implorabo, quatenus ipsa, quæ misericorditer mundo subuenire dignata est perditio, uilitati quoque meæ gratiam suam impertiri dignetur. Ad te ergo ò in altissimis habitans in paterno gremio residens aeterna sapientia configlo corde humili, affectu pio, oratione deuota, tuum semper in inchoando opere flagitando suffragium. Intelligis utique profunditatem ignorantiae meæ, sermonis imperitiam, uirtutum parentiam, bene agendi inertiam, morumque meorum de formitatem maximam, quæ uniuersa ad huiusmodi peragendum opus, efficiunt me indignum. Veruntamen tu ò meridiana lux, quæ tuo angelicam humanamque naturam splendore laetificas, instruis & informas, emitte de sede maiestatis tua lucem, & ueritatem tuam, ut illuminet tenebras meas, tribuatque paruitati meæ castorum eloquitorum tuorum intelligentiam, quatenus ualeam reserare, qualem esse oporteat, qui pastoralis officij gradum, ouiumque tuarum ministerium exercere desiderat. Tibi enim ò alma mater hoc debetur magisterium, quæ pro libito tuo aperis ora mutorum, & linguas infantium disertas facis. Nam cum tibi subsit omnia posse quævis, poteris etiam per uita-

A tem meam glorificare te, & propalare nōnullos ad eruditio[n]em imperitorum. Hoc autem non ideo dixerim, ut quos elegeris imbuedos, illos instruere nequeas per te ipsam, quasi ministerio indigeas alieno, cum pateant tibi omnia, tuoque uniuersa famula tur imperio. Ipsi quippe beatorum spiritus erudituntur abs te, & de tuis hauriunt thesauris, quoties ad instructionem nostri per te diriguntur ad nos. Verum etiam quicunque aliquid recte sapiunt, te docente sapiunt. Reflecte, quæso, igitur pietatis tue oculos in me, & stillicidia gratiae tuae irsora in arentem animam meam ancillam tuam, ut reuiseat in te, & proferat ex te germen sanctum uerbi tui ad gloriam tuam, ecclesiamque tuam profectum. Non enim poterit non prodesse, quod tu fari iussis per me instrumentum, utique contemptibile atque uilissimum. Da itaque mihi, oro, sensum uerum, eorum doceile, metem piam, humilem sapientiam, sermonemque rectum & bene sonantem, ut te erudiente, te promouente, te accendente, te cooperante, uniuersi qui in ouili tuo congregati sunt, tibi, tam pastores, quam rationales greges, audiendo intelligant, intelligendo diligant, monitaque tua diligendo perficiant, ad laudem, & gloriam semper tuam, qui pro eisdem ouibus tuis, temetipsum obtulisti sacrificium salutare, in odorem sua uita deo patrit, quæ regnat in secula.

Quod principandi ambitio in celo sumpsit exordium.

Cap. I.

X uniuersorum institutione conditoris, cum singula quortu[m]q[ue] animalium genera sibi similia appetant, ac cum eisdem pariter ualeat pacemque securare uideantur, mirum profecto est, unde tanta inter ipsum hominum genus sit discordia, tamque multæ lites, atque dissidia. Nā in ipso scilicet exordio germinauit æmulatio, seminata sunt iurgia, & bella commota. Adeo autem in hominibus pedetentim creuerunt odia hominum, ut difficile inueniri ualeat, ubi uera sit pax. Intuemur quippe quotidie regnum insurgere contra regnum, ciuitatem aduersus ciuitatem, familiam contra familiam, filium aduersus patrem, fratrem contra fratrem, & amicum aduersus proximum suum. Et hoc unde, nisi ex ambitione (ut plurimum dixerim) principandi? Nempe si diligenter inspicias, raro inuenies qui subesse desideret, præesse autem innumerous. Sane præsidendi hæc pestis in celo sumpsit originem. Ab illo utique, de quo per prophetam dicitur: In celum descendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Agnouit namque potestatem dei esse maximam, illam superbiendo concipiuit, & concupiscono cecidit. Sic plane, sic debuit esse celorum sublimitate deitati, qui ad æqualitatem altissimi uoluit coæquari. Quæ, oro, hac superbia potuit esse maior, quæ perniciosior, quæ impudentior, quæ postremo damnabilior? De testabitis prorsus fuit ista præsumptio, quando creatura uirtute propria suo attentauit assimilari auctori. Non inquit da mihi domine, ut quemadmodum cæteris spiritibus prætulisti me pulchritudine, cognitione, ordine & dignitate, ita quoque presiuniversis. Et hoc quippe apparebit gratia tua profusa, & gloria maior. Sed quid ait: Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis altissimo. Ego ego ipse potestate mea, & uoluntate mea ascendam, ego ambitione mea similis ero altissimo. Nō deferant factori meo, non expectabo promotorem mei, non inuocabo deum meum, à quo habeo, & sum quod sum, sed egomet sublimabo solium meum, ostendam potentiam meam, insinuaboque excellentiam meam, ne imperfectus uidear, & auxilio indigens alieno. Concepit inquietum, principatum ambiuit, cæterorumque requisuit consensum, ut detestandæ sua impunitatis fortiretur effectum. Quid agis ò scelestissime, quid niteris, quid presumis? Ignoras ne, quia non est potestas, non est sapientia, non est consilium contra dominum. Memeto miser quid acceperis, & à quo, propter quid. Nempe gratis tibi collatum est, ut sis forma speciosior, natura generosior, donis locupletior, cunctisque spiritibus dignitate sublimior, quemadmodum propheta de te perhibens ait: Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, perfectus decore, in delicijs paradisi dei suis. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, thopatius, & iaspis, chrysolitus, onyx & berillus, saphirus, carbunculus & carthaginus. Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die qua conditus es, præparata sunt. Tu cherub extensus, & protegens, posuite in mōte sancto dei. In meo lapidum ignitorum ambulasti perfectus in uis tuis à die conditionis tuae, donec in Laur. Iustin.

B B 3 uenta

uentia est iniq[ue]itas in te. Quod autem habes non utiq[ue] a te ipso, sed a deo patre per uerbū. B.  
**Gen. 1** suum spiritu sancto cooperante & faciente te, & uniuersa quæ sunt, sicut scriptum est: In principio fecit deus cælum & terram & reliqua, prout ibi ordinatissime continet. Fecit namq[ue] te sine te, non ut permaneres in te, neq[ue] ut te erigeres inaniter supra te, sed ut ipse te traheret ad se, collocaret in se, repleret & beatificaret de se, nō propter te, sed propter se, quoniā misericordia, bonitas & caritas est. Tu uero ingratisime horū immemor præsumpsisti eleuare cor tuum, & molitus est deprædari gloriā omnipotentis & æterni dei, quod minime licebat tibi. Merito igitur coruisti, atq[ue] animaduersiōnem diuinæ ultiois accepisti, sicut dominus per prophetā testatur dicens: Ego eieci te de monte sancto dei, & perdidisti o Cherub protegēs de medio lapidum ignitorum, & eleuatum est cor tuū in corde tuo, perdidisti sapientiam tuā in decore tuo. In terrā proieci te, ante faciē regū dedi te, ut cernerent te. In multitudine iniq[ue]itatū tuarum polluisti sanctificationē tuam. Producam ego ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium uidentiū te. Verum utinā tu, sicut inexpiabilis author fuisti sceleris, ita & solus rueres. Sed proh dolor, te superbiente, te suadente, te cadente, numerositate cælestium spirituum quam maximam traxisti post te, filiosq[ue] gehennæ illos fecisti, quemadmodū & te. Deformasti utiq[ue] cælum syderibus, uastasti muros ciuitatis sanctæ Hierusalē, ipsam ruinis labefactasti, cū cælestē patriam habitatoribus minorasti. Factus igitur es ex hoc horribilis qui eras pulcherrimus, tenebrosus qui eras in lumine, tortuosus qui eras rectus, infirmus qui eras ualidus, seditiosus qui eras pacificus, blasphemus qui eras simplex, miserrimus qui eras gaudens, æternaliter cruciandus qui futurus eras beatus. Ad hoc quippe te superbie pertraxit reatus, ut fieres auersus a deo, alienus ab angelorum consortio, contemptor gratiæ, dissipator donorum, pater mendacij, insidiator iustorum, criminū incitor, corruptor animarū, iniquorū caput, seductor innocētium, origo peccati, peccatorum primus, inimicus penitentiæ, pereuntium cruciator, desperationis pelagus, cōfusionis princeps, tentator fidelis, implacabile malū, virus mortis, mortis filius, Christianorū aduersarius, & primorum parentū ad delinquendū impulso. G.  
**Ezech. 28** Liuoris siquidē face succensus ipsorū protoplastorū felici innocētiæ statui inuidēs, ambitiois uenena in eos callidissime profudisti. Porro eodē iaculo, eadēq[ue] præsumptio nis cogitatione, qua tu te ipsum, illos quoq[ue] perimere studiisti: nā quū mulieri dixisses, cur præcepit uobis deus, ut non comederetis de omni ligno paradiū, illaç respōdisset, de fructu lignorū quæ sunt in paradiſo, uescimur, de fructu uero ligni quod est in paradiſo medio, præcepit nobis deus ne comederemus, ne forte moriamur, illico fraudulēter ait: Nequaquam morte moriemini. Scit enim deus quod in quocunq[ue] die ex eo comeditis, aperientur oculi uestri, & eritis sicut dij, sciētes bonū & malum. Tu profane & medax dixisti in corde tuo: Ero similis altissimo: illis uero suggeſſisti, eritis sicut dij, sciētes bonum & malum. Hac plane falsa persuasione, hac cupiditate illecti, atq[ue] serpētis deceptionibus irretiti, neglecto dei præcepto qui ne comederent imperarat, consensu pariter interierunt & gustu. Nempe ante ruinam iſtorū exaltatum est cor, proprięt̄ mortaliatis immemores, sibi contra dominum diuinitatis uoluerunt uendicare honorem. Faſtum est autem iudicante deo, ut quemadmodum diuinis legibus & continentia māda to obtemperare noluerūt, sibi ipsis se repererūt aueros. Quamobrem subsecuta est transgressionis culpa, nuditatis erubescētia, laborandi necessitas, spinarum & tribulorum germina, indicib[ile]m deliciarū amissio, inhabitatio præsentis exilij, corporalis famēs, membrorum debilitatio, frigoris & caloris afflictua successio, mentis hebetudo, ueritatis ignorantia, discernendi tarditas, tepiditas diligendi, internæ dulcedinis carentia, diuinæ contemplationis obnubilatio, creaturarum inobedientia, languores innumeris, postremoq[ue] mortis ineuitabile uulnus. Sic profecto, sic multatari debuit humana præsumptio, quæ boni & mali tanquam deus ambiuit scientiam, singularisq[ue] præminētia fastigium concipiuit. Effecti sunt itaq[ue] diuinæ iustitiae speculum, ac posteris non superbiendi magisterium singulare, dum inaniter alta petendo, se cum dedecore inuenient in imis. Nemo igitur primum cupiat, nullusq[ue] alijs præesse desideret. Ceteris quippe negotijs magis periculosest regimen animarum, atq[ue] ad illud, prout oportet, ministrandum difficultime quisq[ue] reperitur idoneus. Verum si quis pro seipso rationem reddere

A reddere nequaquam sufficit, quanto minus pro se sibiq[ue] commissis: Omnes (inquit A-2. Cor. 5 postolus) stabimus ante tribunal Christi redditurū procul dubio rationem de collatis muneribus, omissis bonis, perpetratis criminibus, & de ministerio credito. Ceterum ad hoc quis sufficiens est, quis securus, q̄s a redargutione reperitur immunis: Iudiciū durissimum (inquit sapiens) fiet ihs, qui præsunt. Nempe si hoc homines considerarent, minime ambirent præesse, neq[ue] ecclesiasticæ dignitatis cathedram tanto cum studio quærerent. Temporibus uero istis eorum uidetur esse infatuata cupiditas, dum assiduis precibus, corporalibus laboribus, pecuniarum precio, adulione uerborum, simulationibus uanis, mercenariorum commercio, amicitijs fictis, & quod horrendum est dicere, etiam cum corporis periculo, & interitu animæ honoris primatum adipisci desudant. Huiusmodi propria affectione seducti, ignorantes propria uulnera, dicunt se uelle aliqua curare: in interiori quidem cordis cnbiculo ægroti iacent, & curare querunt extra nos. Medere, quæſo, qui talis es uulnus tua, exterige cordis tui scurientem saniem, tu[m] mescensem cogitationem, & fœtens coram Deo desiderium principandi, ut tu sanatus ualeas languentibus, teste experientia, spiritualem præbere medicinam. Alioquin dictum contra te esse censebitur, quod scriptum est: Medice cura te ipsum. Quamobrem noli altum sapere, sed depone æstimationem tui, & ne audeas præsumere te alijs sufficienter posse præsidendo mandare. Evidem clamat aduersum te ignorantia tua, dum hoc arbitraris de te, quod nequaquam licet tibi. Nō licet, inquam, tibi concupiscere præposituram, non congruit testante magistro de cœlis, desiderare cathedras in synagogis, salutationes in foro, primos accubitus in coniuijs, prælationes in ecclesia, & uocari ab hominibus rabbi. Sunt namq[ue] hæc quædam fomenta superbie, & imprudentes facillime ad casum quædam impellentia. Nunquid præceptor noster appetere talia docuit? Nōne humilitatem potius uerbo insinuavit & opere? Discite (inquit) à me, quia mitis sum & humiliis corde. Tantæ siquidem humilitatis ipse fuit, ut quamvis splendor esset paternæ gloriæ, & figura substantiæ ipsius, omniaq[ue] portaret uerbo uirtutis sua, semetipsum tamen exinanivit, formam serui accipiens, & in similitudinem hominum factus, propter homines hominibus subesse non renuit, quemadmodum evangelista perhibet dicens: Descendit cum illis Maria uidelicet & Ioseph Nazareth, & erat subditus illis. Merito igitur non principandi, sed obediendi, seq[ue] humiliandi, dedit in conuersatione sua homini normam, imitandiq[ue] uestigium. Suasit quoq[ue] in doctrina sua non primum appetere locum, sed ultimum tenere, dicens: Cum inuitatus fueris ad nuptias recumbe in nouissimo loco, ut dicat tibi qui te inuitauit: Amice ascende superius, & tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus. Conclusit autem sic: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Quamobrem his eruditioribus informati pugnam debemus uiriliter assumere contra nos, maximamq[ue] cogitationibus nostris adhibere custodiā, ne nos inaniter trahant supra nos. Quoties enim immissiones præsidendi nobis fiunt per angelos malos, uel uisiones fiunt per homines bonos, aut ex concupiscentia carnis, & uitæ huius immoderata affectio D ne, cogitationes in nobis formantur, ad propriæ recurramus infirmitatis examen, ad pauendumq[ue] extremæ animaduersiōnis iudicium, & omnino desiderium fugabitur dampnandi. In illo quippe die nequaquam erit securior, qui fuerit potentior, siue maior erit, qui fuerit honoratior, quin potius qui extiterit corde humilior, rebus sponte pauperior, conuersatione sanctior, & hominibus contemptib[ile]r ille prorsus erit in conuentu iuſtorū sublimior, iudicati domino propinquior, gloriæ cœlestis cädore splendidior, atq[ue] diuinæ fruitionis contēplatione beatior. In hac quippe peregrinatione via tutissima per quam ad patriam supernam pergitur, est humilitas, cognitio sui, atq[ue] contemptus. Per hanc quicunq[ue] incedit, occasiones peccandi, atq[ue] diaboli effugit laqueos, qui ab aduersario ex imperandi ambitione parantur. Nempe qui in uno est positus loco, quāuis impellatur, tametsi in lubrico pedem ponens labatur, funditus perire nō ualeat, dicente propheta: Humilis cum ceciderit, nō collidetur, quia dominus supponit manum suam: at uero qui in altum concendit, etiam nullo impingente, si lapsus fuerit, cōterretur. Pacatissimus ergo atq[ue] securus est humilitatis locus, quoniam habitatorem suum a casu protegit, disponit ad gratiam, & quanquā in præsidiā sublimitate cōstitu-

tum prorsus periclitari non sinit. Quamobrem quicunq; humilitatis celsitudinē ad ipsi-  
sci desiderat, prælationis fugiat cathedrā, & ambitionem imperandi corde perhorre-  
scat, prælatorumq; cōuersationem pro posse, nō condemnando declinet, quatenus in  
iudicio humilis dñi securus appareat. Latissimo quippe sinu caritatis imitatorem susci-  
pit suum, honoris infulas aspernante. Porro humilitatis magister & forma, dominus:  
uidelicet Iesus sciens humanam infirmitatem ignorantiae caligine obvolutam, semper:  
alta cupere, & potius præesse, quam subesse ambire, seruis suis ac fidelibus uniuersis in-  
dicauit, q; periculum sit, principum regimē, quamq; prælatorum onus graue. Nam fr-  
ruentibus turbis, & ut ipsum sibi in regem præficerent, ad se uenientibus delitescendo:  
fugit, sc̄ ab eorum aspectibus occultauit, non quidem ut honoris propter se magistra-  
tum formidaret, sed ut in illo discerent cæteri quanta sit in prælatione anxietas, quam la-  
boriosum pondus, quantūmque periculum manifestum. Quanta quidem sit in regimine  
animatorum anxietas, quis, oro, enarare sufficiat, cum ad bene regendum oporteat illum  
qui præsideret, uniuscuiuscq; sc̄ire mores, affectiones & uitā, quib; tentationibus exagite-  
tur, quibusq; passionibus supereretur, quatenus ualeat nedum cōgruentem languētibus  
spiritalem præbere medicinā, uerum etiā infirmatiū afflictionibus cōpati. Debet qui-  
dem prælatus gaudere cum gaudentibus, & idipsum sentiendo flere cum flentibus, atq;  
peruigilem de sibi commissis adhibere custodiam. Sanè supra modum laboriosum est  
prælationis pondus, atq; intolerabile, nisi de super cōstantiæ & cōpassionis proximorū  
infundatur gratia, atq; zelo salutis animatorū præsidentis accendatur affectus. Evidem-  
tum possit perficere nō est uolentis, necq; currentis, sed tantum miserentis Dei. Ipse quip-  
pe est, qui animas fidelium replet compassionē, fortitudine, compunctionē, cognitio-  
ne, dilectione, & pace. Nam absq; his donis nequaquam ( ut decet ) peragi ualeat mini-  
sterium pastorale. Quisquis itaq; curam proximorum gerens his caret, intelligat, quæ-  
so, in quam magno uersetur periculo. Nempe si errantem perspexerit ouē, nec illi com-  
passus fuerit, si de damno ipsius compunctus nō orauerit pro ea, si dilectionem erga il-  
lam exhortādo, admonēdo, increpando, obsecrando, nequaquam ostenderit, G  
rationem proculdubio de ipsa redditurus est domino. Tales utiq; pastores ipse domi-  
nus per prophetā arguēs, inquit, Pastores audite uerbum domini: Vt uo ego, dicit domi-  
nus Deus. Quia pro eo q; facti sunt greges mei in rapinā, & oues meæ in deuorationem  
omnium bestiarū agri, eo q; non esset pastor. Necq; enim requisierūt pastores gregē meū,  
sed pascebant pastores semetipsos, & greges meos non pascebant, ecce ego ipse super  
pastores requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra nō pa-  
scant gregem meum, & liberabo gregem meum de manu eorū. Ex huiusmodi increpa-  
tionibus colligitur, quanti periculi sit regimen animatorum, pro quo pastor subiectorum  
salutem negligens, tātaq; cum redargutione damnatur. Neo  
ab re:nam quicunq; sibi metu suadens insufficientiā propriam de se præsumendo metiri  
negligit, & alieni pfectus mercede priuatur, & proprio mucrone ipse se perimit. Nam  
unde ex ouium sibi commissarum debuit exercitatione ditari, inde ex torporis, atq; præ-  
sumptionis culpa ad magnam spiritus transit inopiam. Rem quippe bonam huiusmodi H  
ministrando non bene, omni se facit confusione dignissimum.

Qqd quicunq; ad regimen uocatur animatorum, prius rectæ intentionis in se fundamen-  
tum instituat, quo mediante spiritalis edifici in Deum structura  
proficiat. Cap. II.

 **V**enadmodū peregrinantibus, si contingat per sylvestria incedere loca, in  
quib; uel indomitæ latitē feræ, seu latrunculi uiatores deprædari cupien-  
tes obsideant, maxima, ut securi cœptum iter peragere possint, adhibenda  
est prudentia: ita & q; ad regimen uocant animatorū, summa cū diligētia ob-  
seruare debet, à quo uocet, quóue ad illud moueant affectu, qm ministeriū  
difficillimum accepturi sunt, ad qd utiq; non elate, p adipiscenda gloria, nō latater pro  
adimplendis uoluptatibus, non cupide pro aggregatione diuinarum accedendum est,  
sed humiliiter, sed pauidē, sed devote. Prius quippe humilis considerationis, atq; inten-  
tionis rectæ sunt iacienda fundamenta, quatenus præsidentis animus in exeundo ac  
perficiendo ministerio sibi credito, sic liber, sitq; sollicitus. Fundamentū nāq; huius spiri-  
tualis

A **t**ualis operis, considerationem humilem, atq; intentionem non obliquam esse dixerim,  
quæ profectò nedum in hoc præclaro negocio, uerum etiam in cæteris actionibus no-  
stris, in quibus siue priuatum, seu commune subsistit bonum, debent formam adhibere  
virtutis. Nemini quippe illorum qui Deo in spiritu placere peroptant, hanc licet igno-  
rare regulam, ut non superuacue laborasse deprehendantur, cum coram tribunalī æqui-  
simi iudicis domini Iesu astare contigerit, more utiq; illarum fatuarum uirginum, quæ  
ornatis accensisq; lampadibus, obuiam uenienti sponso absq; oleo ire præsumperunt.  
Porro si testante ipso cœlesti sponso oculus noster simplex fuerit, totum corpus no-  
strum lucidum erit, si uero nequam, totum corpus necesse est ut tenebrosum fiat, con-  
sideret quisquis ad officium curæ pastoralis uocatur, quamq; uigilanter, quamq; pri-  
mader oculos intellectuales apertos tenere debeat, ut uidelicet ad tam periculoso ne-  
gocium in ipsius exordio non seducatur affectione blanda, uel præsidendi obliqua in-  
tentione fallatur, totumq; corpus ministerij huius efficiatur opacū, odibile, & reproba-  
**B**dū. Saluberrimū itaq; consilium hoc est, ut summo cū studio omne prælationis desideriū  
resecet à quocūq; Deo placere cupiēti, siue doctus, siue bonus, siue sit prudens, ēū non  
liceat alicui hominibus imperare. Non enim natura, sed infirmitas & superbia fecit ho-  
minē hominib; dominari. Nam quale imperiū, qualēue dominū Deus dederit homini,  
diuinū super hoc oraculū audi: Dominamini ( inquit Deus primis parentib; nostris ) pi-  
scibus maris, uolatilibus cœli, & bestijs terræ. Nusquam quippe reperies, q; Deus mā-  
dauerit, ut hominib; dominaretur homines. Verū ut homo homines regeret, hoc in diui-  
nis frequētissime claret eloquijs. Aduerte ( quælo ) quid sacra ueteris testamēti narret hi Exod. 3  
storia: Erat Moyses in deserto pascens oues letro cognati sui sacerdotis Madian. Videlicet  
autem quod arderet rubus, nec combureretur, & ait: Vadam & uidebo visionem hanc  
magnam, quomodo ardeat rubus, & non comburatur. Cumq; appropinquasset rubo, se-  
uocantem de rubo audiuit dominū atq; dicentem: Vidi afflictionem populi mei in  
Ægypto, & clamorem eorū audiui, propter duritiā eorū qui præsunt operibus: & scies  
dolorem eius descendit, ut liberarem eum de manibus Ægyptiorum. Sed ueni mittam  
te ad Pharaonem, ut educas populum meum filios Israel de Ægypto. Cernisne, quod  
nō ad dominandū populo, sed ad ducatum regiminis missus est Moyses? Nec mirū: re-  
gere quippe caritatis est opus, dominari uero superbiam. De ipso quoq; domino nostro  
Iesu Christo, qui princeps uerus erat & rex per prophetam inquit Deus: Et tu Bethle-  
hem terra Iuda nequaquam eris minima in principib; luda: ex te enim exiet dux, qui  
regat populum meū Israel. Porrò unus solus est dominus, qui per prophetam clamat di-  
cens: Ego dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem Matth. 2  
& creans malum. Ego dominus faciens hæc omnia. De ipso etiam per quendam sapien-  
tem dicitur: Tu autem dominator domine, cum tranquillitate disponis nos. Tibi namq; Sap. 12  
subest omnia possē cum uis, cæteri autem qui præsunt, eius ministrī sunt. Quamobrem  
qui non ministrare, sed dominari uolunt in clero, non proprie domini, sed raptore  
tyranni sunt, dum non subditorum, sed propria querunt commoda, diuinitatum uide-  
līcet, uoluptatis, honoris & famæ. Sanè tales abominatur dominus tanquam raptore  
honoris sui, à proximi dilectione alienos, imitatores diaboli & gratiæ contemptores.  
Vnde nec ipsos sibi astare permittit elatione inflatos, quemadmodum per beatam uir-  
ginem dicitur: Fecit ( inquit ) potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cor-  
dis sui. Ab hac siquidem ambitione dominandi, quum inter apostolos contentio facta  
esset, quis eorum uideretur maior, compescuit eos dominus dicens: Reges gentium do-  
minantur eorum, & qui potestatem habent inter eos, benefici uocantur. Vos autem nō  
sic, sed qui maior est in uobis, fiat sicut iunior, & qui præcessor est, sit sicut minister. Hu-  
milis quippe dominus humilitatem subiectionis docuit, atq; imperāti affeſtū, pr̄sūs de-  
testatus est. Erudiuit utiq; apostolos, & in ipsis uniuersam ecclesiā suam, fideles scilicet  
omnes, ut non desiderent honoris primatū, neq; regiminis cathedram querant, sed po-  
tius subesse cupiant, & propriæ uacare saluti. Cæterum si ad aliquid regiminis ministe-  
rium illos promoueri contingat, hoc nullatenus ex eorum uoluntate, seu industria fiat  
sed tantum disponente Deo, & præsidentis autoritate ad hoc se sponte inclinante,  
quemadmodū in Actibus patet apostolorū de septē diaconibus, quos elegerūt creden-  
tes, con-

Exod. 18

Levit. 8

Iohann. 15

Iohann. 15

Iohann. 10

Iohann. 10

Hebr. 5

Psal. 109

tes cōfirmaueruntq; apostoli, ut ministrarēt mensis, sic nihilominus spū sancto ordinātū B te acq; uolēte. Siquidē in ueteri testamēto, quū pōficalē uellet Deus instituere dignitātē, cæterorūq; ministrorū suorū distinguere gradus, ait ad Mosen: Applica Aarō quoq; fratrē tuum ad te cū filiis suis de medio filiorū Israel, ut sacerdotio fungāf mihi, faciesq; uestē sanctā fratris tuo in gloriā & decorē. Verū quū idem Aaron cōpletō ministerio sui sacerdotij iubēte Deo pergeret ad patres suos, dñm sibi loquētē audiuit Moses, atq; dīcētē: Tolle Aaron & filiū eius, & duces eos in montē Hor, quūq; nudaueris patrē ueste sua, indues ea Heleazarum filiū eius, & Aaron colligēt & moriet ibi. Sic Finees, sic Samuel, sic patres ceteri, q; Deo placuerūt, nō ex ambitione, sed ex uocatione diuina, ad ecclesiasticas dignitates, & ad animarū assumpti sunt regimē, prout apostolis dñs dicit: Ego elegi uos de mundo, & posui uos, ut eatis & fructum afferatis, & fructus uel ter maneat. Hinc est q; tantā animarū messiem ad areā congregauerūt ecclesia, tantūq; populū adduxerūt ad fidē. Nō aut̄ ipsi per seipso talia agere ualuerūt, sed ille operabat in illis, & loquebat per ipso, q; ait: Sine me nihil potestis facere. Erāt prorsus ipsi instrumentū, p qd perficiebat opus suū Dei sapiētia, ad gloriā quippe suā & pfectū illorū, p quos qui credebāt erudiebātur, exhortabātur, dirigebātur. Nouit planē dñs quos prædestinaverit ad opus præcipū, & laboriosum prælationis ministeriū assumendū. Quamobrē nullus percipere sibi præsumat honorē hunc, neq; precibus, adulazione, uel precio gubernādē plebis onus querat assumere. Solicite custodiat quisq; cor suū ab omni tumore superbiæ atq; presidēi amore, sibimet ipsiūq; cū silētio uacet. Taliter uerò uitā, moresq; cōponat suos, ut in ipso habitare dignet Deus, atq; per illū tanq; p instrumētū idoneū, suā perficere gloriā, quoties, qualiter, & qn illi libuerit. Infructuose quippe ministeriū hoc, nō uocātē Deo exercere conāt quisquis in ecclesia præsidere uidet, atq; honorē Dei arbitrio suo celare se putat. Quonā, quæso, modo Deū honorare ualet, q; ex obliquo, & ne quaq; se Deo uocante, rationabilib. ouibus præesse desiderat. Ipsum dominum audi dīcētē: Qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, hīc fur est & latro. Quare fur & latro dicitur: Profectō quia non per ianuā, sed per maceriam ad oues festinat accedere. Quis uerò intrat per ianuam? Vtiq; qui intrat per Christum, uocatus à Christo. Quamobrem quicunq; uocatur à Christo, & per Christum ad oues ingreditur, ipsum oues audiunt, ipsiūq; bene uiuendo obtemperant. Nec immeritō. Nam in illo pastorem uerum inhabitantem sentiunt, atq; eundem in ministerio prædestinato & uocato audiunt loquentem, docentem, hortantem, allicientem, complectentem. Nemo igitur aliunde præsumat fructificare in ecclesia immarcessibilem iustitiæ fructū, animarumq; profectum, quām ingrediendo in ouile per ianuam, quemadmodum ipse dominus qui ianua est, testatur dīcēs: Ego sum ostiū per me si quis introierit, saluabitur, ingreditur & egreditur, & pascua inueniet. Ingreditur utiq; ut accipiāt internorū sc̄ientiam, spiritualium sacramentorum gustum, sui cognitionem, caritatis donum, proximorum compassionem, & ad tolerantiam aduersorum, constantiam. Totus uerò charismatibus munitus, & confortatus in domino, egreditur foras, missus à Deo ad curā & regimen animarum. Cernīsne q; nullus arbitrio suo administrationi tātī regimini se debet exponere, nisi prius sit ipse uocatus à domino? dicente Apostolo: Nec quisquam suū sibi honorem, utiq; pontificalē, sed qui uocatur à Deo tanquam Aaron. Non aut̄ mirū est, si Aaron, quāuis iustus & sanctus, nō præsumpsit sibi uēdicare summi gradū sacerdotij, quā de ipso unigenito Dei filio sic legitur: Sic nec Christus semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dīcit: Tu es sacerdos in æternū secundum ordinem Melchisedech. O quantæ redargutionis, quantorūm uue suppliciorum esse censem di sunt rei, qui nullo eos querente, nemineq; uocante, prīmatum pontificalis officij ambiunt, & præsulatus honores adipisci peroptant, nequaquam attendentes, q; supra modum ab itineribus ueræ humilitatis deuant, & ab exemplo per summum pontificem dominum Iesum exhibito uniuersis exorbitant. Qui quum uerus sacerdos & constitutus à Deo honorabilis esset pontifex, transeuntis dignitatis præminentiam, atq; temporalis cathedræ honorē respues, tāq; singularis reverēdissimus præful, crucis tribunal semetipstū immolaturus ascendit. Indicauit profecto ipse dñs, quale sit pōficiis ministriū,

A riū, qua intentione, quōue affectu illud suscipere debeant qui uocānt. Oportet siquidem illum qui animarū præsidendo uult curam gerere, utiq; intrare per ianuā ministrando, laborando, orādo, & si necessitas coegerit, etiā moriendo animā suam dare pro ouibus, quemadmodū bonus Iesus dominus & magister docuit & perfecit. Docuit, inquit, dicens: Bonus pastor animam dat pro ouibus suis. Perfecit uero, sicut ipse ait: Filius hominis nō uenit ministrari, sed ministrare, & animā suam dare redēptionē pro multis. Et Petrus inquit: Christus passus est pro nobis, uobis relinquēs exemplum, ut sequentiū uestigia eius, qui peccatū nō fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Paulus quoq; dicit: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam qui tradidit semetipsum pro ea, mundās lauacro aquā in uerbo. Tale itaq; debet esse pastoris animarū ministeriū, talis intentio, talisq; affectus, ut sine intermissione, absq; fastidio, imo alacri animo, & si non actualiter semper habitualiter tamen se pro salute subditorum exponat, & tanquam Deo redditurus rationem, per uigilē supra dominicū gregem adhibeat custodiā, ipsiusq; procuret profectum iugiter uersando in corde, quē fructū ualeat de suo corā Deo ministerio reportare. Quamobrē pro sue conuersationis forma teneat sancto, rum laudabilem uitā, eorū potissime, qui regendarū animarum sortiti sunt curam. Porro in ipsis consideret zeli rectitudinem in ministrādo unicuiq; iustitiam, magnanimitatis constantiam in perferēdo labores pastoralis officij, exhortationis affluitatem in reuelando pusillanimes, autoritatis fiduciam in corripiendo delinquentes, liberalitatē temporalium in tribuendo eagentibus, & ardorem caritatis in animarum salutem concupiscendo. Vnum ex ipsis audi dīcentem: Instantia mea quotidiana sollicitudo omniū ecclesiarū. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Idēq; Quotidie (inquit) morior propter gloriam uestram fratres, quae est in Christo Iesu. Tantam siquidē huiusmodi sancti uiri sitim salutis pertulerunt animarū, ut propriū corporis contemptis commodis, usq; ad exaltationem spiritus in ministerio sibi credito deseruerint. Hinc quippe factum est, ut Dei proximi dilectione succensi, Deum in suo glorificarent corpore, suarū mundum replerēt odore uirtutum, innumerabilium credentium popolorum sanctam fœcundarent ecclesiam, atq; sibi ipsiū indicibilem in cœlis acquirerent gloriam. Non enim sempiterna ualet carere mercede, quod pro amore Christi uelitati impeditur proximorum.

Quod sicut ex ministerio humani corporis rationalis spiritus agnoscatur uirtus: ita in ecclesi-

sie corpore sancti spiritus claret præsentia. Cap. III.

**V**mani corporis quicunq; prudēter uoluerit cōsiderare ministeriū, maximum spūalis eruditio poterit reperiēre arcanū, quo mediāte fraternē caritatis diliscet seruare unitatē. Nā & si in creaturis uisibilibus, q; quis in uoluminib. sacris plurima de proximi dilectione sint documenta sublimia, perāplius tñ hoc in humano claret corpusculo. Mēbra siquidē quū in eo sint multa, uariūq; inter se sortiant effectū, atq; formæ inæqualitas in ipso agnoscat esse maxima, quadā tñ dispositione mirabili, omnia unū unitatis & pacis deducunt ad finē. Sunt planē in ipsis humani corporis mēbris quedā, q; ignobilia & cōtēptibilia esse uidēt, quedā aut̄ mediocris aestimationis, nōnulla uero nobilitora p̄cæteris. Nūquid pes, q; despicibilior reliquis esse apparet, q; adhēret terræ, & sine reluctancee aliqua uersat in luto, totiusq; corporis pōdus sustinet, ab alijs despiciēt seu cōtēptui habet? Similiter & manus quāuis nō p̄emineat in corpore, tāet si in cūctis penē ministerijs corpori necessarijs occupet, nū a cæteris minus diligit mēbris? Prorsus minime. Quin potius teste apostolo, q; uidēt esse corporis mēbra ignobiliora & cōtēptibilia, his abūdantiore honorē circūdamus. Nā q; honesta sunt nullius egent. Quamobrē oculus, qui alijs mēbris uideatur præclarior esse atq; superior, uigilat & pericula præuidet, ut in offendiculū aliquod non impingat pes, ut non se fauiciet, totumq; pauimēto prosternatur corpus. Stat quoq; auris in sublimi, & diligentissime obseruat, si forte quid audiat, qd cæteris membris possit esse obnoxius. Nullū pfecto membrū ab hac intentione reperiēt alienum. Pes quippe cæterorū mēbrorū absq; reclamatio ne ulla incōmoda ferēs, ambulādī peragit ministeriū. Manus aut̄ p reliquo rūbo, non intēdit operi. Oculus uisui, & auris auditui. Omnia siquidē unanimiter mutuoq; consensu, naturali cōfederata sunt uinculo caritatis. Se quidē in ijs, q; aduersari uidētur illis pariter

Ioan. 16.  
Matth. 20.  
1. Petr. 2.

Eph. 5

pariter tacentur, se diligunt, sibi uicissim deseruiunt. Singula quoque universorum bonorum cū piunt, malum uero declinant, necnō de communī cōmodo tanquam de proprio collatantur. Non enim labore attrita, non infirmitate lassata, neque cōfecta senio, mutuae affectio- nis intermittunt opus. Siue igitur unum gaudet membrum, congaudere noscuntur & cetera, siue aliquid horum patiatur, cōpatiuntur & singula. Connectunt utique se, souent se inuicem, & super omnia unitatis separationē nimium perhorrescant. Quamobrem si accidat, ut naturaliter, uel ex casu fortuito ipsorum unum infirmetur, repente uideas ad eum & reliqua, & ut sic dicam, illud inter ea cēsetur fore beatius quo mediante remedium adhibeatur a groto. In illis nullū inuenitur, quod recusat laborem, quod renuat se expōnere, quod patienti membro negligat famulari. Cuique etsi desit possibilitas, ineſt nihilominus uoluntas promptissima ministrandi. Magnum profecto est mysterium, & dignissimum ueneratione spectaculū, intueri uidelicet in hoc terreno figmento tota membra in officijs diuersa, dissimillima in forma, atque omnino à ratione aliena, tam sedulo, tamque sibi inuicem ministrare, tantaq; se diligere caritate. Verum hoc quare? Vel hoc underit? Nū quid propter seipſa, aut à seipſis perficiunt istud? Prorsus minime. Est plane spiritus inuisibilis & rationalis, qui humanum uiuiscitat corpus, & illi tanquam dominus præsidet, cuius utique imperio uniuersa corporis membra famulantur, ac cunctum ministerium sui per agunt cursum, quo proculdubio absente omnia iacent, atque ad opus aliquod insensibili. Haec inualidaq; redundunt, utpote directore ac ductore carentia. Experiēre, queso, quū corporis facit exanime, quamuis oculi, manus, ceteraque corporis membra sint integra, & absque ulla laſſione, utrum ualeat audire, uideare, gustare, ambulare, atque palpare. Nam etiā uocifereris tota die, si uellices, totumque dilanies corpus, non erit qui sentiat & obtemperet ibi. Est quippe corpus idem eademque membra, quae prius sentiebant, mouebantur, operabantur, famulabatur. Vnde uero hęc tam repentina mutatio? Profecto ex rationalis absentia spiritus, qui corpus ipsum uiuiscibat, informabat, mouebat, regebat, instruebat: quique manus operi, oculos coaptabat uisui, auresque auditui, & olfactui nares, atque pedibus. uirtutē præbebat ambulandi. Per seipſos utique hi sensus inutiles sunt, & possunt nihil. In strumenta quippe sunt rationali accommodata spiritui, quibus mediantibus ualeat agere per seipſos, mutua proximorum præstare obsequia, corpori impendere necessaria, mundicū istius, prout expedīt, pertractare negocia. Per ipſos, inquam, sensus spiritualē internū explicat mentis cōceptum, uirtutū auget meritum, diuinorumque eloquiorū panderit arcana. Sane quicquid commendationis, quicquid boni, si quid uirtutis, si quid meriti spiritus rationalis agit in hoc, & per hoc luteum atque humanum corpus, & que spiritus sanctus Christi cōplet in corpore. In ipso siquidē corpore Christi qd est ecclesia, præstet ipse spiritus sanctus, singulaq; regit membra, atque opportuna diuidit ministeria, non postulantū uotis, aut arbitrio præsumētiū, sed ex sua largiflua placidaq; benignitate, ne quis de se inaniter glorietur, & supra se elatus quod accepit, amittat, ac tanquam membra putridum & corruptibile in sui pernicie præcidatur à corpore. Quamobrem qui cumque munus quodlibet spirituale meretur administrare, ab eodem proculdubio spiritu illud se recepisse cognoscat, ad gloriam utique Dei, & ædificationem ecclesie Christi, H

1. Cor. 12

atque ad meritum suscipientisque profectum. Apostolum Paulum hoc attestantem audi: Vnicuique datur, inquit, manifestatio spiritus ad utilitatem. Alij quidē per spiritū datur sermo sapientiae, alijs aut scientiae secundū eundem spiritū, alteri fides in eodem spiritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu, alijs operatio uirtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs interpretatio sermonū. Hęc autem omnia operatur unus atque idem spiritus diuidens singulis, prout uult. Porro ubi conspicis huiusmodi esse charismata, spiritum sanctum illuc præsentem esse nequaquam dubites, membraque spirituallia uiuiscare, custodire atque dirigere. Econtrario quoque ubi idem spiritus deest, non potest esse uera sapientia, scientia infusa, formata fides, conuersatio sancta, uitiorumque castitia. Nam ex ipsius absentia supra modū carnis exuberant opera, quae Apostolo perhibente sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiae, contentiones, emulationes, irae, rixae, dissensiones, sectae, inuidiae, homicidia, ebrietates, comedationes, & his similia. Ut igitur plenam horum quae dicuntur, ualeas habere notitiam, eundem Apostolum fructus, operationesque spiritus differētem agnosce:

Fructus

A Fructus, inquit, spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia & castitas. Sane quemadmodū ex fructibus arbor, ita ex his quae dicta sunt, indubitate intelligitur præsentia spiritus, & sicut absque anima non uegetatur aut mouetur corpus, corporisque membra inutilia sunt, & que sine spiritu sancti præsentia nullus mortaliū in ecclesię corpore ualeat spirituali uita subsistere, nec gratia uegetari, neque ad meritū æternæ remuneracionis proficere, tametsi exteriores quosdā actus uideatur exercere uirtutū. Quamobrem quisque fidelium ex hoc optimā eruditio ad acquirendā humilitatē ualeat percipere formā, ut si quid uidelicet boni peragit, non sibi arroget, sed in habitanti spiritui, quo promouente atque dirigente, deo gratum perficitur opus. Non igitur simpliciter spiritualia dona, sed ipsum sanctum spiritum largitorē atque custodē donorum debemus tota animi intentione cōcupiscere, & ad cordis nostri penetralia orādo iugiter aduocare quatenus illuminati ab ipso, & eruditū p ipsū opera illius absque ullo errore possimus agnoscere. Aliter quidē in ecclesia, & in unaquaque fidelium præsident congregacione, atque aliter membra singula regit & protegit. E-

quidē in ecclesia præstet ut rex potēs uirtute, charismatib. locuples, ubique præsens, diuinitate omnia uegetas, cuncta pluſtrās, uniuersa cōpleteſ, singula dijudicās, ita ut illū nil lateat, illi nihil resistat, quippe quū sit omniū artifex, omnē habeat scientiā, omnē uirtutē, atque prospiciat uniuersa. Præsident, inquit, ut eruditissimus paterfamilias, membrisque singulis impertīt dona, ministeria diuidit, gradusque distinguit, quemadmodū Apostolus prohibet dicens: Quosdā quidē in ecclesia posuit deus, primū apostolos, secūdō prophetas, tertio doctores, deinde uirtutes, deinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationesque sermonū. Sane membra singula fouet, in temptationibus roborat, declarat in dubijs, humiliat in prosperis, protegit in aduersis, nullūque despicit clamantē ad se, ac cōfidentē de se. Verū ne schisma fiat in corpore, quosdam ex membris instituit pastores atque rectores ad cōponendū credentiū mores, & dirigendū eorū gressus in disciplina uirtutum, ac semitis mādatorū cōleſtiū: nōnullos uero inferiorib. coaptat ministerij, ut uidelicet assistant laborantibus, egentibus alimonias parēt, infirmis deſeruant, maiorib. obtēperent, ambulent in simplicitate, corporisque propriū exponant laboribus, usque ad mortem pro uirtute certando. Porro tam ex ihs qui regunt, q; ex ihs qui reguntur, unū efficit corpus Christi, sicut Apostolus ait: Vos aut estis corpus Christi & membra de membro, in quo fulget gloria dei, uiget fraterna caritas, singulorū membrorum clarent dona, uirtutum perficiuntur merita, atque cōleſtis patriæ elucet imago. Vicissim itaque qui præſunt, & qui obsequendo ministrant, in uno dilectionis vinculo & unitate spiritus sibi coharent, & inuicem coadiutores sunt à deo, ut nequeant ab alterutris separari, nec ualeant qui præſunt sine inferioribus, nec inferiores absque rectoribus in iunctū laudabiliter completere officium, quippe quum sint membra in corpore, sint etiam caput & corpus. Membra quidē sunt fideles omnes, tam qui regunt, q; qui reguntur, corporis Christi, quod est ecclesia, cui ipse dominus Iesus Christus præstet, tanque uerum & lumen caput. Ratione uero ministerij, q; regiminis sortiti sunt curā, caput, & qui subiectio- nis adepti sunt meritum congrue mysticū uocandi sunt corpus, cui uidelicet præsider in spiritu dominus, quamuis exterius præsideat homo. Ceterū quemadmodū in humano corpore ceteris caput supereminet membris, & sensuum fulget dignitate, eorū uidelicet quorū ministerio totū corpus ornāt, custoditur & regitur: ita in corpore Christi mystico, & in qualibet congregatiōne fidelium qui præsident, præ cunctis ornatiōnēs esse debet moribus, uirtutibusque locupletior, ideo ut quātū caput differt à membris, tamen prælatus debet subditos in pfectiōne precellere. Vnde oportet, ut nō in soleſcat de collatis sibi gratijs, nō extollatur aduersus inferiorib., nō dirimat unitatē dominici gregis, sed potius illum exhortationib. nutriat, prudentiaque conseruet. Evidē propter seruandā unitatem præsidentium ministeriū in ecclesia necessarium esse cognoscitur, tanque caput in corpore, sine quo prorsus cōgregatio quaeque confunditur, diuiditur & deperit. Nempe ubi de- est qui regat, uniuersa cōfusa sunt, de est reuerentia mutua, procul est pax, legis negligit custodia, postponit ordo uiuendi, morū disciplina deserit, abſcit norma uirtutū propria dominatur uolūtas, atque proprio unusquisque ducitur sensu, quo nihil est detesta- bilis in conuersatione religiosa, nihil ad cōpagine caritatis custodiendā dānosius dīſt Layr. lūſtin.

CC mendamq;

**Psl. 13.** mendamq; reperitur habilius. Et hoc quare? Profecto quia tota natura laguet humana,<sup>B</sup> nulla in illa est sanitas, nullusq; in homine bonū, & nullus bonus. Dñs (inquit Propheta) de cœlo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligēs aut requirēs Deū. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad unū. Verum quoniā omnes infirmi sunt, & passionibus pleni, qd per se nequeunt, expedit ut sub alieno dirigātur ducatu. Nam sicut ægrotus corpore, si proprio relinquatur arbitrio, semper salutis contraria appetit, & ipse luctu mortis est causa, æque de spirituali censendum est languido. Cæterum ut hoc clarius elucescat parūper, queso, cōsidera, quātis ipsa natura humana, atq; eius interior homo sit attritus infirmitatibus, spūalibusq; passionib. inuolutus. Nūc quidē inaniter gaudet, nūc dolorib. fatigatur, interdū casib. tristatur aduersis, futurorumq; periculorū timore cōcutitur, quādoq; tabescit ignavia, ac gravi liuore deprimitur, nōnunquā uana hilarescit spe, atq; his, de quibus ex corde flere debuerat, omni postposita grauitate lætatur. Hunc (prohdolor) quām frequēter accēdit ira, superbia inflat, detorquet ambitio, ignorātia p̄cipitat, tenet cōfusio, cupiditas trahit, necat uoluptas, æmulatio de honestat, desperatio deprimit, frangit metus, supplātat tentatio, & decipit inimicus. Totus quippe languet, incessanter delinquēdo cadit, iugiter sibi letalia concupiscit, s̄pissime sub omni spe fallitur, frequentissime per inconstantiā à bono opere iam inchoato reflectitur. Sane tanq; nauis in pelagi medio constituta, uanis pernicioſisq; cogitationib. huc illucq; impellitur, nūc attollitur prosperis, nūc uero aduersis deſſicitur, nōnunq; etiam carens omni gubernaculo rationis, per delectationem atq; peccati consensum lugendae mortis naufragiū patitur. Huiusmodi & mille uarijs infirmitatibus laborantem peritissimo medico, atq; experto quis dubitet spirituali īdigere ductore, quatenus ad pacem portūq; supernæ ciuitatis Hierusalē queat pervenire incolumis? Hac prorsus de causa quādiu mortali hoc peregrinamur in corpore, habemus opus ductore per uigili, cuius sano cōſilio, cuiusue circumspecta prudētia, aduersariorū spūaliū agnoscamus insidias, emergētia euadamus pīcula, casus uitemus noxiōs, carnis fugiamus uitia, adhortemurq; quotidie ad studia, actusq; uirtutū. Quis, oro,<sup>G</sup> abſq; directore uiarū discrimina inexpertus ualet per agrare securus? Quis, inquā, sine p̄ceptore disciplinā spūalis militiē addiscere potest? Errat procudubio, atq; de se p̄sumit inaniter, quicūq; proprio neglecto p̄alato arbitrio, iudicioq; suo uult cōcta pagere. Quāobrē nullū regnum, nulla ciuitas, nullus exercitus, nulla cōgregatio, nullaq; familia, sine rectore esse debet, quo uidelicet mediāte corriganū delinquētes, instruantur īdocti, euigilent desides, pusillanimes foueātur, dirigantur simplices, humiles cōpletantur, reprimātur superbiētes, atq; de uirtute in uirtutē proficientes exerceantur. Hoc quidem experientia docet, hoc sanctarum eruditio īſinuat scripturarū. Certe quū dñs de Aegyptiaca seruitute Israeliticū populū liberare decreuisset, Moysē illi prafecit in ducem, ut ipsius prouida gubernatione usq; ad terram eum repromissionis adduceret. Poterat plane abſq; angelico ministerio uel humano, pollicitationē patribus factā per semetipsum perficere, quemadmodū cōleſti plebem suam ualuit alimento nutrire. Poerat, inquam, etiam ipso legislatore defuncto Iosue non uocato h̄ereditatem tribubus <sup>H</sup> distribuere uniuersis. Voluit tñ homines hominibus esse p̄alatos, tanquam in corpore caput, ut non fieret schisma in membris, sed ut ille glorificaretur in corpore, qui spiritu liter caput regit & membra. Porrò si diligenter aduertas, post exitum de Aegypto, nunquam defuit qui populum Dei gubernaret. Fuerunt quippe in populo iudices, extiterunt principes tribuum familiariumq; quorū ducatu prudentissimo plebs ipsa dirigebarū ad bella, consumptionēq; inimicorum & prædam. Et hoc quidem quantum attinebat ad temporalium regimen. Cæterum pro illorum salute animarū ex eodē populo sacerdotes ordinauit atq; pontifices, qui in cæremonijs, in sacrificijs, & in legalibus institutis exhortarentur ad cultum Dei, illiusq; timorem, ac cunctorum obseruantia p̄ceptorum, quatenus ex ijs operib. sanctis diuinam promererentur gratiā, diuturnā uitam, de hostibus uictoriā, frugū terræ abundantia, multiplicationē sobolis, pacē per circuitū, & requiem sempiternam. Verum de illo antiquo Hebræorū populo ultra quid memorē? Nonne & ipse dominus Iesus humilitatis speculū atq; magister in ecclesia sua ad pascē dum, dirigendūq; rationales oues apostolum Petrum, ac cōdiscipulos cæteros pontificis

A ficali decorauit officio. Ipsos siquidē tanq; duces militiæ instituit Christianæ, ut adhortationib. suis, omnes in certamine perdurantes, ad æternitatis proueherēt brauiū. Ipsi de niq; apostoli sp̄ritus sancti magisterio cōfirmari, urbibus episcopos, atq; dominicarum ouium instituere p̄positos, quatenus illas ab īcursibus intellectualium protegerent bestiarum, instruerentq; easdem seruare unitatem sp̄iritus in uinculo pacis, quam profecto unitatem, quicunq; dirimere p̄aſumit, dupliſ ſciat ſe morte plectendum.

Quantan erga ecclesian ſuam dominus Iesu ſolicitudinem gerat, quantaq; pro illius ſit opera ratus ſalute. Cap. III.

**P** Rudētis patris familias hoc ſemper eſt propriū, uniuscuiusq; ſibi ſubditū curā gerere, ſingulorūq; neceſſitatib. prouidere, nullū ſpernere, nullī cōmoda opportunity ſubtrahere, quin potius omnes corporali pabulo alere, uniueros ſalutari doctrina imbuere, cūctosq; iuxta ſingulorum neceſſitatē ac qualitatē, ut filios caritatis brachijs aſtrictos tenere. Porro in nullo ea quā dicuntur, ſic éludent,

**B** quemadmodū in ipſo capite uero patet familias domino nostro Iesu Christo. Ipſe plane in domo ſua, ſancta uidelicet ecclesia, tanq; pater omnem ſolicitudinē habet, uniueros nutrit alimēto corporis ſui, ſapiētiaeq; ſuā aqua potare dignaſ. Vocat quidē illos ad ſe, ut ſuarū ipſe deliciarū faciat eſſe particeps. Transite (inquit per Sapientē) ad me omnes qui cōcupiſcit me, & à generationib. meis adimplemini. Sp̄iritus meus ſuper mel dulcis, & hereditas mea ſup mel & fauū. Qui me edūt, adhuc eluriēt, & q; bibūt me, adhuc fitient. Evidēt in euāgelio ipſemet hoc eidētius īſinuans ait: Misereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo luſtinent me, & ſi dimiſero eos ieūnos, deficient in uia. In templo quoq; ſemel exiſtēs, ad plebem clamabat dicens: Si quis ſit, ueniat ad me, & bibat, & flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Plane ſi totius uitæ illius decurſum conſideres, potiſſime ex quo inchoauit ſe maniſtare ad populu, eundem reperies ueluti peritissimum medicum, patrēq; p̄iſſimū proximorū calamitatibus opem nunq; impertire defiuiſſe. Quot (oro) cæcī ſuſum reddidit, ſurdis reſerauit auditū, claudis ambulādi tribuit

**C** facultatē: Quot item languentes ſanauit, paralyticos curauit, mundauit leproſos, à dæmonibus obſeffos liberauit, erexit curuos, mortuosq; fuſcitauit. Nullum quippe in miseria poſitum contempſit, nemine ad ſe fugientem repulit, nullius poſtulationem humiliē ſeu lachrymas ſine effectu eſſe permifit. Nam Chananeam poſt ſe fideliter uociferante exaudiuit, lacrymas uidiuae nequaquā ſpreuit, atq; Lazari ſororibus lacrymantib. pariter & ipſe lacrymatus eſt, pro ciuitatis quoq; euersione fleuit, uidensq; illius ad conuerſionē in flexibilitatē īgemiscens ait: Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmo dū gallina cōgregat pullos ſuos ſub alas, & noluisti: Sane per ciuitates, uicos & castella uerbū Dei ſeminādo infatigabiliter ambulauit, ut diſpersas q; perierāt domus Israel colligeret oues, & in pascua uirētia duceret, fidei luce pſunderet, ſpei caritatisq; dulcedine reſoueret. Verū ut omnes ad ſe alliceret, & ſua dilectione attraheret, filiosq; Dei q; cir cūquaq; erāt diffusi, colligeret, & gloria ſuā faceret eſſe cōſortes, dignatus eſt à diſcipulo uēdi, iniquorū manib. tradi, colaphis uerberari, deturpari ſputis, à militib. illudi, durif

**D** ſime flagellari, coronari ſpinis, iniuste damnari, affigi in cruce, aceto & felle potari, depūtari cū ſceleratis, morte turpiſſima occidi, atq; lacea crudeliter uulnerari. Iſta, p̄fecto p̄clariflma ſunt teſtimonia immensa caritatis dñi Iesu, quæ uniueroſo notiſſima facta ſunt orbi, & pro generis humani redēptione cōpleta, quēadmodū omniū prophetarū lōge ante fuerant pronūciata oraculis. Hæc quippe quāto uehemētius ad cōpunctionē deuotionēq; iuſtorū emolliunt corda, tāto amplius aduersus ingratitudinē obdurataq; ini quorū malitiā, ad Deū iuſtitiam uociferari non ceſſant. Quis, oro, impune tam maxima necnō ineffabilita ſui cōditoris ualet gratis p̄aſita cōtemnere dona? Veniet procudubio, ueniet ſēpus, qñ ipſa Dei ſapiētia iudicij ſoliū eriget, & ſceleratis, atq; ingratis hominibus prærogata beneficia, & ſui cōtemptum irridendo obiſciet dicens hoc, qd in illius persona ſcriptū eſt: Vocaui & renuifis, extendi manum meā, & non ſuit qui aſpiceret. Despexitis omne confiſſum meum, & increpationes meas neglexiſtis. Ego quoq; in ineritu uestro ridebo, & ſubſannabo, quum uobis qd timebatis, aduenerit, quū irruerit ſuper uos repentina calamitas, & interitus quaſi tēpestas ingruerit, qñ uenerit ſuper uos tribulatio & anguſtia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane conſurgent, & nō Laur. iuuenient

inuenient me, eo q̄ exosam habuerint disciplinā, & timorē domini nō suscepint, nec ac  
 quieuerint cōsilio meo, & detraxerint uniuersā correctionē meā. Quamobrē redeat u-  
 nusquisq; preuaricator ad cor, recogit et annos suos in amaritudine animę suę, corrigat  
 uias suas prauas, emendet iuxta p̄phetę consiliū in melius, q̄ uoluntarie seu ignoranter  
 deliquit, lacrymis tergit, gemitibus diluat, atq; humilt confessione quotidiana conetur  
 abolere facinora. Discat, inquam, die ac nocte in lege domini meditari, reuolat fre-  
 quenter animo sui opera redemptoris, illiq; sedulum deuotæ seruitutis impendat famu-  
 larum, & spiritualis laudis atq; gratiarum actionis persoluat debitū, exhibeat sacrificiū,  
 offerat holocaustum. Studeat demū omni sua industria mētē purgare, & habitare secū,  
 quatenus ipsi diuina cooperante clementia nedū generalia beneficia, & q̄ cunctis fide-  
 libus notissima propalata sunt munera agnoscere ualeat, uerumetā specialia & occul-  
 ta, q̄ ipse dñs Iesu paterfamilias opera in corde, mereat experiri mysteria, necnō amo-  
 ris gustare praeludia. In his proculdubio eruditur anima, q̄ hucusq; uehitur ab eodē Det  
 filio, intelligere, q̄ magnus sit dñs, qualiter colendus sit Deus, quam fortiter omnipotēs  
 diligendus sit pater, quam dulciter cœlestis amplectendus sit sponsus, quam suauiter in  
 cordib. humiliū sanctus requiescat spiritus, quam ineffabile sit in patre uerbū, quam ar-  
 cana sit in iudicijs sapientia, quamue sit beata in semetipsa, laudanda atq; glorificāda tri-  
 nitatis. Nēpe ista docere, interius hominīs affectū accēdere, diuinæ bonitatis officiū est,  
 non operis humani. Nā teste Aposto. neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui  
 incrementū dat Deus est. Ipse solus est qui possidet corda, mutat, replet, & satiat. Possi-  
 det, inquam, ut Deus, sicut propheta clamat dicens: Defecit caro mea & cor meū, Deus  
 cordis mei & pars mea Deus in ēternū. Mutat autē de peccatorib. iustos, & de inimicis  
 amicos faciens. Replet luce, caritate, exultatione & tubilo. Satiat uero seipsum mani-  
 festans per fidē, & promittens speciem, in qua uidelicet specie erit homini plena atq; per-  
 fecta satietas, sicut propheta ait: Inebriabuntur ab ubertate domus tuę, & torrente uo-  
 luptatis tuę potabis eos. Cæterū ad regendum ecclesiam suā, & ad decorē sapientię sue,  
 necon ad suorum profectū fidelium, singulis corporis sui membris diuersa imperitit  
 ministeria, secundū beneplacitū uoluntatis suę in laudē & gloriā gratiæ suę, quemad-  
 modū Paulus inquit: Vnicuiq; nostrum data est gratia secundū mensuram donationis  
 Christi propter quod dicit: Ascendēs in altū captiuā duxit captiuitatē, dedit dona ho-  
 minibus. Dedit quidē quosdā apostolos, quosdā aut̄ prophetas, alias uero euāgelistas,  
 alias autē pastores & doctores in cōsummationē sanctorū, in opus ministerij, & in ædi-  
 ficationē corporis Christi. Et hoc quādiu: Utq; donec occurramus omnes in unitatem  
 fidei & agnitionis filij Dei, in uirū perfectū in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Dñs  
 itaq; Iesu opus est propriū introrsus regere, gradus atq; officia diuidere, hominum uero  
 impensum ministeriū fideliter exercere, potissimē quib. datū est præesse ouibus eius. Ma-  
 ximū quippe diuinæ dignationis est munus pastorali officio, ac dominici gregis regimi-  
 ni deputari. Porro dominari in populis, ciuitates possidere & castra, aurū, argentū & gē-  
 mas acquirere, domos, p̄dīa habere & nemora, filios, p̄creare & filias, ancillas gubernare & seruos, dona sunt Dei, quæ proculdubio uniuersa præcellit cura ac regimen ani-  
 marū. Temporalia quidem bona sunt illa, defluentis aquæ more labentia, bonis malisq; cōmu-  
 nia, istud uero spirituale est donum supraq; modū proficuum, si tamē, prout decet  
 humiliter pertractetur. Quid utiq; in hoc mundo carius Deus possidere uideretur, quam  
 hominū animas? Non enim Deus pater unigenitū suū misit in mundū, ut principatum  
 secularē acciperet, non ut imperij monarchiam teneret, nō ut nomen suum celebrare fa-  
 ceret, nec ut popolorum haberet fauorem, neq; ut quicq; terrenū sibi uendicaret, sed ut  
 genus perditum recuperaret humanū, & animas hominū originalis delicti letali collu-  
 uione foedatas, atq; diabolica fraude deceptas instrueret uerbo, informaret exēplo, mū-  
 daret lauacro, & euore saluaret. Omne etenim solitudinem suā, omnē laborem, cun-  
 ctūq; studium suū, quādiu ipse Dei & hominū mediator cū hominib. conuersatus est, p̄  
 salute exhibuit animarū. Hoc utiq; lucrū suum, hoc gaudiū suū esse testatus est. Propter  
 hoc oues non agintanouem reliquit in deserto, ut unam solā errantē inueniret & perdi-  
 tā, qua profecto reperta conuocatis amicis & uicinis, uniuersis uidelicet spiritibus ange-  
 licis, illosq; ad latitudinem secū inquitāns ait: Cōgratulamini mihi, quia inueni ouem meam,

quam

Matth. 25  
**A** quam perdidideram. Hāc quippe ouē, uniuersa scilicet ecclesiā, quia simul quum adscēdit  
 ad patrē secū ferre nō ualuit, eadē pastorib. spiritualib. traditā recōmisit, quatenus ipsius  
 curā haberēt, recepturi absq; ambiguitate ulla ab ipso domino locupletē in cōlō remu-  
 nationē, si diligēter erga illā suū perficerint ministerium, si uero perniciose ac se gna-  
 ter, supplicia sempiterna. Iustissime quidem quicq; pro proximā sui salute sedulo ex ca-  
 ritate occupatur obsequio, mercedem in futuro percipiet copiosam, quoniam diuīne le-  
 gis p̄cepta seruauit, & Christo domino ministrare curauit. Nam quicquid proximo  
 impendit, hoc ipsi domino Iesu sine dubio præstatur, eodē perhibente qui ait: Quod  
 uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Quamobrem si quis esurientē pauerit, sitiens  
 potum dederit, uestierit nudum, egenos & uagos humanitatis causa introduxerit in do-  
 mum suam, ægrotantem uisitauerit, in carcerib; constitutos aluerit, & defunctorum  
 corpora tradiderit sepulturæ, quæ omnia exhibentur corporibus morituris, si talis, in-  
 quam, domino famulari dicitur, & in coelesti patria fœnore perpetuae immortalitatis di-  
**B**tatur, quantā qualemq; felicitatis gloriā in regeneratione promissam adepturus sit, qui  
 doctrinæ pabulo & sanctorum eruditione scripturarum famelicam cibauerit animam,  
 fluctuantem sano consilio robauerit, errantem ad ueritatis uiam reuocauerit, consola-  
 tus fuerit molestam, tētationibus ac calamitatibus oppressam subleuauerit, in desperatio-  
 nis profundo iacētem exerxit, delictorum mole obrutā ac mortuā ad uitam lacrymarū  
 orationumq; suffragio suscitauerit, cogitare quis potest: Tantorum siquidē meritorum  
 huiusmodi efficiet particeps, quantarum laudabilium actionum ipse extiterit causae.  
 Hinc animaduertendum est, quātæ sublimitatis, quantūq; ad cœlestē promerendū bea-  
 titudinē habile sit pastorale officiū, tametsi multi periclitēt in illo, qđ utiq; nō dispēsa-  
 tori aut officio imputandū est, sed illo male utenti. Nā quemadmodū, si medicus saluber-  
 rimā ęgroto cōferat medicinā, & ille medici neglecto cōsilio, atq; nullo medicinā susce-  
 ptæ cōgruēte ordine seruato à uita deficiat, nō medico, sed languido obijcienda est cul-  
 pa, ita nō Deo disponēti, ac tribuēti regimē animarū, sed prælato abutēti omniū crimi-  
**C**nū inde sequentiū est inferēda calūnia. Vnū quippe bibere nō est malū, illud uero intē-  
 perāter sumere usq; ad ebrietatē hoc perniciōsissimū est. Possidere quoq; diuitias, quæ  
 p̄ possidētiū egenorumq; necessitatib. à Deo impertitae sunt, minime peccatū est. Verū  
 si inueneris diuitē pecunias sibi p̄fertas histriōnib. erogantem, in superfluitate uestimentē-  
 torū, in ciborū lauta epulatione, in uoluptatib. carnis, in numerositate seruorū, in cantā  
 torum cātraticūq; modulationib. illas prodige dispergentē, audebis ne dicere Deū ma-  
 le egisse, qm̄ huiusmodi uiro terrenas impertitus est facultates: Bonę sunt diuitiae ad sus-  
 fragium diuitū peccatorūq; redēptionem misericorditer prærogatæ, quibus qui mai-  
 le uititur, bonum nō bene tractās efficit malus, delictorūq; multorū obnoxius. Sic quippe  
 cura animarū bona est in se, ab ipso summo instituta & præordinata bono, ad laudā  
 utiq; suā, ad mutuā exercendā dilectionē, ad profectū uirtutū, ad meritorū additamen-  
 tum, ad decorē fidei, ad perfectionē corporis sui, & ad singulorum mēbrorū unitatē  
 seruādā, quā p̄fecto curā quicq; put decet, administrare neglexerit malus est, & pe-  
**D**ne innumerabilū criminū esse cēsendus est reus, qm̄ preciosum dñi thesaurū nedū  
 multiplicare despexit, uerumetiam illum dispersit, atq; furibus, homicidis, & ipsius dñi  
 inimicis, quātum in ipso fuit, diripiendum exposuit. Accepit, inquā, uineā, ut uepres ex-  
 eadē euelleret, infructuosas arbores eradicare, illā coleret, sepius propter spiritualitātē  
 incurſus ferarum circundaret, in illa plantaret uineas, fructuosas infereret arbores, & se-  
 men uerbi Dei spargeret, ut p̄duceret spirituale germē delectabile dño, sed prohdolor  
 ex ipsius incuria delictorū sentes profert, inulta manens, & latronibus diripientibus  
 patet. Vnde de ipsa merito dñs per prophetam dicit: Expectauit ut faceret uas, fecit au-  
 tem labruscas. An non malus & nequā, qui pastorale officium indignus presumpsit ac-  
 cipere, illudq; negligenter exercuit, non Dei gloriā, nec animarum profectum, neq; uel  
 saltem propriam salutem quærens, sed tm̄ priuata cōmoda, & de prælatione honorem  
 temporalem: Debuerat profecto formidolosam illam cōminationē aduersus pastores  
 animarū prolatam corde retinere, quā dicitur: Veh pastoribus Israel, qui pascunt semet  
 ipsos, lacē comedebatis, & lanis operiebamini, & quod cassum erat occidebatis, gregem  
 autem meum non pascibatis. Quod infirmū fuit non consolidastis, & quod ægrotū nō  
Ezech. 34  
Laur. Iustin.

Ezech. 34

fanastis, qd fractū fuit nō alligastis, & qd perierat nō quælistis, sed cum austestate impe  
rabatis eis, & cū potētia. Et dispersæ sunt oves meæ, eo qd nō esset pastor, & factæ sunt in  
deuorationē omniū bestiarū agri, & dispersæ sunt. Errauerūt greges mei in cūctis mōti  
bus, & super omnē faciē terræ dispersi sunt, & nō erat qd requireret. Propterea pastores  
audite uerbum dñi: Ecce ego ipse (ait dñs super pastores) requirā gregē meū, ne pascāt  
amplius pastores semetip̄os. Et liberabo gregem meū de ore eorū, & nō erit eis ulira in  
escam, nihil itaq; periculosius, qd regiminis animarum onus suscipere, & terrena lucra ex  
eodem solūmodo queritare. Perdit qui talis est animā suā, & suorum (quantū in eo est)  
animas subsectorum, negligentia utiq; sua, exēploq; suo, ac abusione temporalium. Pla-  
ne oportebit illū supra gregem sibi cōmissum solicite excubare, & non minus salutē eo-  
rum quorū exercet curā, quam propriā anhelare. Nam nihil aliud est pastorale officiū,  
quam pro ouib. sibi cōmissis animā ponere. Debuerat, inq; sanctitatis & laudabilis cō-  
uersationis exemplū ostendere, quatenus qd non ualebat uerbo, instrueret facto, humili-  
tatem, patientiā, caritatem, proximi dilectionē, seculi contemptū, despactum sui, cæte-  
rasq; uirtutes, quib. fides Christiana decoratur in terris. De temporalium uero admini-  
stratione quid memorē? Nam ouiū Christi pastores terrenarum utiq; sunt dispensato-  
res facultatū, quas uiui tribuunt cum pietate, defuncti autē reliquerunt pauperibus ero-  
gandas, ut exinde aliquod suffragiū cōsequi possent. Clamat igitur pauperes aduersus  
dispensatores malos, ostenduntq; domino nuditatē suam, alimentorum inopiā, frigoris  
afflictionē, calamitates plurimas, & in excuso in auribus diuinæ iustitiae quin ascendat  
illorum uoces nemo dubitet. Vociferantur pariter & defuncti, sitibunde expectantes  
orationum refrigeria egenorum, quibus impertiendæ sunt eleemosynæ, quæ profecto  
quā minime sentiant, querelantur coram Deo ad exterminatā ecclesiasticas dispergen-  
tium facultates. Hinc summopere animaduertendum est, quam sit odibile Deo, frater-  
næq; dilectioni contrarium, necnon pr̄esulibus perniciōsum temporales redditus habe-  
re opulentos, & ipsos clausis uisceribus pietatis tenaciter possidere, qui sibi de redem-  
ptione captiuorum, de pupillorum sustentatione, de miserijs inopum, & infirmorū ne-  
cessitatibus potuissent coronam gloriae, ac perpetuę immortalitatis intexere. Taceo de  
illis, qui bona pauperum in pompis superfluis, in uanitatibus seculi, in phaleris equorū  
thuallis argenteis & deauratis, in uestibus preciosis, in conuiujs opulentis, & his simili-  
bus, quæ moderate tamen congruunt regibus ac principibus secularibus. De istis pro-  
fecto grandis & ad loquendū profusus occurrit sermo. Sub silentio autem pr̄eterire ista  
tunc uolo, ne quis arbitretur me potius detractioni, quam uitiorū detestationi uel legē  
tūt audientiumq; profectibus insisteret, quanquā ista talia sint, qd ipsamet nemine aduer-  
sum se testimonium perhibente in condēnationis contra se uoces erumpant. Quoquo  
autē modo sit uerum est, quod dicit Apostolus: Omnes, inquit, stabimus ante tribunal  
Christi, & unusquisq; recipiet prout gessit in corpore, siue bonum, siue malum.

De dupli iudicio generali uidelicet, et particulari. Cap. V.



Vplex esse futurū iudicij generale uidelicet, & particulaire nullus eorū qui  
catholice uiuit & recte credit, ambigit. Quod autē generale sit futurū iudi-  
cium, noui ac ueteris testamenti plurima oracula consitent. Dauid quippe  
ait: Iudicabit dominus orbem terræ in æquitate, & populos in ueritate sua.  
Esaias (dominus inquit) ueniet ad iudicij cum senatoribus populi sui. Da-  
niel quoq; dicit: Multi qui dormiunt in puluere terræ euigilabunt, alij in uitā æternam,  
alij in opprobrium, ut uideant semper. Ipse uero dñs Iesus iudex & testis, de quo iudicio  
nullus apertius locutus est, ait: Quum uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, &  
omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur  
ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oves ab hoedis.  
Et statuet quidem oves à dextris, hoedos autē à sinistris, & dicet rex ijs qui à dextris erit:  
Venite benedicti patris mei possidete paratum uobis regnum à constitutione mundi:  
Esuriui enim & dedisti mihi manducare, & cætera. Concludensq; ait: Et ibunt ij in sup-  
plicium æternum, iusti autem in uitam æternā. Paulus similiter Timotheo scribēs dicit:  
Testificor corā Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos & mortuos per aduentū  
ipsius & regnum eius. Sunt & alia penē innumera testimonia, quæ de hoc futuro loqua-  
tur iu-

Psal. 95

Esa. 3

Dan. 12

Math. 25

2. Tim. 4

A tur iudicio, de quo profecto dubitare nequaquam fas est, imò quillud non credere, sal-  
uus esse non posset. Unus quippe est ex articolis fidei saluti prorsus necessarius. Sic em̄  
uniuersa in toto orbe terrarū cantat ecclesia: Ascendit ad celos, sedet ad dexterā Dei pa-  
tris omnipotētis, inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos. Quod igit̄ hoc iudicij fu-  
turū sit, certissimū est, qn uero, omnino ignorat. Sic em̄ ait dñs: De die aut illo nō mo scit,  
neq; angeli, sed pater solus. Iterūq;: Sicut erat (inquit) in diebus Noe ante diluuiū come-  
dentes, & bibentes, & nuptijs uacantes usq; ad eū diē, quo intravit Noe in arcā, & nō co-  
gnouerūt, donec uenit diluuiū & tulit oēs, ita erit & aduētus filij hominis. Apostolus e-  
tiam: Dies, inquit, domini quemadmodū fur in nocte ueniet. Voluit autem hunc homi-  
nibus esse ignotū, ut ad uigilandū singulas cautas faceret generationes. Fiet igitur hoc  
universale iudicij antequam prætereat generatio hæc, dño testimoniū perhibente, qui  
ait: Non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Quod ut efficacius confirmarer,  
intulit: Cælum & terra transibunt, uerba autē mea non præteribunt. Particulaire aut iudi-  
cium quotidiē agitur. Nam quamprimum quis de corpore egreditur, sit de illo iudicij, &  
condignā operum suorū recipit mercedem, sicut in Apocalypsi dñs per Ioannē inquit:  
Ego sum scrutans renes & corda, & dabo unicuiq; uestrū secundū opera uestra. Et hoc  
de ijs, qui credūt. Qui enim infideles sunt, minime iudicantur, quemadmodū dominus  
noster Iesus Christus ait: Qui non credit, inquit, iam iudicatus est, quia non credit in no-  
mine unigeniti filij Dei. Quū igitur sine fide impossibile sit placere Deo, claret procu-  
dubio, quod infidelū opera, grata Deo esse non possunt, sed sunt per semetip̄a damna-  
ta, quamobrem nō indigēt discussione, sed supplicio. Illorum itaq; in hoc particulari iu-  
dicio iudicanda sunt acta, qui legem habuerunt, & persistērunt in fide. Audi Apostolū  
testificantē hoc: Quicunq; enim sine lege peccauerūt, sine lege peribunt: & quicunq;  
in lege peccauerūt, per legē iudicabuntur. Iudicandus itaq; est unusquisq;, nō ex alieno  
testimonio, sed ex conscientiæ propriæ, & ineuitabili uerissimoq; operā suorū testimoni-  
o. Tanta siquidē cuiq; est innata naturalis æquitas, ut ipse sibi ipsi uerus sit iudex & te-  
stis. Nam etsi in hoc corruptibili corpusculo quamdiu uiuit, in multis esse videatur alie-  
na, nō tamē penitus est extincta, præpeditur utiq; ex immoderata affectione, tegiturq;  
ex emergentibus delictorū tenebris eo amplius, quo grauiora sunt, & legi Dei magis  
contraria. Ab hoc quippe priuato & particulari iudicio, nemo excludit, siue infidelis,  
siue fidelis sit. Infidelis namq; sine suorū operū discussione damnat, naturę legis æquita-  
te conuictus: fidelis uero opera producuntur ad mediū, & scriptæ legis testimonio, aut  
approbantur secundū Deum facta, aut reprobantur. De hoc utiq; iudicio discretionis  
inquit Propheta: Iudica me Deus & discerne causam meā de gēte nō sancta. Hoc quip-  
pe iudicij futuri est tēporis, nō præsentis, quando uidelicet quisq; cōsummato huius pe-  
regrinationis decursu, condigna operū suorū asecuturus est præmia. Tūc sanè iustis ag-  
gregata in cælo merita tribuentur, peccatoribus autē perfecta iustitiae lance supplicia ex-  
hibebuntur aeterna. In hac autē peregrinatione nō sic. Nam frequentissime iustis uiris, &  
diuinæ legis præcepta seruantibus, se continentibus à uolupratibus carnis & uentris, à  
rapinis, lucris prohibitis, & diuitiarum cupiditatibus, nulli reddentibus malū pro malo,  
neq; maledictū pro maledicto, seq; ab omni mendacio, linguaeq; detractionib; cohiben-  
tibus, eleemosynam facientibus, orationiq; uacantibus, permittente Deo aduersa eue-  
nitunt multa, infirmitates uaria, damna creberrima, adeo ut ipsorum iustitiae obliuioni  
traditæ esse uideantur. Econtrario, ô quod sunt scelesti & nequissimi homines, elati cor-  
de, moribus incompositi, auari, raptiores, pauperum oppressores, absq; compassione,  
sine misericordia, susurtones, mendaces, maledici, uaniloqui, impudici, incontinentes,  
gulæ dediti, Deo odibiles, mandatis diuinis non obtemperantes, neq; ecclesiæ sa-  
cerdotibus obedientes, quibus penē ad uota prospera cuncta succedunt, ac si eorum  
uita altissimo semper esset accepta. Sanè quum bona bonis, & mala debeat uerū malis, o-  
mnis uidetur periclitari iustitia, quando mala bonis, & bona à Deo irrogantur malis, &  
hoc apud illos qui secundum carnem saplunt, & humana estimatione Dei iudicia me-  
tiuntur, opinantes bonum diuinæ eruditioñ flagellum malum, & malum terrena sel-  
icitatis esse bonum. At uero quibus inest mens sana, qui claritate fidei illuminatos ha-  
bent oculos, mundoq; cordis inquietu futura, & aeterna prospectant, aliter arbitran-  
tur iustitiae.

tur. Nempe huiusmodi quum intuentur peccatores florere honoribus, facultatibus abundare, & temporalibus bonis pacifice frui, nequaquam Dei reprehendunt sapientiam, nec felici eorum inuident prosperitati, quin potius contemnunt, atque despiciunt illa tanquam exigua bona transitoria, periculosa, atque uilissima, quem profecto ut plurimū iniquis, quibus in regione uiuorū nulla est portio, pro suorum tribuuntur mercede meritorum, quemadmodū beatus lob testatur dicens: Quare ergo impij uiuunt sublimati sunt, confortatiq; diuitijs: Semen eorū permanet corā eis, propinquorū turba & nepotū in conspectu eorū. Domus illorum securae sunt, & pacatae, & non est uirga Dei super illos. Teneant tympanum & citharā, & gaudent ad sonum organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt, qui dixerunt Deo, recede à nobis, semita uiarum tuarum nolumus, quis est omnipotēs, ut seruamus eī, & quid prodest nobis si orauerimus eum? Cæterū sicut iusti ad contemptum erudiuntur seculi considerata prosperitate maiorum, ita ad tolerantiam accenduntur tribulationū, quoties intuentur iustos diversis aduersitatibus uapulare, memoriter in corde retinetes, quod legitur: Aurū probat fornax, R homines aut receptibiles examinatio tribulationis. De quo etiam Sapiēs ait: Filiū minorū negligere disciplinā domini, nec fatigeris quū ab eo argueris. Quē enim diligit dominus castigat, flagellat aut omnē filium quē recipit. Saluberrima igit̄ est iustorū disciplina, per quā sua purgant facinora, exercentur ad uirtutes, à carnalibus uoluptatibus abstinentur, proteguntur à casibus, & à temptationibus liberantur, discuntq; Deum diligere, calcare terrena, promissa sperare, & amare cœlestia, eo ardentius, quo uehementius flagellantur, quoniam impijs temporalia, Deū uero timentibus bona pro suis laboribus præstantur æterna, quod utiq; luce clarius in Euangelio de parabola diuitis epulonis & ulcērosi patet ēgeni: Filiū (inquit Abrahā ad locupletē) receperisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Hic autē hic consolat, tu uero cruciaris. O utinā terrenarū rerū amatores, atque illecebrarū sectatores carnaliū per fidē & ueritatē saperēt q; pernicioſa sit presentis uitæ prosperitas, ac in lumine sapientiae intelligerēt q; reuerenter humiliterq; suscipienda sit disciplina eruditionis paternæ, nec nō quam diuersa bonis & malis sint in futuro seculo meritorū stipendia reseruata præuiderent. O, inquā, utinā perciperēt ignorantiæ suæ errorē, temporealem utiq; successum tanquā bonum cui inhærendum sit, nequaquam appeterent, nec correptionē tribulationis, quamvis asperā suscipere formidarent, reminiscentes potissime Apostolicis sermonis dicentis: In disciplina (inquit) perseuerate, tanquā filijs offert sē Deus. Quis enim filius quē nō corripit pater: q; si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo non estis filiij, sed adulteri. Omnis quidem disciplina in præsentि nō uidetur esse gaudij, sed mœroris, postea autem fructū pacatissimū exercitatis per eam reddet iustitiae. Porro ea quæ dicta sunt, si sano cordis palato gustarentur, profecto nec extollerentur in prosperis, nec deficerent in aduersis, sed regio quodam graderentur itinere, futuroq; seipsoſ iudicio præpararent, atque more prudentium uirginum accensis lampadibus suis uenienti sposo obuiā pergerent. Beatus seruus (inquit dñs Iesus) quē quū uenerit dñs eius inuenierit uigilantē. Et ego beatū similiter illum nuncupauerim seruum, qui nedum de propria, uerūmetiā de proximorū suorum salute est sollicitus. Illum dico, quē constituit dominus super familiā suam, quasi pastorē super gregem suum, & toto posse sibi cōmissorum spiritualibus ineumbit profectus, quatenus absq; terrore ruboreq; iudicis ualeat aſtarē conspectui. Nam cuicunq; pastorī de ouibus sibi creditis interrogatio fiet, si uidelicet illas corripuit, si instituit, si dixit. Corripere quippe debet pastor subditos suos, quoties delinquent, nō tamen par formiter, sed iuxta mensurā delicti, secundum qualitatē personarū, seruato nihilominus modo & tempore, interdum cum mansuetudine, quandoq; cū autoritate. Hanc utiq; correptionis uicissitudinē Paulus Timotheo scribens insinuat, dicens: Argue, obsecra, increpa cum omni patientia & doctrina. Tū o autē inquit, Loquere, exhortare, & argue cū omni imperio. Evidē in istis duobus discipulis rectores docet animarū, quanta cum discretionē redargutionū oporteat uerba proferre, quam profecto qui seruare negligunt, unde medelam uulneribus apponere debent, inde frequentissime animabus letale uultus infligunt. Debet igitur pastor spiritualis sic prudenter corripere, ita gregem dominicum sapienter instruere disciplinā regularis conuersationis, legalis obſeruantia, grauitatis

A tatis morum, uitæq; laudabilis ne ullum quidem ex ignorantia aberrare contingat. Omne postremo illius studium sit oves rationales dirigere, ut domino seruant in sinceritate mentis, in cordis humilitate, in caritate non ficta, in cōscientiæ puritate, in amore uitatum, in aduersorum tolerantia, & in irreflexibili perseverantia boni. Horum pastori bus congruit omnino habere notitiam, ut ex se erudiant subditos, illorumq; sine relaxatione querat profectus, quatenus absq; querela summo pastori afflant intrepidi. Admoneat igitur pastor, terreat, mulceat, feriat, instruat, cōfusat, diligatq; domini gregem, ut sufficientem cōmuni iudicii de sua uillicatione persoluat rationem. Nam quantum in ipso est, si operari non desinat & monere, coram uniuersali domino liber erit à criminis, totumq; iudicij pondus transmitte ad oves, quemadmodum ad personam boni pastoris dominus per prophetā loquitur, dicens: Si nunciante te ad impiū, ut à uījs suis Ezech. 3: conuertatur, & non fuerit conuersus à uia sua, ipse in iniuitate sua morietur, tu uero animam tuam liberasti. Vāh autē pastori, qui ouium Christi curam abiecerit, ipsaſq; ex Ezech. 33: signauia sua periclitari permiserit. Morientes morieniū oves, illasq; dominus de manu peccatoris requiriēt. Sic enim legitur: Speculatorē (inquit dominus per prophetam ad pastores) dedi te domui Israel. Si me dicente ad impiū, impiie morte morieris, & non fuis locutus, ut se custodiat impius à uia sua, ipse impius in impietate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirāt. Iustus dominus utrūq; damnat, pastoris uidelicet raciuitatē, & ouium negligentia. Nam pastorem circa regimen animarū tepeſcen tem & mutum, iustitiae gladio ferit, sanguinemq; pereuntū de manu eius requirit, & nihilominus ipsas oves (etiam eorū tacente pastore) minimē ab interitu liberat. Duplici quidem cōtritione atteritur pastor, duplicitq; iudicij efficitur reus, sui uidelicet, & ouium perditione, præsertim earū, quæ ex ipsius cōuincuntur perisse incuria. At uero quælibet ouis propriū portabit iudicij, cū intelligere nō uult, ut bene agat. Habet quippe quælibet ouis intus se exhortantē ad bonum, tametsi qui pastoris gerit uices sileat, & nullam erga salutem ouium solicitudinē præstet. Est utiq; unus uerus & summus pastor, qui nunquam dormitat, nunquam ab ouium fatigatur custodia, quē se daturum per prophetā longe ante dominus pollicitus est, dicens: Et suscitabo super oves pastore unū, qui pascet eas, set uum meū Dauid. Ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastore. Ego autem dominus ero eis in Deū, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dñs locutus sum. Pastor iste de quo loquitur sermo diuinus, non est ille Dauid, qui ad tempus ut homo regnauit super Israel, functusq; officio suo requieuit in pace, sed dominus noster Iesus Christus. Ipse est spiritualis Dauid, pastor uerus, immortalis princeps, rex gentiū, uniuersorumq; dominus, qui manu fortī pugnauit contra diabolum, & qui tyrranicam potestatē exercebat in mundo, illū elecīt de solio, uulnerauit acriter, eius abstulit arma, spolia diuisi, & catheris uinctum tetrici carceribus mancipauit. Per prophetam quoq; idem loquitur sic: Ego pascam oues meas, & accubare eas faciam. Quod perierat requiram, quod abiectum est reducam, quod confractum fuerit alligabo, quod infirmum erit consolidabo, quod pingue & forte custodiam, & pascam illas in iudicio. De semetipso in evangelio idem sic ait: Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscūt me mea, & animā meam ponō pro ouibus meis, & uitam æternā do eis. Nullus à pastoris huius secluditur cura, quoniam unumquemq; paterna dilectione requirit. Ipsilon in Apocalypsi audi dicens: Ego sto ad ostiū scilicet cordis, & pulso. Si quis aperuerit mihi, coenabo cum illo, & ille mecum. Hanc profecto internā pastoris uocem, banc spiritualis admonitionē qui spernit moritur, qui uero audit uiuit, pascitur, & protegitur ab æstu, turbine, & à pluuiā. Quamobrem in ouium arbitrio politū est aperire, & non apere, pastorē imitari uel eum contemnere, proficere in spiritu aut deficere, adeo ut quælibet inexcusabilis sit ouis, etiam illa quæ non habet præceptorem exterius, qui eam dirigat, corrigat, & doceat. Maxima ex hoc (quod dictū est) colligitur summi cura pastoris, necnon contemnitum ouium graue periculum, quæ cordis obturantes aures exhortantem in spiritu præceptorem audire dissimulat. Quid, oro, responsuræ sunt domino, uel quam de contemptu gratiæ quæ offereur illis, excusationem habebunt? Nempe eruditæ sunt per legem, tam quæ de celo data est, quam per innatam cōmunem omnibus. Deputatae sunt sub cura pastorum, introrsus per aspirationem, & foris per euangelium,

**Matth. 11** gelium. Illas ad se uocat sapientia, & dicit: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite a me, quia misericordia mea est humilis corde, & inuenietis quietem animabus uestris. Iugum enim meum suave est & onus meum leue. Quid domino nostro benignius? quid ista sua exhortatio utilius? Promittit quidem pro laboribus temporalium negotiorum se daturum quietem, & pro oneribus carnalium uoluptatum animabus sibi famulantibus spiritualem exhibeturum refectionem, dummodo tollant super se suave iugum obedientiae ipsius, discantque ab illo in moribus esse mites, & corde humiles. Ista plane salutis, pacis, & uitae monita qui cuncte a se repellit, certissimum est quod aeterno appropinquat interitui. Propterea audiunt uniuersi, resipiscant singuli a facinoribus perpetratris, reiiciant quoque a ceruicibus suis importabile exactoris iugum, laetissimumque corde pessimi pastoris uestigia imitetur, ipsius suauissimum accipiunt iugum, & leuissimum onus portent, neque quamdiu uirint ab illius inhesione deficiant, quatenus exiliu huius quotidiano certamine ualeant etiam ipsi cum sanctis angelis & electis iustis in caelesti patria, & loco pascue uoluptatis aeternae felicissima fruitione latari, quemadmodum ouibus suis polliceri dignatus est, dicens: Ego liberabo oves meas de cunctis locis, in quibus dispersae fuerant, & educam eas de populis, & inducam eas in terram suam, & pascam eas in montibus Israeli, in riuis, & in cunctis sedibus terrae. In pascuis uberrimis pascam eas, & in montibus excellisis erunt pascua earum. Ibi requiescent in herbis uirentibus, & in pascuis pinguis paucentur in sempiternum.

**Ezech. 34**

De affluentissima atque Christi bonitate excellentissima. Cap. VI.

**I**luinae bonitatis clementiam, affluentissimamque redemptoris nostri largitatem nemo est qui enarrare sufficiat, etiam si hominum & angelorum loquuntur linguis. Omnem quippe humanum supereminet sensum, omne iustorum transcendit meritum, omnemque angelicam praeceps virtutem. Nam uniuersa que facta sunt, siue uisibilia, seu inuisibilia esse habent ab illa, terminantur in se, atque praeordinata mensuram possident. At uero ista de qua loquimur, profusa Dei & redemptoris nostri bonitas, se in cunctas latissime transfundit generationum generationes, semper nihilominus in semetipsa absque sui in aliquo diminutione integrerima, atque beatissima perseverans. Quamuis enim lucidissimos lux claritatis in cordibus filiorum hominum emitat radios, quamquam iucundissimos dulcedinis suae riuiulos in praedestinatos ad uitam indeficienter distillare non cesset: communicatione tamen nullatenus decrescit, non fatigatur actu, neque sibi famulantum, sequitur laudantium numerositate efficitur gloriiosior. Evidem seipsa per seipsam & in seipsa disponit singula, nullius indigenis suffragio, nulliusque consilio. Nam eti pro explendis aeterni consilij legibus quosdam dignetur habere ministros, nequaquam tamen cogete id agit necessitate, sed propria semetipsum gratuita inclinante clementia ad laudem utique & honorem nominis sui, & ad prefectum tam illorum, quibus ministerium impertitur, quam etiam eorum quibus ministratur. Quamobrem siue beatissima agmina spirituum beatorum, qui ad protectionem, instructionem, exhortationem, gubernationemque eorum sunt missi, qui aeternae hereditatis adepturi sunt gloriam, seu rationabilium ouium Christi pastores atque rectores, quibus totius ecclesiae distributum est regimen, oes ordinati sunt in ministerio ab ipsa, per quam caelestia ac terrena, corporalia & spiritualia, temporalia sempiternaque facta sunt, & sine qua prorsus nihil. Nullus igitur insolecat, nemo proprijs arroget meritum, siue ascribat uirtuti, quum ad hoc Dei perficiendum assumitur opus, sed diuinam bonitatem, suique gratiam in se recognoscatur autoris, & dicat: Gratia Dei sum id quod sum. Et uere: Nam omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens a patre luminum. Prodinde qui pastoralis officij sortitus est regimen, non infletur honoribus, nec de se praesumat, quoniam uidet se ceteris esse praelatum, quin potius humilior fiat, mentemque suam ad percipiendum opportuna ministerij sibi crediti bona toto disponat conamine. Quid, oro, prodest cathedrali honoris accipere, & nullum ex illa meritum, sed solum sibi metipsi iudicium uedicare? Quid, inquam, in hora exitus proderit aspectibus mortaliu suis honorabilem, si Deo fuerit odibilis? In hac quippe peregrinatione non seductiores honores, neque fallaces debent sibi fideles thesaurizare diuitias,

A diuitias, sed tantum uirtutes, quibus premia retribuuntur aeterna. Hic igitur laudabilis insistendum est actioni, hic ut placetur Deus, totis elabordum est uiribus, hic nempe ut cuique augeatur gratia, multiplicentur dona, accrescant merita, orandum est iugiter, interpellandum gemitis, pietatis actibus obtinendum. Quapropter qui fidelium populum praesunt regimini, non pro accepto gloriantur beneficio, sed ex eo querant frumentum non temporalem, & perfunctorum, sed uerum, sed iucundum, sed imprædabilem, sed aeternum. Omni insuper qua ualent industria, a se abdicent, quae sibi aduersantur, alium uidelicet sapere, & estimationem sui, proximi contemptum, mentis hebetudinem, deletionem praesentis uitae, metum mortis, immoderatamque terrenarum rerum curam. Ista profecto sunt, quae praesidentium in captiuitatem redigunt mentem, nec patiuntur, ut decet, credito illos intendere ministerio. Verum ut de his que dicta sunt, praetermittam cetera, quid (oro) est indecentius prælato, quidque perniciosius, quam ex inordinato affectu, spiritualibus postpositis studijs, & neglecta animarum cura, temporalibus uacare laetis, & terrena tantummodo negotia corde uersare? Videte (inquit dominus) ne grauent corda uestra crapula, & ebrietate, & curis huius seculi. Nouerat ipse salvator, quanta cordibus hominum inordinata temporalium solicitude inferat, detrimenta, quae profecto esse debent munda, ut Deum uideant, agnoscent se, sequitur possideant in se. Proinde fidelibus suis, ac seruis suis illum per arctam perfectionis uitam imitari cupientibus clamat **Luc. 21** dicet: Vendite quae possidetis, & date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Hortatur quippe, ut uendant uiuersa quae habent, distribuat agentibus, quicunque illi laeto animo, mundo corde, ac liberis mentis gressibus, sequi desiderat ad ardua uirtutum certamina, atque sublimia euangelicæ perfectionis consilia, que procul dubio statui cognitum prælatorum. Ipsius plane tanquam ueri discipuli Christi, ueritatis præcones, apostolici viri mundi lumina, contemptores seculi, debent in ecclesia sine redargutione conuersari, exemploque suo præbere formam cœlestis conuersationis, spiritualis uite normam, ac humanis moribus disciplinam, ita ut dominico gregi cui præsunt, fiant imitatione digni, **2. Tim. 3** quod quidem agere nequeunt, nisi se in altum mentis per abdicationem temporalium facultatum constituant, quatenus sicut dignitate, & loco præminent ceteris, ita mentalis puritate, ac libertate spiritus sibi commissos præcellant uniuersos. Nempe indignum est, ut qui ad eruditionem correctionemque institutus est aliorum, habeat ipse reprehensibile aliquid, unde sit merito corripiendum. Nam oportet (inquit Apostolus) episcopum irreprehensibilem esse. Quoniam, quæso, modo poterit, sibi creditos ad mundi adhortari contemptum, a lenocinijs abstrahere uitiorum, atque a cupiditate temporalium diuelli re facultatum, si ipse amator extiterit seculi, si uitij deditus, terrenisque negotijs inuolutus: Sublimis profecto prælatorum est status, qui sibi congrue ministrantes a curis exiti mit exteriorum, & diuinæ illos dedicat seruituti. Ceterum si indigne tractetur, nihil illo periculosius, nihilque deformius. Periculosa res est aliorum curam assumere, pro peccatoribus se fidei usorem constituere, & ministerium negligere, lucra animarum non querere, mercenarijs proprias uices committere, se absentare ab ouibus, nec curare quæ errer, quae infirmetur, quae pereat, quae deuoretur a feris, quæte asportetur a furibus. Periculosa, inquam, res est, ut in prælationis culmine positus, qui totius sanctitatis debet resplendere decore, atque grauitatis morum insigne præferre, ipse perefluat in exterioribus, in aggregandis diuinijs inhabet, in colendis possessionibus, colligendisque frugibus intendat, & tanquam paterfamilias, cui incumbit regimen uxoris, liberorum, ieruorum, gregum ouium ac iumentorum, tota die huc illucque discurrat per plateas & numerinas, per agros & nemora. Decet prorsus eum qui regimini præest animarum, munera negocia fugere, occupationes superfluas uitare, propria relinquere, sibi præstata pauperibus erogare, quatenus disruptis terrenarum actionum vinculis, ualeat ab exteriorum tumultibus subtractus redire ad se, dispersas cogitationes reuocare in unum, amissas reparare uires, flere delicta, omissa lugere, uitiorum diluere maculas, mundare conscientiam, mentis faciem ornare, cordis cubile cœlestium desideriorum odore respergere, & sacris meditationibus caritatis ignem accendere, sicque gemitis, suspicij, ac uotis deprecari Deum, atque omnium agminum spirituum beatorum interpellare suffragia, ut suis orationibus sapientia repletur ad sibi commissam dirigidendum

gendum plebem, ad discernendum inter bonum & malum, uerum & falsum, ad fugientem laqueos tentationum, deceptiones fallacias, quae præparantur ab ijs, qui per fas & nefas nituntur obtinere quæ uolunt, & ad resistendum diabolo, pompis seculi, & uoluptatibus carnis & uentris. Nam si qui sibi ipsi tantum uacant, cum difficultate emerentes euadunt casus, quid in uarijs innumerabilibus occupationibus illigati faciēt? iudicet qui recte intelligit. His itaq; rationibus prorsus arbitror præsidentibus alijs fore necessarium, se interdum ab exteriorum fragoribus elogare, orationiq; devote instare, quatenus liberi ipsi in se, libere utilitatibus inseruant proximorū atq; de limpidissimo & pacatissimo interioris hominis fonte, saluberrimā diuinorum eloquiorum ad se confluenter aquam ualeant propinare, recte consulere, agendaq; iudicare prudenter. Nā quemadmodum quum turbatum est mare, procellis concitatum & uentis profundum illius, & quod in ipso mouet, humanus nequaquam ualeat perlustrare aspectus: ita quoq; accidit menti mundialibus negocij, curisq; exterioribus immoderatus debito inuoluta. Porro frequentissime agitur, impellitur, disperditur, anxiatur, obtenebratur, captiuatur, perturbatur, sicut sanctissimæ mulieris hospitalitatis ministerium sedule perficiunt, ac de sorore eius que minime illam adiuuabat, conquerenti, saluator notificauit dicens: **Lxx. 10** Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, porro unum est necessarium. Evidēt in ipsis perturbationibus & solitudinibus, plusquam in rebus honestis ac pīis anima densatur obtutus, & nō ualeat, prout expedīt, se homo agnoscere, motus internos discerne, cohibere passiones, ac errata corrigere, quæ omnia proculdubio ut fiunt præsidentibus in promptu & actu, sunt necessaria. Ipsorum quippe officiū est, spiritualibus subditum mederi infirmitatibus, atq; eorū uitā pro posse reformare in melius; quod nequaquam mali agere sufficient, nisi id prius dicant ex se. Sane quū Apostolus, qualis quantacq; perfectionis esse debet episcopus Timotheo scribens, inquit inter cætera: Domui suæ bene præpositū. Intulitq;: Qui aut domui suæ præesse nescit, quomodo ecclesiæ Dei diligentia habebit? Quod utiq; nō minus spiritualiter, quam corporaliter intelligendū est. Nempe ad hoc spirituale regimē sicut decet exemplū, opus est diuinæ opūlacionis & specialis gratiæ habere præsidū, ocium etiā ab exterioribus ad tempus, in agēdis prudentiā, in uitādis periculis & excessibus præmeditationē, mentis tranquillitatē humiliati innixam, & spiritualis profectus æstuante affectum. Expedit, in qua, in regimine constituto, ut uitā suam honeste & sine scandalo ducat, gregi sibi credito ecclesiastica sacramenta libenter ministret, pudicitia diligat, nulli pro posse noceat, proprijs cōtentus nullus substantiā concupiscat, nemini malū pro malo reddat, debitū diuinæ laudis tam publice, quam priuate soluat, necessitatibus corporalibus cōtētus, nec uoluptuosa neque prohibita querat, proximorū pacem nutriat, deo magis quam hominibus placere peroptet. Sufficiunt q̄ppe ea quæ dicta sunt, diuina cooperante misericordia ad salutē eoru, qui curæ pastorali sunt dediti, si eadem opere peragant, nō tamen perfectos efficiūt. Perfectorum nācq; exercititia, illorū uidelicet, qui in prælatione sunt positi, & pastorali officio sine redargitione intēdūt, sublimia sunt, humanācq; transcendūt uitutē. Huiusmodi siquidē Apostolorū, sanctorūq; patrū uitā in omnibus imitantur. Contemnunt quippe omnia, & cuncta quæ habere possunt, impertiuntur egenis: corpus suū attenuantie sumis multis, prolixis uigilijs, orationibus assiduis, creberrimis pernoctatiōibus, fame, siti, frigore, nuditate, laboribus, egestate: sibi cōmissis ouibus infatigabiliter uacant, & ut illis prodesse ualeant, seipso postponunt uerba uitę colloquendo, exhortando, predicando, disseminare non cessant, ut animas Christo lucifaciāt dño: cū autoritate & fiducia ueritatē annunciant, facies regū & huius seculi principū minime formidantes, pro eadē etiā seipso periculis exponentes, parati subire carceres, exiliū, tormenta, dāna, & mortē, quoniā illis uiuere Christus est, & mori lucrū. Maledicuntur & benedicunt, persecutionē patientur & obsecrant, opprobijs, irrisiōibus, cōtumelij lacessuntur & equanimiter sustinent, memoriter Christi pollicitationē retinentes, quæ ait: Beati eritis quū maledixerint uobis homines, & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malū aduersum uos mentientes propter me: Gaudete & exultate, quoniam merces uestra copiosa est in cælis. Sane tanquam strenuissimi æterni regis milites sibi cōplacent in necessitatibus, in tribulationibus, in seditionibus, in carceribus, in plagijs pro nomine Iesu, intus quoq; **Dei**

**A** De caritate flammescunt, & proximi compassione uruntur, adeo ut pro prævaricatiōe delinqentiū, pro egenorū afflictione, pro oppressionē innocentū, & pro calamitatib. miserorū gemant, lugeant, crucienturq; eo acris, quo amplius diligunt, agnoscent uerius, ac frequentius audiunt. Se nanq; Christo cōformantes in proximo cū gaudentib. gaudent, flent cū flentibus, cū infirmantib. infirmantur, affligunt eum afflictis, & eū periclitantib. pariter periclitari uident, quo tidie uiuentes moriunt, & moriendo uiuunt, hoc cū illis Dei cooperante caritate, cuius inspirationib. afflati, nunc per straue contemplationis ocium mente excedunt, & sensibiliū phantasmatib. à memoria ipsa fugatis afflunt Deo, diuinās in se depromunt laudes, iucunda modulatione canētes: **Quam dile** **Psal. 83** **ta tabernacula tua dñe uirtutum, concupiscit, & deficit anima mea in atria dñi. Repe** **Psal. 44.** **tentesq; proclamat: Quēadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus. Situit anima mea ad Deū fontē uiuū, qñ ueniam & apparebo ante faciē Dei; Nunc uero sposo castissimis pīi amoris inhērētes amplexib. toti delectatio**

**B** nis nimietate liqueſunt, singulis pene horis ipsius amabile in spiritu uenerant præſentiam. Internum aut̄ infusa repente gratia noui luminis irradianē splendore. Nonnunq; etiam humili exultatione lætantur. Fitq; ut alternatis ascendendi in Deū, & descendendi ad utilitatē proximorum uicibus nec tepeſcant in opere, neq; à mentis exercitatione deficiant, sed ascendendo transformatur de claritate in claritatē, ac de desiderio in deſideriū, descendendo aut̄ proficiant de uirtute in uirtutē tanq; à dñi spiritu in utroq; edocti, directi & pasti. Hoc uerò agit non ex arbitrio suo, sed illo moderante atq; disponente, qui docet hominē scientiā, dirigit in ueritate sua, seq̄ diligētes delicijs paleat supercaſtestibus, donans singulis prout uult, cui nequaquam fas est dicere, quare fecisti sic! Omnia nācq; quæ facit, in sapientia & æquitate ordinata sunt, ideoq; laudanda summaq; cum ueneratione colenda sunt, quin potius ille in eis, qui per uerbū suum sibi coæternū cōdidit uniuersa, qui nunc attollit, nunc humiliat, nunc exercet ambulantes in spiritu, ut crescant in uitū perfectum, ualeantq; instruere cæteros, & ueluti luminaria in firmamento ecclesiæ apparere lucēria, quēadmodū lōge ante per Prophetā uaticinatum est sic: Qui **Dan. 12** aūt docti fuerint, inquit, fulgebūt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, tanquam stellæ in perpetuas æternitates.

**De spiritualibus luminaribus, quibus illustratur & decoratur ecclesia.** **Cap. VII.**

**Q** Voties quis in tenebris ambulatibus uult præbere solatium, uiarum insinuare discrimina, accensa luminaria in sublime statuit, eademq; exponit in publicum, quatenus inoffenso pede ualeant peragrare, quō tendunt. Hoc per se metipsum in humanitate assumpta, hoc per Apostolos, doctores, & prædicatores suos, coæterna Deo patri perficit sapientia, atq; quotidie id agit in spiritu. De corporali quidē illius presentia per Prophetā dicitur sic: Populus qui erat in tenebris, uidit **Esa. 9** lucē magnā, sedentib. in regione umbra mortis lux orra est eis. De spirituali autē quidē Erat, inquit Euangelista, lux uera, quæ illuminat oēm hominē uenientē in hūc mundū. **Ioan. 1.** Quotquot enim illuminati sunt, & agnitionē percipiunt ueritatis, ab ipso ueritatis lumen illustrant, sicut quibusdā cōuersis Paulus ait: Fuitis aliquā tenebrae, nūc aut lux in domino, ut filij lucis ambulate. Ad suos etiā discipulos ipsa ueritas & sapientia inquit: **Vos** estis lux mundi. Vtq; illustrati ab eadē per spiritū sanctū, atq; in excelsō ecclesiæ gradu cōstituti, tanq; spiritualia sidera in firmamento micātia ad illuminandū eos, qui in ignorantia tenebris ambulant, quemadmodum de seipso Apostolus dicit: Mihi, inquit, omnium sanctorū minimo data est gratia hæc, in gentib. euangelizare inuestigabiles diuinitas Christi & illuminare oēs, quæ sit dispensatio sacramēti absconditi a seculis in Deo, qui omnia creauit, ut indicat principibus & potestatibus in cælestibus per ecclesiā multiformi sapiētia dei secundū præfinitionē seculorū, quā fecit in Christo Iesu dño nostro. **Ephes. 5** Alio quoq; in loco fidelib. ait: In medio nationis prauæ & peruersæ inter quos lucetis **Math. 5** tanq; luminaria in firmamento, uerbū uitæ continentes. Hec quippe luminaria spiritua lia, sanctos uidelicet Apostolos, doctores, & pastores ecclesiæ ipse dñs Iesu Dei uirtus & Dei sapientia nō in imo neq; sub modio, sed posuit super candelabrum, ut luceat omnib. qui in domo sunt, nō minus doctrina q̄yita. Decet profecto doctores & dominici gregis pastores stare in alto, & doctrinā ueritatis præbere cūctis audire cupientib. & hoc tāmente Laur. Iustin.

**DD**

Esa. 40 mente quam corpore. De talibus per Prophetā audi quid dicat: Ascende, inquit, super montē excelsum tu qui euangelizas Sīō, clama in fortitudine qui annuncias Hierusalē. Dominus quoq; ipse cū plurimas ad se uideret cōfluere turbas, ascendit in montē, ibiq; Matt. 5 sedens docebat eos dicens: Beati pauperes spū, qm̄ ipsorū est regnū cælorū. Hoc quippe suo exēplo insinuauit expresse pastores cōstitutos esse debere in sublimi uirtutum, atq; plebem sibi creditā de ijs quae ad illius salutē pertinent, diligenter instruere. Porro altero horū deficiēte, ad explēdū, sicut decet, pastorale ministeriū, minus reperiunt idonei. Nam ubi deest doctrina, hortamenta ut plurimū desunt cælestia, consilia sana, & diuina rū monita scripturarū. Cæterū cui præsto est scientia plurima, & sacrae legis intelligētia perspicua, desitq; illi bonitatis opinio, uirtutū experientia, Dei ac proximi flagrātia, pā x. 13 rū sibi & cæteris proficit. Si linguis hominū, inquit Apostolus, loquar & angelorū, caritatē aut non habuero, factus sum uelut q̄s sonans aut cymbalū tinniēs. Et si habuero prophetiā, & nouerim omnia mysteria, & oēm scientiā, caritatē aut non habeam, nihil sum. Quantam uerò autoritatē præstet doctrinæ uita laudabilis & experientia diuturna virtutū, insinuat mūdi cōuersio, & numerositas aggregata fidelū. Non enim per eloquentiā profunditatēq; humanæ scientiæ, sed per uirtutū exempla, contemptum uidelicet terrenorū, voluntariā paupertatē, parcitatem uictus, uestiū nuditatē, tolerantia tormentorū, & pro salute animarū, laborū perpessionē assidua. Apostoli dñi successoresq; illorū fundauere ecclesiā. Sane fragrantissimū odorē sanctitatis ipsorū lignis sequentib. diuina nū hilominus cooperatē clementia orbis uniuersus Christianæ religionis iugo colla subegit. Parū profecto profuisset uerbōrū falerata facūdia, nū in prædicatoriib. Christi concurrisset & uita. Nō aut minus ædificat honorū operū exēpla, & uerba. Cæterū ubi cōueniūt sanctitas uitæ & ueritatis prædicatio, ibi multiplex animarū exuberat fructus. Quā obrem quicūq; utiliter gregi dominico præesse desiderat, prius conuersationem suā uitutib. ornatā habere studeat, sicq; uerbū Dei cū omni fiducia loquat ad plebem. Prius, inquā, cōuersationē habe at sanctam, quæ illi ad salutē necessaria esse cognoscit, postea uero eloquia diuina pronunciet. Nā sine prædicatione possunt saluari qui præsumunt, absq; G uita uerò lauda bili minime, quanq; etiā approbata cōuersatio, & irreprehensibilis uita prædicatio efficacissima esse censenda est. Sermo siquidē sapientiæ & sciētiæ, quo ad populū fit exhortatio, donū est spūs sancti, ornamentiū prælatiōis, munusq; specialiter impiensum, tā ad profectū accipientiū, & etiam audientiū, quo profecto quicunq; caret, sic itamē laudabiliter uiuere conēt, ut ipsius cōuersatio cūctis sit incitamentū bene uiuēdi, præclarūq; uirtutis exēplum, quatenus testēt opera, quod nō ualet lingua, quāvis præ sulis lingua à collo quīs diuini nullatenus tacere debet, quominus ueritatē ad se cōfluētib. annunciet uniuersis, & si nō publice, saltem priuata prædicationis forma, ac uerbi Dei pronunciatione, de qua in cōsequentibus dicebat, pr̄sul nullus excipit. Quisquis igitur regimini præsidet animarū, & catholica est imbutus sciētia, currit summopere, ne talentū ad lucrū sibi præstitū in terra recōdat. Caueat, inq; ne taceat, ne uē silentio tegat, quod ad proferendū in publicū prærogatū est illi. Sibi quippe prophetā dictum esse non dubitet: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta uocē tuā, & annū H cia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorū. Clamare utiq; nō desinat ad plebem, atq; admonere ipsam, ut agnoscat conditorē suum, de perceptis donis gratias agat, delicta commissa defleat, & lugenda non faciat, ethoc quidē nō in persuasibilibus humanæ sapiētiæ uerbis, sed in doctrina spiritus, ut Christo lucrifaciāt animas, quas proprio ipse crux redemit. Sunt nanq; multi uerbū Dei adulterantes, qui non, sicut decet, corde humili, intentione recta, desiderio salutis animarū, studioq; insinuandæ ueritatis sermocinantur ad populū, sed ut quanta sciant notiscent audītib. Hī profecto super biæ inflati spū, dū fauores transitorios querunt, laudes hominū cōcupiscunt, sapiētesq; uocari gloriant, tanto magis corā Deo efficiunt īglorij, quāto amplius humanis com mēdationib. delectant. Odibilis plane Deo res est ex sermonib. sacrī uulgarē famā ap petere, Christoq; neglecto quēpam in affectib. mortalib. se uelle īprimere. Talis utiq; spiritualis adulter est, sui conditoris raptor gloria, & animę sue crudelissimus interemptor. Porro ab ijs qui erudiunt populos, prædicādus est Christus, atq; mentib. fidelū in ferenda sunt, annuciādaq; uniuersis quāta pro humani generis redēptione veneranda perpe

A perpessus sit Dei & hominū mediator, paupertatē uidelicet in ortu suo, fugam illius in Aegyptum, tentationes in eremo, fatigations in prædicando, uigilias in pernoctādo, uenditionem à discipulo, irrisiones, alapas, sputa, flagella, conuicia, falsa testimonia, spīneam coronam: aceti & sellis potationem, uulnera clauorū & lāceæ, sacratissimæq; crucis mortem turpissimam, quatenus ex horum cōsideratione agnoscat, quantū Deo peccata displaceant, quæ tantis fuerunt expiationibus purganda, & compuncti ad emēdationem uitæ redeant, intelligantq; q̄ sint ab ipso domino ardētissima affectione dilecti, qui ab æterna dānatione illos sua morte redemit, & faciāt amoris accēnsi diligentē toto corde se diligant. Nihil profecto in prædicationib. debet agi frequētius, quām opus redēptionis humanæ memoriæ cōmemorare fidelium. Isto equidē nihil meditanti & amanti sapit dulcius, nil pœnitentem ad lamenta & lacrymas trahit efficacius, nilq; ad æquanimiter huius mūdi aduersa tolerandū accedit fortius. Est quippe spūalis cibus & superclestē manna, quod cuicūq; statui, & cuicūq; congruit personæ. Hoc sane alimento B Paulus Apostolus refectus aiebat: Nō enim arbitratus sum me scire aliud inter uos q̄ le sum, & hūc crucifixū. Idēq;: Cruci, inquit, Christi cōfixus sum, uiuo aut ego, sed nō ego, uiuit aut in me Christus. Hinc est q̄ in epistolis suis & in prædicationib. tamē creberimē ingeminat nomen domini Iesu, cōmemorans ipsius passionē, mortem, resurrectionē & gloriā. Porro in exhortationib. suis insonabat aurib. cordibusq; audientiū inferre nitib. magnū sacramētum pietatis Christi, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentib. creditum est in hoc mūdo, assumptū est in gloria. Sane quod pronunciabat, non ad sui iactantia, sed pro Dei gloria & audiētiū proferebat utilitate. Non de fabulis poetarum, neq; de philosophorū codicibus, sed de præclarissimo prophetarū hauriebat fonte. Hoc idē Apostolus egit Petrus, hoc co apostoli eius cæteri, atq; uniuersi doctores ecclesiæ, qui spiritu Dei afflati uerbum salutis fecerunt ad populos. Tanquā spirituales & ueri paronymphi nō semetiplos cōmemabant, ut ipsi diligenter, & post se traherent oves, sed dominū prædicabant Iesum, qui legitimus est sponsus, solusq; præ omnibus diligēdus ueluti pastor bonus, qui animam suam posuit pro ouibus suis, & pro grege suo mori dignatus est. Hæc profecto intentio prædicatoriū & uniuersorū quibus animarū legata est cura, debet inesse cordib. ut hono rē Dei querant, debitū suum soluant, profectūq; spūalem ex ministerio suo altissimo of ferant. Quod quidē ut efficacius peragant, non ex proprio sensu, ut hæretici, nec curio se tanquā elati, neq; tēporali commodo sicut mercenarij, sed sanctarū suffultam autoritatibus scripturarum humiliter, plane, efficaciter, & recte sanam proferant doctrinam, quæ utiq; ualeat promouere auditorum mentes ad amorem Dei, præbere intelligentiam sacramentorū Christi, informare uitam ad imitationē sanctorū, apetire sensum ad indaginem disciplinæ spiritualis, erudireq; fidem ad cognoscendā ueritatē eorū, quæ in futu ro expectāda sunt seculo. In his tota lex pēdet & Prophete, omnisq; ecclesiastica doctrina subsistit. Sī diuinorū quidē euangeliorū uolumina, si sacrorum canonum instituta, si orthodoxorū patrum reuoluuntur scripta, nihil aliud docēt, nunc quippe palam, nunc D uerò in mysterio. Palam nāq; propter simplices, in mysterio aut propter eruditos, cuiusq; tamen iuxta captum suum, insinuantes ueritatem, ut nullus excusabilis esse possit apud Deū, qui uult oēs homines saluos fieri, & ad agnitionē ueritatis uenire. Studeant igitur rectores ecclesiarum Christi in prædicationibus suis annuciare Christum, detestari uitia, commendare uirtutes, malignorum spirituū detegere fraudes, & præsentis peregrinationis doceant euitare discrimina, & hoc agant non in sublimitate sermonis, neq; in ostensione uerborum, sed in doctrina spiritus, & in synceritate cordis trahente caritate, introrsus sancti spiritus cooperante uirtute, sine qua prorsus omnis facundia omnisq; scientia infructuosa esse cognoscitur: ea uerò disponēte & regente auditores docibiles fiunt, & ipsorum ad suscipiendum uerbum emolliuntur corda, præparantur ad bene uiuendum, compunguntur ad lacrymas suorum recordatione delictorum, sp̄ritisq; carnis lenocinijs accenduntur ad amorem uirtutum, ad contemptum seculi, ad perferendū aduersa, ad aggrediendum ardua, ad sperandū cælestia. Prædicatorum autem lingua ipso paraclete assistente, efficitur eruditā in sapientia ad loquendum uerbum Dei, sine fictione & fastu, cum omni modestia & grauitate, sicut decet sanctos, abdicando utiq; Laur. Justin. DD 2 se

se omne uaniloquiū & scurrilitatē, quæ colloquij diuinis prorsus misceri non debent. **B** Quæ, oro, conuētio est lucis ad tenebras, ueritatis ad leuitatē, compunctionis ad risum, Christi ad Belial: Sane reprehensibile ualde est in ecclesiis Christi & in sanctorū locis, in quib. post sudores secularium negociorū, post occupatiōes rei familiaris, post diuersarum perturbationes actionum, post multifariam dissipationē mentis, post tumultuosam fluctuationem inutilium cogitationum, postq; illecebras corporaliū uoluptatū cōfluit multitudo fidelium ad percipiendū ecclesiastica sacramenta, & audiendum salutis monita, tanq; ad refectionē spiritualē, & ad portum pacatissimū, atq; ad scholas disciplinæ cælestis, ut ibi recitent fabulæ poetarū, gesta gentilium ac uaniloquia, quib. medianibus astantes prouocētur ad plausum, necnō dissoluant in risum. Hoc & Apostolus Ti

**2. Tim. 2** motheo scribēs, arguit dicēs: Solicite cura teipsum probabile exhibere Deo, operariū inconfusibilem, recte tractātem uerbū ueritatis. Profana aut & inaniloquia deuīta. Mūl tum enim proficiunt ad impietatē, & sermo eorum ut cācer serpit. Vbiq; igitur & potissime in locis Deo dicatis tractanda sunt sancta, ac saluti animarū utilia, & quæ tā audie-

**Exod. 4** tes, q̄ loquentes ædificant ad bene uiuendū, quod utiq; figuraliter dominus Moysi man dauit, inquiens: Solue calceamenta de pedibus tuis, terra in qua stas, sancta est. Insinuās proculdubio qđ nihil terrenum, nihil mortuū, nihilq; quod ad temporale pertineat cōmō dum, seu ad mētis promoueat leuitatem in templo Dei loquendū sit, p̄fserum à p̄dicatorib. quorum labia esse debent mūda & sanctificata, uerba uerò matura, circunspēcta, atq; ignita, quatenus (quantū in ipsis est) ualeant auditorū corda diuini amoris ignē succendere, ac ueluti cum quadā spirituali sagitta acuta salubriter penetrare. Nā, perhī

**Heb. 4** bente Apostolo, uiuus est Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, pertingēs usq; ad diuisionē animæ ac spūs, cōpagū quoq; ac medullarū, & discretor cogitationū & intentionū cordis. Sūt p̄torea (sicut propheta cōmemorat) eloquia Del

**Psal. 11** ignita uehemēter, ideoq; ex caritate prolata ignorātia fugant tenebras, & dilectiōis im mittunt flāmam. Hoc discipuli duo in die resurrectionis dñi ambulātes, secūq; dño Iesu

**Luc. 24** loquente testati sunt, quādo repleti gaudio dicebāt: Nōne cor nostrū ardens erat in nobis, cum loqueret nobis, & aperiret scripturas? Hoc in actibus legit Apostolorum, quādo p̄dicate Petro, quinq; millia hominū Christo dño crediderūt. A p̄latiis igit et p̄dicatorib. de regno Dei, & diuinarū eruditionib. scripturarum, p̄dicandū est fidelibus populis, ut discant quid credere, quid agere, quo uē tendere debeant, ne in huius uitæ ita nere lassati deficiāt, & errant per deuia uitiorum, incidātq; manus hostiles, & aeras potestates, quæ furantur, mactant & perdūt. Curēt itaq; pastores dominicarum ouium supra gregem sibi creditum uigilare, atq; loquendo in publicum, si inest eis euangelizandi gratia, plebem illis commissam admonere non cessent. Verum quoniam non omnibus tale p̄rogatum est donum, saltem priuate ad se accedentes informent, prout cuiq; ad salutem propriam expedire cognoverint.

Quod more medicorum qui p̄funt, studeant in priuatis locutionibus congrua animarum medicinam audientium p̄btere languoribus. Cap. VIII.

**V** Edicinæ artis periti hoc habent propriū, ut nō omnib. æ qualiter, sed singulis diuersa, prout expedire perspexerint, impertianē medicamenta lāguoribus. Nūc quippe ferro, nunc cauterijs, sāpe uerò uarijs utunt unguentis. Interdū ægrotantes ciborum attenuant parcitatem, nonnunq; aut exquisita alimentorum qualitate sustentant. Naturam utiq; singulorū attendunt & uitam, & iuxta uniuscui usq; necessitatē remedia tribuunt, quæ ad consequendam sanitatem iudicauerint esse opportuna, non uoluntati propriæ, sed infirmantium restorationibus consulentes. Ceterum si tanta pro redintegranda corporū mortaliū hospitate medicis inest solertia, quāta in sanandis passionib. animarum uigere debeat cura p̄fūlibus? Qui legit intelligat. Quo enim p̄stantior est anima corpore, natura, diuinitate, officio & morib. eo foli citior in reparatione ipsius est adhibenda prudentia. Non plane pro sanandis corporibus, sed pro saluandis animab. Deus factus est homo, & inter homines conuersatus est, hominis passiones sine peccato suscepit, atq; hominum languores uoluntarie ipse portā uit. Hinc legit quod homo quū ab Hierusalem descendisset in Hiericho, & in spirituales incidisset latrones, qui eum spoliatum, uulneratū, semiuiuūq; reliquerunt, iaceret in uia,

Samar-

**A** Samaritanus quidam proprio eundem hominē iumento impositum portauit ad stabulum, uino oleoq; appositis, atq; prærogatis stabulario duobus denarijs ægroti curā huic mandauit. Nempe hoc dñs Iesus de se uerbo pariter insinuauit & facto. Quanta siquidem rectorib. animarum pro salute ipsarū debeat inesse uigilātia, suo quod dictū est, demonstrauit exēplo. Dedit nanc formam, legem statuit, spiritualibusq; pastorib. quibus animarum iniunctum est regimen, indixit necessitatē, ut ipsi faciant, quod dominū suū egisse cognoscunt. Quamobrem tanq; spūalis medicus debet esse p̄latus, & fīs qui ad se conueniunt, sacrī eruditōib. opportuna p̄btere remēdia. Maximo itaq; discretio nis moderamine consideret mores, status, & singulorum qualitates, quatenus cuiq; ualeat loqui, q̄ expedit. Porro si huiusmodi discretionis caruerit libra, subiectorū augebit potius qđ minuet passiōes, si etq; iustissime ut unde ex suo ministerio debuit à Deo expe ctare mercedē, inde alicuius casus reus efficiāt & debitor, qm̄ emissa imprudēter uerbi sagitta, uulnus uulneri, & languorē addidit ipse lāguori. Quare nē insipiētiū succūbat iū dīcio, nec plus iusto silentiū teneat, necq; ut garrulus, laxato lingue moderamine, grauitati, ac p̄lationi loquat̄ indigna. Igīt tanq; speculū uirtutis, uerusc sapiētiæ discipulus, ac disciplinę cælestis ostensor, iuxta sancti Prophetæ postulationē, ponat custodiā ori suo, & ostiū circūstatię labijs suis, quatenus illud aperiat proserēdo qđ decet, claudat ue xō cōpescendo per discretionis cēlurā, ne loqua, q̄ uel audientiū maculet mētē, uel absentiū lēdat famā. Facile nāq; in his labi, quisquis sermonib. suis negligit imponere frēna. Proruit nāq; huiusmodi o q̄ frequēter in uerbis scurrilib. in turpiloquij, in mēdacijs, in susurratiōib. in detractionib. quæ obloquentiū de honestat famā, & corā Deo faciūt eos esse culpabiles, dicente sapiēte: In cogitationib. em̄ impij erit interrogatio, sermonū ap̄. 1 aut illius auditio ad Deū ueniet, qm̄ auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationis nō absēdet. Vnde idem infert exhortādo: Custodite igit uos ait à murmuratione, quae labi. nihil prodest, & à detractiōe parcite lingue, qm̄ sermo obscurus in uacuū nō ibit, os ue rō, qđ mentit, occidit animā. Ceterum quū lingua prudēter exercitata, sit decor animę, cōscientiæ speculum, index cogitationū, caritatis uinculum, nutrimentum pacis, honor hominis, honestatis exemplar, morum decus, reconciliatrix hominum, amica sapiētiæ, spiritualis uitæ magistra, fratnæ dilectionis custodia, nulli onerosa, omnibus semper amabilis, uniuersisq; proficia, ipsam qui animarum p̄est regimini singulis debet gubernare momentis, quatenus nihil loquatur indisciplinatū, nihil reprehensibile, nihilq; quod sit perfectioni aduersum, sed totum ueritati innixum, consonum rationi, Christianæ religioni conforme, atq; prudenti examinatione discussum. In communī siquidē locutione studeat detestari uitia, & commendare uirtutes. Superbis quippe insinuet, quātum odibilis sit Deo elatio, hominibusq; contraria. Hæc profecto à suo conditore fecit apostatare luciferum, ipsiq; cōsentientes de cælestibus sedib. p̄paratis eiecit, inuoluit tenebris, gehēnalibusq; retrusit in flāmis. Sic enim legitur: Angelos, qui non seruauerūt suum p̄ncipatū, sed dereliquerunt suū domicilium, in iudiciū magni Dei vinculis æter nis sub caligine reseruauit. Verū si superbiētib. angelis nequaq; pepereit Deus, sed à sa

**D** cie gloriæ suæ æternaliter repulit, tolerabit ne hominē contra propriū se extollētem opificē? Quæ, oro, inest homini causa eleuare inaniter se supra se, & p̄ter oēm iustitiae regulam diuinū sibi uelle usurpare honorē, cum idem dominus per prophetā clamet & dīcat: Honorem meum nemini dabo? Sūmā hæc demētia est uolūtas reproba, sui ignorantia, intolerabile uitium, virus pestiferū, ruina patēs, repulso gratia, anima interitus, omniumq; origo malorū. Nihil planē sic dirimit pacem, fraternum turbat amore, intro ducit lites, cōmouet bella, suscitat odia, quēadmodū aliū sapere, quod proculdubio ne cessē est, ut abdicet à se quisquis desiderat placere Deo, letificare angelos, sanctos imita ri, spiritualib. locupletari donis, ornari uirtutib. superare cōtationes, acquirere gratiam, in via Dei proficer, mādata seruare, perseuerare in sanctitatis p̄posito, & immortalitatis gloriā perenniter possidere. Nō licet prorsus Christiano, siue pro naturalib. dotibus, seu p̄ successib. tēporaliū, uel pro spiritualib. charismatib. se extollere, qm̄ uniuersa hæc dñi Dei nostri sunt dona, quæ p̄fecto ideo gratis dānt, ut percipiētē illaq; tractā tem humiliter largitori suo efficiant gratiū, atq; ad promerēdum potiora magis magisq; dispositum. Nam sicut testāte Iacobō apostolo Deus superbis resistit, ita abiq; ulla am

Laur. Iustiq.

DD 3 bigui

**Matt. 11** bigustate humilibus dat gratiam. Hinc exhortandi sunt elati ad deponendum corde tuum & sui estimationem, sectandumque uestigia humilitatis, quam humillimus salvator noster docuit dicens: Discite a me, quia misericordia & humilitas corde. Quia etiam proprio commendauit exemplo, quemadmodum Apostolus de illo inquit: Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuictus ut homo. Humiliavit semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis, propter quod utique Deus exaltauit illum, & dedit illi nomine, quod est super omne nomen. Quamobrem pudeat seruum superbire, secundum insipienter extollere supra se, quando uniuersorum regem & dominum exinanitum uidet usque ad exceptionem seruiliis formae, ut doceret seruum humilitatem, quam ex debito seruiliis conditio seruare tenetur. Nam idem seruus excepta naturali & perpetua seruitute, pro qua utique multipliciter suo famulari obligatus est domino, etiam uenitatus est sub peccato, factusque est seruus peccati & corruptiois, a qua uidelicet nisi per gratiam sui redemptoris minime se ualeat. R. **Phil. 2** seruitute redimere. Nimirum itaque a propria cognitione, et a laudabili uitium studio communicae deuiat lege naturae, quicunque superbie inflatus spiritu renuit humiliare se Deo, ipsiusque precepta seruare, cui profecto cuncta que facta sunt, siue supercelestes spiritus, throni s. & dominatio es, principatus, potestates, atque uirtutes, seu caelestia corpora sol, luna, & stellae, siue quae uegetantur in terra, aut gradium super terram, uel mouentur in aqua, obtinebant, quibus omnibus, perhibente propheta preceptum posuit, & non praeteribunt. Hinc hominum contumacia, hinc merito inobedientium redarguitur superbiae uitium, dum creaturis ceteris proprio auctori famularibus, ipsi se extollentes eidem negligunt esse subiecti. Igitur elatis bonus animarum pastor superbiae detestans uitium, humilitatisque quantum uaserat, attollat praeconia, quatenus respicentes a malo efficiantur humiles, & Deo hominibusque dilecti. Cupidis uero & auaritiae face succensis quantum saluti fidelium cumulantur amor aggregatus diuitias sit contrarius, enarrare non cesset. Est quippe auaritiae aestus commune malum, sitis inextinguibilis, infidelitatis filia, mater impietatis, idolorum seruitus, radix criminum, & desiderium inquietum, per quod excentur rapinae, fraudes extortiantur, committuntur furta, sceleraque complementur innumera. E contrario diuinitatis contemptus perfectionis est uia, sceli scala, receptaculum pacis, Christi imitatione, spes futura felicitatis, spirituale gaudium, thesaurus inuisus, imprudabilis gema, preciosa maragarita. Incedit utique paupertatis amator inter latrones securus, per deserta latetus, intra uites & castra intrepidus, non aggregat nummos, non emit oliueta uel uineas, domos non aedificat, torcularia non parat, neque horrea replet frumento, sola domini Iesu pollicitatione contentus, qui ait: Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hec omnia gentes queruntur. Scit enim pater uester quia his omnibus indigetis. Quare ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius, & haec omnia adiacentur uobis. Pius dominus qui suorum dignatur curam habere seruorum, illorumque potissimum, qui spretis facultatibus seculi in Deo tantum fiduciam habere noscuntur. Fidelis, inquam, dominus tota animi intentione colendus, qui relinquenteribus omnia, sequitur eis in regeneratione quum ipse iudicaturus uiuos & mortuos sederit in sede maiestatis sua, sedes iudicantium populos, & centrum pro terrenis facultatibus pauperibus erogatis, atque uitam repromittit aeternam. Quamobrem idem exhortando, inquit: Nolite timere pusillus gressus, quoniam complacuit patri meo dare uobis regnum. Vendite quae possidetis, & date eleemosynam. Facite uobis sacculos, qui non ueterascunt, thesaurum non deficientem in carnis, ubi tinea non corrumpit, & quo fures non appropiant & suratur. Nihil plane hac exhortatione melius, nihilque utilius, quam dare uidelicet Deo gratis, quod ad usum & ad tempus praestitum est, & ex hoc premia tam immensa, tamque sublimia recipere in hoc seculo pariter & in futuro. Hoc nempe uere thesaurizare est, propriasque possidere diuitias, abscondere scilicet eleemosynam in sinu pauperis, terrenam substantiam erogare egenis, frangere esurienti panem, peregrinos in hospitium ducere, vestire nudum, ac necessitatem patientibus facultates hilariter ministrare. Bona siquidem negotiatio haec est, quae misericordem in mometo diuinitate facit, & in tuto collocat acquiesca, atque Deum in die necessitatis & mortis reddit homini placatum. Ista profecto intelligens

**A** gens iustus ille misericordiae operibus semper intentus quam resolutioni corporis appro pinquasset, filium suum admonendo dicebat: Ex substantia, inquit, tua filii fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere. Ita enim fieri, ut nec a te auertatur facies domini. Quomodo poteris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantier tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum impetrari stude. Primum namque thesaurizas tibi bonum in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato & a morte liberat, & non patietur animas ire in tenebras. Fiducia erit magna coram Deo eleemosyna omnibus facientibus eam. Nihil plane sic uitam commendat diuitis, & illum exhibet earum Deo angelum aptum facit regno celorum, quemadmodum sectari humilitatem, se cunctis prebere affabilem, pauperibus & afflictis opem sufficienter impendere, & pro his omnibus solam a domino in futuro seculo expectare mercede. Hoc Apostolus Timotheo scribens, inquit: Diuitibus huius seculi praeceps non altum sapere, nec sperare in incerto diuinitarum, sed in Deo uiuo, qui praestat nobis abunde, hec omnia ad fruendum, bene agere, diuites fieri in operibus bonis, facile tribuere, comunicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant uitam aeternam. Haec, & huiusmodi, qui supra gregem domini institutus est, amatoribus, possessoribus diuinitarum intimare curerit, ut seminando temporalia, spiritualia & aeterna metant: carnis uero voluptatibus deditis, commendando pudicitiam, carnis uitium detestentur. Isto namque quid turpis? Quid eos uerecundius perpetratur? Latebras quippe semper querit impudicus, propriæ iudicio redargutus conscientiae. Clamat utique aduersus incontinentem conscientia, tanquam contra transgressorum legis, contemptorem Dei, interemptorem sui, occisorem proximi, nature corruptorem, direptoremque honoris alieni. Poterit ne esse impunis, qui tanto rum reus est criminum, & sancti spiritus templum uiolare presumit? Nescitis (inquit Apostolus) quod corpora uestra templum sunt spiritus sancti? Si quis autem Dei templum uiolauerit, destruet illum Deus. Timeat itaque huius seueritatem sententiae carnalis sectator illecebrae. Redeat ad se, & seipsum de ipsis quae turpiter gessit, puniat de præterito, atque corrigat de futuro. Iudicet quippe se antequam iudicetur a domino, quoniam horrendum est incidere in manus Dei uiuentis. Ipse namque propheta scelus hoc diluvij aquas inundare fecit, per quam & in qua omne genus animalium uiuentis exceptis ipsis, qui in arca saluati sunt, intermissae cognoscitur. Ipse, inquam, huiusmodi delicto detentos Sodomae & Gomorræ, uicinatumque urbium habitatores sulphureis flammis uioluit, nouas quoque quotidie uindictas immittit, & (prohdolor) nec sic transgressores se ad se emendantem conuertunt, sed potius infatuantur, occaecantur, indurantur & percunt, sicut propheta de talibus lamentabiliter ait: Computuerunt iumenta in stercore suo. Quod nihil aliud est dicere, quam carnales homines iumentorum more degentes in luxuria fornicatione uitam finierunt. Quamobrem beatus homo, qui posse carnis petulantiam non abiit, & qui sacre uirginitatis hortum conclusum, fontemque signatum Christo domino uiolabiliter conservavit. Ipse proculdubio in nuptiali & aeterno sponsi conuiuio latabundus & gaudentis, cantans & laudans, agnus sequitur quocunque ierit, una cum beata Maria uirgine uirginis matre, reginaque uirginum choris uirginis sociata, sicut idem sponsus dominus Iesus per discipulum uirginem perlibet dicens: Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coquinati: uirgines enim sunt & sequuntur agnum quocunque ierit. Hi empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno, & in ore ipsorum non est inuentum mendacium: sine macula enim sunt ante thronum Dei. Verum huius quoque beatitudinis generationem castam cum claritate futuram participem dubitet nemo, quae uidelicet quia nesciuit horum in delicto, habebit tamen & ipsa uerem continentiae suæ mercedem, et si non tam locupletè quam candidatarum uirginum exercitus glorioius. Singulis quippe dignationibus donabit gloria pro qualitate mentis, pro mensura uirtutis, pro labore certaminis, & per ardore caritatis. Nam apud æquissimum iudicem nostrum nulla cognoscit esse personarum acceptio, sed operum singulorum retributio uera. Propterea summi regis ministri & animarum pastores cunctis ad se accedentibus in priuatis locutionibus salutis satagant rudimenta prebere, hortari uidelicet superbos ad humilitatem, honoris & præsidenciae cupidos ad contemptum seculi & aeternorum concupiscentiam, auaros & diuitias aggregates ad erogandu egenis, in celisque thesaurizandu, carnis lenocinij intēcos ad castitatis pudicitiam etandam

ständam uentris & gulæ voluptatib. deditos ad sobrietatis & temperantiae bonum am. E-  
plectendum. Prout uocent insuper iracundos ad māsuetudinem, inuidos ad fraternalm di-  
lectionem, acidæ tabe depresso ad magnanimitatem & spem, pusillanimes ad longa-  
nimitatem, discordes ad pacem, perturbatione agitatos ad tranquillitatē, persecutioni-  
bus fatigatos ad tolerantiā, infirmitatibus debilitatos ad patientiā, crudeles ad miseri-  
cordiā, dissidentes ad unitatē, dubitantes ad fidē, loquaces ad moderationem linguae,  
mendaces ad proferendam ueritatē, timidos ad constantiam, præuaricatores ad obe-  
dientiam, uitiorum prauitate detentos ad emendationē uitæ, atq; laudabilium operum  
exercitatione probatos ad perseverantiam boni, quæ omniū est corona uirtutum. Cuicq;  
igitur impertiatur admonitionis sanctæ medicamentū salutare, ita ut quisq; gaudeat spi-  
rituale de ipsorū conuersatione habere profectum. Curēt præterea sibi commissos ad  
compunctionem excitare & lacrymas, illisq; insinuādo quām ineuitabilis sit huius cor-  
poris resolutio, quām incerta sit eius hora, quām formidolosa, quām plena doloribus,  
anxietatib. circundata, temptationib. periculisq; permixta, potissimū ihs, qui dū uiuerent  
& tēpus ad promerendū haberent, neglexerunt gratiā, seq; prostituerunt voluptatib.  
carnis, repleuerunt prosperitatibus mūdi, percati ac uitrijs uoluntarie subegerunt, qui-  
bus profectō nīsi per cōtritionem ueram, & gemitus caritatis ex corde poenitentiā ege-  
rint, sempiternus manet interitus, inextinguibilis gehennæ ignis, frigus intolerabile, strī-  
dor dentiū, fœtor immanissimus, immortalis uermis, horridus aspectus dæmoniū, teter-  
rimus inferni carcer, amissæq; gratiæ cruciatus immēsus. Ceterū ne ob huiusmodi formi-  
dolosam cōmonitionem abundantiori absorbantur tristitia, uel metu deprimātur, stu-  
deant ipsi qui præsunt, oues suas interdū accendere ad futura bona, quæ in cœlis promis-  
sa sunt speranda, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, neq; in cor hominis ascēderūt,  
quoniam pro sui immensitate, delectabilitate, iucunditate, suavitate, satierate & xternita-  
te, ineffabilia, ac incōprehensibilia sunt, transcenduntq; omnem sensum carnis, omnem  
quoq; intellectum angelicum uel humanū, ad quorum utiq; inuestigandū arcana, supli-  
quia enarrandum, atq; profundissima perscrutandū, facundia humana nō suppetit, scien- G  
tia acquisita nō attingit, cunctoruq; mortalium ratio innata non ascendit. At uero quū  
quod corruptibile, quod terrenū, qd tēporale, qd ex parte est, evacuabitur, succedetq;  
quod spirituale, qd cœleste, qd eternum, qd perfec̄tū est, tunc omni prorsus mortalitate  
cōsumpta, omniq; ignorantiae detersa caligine, erit de Dei clara cognitione, beata frui-  
cio, de angelicorū spirituū societate iucunda connexio, de sanctorum omniū contuber-  
nio exuberans gloriæ cōmunicatio, & de adepta perpetua immortalitatis corona, ple-  
nissima cum exultatione gratiarum actio, quæ uniuersa sicut nulla intermissione defi-  
ciunt, ita nullo fine claudentur. Talibus igitur sermocinationibus, talicq; disciplina sa-  
pientiæ, debet qui præest animarū regimini hortari bonos, arcere malos, docere inscos,  
moestos solari, indisciplinatos corrigere, iacentes erigeré, solidare nutantes, admonere  
uitiosos, paruulosq; dirigere, quatenus de singulorum profectibus, & ipse proficiat. Sic  
uero officium erudiendi prudenter exerceat, ut etiam delinquentium infirmitatib. com-  
patiatur ex corde, atq; eorum necessitatibus ex caritate subueniat.

Quod exemplum eorum qui corporaliter infirmantur, debent spirituales pastores subditos delin-  
quentes cum compassione corrigerere. Cap. IX.

**I**s qui corpore infirmantur, nihil sic cōgruit, nihilq; sic anima eorū mulceret,  
quemadmodum si ipsorū uerbis adhibeat credulitas, illorūq; infirmitatib.  
intelligat sibi cōpassionē exhiberi ex corde. Nēpe si omniē circa ipsos p̄sol-  
uere studueris dilectionis obsequiū, si uniuersa eisdē impēsilius ministrare  
necessaria, parū illis fecisti, si nō etiā querelis eorū lamentationibus, eo-  
rūq; doloribus, te erga illos cōpassione cognouerint esse affectū. Porro hoc illis placet,  
hoc eorū dulcorat mētē, delinit dolorem, fragilitatēq; sustērat. Evidē si incolumes exi-  
sterēt, huiusmodi suffragijs nullatenus indigerent. Ceterum quia languoribus oppresi  
sunt, doloribus fatigati, atq; humanis consolationibus quæ sanis suppetunt, omnino pri-  
uati, ideo exhortationib. p̄ijs cōsolandi sunt, blandis sermonib. alloquendi, dilectionis  
obsequijs subleuandi, atq; cū omni humanitate, mansuetudine, ac cōpassione sustinēdi,  
tractandi. Hoc quippe ægrotantium in carne exemplo, hac corporalis exercitationis  
forma,

A forma, proximis insinuata pro Christo, optime animarum pastores erudiuntur, ut cum  
omni humilitate & patientia, cum caritate & compassione curam exerceant sibi cōmis-  
sam, quatenus tentationib. exagitatos, uel passionib. superatos, aut propriæ cōscien-  
tiæ stimulis condemnatos, seu delictorum suorum aggere obrutos, atq; desperatione se  
pultos ualeant uerbis cōsolatorijs erigere, exemplis solidare, saluberrimis consilijs in-  
struere, spiritualiterq; sanare. Hanc utiq; regiminis formam pastoribus Apostolus noti-  
ficans ait: Debemus autem nos firmiores, imbecillitates infirmorum sustinere, & non  
nobismetipls placere. Etenim Christus nō sibi placuit, sed (sicut scriptū est) impropria  
improperatiū tibi ceciderūt super me. Nēpe pastores ueri quū sibi cōmissos uiderint de-  
linquere, & Dei præcepta contemnere, nequaquam dignantur, non illos despiciunt,  
neq; à se repellūt, quin potius compatiuntur illorum casibus, orant pro eis iugiter, & co-  
ram Deo lacrymas fundunt. Imitantur quippe dominum Iesum, qui quum aspiceret  
ciuitatem Hierusalem affluentem delicijs, diuinitijs opulentam, uniuersis facinoribus  
plenam, conspiraturam in ipsius mortem, & effectum habituram suæ peruersissimæ uo-  
luntatis, atq; ex hoc desolationi proximam super illam fleuit & dixit: Si cognouisses &  
tu: & quidem in hac die quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis.  
Fleuit quoq; Lazarus mortem, qui peccantium spiritualem figurabat interitum, & lacry-  
mātibus eius sororibus supra modū cōpassione permotus & ipse lacrymatus est. Alio  
in tempore cum maximam intueretur hominum numerositatē se sequentē & inedia fa-  
tigatā, tanquā p̄iissimus pastor, misereor (inquit) super turbā, quoniā ecce iam triduo sur-  
stinēt me, nec habent qd māducant, & si dimisero eos ieunios, deficiēt in via. Quamob-  
rem multiplicatis quinq; panibus non minus spirituali, quām corporali eosdē refecit ali-  
monia. Nemo igitur dubitet, quin quæcunque ipse dominus Iesus Dei & hominū media-  
tor gessit in carne, uel docuit uerbo, seu per apostolos & doctores sancto spiritu dictā-  
te mundo indicauit, ad informandam erudiendamq; ecclesiam suam scripta sint. Pro-  
pterea pastores qui præsunt dominico gregi, ipsum dominū imitantes, nō ut principes,  
neq; sicut domini, sed tanquā patres, & pastores ueri se habere debent, cōpatiendo ca-  
dentibus, & infirmos æquanimiter supportando, considerantes utiq; infirmitatem pro-  
priam, quoniam & ipsi uicini sunt casui, & ad omne perpetrandum facinus proni. Sic &  
Apostolus admonet dicens: Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu leni-  
tatis. Considera temetipsum, ne & tu teneris. Nēpe si ipse dominus cuius uniuersi sunt  
oues, cōpatitur delinquētibus, & ad se per poenitentiā redeuntib. nunquā misericordiæ  
claudit uiscera, poterit ne substitutus & seruus cum austertate, humanitate postposita,  
gregem sibi creditum disperdere, opprimere, dilaniare atq; necare. Talibus quippe cō-  
minatur dominus per prophetam dicens: Nonne scient omnes qui operantur iniquita-  
tem, qui deuorant plebem meam, sicut escam panis? Reprehensibile prorsus est, ut sub  
p̄io patre & domino dominari debeant durus seruus, sceleribusq; repletus. Nō enim pa-  
risoniter pastores animarum, & reges gentium, ac seculares principes subditos gubernare oportet. Sane principibus cum terrore licet regere, ecclesiasticis uero præsulib. cū  
C Gal. 6  
D Psal. 13  
caritate & lenitate. Illis tanquā dominis, istis autem ut patribus. Illis cum severitate pu-  
nire, istis uero cum moderatione & mentis compassionē corrigerē. Illis iugulare & peri-  
mere, istis autem omni crudelitate semota, delinquentes reuocare ad uitam, non ut libe-  
rius peccent, sed ut emendent, & uiuāt in spiritu, saluicq; fiāt. Regibus quippe atq; princi-  
pibus corporum, urbiū ac populorum data est à Deo potestas, uiris uero ecclesiasticis  
animarum iniuncta est cura. Circa igitur profectum animarum, reformationem morū,  
uitæq; emendationem eorū quibus spiritualiter præsunt, pastores inuigilēt, nunc minis-  
terēdo, nūc demulcendo sermonib. blādis, interdū ratione persuadendo, interdū auto-  
ritate mandando, aliquando puniendo, nonnunquā parcendo, ministerium suum per-  
ficiant, ita tamen ut non quod sibi placeat, sed quod commissis sibi sit utile, p̄io semper  
querant fraternali caritatis amore. Hoc profecto tunc Christi secum cooperante uitute  
agere ualebunt, cum plebem fidelium in uisceribus suscipiant caritatis, & unumquenq;  
complectendo compassionis brachijs tanquam fratrem & filium diligent, & ueluti co-  
bāredē, & cōparticipem futurū coelestis regni souere atq; adiuuare curabunt. Maxime  
uero in hoc caritatis & compassionis affectu necesse est illis uti prudentia, ne facilitas  
uenia

uenie subditis occasionē tribuat delinquendi. Nā quemadmodū peccanti cōpatiendū est, atq̄ humanae fragilitati misericorditē ignoscendum, & quae sunt scelera punienda, ac corrīgēda errata. Alioquin sub uelamine pietatis, compassionisq̄ specie, periclitaretur iustitia, quae uiriliter ab ijs qui pr̄esunt, exerceri debet ac diligi, sicut in libro legitur sap. 1. piētie: Diligite (inquit) iustitiam, qui iudicatis terrā. Debent itaq̄ pastores animarū semper misericordiam seruare in corde, & iustitiam ministrare in opere, iuxta tamē qualitatem personarum, grauitatē criminis, intentionis peruersitatem, conditionē temporis, ac p̄seuerantiam mali. Sic itaq̄ se habere debet in cūctis, ut nec iustitia cōpassione repellat, nec cōpassio iustitiae regulas pr̄termittat. Nā iustitia sine cōpassione crudelitas est, & compassio absq̄ iustitiae rectitudine ignavia & pusillanimitas iudicāda. Ambæ quippe cohærent simul, ambæ in pr̄esidēte sunc necessaria, adeò ut si altera ipsarū desit illi nequeat esse perfectus. Hāc utiq̄ sententiā suo dominus Iesus cōmendauit oraculo, LUC. 10. quū de homine descendente ab Hierusalem in Hiericho, & à latronib. uulnerato lōque retur. Transiens (inquit) quidā Samaritanus misericordia motus alligauit uulnera eis R. uitum & oleum infundens, per uinum uidelicet iustitiam, & per oleū misericordiam & cōpassionem significans. Hanc regulam apostolū Paulū tenuisse legitur: Tradidit nāq̄ aliquando uirum, qui grauissimum perpetrauerat facinus in interitum carnis, ut iustitia suum sortiretur effectum, & tamen paulopost eidem compatiens ex multa tribulatione & cordis angustia cum lacrymis scribens hortatur illos, apud quos iste deliquerat, ut parcerent illi, iniuriāq̄ donarent, ne abundantiori tristitia absorberetur huiusmodi, & supra uirtutem fatigatus, illum in desperationis foueam diabolus p̄cipitaret. Eandē siquidem corrigendi formam imitantur pr̄lati. Primo quippe moneāt, deinde terreāt, postremo uerò puniāt delinquentē, nisi forte peccatum sit publicū, qd prorsus palam p̄niti oportet, dicente Apostolo: Peccātē corā omnib. argue, ut cæteri timorem habeant. Aut si delictum sit adeò graue & enorme, qd omnino correptione indigeat, nulla pr̄via admonitione facta. Quamobrē qui pr̄est, maxima debet esse discretione ornatus, taliter se in regimine habere, ut quando expedit, misericordiā faciat, & quoties urgens G. exigit causa, iustitiam exerceat, ita duntaxat, ut misericordia semper emineat, & superexaltet iudicium, pr̄sertim propter id, quod scriptum est: Iudicium sine misericordia est illi, qui non facit misericordiam. Sane utraq̄ uirtute dignū est, ut polleat pastor, quo niam utraq̄ à domino commendatur. Beati, inquit, misericordes, quoniā ipsi misericordiam consequentur. Sed & beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qm̄ ipsi saturabuntur. Misericordibus namq̄ futura repromittitur gloria, quando in extremo iudicio ijs qui operibus misericordiæ intenderint, dicturus est: Venite benedicti patris mei, posside te regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi, quod utiq̄ regnum ex Dei miseratione donatur, qui opera nostra ex largiflua sua bonitate gratificat. Vnde hoc propheta prospiciens in spiritu exultans ait: Misericordias domini in æternum cantabo. Iustitiam uerò sitiētibus & esurientibus, illam saturitatis in cœlo pollicetur mercedē, psal. 89. de qua proculdubio propheta sanctus loquitur dicens: Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor cum manifestabitur gloria tua. Merito igitur misericordes & H. iusti coelesti remuneratione ditantur, quoniam tanquam filij adoptionis & gratiæ, Deum, & dominum suum imitantur, qui prorsus miseris & miseris, & iustis, imo misericordia ipsa & iustitia, quemadmodum de ipso Deo & domino nostro Iesu Christo eloquia sacra testantur. De misericordia namq̄ sic legitur: Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto. De iustitia uerò Apostolum audi: Ex ipso autem uos estis (inquit) in Christo Iesu, qui factus est sapientia nobis à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio. Porro quod uerbum caro factum sit, quod idem Deus & homo natus de uirgine in pr̄sepio reclinari uoluerit, q̄ die octauo circuncidi, q̄ maternis nutriti überibus, foueri sinibus, amplexibus stringi, obtemperare mandatis, q̄ peregrinari in Egyptum, in Iordanē baptizari, tentari in eremo, per omnes ciuitates Iudaorū euangelizare regnū Dei, cæcis uisum reddere, surdis auditum, facientibus gressum, & mortuis uitā, totum hoc opus misericordiæ fuit. Cæterum quod ligari, flagellari, collaphizari, confusi, crucifigi, & occidi dignatus sit, iustitiae effectum esse dubitet nemo. Præcesserunt misericordia opera, deinde iustitiae in illo subsecuta sunt, sicut longe ante

A ge ante propheta uaticinatus est, dicens: Misericordia & ueritas præcedent faciem tuā. Psal. 88. Idemq̄: Misericordiam ( inquit ) & iudicium cantabo tibi domine. Hoc ideo dictum Psal. 100. est, ut scias ipsum libentius ignoscere, quam punire. Nam paratissimus semper est ad parcendum, ad feriendum uero ( si fas est dicere ) tardus, & piger, & peccata dissimulans. Hinc est quod ante quam iustitiae suæ rigorem effundat, præmonet, & æquanimitate delinquentiū emendationem expectat. Hoc quippe in veteri, hoc in novo legitur testame to, hoc in nobis quotidiano claret experimēto. Equidem priusquam diluvium inferret mundo, quanquam corrupta esset omnis terra coram Deo, & plena iniquitate, tamē scelera horrenda, quæ ab hominibus perpetrabantur, diuinā erga illos prouocarent iustitiam, adeò ut Deum pœniteret fecisse hominem, uoluit tamen uniuersos ante multorum annorum curricula ex arcæ fabricatione esse præmonitos, quatenus ex longanimitate hac à uīs suis delinquentes cōuerteretur iniquis. Nempe quum Sodomorū & Gomor reorum scelera in auribus domini sabbaoth clamarent, & de cœlo expeterent ultionem ( erant utiq̄ aggrauata nimis ) ante quam ipsos peccatores nequissimos insolito inauditoq̄ damnaret supplicio: Abrahā locutus dominus: Descendā ( inquit ) & uidebo utrū clamorem qui uenit ad me, opere cōpleuerint, an nō est ita, ut sciā. Quātorum oraculis prophetarū Hebraorū multoties præmonitus est populus, ut ab iniquitatibus resipisce ret suis, priusq̄ sub potestate uenundaret gentium, inimicorumq̄ suorū daretur in p̄dā: Arguebat quidē illos, eis minabatur ut pater, ipsosq̄ interdum corripiebat ut filios, ne postmodū impoenitentes deleret ut hostes, quoniā miseris & miseris, longanimis & multum miseris. Ipsius itaq̄ miserationem Propheta insinuare uolens admirans ait: Non secūdum peccata nostra fecit dominus nobis, neq̄ secundū iniquitates nostras retribuit nobis. Quoniā secundum altitudinem cœli à terra corroborauit misericordiam suam super timentes se. Quantum distat ortus ab occidente, lōge fecit à nobis iniquitates nostras. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timētibus se, quoniā ipse cognovit figmenta nostrū. Hinc etiā ipse Dei filius per carnis suscepitionē præsentia suæ diuinitatis mundo ostendēs, tam pie ad Hierusalem inquit: Hierusalē Hierusalem quæ occidit prophetas, & lapidas eos, qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina cōgregat pullos suos sub alis, & no luistit: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Dicit insuper se stare ad ostiū, uidebit cordis humani, & pulsare per internas inspirationes, ut sibi per consensum aperiatur. Delicias quoq̄ suas fatetur esse cū filiis hominū, & in ipsis perābulare, atq̄ cū eisdē esse usq̄ ad consummationē seculi, ut illos hortet ad bonū, ut à temptationibus eruat ut erudiat in certamine, ut à casibus protegat, & ut saluet in fine. Maxima prorsus conse quendæ uenia, atq̄ adipiscendæ gratiæ oboritur causa, quādo Dei maiestas, summaq̄ potestas, quā in cœlis cum tremore & admiratione adorat angelorum archangelorūq̄ virtutes, necnō innumerabilium sanctorum omnium uenerantur agmina gloriosa, in terris uerò creaturæ uniuersæ omnipotentissimo illius famulantur imperio, spontanea dignatione reverenda bonitatis suæ tā dulciter, tāq̄ familiariter se inclinat ad homines, D. nō ut olim in Sina mōte in igne, & sonitu tubæ, ac corruscationum terrore, sed ut pater, magister, & sponsus, in sincerissima caritate, plenus benedictione, & spiritualib. charis, refertus lemetiplum cōmunicat diligentib. se, seq̄ ardenterissima affectione poscētibus dona sua tribuit, facitq̄ illos dignos se. Observat quidem ipse accuratissime (ut arbitror ) & singulorum corda fidelium discurrendo rimatur, & quotquot uiderit carnali uoluptate polluta, aut inordinato sui amore depressa, terrenarum cogitationū inuoluta caligine, odij uel liuoris ueneno respersa, in ea nequaquam reclinari dignatur. Verum si que peripexerit pudicitiae esse nitore candidata, conscientiae puritate ornata, diuersarumq̄ uirtutum florib. redimita, ac domini timoris seris obstructa, festine reclinat illuc, atq̄ perpetuam in illis ( quantum in eo est ) collocat mansionem. Sic uerò in ipsis amabiliter habitat, ut minime negligat querere quos imparatos, & delictorum catenis astricatos præterisse videbatur. Nam iterum atq̄ iterū cordis pulsare secreta nō cessat, si quāmodo ei aperiatur. Pius quū sit, nolitq̄ mortem peccatoris, sed uitā, tanq̄ uerū pater & pastor rebelles flectere ad lamenta pœnitentia, atq̄ in tenebris uitiorum delitescentes ueritatis suæ lumine irradiare non desinit. Operatur siquidem ista in spiritu, ut sp̄ritus qui

qui facit prostratus in carne, agnoscat in lumine captiuitatem suam, & (quoniam ne-  
cessitate cogente) erubescat seruire naturae mortali, corruptibili, atq; foentis, quum sit  
ipse spiritus intellectualis, & nunquam moriturus, sed resoluto ergastulo corporis perpe-  
tua felicitate glorificandus, si tamen pro sui conditoris amore uendicare studeat ingenii  
libertatem, diuinæ legis mandatis obtemperet, secularibus abrenunci et pompis, car-  
nemq; (prout decet) sibi famulari compellat. Hæc profecto, quoniam ardua & præcel-  
fa sunt, adimplere non ualet, nisi micantis gratia pæreunte & comitante fulgore, proce-  
dantis utiq; ab indeficietissimo fonte uoluptatis ac bonitatis æternæ. Quæ quidem gra-  
tia non ex mortalium meritis, sed ex Dei nostri mera liberalitate donatur, dicente Pro-  
pheta, Domine in uoluntate tua pæstisti decori meo uirtutem. Quamobrem qui nec-  
dum illa effectus est dignus, uidens se uersari in tenebris, atq; uitiorum compedibus  
ad hoc esse detentum, totis medullis cordis (quantum ualet) cum Propheta clamet &  
dicat: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimi-  
cuis meus, pæualui aduersus eum. Mitte (obsecro mi domine) manum tuā de alto, & li-  
bera me de manu filiorum alienorū, necnon ab ihs uinculis ferreis, quibus exigentibus  
culpis meis astriclus teneor, quatenus tibi Deo meo, & liberatori meo, corde mudo, &  
impollutis labijs astare ualeam, & tam pro infuso splendore gratificantis gratia, quæ  
pro adepta libertate perceptæ ueniat cum gratiarum actione iucunda humiliq; modula-  
tione cätere & dicere: Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentū meum,  
& refugium meum, & liberator meus, Deus meus adiutor meus, & sperabo in eū. Cate-  
terum qui ipsam (de qua loquimur) gratiam fugatis ignorantiae tenebris, disruptisq; de-  
lictorum catenis in animæ sua suscepit penetralia, toto illâ ueneretur affectu, omni so-  
licitudine nutriat, studioq; custodiat. Nutriat (in qua) sacris lectionibus, deuotis medi-  
tationibus, orationibus affiduis, pijs gemitibus, desiderijsq; coelestibus. Custodiat autem  
infatigabiliter actibus intendendo uirtutū, exercitationi mētis, & discretioni spirituū.  
ne per incuriam animi cordis habitaculum spirituales irrumpat latrunculi, spiritualiaq;  
furtim surripiant semina, quæ coelestis agricola ex largiflua sua bonitate suorum insper-  
git cordibus seruolorum. Hoc uero ita humiliter agat, ut non inflatus in se pæsumat de-  
se, quin potius diuino sciat se indigere suffragio, atq; à Deo se nedum habere qd haber,  
uerum etiam sciat se esse quod est. Nam quemadmodum ignorantia pæsumptio, &  
pæsumptio inducit casum, ita scientia humilitate, & humilitas augmentū parit gratia,  
additamentum luminis, perseverantia boni, spei delectabile gaudium, desiderium pro-  
ficiendi, gustū sapientiae, fidei constantiam, amore patiendi, exultationem spiritus, men-  
tis rectitudinem, iustitiae zelum, sitimq; uirtutum. Horum uero bonorum omniū nutrix  
& custos est oratio munda, humilis piusq; sanctæ deuotionis affectus.

*Quod per meritum reconciliationis factæ per Christum, de exilio reuocanur ad patriam.* Cap. X.  
  

Voties quis ob suorum demerita delictorum à propria exul efficiunt patria,  
& profugus per regiones uagatur exterorum, ut securius quandoq; ualeat ad  
eandem redire, intercessione prorsus indiget aliena, quæ tanto procudubio  
efficacior, atq; utilior existit, quato qui intercedit maioris est autoritatis, subli-  
miorisq; meriti. Hinc humanæ reconciliationis ad Deum aestimari debet efficacia, ad  
quā utiq; perficiendā nō unus ex patriarchis, aut ex prophetis, necq; unus ex excellenti-  
oribus choris angelicarum destinatur uirtutum, sed unigenitus Dei filius patri coæqua-  
lis, consubstantialis, & coæternus. Missi quippe ab ipso penè mundi initio fuerūt patri-  
archæ, missi etiam prophetæ, sed tantum ut pæcones & nunciū eius, qui in temporis ple-  
nitudine erat uenturus, quatenus eorum exhortationibus sacrīs plebium mentes infor-  
marent ad fidem, & roborarent in spe summi Dei & mediatoris Dei & hominum, quæ  
pro humani generis redemptione, & propitiatione ad Deum uaticinabantur esse uen-  
tū. De cuius profecto conceptione mirabili, nativitate, manifestatione, persecutione,  
fuga, baptismo, tentatione, pædicatione, miraculis, uirtutibus, moribus, passione, irri-  
sione, cōtumelij, flagellis, morte, resurrectione, & ascensione, tam conspicue tamq; di-  
stincte prophetæ uerunt, ut non futura, sed pæterita narrasse uideantur. Illorum itaq; af-  
fertionibus, eorumq; oraculis plenissima adhæbenda est fides, quippe quum illa quæ  
futura pronunciabant, humano nunquam potuisse capere ingenio, per quod uix pro-

pinqua

A pinqua atq; pæsentia iudicatur. Solius namq; Dei est proprium, sicut pæterita, ita sci-  
re futura, & cui uoluerit reuelare, in cuius uerbo uniuersa nuda & aperta sunt, sicut ait  
Apostolus de ipso unigenito loquens: Qui quū sit splendor (inquit) gloria, & figura sub  
stantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis sua, purgatione peccatorum faciens, sedet  
ad dexterā maiestatis in excelsis, tanto melior angelis effectus, quanto differentius pæ  
illis nomē hæreditauit. Solū igit̄ quū Dei hoc sit occulta & remota pædicare, quoties  
prophetico spiritu uætura pædicunt, diuinæ potius quam humanæ autoritati est pæbē  
da credulitas. Nam (testante Apostolo Petro) non humana uoluntate est allata aliquā  
do prophetia, sed spiritu Dei reuelante locuti sunt sancti prophetæ. Missi itaq; sunt san-  
cti uiri spiritu propheticō pæditi, ut dñō Christo testimonium perhiberent, & anima-  
quorem facerent populum Hebreorū in expectatione eius, qui ipsorum patrib. fuerat lō  
ge ante promissus. Ad quod utiq; declarādum, mox ut ille promitterebatur apparuit, pro  
phetarum deserunt oracula, dicente domino: Lex & prophetæ usq; ad Ioannem Bapti-  
stam. Missi quoq; sunt angeli, nō ut redimerent, sed ut ministrarent, notaq; facerent recō  
ciliationis ac redemptio opera futura per Christum. Hinc est q; ante ipsius aduentū  
toties patrib. ueteris testamenti locuti sunt angeli, Abraham uidelicet, Iacob, Mosi, Iept̄,  
alijsq; multis, sicut sacrarum denunciant uolumina scripturarum. Postremo ad Zacha-  
riam, atq; Mariam angelus destinatus est Gabriel, qui pariter effectus nuncius est & te-  
stis. Ad hoc quippe unus de sublimioribus à Deo specialiter missus est nuncius, ut auto-  
ritatem uenientis regis, incarnationis mysterium manifestaret & modum, diuinitatis  
quoq; exhiberet pæsentiam atq; uirtutem. Quæ uidelicet egit, ut uirgo sacratissima fi-  
de conciperet, & Verbum caro fieret, unus Emmanuel, Deus & homo, una persona, u-  
nus Dei & hominū mediator homo Christus Iesus. In cuius profecto ortu ineffabili au-  
ditu est testium angelorum, cœlestis scilicet et militie innumerabilis multitudo Deū cōfo-  
ra modulatione collaudantium atq; dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax  
hominibus bona voluntatis. Merito igit̄ pacem hominib. annunciauerunt angeli, qn  
Dei filium, filiu hominis factum, cum obstupfactione maxima, in pæsepio pannis in-  
volutum in medio iumentorum irrationabilium conspexerunt, quemadmodum Esa-  
ias prophetauerat dicens: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cuius imperium  
super humerum eius, & uocabitur nomē eius admirabilis, Deus fortis, princeps pacis,  
pater futuri seculi. Alioq; in loco: Cognouit (inquit) bos possessorem suū, & asinus pæ-  
sepe domini sui, populus aut̄ meus nō cognouit me, & Israel non intellexit. Hunc pro-  
euldubio esse angelū intellexerunt, quem Deus per sanctos prophetas in scripturis san-  
ctis, humani generis promiserat Saluatorem. Quamobrem pacem in terris adesse testati  
sunt. Pacem, inquam illā, de qua Apostolus ait: Ipse est pax nostra, qui fecit utraq; unū.  
medium parietem inimicitarum soluens in carne sua, legem mandatorum decretis eu-  
cuans, ut conderet in se unum nouum hominem, pacem faciens ihs qui longe, & pacem  
ihs qui prope. Hanc utiq; pacem, postq; per sacrosancti sanguinis sui effusionē, consum-  
mavit in ligno, satisfaciens pro delictis omnium pædestinorum ad uitā, affigēsq; no-  
stre chirographū damnationis in cruce, & palam aereas superans potestates triūphavis  
in semetipso, per uniuersum uoluit propalari orbem per legatos suos, sanctos uidelicet  
apostolos suos, quos spū sancto repluit, tradiditq; illis omnī scientiā linguarum, qua-  
tenus tanquam ueri testes annūciarent in gentibus inter Deum & homines pacem per  
Christū fuisse firmatam, & resumpta fiducia, seruiliq; ablato timore, cum gaudio reuer-  
terentur ad patriam, quippe qui disperso patrimonio egentes ac famelici seruierant op-  
primentibus se, atq; per tempora longissima in regione errauerant aliena. Cæterum utili-  
orum pædicatio maioris esset autoritatis, acceperunt huiusmodi pacis pæcones facie-  
dorum miraculorum eximiam potestatem, sicut illis ab ipso domino fuerat imperatum  
atq; promissum. Nam priusquam cœlos peteret, mādauit illis dicens: Euntes in mundū  
uniuersum pædicate euangelium omni creaturæ, qui crediderit & baptizatus fuerit,  
saluus erit. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia  
ejcent, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non  
eis nocebit. Super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et dominus Iesus posse  
locutus est eis, assumptus est in cœlum. Illi autem profecti pædicauerunt ubiq; domino  
Laur. Iustin. EE cooperante,

cooperante, & sermone confirmante sequentib. signis. Vnde cum ex eruditionibus angelicis, tum ex oraculis prophetarum, tum etiam ex predicatione, uita, & miraculis apostolorum, atq; sanctorum, ueritas Christianæ religionis, & redemptio facta per Christū, adeo est effecta notissima, ut nequaquam testimonio aut probatione indigeat. Nam eccliam catholicam conspicimus post persecutiones martyrum, post falsa haereticorum dogmata, ita super firmissimam petram in pace esse fundatam, decoratam cæmonijs, sacramentis munitam, Deo famulantum agminibus insignitam, patrumq; orthodoxorum eruditionibus & sententijs roboratam, ut fidei planum factum sit iter, ac bene uiuendi cunctis fidelibus libera sit tributa facultas. In singulis deniq; congregationib. tanquam milium duces instituti sunt presules, quorum exhortationibus & doctrinis eorū corda animentur ad spiritualem pugnam, informenturq; ad cultū ueri Dei, & legalium obseruantia mandatorum, quibus mediantibus, cœlestis uitæ pertingant ad palma. Instituti, inquam, sunt plebis episcopi atq; pastores, ueluti mediatores Dei & populi, quatenus pijs suis intercessionibus, orationumq; suffragijs, diuinā iustitiam erga delinquentes faciēt esse placabilem. Nam quoties populus spirituali seu corporali fatigatur in prælio, si quando diuina præcepta grauerter peccando transgreditur, quamdiu equissima animaduersione percutitur, ad orationis debet prælatus aduolare præsidij, ibijs cor de cōpunctus, prostratus corpore, compassione plenus, ignitus caritate, lacrymisq; suffusus, deprecari dominum, angelorum sanctorumq; omnium interpellare subsidium, ut eorum supplicationibus Deo ualeat plebem sibi reconciliare commissam. Porrò quum Moyses, qui prælatorū typū præfigurabat, iubete Deo debellare uellet Amalech, accepta Dei uirga in manib. ascendit super uerticē collis, ibijs Iosue pugnante inferius, extensis ad cœlū manib. erectisq; luminib. sine intermissione preces fundebat pro populi salute ad dominū, nec prius ab oratione cessauit, quam perfectū de hostibus reportaret triū phum. Vnde ad futurorum eruditionem illi dominus tūc mandauit dicens: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade in aurib. populi. Iosue quoq; eiusdem Moysi successor, & ipsius populi dux, quum ciuitatē expugnaret Hay, uideretq; q; à uiris habitatoriis urbis cæsus Israel terga uertisset, statim corā arca domini prostratus orauit, dicens: Heu domine Deus, quid uolusti traducere populum istū lordanem fluuiū, ut traderes in manus Amorrei, & perderes? Mi domine quid dicā, uidēs Israelē terga uertente! Cui oranti inquit dominus: Surge. Cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum. Surge, sanctifica populum. Quo sanctificato, progressus ad pugnā, illos Iosue hortabatur ad bellū. Verum neq; iste, sicut nec Moyses, mansū quam in sublime orādī causa porrexerat, cōtraxit, donec urbis habitatores interficeretur uniuersi. Ceterum de Ezechia rege Iuda, quid memorē, quem Senacherib Assyriorum rex cū ingenti pugnatorum multitudine ob sideret Hierusalem assumpto secum Esata propheta usq; ad cœlum lacrymis orando uociferatus est. Ambobus itaq; persistentibus in peccate, misit dominus angelum suum, qui percussit omnē uirū robustum, & bellatorem & principem regis Assyriorum, reuersusq; est cum ignominia in terrā suā. Porrò quicūq; uniuersa, quæ in sacris reperiuntur uoluminibus, & ad rem hanc pertinent, indagare uoluerit, absq; ambiguitate ulla cognoscet sanctos viros in omni eorum pressura, in persecutionibus, in tentationibus, in periculis, in dubijs, in cunctis emergentibus aduersis, prævia semper comitanteq; oratione, diuinum flagitasse auxilium. Nec aliud prorsus quam à Deo debet quis implorare suffragium, quippe quū creatura quælibet nequeat sibi ipsi prestare, quo indiger, quoniam infirma est, neq; alieui quicquam tribuere quod suum est, quū nihil habeat quod nō acceperit ab illo, qui est, & impedit omnibus potestq; omnia, atq; uniuersa perlustrat, quamvis abdita & ignota sint angelis seu hominibus. Ipse profecto solus colendus est, ipsi supplicandum, ad ipsum configendum, & in ipso tota nostra collocāda fiducia, quoniam bonus, pius, misericors & compatiens est, atq; paratissimus præbere homini quæ petit, quæ tamen sint bona, si congrua, si salutis suæ necessaria. Vnde hortatur dicens: Petite & accipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperiet uobis. Omnis qui petit (inquit) utiq; humiliiter, fideliter, perseveranterq; accipit, qui querit inuenit, & pulsanti aperietur. Quamobrem prælatus sit in oratione affidus, & postulet pro se ipso à Deo, qui omnib. dat affluenter, & nō im properat, sapientiam ad

A tiam ad gustandum cœlestia, ne mens illius delectationibus terrenis inhæreat. Flagitet intellectus lumen ad penetrandum sacramentorū arcana, immundorumq; spirituum deceptiones fallaces evitandas, ne noxiarum opinionū labatur inuolucro. Consilij donū exquirat, ad apprehendendum, insinuandūq; quid perniciosum, quid proficuum sit, tam sibi quam cæteris ad se accendentibus, ne petra efficiatur scandali, & in illā impingat qui simpliciter gradiuntur. Fortitudinis constantiam postulet ad tolerandum persecutions & bella, quæ à dæmonib. pariter & hominibus inferuntur ihs, qui in Christo pie conuersari desiderat, ne pusillanimitate frangatur, & elisus succumbat. Scientiæ sensum sibi infundi deprecetur assidue ad prudenter tractandum sicut propria, ita & aliorum negotia, ne unde proficere ac prodeesse debuit, inde damnetur. Pietatis affectum expositum letad compatendum, subueniendumq; calamitatibus egenorum, & periclitantiū presuris, ne pro ministerio fratrnæ dilectionis sibi credito iudicium aduersum se ipse reportet. Timoris filialis gratiam in oratione desideret, ut non frangatur in aduersis, neq; eleuetur in prosperis, sed humilitatis & rectitudinis constitutus in medio, transcenden do temporalia, semper futura & æterna prospectet. Petat quoq; pro cæteris eadem dona, pro illis presentim, pro quorū effectibus eidem iniuncta est cura. Oret (inquam) pro cōmuni eorum salute, ut uidelicet compuncti propriā errata cognoscant, ut ignoscatur illis, ut gratiam consequantur, & conuertantur ad dominum, ut de tenebris eruantur, & transferantur ad lucem, ut de morte peccati resuscitati perseuerent in uita. Verum si fame, si gladijs, si peste plectantur, tunc sine intermissione incumbat precibus, seq; pro populo opponat ferienti, si quo modo ualeat iudicis saeuientis mitigare sententiam. Sic namq; Mosem fecisse, sic egisse Aaron, sic David sacra narrat historia. Quum enim esset ortum murmur in populo Hebræorum contra dominum, quasi dolentium pro labore itineris, iratusq; dominus misisset ignem in eos, & deuorasset extrema castrorum, oravit Moses dominum, & absorptus est ignis. Alio quoq; in tempore quū idem populus propter eos qui perierat in seditione Choræ, Dathan, & Abiron murmurasset, uelletq; Mo sem & Aaron interficere, accensus & ignis domini, & deuastabat populum, quod cum cerneret Moses, compassionē cōmotus dixit fratri suo: Tolle thuribulū, & hausto igne de altari mitte incensum desuper, & perge cito ad populum, ut roges pro eo, iam enim egressa est ira à domino, & plaga desævit. Quod quum fecisset Aaron, & cucurisset ad medium multitudinem, quam iam uastabat incendium, obtulit & thimiamam, & stans in ter mortuos & uiuentes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Dominus præter ea quum peste maxima prosterneret populum Israel, David in oratione positus ad dominum clamauit dicens: Ego (inquit) sum qui peccauī, ego inique egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Vnde prophetico admonitus oraculo adfiscavit ipse David altare domino, & obtulit holocausta & pacifica, & repropitiatus est dominus terre, & cohibita est plaga ab Israel. In his utiq; singulare ecclesiasticis personis præbetur exemplum, ut uidelicet quum aduersus plebem irascitur Deus, non fugiant, neq; formident, sed de domini misericordia concepta fiducia, orationis incenso, & compassionis thimiamate, superpositis carbonibus caritatis, oblatisq; super altare sanctæ ecclesiæ holocaustis, atq; pacificis pro expiatione cæforum, atq; delinquentium iuge sacrificium spiritualium odoramentorum altissimo offerant, reddantq; ulciscentem se iudicem sua interuentione placatum. Ad hoc proculdubio præficiuntur plebis, ob hoc pastorale illis ministerium traditur, ut ipsas uerbo erudiant, & bene uiuendi exemplis informent, ut pro illis orent assidue, offerantq; pro earum sceleribus Deo grata libamina, quemadmodum Apostolus prohibet dicens, Omnis (inquit) pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in ihs quæ sunt ad Deum, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, qui condolere possit ihs qui ignorant & errant, quoniam & ipse circundatus est infirmitate. Et ideo debet quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Discant ergo qui præsunt, quotidie obsecrare pro populo, discant (inquam) dominici corporis sacrosancta mysteria iugiter immolare pro plebe. Nihil profecto hoc sacrificio acceptabilis Deo patri pro reconciliandis peccatoribus, nihil pro expiandis sceleribus, pro captiuis fidelibus redimendis utilius in ecclesia offerri potest, quippe quum sit memo rialis. Laij. Iustin.

riale efficacissimum illius excellentissimæ caritatis, quam ipse dominus Iesus Christus. F  
 in ultima coena paschæ celebraturus ostendit, quamq; in crucis patibulo moriendo nota fecit, & in ipso idem dominus quotidie mystice immoletur, qua quidem immolatione à uictoriū purgamus squaloribus, mundam ab infidelitatis tenebris, Deo reconciliamus per mortem filij eius, quam mysteria ipsa ueneranda testantur, gratificamur angelis per Christi contubernium, pascimur uero Christi corpore, potamur ipsius sanguine quo redempti sumus, ditamur spiritualibus charismatibus, unimur Christo domino per amoris cotubernium, incorporamur Christi corpore mystico, perficiamurq; virtutibus, ipso utiq; dirigente & cōmunicante quem sumimus. Ipsiſ profecto pontificibus ac sacerdotibus licet nō tantū semel in anno, neq; per sortes, ut olim in ueteri testamento, sed diebus singulis introire sancta sanctorū, & tā pro seipſis, q; pro populi reconcilatione offerre hostiam laudis diuinæ maiestatis obtutibus, in presentia utiq; sanctorū angelorū astrium & Deū pariter collaudantiū, atq; deprecantium, quum ipsa immaculata peraguntur sacrificia, ut quod minus ministri ipſi sufficiunt per seipſos, eoru intercessionibus obtinere mereantur. Nequaquā uero dubitandum est, eosdem beatos spiritus consortes & cooperatores esse ministrorum ecclesiae, tum sacramenta tractant cœlestia, si ramen fideliter, si humiliter, si deuotè, si pie ministrant. Maxima prorsus ac ueneranda sacerdotis atq; præsulum spiritualium cognoscitur esse autoritas, quibus datum est cœlum aperire & claudere, corpus Christi confidere, immaculata Deo offerre sacrificia, orationes pro peccatoribus fundere, ac inter Deum & homines mediare. Sublimis utiq; est hæc dignitas, miranda potestas, singulare officium, donum speciale, ministeriu utile, communę bonum iustis & sanctis, ac Deū timētibus, dominoq; intentione recta, necnō mūdo corde famulantibus. Cæterum quemadmodum omnia munda sunt mundis, & sancta prosunt sanctis, ita ē regione coiquinatis sceleribus, & elatis ad iudicium ministrant sancta. Non enim ualent mūda mūdūs, domino per prophetā perhibente qui ait: Quid est q; dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferēt à te iniquitates tuas? Et Apostolus: Qui enim māducat (inquit) & bībit indigne iudicium sibi manducat & bībit. Hinc aperte colligitur, quòd non solum quid offeratur, sed qualis sit qui offerat intuetur omnipotēs, sicut eloquia sacra testantur, quibus dicit: Respexit dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Caym aut, & ad munera eius non respexit. Grata profecto sunt munera, orationes placabiles, accepteq; laudes, quas quotidie sancta mater Deo reddit ecclesia. Verum siunt proculdubio gratiiora, si ministrorū mens sit deuota, cor humile, affectus ignitus, sancta cogitatio, obsequium rationabile, oculus interior rectus, custodia cordis non dormitans, loquela composita, & irreprehensibilis uita. Quamobrem qui præsunt plebibus, & qui in ecclesia curam gerunt animarum toto studio elaborent placere Deo, & sine querela cum hominibus conuersari, quatenus siue orationi intendant, siue obsecrationes pro populo fundāt ad cœlum, seu sacro altari afferant ministeria ueneranda, accepta ipsorum sint munera, postulationes placide, & efficaces preces, crescantq; eorum merita, nō minus de profectibus eorum, quam de suarum exercitatione uirtutum.

Quod ad instar eorum qui tempore belli urbium excubias faciunt, superintendant preſules dominicis gregibus, & de se perfectionis lumen exhibeant. Cap. XI.

Xperimentia teste didicimus, ut quādo ciuitas aliqua obſideſ ab hostibus illiciō turriū inuorūq; deputātur custodes, qui alternatis uicibus die ac no, ete excubias celebret, inimicorū insidias detegant, suaq; prævidētia aduersarios faciant semper esse suspectos. Horum siquidem assertionibus magna præstatur credulitas, atq; sub illorum non dormitanti prudentia omnis ciuium multitudo tranquillitatis bono animiq; pace potitur. Ad nutum profecto ipsorum innotescit aduenientium numerus, insultus inimicorum, terrentur incolæ, euigilantur desides, pusillanimes confortantur, militesq; excitantur ad pugnā. Nam eti pauci tales sint numero, sunt tamen primi præsidio, adeo ut absq; eorum diligentia nullatenus ciuitas ab irruentibus hostibus possit esse secura. Est quippe hæc mystica ciuitas ecclesia sancta fidelium in Christi nomine congregata, de qua loan. in Apoc. sic ait: Vi di ciuitatē sanctā Hierusalē nouā descendente de cœlo, a Deo parata, sicut sponsam ornat uiro

A tam uiro suo. Hæc utiq; incessanter ab iniquis hominib. fatigatur, qui tanq; zizania cōmixta tritico cū iustis socialiter cōuersantur in ea. Hæc, inquam, ciuitas à malignis spiritib. implacabiliter debellat, dicete Apostolo: Nō est nobis collectatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū ha rū, cōtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Ad huius itaq; urbis defensionē, custodiā & pacē instituti sunt preſules, quorum solertia, speculatione, caritate, atq; prudentia emer gentia sedanda sunt scandala, ac pessimorum uirorum uitia corrígenda, dæmones uero arcendi, propalane eorum sunt fraudes, dolosa ac sub specie boni palliata consilia diffi pānda, spiritualesq; ipsorum prædicendi insultus. Quæ profecto eo certius & rectius fa ciunt, quo altius cæteros mētis eleuatione trāscendūt, clariusq; per contēplationis ocū intuentur cœlestia. Ipsos quippe decet alijs hominibus esse perfectiores, atq; per diuturnæ exercitationis studium calcare uitia carnis, à se abdicare uoluptates mundi, illecebras despicer, uisibilia spērnere, & ad inuisibilia toto mentis anhelare affectu, utpote. B qui debent iter uirtutum, uitæ ordinem, & ueritatis lumen ostendere. Nam si qui præcedere alios debent, ipsi errore falluntur, & à recto uirtutum calle, atq; spiritualis uitæ de uiant disciplina, quæ cæterorū erit conuersatio. Et si dati sunt, ut ueritatis lumen insinuant, ipsi sunt tenebrae, quis erit tenebras sequentium finis? Magna quippe prælatorum dignitas, sed maius est pondus. In alto gradu ante oculos hominum positi sunt, d portet quoq; ut in sublimi uirtutum culmine sint erecti coram oculis cuncta cernentis, alioquin non ad meritum, sed ad proprium præsunt iudicium. Quid, oro, æstimanda est dignitas commendata exterius, si ob præsidentium demerita à Deo sit reprobanda interius? Ascendat igitur sanctæ ciuitatis speculator interius, uisibilia, & temporalia calando exterius, quatenus in excelsō positus, & per se eruditus de se ualeat ijs qui in imo, positi sunt, & terrenis inhiant lucris, atq; temporalibus implicantur negotijs, utam uitæ ostendere, quam profecto inferius iacendo non potest. Quonam ( quælo ) animo, qua fronte, qua autoritate audebit peccantium redarguere uitia uitiorum amator? aut de spiritualibus loqui cupiditatū carnalium ipse sectator? Quamobrem Episcopus & quisq; spiritualis pastor, cui dominico gregi incumbit semper intendere, in sublime perfectionis maneat, agat ipse quod doceat, & de se laudabiliter uiuēdo insinuet quod imitatione sit dignum, ut absq; ullo rubore cum hominibus conuersetur exterius, & cor de mundo coram Deo astare possit interius. Vtruncq; enim fidelis pastör exercere debet in actu, suo tamen loco & tempore, ut semper in utroq; proficiat. Diuinæ siquidem contemplationi sibi interdum uacando inhæreat, & de æternæ bonitatis fonte tunc hau riat, quod postea exhortando effundat ad plebem. Porro si intus cor torpeat, si cœlestis dulcedinis gustu careat, si inutilibus cogitationibus distrahitur, si terrenarum rerum affectibus deprimitur, si tentationum turbinibus tanquam parvulus quatatur, utiq; quod docendo profert ex se, insulsum est, frigidum est, aridum, atq; ad promouendum audientiū mentes prorsus inualidum. Nam quemadmodum de uno eodēq; fonte non potest effluere dulcis amaraq; aqua: ita nec insipidū cor promere uerba flāmantia. Cæterū si fuerit post tempore sancti spiritus insperata uisitatione, caritate feruidū, humilitate plū, deuotione fœcūdum: tunc proculdubio ignitas eloquiorum cœlestium emit tit faces, sacramentorum arcana referat, atq; ex accepta diuinæ benedictionis abundan tia, spiritualia quādam de ipso odoramenta prorumpunt. Tunc quippe paracletus operatur prætet naturam supra uirtutem, repentina impulsu, inuisibilisq; motu, sicut saluator indicauit, dicens: Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, & nescis unde uenias, aut quō uadat. Tunc utiq; mente orandum est, tunc consentiendum est aspiranti, promouenti, dirigenti, sicut scripture sacra testata: Si spiritus, inquit, potestatem habenis irruerit super te, ne dimittas locum tuum, sed illi consentias. Sic enim olim spiritus cordibus insiliens prophetarum faciebat choros ducere, deserta lustrare, futura prædicere. Sic idem spiritus quum arca Dei portaretur, in iubilo sancti regis David mentem complectens, fecit illum eoram omni multitudine populi Israel nudatum uestibus pulsare organa, totisq; uiribus saltare ante ipsam fœderis arcam. Vnde redargutis ab uxore, quod sic nudatus coram ancillis suis de honestas et regiam dignitatem, eodem repletus spiritu cum autoritate respondis: Vivit dominus, quia ludam ante dominū, qui ele Laur. Justin.

git me, ut essem dux super populum Israel. Ludam & uilior siam plus quam factus sum, **B**  
& ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es, gloriōsior apparebo.  
Sic in exordio nascentis ecclesiae, quiescentibus apostolis pariter & orantibus, repente-  
no de cœlo sonitu facto, descendit spiritus sanctus, repleteus domum totam & corda  
stantium, adeo ut impetu suo exirent, & uerba uitæ diuersarum nationum populis cum  
fiducia prædicarent. Nempe hic almus spiritus quem illabitur, infundit lumen, immu-  
tat corda, delet facinora, firmat dubios, erudit ignaros, eleuat de imis, & collocat in ex-  
celsis. Huic qui presidet in ecclesia consentiat, illiç in se receptaculum paret, uenien-  
tem suscipiat, introeūtem amplectetur, quoniam sine ipso potest nihil; & cum ipso om-  
nia, & omni qua ualeat uigilantia, illius ad se obseruet aduentum. Nam quemadmodum  
pertransit negligentem & semetipsum deferētem, ita se desiderantem, se expectantem,  
se uocantem, seq̄met custodientem uisitat, fouet, eleuat & informat. Visitat (inquam)  
præsentia sua, qua nihil sentitur dulcius, suauiusq̄ gustatur, propter quod roboratur ani-  
mus ad quæq̄ perferendū aduersa, sicut in sanctis apostolis & martyribus credimus esse. **E**  
completum, quos nec ignis, nec gladius, nec carcer à Christi ualuit dilectione diuelle-  
re. Vnde ipsorū unū audiamus: Quis (inquit) nos separabit à caritate Christi? Tribula-  
tio, an angustia; an persecutio; an famæ; an nuditas; an periculus; an gladius; sicut scri-  
ptum est, quoniam propter te mortificamur tota die, estimati sumus ut oves occisionis.  
Rom. 8  
Sed in his omnib. superamus propter eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neq̄  
mors, neq̄ uita, neq̄ angeli, neq̄ principatus, neq̄ potestates, neq̄ virtutes, neq̄ instan-  
tia, neq̄ futura, neq̄ fortitudo, neq̄ altitudo, neq̄ profundum, neq̄ creatura aliqua po-  
terit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Non enim tan-  
tam aliunde constantiam patiendi percipere ualissent, quam ab inhabitante in eorum  
cordibus spiritus sancti uirtute, prout Apostolus cōfitetur dicens: Quoniam tribulatio  
patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes aut nō cōfundit,  
quia caritas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.  
Rom. 5  
Nempe hic spiritus, sicut quem sua uisitatione efficit dignum, roborat in aduersis: ita **G**  
sua protectione fouet, ne extollatur in prosperis, ne uite demergatur in uitjhs. Fouet, in-  
quam, illum quibusdam spiritualibus alis, ne ab æstu uratur libidinis, uel ab impetu ra-  
piatur furoris, seu ab aliquo letalis absorbeatur morbo peccati. Quis, oro, in hac inuolu-  
tus face corruptibilis corporis, à laqueis spiritualium uenatorum potuisset euadere, si  
non ab hoc sancto spiritu esset eruditus & fatus, quum uidelicet quotidie humanam  
mentem, nunc mundi illecebra, nunc uentris ingluuies, nunc uitæ huius immoderatus  
tentet affectus? Suū quippe pertimescens casum, propheta inimicoru horū cōstitutus  
in medio, se ab hoc spiritu protegi exposcebat dicens: Custodi (inquit) me domine, ut  
pupillā oculi, sub umbra alarum tuarū protege me à facie eorum, qui me afflixerunt. Sa-  
næ quem protegere & fouere dignatur, interdum etiam eleuat ad cœlestia, ipsum utiq̄  
replendo splendore, admiratione & iubilo. Quum enim spiritu operante ad Deum  
cōtemplandum admittitur, quibusdamq̄ omnipotentia, sapientia, bonitatis, aternita-  
tis, maiestatis, & gloria illius irradiatur splendoribus, nō potest non mirari eo amplius, **H**  
quo familiarius introducit in ipsum secretum latissimum, ac clarus illustratur de ih̄s quæ  
tantummodo singulariter dilectis cœlestibus pāduntur mysterijs, quamvis id tēpus quo-  
calibus fruitur delicijs comparatione cognitionis, delectationis, inhalationis, & pacis,  
quibus in cœlesti patria beati sunt sancti, prorsus modicum sit momentaneū, & in pun-  
cto pertransisse uideatur, tum propter hoc corruptibile corpus, quo, uelit nolit, graua-  
tur anima, & deprimitur supra modum, spiritualia & diuina cogitare desiderans, tu quia  
gustus ipse qui tunc sentitur in corde, adeo est delectabilis, atq̄ laetificans, ut quanquā  
diuturnus sit tēpore, præ suauitate dum subtrahitur, iudicatur esse breuissimus. Cate-  
xum quantumcunq̄ prætereundo tenuiter p̄alibet, gustusq̄ idem contemplantis af-  
fectum complectendo pertranseat, replete tamen mentem iubilo & ineffabili gaudio, quo  
uidelicet disponente contemplantem corā Deo astare facit in spiritu, & spiritualia pro-  
mere cantica, amatoria carmina, exultationis uoces, gratiarum actiones, diuinæ lau-  
des, sponsiq̄ p̄æconia cordis iubilatione cantare. In his itaq̄ mens supra se eleuata, &  
plusquam dici possit illecta, in nuptialem cœlestis sponsi introducitur thalamum, ibiq̄

qua lia

A ibiç qualia quantâue ab ipso sponso percipiat, nouit ipsa quæ experitur. Informat utiq̄  
tunc de quibusdā pro se in se, de nōnullis uero erudit pro alijs. Quædam etenim cōmu-  
nicantur illi, cæteris minime cōmunicanda, sicut Apostolus de se inquit audisse uerba  
quæ nō licebat homini loqui. Propheta quoq̄ quū multa uaticinando dixisset, nōnulla  
in semetipso silentio tegēs ait: Secretū meum mili. Nequaç̄ prorsus dubitandū est plu-  
ra occulta mysteria quædamq̄ secreta cælestia sanctis uiris propalari per spiritum, quæ  
profecto illis manifestari nō licet, quoniā uel ad instructionem solummodo ipsorū, uel  
in signum testimonij singularis ignis innotescū dilectionis. Verū illa quæ adificare  
possunt audientes, seu Dei gloriā in hominibus accrescere, quamvis reuelent in trorsus  
sunt (ut arbitror) cū humilitate & deuotione dicēda, interueniente nīhilominus rationa-  
bili causa, seruatoq̄ congruo modo & tēpore, ne forte transfigurante se Satana in ange-  
lum lucis, inter triticū seminante zizania, suscepitæ gratiæ fructus diripiatur ab homine.  
Ad huiusmodi igit̄ evitandū pericula, informatur mens præsidentis in cōtemplationis  
eleuatione suspensi de omnibus, quæ ad ipsius spectant salutē, atq̄ discernendorū spiri-  
tuum ornatur gratia, spiritu sancto utiq̄ hoc agente, atq̄ donante, quemadmodū Apo-  
stolus perhibet dicens: Alij quidē datur per spiritū sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ,  
alij fides in eodem spiritu, alij discretio spirituū. Vnde & in alio loco inquit: Non enim  
spiritum huius mundi accepimus, sed spiritū qui à Deo est, ut sciāmus quæ à Deo dona-  
ta sunt nobis. Sanè hoc speciali munere redimitū esse decet, qui pontificali sublimatus  
est cathedra, & curā habet animarū, ut siue quū per orationis ocīū mente excedit Deo,  
seu quū per iniunctū ministerū proximorū incumbit utilitatibus, sciat discernere inter  
lucem & lucē, inter lucem & tenebras, inter tenebras & tenebras. Cæterū ad hoc nullus  
reperitur idoneus, nisi quē spiritus ueritatis intus docuerit, & repleuerit sapientia, intel-  
lectu ac consilio, feceritq̄ familiarē uerbo per casti amoris connubiū, per depurationē  
mentis, per orationis assiduitatē, per iuge deuotionis sacrificium, per cordis humilitatē,  
atq̄ quotidianū laudabilem actionum ascensum. Quamobrē expedit illi qui pastorale  
gerit officium, Dei iugiter orando astare conspectui, & nunc pie interuenire pro popu-  
lo, nunc humiliter supplicare pro se, & si detur interdum Deo adhaerere in spiritu, debet  
sua uota offerre, prout idem paracletus tangendo mentē imbuerit. Ipse profecto (Pau-  
lo attestante) est, qui postulat pro sanctis, facitq̄ interpellare Deum gemitis inenarra-  
bilibus. Deniq̄ qui regimini populorum spiritualiter p̄æst, & horum quæ dicta sunt  
caret experientia, in suis suorumq̄ laboribus, dubietatibus, periculis, temptationibus, ac  
pressuris, ad quē confugiet, quē cōsulet, cuius se protectioni subiūciet, aut à quo ualebit  
babere auxilium? Nam (sacro proclaimante eloquio) Deus noster refugiū est & uirtus,  
adiutor in tribulationibus, quæ inuenierunt nos nimis. Auxiliū quoq̄ nostrū à domino,  
qui fecit cœlum & terrā. Porro ista intelligens uir ille mitissimus, qui populi Hebræorū  
effectus est spiritualis pastor & rector, orationis frequentissime studio astabat in mon-  
te, ibiç insistendo precibus, & cum domino tanquā amicus cum amico, facie ad faciem  
loquēs, sua uota promebat, atq̄ pro plebe sibi cōmissa ueniam intentissime flagitando,  
**C** Rom. 8  
D humili postulatione impetrabat à Deo, quod populi flagitia denegabat. Evidē & id  
ipsum dominū sibi colloquentē audiebat, erudentē utiq̄ illum qualiter populum regē-  
ret, judiciū inter uirū & uirum faceret, sacrificia ordinaret, sacerdotibus, leuitis, cæterisq̄  
ministris deputandis officia diuideret, arcam foederis institueret, holocaustatū uasa  
faceret mundari, uniuersaq̄ perficeret, quæ diuino cultui ipse dñs uolebat esse disposita.  
Factū quippe est, ut Dei ac populi fieret mediator, & decalogi legē dígito Dei in tabu-  
lis lapideis exaratā accipere mereret, securitis pastoribus transmittē exemplū, ut assue-  
scant & ipsi orationis cacumen ascendere, & in illo corā Deo astare, & pro populo diu-  
num suffragiū impetrare, pro se quoq̄ sanctarū postulare intelligentiā scripturarū, atq̄  
sapientiā ad erudiendū regendumq̄ plebes sibi cōmissas. Quis enim ualeat per se ipsum  
persoluere debitum pastoralis officij, nīli in trorsus sit imbutus, in spiritu roboratus, atq̄  
directus? Porro quum negotium hoc humanam superemineat sufficientiam, ponant  
qui præsunt, omnē spem in dño, iactent suos cogitatus in illo, poscantq̄ ab eo, quod sibi  
ad hoc utiliter peragendū necessariū esse cognoscūt. Hauriat sitibundo corde de thesa-  
ris sapientie, orationis instantia disciplinā morū, quā seruent, inebrienturq̄ ab ubertate  
*Psalm. 45*  
*Psalm. 129.*

EE 4 cius,

elius, & torreterite uoluptatis illius, quatenus quadam spiritus sobrietate sic ebr̄i descendi-  
dendo ad plana, ac proximis ministrando erucent uerbum bonū, uitæ uerba, & dōcu-  
menta salutis. Erunt quippe tunc sic confortati in spiritu, cōstantes ad preferendū, nedū  
proprios, uerum etiam aliorum labores, & ad tolerandum quævis aduersa, atq; resistent  
dum diabolo & temptationibus eius. Fallitur profecto quisquis opus hoc periculoseum et  
grande absq; deuotionis pabulo, & orationis præsidio (prout decet) cōsummare se pos-  
se putat. Lassatur prorsus in opere, & in uia deficit, si ab interna maneat refectione ieui-  
nus. Quamobrem rectores animarum summi pastoris Christi uestigia imitentur. Inter-  
dum nanc̄ declinent tumultus hominū, fragoresq; exteriorum actionum, quæ procul-  
dubio distrahit animū, & rapiunt per diuersa. Redeant uero ad se, & subeant orare in  
monte, post cuius utiq; orationis exercitiū denuo reuertātur ad opus, quatenus pro spi-  
rituali consolatione percepta in labore sint alacres, sint in administratione soliciti, & in  
omni sua exhortatione deuoti. Viciſſim quippe sibi famulantur actio corporalis, & de-  
uotio mentis, & pariter ab ecclesiasticis debent pastoribus exhiberi. Sane in ueteri testa-  
mento legimus Jacob geminas germanas habuisse uxores, quarum altera uidelicet Lyā  
deformis erat, & oculis lippa, sed fœcunda. Rachel uero pulcerima, sed sterilis, & tamē  
earum uir quanuis iuniorem diligenter arctius, utrariumq; nihilominus amplexibus ute-  
batur. In novo quoq; testamento sorores fuisse nouimus Mariam & Martham sanctitā-  
te plurimum cōmendatas, quarum utiq; altera fideliter actionis ministerio intendebat:  
Maria autem deuotionis ocio inhærebat, & tamen testante euangelio ambarum opus  
dominus Iesus uerbo cōmendauit & factō, ut uidelicet sciat ecclesia, nec interiorem ex-  
hortationem Mariæ sine Marthæ ministerio plenam, neq; Marthæ studium absq; spiri-  
tuali Mariæ gustu esse posse perfectum. Non igitur sufficit prælato & curam animarum  
habenti, neglecto deuotionis affectu plebis ministerio sine intermissione insistere, quū  
& ipse debeat sabbatizare pro se, neq; expedit illi sic intendere sibi, ut proximorum uti-  
litatibus postponat incumbere, quum pastorale officium sit animam suam pro proximi  
salute exponere. Dei itaq; & proximi qui spirituali præst regimini, opus est ut sit cari-  
tate succensus, necnon interiori ac exteriori exhortatione ornatus, quatenus cōtempla-  
tionis alis per amorem Dei eleuetur ad summa, atq; per dilectionem proximi compas-  
sione motus, prudenter descendat ad ima: ita duntaxat ut in omnibus quæ laudabiliter  
agit, non proprium, sed diuinum querat honorem.

Quod graue sit crimen aliena furari, quanq; detestabile honorem Dei & gloriā hominum sibi  
uelle præcipere. Cap. XII.

**N**on mediocre inter cætera cognoscitur esse delictum, quū quis res furtive di-  
ripit alienas: nam lex diuina prorsus hoc prohibet dicens: Nō furtum facies.  
Leges quoq; municipales maxima cum austerritate hoc uerant, uariaq; trans-  
gressoribus infligunt supplicia. Mandat quippe unumquēq; de eo quod pos-  
sideret esse debere contentū, atq; de proprio, non de alieno, se sustentare stipendio. De la-  
bore & in sudore uultus tui (inquit sermo diuinus) & non de alieno uesceris pane tuo.  
Nempe de ære aliorū, non de suo uitā suam alere desiderat, qui fraudulēter aliena furat, H  
meritoq; dupliciti est cōtritione plectendus, dū diuinæ pariter & humanæ præuaricator  
est legis. Porro si imperiales humanæq; leges aliena minime deprædarī prohiberet, quā  
ta homicidia, quotū in hoc seculo opprelliones quotidie fierēt? Quis posset in labori-  
bus proprijs esse secutus? Quis sine animi perturbatione, mortisq; metu solitarius habi-  
tare ualeret? Nempe in ciuitatibus, in castris, in foro, in turibus, in nemoribus tremenda  
imminenter pericula, undicq; discurrenter prædones, die noctuq; insidias pararent, ut in  
uaderent, diriperet, percuterent, necaret. Nā si legib. cōinantibus, præcipientibus, pu-  
nientibus, ista scelesti quicq; perpetrare nō cessant, quid fieret, si absq; ulla impunitate ho-  
mines arbitrantur sibi ista licere? Laudabili proinde à Deo, & ab hominibus æquitate  
sanctum est, ut nullus quoquo modo auferre aliena præsumat, quatenus facultates suas  
intrepide quisq; possideat. Laborare, serere, terræ fructus colligere, artificia usu huma-  
no necessaria exercere, negociationes lícite facere, ac etiam incumbente neceſſitate mē-  
dicare, mandat leges atq; concedunt, ut retrahant homines à rapinis, & furtis. Nam quē  
admodum grande malum est alienam substantiā rapere: ita laude dignissimū de labore  
proprio,

A proprio, iuxta cūiusq; conditionē, quotidianū uictum cum temperantia queritare. La-  
bores (inquit Propheta) manū tuarum quia māducabis, beatus es, & bene tibi erit. Cæ Psal. 127  
terum sicut magna fruitur pace, qui suis sumptibus propriæ industria uiuit, ita econtra  
rio diuersis anxietatibus cōmunitib; terrorib; perurget quicunq; nititur rebus sub-  
latis se damnabiliter sustentare. Habet profecto intus accusatō & testē, qui nunq; dor-  
mitat, nunc eum quiescere sinit. Nūc rubore immittit, nūc metū, nunc laqueo, igne, fer-  
ro, nunc supplicij illum terret æternis. Sicq; fit iusto iudicio Dei, ut nec quietus, nec ua-  
leat in se esse securus. Nec ab re. Nam uirtutis fructus gaudiū, & uita, uictiorum aut̄ con-  
fusio atq; interitus. Sed & modicum cum honestate acquisitū, multæ iusto diuītiae sunt,  
opes uero immēsæ cōgregatae cum fraude & furto, peccatori egestas & poena. Modicū  
quidem est melius (inquit Propheta) iusto super diuītias peccatorum multas, utiq; cum Psal. 136  
iniquitate adeptas. Clamat quippe eorū scelerā ad Deum, uociferant uehementissime  
calamitates egenorū, quia raptoribus calumnias patiunt, & introeunt eorū uoces in au-  
res domini Sabaoth, qui oppressorū semper est consolator atq; defensor, opprimentū  
uerò ac aliena diripientū insecutor & redditor. In sequitur enim illos conscientiæ stimu-  
lis, supplicij metu, temptationū aculeo, infirmitatisq; flagello, ut se agnoscant, cōpungāt,  
couerat & puniat. Reddit aut̄, non cōuersis, & in sua iniquitate perseuerātibus,  
interdū quidem temporalē confusionē, in fine uero damnationē perpetuā. Cæterum li-  
tantorum criminū effectus est obnoxius coram Deo, dupliciti poena multandus, qui  
terrenā proximā sui substantiā furtive surripit, uel uolenter extorquet, quanti sceleris ar-  
bitrandus est reus, qualitie animaduersione in hoc seculo pariter & in futuro æquissime  
feriendus, qui diuinum furari præsumit honorē, & quod solius est Dei sibi p̄s nequiter  
uendicare conatur? Sane huiusmodi tenebrarum principem imitatur, qui testante Pro-  
pheta in corde suo ausus est dicere: In cælum ascendam, super astra cœli exaltabo soliū Esa. 14  
meum, sedebo in monte testamente in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem  
nubium, similis ero altissimo. Imitatur, inquam, illum, qui dominum Iesum Dei filium  
dum tentare auderet, universam mundi exhibuit gloriam, atq; ab eodem se adorari po-  
poscit dicens: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Vnde illico repercussus Math. 4  
audiuit: Vade retro Satana, scriptum est, Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Illius  
quippe temeritatē repulit sanctarum autoritate scripturarū, & quē adorare debeamus,  
cuiū nostræ seruitutis obsequiū impendere, illum reprimendo nos docuit. Non igitur,  
licet nobis in hac peregrinatione honorē appetere, non licet (inquit) gloriā temporalē  
ambire, quū scriptum sit: Regi aut̄ seculorum immortali, & invisibili soli Deo, honor & 1. Tim. 1  
gloria in secula seculorum, Amē. Nempe nescit Deum, & semetipsum prorsus ignorat,  
qui ante oculos hominū honorabilis apparere desiderat. Utq; si sciret Deum à quo om-  
nia, per quē omnia, & in quo omnia, qui uniuersa quæ sunt, fecit ex nihilo, cuius cuncta  
famulantur arbitrio, & quē angelorum, archangelorumq; innumerabilis colit exercitus  
ipsi soli deferri cōcupisceret, ipsumq; corde uenerādo, & ore laudando timeret. Deniq;  
si semetipsum agnosceret, profecto se humiliando deprimeret, neq; præ sui cordis cōfu-  
sione oculos ad cælū leuare præsumeret, quemadmodū publicanus ille euāgelicus, qui  
reatus sui cōpunctione perterritus, pectus suum percutiendo dicebat: Deus propitius  
esto mihi peccatori. Non enim potest non gemere, neq; honorem prætereuntem nō fu-  
gere, qui propriæ infirmitatis est conscius, propriæq; cōditionis est gnatus. Quomodo  
(quælo) ualeat se continere à gemitu, qui mentis oculos in semetipsum reflectens uidet  
se densissimis ignorantiae reuolutum in tenebris, diuersarum cupiditatū irretitum uin-  
culis, noxiarum cogitationū agitatum procellis, varijs temptationū perturbatum generi-  
bus, atq; innumerabilis delictorum uinculis astrictum. Qua, inquit, ratione humanæ lau-  
dis gaudebit attolli fauoribus quisquis conditionis suæ initium cōsiderare studet & fi-  
nem? Sane homo in peccatis natus de uilissimo conceptus est semine, productusq; in lu-  
cem in huius peregrinationis calamitatibus plorando se intuetur astrictum. In ipso si-  
quidem sui ortus primordio, sicut rationis, ita usu caret sensuumq; membrorum offi-  
cio, adeò ut alieno in omnibus indigeat suffragio gubernari. Nullum profecto in-  
ter quadrupedia, atque reptilia ad se tuendum illo minus est validum, & ad se nu-  
trierendum minus est aptum, atque ad se mouendum minus est forte. Si esurit, si sitit, si  
dolet

C dum tentare auderet, universam mundi exhibuit gloriam, atq; ab eodem se adorari po-  
poscit dicens: Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Vnde illico repercussus Math. 4  
audiuit: Vade retro Satana, scriptum est, Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Illius  
quippe temeritatē repulit sanctarum autoritate scripturarū, & quē adorare debeamus,  
cuiū nostræ seruitutis obsequiū impendere, illum reprimendo nos docuit. Non igitur,  
licet nobis in hac peregrinatione honorē appetere, non licet (inquit) gloriā temporalē  
ambire, quū scriptum sit: Regi aut̄ seculorum immortali, & invisibili soli Deo, honor & 1. Tim. 1  
gloria in secula seculorum, Amē. Nempe nescit Deum, & semetipsum prorsus ignorat,  
qui ante oculos hominū honorabilis apparere desiderat. Utq; si sciret Deum à quo om-  
nia, per quē omnia, & in quo omnia, qui uniuersa quæ sunt, fecit ex nihilo, cuius cuncta  
famulantur arbitrio, & quē angelorum, archangelorumq; innumerabilis colit exercitus  
ipsi soli deferri cōcupisceret, ipsumq; corde uenerādo, & ore laudando timeret. Deniq;  
si semetipsum agnosceret, profecto se humiliando deprimeret, neq; præ sui cordis cōfu-  
sione oculos ad cælū leuare præsumeret, quemadmodū publicanus ille euāgelicus, qui  
reatus sui cōpunctione perterritus, pectus suum percutiendo dicebat: Deus propitius  
esto mihi peccatori. Non enim potest non gemere, neq; honorem prætereuntem nō fu-  
gere, qui propriæ infirmitatis est conscius, propriæq; cōditionis est gnatus. Quomodo  
(quælo) ualeat se continere à gemitu, qui mentis oculos in semetipsum reflectens uidet  
se densissimis ignorantiae reuolutum in tenebris, diuersarum cupiditatū irretitum uin-  
culis, noxiarum cogitationū agitatum procellis, varijs temptationū perturbatum generi-  
bus, atq; innumerabilis delictorum uinculis astrictum. Qua, inquit, ratione humanæ lau-  
dis gaudebit attolli fauoribus quisquis conditionis suæ initium cōsiderare studet & fi-  
nem? Sane homo in peccatis natus de uilissimo conceptus est semine, productusq; in lu-  
cem in huius peregrinationis calamitatibus plorando se intuetur astrictum. In ipso si-  
quidem sui ortus primordio, sicut rationis, ita usu caret sensuumq; membrorum offi-  
cio, adeò ut alieno in omnibus indigeat suffragio gubernari. Nullum profecto in-  
ter quadrupedia, atque reptilia ad se tuendum illo minus est validum, & ad se nu-  
trierendum minus est aptum, atque ad se mouendum minus est forte. Si esurit, si sitit, si  
dolet

D

dolē, si patitur, si aliquo naturae solatio eget uagiendo lacrymas fundit. Nā necessitatē  
 suarū eiulatus, & fletus indices esse probantur, sicq; fit, ut pedetētim crescente eadē cor-  
 poris magnitudine pariter augeat & poena, multiplicetur ærūna, passiones crebrescat,  
 ingeminentur mala, incōmoda grauiora emergant, donec suprema ueniat dies, in qua  
 (uelit, nolit) debitum humanæ conditionis exoluat. In illa quippe die, quā uana omnis  
 corporis pulcritudo, quamq; fallax sit seculi huius prosperitas, absq; rationis ambigui-  
 tate percipitur. Nā repente corporis totius elegantia, faciei decor, flos iuuentutis, inco-  
 lumentatis bonum surripitur. Caligat quoq; uisus, auditus obturatur, odoratus deficit, a-  
 mittitur gustus, languet attactus, membrorūq; cæterorū debilitatē usus, atq; uno eodēq;  
 momento uniuersa corporis species tanquam arbor pulcerrima fructus, florūq; amoe-  
 nitate fœcunda præciditur, & efficitur, quod paulo ante mouebatur, diligebatur, ample-  
 xabatur, cadauer foetidissimum, uisui horribile, exercitationi immobile, plenum squalo-  
 re, pallore respersum, non reseruationi, sed etiam ab amicis & propinquis voluntarie se  
 pulturæ tradendum. Porro humani corporis conditionem, prosperitatem, & finem do-  
 minus insinuare uolens, inquit ad Prophetam, Clama, & dixit: Quid clamabo? Et domi-  
 nus iterum: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Exiccatum est  
 fœnum, quia sp̄ritus domini sufflauit in illud. Vere exiccatum est fœnum, & uere fœnū  
 est populus. Nempe quemadmodū exiccato fœno marcescit ipsius fœni pulcritudo flo-  
 rumq; redolentia: ita deficiente humano corpore, mundana illi deficit gloria, uestimen-  
 torum cultus, gemmarum pompa, diuitiarum iactantia, generosa soboles, popularis fa-  
 uor, dignitatum fastus, regni ambitio, imperandi autoritas, præsidentium eminentia,  
 atq; dominantium honor. Tunc quippe luce clarius patet, quām breue id fuit quod re-  
 pente transiit, quām contemptibile quod in puncto aruit, quām detestabile qd̄ mors ab-  
 stulit, quām instabile quod uelut umbra aufugit. Tūc, inquā, carnalitā amatorib. uolu-  
 ptatū, terrenarumq; cupidis facultatū, ac apparentiū honorum sectatoribus innata cla-  
 mat ratio, ut quandiu uiuunt, & operari licet, sapient seculi istius uitare fallacias, intelli-  
 gent quoq; qualiter Deo seruēdo spirituales ualeat prælibare delicias, atq; in sensu cor-  
 dis studeant, quæ præparata sunt impijs, æterna prouidere, & deuitare supplicia. Quām  
 obrem beati proculdubio illi censendi sunt, in quorum cordibus splendor gratia cæle-  
 stis effulgens fugat tenebras, & lumen Dei suiq; cognitionem infundit. Ii proculdubio  
 quandiu in hoc lumine, ueritatis aspiciunt lumen, nec uitæ huius irretiuntur blanditijs,  
 neq; cuiuscunq; dignitatis subuertitur illecebris. Hoc quippe lumine quamuis omnes  
 in regimine constitutos, præsertim tamen ecclesiasticae dignitatis uiros decet esse reple-  
 tos. Non enim cathedra pastoralis officium est honoris, sed oneris, non securitatis, sed  
 periculi, non quietis, sed laboris, non terreni cōmodi, sed spiritualis, non temporalis præ-  
 mij, sed æterni. Propterea quod humanæ laudis, quod uulgaris opinonis, quod transi-  
 toriae gloriæ, quod momentaneæ est consolationis ab ijs qui præsunt, forti contēnendū  
 est animo, atq; honoris Dei studio uiriliter insistēdum, priuato prorsus honore semoto.  
 Nam fures & latrones ex ministerio sibi iniuncto gloriam propriam ex eodem uendi-  
 care conantur. Verum maxime infidelitatis indicium est in hoc ærumnosæ peregrina-  
 tionis decursu de quotidianiis laboribus, spreta Dei gloria, laudes expectare humanas,  
 quum scriptum sit: Deus dissipabit omnia ossa eorum, qui hominibus placent, confusi  
 sunt, quoniam Deus spreuit eos. Nempe qui huiusmodi errore ducūtur, à fide alieni es-  
 se arbitrandi sunt, quemadmodum dominus Iesus Phariseis protestatus est: Quomodo  
 (inquit) potestis uos credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam quæ à solo  
 Deo est, non queritis? Non enim simul conuenire potest, ut quis honorem Dei, &  
 sui querat. Sibi hæc omnino aduersantur. Cæterum si totus honor Deo tribuitur, cu-  
 ius profecto est, quæ, oro, portio de eodem debetur homini? Attamen si forte aliiquid  
 agat, quod sit laude dignum, id prorsus non est suum, neq; ualet ex se, sed ex singulari-  
 dono ipsius, qui dedit illi, ut possit. Ipsum donorum largitorem audiamus dicentem: Si-  
 cū palmas non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite; sic nec uos, nisi in  
 me manseritis, quia sine me nihil potestis facere. Paulum quoque apostolum eadem  
 2. Cor. 3. confitentem intelligamus: Non possumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed  
 sufficientia nostra ex Deo est. Idemq;: Quid enim habes, quod non accepisti? & si acce-  
 pisti,

A pisti, quid gloriari, quasi non acceperis? Porro qui qd̄ habet accepit, illi utiq; debet ho-  
 norē exhibere & gloriam, à quo habet quod habet. Quamobrem non sine detimento  
 nostro, atq; diuini honoris præiudicio possumus quicq; tractare de nostro, quū nedum  
 laudabilia opera, si qua nobis sunt, uerum etiam nos non simus nostri, sed illius à quo fa-  
 cti sumus, per quem sustentamur, in quo uiuimus, de cuius bonitatis plenitudine gratis  
 perceperimus gratiam, qua operante, & cooperante perficere ualimus bonū, quod egi-  
 mus, cuius etiam lauacro mundati, preciosq; gratificati, atq; redempti, dicēte Apostolo:  
 Empti estis precio magno, glorificate et portate Deum in cordibus uestris. Glorificate,  
 ait, D eum, non uos. Quid uero mirum si Deum glorificare debemus, non nos, quū ipse  
 unigenitus Dei filius dominus noster Iesus Christus de seipso dicit: Ego nō querō glo-  
 riam meam, est qui querat & iudicet. Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est. Est  
 pater meus qui glorificat me, quem uos dicitis, quia Deus uester est. Et idem: Pater (in-  
 quīt) uenit hora, clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te. Clarifica me tu pater  
 apud temetipsum claritate, quam habui priusquam mundus esset apud te. Nusquam repe-  
 ries dominum Iesum glorificasse seipsum, sed semper gloriam referre patri, quamvis pa-  
 tris honor & gloria sit etiam filij, qui est coæternus, consubstancialis, & coæqualis ei, qui  
 initialiter genuit illum. Pudeat itaq; hominem, qui est terra & cūnīs, putredo & uermis,  
 se extollere, & in præsenti seculo gloriam querere, quum ille qui Deus est, in diebus car-  
 nis sua quandiu cum hominibus conuersatus est, omne humilitatis exemplum, uolun-  
 tariumq; honoris ac mundi contemptum in habitu, in sermone, in moribus, & in omni  
 sua conuersatione exhibuit, ut suis daret formam uirtutis, discerentq; ab illo nō appere-  
 re honoris altitudinem, quæ elatos deiçit in profusum abyssi, sed humilitatis uiam, que  
 utiq; in futuro humiles exaltat in cælis. Huius itaq; spiritualis disciplinæ eruditus magi-  
 sterio domini præcursor quum tācæ esset sanctitatis, ut Christus existimaretur à multis,  
 interrogatusq; utrum esset Helias, an propheta, noluit affirmare quod illi erat honoris  
 auctoritate, sed tantum: Ego, inquit, uox clamantis in deserto, parate uiam domini. Quid  
 C hac responsione humilius? & quid uerius? Testimonium uero domino perhibens, om-  
 nemq; illi honorem reddere uolēs, ait: Qui post me uenturus est, ipse est qui ante me fa-  
 cies est, cuius ego non sum dignus, ut soluam eius corrigiam calceamenti. Qui habet  
 sponsam sponsus est, amicus autem sponsi qui stat & audit eum, & gaudio gaudet pro-  
 pter uocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me  
 autem minui. Qui de terra est, de terra loquitur, qui de cælo uenit, super omnes est, & qd̄  
 ibid. uidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Uniuersa quippe hæc  
 ad gloriam & laudem Christi, suaq; humilitatis custodiam protulit. Paulus quoq; Apo-  
 stolus in cunctis suis prædicationibus & epistolis, Christi non propriam annunciat  
 gloriam. Vnde & dicebat: Non enim prædicamus nosmetipso, sed dominū Iesum, nos  
 autem seruos uestros propter ipsum. Hinc est quod tanta cum autoritate tanquam seruus  
 legitimus, ac fidelis paronymphus coram regibus, principibus, & populis non expaue-  
 scens vincula, carceres, uerbera, nomen domini prædicabat. Quamobrem non in hono-  
 ribus, non in hominum laudibus, non in uirtute miraculorum, non in secretorū cœlestiū  
 reuelatione, neq; in spiritualium abundantia charismatum, sed in infirmitatibus suis glo-  
 riabatur, quemadmodū ipse testatur dicens: Si gloriari oportet, nō expedit quidem. Li-  
 benter tamē gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi, propter  
 quod complaceo mihi in infirmitatibus meis, in contumelijs, in necessitatibus, in perse-  
 cutionibus, in angustijs pro Christo. Totus nanq; inhærebat Christo, totamq; uitam  
 suam Christo dedicauerat, propterea fiducialiter aiebat: Mihi uiuere Christus est, & mo-  
 Phil. 1. rilucrum: Quare absit mihi gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mi-  
 hi mundus crucifixus est, & ego mundo. Cæterum non solum Pauli, sed si omnium san-  
 ctorum gesta uel dicta percurras, neminem illorum inuenies priuatam quæsiſſe glo-  
 riam, aut popularia huius mundi præconia, sed tantum Dei honorem, illiusq; propagati-  
 onem laudis & gloriæ, atq; spiritualē salutem animarum. Huic tamen nequaquam ad-  
 uersatur sententia, si quidam sanctorum uisi sunt propriā zelasse famā. Id uero minime  
 propter se egerunt, sed prorsus pro gloria Christi, ut uidelicet in ipsis nō minuere glo-  
 ria Dei, quæ aliquantulum minorari uideſ in terris, quādo ijs qui ab hominibus lumen  
 esse

esse creduntur, & per iustitiae incedere semitas, ex operibus minus rectis, seu ex oborta infamiae macula ab illis, qui exteriora iudicant, tenebræ esse arbitrantur. Hinc est quod accuratissime sancti & amici Dei famam suam impollutam laudabiliter cōuersando cu stodire conantur, non (ut dictum est) pro seipsis, sed pro honore Dei, proximorumq; sa lute. Qui utiq; ædificant in bono, & promouentur ad bonum, considerantes commēda bilia acta eorum, atq; diuinam laudant bonitatem, quæ p̄stat homini unde ipsa laude tur. Nam et ueritas in Euangelio hoc insinuare uoluisset uidetur, quū dicit: Sic luceat lux uestra coram hominib; ut uideant opera uestra bona, et glorificent patrem uestrū qui in cælis est. Petrus quoq; inquit: Conuersationem uestram habentes bonā inter gentes, ut in eo quod detractant de uobis tanquam de malefactorib; ex bonis operib; uos cō siderantes glorificant Deum & patrem in die uisitationis. Claret igitur perspicue, quod omnes qui ambulant in ueritate, & Deo in cordis simplicitate famulantur, non propriā ex ijs quæ laudabiliter agunt, querunt gloriam, sed cōditoris sui, de cuius utiq; munere agnoscunt se irreprehensibiliter uiuere. Alioquin nec sancte neq; laudabiliter uiuere di cendi sunt, imò potius inique & damnabiliter, si operis sui mercedē in ore instituunt lau dantiū. Vnde Apostolus in se & de se detestans ait: Si adhuc hominibus placerē, Christi seruus non essem. Falluntur prorsus qui aliter sentiunt, tribuūtq; homini quod solius est Dei. Homo quippe boni instrumentū est operis, artifex aut̄ solus est Deus. Loqueba tur Apostolus Paulus sapientiā inter perfectos, sapientiā utiq; nō huius seculi, sed in my sterio absconditam, quam nemo principū huius mundi cognouit. Nunquid ipse Pror̄sus minime. Nam instrumentum erat. Artifex uero quis? Vera sempiternaq; Dei sapien tia dominus Iesus, sicut idem Apostolus fatetur: An experimentū, inquit, queritis eius, qui in me loquitur Christus. Locuti profecto sunt prophetæ, locuti sunt Apostoli, san ctic; doctores, operati etiam sunt sancti martyres & amici Dei mirabilia, & quæ huma nae uirtutis omnem transcendunt facultatē, sed in ipsis & per ipsos Christus, qui est Dei uirtus & Dei sapientia. Virtus, inquam, in operando, sapientia aut̄ in loquendo, ut vide licet ipse sit omnia in omnibus tanquam caput in corpore, & uita in homine, quatenus qui gloriatur, in domino gloriatur. Quamobrem si qua laus, si qua uirtus, si qua ueritas, si qua bonæ famæ opinio reperitur in homine, totum ascribendum est præsentia Christi, gratia, uirtuti, bonitati & sapientiæ eius, qui agit in homine, quicquid in ecclesia re dolet sanctitatis odorem. Quod Paulus intelligens ait: Christi bonus odor sumus Deo, in omni loco. Non autem pariformiter: nam alijs odor uitæ ad uitam, alijs odor mortis ad mortem. Vitæ, inquam, ijs quæ ædificantur, glorificant Deum, & salui fiunt. Mortis uero ijs qui pereunt, qui scandalizantur, detrahunt, uirtutumq; opera interpretantur non recte, & unde debuerant reformari ad bonum, inde deteriores fiunt. Vide, quæso, odo rem fragrantissimum factum utiq; Iudæis, alijs odorem uitæ ad uitam, alijs odorem mortis ad mortem, dominum dico nostrum Iesum Christum. Miracula faciebat, loquebatur caelestia, & tamen alijs dicebant quia bonus est, alijs uero non, sed seducit turbas. Nec mirum si hoc Iudæis contigit, qui carnales erant, & secundum carnē de Christo sapiebant, quando etiam discipulis id legitur accidisse. Quum enim ipse dominus corpus suum in cibum ad manducandum, & sanguinem suum in potum ad bibendum sub specie panis & uini se daturum polliceretur, multaq; de ipso sacramento altaris loqueretur, quæ spiritualiter intelligenda erant, nonnulli eorum qui audiebant, & secundum carnem sapiē tes non credebant, scandalizabantur, sicut scriptum est: Ex hoc (inquit Euagelista) mul ti discipulorum abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Odor nāq; bonus istis non creditibus factus odor mortis ad mortem, creditibus autem hic odor fuit odor uitæ ad uitam. Vnde discedentibus incredulis, quum ad duodecim dixisset dominus, an & ipsi uellent abire, referti hoc suauissimo odore uitæ, ad uitam responderunt: Domine ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ habes, & nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei. Nam quemadmodum de singularissimo odore, sacratissimoq; ref ecutionis alimento perierunt infideles, ita qui ueris promissionibus æternæ sapientiæ cor dis assensum fide præbuerunt, illius odore recreati, pio affectu, uitam in se percipere me ruerunt aeternam. Verum quum nemo sit tam sanctæ conuersationis, tamq; irrepren sensibilis uitæ, ut non etiam de ipsis bonis operibus scandalum patiatur, superest ut quisq;

A & petissimum prælati, quorū cōuersatio delata ad publicū tanq; lucerna super candela brū ecclesiæ cōstituta, omnib; debet in exēplum lucere uirtutis, studēant omni qua ualēt industria, morū grauitate nitescere, quatenus p̄ bonis eorū actib; Deus laudetur in illis, & dominicæ uies quotidiae ædificantur, in meliusq; proficiant, atq; in ipsis uelutī in speculo agnoscant quid agere, quidue illas sperare oporteat.

Quod preteritorum laudabilia gesta uirorum, plurimum proficere cupientes ad uirtutum prouocent studium.

Cap. XIII.

**Q** Vantum excitent ad uirtutū studia, uirtutum exempla eos qui Deo placere uolunt, atq; uirtutibus ornari peroptant, quisq; sapiens sufficienter intelligit Erigitur nāq; humana fragilitas, & opportune corroboratur in opere exemplis maiorum, atq; quotidie animatur ad melius præteriorum patrum remembrance uirtutis. Hinc factum est diuinæ dispensatione clementia, atq; humanæ exercitatione prudentia, ut tam solerter, tāq; copiose probatissimorū tradita sint memorias gesta uirorum, adeò ut in quolibet uirtutis genere laudabilia reperiatur exempla quām plurima, quibus ad eadem imitandum plurimum exhortentur, qui audiunt. Taceo inter rim de ijs qui extra ecclesiæ gremium fuerunt, & de illis etiam qui unius summi & ueritatis fide recta caruerunt, quorum eximiorū operū præconia ab eruditissimis, famosissq; uiris penè innumerabilia miro eloquentia, & narrationis ordine exarata sunt per libro rū uolumina. Quis (oro) potest calamo uel lingua exprimere fidei lumē, longanimitatē spei, ardorem caritatis, cordis innocentia, iustitiae zelum, hospitalitatis studium, amore fraternitatis, pudicitia constantia, tolerantiam laborum, animi mititatem, dilectionem inimicorum, patientiæ robur, humilitatis exēpla, loquendi autoritatē, integratatem morū, uitæq; perfectionem iustorum, qui Deo tota mētis intētione placere studuerūt? Discurre & perlege sacrarum paginas scripturarū, & intelliges exigua & indigna eorū laudib; esse quæ dicuntur, & sanctis illorum operib; multum imparia. Sunt namq; uenerab; imitandæq; ipsorū uirtutes in literis annotata, tanq; luminaria in opaca noctis caligine uia toribus exposita, qua sine offensione pergere, & ad quem suæ peregrinationis finē intētationē suā sistere debeat. Quis uero per ignota itinera nocturno tempore, ferisq; ad prædā capiēdū discurrentibus, ualeat absq; luce, & comite perambulare securus? Quotquot enim nati sunt, aut quotidiē nascunt in hac regione mortalium, ingrediuntur ut adueniat prorsus ignari uiarū, & rationis inexpertes, quorum uidelicet initium uitæ principiū est peregrinationis & mortis. Nā tot passib; quisq; tendit ad mortē, quot dieb; & horis ugetatur ad uitā, à qua profecto lege nullus cuiuscunq; sit dignitatis, atq; conditionis excipitur. Pariter omnes crescendo decrescunt, & cōmorantes in tenebris proficiendo deficiunt. Quid (quæso) est præsens hæc uita, nisi tenebrarum locus & mortis? Sic nāq; scriptum legimus: Illuminare ijs qui in tenebris & umbra mortis sedēt, ad dirigidos pedes nostros in uiam pacis. Beatus hic senex grādæus & sanctus his paucis multa complectitur. Illuminari quippe fraternalē perditionis compassione permotus postulat per colestis aspirationis gratiam eos, qui in huius peregrinationis degunt tenebris, atq; mortis spiritualis perambulant tenebras, ut prævia sapientiæ luce, sublatoq; obice originallis delicti in uiam pacis gressus dirigere queat. Prudentissime satis uitam istam nō tenebrosum, sed (quod deterius est) tenebras appellavit. Nō utiq; priuatione uisibilis lucis, sed intelligibilis ueritatis. Ex quotidiano quippe uisibilis solis ortu, & decursi ipsius ad occasum adeò illuminosa esse probatur, ut alio nequaquam indigeat lumine. Cæterum ex inordinatis hominum moribus prorsus conuincitur ueritatis luce carere. Da (obsecro) hominem nō interno irradiatum ueritatis splendore, & perspicue intelliges ipsum esse ignoratiæ summæ densitate repletū. Videbis (inquam) illum gaudere, quū prospere eidem in delictorum perpetratione succedit, quum proximū suum callida suggestio ne supplantat, quum abūdat diuitijs, attollitur honoribus, uoluptatibus fruitur, populis fauorib; demulcetur. Maximū quippe hoc spiritualis est indicium cætitatis, quādo quis temporalibus prosperitatibus lætus, immemor efficitur futurorum. Discute singulorum opera huius seculi obiecta sectantium, & proculdubio intelliges ipsos errare ut cæcos, captiuos duci ut seruos, de propria perditione nil formidare ut fatuos, atq; de futura uita nihil cogitare ut mortuos. At uero si qui sint (quamvis pauci compa FF ratione Laur. Iustin.

ratione cæterorū (qui per viam rectā incedant, nemini nocere studeant, perhorrescant  
scelerā, & quanimitate aduersa perferant, mundi blandimenta despiciant, uisibilia cuncta  
contemnāt, ignitoq̄ cordis affectu præmia æterna cōcupiscant. Non hoc utiq; ab ipsiis  
Eph. 5 quasi ex ipsiis, sed ex infuso in ipsos agitur lumine, quo uidelicet disponente, dirigēte, &  
perficiente de tenebris transferunt ad lucē, luxq; sunt in domino, dñe Apostolo: Ful  
itis aliquando tenebra, nunc aut lux in domino, ut filij lucis ambulate. Fructus autē lu  
cis est in omni bonitate, & iusticia, & ueritate. Patet igitur quod quemadmodū uita p̄  
sens sine lumine solis uisibilis nox est: ita deficiente in cordibus hominū luce ueritatis,  
ipsa eorū uita illis tenebre, & mortis umbra dicenda est, in qua profecto quamdu absc̄  
hac luce sunt, tenebrae sunt, & tenebrarū filij, propterea nihil meritorū, nihil Deo pos  
sunt facere gratum. Quamobrē clementissima Dei maiestas, quæ ex sua insita bonitate  
neminem uult perire, quin potius cupit (quantū in ipsa est) omnes ad agnitionē, & lu  
cem peruenire ueritatis, quamvis ab initio creaturæ rationalis ipsam spiritualem cōmu  
nicauerat lucem, per amplius tamen in temporis plenitudine, dum mediū silentiū tene  
rent omnia, & nox, id est obscura ignorantia diuinæ miserationis, atq; p̄clarissimæ ue  
ritatis totū occuparet orbem, omnibusq; repleret iniquitatibus, ipsam lucem uerbū &  
sapientiā suam de regalibus sedibus, & throno gloriae suæ misit in terras, ut sua uniu  
eras tenebras de cordibus electorū fugaret p̄senta, non quidem manifestandā sicuti  
est ob nīmū suæ diuinitatis fulgorē, suæq; incōprehensibilis eminentiā claritatis, sed hu  
manitate obiectā atq; uelatam, ut magis à mortalibus capabilis fieret. Tanta siquidem  
ex ipso mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu lux miraculorum cælestium,  
disciplinæ uirtutū, spiritualis magisterij, grauitatis morū, doctrinæq; singularis emicuit,  
ut merito completū esse uideretur, quod longe ante ore prophetico fuerat dictū: Gen  
tium populus qui habitabat in tenebris, uideat lucem magnā. Sedentibus in regione um  
brae mortis, lux orta est eis. Magna profecto lux ipsa incarnata sapientia dicta est, quæ  
diuinitatis suæ splendoribus opacam cognitionis Dei, legaliumq; iudiciorū repulit no  
stem, quæ totum caligine sua tenebrosum fecerat orbem. Magna (inquā) ipsa lux, quæ  
profecto (quantū in ipsa est) illuminat omnē hominem ueniente in hunc mundū. Nam  
quotquot lucē mundo dederunt, siue per doctrinæ rudimenta, seu per conuersationis  
sanctimoniam, aut ex miraculorū exhibitione, ab ipsa incōmutabili ueritate perceperunt  
Bar. 3 lumen, & ad ipsius gloriā illuxerunt, sicut scriptū est: Stellæ (inquit Propheta) dederunt  
lumen in custodijs suis, & latitare sunt, vocatae sunt, & dixerunt, adsumus, & luxerunt ei  
cum iucunditate qui fecit eas. Repleuit itaq; ipsa æterna sapientia ueritatis suæ splendo  
ribus spirituale firmamentū ecclesiæ intellectualibus stellis, atq; rutilantibus, quatenus  
sanctitatis radios effundant de se in cordibus carnaliū delictorum tenebris inuolutis, &  
illis ueritatis uiam, ac iustitiae semitas exemplis suis, salutaribusq; exhortationibus ins  
tinent, quibus mediantibus ad uitam perueniant sempiternā, atq; ad lucem inaccessibi  
lem ueritatis. Ordinatissima quippe hoc factū est lege caritatis, ut qui ipsam diuinæ sa  
pientiæ lucem, sicuti est, nec pro infirmitate carnis, neq; pro libito uoluntatis intuetua  
lent, saltem stellarum spiritualium luce comitante per obscuram noctem p̄sens ul  
tae gradientes, & inimicorum inuisibilium insidias, & intellectualium latebras bestiarum  
euadere, atq; agnoscere queant, necnon in ipsis tanquam in clarissimis speculis pro  
prias possint infirmitates inspicere, errata corrigere, bonaq; inchoata persicere. Nam  
quemadmodū ipsa ueritas & sapientia (sicut legitur de illa) candor est lucis æternæ, &  
speculum sine macula, splendor diuinæ bonitatis, & imago claritatis illius: ita sancti &  
amici Dei per uinculum amoris sincerissimæ caritatis, per ipsam & in ipsa effecti sunt  
lux, atq; eandem operibus imitando, speculū quoddā perfectionis eius apparent. Verū  
ex grauitate morū, eloquiorū sapientia, sensuq; puritate quidā gratiæ supercælestis, ac  
infusi luminis, insitæq; bonitatis in eis splendor estulget, & quadā spiritualis imago futu  
ra uite, & felicitatis æternæ, quæ ex interioris hominis reformatione procedit, de qua ui  
2. Cor. 3 delicet spirituali reformatiōe lucis, & gratiæ inq; Apostolus: Nos aut̄ reuelata facie glo  
riam Dei speculantes trāsformamur de claritate in claritatē, tanq; à dñi spiritu. Optimè  
igīt in morib; eluet sanctorū gratia, doctrina & diuinitas Christi Dei & dñi nostri, eo  
perspicacius, quod perfectius degunt. Ideoq; cōgrue satis in ipsis ueluti in nobilioribus  
membris

A membris mystici corporis domini, & lucidioribus stellis ecclesiæ debemus uitæ nostræ  
exemplū capere, utpote qui Deo famulatur interius, nobis uero fulget exterius. Illorū  
siquidē uirtutes & opera ad utilitatē scripta sunt posterorū, atq; rationabiliter memorie  
cōmendata, quatenus testimonio ipso Christianæ religionis clarescar ueritas, atq; eorū  
dē exemplo nutrita incipiētiu teneritudo, & roboref soliditas p̄fectorū. Ex hoc itaq;  
factū est cōstis fidelibus singulare docimētū, ut quisq; inueniat spirituale pabulū, quo  
vegetet & crescat. Nēpe si quis uirtutū desiderio flagrās cupit esse p̄fectus, apostolorū  
apostolicisq; uirorū gesta cōsideret, eorū fidei cōstātiā, cōceptū leculi, caritatis zelū,  
salutis animarū cōmēdabilē affectū, p̄dicationis autoritatē, orationis instantiā, amo  
rēq; martyrij: & inde hauriet unde accendatur, atq; proficiat. Verū si quis corporis ini  
nitate attritus, uel tentationū aut tribulationū doloribus fatigatus, nec impatientia fra  
ctus, neq; animi pusillanimitate depressus est, & ex hoc magnum se corā Deo esse arbit  
ratut, perlegat tolerantia, & acerbissimas glorioforum martyrū passiones, & omni  
no propriam deponet æstimationem, fieri corde humilior, atq; ad quanimitate aduer  
sa sustinendum magis magisq; constans. Deniq; si cui placet mentis puritate, integrati  
te corporis, pudicitięq; candore nitescere, cogitatione inspiciat sacrarum virginum ita  
cudos exercitus, ex ipsisq; maximam agnoscer exitiſe numerositatem, quæ ignē, fer  
rum, bestias, vincula, pertulerunt & carceres, ne uirginalem quam Christo domino con  
secraverat, amitterent puritatē. Harum siquidē mirabilibus exemplis, honorabilibusq;  
triumphis excitabitur uehementer ad amorem continentiæ, castimoniæq; pudorē. Po  
stremo si quem delectat motibus laudabilibus esse ornatum, atq; uirtutum exercitatiōe  
insignem, sanctorum p̄folum intueatur in speculo. In ipso plane agnoscet, quō dehe  
de seruire Deo, qualiter cum hominibus cōuersari, qua mēsura corpus atteneret ieūm̄s,  
macerare uigilijs, quibusq; studijs propriam componere uitam. Evidēt in illis toti  
us eluēt forma uirtutis, caritatis flammæ, puritatis decor, humilitatis norma, despectus  
diuinarum, paupertatis amor, spei gaudium, fidei lumen, & quædam p̄cipua sancti  
tis imago. Nihil prorsus in eorum cōversatione reperies incōpositum, nihil reprehē  
sibile, nihilq; inordinatum. Verba quippe ipsorum plena sunt sapientia, summeq; disce  
ptionis fate cōditā. Corporales quoq; eorum sensus prudentissima sanctæ grauitatis astrī  
eti tenebantur custodia, ne per illos ad animam spiritualis introire posset interitus. Lu  
gebant insuper tanquam ueri pastores, sicut propria: ita populorum facinora. Exhorta  
bantur pigros ad pugnā, & desidiosos ad uirtutum studia prouocabant. Colligebant ua  
gos, nudos uestiebant, alebant pauperes, & necessitatibus egenorū de ecclesiæ faculta  
tibus ueluti Christi dispensatores strenui fideliter ministrabat. Sacris p̄æterea instabat  
lectis, in orationibus crēbro petno ctabant, & salutis animarum flagrantissime in  
euimbebāt, studētes Christo reddere quod diabolus fraudulēter abstulerat. Porro hono  
ris Dei supra modū erat cupidī, diuinis in laudibus iugiter occupati, pastoralis cura mi  
nisterio intenti, suarūq; spiritualiū passionū accuratissimi medici. Quotidie ac cōtinue  
exercabantur, & ex se erubebantur, qualiter alios instruere oporteret. Nā ijs quis p̄re  
funt, singulare documentum regimini est seipso diligenter agnoscere, cōtra le intro  
fus utiliter dimicare, motus animi inordinatos cōponere, & prius uelle facere, quā malis  
os docere. Hoc profecto in illis erat p̄cipuum, de quibus loquimur p̄tificibus sanctis,  
non minus uidelicet instruere uita quā uerbis, neq; segnius sibi ipsiis quā ceteris uir  
tutum legē imponere. Alioquin quoniammodo Deo placere potuissent, si suum eorū  
neglecta, alijs iugū sanctæ cōversationis conati fuissent inferre, quod ipsi prorsus porta  
re recusarent: illorū quippe sanctitas, nō in opinionē erat hominū, nec in suata persua  
sione sermonū, neq; in simulata ostentatione operū, sed intus coram Deo subſtēbat in  
perfectione uirtutū. Quamobrē tanquam uascula plena spiritualium gratiarū, fragrantib;  
animarumq; referta odore uitatum, foris spargebant quod cōmendationis, quod ædifi  
cationis, quod reuerentia, quod sanctitatis, quod meriti. Vnde nihil in eis perspic̄i pos  
terat sicutum, nihil fraudulētem, nihil odib;e, nihilq; redargitione dignum. In ipsorum  
clarissimo sanctimonia ac p̄fessionis speculo p̄fensis deformitas elu  
cēta. In hoc utiq; definita prorsus certitudinē esse tota uita sanctorum, & solūmodo ope  
rem illorum excellentia referari in scriptis, quod (prohōs) non est sine moerore &  
Laur. Iustin. FF 2 lacrymis

lachrymis cogitandum atq; dicendum. Quis (oro) fidele cor gerens ualeat se continere. B  
 à gemitu, quum intelligit inde erumpere impietatis tenebras, unde iustitiae lumen fulge  
 re debuerat, atq; illos per latitudinem secularium uoluptatum passim effluere, quos er  
 rantes oportuerat exemplo suo reuocare ad gratiam, suisq; admonitionibus erudire, ut  
 per uiam incederent arctam, quæ ducit ad uitam. Quod utiq; malum longe ante futurum  
 esse prospiciens Propheta deplorat dicens: Quomodo obscuratum est aurum, immuta  
 tus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum: Me  
 xito quidem non solum hic Propheta, qui in persona gemit ecclesiæ, uerum etiam fide  
 les quicq; qui mystici corporis Christi sunt membra, trahere debent ex intimo corde alta  
 suspicio, quando illos à quibus congruit exemplum bene uiuendi, ne cnon salutis percip  
 pere monita, intuentur per abrupta uitiorum palam vagari, & secularium principum  
 ornamenta superflua absq; ullo honestatis rubore, seu conscientiae se stari aculeo. Plane  
 ex hoc emergit grande detrimentum ecclesiæ Dei, dignecq; lugendū. Efficiuntur namq;  
 contempnibiles, atq; inglorijs, qui summa cum ueneratione debuerant à plebis hono  
 rari tanquam discipuli Christi, duces populi, mundi intercessores, præcones ueritatis,  
 pastores dominici gregis, & fidei catholicæ testes. Hinc in cordibus aspicientium ori  
 tur contemptus clauis ecclesiæ, futuræ incredulitas uitæ, inobedientia ecclesiastica  
 rum sanctionum, & sacrarum uilipenso scripturarum. Hinc pontificalis deridetur auto  
 ritas, capitis & membrorum scinditur unitas, populorumq; augmentur scelera, dum arbi  
 trantur sibi cuncta licere, quæ à superioribus suis spiritualibus agi cognoscunt, & super  
 hæc omnia illorum uitam diffamare non desinunt. Itane (inquiunt mutuo) sunt isti no  
 strarum pastores & patres animarum, quorum institutionibus & exemplis nostram de  
 beamus uitam corriger, quorumq; actus imitari? Talis ne suit doctrina Christi, cuius  
 uicem hi gerunt in terris, talisue sanctorum patrum conuersatio, quorum isti super ca  
 chedram sedent, illi profecto eorum attestantibus operibus ad nostri eruditionem lite  
 ris commendatis paupertatis amatores fuerunt: isti diuinarum. Illi facultates suas im  
 pertiebantur egenis, orphanis & uidiis: isti adulatoribus, attinentibus, & famulis. Illi G  
 corpus suum attriuerunt ieunis, uigilijs, & laboribus: isti uero illud nutririunt somno, co  
 messationibus, & quiete. Illi contemptores extiterunt honorum ac dignitatum: isti au  
 tem appetitores, sedulq; inquisidores. Illi humilitatem prætendebant in habitu, gestis,  
 & moribus: at uero isti elationem in uestibus, comitatu, ostendunt & pompis. Illi lecta  
 bant uestigia Christi: isti autem seculi. Illi cœlestia bona desiderabant: isti uero toto  
 (ut cernitur) corde inharent uisibilibus, & terrenis. Nempe hæc & huiusmodi oblocu  
 tiones, detractiones, & confabulationes (& utinam mendaciter) quotidie audiuntur in  
 plateis, ac populorum circulis, quæ prorsus in maximum redundant opprobrium cle  
 ricalis honestatis, & singulare dedecus Christianæ religionis, necnon & flebile detri  
 mentum animarum. Evidem quum hoc notissimum sit, quod prælati, & uiris ecclesiæ  
 sticis prærogata sit à Deo potestas ligandi atq; soluendi, ministeriūq; populos instruen  
 di & corrigendi, sacramenta sancta conficiendi ac ministrandi, liquet profecto quod il  
 lis subtrahita reuerentia, & opinione bonitatis omne etiam eorum nihil pendit cur  
 ræ exercitium, quamvis non in qualitate, & uita ministrantis & cfferentis, sed in uo  
 luntate ac diuinitate domini nostri Iesu Christi sacramenta instituētis, & perficientis  
 uniuersa ecclesiastica subsistat autoritas. Quamobrem solerter præfules animarumq; pa  
 stores studeant non minus pro alijs, quam pro seipsis pastorale officium. Dei offen  
 sa & scandalo proximorum explere, seq; tanquam Christi exhibere ministros, quemad  
 modum Apostolus hortatur dicens: Adiuuantes hortamur, ne in vacuum gratiam Dei  
 accipiatis. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Nemini dantes ullam  
 offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nos  
 metipso sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in  
 angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in uigilijs, in ieunijs, in  
 castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in caritate non facta,  
 in uerbo ueritatis, in uirtute Dei. His paucis exposuit Apostolus qualis esse debeat mi  
 nister Christi, & ministeriorum Dei dispensator fidelis. Ipse quoq; dominus Iesus prala  
 tos, & eos qui regimini præsunt animarum instruens ad recte uiuendum, ait: Vos estis  
 sal ter-

Tren. 4.

2. Cor. 6

Math. 5

sal terræ, quod si sal euauerit, in quo salietur? Ad nihil ualeat ultra, nisi ut mittatur  
 foras, & conculcerit ab hominibus. Iustissime quippe infatuatum sal, illi uidelicet per  
 quos informandi & condiendi sunt cæteri, si incontinenter & contra legem Dei uiuen  
 tes euauerint, & à perfectione suæ uocationis & ordinis deuiauerint, prorsus ad nihil ualeat ultra, nisi ut per irreuerentiam & contemptum de subditorum ejciatur cordibus  
 atq; per detractiones ab hominibus conculcentur. Ex qua profecto electione & cœcul  
 ratione parvum Deo grati, & hominibus efficiuntur accepti. Superest igitur, ut quisquis pa  
 storialis officij sortitus est dignitatem, præcipue pro honore Dei, cui debet sanctitatis et  
 obedientiae perpetuum exhibere famulatum: deinde ob decorum & sublimitatem rega  
 lis sacerdotij, cui competit sapientia & bonitatis habere amictum: præterea ob pfectum ecclesiæ, & maxime eorum, quorum specialis eidem cōmissa est cura: postremoq;  
 propter salutem propriam, ad quam consequendam sicut habet gradum: ita oportet ill  
 lum laudabilis conuersatione fulgere, totis uiribus, summaq; cum uigilantia elaboret cō  
 ram Deo mundare cor, & interioris hominis omnia reformare deiformia, atq; in eccl  
 esiae facie illis honeste rebus utendo, quæ statu suo opportuna esse intellexerit, resecare  
 superflua. Studeat præterea grauitatem custodire in agilibus, in uerbis, & moribus: ita  
 ut in eo nihil adpareat inordinatum, aut puerile, sed prorsus quædam sit uirtutum ima  
 go sanctitatis, atq; maturitatis speculum, in quo uidelicet quicunque aspexerit, agnoscat  
 unde ædificetur ad bonum: ipseq; laudetur in illo, qui uniuersa quæ laude sunt digna, lar  
 gitur. Ita tamen cuncta quæ memorata sunt, peragat, ut corde semper sit humilis, & quæ  
 expediens fuerit, ad subiectorum profectum sit autoritate sublimis, quatenus dilectione ac ueneratione appareat dignus.

Quod ex collectatione carnis & spiritus uita hominis super terram cognosci  
 tur esse militia. Cap. XIII.



Visquis recte intelligit, uerissima definitio satetur uerum esse, quod sacra  
 testantur eloquia, militiam uidelicet esse uitam hominis superterram: Nā  
 hoc uel quantum attinet ad disceptationes & iurgia, quæ quotidianè inter se  
 pro temporalibus rebus aut uarijs opinionibus gerunt homines, uel quan  
 tum spectat ad humanæ decursum uitæ, quæ continue labitur, & per singu  
 la horarum momenta nullo præpediente obstaculo more labentis aquæ suum decurrunt  
 ad finem, facillime probari ualeat. Sed est cōtradictio alia, & quædam spiritualis pugna,  
 quæ cōmunis est omnibus, & à qua nullus est liber masculus uel foemina, peccator uel  
 iustus. Hæc nāq; quāuis excitetur à carne, & uegetetur per carnem, atq; agatur in carne, sen  
 titur etiā in corde, & in corde cognoscit, maxime ab ijs qui cōuertuntur ad cor, ut illud  
 custodiāt, mūdet & colat. Tales qppē sententiā ipsam esse uerā assuerat, edocit tā expe  
 riētia quotidiana & in corpore pprio, q; etiā apostolica eruditio, que ait: Spiritus cōcu  
 piscit aduersus carnem, & caro aduersus sp̄itū, ut nō quæcūq; uultis illa faciatis. Ista pro  
 fecto licet uniuersalis sit lex, nō tñ pariformiter oēs tenet astrictos, sed diuersimode, se  
 cūdū cuiuscq; mēsurā uirtutis & gratiæ. Sunt em qui p̄stituunt se uoluptatibus carnis &  
 uentris, & tāquā iumēta irrationabilia reieciō Christi iugo, postpositoq; Dei timore, car  
 nis desideria perficiūt in cōcupiscētis suis. Hi nimisq; quāquā ad tēpus latari uideantur  
 & corporaliter uiuere, coram tñ Deo & in sp̄itu mortui sunt, sicut Apostolus de uida 1. Tim.  
 uoluptuosa restat dicens: Vidua (inquit) in delicijs uiuēs, mortua est. Tāquā enim mēbris  
 putridū, & à Christi corpore p̄cūlū huiusmodi cēsendi sunt. Sunt & alij ab his diffi  
 milis, q; carnis quidē cōcupiscētias sentiūt: sed operibus minime cōsentīunt. Tales quip  
 pe certant, ne succumbant, & ueluti minus perfecti interdum superantur, quandoq; uer  
 o uincunt. Tādiu aut̄ isti gratia Dei secum cooperante corpus ieunis, & uigilijs affli  
 gentes, in hoc spirituali stadio perseverant, donec assuecant certamini, & sp̄itus præ  
 ualeat operibus carnis, & uirtus uictio dominetur. Proficientes utiq; uocāti sunt isti, qui  
 cū sudore luctantur, ne opera carnis peragant, ac ne actu perficiant, quod caro male fa  
 na & rationis ignara faciendum esse blanditur. Sunt uero aliqui, quamvis non multi nū  
 mero, comparatione cæterorum, in omni uirtute probati, atq; perfecti, qui pro consue  
 tudine exercitatos habent corporis & animæ sensus. Hi quidem pugnam sentiunt, sed  
 impugnatori nequaquam etiam in partis uoluntatis assensum præbent, tum quia & spi  
 Laur. Iustin.

FF 3

Ritus sancti inhabitante gratia sunt edocti, tū quia caritatis sunt uehementissima flama: succensi: quæ profecto illos roboret in certamine, ad profectū uirtutis impellit, mente trahit ad Christū, & meritorū coronat triumphis. Huiusmodi tametsi studeant carnē redigere sub potestatem spiritus, perfectam tamen de ipsa nequeunt reportare uictoriā quādiu in hoc corruptibili degunt corpore, quoniam eorū spiritus semper stimulis carnalibus perurgetur. Vnde Apostolus de se loquens ait: Vīdeo alia legē in mēbris meis resistētē legi mētis meæ, & captiuū ducentē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Nam etsi spiritualis homo & sanctus mente & spiritu seruat legi Dei, carne tamē cogit uelit nolit legi subesse peccati. Quod utiq; illi nō ad scribitur ad casum seu pœnā, sed potius ad meritū & coronā; atq; uirtutū custodiā, quæ prævia humilitate perficitur. Hinc est quod sancti uiri in spiritu ambulātes, omniaq; sua interiora dijudicantes, in cōtinuo cōflictu sunt carnis & spiritus. Nā caro semper ad ima proclivis, & proprias anxias explere uoluptates, sola quæ carnis sunt, suggerit, concupiscit, & querit. Spiritus uero naturali suo instinctu cælestia & æterna appetens, Deoq; placere desiderans, carnales sub rationis imperio cohabet passiones, & tantum quæ sunt uirtutis, honestatis, & meriti abscq; ullā la tergiuersatione sectatur. Vnde & Apostolus dicebat: Qui aut sunt Christi, carnē suā crucifixerunt cum uitijs & concupiscentijs. Hæc plane militia, et spiritualis de qua loqui matur, pugna, quæ in conspectu ueri et æterni iudicis cordis secreta cernentis geritur, filii os Dei à tenebrarum filijs cognoscibiles facit. Nam qui tenebrarum sunt filij, carnis pro culdubio opera perpetrant, quæ perhibente Apostolo sunt fornicatio, immunditia, im pudicitia, luxuria, idolorum seruitus, quæficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, comedationes, ebrietates, et his similia. Qui uero Dei sunt filij, apprehendere satagunt fructus spiritus, qui sunt caritas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, cōtinētia, castitas. Nempe Dei filij tanquam strenui bellatores quadam spirituali uigore præcincti, super mentis suæ uigilantes custodia, omnes animi sui inordinatos motus, singulæ suggestiones immisſas in eorum corda per angelos malos, uniuersasq; illecebras carnales impellentes ad facinus, in ipsorum initio quum se mētis repræsentant in speculo, reprimendo compescunt, iuxta prophetæ admonitionem, quæ dicit: Beatus qui tenet, et allidet paruulos suos ad petram. Idemq; mystice inquit: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniuritatem. In hoc quippe spirituali certamine tanto quisq; solicitior, tanto robustior, tantoq; feruentior est, quanto Christi caritate ardentior, et in sui cognitione existit exercitior. Perfectorum siquidem est actualis ista congressio, quæ singulis fere momentis promouetur interius, potissime quum non desint tentationum causæ exterius. Hinc plane prælatorū status quam sublimis, quanteq; sit perfectionis agnoscitur. In medio nāq; fragorum est populi, in clamoribus litium secularium, in perturbationibus negotiorum temporalium. In quibus utiq; comitante Dei timore, erectaq; ad celum mente, ac cor dis apertis luminibus, et collocata in profundo humilitatis cogitatione, prudentissime semper incedendum est ad euitandum casus, atque criminum occasiones, quæ annexæ sunt illis, et precipitare consueuerunt incautos. Beata prorsus uera humilitas, quæ in suis fugiter cognitione uersatur. Hec profecto si effatur laudibus, si prestat honoribus, si dignitatibus sublimetur, nunquam à propriæ infirmitatis cōsideratione reflectitur. Hec inquam, humilitas sancta est religionis stabilimentum, condimentum orationis, fomentum caritatis, salutis medium, compunctionis incentium, ornamentum prælationis, et totius forma uirtutis. Tolle ab eo qui presidet, humilitatem, et domus illius fundamen tum reperies in arena locatum, quod utiq; aquarum inundatione, aut ueterum insufflatione quassatur. Totam quippe ministerij sui intentionem in hominum opinione cōstituit, maximumq; se pari arbitratur detrimentum, si in aliquo (etiam iniuste) ipsius fama ledatur, nequaquam intelligēs quod parū prodest ab hominū ore laudari, et diuino damnari iudicio. Hinc est quod humilis prælatus, quāuis regiminis autoritatem exhibeat exteriorius: interiorius tamē ante se iniuritates suas et errata cōstituit, quatenus earum cōsideratione uiriliter repercutiat omne quod est altum, quod blandum, quod obliquum, quod carnale, quod fœtidū. Nēpe in mentis sue cathedra sedet ut iudex, et nūc cōsciētis propriæ

A propria testimonium querit, nunc operum suorum imperfectiones diudicat, interdū delictorum suorum arcana rimatur, non nunquā uero aduersum se sententiā proferendo se deprimit, ut uidelicet humilitate teneat, quæ est interpellatrix gratiarū, uirtutū cū stos, & preciosissima corona pontificū, sine qua præculdubio nullus in dignitatis culmine positus ualeret esse securus. Porro innitentem sibi sustentat, ne corruat, se querentem consolatur ne deficiat, seq; amplectentem erudit, ne iudicando se præcipitet. Da, quæsō præsulem corde humilem, ipsumq; inuenies constantem in opere, lætum in corde, in sermone eruditum, compositum in moribus, in se pacificum, iucundum in facie, in regimine prouidū, & in omni sua actione discretum. Redarguit quidem sine passione, delinquentes punit sine vindicta, & absq; ulla crudelitate terret elatos. In publico quoq; cōstitutus coram astantibus apparet ut dominus, sed ante Deum humilitate prostratus facit ut seruus. Deniq; iniustis non flectitur precibus, nec illatis iniurijs frāgitur, neq; temporaliū promissis mouetur, sed cuncta quæ agit, matura gubernatione disponit. Habet quippe paracletū præsidentē in se, diligenter se, protegentē atq; docentem. Quamobrem ipsius fultus præsidio nullū ex eius ore profert mendacium, nullum contra conscientiæ rectitudinē facit iudicium, nullusq; potētis pertimescit aspectū. Sic nāq; egit Moses, qui (sicut legitur) erat mitissimus hominū, qui tūc morabatur in terra. Accepto siquidē Num. 12 Dei mandato intrepidus introiuit ad Pharaonem regē Ægypti, & dixit illi: Vsquequo non uis subiici mihi? Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi: sin autē resistis, & nō uis dimittere eum, ego inducam eas locutas in fines tuos, quæ operiēt superficiem terræ, ut comedatur id qd residuum fuerit grandini. Sic Helias propheta, quum etiā audisset regem Ahab sibi improperantem & dicentem: Tu ne es Helias, qui cōturbas Israhel; illico cū autoritate respondit: Ego non conturbo Israhel, sed tu & domus patris tui, qui dereliquisti mandata domini, & secuti es Baalim. Sic domini præcursor, quo nullus inter natos mulierum surrexit maior, Herodem arguebat inquiens: Non licet tibi accipere uxorem fratris tui. Sic Stephanus in concilio seniorum positus confidenter aiebat: Dura ceruice, & incircensis cordibus, & auribus, uos semper restitistis spiritui sancto, sicut patres uestrī, & uos. Quē prophetarum non sunt persecuti patres uestrī. Et occiderūt eos, qui prænunciauerunt de aduentu iusti, cuius uos nunc proditores & homicidae fuistis, qui accepistis legem in dispositione angelorum, & nō custodistis. Profecto hi omnes, quanquam essent corde humillim, & sanctitate præclarati, opportunitatē tamen exigente, & sancto spiritu intorsus concitante superborum ac principum audaciam repræbant, nullū ex hoc humilitatis suæ dispendiū patientes, quin potius ab illius celsitudine decidissent, si se offerente materia reiecto iustitiae zelo, sub humilitatis uelamine ueritatem reticere uoluissent. Non igitur humilitas in aliquo læditur & potissime in pastoralis officij regimine constitutis, si seruatis modo, loco, & tempore cōtripiendi, atq; imperandi exerceatur autoritas. Alioquin quomodo poterit censura pontificalis ministri laudabiliter exequi, si perpetrata facinora sub silentio impunita prætereant? Decet prorsus præsulem, ut sit in corrīgēndis uitijs pie sequens, in fouendis uirtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate seueritatis rigorem non deferens, atq; in humilitatis custodia regiminiis autoritatem nō negligēs. Sane ista duo, humilitas uidelicet & autoritas in eo qui animarum est curē deditus, uicissim sibi optimè famulantur. Nam humilitas sine autoritate præsulem contemptibilem reddit: autoritas uero abscq; humilitate ipsum subditis efficit intolerabilem atq; crudelē. Verum si utræq; congruo exercantur tempore, præceptorem exhibent cōmēdabilem atq; gratissimum. Aduerte (quæsō) mediatore nostrū, qui nos singulariter humilitatem docuit dicens: Discite à me, quia misericordia sum & humilis corde, qualiter alternatim ista perficerit. Quum enim frequentissime scribarum, & phariseorum pateretur insidias, ut illum caperent in sermone, illiq; conuiciarentur, & calumniarentur ipsius operibus sanctis, afferentesq; in Belzebub dæmonorum principe dæmonia encerēt, nō est indignatus, neq; eos subsannando repulit, quin potius nunc ratione, nunc scripturarū autoritate, nunc fraudes eorū detegendo conuicit, & cum esset Deus uoluit tamen humiliter hominum maledicta perferre. Cæterum quum uidisset oves & boues in templum fuisse allatas, qd minime licebat, facto præter consuetudinem de funiculis flagello, cum autoritate maxima oves elecet, FF 4 & boues,

& boues, cathedrasque uendentium columbas euertit, ac numulariorum æs effudit, & g  
ait: Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociaionis. Tantæ  
loin. 2 siquidem potestatis fuit ista correptio, ut nullus ex omni ipsa multitudine repugnare  
præsumeret. In miraculis igitur & prædicationibus autoritatem ostendebat ut Deus, sed  
in illatis sibi conuicjjs, in flagellis, in persecutionibus, in sputis, in cruce exemplum per-  
fectæ humilitatis cunctis fidelibus reliquit ut homo. Sūmum itaq; pastore cæteri imitetur  
pastores. Debiles quippe in opere, infirmos in fide, in tribulatione nutantes, deli-  
ctorum mole depresso, atq; cōpunctos corde cum humilitate suscipiant, instruat in sp̄  
ritu lenitatis, & caritatis cōpletantur affectu. Clamat nempe ipse pastorum dominus  
Matth. 11 cum mansuetudine exhortando: Venite (inquit) ad me omnes, qui laboratis, & onerati  
Matth. 19 estis; & ego reficiā uos. Paruulos quoq; ad se trahens, affatus est dicens: Sinite paruulos  
uenire ad me, talium enim est regnum cœlorū. Contradicentes uero cū superbia, & sim-  
pliciū innocentia fraudulenter deprauare satagētes, cū autoritate qui præsunt increpēt  
atq; deterreāt. Nam idem dominus noster Iesus Christus mansuetus & pius scribarū &  
phariseorum malignitatem, ac hypocrisim publice arguendo damnauit inquiens: Veh  
uobis scribæ & pharisei hypocritæ, qui deuoratis domos uiduarum simulantes longas  
Luc. 20 orationes, propter hoc maiorem accipietis damnationē. Iterumq;: Veh uobis scribæ &  
pharisei, qui similes estis sepulcris dealbatis, que foris apparent hominib. speciosa, intus  
uerō sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia: sic & uos foris quidem paretis  
hominibus iusti, intus autē pleni estis hypocriti ac iniuitate. Ad populū, caue, inquit,  
uos à fermento phariseorum, qd est hypocrisis. Exemplo igitur domini edicti pastores  
sub humilitatis specie timeat silentiū tenere, maximē aduersus ueritatis impugnatores,  
& cōtra illos, qui fraudulēter incéderent, sub imagine sanctitatis innocentia animas co-  
nantur euertere, quoniam grauiissimū ex taciturnitate sua iudiciū reportabūt. Nam de ma-  
nibus ipsorū sanguis pereuntiū requiriatur, & in numero ascribentur mercenariorū, qui  
uidentes lupum uenientem fugiunt, dantes utiq; occasionē illi, quatenus ex facta humili-  
tate sua dominicas dissipet atq; disperdat ues. Sane aduersus huiusmodi deceptores,  
ac ueritatis inimicos redargutionis est exercēda potestas, ut inuestigatione uerbōrum territi,  
uel etiā (si opus fuerit) flagellis edomiti resipiscāt, eorumq; emēdatione ceteri corrīgātūr.  
Porro apostolus Paulus cū Barieu magū ueritati, quā ipse prædicabat, pertinaciter re-  
pugnare cōspiceret, iustitiae zelo accensus apostolicam autoritatem exercuit dicens: O  
plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, & inimice omnis iustitiae, cur non desinis  
A. 13 subuertere uias domini rectas? Et nunc ecce manus domini super te, & eris cæcus nō ui-  
dens solem usq; ad tempus. Cæterum si absq; ulla ipsi supplantatores, de quibus loqui-  
mūr, reprehensione pertransēant, proculdubio deteriores efficiuntur, atq; ad quodq; fa-  
cīnus procliviores, ita ut pedentim incorrigibiliores fiant. Quamobrē solerti cura dū  
recēs est uulnus atq; sanabile, cōgruū medicamentū, & opportunū remediū præsul ad-  
hibere non cesset, & nunc leniter, nunc blande, non nunquam humiliiter, nunc rationa-  
biliter spiritualem egrotum erudiat: interdum etiam si expedire cognoscit, aspera com-  
monitione concutiat, ut uel sic reiecto superbiaz ac malignitatis ueneno spirituali resti-  
tuat sospitati. Argue, obsecra, increpa, opportune, importune, inquit Apostolus. Hinc  
clare colligitur, quod non uno, eodemq; medicamento animalium sunt medendi lan-  
guores, sed iuxta singulorum qualitates sunt impertienda remedia. Neq; debet semper  
qui præsident, humilitate, nec in omnibus uti autoritate, sed alternatim, nunc unam, nunc  
exhibeat aliam, prout cuiq; expedire censuerit. Sane cum mitibus & simplicibus se pa-  
stor humiliiter gerat, quamdiu in propria simplicitate perseverant. At uero si suadente  
diabolo, aut subuertente malitia ab innata bonitatis itinere declinare inchoauerint, tūc  
& ipse qui régit, disciplinæ rigorem assumat, & regiminis grauitate seruata, errantes ad  
cor suum reuocare studeat, ut intelligant unde exciderint: & cum autoritate compe-  
scat, quos humilibus persuasionibus in mentis suæ sinceritate custodire non ualuit. Su-  
perborum uero vulneribus (quoniam acriora sunt apponenda remedia) iustitiae contra  
eos prælatus se zelo præcingat, satagatq; illos minis, terroribus, atq; cōuicjjs, p̄pri rea-  
tus ad cōpunctionē inflectere, admonitionisq; uerba cum cordis benignitate suscipere.  
Deniq; si uiderit eos ex increpatiōe mollescere, seq; accusādo disticta animaduersionē  
maстare,

A mactare, tunc humilitatis & caritatis promat eloquia, ne forte desperationis cadat in la-  
queos, qui ab aduersarijs sub compunctionis facto uelamine tenduntur incautis. Sciat  
itaq; qui in ecclesia præsider, se (causa exigente) per autoritatē attollere, sciat etiā se hu-  
miliare prudenter, ne & ipse circumueniatur à Satana, qui mille fallaciārum generibus  
militantibus Christo insidiari nō cessat. Beatus plane cui per sapientię spiritū datū est, il-  
lius non ignorare astutias. Hic profecto absq; ulla ambiguitate poterit propriæ, multo-  
rumq; esse causa salutis, secum in spiritu diuina cooperante clementia, quæ omnes uult  
saluos fieri, & singulis iuxta cuiusq; capacitatē bonitatem bonitatis suę dona largitur.  
Hoc quippe discernendorum spirituum munus præcipuum à Deo ille qui Christi pa-  
stor est ouium, humiliiter poscat, quatenus prius semetipsum regere, deinde proximo-  
rum sine errore ualeat tractare negotia.

Quod sicut cæci corpore propter occurrentia incommoda indigent ductore: ita & qui in  
regimine præsunt opus habent sapientia. Cap. XV.

B **N** Áximo utiq; huius peregrinationis, humanæq; conuersationis carere suf-  
fragio, nec non multiplicibus noscitur subiacere periculis, quisquis oculo-  
rum priuatus est lumine. Quis inopinatos enumeret casus, atq; quotidiana  
discrimina, quæ cæcis consueverunt accidere? Hac quidē de causa quæ  
incedunt, nutant, palpant, impingunt, gemunt, nisi præsidio sustentent alie-  
no. Nam singulare cæcis remediū est, fidelem habere ductore, quo docēte, quo prænun-  
ciante, atq; dirigente, ex parte agnoscant præsentia, deuident pericula, pergent lati, secu-  
riq; maneant. Sanè gaudent accepisse in altero, quo ipsi priuati, tametsi hoc sit modicū,  
atq; breuissimū. Hoc Tobia sanctio attestante, qui angelo dixit: Quale gaudium erit mihi,  
qui in tenebris sedebo, & lumē cæli non uideo! Cæterū si tanta illi quibus corporale de-  
negatū est inspicere lumen, patiuntur incommoda: quanta sustineant, qui spūali carent lu-  
ce, quis ualer ediceret? Sed si drectore indigēt, qui de seip̄is tantummodo soliciti sunt,  
quanto magis qui ad animarū prælati sunt regimen? Istos profecto oportet habere du-  
ctorē, non uiarū sed morū, non corporum sed animarū. Istos, inqua, decet esse oculis ple-  
nos ante & retro, sicut sancta quatuor animalia per prophetā fuisse memorantur, quate-  
nus suos suarumq; ouis spūales agnoscant gressus. Ad hoc quippe non suppetit natura:  
Ie ingenii, nisi illustret interius luce sapiētia, quasi quodā pædagogo & duce, & corro-  
boret per spūm ad tam sublime ministeriū peragendū. Hoc nanq; Salomon (Deo inspi-  
xante) cognouit, qui cū effectus esset rex super Israhel, humiliiter dñm deprecatus est di-  
cens: Et (nūc dñe Deus) tu regnare fecisti me seruū tuum pro patre meo David: ego aut  
sum puer parvus, ignorans ingressum & exitū meum. Et seruus tuus in medio est popu-  
li, quæ elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari nō potest præ multitudine. Da-  
bis ergo seruo tuo cor docile, ut iudicare possim populum tuum, & discernere inter bo-  
num & malum. Errat proculdubio quisquis per se hoc perficere posse præsumit. Humili-  
let itaq; se, qui talis est, & cognoscat seipsum à seipso nō sufficere pro seipso, & multomis  
nus pro multis, intelligatq; sapientia indigere suffragio: quam utiq; non ab hominibus  
neq; in scripturis, sed à Deo, quemadmodū (Apostolo Iacobo propalante) dīdicimus.  
Si quis indiget sapiētia (inq; postulet à Deo, qui dat omnib. affluenter, & nō impro-  
rat, & dabit ei. Hac siquidē exhortatione admonitus quisquis ad regiminis est honore  
assumptus, onereq; grauiatus, corporis & cordis flexis genib. sese statuat ante Deū, & bu-  
mili prece deuotacq; supplicatiōe diuinā clementiā fideliter depositat, dicēs: Deus omni  
potēs pater dñi nostri Iesu Christi, & dñi misericordiæ, totius cōsolatiōis & spe:q; fecisti  
omnia uerbo tuo tibi coæterno, & sapiētia tua cōstituisti hominē, ut dñaref creature tuę,  
quæ à te facta est, ut disponat orbē terrarū in æquitate & iustitia, & in directione cordis  
iudiciū iudicet, da mihi sedium tuarū afflītricē sapientiā, & nolime reprobare à pueris  
tuis, atq; segregare à sanctis tuis, uerisq; rationabilium ouium tuarum pastoribus, qui ti-  
bi in hoc opere placuerūt ante me. Tu enim scis (ô bonitas sempiterna, & ad te cōfugien-  
tium tutissimū refugium, & gaudiū singulare) quia homo infirmus & ignarus sum, atq;  
minor ad intellectū iudicij & legū. Tu uero (domine) me elegisti in præsulem & ducem  
populi tui, ut ipsum à te dirigam summum pastorem: & (quantum in me est) introdu-  
cam pas̄quis uirentibus cigitatis tuę. Hierusalem cœlestis, tecq; laudet cum cœribus spiri-  
tuum

tuum beatorum in aeternu. Nunc autem dominator domine scio alij confiteor, quia fides tua  
 est sapientia, quae nouit opera tua, & tunc assuit, cum orbem terrarum facheres, & sceleras  
 quid placitum sit in oculis tuis, & quid directum in praceptis tuis. Mitte illam (quae se  
 clementissime domine) de coelis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuae, ut mecum sit,  
 & mecum labore, ut sciām quid acceptum sit coram te omni tempore. Scit namque illa  
 omnia & intelligit, & deducet me in operib. meis sobrie, & custodiet me in sua potestate;  
 acceptaque erunt opera mea, & ipsa mediantē disponā populum tuū iuste, & dignus ero  
 gratia tua, & consortio servorum tuorū, qui in hoc ministerio tibi laudabilitet seruerentur.  
**Mart. 11** Haec & his similia nō cum ornatu uerborū, nec humana hominū aestimatione & laude,  
 sed solū ut placeat Deo, ut perficiat proximo, ut cōsciētiae satisfaciat debito, & ut cōspe  
 ctiū diuino irreprehensibilis appareat, in oratione positus petat humiliter, deuote, atque  
 fideliter. Nempe oratio humilis quodā spirituali alarum remigio euecta, sine ullo impe  
 dimento coelos penetrat. Deuota autem caritatis contubernio sociata summi aeterni re  
 gis lata se præsentat obtutibus. Quae uero absq; hæsitatione in fide fundata est, nequaquam  
 repellere potest, quin potius consequitur quod iuste poposcit, sicut ipsa sapientia pollici  
 ri dignata est, dicens: Amen amen dico uobis, quicquid orantes peritis, credite, quia ac  
 cepiatis, & fieri uobis. Postulete (inquit) orando, nō semel tamen, vel bis, sed quotidie, sed frē  
 querente, sed quoties fuerit opportunum. Nam quemadmodū oportet iugiter ut præsul  
 iudicet: ita expedit, ut sapissime oret. Oret utiq; ne circumueniatur a proximo, ne seduca  
 tur a seipso, & ne subuertatur ab amore priuato. Hinc op̄ime colligitur, quam sit hetero  
 sariū prælato donum percipere sapientiae, ut spirituales hos euangelia laqueos, quos nemus  
 effugit, qui caret sapientia & rectitudine iudicandi. Nullus uero arbitretur hoc, qd dicitur  
 est, perfuctorū esse, uel leue, eū propriū sit eorū, qui in animarū sunt regimine consi  
 tutū, in lumine sapientiae reddere cuiq; quod iustum est, dñnare uidelicet reū, & innocen  
 tem absoluere synereo libramine æquitatis. Nam qui præst, minime dubicer, quin qua  
 li mensura iudicij subditorū gesta mēsus fuerit, tali ab uniuersorum iudice Deo remeia  
 tur eidem. Hoc quoq; naturæ innata lex clamat, ut id quisq; proximo suo impendat, qd  
 sibi ab alio fieri concupiscit, caueatq; alteri facere, quod nollet ipse ab alio sustinere. Ab  
 hoc utiq; naturali, sanctoq; iudicio nullus qui rationis sit compos, excipitur, siue fidelis,  
 siue sit alienus à fide. Iudicabit (inquit propheta) orbem terrarum in æquitate, & populos  
 in ueritate sua, tamē aliter, & aliter. Nam qui sub lege sunt, & qui catholica tenent fidem,  
 per legem proculdubio iudicabuntur, nedū datam, uerum etiam per inhatam. At uero  
 infideles qui nullo mandato, nulloq; legis ordine diriguntur, iudicabuntur quidem nō  
 per datam quam ignorat, sed per innatam natura legem, quatenus nulli querelari licet  
**Psal. 95** de iustissimo reverendissimoq; Dei iudicio, qui reddit unicuiq; (sacro testante eloquio)  
 secundum opera sua. De hoc quippe duplii iudicio apostolus Paulus apertissime scri  
 bit, dicens: Quicunq; enim sine lege (utiq; data) peccauerunt, sine lege peribunt. Et qui  
 tunc in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quum enim gentes, que legē (sub  
 audi datam) non habent, naturaliter ea que legis sunt, faciunt. Huiusmodi legem nō ha  
 bentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium. H  
 reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuidem cogitationū accusantium ac defen  
 dentium in die, quā iudicabit dominus occulta hominū secundum euangelium meū per le  
 gēm Christum. Patet itaq; quod tam illi qui legem acceperunt datam, quam illi qui sine  
 ipsa sunt, & sub lege degenerū naturæ, omnes per legem iudicabuntur a legislatore, qui le  
 gem gratiae dedit & naturæ, ut omne os obstruatur ad excusandum excusationes in pec  
 catis, hiacq; omnis mundus subditus Deo, si tamē uelit conditoris sui obtemperare mā  
 datis. Qm uero omnes errauerunt, & data, seu innata transgressi sunt legē, sicut prophe  
 ta testatur dicens: Omnes declinauerunt, simul imitiles facti sunt, non est qui faciat bo  
 num, non est usq; ad unum, ideo uniuersi indigent gratia saluatoris Iesu Christi, qua vide  
 sicer mediante in futuro ualeant saluari iudicio, quod nullus potest, nisi luce illustretur sa  
 plientia. Haec (inquit) quum ex sua naturali bonitate se per generationes, & generatio  
 nes diffundat in cordibus filiorum hominū, supererit ut quisq; pro seipso Dei gratiam,  
 & aeterna lumen sapientiae implorante sollicitus sit, quibus præeuntibus & comitatisbus  
 interias abjectas sentebas, quae ex propria littera uoluntate & sensu. Quā obrem  
**Rom. 2** dominici

A dominici gregis pastores & qui præsunt populis, peruigilent, ne suo ininitantur sensu,  
 propriaq; non ducantur uoluntate, sed humiliter (sicut dictum est) flagitant, quantenus  
 artifex omnium sapientia cordium eorum inhabitet penetralia, & ipsa in illis regat, &  
 iudicet, tribuatq; eisdem intellectum, ne circumueniantur a proximo, qd præsulib. per  
 sepe contingit, potissime ihs, qui syncero gradiuntur mentis affectu. Porro qui simplicia  
 ter incedit, & nulli fraudē meditatur inferre, hic circumueniri potest, circumuenire autē mini  
 me. Nescit enim fingere, ignorat mentiri, non audet ueritatē tegere, neq; falsitatē argu  
 mētis fallacib. defensare. Hinc est q; fugit lites, obhorret iurgia, trahi ad iudicium metuit,  
 potiusq; sibi inferri uim patit, q; ipse cuiq; irrogare uindictam, dominici memor sermonis,  
 qui ait: Qui uult a te auferre tunicā, da ei & palliū: et qui te angariauerit mille pas  
 sus, uade cum illo alia duo. Non autē sic cupidus, non sic fraudulentus ex corde duplex:  
 Verbis siquidem fallacibus, fucatisq; sermonibus cupidus, in negotio fratrem suum cir  
 cumuenire conatur, immemor utiq; quod est humanitatis, quod honestatis, qd naturæ  
**B** quod legis, quod gratiae. Alienū quippe se esse a caritate uerbis pariter & operibus pro  
 testatur. Quomodo (quæso) esse ualeat in caritate, qui se legi caritatis opponit, quæ man  
 dat, ut quisq; proximum suum, sicut seipsum diligere debeat? Quomodo esse in caritate  
 dicēdus est, qui proximo suo satagit inferre malum, ipsiusq; dolose auferre substantiā,  
 quum lex caritatis præcipiat, ut qui uidet proximū suum indigentem, pietatis nequaquam  
 uiscera claudat, sed illi de propria facultate subueniat? Cupidus uero nedum sua non tri  
 buit, sed intentat surripere aliena, tanquam non sit Deus, qui querat & iudicet. Deside  
 rat siquidem avarus de ære alieno, proximorumq; sudoribus suum implere marsupium,  
 & sitim propriæ cupiditatis extinguere, ignorans ipse cæcus & miser, quod cum aggredi  
 gatione diuinarum effectus etiam augeatur habendi. Non enim ex cumulatione pecu  
 niarum, sed ex dispersione & erogatione avaritie satiatur egritudo. O quam detestabile  
 malū Deo odibile, ac hominib. intolerabile terrenarum facultatum immoderata cupi  
 do. Spoliat quippe impotentem, egeno nō miseretur, esurientē fame perire sinit, inope  
**C** & sine techo errare patitur, non parcit uidiua, pupillo non subuenit, languido necessa  
 ria non ministrat, oppresso opem non impendit, compedito humanitatis beneficium nō  
 ostendit, & semimortuo non compatitur proximo. Quid plura? Supplantat simplicem,  
 iustitiam deprauat, subuentis iudicium, iudicantisq; animum circumuenire molitur. De  
 uiro autem fraudulento quid memorem? Sermonibus nāq; illius nō facile præsul credat,  
 dum iudicat. Consuevit utiq; aures iudicantis blandis mulcere adulatio[n]is eloquij,  
 pietatis inserere uerba, compassionem ostentare in gestis, quum intus sit plenus nequi  
 tia, simulatione & dolo. Observat quasi leo in spelunca sua, si quomodo iudicem cap  
 piat in sermone, & si illum callida locutione decipere possit. Quarit præsulis intelle  
 ctum captiuare rationibus fictis, iniquitatis effectus ipse captiuus. Deniq; dum uult te  
 nere, tenetur, & dum fraudem meditatur inferre, ipse decipitur ab eo utiq; qui deceptio  
 nis sua calliditate priorum parentum nostrorum abstulit gloriam, illosq; expoliauit  
**D** candore innocentiae, puritatis bono, dominio creaturarum, habitatione paradisi, ange  
 lorum consortio, felicitate coelesti. Proprius quod effecti sunt inimici Dei, sibi plis con  
 trarij, coloni mundi, agrorum cultores, super terram profugi, delictorum obnoxij, cor  
 poris serui, iumentorum similes, uelint nolintq; mortales. Tales profecto fructus, talisq;  
 merces est subsecuta fraudis inuentoris ac seminatoris ex fraude. Hoc siquidē letale ui  
 rus, ex quo humanū omne deordinatum est genus, antiquus coluber quotidie in cordib.  
 iniquorum infundere non desinit, ut quod minime per se ualet, hoc per membra sibi sub  
 lecta perficiat. Nam quemadmodum sancti & iusti membra sunt Christi: ita scelerati &  
 infideles sunt instrumenta diaboli. Hinc prudenter admonetur pastores ecclesiæ &  
 regimine constituti, ut fraudulentorum obseruent diligentissime uenenata colloquia,  
 quæ ut cācer serpunt, & ueritati semper obliuantur. Porro cū difficultate talibus credēda  
 est ueritas, nisi sit in proposito, & ipsa sibi conspicuum testimonium reddat. Tunc quip  
 pe nō fraudulentio ueritatem loquenti, sed ipsi ueritati credulitas adhibetur, cui tunc re  
 sistere, & quam uoluntarie oppugnare, nihil est aliud, q; cōtra spūm ueritatis blasphemias  
 uerba proferre, quod utiq; delictum ipsa in carne differente ueritate, nec in hoc seculo,  
 neq; remittitur in futuro. Quā obrem fraudulētus consideret & malignus, in quale pfun  
 dum de-

dum descenderit criminis, & pertimescat, atq; ad se reuersus reatum suum cognoscat, suspireret, ploret, & ab errore suo resipiscat, anteq; illi misericordiae occidat sol. Nullū igitur est tā graue peccatum, qd non humilitate, lacrymis, & uera cōpunctione tergatur, dicēte domino per prophetam: Quotiescumq; peccator ingemuerit (utiq; ex corde) non recor dabor amplius iniquitatum suarū. Fleuit David peccatum homicidiū & adulteriū dicēs: E

**Ezech. 18** Peccavi domino: & mox audiuit: Ablatū est peccatum tuum à te. Plorauit Ezechias fletu magno, quod perpetrauerat facinus, & meruit indulgentiam, insuper progaetus est illi numerus dierū uitæ eius, & de manu regis Assyriorum est mirabiliter liberatus. Benignus est enim spiritus ueritatis & sapientiæ, qui pœnitentibus libenter ignoscit, & malo quum sibi qd detrahentem eruit à perditione, si tamē cōpunctus animo cōuertat maledictionem in benedictionem, impugnationē in cōfessionē, in plāctum duritiā, elationem in humilitatem, malicj propositū in adoptionē uirtutū. Recogitet ergo præsul ex his quæ dicta sunt, dum in tribunali residet iudicantis, quam̄ peruigile, quam̄ pruden tē seipsum esse oporteat, ne à fraudulētis circuueniatur & corde duplicitibus, q; ueritatē in p̄medaciū cōmutare molunt, & nō qd iustū est, sed prorsus qd uolunt p̄suadere iudicib. uerbōrū importunitate conātur, qd minime licet fidelib. Deumq; timentibus. Ceterum quamvis cūctis iudicibus ministrare iustitiā poscētibus incumbat necessitas, peraplū tamen animarū dixerim imminere pastoribus. Ipsiſ planē tanq; cæteris perfectiorib. cōgruit per regiā iustitiæ incedere uiam, nec à dextris, nec à sinistris mentis gressus ex ea dem ulla tenus declinare. Decet præterea illos legalium institutionum scientia, & sanctorum patrū eruditioñib. esse imbūtos, atq; iuxta earum formā suas dictare sententias. Absurdissimum siquidem esse uidetur, ut quis spreto totius æquitatis magisterio, uelit ex arbitrio suo ac sensu proprio nouas condere leges, ritus peregrinos inducere, ac si antiquorū patrū sit ipse magister, atq; illa corrige, quæ sancto dicitante spū tanta cū maturitate sunt scripta. Nam quæcumq; à prophetis, uel sanctis doctoribus, uirisq; catholiceis sunt in libris memorie cōmendata, utiq; ad cōmunem fidelium, minusq; peritorum eruditioñem sunt scripta: quatenus in dubijs habeat quibus credant, in obscuris per quos instruantur, in aduersis cui innitantur, & in cognitis per quæ magis magisq; robo rentur. Maximum quippe robur mentis exhibetur prælato, cum id quod agit, aut profert sanctorum cōprobatur autoritatibus scripturarum. Tunc quidem incedit secure, operatur intrepide, loquitur confidenter. Non querit augulos, excusationes non meditatur, testimonio non indiget alieno, cōtentus proprio. Gloria nostra (inquit Apostolus) testimonium est conscientiæ nostre. Hinc recte colligitur, optimum & laudibilis uita esse indicium conscientiæ quieta possessio, quam si ab ecclesiastico pastore abstuleris, nihil eius ministerio grauius, nil laboriosius, nilq; damnabilius reperitur. Nam si quiescit urgetur, si comedit corroditur, si graditur cruciatur. Et hoc fit, si aliqua spes salutis in eo subsistit. Verum si gratiæ priuatus est uita, horum nil patitur, quin potius si bīpsi applaudit de Dei bonitate, plus iusto confidit præmia æterna, si tamen ea esse credit, absq; ulla ambiguitate habiturum se sperat, quanquam non spes, sed magis ista sit dīcenda præsumptio, quoniam à diffinientibus spes dicitur esse certa expectatio futura. H

**3. Cor. 1** felicitatis proueniens ex gratia Dei, & ex multitudine meritorum, quæ ex honorum operū aggregatione generatur. Gloria igitur iudicantis, & præsulis est cōscientiæ puritas, cordis mūditia, rectitudo mētis, uitæ innocentia, spes beatitudinis sempiterna, quæ procudubio ex conscientiæ cōtubernio, ueritatisq; agnitione inchoātur, nutriūtur & crescunt. Quamobrē pastor animarū deuotione humili, uotis ignitis, & assiduis precib. do num sapientiæ implōret ab ipsa Dei sapientia, atq; ad iudicium discernēdum intellectū & prudentiam, ut non fallatur à fraudulentis ac duplicitibus, & pro ueritate fauēat falso tūti, quod prorsus absq; sui detrimento fieri nequit, tamē si uoluntarie nō ipse delinquat. Debuerat quippe, quod non poterat proprio, alieno saltem inuestigare consilio, atq; intelligentiam postulare à domino, qui humilium seq̄ timentium supplicationes clementer exaudit. Curet præterea qui præst, conscientiæ in conspectu Dei ab omni dolo & simulatione habere purgatā, corpusq; à carnali illecebræ colluisione detersum, ut diuinæ sapientiæ inseparabili dignus habeatur cōsortio, qm̄ sacro testante eloquio, In male uolam animam nō introibit sapientia, neq; habitabit in corpore subditu peccatis. Igitur G

**Sap. 1** quam̄ ipsum expaescens ne ipse esset per quem (prophetarum prænunciantibus oraculis) saluādus erat Israel, nationes gentium ad fidem ueri Dei ducendæ euangeliū sanctū prædicādum, mundus à dia boli seruitute redimendus, expoliandus infernus, aperiendū celum, ipsum omnium electorum ante mundi constitutionem in illo prædestinorum glorioſa resurrectione re plendum,

**A** quum ipsa sapientia candor sit lucis æternæ, & speculum sine macula, splendor diuinæ bonitatis, & imago maiestatis illius, sitq; speciosior sole, & super omnē stellarum decorum, lucisq; comparata inueniatur prior: sit etiam uapor uirtutis Dei, & emanatio quadam claritatis omnipotentis Dei syncera, nihilq; in eo coinqūnatum, nihil inueniatur immundum, sed totum lucidum quod non obumbratur, totum sanctū quod non deprauatur, totum purū quod non corruptitur, totū compositū, quod non deordinatur, totūq; laude ac ueneratione dignissimū quod nō minoratur, congruū est, ut qui in præcordijs suis habitare illam desiderat, ac claritatis illius illustrari splendoribus, spiritualijsq; ipsius succundissimo delectari contubernio, atq; castissimis eius frui amplexibus, studeat mun dare conscientiam ab omni fæce peccati, nec non à mentis suā habitaculo per cēsuram uirtutum amouere quod carnale est, quod fictum, quod cupidum, quod indisciplinatū, quod altum: sicq; ornatus & mundus oret iugiter, illam deprecetur ut ueniat, pro ardentissimoq; affectu eius concupiscat præsentiam, atq; intenta cogitatione ipsius obseruet

**B** aduentum, ne forte si uocata ueniat, & non reperiatur uacantem, uigilantem, expectantem, diligentem, indignata amplius non reuersura pertranseat. Deniq; si mox ut pulsauerit illi aperiatur, hilariter ingreditur, confabulatur, deliciatur, cōglutinatur eo fortius, quo ardenter excipitur, eo dulcius quo humilius tenetur, eo iucundius quo familiarius amplexatur affectibus caritatis, desideriorum uotis, sanctisq; amoris præludijs. Exultet itaq; in spiritu, lætetur in domino, gratias immensas agat omnipotenti Deo, qui tanto dignus effectus est hospite, tali conuiuio, tamq; castissimo ac uenerando coniubio. Post quippe tunc merito cum uocis modulatione, atq; cordis iubilatione cantare & dicere: Ecce quam quæsiui video, quam concipiū teneo, quam habere sperauit astringo, illiq; sum coniuncta spiritu, quam toto corde, tota mente, omnib; uirtute dilexi. Sanè quisquis proficiendo hucusque peruenit, si in hoc ipsum frequenter redire studuerit, poterit ipsa comitante, dirigente, possidente, protegente, & docente sapientia rectū ex ore suo proferre iudicium, suimet nihilominus peruigili seruata de cætero custodia.

**C** Quam callide diabolus perfecutus fuerit Christum, et quotidie ipsius pastores impugnet ecclesie. Cap. XVII.



Ni qui hostis & generis humani aduersarij hoc habet longæua consuetudo pugnādi, ut caput potius quam membra, duces exercitus potius quam militum turmas, & pastores libentius quam ouium greges oppugnare conetur. Intelligit namq; ipse homicida quod languente capite membra quoq; cætera hebetentur, corpusq; languendo deficiat. Percipit idem tortuosus coluber, quod bellatorum duce prostrato, mox uniuersa militum multitudo in fugam uersa passim cesa dissipatur, atq; confunditur. Nouit, inquam, quod pastore percusso ouium armenta exterrita per deuia quæq; sparguntur. Caput ecclesiæ honorabile quippe & summum, duxq; Christianæ militiæ, atq; rationabilium ouium præclarissimus p̄stor & pontifex, per cuius sapiētiam, dictionem, & gratiam uniuersale corpus militantis ecclesiæ protegitur, gubernatur, & regitur, est dominus noster Iesus Christus, Deus

**D** uerus, Deicj & hominum mediator. Hunc siquidē strenuissimū ducem præceptoremq; fidelium dum adhuc in carne esset passibili, & cū hominibus conuersaretur, quam̄ fortiter, quam̄ frequenter, quamq; hic seditiosus & mendax impugnauerit importune nunc per seipsum, nunc per membra sibi subiecta sacroruū euangeliorū narrat historia. Nequaquam ab ipsius infestatione quieuit, quo ad usq; illū in crucis patibulo crudeliter ignominioseq; uitam (ipso tamen uolente) finire coegit. Cernebat utiq; fraudulentus apostata hunc incomparabilis esse potentia in faciendis miraculis, irreprehensibilis conuersationis in moribus, admirabilis doctrinæ in prædicationibus, & in omnibus operibus sanctitatis laudabilis, ita ut suarum fragrantissimo odore uirtutum post se innumerabilem utriusq; sexus traheret multitudinem, singularē perfectionis insuetæ instrueret uitā, nouamq; Deo fideliter famulaturam aggregaret familiā. Quamobrem expaescens ne ipse esset per quem (prophetarum prænunciantibus oraculis) saluādus erat Israel, nationes gentium ad fidem ueri Dei ducendæ euangeliū sanctū prædicādum, mundus à dia boli seruitute redimendus, expoliandus infernus, aperiendū celum, ipsum omnium electorum ante mundi constitutionem in illo prædestinorum glorioſa resurrectione re plendum,

plendum, tentauit illum, persecutus est, irrisit, flagellauit, crucifixit, occiditque, quatenus ipso interempto, cuncta pariter aboleret bona, quae per ipsum. & ex ipso fieri pertimescebat. Nam præciso capite, membra uniuersa prorsus inutilia & abiecta redduntur. Fellit autem eum ipsius dolosa opinio, atque ad nihilum redacta est illius meditata nequitia. Vnde enim per capitum extinctionem corpori etiam uoluit morte infligere, inde per resurrectionem capitum membris & corpori maior est aucta uirtus, maius decus, amplior gloria, superabundantior gratia, diuturnior uita, & beatitudo largita perennis. Resurgente siquidem capite resurrexit corpus in spiritu, in fine etiam resurrectum in carne, ascensurum in cælum, & cum capite regnaturum in patria. Interim uero corpore uiuente in spiritu, & spiritualiter adhaerente capiti, corporaliter autem peregrinante a capite, & militante in seculo, sicut tunc non defuerunt, ita nunc minime desunt corpori (credentium uidelicet multitudini) quotidiana certamina. Quamobrem ad corroborationem spirituum animos bellatorum, & ad protegendum in ouili sanctæ ecclesiæ do: vñicū gregem ouium rationabilem, inspirante ipso capite instituti sunt, super fideliū spirituali exercecitum præstantissimi duces, atque coelestis disciplina eruditissimi pastores, qui toru utique solerti ducatu, prudentiū magisterio aduersarij reprimantur uires, repellant uir audacia, fraudes detegantur, ac fideliū mentes eorum spirituali pabulo nutrientur & uigant. Porro quam cōtinua sit hæc pugna, quam fortis, quamque periculosa, quis enarrare sufficiat. Sentiuntur quidam aduersarij in corde, nequaquam uero uidentur, quoniam inuisibilis, & spirituales sunt, dicente Apostolo: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebratum harum contra spiritualia nequitia in coelestibus. In hac quippe spirituali certamine, & aduersus huiusmodi saeuissimos hostes non armis corporalibus, sed oratione, sed fide, sed uitriutibus dimicandum est, atque cum sobrietate uigilandi, quemadmodum Petrus Apostolus hortatur dicens: Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanquam leo rugiens, circuit querens quem deuoret, cui resistite fortes in fide. Resistant itaque ruelgentibus inimicis, qui Christianæ religionis insignia ferunt, uigilent (inquam) oues Christi, per amplius uero duces atque pastores, quoniam illis supramodum infestus est aduersarius. Totis siquidem viribus maligni spiritus euenter moluntur animos eorum, qui in ecclesia præsunt regimini plebium, nunc palam, interdum uero occulte, prout opportunum illis esse censuerint. Exterius utique eisdem occasiones obijciunt delinquendi, honoris uidelicet, diuinarum, deliciarum, cupiditatis & carnis. Interius autem omnium suggestiones multisarias uitiorum aliquando uoluptuosas, & patenter malas, ut plurimum uero dolosas, & sub specie boni atque colore uirtutum, eo fraudulentius, eoque subtius, quo magis illos agnouerit ambulare in spiritu, exercere uirtutes, delectari in bono, pluribusque prodesse. Aduersus igitur huiusmodi tentationes mens præsulis sit semper erecta, parata utique ad resistendum, scuto protecta fidei, atque spirituali præcincta mucrone uirtutum, quamvis callidus hostis contra propugnatores uiriles, ac eruditos ad prælium frequenter nolit habere congressum. Sit quoque uigilans (seruata cordis sui indefessa custodia) ut scilicet non circumueniatur a Satana, neque a semetipso fallatur. Sed ad hæc quis idoneus? Profecto qui sub spiritu sancti magisterio est constitutus. Idem namque spiritus quem replet & possideret, docet uiriliter pugnare aduersum se, cordis perscrutari latebras, carnis concupiscentias agnoscere, internos inordinatosque animi resecare motus, ut sicut spiritui caro, ita spiritus obtemperet Deo. Hic enim quamvis illustretur sapientia & intellectu, quanquam omnem erga se sibi possibilem adhibeat curam intelligendi quæ uersentur in se, quæcumque orientur ex se, minime tamen sufficit se ad plenum cognoscere, seque mundare. Quis autem natus in tenebris, & relegatus in carcere potest de coloribus iudicare? Quis, inquam, de immundo conceptus semine, & effectus immundus ualeat immunda mundare? Quum igitur ex somite originalis peccati in unoquoque homine concupiscentiarum spinae & tribuli germinent uitiorum, necesse est, ut quisque quamvis sanctus, tametsi charismatibus spiritualibus decoratus, & postissimum ecclesiasticus præsul, postulet introrsus lucem spiritualiem ut uideat, salutis compunctionis humiliter flagitet aquam, ut quantulumque, et si non totus mundus fiat. In sui quoque inquisitione nullatenus deficiat, neque in cordis emundatione tempestat.

Quæras

A Quærat utique in luce ueritatis & sapientiae diligentissime uulpeculas spirituales latenter ingredientes ad cor, affectiones uidelicet blandas, carnales, atque priuatas, quæ uiriles etiam consueverunt eneruare animos, illecebrosos exagitare motus, obnubilare intellectum, conscientiam foedare, regiminis autoritatē deprimere, corrigiendi audaciam tollere, famā præsidentium maculare, scādalaque multipliciter pullulare. Decet prorsus pastores ecclesiæ omnes sincera affectione diligere, atque in hominibus eorū amare uirtutes, illosque amplius, quos gratia cōmendat & uita. Nulla in ipsis sit personarū acceptio, nullaque foedi amoris colluicio, egenū & locupletem, ignobilem æque & nobilē paternia caritate suscipiant. Meminerint admonitionis apostoli Iacobi dicentis: Fratres mei nolite in personarum acceptione fidem habere domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in conuentum uestrū uir habens aureum annulum in ueste cädida, introierit & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui induitus est ueste præclara & dicatis, tu sede hic bene, pauperi autem dicatis, sta illuc, aut sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud uosmetipos, & iudices facti estis cogitationum iniquarum? Porro si legem perficitis regalem secundum scripturam, diliges proximum tuū sicut te ipsum, bene facitis. Si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores. Recipiendi igitur sunt singuli hilariter, & dilectionis vinculis astringendi iuxta cuiuscque qualitatem pariter & necessitatē. Non præponendus est diues pauperi, quia locuples, sed quia magis infirmus, & forte minus patiens: ita tamen ut nulla fiat pauperi iniuria, nullumque eidem inferatur scandalum, quoniam uerū homini, qui scādalizauerit unū de pusillis pauperibus in Christum credentibus. Aequaliter itaque egeno & diuini satisfactionem præsul, quia cōmunitas est pater, neminemque à se patiatur abire vacuum atque mœrentem. Denique sermonē ueritatis caritate conditū gerat in ore: affectum uero fraternū absque ulla carnis infectione gestet in corde. Alienata prorsus ab illo omnis esse debet immoderata affectio, quæ facile à iustitiae calle deuitare compellit. Mulcet quippe amantis animum, allicit, superatque: ita ut dilecto etiam, quod Deo minus est placitum, denerare non audeat. Sanè qui huiusmodi affectione seducitur, legē sibi ipsi necessitatis indicat, inordinati amoris effectus prius ipse captiuus. Caret siquidem uero rationis iudicio, in eo amore suadente, atque uincente. Dicitur sapientissime, trahitur, catenatur, cæcaturque conscientia intus accusante, atque clamante, quoties plus iusto conuersatur cum eo quæ diligit, lætatur & dolet: si uero quod non decet importune qui diligitur ipse rogauerit, consentiendo recusat, simul conscientia dissentiente & lingua. Onerosum profecto intus certamen patitur, ratione affectioneq; inter se acriter dimicante. Interdum uult & non uult, terminat & reuocat, placere appetit & displicere formidat, cadit pariter & resurgit. Nempe si rationi assensum præbet, affectionis stimulis intolerabiliter perurgeatur. Si autem rejecta ratione affectio dominetur, futurum timet iudicium, gehennaque æterna supplicia. O graue iugum intemperantiae, immoderataque affectionis super filios Adam à die exitus ē uentre matris eorum, usque in diem introitus matris omnium, quam fortiter premit, quantumque in interitum perditionis emergit? Non autem sic sapientiae iugum. Illud quippe intemperantiae ponderosum est, sed sapientiae leue. Illud asperum, hoc suave. Illud damnabile, hoc sanctum. Illud illecebrosum & foetidum, hoc iucundum & redolens. Illud mœrorem præstar, hoc gaudium. Illud postremo interitum, hoc uero uitam tribuit sempiternam. Et (prohdolor) abundantior est numerus eorum qui intemperantiae, quam qui sapientiae iugo mentis colla submittunt. Nec mirum, quum ipsa sapientia attestetur spaciosam esse uiam, quæ dicit ad perditionem, multosque ambulare per eam, necnon arctam esse uiam, quæ dicit ad uitam, paucosque intrare per eam. Teste quippe experientia facilis quisque afficitur operibus carnis, quam spiritus, quoniam obiecta sensibus carnis inuisibilia & in propatulo sunt, quæ uero spiritus esse noscuntur inuisibilia & spiritualia, quæ per purificantem fidem mente percipiuntur. Quamobrem pastores animalium tanquam cæteris perfectiores, sapientiaeque luce repleti, nedum impudicii amoris opera, uerum etiam inordinatae affectionis motus de cordis sui debet refecare habitaculo, ut impollutum sit & sanctum, dignumque ad suscipiendum in se Dei uerbum, quoties in illud eidem reclinare libuerit. Sint quoque ad laudabiliter perficiendum ministerium sibi iniunctum expediti & liberi, ut uidelicet cum autoritate ualeat Laur. Iustin.

GG 2 iniusta

iniusta neganda negare, atq; honesta postulata concedere, omni prorsus priuato amo-  
re semoto. Indignum profecto esse arbitrator, ut regimini, potissimum ecclesiastico dedi-  
tus, cordis sui libertatem tribuat alienis, quum nullus pro se, sed per seipsum corā Deo  
siftationem ipse de credito sibi prælationis officio redditurus. In negotijs quidem com-  
munibus & quotidianis naturali se regat prudentia, cunctaq; disponat prout secundum  
Deum, & rectum bonæ æquitatis iudicium terminauerat esse faciendum. In rebus uero  
dubijs, & materijs arduis consilio utatur alieno: ita tamen ut prius matura consideratio-  
ne discutiat qualis sit ille, quem consulat. Non enim omnibus recte consulendi præro-  
gatum est lumen. Sunt quippe multi, qui sibi ipsi tamen sufficiunt, & sunt qui sibi pro-  
delle ualent & cæteris. Discernendum itaq; est, cuius sit hærendum consilio, cuiusue nul-  
lo modo parendum. Contemnenda siquidem sunt iniquorum hominum consilia, qui  
spretis mandatis cælestibus in foueam ingentium se præcipitant delictorum. Nam (per  
Eccles. 14. hibente domino) qui sibi nequam est, cui bonus esse poterit? Sed & malignus & scele-  
stus quomodo sana ualeat alijs prebere, quum sibi ipsi recte non consulat. In maleuolam  
Sap. 1. (inquit Sapiens) animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subditu pec-  
catis. Liqueat profecto ex hoc, quod sicut malus & scelerate uiuens caret sapientia, simili-  
Proph. 8 ter etiam priuatus est dono consilij: hoc eadem sapientia afferente, quæ ait: Ego sapien-  
tia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Quamobrem pastores ouiuū  
Christi neglecto adulantium consilio, qui tacita ueritate uotis postulantum se confor-  
mare nituntur, spretisq; dolosis, ac nequiter uiuentibus cōsulantim timentes Deum, ad re-  
ligiose degentes, scientes leges atq; decreta maiorum, quæ mentis rectitudine, nec pre-  
ce reflectantur, nec precio, neq; proprio pertinaciter inhærent sensui, sed sint dociles, &  
prolatae ab alijs humiliter acquiescant ueritati, suasq; cum modestia, animi tranquillita-  
te & honestate uerborum proponant sententias, abdicatis omnino à se concertationi-  
bus atq; clamoribus: quæ procul dubio insipientium arma esse noscuntur. Porro in con-  
ferendis beneficijs, officijsq; impertiendis summopere uigilet, ne propria affectione fal-  
latur. Discutiat semper cui regiminis exhibeat onus. Non potentis personam, non clarā  
Esa. 64. progeniem, non amicorum preces, non supplicantum adulationes attendat, sed litera-  
rum sufficientiam, honestatem uitæ, bonorum testimonium, conscientiæ rectitudinem,  
atq; morum probitatem. Ista profecto sunt, quæ reddunt uirum ecclesiastica idoneū di-  
gnitate, non quidem ad plenum, sed quantum patitur humana fragilitas. Quis enim cu-  
ra deditus pastorali ualeat sine redargutione satisfacere debito, quum nullus sit qui pro-  
seipso in toto sufficiat, dicente Propheta: iustitia nostra tanquam pannus menstruatæ.  
Grande prorsus onus, negotium multarū uigiliarum, pauendumq; ministerium est re-  
gimen animarum, & heu penè reperiuntur innumerj, qui se ad hoc arbitrantur idonei.  
Quærunt quippe illud ò quot & quales opportune & importune, per propinquos, ami-  
cos, & notos, quod procul dubio nequam facerent, si quāti est periculi, ueraciter in-  
telligerent. Falluntur utiq; qui hoc concupiscunt, aut sui elata opinione, uel uana hono-  
ris ambitione, seu immoderata diuitiarum cupiditate. Reñciendi sunt tales, & tanquam  
indigni spernendi, quia cæci, fures, & prædones sunt. Cæci quidem, quoniam insuffici-  
tiam suam metiri nescientes id attentare præsumunt, quod sancti cælestibus charismati-  
bus redimiti totis uiribus recusarunt. Fures uero dum honores de re ecclesiastica appe-  
tunt, quos dominus in euangelio prohibuit dicens: Nolite uocari ab hominibus rabbi.  
Matth. 23. Non enim licet Christianum honorem desiderare, quum scriptum sit: Soli Deo honor  
x. Tim. 1. & gloria. Quamobrē quicunq; honoribus ac dignitatibus sublimari concupiscit, quod  
tantummodo Deo congruit, spiritualis censendus est fur. Prædones autē illos dixerim, qui  
ecclesiarum bona, quæ excepto honesto uictu & alijs ecclesiæ seruientibus necessa-  
rijs, debentur egenis, cumulare, uel attinentibus impertiri nō desinunt. Debent itaq; be-  
neficia iuxta sanctorum patrum decreta conferri nolentibus, onusq; illorum & infirmi-  
tatem propriam humiliter agnoscentibus. Cæterum quoniam tepescente caritate fide-  
lium, atq; ab antiqua perfectione gradu ecclesiastico supra modum deficiente: adeo ut  
paucissimus sit illorum numerus, qui promoueri non appetant, soliciteq; id quærant,  
longe autem rariores qui de se factis promotionibus renitātur: expedīt eis qui præfunt  
regimini, turis relaxare rigorem, illosq; qui etiam præesse desiderant, præficere, quos in-  
telligunt

A telligunt propriæ animæ non omnino postponere curam. Nam qui salutem negligit  
propriam, saluti aliorum quomodo poterit esse intentus? Inquis igitur & incontinen-  
ter degentibus regimini animarum nequaquā committendum est ministerium, quan-  
tacunq; pro eisdem interuenerint preces, quemadmodum nec lupis gregum cura man-  
danda. Lupi quidem corpora animalium, inqui autem depascunt animas exemplis ma-  
lis, consilijs pessimis, nefandis operibus, atq; exhortationibus impudicis ad malū, quod  
utiq; horrendum est dicere, & horribilis perpetrate. Omniū quippe horum criminum  
prælatus est particeps, qui scienter propria ductus affectione promouet indignum. Nō  
autem sic quando falsis attestationibus fallitur, aut ostentationibus seducitur fictis. To-  
tum siquidem tune onus portabunt testificator & fictus, ipseq; præful (ut reor) immunitis  
erit à poena, si tamen pro informatione habenda, qua ualuit, usus est diligētia. Nō enim  
omnibus debet omnia credere, quū mundi amatores. Deum minime timentes, nec men-  
tiri erubescant, nec simulare formident, nec blandiri desinant, neq; ut uota sua siue iusta;  
B siue iniusta sint, queant perficere, peccare uerentur. Qui profecto quum pastoris men-  
tem non possint arte mutare uel prece, hanc nituntur superare munieribus, quæ sacro te-  
stante eloquio, iudicū corda cæcare consueverunt. Aduersus itaq; huiusmodi machi-  
name ita malorum constans & armatus sit præful, ne ipsius euertatur affectio, atq; cupi-  
ditate devictus in eo consentiat, quod conscientia nequam sibi licere proclamae.  
Nullam quippe excusationem in hoc prostratus poterit habere certamine, quum con-  
tra illum conscientia testimonium reddat, atq; cupiditas. Grande prorsus & pene inex-  
piabile est hoc facinus, quando uidelicet rationales Christi oves auarus pastor uana-  
les facit, illasq; sub iniqui mercenarij tradit regimine, qui pro māmona iniquitatis mer-  
cede conductit animas, quæ nullo ualent comparari precio, nulloq; aestimari thesau-  
ro. Quae (oro) spes alicuius spiritualis potest haberi profectus, quāto res tanti ualoris, q; no-  
nisi sacratissimo immaculati agni ualuit cruore redimi, pro uilissimo auri uel argenti ex-  
ponitur nūmō. Quid inquā acturi, quidue domino Iesu summo pontifici, optimoq; pa-  
storū responsuri sunt ecclesiārum præfules, quando proprias in medio ouium dissipata-  
rum ipse dominus quæsitus est oves? Longe siquidem tunc erunt adulatores loquen-  
tes falsa, atq; familiares, propinqui & noti inania pollicētes. Non utiq; astare tunc pote-  
runt, qui armis protegant, qui testificatione defendant, qui attollant laudibus, qui gra-  
tiam querant, & qui in tantæ necessitatis hora subueniant. Nihil profecto proderunt o-  
pes acquisitæ, honores habiti, præteritæ uoluptates, apparatus superflui, numerositas fer-  
tulorum, vulgaris rumor, clara progenies, decora familia, uestimentorum cultus, uasa  
argentea, & deaurata supellex. Solus quisq; prælatus egressus de corpore ante tribunal  
Christi procedet redditus rationem, si ecclesiastica beneficia ministris idoneis con-  
tulit, si ad sacros ordines clericos iuxta sanctorum patrum decreta promouit, si curæ ani-  
marum exhortando, arguendo, admonendo, corripiendo sollicitus fuit, si iusticiam sine  
personarum acceptance litem habentibus ministravit, si facultates ecclesiæ pauperibus  
fideliter erogauit, si afflictis, oppressis, laborantibus, egrotis, captiuis, uiduis, orphanis,  
D & peregrinis secundum possibilitatem suam opem dedit, si exemplum bene uiuendi de-  
se præbuit, si continenter, si parce, si temperanter, si humiliter, si modeste uixit, si corpo-  
ris infirmitates, diaboli tentamenta, à proximis persecutions, detractiones, damnis,  
& irrogata conuicia & quamimenter tolerauit. De singulis quibusq; operibus, de prolatis  
sermonibus, de cogitationib. uanis, obscoenis, & pessimis, de obliquis intentionibus &  
nefaris, de inordinatis, illecebris, uoluptuosisq; affectioib. eidē interrogatio fieri. Ni-  
hil prorsus totius uitæ eius decursus transibit indiscutibilem, atq; inultum. In  
hoc itaq; tam tremendo examine nihil sic præfulem exhibe-  
bit securum, quemadmodum præcedentia merita  
uirtutum actibus comprobata.

**B** Quod exemplo ducis exercitus invisibilis incumbit spiritualibus pastoribus, Dei populum spirituali gubernare  
in praetorio. Cap. XVII.



**V**Sus quidem docet, ut quoties contingat duos simul dimicare exercitus, miles pro se sit quisq; sollicitus, qualiter uidelicet illæsus hostes possit euadere, illos etiam inuadere, deprædari, atq; subigere. Singuli propria tractatæ negocia, & pro sua laborant salute. At uero totius dux exercitus præter suam, gerit omnium curam. Prouidet namq; quibus ipse exercitus alatur cibis, quibusue utatur equorum stramentis. Secum tacitus cogitat de uniuersorū indemnitate, quomodo scilicet ualeat aduersarios decipere, aduersus illos insidias ponere, disfimulare fugam, ac superare incautos. Cæteris quippe ludentibus, prandentibus, uagantibus, dormientibusq; ipse clam inimicorum perlustrat castra, si forte eos improuisos reperiat, inuadat, trucidet, & disperdat. Omnis profecto industria pro tuitiōe exercitus tam in instituendis excubijs, in mittendis exploratoribus, quam in mutandis custodiibus ex ipsis animi sagacitate dependet. Ad illius quoq; imperium mouentur castra, a cies diriguntur, certamen geritur. Ipse nempe in hora cōflictus hortatur trepidos, urget pigros, robustos accedit, retrogradientes impellit, deordinatos ordinat, & cū pugnabitibus desiderio, & adhortationibus pariter & ipse concertat. Quod autem de uisibili est dictum exercitu, hoc de spirituali & inuisibili censendum esse non ambigo. Porro istum spiritualem exercitum congregationem dixerim omnium esse fidelium, qui in ecclesia tanquam in campo sub diuersis gradibus, distinctis uidelicet agminibus sunt ordinati ad bellum aduersus aeras potestates: que profecto mille modis, occultisq; machinatis fraudibus innumerabilibus, & implacabili crudelitate die noctuq; Dei castra op pugnare non desinunt. Ad quorum siquidem defensionē, instructionem, & regimen instituti sunt spirituales duces, animarum uidelicet pastores, atq; rectores, quatenus ipsorum salubri prouisione, exercitatione laudabili, admonitione sancta, cælestiq; sapientia plebs tota creditum, quæ per se minus est ualida ad pugnandum animetur indeciderter, fugiter erudiatur, protegatur orationibus, atq; ad certaminis perseverantiā con filijs salutaribus roboretur. Iltis prorsus incumbit cunctarum gubernatio ecclesiistarum, omniumq; tradita est cura fidelium: quibus quemadmodum ascribitur ad meritum universorum corona uincantium, ita erégione pereuntium de ipsis manibus requiretur sanguis: si tamen erga eorum salutem reperti fuerint desides, atq; uitæ monita eisdem insinuare neglexerint. Propheta attestante qui ait: Si non annunciaueris impiō iniquitatem suam, ipse in peccato suo morietur: sanguinē autem eius de manu tua requiram. Ex his igitur quæ dicta sunt claret perspicue, quanta sufficientia, quantaq; in regimine animarum debeat esse solicitude pastorum. Expedit quidem illis, ut habeant cognitionē inimicorū, subditorum, & sui. Inimicorū quippe, ut sciant cū quib. eos certare oporteat, quum sint spiritus inuisibilis, intellectuales, callidissimi, assueti ad bellū, pleni omni iniuitate atq; fallacia: qui profecto uincuntur, non corporis fortitudine, nō humana prudenter, non uirtute armorum, non armatorum multitudine, non imperandi dominio, sed gratia Dei, orationis instantia, humilitate cordis, lacrymarum effusione, deuotione H mentis, fidei constantia, pietate animi, & ignito caritatis affectu. Horum planè spiritualium hostium quicunque ignorat astutias, non ualeat de ipsis reportare trophæum. Quis, oro, potest inimicum superare, quem non uidet, nescitq; qua arte decerteret? Ipsi quidem maligni spiritus non corporis aspiciuntur obtutu, sed mentis: impugnantq; nos non uisibilibus armis, sed minis, sed importunitate, sed promissione, sed fraude. Ista quippe si ignorent qui præsunt, quomodo subditos de ipsis poterunt præmonere uersutijs, atque temptationibus liberare: Tanquam speculatores sunt in alto constituti prælati, ut debeat uigilare, circunquaque prospicere, motus, deceptiones, insultusq; aduersariorum cognoscere, illösque arcere clamoribus, propulsare gemitis, orationibus debellare, & subditis eorum machinationes in imo positis referare: quatenus & ipsi intellecta eorum fallacia, nunc fuga, nunc ualeant reluctancee eorundem infestationes euadere. Cæterum si ipsi qui cæteris lumen insinuare debuerant, mente sint cæci, nec uociferari sciant, irruent procul dubio hostes, & facient maximam animarum depopulationem ad speculatorum utique spiritualem perniciem.

二四四

**Quamobrem expedit illis, ut super Dei plebem tota mentis intentione peruigilent, ne de ipsis dictum uideatur, quod dominus per Prophetam de speculatoribus conqueritur dicens: Speculatores populi mei omnes cæci, uniuersi canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, & dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt intelligentiam, omnes in uiam suam declinauerunt, unusquisque ad auaritiam à summo usque ad nouissimum. Superintendent igitur tā aduersus malignorū spirituū insidias, ut ipsas dissipare, ac alijs detegere queat quām etiā ut proprias agnoscant oues: quatenus sciant cuique oportunum prebere consilium, congruum impertiri officiū, nec essariumque præstare solatium: quod quidem optime facere ualebit, si spiritualis disciplinae sint imbuti magisterio, sint quoque uiri uirtutū, nouerintque ex suarū examinatione cogitationū iudicare de alijs. Nam (testē Apostolo) spiritualis homo omnia dijudicat, & ipse à nemine iudicatur. iudicat profecto recte, si sancte uiuit, si ambulat in spiritu, si uirtutes tener habitu, & exercet actu. Nam sine uirtute**

3 tum experientia non ualeat praesul aestimare uirtutes, neq; in regimine esse perfectus. Est enim uirtus corona pontificum, lucerna pastorum, perfectionis speculum, magisterium religionis, terror dæmonum, interitus uitiorum, ornamentum hominis, pedis equa gratia, spiritualis thesaurus, & bonum animarum rectoribus per necessarium. Tolle hanc ab homine, & iumentis ne quaquam erit dissimilis. Duceatur siquidem affectibus carnis, metris ratione semota. Virtus quippe, quamvis commune sortiatur uocabulū, tot nihilominus habet uocabula, quot sunt uirtutes. Ex quibus quædam infunduntur à Deo, & ad Deum dirigunt: quædam uero acquiruntur usu assiduo, & per exteiiores discernuntur actus. Sed ut ueræ sint, Deoq; acceptæ, ac meritoriae prorsus uitæ beatæ, necessaria quidem est infusio gratiæ & caritatis, qui omnium est uita uirtutum. Alias non formatae, sed informes esse probantur. Quæ itaq; infunduntur theologicæ, quæ autem acquiruntur, cardinales nuncupantur. His nempe omnibus decet presules, atq; animarum patres esse ornatos, prout seriatim inferius elucebit. Oportet profecto, ut qui alios de his quæ ad fidem

**C** pertinent, instruere debent, sicut ecclesiastici sunt pastores, etiam sint ipsi in fide fundati. Alioquin omnis eorum doctrina, omniscib; structura periclitabitur, & omnino corrueat. Nam fides cæterarum uirtutum fundamentum est, super quod ecclesia fundatur catholica domino dicente ad Petrum, qui ipsum confessus fuerat esse Christum Dei filium: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Super confessionem fidei quotquot salui sunt, prius ædificantur. Accipit autem quotidie ædificium hoc augmentum spirituale, supposito uidelicet ipso summo lapide angulari Christo Iesu, in quo omnis ædificatio constructa crescit in templum sanctum in domino. Fundamentum igitur salutis in Christianæ fidei confessione subsistit: cuius utiq; ostensores, prædicatores, & propugnatores esse debent, qui præsident. Ostensores (inquam) in contemptu mundi, in despectione honorum, in erogatione diuinarum, in macceratione carnis, in disciplina uirtutum. Prædicatores autem ignaros erudiendo de ijs, quæ oportet credere, & ad salutem sunc necessaria: terrendo etiam superbos, futurum

illis insinuando iudicium, inextinguibilem flamمام, uerem immortalem, interminabilem inferni supplicium. Propugnatores uero rationib. confutando, incredulos æquanimiter perferendo aduersa, atque spirituum immundorum uiriliter tentamenta uincendo. Vnde uera quippe haec fides docet, quæ iuxta Apostoli sententiam est sperandarum substantia rerum, & argumentum non apparentum. Sanè fides illum quem replet eleuat ab imis, ac uisibilibus, & collocat in excelsis, ubi sunt bona inuisibilitia, ineffabilia, & semper eterna, quæ promittit Deus credentibus in se, atque renunciantibus uisibilibus, corruptibilibus, temporalibus, terrenisque. Quū enim infundatur à Deo, & purificet corda credentiū, dicente Apostolo Petro, fides purificat corda eorū, nō potest non insinuare cœlestia. Porro quum fides manifeste gloriam Dei, quam ipse omnipotens, & misericors dominus præparauit fidelib. suis se diligētibus, conuincitur quisque rationis capax omnia caduca & momentanea contemnere debere bona, quæ profectio in cōparatione æternorum sunt tanquam lutum foetidissimum, abominabilisque materia. Est denique si des sydus præclarissimum in corpus electorū emissum de cœlis ad insinuandā ueritatem, quæ nisi mediante ipsis luce attingi non ualeat. Hinc est quod eos, quibus infunditur in ui-

ros alteros mutare uidetur, tribuens illis in corde latitiam, scientiam in mente, exultationem in uoce, disciplinam in moribus, nouitatem in sensu, in creaturas quoque potestate, atque virtutem, quemadmodum Apostolus perhibet dicens: Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt recompensationes, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugauerunt aciem gladii, conualuerunt de infirmitate, fortis facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum, acceperunt mulieres de resurrectione, ne mortuos suos. Magna prorsus est fidei autoritas, quae demonibus imperat, coelum aperit, placat Deum, angelos aduocat, inclinat sanctos, orationes exaudibiles facit, acquirit gratiam, meretur gloriam. Ex his colligitur, quam multum pastoribus spiritualibus sit necessaria fides, quos oportet pro salute animarum crebris coelum pulsare gentibus, assiduis instare orationibus, se periculis exponere, pati pro iustitia minime farmare, mortem si opus fuerit nullatenus recusare, hilarius animo pro aeternis bonis temporalia commutare. Quamobrem qui animarum curam suscipiunt, debent totaliter se Deo committere, omnemque solitudinem in illo ponere, qui credentibus in se corporis necessaria ministrat, spiritualia dona communicat, aeterna promittit, angelicasque eos tuerit custodia, dicente de viro iusto Propheta: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uiris tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Debent insuper spei gaudio esse repleti, si tamen laudabilem operum sint multiplicitate fœcundi. Nam sicut ex scelerum perpetratione in desperatione mortalitatem immergebit: ita ex uirtutum exercitatione in spei quisque exultatione preuehitur. An non exultet in spiritu, cui accepto gratiae pignore cœlestia recompensa sunt premia? Spes ( inquit Apostolus ) non confundit, quia caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Datus est enim, ut fragilitatem humanaam suam roboret presentia. Roboratur ( inquam ) ad perferendum omnia mundi huius aduersa, dum in lumine fidei agnoscit ipso reuelante spiritu passionea buius temporis non esse condignas ad futuram gloriam, quæ reuelabitur his, qui pro Christo contra uitia uiriliter pugnant. Non enim ualet imbecillitas humanæ conditionis sine spe. M unerationis aggredi ardua, seu aspera pati. Hinc est quod dominus noster Iesus Christus quum dixisset: Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me, ne fidelium mentes tollendæ crucis, sequebantur asperitate aut tempore frangerentur, illico post dies octo ductis secum super excelsis uerticem montis Petri, Iacobo & Ioanne, ante illos transfiguratus apparuit, factaque est facies eius sicut sol splendida, & uestimenta ipsius candida tanquam nix, ut sua claritatis fulgore manifestaret quanta inuenturo se sequentium animarum & corporum futura esset gloria, quæ profecto figuraliter in candore uestimentorum, & uultus irradiatione monstrata est. Bonus dominus, qui ex sua ineffabili clementia non aurum, non gemmas, non prædia, neque transiitram gloriam istius peritura uitæ, sed semetipsum, quo præculdubio nihil melius, nihil iucundius, nihilque beatius est, immo sine quo nihil bonum, iucundum, nihilque potest esse beatum, sibi seruientibus promittere dignatus est: quia uidelicet promissione futura & aeterna mens iusti spe erigitur, & exultatione repletur, & gaudio eo amplius, quo dulcius deuotione nutritur, atque interius spirituali uisitatione ad contemplandum cœlestia familiarius eleuatur. Nam aeternorum gustus supernæ felicitatis spem parit & auget. Non enim amatoribus seculi, neque delictorum oneribus prægrauatis beatæ immortalitatis delectatio prærogatur, sed humilibus, sed Deum timentibus, sed carnis uoluptatibus reluctantibus, diuinaque mandata tota animi intentione perficientibus. Iстis quippe tanquam carissimis filiis, ac fidelibus, seruis pro fuorum quadam remuneratione laborum communicantur interna gaudia promissionum cœlestium, propter quas pace, consolatione, reficiuntur & spe: quæ profecto spes est ( sicut à definitibus scribitur ) certa expectatio futura felicitatis ex Dei gratia & meritis proprijs proueniens. Quis, oro, absque spirituali solatio uel spereributionis præsumit perseveranter aduersum semetipsum atque potestates aereas decertare? Nā quemadmodum sine cibo corpus debilitate languescit: ita etiā absque deuotionis gustu anima à perfectionis exercitatione torpescit. Hinc est quod figuraliter populus Hebreorum egressus de Agypto, & ad terram promissionis pfectus in cœlesti alimento nutritur, ne las

A satus inedia, uel labore itineris ad Agypti concupiscentias corpore, uel animo remearet. Nouit siquidem p̄fissimus pater noster & dominus quam laboriose ad uirtutum alta consendimus, quamque facilime ad uitiorum profunda defluimus. Propterea donis suis frequenter nos uisitare dignatur, ut uel saltem experientia erudit̄ intelligamus etiā in hac peregrinatione militantibus Christo spiritualia non deesse solatia, ac per hoc nō desistamus in boni operis studio perdurare. Nempe conuincit ex hoc diuina bonitas seculatores carnalium uoluptatum, qui sp̄tis internis delectationibus sibi gratis oblatis exteriores ad sui perniciem cum animi anxietate queritare non cessant. Possent utiq̄ iucundius delectari in domino, quam in seculo, atque abundantius spiritus, quam carnis, si uellent frui delicijs, Nec mirum. In domino quippe sunt quecunque cor hominis delectare sufficiunt. Nam delectationes ( ait Propheta ) in dextera tua usque in finem. Noni delectatio una, sed delectationes in dextera ( inquit ) tua, ut intelligas omnes in illo esse delectationes, quæ nedum ad tempus præsens, uerum etiam satient usque in finem. Inchoatur profecto hic & prælibantur ex parte: sed in aeternitate perficiuntur, quando reuelata facie ipse Deus uidebitur sicut est, quod unica sententia memoratus Propheta protulit, dicens: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Delectare igitur homo, non in seculo, non in uanitatibus falsis, non in uoluptatibus lutosi corporis, sed in domino, de ipso uidelicet meditando, ipsum laudando, ipsi gratias agendo, ipsiusque mādata tota mentis intentione seruando, quamdiu in carne uiuīs, quoique peregrinaris in corpore, & per fidem ambulas, uidesque per speculum in enigmate. Delectare ( inquit ) in domino, quia creator tuus est a quo plasmatus es, redemptor tuus per quem reformatus es, spes tua quam concupiscas, gaudium tuum in quo exultes, corona tua de qua glorieris, merces tua de qua diteris, finis tuus ad quem suspires, uita tua per quam uiuas, lux tua per quam illumineris, uia tua per quam gradiaris, pax tua in qua requiescas, & sapientia tua a qua erudiaris. Planē si sic in præsentiarum delectarī in domino, ut præter illum non sit quod desideres, dabit tibi, & ipse in quo delecteris in regeneratione futura,

B psal. 15. C in resurrectione mortuorum, in seculi renouatione, & in uiuorum regione petitiones cordis tui. Nihil tunc tibi quod concupiscas, negabit, quando totaliter tibi tribuet se. Se quippe dando, sequebantur tibi sicuti est manifestando donabit prorsus tibi omnia, quia in ipso sunt omnia. Quicquid desiderabis, quicquid postulabis, quicquid corde conceperis, & in illo erit, ipsumque habendo consequeris, & consequendo beatus eris. Verum antequam ad hanc pertingas beatitudinem, quæ futura est, oportet ut irreflexibiliter curras in spe comitante fide atque ducente. Nisi ipsa tecum fuerit, teque ad cœlestia quod properas perduxerit, nunquam illuc attinges, sed ueluti cæcus & demens prorsus per densissimas huius præsentis exilijs spiritualis errabis tenebras, atque in direptionem intellectualium incides bestiarum, de quibus Propheta ait: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa per transibunt omnes bestiæ sylvae, catuli leonum rugientes, ut rapiant, & querant escam sibi. Ceterum si ipsius fidei luce post has de quibus loquimur, tenebras illustreris in corde, præculdubio fieri tibi, quod memoratus Propheta adiecit, dicens: Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperam. Evidem a splendore huius cœlestis syderis uitiorum fugantur tenebrae, & spirituales aduersarij latebras suas petunt, propter quod ille qui paulo ante carebat lumine, & vinculis tentatoris tenebatur astrictus, ad opus Dei peragendum efficitur uidentis & liber: in qua profecto libertate quanto solicitius operatur, tanto amplius crescit in spe percipiendi præmia sempiterna, sibi famulantibus a Deo fieri deliter recompensa. Ex huīs itaque promissionis ac spei gusto delectabiliter reficitur caritatis affectus: quæ uidelicet caritas quamvis in hac peregrinatione sit fidei cooperatrix & spei, ceteris tamen deficientibus duabus ipsa sola tanquam maior & excellentior perseverat in patria.

D psal. 163. Quantum ibid. Ceterum si ipsius fidei luce post has de quibus loquimur, tenebras illustreris in corde, præculdubio fieri tibi, quod memoratus Propheta adiecit, dicens: Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exhibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperam. Evidem a splendore huius cœlestis syderis uitiorum fugantur tenebrae, & spirituales aduersarij latebras suas petunt, propter quod ille qui paulo ante carebat lumine, & vinculis tentatoris tenebatur astrictus, ad opus Dei peragendum efficitur uidentis & liber: in qua profecto libertate quanto solicitius operatur, tanto amplius crescit in spe percipiendi præmia sempiterna, sibi famulantibus a Deo fieri deliter recompensa. Ex huīs itaque promissionis ac spei gusto delectabiliter reficitur caritatis affectus: quæ uidelicet caritas quamvis in hac peregrinatione sit fidei cooperatrix & spei, ceteris tamen deficientibus duabus ipsa sola tanquam maior & excellentior perseverat in patria.



Quantum homo cæteras creaturas dignitate præcellat. Cap. XVIII.

Gen. 1

Niuersas creaturas uisibiles hominem multiplici præcellere dignitate dubitet nemo. Cum enim Deus faceret omnia, solo ea creauit uerbo, sicut scripsit est: In principio creauit Deus cœlū & terrā, dixitq; fiat lux, & facta est lux, fiat quoq; firmamentum in medio aquarū. Germinet terra herbam uiuentem, & facientem semē, & lignū pomiferū. Fiant luminaria in firmamēto cœli, & diuidant diem ac noctē, sintq; in signa & tempora, & dies & annos, ut luceat in firmamento. Producant aquæ reptile animæ uiuentis, & uolatile super terrā sub firmamento cœli. Producat terra animā uiuentē in genere suo, iumenta reptilia, & bestias terræ secundum species suas. De homine aut̄ quid? Faciamus (inquit) hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & uolatilibus cœli, & bestijs terræ omnīq; reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suā. Ad imaginem & similitudinem suam fecit illum. Et hoc secundū spiritum rationalem & interiorem hominē. De corporis autem creatione sic legitur: Formauit igitur dominus Deus hominē de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculū uitæ, & factus est homo in animā uiuētem. Verum ut hominis prærogatiua ab homine nosceretur, cū dominus fecisset Adā, uelletq; ei dare adiutoriū, nec simile illi in uniuersis quæ Deus fecerat, creaturis inueniretur, non de alia materia, sed de ipso formatū est. Immissio siquidem à domino sopore in Adam, & eo dormiente ablata est una de costis eius, & ex eadem formata est mulier similis decoris, paris excellentiæ, & equaliç; dignitatis. Sanè in ipso creationis suæ exordio Christi & ecclesiæ initia sunt sacramenta, per quæ quantum cæteras (ut dictum est) gratia, dignitate, & fine transcendat, luculententer apparet. Cuncta enim quæ facta sunt, quāuis bona, & ualde bona ab ipso summo bono creata sint, nequaquam tamen ut agnoscāt quid, & à quo, atq; ad quem facta sunt, accipere meruerūt. Ut uero de alijs taceam, uniuersa quæ fulgent in cœlo, sicut sunt sol, luna, stellæ & firmamentum, acceperunt utiq; splendorem, incorruptibilitatem, uirtutem, perpetuitatem, & nihilominus quamvis ista sint præcipua decora, atq; sublimia, mi<sup>G</sup>nus tamen sunt, quām si inteligerent quid, ad quem, & à quo facta sunt. Porro non ualent gaudere de eo quod sunt, quia nequeunt intelligere à quo, & ad quem facta sunt. Facta namq; sunt non propter se, ut uidelicet delectetur in se de eo, quod sunt, & à quo sunt, sed ad laudem conditoris sui, & ut exerceant, erudiant, lætificant, accendantq; eos, qui ipsas intuentur, non corporali oculo, sed intellectuali, quo utiq; etiam inuisibilia agnoscantur, quemadmodum Apostolus testatur dicens: Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspicuntur, sempiterna quoq; uirtus, atq; diuinitas. Nempe si inuisibilia & coelestia per uisibilium & terrenarū intelligentiam cognoscuntur, multo magis ipsa percipiuntur uisibilia. Facta igitur dicimus esse uisibilia & sensibilia propter hominem, ad laudem tamen & gloriā illius, qui fecit hominē. Non propter hominē (inquit) tanquā finem, scilicet ut homo earū sit finis, aut illis utaſ pro fine, sed ut hominē perducāt ad finē, ministrēt homini, illūq; exerceāt. Ministrēt quidēne cessitati corporis, sine quibus nō potest in hac peregrinatione uiuere. Exerceāt uero in H tellectū pariter & affectū, quādiu per fidē ambulat ipse homo, & uidet p speculū. Equidem ad sustentationē corporeq; infirmitatis, quæ oriuntur de terra, & procreātur de arboribus, uel uiuunt super terram, seu vegetantur in aquis, à Deo sunt præstita, sicut scriptum est: Omnes pisces maris (inquit dominus ad Noe) manui uestre traditi sunt, & omne quod mouetur & uiuit, erit uobis in cibum: quasi olera uiarentia tradidi uobis omnia, excepto q; carnem cū sanguine non comedetis. Claret profecto euidentissimē, quoniā corpore hominis deficiente mortali, desinet pariter & uisibilium creaturarū usus, atq; ministerium. Quod utiq; fiet, quando corruptibile hoc corpus induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, cum mors absorpta fuerit in uictoria, lætusq; homo ipse cantabit: Vbi est mors, uiatoria tua? ubi est stimulus tuus? Nempe cum utroque homine beatus effectus angelorum coetibus admiscebitur, tunc quan<sup>9</sup>ta homo idem sit dignitatis, quantumue gratia, sublimitate, & gloria cæteros præcellat uisibiles creature, luculententer apparebit. Ad hanc quippe gloriam futuram, & in cœlis

A & In cœlis promissam non peruenitur, nisi per meritum redemptionis factæ per Christum, cooperante uirtute caritatis, quæ uirtutes informat & dirigit uniuersas. Vtrumq; prorsus est necessarium ad salutem, ut uidelicet quisq; saluandus redimatur gratificeaturq;. Redimitur siquidem per sanguinem immaculatū agni Christi Iesu domini nostri, à seruitute diaboli, qua peccatorum uinculis captiuus tenetur, ipso domino dicente: Qui facit peccatum, seruus est peccati, à qua prorsus seruitute non ualeat, nisi per eum, qui solus est liber, absoluī. Illum uidelicet qui per Prophetam ait: Factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Liber siquidem à delicto, liber à corruptione, liber à debito. Hic namq; liber captiuos redemit à seruitute diaboli, peccati & mortis, & spirituali restituit libertati, facta tamen prius debiti, quo tenebant astricti, satisfactione condigna. Quæ utiq; quamvis in se efficacissima & spontanea fuerit, suum tamen nequaquam nisi in ihs quos infusa gratos efficit caritas, sortitur effectum. Sola igitur caritas est, quæ gratum reddit hominem Deo, de qua Apostolus dicit: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Deniq; ad hanc acqui rendam non suppetit naturale ingenium, non humana industria, neque acquisita scientia. Poteſt homo se ad illam suscipiendam disponere, ualeat pro eadem Deum iugiter orare, illam tamen minime potens est proprijs impetrare meritis: infunditur, gratis datur, à Deo donatur, ideo gratia uocatur. Nempe non est uolentis, necq; currentis, sed misserentis Dei illam tribuere. Infundit namq; eam Deus quibus uult, non per speciem aliquam, quia non est corpus, nec per uocem, quia non est sonus, sed inuisibiliter, spiritualliter, repente & uoluntarie. Hanc quippe non uider oculus, auris non percipit, non odo ratur olfactus, necq; attractat manus. Gustus solummodo eam sentit, non palatum oris, sed affectio cordis. Est profecto quidam spiritualis sapor, & quedam dulcedo maxima, quæ omnes animæ uirtutes reficit, confortat & promouet. Infunditur (inquam) placi do motu, complectq; affectum recipientis delectatione, exultatione, & iubilo, adeò ut præ dulcedine illius fastidio sit quicquid prius placebat in seculo, & de temporalibus pro speritatibus arridebit. Nec mirum, nam quemadmodum diuinæ bonitatis est gratui tum donum, ita diuini amoris mellifluum præstat gustum, quo nil experitur dulcius, nil amplexatur carius, nilq; familiarius possidetur. Reciprocus plane est amor iste, & præ ceteris amantem coniungit amato. Nam mutuus creaturarum ad creaturas affectus copulat se pariter diligentes corpore, conuersatione, moribus, & dilectione sibi uicissim exhibita. Caritas uero conglutinat uoluntates, spiritus & affectus. Testimonium audi scripturarum: Deus (inquit Ioannes) caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Non enim manet (inquit) cum Deo, quod agit creaturarum amor, sed in Deo spiritualiter amabiliter, atq; efficit unum, sicut dominus ad patrem ait: Tu in me & ego in illis, ut simus cōsummati in unum. Hinc caritatis quanta sit sublimitas, quantacq; efficacia percipitur, cum Deum in homine, & hominem in Deo esse facit uinculo castissimi pīj; amoris. Parum dixi cum hominem in Deo mantere caritate median te perhibui, quoniam ipsum hominem etiam Deum facit, sacro hoc asseuerāte eloquio: D Ego (inquit propheta) dixi dī es, & filij excelsi omnes. In quanto dignitatis prouehātur culmine, qui caritatis insigniti sunt munere, quis non miretur, quando dī & filij excelsi nominantur, nō siquidem essentialiter, quia unus tñ est Deus, ex quo omnia, sed nū cupatiue & per participationem: Nuncupantur enim filij dicente domino, cū oratis dicite: Pater noster qui es in cœlis. Participant aut̄ diuinitate, & sunt dī, qñ (sicut ait Apostolus) qui adhæret Deo, unus sp̄ritus fit. Vnus quippe sp̄iritus factus cum Deo, in quo habitat Deus, ó quām excelsus & quām potens est: Apostolū audi: Omnia (inquit) possum in eo, qui me confortat. Valeat profecto ille in quo est caritas, sine qua nō est Deus, ignē, ferrum, uincula, carceres, feras superare, & mortem. Vnde (quæso) sanctis martyribus tanta uirtus, tantacq; constantia: Nunquid ex se? Prorsus minime. Inhabitantem libi habebant Deum, profusa erat in eorum præcordijs caritas, diuinoq; erant amore sue censi, propterea tam dīra, tam diuturna, tamq; intolerabilia humanæ fragilitati potuerunt perferrere supplicia. Defecissent proculdubio in passionis agone, si absq; Dei amore certassent, maxima siquidem est caritatis uis, quæ in martyribus dimicando natu ram uincit. Fortis (inquit sapiens) ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Lam-<sup>Cont. 2</sup>  
pades<sup>1. Ioan. 4</sup>  
<sup>2. Cor. 4</sup>  
<sup>Phil. 4</sup>  
<sup>Math. 6</sup>

pades eius lampades ignis, atq; flamarū. A quæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam. Fortis quippe ut mors esse caritas dicitur, quia quem perfecte absorberit, facit uitā diligendo perpetuā corporalem mortem nullatenus formidare. Ignis atq; flamarū illius lampades fore perhibentur, esse quia ignitas, quibus infunditur, efficit mentes, in quo utiq; salutari igne decocte, sonore fiunt, & solidæ, adeò ut nullius tribubulationis impetu, nulliusue persequētis impulsione frangantur, ut si impingant homines hominem flamma caritatis adustum blasphemij, irrisioibus, persecutionibus, terroribus, minis, damnis, & morte illius mentis habitaculum super petram caritatis fundatum nequaquam euertere, neq; à Dei amore diuellere queant. Audi strenuissimum bellatorem uirgis cæsum, lapidibus percussum, naufragium passum, maris profundo immersum, attenuatum fame, frigore afflictum, nuditate dehonestatū, persecutionibus attritū, sed uehementissimo caritatis ardore accensum, quid dicat: Quis nos (inquit) separabit à caritate Christi? Tribulatio: an angustia: an persecutio: an famæ: an nuditas: an periculum: an gladius? Certus sum, quia neq; mors, neq; uita, neq; angelus, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; aliquid, neq; fortitudo, neq; profundū, neq; creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. O caritas sancta, quāta sunt præconia tua, quām præclara tua sunt testimonia, quanta laus, quanta gloria, quantæ diuitiae, quanta dulcedo, quanta uirtus, quantaq; est potestas in te. Te quippe interpellante, te suadente, te impellente Deus pater filium suū unigenitum, coæternum, coæqualem, sibiq; consubstantiale misit in mundum, ut rationalem naturam, quæ inobediendo perierat, per assumptionem mortalis carnis substantiā repararet, sicut scriptura sacra fatetur dicens: Propter nūmiam caritatem suā, qua dilexit nos Deus, misit filium suū in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne sua. Ipse quoq; dominus Iesu de te plenus, crucis non renuit subire patibulū, ut eos quos uinculis tuis in se retinebat astrictos, redimeret à seruitute peccati, suoq; sacratissimo crurore mundaret, Ioanne hoc perhibet, qui ait: Gratia uobis & pax à Deo patre, & à domino Iesu Christo, qui est testis fidelis, & primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ, qui dilexit nos, et lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Porro qui te habet in se, & quo animo aduersa patitur, propter te, nihil asperum arbitratur conforsatus à te, nihilq; amat extra te, sed omnes diligit in te, & per te proximum diligit sicut se, seq; amat in te. Te gerit in corde, te amplexatur in se, per te erigit supra se, per te requiescit in te, se exercet propter te, foris occupatur per te, & intus reficitur à te. Te syncera affectione tenentem in se comitaris o beata caritas, tuas cum ipso existimās esse delicias, & que delectaris de illo, sicut ille de te, imo lōge tu dulcius multoq; familiarius, quām ipse, quia tu profusius, tu iucundius, tu sanctius, tu fortius diligis. Nam amor tuus quo diligis, absq; ulla est macula, & nihil habet priuatū in se. Nunquam enim deseris quem diligis, nisi ipsi prior derelinquat te, quin potius te despicientem, teq; fugientem, o quām frequenter sermonibus pījs, blandisq; insequeris exhortationibus, ac promissionibus magnis conaris illum reuocare ad te, tanquā si illo egeres, possesq; eo mediante proficeret. Hoc autem ex naturali tua agis clementia, quæ omnes homines in latissimo gremio tuo collocare desideras, non quidē propter te, quæ uniuersis affluis bonis, sed propter illos quos trahere uis ad te, ut ipsos de te beatos facias in te. Tu enim (quantum in te est) cunctis benefacere, teq; communicare nō desinis, dummodo se non subtrahant à te, quæ consueisti de inimicis amicos, de captiuis liberos, de seruis filios, de peccatoribus facere iustos. Nulla prorsus mortalium lingua tuas sufficit explicare laudes o sancta & diuina caritas, tu namq; es corona regni, tu gloria supernorum, tu mundi reconciliatrix, tu peccatorum uenia, tu uia uitæ, tu cœli ianua, tu nuptialis uestis, sine qua nemo thalamum coelestem ingreditur. Tu merita exquiris, tu metiris opera, tu largiris p̄m̄ia. Nempe quicunq; Deo placuerunt, quicunq; laudabiliter uixerunt, te agente, teq; cooperante id valuerunt. Et ut paucis de te multa complectar, tu in celo regnas, tu dominaris in terra, tu in electorum cordibus principatum tenes. Cum igitur uniuersis Deo famulari cupientibus prorsus necessaria ipsa caritas fore comprebetur, per amplius tamen ecclesiasticorum uirorum, quibus animarum iniuncta est cura, debet inesse præcordijs. Horum siquidem officium in Dei ac proximi dilectione precepit.

A cipue fundatum est. In ministerio nāq; proximi, caritas Dei ostēdit, atq; in eadē Dei caritate, proximi quanta sit dilectio exhibet. Vtraq; enim affectio, Dei uidelicet & proximi sibi cohæret, & de uno eodēq; caritatis manat fonte, adeo ut nec Deus sine pximo, nec pximus sine Deo recte diligi queat. Duo quippe precepta sunt dilectio Dei & proximi, in quibus tota lex pendet, & prophetæ, & tñ ipsa duo pene unū sunt, dicente dñ: Diliges dominū Deum tuū ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex omni uirtute tua. Hoc (inquit) est prīmū & maximum mandatum. Secundum uero huic simile est diligē proximū tuū sicut teipsum. Non est idē sed simile. Nō est idē in opere, sed simile: quia ambo de caritate, & in caritate. Caritas in corde, effectus uero caritatis cōsistit in opere. Radix profecto est caritas, fructus aut radicis est opus bonum. Sane ubi uiget radix caritatis, fructus laudabilis germinat actionum. Ceterū cū exercitiū spūaliū pastorum principali per circa curam & salutem uersetur proximorum, expedit ut in eorum cordibus radix uiuat caritatis. Tolle de corde præsulī caritatē, & nihil reperies in illo corā Deo cōmendatione dignum. Quāuis sua eroget, quanquam uerbū Dei ubiq; disseminet, tamē eiſi utilitatibus proximorū incumbat, nil prorsus illi proficit ad salutē: qm̄ solum Deus illud approbat opus, quod de radice intelligit assurgere caritatis. Apostolū audi: Si linguis (inquit) hominū loquar & angelorum, caritatem autem non habeam, factus sum uelut æs sonans, aut cymbalum tinniens: & si habuero prophetā, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam: & si habuero omnē fidem, ita ut montes transferam, caritatem autē non habeā, nihil sum: & si distribuero in cibos pauperū omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi profert. Potest utiq; qui sine caritate est alijs professe, sibi uero minime ad meritum futuræ uitæ, in quam proculdubio quisquis caritatē non habet, introire non ualet. Quamobrē pastor ut lui mercedem non amittat laboris, Deū ex toto corde diligat, atq; pro ipsius amore ouibus sibi creditis sollicitè ministrare non desinat. Pascat illas uerbo, pascat exemplo, pascat terrena substantia. Sic dominus Iesu Petro mandauit dicens: Petre amas me: Pasce oves meas. Hoc profecto trina repetiuit interrogatione, ut ex trina confessione Petri, ter ab eodem factam aboleret negationis culpam. Voluit propterea ipse dominus & magister ex huiusmodi repetitione pastoris insinuare pastribus, quatenus ouibus sub regimine suo constitutis deberent corporibus morituris alimoniam temporalem, animabus semper uicturis doctrinam spiritualem, atq; earum moribus exemplo suo bene uiuendi disciplinam præbere moralē. Porro qui talibus pabulis pascit gem dominicū, bonus est pastor, & caritatis dono repletus. Huic nūi infunderetur desuper, nō posset ipse effundere. Nam ut effundatur, prorsus à Deo infunditur caritas, eoq; largius infunditur, quo effunditur liberalius. Si communicatur, augetur, & crescit: si uero non erogatur, nequaq; multiplicatur, sed tepescit, & deficit. Erat tēpore Helisæi propheta mulier quādā uida cū liberis suis debitibus obligata, atq; à creditoribus supra modum oppressa. Hec ad uirum Dei accessit, omnesq; animi sui eidem reseruauit angustias. Demandato itaq; prophetæ sancti accepit à conuicinis mutuo uasa non modica, sepius cum filijs suis clausit domi. Habebat ipsa in uasculo parum infusi olei, illudq; quām primum effudit, multiplicare perspexit, atq; tādiu effusum à muliere crevit in doljs, quam diu uas in quo infunderetur, non defuit. Destitit effundere, & stetit oleum. Intelligant qui præsunt in ecclesia, quid ista significant. Discant effundere proximis, quod accepterunt infusum. Non sint auari retentores, effundant omnibus, gratis tribuant quod ad effundendum gratis acceperunt. Non timeant amittere, quod ex caritate effundunt. Hoc tantum formident, reseruare uidelicet in se, quod effundere oportebat. Evidēt hoc boni pastoris semper est proprium, indeficienter scilicet effundere, & hilariter comunicare. Effundere utiq; doctrinam, effundere caritatem: communicare autem sua, dare seipsum, nihilq; reseruare sibi, quod effundere possit ad lucrum. Caritas quippe oceiosa atq; priuata esse non ualet. Operatur inde sinenter intus, & cœlestibus flagrat desiderijs, pījsq; mouetur affectibus. Foris uero proximorū utilitatibus actionibusq; sanctis semper intendit. Siue mente excedimus Deo (inquit Apostolus) siue sobrij simus uobis, caritas Christi urget nos. Virget plane caritas amoris sibi uinculis alligatum ascendere & condescendere, acquirere & dispergere, gaudere & flere, abundare & pœnariam Laur. Iustin. HH nuriā

nuria pati, superari & uincere, discurrere, & gescere, sicq; omnib; omnia facere, ut Christo domino lucifaciat uniuersos. Hæc profecto est spiritualis meta, ad quā pastores animarū, alacri animo, prudenti cōsilio, perseverantiq; debent intentione festinare, ut perfectionis brauim apprehendere queant. Hi enim si mente sciant se transcendendo, actualiter ad Deum ascendere, atq; proximorū infirmitatibus ad tempus cōdescendere, & cætera quæ memorata sunt uoluntarie, & in sensu cordis peragere semper, poterunt (prout decet) ministerium pastorale perficere. Deniq; uniuersa quæ perstrinximus, sub compendio docet caritas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Quæ quidem Deo exhibetur, si ab eodem donatur. Si exerceatur crescit, si operatur meretur, si uero negligitur deficit. Nec ab re. Nam ipsa caritas ignis est, quem Dei & hominū mediator, misit in terram uolens ut arderet, nec consumeret. Ne igitur cœlestis iste ignis extinguitur, expedit ut diligentissime nutriatur, non quippe materialibus fomentis, sed spiritualibus uotis, sed deuotionibus quotidianis, sed internis virtutibus, sed operibus sanctis, quæ profecto virtutes spiritualia sunt ornamenta pastorum.

Quod exterior ornatus non reddit hominem gratum Deo, sed interior, qui in uirtutum consummatione subsistit. Cap. XI X.

  
**Q**uis nouit spiritualiter dījudicare omnia, absq; ambiguitate intelligit, q; exteriora ornamenta nequaquā cōmendant nos Deo. Si enim commen-  
 darent qui alij essent gratiore, quā mulierculæ, quæ in gemmis, in tortis  
 crinibus, in preciosis indumentis, & in millib. huiusmodi tota se animi inten-  
 tione componunt: & utinā non ad sui multorumq; perniciem. Ista si Deo  
 placerent, Propheta eadem à filiabus Israel illis intendentibus dominum ablaturum nō  
 comminaretur, dicens: Auferet dominus in die illa ornamentum calcimentorum, &  
 torques, & monilia, & mitras, & discriminalia, & gemmas in fronte pendentes, & muta-  
 toria, & specula, & syndones, & theristra. Et erit pro suaui odore foctor, & pro zona fu-  
 niculus, & pro crispanti crine caluitum, & pro fascia pectorali cilicum. De ornatu uer-  
 to regum, & principum seculi quid memorem? Hæc omnia ad fastum pro acquirenda G  
 mundi gloria, & ad sectandam carnis petulantiam fiunt ab ihs, quibus sola quæ carnis  
 sunt sapiunt, qui nihil aut parum de futura uita, & supplicijs intelligunt sempiternis.  
 Cæterum qui fidei oculo uentura prospectant, cuncta exteriora ornamenta uaria sup-  
 pellectilis, uasorum aureorum, preciosarum uestium, gemmarum fulgētium, superfluo-  
 rum apparatum, coniuiorumq; frequentium contemnunt, tanquam minus Deo gra-  
 ta, uirtutibusq; contraria. Nam quemadmodum qui fidelis integra de operibus bonis  
 credunt retributionem à Deo esse faciendam, uoluptatibus, diuitijs, & honoribus spō-  
 te renunciant: ita econtrario qui post hanc uitam nullam ex actibus suis expectant mer-  
 cedem, temporalia oblectamenta carnis, & mentis sedula animi intentione consequi-  
 concupiscunt. Nēpe isti uisibilia & præsentia querunt, illi inuisibilia & futura. Isti mo-  
 mentanea & permixta lætitia, illi autem sempiterna, ac perfectissima felicitate frui de-  
 siderant. Isti in tempore uolubilitatis, illi uero in consummatione æternitatis exultare  
 volunt. Isti mundi dilectoribus, illi autem soli Deo placere satagunt. Isti deniq; in ob-  
 secnitate uitorum, illi uero delectantur in adeptione uirtutum: ipsas quoq; habere stu-  
 dent eo sollicitius, eoq; perfectius, quo clarus formatæ fidei splendore irradientur, san-  
 ctæq; spei iucundius replentur, atq; ardentius facibus diuinæ caritatis uruntur. Nam tres  
 memoratae uirtutes à Deo gratis infunduntur in hominem, ut per hominem diuino mu-  
 nere perficiantur & cæteræ. Perficiuntur ( inquam ) non in se, sed ut per earum actus  
 interiores habitus earundem perficiantur in homine, ipso utiq; homine adiuto diuini-  
 tuts se disponente atq; agente. Dispositionem quidem ipsam in homine ad uirtutes per-  
 ficiendum necessariam esse non ambigo: quam utiq; dispositionem esse intelligo, cum  
 quis diligenter sollicitudine nititur declinare à malo. Hoc autem initium est iustificati ho-  
 minis cupientis uirtutum arcem ascendere, sine quo minime subsistit uirtus. Quamuis  
 enim ex communi gratia, & ex dono naturæ bene à Deo instituta, ualeat homo decli-  
 nare à multiplici malo, & facere quædam bona moralia: meritioras tamen uirtutes,  
 atq; perfectas, sine Dei munere singulari, & absq; maximo labore, usq; certitudinad-  
 uerius semetipsum in semetipso non potest acquirere. Nempe in corde passiones ger-  
 minans

A minant atq; fructificant, sicut ueritatis magister testatur dicens: De corde ( inquit ) ex-  
 eunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, bla-  
 sphemiæ. Porro expedit, ut in se his resistat germinantibus motibus, qui uirtutes adipisci  
 desiderat, alioquin nisi reprimantur, de festucis efficiuntur trabes. In sui namq; exor-  
 dio debiles sunt, in progressu fortes, sed in consummatione insuperabiles. Beatus qui  
 pè ( ait propheta ) qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. Sanè qui mox ut pas-  
 siones uitiorum in corde suo pullulare persenserit, contra easdem uiriliter pugnat, facil-  
 lime superat, superandoq; exercitatio inuenitur. In exercitatio autem proficit, pro-  
 ficiendo uero spirituales ascensionum gradus disponit in corde suo: per quos utiq; ascē-  
 dit quotidie de uirtute in uirtutem, donec sentiat Deum deorum reclinantem, in se col-  
 loquentem, & cohærentem secum, tanquam cum amico amicum, & cum sponsa pudiciæ sponsum. Ad hanc profecto castissimi amoris uerbi, & animæ familiarem copi-  
 lam non nisi mediantibus peruenitur uirtutibus, uidelicet tam illis de quibus iam di-  
 cūm est, quām etiam illis quas propter sui præminentiam, atq; stabilitatem cardina-  
 les uocamus, quæ reddunt animam meritis sublimem, atq; ipsam efficiunt in se stabi-  
 lē, cæterisq; uirtutibus exornatam, quoniam ab illis tanquam à stipite uniuersæ consurgunt.

Harum proculdubio uirtutum ornatus congruit pastoribus, qui in diuinis laudibus, &  
 in priuatis orationibus, necnō in sacris altaribus, dum sacrosanctam dominici corporis  
 oblationem offerunt, altissimo frequenter assistunt. Spiritualem siquidem harum uirtu-  
 tum ornatum in ueteri testamēto arbitror fuisse expressum, cum dominus sacerdotales  
 uestes, reliquoq; ornatus Aaron pontificis mandaret ut fierent, dicens: Rationale quoq;  
 iudicij facies opere polymito, quadrangulum erit, & duplex, mensuram palmi habebit,  
 tam in latitudine, quām in longitudine: ponesq; in eo quatuor ordines lapidum, inclu-  
 siq; erunt auro per ordines suos. Porro rationale hoc, quod tam prudenti artificio, mi-  
 croq; ornatu mandatur ut fiat, mentem significat cuiuscunq; pontificis, quæ quadrāgu-  
 ta esse debet, & duplex. Quatuor scilicet cardinalibus uirtutibus, prudentia, temperan-  
 tia, fortitudine, & iustitia stabilita, non minusq; opere exercitata, quām uotis, quæ pro-  
 fecto in omni sua actione discretionis dent habere mensuram. Sít quoq; preciosoru la-  
 pidum, diuersarum scilicet uirtutum, desideriorū cœlestiū, utiliū cogitationū, ac intētiō-  
 num laudabilium quadriformi distinctione decorata. Qui lapides ad sui perfectionē or-  
 natus, sint auro inclusi, id est, caritatis uirtute connexi atq; cōpositi. Talib. siquidē orna-  
 mentis fulgeant præsules in corde ante dominū, polleantq; uirtutibus, ut honorabiles  
 appearant in ecclesia Christi ad gloriam utiq; Dei, proximi ædificationem, suiq; profe-  
 ctiū pastoralis officij. Quod eo magis ipsis & dominico proderit gregi, quo amplius eo  
 rum uita uirtutibus irradiata lucebit. Nō querat exteriores ornatus uestium, equorum,  
 domorum, epularumq; quoniam nullo horum usus est dominus. Vilibus namq; uesti-  
 bus est indumentis, despicio insedit asello, discipulos pescatores habuit, panē, pīces, &  
 fauum mellis manducasse legitur, domū nequaquam possedit propriam, quāvis ipsius  
 terra esset, orbis terrarum, & uniuersi, qui habitant in eo. Nihil prorsus quæsiuit altū, ni-  
 hil delectabile, nil pulchrum, ut humano exterius placeret aspectui, quatenus imitatori

bus suis suo insinuaret exemplo, temporalia ornamenta omnino esse contēnenda, illaç  
 solū appetenda, quæ anima reddunt interius diuinis obtutib. gratā. Deniq; Prophetarē  
 ferente didicimus, quod omnis gloria filiæ regis ab intus in fimbrijs aureis circundata  
 uarietate uirtutum. Intus quippe est mentis puritas, cordis innocentia, conscientia gloriæ  
 claritas sapientiæ, pudicitia candor, statuta iustitia, fidei lumen, futurorum bonorum  
 spes, dulcedo caritatis, orationis gustus, contemplationis admiratio, amoris oscu-  
 lum, munditiae decor, animi tranquillitas, tribulationum constantia, & temperantia re-  
 gimen. Hæc plane & his similia spiritualia sunt ornamenta, quæ cōmendant nos Deo.  
 Istiusmodi igitur ornamenti componant se præsules, cardinalibusq; præcipue ful-  
 geant uirtutibus, ut ualeant cui famulantur placere altissimo. Porro in eligendis utan-  
 tur prudentia, temperantia uero in utendis, in tolerandis autem fortitudine, atq; in di-  
 stribuendis iustitia splendeant. Est quidem prudentia ecclesiasticis pastoribus prorsus  
 necessaria, non mitius in proprijs, quām in subditorum negotijs. Nam prudentia bona  
 rerum & malarum describitur esse utrarumq; scientia. Hæc quippe ex singulari Del

dono principaliter acquiritur, dicente scriptura: Dominus dat intelligentia, atque prudētiam, per semetipsum illā nō sufficit apprehendere homo. Valet quidē multa ex natura liscutari ingenio, potest plura nefāda & Deo odibilia meditari, bona uero minime. Apostolum audi: Non possumus (inquit) cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Iactet se superbus quisque, & dicat: Sapiens sum, prudēs sum, nullius egeo doctrina. Valeo aliorum & mei cordis secreta rimari, agnosco fallacias hominum, dæmonum astutias nō ignoro, naturas rerum & abdita cœlorum penetrare possum. Nec si ista narrando uerum dices, prudens es. Sed decipit te aestimatio tui, opinio tua mendax est, si prudens fores, in ueritate te agnosceres, te humiliares, te nihil esse arbitraberis. Qui putat (ait Paulus) se aliquid esse, cum nihil sit, ipse se seducit. Intellige quia ille se seducit, qui putat se aliquid esse, cum sit nihil. Si nihil est, uideat si de nihil gloriandum est. Utique etiam de nihilo dixerim gloriandum esse, sed in domino, qui quoties uult de nihilo facit aliquid. Quamobrem ipsi soli gloria, qui de illo, qui se nihil esse arbitratur, facit aliquid. Nam qui aliquid esse se credit, seducitur à seipso, & nihil efficitur, quia elatus, quia cæcus, quia sui ignarus est. Profecto si prudens esset, non longe discederet à se, non se elongaret à se, perquireret se in se, & ex se etiam remota metiretur à se. Quoniam uero caret prudentia, ignorat quoque se. Si se in se nescit, quomodo à se remota percipiet? Qui enim propinquā, & quae in seipso uersantur non uider, à se distantia qualiter intuebitur? Discat igitur qui uirtutem uult possidere prudentia, seante Deum humiliare, nihilque se esse agnosceret, quatenus ex hac humili & uera confessione, non corporis, sed intellectus recipiat lumen. Prima siquidem prudentia regula est propriæ nihilitatis in sensu cordis, & ueritatis lumine clara confessio. Nam quem admodum Deus superbis resistit: ita humilibus dat gratiam. Dat quippe Deus humilibus gratiam discretionis, atque prudentiae, quae cæterarum uirtutum est auriga & nutrix. Sicut enim cæcus de coloribus iudicare non potest, sic neque de uirtutibus ualeat existimare imprudens. Nec mirum. Cum enim prudentia (sicut dictum est) sit bonarum malorumque rerum scientia, rationalem uim animæ dirigit, ut discernat inter bonum & malum, inter bonum & melius, inter malum & peius. Quamobrem qui prudentiam non habet, neque discretionem habere ualeat, quae uidelicet, cum spirituale sit lumen, ignorantia errors pellit & tenebras. Secunda uero prudentia regula est, iugiter habitare se cum. Qui enim recedit à se, prouersus ignorat quid agatur in se, quidue procedat ex se. Horum uero ignorantia est delictorum mater, nutrix uitiorum, uirtutum inimica, contemptrix gratiae, prudentiae aduersaria, omniumque penè malorum origo. Prudentia itaque decoratus uirtute frequenter ad se rediens, & secum habitans, tanquam iudex amatoris iustitiae tribunal sua mentis ascendit, diligentiusque examinatione sui cordis cogitationes discutit, animæ affectus, intentiones mentis, & cunctos internos animi sui pensat motus, ut intelligat utrum boni sint, an mali, & ad quam declinant partem, utrum ad dextram an ad sinistram: sicut erudiente introrsus prudentia, superflua refecat, pellit noxia, obliqua dirigit, detegit fraudulenta, obscura discutit, & uoluptuosa persequitur. Cæterum expulis hostibus de adepta uictoria, ac pace suscepit iucundus effectus & latus refert Deo gratias, diuinas pro modulo suo promit laudes, uiresque resumit animi eo fortius, quo uerius agnoscit periculum, uirtutem diligit, munus intelligit. In tali siquidem consistorio spiritualiter exercitatus quotidie fit in pugna sagacior, in examinatione prudentior, in regime doctior, ita ut ex se alios instruere ualeat de qualitate uitiorum, de tentationum uarietate, de modo pugnandi, de certandi utilitate, de inimicorum insidijs, de armorum generibus, & de præclarâ commendatione prudentiae, quae profecto nedum interiori statui hominis, uerum etiam exteriori consulit, eligendo utilia, honesta, & sancta: perniciofa uero atque impudica spernendo. Huius igitur laudabilis prudentiae quisquis persuasiones sequitur, à ueritatis tramite prouersus deuiare non potest, quoniam in ea nihil coiquinatum est, nihil obliquum, nihilque deformis, sed omnia in ipsius luce clarescunt. Docet quippe de naturalibus, de humanis, de spiritualibus, & de diuinis, quoniam ueritati summa, æternaque sapientiae coniuncta est, atque de ipsarum lumine percipit lumen. Beatus homo (inquit scriptura) qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia, ut intelligas sub diversis nominibus rem unam significari, quod expressus

A sius propheta insinuās ait: Disce ubi sit sapientia, ubi sit prudentia, ubi sit lumen oculorum, & pax. Vbi sapientia ibi dixit esse prudentiam. quanquam interdum sapientia tantummodo pro gusto diuinorum: prudentia uero pro rerum humanarum sumatur intelligentia. Verum in quantum omnem salubrem cognitionem comprehendit prudentia, sapientia & prudentia unum sunt. Hanc utique (de qua loquimur) prudentiam qui præsunt, habere conentur: quatenus sciant quid sibi possit, quidue alijs consulant. Sunt quippe qui sibi possunt tantum, & non alijs, & sunt qui alijs, & non sibi possunt. Vtrumque autem ijs qui præsunt, & curam habent animalium, congruit. Pro salute namque proximorum propriam non debent negligere: sed neque sic suæ intendere, ut proximis prodesse deficiant. Sane hoc medium seruare docet prudentia, aliud insinuans tempus esse quietis & aliud laboris, aliud sibi & aliud uacandi proximo, aliud loquendi & aliud tacendi, aliud contemplationis dulcedini insistendi, & aliud de uirtutibus alios erudiendi. Horum siquidem omnium expedit præsulibus habere experientiam, pariter & scientiam, si prodesse cupiunt potius quam præesse. Prodesse namque magni est oneris opus, plurimæ fatigationis, uigilarum multarum, præclare uirtutis, & meriti incomparabilis: præesse uero solum honoris est temporalis ministerium, ignauia reprehensibilis, damnabilis ocij, carnalis illecebra, ineuitabilisque iudicij. O bona commendabilisque prudentia, quae semper suadet temperanter tenere medium, atque in medio deliciarum corporalium honorum, & terrenarum facultatum innocenter degere. Quis (oro) ualeat sine eruditione prudentiae per temperantiam, inter uoluptates pudicitiam, inter superfluitates abstinentiam, atque inter honores cordis seruare munditiam. Fallitur prouersus quisquis prudentiam sine temperantia, & temperantiam absque prudentia exercere posse se credit, cum prudentia informet rationem, temperantia uero cohbeat uoluptatem. Quamobrem non est dicendus prudens, qui concupiscentiae appetitum refrenare non ualeat, sed neque potest temperanter uiuere, qui lumine caret prudentiae. Mediante siquidem prudentia temperantiae uirtus perficitur, quemadmodum uirtutes cæteræ. Amoue ab homine rationem, & erit brutis animalibus similis. Prophetam audi: Homo (inquit) cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Ut igitur non sit iumentis similis post concupiscentias suas gradientibus, prudentia habeat, & naturali ratione utatur ad bonum, atque per uirtutem temperantiae inordinatos carnis & spūs restringat impetus. Nā tēperantia à sapientibus dicitur esse rationis in libidinem, & alios non restos animi impetus firma & moderata dominatio. Sane tēperantia est, quae secum comitante prudentia uoluptuosos corporis resecat appetitus, neque illos permittit ad libitum principari. Stat temperantia semper mucrone erecto para ad repugnandum carni & sanguini, atque pro castitate usque ad mortem certare non deficit. Carnis quippe incentiva corporis maceratione castigatur, ut illā subiectus spiritui, spiritumque uirtuti. Triumphare profecto nititur de inimicis suis cum inimicis suis, quādo ardorem libidinis per pœnitentiae dolorem extinguit. Virilium prouersus est mentium aduersus corpus proprium decertare, cum scriptum sit: Nemo carnem suam odio habet, sed magis eam fouet & nutrit. Cæterum ut huiusmodi fomenta ac blandimenta quisque abiiciat, expedit ut mentem ipsius spiritualis affectus, qui amore naturali sit uehe mentior, dulcior, atque utilior, introeat, dominetur, possideatque. Non enim potest quis superare seipsum, nisi a poteriori se, ipse iuuetur. Vincit quippe dilectio Christi seculum, uincit diabolum, uincit naturam. Fortis est (inquit sapiens) ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Probat hoc commendabilis uita pontificum, qui pro amore Christi contempserunt mundum, debellauerunt aduersarium, tolerauerunt supplicia, crucifixerunt carnem cū uitij, mortemque spreuerunt. Nēpe amator Dei, zelatorque uirtutum continuo inimicatur sibi possit, corpus attenit laborib. ac ieiunijs, desiderijs carnalib. reluctat, sensus coeret à lenocinijs uoluptatum, atque aduersus aeras infatigabiliter dimicat potestates. Vigilat quoque corde, ne seducatur à carne, quae semper est proclua ad facinus germinatque concupiscentiarum spinas, & incontinentiae tribulos. Temperantiae deinde uirtute totam uitam suam componit, nihil indisciplinatum, nihilque inordinatum in sermone, in habitu, in moribus derelinquens. Nam etsi corā Deo bona sibi possit sufficiat conscientia: uult tamen etiam alijs in sua conuersatione lucere. Tancque lucerna super cœla

Laur. Justin.

HH 3 delabrum

labrum in ecclesia Dei se cognoscit expositum, ut se imitatis virtutis exhibeat lumen. **B** Quamobrem licet ualeat abundare deliciis, atque saturat uentris fræna laxare, propriæ tamen salutis memor, aliorumque sollicitus necessitatibus potius quam uoluptati satisfacere intendit. Caret enim uentrem diuersis ac deliciosis onerare cibaris, sciens ipsa fomenta esse libidinis. Non quod sapiat gulæ, sed sumit quod naturæ sufficiat, idque sic moderate & parce, ut minime cor obnubiletur ex cibo, caroque non accendatur ex potu. Novit quidem quod maxima ex immoderata stomachi repletione emergant in commoda. Sanè ob ipsius occasionem hebetatur intellectus, dormitat ratio, mens dissoluitur, negligitur cordis custodia, noxiæ cogitationes ebulliunt, desideria uoluptuosa inficiunt, lascivit caro, abundat risus, contentiones fiunt & rixæ, scurrilia uerba proferuntur, & uana, detractoria, atque elata. Tunc quippe nequaquam delectat legere, non orare, non meditari, non scribere, sed neque placet quod sit commendationis, quod virtutis, quod meriti. Efficitur profecto ex hoc homo contrarius sibi, inutilis proximo, legi inobediens, inimicus Dei, contemptor gratiae, corruptor naturæ, pudicitiae hostis, pelagus uitiorum, reus mortis, aeternoque dignus suppicio. Vniuersa quippe haec mala præsumuntur ac temperantiae amator euadet, si tamen non infletur, neque de se superbiendo præsumat. Humiliet se sponte, ne elatus cadat, & humilietur inuitus. Compatiatur candidibus, iacentes erigat, corrigat delinquentes. Studeat summopere ne carnis innitatur prudentiae, quæ mors est animæ, & diuinæ legi nequaquam ualeat esse subiecta, neque propria, quæ frequetissime fallit & fallitur. Illam uero habere conetur, quam Deus per gratiam infundit homini, interueniente nihilominus supplicatione assidua, cordis munditia, humilitate non facta, & diurna in via Dei conuersatione laudabili. Porro si hanc prudētiā spūialis pastor habuerit comitē, erit etiam temperans, & corpori suo imperabit, menteque subiect rationi, quæ uidelicet superiori illustrata splendore, de claritate quotidianæ transformationis in claritatē, hoc ipsum Deo patri coæterna agere sapientia, quæ (sicut legitur) est speciosior sole, & super dispositionē stellarū, lucisque comparata inuenitur prior. Poterit quoque ipsius fretus auxilio, per virtutē fortitudinis cuncta aduersa sibi emergentia uiriliter tolerare. **G**

Quantis ex comparatione uisibili qui presidet, debet esse fultus  
virtutibus. Cap. XX.

**Q**uemadmodum signum in sublime & ad publicum expositum, ne uentorū impulsum flatibus corruat, necesse est, ut funibus, aut clavis, uel uectibus firmetur: ita de unoquoque homine in cathedra ecclesiastica dignitatis constituto hoc idem censemendum esse non ambigo: idque eo accuratius, quo signo insensibili preciosior est homo, casus maior, perniciosiorque ruina. Nam si dejectatur, uel labatur signum, aliud absque alicuius detimento uel scandalo loco sui erigitur. Non autem sic de homine in regimine posito. Si enim huiusmodi suā transgreditur, professionē, aut delinquit publice, notoriū infert ecclesia scandalū, honorandæ derogat dignitati, ceteroruī præsulū denigrat famam, adimit autoritatem regimini, uilem reddit cathedrali sanctitatis, præbetque exemplū delinquendi his, quibus formā virtutis exhibere debuerat. Non potest non peccare grauiter, qui ad aliorū institutionē deditus palam offendit. Quamobrem ut uniuersa haec aliasque plurima euiter mala, curet magnopere qui in ecclesia præsidet in sua se taliter conuersatione gerere, tamque se undique spiritualiter solidare, ut non à catholica aberret fide, & à Christi auellatur caritate, & cadat, fiatque opprobrium hominum, ac plebi sibi commissæ abiectio. Ad id uero peragendum non materialia querat instrumenta, neque uincula ferrea, ut se constringat, sed spiritualia, de quibus dominus per prophetam peccatori iustificato loquens ait: In funiculis Adam, in uinculis caritatis attraxit, miserans tui. Compeditibus itaque caritatis, funibusque virtutum se munit qui præsidet, & prorsus cadere non ualebit. Videat, inquam, celitudinem ecclesiastici regimini, imminens periculum, patensque præcipitum, in quo collapsi sunt multi, ut non sibi ipsi credat, neque de se confidat. Timeat quia homo est, & ad casum pronus, atque eorum qui se inaniter extollentes prævaricati sunt & perierunt, erudiatur exemplo. Consideret ubi figat pedem, intelligat quid agat, introrsus se roboret, ne tribulationis impulsus & eversus ruat. Roboret, dico, se virtute fortitudinis, quæ (prout ab exigitissi-

mis uiris diffinitur) est amor omnia tolerans, propter id quod amat. Haec profecto virtutis pastori bus ecclesiæ perutilis est, his potissimum qui sanctorum uitam cupiunt imitari. Stant quippe in alto tanquam signum ad sagittam, & in medio fragorum huius seculi sunt positi ad communem omnium utilitatem. Sunt etenim ueluti scopolus undarū circunquadque impulsione collisus. Nam si quis æger est mente, si quis in dubijs fluctuat, si quis uiolenter opprimitur, si quis facultatibus spoliatur, accessum ad eum habere pro consilio atque opportuno auxilio potest. Sane homicidae, incendiarij, raptore, sicarij, piratæ, proditores, uenefici, periuri, adulteri, uirginum stupratores, incestuosi, sacrilegi, filiorum oppressores, percussores parentum, uotorum transgressores, prævaricatores legum, atque ecclesiasticarum contemptores sanctionum, spirituale ab eis querunt præsidium, necnon ad illos tanquam ad portum tranquillitatis & pacis configere satagunt. Non autem misero, non modesto, non egeno, non orphano, non peregrino ueri pastoris clauditur ianua. Patet prorsus omnibus, diuitibus & pauperibus, nobilibus & ignobilibus, lætis & tristibus, eruditis ac rudibus, pariterque ignotis & notis. Cum infirmatibus mente infirmatur, cum afflictis affligitur, cum periclitantibus periclitatur, & cum moerentibus simul ipse tristatur. De temptationibus autem dæmonum quid memorem! Illis namque semper infesti sunt, nouasque aduersus eos quotidie parant insidias. Nunc intrsecus ipsis suggesta blanda, nunc aspera. Conantur siquidem mentis eorum in administratione iustitiae emollire rigorem. Hortantur enim sicut ad compatiendum delinquentibus, & iniusta poscentibus, ne proterui videantur, immisericordes atque inflexiles. Talis quippe persuasio in causa publica, & peccato notorio fraudulenta, & perniciosa est, prorsusque spernenda, quoniam tunc compassio caritatis in iudicâ latere debet in corde: zelus uero rectitudinis ad aliorum correctionem est exercendus in opere. Cæterum si in huiusmodi temptatione aduersarius minime præualere se conspicit, ad alia se argumenta conuertit. Iustitiae quidem uigorem in crudelitatem subruere nititur, quantum omni humanitate semota ipsum tyrannica impietate percutiat. O quantos in cathe dra positos nequam spiritus per incontinentiam struit, quos ab itinere æquitatis facere aberrare non ualuit, præsertim si uideat illos uacare ocio, intendere nugis, carnis suæ curam in desiderijs perficere, nihilque illi subtrahere in comeditionibus lautis, delicates potibus, mollibusque stramentis. Tunc quippe sic effeminatos cernens eosdem de uictoria securus effectus persuasionibus malis, suggestionibus blandis, obscenis cogitationibus, uoluptuosisque delectationibus impugnare non cessat. Tanto autem facilis ipsos ad consensum sceleris, ac perpetrationem delicti trahit, quanto latius uoluptatibus dediri, atque terrenis negotijs inuoluti sola, quæ carnis sunt, sapere gestiunt. Non enim ad libitum suum consentiendum est corpori, neque ipsius satisfaciendum desiderijs, quin potius est iejunijs castigandum, infrænandum uigilijs, laboribus domandum, sobrietate regendum, spirituque subdendum, ne in uolabrum lutu, & profundum luxuriaz proprium dejectat ascessorem. Viriliter igitur resistat præsul spirituum temptationibus malignorum, & sui domestici hostis blanditias perhorrescat, atque omni peritia

**D**cor suum ipse custodiat. Fidei præterea scuto se protegat, caritatis lorica se induat, patientiae ac longanimitatis se munit galea, necnon spirituali mucrone aduersarios suos repercutiendo deuincat. Minime prorsus, quamdiu in hac peregrinatione degitur, indulgendum est carni, neque terrenis delectationibus insistendum, quia non dormitas aduersarius, sed insidiatur callide, & præsto est, ut feriat, mactet, & perdat. Quamobrem ô pastores qui in delicijs corporalibus, quotidianis conuuijs, carnisque uoluptatibus enutrimini, euigilate. Experciscimini (inquam) uos, qui in ecclesia sublimatis dignitatibus, elatione inflati, ambitiosi honoribus, fama cupidi præstis animarum regimini, & antiquum insidiante uobis, & populo obseruate serpentem. Accingimini lumbos mentis uestræ fortitudine, & corde estote parati, ut resistatis diabolo & temptationibus eius. Abiçite (quæso) superflua omnia temporalium facultatum, ut expeditiores sitis ad bellandum. Intendite uobis metipis & uniuerso gregi: in quo (ut ait Apostolus) spiritus sanctus posuit uos episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo: quatenus bonam de ministerio uobis credito possitis redditionem. Non enim est nunc tempus gaudij sed mcerotis, nec quietis sed exercita-

tionis, nec pacis sed pugnæ. In hoc quippe exilio tanquam adueniæ relegati estis, non ut exultetis in seculo, sed laboreis in uinea, & quotidiana uestra lugeatis delicta, atq; cælestem suspiratis. Hierusalem ciuitatem sanctam, matrem omnium electorū. Quamobrem quamdiu peregrinamini in corpore, si aliquid in uobis lumen est fidei, aut spei solatiū, uel caritatis scintilla, ad præmia debetis anhelare æterna, & pro ærumnis, ac uitæ huius calamitatibus nō tristari, uniuersaq; carnis oblectamenta tanquā pernicioſa, & saluti ueſtre contraria fortí animo despicer. Nō enim potestis frui bonis presentibus & futuris. Promisit nanc̄ dominus cælorū regnum non diuitibus, sed pauperibus, non dominatibus, sed mitibus, nō uentris uoluptatibus deditis, sed iustitiam esurientibus ac sitientibus, non gaudientibus, sed lugentibus, non obscoenis cogitationibus inuolutis, sed corde mundis, non rixantibus & superbis, sed pacificis, non temporali felicitate florentibus, sed propter iustitiam, & domini nostri Iesu Christi dilectionem, persecutionem patientibus. Erratis prorsus, & à uia quę ducit ad uitam, supra modum elongati estis fugitiuos ambiendo honores, ſeculi pacem, opinionemq; vulgarem. Non enim hæc statui uero, neq; Christianę competunt religioni, cuius professores esse debetis, ostensoris atq; factores. Quid dicent qui à uobis debent instrui, & per uos deduci ad Christum, si aliter quam quod clamat euangelia, uos agere perspexerint? Profecto aut ſacra uera eſſe negabunt eloquia, aut conuersationem detestando ueſtram irridebunt uos, pro nihilq; habebunt. Vtruncq; ſiquidem malum eſt, quoniam in altero eſtasperatio fidei: in altero uero uilipendio præſidentis, pastoraliſq; dignitatis. Nempe horum uos rei eſtis malorum, & digno plectendi iudicio. Resipisciſte igitur (oro) quicunq; eſtis, ab his, quæ uobis agere prohibita ſunt. Sanctorum imitamini gesta, in quorum cathedris ſedetis, ſuceptiſtis officium, nomenq; tenetis. Fient alioquin hæc in testimonium pariterq; iudicium uobis, qui prophanaſtis sancta, ſcandalizatis eccleſiam, conſcientiam neglexiſtis, abieciſtis ſapientiam, animas interemistiſtis, egenorum bona dilapidastiſtis, foedaliſtis quod honoris, quod religionis, quod ædificationis, quod authoritatis, quod meriti, quod decoris. Quamobrem emandate (iuxta propheticam eruditioñem) in melius quę ignoranter uel leuiter, ſeu dolose peccatiſtis, ne ſubito præoccupati die mortis, quæratis ſpacium poenitentia, nec illud inuenire poſſiſtis. Sumite conſtanter cum humilitate cordis lamenta compunctionis & gratiæ, uosq; fortitudinis uirtute ad mundi huius perferendum aduersa uiriliter præparate: quoniam conuerſis ad Christum duriora conſueuerunt ueritatis initimi excitare certamina, dolentes utiq; ſe amiliſſe, quod antè pacifice poſſidebant. Verum nihil horum ueramini habentes proteclore dominum Iesum, qui uos ſupra id quod potestis, nequaquam tentari patietur, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum, ut ſuſtinere poſſiſtis. Proſpiciet quippe laborem ueſtrum, patientiam, longanimitatem, humilitatem, fiduciā, perſuerantiamq;, & pro his omnibus coronabit uos, ſi tamen uirtutis fortitudinis etiam iustitiam associare curabitis: quæ communis eſt uirtus, cæteras in ſua exercitatione complectens. Nam à ſapientibus dicitur eſſe habitus animi cum communī utilitate ſeruatus, uniuersq; ſuam tribuens dignitatem. Sane communem iustitiam attendit utilitatem, redditq; ſingulis quod eorum eſt proprium, superiori quidem obedientiam, pari autem æquitatem, inferiori uero disciplinam, omnibus autem ueritatem & fidem. Porro præ cæteris eis qui præſunt, congruit amare iustitiam, quemadmodum in libro continetur ſapientia. Sic enim legitur: Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Nam præſul amator iustitiae obtemperat legi, Dei præcepta custodit, proximum diliget, nemini nocet, cunctis prodelle quærerit, dirimit lites, fugit iurgia, tollit odia, afflictis compatitur, largitur propria, aliena non diripit, ſimpliciter graditur, pacem ſectatur, loquitur ueritatem, hominis personam non accipit, rem alterius non concupiſcit, Deum colit, honorat sanctos, ueneratur iustos, parentibus defert, uniuersisq; humanitatis præſtat obsequium. Nempe ſi iudicat, hoc agit in æquitate, ſi iraſcitur cum caritate, ſi punit cū pietate, ſi miſeretur cum hilaritate, ſi tribuit cum ſimplicitate, ſi ſe corripit cum ſeueritate. Vbiq; & in omnibus diuinis obedit mandatis, Dei habens pre oculis tanquā inspectorem & iudicem. Quamobrem illi cordis deuotione frequenter intendit, illi iugiter in oratione affiſtit, ipſi ſua excoluit uota, gratiarū exhibet actiones, piaq; religioē famulatur. Nam etiſ ex officio im-

perat

A perat ſubditis, Deo tamen per humilitatem nititur ſemper eſſe ſubiectus. Ex ſeipſo nāq; eruditur, quid altissimo debeat. Quam enim ab inferioribus exigit obedientiam, eandē creatori & domino ſuo ipſe rependat, quanquam diſpar ſit cauſa, ineuitabilis urgeat ne celſitas, incomparabilis autoritas, ſummaq; id requirat potestas. Hic autem iusto interueniente iudicio, ut quemadmodum Dei præcepta paſtor adimplere negligit, ita & ſua despiciantur à plebe. Reddat igitur qui præſidet, ſuperiori ſuo obedientiæ debitum: paſti uero ſuo æquitatis cenzuram oſtentat, adeo ut nolit ipſum honore præcellere, æſtimatione præire, uincere cultu. Studeat tamen per humilitatem cordis, caritatis affectum, mentis deuotionem, animiſq; constantiam, atq; cæterarum exercitatione uirtutum fieri abſq; ullo tumore Deo propinquior, donis locupletior, meritisq; ſublimior. Evidē ſinter pares commendabilis eſt iſta certatio, atq; uirtutum æmulatio, ut alter altero cupiat eſſe perfectior, dummodo id prudenter, & abſq; ullo fraternali caritatis fiat offendicu lo, neq; affectu mercenario, aut priuatæ gloriæ cupiditate, ſed ſolum pro honore Dei, à B quo ſumus quod ſumus, atque pro proximi ædificatione, quia desiderare debemus eſſe quod ſumus ( ſi tamen aliiquid ſumus ) non in nobis, ſed in domino. His exceptis quæ memoratae ſunt cauſis, Dei uidelicet, caritatis & proximi, periculosa ualde eſt ascendi proficiendi contentio, quoniam ut plurimum inanem gloriam aut leuitatem, ſive hypocriſim ſapit, quæ procul omnino à cogitationibus præſulum eſſe debet, quos plus quam cæteros iustitiam in corde exercere oportet & opere. Maximo quidem discretio niſi moderamine congruit eis ſe habere in omnibus, in uerbo, in conuertione, in mortibus, ut ( quantum in ipſis eſt ) nulli ſcandalum, neminiq; præbeant occaſionem delicti. Apostolum imitantes, qui ait: Placete per omnia omnibus, ſicut & ego omnibus per omnia placeo, nō quærēs quod mihi eſt, ſed quod multis, ut ſalviſt. Pro cōmuni iigitur utilitate, & ad ſingulorū profectū tā æqualitā, quam minorū ſe paſtores animarū prudenter exerceant, temperanter uiuant, tolerēt fortiter, iustitiæq; regulā ita cuſtodiāt, quatenus per ipſos honoretur Deus, ad bonum excitemt proximi, ecclesia gaudeat, laetificen C tur angeli, uniuersusq; sanctorū cōetus exultet in domino. Cæterū ut hæc ipſis medianibus fiant, ſtudeant in lumine prudētia intelligere, quæ ſi uolūtas Dei beneplacēt, atq; perfecta; qualiterū ſibi cōmiſſos debeat regere, leges diſponere, diuidere officia, dignitates impertiſi, ordinare gradus, ſingulorū qualitates agnoſcere, conuerſari cum omnibus, præuidere pericula, tentationes diſcernere, uitare caſus, corpus propriū gubernare, uirtutes acquirere, exercere dona, & carnem rationabiliter ſubiugare ſpiritui. Sciant quoq; cæleſtis gratiæ opitulante præſidio uitam ſuam modeſte duſere, motus animi inordinatos cohibere, carniſ impetus reſtringere, ſensualitatis petulantia domare, uifum ab aspectibus uoluptuosis auertere, ac obtrectationibus auditum obſtruere, à mutu rationibus linguaſ compescere, tactum à lenocinijs impudicis refrenare, cum grauitate incedere, rationabiliter loqui, ſobrie cibum ſumere, circuſpecte conuerſari, omnes interioris exteriorisq; hominiſ actus ſub diſciplina moderari uirtutum. Aduersa inſuper omnia, damna uidelicet retum, parentum exitia, diſcrimina propinquorum, opprobria, contumelias, iſrifiones, uerbera, carceres, uincula, exilium, perſecutiones, paupertatem, famem, ſitum, nuditatem, languores, tentationes, pericula, caſus, & mortem pro amore Dei, & creditarum ſibi plebiū utilitate ſtrenue, fortisq; animo ( cauſa tamen urgente legitima ) tolerare. Poſtremo in cunctis operibus ſuis iustitiam exercentes, ad brauium mercedis perpetua ualebunt feliciter peruenire. Hæc profecto eſt uirtus, quæ ornat mentem, conformat Deo, & uirtutes gratificat uniuersas. Prudenter quidem diſcernere quæ agenda ſunt, corpus & facultates moderate diſponere, aggredi uiriliter ardua parum prodeſt, niſi fine debito hominiſ intentio dirigatur. Quamobrem ille præſul merito dicendus eſt iustus, qui Deo cogitationum, actionumq; ſuorum perpetuum exhibet ſamulatum, atque proximo ſuo in omnibus honestis ac pijs neceſſitatibus eius ſedulum præſtat diſcretionis obsequium: quiue uniuersis ſtudis prodeſſe in consilijs, exhortationibus, admonitionibus, & exemplis, atque in cunctis operibus ſuis, ſine criminе tranſire conatur. Nempe huiusmodi ad morem eſt fluminis de loco uoluptatis ad paradisum irrigandum effluentis, ſeq; in partes quatuor diuidentis. Omnis quippe cordis illius intentio, totusq; eius uitæ decursus in uitatu

1. Cor. 10

<sup>Sap. 8</sup> tibus quatuor ordinatur, de quibus per Sapientem dicitur: Sobrietatem, & sapientiam docet, & iustitiam, & virtutem: quibus nihil utilius est in vita hominibus. Beatus itaque vir pastorali fungens officio, quem tu domine in ueritatis tuae lumine introrsus erudieris agnoscere quae fallunt, uitare quae alliciunt, tolerare quae premunt, atque de lege tua docueris eum, populum tuum in iudicio & iustitia gubernare. Iste prosector uita uiuet & non morietur: si tamen non in solecat, neque propria estimatione infletur, sed humiliter ex beneficis sibi collatis, sempiternaliter Deo se debitorem esse cognoscat.

Quod grande malum sit ingratitudo, quae maxime perfectionis retardat ascensum. Cap. XXI.

 Ngratitudinis uitium ascendendi ad sublimiora uirtutum impedimentum esse quam maximum dubitet nemo. Conspicimus quotidie multos honoribus decoratos huius occasione ad ima repente fuisse deiectos. Grande pros sus malum est ingratitudo, quae diuinæ bonitatis exiccat fontem, hominum benevolentiam dirimit, spoliat donis, dignitate priuat, elationem parit, infert cæcitatem, amicos despicit, conturbat pacem, disseminat scandala, detractiones fo uet, nutrit iurgia, odia auget, sequitur possidentem coram Deo & hominibus facit inglorium. Nonne detestabile virus ingratitudo existit, quae aduersus benefactorem suum cordis ceruicem erigit, perceptoru[m] obliuiscitur munerum, atque eorum quae mereri poterat, reddit indignum? Quis (oro) cuiquam ingratito, beneficiaq[ue] spernenti cupit aliquod humanitatis præbere obsequium? Nempe hoc ipsum usus docet, confirmatio, experientia manifestat, iura clamant, eloquia diuina testantur, natura insinuat, declarant bruta animalia, atque singuli confitentur mortales. Confitentur, inquam, iustum beneficia dene garé ingratitis. Reprehendunt quoque uniuersi ingratitudinem erga seipso[s] exhibitā: propriam uero quam ipsi contra Deum exercēt, minime saltem intelligere curant. Magni pendunt quidem exigua, quae sibi sunt illata ab alijs: maxima uero & innumerabilia quae quotidie irrogant, nullius aestimāt, ad hoc procul dubio impellente ingratitudine, ignorantiaq[ue] supina. Redi quamobrem o homo ad te, & te erige contra te, quemadmodum aduersus proximum tuum. Recogita quae præbes proximo, & quae indesinenter tribuit G tibi Deus. Discute, inquam, diligenter quae agis contra dominum, & quae fiunt tibi, & tunc cæcitatem tuam, cordisq[ue] tui tortuositatem agnosces. Poteris quippe sic resipiscere ab insolentia tua, atque in semitis iustitiae tuae dirigere gressus, ut sis rectus corde, & iudices iudicium in æquitate, tuam ingratitudinem corrigas, necnon æqua iustitiae lance causam Dei contra te, tuamq[ue] aduersus proximum apprehendas. Noli (quæso) pluris arbitrari offendam proximi in te, quam tuam in Deum. Et si non uis illam fateri maiorem, confitere saltem esse æqualem, quatenus talis erga Deum esse ualeas, qualem erga te proximum tuum desideras, quum lōge meliorem, multoq[ue] perfectiorem te oporteat esse in Deum, quam proximum in te: & hoc ratione conditionis, comparatione inæqualitatis, respectu debiti, intuitu muneris, causa numerositatis, atque præminentiae. Ex his considerationibus prosector illuminabuntur tenebrae tuae, & agnosces quam obliquus, quam iniustus, quam ingratitus, & quam cæcus sis erga creatorem tuum, redemptorem, gubernatorem, & dominum. Porrò si conditionem tuam & Dei attendas o homo, intelliges quia tu uilis es, seruus peccati, uidelicet corruptionis & mortis. Ille autem magnus dominus & rex omnipotens metuendus nimis, de quo Apostolus ait: Rex regum & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem habitat inaccessibilem. Tu puluis & cinis, uermiculus plenus doloribus, fætoribus, infirmitatibus atque miserijs. Ille uero creator uniuersi, gubernator, atque dispositor, sicut scriptum est: Tu domine fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: dominus uniuersorum tu es. Alibique: Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna retinerentia disponis nos. Subest enim tibi quum uolueris posse. Tu, inquam, debito indicibili obligatus, tum ex innumerabilium perpetratione delictorum, tum ex perceptorum dissipatione bonorum. Ille uero solus liber, quia a nullo habet quod est, quin potius quicunque habet aliquid, siue in cælo sicut angeli & sancti, seu in terra ueluti iusti & in bonis moribus uitam ducentes, ab ipso habent, totum quod est commendationis, quod honoris, quod meriti. Sic enim legitur: Omnia à te exspectant, ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum

I. Tim. 6

<sup>H</sup> <sup>Heb. 13</sup> <sup>Psal. 103</sup> que miserijs. Ille uero creator uniuersi, gubernator, atque dispositor, sicut scriptum est: Tu domine fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitu continetur: dominus uniuersorum tu es. Alibique: Tu autem dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna retinerentia disponis nos. Subest enim tibi quum uolueris posse. Tu, inquam, debito indicibili obligatus, tum ex innumerabilium perpetratione delictorum, tum ex perceptorum dissipatione bonorum. Ille uero solus liber, quia a nullo habet quod est, quin potius quicunque habet aliquid, siue in cælo sicut angeli & sancti, seu in terra ueluti iusti & in bonis moribus uitam ducentes, ab ipso habent, totum quod est commendationis, quod honoris, quod meriti. Sic enim legitur: Omnia à te exspectant, ut des illis escam in tempore. Dante te illis colligent, aperiente te manum omnia

A. omnia implebuntur bonitate, auertere autem te faciem turbabuntur. Afferes spiritu eorum & deficient, & in puluerem suum reuertentur. Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terre. Tu o homo si quid tribuis seruo tuo, amico, uel proximo, parum præbes, & de alieno, non de tuo. Quid enim habes, quod non acceperisti? Nempe nudus egressus de utero matris tuae, sed haud dubium quin nudus exibis ē seculo. Ille autem totum quod erogat, de proprio largitur, siue temporale, seu spirituale aut æternū sit. Domini namque est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & uniuersi qui habitat in eo. Sed & qui in cælis regnant, de ipsis hauriunt fonte uoluptatis, sicut scriptum est à Prophetā: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torrente uoluptatis tuae potabis eos. Tu paucis obsequiis humanitatis impendis, tuisq[ue] similibus: ille uero omnibus, bonis uide licet ac malis, iustis & peccatoribus, infidelibus atque fidelibus. Sic enim habes: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno: Aperies manum tuam, & imples omne animal benedictione. Et ipse dominus inquit: Estote mihi sericordes, sicut & pater uester misericors est, qui solem suum oriri facit semper bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Tu uilia & caduca præstas, ille excellentissima & sempiterna. Quid enim illo excellentius? Seipsum quippe tribuit tibi in cibum & potum, ut intelligas tibi non potuisse præbere quicquam melius, aut quicquam maius. Reuolue (quæso) animo, quid in hoc spiritualis ac celestis cibi & potus sacramento percipiās. Non enim taurorum aut hircorum, ut olim Hebræorum populus manducas carnes. Non denique mamna de cælo missum patribus in deserto sumis, sed immaculatum agnum, innoxium, incorruptum, in crucis patibulo pro tua multorumque salute oblatum. Accipis (inquam) ueram carnem, & Christi corpus uerum de spiritu sancto conceptum, ex Maria uirgine natu, pro te traditum, flagellatum, & mortuum; quod utiq[ue] in cælo adorant angelis, archangeli, dominationes, principatus, atque uirtutes, in terra uero ueneratur fides, reuerentur demones, conficiunt sacerdotes, corda letificat, sanctificat animas, corpora castificat, purgat affectus, mentes replet, informat opera, conformat Deo. Hoc plane est sacramentum unitatis, uinculum pacis, consortium caritatis, expectationis sacrificii, deuotio[n]is oblatio, honoris delatio, exhibitio fidei, pabulum sanctitatis, atque immolatio pietatis. Totum quod de illo dicitur, minus est eius laude: quoniam spirituale, super cœlestes, atque diuinū est, & nihilominus prerogatum est tibi o homo in cibum, in ciborum, in præsidium, in remedium, in solarium, in gaudium, & post hanc peregrinationem promissum in præmium. Quid igitur retribues domino? quid (oro) tuo repēdes auctori pro his beneficijs, quae sub compēdio memorata sunt? Metire illa quae exhibes proximo ex his, quae à tuo suscipis conditore, & certa definitione intelliges supra omnem aestimatiōnem illa distare, qualitate, dilectione & numero. Valebis prosector ex hoc agnoscere erga proximum insolentiam tuam, aduersus uero Deum ingratitudinem tuam, ipsius autem circa te ineffabilem caritatem & gratiam. Quamobrem quisque apud se recogitet, quid illi Deus contulit, ut ualeat etiam scire, quod eidem retribuar, de quibus uerue gratiarum de beat actiones exoluere. Nemini quippe licet quid illi Deus dederit, ignorare. Talis si quidem ignorantia, si voluntaria fuerit & crassa, nullū excusat, nullumque excipit, sed omnes quos possidet, iusta animaduersione complectitur secundū cuiusque cōditionē, intelligentiā, donorūq[ue] mensurā. Hinc præsulū pondus agnoscitur, hinc si in uito ingratitudinis fuerint deprehensi, claret quanta sint distinctione multitudi. Quemadmodū enim præcerteris sunt honore, ministerio, ac potestate prelati: ita debito sunt maiori astricti. Grandis quippe honor eorū est, sicut Petrus Apostolus ait: Vos autem genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis. Maxima quoque illis indulta potestas, quū regni celorum teneant claves, ligandi soluendiq[ue] sint autoritate predicti, atque totius ecclesiæ spirituale possideant regimē. Quam uero præcelsum eorū sit ministerium, per spiculē claret, quū nequaquam in terrenis negocij, sed in ecclesiasticis & celestibus disciplinis, in diuinorum meditatione eloquiorum, in animarum gubernatione & cura, in sacramentorum administratione uersetur. Nempe totum hoc illis cedit ad meritum, si prudenter, si fideliter, si humiliter pertractare studuerint. Prudenter quidem, ut sciant discernere inter lepram & lepram, ut creditas agnoscant ues, ut solerter intelligent, qui in ordinibus & dignitatibus promoueri sint digni. Fideliter autem, ut non prie-

tam querant gloriam, temporalia lucra non appetant, contra equitatem & conscientię rectitudinē postulantibus minimè annuat, atq; ab incepto uirtutis proposito se nullatenus flectant. Humiliter uero, corde uidelicet, conuersatione, & uoce. Copiosum siquidē apud Deum est præsidentis meritū, quando in sublime dignitatis euectus, honoribusq; suffultus exterius humilitatem seruat in corde, & Dei beneficia, propriamq; infirmitatē in speculo ueritatis agnoscit. Porro ille corde censendus est humilis, qui uilitatis ac fragilitatis suae conscius quicquid interius, atq; exterius laudabiliter agit, diuinæ totum arrogat bonitati, quæ cui uult bene operandi uirtutem impetrari dignatur. Hinc est quod quamvis in cœlestibus meditando iugiter conueretur, quanquam illi secretorū mysteriorum arcana pandantur, licet fulgeat consilij dono, tametsi ualeat cuncta emergenda sibi aduersa uiriliter tolerare, habeatq; diuinorum eloquiorū sufficientem scientiam, afflatis quoq; præbendo utriusq; substantiæ alimēta opportuna cōpatiatur ex animo, nec non ut filius timeat Deum, nescit tamen inflari: quoniam charissima talia ab illo se percipit. Esa. 11

fatetur, de quo Propheta insinuans ait: Et repleuit eum dominus spiritu sapientiae & intellectus, spiritu consilij & fortitudinis, spiritu scientiae & pietatis, & repleuit eum spiritu timoris domini. Hoc quippe spiritualis luminis irradiatus splendore quāto præstantiora recipit dona, & quāto excellentiora peragit opera, tāto de se sentit abiectius, Deoq; se obligatiorem agnoscit, dum se uidet caritatis & impensi sibi munera uices illi nullatenus posse rependere. Anxius siquidē reuoluit mente quid accepit, quid prestitum, & quid ualeat. Quocūq; se uertit, miratur, superatur, & gemit. Porro si beneficia sibi collata considerat, super arenam maris multiplicata fatetur. Miratur utiq; terram, pontum, æthera, uolatilia, quadrupedia, arbusta & de humo germinantia, ipsos agrorum cultores, negociatores, sapientes, potentes & nobiles, peccatores, pœnitentes & iustos, sole, lunam & stellas, angelos, archangelos & sanctos in suum præordinatos esse obsequiū pro tempore, pro dispositione, pro qualitate, pro necessitate, pro forma, & si non actu, habitu tamē, ministerio, & fine. Sane in hac admiratione pro numerositate, pro ordine, pro intentione, pro merito à seipso superatur & gemit, minimè inueniens unde largito. G  
Esa. 4

ri suo satisfacere queat, potissimum oculo fidei propiciens, qualis quantusq; sit ille, qui hac uniuersa instituit. Omnis nanc; cœlorum militia, uniuersaq; creatura, quæ sub cœlo est, ipsius famulatur imperio: potestas quoq; eius potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum, quod non corruptetur. Nam dominatur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarū. Regnum uero eius, regnum est omnium seculorū, & dominatio eius in omni generatione & generatione. Sapientia autē sua pro sui claritate & gloria perlustrat abdita, cordiumq; secreta rimatur, de qua uidelicet inquit Apostolus: Esa. 59

Vt uis est Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usq; ad uisionem animæ ac spiritus, compagum quoq; & medullarū, & discretor cogitationum & intentionū cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. De ipsius uero profusa bonitate quæ replet cœlum, confirmat angelos, laetificat sanctos, coronat iustos, pœnitentibus parcit, delinquētes sustinet, & uocat errantes, ô quām dulcia, quām uia suauia meditando degustat. Toties siqui H  
ibid. dem in admirationem ducitur, quoties contemplatur patris patientiam, quæ per uerbum suum cuncta creavit ex nihilo, ipsiusq; uerbi sapientiam, quæ uniuersa gubernat & regit, atq; amborum dilectionē, quæ omnia uiuiscando custodit. Verum in ipsa sua admiratione superatur, dum nō ualet apprehendere quem uidet, nec tenere quem diligit, neq; possidere quo frui concupiscit, quoniam supereminet quicquid uideri potest, teneiri, ac capi, quanquam uideatur fide, spe teneatur, possideatur caritate, non tamen ad uotū amantium, sed ad certantium & peregrinantium solatum, atq; profectum. Gemit autē interim donec perficiatur quod imperfectū est patienter humiliterq; præsertim suimet uilitate inspecta. Nequaquam enim ualet non gemere, qui sui interioris hominis notitiam habet, quum totus langueat, totus forteat, totus iaceat, nullaq; in illo sit sanitas, nulla uirtus, sufficientia nulla. Nam propter sui imbecillitatē oportet ut nutritur consolationibus, sustentetur promissis, dirigatur luce, & per uigili prouidentia conseruetur. Alioquin in tentatione deficit, cadit in scelera, errat in fide, & in spiritu morit. Vbiq; & in omnibus diuino indiget præsidio, sapissime euā humano cōsilio, quippe qui per se nequit.

A quid suffragari sibi dicente domino: Sine me nihil potestis facere. Beatus qui huiusmodi ueritatis illustratus est lumine. Non enim lōge est à salute. Initium nāmç salutis agnitionis infirmitatis est propriæ. Nam quēmadmodum qui corpore patitur, & ignorat quo detineatur languore, curari non ualet: ita & de animæ ægritudinibus sentiendum esse non ambigo. Quomodo (quæso) potest quis elationem mētis euellere, qui nescit se esse superbum? Cupiditatem quoq; terrenarum facultatum quis habilis est resicare ex animo, qui se arbitratur illicite concupiscere nihil? Gulæ etiam intemperantiam cohibere quis sufficit, si ipsius uoluptati non intelligit se esse proclivum? Carnis deniq; incepsua domare quis præualet, si impudicitiaz stimulis an impungnetur ignorat? Nemo igitur uitij opportuna studet adhibere remedia, qui eorūdem morbo carere se putat. Hoc plane pharisæus ille insinuat, qui tumorem cordis sui non uidens, seç p̄t cæteris iustum esse pronuncians, exempli condemnatus abscessit. At uero Publicanus peccatorum suorum agnitione compunctus, sursumq; ad cœlum oculos leuare nō audens, ex humili iustificatus confessione, latet remeauit ad propria. O delictorum ter beata confessio, quæ placat Deum, cœlum pandit, reconciliat impios, tergit scelerā, conscientiam mundat, fugat uitia, tribuit ueniam, auget gratiam, spondet gloriam, quām dulcis, quām amabilis, quām fœcunda est, si tamen sit humilis, siq; sit conscientia criminis, non sancta palam & uerbo tenus, sed in corde coram Deo, ubi tantum sunt iudex & reus. Quæ namq; solum fit uoce, seu ante sacerdotem, siue in publico parum prodesse arbitror, nisi de cordis consideratione & contritione procedat. Intus igitur fiat discussio cordis, interrogatio cogitationis, intentionis uentilatio, accusatio sceleris, compunctionisq; satisfactionis, sicut Propheta hortatur dicens: Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compūgimini. Hæc quippe confessio nedum facinora grauia à tribunalē abscondit iudicis, uerum etiam leuia & minutissima, sine quibus uita hominis, quātumcunq; iusti & boni, esse non potest, sicut diuina testaria eloquia: Non est iustus qui non peccet. Et Ioannes si dixerimus (inquit) quod peccatum non habemus, nosipsos seduci mus, & ueritas in nobis nō est. Talis profectio confessio propriæ præfulibus, animarūq; pastoribus congruit, tanquam cæteris perfectioribus, atq; in spiritus exercitatione doctioribus, qui letalibus prorsus debent carere delictis, & solum (citra tamen cōsensum) delectatione, cogitatione, uerbo, omissione delinquere. His nēpe de quibus loquimur, uenialia crimina apparere debent grauia, tum propter cordis munditiā, quā totis uirib; illos seruare oportet, tum propter ignitum caritatis desiderium, quo accensi iugiter feruntur in Deum: per quod uidelicet amans Deo conglutinari desiderat, à quo prorsus (nisi interuenientibus delictis) separari non ualet, quemadmodū Propheta manifestat, dicens: Peccata uestra diuiserunt inter uos & Deū. Hinc est q; qui ardentius diligunt, rariū peccant, cautius uiuūt, incedunt accuratius, uelocius surgunt, clarius agnoscunt, atq; erubet corā Deo se humiliando accusant. Non enim possunt extollere se aduersus humiliem & pro clamantē conscientiā, q; homines semper redarguit sanctos, q; sint de prærogatis sibi beneficijs ingratii, in uirtutibus quoq; acquirendis minus solliciti, actuali deuotioni non semper intenti, curæ corporis plus debito proni, ad lapsum proclivi, proximorum compassioni rigidī, & à uictoriū carnisq; concupiscentia frequenter illecti. Quāto enim magis proficiunt spirituali exercitatione, & appropinquat Deo, eo amplius in conscientiæ speculo deformitatē suā agnoscunt, illisq; apparent nuda & aperta omnia, quæ uersantur in corde. Quāobrē prælati tanq; cæteris humiliores insistant puritatē conscientiæ, cognitioniæ propriæ, quā profectio si diligenter inspicerint, etiā si mortuos sufficent, nullatenus se eleuare ualebūt. Intelligent quid ex gratia, quidue habēat à natura, & quid sit per culpā. Nēpe in his humiliatis sublistit fundamentū solidū, impollutum, Deoq; gratissimum: quo proculdubio si caruerint qui præsunt, quāto maiora & sublimiora opera in oculis perfecerint horū, tanto amplius in lubrico sunt, & corā diuina beatitatem foetidi, quæ singulorū corda timatur. Sint itaq; affectu mites, & corde humiles, ut nō de collatis sibi spūalibus donis intumescat & pereat, quātiscunq; uirtutib; polleat, quātū fulgeant sanctitate, etiā si propheticō sint prædicti spū, miraculorūq; faciendorū insignti mūnere, se omnino qui agunt uel proferunt bona, fateantur nō esse, sed ipsū insilis, qui uniuersa laudabilia operatur in omnibus, sine quo prorsus nemo aliquid cōmen-

Laur. Iustin. II datione

datione dignū ualeat cogitare uel facere. Nouerint quoq; eo meliora illos p̄mereri charismata, quo de se uiliora persenserint. Nā descēdēdo ascendūt, sc̄q; dānando iudicium diuinum euadunt, dicente Apostolo: Si nos metip̄sos d̄judicaremus, non utiq; iudicare mur. Beata & Deo grata humilitas sacerdotū atq; pontificum gemma, quæ in tuto loco merita sua incontaminata custodit, atq; solius Dei fulta testimonio perituras nescit appetere laudes. Nēpe cœlo uicina, mūdoq; sublimior, uolūtarie calcat altū sapere, multū posse, carnaliter uiuere, ornatē loqui, exterius apparere, dignitate attollī, aliquidq; necessitate excepta in pr̄senti seculo possidere. Scit etenim cui famuletur, qd sp̄eret, quā perget, quō tēdat, quē diligat, & sequat. Propterea perseverat in laboribus lata, in tēta tionibus secura, pacifica in contumelij, in dubijs fida, cirūnspecta in prosperis, in agendis prouida, atq; in aduersis intrepida. Luce quippe spirituali p̄r̄uia graditur in hac peregrinatione semper anxia, Deum sitiens, lacrymas fundens, iugiter orans, se absq; intermissione condemnans, nulli nocens, proximoq; compatiens. Quamobrem non de-  
est illi de cœlo suffragium, nec ab homine auxilium, quoniam Deo & hominibus nititur esse subiecta. Obtemperat quidem (si ualeat) omnibus, cunctos reueretur, diligit uniuersos, nescit fallere, contradicere timet, non audet detrahere, nec p̄sumit quicquam agere, quod possit alīcui inficere mentē, propriā lādere conscientiam, fratribus īferre scandalum, diuinum maculare honorem. Deniq; hæc beata (de qua loquimur) & sancta humilitas exhibet p̄sulem possessorem sui acceptū Deo, hominibus carum, dignū cœlo, angelorum socium, p̄reditum sanctitate, religionis speculum, receptaculū paracleti, contemptorem mundi, diaboliq; uitorem. Nec ab re. Nam de omni sua spirituali exercitatione, labore, uel opere nullam temporalem gloriam, seu terrenum cōmodum, sed mercedem tantum sperat æternam.

Quodrationis & intellectus donum, uniuersa nature humanae ornamenta precellit. Cap. XXII.

**N**ter præcelsa naturæ ornamenta, quæ à Deo humano sunt collata generatio, & intellectus p̄cipuum sortitur locum. Quid (oro) prodest cuicūq; regis filio in ædibus imperialibus esse genitum, gemmis auroq; ornatum, atq; delicijs omnibus nutritum, & ratione carere? Da quempiam abundācia cunctarum affluere uoluptatum, sublimatum dignitate, honore & gloria locupletatum, possessionibus, margaritis, pecunij, & familia, cui tamen desit discernendi iudicium, quid, inquam, ex uniuersis his consolationis excipiet? Nempe istiusmodi uiro locupletior, honorabilior, ac latior est uir pauper & sapiēs. Nihil prorsus rectum, nil laudabile & merito dignū absq; rationis examine ualeat homo peragere. Nam intellectus principatur in hominibus, & per eundem negotia cuncta disponuntur in terra. Evidem ipso d̄judicante, & æquitatis statera pensante imperialia edicta, municipalia iura, edictatum leges, atq; populorum instituta sunt regima. Per illum quoq; armigerorum diriguntur castra, ordinantur acies, certamina flunt, capiuntur urbes, obſidentur incœnia, superantur hostes, & in captiuitatem rediguntur inimici. Nauta deniq; ex intellectus acumine, uehiculo carinarum, se undarum tumentiū, procellarumq; ſeuientiū exponunt periculis, exteriarū nationū perlustrat prouincias, ignotas regiones querunt, Barbarorū cōfinia petūt, multisarias negociationes exercēt, sc̄q; de ciuitate in ciuitatem, & de loco quaestus caufa ad remotissima transferunt loca. Postremo ex ipsius industria artifices, cōmentarij, fabriq; lignorum grandia cōstruūt palatia, ædes fabricant, mansio-nes diuidunt, metiunt spacia, cubicula collocant, magnaq; perititia uarias ædificant manſiones. Quid multis immorer? Omne quippe quod eit in hoc mūdo cōpositū, usuiq; humano dediūt, hominis adiuenit industria, intellectusq; perfectit astutia. Sibi præterea ratione mediante uendicare conaſ, qd in sua creatione delinquēdo amisiſ. Redigere nāq; uolucres coeli, pisces maris, ferasq; syluestres sub suū quotidie decertat imperiū, que qm omnino sunt rōnis expertes, partim arte, partim deceptione fallunt. Tanc enim pri-  
seps in hoc mūdo, nedū irrationabiliū creaturis, uerūtā in hominū nitit homo p̄pria calliditate uēdicare imperiū: & (prob dolor) aliorum seruus delinquēdo ipse efficit. Nē peuniuera q; in negociationibus, in artificijs, in certaminibus, in innumerabiliū actio-  
nū generib; idē per corpus operatur exterius, prius illa p̄raudendo & disponēdo exer-  
ceret in corde, q; profecto si bona sunt, laydabilitq; ordinatione munita, etiam antequam deducantur

**A** deducantur in actum remunerationis retributione sunt digna, si uero mala, asperrimo prorsus sunt plectenda supplicio. Nam arbiter Deus cogitationum & cordium iudex, intentionem hominis rimando d̄judicat. Non solum quid faciat, sed quid agere uelit, pensat. Quamobrem in cunctis operibus suis quicunq; animæ suæ salutem exoptat, intentionis suæ componat obtutum, & ad illum quem diuina lex mandat, dirigat finē, ut non casso labore desudet. Parum quippe prodest in alto dignitatū residere fastigio, populorum multitudinis p̄esse regimini, ardua tractare negotia, cum principiis & regibus familiariter conuersari, sanctitatis atq; scientiæ celebre nomen acquirere, & obliqua intentione hoc agere. Cæterum intellectus pollere acumine, ratione multa comprehendere, naturæ secreta mente lustrare, & ex his temporalem expectare mercedem, quid, oro, in angustia necessitatis extremæ ualeat præstare solatij? Nam eti; qui talibus insigniti sunt donis, transitoriaq; prosperitate letantur, hominum uentosa confabulatione laudentur, diuino tamen reprobantur iudicio, eo durius, quo facilius p̄æ cæteris sim-

**B** plerioribus propriū quibant errorem agnoscere. Porro quemadmodū mitius puniendus est ille, qui parum aut nū uidens, se inimicorum tradit manibus, quām qui perspicue-  
intuendo hoc agit: ita minori est deterrendus flagello, qui hebetem discretionis habens sensum, nō recta à semetipso intētione decipitur, quām qui naturali ingenio, atq; acquiſita clarens scientia, reiecto à se sapientiæ & prudentiæ iugo, æterneq; felicitatis retribu-  
tione neglecta, p̄sens uitæ momentanea oblectamenta sectatur, immemor siquidem suppliciorum, quæ piger seruus excepit, pari ut ille transgressione detentus p̄-  
stitutum talētum ingenij sibi prærogatum ad lucrum nequaquam occultare expauit. Nō enim rationalis ideò factus est homo, ut seculi huius fallaces diuitias, honores, uoluptates quærat, & gaudia, sed ut humiliiter, temperanterq; uiuens, ac diuina pro posse man-  
data custodiens, sempiterna sanctis p̄adestinata p̄æmia possideat. In regeneratione  
quippe futura iustorum, p̄sens exiliū cursu laudabiliter consummato, decet hominem esse beatum: quandoquidē nec caro spiritui, nec spirituales nequitia bonis, nec mūdus

**C** ultra aduersabitur Deo. Quamobrem indubie decipiuntur, quicūq; ante p̄azordinatū tēpus conantur transitoria, ac perpetua pariter felicitate latari. O quātus horum est nu-  
merus, quantaq; multitudo. Porro in huiusmodi errore, facilis prudētes labūtur quām simplices, quod utiq; p̄æter naturā esse contingit. Nā ueritatis & rationis qui perspicacitatem habet intellectus, magis est capax, q; qui est rudis ingenij, & ad discernēdū tardus, & nihilominus ostense sibi expeditius isti, quām illi assentiunt ueritati. Quod profe-  
sto in his, qui diuino sunt mancipati obsequio, luculenter appareat. Hoc quippe Aposto-  
lus insinuās, inquit, conuersis ad Christū. Videte enim uocationē uelstram fratres, quia non multi sapientes secundū carnē, nō multi potentes, nō multi nobiles: sed quæ stu-  
funt mundi elegit Deus, ut cōfundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundi-  
dat fortia, & ignobilia huius mundi elegit Deus & cōtemptibilia, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut nō glorietur omnis caro in conspectu eius. Porro talis de qua loquimur repugnātia, ex elatione prorūpit humana. Dēsignāt nāq; qui sibq; p̄sliſ uide-

**D** sapientes, stuſi iudicari pro Christo immemores prorsus apostolicae admonitionis di-  
centis: Si quis in uobis uidetur esse sapiens, stultus efficiatur, ut sit sapiens. Et qui terre-  
narum facultatum locupletes sunt, erubescunt mendicare pro Christo, qui cum esset di-  
ues, egenus pro nobis factus est, ut illius ditaremur inopia. Et qui in seculo hoc honora-  
bilis est, aspernatur opprobria, contumelias, & maledicta perferre pro Christo: qui cū ma-  
lediceretur, non maledicebat, cum pateretur, non comminabatur, sed tradebat iudi-  
canti se iniuste, & quanimitate irrisiones, flagella, sputa, & alapas sustinens. Hinc est quod pauci sunt cæterorum comparatione, qui uelint abnegare ſeipſos, crucis suas sponte tollere, & Christum dominum imitari in asperis. Penè omnes qui Christiani uocantur,  
catholicæ religionis uti gaudent priuilegio, minime uero student instituta perficere.  
Sancto p̄æterea gloriantur insigniri nomine, ipsius autem nominis effectum habere  
recusant. Frui deniq; anhelant temporali prosperitate, sc̄q; decipientes arbitrantur con-  
secuturos esse æternā (si tamen ipſos credere illam fore aſteuerare sit licitum). Quoniam (quæſo) modo aliam esse uitam credere quis potest, qui p̄sens totū affectu dili-  
git, aut p̄æmia ualeat in corlo sperare promissa, qui uoluptatibus carnis inſeruit; atq;

facultatibus nescit abundare terrenis? Nempe quisquis ueraciter bona credit esse inuisibilia, debet proculdubio fidei suae efficaciam ex contemptu ostentare praesentium, necnon si quis non sicut sperat obtinere coelestia, oportet a se prorsus abdicare terrena quatenus professio suae credulitatis, specie synceritas non in nomine, sed efficaciter insinuetur ex opere. Eia nunc anima mea sume lamentum, fluantque oculi tui fontem lacrymarum, nec cessent plorare per diem & noctem praesentem misericordia ecclesiae statum. Hæc quippe tempore pubertatis suæ quando afflante spiritu, omnemque terræ superficiæ uberrime irrigante suo coelesti copulata est sponsa, tota erat speciosa, suavis nimis, & rutilans, induita utique regalibus uestimentis pre nimiria odorum aspersione fragrantibus, choris etiam comitata uirginis gloriosorum martyrum uallata agminibus, anachoritarum assiduis protecta orationibus, uenerabilium præsulum fulta præsidij, prædicatorum erudita doctrinis, uirtutibus associata coelestibus, atque fidelium populorum repleta cateruis. Erat, inquam, perfecta in fide, spe hilaris, caritate seruida, deuotione plena, orationi intenta, ieunijs & uigilijs uacans, rebus pauper, & locupletata donis, contemplata aspectibus hominum, sed obtutibus grata diuinis. In se quidem coelestis disciplinae rudimenta monstrabat, per suos autem circumquaque salutis æternæ, & incorruptibilis uitæ diffundebat eloquia. Principum ac tyrannorum nequaquam formidabat imperium, Dei ac sponsi sui freta auxilio. In cunctis quæ agebat, erat in sermone potens, & fortis in opere, adeo ut nulla corporis pro Christi amore expauesceret tolerare supplicia. Degebat quidem in carne, & conuersabatur in spiritu, corpore tenebatur in terris, sed sponso suo spiritu copulata & mente, cogitatione & affectu residebat in caelo. Nunc uero imprimis conuersum est gaudium in luctum, ornatus in despectum, in deformitatem speciositas, in uoluptatem sobrietates, pudicitia in luxum, uirtutes in uitia, seculi contemptus in pompas, in diuitias paupertas, zelus honoris Dei in quaestum priuaræ gloriae, gustusque æternorum in amorem praesentis uitæ. Facta quippe est tanquam gressus sine pastore, & ueluti populorum numerositas absque directore & duce: quanquam introrsus illi præsideat uerus pastor & dux, qui proculdubio nouit quot quot redemit, & præordinauit ad uitam. Porro qui illam ex ministerio sibi credito regere & defensare debuerat, ipsam impugnat moribus indecentibus, prauisque scandalizant exemplis. Quamvis enim sint multi, qui pastoralis officij cathedralm teneant, paucitamen reperiuntur hoc tempore, qui ouium Christi sunt decent, curam adhibeant. Omnes penè quæ sua sunt, querunt, non quæ Iesu Christi. Non ut profint, sed ut presentint. Promoueri non dico, expectant, sed quod deterius est prece, ac precio, o quanti querunt, solicitant, atque mendicant. Huiusmodi non ut pastores intrant per ostium in ouile domini, sed tanquam mercenarij per maceriam perituri. Ingrediuntur utique, ut propria acquirant commoda. Vnde mirum non est, si neglecta ouium cura priuatis incumbunt affectibus. Ex his quippe sunt quidam, qui honores ambiunt, aliqui diuitias appetunt, nonnulli corporis inhiant uoluptibus. Omnimodum profecto horum intentio tota obliqua est, tota damnabilis. Deoque supra modum agnoscitur esse aduersa. Quomodo namque absque sui præiudicio, atque diuina offensa ualeat honores cōcupiscere homo putredo, & uermis quos Dei filius ex exemplo suo spernere insinuauit & uerbo? Non enim elatioris, sed humilitatis magisterium se sequentibus debet præbere, qui præsideret. Ex contemptu siquidem mundi, & humilitatis forma Christi adificatur ecclesia. Nam ideo crevit, suasque a mari usque ad mare dilatauit propagines, quia præceptoris sui & sponsi est imitata ueritas, qui temporalē calcavit gloriam, terrenasque diuitias. Hinc est quod apostoli, sanctique pontifices in ecclesiæ firmamento, tanquam stellæ rutilantes sunt, quia extiterunt corde humiles, uirtutibusque reserti. Nequaquam ut in praesentiarum sibi aggregauere diuitias, sed potius ut illas cælo reconderent disperserunt, & tribuerunt egenis. Sciebant proculdubio illas esse non suas, sed ad erogandum prestatas. Nam pauperum, pupillorum, & uaduarum sunt ecclesiæ redditus, quos utique deprendant, qui eosdem in alios illicitos conuertunt usus. Dissuescant itaque spirituales pastores cumulare diuitias, secundum uentris uoluptibus dare, quod sibi superabundat egestatem patientibus impetrari non cessent. Subirahant sibi superflua, ut necessaria ministrarent egenis. Indignum quippe est, & ab omni humanitate alienum, ut praefules qui ministri sunt pauperi, illorum sibi usurpent facultates,

A cultates, ipsiisque mendici frigore, fame, & nuditate periclitentur, lautissimis isti quotidie perfruantur conuiuijs, preciosissimisque uestibus induantur. Decet utique ipsos, qui regimini incumbunt animarum, plusquam ceteros parce uiuere, temperanter uti concessis, corpus proprium macerare ieunijs, uigilijs attenuare, ac fatigare laboribus, ut in spiritus transeant libertatem, discantque ex ministerio sibi impenso non quæsum terrena facultatis, aut inanis gloriae lenocinia querere, sed animarum lucrum, totius mundi thesauro concupiscibilius excellentiusque. Desiderent igitur, non ut amatores huius seculi uulnarem famam, temporales opes, oblectamentaque carnalia, sed tanquam spirituales uiri, & imitatores sanctorum, imperium Christi, contemptum sui, humilitatem cordis, atque imprædabiles uirtutum diuitias. Voluptatem autem maximam arbitratur usque ad mortem certare pro iustitia, eripere animas de captiuitate diaboli, peccatores ad poenitentiam reuocare, egenos & oppresos de manu potentium liberare, reconciliare discordes, docere inscos, laetificare moestos, exhortari certantes, pusillanimos souere, adiuuare laborantes, atque ad brauium coelestis patriæ currentes infatigabiliter animare. Et hæc quo ad proximi dilectionem. Deum uero studeant ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente diligere, dominumque Iesum in præcordijs caritatis amplecti, de ipso iugiter cogitare, in rebus arduis, in negotijs ambiguis ad ipsum mente confugere, eius consilium poscere, patrociniumque flagitare, uniuersa præter libitum emergentia propter ipsum æquanimiter tolerare, in ipso gaudere, cum ipso ratiocinari, ad ipsum omnem cordis sui intentionem dirigere, extra ipsum nil querere, nil concupiscere, sed solum in ipso iucunde & amabiliter delectari, propter ipsum iugum seruitutis regiminis onerosum ualde constanter preferre, nec propterea aurum, dignitates, mortarium præconia, sospitatem corporis, uitæ longæuitatem, carnisque illecebras ab eodem pro remuneratione expetere, quæ cuncta seculi huius amatores ambiunt, sed tantum animarum anhelare profectum, honoris Dei additamentum, uirtutum augmentum, spiritualis gratiae incrementum, & gloriae Christi fieri instrumentum, ipso tamen infundente, deducente, & cooperante, atque consummata istius uitæ peregrinatione æternâ cum Christo in cœlis habere mercedem. Népe alienum esse debet ab omni uero pastore mercenariorum se qui affectus, qui solum quæ in terra sunt, sapiunt, optantque, & absque retributio ne faciunt nihil. Ex sincera siquidem caritate congruit ecclesiasticis rectoribus seruire, & præceptoris sui dilectionem pro laboribus proprijs affectare, plurisque honorem Dei æstimare quam suum. Nam Deo potius quam sibi debent uiuere, & quemadmodum proprium, ita & subditorum spirituale fructu appetere: quatenus in utroque perfecte legem caritatis adimpleant. Nullum quoque (sicut supra memorauimus) pro ministerio suo in hoc seculo expectent præmium, sed fidei oculis cum mentis deliberatione temporalia calcent, terrena despiciant, contemniant blanda, uisibilia transeant, æterna prospiciant, & coelestia petant, intelligentque nequaquam Deus considerit hominem, ut in creaturam dilectionem finem suum statueret, sed ut in earum ordinatissimo usu Deum agnosceret, agnoscendo diligenter, diligendo ad illum quandoque perueniret, qua peruentione esset ipius visione atque fruitione beatus. Quamobrem uniuersi rationis compotes, & potissimum pastores animarum, ita peregrinationis suæ cursum, atque operum suorum intentionem dirigere studeant, ut ad huius fruitionis felicissima brauium, de qua loquimur, pertinere queant, quoniam quicquid in hoc mundo censemur esse gloriosum, in illius comparatione abiectissimum est, quicquid generosum contemptibile, quicquid decorum deformem, quicquid preciosum uilissimum, quicquid uoluptuosum detestabile, quicquid iucundum lacrymabile, quicquid pacificum fluctuosum, quicquid purum coquinarium, quicquid suave foetidissimum, quicquid diuturnum breuissimum, quicquid stabile momerant, quicquid cōcupiscibile prorsus despiciendū. Plane nec explicare lingua, nec auditus percipere, nec intueri ualeat oculus, quanta sit in ipsa fruitione lux, quantum bonum, quanta pax, quam magnū gaudiū, qualis amoenitas, que satietas, quantus iubilus, quam melliflue laudes, quantæque gratiarum resonent actiones. Porro in illa nihil est turbidum, nihil formidolosum, nihilque cōtrarium, quoniam Deus cum hominibus, homines cum angelis, atque cum hominib. homines indicibili copulati sunt caritatis affectu: ipso uidelicet in angelis atque hominib. praesidente Deo, qui est omnia in omnibus, à quo, per quæ, & in quo

sunt, quod sunt, & percipiunt, qd degustat satisetate perfecta, visione beata, felicitate cōtinua, refectione suaui, desiderio ignito, amore reciproco, admiratione maxima, osculo sancto, atq reformatione pereni. Toti quidē in totū, & singuli se diffundūt in singulos, quoniam ab uno, & de uno, necnon in uno effecti sunt unum. O cara beatorum unitas, grata societas, multiplicata fraternitas, communicata lætitia, indissoluble uinculum, & dilectionis amplexus, quam dulciter delectaris, quam fortiter inhæres, quam amabiliter iucundaris, non utiq in te, sed in illo qui creauit te, & perduxit te ad se, ut te beatificaret in se, illum agnosceres & laudares non per medium, nec per interuum, neq ad tempus, sed ipsum in ipso facialiter, actualiter, semipernaliter. Equidem ineffabilis illa uisio, uisionisq fruitio tibi reuelata in cœlis, nec tibi uariatur uicissitudine, neq ipsam per speculum in ænigmate cōtemplaris, sed limpidisime sicuti est, quemadmodum loannes apostolus manifestat dicens: Carissimi, filij Dei sumus, & nondū apparuit quid erimus. Scimus qd cū apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ex hoc igitur nec de ipsis Dei uisione fastidis, nec de simul frumentum societate inuidiae face succenderis, neq fatigaris in laude, sed semper alacris, semper suspensa, semper in laudandi desiderio, perseueras. Amando quoq concupiscis, concupiscendo miraris, admirando ineptiaris, ebria uero plus laudas in sensu, admiraris in iubilo, in idipsum re quiescis in pace perpetua, secura, pacatissima, imperturbabili. O triumphantium cum Christo ecclesia sanctorum sine ruga, & macula, quātas debes medullares actiones gratiarum, & Deo odoramenta persoluere: qui te de hoc seculo nequam gratis eripiens, fecit te dignam, se ut illius gloriam reuelata contempleris facie, illum ex toto affectu diligas, ipsiusq diuinitatis maiestatem, quamdiu est laudando glorifices, honores, & colas, atq de eo æterna fruitione læteris. Quamobrem in tanta felicitatis profusione locata (quæso) memor sis nostri, quia adhuc peregrinamur in uia incerti utrū peruenire mereamur ad patriā. Preces continuas porrige pro nobis ad eum, quem laudas, ut & nos tuo digni quandoq habeamur confortio, persoluamusq debitum sacrificium laudis, in conspectu summi & ueri Dei, qui eduxit de mortuis pastorem magnum, ouium in sanguine testamenti æterni Iesum Christum dominum nostrum, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum, Amen.

## DIVI LAVENTII IVSTINIANI

in librum de Obedientia.

## PROLOGVS.



Vum mecum tacitus reuoluerem animo aliquid scribere, quo median te gloria Dei, & animarū exuberaret pfectus, in maximo me fateor cōperisse cōflictū diuersarum cogitationū inundatione collisū. Hinc enim laus conditoris, fraternus amor, impensum spiritualis gratiae tālētū, & accōmodati ocj exercitatio laudabilis suadebat ut scriberē. In de uero repellebat pfecta imperitia, ingenio hebes, occupationes assidue uirtutūq carētia, fluctuabā, timebā, angebar, diuina rādē (ut arbitrō) aspiratiōe roboratus, atq exhortationis apostolice memor dicētis. Si quis indiget sapiētia, postulet à Deo, qui dat omnib. affluenter, & nō improperat, & dabit ei, cunctā pusillanimitatē, & omnem de corde meo abegi metum: fiduciā autem concepi in redemptoris nostri profusa largitate, qua polliceri dignatus est dicens: Petite & accipietis, querite & inuenientis, pulsate & aperiēt uobis, mentisq ad illum erexi intuitum humiliter flagitana quātenus ipse, qui quotidie in præcordijs fidelium ueritatis lumen splendescere facit, dignetur quoq ignorantiae mex suz candore sapientiae propulsare tenebras, necnon ea recte sandi sufficientiam præbere, quæ tam legentibus quam audientibus proficit, sine tamen elatione absq simulatione, & sine errore: nam paris esset periculi cū suis detimento alios instruere, & proprio quempiam se uelle mucrone perimere, hoc excepto, quod in altero anima, & in altero fugulatur corpus. Scio quidē, & optime scio, quē liber superuacue laborare, qui de suis uiris p̄ presumendo relecto humiliatis gubernaculo.

## PROLOGVS.

A naculo disciplinæ spiritualis normā palam conatur ingerere. Non enim humanæ facundiæ, sed sancti spiritus hoc opus est propriū, qui quoties uult aperit ora mutorum, & linguis infantū disertas facit. Ab ipso siquidē alii spiritus fonte sapientiae & scientiæ emanant riui, quemadmodū Apostolus Paulus testatur inquiens: Alij nanq per spiritū datur sermo sapientiae, alij uero scientiæ secundū eundem spiritū, alteri fides in eodem spiritu, alij prophetia, alij discretio spiritu, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Nequaquam igitur aliunde, quam ab ipso paracletō ueritatis lumen, lapidumq secretorum coelestium gustum percipere se posse quis credat, quippe quū de eodem scriptum sit: Omnia est enim artifex omnem habens uirtutē, omnia prop̄spiciens. Ipse nanq clari-tatis suæ luce perfulgida prophetarū corda replete, fecitq ut futura prædicerent, mysteriorū arcana panderent, & æternæ beatitudinis gaudia reuelarent: ipse inquā apostolorum illapsus mentibus illuminauit sciētia, corroborauit in fide, accendit caritate, cunctisq perfecit uirtutibus, ita ut ab eodē dīrecti procedentes ad publicū sine timore annunciant Christū, diuini nominis prædicarent gloriā, factorū eloquiorū sacramenta detergerent, nascentis ecclesiæ fundamenta iacerent, atq nouę cōuersationis rudimenta monstrarent, non minus uerbo, quam opere. Deniq quotquot ab ipso mundi exordio aliquid cōmendatione dignū, sive de naturalibus, seu spiritualibus uel diuinis pronunciārunt atq scripsérunt, id eodem spū intus erudiente cōfortante & comitante agere ualuerunt. Ceterū quicunq absq illo hæc facere præsumpserunt, utiq hæreses cōdiderūt, narrauerūt fabulas, & scandalū seminarunt, nullā prorsus de suo labore reportantes metcedem, nec ab re. Voluerunt namq docere alios quod minime dīdicere, ad hoc illos impellente elatione, non gratia, quæ profecto datur humilibus, nō elatis, sicut scriptū est: Deus superbis resistit, humilibus aut̄ dat gratiā. Hanc quippe gratiā intelligētia scriptū lac. 4 rarum idem spū sanctus p̄estat humilibus, qui quantacunq scientia polleant, nesciunt sibi arrogare qd sciunt, sed ab illo se percepisse fatent̄, qui docet hominē scientiā, & in cordibus humiliū mysteria. Loquit̄, inquā, quia paratos eos ad audiendū intuetur omni C suum estimatione semota. Stat utiq cor humile in sui custodia, ut spiritū ad se ueniente intelligat, sibiq in se loquentē agnoscat, prophetæ eruditus exēplo, qui ait: Audī quid loquatur in me dñs Deus, quoniam loquetur pacē in plebem suam, & super sanctos suos & in eos qui cōuertuntur ad cor. Vox enim eiusdem spū dulcis est, suunda & uera, dulietatem fugās, amouens tenebras, altumq sapere omnino dispersgens, exultationē pa-rilens, fiduciā tribuens, accendens ignē, lumen ostendens, & humilitate replens. Vocis ipsius auditor & eidem obtemperās, o quam secure incedit, quam frequenter admoneatur, quam lugiter cōsolatur, & quam saep in se præsentia sui uenerat autoris. Nemo nisi expertus nouit, quante istiusmodi sint deliciæ, qualia hincinde proferant eloquia, quam suauia ingeminant amatoria carmina, quamue castissimi sentiātū amplexus. Nō enim possunt non proferri utilia, & ueritati innixa, quandoquidem idem paracletus spū dñi p̄fundit reuerentiā, atq spiritualibus charismatibus roborat. Quamobrem hunc alium spiritum in suis studeat penetralibus custodire quisquis cupit laudabiliter uiuere, prudenter fari, intusq deuotione pinguescere. Veni igit sancte spiritus, & in corde meo emite cælitus lucis tuę radios. Veni, inquā, & da mihi (obsecro) uilissimo seruo tuo, ut te erudiente, tecq dirigente ualeam obedientiæ sanctæ, & voluntariæ subiectionis re-serare præconia. De hoc quippe (tametsi inexpertus, & rudis sum) tractare institui, ut cognoscant tui, qui pro te illius subegerunt humiliter se iugo, quam necessaria, quam utilis sit, quāta cum ipsa associata sint, dona quantaq sectatoribus eius promissa sint premissa. Erit siquidem (ut reor) horum notitia sub ipsa, & pro ipsa certantibus proficia ualde, quippe quum pugna sit grauis, aduersarij multi, diuturnus labor, & incerta uictoria. Nam certare in stadio, & spiritualis militiæ ignorare modum, tempus, & inimicorum fraudes, magni periculi res est. Ceterum ad hæc quis idoneus, nisi tu in secre-

**Psl. 118** to cordis ipsum docueris, uel repletum de te instruxeris. Tu namqe domine ad libitum tum de impio iustum, & de ignaro repente & sine mora doctum facis. Abs te igitur expectabo. O sanctificator animarum, ut aperias mihi thesauros sapientiae tue, & reueles silentium te: quae per me apprehendere nequaquam ualeo. Scio utiqe prophetam de se dixisse: Quia meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Aperiam quamobrem & ego os meum, tu uero clementer infunde spiritum, & mentem renoua benedictione caelesti, quatenus tibi sint grata, legentibus quoqe proficia, atqe inter homines honoris tui additamentum maximum.

QVAE SIT NATVRAE LEX, ET DE IPSIVS EF-  
fectibus. Cap. I.



**A C R O** nos instruente eloquio triplicem legem cognoscimus a Deo praerogatam esse mortalibus: naturae uidelicet, seruitutis, & gratiae. Lex quidem naturae a bono conditore homini bene plasmato innata est, qua mediante, & dirigente ad bene uiuendum ipsum institueret, & ad R autorem suum intelligendum informaret, atqe ad proximum suum ut seipsum diligendum animaret. Hec namqe lex naturae non in lapideis tabulis, non in exaratis membranis, necqe in depictis parietibus, sed in cordibus est scripta mortalium: eorum uidelicet, qui rationis capaces sunt. Hoc quippe propheta iustum utrum describens testatur: Os (inquit) iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium. Lex Dei eius in corde ipsius. Sanè ab huius legis obseruancia nullus excipitur siue Iudeus, siue gentilis, siue catholicus sit: nam omnes complectitur, omnibus loquitur, uniuersosqe dijudicat: ita ut nemo qui ipsam transgreditur, excusabilis sit apud Deum, qui nullius personam accipit, sed cunctorum cordium secreta rimatur. Quo (quaeso) modo ualeat se quis coram Deo excusare, aut uelamen ignorantiae praetendere, cuius cogitationes introrsus pro illo, seu aduersus illum perhibent testimonium? dicete Apostolo: Quum enim gentes, quae legem non habent, naturaliter quae legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium illis reddente conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendantium in die, quum iudicabit Deus occulta hominum secundum euangelium meum per Iesum Christum. Porrò huius legis admonitionem, coercionem, seu correctionem quisqe frequenter audit in corde, quamuis audire dissimilet more aspidis surda obturantis aures suas, ut non audiat uocem incantantis, & uenefici incantantis sapienter. Verum isti aspide deteriorem dixerim, quia aspis quod agit & obturat auditum ex instinctu naturae facit: iste uero sanctis persuasiōibus legis ex deliberatione peruersae renititur uoluntatis. Aspis homini, sed homo aduersatur Deo, qui per hominem in homine loquitur homini. Aspis resistit, ut propriū tueatur corpus: homo autem repugnando suam iugulat animam. Aspis postremo sine prohibitione fugit: homo uero contra mandatum sui agit autoris. Merito igitur a seipso condemnandus est homo, qa sibi ipsi & Deo factus auersus noluit in cubili cordis sui intelligere, ut bene ageret. A seipso (inquam) condemnandus est, dum ingenitae rationis conuictus et simonio reum coram Deo, necnon naturalis legis praeuaricatorem se fuisse abnegare non potest. Tanta siquidem huius legis est uirtus, tamqe ipsius preclara ueritatis assertio, ut nulla aduersus illam sufficiat excusatio, nullaque latebra tergiuersationis appareat. Ceterum eti si contradicit lingua, conscientia tamen aduersus transgressorum uociferatur, quod legis institutor offenditur, iustitia innata obliquatur, opus Dei a suo coditore subtrahitur, naturae dona dissipantur, deordinaturqe quod est utile, quod rectum, quod honestum, quod sanctum. Rationabiliter itaqe delinquentे homine turbatur mens, urget conscientia, amittitur spes: quia non ea qua debet, graditur uia, necqe ad illū ad quē plasmatus est, tendit finem. Nam ideo factus est homo, ut Deum agnosceret, cognoscendo diligenter, diligendo illi obtemperaret, & obtemperando quandoqe frueretur & beatus esset. Talis quoqe est conditus, ut si naturae in se seruasset bonū, suiqe dona custodisset autoris, opitulante gratia per se dirigeretur ad Deum, fieretqe de Dei uisione perfectus in gloria. Verum dum illi subesse renuit, dumqe ipsius conditoris dona dispergit, amittit utiqe quod acceperat, & Dei inimicus efficitur, qui illi famulando potuerat esse carissimus,

**A** mus. Abdicat quidem à se (quantum ex se est) naturae bonum, quanquam diuinam bonitas ipsum ex toto nullatenus deserat. Ad illius cordis ianuam o quām frequenter pulsat quām multiplicibus eūdem allicit beneficijs, quām assiduis inquietat terroribus, quām asperis perturbat minis, quamqe dulcibus attrahere molitur eloqujs, sed eo durior consuevit sequi vindicta, quo benignior extitit expectantis & uocantis sapientiae longanimitas. Hoc quippe ipsius sapientiae uerba testantur, quae contemptoribus sui loquens: Vocaui(inquit)& renuistis, extendi manum meam, & nō fuit qui aspiceret, despexitis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis: ego quoqe in interitu uestro ridebo, & subsannabo quum uobis quod timebatis euenerit. Quum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quando uenerit super uos tribulatio et angustia. Tunc inuocabunt me, & non exaudiam, mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & timorem domini non suscepserint, neqe acquieuerint consilio meo, & detrixerint uniuersae correptioni meæ. Porro nemo ab huiusmodi uocatione se excusare sufficit, quum intus clamet, & ad cor emolliendū omnis illius dirigatur intentio. Cor quidem hominis Dei querit sapientia, in quo amoris est sedes, illudqe poscit inquiens: Fili præbe mihi cor tuum. Nouit profecto ipse qui condidit, quoniam ex ipso mors & uita procedunt: nam quoties malas & impudicas concipit cogitationes, toties mors de ipso progreditur, hoc ueritas suo perhibet testimoniū: De corde (inquit) exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae. At uero si sancta & utilia meditatur, uitam proculduo ex eodem emanare probatur. Nam & beata uirgo sedula cogitatione que audiebat uidebatqe de filio suo, conferebat in corde suo. Propheta quoqe clarissimus, ascensiones dicit uirum iustum disponere in corde suo in ualle lachrymarum, quatenus de uirtute proficiendo in uirtutem uideatur Deum deorum in Sion. Quamobrem omni custodia seruandum est cor ab uniuersis illecebrosis, noxij, & ociosis cogitationibus & affectionibus mundum, atqe sub naturalis legis disciplina cobibendum, quae profecto

**C** lex duobus innititur mandatis: uni uidelicet prohibitionis, & alteri præceptionis. Prohibitionis, inquam, iuxta id quod scriptum est: Quod tibi non uis fieri, alteri ne feceris. Præceptionis uero, sicut dominus in euangelio innuit dicens: Quæcumqe uultis ut faciant uobis homines, & uos facite illis similiter. Hoc quippe naturalis ratio quām optime docet, ut ex nobis ipsis instruamur, quid erga Deum, quid erga proximum agere, aut quid, ne illi offensam præbeamus, uitare debeamus, si tamen eadem ratio, rationalisqe spiritus sit liber, & à peccati seruitute alienus. Non autem à qualicunqe delicto, sed solū a letali, per quod contra faciem delinquentis, uitæ clauditur ianua. Nam esse ab omni peccato immunem nulli datum est rationis usum habenti, sacro hoc perhibente eloquio: Quis (inquit) glorijabitur castum se habere cor, aut mundum esse à peccato? Esse uero à reatu mortalis culpæ aliehum conceditur multis: illis uidelicet quos gratia iustificationis præuenit, comitatur, & compescit, ne post carnis ambulet desideria, & ne in genitae rationis abiijcant legem, sicutqe tanquam equus & mulus, quibus non est intellectus. Qui enim tales sunt diuinam in se agnoscant gratiam, collatum munus exerceant, potiora concupiscant, studeantqe nedum naturae legem perficere, uerum etiā de calogi præcepta seruare, quatenus de bono transcendendo in melius præstantiora caritatis charismata percipere mereantur.

De prerogatiis nature, quas per inobedientiam amisi homo, & de lege seruili. Cap. II.

**N** prima siquidem humani generis institutione talis à Deo factus est homo, ut discretionis haberet iudicium, atque liberam eligendi quod uelle acciperet facultatem. Semen quippe uirtutis gerebat in corde, diuinæ prorsus miserationis indicium, necnon adipiscendæ gloriae incētiū maximū inhærebat nāc illi naturae bonū: ipsa scilicet lex, quae assiduis & optimis illū suis oībus ad sui amore hortabatur autoris. Decebat pculdubio Dei sapientia taliter suā insignire imaginē, donisqe eadē decorare gratuitis, ut naturali impulsu Deū quāret, atqe iniūcta sibi mādata seruaret. Nā quēadmodū cūcta quae Deus fecerat ab initio erat nedū bona, sed & ualde bona: ita & homo. Hinc recte colligitur, quod in sui creatione compel-

compellebatur homo ad diligendum Deum, ipsum colendum, honorandumque tanquam bonum perfectum, summum, eternum incommutabile, necnon & finem, ad quem naturaliter suspiraret, in quo requiesceret, quo frueretur, & de quo beatus esset. Hoc si negamus, deterioris conditionis imperfectiorisque naturae quam cetera quae ualde bona sunt condita, hominem extitisse fatemur: quod quidem apud personas graues ratione utentes, sapientia ac scientia praeeditos asseuerare ridiculum est, potissime quum in diuisinis uoluminibus legamus eundem piscibus maris, caeli uolatilibus, & bestiis terrae suisse praesertim. Quod quidem propheta admirans ait: Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam uisitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius, oves & boues uniuersas, insuper & pecora campi, uolucres caeli, & pisces maris qui perambulant semitas maris. Ceterum quum notissimo percipiamus experimento, ipsum hominem principandi ceteris animantibus collatum sibi amississe honorem, non originalis gratiae, sed inobedientiae potius hoc intelligimus suisse defectum, quippe qui male suadenti uxori maluit obtemperare quam Deo. Hinc est quod in humano corpore commota est pugna carnis contra spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hac peccudubio ex causa penaliter esurimus & siti mus, frigore atterimur, deprimimur somno, lassitudine fatigamur, uarijs, importunisque languoribus, cruciamur, senio tabescimus, & postremo ineuitabili necessitudine leti deficitus. In anima uero moerore afficimur, timore angimur, laetitia immoderata dissoluimur, desideriorum carnalium aestibus agitamur. Caligat præterea intellectus, sensus hebetatur, affectus dormitat, interiorisque hominis rectitudo obliquatur. Sicque utriusque hominis excrevit infirmitas, ut propheticum illud in eo plenissime impletum esse agnoscat, quo dicitur: Omne caput languidum, & omne cor moerens à planta pedis usque ad uerticem non est in eo sanitas: uulnus, liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo. Vniuersa utique mala haec, conflictus uidelicet carnis & spiritus, naturae deordinatio, peccati fomes, creaturarum rebellio, intemperies temporum, elementorum immoderata turbatio, paucor mortis, malignorum spirituum insultus, temptationum iacula, corporis resolutio, atque omne quod terret, quod premit, quod urit, quod homini aduersatur, ex inobedientiae absque ambiguitate radice proueniunt. Sanè nihil horum ante mandati transgressionem sentiebatur in terra, nihilque contradictionis uerabatur in homine, quinimo pacis dulcedo exuberabat in corde, lux diuina refulgebat in mente, pudicitie bonum redolebat in carne, sensuum quoque ac membrorum unitas custodiebatur in corpore. Postquam uero conditoris sui primus homo contempsit imperium, amisit innocentiam, perdidit gratiam priuatus est pace, incidit in tenebras, carnis sensit aculeos, discordiam est perpetuus in membris, atque propriæ nuditatis rubore confusus, Dei uocem se uocantis ferre non valuit. De loco igitur uoluptatis mox exclusus, atque pellicea vestitus tunica, in hoc erumnosum spinarum & tribulorum expulsus est seculum, in quo panem in uultu sui sudore sibi uenire dicare compellitur, qui prius delicijs affluebat ubertim, quodque deterius est, sic usus de linquendi ex ipsis primi parentis pena peccati effluxit ad posteros, ut ad libitum sibi arbitrentur licere quod uelint. Hinc mortalium malitia adeo in prima aetate excrevit in terra, ut præ scelerum immanitate opus, Deus omne hominum genus (exceptis paucis) aquarum inundatione deleret, uerum nec sic resipuit homo, neque se a sui conditoris offensa reflexit: quin potius humana post diluvium multiplicata specie pariter est aucta iniurias. Naturae siquidem lege neglecta nullo legis datae eruditus magisterio, nulloque ad bene uiuendum directus præcepto, præceps ad malum ducebatur ut seruus, post concupiscentias suas trahebatur ut cæcus, atque peccatorum suorum depressus ut uilissimum trahabatur mancipium. Tanta denique est ignorantiae sui tenebris obuolutus, ut etsi non oris, cordis tamen uoces ad caelum promeret inquietus: Est qui obtemperet, dummodo sit qui uibeat. Ne igitur sub excusationis suæ homo uelamine tegeretur, lex in tabulis lapideis exarata dígito Dei exhibita est, quatenus in excusabilis apud Deum esset, si parumperet et mandata seruare, conuincereturque nedum ex innata, uerum etiam ex data sibi lege præcepti, quæ profecto lex, ut non caritatis, sed ostenderetur esse timoris in fulgure, clangore, & sumigante monte repleto terroribus Israëlitico prærogata est populo, qui

A qui & genere, & ritu, & fide, & habitatione à ceteris segregatus erat gentibus. Sane lex Dñs. 11, ipsa quoniā non in spiritu, sed in sola litera subsistebat, sui transgressorē obedientiae insinuabat fore obnoxium, minime tamē erigebat ad gratiam. Premebat quidē ex sui asperitate atque duritia cordis ceruicē, sed nō adiuuabat. Terrena cupientibus, & carnē sapientibus temporalia promittebat, quæ admodū in Deuteronomio nouimus scriptū: Si custodieritis (inquit dñs) mandata, quæ ego præcipio uobis, & feceritis ea, ut diligatis dñm Deum uestrum, & ambuletis in omnibus vijs eius adhærentes ei, disperdet dominus omnes gentes istas ante faciem uestrā, & possidebitis eas, quæ maiores & fortiores uobis sunt. Omnis locus quæ calcauerit pes uester, uester erit à deserto & libano, & flumine magno Eufrate usque ad mare occidentale erunt termini uestri, nullusque stabit contra uos. Porro lex eadē scripta notificabat quid esset facilius, tanquam spiritualis pædagogus, peragendi uero quæ mandabat nequaquam uitatem & gratiam ministrabat. Plena erat intus mysterijs, & grauida sacramentis literę obiectis uelamine, Nam uiuersa illa sacrificiorum animalia uolatiliumque præcepta, necnon oblationes turturum, columbarum, agnorum, ouium, uitulorum, olerum, herbarum, horumque similiū spūaliter intelligebantur, quanquam ab ilis quibus data est, corporaliter sensibiliterque fieri oporteret. Carnali siquidem populo, & carnaliter intelligenti carnalium cæremoniarum instituta sunt sacrificia, quatenus in ijs occupatus atque detentus ad idololatria non effueret scelus, propter quod frequentissime (sicut legitur) ira Dei illum est profusa in populum. Non enim sanguine irrationalium instrumentorum delestat omnipotens, dicente propheta: Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hincorum potabo? Complacet autem sibi de cōtritione gemitum, de orantiū deuotione, ac etiam oblatione laudantium. Sacrificium Deo (inquit prophetam) spiritus cōtribulatus, cor contritum & humiliatum Deus nō despicias: idemque ait: Dirigatur domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Sacrificiū laudis (ait per eundem prophetam ipse dominus) honorificabit me. Ista uero omnia unica complectens sententia inquit: Immola Deo sacrificiū laudis, & redde altissimo uota tua: inuoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Patet quamobrem ex ijs que dicta sunt, quicquid in lege seruilli ad ritum pertinet sacrificiorum corporalium, atque in cæremonijs uisibilibus præceptum est populo illi, in figura, & ad eruditionē nostri, in quos (dicente Paulo) fines seculorum deuenerunt, sunt præstata, ut discamus ex corporalibus spirituallia, atque ex sensibilibus cælestia elicere. Non enim licet nobis, qui ueram fidem confitemur, sequi occidentem legis literam, quæ (testante Apostolo) umbrā habebat futuronū bonorum, ex quo spiritus ante faciem nostram factus est Christus dominus: qui uidelicet declarando ueritatem, quæ latebat in litera, atque sacramenta adimplendo, quæ in prophetarum oraculis ignota manebant, spiritualis intelligentia ipsius fecit nos esse capaces. Plane hoc figuraliter ostensum est, quando in cruce mortuo domino uelum templi scissum est à summo usque deorsum. Quamobrem post eius resurrectionem insufflavit in discipulos, illisque dedit intellectum, ut scripturas intelligerent, atque palam omnibus prædicarent. Hinc est quod ipsa ueritate in carne apparente, moriente, resurgente omnis legalis obseruantiae cæremonialis ritus cessauit, quatenus perspicue cognoscamus, nos à iugo seruili conditionis esse liberatos per ipsum mediatorem noui testamenti Iesum Christum, qui per spiritum sanctum obtulit semetipsum Deo immaculatum, & mundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum in uitæ nouitate Deo uiuenti, quod Paulus manifestat dicens: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritū adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Gratias igitur agamus redemptori nostro, qui cōputrascere fecit iugum legis à facie olei, quod quidē minime portare ualuerunt, qui sacrificijs insisterebant legalibus, & terrenis nutriebantur promissionibus. Agamus (inquam) ex omnibus medullis cordis debitas gratias actiones ei, qui uniuersa præcepta legis & prophetarum compendiosissime sublegerem rededit caritatis & gratiae, quatenus tanto quisque fiat ad illam perficiendam aptior, quanto extiterit in Dei & proximi dilectione profusior.



De lege caritatis, qua tempore gratiae per dominum nostrum Iesum Christum est data fidelibus. Cap. III.

**A**tris familiâs hoc solet esse proprium, ut alia seruo; alia uero imperet filio. Seruo quidem dura imponit & aspera: filio autem suauia impertitur & blanda. Cum imperio dominatur seruo: sed filio cum caritate loquitur. Seruo deniq; pro mercede quotidiana necessaria corpori præbet stipendia: filio uero omnium bonorum suorum facit hæredem. Sane quicquid operis, quicquid laboris aut præmij uendicat seruos, totum à patre gratis filio prærogatur. Hec que dicta sunt, agut mortales mortalibus, atq; carnales domini carnalibus seruis ac filiis, nō autem sic dominus uniuersorum & pater, apud quem nulla est personarū acceptio, nulla generis uel dignitatis est prælata conditio, sed in illo sunt omnes creati ab ipso, gubernati, atq; directi: quos quidem uult (quatum in eo est) saluos fieri, & ad ueritatis agnitionem uenire. Hinc est, quod solem suum oriri facit super bonos & malos, & super iustos & iniustos pluere facit. Hinc etiā est, quod laborantibus in uinea singulis unū mercedis impertitus est præmium. Neminem gratia sua Deus exortem reddit, nullum spernit, nullumq; reiçit credentem in se & accedentem ad se. Nam & si iuxta temporū qualitates hominibus diuersos sacrificiorum indixerit ritus, præcepta ediderit uaria, leges uisus sit ordinare dissimiles: una tamen est instituentis intentio, ut saluentur omnes, & erudiantur singuli ad recte uiuendum, & suo famulandum autori, interueniente & cooptante nihilominus fide, non qualicunq; sed quæ iustificat impium, & per dilectionem operatur, sine qua (dicente Apostolo) impossibile est placere Deo. Porro pro adiutorio salutis mortalium diuina clementia in eorum cordibus ab ipso sua creationis initio legendam naturæ instituit fidei fundamento subnixam, que accedere ad Deum uolentes, seq; saluare cupientes compellit credere unum Deum esse, & quia inquietibus se remunerator sit. Verum succedentibus sibi generationibus, hominumq; supra modum pullulante malitia pene apud omnes obliuionis prorsus est tradita, adeo ut obliteratede esse uidetur. Cæterum ut suorum haberet notitiam delictorum, & peccans per mandatum iusto iudicio transgressionis sua debitas lueret pœnas, per seruum seruile data est lex, quæ praesuorum multitudine mandatorum premebat, conuincebat, puniebat, nec iustificabat. Iustus quoq; legis onus grauissimum minime illi quibus prærogata fuit, ferre valuerunt, quemadmodum apostolus Petrus quibusdam suadentibus conuersos ad Christi fidem circuncidit debere, & legem seruare Mosi, inquit: Quid ergo tentatis denuo imponere iugum super ceruices discipulorū, quod neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus: sed per gratiam domini Iesu credimus saluari, quemadmodum & illi. Quāuis enim misericordia sub ipsa lege positi grati fuerint Deo, & perpetuam regni cælorum expectarent gloriam: nequaquam tamen ex operibus legis id meruerunt, sed per fidem, Apostolo hoc contestante qui ait: Ei uero qui nō operatur, credenti autem in eum qui iustificat impiū, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae Dei. Idem quoq; in alio loco evidentius declarans ait: Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes qui credunt in eum. Ex his igitur patet manifeste, omne meritum, & omnem spem humani generis Deum in suo constituisse filio, ipsumq; fecisse mediatorē, atq; hominem redemptorem. Quamobrem in temporis plenitudine (Apostolo perhibente) Deus pater misit filium suum natum de muliere, & factum sub lege, ut per victimam sui corporis, & legem caritatis, eos qui sub lege erant, redimeret, sibiq; in adoptionis filios aggregaret. Idem quoq; unigenitus condolens infirmitati hominum, cernēsq; quod ex legibus naturæ & literæ salutē consequi minime ualebant æternam, caritatis legem instituit, quæ nedum gratiam conferret ad promerendum ueniam, uerum etiā à morte æterna eriperet, atq; se custodientē diuina fruitione faceret esse beatum. O lex sancta, & suum mandatum gratiae exuberatione resertum, per quod donantur debita, merita cumulantur, bene agendi subministrant uires, uirtutes accrescunt, infernus obstruitur, & regnum regna panduntur. Præceptum quippe hoc domini (quemadmodum propheta commemorat) lucidum est in se, mentis illuminans oculos; atq; onus est non premens, sed roborans, non molestans, sed latum faciens, non fastidiens, sed inebrians, non mortificans, sed coronans. Hinc est quod huius mandati ac legislator, institutor & autor, dominus uidelicet noster Iesus Christus humanæ salutis desiderio flagrans vociferando asebat:

**A** sebat: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis sub fasce legalium mandatorū, & ego reficiam uos: Tollite iugum meum caritatis super uos, & discite à me qua regula, quo ordine, qua mensura Deum & proximū diligere debeatis, & inuenietis requiē anīmabus uestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Nempe tam suave est, ut se huius ueritatem non permittat sentire fatigationem: atq; tam leue, ut de se oneratū portando sustentet. Morte carnis quid acerbius: & tamen de ea legimus scriptum: Fortis est ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Perferre uincula, carceres, adustiones lampadarum, distensiones aculeorū, excoriationes corporum, incisiones membrorum, exilium, opprobria, cōtumelias quis non horrendo pertimescat? Et nihilominus (sacro perhibente eloquio) aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatē, neq; flumina obruerere illā, quoniā lampades eius quæ coruscant in cordib. possidētiū caritatē, sunt lāpades inextinguibilis ignis sancti & æterni, atq; flāmarum erumpentiū de camino supernæ ciuitatis Hierusalem. Audi barum lampadarū incendio cōcrematum. Quis (inquit) nos separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius? Et paucis interiectis intulit: Certus sum enim, quia neq; mors, neq; uita, neq; angelii, neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; instantia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hunc profecto caritatis ignem dominus noster Iesus Christus in suo secum duxit aduentu, quemadmodum ipse faterur dicens: Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo nisi ut ardeat? Hoc quippe claruit quando cōgregatis in unū discipulis, & promissionē sibi factā præstolantib. ueniente spiritu sancto, qui utiq; caritas, amor & ignis est, tanq; ignis in figura linguarū super eosdē apparuisse describitur. Nēpe per ignē qui semper iurum tēdit, ipsos in Dei dilectione, uehementer accēdit: uerū per linguarū species eos repleuit sapientia & omnium sermone linguarū, quatenus proximi caritate inflāmati, electorū animas p diuersarū nationū regiones usquequaq; diffusas, ecclesiæ reuocaret ad gremium. In his quippe duob. præceptis, dilectionis uidelicet Dei & proximi, tota lex gratiae cognoscit esse innixa. Reseauit siquidē ipse gratiae legislator numerositatē legalium mandatorū, & sub his paucis cōpendiose cōclusit. Dū enim aliquādo interrogaret qd mandatū esset maius in lege, ipsum sic respōdisse legimus: Diliges dñm Deū tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex omnib. uirib. suis, hoc est primū, & maximū mandatum: Secundū aut̄ simile huic esse cōprobauit dices: Diliges proximū tuū sicut te ipsum, & intulit: In his duob. mandatis tota lex pēdet & prophetæ. Tantæ utiq; efficacizæ, tantæq; uirtutis sunt ista duo caritatis præcepta ab ipso domino Iesu cōmendata atq; exhibita, ut absq; illis nō saluari, atq; cum ipsis nullus ualeat omnino damnari. Quā uero opportunum sit, quām necessarium, quām uile Deū amare & proximū, clamat inuita ratio, & lex ipsa naturæ: adeo ut nec infidelis ab hoc alienus sit debito. Nempe si legē scriptā inspicias, id ipsum in ea intelliges esse præceptum. Porro utraq; lex ex dilectione perficitur: quæ profecto in obedientiæ uirtute fundatur. Cæterū obedientiæ uirtus, quæ ad mandatorum legalium exercitationē extenditur, nequaq; sine dilectione cōpletur: sed neq; caritatis affectus absq; gratiae infusionē donatur. Quamobrem lex gratiae quæ per Christum instituitur, uniuersa præcepta cōpletebitur: siue quæ naturaliter insita sunt homini, seu quæ per Mosem Hebræorum data sunt populo. Nullus itaq; ab obedientiæ subiectione excipitur, qui bonorum particeps cupit esse cœlestium, dicente domino: Si uis (inquit) ad uitam ingredi serua mandata. Insinuat quippe tacite hanc esse quæ cōsummat legem, salutē præstat, & præmia largitur. Ipsa quoq; obedientia hortatur omnes, ut obtemperent conditori suo, exorat singulos ad suscipiendum iugum suum, cunctisq; suæ liberalitatis expandit. Hæc ab ipso creaturarū primordio sedem suā collocauit in cœlo, suisq; cultoribus, angelicis uidelicet spiritibus auxit gratiam, acquisiuit gloriam, contēptorib. uero suis perpetui incēdiū calamitatem inflxit. In paradiſo deniq; deliciarum minime defuit, amplissima priorib; parentibus dona promittens, si suis uellēt adhærere consilijs. At uero illi bene suadentis monita aspernantes, in hoc ærumno & mortali sunt depulsi exilio, à quo nequaquam nisi ea mediante sunt reuocati ad patriam. Nempe claves hæc habet cœlorum, & sibi obsequentiibus aperiātianas: quatenus gaudebat Laur. Iustin.

dijis suo tempore perfruantur eternis. Clamat (inquit) in ecclesia, & in latitudine platea B  
rum: clamat etiam in cordibus uniuersorum tanquam ad filios mater, ut ad illam consu-  
giant, & illam agnoscant, illam diligant, eidemque famulentur, quoniam magnus est fru-  
ctus eius, si tamen eo modo quo fieri debet, exerceatur in opere.

Quare à Deo, & hominibus institute sunt leges. Cap. III.

**H** Nprecedentib. quidē ut potuimus: immo ut ipse dominus qui se poscentib.  
infundit sapientiā & paruulis tribuit intellectū dedit, de triplici lege, natu-  
ræ scilicet, literæ, & gratiæ, quas ab ipso mundi initio dñs humano indexit  
generi pauca perstrinximus, ut ostenderemus quanta ipse uniuersorū con-  
ditor suos diligeret caritatem, qui nolens aliquē perire, congruū letali eiusq;  
morbo medicamentum apponere dignatus est. Homo siquidē ne de ligno scientiæ  
boni & mali gustare præsumeret, mandato accepto, obtemperare recusans inobedientiæ  
vitio factus est reus; sicq; merito est multatus à domino, ut de uoluptatis loco, & innocē-  
tiæ sede defectus, in uultus sui sudore corporalis uitius alimoniam quereret, carnis incen-  
tia sentiret, atq; duplicitis mortis sententiæ prorsus uitare nō posset. Supra modū igitur  
quū ex inobedientiæ criminē humana sit inordinata natura, propter ipsius transgressio-  
nes innumeræ, data est lex, quatenus per contrarios limites legi obtemperando perueni-  
ret ad gratiā. Sane per obedientiæ præceptorū recōciliat̄ quisq; Deo, spūi famulatur ca-  
ro, socialiter cohæret proximo, & uirtuti subiectū animus. Tolle hāc de medio, & nullā  
erit erga Deū reuerētia, nullus religionis cultus, nulla inter homines pax, nulla securi-  
tas, nulla dilectio, nullus laborū fructus, nulla ciuit̄ unitas, nullūq; morū decus: sed cōt-  
tue uigebūt̄ lites, iurgia pullulabūt̄ plurima, oriēturq; cōtentiones, emulationes, detrac-  
tiones, homicidia, adulteria, stupra, rapine, oppressiones, ueneficia, ceteręq; uitiorū pe-  
stes, q; Dei indignationē aduersus easdē perpetrantes acriter cōcitat̄ noscūt̄. Porrò pro-  
pteras coercendas (exceptis legibus diuinis hominibus prærogatis) tot legū uolu-  
mina, tot sanctiones imperiales, tot ecclesiasticarū canonū decreta, tot statuta municipa-  
lia, tot provinciarū, castrorūq; ordinationes sunt cōdītae. Nullus locus, in quo habitē tra-  
cione utentes, nullū collegiū, nulla familiā caret lege, ob hoc præcipue ut inordinate uo-  
luntatis cobibeat appetitus, & sub obedientiæ uirtute frenetur. Ad erudiendā quoq; ho-  
minū ignorantia, & in ijs manuducendā iustitiæ, infusa est mortalib. paucissimis sapien-  
tia, q; desursum est ad condendū leges: qui uidelicet clarissimō fulgentes ingenio, que sit  
noluntas Dei percipere ualuerunt. Nā quædā leges sanctæ & bonæ sunt, illæ utiq; quæ  
absq; ulla animi passione, & respectu priuati institutæ sunt cōmodi ab ijs, qui Deū & iu-  
stitiæ habere præ oculis, nihil aliud q; honorē Dei, atq; unicuiq; qd suum est reddere que-  
rentes, uolentes per easdē pacē præbere hominibus, q; inter homines eādem nutritre,  
sclerilibusq; frēna imponere. Hinc præclare colligitur, q; legū institutores cuiuscūq; cō-  
ditionis extiterint, siue gentiles, siue catholici, inquantū, ptulerūt recta & iusta, inspira-  
tionē diuinis acceperūt. Nā ueritas à quocunq; propaletur, ueritas est. Non enim po-  
test corrūpi, nō potest denigrari, neq; siue tractetur à bono, siue à malo detractet̄, ualeat  
uiolari. Semper aut̄ fulget in se, semper in auditorū recte uiuētiū clarescit cordibus, sem-  
perq; in sua sēde beata coruscat. Radios q; pppe emittit suos, & ad se suscipiente ingredi-  
tur, seq; contemnentem in proprijs tenebris perseuerare permittit. Quamobrē uere col-  
ligitur, q; tandem quisq; in uoragine mergitur uitiorum, atq; æternā uitæ luce priuat̄,  
quandiu ab ipsa ueritate se constituit alienū. Voces impiorū, & sero poenitentiū audia-  
mus: Errauimus à uia ueritatis, & iustitiæ lumē non luxit nobis, & sol intelligentiæ nō  
est ortus nobis. Lassati sumus in uia iniquitatis & perditionis, & ambulauimus per uias  
difficiles. Viā aut̄ domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut̄ diuinarū ia-  
ctantia quid cōtulit nobis? Transierunt omnia illa, q; uoluptuose gessimus tāq; umbra,  
& tanq; nuncius præcurrēs, & tanq; nauis, quæ ptransit fluctuātem aquam, cuius quum  
præterierit non est uestigiū inugnire, neq; semita carinę illius in fluctibus: Aut̄ aut̄ quæ  
transuolat̄ in aere, & nullum inuenitur argumentū itineris, sed tantū sonitus alarum uer-  
berans leuem uentū, & scindēs per uim itineris aerem: sic & nos nati cōtinuo desuimus  
esse, & uituitis signū nullū ualuimus ostendere: in malignitate aut̄ nostra consumpti su-  
mus. Ueritatis igitur & iustitiæ desertio, ad quē perditionis finē adducat, ex his quæ dī-  
cta sunt

Cap. 5

A cta sunt in persona delinquentium manifestissime cōprobatur. Cohærent quippe, & si-  
bi inuicem famulantur iustitia & ueritas. Nullus namq; esse censendus est iustus, qui ue-  
ritatis se paruipēdit intueri in speculo. Sed neq; ueritatē agnoscere ille dicēdus est, q; iu-  
stitiæ æquitatem in conscientiæ suæ non uident arcano. Veritas quemadmodū fulget in  
corde: ita iustitia ipsa lucem manifestat in opere, præcedit illa, ista subsequitur, insinuat  
illa qd, qualiterū fieri debeat: ista uero ueritatis sancte erudita oraculo, nec ad dexterā,  
neq; ad laevam se flectens mandata sibi indicta adimplere conatur. Opus nāq; iustitiæ  
est obtemperare legibus, illis præcipue, quæ de thesauris prodeut ueritatis, & ueritati sub-  
nixæ sunt. Nam quæ iniustitiā sapiunt, & æquitati aduersant, nō utiq; leges, sed oppres-  
siones uocandæ sunt, quoniam nihil in se cōtinent ueritatis. Hinc est q; qui populis præ-  
sunt, & suo statuta cōdunt arbitrio, domini & tyrāni nūc pātūt̄. Hi nūmīrū extorquē-  
tiolēter egenorum & subditorū facultates, exaggerat̄ pedagogia, inuisitataq; ac impor-  
tabilia adinueniunt grauamina, ut ualeant aggregare nummos, bella gerere, dilatare do-  
minū, inimicos & conuicinos subigere, ac propria (in sui tamen quādoq; perniciem) B  
desideria maligna perficere. Talib⁹ (si impune agere liceat) non est acquiescendum,  
dummodo ex transgressione periurium, seu quavis alia Dei non emergat offensa, quæ  
nullatenus ex aliquo corporali, uel temporali est perpetranda commodo. Diuino quip-  
pe quæ ab iniūq; inique, & contra iustitiā fūnt, sunt relinquenda examini, in quo sin-  
gulorum discutientur corda, detegentur consilia, & facinora punientur, dicente Apo-  
stolo: Nolite ante tempus iudicare quoadusq; ueniat dominus, qui & illuminabit absco-  
ditatēnebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc erit laus unicuiq; à Deo. In-  
terim igitur æquanimiter potentium & malignorum oppressiones, damna & iniuriæ  
perferendæ sunt, quæ maximum ipsas humiliat patienter patientibus, & remuneratio-  
nem æternam, quæ iustis promissa est expectantibus, offerunt fructum. Legibus deniq;  
diuinis atq; humanis est à Christi fidelibus obtemperandum diligenter, ut non quis in-  
obedientiæ vitio condemnetur. Porrò nouimus ipsum Deum & dominum nostrum le-

C sum Christum legis doctorem atq; latorem uoluisse pro se & Petro tributum soluere,  
quum prorsus ab eodem debito esset liber, ne exactoribus scandalum irrogaret, suo in-  
dicans exemplo, quantum sit obedientiæ humilitatis bonum commendabile, quod ob  
Dei & proximi dilectionem impenditur. Nam quisq; pluris & stimare debet proximi  
pacem, quam temporale lucrum: necnon Dei uoluntatem proprię præponere affectio-  
ni. Consentendum proinde est legi diuinæ tota animi intentione, obtemperandum est  
etiam humanæ, si tamē sancta, si pia, si est honestati subnixa. Superioribus quoq; est præ-  
cipue famulandum alacriter, ac etiam uniuersis (si fieri cōgrue potest) quemadmodum  
apostolus Petrus hortatur dicens: Subiecti estote omni humanæ creaturæ, ppter Deū,  
siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis, ad uindictam malefacto-  
rum, laudem uero bonorum, hāc est gratia in Christo Iesu domino nostro. Magna pro-  
culdubio, & omni commendatione dignissima est legum custodia, atq; senioribus pro-  
Deo exhibita obedientiæ reuerentia, ad quam profectio persoluendam plurimum op̄i-  
tulatur beneficiorum Dei assidua meditatio.

Quod ex collatis beneficijs sibi à Deo, obligatur homo suo obtemperare auctori.

Cap. V.

Lamat innata ratio, utquisq; se illi sponte subiectiat, à quo habet ut sit. Hu-  
mana siquidē natura quū à Deo sit condita, & per eundē actualiter in esse  
subsistat, ex necessario quodā iustitiæ & æquitatis debito, mādatis sui obli-  
gatur obedire auctoris. Nā etiā innumera sunt homini prærogata beneficia,  
quib⁹ ad famulandum Deo astringit: tamē ex hoc solo, q; ab illo habet esse  
usq; ad mortem eidem obtemperare tenetur. Hinc naturæ lex unumquē diuinorum  
præuaricatorem præceptorum conuincit in corde, hinc cogitationes accusantes sentit  
in conscientiæ secreto peccator, ita cōspicue & recte, ut nullo accusatore indigeat, quip-  
pe quum ipsum aduersum se sit testis, accusator, & reus. Hanc plane exactionem interni  
examinis, hanc conflictationem iustitiæ & ueritatis patitur & percipit iustus & nocēs:  
diues & pauper, prælatus & subditus, infirmus & sanus. Quamobrem sicut nemo est,  
qui se abscondere ualeat à calore eius: ita nullus inuenit, qui non debeat Deo esse subie-  
ctus. Hāc profecto est sanctæ obedientiæ radix immortalis: hoc (inquit) est religiose  
Laur. Iustin.

KK 2

seruitus

seruitutis delectabile germē, qd quilibet eo cōpletebitur carius, sollicitiusq; sectat, quo lucidius Deū agnoscit, atq; deuotius beneficia sibi ab ipso collata perpēdit. Eia nunc ex pergiscere ô homo, amoue ignorantiae uelamen à corde tuo, excute iugū delictorū tuo rū deprimē te, & reuolue animo quanto uales prudētius, quantoq; particularius, q; magna, q; præclara, q; proficua, quāmne innumera dona tibi tuus contulit dominus, tuusq; quotidie nō cessat exhibere saluator. Quāmuis enim delinqnas grauiter, quanq; in mul-  
tis offendas frequēter, tametsi te uolūtarie ab illo auertas: nūquid suarū stillicidia gratia rū cohibet, ne pluant super te? nūquid solis, lunæ, stellarūq; splendorē abscondit, ut non super te luceat, atq; radios diffundat? Porrò terra germinat fructū suū, arbores diuersarū specierū poma producunt, uirgulta quæq; ad tuū fecunda sunt usum, & (phdolor) intelligere dissimulas, à quo ista percipias. Tibi cuncta famulant elemēta, nubes de cœlo imbrē opportunum spargunt, dies dici, & nox succedit nocti, ut tibi cūctisq; uisuētib. præstent gaudium, tribuant alimentum, leuent fastidium, & præbeant exemplum, & si-  
ne sensu, & absq; gustu torpescis & iaces. Postremo illo ordinante, iubente, atq; domi-  
nante tibi seruiunt angeli, ministrant archangeli, uniuersæq; coelorum obsequuntur uir-  
tutes, tuam quærentes salutem, tuum cupientes profectum, tuam beatitudinem anhelā-  
tes, & neq; ex his te cōuertis ad illum, qui sua bonitate ante quam essem se cōuertit ad te. Nempe quum non essem, nō erat qui resisteret, obaudiret, renueret, & tamen ipse sine te dignatus est facere te: te quoq; existente, præuaricāte, fugiente expectauit patienter, ut poenitentiam ageres, ut rectiores uitæ mores componeres, & ut à scelerib. tuis te uolun-  
tarie cohiberes. Quid plura? O quām frequenter ad cordis pulsat ostium, ut ingrediatur ad te, tecum maneat, in te cōquiescat, suisq; te participem faciat esse delicijs. In sequitur quippe te, quasi tuo ipse dominus indigeat famulatu, & tāq; sine te nequeat esse beatus: quām reuera tu absq; ipso nō dico nō ualeas esse beatus, sed neq; esse qd es. Nā totū qd ha-  
bes, ab illo habes, à quo est quicquid est: qui uidelicet uerbo suo sempiterno, sibiq; con-  
substantiali, ac coæterno fecit uniuersa quæ sunt, sine materia, sine motu, sine tempore, &  
psal. 32 absq; suffragio, sicut propheta commemorat dicens: Quoniā ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Parū nāq; dixi te ab illo totum habere qd habes, addo & hoc te ab ipso habere qd es. Quod enim es fecit ille qui est. Cæterum qui fecit te sine te, quæ  
psal. 15 ret ne te propter se: prorsus minime dicente propheta: Deus meus es tu, quoniā bono-  
rū meorū non eges. Quærit itaq; te propter te sua illū promouente bonitate, q; quantū in ipsa est, uult omnes saluos facere, & ad sui agnitionem uenire: quatenus agnoscen-  
do eum illi obtemperent, & obediendo remunerentur, & beati fiant, non de alio quām de seipso, qui est summum bonum, incommutable, ineffabile & sempiternum. Redi igl-  
tur ad te, & totis uitib. totaq; animi intentione famulare illi propter ipsum, quia bonus, quia misericors, quia pius & clemēs est, q; se tibi absq; ullo merito tuo præbet in patrē, in  
sociū, in cibū, in præmiū. In patrē, inquā, qm te creādo, nō qualicūq; te insigniuit forma, sed ad suā fecit imaginē atq; similitudinem, ut ipsum diligeres ex toto corde, ex tota ani-  
ma, ex omnibusq; uitib. tuis, atq; ab eodē expectares hæreditatē, quā promisit diligētib.  
se, quā nō uide oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nihil enim ter-  
nū, nihilq; carnale, pmittere uoluit, ut scires patrē te habere in cœlis, cui orādo fiducia

Matth. 6 liter dicens: Pater noster qui es in celis, sanctificetur nomē tuū: q; utiq; filijs sibi obtēperā-  
tibus, sempiternos suo dignos exhibet esse cōsortio. Quod quidē ut crederes purius, ar-  
dentiusq; diligeres, se tibi indissolubili caritate dedit in sociū: quū uidelicet tuā uerbum qd erat a principio apud Deū, & per qd facta sunt omnia q; in cœlis & q; in terris sunt, in  
unitate personæ assumptū naturā, in qua utiq; nō est designatus esurire, sitiare, fatigari,  
flagellari, colaphizari, irrideri, cōspui, facie uelari, spinis coronari, felle potari, crucifigi,  
& cruciatu immanissimo occidi. Non enim in sua in qua æqualis est patri, ea quæ dicta sunt, potuit pari natura, qm impassibilis, inuisibilis, & immortalis est. Tuā ergo in illo agnosce naturā, tuāq; uenerare carnem, in qua factus est per te passibilis, uisibilis, & mor-  
alis: necon tuæ peregrinationis indiuiduus comes, sicut ipse ait: Ecce ego uobiscum sum omnib. dieb. usq; ad consummationē seculi. Hāc deniq; unionē diuinæ humanæq; naturæ inconfusam, inseparabilē, ac inuisibilē, q; est in Christo in unitate personæ, sacra-  
mentū quoq; spūalis copulæ Christi & ecclesiaz, diuinus sermo tibi reserare uoluit, quā-  
do de

A do de Adæ latere formata mulier ostensa est illi, quā utiq; quum uidisset, ait: Hoc nū cos ex offib. meis, & caro de carne mea. Quamobrē relinquet homo patrē & matrē, & adhē-  
rebit uxori, & erūt duo in carne una: qd uidelicet Apostolus apertius declarās inq: Sa-  
cramētū hoc magnū est, dico inter Christū & ecclesiam. Ipsam proculdubio carnē, quā Dei filius assumptū de te, qñ uerbū caro factū est, & habitauit in nobis, eandē tibi præ-  
bet in cibū, quemadmodū ipse testatur dicens: Caro mea uere est cibus, & sanguis meus uere est potus, qui māducat meā carnē, & bībit meū sanguinē, in me manet & ego in il-  
lo. O societas uera Christi & ecclesiaz, ô indissolubile uinculū unitatis, capitū scilicet & membrorū, ô eduliu singulare carnē utiq; comedere saluatoris, atq; per illam manere in ipso, & ipsum in se habere manentē. Huic cœlesti alimento saginato, talicq; sociato comi-  
te quis potest nocere? quis (inquā) uim inferre, quis fraudis uenena infundere, quis mu-  
tuæ caritatis fœdera uiolare, quis pacis intimæ suauitatē tollere, aut reciprocæ dilectio-  
nis quis ualet ipso domino præsente ac recumbente intus soliditatē euertere, uel turbaz  
re? Tunc quippe angelorū spirituales celebrantur excubiq; tūc fortis armatus aduersus aereas potestates, ne uiolēter irrumpant, cordis custodit atriu, si tñ seipsum custodiat & nō insolecat de munere, nec torpescat ignauia, neq; ex spūali percepta dulcedine secu-  
ritate presūpta, ab interna exercitatione deficiat. Nā quēadmodū ut ardeat semp oppor-  
tunis somētis nutrēdus est ignis: ita ut pseueret in corde deuotis orationib. virtuosisq; operib. Christi excitādus est amor. Iugiter qppē meditādū est, saluator noster quāta nos caritate dilexerit, qualia p nobis ptulerit, quōue nos dignatus sit redimere precio. Hoc nāq; cōuersis fidelib. apostolus Petrus insinuare uolēs dicebat: Scientes q; nō corruptibili auro uel argēto redēpti estis de uana uestra cōuersatione paternæ traditionis, sed pre-  
cioso sanguine, quasi agni incontaminati & immaculati Christi. & Paulus: Empti (in-  
qt) estis precio magno glorificate & portate Deū in corpore uestro. Sane ex difficulta-  
te curationis, languoris magnitudo percipit, atq; ex precij exhibitione spiritualis serui-  
tutis quā sit graue onus agnoscit. Porrò ipse Dei & hominū mediator homo Christus  
1. Petri. 1  
1 Cor 6

C Iesus nullū aliud pro elec̄is suis uoluit exponere preciū, quām gratis præbere se ipsum; ut aduerterent, quanta eos caritate diligeret. Antiquæ siquidem damnationis aboleuit chirographum decreti, qd erat contrarium nobis, illudq; affixit cruci, reconciliādo nos Deo per sanguinē suū, necnon expolians (sicut Apostolus cōmemorat) principatus & potestates, traduxit cōfidenter palām triūphans illos in semetipso, fecitq; de captiuis li-  
beros, de inimicis carissimos, atq; de alienis patris sui coelestis adoptauit in filios. Totū namq; hoc sui meritum effecit cruoris, quem pro prædestinatis effudit in precium, quatenus eisdem se postmodū caritate gratuita exhiberet in p̄emiū. Non enim decebat, ut aliud quām seipsum p hominib. offerret in p̄emiū, quatenus Deus omnia esset in omni-  
nibus, & sine quo nullatenus ualebat esse beatus. Quid igit̄ retribuet homo redēptori & domino suo pro omnib; quæ retribuit ei? Calicem utiq; obediētia salutaris acci-  
piat, cunctisq; mandatis ipsius parere conetur, nedum innumerabilium beneficiorum astrictus debito, uerum etiam uniuersarum creaturarum eruditus exemplo.

D Quod omnia quæ à Deo facta sunt, etiam quæ eidem aduersari uidentur, ipsius subduntur imperio. Cap. VI.

**D** Eus & dominus noster quemadmodū sempiterno uerbo suo cuncta creaui-  
ex nihilo: ita potestate sua uniuersa proprio regit imperio, adeo ut nulla excē-  
piantur q; nō illi famulenti, ne ea quidē quæ maiestati eius aduersari noscunt. Sunt qppē dæmones; q; in celo cōditi aduersus illū in ipso suo creationis ex-  
ordio præsumptū eleuare ceruicē. Audi prophetā quid de eorū principe, q; donis ac-  
dignitate eminebat cæteris, senserit. Ascēdā (inquit lucifer) in celū, super astra cœli exal-  
tabo soliū meū, sedebo in monte testamenti in laterib. aquilonis, ascendā super altitudi-  
nem nubiū, similis ero altissimo. Cordis elationē percepisti, easum quoq; aduente: Verū tamē ait, ad infernum detraheris in profundū lacus, qui te uiderint inclinabūt, teq; pro-  
spicient. Nunquid iste est, qui turbauit terrā, qui concussit regna, q; posuit orbē desertū, & urbes eius destruxit? Omnes reges gentium dormierūt in gloria, unusquisq; in domo tua, tu aut̄ projectus de sepulcro tuo quasi stirps inutilis & sanie pollutus, & obuolutes cu ihs q; interfici sunt gladio, & descēderunt usq; ad fundamenta lacus. Alium prætereā  
Laur. Justin.

**Ezech. 23** prophetā quid de eodē per spiritum intellexerit ausculta: Tu signaculum (inquit) simili  
tudinis, plenus sapientia, perfectus decor, in delicijs paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pre-  
ciosus operimentū tuū. Tu cherub extētus & ptegens, posut te in mōte sancto Dei, in  
medio lapidū ignitorū ambulasti, perfectus in uīs tuis à die cōditionis tuae donec inuē-  
ta est iniqūitas in te. Polluisti sanctificationē tuā, producā & ego ignem de medio tui q  
comedet te, & dabo te in cinerē super terrā in cōspectu omniū uidentiū te. Hūc plane ro  
nebrarū principē quotquot superbiendo imitati sunt apostatae angeli effecti sunt, arch  
eterni incēdij cruciatib. mācipati: hi nāq quāuis natura sunt immortales, ingenio acutissimi, doctissimi experīetia, & uirtute potentes, inuiti nolētesq obtēperāt dño, nec quic  
quā, nisi eo permittente aut iubēte, agere queūt. Quarebāt siquidē (prout euangelista  
testatur) dū à dño pellerent ab homine, introire porcos, quod minime (nisi prius ab eo  
dē potestate obtenta) cōplere potuerūt. Petīt deniq Sathā (sacro referente eloquo) ut  
sanctissimū tentaret Iob, permīssum est illi (eo intacto) omnē ipsius præripere facultatē.  
**P** Quūq in hac tētatione robustissimus athleta perseuerasset immobilis, poposcit denuo  
ut seriref in corpore, quē profecto à plāta pedis usq ad capitū uerticē dirissima plaga  
percussit. Fefellit plane diabolū ipsius dolosa temeritas, dum enim patientissimū uīrum  
in petendo curauit euertere, eundem iusto Dei iudicio gloriolissime coronauit. Hinc  
antiqui hostis impotentia patenter ostenditur, hinc etiam aperte colligitur, q dum faci-  
nus aliquid malī cōtra dominū perpetrare uidentur, ipsius nolētes obsequuntur impe-  
rio, qui secreto suo cōsilio semper bonū de cōmissis excelsib. dignatur elicere. Hēc pla-  
ne est diuinę bonitatis singularis regula: hēc, inquā, est iudiciorū Dei incōprehensibilis  
altitudo, atq arcana sapientia, quae ad bonū, malorum hominū, immundorūq spirituū  
(ipsis ignorantibus) utitur instrumento. Quod quidē in Iuda, Iudæorū principib, in  
regibus, ac tyrannis Christi ecclesiā persequentibus, innumerisq alīs, quos enumerare  
longū est, manifestissime cōprobatur. Quamobrē claret cōspicue, q scelēti & peccato-  
res non utiq sponte, sed prorsus coacte diuino parēt imperio. Cæterum si peruersi & in  
reprobum traditi sensum proprio famulantur auctori, dum illius peragunt iudicia, et usq  
iustitiā profitentur, quid de iustificatis hominibus, beatificatisq spiritib. animaduerten-  
dum sit, qui legit, intelligat. Vna quippe omniū de quib. loquimur, est intentio, uotū si-  
mile, & qualis cōsensus, domini uidelicet uniuersalis iussa cōplere, tametsi homines nūc  
infirmitate superati, nūc fragilitate deuicti, nunc ignorantia depresso, interdū etiam sub  
uirtutis imagine delusi, legis mandata præuaricando prætereant. Velle quidē illis adia-  
cer, perficere aūt, prout dignū est, nequaq ualēt, captiuāt eos in necessitate peccādi le-  
ge peccati, qui est in membris eorū, quae utiq legi mentis & rationis indesinenter aduer-  
sari cognoscitur. Vnde merito nō illis, sed peccato inhabitanti in carne ipsorū huiusmo-  
di ascribuntur trāgressiones, que potius ex infirmitate, q ex uoluntate patrantur. Labo-  
randū itaq ab omnib. est, totisq conatib, insistēdū diuina seruare præcepta, si in uitā con-  
cupiscunt introire æternā. Cæterū qd ex seipsis nequeūt aliarum creaturarū erudiāt atq  
accendantur exēplo. Quamobrē disce ô homo ex ijs, quae te inferiores sunt, tuo dño sa-  
mulari. Pudeat te qui es Dei insignitus imagine & ratione decoratus, ab ijs quē sensu ca-  
rent & ignorāt dñm, superari. Suspice (quās) cōlū, & intuere diligēter quāto ordine,  
quāta mēsura, quātāue perseuerantia cœlestia corpora, & stellarum numerositas, quae in  
cæli firmamēto sunt sitē, cursū peragāt suum. Legē quippe sibi semel impositā nec par-  
uo quidē tēporis momēto prætereūt. Sol nāq splēdore suo decorat diē, fugat tenebras,  
corda latifiscat, motuq suo diuidit horas, sua uerò uirtute terra radices penetrat, easq  
germinare facit, necnō uniuersa quae in illa uegetant & uiuūt, Deo iubente fouet & nu-  
trit. Luna quoq noctis opacitatē clarescere facit, & peregrinantib. atq nauigātibus lu-  
ce sua solarium præstat non modicū. De syderum aūt rutilantū operatione quid memo-  
rem, quū & ipsa corporib. Inferioribus multiplices diffundant effectus. Firmamēti uer-  
ò quis in hac mortali carne detentus harmoniacum ualet sustinere concentum? omni  
quippe inferiori mobilitate mobilius, cæterorū radiantiss corporū decorē præclariss,  
atq cunctorū organorum modulatione suauius, ordinatissimo motu mandatū sibi tra-  
ditū præterire non potest. Hyems deniq & aestas, autumnus & uer, dies & nox, calor &  
frigus, insitos ab autore suo cōplent actus. Uniuersa quidē hēc, etiū naturalē usum inter-  
dum,

**A** dum, uel sibi indicātā legem uariare uideantur, id nequaq ex obedientiē transgressione,  
sed ex diuīna potius diispositione prouenire dignoscitur. Hinc est q dīmīcātē aduersus  
Gabaonitas losue à domino obtinuit precibus, ut nequaquā ad occasum sol prius uer-  
geret, quām de suis se hostibus uigilaret. Hoc nāq posteris fuit memoriale maximū,  
quatenus discerent, quām exorabilis sit Deus, & iustorum preces omnipotēs quām cle-  
mēter admittat, sic enim legit: Stetit sol in medio cōeli, & nō festinauit occūbere spacio  
unius diei. Nō fuit ante nec postea tā lōga dīes, obedientiē domino uoci hominis & pu-  
gnante pro Israel. Deniq quū ex crescentib. supra modum in mundo scelerib. uellet dñs  
omne hominū genus aquarū inundatione perimere, præter naturæ usum cōeli catara-  
ctas apertas fuisse perhibetur, quarum exuberante abundātia (exceptis ijs paucis, quos  
arcæ clausura protexit) omnīs uiuēns anima moriendo defecit. Sic Sodomitarū & Go-  
morreorum populi ad exercendū interitum ignis & sulphuris copiosa congeries è celo  
dilapsa, quae omnes pariter una hora cōsumplīt. Hoc nimirū iubenti domino obtempe-  
rantibus creaturis gestum est, quae ad corripiendū impiorum facinora ad nutū suo famu-  
lantur auctori, sicut scriptū est: Pugnauit pro eo orbis terrarum contra insensatos. Hinc  
**B** plane inusitatē de cōelo tempestates, elementorum concussions, fragores turbinū, pro-  
cellarū s̄auitā, maris tenebrosa commotio, eueriones urbium, terresterilitas, pestes ho-  
minum, iumentorumq & horum similia absq numero quē nunc generaliter in quibus-  
dam regionibus & locis, nō nunq specialiter (teste experientia) peccatis exigentib. pro-  
uenire noscūt. Dignū profecto est, ut quos diuīna beneficia gratis collata nō corrīgūt,  
hos uarietates tēporū, clades diuersæ asperitates bellorū, calamitatū pressurē, atq tribu-  
lationes multifaræ ad sui, puehāt cognitionē erroris. Discātq à suis prauis uoluptatib.  
abstinere, necnō in afflictione positi Deū timere, quē in trāquillitate cōstituti nequaq  
uoluerūt agnoscere. Idē nāq est pater & dñs, quemadmodū perhibet dicens: Patrē noli  
te uocare uobis super terrā, unus est pater uester qui in cōelis est, alio uerò in loco: Vos  
uocatis me (inquit) magister & dñe, & bene dicitis: Sū etenim. Nēpe quū p præueniētē  
**C** gratiā, internas cōsolatiōes, insolita tribuit dona, atq p creaturarū cōtinuū famularū hu-  
manū allicit mētē, id pculdubio agit ut pater. Cæterū quū terret minis, tētationib. flagel-  
lat, premīt aduersitatibus, & tā è cōelo quā de terra inopinatis cōcutit signis, ista pfecto  
operaēt ut dñs. Vtrūq uerò alternatim pficiēdo siue beneficijs mulceat, siue flagellis cor-  
ripiat, semper diligit. Ipsum audi dīcētē: Estote misericordes sicut & pater uester miseri-  
cors est, qui solē suū oriri facit super bonos & malos, & pluit sup iustos & iniustos. Itēq:  
Si uos quū sitis mali nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cōle-  
stis dabit spūm bonum potentib. se: de correptione aūt qd: Ego (inquit in Apoc.) quos  
amo arguo, & Paulus ait: Fili mi noli negligere disciplinā dñi, neq fatigeris dū ab eo ar-  
gueris. Quē em diligit dñs, castigat: flagellat aūt omnē filiū quē recipit, in disciplina aūt  
perseuerate, tanq filius offert se Deus, quis enim filius quem nō corripit pater? Quōd  
si extra disciplinā estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nō filii estis.  
Quum itaq corpora cælestia & terrestria, animata atq inanimata, peragunt insitum ac  
**D** naturalem cursū suū, seu pro exequēda iustitia in puniēndis corrīgēndisq peccato-  
ribus usitatum præferre uidentur effectum: proprio obediunt conditori, & tacite homi-  
nibus innuunt, quantum & ipsi domino suo debeant esse subiecti, qui uniuersis uisibili-  
bus præmīnt dignitate naturæ, multiplicitate donorū, atq promissione cōlistiū.  
Quōd occulta & ueneranda sunt Dei iudicia. Cap. VII.  
**S** Vperiori tractatu ut potuit sermo incultus, cōpēdīose differuit, qualiter cēle-  
stia ac terrestria corpora iussa diuīna pficiāt. Nā etsi quātulūc q illi p̄cipiant  
esse cōtraria: iudiciorū tñ suorū uelint nolint pagunt æquitatē. Nihil in cōelo  
& in terra fieri sine causa nemo ambigat. Verū quū eorū q sunt rōnes ab ho-  
minib. agnoscī nequeāt, pr̄sus uenerādē sunt, qm uerē, rectē, sāctē, atq inscrutabiles ad  
plenū existūt. Cur floreat p̄spēritate peccatorū (errās ut ouis q p̄pū) ad tēpus cōuertēdua  
in finē: aut quare iustus tribulationib. atterat diuersis, & pusillanimis effectus iustitiq se-  
mitas deserat, q̄s apprehēdere ualeat? Quōd unus nullo suo præcedēte merito iustificēt,  
assumāt ē seculo, & diuino mācipēt obsequio, & alter relinquaēt in tenebris delictorum  
vinculis irretitus, q̄s non mīretur; iudicio pfecto Dei sūt ista, & millia ijs similia p̄posita

humanis aspectibus, quæ miranda sunt potius quā discutiēda, quoniā in ijs caligat sensus, hebetat intellectus, ratio deficit, repercutit animus. Hoc Apostolus cōsiderans, ad. Rom. 11 mirādo prorupit & ait: O altitudo diuitiarū sapientiæ & sciētiæ Dei quā incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Quis em̄ nouit sensum dñi; aut quis cōsiliarius eius fuit; aut quis dedit illi & retribuet ei? Propheta quoq; in hūc sensum deducit inquit: iudicia domini uera iustificata in semetipsa. Nō dicit iustificata ab hominibus, nō ab angelis, neq; ab archangelis, sed signāter ait in semetipsa, ut scias ipsa esse recta & irreprehensibilia, iustificata utiq; apud eū qui in uerbo suo & sapiētia sibi coxerat disponit cuncta priusquā fiant, nihil incognitū, nihil indiscutsum, nihil q; inordinatū relinquēs, sed omnia suo tēpore praeordinato perficiēs in pondere, numero, & mensura qualiter fieri debent: quanquā aliter arbitrentur qui carnales sunt, & carnaliter Dei opera metiuntur. Qui autē spirituales sunt, & spiritualiter dījudicant omnia, nequaquam de ijs quæ intelligunt, scandalizant, sed Deū in omnibus laudant, uenerant & colunt: universaq; iudicia ipsius esse uera pronunciāt. Prophetā obserua cōfidentē: Iustus (inquit) es domine, & rectū iudiciū tuū. Iustus utiq; est, quū unicuiq; reddit secundū opera sua. Rectū uero iudiciū suum esse perhibetur, quū miseretur cui uoluerit, & quē uult in durat, mortificat quoq; & uiuiscitat, deducit ad inferos & reducit, absq; ulla prorsus personarū acceptance. Hinc quippe à rectis corde peruersi, à Deū timentibus Deū cōtemnentes, & ab impijs & iniquis iustificati discernunt & pīj. Nam isti humile cor habentes de Deo in bonitate sentiunt, & in cordis simplicitate querunt illū: illi autē tanquam elati & cæci iniustū Deū esse opinant, & nihil eum de rebus humanis curare fatentur. Huiusmodi dæmonibus ex parte assimilant, atq; ex parte brutis animalibus coequantur, dū solū uisibilia appetunt, & tantū ea quæ carnis sunt, sapiūt. Horū personā propria expressit, qui ait: Dixit insipiens in corde suo nō est Deus. Cōsidera præterea quid sapiens de talibus sentiat: Dixerūt (inquit) impij apud se non recte cogitantes. Exiguū & cū tædio est tēpus uitæ nostræ, & nō est refrigeriū in fine hominis, & non est agnitus qui reuersus sit ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus tanquā si nō fuimus, quia extinctus cinis erit corpus nostrū, & sp̄ritus diffundetur tanquā mollis aer, & transiet uita nostra tanquā uestigia nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata. Venite ergo fruamur bonis, & utamur creatura tanquā in iuuentute celeriter. Coronemus nos rosis antequā marcescant, nullū pratū sit, quod non per transeat luxuria nostra. Vbiq; relinquaremus signa lætitiae, quoniā hæc pars nostra, & hæc est fors nostra. Ista utiq; seculi amatores, uoluptatumq; carnaliū sectatores intra semetipsos imprudentissime pertractantes, ac definientes demoliuntur (quantum in ipsis est) & dissipant, quod bonitatis est, quod sapientiæ, quod misericordiæ, quod æquitatis, quod gratiæ. Malorū quoq; condigna supplicia, & præmia negant promissa iustorum. Utinam tales præterita saperent, & intelligenter præsentia, ac nouissima prouiderent, protecto ab errore suo resipiscerent, & Deum in cunctis iudicijs & operibus suis laudarent, glorificarentq;. Qui facit (sicut scriptum est) magna inscrutabilia, & absq; numero, eorum quædam ordinans & per seipsum dirigen, multa quoq; per spiritualem creaturam inuisibilem quidem nobis, sibi autem perfecte notissimam. Ipse nanq; ad sui gloriam angelicam condidit naturam, quam utique diuīxit in ordines, distinxit in species, diversificauit in donis, & in ministerijs deputavit, dicente Apostolo: Nōnne omnes administratorij sp̄ritus sunt in ministerium missi, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis? Verum ex eorum numerositate maxima quidam exeunt ut ministrent, cæteri uero autoris sui gloriam contemplando assistunt, sicut propheta in spiritu se uidisse testatur dicens: Millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei. Sic tamen exeunt qui ministrant, ut nequaquam uel ad momentum Dei careant uisione beata. Et taliter qui assistunt conditoris sui diuīna specie perfruuntur, ut arcana Dei consilia quæ illis reuelanda inferioribus demonstrantur, minime ministrare desistant, quod sacrarum probatur autoritatibus scripturarum. Omnis siquidem illorū beatorū sp̄irituum multitudo in nouem ordines distinguuntur, ex quibus superiores quatuor, dominationes uidelicet, throni, cherubim, ac Seraphim assistere, reliqui uero ministrare perhibentur. Angeli nanq; hominum intendunt cu-

A stodia, eorumq; saluti, ipsos erudiendo, exhortando, protegendo, & deprecationes, orationes, ac illorū uota diuino cōspectui fideliter offerendo inuigilat. Archangelis autē cu- ra est hominibus reuelare mysteria, atq; cœlestia referare sacramenta, nō singula, sed ex- cellentiora & sublimiora, quemadmodum in Michaele, & Gabriele patet archangelis. Nam quotiescumq; aliquid magnū manifestatur faciendum, per unum archangelorum id agitur. Porro ad declarandā Dei gloriam, & promouendam hominū fidem, spiritua- les sunt institutæ virtutes: quæ creberrima (domino iubente) perficiūt miracula, ex qui- bus diuīna pandatur autoritas. Sunt præterea angelicæ ordinatæ potestates, ut apostoli- cos coerceant sp̄iritus, illorūq; compescant uirtutē, ne fidelibus noceant, quantū obesse desiderant. Principatuū deniq; ad hoc intentus est ordo: ut uidelicet cæteris ministranti bus sp̄iritibus principentur, atq; eos de ijs quæ agenda sunt, doceant. Diuīne siquidem contemplationi inhérentes, de fonte sapientiæ uerbi hauriunt ipsius beneplacitū uolu- tatis, quod sibi subiectis agminibus manifestēt. Per hos igitur ministrantiū angelorum ordines, quos compendiose perstrinximus, Dei colendissima bonitas humani generis regimē, atq; salutem inuisibiliter operatur mīro ordine, modo ineffabili, scientia certa, & incomprehensibili caritate. Mortaliū quippe languet ingeniu, & indisponendarum magnarū rerum prudentia ambiguitate caligat, nisi sanctorū angelorum atq; archange- lorū erudiatur oraculis. In mundi quoq; huius periclitantur anfractibus, necnon & diuersarum temptationū immundorū sp̄irituū superantur insidijs, si non per spirituales Dei nuncios roborent. Ipsorū nanq; ministrantiū agmina beatorū sedulo officio, & dilectio ne sincera afflūt nobis oratibus, intersunt psallentibus de nostris gaudētes profectib. Psal. 67 propheta hoc attestante qui ait: Præuenerunt principes cōiuncti psallentibus in medio iuuencluarū tympanistarū. Verum si quando operibus misericordiæ & deuotionis stu- dio uacare nos uiderint, mira exultatione lætantur, easdem diuīno presentantes conspe- ctui: quemadmodū Thobię sancto ab angelo Raphaele dictum fuisse legitur: Quando orabas (inquit) cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & relinquebas prandium tuū, & Tob. 12 C mortuos per diem abscondebas in domo tua, & nocte sepeliebas, ego obtuli orationē tuam domino. Cornelio quoq; in actibus apostolorū perhibetur dictum fuisse ab ange- lo: Orationes tuę & eleemosynę tuę ascenderūt in memoriam in conspectu domini: Erat enim uir timens Deū cum omni domo sua, quamvis gentilis, faciens eleemosynas mul- tas plebi, & deprecans Deum semper. Assidua siquidem uigilantia ipsi angelici sp̄iritus comitatur nos in periculis, in laboribus, in infirmitatibus, in negotijs, in itineribus: semper suadentes bona, exhortantes ad bonū, detestantes malū, protegentesq; à malo, si tam- men intenta cordis autē eorum sacra monita audire uelimus. Nunquā lassantur ab ope- re salutis nostrę, & à profectuū nostrorum studio nunquā deficiunt, potissimum si prosp- ererint nos Deum diligere, deuotioni insistere, sectari uirtutes, spiritualiter conuersari, mundū sp̄ernere, & quaním̄ aduersa tolerare, terrena calcare, & desiderare cælestia. Tunc quippe laudant Deum, à quo bona ista proueniunt, & congratulantur nobis tan- quam futuris conciubis suis, & regni perpetui cohæredibus, sperantes ministerij sui o- D pus non esse inane in domino. Ad hoc enim sciunt se missos, ut dispersos congregent, & errantes per abrupta uitiorū rationales oues ad viam reuocent ueritatis. Obtemperant igitur fideliter ad lui autoris imperium, & quantum in ipsis est, uniuersos ad propriū co- gnitionem erroris, sūcī gratiam conditoris prouehere cōcupiscunt. Lauda itaq; anima mea dominū, ipsum toto corde, omnicq; mētis intentione dilige, illi ineffabiles gratiarū actiones exolute: qui tam tibi immensa, tam innumera, tam singularia sine te beneficia prærogauit, tantorumq; tibi suffragia tribuit angelorum, quorum exemplo tuo discas familiari redēptori, quorūm̄ auxilio ualeas præsentis exiliū euadere laqueos, aduer- sarios uincere, & salutis portum intrare. Agnosce (quæso) quid acceperis tu, quid do- nauerit ille, quantumq; tui spirituales tibi suffragentur custodes: quatenus iuxta paruita- tis tuę uirtutē liberalitati illius rependas uices, uota exhibeas, & medullatum laudis fa- crificiū gratāter impendas. Intuebit̄ procudubio ille qui mortalū corda sp̄ectat, desi- deriū tuū, affectū pium, bonū uelle, & tuū absq; illo nihil posse. Te pfecto si de collatis gratiū uiderit esse munerib, tibi utiq; potiora largiet̄. Te (inq;) si suis agnouerit obedire mādat̄, faciet ad altiora cōscendere; se nanq; insinuabit in te, & te sine te eleuabit ad se, Quod



Quod multipliciter humanus affectus ad obtemperandum acceditur. Cap. VIII.

Vltifarie quidem ad obtemperandum legibus superiorum, præceptis accendi humanus consuevit affectus: nunc uidelicet minis, quādōq; promissionibus, interdum donis, nonnunquā rationibus, exēplis quoq; frequenter. Cæterum ut proprio quisq; cōuincatur iudicio, & nullus transgressor ante Deū excusabilis sit, idē dñs qui uult (quātū in eo est) oēs homines salvuos fieri, & ad supernæ felicitatis pertingere brauiū, indeficienter prænominatis modis uniuersos ad sibi obediendū quanquā nō semper immediate per se, sed opportunis medijs, aduocare nō cessat. Per p̄phetā minis terrēdo quid dicat aduerte: Si dereliqueris (inquit) filij eius id est Christi, de quo tūc loquebat, legē meā, & in iudicijis meis nō ambulauerint, si iustitias meas prophanauerint, & mādata mea nō custodierint, uisitabo in uirga iniquitates eorū, & in uerberib. peccata eorū. Præcursor quoq; dñi saluatoris nostri clamat in euāgelio dicēs: Ecce iam ad radicē arboris securis posita est. Omnis arbor quā nō facit fructū bonū, excidetur, & in ignem mittet. Promissionibus uero ad sectan

psal. 88 Matt. 3 dum uirtutes hortat quū dicit: Beati pauperes sp̄itu, quoniā ipsorū est regnū celorum: beatimites, quoniā ipsi hæreditate possidebunt terrā, & cetera. Petrus quoq; apostolus

1. Pet. 1 magnitudinē remunerationis exhibitæ fidelibus insinuans ait: Benedictus Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundū magnā misericordiā suam regenerauit nos in spem uiuā per resurrectionē Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatē incorruptibile, & incontaminatā & immarcessibilē conseruatā in cælis, in uobis qui in uirtute Dei custodimini per fidē, in salutē paratā in tēpore nouissimo, in quo exultabitis. Et Paulus: Scimus

2. Cor. 5 (inquit) quōd si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, q; ædificationē habemus ex Deo, domū non manufactā æternā in cælis. Idemq;: Quod oculus (ait) non

1. Cor. 2 uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quā præparauit Deus diligētibus se. Donis similiter allicit uniuersos: ita ut nō sit siue fidelis, siue infidelis, qui se excusare sufficiat. Nam solē suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quis enim dinumerare ualeat, quanta omnipotēs Deus cuiq; gratis largit beneficia: Sin

G gulis temporū atq; horarū momentis quisq; diuinis uititur donis, nō minus priuatis, quā cōmunitibus, ex quibus profecto Deo obtemperare constringitur: quē quoniā in propatulo sunt, & humano ingenio ad intelligendum facillima, singillatim referare prætereō.

Clamat insuper innata ratio & discretio naturalis, ut patri filius, seruus domino, creatuta creatori, languens medico, & discipulus famuletur magistro. Deus quippe & dominus noster Iesus Christus ipse uerus est pater, qui nos genuit uerbo uirtutis suę, ut simus

initium aliquid creaturæ eius. Dominus etiam est summus, qui suo nos regit imperio, quod accepit à patre, sicut idē perhibet dicens: Data est mihi omnis potestas in cælo &

in terra. Nostrū quoq; eundē creatorem esse nos confiteri oportet, quoniā (testante Ioanne) omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Quod autē ipse mediator

Esa. 53 noster uerus sit medicus, prophetā audi quid dicit: Vere languores nostros ipse tulit, et infirmitates nostras ipse portauit, cuius liuore sanati sumus. Attēde (quāso) mira huius

medici opera, fecit lutum semel ex sputo, & cæco nato reddidit uisum, digitos in auri-

H culam posuit & præstítit auditum, sanauit paralyticos, leprosos mundauit, iacentes ere-

xit, mutis loquela, & mortuis iussu suo largitus est uitā. Superfluū postremo arbitror esse uerbis insinuare dominū Iesum summū & sapientissimū esse magistrū, quū euange-

lia sacra ipsius documentis sint plena, atq; quotidie in ecclesiis per orbē circūquaç; dif-

fusis illius monita populis denunciens: quibus pro sui reuerentia obedientiæ assensum decet impendere, atq; nullatenus contradicere. Demū de exemplis per quē ad nostri obe-

creaturæ sunt factæ, non in singulis semel: sed multipliciter in singula: Taceo de segeti-

bus, de arboribus, de uolucribus, de piscibus, de iumentis, de corporibus cælestibus, de

angelis, archangelis, cæterisq; sp̄ituū beatorū ordinibus: de quibus in superioribus ca-

pitulis disertū est, quam sedulo, quā efficaciter perficiēdo opus ministerij sibi crediti di-

uina impleat iussa, & exemplo suo ad sui homines famulatū erudiāt saluatoris. Proferat

itaç nūc ad publicū Dei & hominū mediatoris exemplū, qui sicut cæteras, ita obedien-

tiæ uirtutē dicto pariter cōmēdauit & facto. In ipso siquidē tanquā præclarissimo specu-

lo obe-

A lo obedientiæ fulget imago, ueracq; subiectionis forma conspicitur, adeò ut nūsq; am pro documento mentis sit acies diuertenda, quippe quum in illo uirtutis huius reperiatur copiosa perfectio, eo affluentius, quo eius persona est dignior, uberior gratia, & meritorum numerositas locupletior. Tantus nempe ac talis est ille de quo loquimur, ut dignissime omnis ipsius prædicetur actio, & in cunctorum fidelium exponatur exemplū, quū idem sit Deus & homo in una persona. In ea profecto natura, qua Deus est consubstantialis, & coæternus est patri, genitus ante tēpora, de Deo Deus, de lumine lumen, de omnipotente omnipotens, gignenti coæqualis, sine initio, absque dissimilitudine, sine motu, cōtinens omnia, perlustrans singula, uniuersa complectens: per quē utiq; facta sunt, quæ sunt, siue in cælo siue in terra, & in quo uita sunt quæcūq; facta sunt, nō materialiter, nec localiter, neq; tēporaliter, sed essentialiter, sed incirculante. Nō em quæ facta sunt, de ipsius essentia creata sunt sed in ipso priusquā fierent per ipsum uita erant, hoc Euāgelista perhibet, qui ait: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil,

B quod factū est in ipso uita erat. In ea itaq; natura qua Deus est, nullā obediētiæ dedit for

mā, nullumq; subiectionis mundo reliquit exemplū, quum sit cū patre & sp̄itu sancto unus Deus, una substantia, una identitas, una potestas, unaq; maiestas, cui flectitur omne genu, omnis lingua cōfitetur, & omnis creatura collaudat. Verū in ea natura quā in

unitate personæ uerbum assumptū: quē uidelicet natura erat uisibilis, palpabilis, passibili

lis, & mortalib; omnē obediētiæ perfectionē ostēdit: ita ut uita eius sit exēplar imitabile, obediētiæ magisteriū, norma uirtutū, subiectionis regula, & obsequēdi uia, per quā qui

cunq; gradit, periclitari nō potest, sicut ipse ait: Qui sequit me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumē uitæ. Quis enim (oro)tā fideliter, tā perfecte, tāq; perseveranter diuinæ

uolūtatis iussa peregit, quēadmodū mediator Dei & hominū homo Christus Iesus, qui peccatū nunquā fecit, & nulla penitus inobediētiæ transgressio deliquit. Quamobrē

Iudei fiducialiter aiebat: Quis ex uobis arguet me de peccato? Et patri: Ego (inquit) te clarificauis super terrā, opus cōsummaui, quod dedisti mihi ut faciā. Nēpe sicut patris o-

C bedientiā, ita semper est zelatus honorē & gloriā, uerbo, prædicatione & opere. Porro

quū oues, boues, columbas uidentes, & nummularios stare in templo (quod minime licebat) aspiceret, flagello resticulū facto maxima cum autoritate eiecit dicens: Auferre ista hinc, & nolite facere domum patris mei domū negociationis. Lazarum quoq; re

fuscitatus tremens in semetipso præmissa oratione inquit: Pater gratias tibi ago, quoniā audisti me, ego aut scio quia semper me audis, sed propter populū qui circūstat dixi

ut credat quia tu me misisti. Ad Iudeos similiter loquēs ait: Ego glorifico patrē meū, & uos in honora stis me. Sane si uniuersa euāgeliorū percurras uolumina, luce clarissimā in-

telleges filium Dei in ea forma qua minor est patre, gloriam zelasse paternam, illāq; pat-

tesecisse miraculū, locutionibus declarasse, atq; ipsius uoluntatē in cunctis suis actioni-

bus perfecisse. Hinc est quōd in Iordanis flumine à Ioanne Baptizato paterna uox testi-

monium illi perhibuit dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Hoc idē in colabæ specie uisibilis sp̄itus sanctus insinuauit hominibus

D hunc esse innocentem: iustum & sanctum à prophetis prænūciatū, qui humani generis aboleret facinora. Id profecto per eum nequaquā fieri potuisset, si uel minimum præua-

rationis habuisse contagiū. Quis enim ignorat, quōd immundus quilibet nequit mū-

dare immūdos: sed neq; seruus debito obnoxius ualeat sibi similes reddere libertati. Ve-

nītigit dominus Iesus testimoniu habens à patre & sp̄itu sancto, à lege & prophetis, spū, aqua, sanguine à labē peccati mundare immūdos, atq; à seruitute diaboli per crucis

Philip. 4

luę mysteriū in se liberare credētes: quatenus etiā obediētiæ ipsius interueniente merito,

fieret omniū electorū caput, & uniuersalis princeps, cui flectere omne genu, quēadmo-

du

Paulus testat dicens: Christus factus est p nobis obediēs usq; ad mortē, mortē autē crux

Luc. 2

propter quod & Deus exaltauit illū, & donauit illi nomen, quod est super omne no-

mā, ut in nomine Iesu omne genu flectat cælestiū, terrestriū & infernorū, & omnis lin-

Nazareth

gua cōfiteat, quia dñs Iesus Christus in gloria est Dei patris. Dignū profecto fuit, ut sicut

idē homo Christus Iesus in omnibus & præ omnibus obtēperauit Deo: ita illi uniuersa

famulēt illū colat, & laudat. Obediēs itaq; fuit Deo, uoluit etiā ppter nos obtēperare

parētib; q; utiq; meritis, uirtute præcellebat et gratia. Sic ipse legi: Descēdit cū illis

Nazareth, et erat subditus illis. Debitum quidem est obedire maiori: uirtus uero est obsequium & equalis, sed omni est commendatione dignissimum, quod quis sponte inferiori se exhibet famulu. Nempe quamvis ratione generationis humanae beata uirgo Maria homine assumpto esset superior, quia mater, supramodum nihilominus & incomparabiliter genitrice sua ille erat sublimior, quia Emanuel, quia mediator, quia redemptor: plenus utique sapientia, plenus gratia, plenus ueritate, plenus Deo: ita ut de plenitudine eius acciperent universi, etiam ipsa quae genuit. Quum igitur omnium charismatum spiritualium adeo esset plenissimus, ut absque ulla sui diminutione in cunctos ipse transfundere gratiam, dignatio ne tamen quam maxima pro eruditione nostri uoluit obtemperare Mariæ. Didicit namque (sicut Apostolus commemorat) ex Ihsu quae passus est, obedientiam: quatenus omnibus obtemperantibus sibi fieret causa salutis aeternæ. Nemo quippe ambigat dominum Iesum quem adhuc in puerili esset aetate, obsequia praestitisse Mariæ, ipsique Joseph tamquam uerum hominem promouentem matrem, & uirtutes exercentem, non sibi aggregando meritum, sed nobis, quibus datus est, natus, atque exhibitus. Auxit (inquam) merita in exercitatione uirtutum, non ut ex numerositate efficaciora fierent, sed ut ex difficultate atque diuersitate operum, amoris sui erga nos insinuaret uehementiam, nec non uirtutum omnium tribueret magisterium. Obediens itaque fuit patri caelesti, obtemperauit parentibus, legis mandata compleuit: quatenus obedientia necessitatem, perfectionemque commendaret & meritum, disceretque uniuersi neminem ad ultum & discretione utente, absque obedientia uirtute posse saluari: quae profecto qualis esse debeat, sequentia declarabunt.

De dupli obedientia, necessitatibus uidelicet & uoluntatis. Cap. IX.

**D**uplicem esse obedientiam, per quam quisque saluandus regnum calorum ingreditur, qui recte intelligit uerissime confitetur. Est namque obedientia necessitatis, & est uoluntatis. Necessitatis quippe, ut sine ipsa nemo saluari ualeat. Voluntatis uero non sic. Potest utique homo ad salutem pertingere sine obedientia, de qua loquimur, uoluntatis: uerum ad perficiendum eandem necessitatis obedientiam, ut meritum habeat apud Deum, expedit ut uoluntate libera peragatur. Nam si coactus quis aut metu compulsus obtemperet, caret prorsus commendatione, atque mercede. Seruus quippe est eiusmodi, & seruiliter famulatur, unde minime de suo opere meretur laudem. Dominum audi dicentem: Seruus (inquit) non manet in domo in aeternum. Tolle a seruo minas, amoue flagellum, nullas aduersus eum proferas contumelias, & illico uidebis ipsum in sole scere, tabescere ocio, iniuriosa uerba promovere, praecipienti repugnare, bonumque inchoatum omittere, tamdiu operatur, quam diu sollicitudinum calcaribus perurgetur, nullo affectu trahitur, nullo benevolentie amore constringitur, nulloque caritatis vinculo alligatur: fugam meditatur, arripere a conspectu domini sui, subiectionis iugum a se conatur excutere, ut libertate concupita potiatur, malumque omne perpetrare desiderat, si ei liceat impune transire. Sane uniuersa quae de emptitione seruo commemorata sunt, illi inesse cospicies, qui solum metu mortis, aut futuri terrorre iudicij, seu horrore gehennalis incendiij, aliquid boni operari uidetur. Vellit profecto (quantum in ipso est) ut non esset iudex, non lex, non poena, non carcere, non mors. Hoc quamobrem absque affectu operis solo malignitatis exagitatus affectu, destruit totum quod est religionis, quod honestatis, quod iustitiae, quod sanctitatis, quod uirtutis, & quod denique meriti. Condemnatur utique a semetipso qui talis est, etiam nullo aduersus eum palam testimonio perhibente: tametsi actiones nonnullas exterius agat, que de genero bonorum esse censeantur. Potest quippe falli homo qui uidet secundum faciem, nequaquam autem Deus qui corda perlustrat. Viuus est enim Dei sermo (inquit Apostolus) & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipi, pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem sunt nudata & aperta oculis eius: Quamobrem ea quae fiunt iuxta intentionem operantis, & ipsius uoluntatem metitur omnipotens, & quis & uerus arbiter, redditque singulis prout eorum interioris hominis siue ad bonum siue ad malum ordinatur affectus. Hinc est quod obedientia quae dicitur necessitatis, si non perficiat uoluntate informata caritate & gratia, Deo nullatenus placet. Habet quidem meritum, sed non apud Deum, habet (inqua) meritum,

Heb. 4  
Ioan. 8  
Heb. 5

A meritum, non coeleste, neque remunerationis aeternæ, sed transitorium & temporale, sicut est propagatio sobolis, terrenarum multiplicatio facultatum, honoris fastus, praeminentia magistratus, corporalis incolumenta, popularis fauor, & successus diuturnus pro speritatis uisibilis & caducæ: interdum etiam gratia gratis datae additamentum disponens homines ad percipiendum, ac promerendum gratiam gratum facientem. Haec plane momentanea bona eti hominibus carnaliter uiuentibus placeant, & cōcupiscibilis atque magna esse videantur: in comparatione tamen retributionis aeternæ exigua sunt, uisimma, male uentibus perniciosa, & nullius aestimanda. Quoniam (quæso) modo magnpendendum & amandum est ab homine id, quod est illo inferior conditione, dignitate, & fine: quod uidelicet amittit frequentissime, inuite relinquitur, ualeatque creari igne, a latronibus depredari, corrupi a tinea, atque rubigine deuastari. Hoc uolens insinuare Salvator aiebat: Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra, ubi ærugo & tinea demolit, & ubi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem uobis thesauros in celo, ubi nec

B ærugo neque tinea demolitur, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Thesaurizat profecto sibi in terra uilem & momentaneum thesaurum qui obedientia spreto bono timore suppliciorum superatus, uel commodi temporalis amore illectus perficit ea quae prohibet Deus, sub fucata colore uirtutis sibi ipsi pueriliter blandiendo. Contingit enim persæpe, ut quis obliqua intentione deceptus bonum aliquod agat non bene, propter quod sit ut unde se arbitretur placere Deo eidem magis ipse displiceat. Obtemperandum itaque est Deo eiusque parentum mandatis, illis utique quae ad salutem sunt necessaria: non segniter, non coacte, non serviliter, nec mercenarie, sed corde recto, intentione non facta, animo uolenti, studio sedulo, alacri mente, ignito affectu, constanti proposito, diurno labore, opere indefesso, atque solicitudine peruigili. Quisquis igitur haec quae memorata sunt, adimplere desiderat, neque transgressoribus supplicia minata consideret, non propriæ infirmitatis imbecillitate perhorrescat, neque præuaricantium grauissimos expauescat casus, ut non pusillanimitate frangatur, quin potius malo eruditus alieno, se humiliiter Deo prosternat, & fidei oculo

C ipsius bonitatem erga se exhibita fiderent inspirati, atque iugiter reuoluat animo quæ naturalia, corporalia, spūaliæ dona percepit supra meritum, praeter uotum, & ultra condignum. A se quoque recognoscit boni nil posse, ac rectum nil uelle. Quoniam tota intentione, totocque conamine confidat in domino, qui sicut posuit necessitatem in mandato, & labore in precepto: ita & ad exequendū illud præbet auxiliū, uirtutē tribuit, præstat intellectum, secundum diligentibus promittit præmiū. Non enim ignorat uilitatem fragmenti nostri, & cōcupiscitiam per peccatum & pro pœna peccati nobis inflictā: qua ad uisibiliū amore etiā nolentes impellimur. Hac quippe de causa illa imperat, quibus obligamur ex debito, atque prouocamur ex exemplo. Sane non sunt impossibilia, sed neque ualde grauia, si in peragendis illis deliberata adhibeat uoluntas. Cæterū si qui hominibus famulantur aut necessitatis astrincti uinculo, aut exiguo obligati precio, tam aspera tamque cōtinua perferunt onera, quanta (oro) sustinere debent aduersa pro Christo homines diuinis obsequendo mandatis: Inest utique cunctis qui Deo obedire satagit, necessitas, quam profecto dulcorat caritas.

D opitulatur gratia, & præcipientis leuificat autoritas. Ipsum dominum audi dicentem: Tollite (inquit) iugum meum super uos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue. Mira res suavitate plenissima, & ueritate suffulta: iugum enim & onus præceptum uocat, quod quidem iugum dicit esse suave, & onus leue. Amoue dilectionē ab animo obedientis, & illico sentiet mandatum esse iugum asperissimum, atque onus grauissimum, & prorsus intolerabile. Eregione propone legem amanti, & nullo presso onere, nulloque tardio affectus obtenerat alacriter. Premit itaque obedientia iugum, & nullam redolent suavitatem, si absque deuotionis baiuletur gustu: si uero cum caritate portetur, se gerent sustentat, fatigationē tollit, labore in delectationē cōmutat. Hoc nimurum fenserat qui dicebat: Cōputrescit ius Esa. 10  
gum à facie olei. Quum enim caritas Dei quae oleo comparatur, in cordibus diffunditur fidelium, quum dulcedo spiritualis replet mentem, tunc quicquid ante difficile & onerosum in mandatis uidebatur, iudicatur tolerabile, & nullius prorsus grauamenti, id agente caritate, quae omnia sustinet. Hoc suo Iacob patriarcha exemplo indicauit, qui ut Rachelis concupito potiretur connubio, annis septem obediuit Laban, unde scripsit Laur. Iustin.

**Gen. 29** psum est: Seruuit Iacob pro Rachele septem annis, & usdebat illi pauci dies præ a. **R** moris magnitudine. Huiusmodi quippe uiri sancti exēplo inobedientia nostra cōtunditur, & propriæ uoluntatis nostræ tenacitas cōdemnatur. Die noctū ille æstu urebatur & gelu, fugiebatq; somnus ab oculis eius, ut mulierē corruptibile & mortalē habere posset in cōiugē: & prohdolor nos ut Dei fruamur amicitia, ut delectemur cōtubernio sapientiae, ut sanctorū angelorū digni efficiamur cōsortio, ut æternæ beatitudinis participes simus, atq; cūctorū cū Christo regnantū cohæredes, tempore spūali quodāmodo dormitates nec terremur minis, nec rationibus mouemur, nec beneficij incalescimus, neq; promissiōibus perurgemur. Pudeat nos ab huius seculi amatoribus superari, qui ut sua uota perficiant, suisq; superioribus famulentur, exponunt læto animo corpus periculis, & animam proditioni. Nempe consurgent tales nobiscum in iudicio, & merito condemnabunt nos, qui secundum faciem, & non in spiritu militamus. Deducent namq; ad publicum, & obijcent nobis quos perpeſsi sunt labores quotidianos, animi angustias, inanem spem, & diuturna certamina. Quamobrem euigilemus corde, & mentis aciem erigamus ad dominum Deum nostrum poscentes humiliter clemētiam eius: quatenus solita miseratione transacta, dignetur nostra indulgere facinora, cōferre gratiam, dominantem nobis propulsare inertiam, ut tanquā aquila mente & spiritu renouati exhibeamus illi de cætero uoluntariam seruitutē, atq; obedientiam uerā caritatis flāma succensam, intentioni rectæ innixam, prudentiæ luce perfusam, constantiæ uirtute decoratam, necnon perseverantia bono circunseptam. Evidem si talis fuerit, erit procul dubio acceptabile sacrificium, præcipuum munus, immaculata hostia, oblatio sancta, uictima sałutaris, atq; thymia fragrantissimū, dūmodo nō ignoret, cuj obtēperare oporteat.

Quod unum sit principium, cui obedire oportet. **Cap. X.**

**Apoc. 1.22** **Esa. 43** Visquis recte sapit, unum agnoscit esse principium, à quo & per quod facta sunt omnia, ipsum uero à nullo: ita tamen ipsum dixerim esse principiū ut sit sine initio, & talem esse finem, ut omnino sit sine fine. Principiū utiq; à quo omnia: & finis in quo omnia. Ipsum audi dicentem: Ego sum alpha & ω, principiū & finis. Alibi quoq; idem: Ante me (inquit) non est forma **G** tus Deus, & post me nō erit, quoniam mihi curuabitur omne genu. Curuabitur quidem quia ab ipso habet unde sit, unde recte sapiat, & unde bene uelit. Sane sunt multæ & innumeræ creaturæ quæ ab ipso tantū sunt, nec tamen ualent recte sapere, neq; bene uelle. Huiusmodi quod acceperunt pulchrum est, delectabile, utile, recte uidelicet sapientibus & bene uolentibus, quamuis nō sibi, & tamē modo suo factorē suū honorant, uenerant, colūt, laudantq; sicut scriptū est: Laudate dominū de terra dracones & oēs abyssi, ignis, grando, nix, glacies, spūs procellarū quæ faciūt uerbū eius: mōtes & oēs colles, magna fructifera & oēs cedri, bestiæ & uniuersa pecora, serpētes & uolucres pēnatæ. Peragūt enim uniuersa hæc id propter quod creata sunt, & suo famulant̄ autorī: nullam uero de obsequio suo cōsequētia mercedē, quia ratiōis & liberi arbitrij carēt dono, à quibus omne demeritū procedit & meritū. Ita quippe principiū à Deo habēt, ut sint, et finē in se, quia deficiēt corpore pariter desinūt esse quod sunt. Sola igit rationalis creatura **H** quæ liberā habet uoluntatē, potestq; bonū aut malū discernēdo eligere, est cui ex æquitate iustitiae remuneratio debet & pœna. Quod ut cōgrue fiat, necesse est ut immortalis sit, & finiri nō ualeat. Hæc quippe de qua sermo habet, quū spirituales naturaliter possi deat oculos, per quos uerū a falso, bonum à malo, perniciosum ab utili, atq; lucem queat dijudicare à tenebris, debet prorsus agnoscere, cui illā obtēperare oporteat. Hoc nāq; si ignorauerit, à quo (oro) suorum sperabit mercedem obtinere laborū: Teste aut̄ Apostolo: Accedentem ad Deum oportet credere quia est, & inquirentibus se remunerat̄. Decet itaq; ratione utentem credēdo agnoscere Deum solum esse unum, cui cordis et corporis debeat flectere genua, latræ honorem impendere, orationis gemitus fundere, desideriorum suorum uota pandere, deuotionis sacrificium exhibere, obedientia seruitutem exoluere: et tā pro his quām pro cæteris alijs bonis ab eo bene gestis, repromissam ab eodem in futuro seculo expectare mercedem. Decet (inquit) illum qui Deo appropinquare, ipsiusq; mandatis obtemperare concupiscit, prius quidē credere ipsum esse, per quē omnia, et nos cū illo, et in quo omnia, et nos in illo. Deinde agnoscere illū non

**A** non reuelata facie, sed per speculū utiq; creaturarum, & in ænigmate scripturarum sacra rum, in quibus præente & comitante fide magnā de Deo poterit habere notitiā. Nam insinuante Apostolo: Inuisibilita Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur sempiterna quoq; eius uirtus & sapientia. Verum sine fide prorsus uiden do non uidebit, & nequaquā intelligendo cognoscet, sicut de quibusdam dicit Aposto **Rom. 1** lus: Qui quū cognouissent Deum non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratū est insipiens cor eorum. Dicentes enim se sapientes stulti facti sunt. Nec mirum. Non credendo, sed ratiocinando & per Dei conati sunt agnoscere maiestatē & sapientiam, quæ non nisi credendo percipitur, dicente propheta: Nisi credideritis, nō intelligetis. Nam fides (ut ait Paulus) est speran **Ibid.** **Esa. 6** **Heb. 1.1** darum substantia rerum, argumentum nō apparentum: est etiam sydus clarissimum, & matutina lux descendens à patre lumen, & se cordibus infundens mortalium, conspicuam de spiritualibus & inuisibilibus præbens notitiam, perlustrans splendore suo **B** scripturarum mysteria, & cœlestium arcana sacramenta, tribuensq; de Deo intelligentiam, non sicuti est, sed quia est. Nam quamdiu sumus in corpore (sicut memoratus ait **2. Cor. 5** Apostolus) peregrinamur à domino, per fidem ambulantes, non per speciem. Quando autem per speciem: Quando corruptibile hoc induerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatē, eritq; mors absorpta in uictoriā, atq; eidem insultando dice mus: Vbi est mors uictoria tua? ubi est mors stimulus tuus? Tunc etenim ablatum erit speculum, tunc ænigmata erunt completa, tunc fides erit consummata per speciem, & spes totaliter mutata in rem. Tunc (inquam) uerificabitur quod ait Ioannes Apostolus: Carissimi nunc filii Dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quoniam quum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicut est. Interim autem in lumine ambulemus fidei, & in splendore uultus eius, ne infidelitatis & elationis uoluntatē in tenebris, credamus simpliciter diuinis oraculis, & testimonij ueritatis prænuntiati per fidem, & in eadem luculentissime declaratis. In ipsis siquidem humiliter crea **C** dendo confitebimur Deum esse, illiusq; omnipotentiam, sapientiam, bonitatem, simplicitatem, æternitatem, iustitiamq; laudabimus, magnificabimus, atq; colemus. Nec alius de quā ab ipso Deo id perficere nos posse arbitremur, qui per fidem hominum corda purificat, ut agnoscant ipsum Deum & dominum nostrum Iesum Christum, quē Deus pater ideo misit in mundum, ut humanum genus, quod per peccatum protoplastorum neglectis cœlestibus & inuisibilibus, prorsus terrenis & uisibilibus inhærebat, miracula faciendo, prædicando diuina, futura prænunciando, suadendo utilia, operando sancta, aspera perferendo, & sustinendo indigna, ad agnitionem unius & ueri Dei informaret per fidem, & in fide roboraret. Sic plane erudiendus, sic homo qui facebat in tenebris, & erat morti obnoxius, per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Iesum fuerat erigendus, ut lumen uideret in lumine, & uitam possideret in uita. Utrumq; enim est dominus Iesus, & utrumq; ab ipso consequi posse speramus in ipso. Est quippe lumen uerum natum de lumine, in quo uidemus lumen. Est etiam uita uitalis de uita **D** genitus, atq; in se credentibus tribuens uitam. Ipsum lumen audi de se dicentem: Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen uitæ, & **Ioan. 8** **Ioan. 1** **Heb. 1** Ioannes: Erat (inquit) lux uera, quæ illuminat omniem hominem uenientem in hunc mundum. Paulus de hac ipsa luce scribēs ait: Qui quū sit splendor glorie & figura substantiæ eius, portansq; omnia uerbo uirtutis suæ. In sapientiæ quoq; uolumine sic legitur: Candor est enim lucis æternæ, & speculū sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Nempe si candor lucis, si speculū sine macula, si splendor glo **Sap. 7** rig, utiq; & lumen, non quidem materiale, non productum in tempore, non uariabile, nec uicissitudinis susceptibile, sed simplicissimum de patre Deo æternaliter generatū, semper idem manens quod est, propter nos tamen carnis nube obteſtum, ut à nobis capabile fieret, essemusq; lumen in ipso, sicut Apostolus quibusdam iustificatis testatur dicens: Fuistis enim aliquando tenebre, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambula te. Alio deniq; in loco exhortans ait: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abi **Ro. 13** **Ephe. 5** clamamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. De lumine agnouimus lumen natum, in tenebris resulgens, & tenebras fugans, in **LL 2 quo**

quo quisquis ueritatem intuetur uidet lumen. Audiamus similiter uitam de uita genitiū mortuos uiuificantē. Ego sum (inquit ipse) uia, ueritas, & uita, nemo uenit ad patrem nisi per me. Id ēcī alibi ait: Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me etiā si mortuus fuerit, uiuerit: & omnis qui uiuit & credit in me, non morietur in aeternum. A quo autem habebat ut sit uita & tribuat uitam, obserua. Sicut enim pater habet uitam in semetipso, ita dedit & filio uitam habere in semetipso, id est, genuit filiū uitam habentē in semetipso, sibi per omnia coequalē, eiusdē naturae, eiusdemq̄ substantiæ: ita ut sit unum cū patre, & qui uidet filiū uideat & patrem. Nam patris & filij una est diuinitas, una maiestas, una potestas, unaq̄ essentia, indiuisa, inconfusa, incōmutabilis. Cæterum quēadmodum pater genuit filium uitā habentem in semetipso, & que etiā uiuificantē mortuos. Ipsū filiū de se pronunciantem ueraciter audi: Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificant: ita et filius quos uult uiuificant. Viuificant procul dubio gratiā infundendo, & iustificando per fidem, & in fide copulando sibi, unde Apostolus nōnullis gratificatis, & iustificatis, atq; copulatis aiebat: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in Deo, quū autem apparuerit Christus uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria. Quam obrem nemo aliunde lumen diuīna agnitionis, & uitam ueram quæ Deus est se percipere posse arbitretur, quām ab illo, de quo Ioannes apostolus ait: Quod factum est in ipso uita erat, & uita lux hominum, & lux in tenebris lucet. Ex hoc utiq; per fidem Christi gratificantem. Nam pater nō iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut oēs qui honorificant patrem, honorificēt filium. Hoc autem est iudicium quod dedit pater filio, ut uidelicet oēs in eū credat, & pari honore deferant filio sicut & patri, ex qua utiq; credulitate uitam consequantur aeternam. Sic enim idē filius ait: Sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum nō pereat, sed habeat uitam aeternā. Eadem quippe credulitate, eadem reuerentia, eademq; obedientia debetur missō, quę exhibetur mittenti, potissimum quum ipse qui misit pater super baptizato filio de cælo clamauerit, dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Est igitur dominus noster Iesus Christus ab uniuersis omni cū honore colendus, quū ipse uerus sit Deus, cui pater & spiritus sanctus diuinitatis testimoniū reddiderunt, & quē Deū esse proclamarunt angeli, prophetæ prænunciauerūt, predicauerūt apostoli, testificati sunt martyres, atq; per orbē terrarū pariter omnis adorat, laudat, ac confitetur ecclesia. Quam utiq; idem suscepit in sponsam, mundauit lauacro, sanguine redemit, quemadmodum Apostolus perhibet dicens: Viri (inquit) diligite uxores uestras sicut Christus dilexit ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea, ut illā sanctificarer: mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta & immaculata. Huic tanquam caput præsident corpori mystico. Hanc fouet & nutrit, uiuificant in spiritu, regit in fluctibus, in aduersis protegit, consulit in dubijs, locupletat meritis, uirtutibus replet, decorat charismatibus, & contra omnes aduersarios insuperabilem facit, quoniam super ipsum fundata consistit. Tanti siquidem roboris, tantæq; autoritatis esse dignoscitur, ut malignis spiritibus non succumbat, mundi non cedat principibus, quin potius eidem ipsi colla subiçiant, mandatis eius obsequantur, ministris deferant, & sacramentis eius indigeant, sine quibus saluari nullatenus ualent. Nam & ligare potest & soluere, cælum aperire & claudere, sicut Petro ueritas promisit dicens: Tibi dabo claves regni cælorum, & quodcumq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumq; solueris super terram, erit solutum & in cælis. Nec immerito, quum ipse & illa unum esse cti sint corpus & caro una sicut sacra pandunt eloquia. Quum enim de latere dormientis Adæ esset formata mulier, atq; eidem ut nomen imponeret delata, inquit: Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhæredit uxori, et erunt duo in carne una, quod Apostolus declarans ait: Sacramentum hoc magnum est, dico inter Christum et ecclesiam.

**Q**uod Deus sit spiritus, & patribus antiquis cognoscibilem per ministerium se exhibuerit angelorum. Cap. XI.

**E**um spiritum esse & non corpus diuina docet scriptura, quæ ab ipso prolatæ fuisse noscitur. Veritas enim clamat in Euāgelio: Deus spiritus est, & qui adorant eum, in spiritu & ueritate adorare oportet. Quamuis enim in rubo loqueretur ad Mosem & in caligine, atq; in columna ignis per noctem, & in nube per diem populum præcederet Iudeorum: non tamen corporalis, aut materialis est ignis, neq; columna uel nubes, sed spiritus simplicissimus, & corporeis oculis inuisibilis: qui utiq; per angelum loquebatur in igne, plebemq; suā comitabatur in columna & nube. Talis quippe substantiæ est Deus, talisq; naturæ, ut nec uideri, nec audiri, neq; palpari carnibus ualeat sensibus, sed spiritualibus q; optimè, & in spiritu. Verba mea (inquit propheta) auribus percipe domine, intellige clamorem meum, intende uoci orationis meæ rex meus & Deus meus. Idemq;: Audiam(ait) quid loquatur in me dominus Deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam. De spirituali gustu & uisu memoratus propheta dicit: Gustate & uidete, quoniam suavis est dominus. In odor rem unguentorum tuorum currimus, loquitur sponsa in canticis canticorum, quod ad odoratum pertinet. De tactu dicit Ioannes: Quod audiuimus, quod uidimus, & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ. Nempe quotiescumq; locutus est per humanam uocem Deus, aut se insinuauit per figuræ, hoc per ministerium egit angelorum, uel per oracula prophetarum, in quib; & per quos suam hominibus notificabat uoluntatem. Quamuis enim quibusdam sanctis uiris per se loqueretur in corde, propter infirmitatem tamen spiritus, & carnis corruptionem, quæ spirituali aduersatur locutioni, & ab intellectuali dissentit uisione, per uates suos, & enigmata uniuersitati effatus est. Quamobrem ipsa diuina clementia humanæ compatiens infirmitati, illiusq; perditioni opportuno uolens occurrere remedio, uerbum suum quod erat in principio apud Deum, incarnari statuit, ut uerus Deus, & homo per assumptum corpus se manifestaret hominibus, atq; per sacri sanguinis sui effusionem de perditione æternæ damnationis quæ tenebantur, resuscitaret ad uitam. Deciderat prorsus humana natura per primi hominis prævaricationem in maximam Dei & sui ignorantiam, & ea quæ carnis sunt, & eius percipiuntur ex sensibus, solummodo sapere uidebatur, necnon totam se in creaturarum profuderat uoluptatem. Proinde ne semper homo erraret ut cœcus, ne perniciose se excusaret ut infirmus & inscius, & ne semper à Deo esset alienus & mortuus, quando temporis plenitudo aduenit (sicut Apostolus cōmemorat) misit Deus filium suum natum de muliere, & factum sub lege, ut errantem per abrupta uitiorum reuocaret in uitam, quæ de se ait: Ego sum uia, nemo uenit ad patrem, nisi per me. Ut etiam imbecillum, & ignorantem ueritatis irradiaret splendore, & ut in delictis mortuum resuscitaret ad uitam, non angelos, non prophetas, sed proprium destinauit filium, ut ipsum audiremus, ipsiq; obediremus in filio. Hoc Apostolus denunciauit dicens: Multifarie multisc; modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem uniuersorum, per quem fecit & secula. Tam quidem sublimis, & tantæ incomprehensibilis excellentiæ est diuina essentia, ut à nemine in hoc existente mortali corpore sicuti est, agnosci queat, quemadmodum Mosi faciem suam uidere cupienti, & sciscitanti dixit: Non uidebit me homo, & uiuet. & Ioannes, Deum (inquit) nemo uidit unquam, nisi is qui est in sinu patris, & ipse enarrabit nobis. Maxima ex ijs uerbis erga homines Dei caritas, maxima apud homines, & in hominibus domini nostri Iesu Christi intelligitur esse autoritas, quando illo loquente & conuersante cum hominibus Deum loqui, & conuersari minime dubitamus. Hoc longe ante propheta in spiritu præuidendo præcinuerat inquiens: Hic est Deus noster, & nō æstimabitur aliis ad illum: hic adiuuenit omnem uitam scientiæ, & dedit eam Iacob puer suo, & Israel dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Prænunciatum istud ideo fuerat, quia Mosi extitit ante promissum. Quum enim ardenterissime posceret, ut Deus illi ostenderet gloriam suam, respondit dominus: Non uidebis faciem meam: non enim uidebit me homo & uiuet. Ecce (inquit) locus est apud me, & stabis supra petram, quumq; transibit gloria mea, ponam te in foramine petre, & Lxxviii. Iustin.

protegam te dextera mea donec transeam, tollamque manum meam, & uidebis posserlo. **E**ra mea, faciem autem meam uidere non poteris. Quoniam igitur reuelatam Dei gloriam intueri nequeunt mortales, unigenitum suum Deus pater misit in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne sua, & patrem homines uenerantur in filio, & filium in patre similiter colerent, nec minus filio, quam patri obedire debarent. Verum quoniam indecens erat, ut uerbi humanitas per ipsius resurrectionem tota liter gloriificata, uisibilis & palpabilis commoraretur in seculo, ne ab illo arbitrarentur se homines esse derelictos, duplii eis se communicaturum praesentia est pollicitus dicitur: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Altocum in loco: Vbi (inquit) fuerint congregati duo uel tres in nomine meo, in medio eorum ego sum. Hoc profecto absque ambiguitate agit in spiritu, hoc idem in suo mystico operatur coram. **Matt. 28** **Matth. 18** **Aet. 9** **Luc. 10** **Iohn. 17** **Cor. 12** **Iohn. 15** **Cor. 12**

pore, quemadmodum persequenti Saulo ait: Saule Saule quid me persequeris? Non enim Paulus Christum persequebatur in carne, qui iam regnans in celo prae sidebat & in terra, sed membra illius & corpus, quod est ecclesia, & nihilominus se persecutionem sustinere fatebatur, ob hoc quod caput & corpus, Christus & ecclesia sunt. Vnde qui negligit mandatis parere ecclesiae, Christo famulari recusat. Sic enim ipse ait: Qui uos audiit, me audit, & qui uos spernit me spernit, & qui me spernit, spernit eum qui me misit. Omni profecto haec unio est commendatione dignissima, que membra coagulat corpori, corpus capiti, caput Deo, id nimis peragente mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu, qui ait patri: Pater uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum, & uideant claritatem quam dedisti mihi: tu pater in me & ego in illis, ut simus consummati in unum. Hoc quippe unum non fit per corpus in corpore, sed per spiritum corpus uegetantem atque regenterem. Nam spiritus est, qui uiuificat membra in corpore, & corpus ornat in membris, necnon membra exercet in corpore ad gloriam Dei, decorum corporis, utilitatemque membrorum in se unitatem seruantium, donec totum corpus in membris colligatur ad caput, atque in capite reformetur in Deum, sicut omnia in omnibus Deus. Interim autem quamdiu peregrinatur corpus in hoc seculo, caput ipsum corpus fouet, nutrit & regit. **G**ouet ( inquam ) deuotione, atque promissione. Nutrit sacramentorum alimento, & pabulo scripturarum. Regit uero, se spiritualiter communicando corpori, ac ministeria uaria diuidendo in membris, sicut Apostolus scribens ait: Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alij quidem per spiritum datur sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in eodem spiritu, alij gratia sanitatum in uno spiritu, alij operatio uirtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Nam ipsum caput sicut in corpore prae sidet, ita singulis operatur in membris, sine quo languent membra & inutilia fiunt, dicente illo: Sine me nihil potestis facere. Hinc quanta sit unitas Christi & ecclesiae, capitis & membrorum euidenter exprimitur, quum nullatenus sine Christo ecclesia, & absque capite membra subsistere ualeant, sicut inquit Apostolus: Vnum corpus multa habet membra, omnia autem corporis membra quum sint multa unum corpus sunt, ita & Christus. Etenim in uno spiritu omnes nos in unum corpus baptizati sumus. Et paulopost, Vos ( ait ) estis corpus Christi, & membra de membro. Nemo itaque quantumcumque sit sanctus, plenus charismatibus, & virtutibus preditus, ualeat per se absque membrorum communicatione stare. Quamuis enim membrum unum in naturalibus & gratuitis ac acquisitis donis sit praestantius altero, nequaquam tamen debet in sole scere, & quae sibi uidentur membra inferiora despiciere, quoniam plerumque ea quae humanis contemptibilia & uiliora arbitrantur esse aspectibus, Deo clariora & digniora existunt. Non enim gradus, sed merita, uirtutes proximum Deo faciunt. Quamobrem membrum quod est gratia locupletius, erga cetera debet esse humilius, & ad ministrandum promptius. Communicatio quippe donorum, et proximorum compassio conglutinant in corpore membra, capitique suo gratificans. Hinc est quod dona uaria caput diuisit in membris, et spiritum unum infudit in corpore, ut non sit schisma in membris, quin potius si patitur unum compatiantur et cetera, et si gaudet unum congaudeant et reliqua, quod uerare unitatis et caritatis est signum notissimum. Verum ut non confundantur in uicem membra, et dilaniens corpus, quemadmodum caput per spiritus dona diuisit in membra, & que in corpore et in membris distinxit gradus, ut alij praesertim

**A**present in regimine, alij laborent in predicatione, alij ministrent egerebus, alij orationi uacent, alij superiorib. humiliter deseruati, hoc apostolus insinuas ait: Vnicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi, & ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem prophetas, alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctorum, in opus ministerij, in edificationem corporis Christi, donec occurramus omnes in unitate fidei, & in agnitione filii Dei, in uiru perfectu, in mensuram aetatis plenitudinis Christi. Quodadique igitur corpus hoc mysticum perficiatur in omnibus membris suis, & occurrat capiti suo gloriosum, & immortalitatis stola uestitum, expedit ut membra quaeque ministerium exerceant sibi traditum, simpliciter & cum caritate in membris agentibus, & infirmantibus, agnoscantque se erga caput agere quod in membris exoluerint, sicut idem perhibet dicens: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Nequaquam enim accepérunt membra talenta gratiarum, nisi ad erogandum tam pro sui quam pro proximoru utilitate, sicut patet in seruo nequam a Deo reprobato, B qd sine lucro pecunia sibi praestata dno reportauit. Vcluit namque dominus corpus suum agrotare in terra, ut uicissim membra famularentur, & ipse reperiatur, unde membra remuneret, quae illi fideliter seruierunt, atque iustissime puniat, quae id facere neglexerunt. Sunt namque membra, quae indigent terrena substantia & corporalis prae sidij, quaedam opus habent eruditione, nonnulla consilio, & pene universa institutione atque ducatu, propter ea quae abundant divitijs, impertinent agentibus, quae conualescent & robusta sunt, de seruient languentibus, que sacris imbuta sunt paginis, instruant nescientes, que possunt sapientiae & consilij dono, hæsitantibus & pauidis consulant, quae uero in regimine præsunt, subiectorum spiritualibus incrementis incumbant, subdita uero prælatorum mandatis obtemperent. Sic quippe fiet, ut membra digniora, & quae præcellere alia uidentur in corpore, munera sibi prærogata inferioribus participando, atque superioribus inferiora humiliiter inhaerendo efficiatur corpus totum in membris suis capiti gratum, atque per obedientiae meritum Deo deuotum.

**C** *Quod necessarium sit in ecclesia esse qui presint.* **Cap. XII.**

Vemadmodum bellatorum exercitus ad pugnam pergentium si experto caput duce, & ignoret cui obedire debeat, in derisum uertitur inimicorum: que & castra fidelium membra uidelicet famulari Deo cupientium confunduntur adiuicē, si eis qui præsideat desit, & qui negotia opportuna præcipiat in qualibet congregatione deficiat. Hinc est quod redemptor noster post resurrectionem suam, gloriosamque ascensionem ad celum principem in terra uicem suam gerentem uoluit habere in ecclesia, cui ligandi & soluendi, ordinandi ac dispensandi plenissima inesse potestas: quæcumque omnes uenerarentur ut præsulem, ad quem uniuersi confluere ualerent ut ad patrem, apud quem robur, firmamentum, & totius ecclesiae esset autoritas, nec non claves regni celorum, contra quas inferi ianuæ nullatenus præualearent. Huius siquidem apostolicæ sedis arcem, huiuscque ecclesiae catholicæ monarchiam apostolus Petrus primus accepit, quando Dei filium esse dominum nostrum Iesum Christum confessus est dicens:

**D** Tu es Christus filius Dei uini. Quamobrem ab eodem domino audire promeruit: Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram edificabo ecclesiam meam, & portæ interiori non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo claves regni celorum, & quocumque ligueris super terram, erit ligatum & in celis, & quocumque solueris super terram, erit solutum & in celis. Hanc quoque potestatem sortiti sunt quotquot post illum electi canonice in ipsa cathedra resederunt, qui respectu ceterorum summorum sunt nuncupati pontifices. Iste utique tanquam Christi uicarius totius ecclesiae est attributa facultas, conferendi uidelicet beneficia, peccata soluendi, prestandi gratias, ecclesiae spirituales thesauros diuidendi, instituendi per ciuitates episcopos, & per prouincias metropolitas ordinandi, congregandi concilia, decreta faciendo, infringendo, atque modificando. Ipsi profecto summis pontificibus omnis est deferendus honor, singularis reverentia, obedientia summa. Quicquid indixerint peragendum, quicquid prohibuerint cauendum, pro lege suscipiendum est. Ceteri præsules certis deputati sunt præesse in locis, istis uero uniuersalis ecclesiae incumbit regimen. Magnus proculdubio honor est iste, præcessa dignitas, autoritas ueneranda, privilegium præcipuum, uni tantum ex omni hominum numerositate prærogatum, sed onus

quām maximum officiū laboriosum, ministeriū uigiliarum plenū, & sarcina pene in tō E  
 lerabilis, necnon cura ad quā (ut expedit) peragendā humanæ non suppetunt uires. In  
 iplis ergo & in cæteris ecclesiæ pastoribus, sicut gradus est sublimis & singularis pote-  
 stas: ita morū grauitas, uirtutum integritas, sapientiæ & scientiæ claritas, atq; totius san-  
 ctimoniæ debet inesse sinceritas. Ceterum si forte cuiquam eorum, qui in hac pastorali  
 resident cathedra, uitæ non suppetat sanctitas, minime tamē est illis subtrahenda subie-  
 ctio, quippe quū non personæ, sed dignitati sit principaliter deferendū. Christo siquidē  
 in præsidente, & præsidenti propter Christum omnino obtemperandū est, quia non à  
 Petro petra, sed Petrus à petra sumpli initium, cognomē, autoritatem, & gloriam. Ipse  
 namq; dominus Iesus per seipsum, ipse in pastoribus ouium suarum principatum gerit:  
 propterea nemo dedignetur subesse etiam homini malo, cui imperandi est prærogata  
 potestas, quoniā (sicut Apostolus fatebatur) omnis potestas à Deo est, & qui potestatis resi-  
 stit, Dei ordinationi resistit. Nam malus si bonum præcipiat, & quod rectum est ab infe-  
 Rom. 13  
 1. Petr. 2  
 rioribus exigat, proculdubio eidem obedire oportet, dicēte Petro apostolo: Serui sub-  
 diti estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis,  
 hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro. Est hæc (inquit) gratia, ut non inspi-  
 ciamus personam imperantis, sed in præcipiente dominum, cui famulari expediat, & à  
 quo obedientiæ nostræ debemus sperare mercedem. Nam si sola præsidentis & præci-  
 pientis attendatur persona, necesse est ut obedientia claudicet, & præmium minuatur.  
 Nempe si prælato bono & bonum mandati obediat propter se tantum, habebit qui-  
 dem obediens gratiam, sed non apud Deum, qui renum & cordium scrutator est opti-  
 mus. Non enim approbat opus, quod obliqua intentione peragit. Obliquū vero di-  
 xerim quicquid ob aliud principaliter quām propter Deum efficitur: uidelicet pro affe-  
 ctione personæ, pro amore temporalis quæstus, pro cupiditate humanæ laudis, & pro  
 timore inextinguibilis gehennæ. Verū si malus pastoris etiā bonū imperantis solummo-  
 do cōsideretur persona, interiora nequaq; deerūt iudicia aduersus pastorem, non relucta-  
 tio uoluntatis, neq; rationis proclamatio. Nā nec innata ratio, neq; natura patitur, ut q; G  
 scelesto se subiiciat uiro, nisi coacte, seu à malo in malum. Quamobrem recte definien-  
 dum est, q; præcipua nostri cordis intentio propter Deum in prælatū bonū honestamā  
 dantē statuēda est, si cōgruā à Deo de laborib. nostris cupimus reportare mercedē. Ce-  
 terum si nō licet ei qui Deo placere desiderat, solā pastoris boni considerare personam,  
 ipsiusq; exequi uoluntatem, quanto minus mali? Deo itaq; in homine & præcipiente  
 per hominem semper cum reverentia parandum est, siue bonus siue malus sit ille, qui lo-  
 quitur. Nempe si secundū Deum & qd diuina lex fieri iubet loquitur ille qui præsidet, nō  
 est ipse q; loquitur, sed spiritus sanctus, qui ueritatē docet, & testimoniuū perhibet uerita-  
 ti. Porro quēadmodū nō sumus sufficiētes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, æ-  
 que nec loqui, nec facere. Dirigenda est igitur acies mentis primo in Deum, deinde in  
 id quod præcipitur, postremo in eū qui iubet. Deus siquidem est ille in quem, à quo &  
 in quo finem nostrarum debemus instituere actionum, si laudabiliter ac meritorie uiue-  
 re peroptamus. Super hoc fundamento nostri operis est iacienda structura, ut domino H  
 acceptabile fiat. Fundamentum (inquit Apostolus) aliud nemo ponere potest, præter  
 id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ipsius diligamus, ipsum teneamus, in ipso  
 collocemur & collocemus, propter ipsum operemur, sicut Paulus admonet dicens:  
 1. Cor. 10  
 Omnia quæcunq; facitis in uerbo & opere, in nomine domini nostri Iesu Christi faci-  
 te. Obedire itaq; debemus domino nostro Iesu Christo, & hominibus propter illum,  
 sed nullatenus contra illum. Contra illum profecto obtemperat, qui ea quæ mandatis  
 ipsius aduersantur, obediendo complet. Non est huīusmodi obedientia commendan-  
 da, uerum neq; audiendus est qui talia imperat. Deo potius quām hominib; obedire  
 oportet. In renāq; sancta, in re iusta & licita qui obedit, Deo & hominibus famulat. In  
 2. Cor. 11  
 opere uero nefario, in actu prohibito & in quo quicunq; obtemperat, hominibus  
 deseruit, non Deo. Istiusmodi uiros Apostolus exprobrat dicens: Libenter (inquit)  
 suffertis insipiētes quum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis uos in seruitute redi-  
 git, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem uos cædit. Talibus  
 obsequendum minime est, quia non in illis loquitur sapientia & ueritas. Nō enim sunt  
 pastores,

A pastores, sed raptiores, sed deceptores, sed perēptores. Sibi obediri volunt, non Christo: Post se etiā conātur simplices trahere, & nouas cōdere leges, propriāq; gloriā in ore hō-  
 minum querere. Porro quemadmodū mala suadentib. & q; aduersus Dei legē & sacra  
 dogmata sunt, nō est præbēdus auditus, neq; adhibēda subiectio: ita ē regione est pror-  
 sus obediendum humiliter ijs, quæ tubet dominus, & catholica commendat ecclesia;  
 etiā si malus sit ille qui præcipit. Hoc saluator noster insinuat dicens: Super cathedrā Mo-  
 sis federū scribæ & pharisæi, q; dicūt facite, quæ aut faciunt, facere nolite. Non enim qui  
 sermonem diuinum proferat, sed quid per ministruū uerbū proponatur caute obseruan-  
 dum est. Nam ueritas à quo cunctū promulgetur & suadeatur ueritas est. Non potest cor-  
 rūpi, non potest mutari, nec ullo modo ualeat in semetipsa variari, sed manet inconcussa;  
 præclarā, & speciosa. Proinde est diligenda pure, fuscipiēda reverēter, amplectēda dul-  
 citer, fortiter tenēda, efficaciterq; opere adimplēda. Nulli tamē dubiū est, quin ipsa uer-  
 tas placidius īgeritur, auditur attentius, & eidē obediſ libētius, si à uiro bono, q; si præ-  
 cipiatur à malo. Etenim qui præsulē malum loquentē aut imperantē audir, tacite apud  
 seipsum ratiocinando dicit: Ut quid iste aliū docet, & se ignorat? Extorquet ab alijs obe-  
 dientiæ uirtutē, quū ipse sit uictoriū sectator. Imponit subditis onera grauia & impor-  
 tanta, & ipse more pharisæorū nō uult illa dīgito suo mouere. Ex ijs & huiusmodi cogi-  
 tationib. obediētis animus præpeditur, ne sicut decet, obēperet. Non aut sic, si imperat  
 bonus. Allicitur namq; obediens ad peragendū bonum, qd iubet prælatus bonus: tum  
 amore uirtutis, tum etiā ex bonitate mandantis. Nam bonitas & uirtus naturaliter à ma-  
 lis diligitur impellente īsito naturæ bono ad diligendum bonum, & contra malum re-  
 clamandum, quod utiq; naturæ bonum, ex sui bonitate, Deus qui fecit omnia ualde bo-  
 ga, seminauit in homine. Hoc quippe semen boni suffocari quidem potest sentibus de-  
 lictorū, uel diaboli temptationib. ualeat ne fructificet impediri, minime tamen diuelli atq;  
 extingui. Præstitum est quidē in adiutoriū hominis, & in testimoniuū aduersus hominēs:  
 ut uidelicet per ipsum trahatur ad bonū, & coerceatur à malo. Hæc est profecto gratia  
 C generi humano à Deo gratis data nullis præcedētib. meritis, cui quisquis obedit ex cor-  
 de, cooperante misericordia redemptoris nostri, Deo gratus efficitur. Porro huic gra-  
 tiæ obediētis cupientibus non est segniter dimicandū, habent enim spirituales hostes, &  
 domesticum aduersariū īsidantem sibi. Habent (inquit) peccati somitē, peccandi cō-  
 suetudinem sibi cōtinue resistēt, sed nequaq; expaescat, neq; diffidant, diuina prece-  
 pta pro posse īpleant, prælatorum suorū monita seruēt, eorū præsertim qui uerbo do-  
 cent & opere, & sub quorū ducatu illorū cura dirigitur. Iis namq; puro affectu obsequā-  
 dum est, quo cum uita laudabilis est, conuersatio īmitāda, doctrina sancta, solicitude in-  
 defessa, fides recla, & zelus īsidet animarum. Ad hoc apostolica exhortatio inuitat di-  
 cens: Obedite præpositis uestris, & subiecti estote illis, ipsi enim īuigilant, quasi ratio-  
 nem reddituri pro animabus uestris. Optimum sane cōsiliū super aliorū humeros one-  
 ra propria imponere, & alterum pro seipso apud Deum īstituere debitorem. Omnes  
 (ait Apostolus) stabimus ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; quæ gessit in cor-  
 D pore, siue bonum siue malum. Ab hac prorsus discussione & huiusmodi districto ex-  
 amine uerus liberatur obediens, qui cuncta ad arbitrium peragit imperantis, suumq;  
 uelle ac nolle in manus sponte staruit præceptoris. Hoc autem quale sit bonum, quātūne  
 apud Deum sit meriti, ignorant qui secularibus sunt implicati negotijs, curæ rei familia-  
 ris uacant, quos in cumulandis conseruandis uite terrenis facultatibus quotidie desu-  
 dare oportet. Istis proculdubio sufficit ad salutem prælatis suis debitum obedientiæ  
 honorem impendere, eorumq; decreta seruare: & si quas necessitates perferunt, alacri-  
 animo ministrent. Nam dignum est, ut qui spiritualia tribuit, terrena recipiat. Sic & A-  
 postolus ait: Si ministravimus uobis spiritualia, non est magnum si carnalia uestra meta-  
 mus. Et dñs: Dignus est (inquit) operarius mercede sua. In lege quoq; scriptū est: Tribui  
 aut Lœvi nō dedit possessionē, sed sacrificia & uictimæ dñi Dei Israel, ipsa est hæreditas  
 eius. Alioq; in loco: Nō alligabis os boui tritūrati, qd Paulus exponēs dicit: Nūq; Deo  
 quæ est de bubus: sed propter nos dicitū est, ut q; annūciat euangeliū, de euāgelio uiuat.  
 Qui enim animarū præsumit regimini, illiq; sacramēta ministrat, necnō, & q; uerbū Dei  
 prædicat palam, debent sustentari ab ijs, pro quorū salute uigilant. Subditorū quippe  
 abundantia

1. Cor. 9  
 Matth. 10  
 10. 13  
 1. Cor. 9  
 ibid.

Rom. 14

abundātia decet, ut prēpositorū impertia in opīa, quatenus sine tristitia mīnisteriū suū exoluāt. Exhibeāt igitur qui alligati sunt seculo, spiritualib. patrib. animarū suarū tēporalium rerū stipendium, & tanquā mīnistris Christi, ipsius in terra uicem gerentib. debitum præbeant obediētia famulatū, non quidem ut hominibus, sed ut placeant Deo, quoniā testante propheta, Deus dissipat ossa eorū, qui hominibus placent, cōfusi sunt, quoniā Deus spreuit eos. Verū si quid minus correctum aut redargutione dignū in eis perspexerint, damnare uereantur, propter id quod scriptū est: Tu quis es qui iudicas seruum alienum? si stat suo domino stat, & si cadit suo domino cadit. Displiceat illis malum quod in pastore intuentur, si tamen manifestum malum est, nec excusari potest, ecclasiasticē deferant dignitati. Elicant ex spīnis liliū, granum ex aristis, ex metallis cæteris aurum, atq; ex humanis pastoris actibus delectabile Deo obediētia germen. Diſcant deniq; ab ipso non quod facit, sed in quibus eidem obediēre oporteat.

Quomodo per arcam Noe ecclesiam figuratam fuisse cognoscitur. Cap. XIII.

**S**acra narrat historia, q; ab ipso mūdi exordio quū cōpissent homines multiplicari super terrā, creuissetq; eorū malitia coram domino nimis, adeo ut omnis caro corrumperet uiā suam, & esset tota humani cordis intētio prona ad malū omni tēpore, atq; Deū p̄cēniteret hominē fecisse, uelletq; ags diluuī uniuersam perdere creaturā, ipsum Deū patriarchæ Noe mādasse atq; dixisse: Fac tibi arcā de lignis lauigatis, in qua māsiunculas facies & tristega, bitumine liniēs, ut excrescētib undis omne semē animaꝝ uiuētis saluetur tecū in illa. Hoc ueritatem & figuram fuisse dubitet nemo. Veritas quidē fuit opere cōpleta sicut diuina fuit eloquia, sed post multorum annorū curricula reuelatē spiritu sancto per os propheteꝝ sanctissimi prolata. Figura quoq; extitit militantis ecclesię, quā spiritualis & præfiguratus Noe, dominus uidelicet noster Iesus Christus sanguinis sui effusione fundauit, cōgregauit, sanctificauit, atq; redemit. Extra illā quisquis fuerit, delictorū suorū subruetur in undis. Refugij ipsa est locus, requietionis portus, salutis habitaculū, delinquentiū receptaculum, uitæ fanua, remissionis diuersorum, templum orationis, sacramentorum domus, p̄cēnitentiaꝝ spes, fidei norma, magistra ueritatis, Christi spōsa, renascentiū mater, columna immobilis, hortus cōclusus, deliciarū paradisus, nuptialis thalamus, columba dealbata, regina speciosa, immaculata uirgo, & æterni patris prædilecta filia. In ipsa siquidem tanquam in arca spirituali institutae sunt intellectuales mansiones, diuisi sunt cohabitantiū status, distincta officia, ministeria diuersa, professiones multifariæ, dona uaria, gradusq; inæquales ad unū tendētes & in unitate cōpositi ac cōpacti, hoc utiq; caritatis obediētia faciente. Est nāq; (sicut de eadē legitur) regina astans à dextris sponsi in uestitu deaurato circundata uarietate, q; profecto uarietas reddit illā decoram in se, Deo amabilem, spōso carissimam, admirabilem angelis, & spiritib. nequam terribilem ueluti castrorum aciem ordinatam. Sunt quippe in illa qui conuersantur in seculo & militant Deo, qui diuino repleti timore innocenter cum hominibus degunt, Deo conscientiā offerunt mundam, temporalia bona quā possident, sine uoluntaria sui conditōris offensa ministrant, quemadmodum Apostolus quosdam seculi curis deditos hortatur dicens: Reliquum est, ut qui uxores habent tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emunt tanquam non possidentes, & qui intuntur hoc mundo tanquam non uerantur. Horum profecto magna est numerositas: discreta ab inuicem, sicut gratiarum diuersitate: ita & exercitatione uirtutum. Sunt etiam alij desiderio & uita præstantiores īs quos memorauimus qui abdicatis à se omnib. mundi illecebris nō solū carnē suā cum uitij; & concupiscentijs crucifigere satagunt, uerū etiam uiriliter dīmicant contra aereas potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū harū, cōtra spiritualia nequicias in cælestibus. Omnes profecto uidelicet tam illi, qui secularib. negocijs implicantur, & cum mūdi dilectorib. conuersantur, q; ī qui seculo renunciantes sub disciplina regularis obseruantia altissimo famulantur, oportet super se uoluntariaꝝ obediētia iugum accipere, si futura beatitudinis cupiunt regnū intrare. Est quippe obediētia cælestis aule salutare & patens ostis, per quod electus quisq; ingreditur. Cæterum quum hæc uirtus sit communis uniuersis prædestinatis ad uitam, habet tamen singula discretia, quibus per ipsam pervenitur ad rem quiem.

Psal. 44

1. Cor. 7

**A** qualem. Alia nāq; obediētia lex indicitur īs, qui possident propria, & Deo placere co-  
nantur: atq; alia proponit īs, qui uolūt esse perfecti. Vtrūq; etenim saluator noster cō-  
mendando indicauit. Nam quum quidam (sicut euangelica narrat historia) accessisset  
ad dominū eundem interrogasset dicens: Domine quid faciendo uitam æternam possi-  
debor? ilicō audire promeruit: Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Hæc omnia quū se  
iste à iuuentute seruasse perhibuiſet, mox dominus intulit: Vnū (inquit) tibi deest si uis  
perfectus esse, uade & uēde omnia quā habes, & da pauperibus, & ueni se quere me, &  
habebis thesaurum in cœlo. Primis siquidem licet absq; immoderato affectu possidere  
quā habent propria: secundis autem incubit necessitas renunciandi proprijs facultatib;  
& pro Christo abnegandi seipso. De illorū itaq; differendū est statu, qui cōmo-  
rantes in seculo, ad propriā ducuntur arbitriū uoluntatis, nihil tamen à lege diuina pro-  
hibitum perpetrare satagentes. Talium profecto est repleta ecclesia, qui cum reprobis  
admiscentur tanquā cum zizania triticum. Nam simul ad ecclesiam pergunt, cohabitāt  
B simul, & pariter sacramenta percipiūt, quāuis inæquali effectu & gustu. Hominib. quippe  
ignoti sunt, Deo autē manifesti. Nam ipse nouit qui sunt eius, & qui ad interitum sem-  
piternū, qui uero ad uitam sint prædestinati perpetuam. Ante enim quām extrema ue-  
niat iudicij dies, priusquam uniuersalis fiat resurrectio mortuorū, permixti sunt in ecclē-  
sia electi & reprobis, sicut in arca diluuī tempore animalia immunda & munda, & sicut  
holiū puro grano sociatū. Tunc namq; quū dominus sedebit in throno māestatis suæ se  
parabuntur ab inuicem: tunc qui ad dexteram & qui ad sinistram collocaṇdi sint eluce-  
scet indubie. Interim autē unicuiq; debet inesse solertia per uigil taliter uiuēdi, ut mereat  
collocari ad dexterā. Quanquam enim hoc ex mera Dei proueniat gratia, dicente Pau-  
lo: Gratia Dei salui facti estis & non ex uobis. Necesse tamen est, ut in adultis interue-  
niant opera de radice caritatis prodeūtia, ut in opportuno tempore misericordiā capia-  
mus. Hoc testatur dominus, qui iudicaturus uiuos & mortuos constitutis ad dexterā di-  
cturus est: Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnum à cōstitutione  
Eph. 2

C mundi: Esuriū & dediſtis mihi manducare: sitiui & dediſtis mihi bibere: hospes erā &  
collegistiſ me: nudus eram & operuistiſ me: infirmus & uisitastiſ me: in carcere eram &  
uenistiſ ad me. Hac de causa bonitas Dei nostri precepta dedit tā ueteri populo quām  
sub nouo testamento posito: & ut opere impleantur indixit, quatenus interpellante iu-  
stitia que reddit pro actib; bonis mercedem, misericordiæ nūbilo minus sociata quisq;  
saluetur obediens. Mandatorū igitur obseruantia ad beatitudinem tendere desiderā-  
tibus est prorsus necessaria: eorū uidelicet quā in lege mādantur, & corroborātur sua  
autoritate à domino, atq; illorum quā sancta in concilijs sanctorū patrū per pontifices  
summos ordinauit ecclesia. Nō autē omnia, sed legalia quippe precepta illa dixerim esse  
seruāda, q; in duab. lapideis tabulis Dei digito scripta fuere, & moralia nūcupantur. Ex  
his namq; tria ad cultū Dei, reliqua uero ad proximi dilectionem dirigūt homines. Por-  
ro ex prioribus mandatis monemur, Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mē-  
te diligere, sanctificare sabbatū, atq; Dei nomen in uanū nequaquā assumere. Ex sequē-  
D tibus autē, uidelicet in īs que ad proximi attinent dilectionē, cōpellimur honorare parē-  
tes, ut simus longæui super terrā: non occidere, non moechari, nō furtum facere, nō fal-  
sum proferre testimoniu, non desiderare domū, neq; concupiscere uxorem proximi no-  
stri, non seruum, non ancillā, nō bouem, non asinum, nec omnia quā illius sunt. Hortū  
siquidē mandatorū quamvis obseruantia ad cōsequendā salutē sit opportuna: mīnime  
tamen eorum transgressio est semper pernicioſa atq; mortalís. Habēt enim gradus suos  
habēt limites quos præterire nō licet: habēt etiā intelligentiā spiritualem & uerā, p quā  
operariū quisq; iudicaf & regitur. Hoc si non esset, nullus profecto fieret saluus. Quis  
(oro) ualeat Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mēte, sicut iubetur, diligere.  
Perficiēt istud mādatū in patria, ubi mortale corpus hoc immortalitatē, & corruptibile  
hoc induet in corruptionē, ubi anima Dei cognitione, dilectionē, & fruitione beata, erit  
de Deo plena, in Deo cōsumata, & cū Deo indissolubiliter copulata. Nūc autē cor phan-  
tasmatib. agitatur, cogitationib. uanis, & interdū etiam pernicioſis impellit, lacerat, alli-  
cit, seducit, prosternit. Anima uero scđat desiderijs noxijs, illecebrosis, terrenis  
atq; superfluis. Mēs quoq; oblitis cælestib. q; frequentissime inharet plus debito con-  
tra ueritum

Math. 19

Math. 25

Psal. 13

Gen. 8  
Ose. 11

trauetum, & præter honestum temporalib. curis, negotijs secularibus, & fugitiis hominibus, quæ omnia mādati præuaricatores efficiunt, nedū seculares homines, ueruetā spirituales uiri, quorū conuersatio debet esse in cælis, & eorum mens solū tractare cælestia. Quādiu igitur lex peccati dominatur in homine, à peccatorū labe nullus ualeat esse immunis, quāuis sanctus, quāuis iustus sit, atq; perfectus. Hoc propheta gemebundus expressit dicens: Nemo mundus à peccato, etiā infans, cuius uita unius diei est super terram. Alius uero inquit: Omnes declinauerūt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est usq; ad unū. In diligendo itaq; Deum ex toto corde secundum formā mādati, in proferendo ipsius nomen minus reuerenter q; deceat, in sabbatū sanctificando sicut præcipitur, quis non inuenitur reus? Cæterū quemadmodū in ihs mandatis que ad pietatē & Dei pertinent cultum, omnes trāgressores sunt, & que & de illis quæ ad proximi ordinant dilectionē, absq; ambiguitate ab universis fatendum est. **G**Quis enim proximū suū eo modo, ea intentione, eoq; puritatis affectu quo iubetur diligi complectitur? Quis, queso, in hoc nō claudicat mādato immoderata uictus affectione seu intentione obliqua seductus, siue utilitate priuata attractus? Quis, inquā, erga proximū interdū irge agitatur stimulis, uel facib. non mouetur inuidiae, aut rancoris ueneno non tāgitur? Magna prorsus res est & laude extollenda, quotidie cōuersari cū proximis, & iudicādi illos nequaq; in corde bella sentire, maxime quā scriptum sit: Proni sunt sensus hominis ad malum ab adolescentia sua. O quoties in hoc mandato delinquimus & ignoramus Delicta, inquit Propheta, quis intelligit? Et quia nemo ad plenū id ualeat, illico adiecit: Ab occultis meis mūda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Cęca siquidē mens, & que propria infirmitate deppressa calligat, nō potest cordis sui secreta rimari, neq; motus discernere, sed nec ipsos corrigere. More labentis aquæ, & tanq; solū quod à uento rapitur, huc illucq; dirigitur, uult & non uult, nūc perspicaciter inuertur, nunc ignorantiae inuoluitur tenebris, interdū sanctis ignescit desiderijs, & repente arctatur ignauia, aliquid quando patiens inuenitur, nedum ad rerum damna & conuicia, uerum etiam ad cōtristellas & uerbera: post paululū uero ita impatiēs efficitur, ut non solū aliorū moueat uerbis, sed & solus sibjpsl & aduersum se turbatus existat. Nō nunquā caritatis quadā flamma succensus, dulcis uinculo dilectionis cōpletebitur universos, breuis autem hora postea transacto spacio neminem uidetur uelle agnoscere, sed neq; semetipsum amare. Sæpe roboratus interius puro affectu diligit inimicos, & pro suis etiā persecutorib. deprecatur: demū uero redditus sibjpsl scandalizatur pro minimis, etiā aduersus quos tenerime diligebat. Crebris itaq; dæmonū impulsionibus agitati, diuersisq; propriis infirmitatis passionibus superati, qui abdicatis à se mundi illecebris, spretaq; seculariū hominum cohabitatione mutua, Deo per internam quietem uacare nituntur, frequentissime mandati huius præuaricatores existunt. Cæterum si Deo dicati, & cōtra semetipcos ac uitia dimicantes perfectionis arcē conantur ascendere, dilectionis proximi transgressores sunt: quid, oro, de ihs dicendum est, quorū cōuersatio cū seculi amatorib. & in hoc seculo est: in quo utiq; uigēt adulteria, fornicationes, furta, fraudes, falsa testimonia, iræ, rixæ, æmulationes, homicidia, ueneficia, oppressiones, periuria, oblocutiones, detracções, mēdacia, irrisiones, omniū peccatorū genera. In ipso siquidē abūdāt scelerā, & que diuīng inimica sunt legi. Frater supplantat fratre, uir proximo suo insidiatur, & amicus in negotijs circumuenit amicum. Hæc scelerā ideo perpetrantur, quia proximi dilectio que malū nō operatur, deficit, & amor Dei & hominū tepeſcit in corde. Da diligētem Deū, et si non ex toto, ut præcipitur, corde, tñ super omnia: da etiā fratre suū mutua affectiō amātē, & agnosces enormia, q; prolata sunt, in illo deesse peccata. Quāuis em̄ iustus quisq; in multis delinquit, & aliquād uero peccet in proximū: nō tamen sic efficitur reus, ut totaliter amittat gratiā, perdat iustitiam, & ab ecclesiæ se dirim̄ unitate. Sunt nāc qui ex infirmitate, & sunt qui ex ignorantia, & sunt qui ex delibera malitia atq; peruersa uoluntate offendunt. Illi profecto soli inobedientiæ sunt plementi supplicio, qui mandato Dei neglecto proprias perficiunt uoluntates, passionib. suis scienter assensum præbent, & desideria sua à lege prohibita diuīnis iussionib. anteponunt. Tales quippe iusti esse non possunt, dum delectationib. seculi & carnis intēti desiderijs, plus sibjpsl q; Deo placere conātur. Nō aut̄ sic uir iustus Deū timens & inno-

A centes usuens. In omnib. utiq; studet obtemperare altissimo, & sedulum eidē subiectus ac reverentia exoluere famulatū. Nunc illum precebus & donis, nunc laudib. & gloriarū actione honorificat, frequenter eleemosynis & carnis maceratione, atq; pietatis operib. insistendo illi sibi placabilē reddit. Vbiq; & in cūctis negotijs se exhibet præfitem Deo, diuīna sibi prōponit præcepta, & qualiter Deū, qualiterue proximū sicut se diligere ualeat, sedulō meditatur. Scit enim uniuersam legē atq; prophetas sub haec Dei & proximi dilectione subsistere. Hinc est q; summi opere caueri, nē aliqd proximō suo ponat offendiculū, obijciat se ad alii, aut delinq̄ēdō occasione tribuat: q; omnia laitori legis caritatis plurimū aduersant, atq; saluti hominū noscuntur esse contraria. Verū si sepiissime tanq; homo uenundatus sub peccato dilectionis præceptra transgredit, nō hoc uoluntate gagit peruersa, sed potius ignoratiæ, uel infirmitatis, seu malæ consuetudinis ductus impulsi: à quo utiq; superatus quēadmodū multa uenialia quæ facit delicta uitare nō potest, ita bona plurima quæ esse facienda discertit, perficere nequit. Fit aut̄ ex hoc ut iustus quisq; dum intelligit in mēbris suis esse legē, quæ repugnat legi mentis suæ & rationi, captiuatq; eum in lege peccati, quæ est in mēbris eius, sibjpsl interdū efficiatur onerosus, ac gemebudo corde apostolicum illud promat & dicat: In felix homo quis mē liberabit de corpore mortis huius? propter eum tamē qui illum nutrit in spe, etiā nolēt uoluntarie necessitatē patitur delinquendi, nō quia peccare eidem libeat, sed quoniā naturæ corruptæ stimulos nequaq; à se ualeat abijcere. In hoc itaq; conflitu carnis & spū virtutum & uitiorum, infirmitatis & gratiæ iustus uiliter dimicando plus iustificatur adhuc, atq; in obediētiæ uirtute quotidie crescentis ad perfectionis celitudo perficere vando concendit. Aggreditur namq; ardua, perficit aspera, oblitiscq; præteritū se ad antētiora extendit, ut tam diuinæ legis, quām ecclæ sanctæ mandata custodiāt.

De duobus cōvulsijs inuptilibus, in que non nisi per Christum fidelis omnis ingreditur.

Cap. XIII.

**C**  Vptialis conuiliū delicias gustare cupientib. opus est, ut illis aperta sit ianua qua intratur. Nam aliunde quisquis ingreditur, sur & latro esse cognoscitur. Est quippe conuiliū æternæ refæctionis omnī deliciarum affluentissimum, qd pāratū est ihs, qui in hac peregrinatione laudabiter conuertantes in bonis operib. & Deo gratis uitæ sue terminū cōpleuerunt. In hoc (iniquā) conuolum nullus immūdus, nullus ingreditur uitiorū forde pollutus. Nam sicut in illo omnia lucēt, omnia placēt, omnia cōditoris suum laudent, uenerantur, & colant: ita uniuersi qui recipiunt, in illud, oportet ut sint sancti, ab omni delictorū macula mūdi, quatenus cōformes efficiantur cōuertantib. ceteris, angelicis uidelicet spiritibus, qui nullo uincit se peccati contingenere contagio. Huius siquidē cōuiliū ianua Christus est, quemadmodū ipse pētit dicens: Nemo uenit ad patrem nisi p me. Est & alias cōuiliū Iēcūs, in quo exuberat delicia spūales multæ, sed nō similes priorib. & æternis. Porro reficiunt istæ ad tempus cōuiuantium mentes, minime uero ad satietatem. Satiabor (inquit propheta de æternis) quum apparuerit gloria tua. Idemq; ad Deum in spū loquēs ait: In ebriabuntur ab ueritate domus tuæ, & torrente uoluptratis tuæ potabis eos, qm apud te est fontis uitæ. De te poralibus aut & spūalibus inquit Sapientia: Qui me edunt adhuc esurient, & qui bibunt adhuc sitient. Hinc est q; dicens domino: Panem nostrum quotidianum dā nobis hodie. Nam & māna quamuis de cœlo daretur, singulis tñ diebus opus erat ut colligeret, quatenus tacite peregrinantibus in hoc seculo, tanquam in deserto ambulantibus insinuaretur, ut sine intermissione cibum potūq; spiritualem quārenerent, nequaquā de priori ac sumpto contenti. Quamuis enim gustata deuotio & sapientia aqua potata interiore nutriant hominē, & a carnaliib. uoluptatibus alienū faciant, nō ualent tñ ita sufficiētiam præstare famelico, ut denuo non esurire ac sitiare cogātar. Nec ab re. Nā quamdiu sumus in corpore peregrinamur à Deo, per fidem ambulantes, non per speciem. Quid enim in hoc præsenti apponitur conuilio aut subliteræ uelamne, uel sub sacramento rū inuolucro, siue sub figuratè exhibetur mysterio. Quāobrē necesse est, ut id qd perclūpit, meditando & reminādo mandat, atq; gustu quodā delectabili gloriantur, nō tñ ad libidinem affluenter. Iustum quippe est, ut alia sit eorum qui in hoc erūmōs degūtūt exilio, ac pāla eorum qui eū Christo in ecclis regnante, spiritualis refectio. Illa namq; quæ coniunctiūbus offertur in patria: quoniā in propatulo est & reuelata Dei uisione do-

Ioh. 14

Psal. 14

Psal. 35

Eccles. 2.4

Matth. 5

Laur. Iustin.

MM

natur

natur, sumitur sine labore, nec non cū omni suavitatis delectatione gustatur. Hinc est quod frumentis desiderium satietate rcpletur, admiratione mens, & affectus iubilo. Propter quod sine cessatione Deū laudat, benedicit glorificatque. Tanta siquidē exuberant dulcedine, & tam ignito amore eleuatur in sui amore conditoris, & spiritualiter requiescit in eo, ut nequeat explicari uerbis, & cogitatione cōprehendi. Hoc (ut arbitror) Apostolus exprimere uoluit, quando dixit: Quod oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ p̄parauit dominus diligētibus se. Non autem sic illa quæ p̄abet ihs, qui in hoc mundo viatores sunt, quamvis spirituales sint, & sui conditoris p̄cepta custodiunt. Sapit quidem quū p̄esto est, & quū subtrahitur affectuose queritur. Si quid autem de ea gustatur, excitat potius desiderium quam quietet. Nam spiritualis dulcedo quæ à deuotis mentibus p̄tereundo sentitur, concupiscitur quidem ut maneat, augeatur, perficiaturque, quoniam longe excellentiora, dulciora, ac p̄stantiora esse noscuntur illa quæ eos latent, quam ea quod patent: hoc utique reuelante fide, quæ in cordibus electorū per dilectionē operat. Oportet igit̄ illos quod in carne mortali sunt & militant Deo, per fidem incedere, in fideque stare, si cupiunt p̄libare quales sint spirituales deliciae, quod in nuptiali coniuio p̄sentis exiliū Deum diligentibus apponuntur. Nempe quemadmodum nemo ad perceptionem æternorum gaudiorum dapumque cœlestium nisi per Christum ingreditur: ita neque ad intelligendum atque gustandum sacramenta ecclesiastica, quæ fidelium sunt latentes deliciae, & in ecclesiæ triclinio instituta ministrantur. Audi ipsum dominum utruncque dicentem: Ego (inquit) sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur. Ingredietur, & pascua inueniet. Ingredietur utique in ecclesiā per me credendo me esse Dei filium, patris uerbum sine initio genitū, per quod facta sunt omnia, & à quo iustificantur quotquot saluandi sunt uirtute sacramentorum, & fide, & in ipsis spiritualia inueniuntur pascua. Porro in ipsis sacramentis quemadmodum latent diuina opera: ita & delectationes immensa, p̄cepsa dona, ueritates innumeræ cōmunicātur pure credentibus, accendentibus non sicut, ardenter diligentibus, ac deuote sumētibus. Horum siquidem fructus, taliumque merces est, cōsummato p̄sentis exiliū agone exire de corpore, & supernorum ciuium interesse delicijs, atque diuinę contēplationis pascuis uirgentibus saginari. Ad hæc uero nullus ingrediendo admittitur, nisi qui prius in ecclesiā ingreditur, in Christum credat, sacramentisque cœlestibus sanctificetur, muniatur, perficiatur. Hæc enim est Christianæ religionis regula, ut quicquid saluari desiderat, credit absque ambiguitate uera esse, quæ per dominum nostrum Iesum Christum honorabilem, & summum cunctorum pontificum pontificem sunt instituta sacramēta, & per episcopos ac sacerdotes eius in ecclesiā quotidie ministrantur: quæ uidelicet sicut nequeat à malis pollui, & que non ualent à bonis augeri: quoniam non in ministrantium meritis, sed in Christi instituentis uirtute subsistunt. Ipse est enim lapis uiuus, & petra angularis, supra quam spirituale ecclesiæ ædificium constructum est: in qua uidelicet ecclesia ostium, per quod ad æternam ingreditur uitam, est inuolabiliter collocatū. Ipse (inquā) dominus Iesus est, qui per lauacrum regenerationis saluandos purgat à criminē, reconciliat Deo, coꝝquat angelis, copulat ecclesiæ, transmittit ad regnum. Huic ueritati Ioannes Baptista testimonium perhibuit dicens: Qui misit me baptizare ille mihi dixit: Super quem uideris sp̄ritum descendenter & manente ipse est qui baptizat, & ego uidi, & testimoniū perhibui quia hic est filius Dei. Quamvis enim minister uisibiliter infundat aquam, proferat uerba, & corpus abluat: ipse tamen dominus inuisibiliter originális culpæ aufert debitum, confert gratiam, nouāque instituit creaturam. Verbo siquidem suo, per quod facta sunt omnia, sanctificat aquam, & de elemento efficit sacramentum, per quod credentes & renati diuinæ fiunt confortes naturæ. Hoc quicunque caruerit, gloriā Dei uidere non poterit: quemadmodū ipse insinuat dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Quantacunque igitur quis morum polleat maturitate, aut operum bonorum numerositate clarescat, laborat utique superuacue, & nihil ei prodest ad uitam, si non sacrosancta baptismatis ablutione mundatur, si non mandatis obedit ecclesiæ, & si non corporis, & sanguinis Christi ueneranda mysteria sumit. Ipse nāque ait: Nisi manduaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinē, nō habebitis uitā in uobis. Adyliis quippe hæc loquitur, & ratione uentibus, quibus

A quibus ab ecclesiā indicata est lex, ut uite percipiānt pabulum, si gaudiorū cœlestium cū piunt esse participes. O mirabilis filij Dei dignatio, ô nostri ineffabilis dilectio redemptoris, quam dulciter, quam fortiter, & quam sapienter homini cōpassus es perdito. Ad abolendā utique originalis delicti maculā, ob quā æternæ mortis idem homo factus est noxiū, lauacrum sanctificationis sanxisti, ut omni ueteris hominīs languore sanato, omnique corrupti fermenti cōtagione deterfa, fiat templum mundū, & gratissimum tuæ receptaculū malestatis. Verū ne peregrinationis huius attritus laboribus & ærumnis preflasitudine in uia deficiat, sacratissimo corporis tui alimento satiasit. Non enim ô æterna sapientia corruptibili manna, non taurorū aut uitulorum carnibus sicut eos qui sub lege erant, populum tuum nutrire uoluit: sed de te agno innocentissimo animarū cibō, & æternæ uitæ spirituali edulio. Non (inquā) semel tantum ô melliflua bonitas, sed quotidie te immolari, teque sumi cōplacuit tibi, quatenus sicut ex culpæ debito, ac quotidianis facinoribus sine cessatione ad īma dilabitur: ita sacramento tuo refectus, tua robore ratus uirtute, gratiaque tuæ dulcedine recreatus corde & affectione eleuatur ad sumā. Merito siquidē per te erigitur ad te, & de se trāsit in te, dū pura mēte, fide nō facta, deuotione ignita, atque humili pietate in se suscipit te totū, Deum uerum, uitæ uerbum, splendorē gloriae, beatorum prämium, angelorū dominū, candorem æternæ lucis, & sine macula speculum sempiternum. Qua(oro) ratione non transformatur totus in te, quū te quem diligit, quem concupiscit, in se tenet, amplectitur, ueneratur, & laudat. Nō cœlum tunc cogitatione ascendit, non cœlestia meditatur, dum delectabili tui potitur praesentia, tua allocutione liquefit, tuo amore stringitur, tuo reficitur corpore, & tua caritate flāmescit. Tamdiu igitur ô domine Iesu tibi delictū in hoc spirituali caritatis permitis exercere präudio, quamdiu in hoc oneroso detinetur exilio, diuinitatis tuæ eidem tegis gloriam, & tuæ potentiam tremenda maiestatis abscondis. Quomodo enim praesumeret uermiculo uilior, te uniuersorū dominū cōrectare manibus, pollutisque deosculari labijs, quando longæus ille patriarcha sanctissimus Deum rogatus aiebat: Lo-

C quar ad dominū meū, quū sim puluis & cinis? Dignatio quippe est ista quam maxima, ut cū Deo suo peccator homo tanque cū amico cōfabuletur, illique cordis sui æstus padat, & uota persoluat. Cōputruit plane iugū à facie olei, cōmutatus est seruilis timor in amoris canticum, & facti sunt proprie qui aliquando fuerunt longè, in hoc spirituali, iucūdissimo, & sacrosancto cōuiuo: quod quotidie in ecclesia à sacerdotibus ministratur. Ministratur (inquā) & diuinę offertur maiestati ob memoriā caritatis eximię, quā Dei filius pro salute hominū in crucis patibulo exhibere dignatus est. Nullus profecto ualeat humano explicare eloquio, quam locuples fructus, quātāue ex huius oblatione ac perceptione sacramenti spiritualia exuberent dona. Reconciliatur quippe peccator Deo, iustus autem iustificatur adhuc, lætificatur angeli, cumulantur merita, facinora remittuntur, augētur uirtutes, resecantur uitia, diaboli machinamenta superant, sanantur ægri, eriguntur lapsi, debiles refocilantur, famelici saturantur, & defuncti fideles istius sacramēti liberantur effectu. Operatur quidem in membris corpori mystico coherentibus, & in caritate connexis. Nam praecisis, & ab hoc corpore alienis sacramentalis ipsa susceptio, ad damnationem potius quam ad salutem prouenire dignoscitur, dicēte Apostolo: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dījudicans corpus domini. Quamobrem exhortando praemonuit: Probet, inquit, se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Probet utique se de proprijs reatibus compungendo, atque peccatorum pura se confessione mundando.

D Quod efficax sit ad promerendum ueniam cordis contrito, orisque deuota confessio. Cap. XV.

Ea minū (inquit dñs per prophetā lauandis) mundū estote, auferite ma-

F lū cogitationū uestrā ab oculis meis. Non corporis ablutionē, sed cor-

G dis cōmendat praecipitque munditiā. Aqua namque corporales abolet maculas: spirituales uero delictorū cōfessio salutaris. Hoc prophetā intelligēs dominū deprecabatur dicens: Asperges me hysopo & mundabor: lauabis me & super uīnū dealbabor. Nouerat quippe nō sūt esse arbitrij rectā ac Deo placitam, de proprijs facinoribus cōunctionem habere, neque innocentiae mētis ad libitum obtinere candorem. Hoc speciale est munus, ad profectum & meritū prærogatū electis. Nā-

H Laur. Justin. MM 2 clamor

clamor uocis, motus labiorum, uerbalis confessio, tunctio pectoris, corporis inclinatio, & plura huiusmodi sunt quae ualeat ex se coram Deo quisque peragere, minime tamen humilitatem cordis, pietate cōunctionis gemitu, & gratia facientis caritatis possidere suspirium. Hoc namque solius Dei est opus. Prauenit enim gratia ipsius predestinatos ad uitam, cōuertit aueros, ueritatisque infundit lumine habitantibus. In regione umbra mortis. Hinc uera suimet cognitio, hinc peccadi displacentia, & peccati horror emergit. Nēpe quos uocat & iustificat gratia, replet dolore, cōunctione, & gemitu, facit quoque ubertim lacrymas fundere pœnitentie lamenta pferre, sanctæ puræ confessionis adiumenta suscipere. Præclarum sum quidem celestis gratiae indicium, atque iustificati hominis medicamentum quod maximum est delictorum humilis & deuota confessio, illa uidelicet quae pro offensiō cōditoris dilectione perficitur. Hoc ideo dixerim, quia non omnis est fructuosa confessio. Quae enim ex solo immemor mortis timore geritur, aut simulata intentione promittit, inutilis esse probatur. Sit igit voluntaria, sit recta, sit humilis, sit integra, sit manifesta, sit lacrymosa. Talis profectio si fuerit, placat Deus, iustificat angelos, serenat conscientiam, criminum exoluit debitum, ueniens spiritus nutrit, seruilius metus coercet stimulos, præstat gratiam, præbet auxilium, immundorum spirituum propulsat fraudes, celum reserat, reuelat mysteria, eleuat de terrenis, & puehit in excelsa. Nemo plane explicare sufficit uerbis, humilis ueraciter confessionis quanta sint merita, quale gaudium, quantumque spiritualis sit in ea, pfectus. Dixi (inquit Propheta) cōfitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Nullus quippe est tam graue delictum, quod non contritione, atque confessione tergatur. Negauit Petrus dominum, fleuit amare, & illicet restitutus est gratiae. Facinora sua in cruce confessus est latro, & post paululum celorum adeptus est regnum. Coram domino mulier peccatrix ingenuit, pro reatibus suis lacrymas fudit, pedes ipsius plorando lauit, crine detersit, unguento perunxit, & mox audire promeruit: Mulier remittuntur tibi peccata tua. Magnum profectio est caritatis indicium, & præcipuum salutis humanæ remedium, atque uenerandum humilis confessionis sacramentum, quod iubente domino in ecclesia noscitur institutum. In multis namque & multimode omnibus quotidie delinquentibus dignatus est idem dominus Iesus, tanquam peritissimus medicus, paterque pessimus, hoc singulare peccatorum uulneribus exhibere antidotum: quatenus illo uteretur fideles, quoties diuinæ legis iusfa despiciendo prætereūt. Quāuis enim sola ad reconciliandum animam Deo sufficiat cordis contrito, est tamen prorsus necessaria etiam oris confessio, quae suo tempore, modo congruo, & sacerdoti uero est peragenda. Cordis siquidem contrito semper est exercenda post lapsum, crebrisque associanda gemitibus, ac bonis operibus decoranda. Oris autem pia confessio est perficienda, sicut edocta per spiritum sanctum sancta matrem ecclesia, quam pculdubio quanto quis exercuerit frequenter, tanto erit Deo propinquior, sui interioris hominis perscrutator clarius, ad uitatum exercitia alacrior, ad resistendum peccato robustior, ad misericordiam promerendam aptior, atque ad percipiendum charismata meliora sine ambiguitate habet. Porro si amicus irrogas amico iniuriā sibi illum recociliare festinat, retardabit ne homo culpam propriam accusando detegere, quem letaliter delinquit in Deum? Peccatorum namque assida confessio caritatis est index, humilitatis germen, gratiae radius, electionis praefagiū, conscientiae decus, cōunctionis filia, spei mater, orationis precursor, & resolutionis corporis expectator intrepidus. Nemo quippe ualeat sacramentum huius propalare præconia, laudabiles enarrare effectus, & quantum homini conferat edicere gratiam. Purgat fortes, relaxat facinora, infundit lumen, & efficit de inimico carissimum. Huius sacramentum minister est homo: sed indulgentiae largitor est Deus. Corporis auditum præbet sacerdos: dominus autem scrutator est mentis: iuxta doloris mensuram præstatur & donum. Illud plane solus sacerdos, quem præuenit gratia, confessio manifestat. Fœtebat in monumeto Lazarus quattuor uanus, uocatus a domino surrexit, exiit foras, & ab apostolis solitus liber est abs te permisus. His paucis uerbis eruditur, quid in hoc sacramento minister, quod confessio, quidque in spiritu summus operetur sacerdos. Ipsi quippe domino Iesu in sacerdotis persona peccatorum sunt uulnera aperienda, & palam dicenda, non sub uelamine, neque sub ficta palliatione uerborum. Cōtritus namque uere quemadmodum ei displacent delicta que fecit: ita cum rubore & mero accuserat est sui, non alteri, sed sibi culpam obijcit. Ego (inquit) sum qui peccavi, ego Deum meum offendii, conscientiam propriam fordiui, contempesi legem,

A legem, gratiam repuli, uitios & demonibus me subegi, libertatem amissi sponte, & neminem cogere deliqui. In ipsis uerbis compunctus ex corde pectus suum tundit, fundit lacrymas, emittit suspiria, preces ingeminat, orat ex corde, aduocat sanctos, angelos interpellat, ac Deo cum gemitis errata commissa confitetur. Tantis per uero prostratus in humili postulatione perseverat, donec erga se dominum sentit esse placatum. Nam diuina clementia nequaquam sinit pœnitentem, & ueniam humiliiter flagitantem uacuum ab oratione discedere, dicente propheta: Cor contritum & humiliatum Deus non despicias. Quod utique in publicano patet humiliato, qui quum propter suorum confusione delictorum in celum non praesumeret intueri, pectus suum oculis in terram demissis percutiendo aiebat: Deus propter istus esto mihi peccatori: unde de templo iustificatus exire promeruit. Fit autem persepe re de mortis nostri se infundente atque cooperante misericordia, ut post lapsum uero pœnitentiage augeatur gratia maior quam habuerat, addatur spes gloriae, atque præclarior largia est de deo de bonitate cognitione, ita ut impleatur quod Apostolus ait: Vbi abundauit delictum superabundet & gratia. Hinc delinquentium corda corroborantur in fide, & acceduntur sui dilectione conditoris, quod cadentes erigit, soluit cōpeditos, pœnitentes uisitat, indulget cōfidentibus, nec non ad se humiliiter redeutes ad gratiam minime suscipere dedignat. Hoc ipse profecto testatur, qui pro exhortatione peccanti, secundum lacrymabiliter accusantium, prodigi filii post cōsumptionem patrimonij ad patrem reuertentis, & pīj genitoris eundem cum hilaritate recipientis, parabolā proponere dignatus est. Cuius (oro) peccatoris fermentum pectus ad cōunctionem non emolliat narrationis istius eloquia sancta, in quibus affluentissime eluet, quanto apud Deum sit efficacia sacrificium hominis culpa propriā agnoscētis, facinora cōfitemētis, & indulgentiam ex animo syncero a domino supplicatis. Intelligentur præterea ex eadem parola, quam facilis sit diuina benignitas ad ignoscendū, quod misericors ad cōpatiendum, & quod profusa ad tribuendum. Quotiescumque (inquit dominus per prophetam) peccator ingemuerit, non recordabor amplius iniquitatum suarum. Mirabile res, mirabilisque misericordia Dei & redemptoris nostri. Gemit peccator intrase, doletque C perpetras delictum, & confessim placatur altissimus. Confitetur errorē suum, & ex hoc acquirit ueniam. Non præfigitur transgressoribus certum tempus ad pœnitendum, non aditus negatur ad poscendam indulgentiam, neque numerus statuitur petitionum ad remissionis gratiam promerendum. Quoties (ait) ingemuerit non recordabor. Si semel, si bis, si decies, si centies, si millies illum peccasse pœnituerit, iniquitatum ipsius nequaquam memor ero. Hoc insinuare uoluit saluator noster, quum Petro interrogatus si usque septies fratris aduersum se delinquenti indulgere deberet, respondit inquiens: Non dico tibi usque septies, sed usque ad septuages septies: tacite uidelicet significas, ut quoties ueniam perit, toties ignorascat. Quod autem Petro dominus indicauit esse faciendum, hoc ipsum agere erga misericordiam flagitantes dubitet nemo. Nam ipsius domini est vox illa exhortationis quae ait: Estote misericordes sicut & pater uester misericors est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quantam autem sit misericordia, quanto pietatis, quantoque circa delinquentes sit clementia, quod lingua proferre, quisue D capere ualeat intellectus? Quamobrem inexcusabilis est apud Deum quisquis uoluntarie peccat, & in delinquendo perseverat potissimum, quum Dei bonitas sit ad ignoscendum paratissima, & ad percipiendum remissionem criminum via effecta sit lata. Sinum namque suum in persona domini ad suscipiēdos omnes toto terrarum orbe diffusa sancta mater expandit ecclesia. In ipsa siquidem pro salute uniuersorum instituta sunt ab eodem domino sacramenta: quaedam utique necessaria, nonnulla uero ualde proficia. In eadem (inquam) ecclesia sancti spous charismata largiuntur, sapientiae uidelicet & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiae & pietatis, atque timoris domini. In ipsa præterea spiritualia dona diuiduntur per spiritum, dicente Apostolo: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiae, alijs sermo scientiae secundum eundem spiritum, alteri fides in uno spiritu, alijs gratia sanitatum in uno spiritu, alijs operatione uirtutum, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarum, alijs uero interpretatio sermonum. Verum in eadem etiam ministeria impertinentur a domino in singulis prout expedire cognoscit. Ad ipsius utique ecclesiae regimen atque decorum quemadmodum Apostolus prohibet: Et ipse (inquit) dedit quosdam quidem Apostolos, quosdā autem euangelistas, alios uero prophetas, alios autem pastores & doctores ad consummationem Lauri, Iustin.

nem sanctorum, in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi. Ipsa deniq; est hor-  
tus deliciarum conclusus, & cœlestium militum uallatus custodia, ad quæ quotidie ipse  
dominus ingreditur, imo in quo continue cōmoratur ut sponsus, cūrēs atq; discurrens,  
aspiciens per fenestras & prospiciens per cancellos, perlustrans corda, & singulorū co-  
gitationes discernens, uota pensans, & acta dijudicans. Elatos quoq; præteriens decli-  
nat ad humiles, mites promissionibus futuris sustentat, esurientes iustitiam laudabilem  
operum pabulo nutrit, lugentes errata propria spei dulcedine consolatur, mundis cor-  
de se communicando insinuat, pacificos tanquā filios caritate complectitur, patientes  
uerò persecutionem & perferentes aduersa cœlestiū gaudiorū expectatione cōfirmat.  
**Matt. 16** Est postremo ipsa ecclesia domus spiritualis, quam sibi edificauit sapientia ad habitan-  
dum: in qua columnas erexit septem argenteas, uirtutes scilicet septē in sacro eloquio  
multipliciter commendatas, quæ nec ueterascunt tempore, nec debilitatur onere, necq;  
mouentur impulsu, quoniā in petra soliditate locatae sunt, sicut & domus ipsa, quemad-  
modum Petro dicitur: Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Hinc est q; flanti  
bus tentationum uentis, impellentibus tribulationum aquis, aduersarijsq; debellanti-  
bus, licet quantulumcunq; agitari uideantur, in firmitate tamen confessionis suæ lauda-  
baliter perseverat. In hac utiq; domo nuptiale conuiuum quotidie præparatur, sagina-  
**Esa. 62** tus discubentibus apponitur uistulus, & calix uino meracillimo plenus, organa insu-  
per, & diuinorum eloquiorū cantilenę iugiter suauissima modulatione promunt, adeò  
ut de illa dictū esse uideatur, quod legitur: Super muros tuos Hierusalem cōstitui custo-  
des, qui die ac nocte non tacebunt laudare nōmē domini. Quod quidē patet in noctur-  
nis uigiliarū celebrationib; in priuatis deuotarum orationum uacationib; in piau-  
timbrīb; lacrymarū coram Deo humiliiter fusis, in gemitib; cœlestium desideriorum ine-  
narrabilibus frequenter emissis, & in plurimis ceremoniarum eclesiasticarum ritibus,  
in quib; sacrosancta Deum laudādo, colendo, & uenerādo penè sine intermissione oc-  
cupatur ecclesia. Edocta quidem à spū sancto, nūc diuino honori, nūc animarū uacat  
prospectibus, rectis in cunctis incedens gressibus, utpote æternæ sapientiae directa ma-  
gisterio, quæ illi potestatis, & scientiae tradidit claves. Nam per potestatē cælum reserat  
& claudit, seculi principib; resistit & fauet, ligat & soluit, ita ut ratum habeatur in cœlo  
quicquid in terra ipsa peregerit. Scientiae quoq; tanto est irradiata splendore, ut ualeat  
leges cōdere, statuta firmare, ritus nouos instituere, & edicta sancta mādare. Quamob-  
tem tantaz est authoritatis apud Deū, tātīq; meriti, ut par sit poena plectēdus, qui eccl-  
esiæ sicut qui Dei iussa uilependēdo transgreditur. Diuīnis itaq; necnō ecclesiæ (quæ er-  
rare non potest) est obtemperandū præceptis, q; conferunt gratiā, dona cumulant, au-  
gent merita, & promittūt gloriam. Qui enim in mandatorū Dei obseruatione uiriliter  
obediendo certauerit, ad cōsiliorū perfectionē Deo aspirante, proficiendo concendet.

*Quod æque in spiritualibus exercitijs, sicut in corporalibus necessaria est lux.* Cap. XVI.

**A**mbulantib; in uia per opacas noctis tenebras prorsus necessaria est lux. Nā  
sine luce irradiante peragrare prata floribus plena quid libet? Per semitas  
quoq; incedere rectas, & ignorare quā pergit quid prodest? potissimū quū H  
tenduntur insidiae, & pericula incedentibus latent, quæ absq; luce proculdu-  
bio uitari nō ualent. Hoc in corporalib; itineribus, hoc etiā in spūalib; exercitijs patet.  
Nā spiritualis quis sine spūali lumine effugit laqueos? quis (iniquā) aerearū potestatū in-  
sidias, & fallacias innumerās inimicorū inuisibiliū agnoscit ad plenū, nisi sapientiæ sit  
splendore perfusus? Non sufficit naturalis acumen ingenij, si non introrsus erudiatur à  
uerbo. Nec immerito. Mole namq; corruptibilis prægrauatus corporis, ac infirmitatē  
**Cap. 9** ppter obuolutus caligine, nequit spūaliter spūalitatem iudicare. Nā (sicut scriptū est) Cor-  
pus qd corrūpit aggrauat animā, & deprimit sensum multa cogitantem. Hinc opus est  
ut superiori erigatur auxilio, manuducatur exēplo, & magisterio reformatur. Ita quū  
præsto sunt, etiam supra modum proficiendo laborat. O q; rari sunt, qui spirituales re-  
& nomine censendi sunt. Vocabulū hoc denūciatione sortiūtum multi: effectū uerò ipsius  
pauci. Spirituales uiros illos arbitror esse dicendos, qui carnales habentes edomitas uo-  
luptates carnem spiritui, mentē rationi, deuotioni affectum, intentionēq; animi æternę  
substernunt dominio sapientiae. Hac quippe est regula disciplinæ cœlestis, hæc, inquam  
est spir-

**A** est spiritualis forma uiorum in carne, & supra naturā spiritualiter cōuersantū, & quo-  
tidie proficieniū in id ipsum. Ad hanc capessendā necesse est, affiduis macerari uigilijs,  
creberrimis instare precibus, orationibus penē uacare cōtinuis, suiq; cordis infatigabi-  
li uigilare custodię. Nullus ad hunc, de quo loquimur, perfectionis ascendit gradum re-  
pente, sed post sudores, post tentationes plurimas, post uaria hominū dæmonumq; cer-  
tamīa, & post adeptas pro Christo uirtutū palmas. Nam etiā sint nōnulli, qui uisitante  
gratia interdū, & ad tempus in actibus aliquibus ad culmen perfectionis attingāt, in eo  
tamen minime perseverant: sibi nanc; ipsi redditū fluctuant, uagant, impellunt, cadūt.  
Sine radice q; pppe uirtutū quū sint, & certandi experientia careat, opus est ut ad ima de-  
scendant. Huiusmodi aut̄ nequaq; diffidant, necq; desperent. Quoties enim relabunt, &  
cadunt uelociter surgant, desiderio proficiendi incalescat, pugnandi animositate robo-  
rentur, orationi ardētius incubant, cordisq; humilitatē summopere obtinere peroptēt.  
Fiet namq; diuina in illis cooperante clementia, ut ex usu proficiant, ex actu cognoscat,

**B** ex uisitatione diligāt, atq; ex magnanimitate perueniat, duce semper & comitāte sapien-  
tia, sine qua humana iacet uirtus, hebetaf scientia, deficitq; constantia. Ipsa utiq; est, que  
apparēs in carne exemplo suo, atq; eruditio uerissima perfectionis uia, & sancte reli-  
gionis semitas patefecit dicēs: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, &  
da pauperibus, & sequere me. Alioq; in loco: Qui uult (inquit) uenire post me, abneget  
semetipsum, & tollat crucē suā, & sequat̄ me. Cōsulentis quippe, nō præcipientis est ra-  
lis ista suasio. Hora fū siquidē eos, qui suo cupiunt digni esse cōsortio, abnegare seipsoſ,  
crucē suam tollere, ipsumq; pro posse uirtutibus imitari. Arduū profecto est, ut quis ue-  
lit abnegare quod est, cunctas à se abdicare corporis uoluptates, ppter libertatē uendē-  
re, & alieno se realiter subdere arbitrio. Nēpe discipulorū Christi est ista congressio, qui  
cœlesti bñdictione præuenti, & spūali luce perfusi, atq; dulcedine diuina replet, pro sui  
conditoris amore carnē suam cū uiths, & cōcupiscentijs crucifigere non uerent, animā  
suā periculis exponere non formidāt, & uoluntatis sue motus sub obedientiē disciplina

**C** cohibere cōtendunt. Horū propugnatorū magnus est numerus, tametsi comparatione  
ceterorū sit ualde exiguis. Nec mirū. Humanas prorsus supergredit̄ uires, & fragilis na-  
turę nequaq; imbecillitas patif, ut morti sponte se quisquā subiūciat. Mortē utiq; hanc  
nuncupauerim, quando homo adhuc in carne degēs se in spū arbitratur esse defunctū,  
suamq; odit animā, ut in æternā uitam illā ipse custodiāt. Præclarū proculdubio est istud  
spectaculum, gratissimū Deo, beatissimis spiritibus omnino mirandū, atq; ab ihs qui ra-  
tionales sunt, extollendū laudib; operibusq; sestandū, si tamen inuitati sunt, si adiuti,  
si tracti. Ad nuptiale conuiuiū (sicut legitur) inuitati sunt multi, sed quoniā tracti mini-  
mē extitere, alius in uillam, alius uero ad negociationē proficisciēs, se excusando æterno  
priuauere cōuiuio. Porrò parū est spūales inuitari ad nuptias, nisi quis adiuueat atq; tra-  
hatur. Adiuuat (iniquā) quū gratis donatur uelle: trahit̄ aut̄, quando cooperāte gratia  
etīa tribuit̄ posse perficere. Magistrū ueritatis audiēt̄: Nemo uenit ad me, nisi pa-  
ter qui misit me, traxerit eum. Trahit̄ nanc; pater ad filiū conferendo gratiā, insundendo  
**Ioan. 6**

**D** lumē, præbendo gustū, & manifestādo se. Ista quippe si desint, qui inuitati sunt remanēt  
foris, & excludunt̄ à regno. Trahi profecto à patre nō est uolentis, neq; currentis, sed so-  
lius ipsius miserentis. Hoc propheta in sinuare uolens, de patrib; ueteris testamenti lo-  
quens ait: Nō enim in gladio suo possederūt terrā, & brachiū eorū non saluauit eos, sed  
**Ps. 43** dextera tua & brachii tuum, & illuminatio uultus tui, quoniā complacuisti in eis. Inui-  
tatus itaq; quis ad nuptias gaudeat, consentiat, & oret, ut cū effectu trahat̄. Inuitatus (in-  
iquā) à dño, ut omnib; que possidet renūciat̄, & ut abneget semetipsum, tollat crucē suā,  
& sequat̄ Christū. Quanquā supra uires, supra naturā, & laboriosissimū esse uideat̄ nō  
cōtradicat uocati, nec resistat gratiē, neq; trahentē repellat, quin potius gratias agat, af-  
fensus tribuat, crucemq; baiulando cōtra se uiriliter dimicando decertet. Agat, iniquā,  
gratias Deo, q; gratis uocat̄, nō utiq; ab hominibus, nō ab angelis, sed à Deo, nec quā  
licunq; uocatione, sed sancta, spūali, sed cœlesti, de qua Apostolus ait: Qui uocauit nos  
in sortē sanctorū in lumine. Vocant̄ plane multi ad fidē dicente dño, q; multi sunt uoca-  
ti. Illorū tamen sic uocatorū pauci sunt, qui huiusmodi de qua agit uocatione sint digni.  
Cōmunis est illa: ista uerò specialissima. Primis nanc; præcipit, ut seruent mandata si uo-  
catione sint digni. MM 4 lunt ad

Iunt ad uitam ingredi, secundis autem consulitur, ut uendant uniuersa que habent, & pauperibus tribuant, si cupiunt esse perfecti. Primit licet uxorem habere, procreare liberos, educare parentes, familiam regere, possessiones emere, construere praedia, negotiacionem exercere, & pecunias moderate aggregare. Secundis uero uniuersis istis renuncia re per exhortationem indicitur, ut locupletem thesaurum sibi in celo acquirant. Primit uita tantum aeterna promittitur: secundis autem iudicaria sedes, merces centuplicata,

**Matth. 19** & gaudia pollicent aeterna, ipsa ueritate astriente quae ait: Amen dico uobis, quod uos qui secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis sua, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes filios Israel. & omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut sorores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam aeternam possidebit. Maxima prorsus est ista promissio: quae omnibus seculi supereminet dignitatibus, cunctas temporales praeceps factas, atque uniuersa uisibilia obiectamenta transcedit. Aequissimum profecto fuit, ut saluator noster Dei uirtus & sapientia nihil transitorum, nihilque quod sit commune bonis & malis professoribus sui pro eorum offerret remuneratione laborum, sed quod pro sui magnitudine, delectabilitate, excellentia, & perpetuitate contemplantis & agnoscetis

**Psal. 30** affectum aliceret. Hoc in spiritu propheta degustando indicauit dicens: Quia magna

multitudo dulcedinis tuae, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem eis qui sperat in te. Idemque expressius declarando ait: Inebriabuntur ab ubertate domus tuae, & torre uoluptatis tuae potabis eos: quoniam apud te est fons uitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Haec profecto sunt o domine Iesu stipendia Christianae militiae. haec, inquit, sunt donatiua, quae spondes tuis erogare militibus, qui spreto peregrinationis huius carnali lenocinio, calcatis prosperitatibus seculi, abrenunciatisque temporalibus diuitiis, tibi simulatu continuo ministrare non cessant. Non enim arbitrantur se amittere, quod egen

tibus largiuntur, nec aliquo egere pertimescant, quoniam gaudeant propter te penuria pati. In te aspiciunt, in te delectantur, de te ditescant, tuocque eruditum exemplo minime ueretur perferre necessitates, incōmoda, opprobria, damna, uincula, exilium & carceres. E

G ligunt quoque affligi potius cum seruis tuis fame, siti, frigore, & nuditate, quam temporalis felicitatis habere iucunditatē, atque meliores diuitias existimantes omni thesauro terreno im properium tuum. Hoc autem o pie saluator nequaquam actitare praesumeret, nisi introrsus uocarentur, & traherentur a te: nam quos praedestinasti in te ante mundi constitutionē, utique uocas suo tempore, ut sint sancti, imitanturque te, non corporali gressu, sed mente, desiderio, conuersatione, & moribus. Ostendis namque te illis in lumine formatu fidei, & quam dulcis, quam suavis, quam multæ misericordias diligenteribus te, te querentibus ac famulatibus, tibi dona tua communica manifestas. Luce siquidem irradiati diuina atque insueta delectatione refecti, te nihilominus illos alliciente, trahente, uinciente mutant in uiros alteros

& induunt nouum hominem, qui secundum te formatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Hinc est quod tuo flagrantes amore, tibi tota intentione placere cupientes, uoluntate spontanea sanctæ religionis ac perpetuae seruitutis iugum tuum suauissimum assumunt, sibiisque nullatenus parcetes ad tempus, ut tuo sine fine iucundissimo & diuino fruantur asperitu.

Hac denique de causa quotidianis conatibus aduersus proprias reluctanter uoluntas, crucem suam gratanter baiulant, & sequuntur te praceptorum suum, pastorem, & ducem. Tu uero præsidium tutissimum efficeris illis, tu in illis perambulas, & in eorum præcordijs destabiliter requiescis, quemadmodum Sapientis ore manifestasti dices: Et delicia mea esse

**Prou. 8** cum filiis hominum. Non enim hoc asseritur, ut homines aliquas tibi o aeterna sapientia ualeant conferre delicias, quippe quoniam tu omnium sis origo deliciarum, affluant tibi, & effluat abs te, sed quoniam ex naturali tua bonitate delectaris tuas cum filiis hominum communica delicias, tanquam mater quae unicū diligens filium, sibi complacet in filio dum ei blanditur, ipsum fouet & nutrit, propriasque filij arbitratur esse delicias: sed longe dissimilis est ab humana affectione tua dilectio. Humana namque affectio priuata semper querit commoda, suas satagit perficere uoluptates, præsentia lucra sectatur, difficile futura prospectat, sensibus ducitur carnis, sensibiliusque amore pingue scit. Tua uero dilectio o caritas sempiterna te possidentem ihs omnibus efficit celsiorē. Gratuito narraque amore diligis, gratis gratum facis, temporalia obiectamenta calcanda esse ostendis, sp

A dis, spiritualia dona tu tribuis, ad caelestia metem erigis, atque premia invisibilis superare accedis. Quoniam uerum qui te suscipere meretur in se, tuis saginatur uoluptatibus, tecum imitari desiderant, se tibi in holocaustum offerunt, atque propter te in obedientiae agone luctatur, uendunt sua, suos deserunt, scilicet pro adipiscendo a spiritu libertate alieno substerunt arbitrio.

Quanta perniciofa incommoda ex mala, & quam maxima spiritualia lucra ex bona prouenant uoluntate. Cap. XVII.



Ihil excellentius homini ratione utenti proprio est condonatum arbitrio, si tamen sit caritatis dono formatum. Nam calorū nosse cursus, stellarū uirtutes in daga, omnium naturalium rerum quid prodest habere scientiam, si a caritatis munere hominis uoluntatem contingat esse alienam. Praecepitque per abrupta impellitur uictiorum, sibi arbitratur omne licere quod libet, suas tanquam effrenatum animal post concupiscentias pergit, toto Deitimore semoto. Letatur quoque in prosperis, supra modum delectatur in aduersis, exultat quoniam maleficerit, in suis facinoribus gloriatur, carnisque desideria implere peroptat. Perniciofa prorsus res est uoluntas, quae caret dilectione, & nulla uirtutis censura restringitur. Ab hac utique oriuntur homicidia, adulteria, fornicatioes, ebrietates, ueneficia, ira, rixa, inuidia, fraudes, detractiones, contentiones, emulationes, dissensiones, & quicquid diuinæ legi aduersatur. Haec est quae è celo deiecit angelos, de paradiſo expulit protoparentes, deordinavit orbem, subruit urbes, regna euertit, concita uit bella, lites cūmouit, disseminavit scandala. Pro hac immissa sunt clades, fames conuakerunt, sterilitates fuerunt, in sole, luna & syderibus frequenter apparuerunt signa. Tolle malam uoluntatem ab hominibus, & ubique abudabit pax, uigebit concordia, florebunt religio, profluet gratia, caritas imperabit. Nam quoniam omnium malorum seminarii est uoluntas mala: ita è regione bona cūstarii est origo uirtutum. Non enim potest esse alienus à Deo neque à calorū regno extraneus cui inest bona uoluntas, quae hominem reddit altissimo, carū angelis, fratribusque benevolū. Haec cumulat merita, acquirit gratiam, aduersarios superat, fugat dæmones, temptationes uincit, tolerat dura, temporalia spernit, sperat futura, concupiscit aeterna. Haec namque haberi nequit ad libitum, sed pro beneplacito largit auctoris. Ego (inquit) ipse ad Mosem miserebor cui uolero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Paulus quoque ait: Non est uolentis neque currentis, sed miserantis Dei. Nam cui uult miseretur; & quoniam uult indurat. Dilexit (sicut scriptura commemorat) Deus Iacob, Esau autem odio habuit. Indurauit etiam cor Pharaonis ne dimitteret populum, quoniam tanta uidisset miracula atque prodigia. Et eccloratio mulieris meretricis ad suscipiendos exploratores Hebraeorum emolliuit animum. Tanquam uerus figulus & potens de eadem malitia lutu aliud uas in honorem, & aliud uas facit in contumeliam: ita ut non sit qui possit resistere ei, sed neque respondere illi. Vocat enim quoniam uult, & electus ad percipiendum gratiam, & quoniam non tangit relictus in propria, et si inchoet bonum, minime perseverat in illo. Singularissimum itaque diuinæ clementiae est beneficium, quoniam liberi arbitrij facultas se inclinat ad bonum, & uoluntarii suo conditoris exhibet famulatum: dumque quis nequaquam communione contentus, arduum contemptus seculi propositum non formidat arripere, & obedientiam erucem quotidie tollere, atque post dominum ambulare non renuit. Magnarum est prorsus mentis ista congressio: earum uidelicet, quas in benedictionis suae dominus praeuenit dulcedine, caelestiumque præmiorum promissione sustentat. Nouit enim ipse opus, quod condidit, quoniam sit perclive ad noxia, quam ad casum facile, quam ad diligendū uisibilia pronum, quam ad peragendū spiritualia lucra infirmum, necnon ad propria perficienda desideria quoniam sit accensum. Quoniam uerum ut talis redemptor noster animarum remedia preberet lagoribus, talisque obuiaret periculis peccatorum, dum cum hominibus conuaretur in mundo, conteneratur facultum, fugae seculi, parentum ac propinquorum odij, atque proprij abdicationis arbitrij consilii dedidit, intelligens neminem duobus posse dominis obtemperare fideliter. Teste namque experientia didicimus, quoniam seculari assidua conuersatio, & temporalium negotiorum sollicitudo anxia, necnon libertatis effrenatus usus occasionem maximam tribuit delinquendi, eoque uehementius impellunt ad malum, quo ardenter diliguntur. Sunt enim terra omnia minus caute eis utentibus spirituales laquei, & seductoria quoniam oblectamenta fidelium, quae separant a Deo, & copulant mundo. Quoniam uerum magister ueritatis perfectionis

Exo. 33  
Rom. 9  
Mal. 1  
Exo. 11

970  
perfectionis uolens insinuare itinera, atq; ad se possidendum locū demonstrare tuissimū. omnibus quæ habentur renunciandi consiliū suā sit, necnon regularis obseruantia obedientiam in ecclesia circunquaç; indixit: quatenus seruorū suorum animos prouocaret ad præliū, atq; animaret ad præmium. Magna profecto fuit erga nos Dei nostri dignatio, omniç; ueneratione colenda huiusmodi institutio, ad peragendū perfectiōnis opus cælitus prærogata. Sciebat enim redemptor noster totius sanctitatis magister quanto cum labore uirtutū tendit ad arcem, qui seculariū actionum solicitudine pregratus facit in imis. Nouerat (inquit) quantum afferat impedimentū temporalium facultatū immoderata retentio, propriæç; uoluntatis inordinatus affectus. Propterea uelut pia mater pro suorum anxia salute liberorū formam indicauit, uia stravit, atq; religionis sanctæ rudimenta exhibuit: quatenus diruptis peccatorum uinculis, reiectisq; terrena rerum curis, necnon abdicatis à se propriæ libertatis motibus, fideles quiç; introrsus excitati Deo militarent ardenter, pugnarent fortius, expeditius currerent, atq; ad concupitā palmam facilius peruenirent. Iis & alijs (ut reor) ex causis in ecclesia sunt instituta monasteria, ac famulantiū Christo undiq; constructa cœnobia. Ipsa nempe sunt præsidia munitissima, sanctorum angelorū uallata custodijs, ignitarumq; orationum robora tata suffragijs. Nemo plane explicare sufficit, quanta simul cohabitantes in eis sanctitate præfulgeant, quanta mentis pace fruantur, quanto cordis quotidie repleantur gaudio, quā secure uiuant, quā dulciter conuersentur, quā familiariter sibi mutuo deseruant, quā opportunis se exhortentur temporibus, & quā efficaciter orationibus iument. Nec mirum. Corpus quippe unū mysticum collegiū unumquodq; efficiunt, compactum ex membris, uiuiscitatū ex capite, sanctificatum per spiritū. Hinc est quod una patiente membro compatiuntur & cetera: atq; uno latente uiuensa cōgaudent. Cooperatur namq; in illis idem spiritus, qui illa conglutinat, eisdemq; spiritualia largitur charismata: ad utilitatē utiq; corporis & membrorum, quemadmodū apostolus denunciās

*1. Cor. 12* ait: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alijs quidē per spiritum datur sermo sapientiae, alijs sermo scientiae secundū eundem spiritū, alteri fides in uno spiritu, alijs prophetia, alijs discretio spirituum, alijs genera linguarū, alijs interpretatio sermonū. Nunquā enim posset esse tanta spiritualis fecunditas in corpore, nunquā in membris tanta unitas caritatis, nisi gratia effluueret à capite, & per spiritū transflundere in mēbra. Hoc

*psal. 132* propheta cōtemplatus ait: Ecce quā bonū, & quā iucundū habitare fratres in unū: Sicut unguentū in capite, quod descendit in barbā, barbā Aaron, quod descēdit in orā vestimenti eius, sicut ros hermō, qui descendit in monte Sion. Merito rem bonā & iucundam asserit fratres habitare in unū, uolens cōmendare unitatē spiritus in uinculo pacis, per quam utiq; spiritualis unicō capitū descendit in barbā corporis congregati in spiritu, emanatq; usq; ad oram uestimenti, insinuans nullū membrū esse corporis uel minimum, aut extremū, quod huius sanctæ sit unicōnū expers. Quod enim uni prærogatū est membro, cōmune fit ceteris, & quod deest uni, reperiatur in altero. Diuersitate siquidem gratiarum quæ sunt diffusæ in membris, efficitur corpus perfectum, ornatum uirtutib; compositum moribus, sanctitate præclarum, & disciplina uenustum. Ceterū hoc corpus mysticum congregatio uidelicet quæq; fidelium, eo in temptationibus, quæ diabolo suggeste aut fragilitate impellente illi proueniūt robustius pugnat, atq; gloriōsius uincit, quo caritatis & unitatis uinculis arctius alligatur. Compago utiq; & unitas membrorum exhibit corpus potens: Deo amabile, & inuisibilibus aduersarijs terrible atq; insuperabile, si tamē nō sibi arroget quod habet, sed illi cuius dono est quod est. Nam quemadmodum confessio humili, & propriæ infirmitatis uera cognitio Christi seruum in omni certamine fortē & securum facit: ita econtra elata iactantia, & suæ insufficientiae reflecta scientia reddit possessorem suū pronum ad malum, in prælio debilem, uirtutibus egenum, Deo, sibiñsc; ualde contrarium. Hinc clare patet, quām securus sit status seruorum Christi in congregatiōne degentium, quibus unum est cor, anima una, & omnia sunt cōmunia, non minus corporalia quā spiritualia. Nā in illis si quis corporaliter egrotat, propriū habet ministrū, qui ei die noctuq; deseruit. Si quis alimento seu regumēto indiget, habet qui illi necessaria tribuit. Si quis temptationibus vexatur, habet qui eidem orādo, atq; exhortando ex corde cōpatitur. Si quis fluctuat dubitatio-

tie ali-  
**A** ne aliquā uel infidelitatis mucrone transfigitur, peritorū fratrū, & maxime seniorū probatissimorū rudimenta custodiat, & liber existet. Si quis ingenij caret acumine, & ignorat futura cogitando prospicere: reperiet prorsus in illis quem consulat. Si quis diuinorum eloquiorum sacramenta per se penetrare non ualeat, à Deo prius sapientiam postulet, necnon prouectiorum acquiescat sententijs, & sapiens fiet. Considerare quippe semper quisq; ualebit in altero, unde possit ipse perficere. Verum & propriæ infirmitatis diligēs perscrutator facile agnoscit bonum, quo edificetur in altero, atq; in se malum pro quo sibi ipse displiceat. Hoc utiq; non tam uitia quām uirtutes operantur in bonum spiritualibus uiris: simpliciter ambulantibus, pariter conuuentibus, & sub obedientiā disciplina Deo in cœnobij famulantibus. Ipsa plane futuræ uitæ imaginem tenent, dum qui in illis cōmorantur socialiter uiuunt, uicissim sibi ministrant, priuata dona communii utilitati exponunt, sub eodem habitant tecto, insimul altissimo persoluunt laudes, cibum una hora in unum congregati capiunt, exercitiā cōmunia peragunt, & (quod commendabilius est) ad unius præceptoris imperiū suas abnegant uoluntates. Nam quēad modum Deus in hoc uniuerso, & in cælo distribuit gradus, ministeria diuidit, dona sua pro libito cuiq; imparit, & omnia operat in omnibus: ita qui præsident in monasterio suo modo, suoq; arbitrio cūcta disponit, nō tamē pari æquitatis discretione ut Deus. Nam Deus in uero iudicio, certa lege, mēsura irreprehensibili, syncerissima dilectione, & immutabili uiuensa moderat sapientia. Homo autē quāuis sit sanctus, doctus & prudēs, oī quām saepe in iudicādo fallitur: lege cōtempta, quām frequenter propria uoluntate duicitur: inordinata affectione uitius interdum passione trahit, atq; obliqua animi intentione deceptus mouet. Nec mirū: Quis enim (inquit propheta) similis erit Deo in filijs Dei? Aequari nanc; Deo impossibile est īs, qui hominibus præsunt: illū tamē eos imitari oportet sectando iustitiam, misericordiam impariendo, exercendo prudentiam, patientiam exhibendo, atq; caritatis uiscera erga pœnitentes insinuando, reuocādo errantes, incios docendo, pusillanimes confortando, erigendo cadentes, inimicos amando, se

*Hier. 13*  
**B** omnibus omnia faciendo, ut Christo domino lucifaciāt uniuersos. Quē guidem utasse qui ualeant, præesse studeant cum humilitate, cum pietate conentur prodesse, necnō sibi creditū ministeriū cum omni cordis tranquillitate perficiant: Dei postremo & nō priuatam gloriam querant, sibiq; non propter seipso, sed propter eum cuius funguntur officio, à subditis obtemperari concupiscant.

Quantum eluceat Christiana religio in ijs, qui seculo renunciantes sub disciplina regularis obseruantie degunt.

Cap. XVIII.

**D** Inter cetera quæ gloriam Dei in terra prædicant, & catholicā fidem infidelibus hominibus cōmendabilem reddunt, est socialis uita fideliū, eorū præcipue, qui spredo perituri seculi luxu, abdicatisq; à se diuinitarū, honorū, & carnis illecebribus in monasteriū claustris uoluntariæ seruitutis se perpetuo dedicarunt uoto. Quis (oro) diuinā bonitatem & sapientiam ineffabilem laudū non extollat præconijs, quum utriusq; sexus uitros pene innumerabiles intuetur, iuuentutis flore re decore, corporis soſpitate potiri, terrenarū facultatum abundantia, possidere agros, uineas, domos, seruos & ancillas, parentum, amicorum, affiniumq; generositate clarescere, sponte renunciare seculo, illius pompas spernere, propinquos omnes relinquere, atq; sub ignoti quodammodo uiri disciplina per obedientiā exercitium Christo domino militare? Hoc quippe humanæ cōsuetudinis & cōmunis uitæ supergreditur limes. Non enim naturalis pignorū affectus patitur, ut cōtemnamus eos qui nos genuere, & in hanc uisibilem mundi istius produixerūt lucem. Non, inquam, lex cordibus inata mortalium suadet, ut deserta urbe propria, uniuersis relictis consanguineis, coeuis adolescentulis, familiaribus & notis, peregrinari per alienas ædes remotas, peragare prouincias, ciuitates, & castra non uno duobus uel tribus annis, sed toto uitæ suæ decursu, atq; spontanea deliberatione pati famē, siti, frigus, & nuditatem, corpus quoq; attenuare uigilijs, macerare ieiunijs, laboribus exponere, quotidiana alimentorū domare inedia, & quod ijs omnibus maius est, propriæ uoluntatis debellare affectus. Nam natura ipsa trahit, usus docet, impellit humana fragilitas, allicit socialis amor, mutua inclinant obsequia, dulcissimumq; domesticorum, & maxime propinquorum contubet-

tubernum cogit, ut quilibet rationis compos in illo, in quo natus est, habitet solo, suorum affinitum tratur consilio, propriarum opum curam & delectationem captat, nec non arbitrii sui sectetur illecebras. Ceterum quum Ihs contraria actitari conspicimus, aut ex metu mortis, aut ex certa cognitione pretereuntis & fallacis seculi, siue ex bonorum id agitur spe validissima futurorum: que utiq; spem hinc nisi praevio fidei lumine gaudate permittitur. Hec namq; de qua loquimur fides nequaquam ex humano arbitrio, sed ex Dei misericordia, trahentis, custodientisque munere possidetur. Donum quisque est donum tuus praerogatum, gratificans hominem Deo, de seruo liberum, de inimico amicu, & de gehenna filio ceterorum honorum facit esse haeredem. Hanc deniq; commendauit Apostolus, quando antiquorum patrum mirabilia gesta narravit dicens: Sancti per fidem uicerunt regna, operati sunt iustitiam, adepti sunt recompensationes, obtulerunt ora leonis extinxerunt impetu ignis, fugauerunt aciem gladii, fortis facti sunt in bello, castra tuerunt exterorū, accepterunt mulieres de resurrectione mortuorum suos. Istius fidei gloriosissimi martyres irradiati splendore, flagrantissima caritate pro Christo perpessi sunt: ghem, carceres, uincula, flagella, tormenta, opprobria, exilia, damnatio, & mortem. Huius (in quam) fidei anachorita sancti claritate perfusi deserta repleuerunt, perlustrauerunt solitudines, construxerunt coenobia, in quibus diuinis intenderent laudibus, crebris uocarent orationibus, operi manuū opportuno insisterent tempore, congregarentq; in unum Dei filios circumquaque dispersos, atq; inuisibilium inimicorum latentes laqueos superarent. Intelligebant profecto ipsi diuinitus inspirati seculum hoc carnis concupiscentia, oculorum lenocinijs uoluptatu, & uitæ superbia esse refertū. Intuebantur quodū die homines ire per abrupta uitiorum, Dei legem negligere, eius mādata despicerē, presentium delectationum oblectamenta sectari, terrenis lucris, fugitiuī honorib; impudicitis perniciosis, ac secularibus curis incūmbere, quæ utiq; alienum à Deo, ignorans, & à uirtutibus auersum, sui efficiunt amatorē. Non enim in unū conueniunt, neq; simul stāre ualent lux & tenebrae, uanitas & ueritas, uirtus & uitium, dilectio Dei & seculi, opera carnis & spiritus, temporalis uitæ gaudium & futurae. Quamobrē ut debitu pietatis cultum exhiberent Deo, ut uitiorum passiones reprimerent, quæ de peccatis fornicatione & carnis prurigine indesinenter ebulliunt, ut proprias compescerent uoluntates, & quibus pabulum sumit omnis origo delicti, talibus pro Christi amore se mancipare ergastulis. Hac intentione laudabili, hoc ritu uiuendi sancta illustratur ecclesia. Non enim desunt temporibus istis, in quibus abundare iniquitas, & multorum cernitur refra gescere caritas, qui sanctorum patrum (etsi non eodem seruore caritatis) uestigia imitetur. Sunt namq; (licut patet conspicue) diuersæ Christo domino famulantū congregations, quæ licet sint in habitibus distinctæ: uaria in constitutionibus, & in ceremonijs discreta, una tamen intentione glorificandi Deum, & proximum lucifacendi, unoq; fine cælestem patriam consequendi se exercendo desudant. In hac seruorum Christi numerostate permaxima, quæ toto pene terrarum orbe usquequaque diffunditur, o quot utriusq; sexus præcipua eminent sanctitate, quot singulari deuotione, & orationis assiduitate pinguescunt, quotue uirtutum magnanimitate decorantur. Alij namq; humilitate studiis, aliqui patientia constantia, quidam mentis puritate, nonnulli zelo rectitudinis, aliqui Dei & proximi dilectione, plurimi uero ceteros religiosæ conuersationis singularitate præcellunt. Omnes ij sine simulatione fraterna, & absq; cordis elatione, secundum mensuram fidei, & gratiae eisdem collatae certant placere Deo, quotidie proficere, & talentorum sibi præstitorum lucra cumulare. Ista duri commendabiliter agunt, aduersus se diabolum prouocant, qui successibus laudabilibus seruorum Christi uehemēter affligitur. Hinc liutoris face accensus, noua insuetaq; diebus singulis excitat bella, tentationesq; diuersas immittit: ut illos per delectationem, consensumq; peccati cadere, vel saltem in proposito tepercere faciat, quod quidem in uia Dei est periculissimum, atq; damnable, sicut angelica admonitione dicitur: Utinam calidus, aut frigidus essem, sed quianq; calidus neq; frigidus es, incipiam te euomere ex ore meo. Ad hanc profecto spirituali in inuidorū spirituum pugnā Apostolus exhortans ait: Non est nobis coluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus mundi rectores uehementum harum, contra spiritualia inequitate in cælestibus. Ab Ihs quippe aduersarij inuisibilibus nemo

A nemo liber existit, domino sic disponente, qui ut materiam præbeat promeredi, ut proficiendi in uirtutib; ansam offerat, et ut adipiscendi gratiam, occasionē tribuat in aduersis: seruos suos acriter nequam spiritus infestare permittit, non tamen ad inimicorum libitum, sed iuxta suorum uirtutem cuiuscq; fidelium, dicente Paulo: Fidelis Deus qui nō patietur uos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouentū, ut possitis sustinere. Non autem est mirum, si ipsæ aereæ potestates milites Christi prosterne re ac debellare conantur, quum ē regione ipsi eosdem die noctuq; conculcare non desinant. Quid enim aliud dixerim esse religiosorum monasteria, & Deo famulantum loca, quā stadia militaria, atq; spiritualia castra pugnantum? In illis namq; in corpore, per corpus, in spiritu bellum geritur. In ipsis (inquam) nō uisibilia, sed inuisibilia tela exercent. Arma (inquit Apostolus) nostra non sunt carnalia, sed spiritualia potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentes se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Nōne in eisdem frequentissime deuotionis lacrymæ, compunctionis gemitus, suspiria pietatis, compassionis & caritatis ad Deum incessanter effunduntur uota: quæ profecto contra hostes nostros spirituales ignita sunt iacula, per quæ eorum prostreretur uirtus, debilitatur audacia, deteguntur fraudes, & tentamenta superantur. Sanè quod religionis, quod sanctitatis, quod unitatis, quod in eisdem agitur laudis, glorificat Deum, laetificat angelos, prodest iustis, terret dæmones, patrocinatur seculo, & peccatores ad pœnitentiam flectit. Et quidem rationabiliter. Nam cuncta quæ in ipsis geruntur, redolent sanctitatem, præsentia domini saluatoris id perficiente, qui ait: Vbi fuerint duo uel tres congregati in nomine meo, in medio eorum sum. Hinc est quod tantum aduersus malignos spiritus qui in monasterijs degunt, uirtute decertant, tot reportant triumphos, tantaque laudabilem operum multiplicitate coruscant. Ibi paupertas uoluntaria primatum tenet, atq; perfectionis ecclesiae quam in suo exordio actitabat, præbēt imaginem, de qua legitur sic: Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebat omnia communia, possessiones & substantias uendebant, & ponebant precia ante pedes Apostolorum, & diuidebant illa omnibus, prout cuiq; opus erat. Hec plane est uera paupertatis forma, immo imprædabilium thesaurorum locupletatio maxima, eorum uidelicet, qui renunciant seculo, sua erogant, ut Christo domino liberius famulentur. Domini pollicētem audi: Omnis qui reliquerit patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, aut sorores, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitæ æternam possidebit. Quid (oro) locupletius, quā nihil habere, & omnia possidere: carere rebus superfluis, & uti necessarijs: proprium spernere patrimonium, & Christi esse hæredem: Monasteriorum quippe redditus thesauri sunt saluatoris, & eleemosynarum fidelium pia suffragia, qui deprædarī nequeunt, neq; cōsumi rubigine, neq; tinea demiri. Ibi profecto communes fiunt omnibus in cōmuni uiuentibus, & impertinentur nō ad libitum, sed pro necessitatibus competentia. Non secernit persona diuinitis, non potentis statui defertur, sed prout cuiq; expedit erogatur: quod est opus diuinum, commēdatio gratiæ, caritatis officium, & naturæ exemplum. Sumit plane humanum corpus ciborum nutrimentum, quod quidem pro singulis quibusq; diuiditur membris sine disceptatione & zelo, prout natura ipsa congruere nouit. Hoc quippe, de quo tractatur, uoluntaria paupertatis genus reddit animum à curis secularibus liberum ad se cognoscendum, secundumq; habitandum aptissimum, ad uacandum orationi paratum, in parcitate laetum, in cōmunicatione hilarem, in periculis securum, & in omni uirtutum exercitatione dispositum, eo amplius quod possessorum suum eximit de mundo, à tumultibus secularium negotiorum segregat, & sanctæ religionis reseruat in tumulo. Ibi enim illum requiesce re facit ab estu carnalium desideriorum, & à temptationum eripit turbine, à inuisibiliuī uoluptatum illecebris, à fragoribus seculi, à diaboli laqueis, & ab immanium delictorum multiplicibus casibus. Nemo proculdubio explicare ualeat, quanto repletatur gaudio, quanta potiatur pace, quibus spiritualibus reficiatur delicijs, quantis sapientissime internis recreetur consolationibus, & quot diuinis quotidie illustretur splendoribus, qui delibera rato animo, & cælesti inspiratione afflatus renunciat sponte seculo, secedit in clausis, & militat Deo, nihil terrenum ambiens, nihil temporale possidens, nihil quod amorem Laur. Iustin. NN suum

suum uendicare queat omnino reseruans. Huiusmodi cooperante illi gratia carnem sp̄i ritui, mentem rationi, animum sapientiae, & affectum subiicit Deo. Est quippe claustrum, hortus conclusus, paridisus deliciarum, thalamus nuptialis, cubile immaculatum, uirtutum schola, tabernaculum foederis, reclinatorium sponsi, bellatorum statio, sanctitatis domus, castitatis custos, pudicitiae firmamentum, religionis magisterium, & obedientiae sanctae speculum singulare.

Quod multi et uarij sint status, et opera famulantur  
Christo. Cap. XIX.

**D**E placere cupientium quemadmodum diuersi sunt status: ita multifaria eorum sunt opera. Sunt enim qui coniugali vinculo copulati pracepta diuina custodiunt, sua quae possident retinent, ex ijs partem pauperibus largiuntur, familiam suam in Dei timore erudiunt, diuinis alacriter intersunt officijs, uerbum Dei libenter audiunt, & quicquid altissimo gratum esse credunt, ex affectu cordis perficere moluntur. Sunt & alij utriuscq; sexus copiosi numeri, & sanctitate conspicui, qui uitam cœlibem ducentes, operibus misericordiae ardenter incumbunt. Isti profecto egenorum curam habentes, tam de proprijs, quam de aliorum facultatibus nudos uestiunt, esurientes pascunt, potum tribuunt sipientibus, & grotis ministrant, carceribus detentos uisitant, defunctorum corpora sepeliunt, atq; omne morituris corporibus humanitatis impertiuntur obsequium. Existunt quoq; nonnulli qui æmulatione fraternæ salutis accensi solantur mœstos, erudiunt ignatos, nutantes & uorant, reuocant errantes, consulunt dubijs, paruulos pabulo uerbi Dei alunt, desperatione depresso hortantur, & delictorum mole obrutos ad spem ueniaz pro posse trahunt. Reperiuntur præterea quamplurimi, qui exteriorum ministerio postposito, nunc in ecclesia diuinarum eloquia scripturarum audiendo, nunc ecclesiastica frequentando sacramenta, interdum domi secretæ sedendo orationi, meditationi, lectioniç sacrae incumbentes, sibi ipsi per ocium sanctum uacare student. Omnes isti quāuis Deo agnoscantur esse gratissimi, si illa quæ faciunt, pura ac recta intentione operentur, consiliorum tamen gloriam minime assequuntur, dum suarum rerum propriæç voluntatis adhuc possessionem rerinent. Quamuis enim operibus sanctis insistant, quamquam pracepta diuina custodian, à tramite nibilominus summæ perfectionis alienos se esse intelligunt. Clamat namq; totius sanctitatis dominus & magister, & dicit: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Quamobrem cuidam qui diuina se à iuuentute sua omnia dixerat implesse mandata, ait: Vnum tibi deest, si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni & sequere me. Pracepta quippe seruare, cunctorum fidelium est, æternam uitam habere cupientium. Temporale uero rerum dominium, & propriæ uoluntatis à se pro Christo abdicare arbitrium prorsus est perfectorum: eorum uidelicet quibus dominus dicit: Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, in regeneratione quum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim iudicantes duodecim tribus Israel. Ascensus hic difficilis est, labor multis, & sublime fastigium, sed merces maxima & remuneratio sempiterna. Domini pollicitationem audi dicentis: Omnis qui reliquerit patrem uel matrem, uxorem aut filios, fratres & sorores, & agros propter nomē meum, centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Vides quam locupleti darentur sanore, qui uoluntariam diligentes paupertatem seculo renunciant, & obedientię crudem pro domino nequaquam baiulare formidant. Bonus dominus, pius pater, & præceptor summpere colendus, per se & in se contemptus seculi disciplinam exhibuit, commendabilis paupertatis normam præbuit, atq; obedientiae sanctæ exempla indicauit. Cæterum ne documenta huiusmodi infructuosa, & persuasio talis, ab ijs qui carnem sapienti arbitraretur esse inutilis, sectatoribus suis ineffabilia bona spopondit. Hæc Apostolus insinuare curauit quum dixit: Quod oculus nō uidit, nec auris audiuist, nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Ista quoq; propheta in spiritu comteplatus aiebat domino: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quā abscondisti timentibus te, alioq; in loco dicit: Beatus quem elegisti & assumpisti, inhababit in tabernaculo tuo. Replebitur in bonis domus tuę, sanctū est iep̄lū tuū, mirabile in

Math. 19

Math. 19

Ibi.

I. Cor. 2

A si æquitate. Talia quippe sunt, tam præcelsa, tam iucunda, tamq; cōcupiscibilia, ut mēs in eorum contemplatione deficiat, & tamen in ipsorum adeptione uehementer inardeat. Hinc ab eorum amatoribus omnis labor parvus, omne pondus leue, omniscq; diuinitas esse censetur momētanea, iuxta exemplum Iacob, qui ut concupitæ Rachelis potiretur amplexibus, annis septem seruauit Laban, quia (sacro referente eloquio) uidebantur illi dies pauci præ amoris magnitudine. Hinc tanta militantium Christo excréuit multitudo, hinc regularis obseruantia sumpsit exordium, atq; cœnobitarum tā multa aggregata sunt agmina, in quibus Christianæ perfectionis ueritas, consiliorum sublimitas, nō possidendi libertas, spontaneæq; subiectionis refulget magnanimitas. Nam quemadmodum in præcedenti capitulo dissertū est, quid aliud monasteria quam robustorum uirorum aduersus seipso dimicantium nuncupauerim castra? Ibi nanq; contramalignos spiritus implacabile geritur bellum, ibi uitiorum germinantium eradicatorientes, ibi uirtutum omnium, & maxime obedientiae sanctæ institutio patet. Non tamē

B in cunctis reperitur monasterijs, sed solum in illis, in quibus sacræ religionis perficiuntur uota. Sunt quippe multa cœnobia (& utinam non numerosior pars) quæ non sanctori habitacula, sed latronum sunt dicendæ speluncæ, spectacula dæmonum, & officinæ uitiorum. Vbi enim quisq; priuata quærat commoda, pecunias cumulare non desinit, nec curat utrum quis fratum suorum patiatur famem, frigore crucietur, infirmitate langueat, dēmodo ipse abundet superfluis. Ibi proculdubio religionis destructus est cultus, ubi inquā, uiget impietas, & negligitur fraterna dilectio, ubi impellente cupiditate fiūt sacramenta uænalia, rapinæ clam exercentur, disseminantur rixæ, iurgia frequentantur, concipiuntur æmulations, detractiones, oblocutiones & mendacia proferuntur, ibi prorsus deest timor Dei, zelus animarum, caritatis bonum, proficiendi desideriū, contemptus sui, orationis gustus, religionis delectatio, dulcedo uirtutum, conscientię pax, æternorum spes, & futuri iudicij metus. Non enim simul conueniunt gehennæ pauor & seculi uoluptas, certa præmiorum cœlestium expectatio & uitiorum letalis illecebra, diuinæ legis operosa affectio & celebratæ professionis spontanea præuaticatio, desiderium possidendi nil proprium & marsupium plenum habere nūmorum, præceptis profiteri se uelle obtemperare maiorum & inde sinenter desideriorum suorum incubare libidini. Falluntur prorsus qui sine operibus de solo habitu & religionis sibi applaudunt nomine. Non enim de titulo professionis, nec de dignitatis fastigio, neq; de sanctitatis imagine, sed de mandatorum obseruantia, de obedientia regulæ, de perfectione uirtutum, de cordis munditia, de actione laudabili, de ministerio pietatis, & de gratiarū Deo exhibita solutione ante tribunal æterni iudicis cuiq; religioso & ecclesiastico uiro interrogatio fiet. Aduersus inobedientes Christi ministros defunctorum eleemosynæ, monasteriorum redditus, sanctorum patrum instituta, commendabilis secularium uita: sita bonitatis ostensio, consummato huius peregrinationis termino uehemētissime acclamabunt. Non erit tunc fructuosa pœnitentia, non compunctionis salutaris, non locus ueniaz, non merendi tempus, sed discussionis, sed iustitiae, sed iudicij, sed ultionis. Tunc

C quippe aperientur singulorum libri, tunc conscientia erit testis & iudex, tūc religiosus inobediens, auarus & petulans sero intelliget quid omiserit, quid contēpserit, quid egredit, quid perdidit. Torquebitur utiq; indicibili mœrore se prætermissee benefacere, & opere neglexisse implere quo d uouit, dicente propheta: Vouete & reddite domino Deo uestro, omnes qui in circuitu eius affertis munera. Conscientia quoq; immortali uretur uerme, quum reuoluet secum quam imputender conditorem suum, præcepta cœlestia, oblatam gratiam, & admonitionem salubrem paruipèderit audire fraterna. Mœroris insuper toties confodietur gladio, quoties facinorum suorum meminerit, obsecnitatis atq; uoluptatis carnis, edacitatis uenris, cupiditatis temporalium facultatū, cæterorumq; uitiorum ob momētaneam delectationem uilissimum se fecerit seruū. Hinc supramodum cruciabitur animo se propter nefandissima carnis opera amississe uisitatem disuinam, contubernium angelorum, sanctorum cōsortium, ecclesiæ suffragia, ministeriorum iustorum participationem, naturæ dona, adiutorium gratiae, & fructus dignos pœnitentia. Cæterum ad suæ damnationis cumulum uidebit iudicem cōtra se iratū, damnationes ad se rapientum paratōs, atq; inferni gehennæ flammam ordinatā ad se æter-

Laur. Iustin.

NN 2 naliter

naliter concremandum. Tunc plane confusus & miser percipiet damnum suum, unde praे **B** confusionem, praे desperationem & metu nequaquam oculos audebit leuare ad Deum, scies misericordiae prætermissae tēpus, quod ociose, uoluptuose, pernicioseque uiuendo consumpsit. Ad uos igitur nunc ô ministri ecclesiae, & claustrales uiri meus sermo dirigitur, qui solo habitu, soloque nomine Christo dño militatis, qui facies uestras ostentatis hominibus, & terga uertitis omnium conditoris, & uestro. Satis uobis uidet quod delicta uestra mortalibus lateant, non magnipendentes quod sunt Deo notissima, qui singulorum iudicabit. **1. Cor. 4** errata, dicente Apostolo: Nolite ante tempus iudicare quoadusque ueniat dñs, qui & illum minabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit uni cuique à Deo. De uobis dominus Iesus sententiā promebat, quum hypocrisim pharisaeorum increparet dicens: Vnde uobis scribæ & pharisæi hypocrita, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ foris apparent hominibus, speciosa: intus uero sunt plena ossibus, mortuorum, & omni spurcitia. Cultū quidem religionis in cæremonijs, per quas minus illuminati irretiunt, exhibetis foris, cū intus uigeant desidij, emulationes, iurgia, elationes, & sectæ. Quæ (oro) uobis consolatio esse potest, testimonium ab hominibus querere, & habere, qui profecto iudicant secundum faciem, & quæ foris sunt, cum intorsus aliter conscientia clamet: Gloria nostra, ait Paulus, non est hominum, sed testimonium conscientiae nostræ. Fatuæ uirgines quæ secum oleum minime detulerunt, nonne cum redargutio depulsa sunt? Nihil illis conscientiae testimonium profuit alienæ, sua illis contra se uocifera. Non alienum os, sed uestra Deo gratificant opera. Abicite, quæso, tenebrarum opera quādiu dies est, deponite onus grauissimum proprietatis, spopondistis paupertate, exsoluite, sufficiat uobis habere ad necessitatē indumenta & uictus. Fiduciam uestram erigit **Matt. 6** te in eo, qui pollicitus est dicens: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis, neque corpori uestro quid induamini. Scit enim pater uester cælestis, quia ijs omnibus indigetis. Primum igitur querite regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adiacentur uobis. Nam quemadmodum est liberalis promissor: æque est fidelissimus redditor. Fiet iuxta ipsius sponsonem, si tam en uerbis illius adhibeatis fidem. Cælum, inquit, & terra trahibunt, uerba autem mea non præteribunt, uidelicet ut non siant. Considerate diligenter qualiter quod promisit perficere inchoauit. Monasteriorum prouentus sparsum per orbem fundatorum quid sunt nisi bona Christi seruis proprijs facultatibus renunciabitibus necessaria: illis propterea præparata, ut diuinis commodius ualeant uacare obsequijs, interesse laudibus, orationibus instare, curis secularibus omnino semotis: Ablata est à uobis omnis proprietatis excusatio, quum sit uobis communis & fraternus uitatus oblatus. Gustate, obsecro, & uidete, quā sit bonum & iucundum fratres habitare in unum, esse unanimes, omniaque omnibus esse cōmunia. Gustate, inquit, nedum quā sit bonum nihil possidere, uerum etiam quā sit delectabile continenter uiuere, scilicet, pro ut Deo uouistis, ab omni carnis pollutione mundare. Hæc quidem continentie lex quā uis cunctis sit indicta fidelibus, uobis tamen per amplius, quibus gradus est altior, statusque perfectior. Carnem quippe à sordibus, contagionibus, & illecebris, mentem autem à noxijs, uoluptuosis, morosisque cogitationibus, atque affectionibus blādis, peruigili cura & incontaminata seruare debetis: quatenus corpore & corde castimoniae mundati, ac pudicitia ornati, Deo astare intrepidi, Deum puro intuitu cernere ualeatis, ipso hoc **Matt. 5** assuerante, qui ait: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt, & in alio loco sermo diuinus ait: Mundamini qui fertis uasa domini. De obedientia uero quid memorem, supra quam uniuersa religionis est fundata perfectio? Hanc profecto contemnit, huic libellum datis repudijs, ac si esset perniciosa, & saluti uestræ contraria. Ipsam esse incipientium institutionem: ipsam pro regula nouitijus afferitis esse tradēdam. Quod uobis liber, quod iudicio uestro discernitis, hoc uobis licere arbitramini. Lex uestra uoluntas est propria, non conscientiae rigore formata, sed abusu malo, consuetudine peruersa, & utinam non etiam ignorantia crassa, de qua propheta dicit: Noluit intelligere, ut bene ageret. Quod quidem est nefas pessimum, insanabilis languor, abiectio gratiarum, & perditionis æternæ indicium. Resipiscite ô præuaricatores, redite ad cor, reuertimini ad correctionem, omnes uos qui abiecto obedientiae sanctæ iugo propriæ uoluntati frēna laxatis, nequaquam agnoscentes, quod in præcipitiū mortis properatis æter- **Psal. 35** niae.

**A** næ. Ut quid nimirum contra salutem uestram? Cur uobis ipsi facti estis persecutores & hostes? Tenetis gladium quo feriamini, uenenum sumitis per quod occumbatis. Nam uoluntas propria uirus letale est, gladius bis acutus, omnium malorum radix, nutrimentum facinoris malii, præuaricationis origo, superbia nutritrix, diaboli instrumentum, inimica uirtutum, subuersio cordis humani, dissipatrix gratiae, & porta gehennæ. Hæc igitur quæ tantorum malorum est causa, atque tam horrendus hostis, fugite quæso, odite, insequimini, & necate, non materiali mucrone, nec corporali robore, sed spirituali certamine, oratione assidua, desiderio ignito, humilitate cordis, & obedientia pura. Hæc quippe obedientiae uirtus de uitijis uniuersis & uoluntate propria triumphare uos faciet, si illam, prout uestræ congruit uocationi, opere adimplere curabitis.

Quod quemadmodum in humanis negotijs, ita & in uirtutibus dispositi sunt gradus, per quos ad earum perfectionem ascenditur. **Cap. XX.**

**B**  Vemadmodum in humanis negotijs, utputa in ciuitatum regimine, in adipiscendis scientijs, in exercendis mechanicis artibus, in rebus militaribus, distincti sunt gradus, per quos ascendere oportet qui in illis proficere cupiunt: ita de uirtutibus idem censendum est. Habent namque uirtutes initium, habent progressum, habent & finem, sed tamen sine fine. Finem dixerim perfectionem earum, qui finis nunquam cessat ab actu proficiendi, ut perfectæ siant, & in ipsa sua perfectione coalescant. Hoc insinuare uolens Apostolus ait: Fratres ego me non arbitror comprehendisse, unum autem quæ quidem retro sunt obliuiscēs, ad ea uero quæ sunt anteriora extendēs me ipsum, ad destinatum prosequor brauiū supernæ uocationis Dei in Christo Iesu. Quicunque ergo perfecti sumus in Christo Iesu, hoc sentiamus. Vides ne Paulū plenū spiritu sancto, perfectione atque uirtute se minime arbitrari esse perfectum? Quamobrem currebat, & se ad altiora extendebat, ac perfectiora exercebat, quatenus comprehenderet in quo & ipse comprehēsus erat à Christo Iesu. Hac quippe eruditione sacra admonemur, ut in adeptione & usu uirtutum nunquam quod actu **C** est credamus esse satis. More defluētis aquæ ex infirmitate nostra semper ad ima dilabimur, nisi sancti spiritus adiuti suffragio, facibusque amoris illius accēsi, atque studiosa exercitatione uirtutū trahamur ad summa. Hoc diuina eloquia, hoc innata ratio, hoc sanctum exempla, hoc diuturna experientia docet. Nemo igitur presumat in uirtute sua posse proficere, sed quisque de Dei bonitate cōfidat, cuius auxilio imbecillitas humana ad uirtutum excelsa concendit, dicente propheta: Beatus cuius est auxiliū abs te dñe: ascēs **Psal. 83** nes in corde suo dispositi in ualle lacrymarū, in loco quē posuit. Etenim benedictionē dabit legislator, ibūt de uirtute in uirtutē, uidebit Deus Deorum in Sion. Ex diuino itaque prouenit munere (humano nihilot minus cōcurrente arbitrio) quod homo corruptibili carnis indumento uestitus se erigit aduersum, & uirtutū arcē apprehēdere nitit. Regnū cælorū, inquit dñs, uim patit, & violenti rapiunt illud. Et ego uirtutū perfectionem ex diuturno certamine & suimet abnegatione reor, cum difficultate tñ, adipisci posse, & obedientes usque ad mortē fideliter ad illam tandem gloriose pertingere. Non igitur segniter agendum est, neque leuiter progrediendum est contra se, ut uirtus iam inchoata perficiatur. Intus est hostis, intorsus parantur insidij, ut euertantur sensus, seducant cor, languecat uoluntas, tenebrescat mens, & pugnandi tepescat affectus. Quamobrem intus certandum est, atque super sua est uigilandum custodia, ne dormitet intētio, & ne interioris hominis confundatur obtutus, neque atque intueri qua pergere, aut quo fine studium suæ debeat ordinare militiæ: quoniam in ijs omnium stabilitas est fundata uirtutum. Verum ut de cæteris taceam: quoniam, quæso, modo obedientiae uirtus, de qua nunc tractare suscepimus, poterit obtineri, si ipsius qualitas, initiū, profectus ignorent, & finis. Alia quippe (ut disserat planius) incipientiū, alia proficientiū, atque alia est perfectoriū obedientia, quanque eadem esse nosca. Eadem utique est in re, in nomine, in intentione, in fructu: sed alia est in deliberatione, in moribus, in soliditate, in affectu. De singulis ergo, quis in cultus, quamvis ineruditus, quanque inexpertus sermo percurrat: & utinam sicut affectus, & opus. Neophitorum & in via spiritus inchoantium obedientia oportet ut sit simplex, & absque ulla mentis deliberatione. Hoc propterea dixerim, quia sub alieno incipiens est erudiendus magisterio. Nam quum existat excus, & prorsus inexpertus eorum **Laur. Iustin.**

quæ illi agere congruit: quomodo proprio debet committi arbitrio: Nam quemadmo g  
dum in itinere quis pergens ignoto, ne erret à recto calle eget ductore: & agro ne diu-  
turno languore fatigatus à uita deficiat, opus est medico: adolescenti idiote, ne in sua per-  
seueret ignorantia, accommodandus est pædagogus: ita & in via Dei nouiter imbuendo,  
ne fallacij Satanæ seducatur & pereat, spiritualis ei adhibendus est pater, qui discretio  
ne sit prouidus, experientia probatus, ordinatus moribus, grauitate maturus, decoratus  
honestate, sanctorum scripturarum gnarus, austerus in se, proximo cōpatiens, orationi  
affidus, corde mitis, eloquio uerax, & in omni (si possibile est) spirituali disciplina pro-  
vectus. Hinc facile colligit, quām periculosis, quāue p̄cipitio propinquus sit status  
eorum, qui sine duce, sine experientia, & absq; alterius cōsilii ardēū solitariæ professio-  
nis solum proprio dirigente arbitrio aggrediunt iter. Sed de istis alias. Incipientes itaq;  
in suæ conuersationis exordio ab omnium pariter conuiuentium sunt segregandi cōso-  
cio: eorum excepto, quos p̄ceptoris discretio duxerit concedendos. Nam facillime  
labitur, & difficulter informatur adolescentis animus, qui huc illucq; discurrens diuersa  
cum fratribus profert eloquia, & uaria percipit documenta uirtutum: quippe quā multa  
multarū sint humani cordis affectus, naturæ hominum difformes, disparescq; intentiones.  
Quamobrem ab uno tantum quilibet incipiens est erudiendus magistro: quem oportet  
illius qui instruendus est, habere notitiam pristinæ conuersationis, corporalis uale-  
tudinis, naturalis complexionis, & quotidiani exercitiij. Ipsum præterea latere non de-  
bet, quales ipsius sint cogitationes, quibus tentationum stimulis agitetur, quibus uero de-  
uotionib; reficiatur. Et ita de uniuersis interioris & exterioris hominis actib; & gestis,  
sermonibus & affectibus illius imbutus existat, ac si essent propria. Horū etenim si spi-  
ritualis pater neglexerit habere notitiam, prorsus superuacue laborabit, & nūquam in-  
ciens ad perfectionem sua manuaditione pertinget. Sunt quidem nouitij in via Del  
tanquam arbuscularum uirgæ tenerrimæ, quæ ad possidentis libitum huc illucq; absq;  
contradictione flectuntur: at uero si induruerint, nequeunt ad se conantis emollire, uo-  
tum accedere. Franguntur ut plurimum potiusquam flectantur: si uoluerit eas quis uito  
lenter ab innata rigiditate transferre. Quod enim prius uidebatur esse facillimum: artifi-  
cis interueniente ignavia prorsus est effectum indomitum. Qui legit intelligat. Proinde  
magnum supra se pondus arbitror illos ferre, qui introducendorum nouitorum su-  
scipiunt regimen, si detenti pigritia, seu experientia minus imbuti, aut discretionis uir-  
tute priuati eosdem neglexerint arguere, corrigere, erudire, exhortari, & nutritre. Vi-  
nea quippe spiritualis domini sabaoth est inchoatiū noua plantatio, que, ut fructum  
afferat, solerti est excolenda peritia. Nam si inulta remanserit, dilatat quidem palmites  
suos: sed nulla utiq; botrorum ubertate fœcundos. Proinde omni sedulitate exercendi  
sunt in religione rudes, ne perefluant, ne torpeant, ne obdurescant, ne suo innitant sen-  
sui, proprioq; ducantur arbitrio: sed tanquā diuino oraculo suo in omnibus credant pæ-  
dagogo, & ipsius in cunctis obtemperent uoluntati. Nolint discernere quare, sed quid  
p̄cipiat: illo neminem iudicent sanctiorē, prudentioreq;: ipsum pure diligent, ipsum  
uenerent: ipsi tota deuotione famulent. Aperiāt deniq; illi simpliciter ac sine excusatio  
ne oēs cogitationes suas, intentiones, desideria, delicta, & gesta. Ad eundem accurant  
frequenter, ueluti ad nutricem infans, ut ab illo doctrinæ & consolationis suscipiant nu-  
trimenta, atq; spirituali lacte pascantur. Ab eo erudiantur qualiter, quando, & ubi orare  
debeant, quid meditari, quid legere, quid operari. Similiter quātum dormire, quantūq;  
eos abstinere liceat. In eo omnino sit eorū uelle, & nolle, atq; uniuersa ( si possibile est)  
ad imperium peragant p̄ceptoris. Hæc profecto si fideliter adimplebunt, lætanter in-  
cedēt, secure quiescēt: diligentur à cūctis, protegent ab angelis, & uisitabunt à dño. Ni-  
bil illis apparebit asperū, nihil arduū, nihilq; impossibile. Sine oculis utiq; replebunt lu-  
mine, sine discretiōe ornati erūt sapiētia, sine uolūtate erūt resecti gratia, eo abūdantiō-  
ri quo liberius se subiiciēt, ne cnō pro Christi amore ardētius abnegabūt se, nihil sibi pe-  
nitūs reseruant. Hæc plane est paupertas spiritus, quæ diuitē in Christo facit. Hæc est  
seruitus uera, que mētis tribuit libertatē. Hæc est expoliatio ueteris hominis, quæ uestē  
confert nuptiale: qua quisquis meruerit esse indutus, celesti, p̄cudubio dignus erit cōui-  
uio. Hæc (inquit) est uia regia, quæ ambulantē in se perducit ad requiē: in qua uidelicet  
via

A uia nullæ(nisi propriæ uoluntatis) latent insidiae, & ad quam nullis immundorum spiri-  
tuum patet accessus, quoniam multorum angelorū noscitur esse uallata præsidij. Nam  
per ipsam peragranti, & currenti dicitur: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut cu-  
stodiante in omnibus uījs tuis. In manib; portabunt te, ne forte offendas ad lapidē pe-  
dem tuum. Beatus profecto ille dicendus est, qui in suæ conuersationis exordio simplicis  
obedientiæ fundamenta locauit, qui spiritualis patris prudenti gubernatione dirigitur,  
qui nullum cōtradictionis uerbum promit ex ore, nullam reluctanceis cogitationem  
gerit in corde, nullumq; simultatis aut tristitiae signū ostendit in opere, qui ueridica po-  
test assertionē dicere, primū Deo, deinde suo p̄ceptori: Paratū cor meū Deus, paratū  
cor meū. Huic plane quotidiana cumulant coronæ, nō florū redolentium & marcescē-  
tiū, neq; gēmarum coruscantiū atq; nitentium, sed meritorū spiritualiū, gaudiorumq;  
cælestium, non in hac peregrinatione percipiendorū, sed in superna beatorum patria,  
quo fures non appropiant, ut deprædentur. Ibi siquidem nunc ueluti in tutissimo recō-  
duntur loco, uictori de corporis carcere egredienti, postea præsentandi. Gaudeant igi-  
tur huiusmodi bellatores & exultent in domino, pugnant uiriliter, & in obedientiæ per-  
seuerent agone, scientes pro certo q; eorum labor non est inanis in domino. Ceterū ne-  
quaq; contenti sint stare in eo quod sunt. Quamobrem ut suo placeant cōditori, ut sibi  
creditum cum lucro talentum exhibeant Christo, ut de statu incipientium ad proficien-  
tium ualeant pertingere gradum, se prorsus humiliando coram Deo, arbitrentur agere  
nihil, necnon pluris quā ea, que faciunt, iudicent esse quæ restant.

Quod comparatione amatorum temporalium facultatum serui Dei redargutionē  
sint digni.

Cap. XXI.



Errenarum facultatum cupīdus & amator quāto abundātores cumulauerit  
thesauros, eo magis in aggregando succeditur: & quemadmodum ambire  
non desinit, ita quoq; pecunias cumulare non cessat. Nā hydropico similis  
quo plus habet, eo amplius habere desiderat. Non percipit miser, quo gradi-  
tur, ignorat animæ suæ languores, & intelligere dissimulat, qualis sibi postmodum con-  
stituatur finis. Vtinā sacrī admonitionē uellet audire eloquij dicentis; Dormierunt som-  
num suum, & nihil inuenierunt uiri diuitiarum in manibus suis. Vtinā uel quotidiani  
eruditū dignaretur exēplis. Nā forsitan respisceret. Verū tātis cupiditatū irretitus est la-  
queis, tantisq; temporaliū actioniū inuolutus est curis, ut nequeat sanū aliquid susci-  
re consiliū, nullumq; de alieno damno captare profectū. Regina austri (inquit dñs) sur-  
get cum generatione ista, & cōdemnabit eam, quia à finibus terræ uenit audire sapien-  
tiam Salomonis: & ego dico q; seculares uiri solū transitoria bona sectantes, surgent in  
iudicio cū seruis Dei, ex sua cordis ambitione, redargutione illos esse dignos ostendēt,  
tanq; solicitudine & affectione inferiores se. Nec immerito. Isti namq; sibi ipsi minime  
parcentes, se exponunt periculis, se laborib; macerant, seq; (quod est formidolosius)  
gehennæ faciunt filios, ut humanis attollantur honoribus, cæteros præcellat laudibus,  
momentaneis fruantur uoluptatibus, atq; terrenis ditescant opibus. Illi uero cælesti uo-  
cantur ad regnum, & pene adire recusant, pro acquirendis uirtutibus exhortantur ad pu-  
gnam, & ut plurimū pati formidant, spiritualibus & corporalib; à domino sine interual  
lo reficiuntur alimentis, & nihilominus frequentissime interiori exterioriū exercitatio-  
ne languescunt. Hinc est q; tam pauci reperiuntur temporibus nostris, qui alaeri animo  
& spontanea seruitute ualeat, imo uelint subesse alijs, carnem uigilijs, iejunij, & fatiga-  
tionibus affligere, se à fabulis, iocis, & instructuolis conuersationibus subducere, cor ē  
uanis & perniciosis cogitationibus, mentemq; à terrenis ac immoderatis creaturaū  
abdicare affectionibus, uacare orationi, lectioni insistere, cohibere linguam, & uirtutē  
studio se perseveranti intentione totaliter accommodare. Sunt quippe multi, qui in pri-  
mordio renunciationis uitæ secularis arduum religionis propositum uolenti accen-  
so q; animo aggrediuntur, obedientiæ iugum humili corde suscipiunt, se despiciunt ha-  
beri, palam argui, increpationibus quris morderi, necnon uilioribus exercitijs  
occupari lætantur. In nimis quamdiu interni desiderij succenduntur igniculo, quo-  
uique deuotionis lacte nutriuntur, currunt uelociter, simpliciter obtemperant, & domi-  
no sedulo famulantur. At ubi huiusmodi spirituales uisitationes, illis dispensatione fue-

D cantur ad regnum, & pene adire recusant, pro acquirendis uirtutibus exhortantur ad pu-  
gnam, & ut plurimū pati formidant, spiritualibus & corporalib; à domino sine interual  
lo reficiuntur alimentis, & nihilominus frequentissime interiori exterioriū exercitatio-  
ne languescunt. Hinc est q; tam pauci reperiuntur temporibus nostris, qui alaeri animo  
& spontanea seruitute ualeat, imo uelint subesse alijs, carnem uigilijs, iejunij, & fatiga-  
tionibus affligere, se à fabulis, iocis, & instructuolis conuersationibus subducere, cor ē  
uanis & perniciosis cogitationibus, mentemq; à terrenis ac immoderatis creaturaū  
abdicare affectionibus, uacare orationi, lectioni insistere, cohibere linguam, & uirtutē  
studio se perseveranti intentione totaliter accommodare. Sunt quippe multi, qui in pri-  
mordio renunciationis uitæ secularis arduum religionis propositum uolenti accen-  
so q; animo aggrediuntur, obedientiæ iugum humili corde suscipiunt, se despiciunt ha-  
beri, palam argui, increpationibus quris morderi, necnon uilioribus exercitijs  
occupari lætantur. In nimis quamdiu interni desiderij succenduntur igniculo, quo-  
uique deuotionis lacte nutriuntur, currunt uelociter, simpliciter obtemperant, & domi-  
no sedulo famulantur. At ubi huiusmodi spirituales uisitationes, illis dispensatione fue-

NN 4 fine

Psalm. 90

Psalm. 58

Psalm. 75

Luke. 18

rint sublatæ diuina, tentariq; coeperint ut probetur, nisi sibi ipsis virili cōcōrtatione ultimæ fecerint, repente tepeſcūt, inchoata opera laudabilia intermittūt, paulatimq; cōtēnunt, conceptū virtutis rigorē exercere negligunt, corporali fatigioni indulgent, atq; mentis custodię incumbere minime curant. Velociori ſiquidem gressu q; ascenderant deſcēdunt tales, & fiunt (ſi non diuina illis auxilium præſtet clementia) eorum nouifima pioribus: meliusq; illis fuerat (iuxta apostolicā ſententiā) uiā ueritatis non agnouiffe, ac uirtutū arduū iter nō initiaſſe, q; poſt agnitum & inchoatum retroſum ire. De talib; quorum acta patientiæ radices nō habent, dominus teſtatur, quia ad tempus creidunt, & in tēpore tētationis recedūt. Consultius profecto egiffent mediocri delibera-  
tione ſpiritualē arripuiſſe disciplinā, quām rēſilire à ſancto proposito, qd incipere p̄e ſumpferunt. Nempe debuerant proprias prius metiri uires, mentis experiri conſtantia, & certaminis peragendi diuturnitatē, auſteritatē, atq; perſeuerantiæ difficultatē agnoſcere. Debuerant (inquam) etiam ſe exponere mortis periculo, plurisq; animam iuam aſtimare, quām corpus, ne ſuceptum ſponte imperfeſtū omittent Dei opus, memo-  
res Saluatoris noſtri perhibētiſ: Nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retro aptus eſt regno Dei. Sunt quoq; alij (prædictis tamen pauciores) qui ſicut commenda- bilit̄ incipiunt: ita & perſeueranter proficiunt. Nam obedientiæ uirtutem, quā deſide-  
rio toto amplexati ſunt, inconcuſſa mentis ſoliditate custodiunt. Supra petræ utiq; firmitatem domus ſuę fundamenta locarunt. Hinc eſt q; flantibus tentationū uentis, irruē-  
tibus tribulationum aquis, perſtrepentibus ſeculi iſtius procellis perſeuerant immobi- les. Probantur quidem ſed minime ſuperantur, flagellantur & non deficiunt, urunt nec ſcandalizantur, uitijſ impelluntur & uiriliter reluctantur. Intelligent namq; ſuadēte ex perientia, & innata acclamante ratione, q; nequaq; ualet coronari miles, niſi legitime di-  
micauerit, atq; uirtus nequit perfici, ſi nō infirmitate exerceatur. Norunt profecto eſſe ſcriptum, Aurum probat fornax, uiros autē receptibiles examinatio tribulationis. Ali- bi præterea legitur. In paucis uexati, in multis bene diſponentur, quoniam Deus tenta-  
uit eos, & inuenit illos dignos ſe. Tanquam aurum in fornace probauit eos, & quilibet locaſta hoſtiae accepit eos. Sanctorum & patrum præteriorum, ac diuinorū eloquio rum inſtruūt oraculis: neminem uidelicet ad perfectionis fastigium abſq; ſpiritualis deſuſatione conflicti uitiorumq; ſubacto exercitu poſſe conſcendere, ſuorum Deo ad coronam hoc permittente ſeruorū, qui ideo ſinit ipſos uarijs uexari tribulationibus, nō ut de illorum delectetur poenit, ſed potius ut earum occaſione de hoſtibus ſuis uictoriā obtinendo triumphent. Horum ſiquidem cōfliſtu uitiorū, horumq; ſpiritualium inimi- corū aculeis nequaq; uult pius dominus & magiſter incipientiū corda pulsari, ne rādio aut puſſilanimitate proſtrati, ſiue aduersariorū calliditate deluſi, more uxoris Lothre tro aſpicientes ſalī transformētur in ſtatua. Illos quippe inſueto gaudio primū, & in ex- perta ſpiritualis lactis nutrit dulcedine, quatenus guſtato coeleſtium deliciarū pabulo dediſcant ſeculi iſtius nequa obiectamenta diligere, atq; allicantur illa ſolūmodo toto mentis affectu querere bona, que cordis tangent penetralia, & eadem ueritatis perfun- dant luce, delectatione repleant, in ferant ſatietalem, ſecuritatē p̄ebeant, tribuantq; fa- lūtē. Difficile ſiquidem relinquitur qd in hoc mundo ſenſibiliter ac delectabiliter poſſi detur, ſi non potiora illis q; ante habebantur, perciptiantur obiectamēta. Hac potiſſimum de cauſa ſpiritualib; incipientes, & in via Dei nouitij reficiuntur cōſolationibus, & deuotionibus recreantur, nō tamen uniformiter, neq; ad recipientium libitum, ſed prout bonitas diuina iſpīſ expedire cognoscit. Ablactantur autem tempore ſuo à cibo paru- lorū, ut proficiant, & in uirum perfectū crescāt, quamuis iſpīſ reluctanceur, ſeç in eisdēq; ſentiant, uelle remanere proclament. Nec ab re id actitare arbitrandi ſunt. Quis (oro) tranquillitatē mentis, ſpirituali dulcedini, ſponsi p̄aſentia, coeleſtium uifitationum guſtū, atq; aternorum affuetus prælibationi præmiorum, non eadem cum mœrore, & mōlēns derelinquit: p̄aſertim cum manifeſte cognoscat, iſpū oportere crucem tol- lere, tribulationum calicem ſumere, tentationes diuerſas perſerre, dura & aſpera fuſtire atque abnegare quod eſt, ut eſſe incipiat quod nec dum eſt. In hac deniq; pro- batione certaminis uitiorū, ac adeptione uirtutum transit ſeruus Christi strenuus, & in obeſientia agone conſtitutus, de ſtatu incipientium ad proficiēntium gradum, neconon

**A** necnon uiriliter diſtinguendo de animali rationalis efficitur. Nā teſte Apoſtolo, Prius qd animale, deinde qd ſpirituale & rationale eſt. Animalem ideo nunc upauerim incipien- tem obedientem, qm absq; diſcretionis rationisq; iudicio alieno dirigitur arbitrio, alie- noq; consilio utitur, p̄aueſtus utiq; à Deo gratis protectus gratia, p̄aemunitus ſpiritu- lis patris orationib; exhortationib; eruditioñib; & exemplis. Qui ſi uel Dei per miſſione, uel ex induſtria, antequā rationis uſum habeat, & pugnandi quantulumq; incipiat, affueſcatq; internæ dulcedinib; pati eſuriem, facillime tepeſcit, ac pedetentim reflectit ad cōmunem uiuendi habitū, id ſuadente diabolo, qui proſperis noſtris ſem per inuidet ſuccesſibus, & carniſ cōcupiſcente illecebra. Cæterum ſi comitante & Dei cooperante gratia p̄eceptoris mandatis obtēperet, non multo interieſto tēpore proſcientium poterit aſſociari agminibus, qui prorsus carnem ſpiriti, mentem rationi, ani- mum uirtuti indeſinenter ſubigere moliuntur. Hic eſt ſpiritualis conflictus, qui Christi militem efficit glorioſum, & in quo proculdubio abolentur facinora, purgantur uitia, B affectus probantur, clarescent uirtutes, & merita cumulantur. Optimū etenim ad deter- gendū ſcelera medicamentū eſt, quū quis, ne peccato consentiat, p̄enitentia laborem ſuſcipit, & compunctionis emittit lacrymas, renuitq; de cætero perpetrare quod iſpū poſtea dolendo p̄eniteat. Luctatur quidem diuinæ obtemperare legi, ne iterū labatur in crimen, & fit cœleſti concomitante p̄eſidio in eodem certamine, ut ſuorum liber ne dum efficiatur cōpedibus delictorū, uerumetia purgetur à uitijſ, quæ uoluptuose uiuēdo aduersus ſalutē propriam ipſe contraxit. Huiusmodi nāq; purgatio, hęc pugna, q; de proprieſorū delectatione gignitur uitiorū, quāuis laborioſa & periculis circunlepta atq; diuturna eſſe uideatur; maximū tñ (ſi æquanimiter toleretur) iuſtitia aſſert fructū, dum mēbra quæ conſueuerant ſeruire iniquitati ad iniquitatē, exhibeātur ſeruire iuſtitia in ſanctificationem. In hoc, inquam, memorato agone experitur proficiētis affectus utrū pro ſeipſo, aut pro priuato cōmodo uel amore ſuum diligat cōditorē. Porro subtractio temporalis utilitatis, ſiue guſtati & deuotionis iuſſu homini, quo domino ſuo famule C tur affectu. Sic enim lob ſanctus probatus eſt, dicente Sathan: Nōne uallasti domum eius, & omnem ſubſtantia eius per circuitum: ſed tange cūcta quæ poſſidet, & uidebis nil in faciē benedixerit tibi. Sic Tobias piſſimus cæcitate percußus, & poſtea ſoſpita te, diuinijs, & generis posteritate ornatus. Sic etiā quotquot Deo placere meruerūt ten- tati ſunt, de quib; longū eſt de ſingulis eorū perſtringere. Probatū ſe fuſſe Propheta ma- nifestat dicens: Probasti cor meū, & uillasti nocte, igne me examinasti, & non eſt inuēta in me iniquitas. Tentatione itaq; quemadmodū proficiētis declaratur affectus: ita & perficitur uirtus. Quamobrē inaniter profecifte in uirtute ſe arbitretur, qui tētationū experientia caret. Verum & uirtus ſicut aduersitatib; laſeſſita roboratur: eque ſine exer- citatione langueſcit. Exercet utiq; uirtutē à Deo permiſſa aduersitas, quæ eandē tanto exhibet clariorē, quāto robustior in uitiorū reluctancee cōſiſtit. Bona igitur & ample- cōtenda tribulationis eſt pugna, quæ uirtutū coronam intexit, Paulo perhibente qui ait: Tribulatio patientiā operatur, patientia probationem, probatio uero ſpē: ſpē aūt nō D cōfundit, quia caritas Dei diuina eſt in cordib; noſtris per ſpiritum ſanctū, qui datus eſt nobis. Vides ne quot ex hac tribulationis radice uirtutum germinant fructus? Amata quidem in ſuū uitio eſſe censetur tribulationis experientia, ſed locupletem in illa ex- aminatis p̄aefat mercedem, unde Apoſtolus: Omnis autē (inquit) diſciplina in p̄aefen- ti quidem uidetur non eſſe gaudijs, ſed mœroris: poſtea uero ſructum pacatiſſimū exer- citatis per eam reddit iuſtitia. Iuſtitia quippe fructus uirtutum ſunt opera, quæ tribu- latione ac uitiorū impugnatione mediante perficiuntur. Quæ uidelicet eo fructu- ſiora, & Deo magis redduntur grata, quo uirtutes perfectiores existunt. Evidem om- nium uirtutum, quæ laborioſe, & cum diſſicultate peraguntur, maxima radix eſt obe- dientia ſanctā, caritatis dono decorata. Quæ profecto caritas ut Deo hominem gratū faciat, gratificatumq; cuſtodiat, eundem cōſcientia ſtimulis incessanter impelliſt ad ob- ſeruantia diuine legis mandatorūq; cæleſtū, ad debellandū uitia, ad resistendū diabolo & ſuggeſtionib; eius, ad uirtutū perfectionē cōſequēdā, & prorsus ad uitandū uiuet- ſa, quæ Deo intelligit eſſe odioſa, atq; opere complendum cuncta, quæ maiestati eius amabilita eſſe dijudicat. Hęc eſt ſpiritualis proficiētum diſciplina: hoc, inquam, eſt stadium

stadium intellectualis certaminis, eorum qui obedientia accensi desiderio, atque caritatis iaculis vulnerati ad perfectionis brauium conuolare festinant.

Quanta bona caritatis uirtus operetur in homine. Cap. XXII.

**A**ritas quippe quam apostolo perhibente perfectionis sit uinculum, proculdu-  
bio quos replet ad unitatem prouehit, nec esse ualeat caritas, ubi uiget dissidium.  
Nam de discipulis ceterisque fidelibus, post aduentum sancti spiritus quos dominus  
perfuderat caritate quid dicit? Multitudinis autem credentium erat cor unum &  
anima una, nec quisquam eorum quod possidebat aliquid suum esse ducebat, sed erat illis omnia  
comunia. Ceterum anteque caritatis donum illis tribueretur, persaepe ab inuidice dissentie-  
bant. Nam quadam uice (sicut legitur) quod duo ex eisdem postulassent, ut unus ad dexteram,  
alter uero in regno Christi ad sinistram collocaretur, & hoc ad ceterorum deuenisset no-  
titiam, grauiter de duobus istud potentibus scandalizati sunt. Iterum facta est (sicut textus  
declarat euangelicus) inter ipsos apostolos contetio quis eorum esse maior uideretur, pro-  
pter hoc magister optimus eis praecipua tradidit humilitatis formam dicens: Qui uolue-  
rit inter uos esse maior, erit omnium seruus. Ex his claret manifeste, quantum ad unitatem  
caritas, & quantum caritatis priuatio ad divisionem inflammet. Colligit quidem cari-  
tas, & sibi ipsi reddit mentem, ordinatque hominem ad illum propter quem creatus est sine,  
eo uerius, sublimius, atque perfectius, quo uehementius urit, replet abundantius, conglu-  
tinat efficacius. Verum priusquam ad ipsum perueniat finem, frequenter humanus lan-  
guet affectus, intellectus obtunditur, obliquatur intentio, uirtus deficit, caligat ratio, si  
biusque ipsi homo efficitur grauis. Quarum uero quoties lucet, & incurrit tenebras, desiderat  
operari magna, & succumbit in minimis, aggreditur ardua, & post pusillum eadem im-  
perfecta relinquit: in temptationibus fluctuat, formidat in dubiis, in aduersis cadit, gloria-  
tur in donis, eleuatur in prosperis, & ueluti harundo uento exposita huc illucque raptatur,  
requiem quaerens, & ipsam nusquam reperiens. Nec mirum. Caret enim perfectione sua, ad  
quam nisi pertingat, quietam nequaquam habere ualeat, & ad quam dum peruenit, pacem possi-  
det & satietatem, atque extra illam non est quod ultra concupiscat. Nempe perfectio haec, & G  
finis iste, de quo loquimur: Deus est. Ipsum audi: Ego (inquit) sum Alpha & omega: principi-  
um & finis. Principium utique per quod, & finis in quo, & ad quem. Omnia (ait Iohannes Euangeli-  
sta) per ipsum facta sunt. Per quod ipsum: prorsus per uerbum, quod erat in  
principio apud Deum. In principio namque erat Deus uerbum, & uerbum principium erat.  
Non in principio tantum erat, sed ipsum principium erat, per quod facta sunt quae cuncte  
sunt, siue uisibilia, siue inuisibilia, seu caelestia, seu terrena. Quicquid igitur factum est,  
per uerbum principium factum est. Verbi testimonium de se perhibet agnosce: Ego  
(inquit Iudeus) principium qui & loquor uobis. Principium quippe sine initio est uer-  
bum, per quod, sicut legitur, fecit Deus celum & terram: non tamen eo uerbo usus est tan-  
quam instrumento materiali, sine quo non posset formare Deus ea quae condidit, sed neque  
sicut qui coadiutoris indiget, sed per ipsum quod est uirtus eius, sapientia eius, imago  
eius, splendor gloriae eius, & figura substantiae eius, fecit Deus quae facta sunt. Quid de  
se per sapientem dicat aduerte: Dominus, ait, posse dicit me in initio uiarum suarum ante- H  
quam quicquam ficeret a principio: ne cum erant abyssi & ego iam concepta eram, &  
post modicum: Quando preparabat celos aderam, quoniam certa lege uallabat abyssos, quoniam  
aethera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum, quoniam circumdabat mari terminum suum, &  
legem ponebat aquis ne transirent fines suos, quoniam appendebat fundamenta terre cum eo era-  
cuncta componens. Erat profecto cum patre coeternus cum aeterno, cum genitore geni-  
tus. Deus uerus cum Deo uero, cōponens omnia, propter quod principium dicitur. Di-  
cit etiam finis, in quo sunt oes thesauri sapientiae Dei absconditi, & in quo habitat omnis  
plenitudo diuinitatis corporaliter, & in quo capiunt omnia & sunt, tanque in arte opificis  
perfectius, excellētiusque, q̄ in seipsis. & ad quem redere, & suspirare debet quisquis rationis  
est: capax, cupitque esse beatus. Non enim beatitudinem ipsam aliunde obtinere posse se-  
credat, q̄ in eo, & ab eo, qui est fons sapientiae, uerbum utique Dei in excelsis. Fons, in-  
quam, uite, de cuius torrente voluptatis inebriantur quotquot perpetuae felicitatis esse  
cti sunt digni, nedū illi qui iam peruerterunt: uerum etiam & qui adhuc peregrinatur anhe-  
re debent ad illum pertingere fontem, sicut propheta de se perhibet dicens: Quādmodū de-  
siderat

**A**siderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus: Si iuuit anima mea  
ad Deum fontem uiuum, quoniam ueniam & apparebo ante faciem Dei: Ipsum quippe totis uisceribus  
desiderare fontem, ad ipsius infatigabiliter cum exultatione metis currere festinent, quod in hoc  
mortali degunt corpore, & per fidem ambulant, quatenus ex illius gustu carnalium uolu-  
ptatum in ipsis tēperetur aestus. Præbet namque potestatibus se satietatem quandam ineffabilem, que  
mūdi huius illecebras sitire non sinit. Sic namque mulieri Samaritidi spopōdit dicens: Qui bi-  
berit ex aqua quam ego dabo, non sitiet unquam, sed fiet in eo fons aquæ salientis in uitā eter-  
nam. Da mihi (querito) o dñe Iesu haurire, ac percipere aquam sapientiae salutaris de te ui-  
ta fonte, ut ultra seculi istius oblectamēta non sitiam. Cōple mi Saluator & Deus inte-  
riora mea saturitate tua, pace tua, ueritate tua, sapientia tua, bonitate tua, iucunditate  
tua, caritate tua, splendore tuo, ut te solum uidere, te tenere, tecum amplecti cupiam: tibi  
placere, tibi famulari, tibi in omnibus obtemperare desiderem, non perfunditor &  
segniter, non seruiliter & mercenariè, ac propter me, sed propter te ipsum, sicut illi qui fa-  
**B**cic ad faciem contemplantur te, & de te beatū sunt: & quemadmodū qui peregrinantur  
abs te, & tamen in lumine fidei perfecte querunt te. In nimis non sensu carnis ducti, neque  
uictiorum impugnatione promoti tibi obtemperant, sed in humilitate cordis, in seruore  
spiritus, in desiderio animæ, in orationibus crebris, in quotidianis teiuinis, in laboribus  
plurimis, in corporis castitate, in puritate mentis, & in omnium strenua exercitatione  
uirtutum. Nempe huiusmodi tanque perfecti uiri renouantur singulis pene horis spiritu  
mentis suæ, & induunt nouum hominem secundum Deum formatum. Progrediuntur quoque  
de uirtute in uirtutem, transformanturque de claritate in claritatem, quatenus quantum  
possibile est, configurentur imaginis increase, ad cuius imaginem creatos se esse cognoscunt.  
Horum siquidem conuersatio, quamquam inter homines esse videatur, affectu tam  
negocia, quamvis corporis necessitatibus, tēperanter deseruant, spū nihilominus diuinat  
cōtēdunt se exhibere præsentia, prophetā imitantes, qui dicit: Prouidebas dñm in cōspe  
ctu meo semper, quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Student præterea toto posse habi-  
tare secum, noxiarum inutilium cogitationum uitare tumultus, motus animi inordinatos  
componere, affectus mentis erigere, intentionē ad Deum dirigere, nihilque intra se indi-  
scissum relinquere, intelligentes cuncta cordis sui penetralia diuinis patere obtutibus,  
quemadmodum Apostolus notificans ait: Viuus est Dei sermo & efficax, & penetra-  
bilior omni gladio ancipiti, pertingens usque ad divisionem animæ ac spiritus, compagnum  
quoque & medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis, & non est ulla  
creatura inuisibilis in conspectu eius, omnia autem sunt nuda oculis eius. Virtutum de-  
niisque habitus in proficiuntur concertationibus iam adeptos exercēt actu. Minima eti-  
am delicta arbitrantur maxima præ amore & proficiēti desiderio. Hinc nullam sibi  
pliis præstantes requiem, nullum pene temporis momentū inutiliter prætereentes, nūc  
Deo, nunc proximo, nunc sibi uacare nituntur. Vbique grauitatem prætendunt in mori-  
bus, hilaritatem in facie, discretionem in factis, in sermonibus sapientiam, in sensibus di-  
**D**isciplinam, ita ut redoleant sanctitate, sintque quoddam religionis speculum, in quo quisque  
simpli citer intuendo merito ualeat edificari in bono, atque animari ad bonum. Ex affluen-  
tia postremo gratiarum eisdem collatarum, ex diuina allocutione, quam in oratione positi  
quotidie agunt, atque ex cordis munditia per quam laetificantur, & Deum laudent, se aspi-  
cientes repente gaudio, & ad se diligendū alliciunt. Nec sine causa. Quos enim Dei sa-  
pientia ueritatis suæ splendore illustrat, quosque spiritus sanctus inhabitando cōsolatur,  
charismatibus ornat, & cunctaque uirtutibus, non possunt non amari, uenerari, & colli, pre-  
sertim quoniam in humilitatis soliditate collocati nesciant inflari, nec sibi arrogare ualeant  
quipiam boni, quoniam uerissime intelligentem non à se, sed Dei gratia esse quod sunt. Quam-  
obrem se in cordis contritione deiiciunt, semper se accusant, se debitores Deo faten-  
tur, tum pro quotidianis excessibus, tum etiam pro bonorum amissionibus, & pro acceptis  
corporalibus spiritualibus munieribus. Hinc quoque pro rependenda uiscissitudine ca-  
ritatis a domino multipliciter sibi exhibet, se occupant in bono, se ascendunt in spiri-  
tu, sibi minime parcunt, ut conditoris sui obtemperent voluntati, quoniam non in codicibus  
quaerunt, neque ab hominibus, sciscitatur, sed per internā aspirationē, per familiaritatē uer-  
bi, per

bi, per contuberniū sapientia, & per irradiationes cælestes, in lumine ueritatis, in conscientia puritate, & in purgati intellectus percipiunt speculo. Isti profecto, de quibus loquimur, spirituales & perfecti viri, quemadmodū incipientes, & proficienes præcellunt in numerositate donorū, in gratia largiori, in prolixiori experientia, in sanctiori cōuersatione, & in perspicaciōri cognitione: ita & in obedientiē perfectione, quamuis in exteriori actione, non sicut primi uideantur esse subiecti. Non enim in motu corporis, nec in operū multitudine, nec in aestimatione humana, sed in seruore caritatis, in rectitudine intentionis, in discretionis mensura, & in obsequendi desiderio, uirtutis obedientiae, ueluti & ceterarum perfectio commendatur. Hoc autem solerter considerandū est, quod viri sancti atq; perfecti non pariformiter, neq; in uno, eodemq; perfectionis gradu semper insistunt. Interdum quippe Dei moderante sapientia in quosdam decidunt lapsus, & ab arce perfectionis dilabunt in transgressiones inchoantiū, quatenus propriæ infirmitatis eruditæ experimēto, se sollicitius in humilitatis & obedientiæ césura coerceant.

Quod operum Dei arcana mysteria minime sint curiose scrutanda. Cap. XXXIII.

Proverb. 25  
Eccles. 19

 Perum omnipotentis & eterni Dei quisquis curiose indagari præsumperit causas, & arcana mysteria, tanquam temerarius retundetur, sacro attestante eloquio: Quod scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Nam humano sensui prorsus inscrutabilia sunt, hoc Salomone perhibente qui ait: Deus solus iustificat, & manet inuictus rex in aeternum. Quis sufficiet enarrare opera eius? Quis enim inuestigabit magnalia illius? Quum igitur incomprehensibilia sint, pudeat uermiculum homunculū illa discutere, atq; perquirere quæ in uerbo Dei sibi coæterno, & in secretissimo sapientie eius latent consilio, & tantum ipsi sunt nota, & quibus idem reuelare uoluerit. Sufficiat homini credere ipsa esse iustissima, atq; omni cum ratione disposita, dicente Propheta: Omnia in sapiētia fecisti, tametsi eadē minime percipere queat. De ceteris uero ut taceā operibus mirabilibus. Quis (oro) ualeat rimādo intelligere, cur iustorum quidā ad tempus permittatur cadere, & in criminibus maximis ruinā facere, quorū conuersatio apud Deū cōmendabilis, & corā hominibus irrehrensibilis censebatur: Erat profecto Moyses mitissimus omnium, qui tunc morabantur in terra, uniuerso populo Hebræorum prælatus, secretorū Dei cognitor, ita ut facie ad faciem cum domino loqueretur, legis diuīne lator, Dei & plebis Israeliticæ mediator, inter prophetas nominatissimus, & nihilominus hic tantus & talis cum germano suo sacerdote summo in infidelitatis proruīt soueam, hoc diuino permittente suo secreto, ineffabilē iudicio, unde dominum aduersus se iratum audire meruerunt. Quoniam non credidistis mihi ut sanctificaretis me corā filijs Israel, non introducetis hos populos in terram, quā dabo eis. Erat quoq; David omniū excellētissimus prophetarū, uir utiq; secundum cor Dei, de cuius semine per repromotionē ipsi factam nasciturus erat Christus. Hic ex Dei permissione iustissima, hominibus q; ignota, unius mulierculæ illectus cōcupiscentia adulterium & homicidiū nequaquam perpetrare formidauit. Quid multa! Negauit ter apóstolorum princeps dominum suum unius ancillæ uoce perterritus, oblitus magnaliū ab illo conspexerat fieri, immemor etiam humanitatis sibi præ ceteris exhibita. Metu deniq; mortis reliqui prostrati apostoli magistrum in saeuissimum manibus deserentes inimicorum nemine persequente fugerunt. Horum siquidem, & illis similiū prævaricationes sunt profecto documenta fidelium, sunt etiam diuina potius ueneranda, q; per scrutanda iudicia. Eruditur tamen quilibet catholica insignitus religione de se minime debere præsumere, quamvis spiritualibus ornatus sit donis, uirtutibus clarescat, sciētia polleat, miraculisc̄ coruscet. Discat præterea nō altum sapere, sed timere, quum Deus (quemadmodum legitur) superbis resistat, & humilibus præstet gratiam. Nam si Lucifer in cœlo factus, charismatibus maximis præditus, nulloq; suadente in elatione se eleuans, pariter cum omnibus qui ipsi adhæsere, in malum ē cœlo expulsus in lacus profundissimum baratrum deiectus est: quid de homine uilissimo puluere, & putrescēte cadauere post paululum in nibilum redigendo, si se erexerit supra se, uolueritq; sibi diuinam usurpare gloriam, se aliquid esse arbitrando, quum per se & ex se nihil existat, faciendū sit, iudicet qui ista legit, & audit. Quāobrē experientia alieni imbutus mali qui stat, aut stare se putat, ruinam pertimescat, & eo magis casum metuat, quo præ ceteris potiora se intel-

Psal. 103

Num. 12

Iacob. 4

A se intelligit percepisse charismata, quoniam qui ex eminentiori corruis gradu, uehementius alliditur, grauiusq; delinquit. Timeat postremo quisq; de se, ne ex repentino tentationis impulsu, seu ex diurno spirituum immundorū insultu eneruetur mens à sui stabilitate propositi, & deseratur sibi: discatq; ex propriæ infirmitatis lapsu præuaricantis cōpatis, atq; de sublimi uirtutū fastigio diuina permissione ad ima fluentibus. Nihil enim sic à diuinorū operum, iudiciorū cælestium, fraternæq; trāsgressionis, curioso scrutinio superbū retrahit animū, quemadmodū debilitatis propriæ manifesta cognitione, quæ profecto nō sinit mentē extollere, neq; de alterius casu gaudere. Proinde suadente Apostolo qui stat, uideat ne cadar, carenti compatiatur ex corde, pro illo orationē fundat, exhortatiōis manū ei (si ualet) porrigit, seq; stabilitē in bono, ac custodientē à criminis laudet iugiter, & ipsi totis uiribus gratias agat, quoniam laudabiliter uiuere non est uolentis, neq; currentis, sed solius miserentis Dei, qui cui uult misereat, & quē uult inducat. Indurat quidē non impellendo ad facinus, sed gratiā cōtinendo, per quā perficit uirtus, & omne opus cōmendabile consumat. Itaq; sicut nō licet ei qui fratré suū, aut probatum uirū cadere conspicit iudicare: æque nō decet delinquentē grauiter, uel palā despērare, & à spe diuinæ miserationis se alienū facere. Nempe nihil hac desperationis confusione detestabilius, nihilq; ad promerendū uenīa perniciosius. Superbiae nanc̄ filia est, diuinæ bonitatis inimica, indulgetiæ dissipatrix, cōunctionis aduersaria, meritorū interemprīx, uirtorū nutrix, spūalis profectus impedimentū, recōciliationis obstaculū, & malorū multorum additamentū q; maximū. Incipientes quoq; interimit, uulnerat proficientes, & cōturbat perfectos. Aduersus igit̄ hanc spūalem pestem se Christi muniāt milites, quoties ex improviso aliquod enorme cōmittūt crīmē, uel in temptationibus repenite deficiunt, aut ab incepto seruore langescunt, seu forte ab assueto deuotionis gustu totaliter permittente Deo alieni fiunt. Tunc quippe fortitudine, & prudentia egent nō modica. Fortitudine, inquam, ne pusillanimitate frangantur, atq; ex hac prorsus desperatione superati, in uniuersorū scelerum se immanitatē præcipitent, & insanabiles fiant.

C Prudentia uero quatenus propriæ fragilitatis non sint immemores: cuius uidelicet obliuio hominem ad quodcumq; facinus facit esse proclivum. Se deniq; tunc prudenti examinatione dijudicent, si aliquod occulte perpetrauere delictum, si ex collatis sibi à Deo muneribus eorum intumuit cor, & in sui aestimatione complacuit, quod quidem peccatum spiritualis est causa ruinæ, sacro hoc attestante eloquio: Ante ruinam (inquit) exaltatur cor. Et quemadmodū propheta de se narrans, ait: Priusquam humiliarer ego deliquerit: propterea eloquū tuum custodiui. Misericorditer enim dominus fideles suos erudiens, uarijs eos sinit temptationibus agitari, interdum etiam nonnullis criminibus irriteri, quatenus quām infirmi sint se agnoscant per culpam, necnon proprias uires metiantur in prælio, atq; experimento edocti discant non inflari, sed semper Deum timere, ac de se abiecte humiliterq; sentire. Hæc nanc̄ cognitionis humiliis, diuino associata timori, amissam reparat gratiam, confitentem reconciliat Deo, ad indulgentiā erigit lapsum, spe roborat animum, pœnitenti cœlum aperit, certanti subministrat uires, intermissas

D germinare facit uirtutes, replet gaudio, caritatem accedit, ueniam tribuit, compunctionem parit, conscientiæ tranquillitatem ingerit, aggregat merita, atq; ad bene operandum se possidentem euigilando disponit. Confidat humili, quoniam si permittente Deo ceciderit, non collidetur, quia dominus illi supponet manum suam, nec ipsum diu patietur facere prostratum. Cæterum si à spiritibus fuerit uexatus immundis, nequaquam desperet de gratia, neq; de auxilio sibi affuturo diffidat, propheta perhibente, qui ait: Quoniam angelis suis mandauit de te, ut custodiant te in omnibus uīs tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem & basiliscum ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Verum si ab usitato proficiente calore tepere se senserit, inchoata uirtutis opera minime peragere negligat, memor-prophetice exhortationis dicentis: Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum. Postremo si ab inimicis, & peruersis hominibus iniurias, contumelias patiatur & damna, & cuanimenter perferendo, præsidium opportunum præstetur à domino, iuxta oraculum Psalmographi concinentis: Salus iustorum à domino, & protector eorum in tempore tribulationis: & adiuuabit eos dominus, & libera-

Laur. Iustin.

Proverb. 16  
Psal. 118

Psal. 90

Psal. 26

Ibid.

OO bit eos,

bit eos, & eruet a peccatoribus, & saluabit eos, quia sperauerunt in eo. Quamobrem in omni uicissitudine diuinæ dispensationis, in omni repentino emergente casu, atq; in uniuersis, quomodo liber, irruentibus aduersitatibus, Christi seruus, & quisq; propriæ salutis amator, ad dominum tota intentione confugiat, seq; accusando ut sibi auxiliū praebat, ipsum humiliter deprecetur. Nam in afflictione politos Saluatoris nostri celeriter consuevit exaudire clementia. Ipsius quippe uox illa est per prophetam dicentis: Inuoca (inquit) me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Summopere uero in obedientiæ agone constituti, & in tribulationis camino examinati caucent retrocedere, & incepsum exercitiū spirituale deserere, ne aereis potestatibus, ac intuentibus hominibus ridiculum fiant, cunctorumq; præteriorum laborum amittant fructum. Nautarum ipsi erudisuntur exemplo, qui spumantis & quoris, flantiumq; uentorum impetum formidantes, nequaquam ab inchoato nauigationis itinere intentionis suæ reflectunt obtutum. Nam procellarum tempore irruente, imminentia student uitare pericula, clas semq; a naufragio eripere, & seiplos a pelagi uoraginibus liberare. Nempe pacato mari, prosperis spirantibus uentis, deperditas resumunt uires, securi efficiuntur, & alacres gratiarum pro transfacto discrimine Deo referunt actiones. Debilitatos deniq; reficiunt artus, exultationis & gaudij promunt uoces, atq; priorum incommodorum oblitis terribus optatum tranquillitatis portum captare festinant. Quod enim nautæ corporaliter hoc Christi milites in agone probati spiritualiter astitare conetur. Assuecant utiq; in eis abundare delicijs & penuriam pati: esurire & gustare quam suauis est dominus, gaudere in domino, & tristari propter dominum, temperanter tamen omnia & cum sobrietate spiritus, ne pretergresso virtutis medio imperfectionis labantur inuolucro, & inde descendere cogantur ad ima, unde ad summa aduolare debuerant. Beatus plane ille descendens est vir, qui sapientia spiritu redimitus & gratia, sic quum probatur & examinatus tribulationis incendio, diuinæ conformis est uoluntati, quemadmodum quum interna consolatione perfunditur, & cui prospera, & aduersa pariformiter militant ad profectum: Hic profecto cū Apostolo Paulo fiducialiter in domino gloriari potest ac dicere: Quis me separabit à caritate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an famæ, an nuditas, an periculum, an gladius? Certus sum enim quia neq; mors, neq; uita, neq; angelus neq; principatus, neq; potestates, neq; uirtutes, neq; iustitia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundus, neq; creatura alia poterit me separare à caritate Dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Hæc est perfectionis meta, ad quam pertingere decertent qui famulantur altissimo, & obedientiæ brauium assequi concupiscunt, ut uide licet in omnibus diuinæ conformes sint uoluntati, atq; in nullo deliberatione spontanea ab ipsius dispensatione dissentiant, nihilq; ab eodem procedente uelint curiose ratione discutere, sed uniuersa tanquam & quissime gesta humili deuotione percipere: ita ut ueridica assertione propheticum illud promere possint: Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum.

Qibüs indicijs Dei seruus merito commendetur. Cap. XXIII.

**Q**uemadmodum in humanis negocijs ex exterioribus signis, ut plurimum fiunt nota interiora quæ latent: sic in spiritualibus exercitijs euenire dubitet nemo, possunt quippe fieri multa simulata intentione, quæ aliud apparent extrinsecus, aliud uero introrsus existunt, aliterq; ab humano, atq; à diuino aliter censemur esse facta iudicio. Veruntamē huiusmodi gesta, imò talium autores operum diu latere non ualent, dicente domino: Nihil opertum quod nō reueletur, & occultum quod nō sciatur. Ex hac utiq; præmissa admonitione eruditus fidelis, pudice uiuere, simpliciter cōuersari, cordis simulationē fugere, & nō minus Dei quam hominū præsentia expaescere. Nō enim potest uoluntarie delinquere, qui diuinā corā se meditatur adesse maiestate. Quis (oro) tam superbus, tantoq; insano captus esset amore, ut ante sibi assidentem iudicem ipsius præsumeret iussa contēnere: statuta uiolare, decreta negligere. Hinc humana quanta sit redargutione digna temeritas, patenter aduertitur. Vbiq; siquidem & absq; ulla dubietate præsens est dominus, singulorū acta intuetur, cordium secreta rimatur, cogitationum, affectionum & intentionum per iustrat arcana, atq; uniuersa sine errore aliquo perspicacius, ac excellētius ipsi sunt nota quam

Luk. 12

Luk. 12 talium autores operum diu latere non ualent, dicente domino: Nihil opertum quod nō reueletur, & occultum quod nō sciatur. Ex hac utiq; præmissa admonitione eruditus fidelis, pudice uiuere, simpliciter cōuersari, cordis simulationē fugere, & nō minus Dei quam hominū præsentia expaescere. Nō enim potest uoluntarie delinquere, qui diuinā corā se meditatur adesse maiestate. Quis (oro) tam superbus, tantoq; insano captus esset amore, ut ante sibi assidentem iudicem ipsius præsumeret iussa contēnere: statuta uiolare, decreta negligere. Hinc humana quanta sit redargutione digna temeritas, patenter aduertitur. Vbiq; siquidem & absq; ulla dubietate præsens est dominus, singulorū acta intuetur, cordium secreta rimatur, cogitationum, affectionum & intentionum per iustrat arcana, atq; uniuersa sine errore aliquo perspicacius, ac excellētius ipsi sunt nota quam

A quam eis in quoru[m] mēte uersantur, & nihilominus miseri mortales cupiditatis uoluptate illecti, infidelitatisq; caligine obuoluti, minimè formidant ipsius diuinitatē offendere, potentia despicer, indignationē incurrire, iustitiā prouocare, uilipendere legē, prævaricari mandata, sicq; impudenter delinquere, ac si abolita esset iustitia, decesset iudex, cunctaq; facinora remanerent inulta. Porro grauiter peccant, & tamē latuantur quū maleficiunt, & exultant in rebus pessimis. Cæci sunt, & ad interitum pergunt, & nihilominus arbitrantur se ambulare in luce, & facillime peruenire ad uitam. Temporalibus uoluntatibus, & æternis sperat se frui posse delicijs, necnō quēadmodū in hoc seculo, ita post hanc peregrinationem credunt florere in cælo. Ista mortalium perniciosa opinio, illusione plena, ignorantiae caligine circunsepta o[ste]rū fallit, quot intermit, quōtue ad æternum suppliciū trahit: Spondet deniq; huiusmodi cogitatio falsa, ut uera diripiatur, proponit carnalia, ut spiritualia auferat, corpori suadet illecebras, ut animæ surripiat gratia. Hoc totum ex ueritatis ignorantia, ex defectu fidei, ex caritatis priuatione, ex carentia deuotionis, interdum ex suggestione diaboli, atq; ex obedientiæ transgressione accidere perspicuum est. Da summæ ueritatis splendore illustratum, da formatæ fidei gratia purificatum, da perfectæ caritatis nuptiali indumento uestitum, da deuotionis sanctæ suavitatem refertum, da discretionis spiritu dono redimitum, da postremo obtemperantem Deo, & cœlestia, atq; superiorū præcepta seruantem, & agnosces huiusmodi mundū spernere, carnis oblectamenta uitare, necnon obhorrere quod temporaliter arridet, quod est honoris, quod gaudij, quod uoluptatis, & quod seculi. Omnia quippe haec paruipendit, & arbitrat ut stercora, ut lucifaciat Christū, in quo cūctis his meliora abundatius, delectabilius, fructuosiusq; se percepturū esse nō dubitat. Quamobrē seipsum humiliat, se compungit, se conterit, seq; tanquam seruum emptitiū facit, ne dum superioribus atq; æqualibus, uerumetia ex corde obediendo minoribus, iuxta Apostoli exhortationē dicentis: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum. Hæc profecto est Christianæ disciplina militie: hoc (inquit) est uera dilectionis ad Christū notissimum signum: seculi uidelicet illecebras fugere, humiliatē non minus mente quam habitu exteriori sectari, Deo atq; hominibus seruitute uoluntaria famulari, & hoc quidē non ad tempus, nec in prosperitatibus tantū, sed in temptationibus, in aduersitatibus, in persecutionibus, in longanimitate usq; ad mortem. Talibus si quos perspexeris ornatos uirtutibus, atq; moribus spiritualibus decoratos, hos uenerare, cole & dilige, tanquam Dei seruos, imitatores Christi, spiritus sancti habitacula, uasa sanctificata, angelorum confortes, cœli ciues, paradisi incolas, cœlestis præcones regni, intercessores seculi, mundi luminaria, micantes stellas, ueritatis ostensorum, amatores sapientiæ, oppugnatores diaboli, uitiorum inimicos, zelatores uirtutū, contemptores sui, euangelici teltes, salē terræ, necnon Dei & hominum mediatores optimos. Precibus quippe suis, lachrymis, gemis, ieiunijs, uigilijsq; die noctuq; pro Christiano interpellant populo, & diuinam placant iustitiam, quæ ob scelera maxima ac horrenda crimina: quæ uidelicet in contemptum Dei & perniciem animalium, tam palam, quam occulte perpetrantur, quotidie ad iracundiā prouocat. Ne-

D quaquam enim humani generis iniuriantes tam æquanimiter sustineret omnipotēs, si nō sanctorū intercessionibus fleceret. Prætermitto quam exodibilis, quanteq; sit efficacie mediatoris nostri actualis oratio, de qua sic testatur Ioannes Apostolus: Si quis (inquit) peccauerit, aduocatū habemus apud patrem Iesum Christū iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris aut tantū, sed pro totius mundi. Taceo quantū sit utilis catholicæ plebi supplicatio indesinenter Deo oblata sanctorū, qui cōsummatu felicitater huius uite cursu assistunt illi, ipsius actuali fruitione beati. Nō (prout fas est credere) sine intermissione iuge pro nobis domino orationē exhibent sacrificiū, quemadmodū in Apocalypsi Ioannes insinuat dicens: Et quū aperiuerisset librū, quatuor animalia & uigintiquatuor seniores ceciderunt corā agno, habentes singuli citharas & fiasas aureas, plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorū. Quis (oro) explicet uerbis, quantū profint ecclesiæ Dei preces iustorū, qui adhuc in hoc mortali degentes corpore, peregrinatur à domino: eorū potissimum qui renunciātes seculo, sui redēptoris se mancipauerint obsequio: Hi nimirū diuinis dum intersunt laudibus, in oratione frequentissimis per stationibus incumbentes, iustitiae Dei rigore in dulcedinē pietatis immutant. Horum

Laur. Justin.

OO 2 ne



ne (quæso) poterunt repellere suffragia, quorū conuersatio Deo acceptissima est: quorū obsecrationibus delectatur dominus: quibuscum indissolubilibus caritatis vinculis con-nexus est Christus: prorsus minime. Nam quemadmodū ipsi accepti sunt Deo: ita eidē eorum sunt supplicationes gratae, tanquam cohæredum Christi, spiritualiaq; ipsius mystici corporis membra. Adhærentes siquidem illi per compaginē caritatis, & unum cū ipso effecti contemni nequeunt, neq; ab illius gratia propulsari, tametsi mundus aliter arbitretur. Non enim quanti sunt meriti, quantūq; apud Deū eorum approbata sit uita percipere ualeat: quippe qui solū quæ carnis sunt lapias, ignoretq; secundū spiritum iudicare. Nempe teitante domino sicut non potest arbor bona fructus malos facere, neq; arbor mala fructus bonos facere: æque mundi amatores nō ualent spiritualia opera sp̄ ritualiter discutere atq; discernere. Hinc est q; eorū, de quibus loquimur, conuersationē detrahunt, uilipendunt personas, societates erubescunt, quietis ocium damnāt, fugamq; illorum ē seculo, ac renunciationē affinium & propinquorū derident, ipsos arguentes tanq; ignauos, inutiles, pusillanimes, & uiles, & quasi non præsumentes posse uiustum sibi necessariū ex industria uendicare. Verū si recte saperent, atq; prudenter discuteret, prorsus intelligeret seruos Christi maxima appetere atq; difficiliora, q; ea quæ in seculo agere contempserūt, aggredi opera. Insuper eosdē nequaq; ex animi imbecillitate, sed ex sola cordis magnanimitate domum, parentes, facultates, carnis illecebras, & omnia mundi oblectamenta relinquere. Ob hoc siquidem renūciant seculo & uoluptatibus eius, ut facilius expeditiusq; regnum consequantur æternū: qd utiq; perhibente dño, à diebus Ioannis baptistæ uim patitur, & violenti diripiunt illud. Abiūcunt pæterea cuncta terrena quæ possident, quatenus diabolo robustius cum quo dimicaturi sunt, resistere queant. Scιunt enim Apostolū dixisse: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitiae in cœlestibus. Postremo à curis secularibus ideo se elongant, ut quietius, ac liberius uacare Deo, sibi ipsis uigilantius intendere, necnon carnis desideria ualeant cohibere: quæ profecto singulis pene horarum momentis in corde germinant, & spiritui aduersantur. Sic enim legitur: Spiritus repugnat aduersus carnem, & caro aduersus spiritum. Hæc autem inuicem aduersantur, ut non quæcumq; uultis, eadem faciat. Tanquam igitur Christi ueri discipuli magistro cælesti obtemperant, qui ait: Qui non renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Idemq; perhibet dicens: Qui uenit ad me, & non odit patrem suum & matrē, uxorem & filios, fratres & sorores, adhuc aut & animā suam, nō potest meus esse discipulus. Nam ipse dñs & magister qd uerbo docuit, perfecit & opere. Contēpsit etenim mūdū, & inuersa quæ mundi sunt, quum sua essent, ualeret illa pro libito sine delicto dispone re. Non est usus honore regio, quū uerus esset rex regū, & dominantium dominus: quin potius serui formam, habitū ministeriūq; suscepit, quemadmodū Apostolus narrās ait: Qui quum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed se metipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum, factus est obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Non utiq; domum propriam habere uoluit, nō agros, non possessio-nes, non ancillas, nō seruos, sed tanquam peregrinus in hoc seculo nasci elegit in stabulo, reclinari in pæsepio, in Ægyptum fugere, esurire, sitire, fatigari, tentari, persequi, à discipulo uenundari, diutissime uerberari, colaphis ignominiose cædi, coronari spinis, sputis deturpari, in stipite affigi, aceto potari, in cruce mori, & lancea uulnerari. Omnia mundi huius aduersa perferre dignatus est, & respuere prospera, quatenus exemplo suo erudiret homines, quid diligere, quid spernere deberent. Deniq; ipsum admonentem quid dixerit audiamus: Beati (inquit) pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: beati mites, beati qui esuriū & sitiunt iustitiam: beati misericordes, beati mundo corde, beati pacifici, & beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum. Non commendauit diuities, neq; amplectendas ait esse terrenas facultates, sed potius abi ciendas, non appetendas dignitates, non gaudia uana querenda, non corporis uoluptates sectandas, non ambiēdos dominandū fastus, nō generis nobilitatē ppalandā, neq; temporalē felicitatē docuit esse tenendam.

Matt. 7

Matt. 11

Eph. 6

Gal. 5

Luc. 14

ibid.

Phil. 2

Matt. 5

A nendā. Vniuersa quæ mundi amatores possidere concupiscunt, uilipendenda esse monstrauit, atq; illa quæ ipsi pati formidant, alacriter toleranda esse monstrauit. Errare siquidem nō ualuit quū sapientia sit, nec mentiri potest quū ueritas æterna sit: sed neq; fallere quū summa sit bonitas. Merito itaq; nō irridendi, sed prorsus uenerandi sunt serui illius, qui adhærentes ei, ipsiusq; imitantes uestigia, mundo renunciāt, & à se abdicant secularia negocia, atq; sub obedientię se iugo prosternūt, quatenus quæ ex propriæ radice uoluntatis emergunt deuident incōmoda, necnon qualis, quantusq; delectationis & pacis ex eadem obedientię uirtutis exuberet fructus, percipere queant.

Quod innumeris sunt, qui falsa delusi opinione delinquent. Cap. XXV.



Ræter cætera à Deo collata munera hoc etiam bonū naturaliter est insitū homini, inuersa uidelicet obhorrere poenalia, utilia uero semper desiderare & laeta, potissimum si qualitatē earum gustu didicērit. Sunt tamen innumeri qui naturalis rationis paruipendentes donū, ac pecudū more degentes sectant noxia, & à lege Dei prohibita quæ æterno sunt plectēda incendio, proficia uero & sancta despiciunt, quæ pacē pæstant & uitā. Hi carnis opera persicentes in cōcupiscentijs suis, arbitrantesq; iuxta prophetā sententiā malū bonū, & bonū malū, ac ponētes tenebras lucē, & lucē tenebras: ignorantię detēti caligine, pœnitentię detestant bonū, & se perniciosorū criminū tradunt illecebribus. Suadēt nāq; huiusmodi sibi ipsi, etiā diabolica suggestione delusi, ut delinquāt liberius, mandati trāsgressionē graue nō esse peccatū: sed facile remissibile, atq; posse pro suo beneplacito quū uoluerint, redire ad ueniā. Ignorāt prorsus q; tales sunt, quātū sit ponderis peccare in Deū, ipsiusq; pæcepta negligere, quodū facinus opere in hominē, necnō quanta exigente iustitia ex suo reatu delinquēs plectendus sit pœna. Vtinā (inquit sanctus propheta de Deut. 32. talibus) saperet, & intelligeret, ac nouissima prouiderent. Ex horū nescientia p̄imus circunētus est homo, dū ex ligno uetito de quo ne comederet pæceptū acceperat, gustare p̄sumpsit. Pluris quippe estimauit uxori displicere q; Deo, diuināq; bonitatē ad reā.

C tus sui indulgentiā iudicauit faciliū esse flectendā. Hoc ideo arbitratus est, q; nondū iustitiae rigorē expertus fuerat, nondū quantū omnipotēs Deus inobedientibus aduersaret agnouerat, nullā adhuc reluctanceē in carne, nullā ab ipsis creaturis cōtrarietate persenserat, proinde in sui suæq; posteritatis exitiū factus est ad delinquendū procluīs, quid ex hoc securū esset ignorās. Consensit itaq; gustauit, & perijt. Pro hac siquidē diuini p̄uaricatione pæcepti penē deordinata sunt omnia. Hinc enim de optimo uoluptatis loco expulsus est homo, & ferarū effectus est socius, mūdi istius incola, terra p̄creantis spinas, & tribulos cultor, & duplicitis mortis obnoxius. Hinc etiā heberata est memoria, affectus refriguit, caligauit ratio, multiplicate sunt ærumnæ, infirmitates auctæ, conualuerunt passiones. Hinc deniq; spiritui reluctatur caro, ipsius crebrescunt st̄muli, cōcupiscentiæ pullulant, tentationes germinant, bella geruntur in corde, & sibi ipsi supra modum homo factus est grauis. Hac quoq; de causa diluuīj inundauerunt aquæ, ignis de cœlo descendit, pestilentia sunt immisæ innumeræ, plurimæ ciuitates euersæ, prouinciæ per orbem dilaniata, populi circunquaq; dispersi, sanguis uelut torrē effusus est. Et ultra quid memorē: Omnia profecto quæ diuinę legi aduersantur, ab hoc inobedientiæ fonte emanare noscuntur, quæ uidelicet Apostolus sub appellatione operum carnis enumerans ait: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, im-munditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, aetulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidia, homicidia, comedationes, ebrietates, & his similia. Non ualeat explicare sermo, non humana proferre facundia, necq; intellectus percipere, quanta mala ex primi hominis p̄uaricatione emerserint. Nempe quicquid deformitatis, quicquid flagitiū, mœroris, & incōmodi humanum patitur genus, ex inobedientiæ delicto prouenisse conspicuū est: pro quo utiq; corporis & animę uita intelligitur esse priuatū. Sub hoc proculdubio damnationis uinculo uniuersi ex Adæ semine propagati cōcepti sunt, adeò ut prius efficiantur damnati quām nati, quemadmodum in persona omniū de se propheta perhibet dicens: Ecce enim iniquitatibus concepit me mater mea. Sane sicut ab hac animæ fœditate nullus est liber, ita nemo tam sanctus, tam innocens, tamq; acceptissimus Deo, qui cor-

Gal. 5. Psal. 5.

Laur. Justin.

ps.1.88 poris resolutionē evitare valuerit, prout propheta euidentissime meminit dicens: **Quis**  
est homo qui uiuet, & non uidebit mortem: eruet animam de manu inferi? Necessestas  
haec communis est, lex irrefragabilis, & equissima complectens omnes, & neminem ab  
ipso mundi initio usq; ad finē excipiens. Ab istiusmodi tamen necessitatis improprio,  
& ab hac poena peccati solus mediator Dei & hominū homo Christus Iesus cognosci-  
tur fuisse liberrimus. Quamuis enim ex Adā secundum carnem procreatus sit feminē,  
nequaquam tamen in iniuitate cōceptus, nec in peccato mater eius genuit ipsum. De-  
spū quippe sancto interueniente fide, maternoq; obedientiæ sanctæ consensu in uirgi-  
nali conceptus est utero, plenus gratia, plenus sanctitate, plenus sapientia, plenus diui-  
nitatem. Nam in ipso (sicut ait Apostolus) habitat omnis plenitudo diuinitatis corporali-  
ter. Non aut ad hanc plenitudinem per uitutum exercitia, nec per incremetum corpo-  
ris, neq; per interualla peruenit temporum, sed in uno eodemq; momento homo perfe-  
ctus formatus est, à uerbo in unitate personali assumptus: ita ut Emmanuel ueraciter  
nuncuparetur, & esset æqualis utiq; patri secundū diuinitatē, licet secundū susceptā hu-  
manitatē omnino esset inferior. In ea siquidem forma qua minor est patre tanquā uerus  
homo, & ueram carnē habens, erat proculdubio passibilis atq; mortalīs, nō impellente  
necessitate ut cæteri, sed spōte ac uoluntarie. Quod enim esuriuit, quod fleuit, quod do-  
luit, quod tristitia pertulit, hoc ex mera sui egit dignatione, ut quātū nos diligeret, quan-  
ti delicta nostra essent pōderis, qualis & quam magna nostra esset infirmitas ex remedij  
difficultate notificaret. Voluit nāq; (sicut Propheta commemorat) nostros ferre lāgu-  
res, & infirmitates nostras sine culpa portare, quatenus nos gratos suo faceret patri, nō  
que sibi copularet in fratres, atq; suo qualiter nosmetipos exhibeamus sacrificiū Deo,  
erudiret exemplo, quod minime posset, si pati ipse recusaret. Passus est igitur increpatio-  
nes duras, cōtumeliosa uerba, flagella durissima, opprobria turpissima, curciatus asper-  
ritos, excogitata ludibria, insuper & ipsum ignominiosum crucis patibulum, quod sol-  
lū sceleratis ac uilissimis hominibus debebatur. In his itaq; passionis agonibus consti-  
tutus non contradictionis eloquium protulit, non redargutionis uerbum, non im-  
patientiæ aliquod ostēdit signum, sed quēadmodum Propheta insinuat, Sicut ouis ad oc-  
cisionē ductus est, & quali agnus corā tondēte se obmūrūt, & non aperiat os suū. Alio  
quoq; in loco idē propheta de ipso mediatore in propria eius persona, opprobria uolū-  
tarie ab eodē percepta exprimere uolēs inquit: Corpus meum dedi percutientibus, &  
genas meas uellentibus: faciē meā non auerti ab increpātibus & cōspūtibus in me, &  
ideo non sum confusus. Alius deniq; propheta hoc insinuans ait: Et ego quasi agnus  
māsuetus, qui portat ad uictimā, & nō cognoui cōsilia eorū aduersum me dicentū: Ve-  
nite mittamus lignū in panē eius, & eradamus eū de terra uiuentiū. Porro quod ultro se  
nemine impellēte obtulerit, sed solo salutis nostræ desiderio, & patris trahēte obedien-  
tia, qui illū miserat, ut mūdo ppalaret ueritatē, sicut ipse dicit: Ad hoc quidē natus sum,  
& ad hoc ueni in mūdo, ut testimoniuū perhibeā ueritati. Idē de se declarās ait: Potestatē  
habeo ponēdi animā meā, & iterū sumēdi eā. Iterūq; Ego (inquit) sum pastor bonus, &  
cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ, & animā meā pono pro oib; meis. Nē-  
pe quū passionis tēpore sacerdotū principes cū multitudine armatorū uenissent, ut illū  
caperent, interrogatiq; fuissent quē quererent, & respōdissent Iesum Nazarenū, & ipse  
diceret, Ego sum, ceciderunt retrosum in terram, uocis illius tomitruum nequaquam su-  
stinet ualentes. Poterat tunc proculdubio (si uellet) abscedere, sed noluit, quia uenerat  
hora quam prædixerat, in qua gentibus traderetur ad illudendū, flagellandum, & cruci-  
figēdū. Luce igitur clarius patet tam exemplo eius, sermonūq; ipsius testimonio, quam  
prophetarū oraculis, & assertionibus sanctiorū, quod ipse redēptor noster nulla uigen-  
te necessitate semetipsum omnibus persecutionibus, contumelijs, & neci exposuit, sed  
ex sua pura dilectione, ut uidelicet nos reconciliaret Deo patri, ac pro nostris iniui-  
taibus satisfaceret, nos quoq; ad cælorum proueheret regnum, atq; nobis recte uiuen-  
di modū præberet & formam. Tanta siquidem apud Deum illius assumpti hominis fuit  
autoritas, sicq; eiusdē summæ maiestati cōplacuit obedientia, tātiq; ipsius passio exitit  
meritū, ut humanū genus redderet iustificatū Deo, quod originale primi hominis deli-  
ctū æternę mortis fecerat esse obnoxium, dicēte Apostolo: Si enim in unius (inquit) deli-  
ctū

**A**cto mors regnauit per unū multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iustitiae  
accipientes, in uitā, regnabunt per unum Iesum Christū. Igitur sicut per unius delictū in  
omnes homines in cōdemnationē: ita & per unius iustitiā in omnes homines in iustifi-  
cationē uitæ. Sicut enim per inobedientiā unius hominis peccatores cōstituti sunt mul-  
ti: ita & per unius obediētionē iusti cōstituūtūr multi. Cōstat proculdubio, q; quemadmo-  
dū ex prīmi inobedientia, & trāsgressione parentis emanauit peccatum, & mors in mun-  
dū: æque ex obediētia & sanctitatem mediatoris Christi collata est gratia, iustitia & uita.  
**B**Quāobrē idē memoratus Apostoli in loco dicit: Sicut per hominē mors, ita & per ho-  
minē resurrectio mortuorū: & sicut in Adā oēs moriūtū, ita & in Christo omnes uiuissi  
cantur. Hinc profecto colligit aperte, quāta humano generi prērogata sint beneficia p  
dñm & Salvatōrē nostrū Iesum Christum, quē Deus pater misit in mundū, ut eriperet  
nos de potestate tenebrarum, & transferret in regnū gloriæ claritatis suæ, seruata tamē  
prius æquitate iustitiae, & prēuaricationis Adā debito satisfacto, qui æternæ mortis &  
apoštatae angeli cum omni sua posteritate perpetuum se fecerat seruum. In huius itaq;  
captiuitatis ærumnam tunc incidit, quū de ligno uetito contra sui mandatum condito-  
ris gustare præsumpsit. A qua profecto seruitute per semetipsum nequaquam se ualebat  
eruere, quoniam arbitrii proprij merito se libertate priuarat. Quāobrem quum alieno  
indigeret auxilio, nec quispiā de illius inueniretur semine, qui ad prīstinam ei donandā  
libertatem esset idoneus, quippe quum singuli damnationis huius uinculis essent astri-  
cti, tantisper ipsum humanum genus sub exactoris pessimi iugo facere oportuit, do-  
nec Deus in carne appareret & homo, qui à peccati debito omnino esset immunis,  
possetq; delicta aliena soluere, & merita propria largiri. Dum igitur (sicut legitur) me-  
dium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipo-  
tentis Dei uerbum de regalibus sedibus ueniens, mortalitatē indumento obiectū, in hu-  
ius uitæ ac peregrinationis campum cum antiquo serpente pugnaturū ingreditur. Hūc  
**C**namq; hominem Christū quū ipse Leuiathan cæteris mortalibus sanctiorem esse con-  
spiceret, illumq; perciperet carnem habere passibilem, temptationibus eum aggressus est  
plurimis, quatenus certo probaret indicio, utrū Dei an hominū existeret filius. Explo-  
ravit siquidem interrogationibus, scripturarum sanctorum persuasit autoritatibus, se-  
culi quoq; illum allicere blanditijs uoluit, & nihilominus sapientiae splendoribus re-  
percussus, delusus, atq; superatus abscessit. Quid in multis immoreret. Prædicationum  
deniq; regni coelestis, miraculorum diuinorū, irreprehensibilis conuersationis, incom-  
parabilisq; sanctimoniaz illius non ferens præconia, eundem tandem uociferantibus tur-  
bis tanq; reum mortis suspendit in ligno. Hinc factum est, ut exigente iustitia ipse qui  
primum captiuum tenuerat hominem, hominis Dei efficitur ipse captiuus. Pro hac si-  
quidem quam iniustissime idem Deus & homo euangelizando regnū cœlorū, sanādo  
lāguidos, ignaros erudiēdo, & patri suo æterno obtemperādo perpessus est mortē, tale  
absq; ulla ambiguitate promeruit præmiū, quale priusquā pateretur minime posside-  
ret. Alioquin sine causa, aut absq; mercede aliqua gratis crucis suppliciū pertulisse uide-  
**D**retur. Non enim illum à diaboli seruitute per sanguinis effusionem, & meritū passionis  
erui decebat, qui ab ipsius erat omnino potestate liberrimus, sed necq; ab originalis cul-  
pæ, uel cæterorum delictorū fuerat uinculis absoluendus, quum ab omni reatus macu-  
la prorsus esset immunis, propter quod ab æternæ damnationis sententia, quæ peccato-  
ribus ex Adā semine procreatā infligebatur, nequaquam illum eximere oportebat. De  
beatitudine uero supernæ felicitatis quid memorē, qua à sua conceptionis initio frue-  
batur in uerbo: Horum itaq; quæ perstrinximus, profecto idem de quo loquimur, Dei  
& hominū mediator nullius indigebat, quum omniū donorum & gratiarū locuple-  
tissimus esset. Voluit tamen ut ea quæ sibi ex æquitatis debebantur cēsura, suæ traderē  
tur ecclesiæ, quam sibi foedere & caritate perpetua associarat in sponsam, sicut Aposto-  
lus narrat, dicens, Viri (inquit) diligite uxores uelstras, sicut & Christus dilexit ecclesiā,  
& seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo  
uitæ, ut exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam, nō habentē maculā, neq; rugam, aut ali-  
qd eiusmodi, sed ut sit sancta atq; immaculata. Accepit itaq; ecclesia sancta, q; est omniū  
fidelū & prædestinatōrū cōgregatio, de manu spōsi, domini, & redemptoris sui ora-  
menta

menta spiritualia, charismata preçiosa, donaç̄ cælestia, pro signo exhibite pacis, pro fâ dicio traditæ libertatis, pro testimonio syncerissimæ caritatis, pro solatio ærumnose per regrinationis, & pro pignore future glorificationis. Ex his siquidem & eorum effectibus in temptationibus roborata, in infirmitatibus adiuta, refrigerata in poenis, in persecutionibus consolata, erudita in actionibus, consulta in dubijs, in prosperis custodita, atq; in omni negotio temporali ac spirituali imbuta, sponso suo, mente & corpore, obedientiæ, deuotionis, & laudis uestiginum offerens sacrificium, deseruire non cessat. Quoties enim secum meditando pertractat quid fuerit, quid meruerit, quidue perceperit, repletur gaudio, amore succeditur, afficitur desiderijs, & in gratiarum actione pingueſcit. Nititur deniq; pro posse tantæ caritati, tantisq; multifarijs beneficijs uices repere. Cæterum quum, prout cupit & intelligit, perficere ad plenum nequaquam ualeat, se in membris suis humiliat, se accusat, se damnat, se subiicit, ut uel saltē sic iustificata illic placeat, cui perpetuo famulatu se tota deuouit.

Quod merito commendatione sint digni, qui in obedientiæ agone perseverant. Cap. XXVI.

**V**um Christianæ perfectiōis, atq; obedientiæ sanctæ propositū sit onerosum & arduū, meritò illi colēdi sunt, q; illud perseveranti mentis rigore tenere de certat. Quāuis enim interdum ex animi fragilitate, seu cordis tempore labant, minime tñ arbitrandum est, eosdem cōgressus sui coronā amittere voluntatis deliberatione in pprīo robore persistente. Angelorū quippe cōditio est, nō posse pecare, qm apostatantiū spirituū cōfirmati post lapsū, à summi boni fruitione nō valens declinare obtutū: cuius uidelicet aperta contemplatio perfectæ beatitudinis, & imper turbabilis securitatis est certa possessio. Hominum uero natura, quum sit corruptibilis carnis indumento uestita, originalisq; delicti colluione foedata, quamdiu peregrinatur à domino, semper est proclivis ad malum, in uirtutum censura instabilis, ad casum facilis, corporalibus spiritualibusq; infirmitatibus circunsepta, sibiq; ipsi effecta omnino contraria. Sæpiſſime namq; cōcupiscit noxia, obhorret utilia, perniciosa amplectitur, labenti inhætet, umbramq; insequitur, ueritate contempta. O mortalium lugēda conditio, quæ quum sit exul à patria, exultat in uia, quum ignorantia sit tenebris obſessa, se arbitratur ambulare in luce, quum delictorum sit funibus irretita, ac ignobilis seruitute depressa, libertatis se putat bono potiri. Hinc profecto est, q; tam anxie desudat abundare diuitijs, attolli honoribus, vulgari fama laudari, uoluptatibus frui, tanquam si altera præter hanc, nō esset uita, neq; facienda esset malorū & bonorū retributio digna. Hic Profecto morbus, & huiusmodi inoleuit cōsuetudo delinquēdi, ex carētia formæ fidei, & suimet inordinato amore, ex priuatiōe caritatis Dei, ex usu peruersæ cōversationis, ex perceptorum ignorantia beneficiorum, atq; ex insensibilitate humanæ redēptionis per dominum Iesum Saluatorem nostrum exhibitæ. Porro si fidei lumen, si contemptus sui, si caritatis donum, si sapientia gravitas, si gratiarum notitia, & operū Christi gustus in cordib; uigeret mortalium, iugiterq; meditando eorundem uersarētur in mente, excitarent utiq; torpentium animos, elatos prosternerent, cohiberēt cupidos, uoluptuosos terrent, & à peccandi uoluntate cōpescerēt uniuersos. Semina quippe æternitatis sunt hæc, uitæ pabulū, animarū medela, cæleste manna, liber ueritatis, paradiſus deliciarum, in quem introducuntur qui spretis seculi pompis, & abdicatis à se carnis illecebris, per obedientiæ uirtutem se Deo sacrificat, nō semel tantū, sed quoties se offert materia, repugnat uoluptas, uoluntas impellit. Hoc namq; est qd Saluator noster indicauit, dicens: Qui uult uenire post me, abneget semetipsum, tollat crucē suā quotidie, & sequatur me. Magna profecto res est abnegare se, tollere quotidie obedientiæ crucem, & sequi Christum. Excedit siquidem humanas uires, atq; paruitatis nostræ supereminet facultatem. Quamobrem nemo istius pugnæ ingrediatur stadium, nullusq; abnegationē proprij arripere presumat arbitrij, nisi sit præuentus à gratia, introrsus sit de uotione nutritus, sanctisq; afflatus desiderijs, & constantia dono roboratus, ne forte cani ad uomitum redeuenti efficiatur similis, qd quidē noscit esse perniciosissimū dicente domino: Neino mittens manum suam ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Quāobrē ad hoc non vocatus certamē propriæ cōscius infirmitatis, secedat humilis, miretur, uenereturq; pugnantes aduersus semetipſos, tanq; contra capitales hostes, nullam

**A**nnullam sibi prorsus impertinentes requie, ut obedientiæ perfectionē (quantū imbecillitati posse datur humanæ) assequi ualeant. Vocatus aut̄ nō repente assensum præbeat, sed prius certificari de ipsa uocatione conetur, utrū à Deo sit infusa an aliud immissa. Ipse nāq; Satan as frequenter se lucis transfigurat in angelū, quatenus imprudentes & minus cautos sub uirtutū specie illudat atq; prosternat. Non enim omni spiritui est credendū, neq; cuncta desideria q; bona in se esse censem, sunt opere perficienda. Probate (inquit Apostolus) spiritus si ex Deo sunt. Hanc quippe discernēdorū spirituū regulā nequāq; contemnāt: qui ad mundi contemptum, & ad obedientiæ glorioſum uocantur confitum. Verum neq; ipsi eādem se habere confidant. Rara utiq; uirtus est, & paucissimis collata, illis uidelicet, ut arbitror, qui sunt corde humiles, mente puri, atq; temptationibus uarijs diutissime probati. Donum quidem Dei est, & à sancto prærogatum spiritu, non minus ad aliorum quā ad recipientiū utilitatē: Apostolo hoc insinuante qui ait: Vnicuiq; datur manifestatio spiritus ad utilitatē. Alij quidē per spiritū dat sermo sapientiæ alij sermo scientiæ secundū eundē sp̄m, & post pauca. Alij discretio spirituū. In rebus igit arduis, & præsertim in renunciatione seculi, & in arripienda institutione noua nullus sibi in re propria credat: sed eorū acquiescat cōſilio, qui ex diuina colluctatiōe uitiorum, & adepta uirtutū corona (spiritus in se nihilominus operante sapientia) discretionē pollut, ac proximorum dilectione flammescunt, atq; religiosorū morū grauitate clarescent. Porro qui tales sunt, errare uix possunt, quum uidelicet non nisi oratione præuia, & considerata personarum qualitate, spiritusq; sancti directione sententiā suā proferat. Ipsi etenim tanquā ueri humiles, & sub paracleti disciplina erudit, nolū ex proprio sensu loqui, sed qd diuinæ iudicauerint esse placitū uoluntati: quā utiq; exclusa affectione priuata, interuenientibus quoq; ignitis precibus, intelligere ac perscrutari co[n]uantur. Hoc quippe Propheta figuraliter expressit, quū diceret: Et quū fieret vox de firmamento, animalia submittebāt alas suas, ut uidelicet perspicacius, atq; quietius interne aspirationis effectū intelligere ualeret. Nā qui à semetipso loqui, frequenter sententias proferēdo præcipitat, sibiq; coharentes errare facit. Quāobrē oportet neophitū, & ad seculi contēptū uocatū seniorū se mancipare cōſilio, eorū scilicet, qui sint opere & eruditione pbat, q; nequaq; pprīa religionis cōmoda seu augmentū, sed animarū lucra p̄quirāt. Ipsis nāq; cūctā sui cordis arcana patefaciāt ante deliberationē de se faciendā. Ipsis (inq;) referēt corporis ualitudinē, mentis cōstantiā, desideriorū ęstus, propositi p̄ se uerantiam, & uniuersa quæ ad utriusq; hominis attinēt qualitatē, q; profecto cōſultorē grauem, & idoneū minimū latere cōueniūt. Hæc ideo dixerim, ut cum omni maturitate cōſultatio fiat, q; ueluti spiritualis ædificij fundamentū solidissimū esse decernit. Nā status & nouæ institutionis inconsiderata mutatio cōmēdabilē raro sortit effectū, profectusq; singularis maxima in illo cū difficultate colligit. Porro si in illa status mutationē q; accuratissima, & cū probatissimorū uirorū cōſilio atq; exhortatione peragit, temptationū impugnationes, & spirituū immūdorū non desunt insultus, & pericula innumera, ex ea quæ præcipitanter ac incōſulte perficitur, quid rationabiliter sequatur, prudēs dījudicet lector. Nō igitur vocatus per sp̄m & internā gratiā ad seculi contēptū, mudialiumq; facultatū renunciationē opus hoc grande nequaq; presumat arripare, ne retro aspiciēdo, ut olīm insipīes mulier, salis uerat in statuā. Curet diligēter facinora cōmissa deflere, totisq; uiribus desinat letalia perpetrare delicta, atq; diuinæ legis, & mandatorū ecclesiæ sit obseruatione cōtentus, memineritq; pollicitationis dñi dicentis: Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Et illud: Bonū est tibi debilē uel claudū ad uitam intrate, q; duas manus uel duos pedes habentem mitti in ignem æternū. Vocatus autem aspiratione cælesti, absq; cunctatione renunciet uitij, ac cōsuetudinibus malis. Perseuerātē uero gratia, & incalescente desiderio, necnō ad cordis ostium pulsante dño (patrū spiritualium nihilominus interueniente cōſilio) sanctum diuini famulatus, & obedientiæ regularis aggrediatur propositum. Ea utiq; intentione, eoq; decreto, ut in eodē usq; ad uitæ terminū perdurare cōtendat. Pueriles quidē deponat mores, animiq; lubiticitatē à se abdicet, quatenus tentatus & spirituali exercitatus in bello, mediante perseverātia, ualeat coronari. Est quippe perseverātia triumphus pugnantū, laborantū merces, caritatis indiciū, uirtutum palma, scala celorum, paradisi porta, meta currentium, tribulationum

lationū finis, spiritualium interemptrix ferarū, inimicorū ruina, miserorum spes, miseria  
rū terminus, initiuū uitæ, religionis decus, Christianæ perfectionis testimoniuū, & æternæ  
salutis imprædabile brauū. Huius siquidem virtutis dono quisquis caruerit, gehēnæ  
filiū se esse insinuat, dū opus sanctū perficere negligit, & plus se q̄ Deum diligere notifi-  
cat. Nēpe super omnia diligendus est Deus, & incolumenti corporis, ac propinquorū  
amori, atq̄ uniuersis seculi istius illecebris præferēdus. Nihil prorsus Christo dño famu-  
lanti difficile, nihil arduū, nihil c̄estimandū est asperū. Non ab eodem tentationes sunt  
formidandæ diaboli, non inopinati casus, non principum minæ, nō carnis incōmoda,  
nō languores corporis, non uictus aut indumentorū inopia, non postremo ipsa mors,  
quaæ præsentis uitæ terminū ponit. Cuncta nāc hæc menti bene cōpositæ, & militi spiri-  
tuallī legitime certanti optima sunt instrumenta uirtutū: in quib. probatur caritas, animi  
declaratur constantia, sancta perficiuntur desideria, cumulantur merita, debita soluun-  
tur, & humani pectoris arcana panduntur. Nam qualis apud se seruus Christi maneat  
perseuerantia manifestat. Perseuerantia (inquā) tribulationū, pressurarum, iniuriarum,  
infirmitatum, perpessionis q̄ malorum. Quæ enim ex cordis ignauia, seu temporalium  
necessitatum seruatur metu, ab hominibus quidē qui exteriora iudicāt qualēcunq;, sed  
a Deo nullā meretur laudem. Spontanea utiq; esse debet, fide irradiata, accincta fortitu-  
dine, cōfederata caritate, spe roborata, & cœlestis gratiæ rore suffulta: que uidelicet nec  
pertimescat pati, nec aduersa refugiat, neq; præsentia bona immoderate diligit, sed in-  
teriori oculo inuisibilia solū, & æterna prospectet. Huiusmodi namq; exercitatione lau-  
dabili coalescit, & tribulationibus indesinenter eruditæ perficitur, quemadmodū ignis  
qui eo uehementius accendit, quo apertius uentorum est expositus flatibus. Tali si-  
quidem perseuerantis constantiæ affectu, taliq; ardore caritatis glorioſissimi martyres  
decorati fuisse noscuntur, qui attriti uerberibus, cōpedibus constricti, mācipati carceri  
bus, flammis exusti, dilaniati equuleis, ferarum morsibus traditi, diuersorūq; tormento  
rum generibus cruciati, sanctæ propositum fidei minime reliquerunt. Pari quoq; ma-  
gnanimitate spūs, quamvis cōflictu dissimili, uenerandi patres, qui in cœnobij dege-  
bant, certauere uiriliter. Hic quippe obedientiæ iugū humili corde suscipientes, illud  
nullis aduersitatibus fracti constantissime baiularunt. Intelligebant enim uirtuosum  
opus condigna prorsus carere mercede, quod nequaquam perseueranti fuerit studio,  
consummatum.

Quod nullus (nisi ex ordinato progressu) ad perfectionem cuiuscunq; artis attingere ualeat. Cap. XXVII.

**N**eminē ad cuiuscunq; perfectionem artis uel operis, nisi prævio ordinatoq;  
progressu posse peruenire, & humanus uiuēdi usus, & quotidianus naturæ  
decursus, atq; diuina pariter testatur eloquia. Quis (oro) in corporalib. o-  
peribus, ministerijsq; uisibilibus ad plenū arte sua eruditus efficitur, si nō  
diurno exercitio in eadem occupatus, ac etiam prouectione alterius ma-

gisterij fuerit ante præmonitus? Quis (inquā) nisi cū labore proximo, infatigabilicq; assi-  
ditate legendi, & iugiter meditando que legerit, necnō cū eiusdem facultatis professo-  
ribus conferendo, ad fastigium scientiæ, perfectionemq; philosophiæ ualeat attingere?  
Equidē & tempore, & studio, & industria, & perseuerantia mediatisbus humanus acui-  
tur intellectus, & efficitur sapiens. Solus quippe Deus, cui subest omnia posse quū uult

**Psal. 113** (de quo etiam Propheta ait: Omnia quæcunq; uoluit dominus fecit in cœlo & in terra  
in mari & in omnibus abyssis) absq; temporis intervallo studio uel industria, docet pro-  
sui beneplacito hominem scientiam, & eruditissimum facit. Hoc profecto quod dic-  
imus, in apostolis claret, qui quū essent naturali rudes ingenio, humana priuati facūdia  
& acquisita ignari scientia, repente in illis spiritus sancti operante uirtute diuinarū scri-  
pturarum, linguarum omnium, cunctorumq; mysteriorum cœlestem plenissimam ha-  
buere notitiam. Hoc idem patet in prophetis, quibus ad libitum suum insiliens spiri-  
tus Dei, faciebat illos futura prædicere, & secreta reuelare magnalia domini. Quod

**2. Petri. 1** Apostolus Petrus euidenter perhibet dicens: Non enim humana uoluntate aliquan-  
do est allata prophetia, sed spiriū sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Ec-  
**Sap. 9** Sapiens inquit: Sensum tuum ô domine quis nouit: nisi tu dederis sapientiæ, & miseris-  
spiritu sanctū de altissimis; Diuinæ utiq; potentiæ nulla imponit lex, nullusq; operandi  
terminus.

A terminus, quemadmodū in liber Hester legiſ: Domine domine rex omnipotēs in ditiō  
ne tua cūcta sunt posita, & nō est qui tuæ possit resistere uoluntati. Tu fecisti cælū & ter-  
ram, & quicquid cæli ambitu continetur: dñs omniū es, & nō est qui resistat maiestati  
tuæ. Nā qđ supra memorauimus, iuxta cōmunem uiuendi cursum actitari perhibemus,  
seruata semper gloria æternæ maiestatis, quaæ per spiriū suū qñ uult, & quib. uult, absq;  
mora aliqua, sapientiæ scientiæ sermonem, linguarū genera, interpretationes sacroruū  
eloquiorum, discriptionemq; spiriū impertitur. Viros siquidē quos ad perfectionis fa-  
stigium, atq; singularem sanctitatis prærogatiuam eligere dignat, abundanter spūlibus  
replet donis, multiplici perfundit gratia, cœlesti decorat sapientia, & laudabili cōuersa-  
tione sanctificat. Cæteros uero sibi famulantes permittit per incrementa proficere, &  
paulatim uirtutum actib. nō sine labore insigniri, iuxta illud: In sudore uultus tui uesce-  
ris pane tuo. Quamborem solerti studio & solicitudine indefessa, ab ihs qui diuinę sune-  
dedit seruituti, & ardēter cupiunt ad uirtutū perfectionē scandere, necnon obedientie  
B coronam adipisci, uiriliter propulsandum est ocīū, mentis detergenda inertia, atq; abi-  
cienda pusillanimitas patiënti, quatenus læto animo, & ignito corde, perseuerantiq;  
constantia inchoatum Dei opus, ac certamen inuisibile assumptum gloriose ualeant  
consummare. Porro cogitationibus rectis humana est exhortanda fragilitas, & deuo-  
tis orationibus, operibus bonis, desiderijsq; cœlestibus assidue confouenda: ne uideli-  
cet tepeſcat in uia, ne deficiat in laboribus, ne in tentatione succumbat, ne carnis supe-  
retur illecebris, ne seculi huius uoluptatibus irretiatur, ne fallacibus promissionibus e-  
uertatur, ne curis inutilibus implicitur, atq; præ omnibus ne incœptū obsequium spiri-  
tualis militiæ deseratur infectū. Quid (oro) prodest uelociter cucurisse in stadio, & sta-  
tutum metæ terminum ab inchoato itinere declinasse? Quid, inquam, utilitatis confert  
domus profunda iecisse fundamenta, murorū parietes erexisse, recti culmina collocaſe,  
& ipsi operi non expleto finem imponere: lactantur in terræ glebas semina, germe-  
nant, florent, fructus edunt, sed usui nequaquam prosunt humano, nisi ad cōpletam ge-  
neris sui maturitatē attingant. Reuolute, quæſo, tecū, discute singula, & diligentissime  
perscrutare quæ uel naturaliter producuntur ex humo, aut vegetantur in aquis, seu per  
aera uolitant, & perspicue intelliges, uniuersa per quendam insitū à suo conditore pro-  
gressum ad propriū decurrere finem. Nēpe uirtutum finis quibus homo in hac exerceſ  
peregrinatione, ut placeat Deo, & ad Dei reformetur imaginē, prorsus caret fine. Pro-  
pterea quamdiu idem homo mortalis naturæ est indumento uestitus, necesse illi est, ut  
uirtutum non deserat actus, ne qñ ipsos intermittendo, retro prospicio perefluat.  
Habent tamen uirtutes ipsæ gradus suos, per quos spirituales uiri earundē zelatores in-  
cessanter ascendunt, habent etiam incremēta propria, in quibus tanq; in speculo intue-  
ri ualent utrū proficiat, anūc deficiat. Proficiunt aut eo uerius, eoq; perfectiū, quo ar-  
dentius currunt, prudentius conuersantur, sollicitius uiuunt, intelligunt clarius, habitat  
secū frequentius, Dei bonitatē degustant suauius, de seipſis quoq; sentiunt uilius, atq;  
in ihs, que memorata sunt, spiritualibus studijs perseuerant efficacius. Quamobrem in  
D huiusmodi agone, ac uirtutum usu (sicut dictum est) usq; ad mortem incumbēdum est,  
atq; in eodem magnanimiter persistendum, quoniam solum in illo perseuerantibus ui-  
ctoriæ corona donatur, quemadmodum beatus Apostolus de se scribens testatur: Bo-  
num (inquit) certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruavi, de reliquo reposita  
est mihi corona iustitiae, quam reddet mihi in illa die iustus iudex. Pro adipiscendis igi-  
tur uirtutibus, & præcipue, de qua loquimur, obedientiæ uirtute certandum est, que  
profecto possessorem suum efficit gratum Deo, hominibus carum, animo lætum, re-  
gno cœlorum aptum, spirituali expeditum in pugna, & ab onere uoluntatis propriae  
omnino liberum. Hec nāc uoluntas propria est, q̄ euertit rationis iudiciū, lites excitat,  
nutrit odia, pacē dirimit, naturæ uincula soluit, mutuę dilectionis foedera rumpit, con-  
temnit leges, mandata transgreditur, & dissipat pariter quod Dei, qđ gratiæ, quod ho-  
noretatis, quod meriti, quod uirtutis. Propria siquidem uoluntate nil arbitrandū est esse  
deterius, nihilq; illa hominī perniciosius. Ipsa namq; semper ad peragendum uerita pro-  
clivis est, necnon indeſcienter uitiorum germina parit, fouet, & perficit, nisi obe-  
dientiæ falce reſcentur, & per uirtutū centuram à cordis habitaculo depellant. Quod  
quidem

quidem magnarum est mentium, earum uidelicet, quæ ex diuino munere, ex lumine in fuso, ex dīmicandi usu, ex puritatis affectu, & ex lōganimitatis cōstantia internos exercitatos habēt sensus ad discretionem boni & mali. Horū siquidem spiritualiū studiorū carent experīētia, q̄ carnis sunt uoluptatib. dediti, cura familiaris extendūt actionibus, reipublicae uacant regimini, atq̄ mundi istius cōpediti sunt nexibus. Illorū tantūmodo exercitiū est, ista spiritualia tractare cōmercia, qui pro sui amore conditoris, & pro perfectione cōpessenda uirtutū, mente renunciantes seculo, & ab eodem se etiam corpore elongantes, diuino mācipantur obsequio. Vnde in talū persona Propheta exclamat dīcens: Elongaui fugiens, & mansi in solitudine, expectabam eum qui saluū me fecit à puſſianimitate spiritus & tempeſtate. Audiant itaq̄ h̄ec pauperes spiritu, euangelij aemulatores, religionis professores, & contemptores sui, & latentur. Obedientiæ suave iugum teneant, & amplexentur leuissimum Christi onus: solitudinis quoq̄ asperitatem deuotionis degustatione lenifcent. Assumptum deniq̄ pro domino rigorem seruent, & sanctorum p̄æcedentium patrū imitentur uestigia. Exiguus erit eorū labor, breuis uita, conatus facilis, sed quies pacatissima, opulētus fructus, & copiosa merces. Intueāt (quæſo) tales, de quorū statu tractatur, nauigantium diurnos nocturnosq̄ sudores, tumultis & quoris procellosarumq̄ tempeſtatū uoragini, discurrentium hincinde ſauilli morū piratarū discrimina, quæ ſingulis pene horarum momētis more ſuo uicinā mortē eſſe denunciant, & nihilominus ſpe futuri incertiq̄ lucri accensi, propositum nauigādi corde conceptū inchoare atq̄ perficere minime uerentur. Hoc idem bellatores strenui pro acquirēndis inimicorū ſpolijs, & pro obtinenda certaminis uictoria actitare noſcūtur. Id ipsum etiam honoris temporalis, ac dignitatū ecclesiasticarum cupidi, ut uotorū ſuorum ſortiantur effectum infatigabiliter agunt. Nam ſerui nō erubescunt fieri hominum, ut hominibus dominantur, necnon ſe in uilibus & ablectis humiliant rebus, ut in conspectu hominum exalentur, atq̄ obedientes extrinſecus uidentur in opere, ut imperare cæteris ad tempus queant. Quod autem ipſi, de quibus locuti ſumus, peragunt homines, hoc idem mercatores pro aggregandis diuitijs: hoc demum cuiuſcunq̄ genetis cæmentarij pro addiscendis artibus exercere defudant. Sæpiſſime uero euenire conſuevit, ut indeſinenter laborent, & tamen operis ſuī fructum minime aſſequantur. In librico quidem proſperitatis transitoriae mentis pedem figere molientes, ſemper anxi desideriorum ſuorum finem querunt, nec inueniunt. Vimbram quoq̄ poſitam corā ſe pro ueritate tenere ſe ſperant, quæ profecto abſq̄ ulla ceſſatione dilabitur. Fit autē permittente Deo, ac ſuis id delictis exigentibus, ut ſic uana affectione deluſi, non niſi in eorum uitæ termino ultimo conſtituti, proprium fateantur errorem, quæ utiq̄ cognitio ſicut impellente infirmitate anxia percipitur eſſe & trepida: ita etiam æternæ ſalutis eſt dubia. Non autem ſic qui Christo domino famulantur. Nam etiſi laborant quamdiu uiuunt, ſciunt tamen non eſſe condignas huius temporis paſſiones ad futuram gloriam, quæ reuelanda eſt eis. Si carnis renunciant uoluptatibus, ſpiritualibus quotidie reficiuntur alimentis. Si propinquorum amicorumq̄ delectabile contubernium ſpernunt, domini promiſſionibus conſolantur dicentis: Omnis qui reliquerit patrem aut matrem, uxorem uel filios, fratres & ſorores propter nomen meum, centuplum accipiet, & uitam æternam poſſidebit. Si demum proprias cum difficultate pro Christo abnegant uoluntates, interna proculdubio pace fruuntur, exuberante in eorum cordibus uirtutis dulcedine, quæ poſſefforem ſuum abſq̄ fructu eſſe non patitur. Suauissimus plane eſt obedientiæ ſanctæ fructus, non marcescens per tempora, non deficiens ex uſu, ſe diligentem non grauans ex actu, ſed potius roborans in aduersis, conſortans in arduis, in pœnis laetificans, & in tentationibus muniens. Nā & gustus eius ardorem extinguit libidinis, affectum comprimit humanæ laudis, tumorem elidit, iræ inordinatos refrenat motus, auaritiæ deſideria reſecat, liuoris ſupprimit faces, & aciditatem infirmitatem ſanat. Nemo ſiquidem (quamuis uenusto ſit diſertus eloquio, quanquam ſcientia acquiſita ſit prædictus, tametí naturali clarescat ingenio) huius uirtutis obedientiæ ualet narrare peæconia, utilitasq̄ illius ſufficit propalare affluentiā, atq̄ dulcedinis eius potest referare arcana. Eſt quippe māna abſroditū, ſignatus ſōs, cōclususq̄ hortus, in quo cæterę coalescūt uirtutes, Dei gratia inuenitur, ſpiritualia dona cumulantur.

A cumulantur, bonorum operū augmentur merita, præſentis uitæ grumniſ p̄aſidia multa prærogantur, atq̄ futura beatitudinis ſpes certa donatur.

Quod diuina beneficia humano nequeant explicari eloquio. Cap. XXVIII.



Iuinæ bonitatis beneficia humano generi collata quisquis ad plenū panderere conatus fuerit, ſimilis eſſe censendus eſt illi, qui latiſſima maris fluentia in uafe minimo cōcludere moliretur. Vtrumq; enim quamuis impossibile hominib; ſit, facilius tñ (ſi dicere liceat) & quoris undæ cōcluderent in uafculo, q̄ innumerabilita Dei dona humano ualeret promulgari eloquio.

Cæterum quamuis ex ſuī multitudine, magnitudine, & incomprehensibiliſtate ineffabilia ſint; nequaq; tamen ſunt aut tegenda ſilentio, ſeu p̄aſpropalandi impossibilitate ſpernenda. Confitenda quippe ſunt ore, corde ueneranda, atq̄ religione colēda, prout paruitati datur mortalium: qui etiſi non ſufficiunt explicare uerbo, pio tamen eadem, & dilatato cordis fateantur affectu. Ipsi ſiquidem æterni nostri conditoris summa clementia non quid ualeat homo, ſed quid agere concupiſcat, approbare cognoscitur. Non enim in actu tantūmodo operis, uerum etiā in deſiderio apud altissimum iuſtorum merita ſubſiunt uoluntatis. Prohibet namq; imbecillitas corporis, & carnis corrupta ſubſtātia aggredi ardua, & peragere laboriosa negocia, tametí ſpiritus prompto deſiderio etiam diffiſillima attentare præſumat: quod & dominus Iefus teſtatus eſt dicens: Sp̄ritus Matt. 26 quidem promptus eſt, caro aut̄ infirma. Quamobrē propter carnis infirmitatē cū deſcriptionis moderamine perficienda exteriora ſunt opera, ne laguescat corpus, ipsiusq; conſumpta uirtute imperfecta remaneat. At uero ſp̄uſ rationalis, q̄ nec ſenſcit tēpore, nec motu fatigat, neq; exercitatione corrūpit, quemadmodū non debet in ſe torpere ocio, ita minime carere prudentia. Proinde ſemper incumbat studioſe, aut utilia & honesta cogitare, aut ſpiritualia & cæleſtia concupiſcere, ſiue quæ agenda uirtutū censura moderari. Nihil incoſtitutū, incoſultū nihil, nihilq; (ſi poſſibile eſt) intra ſe relinquit ne-glectum: ne uidelicet naturæ bonū contemnat, ne gratiā merendi amittat, ne ad proficiendum tempus indultum perdat, ne ſibi met detrimētū inſerat, cogaturq; poſtmodū deplorare miſeriā ſuam, & nuditatē erubescere propriam, quā ſibi ipſe ingeſſit. Quam obrem inſatigabiliter ad Deū ſemper, dum ab exterioribus uacat, eſt erigendus, & quae Dei ſunt ad meditandum eſt iugiter cōpellendus, quatenus ex ſollicitudine ad cognitionē, ex cognitione ad amore, ex amore ad gulfū, ex gulfū ad amplexū, ex amplexū trāſeat ad fruitionis affectū, atq̄ ex effectu quādoq; perducatur ad actuū. Ii profeſto ſpirituales ſunt gradus, quos in hac lacrymarū ualle ſpiritualis homo in corde ſuo ſtatueret debeat, & per eosdē nunc ascendere, nuncq; descendere, iuxta exigentia tēporis, cauſarū, diſpositionisq;. Nā nec ascendere pro libito ſemper, neq; deſcēdere licet. Nempe grāde uus ille & sanctus patriarcha Iacob conēplatus ſcalā in ſpiritu, cuius ſummitas cælos tangebat, uidit angelos ascēdētes & deſcēdētes per illā. Ascendūt uero, dū ea quæ nobis ad ſalutē ſunt neceſſaria, & ad noſtrum regimen proficua peragunt, dicente apostolo: Nonne omnes Heb. i admiſſatores ſpirituſ ſunt in ministeriū miſſi, propter eos qui hereditatē capiſſi ſalutis? Sic tñ ipſi angeli ministrādo deſcendunt ad nos, ut nunquā à diuina maiestatis cōtē platione diſcedat. Humanus aut̄ ſpiritus quantacūq; agilitate ascendat, quātlibetq; de lectione paſcat, opus illi eſt ut deſcēdat, corporis corruptibilitate grauatus, corporaliūq; neceſſitatū nexib; p̄aſpeditus. Quod sapiē ſua autoritatē denūcians inquit: Corpus, qđ corrūpit, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitātē. In hoc itaq̄ agone inuifib; homo quādiu eſt cōſtitutus in carne, & pegrinat à dño, illū luctari oportet, ut uidelicet ascēdēti ſemp teneat affectū, quanq; id minime ualeat perficere actu, atq̄ deſcēdēdo nuſq; à uero deſtinctā iudicio, nunq; tepeſcat à bono, ſed in deficiēter diuina cōcupiſcat peragere uoluntatē. Ascēdat utiq̄ ad Deū per orationis ſtudiū, necnō meditationis & deuotionis affectū: proximorū uero utilitati atq; neceſſatiſtiſtēdo deſcēdat, quāuis talis deſcenſus (ſi per caritatē fiat) aſcēſus censendus eſt magnus. Hāc profeſto ascēdēti ac deſcēdēti regulā Paulus de ſe inſinuans ait: Siue m̄te excedimus Deo, ſiue ſobriū ſimus uobis, caritas Christi urget nos. Porro impelle te Christi dilectione ualet ſp̄uſ, ſpiritualisq; homo (ſeruato uirtutis rigore, & obedientiæ Laut. Iustin. PP sancta

sanc*tæ* proposito) ascēdere infatigabiliter, atqe descēdere. Vtrūqe enim mandat à dñō. E  
**Dent. 6** Nam cūdā interroganti praeceptorē nostrū dñm Iesum qd esset maius legis mādatū, re  
 spondit: Diliges dominū Deū tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omni  
 mēte tua. Hoc est primū & maximū mandatū: secundū uerò est huic simile: Diliges pro-  
 ximū tuū sicut teipsum. Et intulit dicens: In his duobm mādatis tota lex prendet & prophe-  
 tæ. Per dilectionē quippe Dei ascendit, & per proximi caritatem descendit. Horū siqui  
 dem praeceptorū obediētia est ianua, per quā ingreditur: est etiam scala, per quā ascēdit  
 atqe descendit. Porro uerus obediens diuinę caritatis cupiēs adimplere praeceptū, nō  
 potest nō ascendere. Ascendit aut eo scelerius, eoqe altius, quo perspicacius credēdo in  
 telligit quod potens, quod sapiens, quod bonus, quod dulcis, quām misericors, quām gloriosus, quām li-  
 beralis, & quām uerax in promissionibm. suis sit ille quod praecipit. Horū profecto cognitio, ho-  
I. Ioan. 3 rumqe gustus ascensus est, uisio uero eius qui praecipit, uita æterna est. Hac est (inquit si-  
 lius ad patrem) uita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Chri-  
 stum. Cognoscant (inqua) non per fidē, aut per speculū in ænigmate, sed facie ad faciem  
 sicut est, quemadmodū Ioānes apostolus perhibet: Carissimi filij Dei sumus, & nondū  
 apparuit quid erimus: scimus quod quum apparuerit similes ei erimus, quoniā uidebimus  
 eum sicuti est. Hinc est diligēdī Deum finis, qui promittitur prerēgnātibm, obtempe-  
 rantibus, & diligentibus. Prerēgnātibm (inqua) in carne mortali per fidēqe ambulāti-  
 bus, donec attingant ad speciē. Obtemperantibm, aut diuinæ legi, statutis ecclesiæ, & su-  
 periorum suorum mādatis. Laborantibm, uerò in euellendo, dissipando, destruendo, & ex-  
 turpando de cordibm. suis uitiorum germina, & delictorū spinas, atqe uirtutē fructuosa ar-  
 busta inferendo ac plantando. Diligentibus quoqe Deum de corde puro, cōscientia bo-  
 na, & fide non ficta. Quamobrem donec ad ipsum finē promissum perueniat, toto cor-  
 de, omniqe diligentia incumbendū est, ut Dei caritas per gratiā inchoata, in nobis quo-  
 tidie crescat, magis magisqe augeatur. Augetur aut per sacrarū assiduū studiū scriptura-  
 rū, pro humilis orationis instantiā, per frequentem innumerabilium beneficiorū Deime-  
 ditationē, per spiritualē domini creatoris nostri in corde excogitata māfestationē, & per  
 futurę gloriæ rememorationē, quæ electis omnibm, promittitur, atqe donat in cælis. Ex hys  
 Iusmodi siquidē meditationibm. ignis diuini amoris exardescit, & uehementer accendi-  
 tur, ita ut potens sit cuncta māndialis carnalisqe affectus detergere rubiginē, atqe diuinā  
 in homine clarificare imaginē, quæ temporalium rerū inordinata dilectione fœda. Ce-  
 terū quum uiri sancti spiritualibm, exercitijs intenti nequeāt pro libito se eleuare ad sum-  
 ma, quippe cum ex carnis passibilitate, ex sensu sensibiliumqe usu, ex immundorū im-  
 pugnatione spirituū, necnon ex necessitate quotidiani uictus, etiā inuiti & tenientes,  
 deprimantur ad ima, hoc Dei bonitate illis est praestatum, ut qd actualiter nō ualēt exer-  
 cere in Deum, id propter eum sufficiant exhibere in proximo. Nā Deū diligere & pro-  
 ximū idē praeceptum est, par meritū, eadē affectio, & equalis finis, quāuis ad hoc peragen-  
 dū diuersa sint opera. Inuisibilis enī cū sit Deus & spūs simplicissimus, inuisibiliter, spūs  
 literqe, ac in cordis simplicitate est diligēdus, querendus, cōtemplandus, amplectendus,  
 atqe colendus. Proximus uerò quū sit formę uisibilis eiusdemqe speciei qua nos, puro ni-  
 hilominus ut Deus diligendus est corde, atqe illi tantūmodo propter Deū similiter famu-  
 landū. Est utiqe pro illo orandū, illi cōpatiēdū, & cū eodē in collatis sibi beneficj gau-  
 dendū, sicut monet Apost. dicens: Gaudere nos oportere cū gaudentibus, & flere cum  
 fluentibus, idipsum inuicē sentientes. Est praeterea exhortādus ad bonū, etudiēdus de ijs  
 quæ ignorat, in aduersis sedulo cōsolandus, consulendus in dubijs, de suis facinoribus  
 corrīgēndus, necnō de futuris periculis amicabiliter promonendus, tempore in congrio-  
 & sermonibm, opportunis, ut dilectionis fraternalē mādatū perficiatur, per qd uniuicqe iu-  
 betur proximū diligere sicut se. Quod uidelicet ut operibm, cōprobetur, de terrenis facul-  
 tibus idē proximus est pascendus, potādus, uestidendus, hospitio recipiēdus, infirma-  
 te, & carcerebm, detenus uisitādus, atqe corporali morte cōstrictus sepulture tradendus.  
 Hac profecto tam spiritualia quām corporalia, quod superius sub cōpēdio memorata sunt  
 misericordia opera uerus obediēs obediētqe amator, quāuis nō semp actu, recte tra  
 intētionis habitu, ac pro caritatis affectu pro posse adimplere conatur. Porro in ijs quæ  
 Dei sunt, pro adipiscenda nutriendaqe deuotione latissimā sibi intelligit esse paratam  
 uiam,

Apoc. 21 A uiam, pascua apposita uberrima, uaria delectabilium alimentorū condita fercula, cæle-  
 stiū sacramentorū ueneranda ac propalanda mysteria, atqe supernæ Hierusalē Deo ob-  
 tēperantibm, repromissa ineffabilia gaudia. In istis namqe spiritualibus studijs iuxta possi-  
 bilitatē suā, & quantū sibi licere cognoscit, iniūctæ obediētia & peracto fraternæ dile-  
 ctiois ministerio, & exuto propter uolūtatis fōrdidissimo ac oneroſo uestimento, ſūptisqe  
 colubæ dealbatē deargentatis pennis īgredit post labore in requiē, & locū tabernacū  
 li admirabilis uisqe in montē Dei: in quo millia milliū ministrat illi, atqe decies cētena ei-  
 dē perhibet afflere, laudātes, & benedicētes eū, quod in throno maiestatis suæ residēs glo-  
 riosus, uniuersos sibi adhærentes sua beatos facit praesentia, sapiētia ac ueritatis æternæ  
 replet splendoribm, suæqe bonitatis & caritatis suauitate lætificat. In hoc siquidem mō  
 te coagulato & pingui, in quo est angelorū innumerabilis frequentia, atqe sanctarū ani-  
 marū, & iustorum sp̄irituū inexplicabilis candidatorum exercitus: in hac (inquam) su-  
 perna patria ciuitatis nouæ Hierusalē plena gaudijs, & inextinguibili luce perfusa, se ut  
 dendū sicuti est manifestat Deus: quæ profecto manifestatio satietatem perfectam, & si-  
 ne fastidio confert, quietem pacatissimam tribuit, iubilationem perpetuam ingerit, bea-  
 titudinem æternam parit, & diuinæ laudis desideria rediuiua, ac iucūda immittit. Sane  
 ciuitas illa (sicut scriptum est) non eget sole, neqe lunæ aut stellarum claritate, qua irra-  
 dietur ut fulgeat, quoniā agnus ipse qui occisus est, suo illam splendore illuminat: nec  
 immerit. Candor namqe est lucis æternæ, speculum sine macula, iustitiae sol, & splēdor  
 diuinæ maiestatis. O ciuitas sancta Hierusalem, quām gloriosa dicta sunt de te, quanta  
 gaudia percipiuntur in te: Qui enim semel introducuntur in te, de te nunquam egressu-  
 ri uident regem in decoro suo, sine initio aeternum, sine contradictione omnipotētem,  
 filium illi consubstantiale, & per omnia in maiestate, in bonitate, in eternitate, in pote-  
 state, in gloria similem, sine principio, sine tempore, sine detrimento, & sine fine genitū,  
 atqe sp̄iritū sanctū ab utroqe procedentē, & utroqe cōplete, tanqe caritatis indissolu-  
 libile uinculū, pacis suauissimū osculum, mutuiqe amoris amplexus beatissimus. Vides  
 (inquam) trinitatem sanctissimam, patrē, uerbū, & sp̄ūm sanctū, Deum unum, in perso-  
 nis diuīsum, coæternum in substantia, in potentia & qualē, indiscretū in operatione, &  
 in uolūtate cōcordem. Pro qua uidelicet uisione eorū ratio replet ueritatis lumine, eo-  
 rū uolūtas flagratiſſima exuberat caritate, eorūqe memoria actu unico illi inseparabili-  
 ter inhārēdo qui est, beata fruitione satiatur. Huic quoqe sacratissimæ trinitatis uisioni  
 deificæ additū illis contemplatio alia cōsimilis Dei & hominis Iesu Christi domini no-  
 stri humanæ speciei, quæ utiqe totā ciuitatē cælestis ipsius Hierusalē, cohabitansqe  
 in eadem innumerabilem multitudinē lætificat, pascit & inebriat. De illius siquidē ple-  
 nitudine gratiarū, de diuinitate ipsius aeterno fonte torrēs profluit uoluptatis, quo ine-  
 briant omnes uisqe ad satietatē exultatione quadā sobria sitis perpetua. Introducuntur  
 quippe ad uerbi contemplationē per ipsum, in quo sunt omnes thesauri sapiētia & sci-  
 tiæ Dei, & in eodē admirabili cū exultatione intelligunt rerū causas, existentiū propri-  
 tates, assistentium gloriam, officia ministrantiū, & quod uerius, quamqe perfectius uniuersa  
 que sunt in ipso uiuant, quām in se. Se deniqe in illo aspiciūt, sicut & singula, & singu-  
 li in illo mutuo diligunt se, dilectione sancta, cōmunicatione beata, indissolubili carita-  
 te, pace perenni, non minus quām se, quod omnia in omnibus est qui est, & in ipso omnes  
 unum sunt. Egressuntur quoqe ad contemplandam humanæ speciei ipsius mediatoris  
 preclarissimam formam, supra cunctos hominum filios decorā, de qua profecto ema-  
 nant clementiæ, bonitatis, dilectionis, grauitatis, uenerationis, & pacis indeficientes  
 riūuli: necnon quidam diuinatis ineffabiles radij, atqe in æterni luminis ueritates innu-  
 merabiles, quibus omnibus reficiuntur uniuersorum affectus intuentium se, quem u-  
 ticqe amoris igniti complectuntur desiderijs, efferunt laudibus, spirituali modulatione  
 glorificant, & gratiarum exhibitione honorant, confitentes se ab ipso esse, quod sunt  
 ipsius iustificati gratia, redempti sanguine, caritate saluati, atqe glorificati meritis, qui  
 est ecclesiæ sponsus, fidelium caput, certantium robur, uiae dux, uite ianua, legis lator,  
 obedientiæ forma, obedientium merces, perseverantium corona, atqe regnantium prae-  
 mium Iesu Christus dominus noster, qui cum patre & sp̄iritu sancti uiuit in se, & domi-  
 natur in secula seculorum, Amen.

DIVI LAVENTII IVSTINIANI  
VENETIARVM PROTOPATRIARCHAE IN OPVSCV-  
lum De humilitate, exordium.



Matt. 25

**L**A M A T in lege ueteri Deus per Mosem populo Hebreorū, & in euā gelio īperat Saluator noster dñs Iesus Christus, ut quisq; proximum suum diligere debeat, sicut se. Hoc siquidē præcepto admoniti, cūctis impellimur prodesse, omnibusq; ex corde benefacere, atq; eidē nō minus spūalia, q; corporalia īpēdere cōmoda. De corporalib. q; ppe obsequijs pximis nostris præstitis uel negatis in extremo iudicij magni die uniuersalis disceptatio fiet, dicente domino: Quū uenerit filius hominis in sede maiestatis suæ, & omnes angelī cum eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę, & cōgregabuntur ante eū oēs gentes, & separabit eos ab inuicē, sicut pastor segregat oves ab hōdis: & statuet quidē oves à dextris suis, hōdos aut à sinistris: & tunc dicet Ihs, q; à dextris eius erunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratū uobis regnum à cōstitutione mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare: sitiui & dedistis mihi bibere: hospes eram & collegistis me: nudus & operuistis me: infirmus & uisitatis me: in carcere eram & uenisti ad me. Tunc dicet & Ihs, qui à sinistris eius erunt: Discedite à me maledicti in ignē æternū, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Esuriui enim, & nō dedistis mihi manducare: sitiui, & nō dedistis mihi potum: hospes eram & non collegistis me: nudus erā, & nō cooperuistis me: infirmus & in carcere, & non uisitatis me. Et conclusit: Ibūt hi in supplicium æternū, iusti aut in uitam æternam. Cæterum si tam accurate de operibus misericordiæ exhibitis corporib. morituris interrogatio fiet, quid de spiritualib. pro salute animarū immortalium cōmunicatis proximis seu neglectis agendū sit, à dño suo loco & tempore, qui legit, intelligat. His itaq; p̄missis instruitur quilibet rationis capax proximum suum diligere, illius necessitate pro posse curam impendere, facultates proprias cū eo īpertiri, eundem exhortari, consolari, docere, corrigere, ipsiusq; saluti cum dilectione ac uigilanter, quātū accōmodatur auditus, insistere, quatenus fratrenæ caritatis præceptū perficere queat. Huiusmodi sacrī institutionibus impulsus atq; com punctus, quemadmodū propria accusante cōscientia, & præ cōfusionis infirmitatis ac spiritualis paupertatis meæ loqui pertimesco: ita tacere non ualeo. Terret nāq; me propheticū illud memoriale, quo peccatori à Deo silētiū indicitur, ne cōtra seipsum loqua tur inquiens: Peccatori aut dixit Deus: quare tu enarras iustitias meas, & assūmis testimentū meū per os tuū? Vt uerò uerbū Dei confidenter pronunciē, idem propheta de se loquens & me & mei similes tacite hortatur dicens: Iustitiam tuā nō abscondi in corde meo, ueritatē tuam & salutare tuū dixi, nō abscondi misericordiam tuā & ueritatē tuā à concilio multo, quamobrē tu ô domine ne lōge facias miserations tuas à me. Hinc talium diuinorum eloquiorum īmbutus oraculis, ac etiam propriæ sufficiētæ onere de pressus, inde uerò fratrenæ salutis stimulis accensus, necnon pastoralis officij obstricūtus debito, cui dicitur: Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuā, & annuncia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorum: elegi confisus in Dei & saluatoris nostri ineffabili clementia pro cōmuni legentium & audientium utilitate potius ī peritiam detegēdo meā calamo percurrente loqui, q; in silentio meū habitādo tacere. Loquar itaq; nō minus mihi p̄si, q; ceteris. Scio enim & palām testificor me salubri īdigere admonitione, atq; efficaci opus habere medicamine: eius (uidelicet) de qua farī in itui, humiliatis uirtutis, quoniā superbiæ morbo laborare me fateor. Aperiām igitur os meum, ut illud īpleat ipse, qui docet hominē scientiā, & præstat intellectum p̄scentibus se. Ipsū quippe uolo habere præceptorem meū, sermonum meorum institutorem, correctorem ignorantiae meæ, meæq; lingue dissertorem, quatenus quēcunq; in hoc opere ex illa processerint, sint prolata recte, sale condita, ueritati innixa, & uirtutū disciplina contexta. Sine ipsa qui alios conatur instruere, prorsus à semetipso decipitur, nec sibi nec alijs prodesse ualeat, quum sapientia careat, quæ de sursum est, & à solo Deo donatur, dicente apostolo Iacobo: Si quis īdiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus

Psal. 49

Ez. 5:8

H

Etus debito, cui dicitur: Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuā, & annuncia populo meo scelera eorū, & domui Iacob peccata eorum: elegi confisus in Dei & saluatoris nostri ineffabili clementia pro cōmuni legentium & audientium utilitate potius ī peritiam detegēdo meā calamo percurrente loqui, q; in silentio meū habitādo tacere. Loquar itaq; nō minus mihi p̄si, q; ceteris. Scio enim & palām testificor me salubri īdigere admonitione, atq; efficaci opus habere medicamine: eius (uidelicet) de qua farī in itui, humiliatis uirtutis, quoniā superbiæ morbo laborare me fateor. Aperiām igitur os meum, ut illud īpleat ipse, qui docet hominē scientiā, & præstat intellectum p̄scentibus se. Ipsū quippe uolo habere præceptorem meū, sermonum meorum institutorem, correctorem ignorantiae meæ, meæq; lingue dissertorem, quatenus quēcunq; in hoc opere ex illa processerint, sint prolata recte, sale condita, ueritati innixa, & uirtutū disciplina contexta. Sine ipsa qui alios conatur instruere, prorsus à semetipso decipitur, nec sibi nec alijs prodesse ualeat, quum sapientia careat, quæ de sursum est, & à solo Deo donatur, dicente apostolo Iacobo: Si quis īdiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus

**A**nibus affluenter, & non improperat, & dabif ei. Per quē itaq; loqui dignat ipsa Dei uitus & sapientia, dñs (uidelicet) noster Iesus Christus, ille sagittas īmittit ignitas cū car bonib. desolatorijs, mysteria quoq; pandit cælestia, per quē rationalis potentia summae ueritatis irradiatur lumine, atq; sapientiē pinguescit dulcedine. Nam eloquia illius (per hibente propheta) sunt eloquia calta, argentum igne examinatū, probatū terræ, purgatū septuplū. Propterea potens est, peccatorū cōsumere rubiginem, cordiū secreta rimirī, immutare se in percipientium mentes, rectas bene uiuendi insinuare semitas, uitæ ianuam ostēdere, & future retributionis, quātā sint gaudia, lucidissime declarare. Nec im merito. Nā (teste apostolo) ipse Dei sermo uiuus & efficax est, penetrabilior omni gladio aneipiti, pertingenis usq; ad diuisionem animæ ac spūs, compagūq; & medullarū, & discretor cogitationū, & intentionū cordis, & nō est ulla creatura inuisibilis ei: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. In sede namq; sua sacratissima immutabiliter re quiescens in cœlo angelorum choros, & spūs beatorū replet sapientiæ suæ præclarissimis splendoribus, quibus lætitia inenarrabili, & admiratione profusi consona, atq; medullari iubilatione eundem, quātū illis datur posse, laudare & glorificare nō cessant: in terra uerò nunc per seipsum, interdū per angelos, ut plurimū tñ per homines hominib.

Heb. 4

B

Ioquens ingerit in eorum corda, quæ sint diligēda, quæ credenda, quæ facienda, quæ uitanda. Paruulos siquidē spiritu, lactis nutrit dulcedine, adultos uerò pane cibat uitæ & intellectus, & sapientiæ aqua reficit, inebriatq; perfectis autem diuina sacrarum scripturarum referat sacramenta, & se cognoscibilem reddit, non sicuti est, quod reseruat in patria, sed per fidem inuisibiliter, per intelligibiles ueritates: per quas utiq; Dei uenerantur præsentiam, complectuntur sapientiam, bonitatē laudant, & adorant maiestatem se pro posse per amoris incendiū transformantes in eum, qui est. In persona taliū Paulū apostolū arbitror dixisse: Nos autem reuelata facie gloriā Dei speculantes transformamur de claritate in claritatem, tanquam à domini spiritu (uidelicet) eruditī atq; directi. Hinc tanta cum fiducia idē Apostolus aiebat: An experimentū quæratis eius, qui in me loquitur Christus? Alio quoq; in loco: Sapientiā (inquit) loquimur inter personas, non sapientiā huius mundi, quæ destruitur, sed sapientiā in mysterio absconditā, quam nemo principum huius seculi nouit. Nouerat proculdubio ipse, qui donum percepérat sapientiæ & intellectus, audieratq; in paradísum raptus arcana uerba, quæ non dicebat hominī loqui. Proferebat namq; quæ propalari agnoscebat licere, quæ uerò de bere occultari silentio intelligebat, tacite reuolutebat secum, & ueluti animal mundum in oratione positus suauiter ac intētissime ruminabat, unde & pascebatur, roborabat, accendebar, renouabatur, & transformabatur. Sic Paulus, sic apostolici uiri Paulo similis in omni sapientia spirituali īmbuti atq; perfecti. At uerò ego puer sensu ab his memoratis sanctis, scientia, moribus, & uirtutibus longe dissimilis cælestia & diuina reliquæ manifestare perfectis, paruulis, & infirmis de uirtute humiliatis non à meipso, sed fretus auxilio illius, qui ait: confiteor tibi pater domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis, insinuare studebo. Quam

D

obrem ô domine Iesu humiliatis magister, & amator humiliū, exaudi me uilissimū & indignū seruum tuū, & da mihi sapientiæ & sciētæ lumen, quo mediante accrescat, nō in te qui semper idem es, qd es, sed in nobis laus tua, & gloria tua. Præbe mihi (quæso) ô creator omniū, meridiana lux, & electorū merces) eruditam linguā, sermonem uerum intentionem rectam, sensum humilem, & cor docile, quatenus te loquente per me, tecū per fidem & dilectionem habitāte in me de uirtute humiliatis, de qua tractatus sum, instruar à te, atq; in tuæ ueritatis splēdore agnoscam me, deformitatem meā inspiciam, & intelligam gratiam tuā, necnon gradiar, quoad uixeris, per semitas iustitiae tuæ subiectus omnibus propter te, displicens mihi, & placens tibi, quærens utiq; non quæ mea sunt, sed quæ tuā, & quæ prosint multis. Sic namq; mi domine, sic mecum operante honestatis tuæ clementia efficiar uas sanctificatum, instrumentum utile, & operarius non dormitās, apponens gregi tuo, quem proprio redemisti cruore, de thesauris sapientiæ tuæ pascua uitæ, quæ sumentibus se perpetuam tribuunt uitam.

QVOD PERNICIOSVM ET DEO ODIBILE SIT SVPER  
biæ uitium. Et qualiter, ac quibus gloriandū sit. Cap. I.



Vum multa sint uitiorū genera, quæ naturale humanae specieis decorē obnubilant, præ omnibus superbiae languore id actitare affeuerare nō ambigo. Initū omnis peccati, inquit diuinus sermo, est superbia. Hæc est proculdubio, q̄ aduersatur Deo, & hominē à suo facit apostatare autore. Hæc aū ab angelis exordiū habuit, ipsosq; in cælo bene conditos possedit, erexit, & stravit. Nā illorū principis prophetica illa uox est: In calū cōscendā, super astra celi exaltabo soliū meū, sedebo in mōre testamēti in laterib. Aquilonis, ascendā super altitudinē nubiū, similis ero altissimo. Huius quoq; pestifero elationis ueneno nō solus ipse Lucifer infectus est, de quo aliis Propheta ait: Tu signa culum similitudinis, plenus sapiētia, pfectus decore in delicijs paradisi Dei fuisti, in me dio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in uījs tuis à die cōditionis tuae, donec inuenta est iniqüitas in te, uerū etiā omnes spūs illi, q̄ nequissimo ac damnabili superbiae ipsius inhēdere cōsensui. Voluerūt enim sibijs p seipso uēdicare principatum regni, atq; beatitudinis obtainere fastigiū, ignorātes ut cæci, quia nemo nisi humilitate & subiectione p̄eiuia ad huiusmodi perpetue felicitatis potest triūphū ascēdere. Ipse namq; cuius sunt thesauri diuinitarū cælestiū, sapientiæ, bonitatis, satietatis, & gloriæ solus est scala, p quā ad ipsum cælorū scāditur regnū. Ipse ianua, p quā ingredit̄ quisq; p̄ordinatus ad uitā, in sancta sanctorū ad uidendū Deū facie ad faciem, & ad cōtemplādā ipsius maiestatem, eternitatem, diuinitatē, in quo est omne bonū, cunctorūq; desiderabilitū summa fruitio. Aliunde præterquā per Christū, qui ait: Ego sum ostiū ouīū, p me si quis introierit, saluabit̄, ingrediet̄ & egrediet̄, & pascua inueniet, quicq; intrare conatur, necesse est, ut cadat, sicut illi, de quib. apostolus Petrus perhibet dicens: Si enim Deus angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciādos reseruari. Porro isti nequam sp̄ritus quamvis in cælo cōditi, naturā liacumine ornati, gratiaq; p̄uenti cordis erigentes ceruicē cōtra uniuersorū dominū ab arce cælestiū mansionū auulsi in incendiū sunt demersi æternum. Quid aduersus homines superbientes auctus sit Deus, elati dījudicent. Sacro utiq; attestāte eloquio semper Deus superborum contriuit iactantiā. In paradiſo namq; positus homo celsitudinē diuinitatis cōcupiuit: sciētiā boni et mali appetiūt, quāobrē de loco uoluptatis expulsus innocentieq; cādore nudatus, huius peregrinationis factus est incola, ærūnis plenus, & gehennæ filius. Porro uiri superbii & nequa, qui, sicut sacra narrat historia, turrim ædificare moliti sunt, quæ celi alta penetraret, confusione referti sunt, atq; linguarū ita uarietate diuisi, ut nequaq; inuicē se intelligere possent. Dathan & Abyron, qui contra dñm ipsiusq; prophetam murmurij ediderūt uoces, aperto terræ hiatu cum suis in infernū descendērunt uiuentes. Prætermitto retexere tumorem cordis eorum, quos hac peste redarguit sermo diuinus fuisse pollutos, quantas de sua elatione luerint pœnas. Horum casum Propheta considerans, dominum dēprecabatur dicens: Non ueniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt, qui operantur iniqüitatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. His quippe p̄emissis solerter animaduertendum est, quanta apud Deum humilitatis uitius commendatione sit digna, quæ superbiae uitio tota liter opposita esse cognoscitur. Proinde de ea loqui utilissimum est, ipsam p̄econijs ueris extollere honorificum, illiusq; qualitatem, celsitudinem, ac decorem insinquare mortalib; est opus p̄issimum, & Deo acceptum: eiusdem uerò institutio nem & perfectionem corde custodire, & moribus usitatum uiuendi supergreditur modū. Nā, experientia teste, pauci reperiuntur numero in comparatione cæterorū, qui saltem naturali exagitati impulsu p̄aeſſe potius non ambiant, quā subesse, laudari magis appetant, quā despici, atq; plus concupiscant ab hominibus boni existimari, quam mali. Hæc proculdubio sunt superbiae germina, hæc (inquam) elationis sunt filiæ, quæ nisi sedula coercent disciplina uitutū, ex quotidiano accrescant usu, & ex filiab. spirituales efficiuntur matres, necnon ex tenerrimis arbustis arbores ingentes sunt, ita quæ uolucres cæli, aereq; (uidelicet) potestates in eis nidificant, & proprios nutriat foetus. Talis

A Talis siquidem est uitiorum natura, ut indeficienter augeantur, & in deterius uergāt, si non in ortus sui principio reſcentur: ante quam radicem in humano corde defigant. Quam uerò difficile sit, & quā laboriosum: posteaquam adoleuerint, & in cōsuetudinem suos redegerint actus: eadē superare, & sub uitutū censura cōpescere optime sciūt spirituales uiri, qui iudicant omnia, & in sui cordis custodiā incessanter incubunt. Hos psal. 136 utiq; Propheta laudās ait: Beatus, qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petrā. Quāob rem aduersus superbie uitium eos uiriliter dimicare oportet, qui humilitatis desiderant obtinere uitutem. Intelligent nanq; quantum elatio sit odibilis Deo, quā onerosa hominibus, quā se possidenti pernicioſa, quantum uitutibus aduersetur, q̄ crebris subſtaceat casib. quantorum malorum in præſenti sit ipsa origo, & quantum post hanc uitā grauissimis æternisq; sit plectenda supplicijs. Horū siquidē, quæ sub cōpendio perstrinximus, quisquis certā uoluerit habere notitiā: prorsus non poterit uenenum non obhor rere superbiae, quæ gratia Dei hominē reddit indignum: proprio ac naturali priuat arbitrio, euacuat meritis, subiūcit seruituti, & gehering efficit filium. Probat hoc diuina auto ritas, hoc sanctorum oracula prophetarum: sc̄q; supra se erigētium ruina notissima. Cui (oro) superbienti aliquā pepercit Deus: quis cælestia p̄cepta contēnens, & in eadem pertinacia perseverans, ueniā promeruisse cognoscit: Nō elatis & de se præsumēntib. sed delicta sua humiliter cōſitentib. impertit Deus gratiā. Saulus quippe, qui q̄uis ignōrans Dei persequebat ecclesiā, & de se supra modū p̄sumebat, diuina prostratus uoce, nequaq; ante erectus est, q̄ reatum suum humiliter confiteret, & obedientiā sponde ret dicens: Dñe quid me uis facere? Nam quēadmodum Deus superbis resistit: ita econ trario humiliib. dare gratiā perhibetur. Non enim mirum est, si Deus superbis repugnat, cum per tumorem mentis sibijs, quod Dei est proprium, uendicare conentur. Multa quidem beneficia, innumerabiliaq; dona, tam corporalia, q̄ spiritualia diuinam bonitatē gratis hominib. contulisse perspicuum atq; notissimum est. Nusquam uero in sacrī legitur uoluminibus honorem suum dominum p̄astitisse mortalibus. Videte (inquit Deut. 32 idem per Mosen) quod ego sum solus, & non est alius præter me: ego occidam & uiuere faciam: percutiam & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere. Per Prophetam quoq; alium audi, quid dicat: Ego dñs (ait) & non est alter formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem & creans malum: ego dominus faciēs omnia hæc. Quis igitur proprium elati cordis sit uelle p̄aeſſe: humana ardētissime appetere gloriā: sibi quod aliorum est honoris, laudis, cōmendationis, & famæ arrogare, atq; loquaci & mendaci interdum assertione propalare, quæ sibi ad decus & laudē prouenire dījudicat: euidentissime patet omnia hæc uniuersali dño eiusq; gloriæ esse cōtraria. Ipse namq; solus est extollendus laudibus, ueneratione colendus, exorandus precibus: cotidianis uitutum exercitijs placandus, amplectendus uotis, totisq; animæ uirib. diligēdus. Errat profecto, & ab humanitatis itinere supra modū deuiat, quicq; concupiscit aspectibus hominum honorabilis apparere, cum Apostolus dicat: Regi seculorū immortali, & inuisibili soli Deo honor & gloria in secula seculorū. Suo quippe nō alieno debet quisq; glorificari. Inanis est gloria, quæ de alieno ære, indumento, seu alio quouis munere ad temporis collato possidentem attollit. Nam quum uoluerit ille, qui dedit, ad libitum ualet auferre. Quamobrem proprio nō alieno dixi esse gloriandum, si tamen tale sit illud, ut merito quis debeat gloriari. Absit autem, ut de scelerib; uel de perpetratis criminib. com mendari debeat homo, qui ratione dirigitur, sicut ij, quos Propheta redarguēs ait: Gloriantur cum maleficerint, & exultant in rebus pessimis. Nō enim peccata honorabilē, sed prorsus delinquentem reddunt inglorium. Hæc plane est uera sententia: quāuis alter Propheta sentire uideatur, quum dicat: Laudatur peccator in desiderijs animæ sua, & iniquus benedicitur. Vtrūq; recte prolatū est: licet inter se dissidere appareant. Laudatur utiq; peccator, quum prosperatur in uia sua, quum floret ad tempus, quum honorib; sublimatur, quum humanis effertur laudibus, quū locupletatur diuinitis, quum uoluntatibus carnis impinguatur, & transitorijs bonis replet̄. Laudatur, inquā, sed ab ijs, qui solum ea, quæ carnis sunt, sapiunt, & qui inuisibilia esse nō credunt, atq; alteram uitam esse negant: necnon & ab illis, qui futurom æternorumq; bonorum spe carent, tantūmodo terrenis & inuisibilib. inherentes. Huiusmodi profecto nō possunt nō laudare, q̄ pp. 4 dīl.

diligunt, quod querunt, quod ambiunt, & quod finē suum esse constituant. Hoc quippe laus quum nulli sit ueritati innixa, nulla ratione roborata, nulloq[ue] fano directā iudicio, tanquam perniciosa, ueluti falsa, & sicuti inanis & breuissima est omnino spernenda, atq[ue] calcada. Quid Propheta de peccatorum sentiat gloria, audi: Vidi, inquit, impiū superexaltatum, & eleuatum sicut Cedros Libani: trālui, & ecce nō erat: quālui, & nō est inuentus locus eius. Idemq[ue] ait: Et adhuc pusillū & non erat peccator, quāres locum eius, & nō inuenies. Pater igit ex his, quod peccatorū laus uel gloria momētanea est, tē poralis, atq[ue] delenda. Laudato autē nullam cōfert gratiam, beneficium nullū. Parētētē pore laus laudatusq[ue] deficiunt, dicēte Propheta: Perit memoria eorum cum sonitu. In prudentissimum itaq[ue] esse dixerim, de alieno quēpam uelle gloriari. Intelligat, q[uod] suum est, & palam cognoscet nulla dignum esse laude. Nostrum nāq[ue] est proprium posse p[ro]c[on]are, de nobis præsumere, tēporalia & aliena concupiscere, à Deo mentis obtutū auertere, & in desperatiōis baratrum nosmetipso[rum] p[re]cipitare. De quo autē & in quo sit gloriam, Apostolus docet dicens: Qui gloriāt (inquit) in dño gloriēt. Quare uero in dño: Quoniā ab ipso percipimus totū, quod dignū est gloria. Obserua, queso, à quo habebas, ut līs, ut rōnalis līs, ut līs caelestis uocationis particeps, ecclesia mēbrum, sacramētorum Dei capax, cohēres Christi, & angelorū cōsors. Reuolue (inquā) quis innumerā tibi cōtulerit bona naturā, & gratiae munera. Aduerte à quāta peregrinationis lauacris seruitute liberatus: quo redēptus precio, quo celesti quotidie alimento nutritus, q[uod] me racissimo uino potatus, quo custode protectus, quo amore dilectus: quantis beneficiis spiritualibus & tēporalibus astrictus, quātisq[ue] ineffabilib[us] promissionib[us]. & tēmētis gaudijs animatus, atq[ue] allectus. Hæc si diligēter consideraueris, cōpunctus p[ro] admiratiōe necnō p[ro] dulcedine debriatus cū Propheta clamabis: Quid retribuā dño pro omnib[us] que retribuit mihi: Rursumq[ue] ingeminabis q[uod] memoratus Propheta alio in Psalmo de cantās ait: Non nobis dñe, non nobis, sed nomini tuo da gloriā. Nēpe his duobus brevi bus versiculis superborum attenē frons, & alta sapientiū ac de se p[ro]fumentū deprimitur insipientia: eorum (uidelicet) qui de alieno sibi uendicāt gloriā, & conditoris sui de ipsius donis nō formidant usurpare honorē. Tales si recte saperent, intelligerent unq[ue], quod si quid possunt boni agere, ab illo habēt, qui dicit: Sine me nihil potellis facere. Si sciunt quicquam commendatione dignum, ab eo percipiunt, qui ait: Spiritus sanctus, quē mittet pater in nomine meo, ille uos docebit omnia, & fuggeret uobis omnia, que cunq[ue] dixero uobis. Instruit paracetus, & docet hominem scientiam, tribuit intellectū, sapientiam, atq[ue] consilium. Si uolunt, & desiderant, quod Deo placeat, & non aliunde, tēdē habere arbitrentur, quām ab illo, qui iustificat impios, conuerit errantes, solvit cōpeditos, cæcos illuminat, elisos erigit, & resuscitat mortuos. Ipse profecto dominus est bonitatis fons, & omnium largitor bonorum: qui nemini ex debito, sed uniuersis p[ro]stat gratis beneficia sua, quemadmodum Apostolus Iacobus testatur inquiens: Omne datum optimū, & omne donum perfectū de sursum est descendens à patre luminū. Nā eti[us] nostra laudabilia remunerat opera, hoc non agit ex debito, nū in quantum ex iusta ipse se debitorem uoluit facere liberalitate: quatenus aliquid efficit in beneplacite, unde ait: H[ab]ito iuste remuneraretur Deo. Conſitentem audi Prophētam: Benedic anima mea domini aum, & noli obliuisci omnes retributiones eius, qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in misericordia & miserationibus. Coronat utiq[ue] te, non ex meritis, aut in operibus tuis, sed in misericordia & miserationibus suis, ut agnoſcas, non per tua merita tātum, sed per suas miserationes posse falcati. Hoc & Paulus suo affirmat testimonio dicens: Apparuit benignitas & humanitas gloriatiōis noītri Dei, non ex operibus iustitiae, qua fecimus nos: sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ceterum si in extremo iudicij magni Dei uidetur remunerare misericordia opera in proximorum necessitatibus exhibit ipsa quippe minime absque ipsius gratia, que gratum facit, & caritate efficit dignum, fieri possident. Ut autem scias, que dicuntur, ueritati esse innixa, Apostoli obserua sententiam: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum: qui datus est nobis. Subiungit itaque ipsam caritatem nobis esse infusam, non ex operibus, sed per spiritum, ut grata sit gratia. Si enim ex operibus (ait Paulus) iustificatur homo, ergo gratia non est gratia.

A. gratia. Gratia ideo uocatur, quia gratis datur, si gratis datur, non ex merito recipientis, sed ex liberalitate tribuitur largientis. Vnica autoritate Apostolum confirmare ea, quæ dicuntur, necnon inanis gloriæ damnare elationem diligenter aduerte. Quid enim habes (inquit) quod non accepisti? Et si accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Et alibi: Non est (ait) uolentis neq[ue] currentis, sed miserentis Dei, qui quum uult miseretur, & quem uult indurat. Et quemadmodum figulus pro libito aliud uas de eadem massâ facit in honorem, aliud in contumeliam. Quum igitur ab ipso domino nedum habeamus q[uod] accepimus, uerum etiam quod sumus, illum debemus ex toto cordē diligere, illi gratias agere, ipsiusq[ue] gratiam & misericordiā confiteri. Non autē inflari sicut Pharisæus, qui uoce gratias referebat, & corde supra Publicanū se extollebat ante Deū, qui solus cordū secreta rimat. Quāobrem de tēplo non iustificatus, sed potius reprobatus egressus est, quia sui munus nō cognouit authoris: se procaciter laudauit, atq[ue] aduersus proximum suū se mēdaciter iactitauit. Multos iste suo erudiuit exēplo. Docuit enim q[uod] solerter debeamus superbiā fugere: qua humilitate Deo gratias agere, qua intētione opera que in se sunt laudabilia, facere: nullūq[ue] postremo (quāuis peccatorē) temerarie condemnare. Insinuauit (inquam) audientibus cæcitatem mentis propriæ, & magister effectus est salutis alienæ. Quāobrem discamus singuli, discamus omnes uitium obhorrere superbiam, & euitare altum sapere, atq[ue] toto conamine sectari humilitatem, quæ omnium est radix, ac magistra uirtutum.

Quod sit superbia fugienda, & sectanda humilitas, quæ in sui uera cognitione fundata subsistit.

Cap. 11;



Npræcedenti capitulo, & in opusculi huius exordio (prout dñs donare dignatus est) tractauimus: quantū superbiam uitium sit graue, quantū Deo odibile, q[uod] perniciosum existat illud sectantib[us]. & q[uod] solicite sit cauendū. Ex quibus profecto claret, quod istud elationis uitium quāto magis diuinæ aduerſat bonitati, & salutis hominum agnoscit esse contrarium, tanto ē regiōe humilitatis uitus est gratissima Deo, necnon cælorum regno se possidente efficit aptūm, omniumq[ue] gratiarum susceptibilem, & dispensatōrē idoneum. Hæc quippe humilitas quā sit uniuersarū radix, ac magistra uirtutum, à cunctis dñm metuentib[us] est amplectenda, ac pro totius laudabilis conuersationis est fundamento locanda: non uerbotenus, neq[ue] ex simulatione extrinseca, sed intrinsecus in corde, ubi sedes ipsius sita est: radix uget, magisterium exercetur, & dirigunt opera, ipso iudicante, atq[ue] conspiciēte, qui scrutat corda, & singulorum cogitationes, ac secreta rimatur, quē nō fallit opinio, non decipit simulatio, elatio aut potestas non terret, neq[ue] mutat auersio. Nam per se sibi pl[et] sufficit, sibi placet, in se uidet omnia, per se disponit uniuersa, & æquitatis lance cuncta dū dicat: nullius eget suffragio, nullius indiget, nulliusq[ue] cōmendatione clarescit: de se beatus est, in se plenus Deus, essentialiter bonus, sapiens, potens, iustus, & misericors. Non patiens ex alterius malo detrimētum aliquod, neq[ue] additamentum ex bono, sed semper idem permanens, sine motu mouens omnia, sine defectu regens singula, & sine labore sustinens uniuersa, se quoq[ue] communicans absq[ue] diminutione, se absq[ue] coercitione inclinans, sine perturbatione irascēs, & prorsus absq[ue] personarum acceptione dona sua impertiens: non querit ab hominibus pecudum hostias, non auri, non argenti munera, non incensi & thymiamatis sacrificia, non escarum corporalium abstinentiam, non rerum tēporalium penuriā, non carnis macerationē, non uigiliarū longitudinem, non indumentorū asperitatē, non prolixitatē orationis, non postremo cōtemptū sui, sed ut humilietur & in ueritate cognoscat se. Hæc quippe quæ superius memorata sunt, quamvis laudabilia sint, & quanquam de genere sunt bonorū, per se tamen non ualent, per se nō conferunt gratiam, & nequaquam per se sufficiunt ad salutem. Habilitant quidē ad gratiam suscipiendā, præparant ad obtinendū ueniam, ualent ad mitigandam Dei iustitiā, suffraganturq[ue] ad promerendum misericordiā. Hinc profecto non sunt contemnenda, nō prætermittenda, neq[ue] ueluti inutilia uilependenda. Valēt, prosunt, sapiūt, delectat, si humilitatis condimento socientur. Nam quanta cunq[ue] quis uideatur sanctitate polle[re], fulgere scientia, ornari morib[us], cæteros humana estimatione præcellere, minime illa debet omittere, sed potius eadem constanti perseuerantia exercere, nisi forte matutino fit

ro sit cōfēctus senio, uel corporis lāguore detentus, seu nimia debilitate depresso. Tūc quidem actū intermittenda sunt, & desiderio amplectēda, atq; ex parte pro posse scēda (seruata nihilominus discretionis regula, necnon humilitatis censura, quæ non præsumit ambulare in magnis, neq; se ostentare inaniter in mirabilibus super se.) Humilitatis enim uirtus discretionis limites non egreditur, propriæ infirmitatis optimo eruditamagisterio. Nam humilitatis diffinitio est suimet hominis certa cognitio. Hæc profecto sui cognitio est fundamentum solidissimum & stabile, supra quod humilitatis stratura locata est, augetur, atq; perficitur. Hæc (inquam) est ad salutem hominis prorsus necessaria, sine qua delictorum contritio esse non valet, quæ est indulgentia mater, peccatorum consumptio, delinquentium spes, spiritualis resurrectionis ianua, medicina cęlestis, animarum lauacrum, desperationis interitus, desperatorum portus, uite fons, Dei & hominum mediatrix. Nempe qui ignorat se, nescit compungi, se humiliare dēsignatur: & quum sit delictorum ulceribus plenus, in columem se esse arbitratur: medicū non querit, sanitatis remedia spernit, caritatis monita non admittit, & tādiu letali morbo de primitur, quandiu in sui cæcitate perdurat. Auget sic perseverans peccatum peccato, & de tenebris transit ad tenebras. Obdurescit quotidie amplius, & lætatur, quum malefici, atq; exultat in rebus pessimis. Deridet simplices, pusillos supplantat, innocētes persequitur, contemnit humiles, prouocat iustos, & se pro Christo subiūcientes ipse condegnat. Bonum dicit esse malum, & malum bonū, tenebras lucem, & lucem tenebras esse facet. Sicq; fit, ut ipse sibi ipsi efficiatur inimicus, crudelis hostis, & insidiator continuus. Impossibile prorsus est fari, quanta ex sui ignoratiā prouenant mala, quot inopinati emergant casus, quot tentationes insurgant, & quām grauiā perpetrentur facinora. Profecto qui ignorat se, ignorat Deum, & ab eodem ipse ignorabitur. Hoc in uirginibus fatuis pater, quæ cordium suorum ex sui ignorantia extinctis lampadibus pullantes diuinæ misericordiæ ac nuptialis conuiuij ianuam audire meruerunt: Amē(dico uobis) nescio uōs. Mira res. Qui scit omnia, illos non cognoscere se perhibet, qui ignorat se. Cognoscit quidem eos in culpa, sed ignorat ad ueniam. Nam qualemque peccator latebras querat, quantalibet spiritualia seu corporalia abdita opaca perlustrat, à diuinō non ualeat se occultare conspectu, dicente Propheta: Et dixi (inquit) forsitan tenebrae conculcabunt me, & nox illuminatio mea in delicijs meis: quia tenebrae non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Latere post præcepti præuaricationem arbitratus est Adam, & tamen Deum ambulantem ad auram post meridiem audiuit dicentem: Adam ubi es? Latentem reperit, & interrogauit ubi esset, ipse intellexit. Non enim de loci tantum qualitate sciscitatus est dominus, sed nuditatis turpitudinem, & ignoratiā suæ tenebras ex obliquo eidem delinquenti obiecit. Detenus uero in culpa utinam uel tunc agnouisset se, utinam reatus sui transgressionem confessus esset humiliter: quoniam seipsum posteritatemq; suam liberasset ab exitio. Verum ad hoc illum sui prouexit ignorantia, ut culpa suę occasionem impingeret domino, qui proprium simpliciter & absq; excusatione aliqua debuerat accusare delictum. Quamobrem discant, qui audiunt, & alieno erudiantur, non se, quū peccant, defendere: neq; tergiuersatione ulla facinus proprium leuigare, sed illud coram Deo ipsiusq; uicario palam cōfiteri, & sicut perpetratum est, pandere, necno sibi meti ipsiculam inferre. Hæc profecto se agnoscētum in ueritate est disciplina optima, se uidelicet condemnare, se peccatores intelligere, se cæcos, se infirmos, seq; ad omne malum proliuos existere absq; ulla dubitatione sentire. Hinc timent casum, præuaricationem metunt, exigua, quantum ualent, delicta deuitant, indisciplinatū hominū consortia fugiūt, superborū colloquia obaudiūt, atq; amatorū seculi desideria uana esse nō dubitāt: unde sic in cūctis se caute custodiunt, ac si essent quotidie morituri. Claret igit ex his q; operatoria, quāq; ad salutem sit necessaria cognitio sui, quæ præstat lumē ad cognoscendā huius peregrinationis pericula, & spirituales mundi istius laqueos calcandos, quos proculdubio percipere acignorare conuincit, qui ignorat se. Quamobrem beatum esse dixerim, qui de se non qualēcunq;, sed ueram cognitionem habere meruerit.

**A** Quod ex rationis recto usū ceteris homo emineat animantibus. Cap. III.  
**R** Ecte intelligentibus conspicuum est, hominem propter rationis usum cætera præcellere animantia: quoniam per ipsam discernere ualet inter bonum & malum, inter maius bonum & minus bonū, inter malum & malū: quod minime possunt dijudicare, qui ratione carent. Hoc quippe donum ideo à Deo est insitum, & homini prærogatum: quatenus uero iudicio intelligat, quid sit honestū, quid illis sit utile, quid perniciosum: quid aduersum, quidue necessariū. Quę quū agnouerit, studeat tūc, quod honestū, & quod est utile, diligere: odī, se uero quod est perniciosum: quod aut̄ aduersum est fugere, & quod necessariū sibi esse censuerit, tota intentione, totaq; animi uirtute perficere. Ista quicunq; scire aut opera in neglexerit, nō rationalis, sed potius animalis nuncupādus est, dum præcipuum sui cōditoris conculcat beneficium, naturæ donū dissipat, & cognoscendi delectationē amittit. Eiusdem maxima utilitate se priuat, atq; rationis dignitate omnino alienum se facit, dicente Propheta: Homo quum in honore esset, nō intellexit, cōparatus est iumentis insipientib. & similis factus est illis. Iumentis merito cōparant insipientib. qui uoluptate seducti spredo rōnis bono, sensibus deseruiunt carnis, uisibilib. inhærent, & terrenis tm̄ inhiāt cōmodis: nequaq; cogitātes, quid pariat talis affectus, qd carnis lenocinia, quid uisibilium amor operet in homine: qualem contēnant dñm, cui aduersario famulentur, & quo mucrone se feriat. Hinc per abrupta uitiorū se sponte præcipitat: hinc per dēfisiemas ignoratiæ uagantur tenebras, & in fauissimorum hostiū incurruunt manus, qui eos deprædant, captiuos ducunt, uenales faciūt, uulnerāt, mactant & perdunt. Taliū (heu) quantus est numerus, qui se uide arbitrant, & cęci sunt: putant quoq; se per rectas iustitię incedere semitas, & prorsus à ueritatis deuiant regula, speratq; hic & in futuro delectabiliter uiuere seculo: minime memoriter retinentes dñm dixisse: Væ uobis qui, Luc. 6 nunc consolationem habetis: quoniam plorabitis, & flebitis. Abrahā etiam (per hibēte, domino) dūiti epuloni bysso & purpura dum uiueret uestito dixisse legitur: Recorda- Luc. 16  
**C** re fili, quia recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala, nunc autem ille lætatur, tu uero cruciaris. Redēptor deniq; noster fideles accendere uolens ad contemptum humanæ prosperitatis, & æquanimiter aduersa perferendum in hoc seculo, inquit: Beati qui lugent, quoniam consolabuntur. Merito lugentes beati fore enunciantur, qui exiliū huius agnoscentes ærumnas, & infirmitatis propriæ consciū nequaquam ualent gaudere, intelligentes in quibus uersentur laqueis, quibus subiaceant periculis, quantis obligati sint debitūs, & quām uarijs quotidie sint attriti laboribus. Hi profecto rationales esse censendi sunt, qui ambulant in luce, & in sui uera cognitione persistunt. Veram ideo appellauerim, quia se in splendore ueritatis intuendo cognoscunt. Nam non omnis sui cognitione apud Deum meretur laudem: sed illa tantum, quæ cælitus per gratiam à Deo donatur, custodit legem, obtemperat domino, & humilitatem parit. Sunt namq; qui carnis se tantum agnoscunt intuitu, & in corporis sui complacent decore. Hi proculdubio quum humanis se exponunt asperibus quantum ualent, preciosis se induunt uestibus, muliebri cultu se ornant, simbris utuntur æqualibus, nil uolunt ita eis apparere deformes, nil sordidum, nilq; agunt uirile, sed puerorum more se palpant, inspiciunt, excolunt, magnificant, & quantum sibi ipsi placent, tantum ab hominibus intueri, honorari, ac laudari congaudent. Quemadmodum enim carnem sapiunt, carnis oblectamenta sequuntur, ita in his quæ foris sunt, se absq; rationis gubernatione fundentes fugitiuam tenere umbram, & flantem auram in sinu suo colligere moluntur. Hos Propheta admonens ait: Vox dicentis clama, & dixi, quid clamabo? Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est foenum, & flos eius decedit: quia spiritus domini insufflavit in eo: uere foenum est populus. Exiccatum est foenum, & cecidit flos: uerbum autem domini stabit in æternum. Hac comparatione quid uerius, quid manifestius dici potuit? Fioret utiq; in iuuentute caro, carnalesq; uiri in in columitate, in agilitate, in choreis, iocis, & plausibus: in conuiuijs, in cantilenis, in tympanis & organis, in uoluptatibus, in cōuersationibus, in lætis & prosperis. Toto posse debriantur in illecebris corporalibus, & præsentibus gaudij, quasi nunquam transitūs, sed permansuris ad uota. Non diebus, nō noctibus cessant indulgere lasciuiae, quantum

tum eis licet, quantum ualent, quantumque illis offertur materia. Omne tēpus quo in talibus ipsis uacare non datur, se arbitrantur amittere: sine intellectu, ac more irrationabilium iumentorum, & tanquam effrēnata animalia, atque ueluti serui emptiti trahuntur, uanundantur, quotidiēque moriuntur. Tādiu uero illuduntur, & à seipsis aberrant, quādiu sani sunt, temporalibus successibus pollut: si autem repentinus languor irrepserit, si febrium calor, si capitis, stomachi, oculorum, dentium, cæterorumque membrorum acer- rimus superuenerit dolor: tunc prosteruntur lecto, emittuntur suspīria, audiuntur gemitus, funduntur lacrymæ, aduocantur medici, queruntur remēdia, ingeminantur clamores, pallit facies, uox rauca efficitur, debilitantur crura, iacent brachia, minuitur robur, & omnis ualetudo pristina, ac ætas florida in uno oculi nictu deperiisse uidetur. Quicquid prius mulcebat auditum, delectabat olfactum, oculos alliciebat, & gustu sa- plebat, prorsus tunc in fastidio habetur. Cæterum si ad cor suum eos tunc redire conce- ditur, si supernæ quantulumcunque gratiae irradientur splendore, si naturalis discretionis utantur examine, clare & absque ulla ambiguitate percipiunt, quām cōtemptibiles sit gloriā mundi, quām deceptoriae ipsius blanditiæ, & quām illius existat mortiferæ uolupta- tes. Agnoscunt (inquam) quām fragilis sit carnis pulchritudo, iuuentus fallax, inanis læ- citia, sospitas breuis, fugitiua ætas, incerta uita, & ineuitabilis mors. Dat uexatio sola in- tellectum, p̄ebet infirmitas sensum, oculos aperit illata aduersitas, quos obiectos igno- rantiæ caligine terrena prosperitas possidebat. Huiusmodi si contingat eos de infirmi- tate conualescere, diuina nihilominus suffragante clementia possunt ex animalibus ra- tionales, & ex carnalibus spirituales fieri (uera interuenient pœnitentia, & antiquis à se criminib. abdicatis.) Sunt quoque qui se naturali discretione cognoscunt, nec ultra pro- grediuntur. Discunt quippe ex usu rerum, ex humanorum agilitate negociorum, atque ex quotidiana hominum conuersatione de se habere notitiam, secum ratiocinari, in sui cordis arcano tractanda discutere, discussa iterum atque iterum meditari, perscrutari con- traria, perquirere utilia: sicque nunc aliena, nunc propria recognoscere negocia. Meditatur quonam modo suas debeant expendere facultates, proprium ualeant augere patrimo- nium, agrum agro copulare, fabricare domos, prædia emere, negociationem exercere, necnon cæteros præcellere honore, uulgari fama, arte loquendi, disputādi uersutia, cal- liditate ingenij, humana prudentia. Ex his utique qui tales sunt, maiore dietim assuecant de seipsis percipere intelligentiam, & clariorem de naturali sui conditione, affectione, uoluntate merentur habere notitiam. Hæc namque de qua loquimur, carnis ab Apostolo prudentia nuncupatur, & seculi istius sapientia: quæ profecto inimica est Deo, spiritua- li uitæ contraria, uerisque uirtutibus prorsus opposita: quoniam caret formata fide, falsa innititur spe, & ab illa, quæ nūquam excidit, est à caritate aliena. Nam testante Aposto- lo caritas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non querit quæ sua sunt. Hæc autem de qua loquimur, carnis prudentia impatiens est ad perferenda aduersa, prona ad irrogandum mala, & maledictū pro ma- ledicto reddendum, æmulatione plena, iniquitate dolosa, elatiōe referta, cupida elatiō- mis, proprijs & priuatis commodis semper intenta. Hæc (inquam) carnis prudētia tam- et si exerceatur in corde, ratione dirigatur, & exteriora opera cum discretione perficere videatur: solum tamen ea quæ mundi sunt, sapit: præsentia diligat, carnem souet, corpo- ris sospitati inuigilat, cupiditati deseruit, inardescit uoluptate, gulæ appetitum pro pos- se sectatur, fugit tristia, læta amplectitur, uaniloquij, stultiloquij, scurrilibusq; insistit sermonibus, & (ut paucis multa comprehendam) exaltari inaniter, hominibus place- re, temporalibus bonis abundare, carnalibus delectationibus repleri: quo ad usque illi da- tur in hac peregrinatione degere, nititur: immemor quid in alia futurum sit uita, quam utrum esse credant, rationabiliter ambigendum est. Nequaquam enim arbitrādum est eos, qui huius carnis prudentiæ sectatores existunt, posse tam effrēnate uiuere, si alterā iudicarent esse uitam, in qua iustis pro actionibus p̄iis merita, & peccatoribus pro per- petratris facinoribus condigna feddentur supplicia. Ceterum si futuram huiusmodi opti- mantur fore uitam, ut licentius proprias peragant uoluptates, & carnis desideria dele- stabilius compleant: eorum quidam inani semetipsos deludunt spe, nonnulli uero cru- deli se desperatione interimunt. Confidunt primi ad libitum posse pœnitere, atque diui-

A nam misericordiam quotiescumque uoluerint, promerer iuxta pollicitationem domini per Prophetam ex corde pœnitentibus factam. Sic enim legitur: Quotiescumque pecca- tor ingemuerit, non recordabor amplius iniūitatum suarum. Et illud: Nunquid uolun- tatis meæ est mors impij (dicit dominus) & nō magis ut conuertatur à uījs suis, & uiuat. Hac temeraria freti fiducia, & cæca seducti spe, indulgentiæ laxant habenas uoluptatis, & omne (quantum illis fas est) suadent sibi licere quodlibet, non considerantes igno- rum esse sibi mortis diem, & nullam de præsumpta se misericordia securitatem habere: necnon innumeros ob hanc optatam & minime obtentam spem absque pœnitentia mi- grasse de corpore. Secundi uero timoris domini à se iugo relecto, ac consequendæ gra- tiæ amissa fiducia, atque de propria omnino diffidentes salute in cunctorum se precipitat uoragiæ uitiorum: irremissibilia sua arbitrantes fore delicta. Aduersus tales Aposto- lis scribens ait: An diuitias bonitatis, patientiæ, & longanimitatis Dei cōtemnis: Igno- ras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: secundum duritiam autem tuā

B & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. In talium numero extitisse Chaym, qui fratrem suū interemit, cognouimus, qui dixit: Maior est iniūitas mea, quām ut misericordiam me- rear. Vniuersi quippe siue ij qui absque mandatorum Dei obseruatione sperant temera- rie in extremo uitæ suæ termino indulgentiam consequi, seu illi qui omni carent spe ue- niæ, quanto cunque naturali ingenio polleant, qualicunque humanarum rerum prudentiæ clareant, quātalibet terrenæ facultatis, uel dignitatis, ac popularis famæ gloria floreant iudicandi sunt prorsus ignorare se, & nullam de qua loquimur habere de senotitiā, que profecto à Deo largitur gratis, & in speculo cernitur conscientiæ, atque ab ih̄s qui gratis iustificati sunt, diligentissime custodit. Gen. 4

De dupli oculo carnis & rationis, atque de luce, solis uidelicet & sapientie.

Cap. 111.

C  Vplicem oculum in sui creatiōe hominem percepisse, carnis (uidelicet) & spiritus, id est, rationis: eorum qui sane intelligunt, dubitat nemo: hoc etiam attestante experientia, & manifesta huius ueritatis inspectione. Carnis nāc oculum ideo accepit, ut corporales & sensibiles inspiceret creaturem: ratio- nis uero, ut uideret se: ut ergo autem oculus necesse est, ut perfundatur luce, quatenus ualeat exercere se ad illum finem, ad quem institutus existit. Cæterum quād modum rationis oculus carnis oculo noscitur esse præstantior: ita & lux, qua illustratur rationis intuitus, incomparabiliter & supra modum eminent super lucē, qua carnalis re- radiatur aspectus. Lux siquidem, qua mediante corporales discernuntur species, & hu- manum delectant aspectum, à solis hauritur splendore: ueritates autem, quas spiritus ratio- nalis intelligit, ab ipsius æternæ sapientiæ & uerbi fonte emanat. Verum sicut solari de- ficiente luce, & ad occasum suum posita imminent noctis caligo, & tenebrescunt oculi, atque obiecta illis corpora quamvis in se sint pulchra, quāque sunt in se corusca, atrocia, & placida: minime tamē eorum qualitates, eorumque uarietates percipiuntur & formae: æque non se rationali creaturæ communicante sapientia ipsa per abrupta uitiorum et- rat, ignorantiae inuoluitur tenebris, in discernendo claudicat, fallitur in iudicando, & in deliberando decipitur. Oculus carnis ut apposita sibi, qualia sint, uideat, necesse est ut sit sanus, careat albugine, puluere nō foedetur, nec pariete, aut aliquo occupetur obice, sed expeditus, liber: & absque ulla macula pari modo ut rationis oculus ueritatis luce sit ca- pax, à morbo letalis culpæ debet esse immunis, à carnalis opere uoluptatis alienus, à ter- renarum actionum turbibus sequestratus, & ab omni prorsus malignitatis cogitatio- ne semotus. Solis quippe lux quā à cæteris corporis sensibus sit omnino extranea, ocu- lis tamen carnalibus est capabilis, sapientiæ uero lumen rationis oculo solum est perce- ptibile. Lætitificat plurimum aspectum corporeum solaris claritas, tanq; illi prorsus neces- saria: quoniam illum naturali priuat usū, & innato hominem uidēti facit carere solatio- dicente Tobia cæco & sancto: Quale gaudium esse mihi potest, quā in tenebris sedēā, Tob. 5 & lumen cæli non uideam. Verum si à rationali oculo sapientia longe sit, infatuat utiq; homo, & à suo degenerat principio, atque à proprio aberrat fine. Aspiceret non ualeat oeu- lus, nec etiam sibi p̄esentia discernere, si non aperfatur, & consensus interueniat uolun- tatis. Parim modo rationalis oculus spiritualis lucis nequaquam est capax, nisi per liberi- Laur. Iustin.

QQ sensum

sensum arbitrii se offerat, secy subiectat. Stat sol uisibilis dum oritur, in propatulo, & lucē suā per orbem uniuersum diffundit, & in singulos (quantum in ipso est) suos immitit radios, complectit omnes splendoribus, qui eosdem percipere uolunt. De ipsa autē inuisibili sapientia, quid Sapiens dicat, audiamus: Sapiētia (inquit) foris p̄dicit, in platis dat uocem suam, in capite turbarum clamitat, in foris portarum urbē dat uocē suā dicens: Usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti, quae sunt sibi noxia, cupiunt: Cō uertimini ad correctionem meam. En proferam uobis sp̄ritum meum, & ostēdam uerba mea: quia uocauis, & renuistis: extendi manū meā, & nō fuit qui aspiceret: despeziſtis omne consilium meum, & increpatiōes meas neglexistiſtis: ego quoq; in interitu uestro ridebo, & subsannabo quum uobis, quod timebatis aduenerit, quum irruerit super uos repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando uenerit super uos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me, & non exaudiā: mane consurgent, & non inuenient me, eo quod exosam habuerint disciplinam, & detraxerint uniuersæ correctioni meæ. In eodem quoq; uolumine ipsa sapientia omnes ad se audiendum & suscipiendum exhortationis eloquia melliflua alio in loco promens ait: Nunc ergo filij audite me: beati qui custodiunt vias meas: audite disciplinam & estote sapientes, & noſlite ab iſcere eam. Beatus uir qui audit me, & qui uigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad postes oſiū mei: qui me inuenierit, inueniet uitam, & hauriet salutem à domino. Delectabilis est lux solis oculis carnis pro sui splendore atq; decore: sed longe deleſtabilis est ipsa sapientia, quae candor describitur esse lucis æternæ, & speculū sine macula: splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Hinc sole perhibetur esse speciosior, & super omnem pulchritudinem stellarum, atq; luci cōparata inuenitur prior. Ecd. 24 De se quoq; ut uniuersos ad se diligendum allicit, pronunciat dicens: Transite ad me omnes qui cōcupiscitis me, & à generationibus meis adimplemini: sp̄ritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauam: memoria mea in generatione sculorum. Qui edunt me, adhuc esurient, & qui bibunt me adhuc sifient: qui audiūt me non confundentur, & qui operantur in me non peccabunt: qui elucidant me uitā æternam habebunt. In sole deniq; oculis carnalibus uisibili patent claritas, candor, & calor, & latent uirtutes quamplurimæ. In ipsa de qua loquimur, sapientia, sole utiq; inuisibili & æterno est sp̄ritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, qui nihil uerat benefacere, benignus, humanus, stabilis, securus: omnem habens uirtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes sp̄ritus intelligibiles. Maxima profectio sunt huius creati solis præconia, & effectus penè innumerari. Sapientię uero increatæ effectus & laudes quis humana ualeat explicare facundia, uel mente percipere: Doctrix est enim (sicut legitur) disciplina Dei, & electrix operum illius. Si diuitiæ appetuntur in uita, quid sapientia locupletius, quae omnia operatur? Si autem sensus operatur, quis horum quae sunt, magis quam illa, est artifex: Si iustitiam quis diligit, labores huius magnas habet uirtutes. Sobrietatem enim & sapientiam docet, & iustitiam, & uirtutem: quibus nibil utilius est in uita hominibus. Et si multitudinem scientiæ desiderat quis, scit preterita, & de futuriæ æstimat, scit uersutias sermonum, & dissolutiones argumentorum, signa & monstra scit antequam siant, & euentus temporum & seculorū. Vterq; quippe oculus, carnis (uidelicet) & sp̄ritus quamvis in se alter plurimum distet ab altero, conditi tamen sunt, ut sibi inuicem famulētur, & Deum suo modo uterq; glorificet. Nam sicut ipse Deus est principium per quod, ita & finis, ad quem facta sunt omnia. Quamobrem merito plementus est æterno supplicio, qui percepto abutitur beneficio, & inde suum offendit largitorem, unde ipsum humiliter laudare debuerat. Sane carnalis oculus ideo prærogatus homini, ut rationali deseruat, & eidem ad cognoscendum Deum, intelligendumq; inuisibilia se instrumentum exhibeat: hoc Paulo attestante, qui ait: Inuisibilia Dei à creatura mudi per ea quae facta sunt, intellecta conspicuntur: semper in uirtutis eius atq; diuinitatis. Quoties igitur homo reiecto rationis gubernaculo, & clauso sp̄irituali obtutu reflectitur ad ea, quae foris sunt per aspectū carnis, ut ex ipsis voluptatis captet illecebras, & de linquendi oblectamēta requirat, toties contra sui legem agit authoris. Non enim ut cōcupiscant tantus fulgor, tantus odor, tantusq; in creatyris est insitus decor, sed ut ipsas cognoscatur.

Rom. 1 Rom. 10:13  
Exhortationis eiēdē impēdere, atq; fratris incōmoda, infirmitates, dolores, & dāna uti propria existimare. Hoc antiqua lex præcipit, hoc nouæ legis lator uerbo docuit, opereq; perfecit. Ipse namq; hominē seminecem (humanū uidelicet genus) à latronibus uulneratum, iacētem, & omni suffragio destitutum reperit, medelam uini & olei uulneribus eius exhibuit, super proprios humeros tulit, stabulario ut curam illius gereret, mandauit, & si quid superogaret pro ægroti sospitate, eidem restituere sp̄opōdit. Ipse (inquit) Dei & hominum mediator homo Christus Iesus dum in carne esset passibili, languido homini ministravit, corporis & sanguinis sui alimenta præbuit, dolores illius tulit, languores portauit, pro eo lacrymas fudit, orauit frequenter, pernoctauit iugiter, quam sepe ingemuit, debita soluit, & ne in perpetuū moreretur, ipse in crucis patibulo sponte occubuit. Hoc namq; quamdiu est peregrinatus in mundo, præ pietatis & amoris magnitudine, pro nomine egit in corpore, nunc uero in sp̄itu quid pro eodem operetur, aduerte. Stat quidem (sicut ipse testatur) ad cordis ostium, frequentissime pulsat, ut illa aperiatur, suam cupiens exhibere notitiam. Veritatis quoq; lucem nequaq; cessat infundere, nunc palam per creaturarum speculum, & oracula scripturarū, nunc in sp̄itu per ministerium angelorum, & fidei claritatē, quatenus ex his medijs ipsum reuocet ad seipsum, assuecatq; habitare secum, & cognoscere se, atq; per se, & in se trahat ad se, & copulet sibi. Nouit enim ipsa artifex & doctrix sapientia, quod diuersarum temptationum foris persrepent bella, quod intellectualium bestiarum rugientium ac sauvientium discurrant Laur. Iustin.

A cognoscatur, & laudem illi, qui fecit eas. Nā latitudo firmamenti, rutilatio stellarū, solis claritas, lunæ splendor, elementorū species, uolatiliū genera, & in aere eorū discursus, necnō innumerabiles pīscī qualitates, quae per fluminū & æquoris natant aquas, quadrupedia, reptilia, & iumentorū tam uaria formæ, quae mouētur super terrā, fructiferae pomorū arbores, quae in rēporibus suis diuersos producunt fructus, suaves gustui, asperæ etiū delectabiles, pulcherrimos in se, & odore fragrantes, herbarum uirētes plāte, florū redolentia prata, rosarum liliorūq; candentia germina, uinearū fœcundi palmites, aqua rū fluenta, & fontiū scaturientes riui, ex quibus terra irrigatur, ut madefacta fructificer, educatq; singulorum generibus iumentorū, quae mouentur, & uiuunt super eā, pabula & nutrimenta, quibusq; eorum congrua, hominibus uero cibaria illis ad usum præstata, quid aliud uniuersa, quae memorata sunt, suo modo clamant, quām sui laudē conditoris, qui eas propterea creauit, ut in illis cognoscibilis appareret rationali sp̄iritui per ministeriū carnalium oculorum, quorum aspectu manuducitur ratio, & eruditur ad intelligentiam diuinæ potentiae, sapientiae, bonitatisq; tanq; in pulchro ac præclarissimo speculo, necnon in spirituali libro digito Dei conscripto: Insinuant namq; se iuentib. hauiſſe principiū, non quidem à seipſis, sed ab illo qui est sine principio, immo omniū creaturarum principiū, origo, & causa, de quo legitur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum, hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nam quicquid fulget in cælo, uiuit in terra, mouetur in aqua, & habet esse in se, per uerbum Dei & Dei sapientia facta sunt, quē admodū ore propheticō dicitur: Quām magnificata sunt opera tua dñe, omnia in sapientia fecisti, implēta est terra possessione tua. Merito igitur uniuersa quae sunt sui potestatem, sapientiam, & bonitatem attestantur authoris, eiusq; famulantur imperio, qui eadem fecit quando uoluit, & qualia sibi complacuit, non ociose, non inaniter, nec sine causa. Exercet namq; intellectum per uisibiles creature, & de inuisibilibus instruit eum (mediante tamen fide) quae est sperandarum substantia rerum, & argumentum C non apparentum.

Quantis quibusq; medijs Dei sapientia reuocet hominem ad seipsum, ut cognoscatur. Cap. V.



A centem quempiam infirmum uel debilem, & in terra prostratum, qui se nullatenus per seipsum possit erigere, si quis humanitatis causa supposita manu eleuare satageret, pietatis ac religiositatis pculdubio esset dignus præconio, tanq; uerus Dei cultor, & fraternalē salutis amator. Nihil enim tā pī ūtāq; religiosum est, q; proximū suo, p Christo sicut seipsum diligere, illi in necessitatibus suis ministrare, solatiū mutuæ conuersationis, cohabitatiōs & exhortationis eidē impēdere, atq; fratris incōmoda, infirmitates, dolores, & dāna uti propria existimare. Hoc antiqua lex præcipit, hoc nouæ legis lator uerbo docuit, opereq; perfecit. Ipse namq; hominē seminecem (humanū uidelicet genus) à latronibus uulneratum, iacētem, & omni suffragio destitutum reperit, medelam uini & olei uulneribus eius exhibuit, super proprios humeros tulit, stabulario ut curam illius gereret, mandauit, & si quid superogaret pro ægroti sospitate, eidem restituere sp̄opōdit. Ipse (inquit) Dei & hominum mediator homo Christus Iesus dum in carne esset passibili, languido homini ministravit, corporis & sanguinis sui alimenta præbuit, dolores illius tulit, languores portauit, pro eo lacrymas fudit, orauit frequenter, pernoctauit iugiter, quam sepe ingemuit, debita soluit, & ne in perpetuū moreretur, ipse in crucis patibulo sponte occubuit. Hoc namq; quamdiu est peregrinatus in mundo, præ pietatis & amoris magnitudine, pro nomine egit in corpore, nunc uero in sp̄itu quid pro eodem operetur, aduerte. Stat quidem (sicut ipse testatur) ad cordis ostium, frequentissime pulsat, ut illa aperiatur, suam cupiens exhibere notitiam. Veritatis quoq; lucem nequaq; cessat infundere, nunc palam per creaturarum speculum, & oracula scripturarū, nunc in sp̄itu per ministerium angelorum, & fidei claritatē, quatenus ex his medijs ipsum reuocet ad seipsum, assuecatq; habitare secum, & cognoscere se, atq; per se, & in se trahat ad se, & copulet sibi. Nouit enim ipsa artifex & doctrix sapientia, quod diuersarum temptationum foris persrepent bella, quod intellectualium bestiarum rugientium ac sauvientium discurrant Laur. Iustin.

discurrent agmina, quot concupiscentiarum carnis, & oculorum elationis in hac vasta desolata & sterili huius solitudine ad decipiendas animas tensi sint laquei, nec non quam cæcus, infirmus, & nudus idem homo sit, facilis ac pronus ad casum, atque quam innumeris sine timore, sine prudentia, sine sui cognitione, & absq; humilitatis uirtute quotidie in immanium labantur foueam delictorum. Nouit (inquam) omnes hos aduersarios, quamvis sint acerrimi in dimicando, in tentando seduli, in alliendo blandi, & in perimendo cōcordes, minime autem possunt facere, delectationem inducere, & ad peccati consensum nolentem trahere. Valent utiq; à Deo permitti concupiscentia quæq; imaginationi offerre, & decoras species coram illo formare, quatenus per easdem concupiscentiam accendant, euertant rationem, & superent voluntatem, in qua liberi collocata est sedes arbitrij, uirtutum ac ultiorum finis, uitæ & mortis ianua, promerendi ac demerendi lex, Deoq; placendi uel displicendi indicta facultas. Hinc patet perspicue, quod nemo mortaliter peccat inuitus, nullusq; nisi uolens inimicorum suorum spirituum seruus efficitur. Aequus enim arbiter Deus uiriliter certantibus proponit uictorię palmam, & pro suo amore aduersus obiectas uoluptates, & hostium infidias infatigabiliter dimicantibus promittit cælorum regnum, æternæq; felicitatis gloriam pollicetur, ut uoluntarium eidem exhibeant famulatum, è regione autem desidiosis, meticuloſis, forniciarijs, seculi amatoribus, & uolūtarie delinquentibus stagnum ignis & sulphuris aduersarijs potestatis paratum se daturum comminatus est. Spondet profectio præmia maxima, ut ad opus bonū, & uirtutum studia suos euigi! et: supplicia uero semperna commemorat, quatenus peccatores & in se credentes a malo coercent. Vult enim totius bonitatis dominus infirmum hominem mortalis corporis pondere grauatum, iacentemq; erigere, illuminare, allicere, terrere, ut redeat ad cor, inspiciat se, atque intelligat extra se nil esse tutum, nihilq; liberum, sed cuncta esse laqueis plena, sollicitudinibus reserta, uallata tribulationibus, permista scandalis, pacemq; eundem non nisi in se posse percipere. Nam quamdiu vagatur extra se, tentatur, turbatur, decipitur, impellitur, deprendatur, uulneratur. Cæterum quum ad se tranquilla mente revertitur, agnoscat se esse infirmum, cæcum, egenum, & nudum more adolescentis filij petulantis & prodigi, qui consumpto patrimonio, & fame confectus in se reuersus proprium humiliiter agnouit errorem. Nemo plane nisi quum ueraciter reddit ad se, ualeat sufficienter intelligere qualia sint quæ foris sunt, sed neq; se. Potest utiq; homo per sensus carnis sonoras percipere organorum voces, formas rerum, odorum fragrantias, ciborum qualitates, corporumq; mollities, quod quidem cætera ualent animantia, nequaquam autem intelligere, neq; de eisdem recte iudicare, nisi per se in se. In se quippe uiget ratio, praedit intellectus, pollet consilium. In se ipse homo ueritatis illustratur radjs, & sapientia contubernio dignus efficitor. In se paracleti eruditur magisterio, diuinorum eloquiorum sacramenta rimatur, & celestium gaudiorum arcana perlustrat. In se (inquam) & per se cognoscit se. Qua profectio cognitione nil melius, nil utilius, nil securius, nil excellentius, nihilq; in tui conditoris donis æstimandum est carius. Quid (oro) profectus scire cursus syderum, herbarum uires, uim uentorum, species iumentorum, natura secreta, & ignorare se? Horum quidem scientia inflat, sed suumq; ædificat, primum se, deinde cæteros. Valet utiq; quæ inflat scientia alios instruere, & multa quæ ab indoctis ignorantur, referare. Sed (perhibente magistro cælesti) quid prodest homini si per elationem cordis uniuersum mundum lucretur, animæ uero suæ detrimentum patitur? Non nobis præcipitur, ut propria salute neglecta, alios saluare docendo studeamus, sed proximum sicut nos iubemur diligere. Prius nos, deinde proximum amare debemus, pariter & instruere. Nam his qui alios erudiant, & se bene uiuendo non corrigit, audi quid Propheta loquatur: Peccatori (inquit) dixit Deus, quare tu enarras iustitas meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum, exultasti inique quod ero tui similis, arguante, & statuam contra faciem tuam. Non dannat diuinus sermo scientiam, sed scientiam & docentem corripit, qui te contempro & inscio cæteros erudit præsumit. Laudabilis est scientia, & omnino necessaria ad ieuandam iustitiam, ad componendum mores, ad erudiendos ignaros, ad corroborandum & dirigendum conscientiam, de Dei dono proueniens,

**A** proueniens, Deum insinuans, rationem informans, illuminans intellectum, & de seipso se nescienti notitiam præbens. Cæterum quanto in seipso commendabilius est scientia, & nescientibus utilior, tanto ea male utentibus, illamq; peruerse interpretantibus, & prauis moribus dehonestantibus, atque per eandem non recte agnoscentibus intellegitur esse perniciosior: quoniam ipsius testimonio conuincuntur, ipsiusq; iudicio rei efficiuntur. Iudeis sola scientia gloriabitur Apostolum Paulum audiamus, quid dicat: Sit uoluðæus cognominaris, & requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti uoluntatem eius, & probas utiliora, instructus per legem cōfidis te ipsum ducem esse cætorum, lumen eorum, qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & ueritatis in lege. Qui ergo alium doce, te ipsum non doce. Qui prædicas non furandum, furaris. Qui dicas non mœchandum, mœcharis. Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deū inhonoras. Nomen enim Dei per uos blasphematur inter gentes: sicut scriptum Rom. 2. est. Discat itaque quisque scire, sed prius se, quamvis non ad plenum, ad necessitatem tamē. Necesse est illam dixerim sui cognitionem esse, quæ cohibet à peccato, peccatum compungit, Dei timorem ingerit, peccati displicentiam parit, facit abominari uitia, & uniuersa pro posse fugere, quæ sunt in lege Dei prohibita. Hoc est donū Dei singularē, iustificans impium, gratum faciens Deo, formans conscientiā, de se homini notitiam tribuens, salutis immittens spem, & humilitatis uirtutem ædificans. Hæc utique de qua in medium ductus est sermo, sui cognitionis necessitatis quamvis ex diuina proueniat gratia, nec ad libitum, neque haberi potest ad plenum. Nisi enim infundatur sapientiæ lumen, & cooperetur gratia, quis ualeat cogitando cordis sui occulta rimari, quum Paulus dicat: Non possumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sufficientia nostra ex Deo est. Si enim ex Deo nequaquam pro libito habetur, uerum neq; ad plenum. Quis (oro) est tantæ subtilitatis, tantæq; exercitationis, ut absque interuallo, & sine ulla mentis euagatione in sui cordis ualeat uigilare custodia, intelligatq; cogitationum suarum 2. Cor. 3. C immisiones, qualitates & causas, ex quibus propriæ cognitionis perfectio tota subsistit: Solus quippe Deus cogitationum, intentionum, & affectionum humani cordis scrutator est uerus, indubius cognitor, & redditor iustus. Non enim pro arbitrio nostro aut estimatione dijudicat nos, sed in æquitate occulta nostra ueritatis suæ producit ad lucem, nosq; nobis interdum insinuare dignatur. Quamobrem si qualemcumque de nobis cupimus habere notitiam, solerter studeamus redire ad nos, & habitare nobiscum, quatenus ualeamus agnoscere, quid uersetur in nobis, quales cogitationes, qualesq; nostræ sint affectiones, quibus pulsemur temptationibus, quibus passionibus perturbemur, quibusq; inspirationibus promoueamur. Horum siquidem nisi iradiante rationem sapientia, ni cooperante gratia, nisi per spiritum prudentiæ dono infuso, necno mens didicerit habitare secum, sufficienter non poterimus habere notitiam. Hæc quippe sunt, quibus humilitatis iacit fundamenū, opus dirigitur, atq; Deo donare perficitur.

**D** Quod exemplo negotiatorum rerum temporalium, uirtutum ac humilitatis amatores in sui debent cordis exercitatione, cognitione atq; custodia semper insister. Cap. VI.

Rudentium negotiatorum temporalium rerum, hoc est proprium infatigabili cura secum in cordis secreto prius, quam ad exteriorem deueniant actum, sua tractare negotia. Impellente quidem cupiditate aggregâdi diuitias saepe cogitant, quanta qualitatæ sint bona quæ possident, quomodo aut quibus argumentis ualeant, quæ habent vendere, emere quæ non habent, & semper lucri causa. Circa hoc multiplicant cogitationes, acciduntur desiderijs: partem noctis insomnem ducunt, in die huc illuc discurrunt, supputant tempora, mente peragunt prouincias, obuunt periculis obiectis, atque sedula intentione inutilia secum gerunt certamina. Ordinant quæ agēda sunt, & quæ facta sunt, ut indelebiliter recondant memoriæ, & reuise ualeant, calamo scribunt. Nemo prorsus explicare sufficit eorum cogitatus, inordinatos affectus, anxietates plurimas, occupationesq; inumeras. Obluiscuntur sui, & penè salutis propriæ efficientur immemores prænitio amore terrenarum facultatum, quas uelint nolint relicti sunt posteris. Istorum itaque diligentiam ac studium, et si nequeunt superare, saltē imitari conentur negotiatores

ciatores commerciorum spiritualium, zelatoresq; uirtutum, & potissimum humilitatis sanctæ amatores, quibus inesse debet solicitude maxima inhabitare secum, & super cordis sui uigilare custodia, indeq; depellere noxia & utilia custodire, resecare superflua & ingerere necessaria, terrena respuere & aduocare cælestia. In corde nanque cum sæpe immisiones fiant per angelos malos, sicut de domini proditore legitur: cum diabolus misisset in cor, ut traderet eum Iudas Simonis Scariothi: ab ipso quoque cogitationum fallacie plurimæ, ut illud euertere ualeant. Nonnunquam etiam in lucis se transferunt angelos malum occultando sub specie boni, uitaq; sub uirtutum uelamine insinuando. Opus est ad discernendum talia gratia Dei, atque discretione non modica. Nolite (inquit Apostolus) omni spiritui credere, sed probate spiritus, si à Deo sunt. Et Petrus: Nolite (ait) peregrinari in seruore spiritus, qui uobis ad temptationem fit. Quamobrem recte colligitur, quod ille qui facile credit, frequenter labitur, seducitur sæpe, & caret prudentia: quæ utique debet in cordis residere cathedra, & cordi adhibere custodem, qui neminem (si possibile est) absque consensu prudētia introire patiatur. Cæterum cum difficillimum sit cogitationum insultus à cordis ostio pro libito abigere, earumq; importuna interdum non ferre certamina, opportunum est ualde, ut apud se quisque Deo placere cupiens inuigilet, & intelligere conetur ipsarum qualitates, originem, autoremq;. Nam cogitationes aliquando initium habent à Deo, quandoque à diabolo, nonnunquam à nobis per corporalium sensuum instrumenta percepta, quæ interdum bona, & sæpe sunt mala. A Deo siquidem nunc per seipsum, nunc per angelorum ministerium suggestiones sunt optimæ, & inspirationes sanctæ promouentes ad bonum, rationi semper utilia, & proficia suadentes: atque rationem ipsam allicientes ad cognitionem boni, delectationem, atque consensem. His quippe dum ratio assensum voluntarium præbet, exhibet mentem templum Del: paracleti dominum, & æternæ habitaculum sapientiæ, quemadmodum per Sapientem ipsa testatur: Ego (inquit sapientia) habito in consilio: & eruditis intersum cogitationibus. Si uero intuetur cor, & se deserens, uerbicq; relinquens magisterium, meditetur uana, perniciosa cogitet, secumq; terrena & uoluptuosa pertractet, proculdubio amittit gratiam, repellit sapientiam, & contubernio paracleti se facit indignum. Sic enim legitur: Spiritus sanctus disciplinæ effugit fictum, & aufert se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu. Nec mirum. Quæ enim (ut ait Apostolus) participatio iustitiae cum iniuritate: aut quæ societas lucis ad tenebras: quæ autem conuentio Christi ad Belial: aut quæ pars fideli cum infidelis: quis autem consensus templo Dei cum idolis: Vos enim estis templum Dei uiui, sicut dixit dominus, quoniam inhabitabo in illis, & in ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Quamobrem omnis est adhibenda diligentia, quoties Dei sapientia lucis suæ splendore, suaq; spirituali presentia rationale cordis nostri replet, cogitationes format, & affectum inflamat: ut ipsa nobiscum habitet, nos possideat, nos instruat, nosq; custodiat. Nisi em̄ ipsa prius deseratur à nobis, si non uilis aut fastidiosa habeat eius presentia, seu intumescat cor, uel ad exteriora perefluit, minime ipsa recedit: quippe cū esse cū filijs hominū suas dicat esse delicias. Nā ersi interdū à corde ipsa prius se absentare uideatur, nequaquam tamē id agit, ut deserat. Probat quidem, eruditq; illud: ut se agnoscat uerius, diligentiusq; custodiat, necnō ut dona, que ante se habere sentiebat, & amisit, eadē querat sollicitius, & cū inuenierit teneat fortius, diligat ardētius, ac suauius amplexet. Siue ergo sapientia Dei dignetur p; deuotionis gustu, ueritatis notitiā, atq; spirituali allocatione suam insinuare presentiā, seu se subtrahendo ad horā dereliquisse uideatur, semper facit, ut prospicit. Nunc enim ad cōpunctiōnem promovet, nunc prorumpere facit in lachrymas, interdū replet exultatione & gaudio, atq; in gratiarū excitat actiones. Nonnunquam etiam insueto cor cælestiū promissionū perfundit lumine, eleuatq; ab imis, & collocat in excelsis. Aliquādo uero in tanto lubilationis tripudio affectum rapit, ut se cor continere non ualeat, quin amatoria pro mat carmina, cantica eructet spiritualia, sponsi mellifluum ingeminet nomen, sponsum amplectatur in corde, necnon in his castissimi amoris præludijs, effusis lachrymis, emissisq; gemitis laudis quoq; prorumpat in uoces. Ineffabilia prorsus sunt & ueneratione dignissima ea, quæ Dei sapientia humilium, & secum habitantium, seq; custodiens

A studiantū operatur in cordibus, nō pro arbitrio uolentiū, aut currētiū, sed solius ipsius miserentis, quæ quando uult, quomodo illi placet, & quibus ipsa dignatur eligere, se cōmunicat, se tractabilem & gratā facit, nullum obseruans tempus, nullo circūscripta modo, nullius coacta meritis, nullaq; lege cōpulsa. Pro suo quippe beneplacito imperat ut Deus, terret ut dñs, docet ut magister, cohabit ut frater, nutrit ut mater, protegit ut custos, hortatur ut pater, blanditur ut amicus, amplexatur ut spōsus, illustrat ut ueritas, præuenit ut bonitas, se manifestat ut lux, loquitur ut uerbum, dulcorat ut sapientia, salutemq; præstat ut uita. Nemo (ut arbitror) nisi sit imbutus ab illa, illiusq; spirituali sit alligatus cōnubio, horum quæ dicta sunt, ualet mysteria arcana perstringere, uoces affec-  
tusq; ipsius agnoscere, accessus & recessus eius causas rimari. Ad hoc intelligēdū quāta opus sit gratia, quām necessaria sit prudētia, & quām opportūnū sit nō uagari extrinsecus, sed habitare secū, qui legit intelligat. Nam (perhibetē Apostolo) animalis homo non percipit ea, quæ Dei sunt, spiritualis tantū homo, qui dijudicat omnia, & ipse à nōmine iudicatur, in quo habitat Christus, per spiritū scrutatur etiam profunda Dei: nouitq; discernere, nedum quæ à Deo donata sunt ei, uerum etiam Satana non ignorat astutias. Ipsenāq; tortuosus coluber nouas meditatur fraudes, insueratq; parat insidias, nunc fugam simulando, nunc mulcendo leniter, nūc uera dicendo: interdum quoq; mīnas infert, atq; terras & horridas ingerit species, uerba interferendo blasphemias. Sepisimē etiā se in angelum transfigurat lucis, malumq; sub tegumento boni persuadens, ut neophitorum & pusillorum euertat animum. Deceptionis nonnunquā laqueos tendit, & tenebras (quantum illi fas est) cordi infundit, atq; rationali oculo obicem conat transmittere, ne à spiritualibus uiris ipsius detegantur argumenta, præstigiaq; soluantur, sed (iuxta sapientis sententiam) frustra iacit rete ante oculos pēnatorum, eorū (uidebitur) qui habitantes secum supra sui cordis uigilant custodiā, pro posse negocia exteriora deuitant, proximorū cōuersationem fugiunt, interiora dijudicāt, spiritualia cogitant, & contemplantur cælestia. Horum profecto personas & studia Propheta significauit dicens: Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se. Leuant utiq; de quibus loquimur, solitarij sedentes & tacentes se supra se non per elationem & mentis tumorem sicut ille, qui dixit in corde suo: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, super astra cæli exaltabo solium meum, similis ero altissimo, sed per cordis munditiam, orationis frequentiam, meditationis studium, deuotionis gustum, atq; desiderium aeternorum, eo sublimius, eoq; securius, quo sedent quietius, orant ardenter, uisitantur crebrius, rapiuntur dulcius, seq; agnoscendo custodiunt arctius. Talibus siquidē exercitijs occupati ut turris efficiuntur Dauid, ædificata cum propugnaculis, ex quam pendent clypei, omnis armatura fortium. Merito tanquam turris Dauid perhibetur esse mens eorū, qui introrsus intra cordis secreta residentes, & se supra se frequenter erigentes, semperq; uero se aspicientes, atq; mūdātes etiā ad sensum corporaliū ianuas spirituales excubias ponūt pro ipsius tutiōne atq; defensione, neminem aduersariorū introire patientes, qui ualeat eius puritatē corrūpere, obnubilare lumen, intentionem  
C ificauit dicens: Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se. Leuant utiq; de quibus loquimur, solitarij sedentes & tacentes se supra se non per elationem & mentis tumorem sicut ille, qui dixit in corde suo: Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis, super astra cæli exaltabo solium meum, similis ero altissimo, sed per cordis munditiam, orationis frequentiam, meditationis studium, deuotionis gustum, atq; desiderium aeternorum, eo sublimius, eoq; securius, quo sedent quietius, orant ardenter, uisitantur crebrius, rapiuntur dulcius, seq; agnoscendo custodiunt arctius. Talibus siquidē exercitijs occupati ut turris efficiuntur Dauid, ædificata cum propugnaculis, ex quam pendent clypei, omnis armatura fortium. Merito tanquam turris Dauid perhibetur esse mens eorū, qui introrsus intra cordis secreta residentes, & se supra se frequenter erigentes, semperq; uero se aspicientes, atq; mūdātes etiā ad sensum corporaliū ianuas spirituales excubias ponūt pro ipsius tutiōne atq; defensione, neminem aduersariorū introire patientes, qui ualeat eius puritatē corrūpere, obnubilare lumen, intentionem  
D euertere, deprauare sensū, & uoluptuosas pernicioſasq; suggestiones ingerere. Sepiuntur siquidem aures suas, & firmissimis diuini timoris obstruunt seris, ne detractionum & obscenarum uoluptatum ac blasphemiarum horribilium, seculariumq; fabularū per easdem audiant uerba, & commaculetur corde eorum puritas, repleaturq; phantasma tibus impudicis & cogitationibus immundis. Oculis quoq; apponunt custodiā, ne species intueātur, que ad concupiscendum eas emollient animum, pudicitia uirtute de coratum. Memores quippe sunt dominici sermonis dicentis: Qui uiderit mulierem ad Matt. 5 concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Sunt enim aures, oculi, & sensus cæteri ianuae, per quas, nisi diligentissime obseruēt, ad animā spiritualis ingredi mors, qd pene innumerabilū exemplis qui diuina sunt transgressi præcepta, necnon multarum probari potest autoritatibus scripturarum, quas breuitatis causa prætero, cum etiam eruditis & intelligentibus uiris noscantur esse notissima. Has profecto ianuas, quicunque sub discretionis censura coercet, tentationes plurimas abigit, interioris hominis tenet munditiam, affectu sapissime elevatur in Deum, delectabiliter uacat si bi, &

bi, & cordis sui cogitatus conscientiae contuetur in speculo. In corde namque bona in eo p  
dem originem cogitationes habent, & malae. Porro quemadmodum bonus homo de  
thesauro suo profert bona & malus mala: aequo de cordis arcano censendum esse non  
ambigo. Cor quippe, in quo habitat Deus, sapientia reclinat, infusa est caritas, fides ui-  
get, nutritur spes, ceteraque sunt radicatae uirtutes, cogitationes procul dubio ex se pa-  
rit bonas, desideria ignita, consilia uera, affectus pios, gemitus humiles, atque deuotio-  
nis dulcia uota. Hoc Propheta praecepit exprimere uoluit dicens: Quoniam cogita-  
tio hominis confitebitur tibi, & reliquiae cogitationis diem festum agent tibi. Hoc  
idem indicauit sapiens, quando ait: Mens iulti tanquam iuge conuiuum, in quo (ui-  
delicet) conuiuio diuinorum eloquiorum degustantur alimenta, instituta formantur  
moralia, sacramenta contemplantur mystica, uirtutum meditantur magisteria, re-  
demptionis patescant mysteria, supernorum praelibantur gaudia, amoris promuntur  
cantica, pacis percipiuntur oscula, primiæ hauriuntur spiritus, idque interdù sentit  
ex Dei munere, quod carnalis auris non ualet percipere, aspicere oculus, nec lingua di-  
serta fari, neque humanum gustare palatum, quoniam spirituale est, præcelsum, ineffabi-  
le, atque diuinum. In hoc (inquam) humilis mentis conuiuio quam saepè discumbere  
dignatur sapientia, non ut ipsa alimenta in eo apposita sumat, sed ut absque sui diminutio-  
ne eroget, propria delicijs plena, nectareque referta, quarum usu interni roborantur sen-  
sus, & ipsa mens renouatur de die in diem, crescit, & proficit in uirum perfectum, adeo  
ut eandem non sicut prius secundum carnem cognoscat sapientiam, sed uerbum in  
principio sine initio de patre genitum, ipsi consubstantiale, coæternum, carne passi-  
bili induitum propter nos, quatenus suo nos mundaret lauacro, crux redimeret,  
morte saluaret. Huiusmodi profecto sunt quotidiana perfectorum uirorum & humili-  
um corde sercula, eorum (scilicet) qui ambulant in spiritu, qui spirituali uerbi Dei  
effecti sunt digni connubio, qui immemores eorum, quæ retro sunt, se ad anteriores  
extendunt, & brauium prosequentes supernæ uocationis ut apprehendant in quo &  
apprehensi sunt, fiantque adhaerentes ei unum in uno per unum. Impiorum autem &  
peccatorum conuiua ab his sunt longe dissimilia. In eorum quippe mentibus obsec-  
næ uersantur imagines, uoluptuosa & carnalia pullulant desideria, temporalium re-  
rum inordinatus uigeret affectus, cogitationes male generant, blasphemias, odia, & mula-  
tiones, ex quibus profecto fiunt homicidia, fornicationes, detractiones, rixæ, con-  
tentiones, & his similia, quæ in interitum præcipitant sempiternum. Vniuersa pror-  
sus hæc aliena sunt ab ihesu, qui secum habitant, & cordis sui innocentiae ac puritatæ insi-  
stunt. Vigilant enim, discutiunt, formidant, pugnant, abiiciunt perniciose, noxias,  
& inutiles cogitationes procul, cum oriuntur in corde, ne Dei templum maculent, &  
faciant ipsum esse pollutum Prophetam imitantes, qui mistyce de se loquitur dicens:  
In matutino interficiebā omnes peccatores terræ, ut disperderē de ciuitate dñi omnes  
operantes iniquitatē. Sciunt nāque easdē etiā ex parua morula allicere animā ad delecta-  
tionem carnis, cōsensumque peccati, atque ex inde maxima cum difficultate posse diuellī,  
ut non prorumpat ad actum, ex quo anima mors ipsa subsequitur. Hunc delinquēdi p  
gressum Apostolus Iacob, indicauit inquiens: Nemo enim cū tentat, dicit, qm à Deo te-  
tatur. Deus enim intentator malorum est, ipse autem nemine tentat. Vnusquisque tentatur à co-  
cupiscētia sua abstractus & illectus. Deinde cū cōcupiscētia conceperit, parit peccatum,  
peccatum uero cū cōsummatum fuerit, generat mortem. Spirituales itaque, de quibz. loquimur,  
uiri tanquam munditiæ zelatores, amatores uirtutum, & strenuissimi bellatores obseruant  
suarū primordia cogitationū, ut intelligent earū qualitates & causas, quatenus totum  
peccati corpus in suo ortu tenerrimum spiritualis disciplinæ mucrone transfodiant  
prius, quam adolescat, & ad maturam delinquendi prouehatur ætatem. Hæc itaque est  
discernendarum cogitationum regula, hæc (inquam) est ad se cognoscendum compē-  
diosa formula, ut unusquisque ab exterioribus (quantum fas est) seriatu negocijs man-  
eat apud se, & ueluti iudex in cathedra sedens, omni qua ualeret, prudentia agnosce-  
re studeat, quales sint cordis sui cogitationes, quales suggestiones, qui insultus, & à  
quibus qualiterue affectiones. Nam qui hæc dijudicare ignorat, prorsus uera sui caret  
notitia

Psal. 75  
Prover. 15

Psal. 110

Iac. 1

A notitia, nec potest ad plenum ac sufficienter purgare se, euellere uitia, destruere aduer-  
sariorum machinamenta, consuetudines malas dissipare, & noxia à corde desideria di-  
sperdere, uirtutes uero ædificare atque plātare. Cum enim uirtutes & uitia simul nequeat  
stare, quemadmodum lux & tenebra, amarum & dulce, sanitas & infirmitas, mors &  
uita, necesse est, ut quicunque cupit possidere uirtutes, prius uitia superet, & usum eorum  
à se repellat: quod (uidelicet) nequam fieri ualet, si ambarum desit experientia pari-  
ter & scientia. In incertum profecto currit, & aerem uerberat, qui desudat in adeptio-  
ne uirtutū, & nō assuescit habitare secū. Sicut enim omnis gloria filiæ regis ab intus per  
Prophetam esse prohibetur, ita econtrario omnis deformitas, & confusio filiæ Babylo-  
nis ab intus fore dubitet nemo. Quid (oro) pulchrius, quid gloriolius iusti mente, in  
qua habitat Deus, abundat gratia, Dei elucet imago, & sancti spiritus suauiter degu-  
stantur fructus, quos Apostolus commemorans ait: Fructus autem spiritus est caritas,  
gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, mode-  
stia, continentia, castitas. Eregione quid foedius, quidue contemptibilis corde pecca-  
toris, in quo utique mansionem facit diabolus, dominatur uitia, concupiscentiae germi-  
nant, impudica scaturiunt desideria, cogitationes peruersæ exuberant, & opera nefar-  
ia peragi meditantur: Totum quod in eo est, obliquum est, terrenum, deordinatum,  
indecorum. Et si interdum conscientia motus, siue gratia præuentus reddit ad se, & ali-  
quid concipiatur boni, cito euanescit, quoniam suffocatur à spinis, seu à cœli uolucribus  
deuoratur, siue supra petram arescit, quoniam radix caritatis in illo deest. Tanquam in  
fructuosa arbor floret, quidem extrinsecus temporalium rerum ornata floribus, aut uer-  
borum folijs referta, intrinsecus autem coram Deo arefacta, & inutilis est præcidenda  
& flammis perpetuis concremanda. Ad hoc ideo uenit, quia neglexit considerare se, &  
compunctionis sarculo circa cor terram fodere, atque humilitatis pinguedinem in ipsius  
radice collocare. Hæc utique humilitatis uirtus est, quæ decorem præstat animæ, fructu  
profert uitæ, restituit hominem sibi, neconu ueram de se facit habere notitiam.

C Quod sicut solis splendor & calor, ita sui cognitio & humilitas uno sunt vinculo copulata. Et  
qualia diuina, qualia uana sunt opera. Cap. VII.



Vemadmodum solis splendor, & calor ipsius in unum ita copulati sunt,  
ut ab inuicem nequeant separari: aequo de sui cognitione & humilitatis  
uirtute identidem esse definio, his exceptis, quod in uno corpore solari,  
calor & splendor adeo innati sunt & coniuncti, ut unum sine altero esse  
ac operari nō ualeant, quanque alius calor, alius sit splendoris effectus. Si-  
mul sunt, uicissim conueniunt non diminutionem neque suscipientes incrementum, sed  
semper permanentes in uirtute, in operatione, in motu, in numero. Non separantur lo-  
co, non uariantur casibus, non deficiunt tempore, neque dissentient actu, eundem pera-  
gunt cursum, pari perseverant conditione, unaque sibi à proprio conditore lege indicata  
contenti, sine reclamatione & absque dissidio opificis sui eo modo, quo possunt, poten-  
tiam laudant, sapientiam prædicant, insinuant bonitatem, maiestatem & gloriam. Ned  
mirum. Nam alia diuina, alia humana sunt opera. Diuina quidem perfecta sunt, in sei-  
plici ualde bona, eisque bene utentibus proficia, concupiscibilia, admiranda, diligenda,  
colenda tanquam factoris sui præclarissimum speculum, forma pulcherrima, altissima  
uox, uestigium singulare, exemplar sapientiae, magisterium uerbi, atque præcipua cari-  
tatis indicium. Humana uero opera quis enarrare sufficit, quam imperfecta sint, de-  
fectibus plena, casibus subiecta, mutabilitate dedita? Vult homo aliquid, & repente  
non uult, opinatur in agendis quid sit melius, & ipsum mox deliberasse sic pœnitit: mu-  
tat consilia, cogitatus suos pro dubietate uariat, agit interdū quod malū est, & optime  
fecisse se putat. Ignorantia siquidem plenus, corruptibili ac mortali carne grauatus, pec-  
candi consuetudine astrictus, delictorum onere quotidie magis magisque depresso,  
diaboli temptationibus lacessitus, irretitus mundi illeccbris, stimulis conscientiae inquietu-  
tatis, neconu ex originali culpa ad bene agendum omnino per se inualidus, quomodo  
potest laudabiliter operari? Immundus de immundo conceptus semine non ualet nisi  
infecta peragere: cæcus de sibi appositis nequit recte iudicare, sed neque homo potest  
opera à se irreprehensibilia facere. Prophetæ secundū cor Dei sententia audi: Dominus  
(inquit)

D mirum. Nam alia diuina, alia humana sunt opera. Diuina quidem perfecta sunt, in sei-  
plici ualde bona, eisque bene utentibus proficia, concupiscibilia, admiranda, diligenda,  
colenda tanquam factoris sui præclarissimum speculum, forma pulcherrima, altissima  
uox, uestigium singulare, exemplar sapientiae, magisterium uerbi, atque præcipua cari-  
tatis indicium. Humana uero opera quis enarrare sufficit, quam imperfecta sint, de-  
fectibus plena, casibus subiecta, mutabilitate dedita? Vult homo aliquid, & repente  
non uult, opinatur in agendis quid sit melius, & ipsum mox deliberasse sic pœnitit: mu-  
tat consilia, cogitatus suos pro dubietate uariat, agit interdū quod malū est, & optime  
fecisse se putat. Ignorantia siquidem plenus, corruptibili ac mortali carne grauatus, pec-  
candi consuetudine astrictus, delictorum onere quotidie magis magisque depresso,  
diaboli temptationibus lacessitus, irretitus mundi illeccbris, stimulis conscientiae inquietu-  
tatis, neconu ex originali culpa ad bene agendum omnino per se inualidus, quomodo  
potest laudabiliter operari? Immundus de immundo conceptus semine non ualet nisi  
infecta peragere: cæcus de sibi appositis nequit recte iudicare, sed neque homo potest  
opera à se irreprehensibilia facere. Prophetæ secundū cor Dei sententia audi: Dominus  
(inquit)

(inquit) prospexit super filios hominum, ut uideat si est intelligens aut requiriens Deum, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. Nullum excipit, neminem excludit, & usque ad unum omnes afferit declinasse a bono, & malum facere, hominum (uidelicet) filios. Hoc quippe dicens ab hac uniuersitate hominis exemit filium hominis dominum nostrum Iesum Christum de sola matre secundum carnem, sine patre genitum, qui solus inter mortuos effectus liber dicere potuit: 2.Cor. 11

Iohn. 14 Venit enim mundi huius princeps, & in me non habet quicquam. Ipse utique sicut ab omni peccato fuit immunis, ita in omni opere sanctus, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & cælis excelsior, atque muddior factus, cæteri uero coquinati, transgressores, infirmi, & gemebundi, procreati ex illa propagine, de qua lacrymabiliter cœrat David: 2.Cor. 12

Psal. 50 Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Hinc origo peccati, peccandi necessitas, & bene agendi emanauit infirmitas, quæ ad malum etiam inuitos & nolentes trahit, facitque laudabiliter gesta maculosa esse atque immunda, 1.Cor. 4

Psa. 64 quod unico Propheta sermone expressit, cum ait: Iustitia nostra tanquam panus mensuata. Hoc idem uerbis alijs dominus per Prophetam alterum testatus est dicens: Psal. 113

Psal. 74 Cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo. Sane cum tempus iudicij erit, iusticias discent, & imperfectiones humanarum actionum æqua lance pensabit: reddetque unicuique, quod gesserit in corpore, siue bonum siue malum: nunc uero, quia tempus est miserendi, dissimulat Deus peccata delinquentium, ut poenitentiam agant, & conuertantur a vijs suis prauis, faciantque quod bonum est in oculis domini, & agnoscant infirmitatem propriam, ueniam semper humiliter flagitando, eo crebrius, eoque instantius, quo clarius intelligunt uilitatem suam, & opera sua esse immunda, imperfecta, maculosa, & si amota pietate discutiantur, prorsus esse reprobanda. Et hoc rationabiliter, secum enim gestant ignem quo uruntur, gladium quo feriuntur, hostem a quo debellantur, uenenumque quo aspersi perimuntur. Gementem Apostolum audi: Scio enim (inquit) quod in me, hoc est in carne mea, non habitat bonum. Nam uelle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Non enim, quod uolo, bonum hoc facio, sed quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo illud facio non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur legem uolenti mihi facere bonum, quem adiacet mihi. Conde lector igitur legi Dei secundum interiorum hominem, video autem aliam legem in membris meis captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et infert: Gratia Dei Per Iesum Christum dominum nostrum. Hæc utique erat apostoli Pauli sui causa moeroris, quia bonum, quod agere uolebat, minime perficere ualebat: atque malum, quod omnino odio habebat, nullatenus uitare sufficiebat, ad hoc impellente originalis culpæ somite & lege peccati, quam in membris suis uigere prohibebat. Ex istiusmodi lege peccati sibi ipsi aduersatur homo, inficiuntur opera, quæ per se sunt bona, spiritualia in eo geruntur certamina, hebetatur intellectus, affectus frigescit, languet uirtus, fides nutat, ejicitur animus, euigilant tentationes, & omne interioris hominis robur debilitatur, adeo ut a plâta pedis usque ad uerticem capitis nulla in eo sit sanitas. Hoc Propheta considerans contendo domino infirmitatem suam ipsum deprecabatur dicens: Humiliatus sum usquequaque domine, uiuifica me secundum uerbum tuum. Alibi quoque per quandam scriptum legitur: Humiliatio tua in medio tui. Non inquit humiliitas tua, sed signanter humiliatio tua, quatenus scias inter humiliationem & humiliatem plurimum distare. Nempe humilius quisque humiliatus est, nequam autem est diuerso quilibet humiliatus est humiliis. Humiliatio namque ex diuina interdum agitur dispensatione per se aliquando uero per alios: nonnunquam ex perpetrati poena peccati, nunc proprij, quandoque alieni. Non ualeat humani (ut arbitror) acumen ingenij, neque disertissimus orator lingua explicare ad plenum uel calamo, quot modis, siue quibus ex causis permittente Deo humana in genere humiliata sit species, & singuli particulariter quotidie humiliantur. Quævis aduersitas, quecumque infirmitas, quælibet tetatio, siue a diabolo, siue a carne, seu irroget ab homine, omnis labor, omnis dolor, omnis moeror, omnisque illata persecutio humiliationis est causa. Emultis exemplum unum producam in medium, ut uera nostra esse credatur assertio, quæquam ex propria quicunque possit erudiri experientia.

A perientia. Paulum apostolum quanta pertulerit incomoda, quibus humiliatus est, referrem audiamus: In laboribus (inquit) plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequenter: Ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium pertuli pro Christi nomine: Nocte & die in profundo maris fui, in itineribus sepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsostris, in labore & ærâna, in vigilis multis, in fame & siti, in ieuniis multis, in frigore & nuditate. De donis uero spiritualibus, & Dei revelationibus, in quibus cæteris preeminebat, obserua, quid dixerit: Ne magnitudo (ait) revelationum extollat me, datum est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Ceterum si, ne pre multitudine gratiarum extolleretur Paulus, qui aiebat: Nihil mihi conscientius sum, & gloria nostra testimonium est conscientiae nostræ, & in quo habitabat spiritus sanctus, & charismata exuberabant spiritualia, & per quem Dei sapientia loquebatur, humiliacionem sustinuit carnis, & temptationum certamina, quid de se cæteri arbitrari debeant, qui corpore corruptibili uestiti patientur (uelint nolint) in carne famem, siti, frigus, calorem, lassitudines, & gritudines, & uexationes maximas ex quotidianis occupationibus, & naturæ necessitatibus, in mente uero ignorantiae, infirmitatis & concupiscentiae aculeos perferunt: Qui legit, excogitet. Hæc siquidem innumeræ humiliationis materiae, quæ partim ex primorum parentum poena peccati, partim pro perpetratis sceleribus, seu uitandis, partim autem pro exercitatione uirtutum uel meritorum additamento nobis eveniunt: Deo optime dispensante, nostramque salutem misericorditer procurante efficiuntur procul dubio nobis ualde proficia, si tamen æquanimiter & patienter eadem toleremus gratias agentes Deo & domino nostro Iesu Christo, qui mediantebus his aduersis nos erudire ac humiliare dignatur. Hunc profectum spiritualem in seipso persenserat David, quādo domino psallēdo dicebat: Bonum mihi, quia humiliasti me, ut discam iustificationes tuas. Vere ex huicmodi humiliationibus mens iusti nedū. dicit quām bonus, quām pius, quām misericors, quām sapiens, & quām potens sit dominus, uerū etiam quantum ipse sit noxius, quām debilis, quām uilis, quām pauper, quām pronus atque propinquus ad casum. Nempe ex ipsis congruentissime cognoscit Deum, & cognoscit se. Hanc spiritualem disciplinam Apostolus dīdicerat, cū dicebat: Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabet in me uirtus Christi. Et in alio loco ait: Propter hoc complaceo mihi in necessitatibus meis, in plagis, in carceribus, in seditionibus pro Christo. Hæc profecto est perfectorum consummata uirtus, non solū aduersa multimode ac qualitercumque emergentia patiēter ferre, sed etiam cum gaudio, & mentis exultatione, atque gratiarum actione imperturbabiliter sustinere, quod robustissimum militem, uirumque sanctissimum beatum (uidelicet) Iob egisse non ignoramus, Isquippe opulentissima a diabolo nudatus substantia, orbatus filijs, & a planta pedis usque ad uerticem capitis percussus pessimo, scissa ueste, ac capite tonsus, pronus in terram corrues dominum adorauit, & benedixit dicens: Nudus egredius sum de utero matris meæ, nudus & reuertar illuc: dominus dedit, dominus abstulit, sicut dñs placuit, ita factum est: sit nomen domini benedictum. Et intulit sermo diuinus: In omnibus his non peccauit Iob labijs suis, neque stultū aliquid contra Deum locutus est. Saluberrima prorsus medicina diuinitus erogata ad animarum profectum est humiliatio memorata, ob quam licet peccatores & iniqui ex ignorantiae atque impatientiae uicio deteriores fiant, perfecti tamen, & Deum diligentes, ac timentes dietim de uirtute ascendunt in uirtutem, meritorumque suorum non mediocriter aggregant cumulum. Hoc apostolus Paulus suo peribuit testimonio dicens: Omnis disciplina in præsenti quidem non uidetur, esse gaudij, sed moeroris, postea uero exercitatis per eam paccatissimum reddet fructum iustitiae. Minus autem perfectis, & mandata diuina seruantibus, necnon pro adipiscendis uirtutibus adhuc desudantibus, ipsa disciplina humiliatio est medicina quam optimâ, dum interioris hominis detegit uulnera, & ad suum facit eundem deuenire notitiam, quæ sanitatis intelligitur esse origo, atque ad humiliatem acquirendam medium singulare.



**Quibus modis quisq; ualeat ad perfectionis alta descendere.** Cap. VIII.  
Este experientia didicimus nemine posse ad summa descendere, nisi per media cōgrua. Hoc in humanis negotijs, hoc in philosophiae studijs, hoc in uirtutum certamine, hoc etiam in spiritualis pater disciplina militia. Di scurre singula, & uerum reperies esse, quod dico. Quis cuiuscunq; operis artifex ualet esse peritus sine quotidiana occupatione eiusdem? Quis, in quam, strenuus bellatorum dux, aut liberalium artium doctor, seu spiritualis disciplinæ commendabilis magister efficitur absq; labore, sollicitudine, ductore, atq; prudētia? Hæc quippe singulis, que memorata sunt, recte conueniunt. Laboribus utiq; continuis exerceatur, & sollicitudinis stimulis agitetur, præceptoris imbuatur peritia, necnon prudentia munere decorari studeat quisquis in omni cuiuslibet conditionis opere desideras esse perfectus. Da delicatum virū, qui corpus nutriat, laborare perhorrescat, & pati formidet, & tales percipies sub pusillanimatis iugo pressum semper persistere. Intuere quoq; pigrum, & in Dei opere negligentem, & intelligentes huiusmodi in suis actionibus deficere, atq; uitam suā in temporali ac spirituali egestate finire iuxta Sapientis sententiam, quæ ait: Per agrum pigri hominis transiui, & per uineam uiri stulti, & ecce totum repleuerant urticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidū destructa erat: quod cū uidissim, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinā. Quamobrem pigrū redarguēdo intulit dicens: Usquequo piger dormies? usquequo de somno resurges? Parum (inquit) dormies, modicū dormitabis, pauxillū manus cōseres, ut quiescas, & ueniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi uir armatus. Cōsidera deniq; præceptoris rudimenta spernentem, & aduertes conspicue eum semper discētem, nunquam autem ad culmen scientiæ pertingentem. Postremo prudentiæ luce priuatū ambulanti cæco equo sine loris, & carinæ absq; gubernaculo similem esse nō dubites. Optima utiq; media sunt ea, quæ diximus ad perfectionis fastigium dirigentia perseverantem in actu, si tamen ueluti fundamētum operis ad sit uirtutis affectus. Sane exiguis labor intolerabilis est, sollicitudo marcescit, docto despicitur, & infatuatur prudentia, si ab humano corde proficiendi amor absistat. Nam amāti ardenter nihil uidetur esse difficile. Fortis (inquit sapientia) est ut mors dilectio, dura ut infernus emulatio, lampades eius lampades ignis atq; flamarum, aque multe non potuerūt extinguerē caritatē, neq; flumina obruent illam. Hoc quippe in peregrinantibus, in nauigantibus æquora, in bella gerentibus, in mechanicis artificibus, in literas discentibus, in negotiatoribus, in cōsultoribus legum, in professoribus iuris, in animarum rectoribus, in prælatis ecclesiariis, in famulantibus Christo, in spirituali agone certantibus inesse reperies. Est namq; ignitus amor uis quædam laboranti subministrans uires, oculari non sinens, neq; permittens quiescere, aggrediens ardua, dura perforans, donec concupitæ rei delectatione fruatur, quemadmodum contigisse patriarchæ Iacob scriptura diuina cōmemorat. Hic etenim quamuis die noctuæ æstu ueretur & frigore, somnusq; ab oculis eius aufugeret, seruit tamen annis septem, ut Rachelis connubio potiretur, illiq; præ amoris magnitudine dies pauci esse uidebantur. Porro in omni opere, & in omni negocio tam spirituali quam humano principatum tenet amor, & perseverantia impertitur constantiam ad perfectionis arcem pertingere sataganti. Diligat utiq; ardenter, nec sibi parcat, uirtutē & præcipue, de qua loquimur, humilitatis amator. Currit uelociter nō gressu corporis, sed affectu mentis, atq; ab expertis erudiri non erubescat: prudenti uniuersa, quæ agit, moderatione compensans. Sciat quoq; nullatenus perfectionis coronam posse mereri, nisi legitime ipse certauerit. Regnū cœlorū, humilitatis (uidelicet) uirtus, à diebus loannis (inquit Dei & hominum mediator) uim patitur, & violenti rapiūt illud, non desidiosi, non pusillanimes, non suimet amatores, sed dimicantes intrepide, indefessi operarij, corde magnanimes, & contemptores sui eandem diligendo præripiant. Nec ab re humiliatis uirtutem cœlorum regnum esse perstrinxí: tum quia ipsa est ianua, per quā ad cœlorum introitum regnum, dicente domino. Nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum: tum quia humilium regnum prohibetur esse cœlorum, quemadmodum ore ueritatis prolatum est inquit: Beati pauperes spiritu (id est humiles non habentes inflantem spiritum) quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

Prover. 4

Prover. 6

Cant. 8

Matt. 12

Matt. 19

Matt. 5

A lorum non ait quoniam intrabunt in regnum cœlorum, sed signanter dixit, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, ut scias quām grati sint humiles Deo, & quām facile hereditatem adipiscantur æternam, ad quam prius quām migrant de corpore, ipsam possidere dicantur. Quamobrem & Saluator ait: Regnum cœlorum intra uos est. In cordibus quippe humilium regnum cœlorum esse narratur, quia sicut in cœlo Deum non localiter neq; circumscripte, sed essentialiter potentialiter esse confitemur, sacro hoc per Prophetam pronunciante eloquio ac dicente: Cœlum mihi sedes est, & terra scabellum pedum meorum, ita & in cordibus humilium eundem esse non ambigimus. Sic enim polliceri dignatus est dicens: Super quem requiescerit spiritus meus, nō super humiliē, & quietū, ac tremētem sermones meos. Cernis ne q̄ sublimis, q̄ præcessa, quām cōmendabilis, & q̄ diligenda sit humilitatis uirtus, quæ possessore suū efficit templū Dei & sanctitatis habitaculū, in quo tanquā in loco sibi placito uniuersorū dñs delectabiliter requiescit, & ad quem iucundè se humiliando declinat. Sani cum unigenitus Dei

B patris filius, uerbum (uidelicet) quod erat in principio apud Deum, in beatissima diuinitatis sua sede cum patre & in patre requiesceret, uelletq; à patre missus, & ab eo nunquam discedens in temporis plenitudine pro salute hominum naturam nostræ mortalitatis assumere, non regiam stirpem, non mentem sanctificatam in utero, non integratatem carnis, non pudorem uirginum, sed præcipue uirtutem humilitatis adamauit in uirgine, quemadmodum ipsa Deo iam plena, uerbo secunda, in spiritu exultans testata est dicens: Quia respexit humilitatem ancille suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicit cent omnes generationes. Erant tunc mulieres multæ innuptæ, decoratae moribus, præclaræ sanctitate, orationi assidue incumbentes, Deo placentes, die noctuq; altissimo famulantes, sed humillima eligit, in cuius utero per operationem spiritus sancti sacratissima diuinæ humanæ naturæ sunt celebrata mysteria, prophetarum completa oracula, consummatæ figuræ, & euacuata ænigmata. Porro dum esset rex (sic legitur) in accubitu suo, paternæ (uidelicet) gloriæ gremio, nardus semper uirens, semper florens, candore rutilans suauissimum sanctæ humilitatis emisit odorem, & ad se attraxit principem maiestatis regiæ, atq; sacerdotalis dignitatis diademate insignitum, ut non ad tempus, sed perpetuam secum ficeret mansionem. Omnia dignatio conditoris, qui cum esset omnipotens, summe bonus, plenus sapientia, beatus de se in se, matrem tamen elegit humilē, quatenus in illa omnes iustrueret, quantum illi esset accepta humilitas. Matrem tantum unam uoluit habere, de qua carnem sumeret, & in qua tanq; uerus homo humiliiter decubaret: multas cupit habere in spiritu, quæ illi in se commorandū humiliitate allicant. Præsto semper est accessus humiliiter in humili corde recumbere, quanquam ipse sit summus. Excelsus (inquit Propheta) dominus, & humilia respicit corda, ut in ipsis requiescat, illis conferat gratiam, largiatur dona, suāq; exhibeat presentiam: alta uero & elata à longe cognoscit. Non enim patitur superbos appropinquare sibi, nec secum aliquid uult habere consortium. Cognoscit quidem illos, sed à longe, ut redarguat, ut corripiat, ut emendet, & ipsi agnoscant se, erubescant

C semper florens, candore rutilans suauissimum sanctæ humilitatis emisit odorem, & ad se attraxit principem maiestatis regiæ, atq; sacerdotalis dignitatis diademate insignitum, ut non ad tempus, sed perpetuam secum ficeret mansionem. Omnia dignatio conditoris, qui cum esset omnipotens, summe bonus, plenus sapientia, beatus de se in se, matrem tamen elegit humilē, quatenus in illa omnes iustrueret, quantum illi esset accepta humilitas. Matrem tantum unam uoluit habere, de qua carnem sumeret, & in qua tanq; uerus homo humiliiter decubaret: multas cupit habere in spiritu, quæ illi in se commorandū humiliitate allicant. Præsto semper est accessus humiliiter in humili corde recumbere, quanquam ipse sit summus. Excelsus (inquit Propheta) dominus, & humilia respicit corda, ut in ipsis requiescat, illis conferat gratiam, largiatur dona, suāq; exhibeat presentiam: alta uero & elata à longe cognoscit. Non enim patitur superbos appropinquare sibi, nec secum aliquid uult habere consortium. Cognoscit quidem illos, sed à longe, ut redarguat, ut corripiat, ut emendet, & ipsi agnoscant se, erubescant

D de se, compungantur in se, & displiceant sibi. Hoc autem quare? Quoniam non est voluntatis eius mors impij, sed ut magis conuertatur, & uiuat. Hinc aliquando flagella ingeminat, elatis nonnunquam etiam persecutions accedere, & languores varios eisdem evenire permittit, quibus edometur eorum carnis uoluptas, tollatur oculorum concupiscentia, & uitæ superbæ conteratur, quæ uniuersa humiliati aduersantur, & de cordis habitaculo humilem redemptorem repellunt, redduntq; animam ignabilem, contemptibilem, & Dei copulatione indignam. Dei quippe iusto cum homine iudicio agitur, ut quanto amplius per tumorem mentis se altius erigat, tanto magis in imo despicabilius faceat. Econtrario autem eo honorabilius humili coram Deo prouehatur ad summa, quo per uilem sui æstimationem se uilipendēdo magis collocat in profundo, quod facile diuinarum scripturarum comprobatur oraculo. Erat utiq; Saul prius, quām præficeretur in regem, electus & bonus, ita ut in filiis Israel non esset illo uir meior: postea uero, quām regni suscepit moderamina, cœpit paulatim in sole escere, & cœcū cordis erigere, quamobrem diuini præcepti præuaricator effectus, à prophetâ S. myele audire promeruit: Nonne cum essem parvulus in oculis tuis, caput in tribubus Laur. Iusti.

RR

Israel

Luc. 17

Ez. 66  
ibid.

Luc. 1

Psal. 112

Reg. 15

Israel factus es, unxitque te dominus regem super Israel: Et paucis interpositis adiecit dicitur: Pro eo quod abieciisti sermonem domini, abiiciet te dominus, ne sis rex. Ceterum cum non omnes humiles exterioribus sublimentur honoribus, atque ediuerso superbi quicunque minime in conspectu hominum uideantur inglorij (id Dei sapientia ordinatissime dispensante) eluent tamen nedum coram Deo, uerum etiam ante oculos eorum, qui spiritualiter dijudicant omnia, atque aeternae ueritatis sunt illustrati splendore, & humiliu[m] gratiam, necnon superborum contemptum. In humilibus quispe inhabitantis spiritus Dei fulget presentia, & redolent quandam cordis innocentia sanctitatis odore sociatam: atque celestis conuersationis imaginem, in elatis autem totu[m] oppositum est cognoscitur. Consultius itaque est ac eligibilius introrsus per humilitatem Dei ac propriae conscientiae gaudere testimonio, quam exterius ad tempus per elationem humana opinione atque temporali dignitate florere.

Quod sicut superbi dignitates temporales & popularem ambiunt famam: ita humiles easdem fugiunt, tam diolorum, quam sui redemptoris exemplis & admonitionibus erudit. Cap. IX.

**H**abent superbi & seculi amatores hoc proprium secularium dignitatum, seu (si diuino sint mancipati obsequio) pastoralis ministerij principatu[m] amabile, praesesse ceteris, omnes præcellere, uulgari fama gaudere, opera quæ agunt (siqua sunt commendatione digna) proferre ad publicum, ore proprio se laudare, interdum mendaciter, & conscientia reclamante, in praesenti seculo abundare diuitijs, carnis illecebras concupiscere, & si facultas adsit, etiam easdem opere consummare: quid uero post corporis resolutionem habituri sint, nullatenus cogitare. Chorea quoque ducunt, celebrant nuptias, delicata amici & sibi similibus parant, in iocis, fabulis, scurrilibusque uerbis ac temporis amissione sumunt dies suos, & nisi misericordia manus super eos extendatur, & redeant ad se, reatusque suos agnoscat, atque ipsos contra domini præcepta deliquisse ex corde poeniteat, in puncto ad inferna descendunt. Horum siquidem prosperitas quemadmodum in terrenis & momentaneis rebus est posita: ita repente labitur, & uelut umbra fugit, necnon tanquam non fuerit, G obliuioni cito mandatur, quod Propheta sua attestatione confirmans ait: Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani, transiui & ecce non erat, quaeliusque non est inuentus locus eius. Non autem sic humiles, & mundi istius contemptores. Omnen quippe quantum ualent, & corde despiciunt, & corpore atque conuersatione declinat huius uitæ sublimitate & gloriam, non considerantes honoris præeminētiā, sed in ipso exteriori fastigio aduertunt latens periculum, incessabilem curam, necessariam exercitutem, quotidianos labores, laqueos innumeros, breuitatem glorie, imminētem exitum, incertum finem. Sciunt præterea de sibi impenso ministerio diuino subiiciendos esse examini, & de singulis negocij ratione reddituros corā Deo, q[uo]d non potest terrori, aut fleti minis, quia potētissimus est, nec ualeat seduci falsis persuasionib[us]. uel mēdaciis, uerbis, quia sapiētissimus est: nequit quoque subuerti muneribus, seu pmissionib[us]. ullis, quia ditissimus est. Cognoscuntur insuper ab eodem uniuersa, quæ ab hominibus geruntur, sine personarū acceptance, & absque aliqua generis siue dignitatis discretione aquilance pensari, eoque singulos duriora supplicia esse passuros, quo erga subditos crudeliores, inhumaniores circa pauperes, atque in se per tumorem fuerint altiores. Recognitant postremo regum, principum, & tyrannorum præteritam gloriam decidisse ut arboris folium, decuruisse ut fluminis torrentem, ac defecisse ut dormientes somnium, & breuissimam apud mortales post illorum exitum remansisse memoriā, quæ profectio nil eis contulit, nil profuit, nilque complacuit. Suidenique pertractant secum uitā redēptoris ab ihsu, quos supra memorauimus, longe dissimilem. Ipse namque quum uerus esset imperator, pontifex summus, princeps regum, euctorū dominus, celi ac terre gubernator ac conditor, parētes nihilominus secundū carnem uoluit habere pauperes, apud vulgus ignobiles & infirmos, sed coram Deo locupletes gratia, decoratos uirtutibus, meritisque sublimes. In ortu suo quāuis multitudo militię celestis mira cum iubilatione, gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis cecinerit: reclinarat tamen uoluntate in molli stratu aut cooperitorio deaurato, sed super foenū asperimū in presso iumentorū, in diuersorio collocatus tanquam egenus & aduena, ignotus & uilis, quatenus

A quatenus contemptum doceret mundi, & exemplum præberet humilitatis à suis professoribus imitandum, in progressu uero sua conuersationis omnis temporalis dignitatis spontanea abrenūciatio, necnon uirtutis huius præclara eluet imago. Nam quū populus Iudæorum cernens miracula, quæ in ihsu quæ infirmabatur, faciebat, super seipsum regem preferre meditaretur, latenter aufugit, insinuans per hoc regnum seculi istius non esse appetendū, sed regnum Dei esse querendū, quod in futuro seculo humilibus pollicetur. Illos profecto honores, illasque cathedras dignitatū ueritas ambiri suadet, quæ carent metu, fine non habent, & absque peccato, ac sine ulla inuidentia possidentur: ad quas non erūpit hostis, non appropiat tentator, neque elatus ingreditur. Imitatur igit[ur] humilius discipulus magistrum suum celestem, in quo omnium fulget disciplina uirtutum, omnis religionis forma, omnis institutio sanctitatis, omneque sapientiae documentum, ita ut qui deuiat ab eo quod instruxit uerbo, & opere consummavit, in tenebris ambulet, graduatur in interitum, patiatur insidias, sacerdotis temptationibus supereretur. Ipse namque lux est.

B indeficiens, custos non dormitans, inuincibilis uirtus, ueritas non errans, imperturbabilis pax, & sine termino uita: cui procul dubio obtemperare est debitum, famulari salus, sequi merces, uidere gaudium, laudare iubilus, atque frui beatitudo perfecta. Quam obrem maxima dixerim redargutione dignum, aeternoque merito plectendum esse supplicio, quisquis tanto præceptorū tam utilia imperanti, & tam ineffabilia præmia politi centi obedire neglexerit, illum imitari contempserit, atque audire dissimularit, præcipue quum Deus sit operatus in homine, Dei uirtus sit humiliata pro homine, Deique sapientia sit locuta per hominem, ut (uidelicet) eundem hominem de ignorantia eriperet, renebris, de spiritualis seruitutis excuteat uinculis, de peccatorū solueret debitibus, de uitiorum erueret retibus, necnon de mortis aeternæ liberaret fauibus. Sane nihil propter se ipse dominus Iesus cognoscitur, quippe quum nullius egeat, sed propter hominem, qui inobediendo perierat, atque ab ingenita dignitate superbiendo ceciderat. Hinc se humiliando Dei filius propter hominem serui suscipiens formam, & patri usque ad

C mortem obediens factus, humilitatis monita salubria exhibuit dicens: Discite à me quia mitis sum, & humili corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Discite (inquit magister celestis & ueritas, quæ non mentitur) à me non perpetrare miracula, non futura prædicere, non supra mare sicco ambulare uestigio, sed mundū spernere, carnis illecebras obhorrere, honores fugere, dignitates ac primatus contemnere, ne similes Pharisæis sitis, qui amat primos accubitus in coenis, in synagogis cathedras, salutaires in foro, & ab hominibus uocari rabbi, quæ uniuersa habere concupiscunt seculi istius dilectores, qui ignorant Deum, præuaricant legem, nesciunt se, & præferunt uisibilia inuisibilibus, carnalia spiritualibus, temporalia aeternis, atque terrena celestibus. Discite præterea à me tolerare aduersa, pati conuicia, opprobria sustinere, contumelias patienter audire, non reddere malum pro malo, neque maledictum pro maledictione referre, sed econtrario maledicentibus benedicere, orare pro persecutoribus, atque pro inimicis uestris ueniam postulare. Ego enim à meis persecutoribus eadem æquani

D miter perpessus sum pro uobis, contumelias (uidelicet) irrisiones, obiectiones falsas, flagella, sputa, alapas, coronam spineam, potum fellis, & ignominiosam mortem crucis, quia mitis sum & humili corde. Me imitamini, uestigia mea sequimini, non eorum, qui terrena sapiunt, magna appetunt, sublimia querunt, si mei vultis esse discipuli, moribus estote mites, & humiles corde. Haec plane sunt instituta mea, quæ præbeo uobis: haec exempla mea quæ relinquo uobis: haec, inquit, præcepta, quæ mando uobis, ut ea memoriæ commendetis, & opere perficiatis, quæ in ipsis est exuberans iustitiae fructus, copiose merces, pax mea, uia ad uitam, & ianua, quæ perpetuum introducit ad regnum. Per hanc quippe humilitatis & contemptus seculi, necnon crucis baulandæ post dominum angustam ianuam intrare contendite, ut pertingere ualeatis ad uitam. Nam quamvis aetate in ingressu sui principio esse uideatur desidiosus, pusillanimis, & se immoderate diligenteribus, patientibus tamen uoluntarie, Deum ex toto corde amantibus, proficiendi desiderio accensis, Christi imitatoribus, atque humilibus quotidie efficitur latior, & uia planior. Nec ab re. Nam experientia sestande humilitatis, uirtutum usus, & perferende crucis assuefactio reddit iugum Christi suave & onus leue præ dulcedine gustatæ deuo-

Laur. Iustini.

RR. 2. tationis,

tionis, & perceptione internæ quietis, quæ communicat humilibus, & pro domino utiliter decertantibus. Non enim impius & immisericors est Deus, ut obliuiscatur laboris & fatigationis seruorum suorum, qui singulis pene horis dimicant, ut carnem subficiant spiritui, animum uirtuti, & mentem Deo, oderuntque sponte animam suam in hoc mundo, ut in seculo illam ualeant possidere futuro.

Quod Christi militibus sit indicta pugnandi necessitas, & perseverantibus palma uictoria referata, necnon quales sint, cum quibus oporteat eos habere aggressum.

Cap. X.

Ephes. 6

Vemadmodum cum hostibus uisibilibus confligentibus duplex est apposita cōditio, pugnandi scilicet necessitas, & uictoria palma: ita & Christi militibus in ecclesiæ campo aduersus aeras & inuisibiles potestates bellatib. eadē est indicta lex. Ut igitur sciamus, cū quib. inuisibile nos oporteat habere certamen, Apostolum audiamus, quid dicat: Non est nobis collatio aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra sp̄ituales nequitias in cælestibus. Tales siquidē sunt aduersarij cum quibus inducit nobis habere cōgressum, ut nullatenus uelint nobis esse placabiles. Quanto enim magis conspiciunt nos desudare in bello, aut præ nimio labore, ac animi pusillanimitate in acie prælij non posse persistere, tanto amplius erga nos robusti fiunt, atq; in nostro exitio promptiores. Non cedunt metu, non terrentur minis, non spiritualibus uerbēribus conquiescent, quin potius laceſſiti indignātū acris, repulsi contendunt accedere proprijs, prostratiq; nobis inimicantur uehemen-  
tius, de nostris congratulantr malis, & nostris gloriantr casibus, quantum in ipsis est, omni pene hora certamina commouent, tendunt laqueos, insidias parant, tentationes inferunt, quatenus tædio affecti, seu fraude, aut uirtute superati luos nos faciant esse captiuos. Illorum siquidem importunitas, eorumq; saeuitia certandī nobis necessitatem imponit, quos eo facilius uincimus, quo ardenter de Christi bonitate fidentes contra eosdem audacieores sumus. De Dei & domini nostri Iesu Christi suffragio, & non de proprijs uiribus fiduciam habere debemus, quum hostes nostri sint fortiores nobis, calidiiores & assuefactiores in prælio, sublato à nobis alieno præsidio. Nam ex nobis ipsiis infirmi sumus, ignari, inexperti (comparatione eorum) & ad casum proni. Quamobrem ex medullis cordis gratias agere debemus redemptori nostro, si qua in nobis estre sistendi uirtus, si quod lumen eorum astutias discernendi, si quod tolerandi robur, & si quod desiderium proficiendi. Omne quippe datum optimum (sicut scriptum est) & omne donum perfectum de sursum est descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, neq; uicissitudinis obumbratio. Ab ipso quidem nedum habemus quod sumus, uerum etiā quod intelligimus, ualemus, & laudabiliter uolumus. Ipse nāq; uires ministrat, præbet auxilium, præstat desiderium, proponit precium, pollicetur & præmium. Impræsentiarum etenim profert precium, quod tribuat: in futuro autem præmium, per quod beatos faciat. In præsenti (in quam) requiem largitur post labores: in futuro uero beatitudinem retribuit post triumphum. Nō coronabitur (inquit uas ele-  
ctionis) nisi qui legitime certauerit. Proinde pugnare nō desinat, qui coronari affectat,

Iac. 1

sed neq; humiliare se renuat, quisquis uictoria palma expectat. Qui se humiliat (ait ueritas, quæ nō mentitur) exaltabitur. Humiliat utiq; se in præsenti, exaltabitur in futuro, de imis ad summa, & de terris ad cœlos concendet. Hæc p̄fectio uirtus humilitatis, de qua sermo nunc agitur, uia est, quæ post peregrinationem ducit ad patriam. Hæc, in quam, est corona regia decorata gemmis, margaritis ornata, auroq; contexta: quam do minus Iesus post agones duros commilitonibus suis largiri dignatur. Non quidem segnibus, non ingratis, neq; dimicare formidantibus, sed usq; ad sanguinem decertantibus, patientibus, & perseverantibus prærogatur. Bellatorum quippe corona est non mortalis manu artificis fabricata, sed sudoribus iustorum, necnon summi opere, ac munere conditoris. Nempe qui uerbo suo uniuersa creauit ex nihilo, hanc per sui eloquii uerbi dignatus est componere, ornare, atq; contexere. Quantis illam extulerit præco-

nij, quib; siue lapidibus associatam esse ostenderit preciosiss, sedens in monte, & discipulos docens testificatus est dicens: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.

A cœlorum. Locuturus enim multa de legalibus institutis, de uirtutibus moralibus, & de beatitudinibus futuris ab ipsa humilitate tanquam à radice cæterarūq; custode uitatum exorsus est fari: Beati (ait) pauperes spiritu, uidelicet, humiles, timentes Deū, & non habentes inflantem sp̄itum, cuius profecto est proprium mentem in sublime attollere, distendere, decipere, & prosternere. Non aliunde Dei sapientia, quā ab humilitate inchoare debuit, ipsam pro aliarum fundamento uirtutū in īmo constituens. Noverat quippe ille qui loquebatur, quod superuacula ædificat uirtutum actus, qui humiliatis caret fundamento, atq; illam absq; hac uirtute minime posse perseverare struam, quæ flantibus uentis, & quotidie impingentibus undis impellitur ad ruinam. Fundamentum (inquit Apostolus) aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, qui ait: Discite à me quia mītis sum & humiliis corde. Videsne quām congrue, quām prudenter & optime de uirtutibus sermonem habiturus ab humilitate sumpsis exordium, quatenus agnosceremus illam reliquarum, sicut dictū est,

B fundamentum esse uirtutū, atq; spiritualem coronam pugnantium, in qua disponendæ essent & ceteræ, prout ipsius uerbī narrationis ordo declarat: Quum enim dixisset, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, repente intulit inquiens: Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Mites sunt, qui detractio-  
nes, contumelias, damna, & opprobria ab hominibus illata æquo perferunt animo; non remurmurantes, neq; reddentes malum pro malo, uel maledictum pro maledicto, sed in bono uincentes malum, dominum & præceptorē suum imitantes, qui sicut ouis ad occisionem ductus est, & tanquam agnus coram tendente se, sic non aperuit os suum. Submissa mites loquuntur uoce, humanitatis & caritatis uerba edunt, ignorant contradicere, renuent de sibi obiectis excusari: in moribus quoq; circunsepti sunt, incessu maturi, in bonis proximorum creduli, & in obsequijs eorum semper parati, diligentes ex corde ac de humilitatis thesauro, quod gerunt in mente, amabilia atq; utilia promentes, non minus uerba quām opera. Iltis quidem peracto certamine terræ

C possidenda pollicetur hæritas, non huius quæ spinas & tribulos germinat, & quæ reptilibus ac iumentis, iustis & peccatoribus est communis: sed illius, quam Propheta uidere cupiebat, quum diceret: Credo uidere bona domini in terra uiuentium, in qua (uidelicet) nulla erit rixa, nulla aduersitas, nullusq; hostis, contra quem pugnare oporteat, sicut in hac, in qua degimus, configimus, & ploramus: unde post mites beati etiam dicuntur qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Lugentes beati recte humiles nuncupantur: qui enim pro amissione coronæ, aut pro illatis iniurijs, seu pro qualibet causa plorant humana, nequaquam censemur esse beati, sed infelices & miseri. Hu- miles uero quū redeūt ad se & discutiūt, quales sint, quantis sint onerati peccatis, quot astricti uinculis, q; multis beneficijs obligati, necnō in quali sint detenti custodia, cōpū gunturq; suspirant, gemunt, ubertimq; prorumpunt in lachrymas Prophetæ exemplū tenentes, qui dicebat: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Lugent itaq; frequenter humiles, & interioris cubiculi stratum ri-

D gant, ut delictorum suorum maculas tergant, & compunctione flebili debita soluant, ac malæ consuetudinis nexus dirumpant, ualeantq; cum Propheta cantare: Dirupisti domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Cæterum quum peregrinationis suæ miserias meditantur, & coelestis Hierusalem considerant gaudia, necnon ab his se abesse conspicunt, ex humillima deuotione commoti, ac tacite resoluti in fluctum ingeminant dicentes: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deus: sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quādō ueniam & apparebo ante faciem Dei: Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? Conuersiq; ad dominum inquiunt: Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo. Merito igitur humiles taliter lugentes consolationem à Deo promissam cum exultatione indubitatæ spei exspectare debent, de qua in Apocalypsi per Ioannem sic scribitur: Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, & non erit amplius neq; luctus, neq; clamor, neq; dolor erit ultra, quæ prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno: Ecce noua facio omnia. Pro hac siquidē degustata parumper futura consolatione refecti robustiores quām

Laur. Iustin.

RR 3 prius

1. Cor. 3  
Matt. 11

Matth. 5

Psal. 16

Psal. 6

Psal. 115

Psal. 41

Apoc. 21

**Matt. 5** prius erant efficiuntur in bello, & ad percipiendum charissima meliora, atq; ad consequendum brauium perfectionis uirtutum humilibus destinatum, fiunt quotidie promptiores. Quamobrem congrue post lugentium studium subinfertur à domino: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Nempe illi esurire & siti iustitiam dicendi sunt, qui uirtutum afflati amore, & proficiendi desiderio animati errata corrigunt, amplectuntur ardua, & quæ retro sunt obliuiscentes ad anteriora se exercendo extendunt, corpus suum fame, siti, frigore, & nuditate conterunt, uigilijs, ieunij, laboribus attenuant, nullam sibi quantum eorum naturæ ualetudo admittit imperientes requiem præ sui dulcedine conditoris, & adeptione uirtutū. Omni quippe tempore in omnine negocio custodiae suæ inuigilant, nihil in discussum, nihil pretermittentes inordinatum, quod à uirtutum disciplina discordet. Tanquam acerrimi bellatores aduersarijs suis nunquam terga uertunt, nunc cum uisibilibus, nunc cum inuisibilibus certantes. Esurie namq; & iustitiae siti accensi nil se esse arbitrantur, atq; nihil rectum agere, quod non sit redargutione dignissimum, tametsi quotidie proficere satagat, sitq; eorum conuersatio ceteris norma iustitiae, religionis forma, sanctitatis speculum, & perfectionis exemplar. In eisdem humilitatis suadente uirtute, professores quo sunt ditiores meritis, gradu sublimiores, & feruentiores caritate, eo se existimant uiiores, infirmiores, atq; minores. Ex hac itaq; humili consideratione sui uehementius inardescunt iustitia saturari. Quod quia in hac peregrinatione obtinere sufficienter iuxta eorum uota nequeunt, domino depromunt cum Propheta & dicunt: Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo, satiabor quum manifestabitur gloria tua. Interim uero bonis operibus ac misericordiæ actibus insistunt, quatenus promissæ mercedis adipiscantur gloriam. Sic enim post esuriem, sitimq; iustitiae subintulit dominus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Optimum profecto opus est egenorum & inopum calamitatibus misereri, illis auxilium præstare, necnon in paupere Christum dominum cibare, potare, uestire, hospitari, ac uisitare. Nam seculum in extremo tempore iudicaturus postquam à dextris positis quibus dixerit, Venite benedicti patris mei, possidete regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi: esuriui enim, & dedisti mihi manducare: & reliqua, quæ in euangelio plenissime continentur concludet sic: Amen dico uobis, quamdiu uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Magna dignitas pauperum Christi personam gerere, ipsiusq; imaginem exhibere in seculo. Merito igitur misericordiam consequetur à Christo, qui Christum ueneratur in paupere, & illi humanitatis præbet officium, qui eius non obhorret sordes, personam non despicit, nec uilipendit statum, sed honorat ut dominum, famulatur ut Christo, amplectitur ut fratrem, eucq; diligit tanquam regni consortem. Nempe æterni regis filij spirituales nuptiæ non de diuitiis, potentibus, regibus, principibus, doctoribus, aut nobis repleti fuisse referuntur, sed de personis secundum seculi opinionem insimis atq; abiectis. Sic enim legitur dominum dixisse: Exi cito per uicos & exitus uiarum, & cæcos, claudos, pauperes, ac debiles compelle intrare, ut impleatur nuptiæ meæ. Et Paulus: Videte (inquit) uocationem uestram fratres, quia non multi sapientes secundū carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortes: & ignobilia huius mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu eius. Maximam siquidem fiduciam consequendæ misericordiæ in futuro seculo habere debent, qui cum humilitate cordis & pietatis affectu interioris sui hominis munditiam custodientes erga egenos & inopes iuxta posse, quoad uiuunt, humanitatis obsequia exhibere non cessant domini perficientes mandatum, qui ait: Facite uobis amicos de māmona iniquitatis, ut quum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula: quæ profecto sicut humilibus & misericordibus, ita & mundis corde promittuntur à domino, quum dicit: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt.

**Luc. 16** Opportune satis in hac spirituali humilitatis corona diuersarum gēmarum, id est, uirtutum, uarietate decorata inseritur etiam cordis munditia, quæ Deum consummato feliciter huius præsentis exilij termino uidere merebitur. Nam quemadmodum in certamine ambæ copulatae sunt, atq; in eadem sede humani

**A** humani cordis resident, & perficiuntur: æquæ & amatores suos in regno cælorum pariter faciūt esse beatos. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum: & beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt, quod idem est. Nam esse in regno cælorum nil aliud est, quam uidere Deum. Quæ procul dubio uiso atque cognitio uita æterna est, perhibente domino: Hæc est (inquit) uita æterna, ut cognoscant te solum Deum, & quem misisti, Iesum Christū. Munditia itaq; cordis est ipsum cor liberū custodire ab omni cogitatione & affectione polluta, noxia, obliqua, atq; elata. In quo enim ista quæ memorata sunt, uigent ac uerantur infectum est, deforme, maculosum, & cæcum: unde minime ualeat Deum cernere, qui solum propter sui fulgorem atq; cædorem à mundis cordibus intuetur. Sicut autem in animam maleuolam nō ingreditur sapiëtia: ita eadē non cōspicitur à scelestis & superbis hominibus corda fœda & uoluptuosa gemitibus: quoniam illis auersa est eiusdē sapiëtiae claritas, prout solis istius uisibilis oculis & gris odiosa est lux. Quamobrem studeat mundare cor nedum à pernicioſis & obſcenis cogitationibus, ac affectionibus: uerum etiam ab inutilibus & uanis, quisquis fructus & munera huius munditiae particeps esse desiderat. Cæterum quum istius uirtutis merces perfecta in futuro seruetur, sicut per Prophetā de electis dicitur: Quia uidebunt regē in decore suo: potest tamen in hac uita ex parte utruncq; gustari & uideri per speculū in ænigmate fide mediante, qua purificantur corda fidelium, & oratione assidua, quæ reddit animam præsentem Deo, atq; sedula exercitatione uirtutum, quæ faciunt ex frequenti uitiorum ac tentationum triumpho bellatorē egregium interna pace potiri: quod propriæ humilium & filiorum Dei est gloria. Proinde post cordis munditiam prudentissime additum est: Beati pacifici, quoniam filii Dei uocabuntur. Pacifici non incongrue censendi sunt illi, qui omnes cordis sui & corporis inordinatos affectus, seu motus rationis subiiciunt seruituti: semper gladium spiritus tenentes euaginatum aduersus aereas protestates: minime templum Dei maculare permittentes, corporisq; membra sub temptantia loris cohibentes, ne ueluti iumenta indomita per illicita uagentur, efficiaturq; mens, quæ debet esse pacem referta, tumultuatione concussa. Porro dominus noster, qui est uera pax, illamq; ex hoc mundo discessurus & ascensurus ad patrem dedit discipulis suis tunc præsentibus, & futuris reliquit: pacem diligat, & in pacificorum libetissime reclinat habitaculo, atq; cum eisdem morā trahens, non modicā honorū suorū ipsoſ facit hæredes. Filii quippe paterna debet hæreditas, maxime humilibus diligentibus, patri obtemperantibus, & cum eo continue commorantibus. Nam filius iunior de quo euangelicus textus eloquitur, qui peregre profectus uoluptuose degens cōsumpsit patrimonium, quamdiu absens stetit à genitore, filii dignitatem amisit: quum uero in se uersus proprium agnouit errorem, quod perdidera, recepit addito sibi annulo, præstis calciamentis, & occiso pro ipsius reditus gaudio uitulo saginato, quæ uniuersa sunt gemmæ filiorum, & ornamenta præcipua. Quamobrem beatos nuncupauerim esse pacificos, qui in hoc seculo post laborum spiritualium certamina, pacis gaudium deguant in trinsecus, tanquam hæreditatis æternæ primicias: quam utiq; hæreditatem perfecte consequentur, quum peruerent ad requiem sempiternam, & illis ueluti carissimis filijs Dei manifestabitur gloria, dicente Ioanne Apostolo: Carissimi filii Dei sumus, & nōdum apparuit quid erimus: scimus quod quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eū sicuti est. Ad hanc uisionē Dei filijs atq; humilibus in cælo reuelatam triumphaliter etiam intromittuntur, qui cōmunicat Christi passionibus, & pro ueritate & iustitia persecuti lætater occubunt. Propterea post pacificos beatos dominus esse asseruit, qui persecutionem patiūtur propter iustitiā, quoniam ipsorū est regnū cælorum. Cōmendat dominus his paucis uerbis dilectionē, quā erga ipsum gerimus, persecutio-nes pro iustitia seruāda magnanimiter perferētes. Cōmendat insuper martyrum constantiā, qui usq; ad tolerantia immani tormentorū, ac sanguinis effusionē pro ueritate certarunt. Beatos demum fideles quosq; esse denunciat, qui se ut à delictis & facinoribus immunes custodiāt, patiēter Dei illata sibi flagella, diaboli tormēta, tentamenta diuersa, & proximorum tolerant irrogata conuicia: sine quibus probationibus quādiu domino famulantur, esse non ualent: hoc Apostolo perhibente, qui ait: Et omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutions patiuntur: interdum uisibiliter, in-

uisibiliter semper de quibus viri patentes & humiles (sauente Christi gratia) uictoriā assequuntur. Beata plane humilitas sancta, & omni commendatione dignissima, quae in se cōtinet, & Deo gratos facit, atq; de se decoros & honorabiles reddit pauperes spiritu, animo & morib; mites, lugentes laudabiliter, esurientes & sitiens iustitiam, misericordes erga proximos, mundos corde, mente pacificos, & persecutions pro iustitia patientes. Hos quidem in hac uita ad perfectionem dirigit, & in futuro seculo cum Christo domino gloriosos facit.

*Qualia esse debeant ornamenta mulierum secularium, & qualia fidelium animarum. Et de qualitate uirtutum, ac earum spirituali ascensiū atq; descensiū.*



*Onsueuerunt mulierculæ minus prudentes, & solum ea quæ carnis sunt sapiētes, quum humanis exponere se uolunt aspectibus, tota se ornare industria, preciosis induere pro possibilitate uestibus, fulgentibus margaritis ac gemmis componere, unguētis & aromatibus delinire, fucatis etiam coloribus interdum facies deturpare, conātes ex hoc diuino operi superaddere peritiam, quasi qui uniuersa creavit, nescierit putrefaci humano corpusculo & uilissimo sterco cōgruentem tribuere formam: quod quidem est scelus nefandissimum, temeritas maxima, detestanda præsumptio, & delictum penè inexpliabile. Non illis sat est Dei imaginem sua uoluptuosa impudentia deformare, nisi peccato adiiciant peccatum, & Dei supra se æternā aduocent ultionē. Quid enim est aliud earū dānabile opus, quam spiritualia intexere retia, & laqueos carnales tēdere ad capiēdas perdēdasq; insipientiū animas, atq; ad euigilandā concupiscentiā dormitantē: necnō ad accendendum ardore libidinis, qui in medullis corruptibilis corporis cōquiescit? Tantorū siquidem criminū ipsæ sunt reæ, quātorū animos ex sua petulati uoluptate in cōsensum prouocāt carnalis illecebræ. Nō enim in exteriori tātū homine modestus & laudabilis esse debet mulierū ornatus, sed etiā in interiori, ut suo qui in celis est, placeat cōditori. Apo-*

*1. Petr. 3* *stolū Petrū quid de utroq; ornatu mulieribus insinuet, audiamus: Similiter & mulieres (inquit) subditæ sint uiris suis, ut & etiā qui non credūt uerbo, per mulierū cōuersationē G sine uerbo lucifiat, cōsiderantes in timore sanctā conuersationē uestrā: quarū extrinse-  
cūs nō sit capillatura, aut circūdatio aurī, aut indumentū uestimentorū cultus, sed qui abscondit cordis est homo in incorruptibilitate quieti & modesti sp̄ritus, qui est in specie Dei locuples. Hoc idē sentiēs Apostolus Paulus ait: Similiter & mulieres in habitu ornato, cū uerecūdia & sobrietate ornātes se, nō in tortis crinibus, aut auro & mar-  
garitis, uel ueste preciosa, sed quod decet mulieres promittētes pietatē per opera bona. Patet igitur, q; mulieribus omnis superflus & meretricius apparatus interdicitur, per quem ad concupiscentiā earū inflāmari ualeat intuentiū corda. Ornare se, ut uiris proprijs placeant, cum uerecūdia & sobrietate licet illis. Nam uir & mulier in matrimonio copulati, mutuo se debent diligere, atque ut in uicem sibi complaceant, se possunt ornare (cum honestate tamen & sobrietate, sicut dictum est: quia una caro sunt, prout Christus & ecclesia.) Debet quoq; mulier uiri subesse imperio, quēadmodū anima fideis domino Iesu Christo. Indi solubiliter mulier p; sacramētū matrimonij cōiungit uiro, H perhibēte domino: Quos Deus cōiunxit homo nō separat: sed lōge efficacius, rationabilius, indissolubiliusq; anima per charitatis uinculū proprio cōglutinata esse cōpellitur auctor: uerū si mortali uiro maculoso & peccatis onerato, ut placeat mulier, cōceditur illi se decenter ornare, quanto magis anima Christiana congruit, ut suo accepta sit sponsō immortalis, omnipotēti, omnīq; dignitate ac uirtute perfecto: Cæterū qualis est iste sponsus, talia esse oportet ornamenti sponsæ: quæ profecto nequeunt esse cōdigna, nisi largiantur à sponsō. Per se enim sponsa infirma est, pauperrima, ignobilis, deformis, & supra modū à sponsō cælesti longe dissimilis: quā obrem sola sponsi dignatio & spōtenea illius bonitatis affectio ipsam prouehit, ut sponsæ uocabulum, gradum sortiatur & actum: Quæ uniuersa in momento amittit, si spreta humilitatis uirtute, & propriæ uilitatis cognitione neglecta de sibi collatis beneficijs superbire præsumperit. Tunc quidem de sponsa efficitur ancilla, de carissima aliena, & de propinqua omnino remota. Hinc aperte colligitur, quantæ efficacia, quantumque sublimari à Deo, & spiritu libiis ditari muneribus, atque charismatibus mereatur ornari humilitas san-*

*1. Tim. 2* *ctā, quæ si anima fidelis sit copulata, ipsam unigenito Dei filio coniungit in sponsam: si uero ab eadem sit longe, repudiata & adulteram facit. Quam enim animam quum Dei sapientia hac uirtute insignitam esse perspexerit, non potest contemnere, neque præterire, quin ad illam declinet, suamq; in eadem colloget mansionem, necnon plurimi exornet uirtutibus, quarum actū & usū nunc delectabiliter eleuetur in Deum, nūc utiliter conueretur cum proximo: ac etiam sic per ipsas humana disponat negotia, & mores corrigit, quatenus Deo & hominibus amabilem reddat. Sunt quippe quādam quæ gratis à Deo diuinitus infunduntur, & se possidentes in uniuersorum constituunt finem, & sunt nonnullæ quæ non sine labore humanaq; industria acquiruntur, & cum ipsis atque pro ipsis certantes dirigunt ad Deum, qui est creaturarum omniū finis. Porro quæ infunduntur, theologica, quæ uero acquiruntur à uiris eruditissimis, cardinales, nuncupantur. Cæterum quamvis earum uirtutum diuersi sint actus, una tamen est intētio, connexio una, & idem finis: ut (videlicet) placeat Deo, ipseq; Deus agnoscatur,*

*psal. 126* *B diligatur, queratur, inueniatur, & discessuri ab ipso in ipso feliciter maneant. Sunt namque uirtutes, de quibus loquimur, latiusq; locuturi sumus, dona sponsalia, preciosa monilia, & gemmæ cælestes, quæ in fragilitatis remedium, peregrinationis solatium, pugnæ auxilium, medium promerendi, & patrocinium triumphandi à sponso sunt prægata huiusmodi humilibus. Nam quemadmodum ipsis humiles se deprimendo descendunt: ita uirtutum eis scala tribuitur, ut ascendant. Ascēdunt utique postea, si tamen descendant prius. Descensus primum ad conualles fit, deinde ascensus ad montes. De conualibus transit anima ad montes, & de cognitione sui proficit ad intelligentiam Dei: atque de uirtutibus moralibus medianibus infusis ad notitiam trahitur diuinorum. Quod figuraliter dominus perhibens ait: Quum fueris inuitatus ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, ut qui te inuitauit dicat tibi, amice ascende superius: & tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus. Cur uero ipsam proposuerit parabolam, subnequit inquisiens: Quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Propheta quoque idem expressit, quando ait: Vanum est uobis ante lucem surgere: surgite postquam federitis, qui manducatis panem doloris. Scala quippe hæc spiritualis, quæ impertitur humilibus, ut ascendant, septem uirtutibus quasi septem gradibus est compacta, & per eandem quotidie se exercendo perfectiores fiunt, & ad sublimiora condescendunt. Sic enim de ipsis humilibus, & de ipsis uirtutum gradibus Propheta commemorat dicens: Beatus cuius est auxilium abs te domine, ascensiones in corde suo dispositus in ualle lachrymarum in loco, quem posuit. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de uirtute in uirtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Merito namq; benedictionem leglatorem humilibus ascensum in corde suo per uirtutum gradus in conuale plorationis ordinantibus dare prohibetur, ut sciamus ipsis uirtutes, non ex eorum operibus, sed per illius gratiam assūtus esse, qui sine pœnitentia uocat, & iustificat impios, & absque personarum acceptione cui uult sua dona largitur. Vocat (inquam) gratis: quatenus uocati pro uiribus laborantes gratificantur ad huc, & mereantur semper potiora percipere, atque de uirtute transcendentio in uirtutem in speculo contemplationis digni efficiantur Deum agnoscere. Nō aliunde igitur quam de uirtute progrediuntur ad uirtutes, ut perfecti fiunt. Nunquam uirtutis semitas deserunt: nusquam reflecunt cordis gressum, quāvis non semper aequali cursu, & eodem ignito desiderio. Nam & sanctus patriarcha non ascendentis tantum angelos per scalam quam in somnis uidit, afferuit, sed ascendentes & descendentes: quatenus indicaret uirtutū uiros (qui angeli nō incōgrue nuncupātur) interdū trahēte gratia, & impellēte desiderio, atq; uirtutū suadente uisu ascēdere: corruptibili uero aggrauate corpore, & anima deprimente languore, ac tribulationum turbine quatiente, necnō humanorū negotiorū cogente necessitate sēpissime etiam cōtra uoluntatem propriam oportere descendere. Nempe in huiusmodi alternationum ascendendi & descendendi uicibus uirtutes probantur, uirtutum multiplicantur actus, perficiuntur earum habitus, propria eluescit cognitione, atque commendanda humilitas meritis amplioribus secundatur. Claret itaque ex his quæ dicta sunt, uirtutum usum nequam esse negligendum, aut ex arbitrio postponendum, earum (videlicet) quæ partim infunduntur, partim uero cum sudore*

sudore & temporis diuturnitate diuina cooperante gratia acquiruntur. Nam quemadmodum quamdiu in hoc mundo uiuitur, & donec terra nostra spinas & tribulos germinat iuxta maledictionem prioribus parentibus ob eorum prævaricationem inflictam: atque quousque expositi sumus certamini diuersarum temptationum, quarum huius existimandi incolatus est plenus, nunquam deest pugnandi materia: ita infatigabiliter & maxima cum diligentia inesse nobis debent ignita uirtutum desideria. Nostro siquidem protoplasto dictum est: In sudore uultus tui uesceris pane tuo: nobis autem dicitur, ut in labore spiritus adipiscamur uirtutum panem, per quem confirmatur cor hominis, corroboratur rationalis mens, deperditæ reparantur uires, augetur gratia, ueritatis infunditur lumen, atq; proficiendi semper in melius prærogatur & uirtus.

De duabus donorum spiritualium generibus, que communicantur fidelibus. Et quibus gradibus perficitur uirtutum scala, que ad Dei cognitionem perducit. Cap. XII.

**D**uo esse spiritualium donorum genera, que fidelibus seruis & amicis carissimi dominus largiri consuevit, sanctorum eruditio scriptrarum, quorum alterum ad decorum, alterum uero pro recipientium utilitate impendit. Priora quippe dona que impertinentur ad ornatum, persuadent intuentibus & intelligentibus hominem esse sanctum, spiritu libus munieribus plenum, Deo dilectum, & cum eodem intima charitate coniunctum: posteriora uero sanctum sui efficiunt possessorem, proprio acceptissimum conditoris, meritisq; celestibus ualde locupletem: tametsi non sit semper hominibus notum. Ad decorum namque ecclesia, multorumq; profectum, necnon ornatum percipientium tribuitur aliquibus ad tempus quorundam faciendorum miraculorum dona: non nullis manifestatio futurorum, non omnium, sed aliquorum: quibusdam autem sacrorum interpretatione eloquitorum, & his similia. Haec quidem (ut dictum est) ostendunt, sed non faciunt sanctum, & Deo carum. Nam aliquibus malis hominibus cognouimus eadem

**Matt. 7** suis concessa, & nihilominus reprobos extitisse, dicente domino: Multi (inquit) dicent mihi in illa die: Domine non in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demona eiecmus, & signa multa fecimus. Et dicam illis: Amen dico uobis, nescio uos, discede a me operari iniquitatis. Prædixit quoq; multa futura posteris Balaam, & tamē reprobatus est. Prophetauit Cayphas pontifex, & in infidelitate decepsit. Miracula complura fecit Iudas, & demūlaqueo se suspendit. Huiusmodi hominibus nihil ad salutem profuerunt talia beneficia præstata, audientibus uero & legentibus plurimum. Admonentur quippe tacite, ut non querant dona, que facile inflant, & demulcent imprudentium corda, sed potius ut concupiscant, & a Deo postulent uirtutes, que ædificant pri-  
**G**num suscipientes, deinde alios, & reformant interioris hominis statum, latenterq; fru-  
ctificant, foris autem ædificant (seruata tamen opportunitate modi, temporis & actionis, que uniuersa in ipsis conuenire debent, ut perfectæ sint.) Diuina siquidem sapientia humanam prænoscens fragilitatem, quam prona (uidelicet) sit ad casum, & quam proclivis ad admittendas popularis famæ leues auras, paucis impertitur curationum ac faciendorum miraculorum dona, atque prædicendi futura intelligentiam, tanquam minus ad salutem necessaria, immo periculosa supra modum, ubi deest humilitatis uirtus, que pro beneficijs sibi prærogatis superbire nescit. Nam donorum aggregatio quemadmodum elatis est ruinæ occasio: ita humilibus uirtutum multiplicitas efficitur perfectionis materia. Porro reuertentibus ad dominum discipulis, & cum gaudio referentibus, quod dæmonia illis subiiciebantur, ab eodem eruditæ audierunt: Nolite gaudere, quia spiritus subiiciuntur uobis: gaudete autem, quia nomina uestra scripta sunt in caelis: insinuans his donis non esse lætandum, que possunt bonis & malis esse communia, sed illis, que tribuuntur electis: quibus mediabitibus ad regnum celorum peruenitur. Non enim signa facere, neque futura ante prænunciare quam fiant, gratificat nos Deo, sed uirtutes sub humilitatis censura custodire. Verum nihil prodest nos hominibus apparere laudabiles, si proprio displiceamus autori. Quamobrem tota animi intentione studeamus humilitatem sectari, que cæterarum est custos uirtutum: flagitemus quoq; assiduis precibus cum omnium intercessione sanctorum nostri clementiam redemptoris, ut infundat nobis uirtutum celestium gratia, & potissimum

**ibid.** **Luc. 10** spem, que sine bonorum operum exercitatione concipitur. Quamobrem gaudeat humilitas sancta, lætentur & corda humilium, que ueræ ac formatæ fidei irradia splendor, atq; laudabilem operum meritis decorata futura in celis gaudia, nequaquam ualent non sperare promissa, concurrente simul ac cooperante charitate, que in eorum diffunditur corda per spiritum sanctum, qui gratis a Deo donatur electis, quam (uidelicet) **Apostolus** diffiniens ait: Finis autem præcepti charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Per hanc utique diligimus Deum tamquam summum bonum, ineffabile, incommutabile, sempiternum atq; perfectum, & proximum nostrum sicut nos in ipso, ad quem eo ardenter suspiramus, & desideramus accedere, quo ipsum amamus purius, gustamus dulcius, clarius intelligimus, amplectimur strictius. Cura enim non sit longe ab unoquoque nostrum, quoniam in ipso sumus, uiuimus & mouemur: abest

**D** nihilominus tepidis, infidelibus, & elatis. Sic uero ab his remotus est, ut ablato obice paratus sit accedere proprius interpellante charitate, qua prius quam essemus, dilexit nos. Porro si diligimus ardenter, nobiscum est, & ab eo diligimur. Ait namque: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliger eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Diligimur (inquam) ut diligamus. Non enim diligenteremus, si non ante diligenteremur. Charitas ipsius nostræ dilectionis est efficiens causa, quemadmodum & cæterarum uirtutum, que nequeunt nisi illo præstante possideri, sed neque esse perfectæ, aut commendatione dignæ. Nam charitas eius, qui (sicut dicitum est) per spiritum sanctum infunditur in cordibus nostris, alias informat uirtutes & meritis locupletes reddit. Quamobrem constat quod linguam habere disertissimam, futura prænunciare, secreta scire mysteria, cuncta temporalia bona pauperibus erogare, montes transferre per fidem, & corpus proprium flammam tradere ab igne que charitate prorsus nihil prodest. Relique siquidem uirtutes excentur in uia, quemadmodum & ista, acquirunt meriti, proficiunt usu, & in uia deficiunt: sola uero charitas perseverat in patria. Ex uisione namq; desinunt fides, ex adeptione concupitæ mercédis tollitur

**A**tissime lumen non qualemcumq; sed formatæ fidei: per quod ualeamus contemptis uisibilibus inuisibilis intuendo diligere. Sane absq; hoc lumine amoris glutino uisibilibus inhaeremus, terrena querimus, temporalibus inhiamus, & tanquam cæci per affectum uisibiliū huc illucq; distrahimur. Sola fides est, que de inuisibilibus, cælestibus, & aternis notitiam præbet, & supra id, quod natura capit humana, apprehendit ratio, sensus percipit carnis, facit ascendere atq; ea credendo intelligere, que non ualeat aspicere oculus, nec auris audire, nec cor hominis penetrare. Nam ipsa fides, que pandit arcana, & de inuisibilibus docet, humano nequit haberi studio, necq; laboribus acquiri, sed celitus inuisita, cui uult, donatur a domino. Potest enim per sanctatum intelligentiam scripturarum (que profecto uerba sunt uerbi, & aternæ eloquia sapientiae) confirmari fides, augeri, & roborari, non tamen sic, ut non ualeat quotidie in credentis corde clarior appatere. Nam donec ueniamus ad speciem, oportet nos ambulare per fidem, & ambulando in fide proficere. Cum uenerit (inquit Apostolus) quod perfectum est, euacuabitur, quod ex parte

**B** te est. Quod utiq; est fides, que totaliter esse desinet, cum facie ad faciem contuebimus illum, quem in fidei lumine ex parte agnoscimus. Agnoscimus (inquam) per imagines rerum, per testimonia scripturarum, per miraculorum prodigia, per rationes naturaliū, per sanctorum revelationes, & per infusas ueritates inuisibiliū (non tamen sine fide) que (sicut ait Apostolus) est sperandarum substantia rerum, & argumentum non apparentium. Nam ubi est manifesta uisio, nō dieitur fides, sed cognitio: fides autem est de rebus remotis a sensibus, & ad quas non attingit ratio, nisi in lumine fidei, dicente Propheta: Esa. 6 Ni credideritis, non intelligetis. Est itaq; fides paedagogus humani intellectus, index inuisibilium, & spei comes. Nam ab eodem fonte diuinæ largitatis ambæ procedunt, & pariter circa inuisibilia se excent. Sic enim spes ipsa a sapientibus diffinitur: Spes (inquit) est certa expectatio futuræ beatitudinis proueniens ex gratia Dei, & meritis. Absq; gratia quippe Dei humana opera grata esse non possunt, sed neq; meritis digna. Cæterum ubi gratia deest, & merita, spes uera nullatenus subsistit. Hinc recte colligitur

**C** in cordibus infidelium & peccatorum spei uirtutem esse non posse, quamvis videantur sperare futura. Spera in Deo (inquit Propheta) & fac bonitatem, ut sciamus uanam esse! Psal. 38 spem, que sine bonorum operum exercitatione concipitur. Quamobrem gaudeat humilitas sancta, lætentur & corda humilium, que ueræ ac formatæ fidei irradia splendor, atq; laudabilem operum meritis decorata futura in celis gaudia, nequaquam ualent non sperare promissa, concurrente simul ac cooperante charitate, que in eorum diffunditur corda per spiritum sanctum, qui gratis a Deo donatur electis, quam (uidelicet) **Apostolus** diffiniens ait: Finis autem præcepti charitas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta. Per hanc utique diligimus Deum tamquam summum bonum, in Tim. 1 incommutabile, sempiternum atq; perfectum, & proximum nostrum sicut nos in ipso, ad quem eo ardenter suspiramus, & desideramus accedere, quo ipsum amamus purius, gustamus dulcius, clarius intelligimus, amplectimur strictius. Cura enim non sit longe ab unoquoque nostrum, quoniam in ipso sumus, uiuimus & mouemur: abest

**D** nihilominus tepidis, infidelibus, & elatis. Sic uero ab his remotus est, ut ablato obice paratus sit accedere proprius interpellante charitate, qua prius quam essemus, dilexit nos. Porro si diligimus ardenter, nobiscum est, & ab eo diligimur. Ait namque: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliger eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Diligimur (inquam) ut diligamus. Non enim diligenteremus, si non ante diligenteremur. Charitas ipsius nostræ dilectionis est efficiens causa, quemadmodum & cæterarum uirtutum, que nequeunt nisi illo præstante possideri, sed neque esse perfectæ, aut commendatione dignæ. Nam charitas eius, qui (sicut dicitum est) per spiritum sanctum infunditur in cordibus nostris, alias informat uirtutes & meritis locupletes reddit. Quamobrem constat quod linguam habere disertissimam, futura prænunciare, secreta scire mysteria, cuncta temporalia bona pauperibus erogare, ab igne que charitate prorsus nihil prodest. Relique siquidem uirtutes excentur in uia, quemadmodum & ista, acquirunt meriti, proficiunt usu, & in uia deficiunt: sola uero charitas perseverat in patria. Ex uisione namq; desinunt fides, ex adeptione concupitæ mercédis tollitur

1.COR.13

tollitur spes, ex comprehensione autem ac fruitione diuinæ gloriae consummatur, atq; perfecta efficitur caritas, nequaquam tamen augetur uel crescit, aut mereri ualet, prout agit in uia, in qua (perhibente Apostolo) omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet: in patria uero nihil horum perficit, sed eorum fructu pascitur, & nutritur. Hic profecto funiculus harū trium uirtutū, qui difficile rumpitur, compedita tenet humiliū corda, nec patitur illa extolli, aut à uirtutū tramite deuiare, quin potius eleuat ad summa, & coniungit Deo, facitq; gustare gaudia sempiterna pro sustentatione laborum, atq; ærumnarū præsentis exilij, eo amplius quo magis sunt, in humilitate fundata. Viciſſim enim sibi famulantur memoratae uirtutes, & optime cū humilitate cōueniunt. Nam fides uera, spes certa, & caritas sincera sine humilitate nequeunt custodiri, quemadmodum istæ absq; illis exerceri non possunt. Da credentem pure, & reperies ipsum esse corde humilem, animaduerte sperantem non ficte, & cognosces illum non altum sapere, postremo quæ recta animi intentione Deum, & proximum diligentem, & humilitatis uirtutem in eo esse conspicias. Est quidem hæc uirtus ornementum, & custos nedum earum uirtutum, quæ superius narratæ sunt, uerum etiam illarum, quæ à catholicis, & eruditis uiris cardinales nominantur: per quas utiq; humana conuersatio laudabiliter ducitur, corruguntur mores, refecantur uitia, carnis superantur illecebræ, fortiter tolerantur aduersa, & appetuntur honesta. Quis (oro) absq; humilitate dicendus est prudens, ualetq; ad rationis normam, quæ cogitat, & quæcunq; agit, uniuersa dirigere, ac nihil præter rectum uelle uel facere, cum elatio, quæ humilitati opponitur, & aduersatur, necq; Deo neq; hominibus possit esse subiecta, cupiat ambulare in magnis, principari desideret, sibip̄si applaudat, concupiscatq; tales se æstimari à cæteris, qualem se esse ipse dījudicat. Non ualet quisquam ueraciter arbitrari de alijs, qui superba cogitatione deceptus ignorat se. Virtutis prudentiæ hæc ordinata est regula, ut uir prudens prius discat subesse Deo, sibij p̄s legem statuere, & se humiliter agnoscere, quatenus possit alios, & illa, quæ agenda sunt postea, prudenti examinatione disponere. Nam oculū, qui debet sibi obiecta conspicere, oportet macula carere, atq; uelamine, ut lucis ipse sit particeps, alioquin tenebris inuolutus, frequenter errare cogetur. Nempe in lumine prudentiæ diriguntur uirtutes reliquæ, consilia cordium, motus animorum, efficiturq; mens rationalis rationis capax, nihil pœnitendum appetit, & in nullo legem moderationis excedit: sed sub iugo discretionis cupiditatem domat, quod utiq; est temperantiæ opus. Ista quippe uirtus instruit hominem, carnis fugere uoluptatem, & omnem abominari incontinentiam, diligere castimoniam, pudicitiam seruare, cohibere sensus à cunctis illicitis actibus, qui ualeant foedare mentem, puritatem maculare, uiolare corpus, & animum ab intentione castitatis inchoata reflectere. Hinc gulæ appetitum refrænat, ciborum abundantiam refecat, delitias uentris odit, & in coniuījs conuiuantium lasciuiam detestatur, tribuit naturæ, quod satisfaciat necessitati, cōmunitibusq; contentus alimonij exquisita non querit fercula, coquorum arte condita, quæ oris palatum liniunt, uentrem repellent, inducunt crapulam, hebetant intellectum, euertunt sensum, sospitatem auferunt, & interimunt castitatem. Qui hac uirtute est præditus, nescit inflari, necq; quod Dei est, sibi inaniter arrogare ualet. Honorem tribuit Deo, cuius dono effectus est continens, legem imponit uoluptati aduersus se uiriliter dimicando, nec minis territus inimicorum, nec carnis seductus illecebris, necq; de proprijs confusus uiribus, arduum uirtutum certamen aggreditur, sed quadam animi magnimitate præuentus, & gratia, blanda & aspera aduersa simul, & prospera fortitudinis uirtute tolerare contendit (seruata cordis humilitate, quæ cognoscit diuino semper se indigere suffragio) Humilis siquidē suæ infirmitatis nō ignarus, quamuis sit uirtutis fortitudinis accensus desiderio, moliturq; toto conamine cælum diripere, seipsum uincere, subigere uitia, laboriosa cuncta emergentia constanter pati, atq; pro sui conditoris amore, ac uirtutum zelo paratus sit perferrre ignem, ferrum, carceres, persecutions, cōtumelias, opprobria, irrisiones, damnationem, flagella, & mortem, frequenter tamen coram Deo in oratione prostratus auxiliū flagit ab eo, & robur ad resistendū diabolo, ad pugnandum fortiter, & in agone ad magnanimitatem perdurandū. Quemadmodum enim humilitas pauidum, & oratio securum, ita & fortitudo per orationē humilem adeptā militem Christi facit esse audacem. Nam

&amp; domi-

A & dominus noster Iesus Christus corde humillimus cum uellet ad certamen passionis accedere prius humiliiter diuissimeq; ut calix, qui illi ad bibendum tradebatur, transferetur orauit: deinde tanquam bellator robustissimus persecutoribus suis se ultiro obijciens, uerbera, conuicia, crucisq; supplicium cōstanter exceptit. Suo magister ueritatis & redemptor noster nos erudiuit exemplo, quatenus in arduis, in onerolis, & in difficultimis negotijs nostræ fragilitatis humiliiter memores ad tutissimum orationis portum confugientes diuinum imploremus præsidium, cuius gratia, cuiuscq; adiutorio nem̄ ad perforanda aduersa & grauia fortiter, uerum etiam ad iuste uiuendum, & cuicq; quod suum est, alacriter tribuendum salubriter promouemur, quod utiq; agit iustitiae uirtus humilitatis uinculo copulata. Nulla etenim uirtus rectius efficaciusq; exhibet honorem Deo, proximo dilectionem, & culpam sibi, quam humilitatis uirtus. Humilis namq; uilitatis & paupertatis suæ optimæ conscius si quod agit bonum, si quod rectū cogitat, si quod concupiscit honestum aut cōmendatione dignum, totum gratia Dei t̄pliūs q; bonitati adscribit, cuius munere intelligit se esse, qd est, necnon per se ualere nihil, dicente domino: Sine me nihil potestis facere. Hoc credere, hoc cōfiteri est Deum Ioan.15 laudare, honorare, & colere: proximo uero reddere debitum est ipsum diligere sicut se, non tam quantum se: pro ipso orare, ipsi humanitatis in necessitatibus suis obsequiū pro posse impendere, relaxare ei debita, nequaquam illi scandali occasionem præbere, non de ipso uindictam expetere, non illi detrahere, nec quicquā malū eidem ex delibera- rato consensu irrogare, quæ profecto omnia sunt humilium & mansuetorum uota, qui nolunt quenquam uel in minimo lādere, nec irridere, necq; supra aliquem se extollere, sed delectabiliter alijs subesse, atq; famulari. Nam suimet pondere grauati cæterorū re- cusant sarcinas ferre. Hinc suadente humilitate propriam infirmitatem statuū ante se, delicta fletu & compunctione diluunt, & aduersum se exoluunt pœnas, quatenus de perpetratis facinoribus satisfacere queant. Hoc quippe facientes iugiter iustitiae disci- plinam tenent, fortiter contra uitia decertant, temperanter degunt, prudentiæ regu- lam seruant, & in profundam humilitatis uallem se accusando descendunt. Descendunt (inquam) in se per hos uirtutū gradus, quos sub compendio inculte perstrinximus, atq; per fidem, quæ spei innixa ex caritate operatur, humilitatis scalam percurrendo ascen- dunt ad Des contemplandam uisionem in fide, quæ pugnantibus uiriliter promittitur in celo futura in specie. Quāobrē humilitatis dulcedine atq; utilitate illeci, omni, qua ualent, industria elaborant uirtutem ipsam cōgruentibus medijs proficiēdo possidere.

Quibus considerationibus humilitatis uirtus nutritur, &amp; crescit. Cap. XIII.



Depturus quis thesaurum grandem in sublimi collocatum arce, ad quem obtinēdū difficilis sit accessus, & aduersarij multi, uti opus est magna pru- dentia & labore non modico. Thesaurus quippe, de quo loquimur, humi- litatis est uirtus, quæ profecto licet sit parua apud seipsum, & humanis oculis cōtemptibilis esse videatur, oppugnatoresq; habeat plurimos, atq; cru- deles, in excelsō tamen uirtutum est sita, & ad ipsam maxima cum difficultate pertingit tur. Ad illam utiq; capessendam non ualet elatus ascendere, non curis temporalibus præpeditus, nō letaliū peccatorū uinculis astricetus, necq; huius seculi immoderato amo- re detentus. Libera namq; cum sit, expeditos quærerit habere possessores, quæ inferioribus nequaquam contenti superiora & cetera concupiscant, necnon per eandem studeat descendendo ascendere. Ad ipsius quidem humilitatis contubernium quisquis perue- nire desiderat, eiusq; familiarem præsentiam in secreto cordis sui thalamo indissolubili- ter custodire, illa inhibanter facere conetur, quæ sunt humilitati copulata atq; connexa. Discat ante omnia humilitatis amator proprię infirmitatis habere notitiam, & frequen- ter habitare secum. Hæc incipientium, hæc proficientium, necnō & perfectorum com- munis est regula, quā qui sectari neglexerit, uerus humilis prorsus esse non poterit. Nā quemadmodum ad sustentandū corpus humanum necessarius est cibus, ad transfrē- da maria opportuna est nauis, necnon ad discernendum colores & corpora expeditis est lux: æque ad adipiscendam cordis humilitatem suinet debet cuiq; inesse cognitio, quæ non raptim aut per longa considerationis interualla, sed per iugem secum commo- randi habitum (Dei cooperante gratia) possideatur in mente. De hac quidem materia

Laur. Iustin.

SS quoniā

quoniam longo sermone superius disertum est, in præsentiarū decreuī nō scribere. Pa. B  
 tet quippe ueritas ista, & ab intelligentibus ac in spiritu ambulantibus negari nō ualet.  
 Est enim luce clarior, & sole splendidior, atq; ita rationali creature nota & propinquā  
 tanquā si contrectaretur manu, dígitoq; perscrutaretur. Expertus profecto uim díjudicat  
 uerbi, propterea corde credit, ore confitetur, & palam uoce pronūciat, unde de hoc  
 satis. Assuecat igitur humilitatis discipulus, necdū propria infirmitate agnita, habitare  
 secum, uerumetiam peccatorū suorum frequenter cogitare, quām innumerabilis sit nu-  
 merus, q; grātē pondus, quantisq; sint tempore suo purganda supplicij. Quis (oro) in  
 hac consideratione suspensus non metuit, quis nō cōpungitur, quis non emittit gemi-  
 tus, lacrymisq; repletur, quis (iniquā) mentis suā cōpos reuoluēs secum quanto tēpore  
 quib. modis, qua intētione prava, q; uoluptuose, quām ardēter deliquerit spreta Dei  
 præsentia, q; ubiq; adest, & singula intuetur: contēpta ipsius lege quā prohibet perpetra-  
 ri illícita atq; nefaria, neglecta eius iustitia quā nihil prætermittit inultum, oblita iudi-  
 ciorū illius præteriorū seueritate tremēda non cōtremiscat, nō se humiliet, humiliq;, sal-  
 tem corde, prostratus non petat uenīā, misericordiā nō imploret, emendationē nō spō-  
 deat, atq; pro agenda pœnitentia uiuendi inducias humillime nō requirat. Insipienti  
 prorsus desperatorum infideliumq; est nolle ista cogitare, quā uerissima sunt, diuina au-  
 toritate roborata, dígito Dei conscripta, sanctorum testimonij cōfirmata, prophetarū  
 oraculis promulgata, & multis tam iustorū, quām peccatorū exēpliis propalata, atq; di-  
 gesta: humiles uero hæc scribunt in corde, de ipsis sēpissime meditantur, ac memoriter  
 cētent percipientes ex ipsis fructū spiritualē nō modicū, Dei & sui clariorē notiā, hu-  
 militatisq; singularem profectū. Non enim possunt se extollere, ac mētis ceruicē erige-  
 re, qui innumerabilum obsecenorūq; criminū ex præterita cōuersatione reos se esse co-  
 gnoscent. Quamuis misericordem sciant se habere patrem, intelligūt in eundem esse &  
 iustum, misericordem utiq; humilibus, elatis uero iustū. Ut ergo iudicis seueritatē effu-  
 giāt, facinora anteacta fletibus, gemiūs, & humilibus acclamationibus aduersum se  
 prolatis diluunt, quotidianisq; pœnitētis operibus tergunt. Verū ut paternæ benedi-  
 ctionis assequantur gratiā, quē prærogatur humilibus, præstata sibi beneficia recogita-  
 re frequentāt. Pertractant quippe assidue secū diuinæ bonitatis ineffabilem caritatē er-  
 ga se gratis ac nullis meritis præcedentibus exhibitam. Nā ipsis minime existentib. cre-  
 dunt, & confitentur se ad conditoris sui formatos esse imaginem, rationales, beatitudi-  
 nisq; capaces, aqua & spiritu regeneratos, necnō in filiorū Dei numero aggregatos, fi-  
 deles de fidelib; & cū fidelib; nutritos, Christi carne cibatos, ac sacratissimo cruore  
 potatos, sacramētorum ecclesiæ participes effectos: de fide & Dei regno imbūtos, atq;  
 ad nuptiale cōuiuitū esse humanissime inuitatos. Rememorātur præterea in immane de-  
 lictorū præcipitiū sēpissime decidisse, indeq; Dei munere repente fuisse erutos. O quo-  
 ries experti sunt diuinā gratiā extitisse præuētos, elevatos post casum, atq; ne caderet e-  
 studitos, sui cordis dño pulsante ad ianuam. Dignāt enim, quemadmodū ipse testat, sta-  
 re ad ostium interioris domus, & ut sibi aperiatur pulsare assidue. Omīra clementia re-  
 demptoris, o inenarrabiliis dilectio pietatis, inclinat se medicus ad ægrotum, ad serum H  
 dñs, summus ad infimū, creator ad creaturam, diues ad pauperē, pater misericordiarū ad  
 misieriarū filium tabe inediaq; cōsumptū, ut iacentem erigat, reficiat famelicum, cæcū il-  
 luminet, reuocet errantem, recōciliet prodigū, & mortuū reuiviscere faciat. Taceo pro-  
 ferre in medium ea, quā uerbū Dei per assumptam humanitatē egit in carne, quē profe-  
 cto sunt dilectione plena, caritate ignita, uirtutib; fœcunda, humilitate conspicua, nec  
 non admiratione dignissima. Prætermitto sigillatim dicere, quanta per angelicos spūs  
 cælorumq; uirtutes humano generi sint prærogata obsequia. Ipsi nāq; (Apostolo perbi-  
 bente) sunt administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos, qui hæreditatem ca-  
 piunt salutis. Ascendunt quippe à nobis ad Deū, nostras orationes perferūt, offerūt uo-  
 ta, opera nostra denunciāt, gratiā ampliorem impetrant, & quantū ualeat, nos Deo gra-  
 tificant; descendunt uero alacres & festiuī ad nos fructū depreciationū nostrarū deportā-  
 tes secum, atq; actionū laudabilium condignam mercedē. Nos hortantur, nos instruūt,  
 nobis consulunt, cautosq; nos reddunt, non loco, non tempore ab inchoato uacant mi-  
 nisterio, nostrum semper desiderantes profectum, ac Dei gloriam infatigabiliter que-  
 ritantes.

A ritantes. Nendum aut̄ beatorū sp̄ritus caritate, sapientia, & salutis animarū zelo, pr̄editi  
 nostræ (sicut dictum est) utilitati deseruiunt, uerumetā creaturæ cæteræ his inferiores  
 gratia, dilectione, & opere, suo etenim modo à Deo institutæ famulantur nobis diu-  
 no obsequentes imperio, nostram quoq; reprehendunt elationem, qui negligimus cō-  
 siderare creatoris nostri bonitatē, donorū numerositatem, ac uilitatem nostrā (uideli-  
 cet) quis, quid, & quibus. In hac quippe trīplici meditatione mēs rationalis intēta pror-  
 sus stupet, atq; in humilitatis uirtute solidatur. Nempe si diligenter largientis autorita-  
 tem inspicimus, præ admiratione deficimus. Ipse namq; est, qui uniuersa suā potentia  
 iussu creauit ex nihilo, & sapientiæ suā consilio gubernat, & ordinat, ne enon bonitatis  
 suā dulcedine sustēt, & souet. Ipse, inquam, est, à quo omnia, per quem omnia, in quo  
 omnia, quo nihil est dulcissimus, nil maius, nil speciosius, nihil cognoscitur fortius, gustatur  
 iucundius, tenetur carius, ardentius cōcupiscitur, amat putius, delectabilius possidet,  
 amplectiturq; suauius, cuius deliciæ nunq; fastidiūt, diuitiæ nō decrescant, thesauri nō  
 deficit, dona nō minūntur, nec gloria finit, quem diligere gaudium est, laudare iu-  
 bilis, intelligere salus: in quem credere uita est, in quem sperare æterna merces, quem si-  
 cuti est inspicere existit beata fruitio. Hunc de quo loquimur, nō capit sensus quia sp̄ritus  
 est, non profert lingua quia ineffabilis est, nō percipit intellectus quia lux inacces-  
 sibilis est, non angustat terminus quia immensus est, non includit locus quia in circūscer-  
 ptibilis est, sed neq; uariant casus quia immutabilis est, semper idē est, quod est, sine iati-  
 dio æternus, sine fine omnipotēs, absq; cōparatione summus, sine uicissitudine beatus,  
 sine falsitate uerax, sine crudelitate iustus, sine blanditijs misericors, & absq; sui detrimē-  
 to bonus. Præstat siquidem beneficia sua iustis & peccatoribus, bonis & malis, fidelib;  
 & incredulis, amicis & inimicis, adultis & infantibus, electis & reprobis, adeo ut nul-  
 lus donorum eius participatione ualeat esse immunitis, quorum utiq; nōnulla sunt com-  
 munia uniuersis, & intelligentibus sunt in propatulo atq; notissima, quædām uero sunt  
 specialia prærogata non omnibus, sed multis tam bonis quam malis, de quibus particu-  
 lariter retexere & enodare singula laboriosum prorsus esset atq; difficile, aliqua sunt sin-  
 gularia data unicuiq; plus & minus pro beneplacito tribuentis, dicente Apostolo: Alij  
 quidem per sp̄ritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem sp̄ri-  
 tum, alteri fides in eodem sp̄ritu, alij gratia sanitatum in uno sp̄ritu, alij operatio uir-  
 tutum, alij prophetia, alij discretio sp̄rituum, alij genera linguarū, alij interpretatio ser-  
 monum. Hæc autem omnia operatur unus atq; idem sp̄ritus diuidens singulis, prou-  
 uit. Quid quantumq; quisq; ab uniuersorum percipiat domino, solum notū ei est, qui  
 præbet, cui nuda & operta sunt omnia, & ex parte illius cui donum imp̄editur. Adeo  
 namq; dicere, neminem esse corruptibili carne uestitum, qui ad plenum intelligat, quid  
 ipse admiserit, tum ratione incomprehensibilitatis excellentiæ largientis, tum etiā respe-  
 ctu multitudinis benefiorū atq; recipientis paruitatē, quē omnia humanum superex-  
 cedunt intellectum. Nam quo tribuentis persona est dignior, eo sumētis persona est ob-  
 ligatior, oportetq; erga benefactorem suum esse humiliorē. Quamobrē redeat homo  
 D ad se, & oculo fidei intueatur, quantus sit Deus, à quo habet, quæcūq; amabilia, utilia,  
 & honesta possidet, ad cuius cū repercuſſus in dīaginē à lumine pro suā gloriā diuino  
 splendore attingere negat ad id, quod querit, se quantū ualeat humiliet, uilitatemq; pro-  
 priam confitendo ipsum laudet, ueneretur, & colat, non solum pro seipso, qui omni di-  
 gnus est laude, uerumetā in donis suis maximis & præclaris, quē sibi indignissimo ac  
 cōtēpibili sunt collata uermiculo, suāq; excedunt mensurā. Quē enim cōparatio crea-  
 toris ad creaturam: & Dei ad cinerem & fauillam: Quid est autem Deus? Bonum utiq;  
 summum, incommutabile, ineffabile, & æternum. Quid uero homo? Proorsus putte-  
 do, puluis, & uermis. Si attendamus in primo homine ad eius originem, nōne de limo  
 terræ plasmatus est? Sic enim legitur: Fecit igitur Deus hominem de limo terræ, & spi-  
 rauit in eo spiraculū uitæ, & factus est homo in animā uiuētē. Verum si ad communem  
 cæterorū hominum procreationem inspicimus, quid illo uilius? quid despiciabilius?  
 De uilissima quippe est conceptus materia, in carcere uteri materni conclusus cū dolo  
 re parentis & nascentis periculo, non sine uagitu & lacrymis in huius mūdi productus  
 exilium, atq; eodem temporis momēto, quo inchoat uiuere, mori incipit. In istius utiq;  
 Laur. Justin.

uitæ decursu ad mortem quantas quotidie patiatur calamitates, quot sustineat passiones, quibus corporis subiaceat periculis, quam uarijs & inopinatis sit expositus. casibus, humano non ualet explicare eloquio. Taceo de ægritudinibus febriū, dolorū uulnerum, cæterorumq; membrorum afflictionibus, ex quibus alternatis languoribus singulis pene horarū momentis cruciatur, atteritur, flagellatur: ita ut præ nimis diuersisq; pressuris uita hominis merito appellanda sit mors, eo uerius eoq; flebilius, quo idē homo, qui uiuendo occumbit, & in miserijs uersatur gaudēs, necnō quid patiatur, ignorat more eorū, qui transeuntes per nundinas, plateas, & ioca ad extremū letanter suppliciū pergunt nihil cogitantes, neq; formidantes, quam durus eos post paululū maneat cruciatus. Lugenda prorsus est mortalium ista conditio. Dissimulat enim homo intelligere, qualis sit, quò peregrinetur, quid patiatur incommodi, non minus in se quam extra se, quò tendat, quidue de illo futurum sit, ut ualeat in hac uita absq; contradictione lætitia. Nauigat per hoc mare magnum & spacious, expositus est periculis intellectualiū piratarum, tument procellosi æquoris undæ, naufragiumq; minantur, mortemq; immittentes denunciant, & infelix homo indultum sibi ad bene operandum tempus amittit in sibi, post tergum reiicit, & obliuioni tradit se mortalem esse, & citissime moritur, atq; ante æquissimi tribunal iudicis domini nostri Iesu Christi esse statuendum, exceptu rūm q; sententiam aut damnationis æternæ, aut salutis perpetuæ: qd quidē formidolosum est, & supra modum tremendum solūmodo cogitare, præsertim cum (sacro perhibente eloquio) nemo sciat utrum odio an amore sit dignus. Certus quippe est uniuscuiusq; finis, incertus uero terminus, & sententia dubia, utrum à dextris an à sinistris in futura uita & regeneratione facienda, est quisq; locandus. Propterea beatus ille censendus est, qui semper est pauidus, & qui omni qua ualet industria corde uigilat, & per inferiorem considerationem frequenter tractat secum nedum illa, quæ superius memorata sunt, uerum etiam per exteriorem conuersationem atq; actuum suorum disciplinā se exercere uirtuose studet, necnon ueraciter humiliare conatur.

*Quod rationalis homo debet præmeditari finem, ad quem operum suorum intentionem dirigit,  
et quis uerus sit finis.*

Cap. XIII.

**P**eregrinantes in hac præsentis uitæ uastissima solitudine oportet nos non ignorare quò redimus. Nam ambulare quotidie, non præmeditato nostri itineris fine, imprudentissimum est. Hoc quidē irrationabilitū iumentorū est, ppriū, sensu (uidelicet) carnis nō ratione moueri, pergunt utiq; & ignorat quò. Illis aut indulgendū est, nobis uero minime. Carēt quippe discretione & iudicandi instrumento, nō corporali, sed spirituali. Quod eis natura, imò institutor naturæ, & conditor nō dedit, exercere non possunt, homo uero nō sic. Rationalis est factus, cæteris prælatus creaturis, equalis angelis secundū interiorē hominem, Deo tñ incōparabiliter, & omnino inferior: quāuis ipsius sit insignitus imagine, atq; similitudine decoratus, quā profecto tunc honorat & diligit, cū uirtutū est imitator ac cultor, operaq; sua ad ipsum, quem suadet ratio, uirtus exigit, cōpellit debitum, præcipit Deus, deducit finem. Non aut illū dico finem, quo perficiuntur opera, & cōplentur, ita ut eis nil desit: sed neq; ipsum assero finem, in quo uniuersæ cōsummant uirtutes, de quo Apo 1.Tim. 1 stolus ait: Finis aut præcepti est caritas de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: Psal. 118 de quo (uidelicet) Propheta narrans inquit: Omnis consummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis. Est uero alias finis uerus, perfectus, & nō habens finem, quem admodum nec principium. Finis iste immensus est, & nulla consummatione coarctatur, quin potius in ipso cōsummantur omnia, continentur, & uiuunt, quia est omnium uita cuncta uiuiscat potentialiter & effective, ut sint, quod sunt. Finis hic Deus est, qui de se testatur dicens: Ego sum alpha & ω: principium & finis. Ad hunc utiq; finem, qui Deus est, debet homo uniuersa opera sua dirigere, non quod horum indigeat, sed ut ei placeant, approbentur ab illo, mercedeq; munerentur æterna. In hoc (inquam) fine mentis est erigenda intentio, consideratio formāda, statuendus amor, collocanda spes, fides roboranda, metienda uirtutes, retributio querenda, & beatitudo optanda. Nam aliunde hanc sperare uanum est, & in incertum currere, atq; ad concupitam rem nunquam pertingere. Ipse profecto est uia, ipse finis, ipse merces, ipse retributor, ipse gloria.

Omnia

A Omnia siquidē in ipso, omnia ab ipso & uniuersa ipse, quē si quis possidet habet omne bonū, & ad quē q; simpliciter tendit, ipso duce, directore, gubernatore, ac adiutore peruenit. Vox quippe illius est: Nemo uenit ad patrem nisi per me. Alio quoq; in loco: Per me si quis introierit (inquit) saluabit, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Vides finē, ad quem suspirare debeas, cernis & ostium, per qd ingredi te oporteat, ne fur & latro esse deprehendaris. Optimus est finis, & ostium patens. Curre uelociter, propera, festina, & omnem rumpe moram, ingredere donec dies est, & lucet tibi meridiana lux. Si piger fueris, si infidelitatis somno depresso ambulare neglexeris, caue ne contra te, quemadmodum aduersus fatuas uirgines, claudatur ianua, & sero ingeminando clamis, domine domine aperi mihi, audiasq; cum mœrore: ignoro te. Finis itaq; ad quem pergere oportet, sicut dicitū est, Deus est: ostium uero, per quod introitum Deus, Dei & hominū mediator est homo Christus Iesus: uia uero per quā inceditur, ipse idem est, qui & ostium, utrūq; se esse asseuerat. Ego sum (inquit) ostium, ego sum uia. Nunq; intrabis ibid.

B per ostium, si per uia incedere cōtempseris. Via enim ad ostium dirigit, & per ostium ad finē ingredit, in fine uero pax, gaudium, beatitudo, & satietas percipitur. Satabor (inquit cœlestiū contemplator) cum apparuerit gloria tua. Via qua pergit, humiliis est, humiliatem insinuat, humiliatēq; cōmendat. In ipsa humilitate, quæ reperit in uia, & quā imitari debemus, nihil est altum, nihil curuū, nihil illecebrosum, nihil qd carnem sapiat, qd mundo placeat, qd terrenum aliquid concupiscat, sed totū quod in illa est, glorificat Deum, redolet sanctitatem, intuentes edificat, & seculi contemptum docet. Porro istius uirtutis professores eruditū ab ipsa omnem fugiunt dignitatem, omnem obhorrent fastum præsentis uite, & quicquid potest allicere humanū affectum ad delectationem transiuntis gloriæ, eligentes cum propheta potius abiecti esse in domo Dei, quam habitare in tabernaculis peccatorum. De se namq; suspecti sunt, de se diffidunt, & de se formidant agnoscentes se esse infirmos, in temptationibus debiles, ad lapsum faciles, & ad elevationem pronos. Hinc est, quod honorari renuunt, laudati metuunt, necnon & conuersationem potentium, ecclesiasticorū prælatorum, seculi huius sapientum, & eorū quos vulgaris fama, multitudo diuinarum, officia magistratum extollūt, & felices esse ostendunt, quantum eis licet declinant (seruata nihilominus erga ipsos subjectione & reuertentia congrua, scientes apostolum Petrum fidelibus sic scripsisse: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorū, laudem uero honorū, hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro). Deferunt quidem dignitati, & præsidenti in illa obtemperant, uerum ut saluti propriæ consulant, ipsorum potentum societate, colloquia crebra, laeta conuicia, & mores deuitant, arbitrates ex talium frequentatione puritatem suam sagillime posse corrumpi. Fugiunt quippe humanam gloriam, & temporalem sublimitatem, quam eis non licet neq; ambire nec querere. Futuri seculi sempiterna gaudia, infestabiles uoluptates, & honorabiles dignitates expectant, propterea præsentis exilio pro speritatibus sponte renunciant. Sciant namq; præsentis atq; futuri seculi neminem trahi posse delichij: quamobrem se macerant, se affligunt, seq; humiliat domini Iesu imitantes uestigia. Ipse etenim præceptor cælestis in omni cōuersatione sua humilitatis exemplū præbuit. Ut igitur prætermittā cætera, nusquā legimus ipsum familiaritatē habuisse eū regibus, principibus, uel mundi magistratibus: neq; eorū interfuisse conuicijs, quin potius abdicatis a se illorū cōsortijs, turbis, ac populis, mediocribus & infirmis, & utriusq; ætatis uerbū Dei prædicasse, corporis alimoniam tribuisse, potentia suæ exhibuisse miracula, atq; cum eisdem regnum æternum denunciando peragrasse ciuitates, uicos, castella, deserta & maria: sed neq; prohibuit ad se succedere debiles, claudos, pauperes, cecos, surdos, leprosos, uexatos, & pueros. Omnes cōfugientes ad ipsum suscepiebat uifilios, uniuersisq; impertiebatur uitæ uerba, salutis monita, sanitati beneficia, & præclarata documenta uirtutum. Humilis præceptor & dominus humiliter amplectebatur parulos, abiectos, & mœstos. Non solum admittebat ut alienos & aduenas, uerum etiam horum similes in discipulos elegit & socios. Porro si apostolorum ante uocationem illorum considererent gesta, genus, & mores, cognoscuntur fuisse pauperes, ex manu industria uictum quæsisse, natione secundum carnem extitisse ignobiles, sine genealo-

C 1.Petr. 2. Cōfugientes ad ipsum suscepiebat uifilios, uniuersisq; impertiebatur uitæ uerba, salutis monita, sanitati beneficia, & præclarata documenta uirtutum, ecclesiasticorū prælatorum, seculi huius sapientum, & eorū quos vulgaris fama, multitudo diuinarum, officia magistratum extollūt, & felices esse ostendunt, quantum eis licet declinant (seruata nihilominus erga ipsos subjectione & revertentia congrua, scientes apostolum Petrum fidelibus sic scripsisse: Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue regi quasi præcellenti, siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorū, laudem uero honorū, hæc est enim gratia in Christo Iesu domino nostro). Deferunt quidem dignitati, & præsidenti in illa obtemperant, uerum ut saluti propriæ consulant, ipsorum potentum societate, colloquia crebra, laeta conuicia, & mores deuitant, arbitrates ex talium frequentatione puritatem suam sagillime posse corrumpi. Fugiunt quippe humanam gloriam, & temporalem sublimitatem, quam eis non licet neq; ambire nec querere. Futuri seculi sempiterna gaudia, infestabiles uoluptates, & honorabiles dignitates expectant, propterea præsentis exilio pro speritatibus sponte renunciant. Sciant namq; præsentis atq; futuri seculi neminem trahi

D posse delichij: quamobrem se macerant, se affligunt, seq; humiliat domini Iesu imitantes uestigia. Ipse etenim præceptor cælestis in omni cōuersatione sua humilitatis exemplū præbuit. Ut igitur prætermittā cætera, nusquā legimus ipsum familiaritatē habuisse eū regibus, principibus, uel mundi magistratibus: neq; eorū interfuisse conuicijs, quin potius abdicatis a se illorū cōsortijs, turbis, ac populis, mediocribus & infirmis, & utriusq; ætatis uerbū Dei prædicasse, corporis alimoniam tribuisse, potentia suæ exhibuisse miracula, atq; cum eisdem regnum æternum denunciando peragrasse ciuitates, uicos, castella, deserta & maria: sed neq; prohibuit ad se succedere debiles, claudos, pauperes, cecos, surdos, leprosos, uexatos, & pueros. Omnes cōfugientes ad ipsum suscepiebat uifilios, uniuersisq; impertiebatur uitæ uerba, salutis monita, sanitati beneficia, & præclarata documenta uirtutum. Humilis præceptor & dominus humiliter amplectebatur parulos, abiectos, & mœstos. Non solum admittebat ut alienos & aduenas, uerum etiam horum similes in discipulos elegit & socios. Porro si apostolorum ante uocationem illorum considererent gesta, genus, & mores, cognoscuntur fuisse pauperes, ex manu industria uictum quæsisse, natione secundum carnem extitisse ignobiles, sine genealo-

Laur. Iustini.

SS 3 gis,



gia, absq; literis, rudes ingenio, incompositos moribus & tales quos mundus pene de-  
dignabatur aspicere, aut nominare. Huiusmodi Dei sapientia elegit in discipulos, ut se-  
culi sapientia, & superborum elatione per eosdem prosterneret, atq; conuinceret. Quod  
suo Paulus conuersis scribens confirmat testimonio: Vnde (inquit) uocationem ue-  
stram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi  
nobiles, sed quae stulta sunt mundi, elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mun-  
di elegit Deus, ut confundat fortia, & ignobilia huius mundi & contemptibilia elegit  
Deus, & ea quae non sunt, ut ea quae sunt, destrueret, ut non glorietur omnis caro in co-  
specie eius. Vocavit itaq; mediator noster Deus humilis & redemptor, sicut euangeli-  
ca narrat historia, apostolos uiros per omnia ad mundi conuersationem, & seculi conuin-  
cendos errores, per seipso inhabiles, ut ipse qui clegit, eorum operum autor esse crede-  
retur. Sucedentib. aut temporibus usq; impræsentiarum inglorios pro maiori parte, &  
ignobiles à communi hominum segregat conuersatione, & suo mancipat famulatu, p  
ne non diuersis ornat uirtutibus, quatenus ipsi intelligentes quid fuerint, in humilitate  
sesternant: intuentes uero eorū cōmendabilem uitā non uocatis, sed uocanti tribuent  
gloriam. In hoc siquidem sectatorum Christi comprobatur humilitas (uidelicet) si ipsi  
quemadmodum eorū dominus, declinant potentiu ac superborū conuersationē & ge-  
sta, & adhærentes humilibus in moribus, actibus, atq; uestitu conformes fieri nituntur  
eisdem, humilitatis siquidem possessores, in moribus sunt modesti, circumspecti, tracta-  
biles, mites, compositi in sermone, omniq; honestate redimiti: in uestitu uero superflui-  
tates cunctas resecant, muliebremq; ornatum omnino deuitat, per ipsum agnoscentes  
carnis nutritri petulantiam, & Christi seruis nequaquam congruere, in quibus mudi de-  
bet elucere contemptus. Nam preciosus indumentorum apparatus ad hoc repertus est,  
ut ad concupiscentiā seu ad humanam alliciat gloriam tam deferentiū quam intuentiū  
animas, quae creaturarum decore atq; sensuum carnalium uoluptate pascuntur. Ad igno-  
miniam quippe & tenacitatis uitium sibi adscribi arbitratur nobiles secundum carnē  
diuites, & elati, si non p̄ ceteris sumptuosius uestiantur & eminentiores atq; laude di-  
gniores æstimant, non intelligentes q; uerus cultus hominis in uirtutum splendore sub-  
sistit. Caro namq; preciosis ac deauratis indumentis cooperta, monilibus ornata, ser-  
tisq; præclaris cōposita quid aliud est, quam caro foetida, corruptibilis, necno ex omni  
corporis meatu scaturiens in saniem, foetore horridū, & corruptā materiā, quam non ua-  
let sustinere uisus, olfactus percipere, neq; ipsa hominis natura perferre? Talis cum sit,  
necessarij est tegenda indumentis, pro qualitate & statu personarū, modeste nihilominus, ut arceatur illius necessitas, & superfluitas præcidatur, tollaturq; ambitio & inanis  
iactantiae gloria. Porro si indumentorum fastus non esset damnatus, de epulone diuite  
purpura & bysso uestito, ac in inferno sepulco Saluator noster nequaquam in prædicatio-  
ibus suis intexuisset parabolam: econtrario quoq; non cōmendasset Ioannem, qui de  
pilis camelorum tegumento utebatur. Claret proculdubio, q; quemadmodū indumen-  
ta preciosa & uana superbiam, ita & uilia atq; abiecta humilitatem pariunt. Nemo cū  
sordidis uestibus, & concisis procedit ad publicum, uel ceteris conuersationibus com-  
mittetur nobilium, ut ex ipsis gloriam capter humanam. Nam (perhibente domino)  
qui mollibus induuntur, in domibus regum sunt. Vilis habitus & incultus sponte dela-  
tus approbatum est humilitatis indicium, in ijs (uidelicet) qui carnalibus à se abdicatis  
illecebris, seculi contemptum in sua conuersatione portendunt, quorum utiq; uitia ita  
debet iradiare uirtutibus, ut nihil in eis dignum redargutione appareat. Quadam de-  
bet eos esse mediocritate contentos, atq; discretionis libra uniuersos actus, habitus, mo-  
res, sermonesq; discutere, quatenus singularitatis exterius effugiant notam, & humili-  
tatis censuram in corde custodian. Congruit quippe, ut uerus humilis, quantum huma-  
ne fragilitati fas est, sit in omni uirtute perfectus, interiora sua coram Deo sic ordinet.  
ut proximum etiam sua exteriora ædificant. Nam præter illa, quae superius memorata  
sunt, oportet humilem labia habere circumcisā, ueracem linguam, disciplinataq; elo-  
quia. Nihil profecto sic decorum humilitatis euacuat, quemadmodum effrænata lin-  
gia oblocutionibus procacibusq; assueta sermonibus. Bonus homo (inquit magister  
ueritatis) de thesauro suo profert bona. Et ego dico, quod uir humilis uerba profert sa-  
le condita

A le condita ueritati innixa, pudica, cōposita, utilia, māsueta & dulcia. Nēpe in illo nō in-  
uenitur duplicitas, nō fraus, non meditata calūnia. Quod gerit in corde, & fari licet, sim-  
pliciter profert ex ore sine uerborum phalera, & absq; ullo mendacio, nequaquam detra-  
ctionibus uacat, nō contentionibus insistit, nō fabulis, nō nūgīs, neq; sermonibus scur-  
ilibus intentus est. Nouit utiq; quod ex his uanis collocationibus frequētissime offen-  
ditur Deus, prævaricatur lex, scādalizatur proximus, dissoluitur animus, coquinatur  
mens, frigescit charitas, tēpus amittitur, hebetatur intellectus, tepeſcit oratio, emergūt  
iurgia, oriuntur lites, ueritas impugnatur: silētij cōtemnitur rigor, & custodia interioris  
domus frāna laxantur. Porro amator Dei, uirtutū zelator, & humilitatis cultor omnem  
sui cōditoris, quantū ualeat, declinat offendit cognitio, delectatio, locutio, &  
operis. Quamobrem ori suo (iuxta Prophetæ sentētiā) per uigilē adhibet custodiā, ut  
non delinquit in lingua sua, & ex illa in quae non licet, uerba prorumpat, & potissime  
iactantiae, quae profecto in loquentis ore sordescunt, cōmaculant conscientiā, & opera  
laude digna deturpāt. Alienū (inquit Sapiēs) non tuū os laudet te. Extraneū prorsus ab  
humilitatis extat uirtute propriæ cōmendationi insistere, & alienæ laudis operum suo-  
rum expectare mercedē. Qui enim à Deo cognoscit pcepisse bonū quod habet, largi-  
toris muneris, & nō suimet debet cōcupiscere gloriam, alioquin alienæ rei depredator es-  
se cōuincitur: & inde p culpā suppliciū meretur, unde gratiā ualebat adipisci & gloriā.  
Beata plane humilitas, quae solius Dei cōtentā testimonio, quod honoris, quod cōmen-  
dationis, quod gratiæ, quod uirtutis, quod gloriæ, habere se cōspicit totum suo tribuens  
redemptori, non minus uoce, quam corde, cum Propheta de promit dicens: Non nobis  
domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. psal. 113

Quod perniciosa sit ingratiudo, & de diuersis speciebus fucata  
humilitatis. Cap. XV.



Xperientia teste, necnon innata ratione suadente didicimus, nihil sic ad-  
uersari cupiētibus in uirtutum exercitatione, atq; in omni laudabili bono  
proficere, quemadmodum ingratiudo: quae ignorat debitas Deo persol-  
uere laudes, charismata percepta agnoscere, & se in propriæ uilitatis æsti-  
matione humiliter custodire. Quod enim Dei est, quodq; gratis accepit,  
arrogat sibi tanquam si esset proprium, & à seipso, quod est. Obliviscitur, qui ingratiu-  
dinis letali morbo tabescit, dominici sermonis: quem ad inserviendam humanis mēribus,  
humilitatis uirtutem ueridico protulit ore, cum ait: Sicut palmes nō potest fructum fer-  
re à semetipso, nisi manserit in uite: sic nec uos, nisi in me manseritis. Ego sum uitis, uos  
palmites: qui manet in me, & ego in eo: hic fert fructum multum, quia sine me nihil po-  
testis facere. Priuate quidem quum uult ingratiudo de alieno laudari, renuens cōside-  
rare quid sit, & quid possit à se: merito quod sibi donatum est, amittit: necnon & ijs que  
nondum accepit, se reddit indignam. Disperdit utique repente aggregatas cum sudore  
maximo spirituales diuitias: obstruit contra se ostium diuinæ bonitatis, misericordia-  
rum Dei exiccat fontem, & charismatum cælestium communicatione se priuat. Non  
autem sic humilitas uera. Nam quo amplius potiora admittit beneficia, & quo magis se-  
ditari cognoscit ex munere, eo ardentes gratiarum Deo exhibet actiones, eo q; sole-  
tius se fatetur ingratiā, & cordis sui diligentius secreta rimatur. Nouit quidem erudi-  
tius per gratiam, multifarias sub tegumento humilitatis latere insidias, multosq; hac oc-  
casione fuisse deceptos. Non omnis qui in ore aut in exterioribus gestis humilitatem o-  
stendit, humilis est: sunt enim quidam uiri elati & subdoli, qui humilitatem portendunt  
in facie, & adulantia uerba promunt ex ore: quorum interiora plena sunt fraude, atque  
odij respersa ueneno. Hi profecto quāto magis se humiliare uidentur, tanto deteriores  
sunt, cautiusq; uitandi. Ad hoc quippe humilitatem fingunt, ut suspicionis ab audien-  
tium animis amoueant cogitatus, & possint ualidius simplicium corda mollibus pene-  
trare eloquij, quo sub humilitatis uelamine eadē purius prolata esse credantur. Lo-  
quuntur (inquit Propheta de talibus) pacem cū proximo suo, mala autē in cordibus eo-  
rum. Hac fucata humilitate, machinationibus prauis, dolisq; referta, ô quoties aduer-  
sus Dei sapientiam humana est usa malitia! O quam sāpe scribæ & ludæorum Pharisei  
liuoris flamma succensi uerbum, quod erat passibili carne uestitum, in quo utiq; omnes

SS 4 thesauri

Prover. 21

thesauri sapientiae & scientiae Dei latebant absconditi, meditati sunt fallacibus interrogationibus in sermone deprehendere, ac ueraciter accusare: sed (sacro perhibente eloquio) non est sapientia, non est prudentia, neque consilium contra dominum. Parabant insidias, & detegebantur: componebant fraudes, & elidebantur: interrogabant dubia & erudiebantur: testimonia proferebant ex lege, & confutabantur. Repercussi quidem à lumine uerbi non ualebant ferre splendorem. Quando enim ambulantes in tenebris, & malitia occipaci sufficerent circuire sapientiam, qua propter sui mūditiam pertingit usq; ad diuisionem anima & spiritus: scrutatur cogitationes & consilia cordis, latebras penetrat mentum, & desideriorū arcana perlustrat. Arguebātur, cōfundebantur, repel lebantur, nec corrigebantur: quoniā ueritatē ipsam falsis obiectionibus deliberato animo oppugnare nitebātur: quod iuxta eiusdē sentētiā sapiētiā est peccatū irremissibile, necnon inexpliabile scelus. Huiusmodi homines dolo ac simulatione repleti, qui ut cōmodius suū supplantent proximum, humilitatis uirtutē ostentare conantur, difficile e mendātur: uerū tamē apud Deū nihil impossibile esse probatur. Est & aliud hominū genus, qui sub imagine humilitatis sanctitatem fingunt, Deo autē latere nō possunt. Omnes isti adhibēt diligentiam, quatenus humiles esse appearant, seculi cōtemptores, sectatores uirtutū, orationi dediti, paupertatis amatores, iejunij macerati, attenuati p̄cūnitētia, & corpore ob spiritus nimium seruorem confecti. Laudes hi tales dum querūt humanas, æternę remunerationis efficiuntur expertes. Pro breuissima & inani uoluptate delicias commutant perpetuas. Insipientes prorsus huiusmodi sunt, qui absq; fructu carnem afflidunt, & sine spe ueniae gratiā se perceperisse insinuant. Mentiuntur hominibus, sed non Deo, qui nouit eorum cogitationes esse uanas. Istud de quo loquimur hypocritarum genus, plus quam ceteros insecurus est dominus: eorum cauterizatā conscientia patescit populis, atq; æternū supplicium illos manere testatus est, dū trāsitoria sunt mercede contenti. Sepulchris deauratis, dealbatis parietibus, nubibus sine aqua, in fructuosis arboribus, cæcis errātibus, exclusis à regno, & à proprio cōditore ignoti assimilati sunt isti. Nam aliud ostentant in facie, aliudq; gerunt in corde. Fingunt quod non sunt, atq; à semetipsis delusi ceteros fallere arbitrantur. Quamuis enim hi damnatione sint digai, minus tamen sunt perniciosi, quam primi. Reperiuntur & alterius conditionis uiri, qui per interualla tēporis, magna uidentur esse humilitatis uirtute suffulti, & nihilominus absque perseverantia radice subsistunt. Diuina siquidem dispensante sapientia, isti de quibus sermo prorumpit in medium, si aliqua aduersitate probentur, repente mutati esse uidentur in melius, frequentant plus solito ecclesias, monasteria uisitant, à seruis Christi orationum suffragia postulant, abiecto induuntur habitu, in loquela, in uoce, in moribus humilitatem insinuant, non sicut, sed ex corde: non utique ex uera humilitatis uirtute prostrato, sed ex tribulationis nimietate attrito. Huiusmodi quum solidō fundamento careant, tempore aduersitatis credunt, succedente uero prosperitate ab inchoata humilitate recedunt. Tanquam immundi canes ad uomitum redeunt, & ueluti irrationalia animalia luctuosæ carnis oscœna opera, nequaquam repetere erubescunt. Fiunt (ut plurimum) talium gesta nouissima pefora prioribus, atque difficiilius, quam ceteri ad humilitatis itinera diriguntur. Nequaquam tamen eorum est desperanda salus, Dei ad ipsorum corda interdum pulsante clementia: quæ omnes homines uult saluos fieri, & ad propriū agnitionē erroris humiliiter peruenire. Nemini enim p̄cūnitentem repellit, nullum cōfidentem respuit, nulliq; cum humilitate cordis ueniam postulanti misericordiæ uiscera claudit. Ipsius quippe est uox illa Prophetæ dicentis: Nolo mortem peccatoris, sed ut magis conuertatur & uiuat. Toties namq; Deus præteriorum obliuiscitur facinorum, quoties homo aduersus conditorem suum se deliquisse humili confessione fatetur. Est & aliis hominum penē innumerabilis status, qui solo exteriori signo qualemcunq; protendunt humilitatem, ignorantes prorsus uirtutis huius excellentiam. Hi secundum seculi cōditionem sunt infimi, genere ignobiles, possessionibus & domib; nudi, pecunij & rebus pauperrimi, industria & manuum suarum labore se ac familiam propriam sustentantes. Dignitates non ambient, honoribus sublimari non inuident, sibi & qualibus sine rubore sociantur, uilibus teguntur indumentis, suis facultatibus, quamuis exigua, contenti: nesciunt alienas concupiscere opes, arbitran-

A arbitrātes tantū uictui suo necessaria sibi posse sufficere. Quāuis autē isti apud seculi amatores nullius uideātur esse momēti, nulliusq; ualoris, regimini tamē uniuersi prorsus necessarij sunt, quod conficitur & gubernatur per diuersarum qualitatum utriusq; sexus viros: quemadmodum ex membrorū uarietate humanum cōpactum est corpus. Nam si totum corpus oculus esset, qui est cæteris mēbris nobilior, ubi auris, manus, uel pes? Et què si totum auris, ubi (quaeso) esset os, oculus, aut reliqua membra, & sic de cæteris? Temperauit uero summus artifex humanum corpus, & per membra distinxit, impertitusq; est unicuiq; eorum ministerium proprium, ad suam ac cæterorum utilitatem: ita ut nullum ipsorum ex dignioribus ualeat dicere inferiori se: tui non indigeo, neq; ministrium tuum opportunum est mihi. Copulauit enim mēbra omnia, & in uno amoris glūtino adeò coniuncti, ut quicquid molestiæ infectur uni, cæteris omnibus (teste experientia) illatum uideatur. Nempe in hac republica uniuersi huīus uisibilis dēbet omni no, ut eadem sit uarietas hominum in ipsa degentium. Si omnes intenderent regimini ciuitatum, si cuncti uacarent negocia, quis artificia usui necessaria humano perage ret? Præterea si uniuersi insisterent doctrinæ, seu negotijs militaribus se aptarent: quis (oro) nauigationi ac maris periculis se daret? siue in agriculturæ operibus, pro colligēdis segetibus, spargendisq; feminibus desudaret? Disposuit quippe per sapiētiā suam Deus mortalium genus, & per gradus exercitia, studia, & conditiones multitudinas ita ordinavit, ut sibi mutuo famulentur absq; liuore, & se inuicem diligent, tanquam uictus corporis membra, & sub uno capite Christo existentia, atq; nullatenus despiciant superiores minimos, iuxta ipsius capitā domini Iesu sententiam dicentis: Videte ne contemnatis unum ex his pusillis, qui in me credunt: dico enim uobis, quod angelii eorum semper uidēt faciem patris uestrī, qui in cælis est. Docet itaq; cælestis magister, ne quaquam spernendos esse pauperes & pusillos huius mundi in ipso credentes: tum quia sub angelorum sunt dediti custodia, tum quia alieni minime à Dei sunt regno. Nam tales facile oblatam sibi admittunt gratiam: carentq; (ut plurimum) multis uitij; quæ in diuitiis & in huius uitæ prosperitatibus se extollentibus abundare consueuerunt. Si enim in rebus transitorijs potentibus dispare esse cēlestantur: natura tamen, fide, promissionibus, & gloria consortes & comparticipes illis sunt. Non temporalis potestas, nō terrenæ facultates, nō humana laus, neq; quæ inflat scientia, sed charitas, quæ ædificat, & Deo gratum facit: humilitasq; cordis, quæ profecto exaltat, & in cælum dirigit, neconu uirtutes reliquæ, quæ à domino probatae sunt, suo hominem commendant auctori. Est denique maxima multitudo uirorum ac mulierum (memoratis tamen superioribus paucior numero) quæ uera humilitatis in multis imaginem gerit: minime uero eandem cum affectu assedita est. Ipsi quippe, de quibus sermo nūc agitur, quadam naturali insigniti sunt lenitatem, & ad bonum prōni, tranquilli existunt in se, pacem diligunt, dissensiones fugiunt, atq; alicui malum inferre perhorescunt. Huiusmodi pro maiori parte naturaliter sunt rudes ingenio, ad discernendum cogitationes, affectiones, ac negotia tam aliena quam propria tardi, & minus idonei. Naturæ quoq; donis (nisi corruptantur, & sedcantur) utuntur ad bonum, non tamen bene: quemadmodum faciunt uerū humiles, qui scienter & in sensu cordis, tanquam spirituales dijudicant interiora sua: ita ut penē nulla indiscussa præterire patientur. Ducuntur superius memorati ad id quod honestū est, potius impulsu naturæ, quam uirtutis gustu. Propterea etiā apud homines mereātur laude, dum non se extollunt supra se, nequaquam tamen apud Deū ad ipsūtum humilitatis palam, quæ certātibus magnanimititer donat à Christo, qui cordiū & animorū scrutator est uerus, atq; in misericordia & miserationibus suis opera nostra coronat. Coronat, in qua sudores & labores nostros, quos patimur abnegantes nosmetipios, nostrumq; ueterem hominem cum actibus suis expoliantes, ut ipso qui secundum Deum creatus est, nouo induamur in iustitia, sanctitate & humilitate. Non enim ualemus in nouum reformari hominem, nisi abiecto uetere, qui sola quæ carnis sunt, sapit, cupit & querit. Quæ cuncta humilitati aduersantur, quæ utiq; humilitas, quod est Dei, quod spiritus, quod sanctitatis, quod uirtutis, sentit, desiderat, securatur cum uitij; & concupiscētij; carnē ipsam in crucis spiritualiter affigendo patibulo. Hanc quippe spiritualē luctā, & hunc dimicandi modum ignorat, qui non uirtutis studio, sed naturæ instinctu ac munere humiles esse

Ezech. 18

esse arbitrantur ab ijs, qui tantummodo carnis obtutu acta exteriora metiuntur. Nō autem in cultu extrinseco, aut in corporis motu, sed in arcano cordis, humilitatis uirtus radicata subsistit.

Quod per speculum creaturarum rationalis spiritus, de spiritualibus sufficientissime eruditur, dummodo prius dicit cognoscere se. Cap. XVI.

Rom. I

**V**ltæ sunt res uisibiles, atq; corporeæ à Deo creatæ: ex quarum consideratione rationalis spiritus, de spiritualibus & inuisibilibus sufficiēter imbuitur. Nec mirum, quum ipsa creatura uisibilis speculum quoddam inuisibilium esse noscatur, in quo elucet quædam imago cælestium, & sui potētia, sapientia & bonitas autoris, dicente Apostolo: Inuisibilia Dei à creatura mūdi per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur: semper quocq; eius uirtus, atq; diuinitas. Ceterū si fide mediāte cælestia & diuina, quæ remotissima sunt, in hoc & per hoc intuētur creaturarū speculo: quāto magis spiritualia, quæ nobiscū & in nobis sunt, intelligenti poterūt: (si tamē interioris oculi mūda sit acies.) Per sensus enim corporis eruditur animus: & quotidie fit doctior dirigēte experiētia rationē, quæ absq; alterius adminicu lo prorsus iacet, nec ualeat se eleuare ad summa. Quāobrem oportet ut rationalis homo ex ardua exercitatione (nō tamen sine labore) ad spiritualiū perueniat intelligentiā sacramentorum, incipiat uero à se. Nā si ignorauerit se, cui nil p̄pinqiūs, qualē de absentib; & remotis poterit habere notitiā: Discat igit scire se: quatenus de cæteris habita postea uera sciētia assuecat nō inflari, neq; se erigere supra se, & amittat lumē qualecūque quod percepit, sibiq; ip̄i cōtrarius fiat. Qui autē absq; humiliitate, quæ de propria gloriatur cognitione, uniuersarū scientiarū est imbutus peritia: prope nihil dicēdus est scire, quoniā ueræ sciētia caret fundamēto, quod in humilitatis uirtute locat. Quid (oro) prodest scire multa, & de eadē inaniter eleuari sciētia, ipsumq; ignorare, à quo eruditus es scire quod sis? Omnis sapiētia (inquit Sapiēs) à dño Deo est, & cū illo fuit semper, & est ante æuum. Omnis, ait sapientia, ut agnoscas totū ab eo accepisse, quod sis. Quid em habes (inquit Paulus) quod nō accepisti? Si autē accepisti, quid gloriaris, quasi nō acce peris? Sūmæ prorsus est signū demētæ, supbiae uitiū, atq; iudicij graue, sibijs Dei gloriā uēdicare, necnō de alieno intumescere. Quod quidē agit, qui ignorat se, & est humiliitate nudatus. Omnis proinde industria, omneq; studiū inesse debet scire uolētibus: ut (uidelicet) cognoscat primū se, & nō altū sapiat, neq; in sua sibi cōplaceat sciētia, sed timēat, donū cōfiteantur, & largitorū gratias agat, & dicat: Gratia Dei sum, id quod sum. Ista si ignorauerit sciētia amator, aut ex cordis tumore cōfiteri paruipēderit, quāto plus fuerit instructus sciētia, tāto acrīori dignus erit iudicio: quoniā scriptū est: Sciēti bonum et nō faciēti, peccatum est illi. Et merito. Si em delinquit peritus, si legē trāsgreditur, si post cōcupiscentias suas defluit, reclamāte cōscientia hoc facit: quæ scientia illustratur lumine, & gratia præuenitur splendore. Nā ignorans si peccat, maxima ex parte suę excusat, nescientia, dummodo non sit supina & crassa: quoniā tunc prorsus inexcusabilis est, & ignorantē facit ignorari: sciens autē & doctus nulla tergiuersatione absoluītur, quoniā bene agere omnino non uult. Ab hoc profecto morbo, & ab hac sentētia eripitur humiliis, & securus fit, tantoq; humilior efficitur, quanto est doctior. Scientia siquidem humilitati associata, ornamentum est hominis, religionis decus, præclarum lumen, stabilimentum fidei, magistra uirtutū, cælestis regni præco, lucerna in tenebris, dux in uia, ueritatis index, errorum detectrix, spei incentiua, charitatis comes, & ad omne opus bonum proclua & ductilis. Quemadmodum enim humiliis totaliter non potest esse ignarus: ita & superbus non ualeat esse eruditus. Potest utique scire multa, sufficit instruere plurimos: sed quia non agnoscit se, atque contemnit ueritatis scientiam, quam intelligere odiſſe conuincitur. Hoc Propheta testatur, quum dicit: Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per ostium tuum: tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Quonam (quæſo) modo superbus peccator dicēdus est eruditus, qui disciplinā ex prauis moribus, quos agit, deprehenditur odiſſe uirtutum, necnon eloquia diuina à se abiūcere ac repellere? Quid de talibus pronūciet Sapiens, audiamus. Stulti usquequo oderint sapientiā: Hinc clare colligitur hominē elatū & nequā nullatenus esse posse sapientē, quod euīdētius alio in loco ex-

Psal. 49

Pro. 1

Sap. 1

A co exprimitur sic: In maleuolam animam non introibit sapientia, neq; habitabit in corpore subditō peccatis. Verū ne quis causetur, & dicat aliud esse sapientiā, & aliud de qua loquimur, esse scientiam. Sapientis sententiā intelligat, dum ait: Si enim sapientiā uocaveris, & inclinaueris cor tuū prudētia, & quælieris eā quasi pecuniā, & sicut thesaurum effoderis illā, tunc intelliges timorē domini, & scientiā Dei inuenies: quia dñs dat sapientiā, & ex ore eius sciētia & prudētia. Vna quippe res, quæ qualēcūq; quāuis uideatur significatiō habere diuersam, ex unius tamē diuinitatis ore emanare perhibet. Nempe quicq; spirituale intelligēdo sapimus, si quid rectū prudēter discernimus, omne quod uerū ratiocinādo scimus, ab illo haurimus fonte, de quo scriptū est: Fons sapientiē uerbū Dei in excelsis, & ingressus illius mādata æterna. Vnus est altissimus, omnipotēs, creator, rex potēs, & meruendus nimis, sedens super thronum illius, & dominās Deus: ipse creauit eā spiritu sancto, & uidit, & dinumerauit, et mensus est, & effudit illā super omnia opera sua, & sup' omnem carnem. Secundū datū suū præbet illā diligētibus se. Parat cōspicue, q; omnis ueritas, siue sit cogitādo reperta, seu orādo infusa, aut sciētē proplata, ab ipso procedit, qui per Sapientē testatur de se dīcēs: Meū est cōsilium & æquitas: mea est prudentia, mea est fortitudo: per me reges regnant, & legum doctores iulta decernunt. De ipso quoq; Apostolus Paulus ait: Non quod sufficiētes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Quocunq; enim nomine nuncupetur ueritas, à Deo infunditur, siue sapientia, aut prudentia, seu sciētia nomineatur. In facris tamen uoluminibus tria hæc sapientia, prudentia, & scientia uocabula inueniuntur uarios inter se & contrarios habere affēctus. Nam de sapientia, inquit Apostolus: Sapientiam loquimur inter perfectos, non sapientiā uero huius seculi, neq; principium huius seculi, qui destruuntur: sed sapientiam loquimur in ministerio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principium huius seculi cognouit. De prudentia uero dīcit: Nā prudentia carnis mors est, prudētia autem spiritus, uita & pax. Alioq; in loco: Prudentia carnis inimica est Deo: legi ibid. enim Dei non est subiecta, nec enim potest. De scientia deniq; idē Apostolus afferit dicens: Qui autem secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt: qui uero secundū sp̄ ritum sunt, quæ sunt sp̄iritus, sentiunt. Alibi præterea expressius ipsius sciētia differētia prænotatur: Bonitatem (orans Propheta dominū ait) & disciplinam, & scientiam doce Psal. 113 me. Et Sapiens: Vanis sunt omnes homines, in quibus non subest sciētia Dei. E regione Sap. 13 Apostolus dīcit: Sciētia inflat, charitas uero ædificat. Colligitur itaq; ex his uerā & com mendabilem sapientiam & scientiam nullatenus habitare posse in mētibus tumidis, sed solum humiliū. Sic nāq; in Prouerbij legimus scriptū: Vbi fuerit superbia, ibi erit & cō tumelia: ubi autē humilias, ibi & sapiētia. Nō est gratia & sciētia capax elatus: quoniā illis ad sui abutitū perniciē: tameiū alijs referando ueritatē prodeſſe uideatur, quam in codicibus nouit esse descriptam. Doctrinam utiq; salutarem, & cælestia monita etiā ab hominibus malis prolata mandauit dominus esse audiēda, inquiēs: Super cathedrā Mo Matth. 23 sis sederunt Scribæ & Pharisei, quæ dicunt, facite: quæ autē faciunt, facere nolite. Nequaquā polluitur ueritas, etiā ex impij ore manifestata. Ideo à quocunq; prædictetur, cū reuerētia suscipiēda est, quanquā à uiro iusto promulgata, maioris esse uideatur efficacia. Nō enim a quo, sed quid proponatur nobis, animaduertēdum est. Qui quod rectū & catholicū est, audit: nō hominē, sed Deū ad se loqui arbitretur. Aliud quippe est Deus loqui p hominē, & aliud Deū habitare in homine. Potest fieri, & sapissime cōtingit, ut ueritas & sacrarū scripturarū secreta pādantur mysteria, ut dubia & obscura dilucidētur, ut cōfutentur errores, ut uirtutū perfectiones declarētur, & ut futura patrīæ cælestis gaudia, per elatos & iniquos uiros ueridica assertione narrentur. Quāuis enim quæ uerissima sunt, superbi proferat, per eosdē tamē loquitur Christus, qui est ueritas, & superbi remanēt. Quēadmodū sapientia & ueritas per peccatores & scelestos promulgata nō coinquinatur: ita neq; ex eadē prolatione sola ipsi, qui loquuntur, digni efficiuntur, & iusti. Regnum Dei (inquit Apostolus) non est in sermone, sed in uirtute. Et dñs: Non 1. Cor. 4 omnis qui dicit mihi, domine dñe, intrabit in regnum cælorū, sed qui facit uoluntatē patris mei qui in cælis est; ipse intrabit in regnum cælorum. Valet elatus fieri instrumentum Christi, sapientia præco, magister humilitatis, uirtutum denunciator, et morū cōmendator

mendorum bonorum: & nihilominus Christi carere gratia, insipiens & elatus existere: B  
nō autem sic, in quo habitat Deus, commoratur sapientia, & paracletus requiescit. Por-  
rò qui per gratiam meretur templum Dei fieri, prorsus necesse est, ut sit humilis & obe-  
diens, ac Deum diligat, dilectionem suam non per uerba, neq; per exteriora signa, sed  
per uirtutum opera, & laudabilia gesta insinuet: quemadmodum mediator noster testa-  
loān. 14 tus est dicens: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliger eum,  
& ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Constat igitur inobedientes &  
superbos non diligere Deum, nec ipsum mandata seruare, neq; ipsum Deum apud illos  
facere mansionem. Quomodo (quæso) digni illius fieri possunt præsentia qui contem-  
nunt obtemperare dicenti: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde! Nam exhibi-  
tio operis ueræ dilectionis, & sanctæ humilitatis indicium est certum. Qui enim humili-  
tatem respuit, ipsam præcipientem despicit: ex cuius contemptu conuincitur esse su-  
perbus, & prorsus ab illius consortio alienus. Porrò sicut nequeunt simul cōuenire lux  
& tenebrae, amarum & dulce: ita nec inobedientia & dilectio, superbia & humilitas. R  
Quamobrem necesse est, ut qui cupit adhærere Deo, Deumq; possidere in se, eidem se  
subiijciat, ipsum diligat, uirtutesq; operando exerceat: patientiam, obedientiam, pieta-  
tem, dilectionem, longanimitatem, & humilitatem: quam signanter ipse nos docuit, se-  
ctetur ex corde. Quem enim Deus perspexerit humilitate decoratum, spiritum suum in  
Esa. 66 eo quiescere facit, prout per Prophetam ipse fatetur: Super quē (inquit) requiescerit spi-  
ritus meus, nisi super pauperculum (uidelicet) humilem, & contritum corde, atque tre-  
mentem sermones meos? Requiescit, inquam, spiritus sanctus libenter in cordibus hu-  
miliū, illiscq; communicat sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ &  
pietatis, ac timoris sui donum: ipsos quoq; efficit tempora sua munda, impolluta, sancta:  
in quibus delectabiliter recumbit, & sapientiæ ac scientiæ reuelat arcana, atq; per eos-  
dem audientibus insinuat ueritatem. Huiusmodi probati sapientes sunt humiles, Dei  
habitacula, & sapientiæ cælestis nunciū, nihil humanæ laudis sibi arrogant, sed Dei glo-  
riam ex suo ministerio humiliter querunt: quod procul dubio agere ignorant terrena  
inflati sapientia atq; scientia. Annunciant quidem & isti prudenter ac composite elo-  
quia sapientiæ, sed oblique, & alia intentione quam primi. Qui utiq; diuino imbuuntur  
oraculo Christi, Dei uirtutem & sapientiam prædicant, salutē animarum proximorum  
suorum cupiunt, necnon quod commodi, & honoris est proprij, ab ipsorum prorsus co-  
gitatione & affectione depellunt. Secundi uero, & qui sapientiæ seculari ac prudentiæ  
carnis, quæ destruuntur, inseruiunt: si qua cælestia ueritati innixa, & audientibus profi-  
cua promunt eloquia, nō ut glorificetur Deus, nec ut prolata propter se agnoscat uer-  
itas, neq; ut proximus ædificetur, & corrigatur, uerbum Dei insinuant plebis, sed se  
affectionates captare ex hoc transitoriam laudem, favores mortalium, temporalia lucra,  
& commoda propria. Talis eorum sapientia stultitia est apud Deum: propterea (expe-  
rientia teste) parum fructuosa est & utilis: aures astutum replet, dum promulgatur, de-  
lestat: quoniam uero non est charitatis igne succensa, non sufficit de auditorum menti-  
bus tempore spiritualem excutere. Nequaquam tamen est contemnenda: sed prorsus H  
suscipienda, ueneranda, perficienda tanquam sermones Dei, sapientiæ uerba, & spiritus  
sancti sagittæ acutæ, quæ quamuis sint ab elato & carnem sapienti emissæ, atque prola-  
tæ, ualent nihilominus simplicium & humiliū emollire ac ædificare animos ad bene-  
agendum. Nam hoc humilibus est insitum: uerbum (uidelicet) salutis libeter audire, re-  
tinere memoriter, & opere consummare.

Quod aliter pueri & rationales uiri, & aliter spirituales res æstiment, atq; de multi-  
plici utilitate humilitatis. Cap. XVII.

 Onsuevit humanus affectus, unamquanc; rem eo ardentius diligere, eoq; so-  
licitius, ut ipsam assequatur querere, quo clarius quanti eadem sit precij, quā-  
tae utilitatis, & quantæ cognoverit uirtutis. Insensati quippe & pueri, quoniam  
discretionis carent iudicio, nec fulgorem auri, neq; gemmarum carpendunt  
ualorem. Similiter herbarum proprietates, & morum grauitatem, ac sciætæ lumen pro-  
nihil duocunt, quia ignorant quid in eis lateat commendatione dignum. Rationales ue-  
ro uiri, & ætate adulti, quibus harum inest ex parte scientia rerum, atq; dijudicadi recti-  
tudo,

A tudo, magnipédunt singula, illisq; tanto amplius afficiuntur, quanto magis intelligunt,  
ea esse proficia. Falluntur tamen isti quam sæpe immoderato amore seducti, & precio-  
siora minoris, pluris autem uiliora estimantes, non diligenda plus diligunt, amâda con-  
tendunt, temporalia interdum spiritualibus, terrena cælestibus, & diuinis humana præ-  
ponunt: dicuntq; (iuxta Prophetæ oraculum) malum bonum, & bonum malum: aina-  
rum dulce, & dulce amarū. At uero spirituales uiri, qui sapientiæ, quæ de sursum est, pu-  
dicæ, pacificæ, modestæ, suadibilis, bonis consentientis, & iudicantis sine simulatione  
sunt discretione ornati, & in quibus ipsa uera sapientia Dei per sapientiæ perhibetur ha-  
bitare in consilio, & eruditis interesse cogitationibus, difficile decipiuntur: quia pene o-  
mnia discutiunt, & probant interiori examine quæ admittenda, & quæ sunt depellenda.  
Nonnunquam autem (quamvis raro) dispensante ipsa commorante in illis sapientia ad  
eorum profectum, necnon maiorem propriæ cognitionis & humilitatis occasionē per-  
mittuntur in eligendo potiora errare, atq; dubitare quid melius: nequaquam autem to-  
taliter deseruntur. Nam repente redeunt ad se, ac se in spiritu coram domino humiliter  
prosternentes suam fatentur ignorantiam, & se deliquisse accusant. Quāobrem apud se  
humiliores fiunt, in discernendo prudētores, prōptiores in orādo, & in puritate seruan-  
da cautores. Despiciunt quoq; ex animo cuncta exteriora, quæ sibi blādīri & arridere  
uidentur, ut adipiscantur thesaurum in cordis agro latitante. Vilipendunt super fallace  
mundi gloriam, fugitiuos honores, facultates terrenas, carnis illecebras, sociale gaudīū,  
& omnes corporis uoluptates: quatenus attētius uacent sibi, quietius habēt secum, &  
facilius humilitatis preciosissimā margaritā quærendo inueniāt, repartātq; possideāt.  
Agnoscunt quippe ipsam incōparabilis esse precij, utilitatis immensa, donorū spiritua-  
lium locupletē, gratiarumq; cælestium refertā. Hæc nāq; uirtus se possidentiū orationes  
Deo facit esse gratissimas. Nequaquam enim ualeat repellē deprecatio, quæ est humilitatis  
sale cōdita: ascendit sursum fragrantissimo odore respersa, usq; ad conspectū maiestatis  
æternæ, per angelorum ministerium delata sanctorum: sicut per Ioānem in Apocalypsi  
legitur scriptum: Et habebat phialas aureas plenas odoramentorū, quæ sunt orationes Apoc. 5  
sanctorū. Nam & orationē atq; sacrificiū patriarchæ Abrahæ, qui præditus humilitatis  
uirtute se esse puluerem & cinerē fatebatur, odoratus est dominus in odore suavitatis.  
Publicanus deniq; qui præ suorum cōfusionē delictorum, & humilitate cordis oculos  
ad cælum minime audebat attollere: sed orationē fundens, peccatusq; percutiens aiebat:  
Deus propitius esto mihi peccatori, in domum suam lætus rediens de tēplo discessit iu-  
stificatus à domino. Humiliū supplicationē Propheta cōprobare uolens afferebat: Re-  
spexit in orationem humiliū, & non spreuit preces eorū. Pro clariori uero cōmenda-  
tione promulgatæ ueritatis illico adiecit: Scribātur hæc in generatione altera, & popu-  
lus qui creabitur, laudabit dominū. Judith præterea sancta in oratione pistrata dicebat:  
Nō est in multitudine uirtus tua domine, neq; in equorū uiribus uolūtas tua: nec super-  
bi placuerunt tibi ab initio, sed humiliū & mansuetorū tibi semper placuit deprecatio.  
Magna prorsus est efficacia orationis humiliū, quæ nullo peccatorū cōpedita uincu-  
lo, nullo aduersariarum potestatū retenta obstatu penetrat cælū, & cælestis curiæ læ-  
tificat ciues, atq; diuine bonitatis meretur adire præsentia: quā (uidelicet) rogat humili-  
ter, fidēter loquitur, ac importune postulat spiritus sancti impulsu suffragio: qui pro san-  
ctis gemis inenarrabilibus interpellare perhibetur. Nunquam enim humiliū mens,  
quæ semper accusatrix est sui, præsumeret tā familiariter in oratione cōferre cū domino,  
tamq; dulcia fari eloquia charitate accensa, suauitate melliflua, fiducia plena: si non pro-  
moueretur à spiritu, erudiretur à uerbo, traheretur à patre. Quum autē trahitur, & in se-  
cretum casti amoris introducitur thalamū, nō ut ancilla cū domino, neq; ut amica cunt  
amico, sed tanquā cum fratrueli carissima, & spōsa iucundatur cū spōso: qui utiq; locu-  
tionis modus, atq; affectus nō cōgruit creaturæ peccatrici, debitrici, languidae, & pere-  
grinanti erga Deum dominū creatorē & iudicem suū, qui omni ueneratione, honore,  
laude & actione gratiarum est dignus. Nam ineffabilis & super humanum intellectum  
est inæqualitas ista: perditū (uidelicet) ad redemptorem, iniquissimi ad summum bonū,  
ignorantis ad sapientiā: & nihilominus, ut humiliū ausum præbeat postulandi, ut cō-  
fidentiam tribuat appropriandi, & ut occasionem præster diligendi atque sperandi: non  
Laur. Iustin. TT ult

**E** null insinuare quod est. Se quippe occultat, speciem suam tegit, maiestatis suę potētiā celat, sc̄q; sub ieruili forma exinaniendo humiliat: quatenus pusilloſ ſoueat, nutriat in ſpiritu paruulos, & amplexetur humiles, ipſoſc̄ in omni ſua tribulatione exaudiendo cufodiat. Exaudit, inquam, Deus humiliū preces, eosq; protegít, ne ab inimicorum iaculis uulnerentur, atque cufodit, ut non in tentationibus conſtituti deficiant. Permittit tamen illos nonnunquam diuerſimode tentari, & interdum in momento ruere: minime autem perſeuereare post caſum, ſed repente exurgere, ſicut Propheta de uiro iusto teſtatur dicens: Quum ceciderit, non collideatur, quia dominus ſupponit manum ſuam. Huiusmodi tentatio non permittitur fieri ad mortem, ſed potius ad eruditionem & humiliatiſ augmentum: quoniam ipſe dominus gratiæ ſuæ adhibet manum, quatenus cadens ſe compungendo euigilet, & humiliando reſurgat: quod beato Petro Apoſtolo contigisse Actuum Apoſtolorum narrat hiſtoria. Quum enim ſe iurando, & anathematizando, ſuum negasse præceptorem agnoſceret, ab eodem miſericorditer intulitus, & ad ſe ex mœrō reuersus, reatum proprium humiliter intelligens foras egressus fleuit amare. Ex hac igitur tentatione, & ex hoc caſu Apoſtolus dīdicit, de ſe non preſumere, dīdicit proximo afflito coſpati: didic̄ & aduersum ſeipſum ſapienter iraſci. Qui enim antequam tentaretur, ignorabat ſe, optimè poſt laſpum non ſolum Dei bo- niatatem erga ſe, uerum etiam quam infirmus & debilis eſſet, cognouit. Quamobrem di- xerim, nequaquam pernicioſum eſſe tentari, ſed tentationi conſenſum præbere, atque in eodem animo obdurateſto persistere. Tentatus eſt Abraham longæuus & sanctus, & per multas tribulationes probatus amicus Dei effectus eſt. Sic Iſaac, ſic Jacob, ſic Ioseph, ſic Moſes: neconon & uniuersi qui Deo placuerunt, per multas tribulationes tranſierunt fideles. Difficillimum proſuſ eſt abſque tentationi probatione humiliatiem ſeruare: quum proſperitatis ſucessus potenter ad elationem impellat. Si hoc non eſſet, minime Dei clementia, quos diligit, tam ſedulo tribulatione mediante argueret. Iſtud Paulus percipiens Hebræis ſcribens, aiebat: In dīſciplina perſeuereate tanquā filijs offerte ſe Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater? quod ſi extra dīſciplinam eſtis, cu- ius particeps facti ſunt omnes, ergo adulteri, & non filiū eſtis. Intulit uero poſt modi- cum, quam sit utilitatis erudiſi per tribulationes à domino. Omnis, inquit, dīſciplina in præſenti quidem non uidetur eſſe gaudij, ſed mœroris: poſteā uero fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit iuſtitia. Fructus hic pacatiſſimus, de quo loquitur A- poſtolus, Virtutum conſirmatio eſt, atque adeptio. Efficitur namque per dīſciplinam exercitatus, corde humiliuſ, mente robustuſ, ſpe lātus, charitate feruiduſ, ſpirituſ sancti ſecum cooperante præſentia, quæ non ſpernit humilem, neque derelinquit dīſciplinam domini æquanimiter perferentem. Hoc Apoſtolus Iacobus conſiderans dicit:

**H** Beatus uir qui ſuffert tentationem, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam reprobmisit Deus diligentibus ſe. Non ualeat quis humano explicare elo- quio, quam sit utilitatis, quanti meriti, & quam sit Deo gratum non altum ſapere, tri- bulationes irruentes perferre fortiter, illatas contumelias tranquilla mente pati, & hu- militer emergentia quæque aduersa proprijs peccatis adſcribere. Nam humiliſ ſemper ſe arbitratuſ duriora mereri, quam patiatur: quamobrem patienter aspera ſuſtinet, gra- tias in tentationibus agit, ſoluit per poenitentiam debita, errata per fletum diluit, con- temnit ex deliberatione præſentia, & fidei oculo futura proſpectat. Considerat utique ſuorum immanitatem facinorum, ſpiritualium inimicorum ſævitiam, iudicis irati ſen- tentiam, & præparata reprobiſ æterna ſupplicia. Iſta dum cogitat, ſuſpirat, gemit, dolet, compungit corde, conſternatur mente, reſoluitur in lachrymas, & domino ſupplicat humiliter dicens: Miferere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam: & ſe- cundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Evidem humiliati ſemper eſt copulata compunctionis, quæ de ſuorum dignitur memoria delictorum. Nequaquam enim ualeat, non compungi humiliſ, quoties reuoluit animo, quam grauiter peccauit: quibus modis, quam obliqua intentione ſui transgressurus eſt man- data redemptoris, obſcena & turpia cogitando, inſtruſuſa & uana meditando, con- cupiſcendo terrena ac noxia diuina lege prohibita: amittendo in his tempus, mentem diſſipando, repellendo, atque conſcientiam reclamantem contra ſalutem propriam te- merarie

**A** merarie obdurateſto. Porro dum ad ſe & ſecum tacitus meditatur induſta tēpōra ad pro- merendam ueniam, ad agendum poenitentiam, ad ſubigenda uitia, ad reſecanda ſcele- ra, ad augenda merita, & ad gloriam conſummatuſ huius peregrinationis cursu confe- quendam, gemitus compunctionis & humiliatiſ lamenta ex intimis medullis cordis emittit. Dum enim deuotissime in talibus occupatus lachrymatur ubertim, ac humili- ter orat reconciliationem quam poſtulat, efficaciter obtinere confidit, rememorans il- lud propheticum dictum: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & hu- miliatum Deus non despicies. Saluberrimam quoque Iudith mulieris pudiciflīmæ ex-hortationem pertractat ſecū, quæ ait: Humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu cō- trito & humiliato ſeruientes illi dicamus flentes domino, ut ſecundū uoluntatem ſuam ſic faciat nobis ſum misericordiam ſuam: & ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum, ita etiam de noſtra humiliatiſ gloriemur. Tamdiu uero in hoc exercitio ſpi- rituali humiliſ ac deuotæ compunctionis inſiſtit, donec pacem in conſcientia ſentiat,

**B** mēns repleatur lætitia, & exultent cū Propheta in domino oſſa humiliata. Merito quippe poſt perceptam indulgentiam criminum, poſt ſalutarem compunctionis mœrorem, poſt abolitam culpam tranſactæ nequitie per confeſſionem humiliem, & poſt deterſam ſceditatem interioris hominis per lachrymarum affluētiā humili ſedditur pax, dona- tur trāquillitas, fiducia præſtatur, corq; illius exhilaratur, gaudet animus, gratias agit af- fectus, accreſcit deuotio, luſien inſfunditur, & luſtuſ in exultationem mutatur: quemadmodū Propheta decantat, dicens: Qui ſeminant in lachrymis, in exultatione metent, Psal. 125 euntes ibāt, & ſlebāt mittētes ſemina ſuā: uenientes autē ueniēt cum exultatione, portātes manipulos ſuos. Sanè iuxta mēſurā cōpunctionis & charitatis tribuitur humili re- missionis peccatorū certitudo, additamentum gratiæ, lætitiae abundātia: prout Propheta memoratus perhibet de ſe, inquiens: Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolations tuæ lætificauerunt animam meam. Non ſinit Deus humiliſ diu in mœrō tabescere, teſtante Paulo, qui ait: Qui cōſolatur humiliſ, cōſolatus eſt me in aduentu Titi. Ipoſ profeſto uifit ne deficiant, erudit ne deuient, cufodit ne pe- reant, & liberat ne ſuccumbant. Cufodiēs (inquit Propheta) paruulos dominus humiliſ ſum, & liberauit me. Beati plane ueri dicēdi ſunt humiliſ, qui diuina protecti cle- mētia, innumerous intellectualium euadūt laqueos uenatorum in huius peregrinationis itinere contutatos, ſuorum reponentes theſauros meritorum in abſcondito cæleſtis pa- triæ cellatio: quo fur non appropriat, ut effodiat, & ſuretur eos. Nouerūt ſiquidem inter- latrones, auro & gemmis onuſtos peragrange minime poſſe ſecuros.

**C** Quales eſſe debent comites itineris, & de authoritate Christi & ecclie, quantumq; Christi ſeruis ſit neceſſaria humiliatiſ virtus. Cap. XVIII.  
Psal. 114: Psal. 93: 2. Cor. 1:

**D**  Mbularibus in hac umbræ mortis regione, in qua diuersarum ſpecierum uenenata diſcurtunt ſpiritualia animalia, ut opporſuios ſibi rapiat cibos, nil tutius, nilq; ualet eſſe utilius; quam itineris ſuī comitē habere fidelem, atq; peritum. Horum deficiente altero, ſocietas quæq; cognoscitur eſſe ſu- ſpecta & dubia. Quid (oro) commieantibus poſteſt eſſe ſolatiq; quæ muſu-

inter illos deeft dilectio, quæ proſuſ ex ſimil pergeſtū alterutriuſ cōcepta inſidelitate ſopitut: Quam (quæſo) ſpēi ualet habere pertingendi, quo cupit accedere, qui viarum ignarus in expertum peregrinationis, qua gradiendū eſt, habens comitem per ſingu- las pene horas, an recte incedat, dubitare compellitur: Maximum profeſto impedimentum pertingendi ad finem in quoq; negocio eſt ipsa dubietas, quæ operandi adimic- uires, robur debilitat mēntis, cogitationibus fluctuationem ingerit, errādi parit mētum gradiendi retardat affectum, & inopinati inſultus ſuſpicionem ambulant immittit. Ce- terum quod in uia materiali contingit pergentibus, hoc in ſpirituali uita degētibus eue- nire diffinio: in qua propter inſlexibleſ ueritatis eternum fundamentum in ea locatum euncta, quæ tam ex cauſa inſidelis, & imperiti ductoris, quam etiā occaſione dubietatis emergunt contraria, tolluntur ē medio. Nulla plane in cōfessione catholicæ religionis, & in ſoliditate Christianæ fidei perſiſtētibus debet in eſſe erroris hæſitatio, nullusq; in- ſidelitatis metus: quippe quum ecclie ipſa ſupra firmitatē petre duriſſime ſit in uerita- te fundata, atq; diuinae autoritatis, & innumerabilis pene ſanctorum exiſtat attestatio.

ne suffulta. Ipsē namqe Deus Dei & hominum mediator homo Christus Iesus quum eo. E  
interrogante, quem illum esse diceret homines, respondissetqe pro omnibus Petrus: Tu es Christus filius Dei uiui, illico adiecit: Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui est in cælis: & ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiā meam. Vide quanti sit roboris, & quantæ firmitatis ecclesiæ fundamētum. Pater reuelauit Petro confessionem diuinitatis Christi: idē uero Christus suam super hanc Apostoli cōfessionem, ecclesiam se fundaturum esse afferuit: cuius testimonio nihil est, quum sit æterna, quæ nullatenus errare ualeat. Liquebat igitur Christianam religionem, quam credit, colit, ac confitetur ecclesia esse uerissimam, & quicquid agit, uel prædicat, prorsus indubitate esse, quoniam plurimorum est circū-septa assertionibus testiū. Fides nāqe catholica sanctorū, est prænūciata ac fulta oraculis: qui nisi sancto afflati fuissent spū, nequaqe potuissent futura tanqe præterita, tā euidēter edicere. Ab apostolis qe est prædicata, necnon innumeris roborata miraculis. Beatorū insup miliū martyrum utriusqe sexus, cuiuscūqe ætatis, diuersarū nationū, atqe statū uariorū est sanguinis effusione, & horribiliū tormentorū pressione cōfirmata. Virorū deniqe probatissimorū, qui paracleti magisterio erāt imbuti, sapientia & scientia illuminati, & uirtutum exercitatione perfecti, est attestationibus declarata. Quis (oro) sufficit enarrare, quot millia anachoritarum, monachorum, religiosorumqe virorum, ac mulierum, qui sponte seculū spreuerunt, carnis calcarunt illecebras, & Christi crucē usqe ad mortē infatigabiliter baſilarunt, huius fidei definitionibus consenserunt: Quamobrem temerarium ac redargutione dignissimum est uelle rationibus humanæ sapientiæ, aut dubijs infidelitatis cogitationibus improbare fidem: necnon ecclesiæ decreta cōtemnere, quæ tantorum sanctorum testiū sunt autorizata sententijs. Christianis itaqe uiris nulla debet prorsus inesse errandi ambiguitas, cum ecclesiæ mandatis obtemperat, quæ (ut ait Apo-

stolus) est columnæ & firmamentum ueritatis, in qua uia est habilis, lata, secura, & fulgida, quæ ducit ad uitam. In ipsa præterea ministrantur, & percipiuntur sacramēta salutis, G animarum medicamēta, infirmatum spiritualium remedia, peregrinationis huius subsidia, remissionis peccatorū dona, & æternæ uitæ pabula instituta, & prærogata per dominum Iesum, Deum uerum, sacerdotem magnum, pottificem summū, gratiarū largitorē, mediatorem pium, fidelissimum comitem, atqe itineris huius peritissimum ducem: quem profecto quisquis sequitur, deuiare non ualet, nō ambulare in tenebris, nec carete indulgentia, nec in uia deficere, neqe uita priuari. Propterea gaudeat & omnes in domino, exultent fideles, & præfertim serui Dei, ac diuino maccipati obsequio: quoniam datum est illis sub tali tantoqe duce & principe militare. Iste proculdubio est ille invictissimus propugnator, qui armatum fortē (uidelicet) diabolum atrium possidētem in pace superauit, illius diripuit spolia, arma in quibus confidebat, abstulit: eundemqe cū rubore nimio de sua sede eiecit. Iste, inquā, ille est dux strenuus, qui morte sua debellauit aeras potestates, & nos absoluit de uinculis tenebrarum & mortis, transtulitqe in regnū clari-

Eph. 2 ratis suæ, de quo Apostolus dicit: Et uos cū effetis mortui in delictis, & in præputio carnis uestræ, conuicuauit, cōdonans uobis omnia delicta, delēs quod aduersus nos erat. H chirographum decreti, quod erat cōtrarium nobis, & illud tulit de medio affigens illud cruci: & expolians principatus & potestates transduxit confidenter, palam triumphas, illos in semetipso. Evidem ad aspectū illius ducis mora est terra, fugati sunt aduersarii, curuati montes, colles inclinati, prostrati superbi, humiles sublimati, subditus mundus, & spoliatus est tartarus. Nullus hostis, nulla potestas: nullum regnū prævaluere potest aduersus eum. Agit quicquid uult, indurat, quos disponit sine passione deserere: & ut si bi placet, illorum miseretur, quia opus est, in promissis fidelis, & in iustitia rectus. Delinquentibus quoqe cōpatiens est, poenitentibus parcēs, redeuntibus ad se latissimū charitatis & indulgentiæ aperiens sinum, nutantibus spem tribuens, stantibus spiritualia beneficia impertiens, atqe in eo perseverantibus premia æterna promittens. Quamobrem po Christi milites, & Deo famulantur uniuersa agmina pugnare uiriliter, resistire fideliter, perseveranter state: nulla uos demulceat uoluptas, nullus superet labor, tentatio nulla deterreat, iter uestrum non retardet aduersarius, propositum uestrum non immunit mina; fidem uestram carnis non supplantet infirmitas: cursum uestrum terrena-

A rum actionum non impediāt, uincula, magnanimitatēque uestram, nulla prorsus frangat aduersitas: imitemini ducem uestrum, sequemini præceptorem: saluberrimis eius obtemperate monitis, uotis annuite, exhortationibus assensum præbete: profectum utique uestrum querit, salutem concupiscit, renouationem expectat: ut quemadmodum exhibuistis olim membra uestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc iuxta Apostolicam doctrinam exhibeatis eadem seruire iustitiae in sanctificationem. Nam uobis non licet de cætero curam carnis facere in desiderijs, non affectum alligatum tenere in diuitijs, nec fructum mortalitatis anhelare in liberis & propinquis: neque sublimitatem terrenæ gloriæ appetere in honoribus, quæ omnia gentes, quæ ignorant Deum, & futuram esse uitam derident, possidere peroptant, quin potius oportet uos sectari iustitiam, misericordiam, pietatem, obedientiam, patientiam, paupertatem, mansuetudinem, & humilitatem potissime, quæ uirtutes uniuersæ eluent in capite & duce uestro: ab ipso etiam commendatae sunt uobis, atque præceptæ. Non est æquum, ut per

B aliud iter princeps gradiatuer exercitus, & per aliud milites (si tamen desiderant immortalitatis & gloriæ coronam percipere, quam iam asseditus est dux, & suis commilitonibus pollicetur.) Nempe propter pugnam datur uictoria palma, quæ profecto eminet super laborem certaminis, dicente Apostolo: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Præcedit quippe conflictus, subsequitur uero triumphus. Non coronabitur (inquit Apostolus) quis, nisi legitime certauerit. Quamobrem imprudens iudicandus est, qui absque pugna sperat obtinere uictoriā. Audi dominum dicentem: Qui se humiliat, exaltabitur. Pugna siue stadiū certaminis est humilitas, merces uero humiliatis est exaltatio, non impræsentiarum, quo tempore usqe ad mortem est pro humiliitate, & cum humiliitate pugnandum, sed in futuro. Evidem in hoc seculo nihil reperitur tam preciosum, quod pro congrua remuneratione Christi sit militibus erogandum. Et merito. Si enim sponte renunciant seculo, ac blāditijs eius, & relinquunt uniuersa quæ possident, necnon abnegant semetipsos, quid ultra expectare debent pro sui mercede laboris? Alibi proinde ipsorum est reseruata exaltationis corona: de qua utique (concedente domino) suo loco dicetur. Ad uos igitur ô Christi milites, meus iterum sermo dirigitur. Dimicite (quæso) uiriliter aduersum inuisibiles hostes, & contra uos humiliemini, nedum sub potenti manu Dei, uerum etiam sub omni humana creatura, propter Deum: ut uos exaltebit in tempore uisitationis. Vobis profecto competit humiliatis uirtus, uos utique decet esse subiectos. Professio uestra, status uester, uestra professio quid aliud, quam humiliatent insinuat? Habitationes uestræ in communi à secularibus domibus segregatae, cellularum carceres angusti, incompositi, & pauperim in stramentis, ac utensilibus prorsus uos ad humiliatem inuitant. Vile indumentum ab ijs, quibus utuntur mundi amatores, omnino dissimile: pannus rudis, fordes in uestibus, inculta cœsaries, pallor in tulu, demissum supercilium, uox tenuis, communis refectione, & in omnibus obedientiæ disciplina, uos humiles esse debere proclaimant. Denique opera exteriora, exercitia

C ipsos, quid ultra expectare debent pro sui mercede laboris? Alibi proinde ipsorum est reseruata exaltationis corona: de qua utique (concedente domino) suo loco dicetur. Ad uos igitur ô Christi milites, meus iterum sermo dirigitur. Dimicite (quæso) uiriliter aduersum inuisibiles hostes, & contra uos humiliemini, nedum sub potenti manu Dei, uerum etiam sub omni humana creatura, propter Deum: ut uos exaltebit in tempore uisitationis. Vobis profecto competit humiliatis uirtus, uos utique decet esse subiectos. Professio uestra, status uester, uestra professio quid aliud, quam humiliatent insinuat? Habitationes uestræ in communi à secularibus domibus segregatae, cellularum carceres angusti, incompositi, & pauperim in stramentis, ac utensilibus prorsus uos ad humiliatem inuitant. Vile indumentum ab ijs, quibus utuntur mundi amatores, omnino dissimile: pannus rudis, fordes in uestibus, inculta cœsaries, pallor in tulu, demissum supercilium, uox tenuis, communis refectione, & in omnibus obedientiæ disciplina, uos humiles esse debere proclaimant. Denique opera exteriora, exercitia

D contemptibilia, ministeria fratrum, iniuncta officia, officinarum mundatio, detersio sordium, & cætera his similia, quæ seruū Christi facienda occurruunt, & prætermitti nullatenus licet: humiliatis proculdubio instrumenta existunt. Taceo quam magnū sit humiliatis incentiuum in diuinis officijs, & in quotidiana refectione, atque in mutuis collationibus seniorum domini nostri Iesu Christi admonitiones audire: & perfectionis exempla, sanctorum gesta, ac anachoritarum certamina legere, martyrum passiones, omniumque secundum euangelicam uitam patrum regulas, & fidelium laudabiliter conuersantium institutiones recolere: atque eorundem actibus & dictis, cum animi deuotione fidem accommodare. Prætero postremo narrare diram ac formidabilem sententiam, quam in sacrī uoluminibus legimus inflictam fuisse superbis. Non enim Lucifer, non apostaticis spiritibus, denique primis parentibus minime indultum est. Omnes pariter uno iustitia mucrone transfixi, de honorabilibus suis sedibus propulsi sunt. Porro si superbientibus ac peccantibus angelis non pepercit Deus, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciando reseruari, euadere ne ualebunt clari homines, qui luteas habent domos, terrenum inhabitant fundamentum,

& ueluti à tinea quotidie consumuntur? Prorsus minime: quin potius eo maioriibus quisque iuste supplicijs est plectus, quo plura ac præstantiora percepit beneficia, & sublimior est exaltatus fastigio, necnon efficaciori ad se humiliandum impulsus est auxilio. Facile (ut reor) indulgendum est secularibus uiris, & potissimum illis, qui clara secundum carnem fulgent progenie, diuitijs & facultatibus locupletantur terrenis, ampla ac generosa sunt decorati familia, atque magistratus & dignitatum sunt honoribus sublimati: si ad se extollendum proni, & ad humiliandum se uideantur esse difficiles. Materijs huiusmodi urgentur maximis ad præsumendum de se, ac extollendum se: cum quotidie procedant ad publicum, cum grauibus & honorabilibus conuersentur personis, atque negotia tractent ciuilia & secularia, que ex sui natura & usu, intellectus obnubilant aciem, concupiscentiae accidunt ardorem, & præire, & cæteros ambire faciunt animos infirmorum. Cæterū cum ab his omnibus Christo famulantes sint liberi, illisq; non liceat discurrere per plateas, deambulare per forum, nobilium inuisere palatia, nociationes agere, ociosorum interesse nugis: sed potius habitare in claustro, prout statutus & professio eos inuitat: residere (dum licet) in cella, in exercitijs se occupare utilibus, silentij custodire rigorem, diuinis uacare laudibus, orationibus communibus & priuatibus insistere, compunctioni & contemplationi operam dare, super cordis uigilare custodia, profectui proximorum, & potissime cohabitantium (moderate tamen, & absq; sui detrimento) intendere, reprehensibile & perniciosum est illis spreto sui conditoris exemplo, oblitisq; præcedentium sanctorum moribus, exhortationibus, atque uirtutibus uanam appetere gloriā, dignitates ambire, & relicta humilitatis regula se in se, nec non etiam supra cæteros imprudentissime superbire, & ex hoc laborum suorum fructum amittere, in Dei indignationem incurrire, ac seipso eterna mercede priuare. Cōsiderent serui Christi, & qui in spiritualium uirorum sorte se esse arbitrantur, quale iudicium, & quam graue pondus super se gerant: si non sint coram Deo in corde humiles, & in ueritate agnoscant se. Merebuntur profecto audire, quod in Canticorum Canticis, sponsus per exprobationem sponsæ se nesciētis protulit, dicens: Si signoras te o pulchra inter mulieres, egredere, & abi post uestigia gregum, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. Merito qui diuino est mancipatus obsequio, & cui inesse debet sui cognitio, tanquam persona que quotidie in se diuina tractat eloquia, & spiritualia præ cæteris in sua uocatione percepit charismata, atque superno lumini propius mente accedit: a seipso est ejciendus foras, necnon in secularium hominum est consortio deputandus: ut pascat hœdos suos, cogitationes (uidelicet) & affectiones suas, iuxta tabernacula, non pastoris Christi, sed pastorum: qui lucris terrenis & secularibus nescijs, ac proprijs insistunt commodis, nihil de futura uita penitus cogitantes. Ne uero qui domini Iesu sunt seruio dedicati, parui arbitrentur esse detrimēti: quod se ignorantibus foras, ad pascendos hœdos suos exire cogantur, reminiscantur adolescentis filij, qui patris præsentiam negligens, atque in regionem longinquam peregre profiscens (quod utique est se elongare a se) consumpto distracto que patrimonio uoluptuose degendo egere cœpit, ac pericitari fame: quam profecto expellere non ualuit, nisi se humiliando rediret in se, proprium reatum agnosceret, patriscq; prostratus uestigij uestram humiliter flagitaret. Discant igitur singuli Christo famulantes, discant fideles omnes, qui Deum timent, ex hac parabola saluatoris nostri domini Iesu Christi erudit: se non præsumere, nec foras extra se uagari inaniter, sed sedulo habitare secum: se absque deceptione agnosceret, cordis humilitatem diligere, ipsam opere & cogitatione seculari, eandemq; nullo tempore, & nulla ratione deserere, (seruato semper uera discretionis moderato libramine.) Nam uirtus haec, quemadmodum & cæteræ distinctos habet in se gradus, quorum aliqui congruent incipientibus, quidam uero proficiens, nonnulli autem noscuntur conuenire perfectis: de quibus, quantum dominus donare dignabitur, legentibus insinuare curabo.

Quare

Quare in mundo exorta sit diuersitas linguarum, & quod per humilitatis uirtutem ad Deum ascenditur. Cap. XIX.



N diuinis legitur uoluminibus, q; cum Deus ob immāni multitudinē de lictorū, quæ excreuerāt in terra, corruerantq; omnem carnē, ita ut abiret unusquisq; post concupiscentias suas, delessetq; a quis diluuij cunctū humānū genus, excepto Noe, & qui erant de familia eius reclusi in arca, quidam uiri increduli, superbi, & pessimi de orientali religione uenerunt, qui temerario ausū præsumplerunt turrim excelsam construere, quæ præ nimia sublimitate cælorū cacumen attingeret, quatenus ipsa mediante ante quam per uniuersas diuidetur regiones, nomē suū celebre sacerēt. Horū quippe superbiam immissa in eos confusio ne linguarū, ut nequaq; se intelligeret mutuo, cōtrivit omnipotēs, atq; prostrauit, quatenus discerent posteri nō se extollere cōtra dominū, sed potius se humiliare, & in omnibus diuino subesse imperio: conarenturq; nō per uisiblē turrim ex terrena substantia, & elata hominū uoluntate compactā, atq; fundatā, magis uero per inuisibilē turrim humilitatis sanctæ à Dei filio cōmēdatam uerbo opereq; consecrātā cæli alta penetrare. Nam quemadmodum nō in manuactis habitat Deus, quia sp̄ritus simplicissimus est: ita neq; per materiale ædificiū, neq; per gradus corporales ad ipsum ascendit, sed in spū & per uirtutes gradatim, ascensusq; quos Dei clementia cooperatē seruorū Christi in corde suo unusquisq; cōponit, sicut Propheta sanctus in psalmo testat dicens: Beatus, in Psal. 83 quid, uir cuius est auxiliū abs te dñe, ascensiones in corde suo dispositū in ualle lacrymarū in loco, quē posuit: etenim benedictionē dabit legislator, ibunt de uirtute in uirtutē, uidebit Deus deorum in Sion. Vides q; cōspicue & patenter Propheta memoratus asseruerat nequaq; per sensibiles gradus, sed per uirtutes, q; in corde disponuntur, ad Deū esse ascendendum, non localiter aut corporaliter, sed spiritualiter. Nempe transierunt umbræ & futurorū imagines, quæ fuerat à sanctis prophetis prænunciatae in lege, postquam ueritas de terra orta est, & sp̄ritus ante faciem nostram Christus dominus factus

C est homo inter nos uerbum cū patre æternaliter permanens ante nos. Quāobrē nō est opus ascendere Hierusalem, neq; in excelsum montem, ut simus uiciniores Deo, & ab eodē orationes nostra & uota audiri efficacius mereātur. Excelsus namq; est dominus (sicut scriptum est) & humilia respicit. Propterea quanto quisq; coram Deo inuenitur Psal. 137 esse humilior, tanto illi intelligitur esse propinquior: tamē in imo faceat, & in insimo resideat loco. Non enim ubi maneat corpus, sed ubi requiescat & se collocet cor, intuetur Deus. Valet utiq; se homo in pauimento prosternere, potest se uestire cilicio, & cubare in cinere, ac compunctionis eiulatus emittere, pectus tundere, seq; peccatorem fateri, & nihilominus corde intumescere, altum sapere, & ante oculos iudicis cuncta cernentis inaniter superbire. Vniuersa hæc quæ perstrinximus, in se bona sunt, & ad exteriorē pertinent hominem, possuntq; fieri tam obliqua quam intentione recta, atq; bonis & malis esse communia. Bona quippe censemur, cum syncera immaculataq; a-guntur intentione, ut, uidelicet, placeant Deo, ad compunctionem emolliant, necnō ut torquentे euigilent mentem, ac etiam ut humilitatis uirtutem conferant: mala uero tunc existimanda sunt esse, cum peruersa & obliqua perpetrantur intentione, ut, scilicet, humana ex ipsis captetur opinio, & transitoria laus, ut tempore obtineatur commodum, atq; ut timore impellente gehennæ supplicium evitetur æternum. Quatūq; enim parte ipsa interioris hominis dirigatur intentio, eadem opera aut uituperationem à Deo meretur, aut laudem. Hoc humilitatis præceptor insinuare uoluīt dicens: Lucerna corporis tui est oculus tuus, si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Hæc ideo dicta sunt non ut improbentur, & exteriora redarguantur gesta, sed ut operantis animus efficiatur prudens & doctus, uelitq; componere affectum suum, ac mentis oculum eleuare ad Deū pure & recte, dū agit bonū, ne perpetua remuneratione priuef, dño perhibe de talibus, Amen quippe dico uobis, perceperunt mercedē suam. Quonobrem obseruent incipientes diligenter, quæ dicta sunt, & prudenti cōsideratione discutiāt quomodo, quāue intentione faciant fundamenta humilitatis: quālicet sint in cordis colliganda secreto, debet tamen eiusdem structura uirtutis apud illos in exteriori exercitione

citatione clarere, cum sint adhuc rudes spiritu, careant experientia, lipposq; habeant oculos, & ad discretionem boni, ac mali minus agnoscantur esse idonei. Non enim quæ proficientibus, congruunt & perfectis, sed illa quæ statui suo competunt, initiare debent & facere. Nam quemadmodum immaturus fructus arboris & ante tempus euulfus nec sapit, nec nutrit: ita neq; opus sine modo & tempore peractum augmentum validum potest præstare uirtuti. Omnia igitur cum discretione & mensura facienda sunt opera, ut laudabili fine claudantur. Quamobrem oportet, ut incipientes qui ad capessendam humilitatis uirtutem sunt amore succensi, in suę conuersationis exordio, & prius quam ad maturam proficientium spiritualem pertingant ætatem, obedientiæ colla subiçiant, ipsamq; pure & absq; ulla discussione perficiant. Nihil enim sic humilitati aduersari cognoscitur, sicut propriæ uoluntatis ambitiosalibido, quæ profecto euerit hominis sensum, & intellectus claudit oculos: illosq; nequaquam intueri permittit, quod est uerum, sanctum, honestum, ac utile. Facit utiq; rationis præcipitare iudicium, dum ad id, quod libet, concupiscentiam trahit more irrationabilium iumentorum, quæ sine loris & moderatione ducuntur, quò naturalis impellit instinctus. Hanc quippe propriam uoluntatem humilitatis amator compescere studeat, hanc resecare conetur obedientiæ cooperante censura, ut non insolecat, & ex usu peruerso inueterata & ad extirpandam illam omnino impossibile esse uideatur. Nam sicut in primordio spiritualis certaminis facillime uincitur: ita ex progressu consuetudinis maxima cum difficultate superatur. Beatus proinde dicendus est ille, qui ipsam, ne lasciuat, tenet obedientiæ disciplinam alligatam, eamq; humilitatis uirtute affectus uiriliter allidit ad petram, ut non paruuli ex eadem procreati aduersus conditorem suum presumant eleuare ceruicem. Optime quippe simul conueniunt, & uicissim sibi inuicem famulantur obedientia & humilitas, adeo ut humilitas sine obedientia, & absq; obedientia uera nequeat esse humilitas. Ambæ uirtutes istæ, quæm opportune in nostro mediatore conuenerint, & quæm efficaciter easdem exercuerit, Paulus exhortando manifestat inquiens: Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo: humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem crucis. Cæterum ut earundem uirtutum fructum exprimeret, & quantum Deo placeret, notificaret, intulit: Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Tantæ siquidem autoritatis exemplo eruditæ incipientes, ut humiles efficiantur, obedientes esse studeant, deniq; operam abnegare, quod sunt. Non enim superuacue laborabūt, si harum uirtutum usui etiam spontaneum suimet contemptum addiderint. Porrò humilitatis præcursor & obedientiæ consocius est rufis & abiectus exterior habitus, atq; despecta & uilia latenter exercere obsequia: quæ profecto ad sui hominem adducunt cognitionem, ac etiam humanæ laudis irrisorem efficiunt. Verum cum nullus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, induere ualeat, nisi prius cum suis actibus expoliauerit ueterem, expedit ut Christi tyrunculis, quæcunq; sibi honorabiliora & pulchra esse uidebātur in seculo, pro Christi dilectione & affectione humilitatis arbitretur ut stercora. Nō enim simul conglutinat, neq; stare possunt antiqui mores & in Christo noua conuersio, qm supra modum sibi inuicē aduersantur, & contrarij sunt. Hoc saluator noster figuraliter expressit, cum diceret: Necq; mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rompuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt: sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conuersantur. Vtres quippe ueteres, in quibus uinum nouum imponi perhibetur, sunt antiqui mores ex carnis concupiscentia & seculari conuersatione procreati, ex quibus, uidelicet, protrahuntur, ac generantur malæ uitiorum soboles, ut sunt ornatus, cultus, elatus incessus, seculari adhæsio, conuersatio indisciplinatarum, linguae procacitas, detractio frequens, contentiones & iurgia crebra, commissiones & crapulæ, seditiones & rixæ, & his similia: quæ proculdubio non debent misceri, nec queunt copulari cum fructibus spiritus, quos Paulus enumerans ait: Fructus autem spiritus est caritas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas,

A benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas. Nulla prorsus congruëtia est inter opera carnis & fructus spiritus, quem dominus per Prophetas suos ante aduentum suum creditur fidelibus mittere possitus est tanquam uinum nouum & fermentum in utres nouos atq; idoneos. Sic enim legitur: Post hæc effundam spūm meum (dicit dominus) super omnem carnem, & prophetabunt filij uestræ & filiæ uestræ, sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Quæ omnia apertissime & palam in exordio nascentis ecclesie post ascensionem Saluatoris nostri, sicut ipse promiserat, completa sunt, & quotidie succedentibus sibi fidelium generationibus peraguntur, tametsi non sint per signa uisibilia manifesta, eluent tamen in conuersatione famulanticum Christo, quemadmodum per Prophetam alium idem dominus testatur dicens: Effundam super uos aquam mundam, & mundabitini ab omnibus inquit, namentis uestris, & dabo uobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio uestræ. Patet sicut meridiana lux, q; ea, quæ uatum oracula prænunciauerunt, per dominū prophetarum consummata fuerunt, & dictim perficiuntur, non in omnibus, sed in ihs tantū, quos tanquam utres nouos uino houo replet, atq; lætitificat. Ii profecto abiecta uetus uite secularis uitæ in nouitate uitæ ambulant in spiritu, & per uirtutū opera pristinos mores satagunt reformare in melius. Hinc est, q; inchoantes uitam Dei pro adipiscenda ac obtainenda humilitate laboribus se subiçiunt, se exponunt periculis, seq; cum gaudio egrotantium corporaliter impendunt obsequijs, amant quoq; latanter perseverare opprobria, sustinere contumelias, audire conuicia, & interdum etiam uerbera pati, scientes pro certo, quod quemadmodum frumenti granum non ualeat separari à paleis, nec oleum pinguedo ab oliua diuelli, neq; congelatus humor à stomacho languido absq; sudore amoueri maximo: æque humilitatis uirtus obtineri nequaquam potest sine labore ac spirituali certamine, quippe cum opus ipsum supra naturam esse intelligatur. Naturam, inquam, non quam author noster condidit ualde bonam, sed quam deordinauit inobedientia, uicit concupiscentia, deiecit elatio. Nempe supra naturam est superare cupiditatem, & totum, quod possidetur, pauperibus erogare, concupiscentiam carnis cobire, & pudicitiam mente & corpore custodire, uentris ac gulæ appetitum restringere, & corporis uires parcitatem ciborum & iejuniorum censura domare, iræ impetum compescere, & mansuetudinis tranquillitate animum ad pacem coaptare, superbie fastum repellere, & humilitatis uirtutem in cordis sui penetralibus efficaciter retinere. Hoc utiq; est incipiētiū crucem tollere, dominum Iesum sequi, & abnegare, quod sunt, quatenus quod needū sunt, esse incipient. Hoc, inquam, est (iuxta apostolicā sanctionem) expurgare fermentum uetus, & nouam consperionem immittere, quod, uidelicet, fieri minime ualeat, nisi cum sollicitudine, tolerantia mali, & perseverantia boni: quæ proculdubio necessaria sunt incipientibus ut attingant, ad quem currunt, humilitatis finē. Iste est sunniculus triplex, qui difficile rumpitur, quoniam in unum optime conueniunt. Quis, oro, impiger præ sollicitudine esse potest, si nesciat emergentia mala æquanimiter sustinere, atq; in bono inchoato constanter insistere? Vel quis est tanto affectus desiderio partēdit, ut non in aduersis frangatur, si non sit perseverans in bono, & in assumpto opere defit esse sollicitus? Postremo quis audeat ad cuiuscunq; uirtutis culmen posse consende re, si sit dorxitans & piger, & aduersa fortiter patiendi amore frigescat: universa ergo quæ superioris narrata sunt, studeant incipientes exercere in opere, si cupiunt in humilitatis uirtute ad profidentium percutrere gradum.

B

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

Quod uita hominis super terram cognoscitur esse militia, necnon quibus signis incipientiū, quibusque profidentium agnoscatur humilitas. Cap. XX.

N longinquā & alienā peregrinantibus regionem, atq; ad propriam redire cupientibus, ut sui sint desiderij compotes, opus est magna constantia. Porro ubi conflictus & inimicorū uiget sauitia, ibi inesse debet animi fortitudine, quæ proculdubio præbet tobur corporis, & certatib; uires affluentissime subministrat. Nā uitā hominis esse militiā super terrā sacra testatur eloquia, fides docet, & experientia manifestat. Quantæ in huius exilij peregrinatione sint pugnæ, quot aduersiorum acies, quot insidiarum genera, & quot spirituales extensi sunt laquei, nemo ualeat explicare sermone. Apost, Ioannē, quid de hac re dicat, audiatius: Nolite, inquit, fratres

fratres diligere mūdū, neq; ea, q; in mundo sunt, qm̄ oē, qd̄ in mūdo est, aut eōcupiscēta B  
 Ephes. 6 carnis est, aut cōcupiscentia oculorū, aut superbia uitæ. Quales uero sint hostes, cū qui  
 bus oporteat habere conflictū, Paulus apost. notificans ait: Nō est nobis collectatio ad  
 uersus carnē & sanguinē, sed aduersus prīncipes & potestates, aduersus rectores tene-  
 brarum harum, cōtra spiritualia nequitiæ in celestibus. De qualitate pugnæ sic legitur:  
 Gal. 5 Caro repugnat aduersus sp̄ritum, & sp̄ritis aduersus carnem: hæc enim sibi inuicē ad-  
 uersantur. Propheta quoq; laqueos intellectualium uenatorum ad se capiendum exten-  
 Psal. 56 sos fuisse cōmemorat inquiens: Laqueos parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt  
 animam meam, foderunt ante faciem meam foueam, & inciderūt in eam. Evidem ab  
 Psal. 90 huiusmodi laqueis idem Propheta se à domino erūtum fuisse perhibet dicens: Quoniam  
 Psal. 123 ipse liberauit me de laqueo uenātū, & à uerbo aspero. Et in alio loco: Anima inquit  
 nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiū, laqueus cōtritus est, & nos liberati su-  
 mus. Ad effugiendas quippe horum impugnationes hostium, ac spirituales laqueos, di-  
 uino indigemus auxilio, mentisq; constantia, cum certe aduersarij nostri sint implaca-  
 biles, certamen continuū, & inuisi laquei. Quamobrē nullatenus intermittendus est di-  
 micandi usus, nec relaxanda animi constantia, neq; propellenda uiticendi fiducia. Hæc  
 namq; præstant pugnandi robur, perseverandi desiderium, atq; audaciam triumphādi.  
 Formidolosus uero & pusillanimis, quisq; in primo progressu certaminis meditatur fu-  
 gam, pauet umbram, perstrepentium foliorum timet motū, efficiturq; libijpsl ex p̄pria  
 pusillanimitate cōtrarius. Istiusmodi difficilime & raro uictoriz pertingūt ad palmā,  
 maximoq; cū labore perdurāt in stadio. Tales quemadmodū in sacrī uoluminib. conti-  
 tineb; aduersus Madianitas coercuit dominus proficiēti ad bellū, atq; notificauit eosdē  
 corde esse degeneres, necnon tanquam tepidos ex ore dñi esse uomēdos. Hos utiq; dū  
 aereæ potestates aspiciunt, secum uelle inire certamē derident, & subsannāt, peneq; de-  
 dignantur cum illis habere congressum, ad libitum præsumentes cū illis futuros esse ui-  
 ctores: nō aut sic, dū contra constantē uirum arripiunt conflictū. Intuentur quippe ipsi  
 maligni spūs dolo pleni, arte præliandi instructi, & experientia docti cōditionē certan-  
 tis, pugnandi audaciā, exercitationis prudentiā, & præcipue humilitatē cordis. Porro si  
 ex signis exterioribus, uel spiritualibus immisionibus, seu alio quoq; modo, aut indi-  
 cito in alijs iam experto perceperint Christi militem, sine orationis suffragio, prudentiæ  
 gubernaculo, & absq; mentis consilio de se præsumere, & proprijs uirib. confidere, uel  
 leq; repente ad alta concendere, audacie res fiunt, & ad confligendum promptiores: in-  
 telligentes debilitatem hostis, certandi imperitiam, temeritatem animi, & ignorantiam  
 sui. His etenim considerationibus eruditæ, tentationum crebra intorquent iacula, parat  
 insidias, tendunt laqueos, & ad illos impellendum ad casum nouas fraudes ac decepto-  
 ria meditantur argumenta, nunc palam, nunc sub boni & fucato colore uirtutum. Non  
 autem impugnando multum laborant, cum ipsi, contra quos dēcertant, libijpsl aduer-  
 si sint, secumq; gestent insidiatores & hostes. Nam mens elatio & confidentia sui præ-  
 uaricationis nō mediocris est causa, sacro hoc attestante eloquio: Ante ruinam (inquit)  
 Prover. 16 exaltatur cor. Et Propheta de seipso: & in persona incipientium fatetur dicens: Prius q; H  
 Psal. 118 humiliarer (utiq; per casum) ego (superbiendo) deliqui, propterea (eruditus abs te: &  
 humiliatus in me) eloqui tuum custodiui. Evidem incipientes, & neqdū per sui agnitionem instructi per transgressionem uirtutū mentis aperiāt oculos, & de fragilitate ac  
 propria infirmitate doctiores effecti humilitatē sibi esse necessariam arbitrantes ipsam  
 amplectuntur desiderio, & exercent in opere, tametsi sustineant tentationes, labo-  
 res, & lapsus se interdum eleuando inaniter suprā se, atq; plus debito præsumendo de  
 se. Nō igit mirū est, si diabolus sagittis suis ignitis impetit eos, si pusillanimis facit, si e-  
 uertit ad tempus, & si cū eisdem libenter conreditur. Nā quemadmodū gaudet certa-  
 re cum paruulis, ac de propria uirtute fidentibus: æque trepidat habere conflictum cū  
 adultis in spiritu, & de se humiliter sentientibus: quorum utiq; spes superandi inimicos suos & perseuerandi magnanimitas tota in Dei bonitate locata est. Huiusmodi e-  
 tenim in proficiētū adscribendi sunt numero, qui omnem animi sui intentionem diri-  
 gere student in Deum, atq; ueraciter intelligere se prorsus nihil posse ex se iuxta salua-  
 toris nostri sententiam dicentis: Sicut palmas, inquit, non potest facere fructum a se-  
 metipso,

A metipso, nisi manferit in uite, sic & uos, nisi in me manferitis. Hinc qualemq; sanctæ  
 humilitatis inchoant uidere lumen, & sufficientiæ propriæ abiçere pondus, ex quoti-  
 diana eruditæ exercitatione pugnandi experiuntur pro certo, quid ex se, quidue ex di-  
 uino ualeant munere. Experientia quippe tentationum mentis associata constan-  
 tiae optima est magistra uirtutum, speculum infirmitatis propriæ, & humilitatis mater, sine  
 qua nemo potest ad perfectionis fastigium peruenire. Per hanc proficientes acquirunt  
 decertandi habitum, assūscit habitare secum, atq; discretionis spirituum gratiam pro-  
 merentur accipere, dum alternatim multimodis uexantur agitationibus, terrentur pe-  
 riculis, passionibus impelluntur, deseruntur ad tempus, eriguntur per gratiam, corroboran-  
 tur in fide, & deuotione pascuntur. Cæterum cum uirtutis certamen laboriosum sit,  
 & temptationi propinquus sit lapsus, magnanimitus tamen reluctandum est, quoniam  
 mediante exercitatione huiusmodi spirituali miles Christi in pugnando fit cautior, in  
 humilitate prouectior, in sui eordis custodia uigilantior, atq; in propriæ debilitatis con-  
 sideratione feruentior. Nequaquam enim sicut incipientes, sed longe perspicacius, ue-  
 trius, & humilius proficientes agnoscunt se. Incipientes quidem post casum de se ini-  
 tiantur habere notitiam. Nam dum labuntur in tentationes, dum a suis passionibus su-  
 perantur, & dum in antiquis ac pernicioſis consuetudinibus reflectuntur (præter maio-  
 rum consilium, & perficiendi desiderium) tunc nemine illis insinuante atq; docente pa-  
 lam intelligunt quales sunt, non tamen ad plenum. Oculos quippe eorum, quos clau-  
 serat elatio & ignorantia sui, aperit culpa. Sic parentes primi post præuariationem  
 mandati & uetiti esum propriam agnouerē nuditatem, ac de se erubescentes latebras  
 petierunt, ex quibus, nisi reuocati fuissent à domino, egredi minime præsumplissent.  
 Per manifestam itaq; transgressionem, & certamina notissima, necnon frequentes la-  
 plus incipientes humilitatis fundamenta faciunt, & quantum illis necessaria sit uirtus  
 hæc (experientia teste) perpendunt, quæ nec fallitur, neq; fallere nouit. Hoc unico, iu-  
 xta consilium meum, utantur remedio, si cupiunt ascendere, & in uacuum non labora-  
 re, desperationem fugiant, & pusillanimitatem abiçiant, (etiam si decies, uel centies in  
 die caderent). Toties repeat pugnam, & animositatem resumant, atq; progrediendi  
 concipient audaciam, quoties delinquit. Pius enim cum sit dominus & misericors, mi-  
 litum suorum compatitur laboribus, & in eorum bonis complacet desiderijs, eosdēq;  
 (si perseuerauerint in bello) auxilium flagitantes diu desudare non sinit. Ipsum per Pro-  
 phetam iusto in angustia constituto audiamus dicentem: In uoce in die tribulatio-  
 nis, eruam te, & honorificabis me. Iterumq; Clamabit ad me, & ego exaudiā eum, cū Psal. 46  
 ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Crebro itaq; diuinæ miseri-  
 cordiæ pulsent ad ianuam, frequenter in oratione coram Deo se statuant, effundat tam  
 cordis quam oculorum lachrymas, uulnera interiora detegant, proprios confiteantur  
 reatus, quales sint, conditori suo se offerant, & in suis quotidianis concertationibus ac  
 tentationibus opportunū de cœlo implorent præsidium. Hæc prosector est incipientiū  
 lex, uita tuta, doctrina cælestis, spūlis medicina, & experientia certa, quæ non solū ini-  
 D tiantibus congruit, uerum etiā proficientibus est ualde utilis. Quis est enim qui nō ten-  
 tetur, quamuis perfectus esse videatur, atq; sepissime non labatur saltē in uenialibus cri-  
 minibus, quæ prorsus euitari non possunt, perhibente Ioanne, si dixerimus q; peccatum  
 non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est? Quādū in carne corrū-  
 pibili sumus, carnis intentiū patimur, carnis aculeos perferimus. Possunt utiq; cobi-  
 beri, ne procedant ad opus, ualent etiā restringi, ut non in delectationis consensem tra-  
 hātur, nequaquam uero totaliter propulsari queunt, ut quantulum cunq; inficiant, quæ  
 profector macula seu infectio magna proficiētib. atq; perfectis est humilitatis occasio.  
 Perfectum audi uirum (Paulū dico confitēt, ac cōquerentē.) Infelix ego homo, quis Rom. 7  
 me liberabit de corpore mortis huius? Hoc autem ut proprijs non arrogare uiribus, re-  
 pente intulit: Gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Se igitur ex actibus  
 exterioribus & passionum impulsibus atq; manifestis lapsibus incipientes metiuntur,  
 se considerant, quales sunt, seq; humiliando atq; accusando prosternunt. Proficientes  
 uero ex moribus cordis, ex animi affectibus, ex innatis infirmitatibus, & ex relu-  
 cantibus naturæ necessitatibus hoc idē, qd̄ de initianib; dictū est, peragunt. Sentie  
 utiq;



tricq; (uelint nolint) legem in membris suis eos captiuantem in lege peccati contra uo-  
luntatem legis mentis suæ & rationis: quæ, uidelicet, lex mentis per gratiā Dei & usum  
uirtutum delectatur in lege Dei, in cordis munditia, in pudicitia corporis, in moribus  
sanctis, in diuinis eloqujs, necnon in omni disciplina spirituali, & exercitatione lauda-  
bili. Aduersus eandem legem peccati ipsi proficientes semper erecti sunt, inde fessi inui-  
gilant, ut illius stimulos reprimant, germina resecant, carnis illecebras superēt, quod mi-  
nime facere ualent, nisi assueti sint habitare secum, & discernendorum spirituū discipli-  
na prouecti. Hos exprimere uoluit sermo diuinus, cum in Canticis cantorum uoce ec-  
clesiae in laude sponsi dicitur: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex for-  
tissimis Israel, omnes tenentes gladios & ad bella doctissimi, uniuscuiusq; ensis super  
semur suū propter timores nocturnos: sane opus hoc memoratū magnarū est mētūm,  
earum utiq; quæ proficiendi quotidie flagrant desiderio, & sibi ipsis nequaquā onera la-  
boriosa imponere formidant, ut placeant Deo: cui militant, & de ciuitate domini, cor-  
de, uidelicet, suo disperdunt omnes operantes iniquitatem. Ad hoc peragendum sem-  
per sunt in procinctu dimicandi, & se armis spiritualibus muniunt. Nam iuxta apostoli  
cam admonitionem succingunt lumbos suos in ueritate, iustitiae lorica induunt, pedes  
suos muniunt in præparationē euangeliū pacis, scutū fidei sumunt, in quo ualeant ignea  
inimici tela extinguere, galeamq; salutis percipiūt, & gladium spiritus, quod est uerbū  
Dei: ita ut per omnē orationem & obsecrationem orantes in omni tēpore in spiritu &  
in ipsa uigilantes semper in omni instantia, eo sollicitius, quo uerius agnoscunt per se-  
ipso in hoc interiori agone perseuerare non posse, nisi eis gratia diuina subministret ui-  
res, infundat lumen, accēdat affectum, deuotionē ingerat, augeat caritatem. In tali con-  
flictu positi nequeunt infirmitatem propriā negare, quam profecto sensibiliter intelli-  
gunt sibi inesse tam in carne, quam in mente: ex cuius experientia se coram Deo ex cor  
de humiliant, & in sui aestimatione uilescunt ante se, habitum quoq; quendam uerā hu-  
militatis paulatim & per tempora acquirunt, per quem duce gratia Dei perfectiorū sta-  
tui appropinquant, in arrepto spirituali proposito perdurantes, considerantes assidue,  
nedū quid sint, uerum etiā quid desit illis, quod apostolum Paulū egisse cognoscimus,  
quando aiebat: Quæ quidē retro sunt obliuiscens, ad anteriora me extendo ad brauiū  
prosequens supernā uocationis. Porrò in hoc ueritatis lumine, ad quod minime appro-  
piant insipientes, patens pelagus & humilitatis pāditur iter, quod nullo clauditur fine.  
Quis namq; ualet apprehendere, quid spiritualis exercitationis, quid uirtutis humi-  
litatis desit illi, cum ambā usq; ad uitæ terminū infatigabiliter custodiendæ sint, & quæ  
libet earum semper sit ascendendi præparata materia, atq; in eisdem nō profecisse de-  
fessi sit: Proficientes igitur ad perfectionis fastigium percurrentes nequaquā ījs, quas  
habent contenti uirtutibus ad illas quas neqdū adepti sunt, incessanter anhelent. In ope-  
ratione siquidem illarum uirtutum, quas Christi athleta proficiens se dijudicando habe-  
re discernit, pro humilitatis studio prudenter preciosum à uili, ab obliquu rectum, & à  
laudabili reprehensibile separans, preciosum utiq; rectum, & laudabile attribuat Deo,  
reliqua uero ueraciter adscribat sibi. Verum in earum assecutione, quibus se carere cō-  
spicit, omnē adhibeat diligentiam, ac cunctum cordis sui apponat conatum, quatenus  
efficiatur ipsarum participatione dignus. Nouerit tamen, q; quanto certius agnoscit se,  
tanto amplius à uirtutum perfectione intelligit se esse remotū, hoc in illo humilitatis o-  
perante effectu: quæ profecto uirtus quo magis augetur in homine, eo facit de se iudi-  
care abiectius. Hinc est, q; semper accusator est sui, arbitratur sibi plurimum deesse per-  
uenire, quò tendere nītūt. Hinc etiam fertur uotis; amoris stimulis perurgetur appre-  
hendere satagens humilitatis decorem, margaritam absconditā, thesaurū inuisum, atq;  
quoddam singulare bonum, quod, uidelicet, in iuuentu mente, contrectatur manu, affe-  
ctu complectitur, unde fit ut bonū, quod possidere concupiscit, illi appareat remotius,  
quo ut ipsum teneat, currit uelocius, agnoscit clarius, diligit uehementius. Mirares &  
consideratione dignissima. Quotidie sollicitius se exercet, & nihil agere putat se, profi-  
cit de bono in melius, & in deterius se declinare fatetur, donis spiritualibus dietim locu-  
pletior efficitur, & pauperium se esse uidet, mentis libertate fruitur, & sui corporis  
ac uitiorum seruum se esse proclamat. Hoç autem de se confitetur non animi levitate  
impulsus,

A Impulsus, nec ignorantia caligine obuolutus, neq; tentationis uel desperationis nimie-  
tate superatus, sed ueritatis splēdore illustratus, atq; humilitatis disciplina imbutus. Nā  
quamvis bona nōnulla se agere cernat, & mala quām plurima uitare conspiciat, totum  
tamen hoc diuinæ tribuit maiestati, quæ ex mera propriæ bonitatis clementia sui ope-  
ris efficit instrumentum, cohibetq; ipsum per gratiam, ne in immanum scelerum præ-  
cipitum ruat, qm̄ per Prophetā de se scriptū esse reminiscitur: Nisi quia dominus adiu-  
vit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Beata profecto humilitas sancta,  
quæ quoties compellit proficiētem redire ad se, notificat illi ipsum proclivum esse ad  
omne facinus, nihil eum agere, quod redargutione caret, si amota pietate iudicetur,  
nihilq; boni posse à se, sed semper Dei indigere auxilio. Docet postremo illum rogare  
Deum, & cōdemnare se, obliuionis tradere perpetra bona preterita, & se sollicitius ad  
futura agenda extendere, atq; nullatenus in seipso confidere, si tamen desiderat à patre  
lūminum charismata meliora percipere.

B Qualis sit uirtutum amator, ex quām sedule Christum imitari conetur, cuius uita omnium uir-  
tutum est speculum. Cap. XXI.



Irrutum amore inflammatus quo magis in illis proficit, eo amplius profi-  
cere studet, labores quippe non metuit, fatigationes nō sentit, non magni-  
pendit damna, iniurijs lacessitus gaudet, contumelij affectus exultat, nec  
non quassatus interdum exterius, quandoq; interius pacem habet, impin-  
gitur quoq; ut cadat, & robustius solidatur, maledicunt & benedicunt: perse-  
cutiones patitur & se exhibet Deo hostiam mundam, rationabilem, atq; uiuentē. Imita-  
tur siquidē, hæc agens præceptorē suū redemptorē, & dñm Iesum, de quo per apostolū  
Petrū scriptū sic legitur: Christus, inquit, passus est pro nobis, uobis relinquens exēplū,  
ut sequamini uestigia eius, qui quū malediceretur, nō maledicebat, quum pateretur, nō  
cōminabatur. Tradebat autē iudicati se iniuste, qui peccata nostra ipse pertulit in corpo-  
re suo super lignū, ut peccatis mortui iustitiae uiuamus, cuius liuore sanati sumus. Ipsius  
domini exemplo pro imbecillitatis suæ posse se conformare nititur, illius uirtutum uesti-  
gia imitari omni, qua ualeat, intentione desudat. Non prophetarum ad id peragendū  
querit oracula, non apostolorum rudimenta cūctatur, neq; martyrum gesta meditatur.  
Tener ante se redemptoris sui apertum codicem, in quo legendo assidue, & meditādo  
frequenter uirtutū universarū repetit disciplinā. Est namq; uita dñi Iesu liber uite, exem-  
plar uerū, perfectionis speculum, forma recte uiuendi, perlucida uia, religionis magiste-  
rium, cunctarūq; norma uirtutū. In ipso utiq; fulget paupertatis uirtus, quā adeo con-  
stanter in exemplum fidelibus præbuit, ut non agros, nec domū, neq; pecunias posside-  
ret, quin potius tanq; peregrinus in seculo & nudus uiator nasci uoluit sub tugurio alie-  
no, in præsepio reclinari, ac uilibus uagiendo inuolui pāniculis. Mori insuper uoluit nō  
in domo propria, nō in molli stratu inter manus discipulorū, sed in crucis asperissimo sti-  
pite, in medio duorū latronū, atq; eo defuncto corpus in sindone aliena oportū, etiā in  
monumentū non suū delatū est. Porrò si percurras uitæ eius statū, hanc uirtutē ipsum p-

Dfecte seruasse perpendes, unde dicebat: Vulpes foueas habent, & volucres celi nīdū: fili-  
lius autē hominis nō habet ubi reclinet caput suū. Nēpe in illo si obedientia quærif, ipsū  
patri æterno obedientē usq; crucis patibulū extitisse clarescat, non solū cælesti patri, ue-  
rūmetā parētib. secundū carnē: Marię (uidelicet) & Joseph obtemperauit plenissime.  
Dic enim legitur: Et descendit cū illis Nazareth, & erat subditus illis. Verū si māsuetudo  
inspicitur, illo nullus mansuetior fuisset cognoscitur, in cuius persona Propheta cōme-  
morat dicens: Et ego, inquit, quasi agnus mansuetus, qui portat ad uictimā, & non co-  
gnoui consilia eorū aduersum me dicentiū: Venite, mittamus lignū in panē eius, & era-  
damus eū de terra uiuentiū, & nō memoret nomen eius amplius. Tantē siquidē fuit mā-  
suetudinis, ut se à diabolo tentari permetteret, & ab eodem portari super templi pinna-  
culum, & super excelsum montē ferri. Ceterū quum ascenderet Hierusalem, & à turbis  
illi obuīam cum ramis oliuarum & palmarum frondibus procedentibus clamaretur,  
Osanna filio Dauid, benedictus q; uenit in nomine domini, nō in equo phalerato, neq;  
armigeris aut seculi pōtentibus stipatus incessit, sed asello paruulo infedit, quemadmo-  
dū lōge ante de ipso fuerat uaticinatū. Sic enim scriptū esse nouimus: Noli timere filia-  
zach., Laur. Iustin.

**Iohn. 12** Hierusalem, ecce rex tuus uenit tibi mansuetus sedens super pullum asinū & filiū subiū. **E** galis. De misericordia autem uirtute quid memorem, quū Propheta in psalmis præcinerit de ipso, inquit: Memoriam fecit mirabilū suorum misericors & miserator dñs esca dedit timētib. se. Merito quippe misericors & miserator esse perhibetur, qui utrāq; hominis substantiā, corporalem, uidelicet, & spiritualē, quotidiano reficit alimēto. Ipse namq; est, qui (sicut in euāgelio legitur) turbas hominū corporali cibauit pabulo, ad insinuandam uicq; suę diuinitatis potentiam, suęq; humanitatis ineffabilē misericordiā. **V**niversum uero mortalium genus cæterorumq; animatiū species quis nutrit, nisi ipse, de quo Propheta sic testatur: Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illo rum in tempore opportuno: Aperis tu manum tuā, & impletis omne animal benedictio ne. Quod autem in se credentes spiritualiter reficiat, in sacramento sui corporis & sanguinis, quotidiana traditione patet. Caro, ait, mea uerè est cibus, & sanguis meus uerè est potus, qui mandueat meam carnem, & bibit meū sanguinem, in me manet, & ego in illo. Amplissimam quoq; misericordiam suam notā facere curauit, quū parabolam hominis descendantis ab Hierusalem in Hierico & latronibus uulnerati prædicauit, quē profecto morus misericordia suscepit, ipsius uulnera adhibitō illi uini & olei medicamento alligauit, atq; suo superposito iumento perduxit ad stabulum mandans stabulario, ut ipsius curam gereret opportunam. Prætermitto breuitatis causa, quantam præbuerit misericordiam super ihs, quos testantibus euangelistis à diuersis languoribus erit puit corporaliter, quantosq; quotidie iustificando spiritualiter gratos Deo efficiat. Patientiæ uero si quis uult eruditu rū virtute, ipsius mediatoris nostri meditando discurrat ut tam, & potissimū illius acerbissimæ passionis agonē. Intelliget namq; omnes martyres ipsum hac uirtute præcellere. Caritas uero quantū in illo eluceat, redēptionis nostræ indicat effectus. Ipse quidem languores nostros tulit, infirmitates portauit, & nos suo liuore sanauit. Cæterum ut ab æterno, quos ad uitam prædestinavit perpetuam, liberaret incendio, corporaliter mori dignatus est, non qualicunq; morte, sed turpissima morte crucis, quæ solū sceléstissimis hominibus debebatur. **H**anc caritatis suę uehementiā in sinuare uolens inquit: Maiores hac dilectionē nemo habet, ut animā suam ponat quis pro amicis suis. Alio quoq; in loco ait: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos, & animam meam pono pro ouibus meis. Humilitatis aut̄ sanctæ affluentissime in illo resplēdet perfectio, ita ut humilitatis eius cæterorum mortalium nullatenus sit coæquanda humilitas. Humilis fuit Abraam, qui quū loqueretur cū angelis, se esse puluerē ac cinerem nominauit. Humilis etiam extitit Moses, de quo legitur, q; fuerit mitissimus omniū, qui plena gratia, aucta meritis, & ornata uirtutibus, eo extitit humilitate præcessior, ita ut plus cunctis diligenteret à domino, & ab omnibus beata prædicaretur, quemadmodum ipsa de se perhibuit dicens: Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatā me dicent omnes generationes. Digne prorsus beata prædicatur à cūctis, ab uniuersis honorifice cōmendatur, & maximis effertur laudibus, quæ humilitate sua genitricē Dei meruit nūcupari, & esse. Nam lucē sempiternā edidit mundo, hominibus præstis pacem, peccatoribus genuit uitā, penitentibus tribuit ueniam, iustis auxit gratiam, uitij finem posuit, uirtutibus præbuit disciplinam, & antiquis patrib; patefecit gloriam. **H**æc profecto immaculata mater & uirgo, quanquā incomparabilis fuerit sanctitatis, necnō plus cæteris humilitate presulserit, humilitati tamē Christi æquiparata deformis esse uidet & squalida, sicut uoce sponsæ in Cantico canticorū ex persona ipsius exprimitur: Nolite, inquit, me cōsiderare, q; fusca sim, quia decolorauit me sol. Nēpe ipsa uirgo beatissima, & reliqui sancti ac iusti, qui hac humilitatis uirtute claruerunt, spūales extiterū lucernæ accēse, illuminatę uicq; per gratiā quantulacūq; luçē de se micātes. Dūs uero poster Iesus Christus sol est iustitiae, & splendor æternæ lucis, non illuminatus ad tempus,

**A** tempus, neq; interpolatim propter uerbi præsentiam rutslans, aut accidentaliter coruscans, sed ex patre genitus, lumen sempiternum de lumine, sine initio, semper fulgens, nunq; diminutionē sentiens, neq; detrimentū ullū admittens. Cæteri deniq; sancti (quē admodū dictū est) propter humilitatis uirtutē lucernæ esse memorantur, intus quidē adere caritatis flāma, foris aut̄ ob maximā uirtutū prærogatiū lucere denunciantur. Ad dēt quippe, sed nō à se. Nisi enim se humiliēt, & ad percipiendā gratiā per humilitatē se præparent, nequaq; ardere intrinsecus ualent. Porro quanto amplius uilescunt apud se, & magis cōtemptibiles ostendunt se, tanto ad suscipiendum oleum, per quod caritatis uirtus exprimitur, capaciores fiunt, atq; eo profusius lucent, quo abundantius caritatis somento exuberant. Ardent siquidem; sed non semper, calescunt insuper, minime aut̄ p suę libito uolūtatis. Exponūt interdū ad flatus tētationū, & ad turbinū ac tēpestatū fragorē, per quos nonūq; (secū Dei cooperante gratia) accendūt uehemētius. Sæpe uero (permittente dño) radio, seu importunitate tētatoris, uel procellarū nimierate ad tēpus extinguuntur: ita ut ad dominum clamare cogantur, ac dicere: Saluū me fac. **D**eūs, qm̄ intrauerūt aquæ usq; ad animā meā, in fixus sum in limo profundi, & non est subītātia. Illudq;: Vre renes meos & cor meum dñe. Est nāq; caritas spiritualis ignis, quo magis diante ad dilectionē Dei & proximi, & ad uirtutū amorē humanū acceditur cor, nec non in aduersis ad tolerantiam roboratur. Nam in Cantico canticorū de ipsa caritate sic legitur: Fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atq; flamarū. Aque multe nō potuerūt extinguere caritatem. Nēpe his lāpadib; caritatis inflāmati extiterūt sancti in cordis sui secreto eandē humiliter collo cantes, ac etiam humilitatis cæterarumq; uirtutū nutrimento fouentes. Quamobrē sicut amoris igne coram Deo arserunt in se: æque morū disciplina pro ædificatione proximorū utiliter coruscarunt. Religionis quippe præclarum speculum ac diuinū cultus quandā portabunt imaginē, per quam ad bene uiuendū alliciebant cōsiderantes illos, tāto uehemētius, quāto ardētius proficere cupiebāt. Evidē in hoc perlucido speculo, & ultā C sanctorū pfecti uiri frequēter se inspiciūt, & pro cōsequēda humilitate se illis diligēter æquiparant, opera sua metiunt̄ in ipsiis, & quid deformitatis, quidē imperfectionis habent, perscrutantur, & optime dījudicant sacrarū eruditū magisterio scripturarū, & sanctorum ipsorum exercitatione irreprehēsibili, necnō experientia propria, quē nequaq; profecto fallī potest, si absq; passione affectionis discernat, qd raro in uiris spiritualib; ac perfectis cōtingere cōsuevit. Nam gratiæ Dei & donorū cælestium locupletes sunt, spiritu quoq; Dei aguntur, dirigūturq; ab inhabitāte in eis uerbo, necnō discretionis lumine illustrati singula, quæ in illis uersantur, uident, etiā minima atq; leuissima, dicente Apostolo: Spiritualis homo omnia dījudicat, & ipse à nemine iudicatur. Alio præterea in loco id expressius ipse manifestat inquit: Perfectorū aut̄ est solidus cibus, eorū qui p cōsuetudine exercitatos habēt sensus ad discretionē boni & mali. Hoc ideo cōgrue ac prudenter facere ualent, quia difficulter rarissimeq; cogitationes suas extra se uagari patiuntur. Nā nec amoris magnitudo, nec cōscientiæ rectitudō, nec uirtutū usus, nec D concupiti præsentia dilecti, qua perfruūtū habitu, & actu frequenter degustant, dispersionem ipsam nullatenus fieri sineret. Sciunt nāq; quantum ambulantib; in spū nocte, & quantum displiceat sponso, qui in latitudine, & cordis munditia cubare delectatur. Quod, uidelicet, perfecti intelligentes uiri per caritatis dulcedinem sua dilatant corda, atq; per mentis suę custodiā internę insistunt munditiæ agnoscētes pro certo, q; quemadmodum omne malū & quodcunq; uitū, ita ecōtrario omnis uirtus & omne cōmendabile bonum originem sumit à corde, sacro hoc perhibente eloquio ac dicente: Omnis custodia serua cor tuum, qm̄ ab ipso mors & uita procedunt. Quamobrem prima eorū intentio, necnō studium singulare est habitare secum, puritati mētis uacare, & ambulare in lumine non solis uisibilis humanis aspectibus, sed illius, de quo legit: V obis timen tibus nomen meū orietur sol iustitiae, sine cuius lumine, nec Dei, nec sui, nec ueri ac falsi, neq; uirtutis aut uitij certam possunt habere notitiā. Hinc est, q; tā scelerter lucernas sp̄ituales superius memoratas proponunt sibi, se per easdē illustrat, se agnoscēt, seq; corrīgendo humiliant, quatenus æterni solis fiducialius se præsentent aspectibus. Ipse quippe sol nequaquam patitur sibi astare elatos, sed suo illico repercutit lumine, suosq; illos Laur.Iustin. **V**V **z** splendore

splendore obnubilat, humiles uero bonitate sua trahit ad se, & sua claritate irradiat, adeo. B  
 ut per hanc participationem lucis & ipsi efficiantur lux, non in se, sed in domino, quem  
 Ephes. 5 admodum quibusdam iustificans fidelibus Apostolus insinuauerat ait: Fueritis aliquando tene-  
 Math. 5 bræ, nunc autem lux in domino. Et dominus noster. Vos estis (inquit apostolis) lux mundi. Hæc profe-  
 cto lux humilitatis uirtutem parit, & exhibet hominem propinquum Deo, & tanto amplius  
 reddit illum humilem, quanto per sui communicationem clariorem facit. Reciproca siqui-  
 dem familiaritate sibi deseruiunt humilitas & lux. Nam humilitas se cognoscit per lu-  
 tem, & in luce manifesta ipsi sunt uniuersa, quæ latenter ob quam profecto detectionem  
 humilior quisque efficitur. Lux uero ipsa quo magis infunditur intellectui & rationi, eo  
 efficacius evanescat alium sapere, propriam referat infirmitatem, & Deum perspicacius  
 cognoscibilem exhibet; quæ procul dubio cognitione ueram gignit humilitatem, nutrit  
 & perficit. Porro in hoc lumine consummatæ humilitatis percipitur lumen, & eo fit quisque  
 in humilitate perfectior, quo per cordis puritatem est huic luci uicinior, atque per carita-  
 tis dulcedinem Deo familiarior. Sane cooperante humilitate Dei contemplando glo-  
 riæ per lucem in fide transformatur de claritate in claritatem in via, donec in patria per-  
 tingat ad speciem, in qua utique solis gloriam in suo essentiali splendore contuendo,  
 & non quantus, sed sicuti est, uidendo cognoscet etiam humilitatis sublimitatem præ-  
 clarissimam, & præcelsam, quæ non nisi in lumine glorie ad plenum intelligi potest.

Diversitate & unitate corporalium sensuum, necnon de utilitate & effectibus corporalis  
 & spiritualis lucis. Cap. XXII.

 N humano corpore, Dei potestate & uoluntate de limo terræ plasmato-  
 diuersos patet inesse sensus, qui quamvis uarios in se effectus habeant, in u-  
 no tamen naturalis amoris conueniunt uinculo, sibi inuicem obsequuntur,  
 mutuaque uicissim sibi dilectione famulantur: quod quisque habet proprium fa-  
 cit commune, & quod priuate possidet, ad ceterorum impertitur utilitate  
 sine perturbatione, absque liuore, & omni amoto odio, ita ut sibi ipsi facere arbitretur id  
 quod agat in altero. Nam quanquam unus sit præstantior altero, efficiuntur nihil omi-  
 nus singula eorum dona communia omnibus, hoc disponente uniuersorum authore, qui  
 nullo modo uult, ut fiat schisma in corpore, sed si patitur unus, compatiantur & reli-  
 qua, atque cuncta gaudeant, si unum lætatur. In solo quippe actu diuisa sunt, in pari uero  
 sine copulata. Aliud namque est officium auri, aliud autem oculorum esse cognoscitur,  
 necnon narium, gustus, & tactus. Delectatur quidem tactus molitie corporum, gustus  
 uero dulcedine & suauitate saporum: odoratus autem ab odamentorum fragrantia sa-  
 cieratem admittit, auditus in uocum sonoritate & concentu harmonico coquiescit, sed  
 uisus in creaturarum decore & specierum uarietate insigitur, lucis id operante medio, si  
 ne qua prorsus facit in tenebris, infructuosus permanens atque inutilis. Per se quippe ipse  
 oculus nihil uidet, nihilque discernit, tametsi præsentes illi sint formæ pulcherrimæ, & co-  
 cupiscibiles species. Hoc igitur sensus iste præ ceteris sensibus indiget medio, hoc in-  
 quam, ut suo fungatur officio, opus habet suffragio. Tolle lucem ab oculo, & toto corpo-  
 ri offendiculum pones, quam si in tenebris constituto exhibueris, reliqui mox reficien-  
 tur & sensus. O bona lux in te decora, per te amabilis, ex te desiderabilis, quis tuas ualet  
 explicare laudes, tuaque enarrare præconia? quis tuas potest uirtutes pandere, necnon  
 tuos multiplices referare effectus? Te namque absente discurrent latrones, domos inua-  
 dunt fures, sylvestres feræ lustra propria deserunt, catuli leonum per nemoram & solitudi-  
 nes deabulant rugientes, ut querant escam sibi, homines uero ratione utentes in suis re-  
 cluduntur habitaculis, & ueluti inutiles conuiescent, si tuo careant medio. Porro sine  
 te prodiciones sunt, perpetrantur adulteria, & sceleræ nefandissima peraguntur, te uero  
 coruscante, te claritatem tuam per orbem diffundente, patent omnia, cognoscuntur sin-  
 gula, uniuersaque more suo exultare uidentur, iter inchoatum uiatores arripiunt, spem  
 ægri assumunt & uires, egrediturque unusquisque securè & intrepidè ad opus suum usque ad  
 uespera, locutus ueritatem, fiducialiter conuersat, hilariter se manifestat, & procedit ad pu-  
 blicum, palam loquitur, & tanquam rationale animal negotia sua pertractat. Evidetque per  
 sensum carnis uisibilis ac materialis lucis perceptibile agi perhibetur, hoc per rationa-  
 lem spiritu lucis intellectualis capabile perfici dubitet nemo, eo excellentius, delecta-  
 bilis,

A bilius, & utilius, quo spiritualis actus, & spiritualis lux præcellit corporalē atque uisibilē.  
 Sanè quū rationalis mēs æternæ sapientiæ, & supernæ ueritatis illustratur splendore, re-  
 pente immundorū spirituum deteguntur fraudes, tentationū cognoscuntur laquei, ac  
 conscientiæ arcana clarescant: agnoscit homo se, inuisibilia credit, sperat promissa, dili-  
 git sempiterna, discernit dubia, eloquia diuina intelligit, sacramenta uenerat, mundū  
 spernit, calcat uoluptates, corpus domat, odit sclera, uitia perhorrescit, uitutes amat,  
 & omne quod est simplex, quod rectū, quod utile, & quod Deo gratū. Profecto mediante lu-  
 mine spiritualia gustat, spernit carnalia, temporalia parvū pendit, & cōcupiscit cælestia.  
 Hac luce nil dulcius, nilque amabilius, quod fugat uitia, hostes superat, depellit tenebras, ra-  
 tionē informat, restituit mēte sibi, & illā facit Deo esse propinquā. Nō enim ualet quis  
 nisi per lucē agnoscere se, qualis sit apud se, sed neque appropriare dñō, qui est (sicut legi-  
 tur) lux, & in quo nullæ sunt tenebrae, quin potius ipse illuminat tenebras, dicente Apo-  
 stolo: Qui enim facit de tenebris lucē splēdescere, ipse illuxit in cordibus nostris. Lucet

2. Cor. 4 B quidē in tenebris, quāvis interdū eandē minime intueri queāt ipsam repudiantes, & il-  
 lius participatione se exhibentes indignos. Verum quotquot ipsam humiliter susci-  
 piunt, coruscare facit lumine, germina procreare uirtutū, uitæ uerba edere, uisibilia tran-  
 scandere, & inhærere cælestibus. Hæc profecto sunt perfectorum opera, hæc spiritualia  
 uerè humiliū studia, qui non per lapsus nec per affectus impellentes ad casum, neque per  
 imperfectiones laudabilium actionum, sed in splendore æternę lucis, & in mundissime  
 speculo ueritatis dījudicando se, & se prudenter inspicio humiles sunt, eoque humiliores,  
 quo efficiuntur uiciniores uerbo. Nam istiusmodi per amoris copulam, per sim-  
 plicitatē cordis, & per contemptum sui illuminatur à uerbo, & in uerbo percipiunt lu-  
 men, quod difficillime ualet extingui. Adhærendo siquidē illi, in quo sunt omnes bonita-  
 tis sapientiæ & sciæ thesauri, quonā modo possunt relicto lumine uersari in tenebris;  
 quū ab eodē lumine trahantur ad lumen. Trahunt quippe ad lumen, sed nō in lumine, quod  
 utique præ sui immēritate, claritate, & decore inaccessible est mortalib. peregrinatibus,

Exod. 33 C gementibus, & in corpore corruptibili habitantibus. Famulo nāque suo Moli, qui lucē  
 ipsam, sicuti est, in propria claritate uidere poscebat, insinuauit dicens: Non uidebit me  
 homo, & uiuet. Nempe uisio ista, & huiusmodi ingressus in lumine ineffabili, eterno, ac  
 beato reseruatur in patria, & humilibus Deo fideliter obtemperantibus repromittitur,  
 quemadmodum idem ait: Euge serue bone & fidelis quia in pauca fuisti fidelis, supra  
 multa te constituā, intra in gaudiū domini tui. Nam lux ista, quæ communicatur uiatori-  
 bus ad diligendū, & possidendum, & illa in qua cōprehensores ingrediuntur ad fruēdū,  
 una est, quāvis diuerlī modē se manifestet. Eadē profecto est sapientia, quæ ait: Ego sapie-  
 tia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Et illa, quæ dicit: Ego in altissi-  
 mis habito, & thronus meus in columna nubis. Quæ enim se testatur habitare in consili-  
 o, & eruditis interesse cogitationib. agnoscit, & à uiatoriibus contuetur per fidē, & gaudi-  
 statur in corde, ceterum quæ se perhibet in altissimis habitare, uidetur per speciem, &  
 aperta uisione conspicitur. Non est altera & altera, sed ipsa & eadem, aliter tamen se pe-

1. Tim. 6 D regrinantibus exhibit, & aliter regnatiibus propriam reuelat gloriā, iuxta uniusquisque  
 statum & captum se tribuens contemplandam. Quoniam uero ipsa (sicut ait Apost.)  
 habet immortalitatem, & lucē habitat inaccessibilem, ideo uiatoriibus, quibus inualida  
 ad cernendum lumen gloriæ ipsius est acies mentis, quæ utique in substantia sua candor  
 est lucis eterne, & speculum sine macula, splendor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis  
 ipsius patris, se præbet cognoscibile per creaturarum species, & per sacramenta scripturā  
 rarū, & per figurarū ænigmata, non sicuti est, sed quod est. Declarat autem Ioannes Apo-  
 stolus quando & à quibus uidebitur, sicuti est: Filii (inquit) Dei sumus, & nō dum appa-  
 ruit, quid erimus. Scimus quod quum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eū,  
 sicuti est. Apostolus uero Paulus tam peregrinantum quām triumphantum lucis hu-  
 ius uisionem notam facit, quum ait: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem  
 facie ad faciem: nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.  
 Prima quidem uisio præsentis temporis est, secunda futuri: prima communicatur in uia  
 tanquam donum & medium, quo pertingatur ad secundam, quæ promittitur in patria.  
 Sanè quæ dat in uia, nō palam exponitur, neque uniformiter prærogat, sicut solaris lux,

Laur. Iustin.

VV 3 quæ

qua misericorditer communis est bonis & malis, ita ad usum sicut ad usum, ita profecto lux, de qua sermo agitur, tatum impertitur electis, quatenus eadem pregeunte & comitante pertingant ad patriam, reprobis uero aliquibus praestat ad tempus, ne quaquam autem perseverat in finem, non ex defectu aut diminutione lucis, sed exigentibus demeritis eorum, quibus ipsa facit occasum. Stat namque ad cordis ostium parata ingredi, dummodo aperiatur ei. Nempe qui per deliberatum mentis consensum ipsius digni sunt contubernio, irradiantur splendore eius, & erudiuntur de multis & praecipue de se, plus tamen & minus iuxta beneplacitum illius, & suscipientiū dispositionē. Nam quamvis in se aeterno & ineffabili corusca sit lumine, & nullū sui pati ualeat detrimentū, aut uicissitudinis obumbrationē, diuersimode tamē, sicut practactum est, lucis suae radios manifestat. Qui busdam enim praebet notitiam de apertis, insinuans illis quod fallax sit mundi gloria, perniciosi honores, opes contemnenda, paruipendenda prosperitas, uita quod sit breuis, certa mors, & mortis hora incerta. In hoc utique lumine compellitur homo redire ad se, se etiam agnoscere, se corriger delinquentem, se exitui carnis propinquum humiliare, & se conditoris ac iudici suo cum cordis compunctione prosternere, atque abdicatis a se cunctis seculi huius illecebris diuino se perpetue mancipare obsequio. Aliquis uero de his, que latenti, & in diuinis sub uelamine litera sunt occultata eloquens, infundit lumen, quarum intelligentia humano nequit hauriri ingenio, nisi ille (qui habet clavem David, aperit & nemo claudit, claudit & nemo aperit) reseraverit, quemadmodum discipulis post resurrectionem in unum congregatis egisse legitur. Sic enim habes: Et aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Idem profecto est, qui docet hominem scientiam in momento, quum uult, & paruulis humilibus tribuit intellectum, reuelat mysteria, & sacra rum scripturarum pandit arcana, nec non producit ad lucem, quae mystici sermonis latent in uolucro. Per hos namque instruit plebem suam, daemonū manifestat laqueos, atque iuxta prophetarum testimonium, ambulantibus in regione umbræ mortis, ut gressus suos dirigant in uiam pacis, ostendit lumen. Non potest congruo explicari sermone, quanta documenta moralia, quot allegoriarum sensus, quam multa sacramenta caelestis patriæ, quae in uoluminib. sacris obiecta sunt, per sapientiam uerbi loquentis in humilium cordibus patefacta clarescant. De oraculis prophetarum quid memorem, quae plena sunt oculis, sacramenta grauida, figuris inuoluta, ac referta anigmatibus? Quae profecto una uersa ipsi Vates nisi diuino illustrati splendore dicere non ualuerint. Futura enim reuelante spiritu ueritatis tanquam praeterita intuentes, interdum etiam praeterita ac si praesentia recolentes ad eruditionem fidei, & ad corroborandos in spe pusillorum animos insinuare curarunt. Quodque est admiratione dignissimum, nonnulla eorum, quae narrat, & in superficie plana sunt ad intelligendum, & profundissimæ ueritatis in se continent lumina. Ex qua re paruuli historie lacte nutruntur, & intelligentes atque doctissimi nequeunt ad plenum spiritualem in eisdem latenter sensum elicere. Nec mirum. Non enim (ut ait apostolus Petrus) uoluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto illuminati locuti sunt sancti Dei homines. Quamobrem ex eorum dictis augetur fides, accrescit reuerentia, irradia ratio, nutritur mens, affectus accenditur, sacrorum eloquiorum clarescit autoritas, & humilitatis uirtus in sapientia luce perficitur. Sunt & alii fideles corde humiles, & huius aeterni luminis splendore perfusi, quamvis illiterati & rudes, qui bus omnipotentis Dei clemetia interdu secretorum caelestium praebet notitiam potius experientiae gustu, quam rationis indagine. His etenim nunc sub uelamine figurarum, nunc per internam cognitionem reuelat plurima sapientia suae occulta mysteria, partim ad aliorum utilitatem, partim ad recipientium consolationem atque profectum. Verbum hoc non latet omnino eos, qui orationis & contemplationis exercitio die noctuque intenti sunt. O quoties huiusmodi diuina se illis comunicante bonitate per excessum metis, & deuotionis abundantia eleuantur supra se, praeter corporalium sensuum usum, & in caelestium contemplationem rapuntur, atque in speculo fidei cum admiratione, exultatione, & gaudio considerant, ut possunt, caelestis regis potentiam, aeternitatem, bonitatem, & gloriam, regni magnitudinem, claritatem, pacem, regnantiū unitatem, mutuam communicationem, fruitionem & lucem. Sane sicut spirituali splendore, ita iubilatione in hoc arcano metis excessu repletur, qui tali gratuito digni effecti sunt dono, adeo ut minime se ualeat continere. Quamobrem

A obrem exultante spiritu secum promunt, & dicunt: Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum, concupiscit & deficit anima mea in atria domini. Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Psal. 83

De diuina uerbi generatione, & excellentia Dei & hominis Christi, quae humano ad plenum non potest explicari eloquio. Cap. XXIII.

**B** Visquis increatae lucis ad plenum conatur decorum naturalem promete, seu praeconia illius excelsa narrare, prorsus superuacue laborare conuincitur, ac si maris arenam dinumerare, uel aequoris undas in paruulo uasco concludere niteretur. Quum enim ambae res apud homines impossibilis esse uideatur (fas est dicere) facilius numeraretur arena, & maris undæ coarctarentur in vase, quam increatae lucis effetus, & laudes humana possent referari secundia. Limitato siquidem numero arena, termino quoque & mensura Deo notissima institutæ sunt aquæ. Diuina uero lux & sapientia Dei sine initio, absque ulla mensura, ac fine de paterno splendore summi conditoris est genita: de lumine lumen, & de Deo Deus, gigantescenti per omnia coequalis, in potestate, aeternitate, bonitate, & diuinitate. Vnde quemadmodum ille, qui genuit, est ineffabile bonum, inaccessible lumen, insuperabilis uirtus, incomprehensibilis maiestas, diuinitas summa, miranda aeternitas, ita & filius ab eodem genitus, qui ait: Ego & pater unus sumus, & qui uidet me, uidet & patrem. Nam ipse in patre, & pater in illo tanquam splendor in igne, & lumen in sole: quanquam longe incomparabilis & excellentius. In sola differunt persona, quia alia patris, & alia filij persona, & tamen amborum est una substantia, par gloria, equalis potestas, eademque essentia. Et licet pater a nullo, filius uero a patre sit genitus: non tamen anterior est pater filio tempore, nec autoritate maior, nec sapientia sublimior: quum in illa summa inenarrabili, & sempiterna generatione non sit motus temporis, sed incommutabilis aeternitatis permanentia, non sit majoritas uel minoritas: sed diuinitatis aequalitas, substantiae indentitas, potestatisque parilitas. Non cognitionis aut scientiae gradus, sed perfectissima notitia, una amborum sapientia: unum lumen, idem actus. Quod enim agit pater, operatur filius: & quod disponit filius, perficit pater, sicut filius inquit: Usquemodo pater meus operatur: & ego operor. Ioan. 5 Nā testante Apostolo: filius est Dei uirtus, & Dei sapientia. Quamobrem quemadmodum Deus pater absque uirtute & sapientia agere ualeat nihil, aequum & sine filio, qui est illi similis, & per omnia aequalis, prout Paulus perhibet dicens: Multifarie, multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime locutus est nobis in filio: quem constituit haeredem universorum, per quem fecit & secula: qui quum sit splendor gloriae, & figura substantiae eius, portansque omnia uerbo uirtutis suae, purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsum. Ex his declaratur filii preeminentia, in operando potentia, cum patre coeternitas, coequalitas, coessentia, quam proculdubio carnis non capit sensus, disertissima non exprimit lingua, non attingit humana ratio, nec ulla creata ualeat ad plenum percipere intelligentia, tametsi prout potest, totis uiribus illam conetur agnoscere, de ipsa loqui, & in C

D eadem in spiritu delectabiliter requiescere. Nā sibi ipsi illa summa & aeterna essentia est nota, capabilis, accessibilis, & reciproca: beata in se, de se, à nullo habens quod est: permanens in se non localiter, sed essentialiter: se comunicans sine diminutione, se diffundens sine dispersione, seque infundens sine contagione. Evidet totū quod dicitur de illa, quod cogitatur, quod agnoscat, est hausisse de tota maris latitudine, & profunditate parvissimam guttulam in comparatione sublimitatis, latitudinis, longitudinis, & profunditatis illius, quod prorsus est inscrutabile, atque immensum. Dignatione igitur sua inenarrabili, et bonitate sua sempiternaliter ueneranda, recolenda, atque miranda, quod est mortalibus inuisibile et incomprehensibile, fecit Deus pater ex parte esse uisible, atque intelligibile, quod uerbum, quod in principio erat apud patrem, caro factum est, et habitauit in nobis, sicut Propheta insinuat dicens: Hic est Deus noster, et non aetimabitur aliis ad eum. Psal. 134 Hic adiuuenit omnem uiam disciplinæ, et dedit illam Jacob pueru suo, et Israel dilectu Bar. 3'

E post haec in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est. Hoc idem Ioannes apostolus pronunciás ait: Quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod oculis perspeximus, et manus nostræ contraauerunt de uerbo uitæ, et uita manifestata est, et apparuit VV 4 nobis.

nobis. Erat siquidē in principio uita occulta in patre & lumine, postea uero ueniente ē. E  
poris plenitudine, per humanū reuelata est corpus, & in passibili est agnita carne, tāquā  
per lucernā lumen, & in speculo facies: factaq̄ est uisibilis, cognoscibilis & palpabilis.  
Nec aliunde clarus, nec in re aliqua manifestius percipitur ipsa uita ac increata sapien-  
tia, q̄ in ipso mysterio incarnati uerbi, & in persona eiusdē Dei ac hominis, atq̄ Dei &  
hominū mediatoris hominis Christi Iesu. In hanc quidē personam duæ conueniunt na-  
turæ, ambæ distinctæ, ambæq̄ perfectæ: una (uidelicet) diuina, altera humana. Diuina  
utiq̄ ex patre sine matre æternaliter genita: humana uero de matre sine patre in tempore  
nata sine cōmixtione uirili, & absq̄ colluione peccati. Vna quippe persona in duab.  
Col. 1 naturis plena Deo, plena gratia, plena muneribus. Audi Apostolū de his differētē: Gra-  
tias (inquit) agentes Deo patri, qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in re-  
gnū filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem in remissionē peccatorum,  
qui est imago Dei inuisibilis primogenitus omnis creaturæ: quia in ipso cōdita sunt om-  
nia, in cælo & in terra, uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue princi-  
patus, siue potestates omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & in  
ipso cōstant omnia: & ipse est caput corporis ecclesiae, qui est principiū, primogenitus  
ex mortuis, ut sit in omnib. ipse primatū tenens, qui in ipso cōplacuit omniē plenitudinē  
diuinitatis habitare corporaliter, & per eum reconciliari omnia in ipsum pacificans per  
sanguinē crucis eius, siue quæ in cælis, siue quæ in terris sunt. Quid (oro) excellētius de  
ipso Deo & homine Christo Iesu, aut quibus uerbis plenius, uel à quo efficacius profer-  
ri potuerunt hæc, quæ superius memorata sunt, q̄ ab apostolo Paulo, qui per reuelatio-  
nem habuerat, quæ prædicabat, & in quo ipsa Dei sapientia loquebatur: qui etiā usq; ad  
tertiū cælum raptus diuinā, sicuti est, contēplatus est essentiā, atq̄ arcana meruit audire  
uerba, quæ nemini loqui licet. Nullum profecto maius est testimonium ac credibilius,  
quā illius, qui ex certa sciētia fatur. Sanè dño nostro Iesu Christo testimoniuū perhibet  
Matt. 3 pater, cū dicit: Hic est filius meus, in quo mihi bene cōplacui, ipsum audite. Ipse quoq; si  
Ioan. 14 lius de se tā uerbo, q̄ opere, quis sit, fatetur dicens Philippo: Philippe quidet me, uidet &  
Ioan. 5 patrem meū. Non credis, quia ego in patre, & pater in me est: De operibus uero ludæis  
inquit: Opera quæ ego facio in nomine patris mei, ipsa testimonium perhibent de me.  
Quod si mihi nō creditis, operibus credite saltem. Spiritus aut sanctus domino Iesu tūc  
testimoniuū reddidit, cū eo baptizato in columbæ specie super illū descendit, & māsit. In  
die uero pētecostes palā in sono, in igne, & linguis apparens personam mediatoris Dei  
& hominū, mundo uniuerso indicauit. Ioannes dicens Baptista, testimonium Christo  
Ioa. 12 exoluens ait: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi, ipse est, de quo dicebam uo-  
bis: Qui post me uenit, ante me factus est, quia prior me erat: & qui misit me baptizare  
in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris sp̄ritum descendenter & manētem, ille est,  
qui baptizat in spiritu sancto. Et ego uidi, & testimonium perhibeo, quia hic est filius  
Dei. Ioannes postremo euāgelista, quid de ipso promat, audiamus: Et uerbum (inquit)  
caro factum est, & habitauit in nobis, & uidimus gloriā eius, gloriā quasi unigeniti à pa-  
tre, plenū gratiæ & ueritatis. Hæc pfecto memorata testimonia cōmendat personā Dei  
& hominis Christi, in qua naturæ erāt due, uerbi (uidelicet) & hominis, ita unitæ atq̄ in-  
dissolubiles, ut una nullatenus separari posset ab altera: & nihilominus sic distinctæ, ut  
uerbū operaret, qd uerbi est, & homo ageret, qd hominis erat, nec uerbū sine homine,  
neq̄ ficeret quicq̄ homo sine uerbo. Remaneretq̄ uerbū in sui natura impassibile, im-  
mortale & inuisibile, homo uero passibilis, mortalis atq̄ uisibilis. Cōmunicabat q̄p-  
se uerbū homini tanquā in supposito: ipsumq̄ replebat gratia, sapiētia, lumine & donis  
quantū possibile erat creature suscipere creatorē, quolibet eorū in propria persistētē na-  
tura, proprietate & actu. Totū enim se exinanuit uerbū, totū se infudit, quū hominem  
assumpsit, ut fieret Deus, effetq̄ Deus & homo unus Christus, una persona, unus Emma-  
nuel, unusq̄ Dei & hominū mediator incōfusus & inseparabilis: in quo pfecto copula  
ta sunt uerbū, anima & caro. De patre quidē sine initio uerbū est genitū: quēadmodum  
Pſal. 44 ipse pater per Prophetam ait: Eructauit cor meum uerbum bonū. Anima uero est crea-  
ta de nihilo passibilis, cōpatibilis, rationalis, immortalis, & ex uerbi unionē beata. De  
uirgine autem immaculata & sacratissima operante sp̄itu sancto, formata est caro in

A virum perfectum, passibilem, uisibilem, palpabilem & mortalem. In ea igitur parte, qua  
erat passibilis & mortalís, tanquam uerus homo est reclinatus in præsepio, pannis inuo-  
luts, lacte nutritus, materno fots in gremio, circuncisus in carne, præsentatus in tem-  
plo. Simeonis exceptus in ulnas, fugatus in Agyptum, parentibus subiectus, baptiza-  
tus à Ioanne, à diabolo tentatus, quadragenario ieiunio confessus: esuriem, sitim, laffit-  
tudinem passus: à discipulo traditus, colaphizatus à Iudæis, consputus in facie, flagellis  
cæsus, spinis coronatus, illusus & afflictus, extensus in cruce, clavis confixus, acero &  
felle potatus, damnatus cum impijs, lancea perforatus, atq̄ effectus exanimis in sepul-  
cro est conditus. Hæc Propheta contemplatus in sp̄itu, tanquam præterita propheti-  
co more futura narrans ipsum esse passurum, inquit: Ascendet sicut uirgultum corām  
eo, & sicut radix de terra sitient, & non erat ei species, neque decor: & uidimus eum,  
& non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum nouissimum uirorum, & uirum  
dolorum, & scientem infirmitates: & quasi absconditus uultus eius, & despectus, un-  
de nec reputauimus eum: uerè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse  
portauit: & nos reputauimus eum tanquam leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum:  
ipse autem uulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter sce-  
lera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus: oblatus est,  
quia ipse uoluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi co-  
ram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum, de angustia & de iudicio sublatus  
est: generationem eius quis enarrabit: quoniam ablatus est de terra uiuentium & Pro-  
pter scelus populi mei percussi eum, & dabit impios pro sepultura, & divites pro mor-  
te sua, eo quod iniquitatem non fecerit, nec dolus fuerit in ore eius. Et dominus uoluit  
conterere eum in infirmitate pro eo, quod tradidit in mortem animam suam, & cum sce-  
leratis reputatus est. Et ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus exorauit.  
In hoc (inquam) humano corpore, quod uisibiliter apparebat, & per illud uerbum sem-  
piternum, quod latebat in carne, dedit uirtutibus formam, uiuendi modum, uitæ ordi-  
nem, moribus disciplinam. Docuit profecto quid ab hominibus amandum, quid timē-  
dum: quid imitandum, quid fugiendum, quid querendum, quidue sit cōtemnendum.  
Nihil quippe humanæ salutis est necessarium, quod non in Christi humanitate resplen-  
deat. Quamobrem quicunque uult instrui, qui perficere concupiscit, qui desiderat sci-  
re, quæ sit uoluntas Dei bona, beneplacens, atque perfecta, intelligat doctrinam Chri-  
sti, & in ipsius humanitatis intueatur speculo se, illi conformis fiat: & prorsus nec er-  
rare, neque perire ualebit. Institutiō namq; est lex uitæ, & omnis uirtutis ac religionis  
exemplar ab uniuersis mortalib. imitabile: quēadmodum dñs Moysi in persona omniū  
mandauit dicens: Omnia facito secundū exemplar, quod tibi ostēdi in monte. Non solū ab  
ipsa uisibili corporis forma, de moralib. imbuimur disciplinis, uerū etiam de ijs, que per-  
tinēt ad fidei rudimenta, ad diuinitatis cultū, ad perfectionis celsitudinē, & ad uitæ æter-  
næ meritū. Erat siquidē illa humana species, & forma tractabilis, instrumentū inuisibile  
& rationalis sp̄ritus, qui ipsam uiuificabat, informabat, dirigebat. Proinde non ualebat  
D agere, uel loqui, nisi imperante & mouēte sp̄itu, qui principiabat in illa, ipse uero sp̄iri-  
tus obtēperabat uerbo: q̄ cū unigenitus erat à suā creationis immediato initio, & à quo  
omni fuerat repletus gratia, uniuersaq; sapiētia decoratus, & uirtutib. ornatus. Ex suarū  
quippe abundātia gratiarū in corpus suū mysticū, qd est ecclesia, & in membris sibi per-  
charitatis uinculis coherentib. spiritualiū charismatū stillicidia infundebat, sicut & nūc  
unicuiq; eorum iuxta mensuram donationis ipsius tribuēs gratuita dona ad utilitatem  
non tantum recipientiū, sed etiam membrorū participantiū pro gloria Dei, & ornamē-  
to, ac cōsummatione corporis sui, quod est prædestinatū ecclesia. Nam idem sp̄ritus,  
qui ex mera gratia nullisq; in eo præcedentib. meritis, gratiā singularis personæ capitīs,  
& unionis perceperat à uerbo, cui unitus erat, ut Deū glorificaret in assumpto homine,  
de collatis beneficijs gratus existeret, corpusq; suum ad cælos prouehendo ascenderet.  
Hinc est, q̄ tantā dilectionē, & totā præclarissima charitatis indicia insinuauit hominib.  
ipsorū anhelando salutē, & sibi prærogata dona, ac merita per seipsum acquisita, cū eis-  
dem cōmunicando, necnon diuinæ uisionis gloriā, qua ipse iucundissime fruebatur in  
uerbo, liberalissime promittebat. Fouebat siquidē corpus suū mysticū, infirmatib. eō  
patiebatur

patiebatur membris, dispersa colligebat in gremiu[m], iacentia erigebat ad gratiam, mortificatorum lugebat exitia, & mala perferentium sustinebat incomoda tanquam pia mater, uerus sp[iritu]s redemptor praeceps, diligenterissimus mediator, gloriosusque comprehensor. In uerbo namque uidebat omnia, agnoscebat singula, secundum unum effectum esse cum illo humillime gaudebat. Gaudebat, inquit, quoniam in corpore esset passibili in ea parte superiori, in qua uiget intellectus, ratio dominatur: quemadmodum & nunc cum omni mortalitate consumpta in dextera Dei patris sedet uniuersa corruptione deuicta. Non enim post ascensionem est auctus in gloria, quippe quum reuelata illi deitatis essentia, ueluti comprehensor perfectus esset, etiam in carne passibili ex ipsis uisione beatus, hoc excepto: quod corpus illud & idem spiritus in ea parte, qua poterat pati, omnino impassibilis est effectus. Per resurrectionis itaque gloriam cuncta rationalis spiritus passibilitate detersa assumpsit corpus incorruptibile, spirituale, gloriosum & impassibile. Prærogata denique est illi assumpto homini iudicaria autoritas, atque creaturarum omnium plena potestas, quemadmodum ipse testatur: Data est (inquit) mihi omnis potestas in celo & in terra. Ex his ergo universis evidentissime colligitur, quantas homo idem dominus noster Christus Iesus in unitate personæ à uerbo assumptus assumenti Deo laudes & benedictiones exoluat, quantum honorem & affectum exhibeat, uel quas gratiarum ineffabiles, ignitas, immensas, humillimasque referat actiones, quum se in diuinitatis uideat throno residere, cunctis praesente angelis & archangelis, atque ab eisdem officiosissime adorari, uenerari & coli: nec non ex ipsis donorum plenitudine spiritus singulorum participare beatorum. Pro huiusmodi beneficijs & alijs quamplurimis, quæ humanus intellectus etiam lumine gloria perfusus non ualeat attingere, uerum neque archangelorum quisquam ad plenum: sed solum Deo & ipsis sunt nota, quanta sit idem homo humilitatis perfectione præditus, quam humillime Deo sit reuerentia timore subiectus, implicite ac sub nube aliquid modicum ratione percipitur. Quemadmodum enim præ ceteris creaturis est donis locupletior, sapientia clarior, felicitate sublimior, & Deo propinquior, in cuius utique lumine optime se cognoscit esse, quod est: ita est in humilitate excellior. Quem profecto humilitas (ut saepe dictum est) in uera sui cognitione subsistit.

*Qualis sit elationis fructus. Et quanta humilitatis sanctæ, tam in presenti, quam in futuro  
sit merces.*

*Cap. XXIII.*

*Luc. 14*

*Pro. 16*

*Esa. 14*

*Psal. 35*

*Luc. 1*

*Luc. 14*



Vmilitatis magister ceterarumque virtutum perfectissimus insinuator & autor dominus noster Iesus Christus, fideles quosque ad detestationem elationis, quæ omnium uitiorum est nutrimentum & caput, atque humilitatis sanctæ ad secundum uestigia instruere uolens, utrarumque elationis (uidelicet) & humilitatis fructum manifestare curauit & meritum dicens: Qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Vis scire se extollentium qualis sit fructus? Ante ruinam (ait Sapiens) exaltatur cor. Superbiae quippe fructus est casus. Prophetam audi, quid de superbientis Luciferi commemoret lapsu: Quomodo cecidisti de celo Lucifer, qui mane oriebaris: corruisti in terram qui vulnerabas gentes, qui dicebas in corde tuo: In celum descendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedeo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Non ob aliud idem angelus profugus cum ihesu qui adhæserunt illi, de proprijs expulsi sunt sedibus, nisi quia se temerarie extulerunt, & aduersus conditorem suum superbiam leuauere calcaneum. Horum casum Propheta considerans tremefactus & humiliatus dominum deprecatur inquiens: Non ueniat mihi pes superbiam, & manus peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt, qui operantur iniuritatem, expulsi sunt, nec potuerunt stare. Hoc ipsum notificare uoluit. Dei humiliata ancilla & mater, quum ait in cantico: Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Veridica igitur est saluatoris nostri sententia, qua dicitur: Qui se exaltat, humiliabitur. Ceterum hoc non repugnat à uero, quamuis multi & penè innumerū uideantur elati & superbii ad tempus florere in seculo, dignitatibus & honoribus sublimari. Non ualeat mentiri ueritas, neque aliter fieri potest, quam quod ipsa testatur. Non enim ait: qui se exaltat, humiliatur, quod est præsentis temporis: sed humiliabit, quod est futuri, quamquā ipsa exaltatio momētanea sit: humiliatio maxima, quæ efficiet ho-

A ab hominib[us] carnalib[us] sic minime esse iudicet, patet tamē Deo, à cuius cōspectu omnis arrogās repellitur, & in proprio superbiae fœtore iacet prostratus & sordidus. Hęc profecto humiliatio eo deterior, atq[ue] insanabilior esse cognoscitur, quo est occultior, & illū latet, qui humiliationis illius fasce deprimitur. Nā ignotus lāguor etiam insanabilis esse cōuincit. Quāobrem sicut qui se exaltat inaniter, & in præfenti (quēadmodum dictū est) & in futuro humiliabitur: ita ecōtrario iuxta domini pollicitationē, qui se humiliat, exaltabit. & quale nāque opus pari statera p[ro]satur. Audeo autē dicere, q[uod] diuina clemētia prior est ad ignoscendū, q[uod] ad puniendū, dīcete Prophetā: Quoniā ira in indignatione eius, & uita in uolūtate eius. Nēpe naturale & propriū Dei (sacro testāte eloquio) est misereri semper & parcere: necnon misericordia eius iudicij superexaltat, atq[ue] excedit. Hinc est, q[uod] ipse affluētius humiliiter poscētibus largitur dona, q[uod] delinquētibus supplicia irroget. Testimoniu[m] scripturarū sacrarū audi: Quoties peccator ingemuerit (inquit dominus per Prophetā) nō recordabor amplius iniquitatū suarū, & ueritas ipsa in Euangelio: Petite (ait) & accipietis, quārūte, & inuenietis, & pulsanti aperiet. Prophetā quoque dñi miserationes propalare uolēs, ait: Vulgo dīcit, si dimiserit uir uxore suā, & redēs ab ea duxerit uirū alterū, nunquid reuertetur ad eā ultra? nūquid non polluta & contaminata erit mulier illa? Tu autē fornicata es cū amatoribus multis, tamen reuertere ad me (dicit dominus) & ego suscipiam te. Per Prophetam etiam alium hoc idē ipse dominus indicat dicens: Nunquid voluntatis meæ est mors impij, & nō magis ut cōuertatur & uiuat? Ex his & alijs q[uod] plurimis diuinorū eloquiorū testimonij, & autoritatib[us] colligitur paratorē esse Deum ad indulgendū, q[uod] ad errata puniendum, atq[ue] liberaliorem ad beneficia conferendum, quād ad illa tenaciter retinendum. Latentur itaque māsuēti moribus & corde humiles, necnon in domino absq[ue] dubietate confidat: quoniā non solum in futuro exaltabuntur ab uniuersorū cōditore & principe, ueruetiam impræsentia rum, nō temporali exaltatione aut honore uisibili, sed spirituali & intrinsecō, qui est securior, delectabili, locupletior, quietior, ac diuturnior. Nā exaltatio apparet & momentaneus honor, qui bonis & malis ualeat esse cōmunis, quis potest explicare sermonem, quātis sit solitudinib[us] circūseptus, superfluis agitatus curis, periculis inuolutus, oneratusque peccatis: Internus uero ab omnib[us] cōtradictionib[us], quæ memoratæ sunt, prorsus est liber. Nā humiliū honor & eorūdem exaltatio est gratiarū cumulus, additamentum donorū, cōscientiæ pax, cognitionis lumen, exultatio spiritualis, orationis munditia, reūtitudo mēritis, fidei cōstantia, cōpassionis affectus, cōpunctionis studiū, spei robur, charitatis incēdium, internorum gustus, proficiendi desideriū, uittū sitis, & futurorū premiorum expectatio certa. Hī proculdubio sunt imprædabiles humilium thesauri, preciosissimæ gēmæ, indeficiētes diuinitatē, honores sublimes, præclarissimæ dignitates, arca næ deliciæ, spōsi munera, ornamēta nuptialia, & spiritualia spōsi cellaria: in quæ nō intrat superbi, desides nō admittuntur, nō ingrediuntur immūdi. Sanè per hęc tanquam per spirituales ianuas spōsus accedit intro ad spōsam, ipsam instruit, illiq[ue] cōmunicat præsentiam suā, nō per corporalē speciē, neque sicuti est, sed per lumen fidei, per irradiationē intellectus, per deuotionis gustū, per exultationis iubiliū, per amoris tripudiū, p[ro] pacis osculum, per dilectionis amplexū. Tunc quidē propter ipsis spōsi præsentia illuc nō appropiat aduersarius, nec miscetur extraneus: quoniā multorū uallata est mens excubij angelorū. Tunc, inquit, humiliū anima effecta est Dei tēplum, sedes sapientiæ, thronus uerbi, paracleti domus, thalamus nuptialis, arca foederis, propitiatorium deauratum, tabernaculum sanctitatis, locus requietionis, paradisus deliciarum, conclusus hortus, fons signatus, terrenum celum, habitatio cōstellatis. Mirātur equidem ipsis beatorū sp̄iritus dignationem Dei sponsi que dilectionē: qui ob sponsæ consolationē exuto diuinitatis candore, & exinanita (ut sic dīcā) sempiterna uerbi gloria se in fragili uasco habitare inclinat, non ut rex potēs: nec sicut uniuersorū dominus, neque tanquam uiuorū & mortuorum iudex, sed ueluti cū infirma infirmus, cū parua minimus, humiliatus cū abiecta, & cum pauperrima egenus. Enī (aiunt mutuo) quæ disparilitas haec Dei (uidelicet) & hominis, creatoris & creature, domini & ancillæ, diei & noctis, sapientiæ & ignorantia, uerbi & animæ. Supereminet prorsus ista spiritualis copula humanū intelligere, propriū uelle, sociale uiuere. Nam munus est cælestē, gratia redemptoris, benevolentia sponsi, amoris præroga-

prærogativa, & præcipua charitatis priuilegium singulare: quod quidem prestatur humilis corde, se in ueritate agnoscētibus, se contemnētibus, & qui tanquam insfructuosa arbores, mancipia uilissima, uasa inutilia, cadauera fœtida se esse arbitrātur. Hęc proculdubio anima, ad quam tam officiose, tam humiliter, & tam delectabiliter noster ingressus est dominus, nisi esset humilitatis uirtute decorata, puritatis nitore uestita, cælestium desideriorum flammis accensa, orationis assiduitate corusca, & erga suę mentis custodiam indeficierent intenta, nequaquam spirituali & arcane uerbi digna esset coniubio: quod utiq; donum non prærogatur omnibus ipsi uerbo famulantibus, non multis, sed rarissimis: quemadmodum in Canticorū Canticis sponsi uoce perhibetur: Sexaginta (inquit) sunt reginæ, octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus: una est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitricis suę: uiderunt eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. Vna dicitur esse columba, tum propter paucitatem animarum ad hunc pertingentium statum, tum quia talis anima sicut unice diligit: ita à spōso unice diligitur. Quamobrem illum audit sese introrsus uocat̄em: Surge propera amica mea, formosa mea, columba mea in foraminibus petræ, & in cauerna maceriar̄: sonet uox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Ipsa uero allocutione illius effecta languida p̄r amore dicit: Animæ mea liquefacta est, ut dilectus locutus est: fasciculus myrræ dilectus meus mihi inter ubera mea commorabitur: botrus cyperi dilectus meus in vineis Engaddi. Sponsor autem sponsæ laudes ingeminans, ut per amplius dilectionis flamma succendat, ait: Fauus distillans labia tua soror mea sponsa, mel & lac sub lingua tua, & odor uestimentorum tuorum super omnia aromata: hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuę paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Et illa dulcedine plena non capiens, inquit: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus: teneo illum, nec dimittam. Sanè in hoc contubernio castissimi amoris sponsi & sponsæ, non nisi mutuae proferuntur colloquia charitatis, dilectionis carmina, præludia sanctitatis, quæ humana non consuevit auris audire, oculus uidere sublimum, nec in cor carnaliter sapientis ascendere. Humiliū sunt quippe deliciæ, absconditum manna, mel in fauo, & cum lacte uinum mixtum: quo hausto lætificantur corda sumentium, & interna deuotione recreantur: quatenus eisdem tolerabiles huius peregrinationis labores fiant. Facile namq; in uia desicerent, si nō spirituali interdum reficerentur pabulo, lacte nutrimentur, roborarentur uisitatione, erudirentur alloquio, & delectabili reciprocí amoris uinculo tenerentur. Ceterum pro augmento fidei, pro spei ampliori capienda fiducia, pro charitatis reliquarumq; sustentatione uirtutum, o quām saepē huiusmodi rapiuntur supra se, & introducuntur per excessum mentis in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domum Dei, ut & intellec̄tu percipiāt, & degustent affectu, quām magna sit multitudo dulcedinis domini, quæ abscondita est elatis, & seruiliter meuentibus, atq; promissa sperantibus in eum, humiliis perseverantibus, & Deum puro corde diligentibus. Hęc siquidem est hereditas filiorum, quæ certantibus in hac lachrymarum ualle in cælo tribuitur post triumphum, ubi reuelata facie Dei gloria contemplatur: quod profecto est summum bonum, gaudium sempiternū, inenarrabilis lætitia, perfecta satietas, imperturbabilis pax, uera libertas, secura fruitio, refectione indeficiens, actualis iubilus, & interminabilis laudatio, quām non intermittit casus, non tollit inimicus, nec alternat tempus, neq; adimit actus: quoniam firma, stabilis & æterna est. Nam quicunq; gloriæ illius effectus est particeps, non habet quod metuat, unde doleat, de quo dubitet, & ultra quod speret: quoniam semper fruitur præsentia illius, quem laudat, quem diligit, quem colit, quem amplectitur, quem cognoscit. Nempe eius cognitione uita æterna est, amplexus illius beatitudo maxima: ipsius dilectio delectatio summa, eius laudatio ineffabile gaudium, atq; præsentia ipsius cunctorum bonorum firma possessio. Ad hanc quisquis introducitur, ingreditur in pasqua uirētia, quæ non marcescunt, in delicias suaues, quæ nunquam deficiunt, in sapientiæ thesauros: qui non depereunt, in ueritatis splendores, qui nequaquam obnubilantur, in regionem uiuorum Deum incessabiliter laudatiū, in ciuitatem Hierusalem æterni solis illustratione præfulgidam, & in sanctam Sion mille milium angelorum agminibus decoratam: hecno sanctorum omniū.

A omnium choris decenter ornatam: qui uniuersi unā uoce, pari modulatione, intentione consimili Deum ignito affectu, quantum ualent, laudant, dicentes: Benedictio, clari-tas, & sapientia; & gratiarum actio, honor, uirtus & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, amen. Coronas suas singuli submittentes ante ipsius maiestatis perpetuum thronum. Id etenim, quod honoris, quod uenerationis, quod laudis offerunt conditoris, plenum est charitate, humilitate subnixum, admiratione permixtum, satietate perfusum, & fruitionis audiitate feruidum. Bibunt quippe & sitiunt, saturantur, & esuriunt, superabundant, & repleti concupiscunt. De ubertate siquidem uoluptatis æternæ inebriantur delectabiliter, sapienter & sobrie haurientes de uitæ fonte diuinæ dulcedinis potum, & de lumine beatificæ uisionis inextinguibile lumen: quemadmodum Propheta commemorans confitetur domino: Inebriabuntur (inquit) ab ubertate domus Psal. 35 tuæ, & torre uoluptatis tuæ potabis eos: quoniam apud te est fons uitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. O beata ebrietas sobrietate referta, quæ pro sui exuberatione & stuſumentem eleuat in Deum: & coniungit Deo, ut fiant unum in idipsum. O fons uitæ, qui apud Deum esse denunciatur: de quo utique uniuersi, qui in cælesti sunt prædestinati cōuiuio: absque ulla ipsius fontis diminutione percipiunt ad satietatem beatam atq; perfectam. Hunc enim fontem idem Propheta ardenter cupiebat, quum dice-ret: Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei: Expressius autem qualis iste sit fons, sapiens indicauit, quando ait: Fons sapientiæ uerbū Dei in excelsis. De hoc uero uerbo Ioannes euangelista testatur: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ab igitur tanto cum desiderio de ipso uerbi fonte Propheta inebriari poscebat. Sciebat nāque ultra sitire non posse, quisquis ex illo uitæ fonte potaret: sed neque ambulare in te-nebris, qui in uerbi splendore aspiceret lumen. Quamobrem in Canticorum Canticis sponsa eodem spiritu, quo Propheta repleta ait: Indica mihi, quem diligit anima mea: ubi pascas, ubi cubes in meridie. Meridies iste est manifesta uisio, & diuinæ essentiæ aperita cognitione: quæ (perhibet domino) est electorum perpetua merces. Hęc est (inquit dominus & redemptor noster) uita æterna, ut cognoscāt te solum Deum, & quem misisti, Iesum Christum. In hoc meridie cognoscitur in uerbo pater, in genitore filius, & ab utroq; emanatio, processio, & amplexus, in tribus (uidelicet) personis una substantia, una deitas, par gloria, æqualis potestas, & indiuisibilis unitas pater, uerbum, & spiritus sanctus: unus Deus sine initio, æternus, immensus, beatus. Hanc quippe cognitionem summam & indiuiduæ trinitatis & unitatis pollicitus est electoribus suis: qui non ex necessitate, neq; coacte: sed scienter, uoluntarie, & cum charitate se agnoscendo humiliant. Sic enim ait: Qui autem se humiliat, exaltabitur. Utq; in regno cælorum eo aliatus, eoq; glorioius: quo se cognouerint uerius, purius humiliauerint, abiecerint amplius. Audiant humiles, corde percipient, & exultent in spiritu: quum intelligunt quām præcelsa, & quām maxima præmia in futuro illis repromissa sunt seculo: si tamen in inchoato perstiterint opere. Studeant quotidie in hac humilitatis uirtute proficere ipsum, imitantes regem, qui abiecit onere carnalium, & regalium indumentorum, coram domini arca nudatus, exiliens & exultans uxori sibi obijcenti respondit: Lūdam & uisitiam coram domino: qui elegit me potius, quām domum patris tui. Prouocentur denique pro exemplis, pro beneficijs animentur, & pro muneribus trahantur. Sanè innumerebilia penè sunt exempla sanctorum, qui uerbo uirtutem hanc commendauerunt, & opere: horum namque primus & singularis est Christus, qui deposito diademate regio, atq; maiestate exinanita diuina, sub seruili forma, ac natura mortali in omnibus, quæ egit & docuit, perfectæ humilitatis exhibuit regulam, disciplinam præbuit, & exempla monstrauit: ita ut nullus repertus sit illo humilior, māsuetior moribus, ad perferendum contumelias, & opprobria promptior: necnon ad contemptum mundi, & sui ardētiō. Quamobrem sicut se humiliando, ac despiciendo superauit incomparabiliter uniueros: æquæ honoris, sublimitatis & gloriae super omne nomen illi donatum est nōmē, cui cælestium, terrestrium & infernorū humiliiter flectitur omne genu. Porro quod dignitas, quod exaltationis, quod prēmij præcessit in capite iuxta cuiusque humilitatis & charitatis Laur. Justin.



charitatis mensuram cæteris sequetur in membris. Perseuerantes namq; in unitate corporis pariter, cum corpore exaltabuntur in capite. Quum corpus ipsum in suis perfecte fuerit membris: tunc cum capite & sponso suo glorificata ecclesia, atq; sine macula & ruga effecta introibit in nuptiale thalamum: & in cælestis regni mansionem clarissimam, æterni solis illustratam splendoribus: necnon angelorum agminibus decentissime perornatam, quatenus agnoscat, quanta sit gloria, & quam Dei & sponsi sui sit tremenda, honoranda, atque laudanda maiestas, quæ illam tam sacro sancto dignam fecit esse connubio: per quod cum sponso unum facta est corpus, & caro una, sicut primus homo testatus est. Nā quum de una ex costis ipsius Deus mulierem plasmasset: illamq; eidem, ut nomen imponeret, obtulisset, ait: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea: quamobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhæredit uxori, & erunt duo in carne una. Quod Paulus declarans quid significet, inquit: Sacramētum hoc magnum est, ego dico inter Christum & ecclesiam. Innuit enim Apostolus Christum & ecclesiam cooperante fide, & mediantibus sacramētis ab ipso mediatore institutis, unum corpus mysticum factum, & carnem unam: tum propter duarum naturarum, diuinæ (ui delicit) & humanæ indiuisibilem copulam: tum propter redēptionem per sanguinis effusionem in cruce consummatam, ipso pendente exanimō: ex cuius latere tanquam dormiente Adam, sanguinis & aquæ sacramenta fluxerunt. Hæc siquidem sacramentalē unionem atq; glorificationem Christi & ecclesiæ post modicū futuram idem redēptor passioni proximus patrem alloquens insinuavit dicens: Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut & nos unum sumus: ego in me, ut sint cōsummati in unum. Hæc utiq; clarificatio, quam dominus Iesu sua faretur dedisse ecclesiæ, inchoatur in hac peregrinatione per fidem in iustificatis credentiū cordibus, augētur uero in membris singulis post consummatum huius uitæ agonem: quum defæcata omnilabe peccati beatorum cœtibus inferuntur: perficietur autem in toto, quum in resurrectione futura ecclesia mater & sponsa, absq; ulla macula, tota formosa: & iucunda, atq; in suis filiis perfecta sponso suo Christo associabitur: ut sit caput & corpus unum in idipsum plenum decore, immortalitate uestitum, claritate præfulgidum, fruitione beatum, confirmatum in gloria, in charitate, in ueritate, in æternitate, in pace, in laude, in exultatione, in admiratione, in gratiarum actione, in lumine, in quo quisq; Deum quo agnoscit uerius, eo intelligit clarius, se nihil esse ex se, sed ab eo, & in eo esse, qui est omnia in omnibus, & in singulis totus Deus & uniuersorū dominus, qui est uita perennis, indeficiens lux, incōmutabile bonum, uirtus insuperabilis, præclarissima sapientia, cōmunicabilis bonitas, ueritas infallibilis, superamabilis charitas, qui gratuīta dilectione humilium uota respicit: deprecationes exaudit, inhabitat corda, labores pensat, & coronat merita, pro eisdem interpellante ecclesiæ sponso, humilitatis præceptore, & humilium gloria Iesu Christo domino nostro, qui cum patre & spiritu sancto uiuit, & regnat Deus in secula seculorum. Amen.

## DIVI LAURENTII IVSTINIANI VENETIARVM PROTOPATRIARCHÆ IN OPVS CVI TITULUS DE PERFECTIONIS GRADIBVS,

### PROOEMIVM.



Ationalis creaturæ (uidelicet) hominis, hoc à uere intelligentibus noscitur esse propriū, ut semper proficere appetat, & nunquam ab inquisitione torpescat. Dicitur em̄ ad huiusmodi proficiēdi solicitudinē naturali impulsu, quo mediāte pertingat ad sui cognitionem finis, atq; in eodem delectabiliter conquiescat. Ad hoc namq; ipse homo est conditus, ut postora semper obtinere cōcupiscēs, perueniat quandoq; ad id, quo nihil est melius, quod est ipse Deus: in hac quidem peregrinatione per fidem, & in futura uita per speciem. Propterea quādū hoc mortali & corruptibili est constitutus in corpore, nequaquam ocio debet torpere damnabili, aut tabescere mentis inertia: sed sine intermissione iuxta fragilitatis humanae uirtutem operi intendere: non qualicunq;, sed

A sed necessario, congruo, atq; proficuo: interdum corpore, prout negotiū opportunitas exigit, exposcit: qualitas, requirit tēpus: semper uero mente, nunc intētione recta, nunc cogitatione sancta, nunc affectione interueniente ignita. His quippe medijs laudabile quodcunq; ac gratissimum Deo perficitur opus. Nam actio, quæ per corpus fit, nisi memoratis, seu quibusdā eorum agatur medijs, quāuis mortalium approbatetur iudicio, parum aut nihil prodest. Nam quemadmodum arbor si uirescat folijs, flores redoleat, siue immaturis fructibus, & amena in se esse videatur: radicem uero uegetatem minime habeat, infruetiosa esse cēsenda est: ita & opus quodlibet si interna uirtutis ac charitatis directione informatum non est, æternæ uitæ prolsu merito caret. Nempe in corde uerae uirtutis formatur habitus, præuia nihilominus intentione, cogitatione & affectione laudabili, cooperante pariter charitate: quæ est donum Dei, uirtutum forma, norma iustitiae, laborum merces, mentium decor, aduersa tolerantium robur, pefectiuationis huius solatium, atq; in bono perseuerantium palma. Tolle hæc, & nulla est uirtus:

B Non prodest martyrium, non fides, etiam si montes transferat, nō omnium erogatio facultatum: non postremo absq; ipsa prometur apud Deum laudem prophetia atq; cælestium secretorum scientia. Cæterum si adsit charitas, efficit cor mundum, conscientiam bonam, rectam intentionem, cogitationem disciplinatam, & affectum pium. Hæc quippe omnia aguntur intus in mente, sectatore Deo, erudiente sapientia, conscientia iudicante, & dirigente prudentia. Evidēt ex his quæ memorata sunt, uerū esse colliguntur, quod per Prophetā de anima ecclesiastica proficiendi amore succensa prohibetur. Omnis (inquit) gloria eius filiæ regis ab intus. Foris namq; uirtutis imago cernitur humanae sensibus nota: intus uero habitus uirtutum, charitatis incendium, & perfectionis disciplina seruatur. Quamobrem quisquis in spirituali exercitio cupit perfectionis culmen attingere, iuxta Prophetā admonitionem, ascensionis sibi in corde spirituales cōponat gradus, per quos de uirtute proficiens in uirtutem ipsum Deum ex parte comprehendere ualeat, à quo plenissime comprehensus est. Id autem nequaquam uiribus proprijs agere se posse arbitretur. In illo fiduciæ suæ iactet cogitatum, qui docet hominem scientiam, dat intellectum parvulū, præstat inuocantibus se auxilium, certantibus tribuit fortitudinem, & perseuerantibus gloriæ brauium pollicetur. Hi siquidem spirituales acessionis uirtutum gradus, quoniam nequaquam noti sunt omnibus, illos distinguere atq; ordinare curabo, non ut per eosdem ad perfectionis alta peruererim: quippe quū sim delictorum grauatus oneribus, peccandi compedibus alligatus, ignorantia obuolutus, tenebris, & plurimorum defectuum consuetudine depresso: sed ut iustitiae semitas alijs insinuando, ex aliorum profectibus gratiam merear obtinere à domino: nectione fedite & ego ualeam ad me, ac in conscientiae speculo deformitatē meam agnoscere: errata corrige, & erubescere de me: qui non sum talis, qualis esse deberem, qualemq; me esse arbitrantur, qui secundum faciem hominum merita metiuntur: quum solius Dei sit primum cordium secretū rimari, atq; arcana discutere, ex quibus mors & uita prodire noscuntur. Hoc utiq; opus, quod inchoare proposui, omnes meas supergreditur uires, sufficiantiamq; paruitatis meæ prolsus exceedit. Quamobrem ad te o sapientiae fontem, &

C Dei uerbū, quod in paterno diuinæ maiestatis lumine habitare illocaliter crederis, mentis attollo aciem, preces offero, ac recte loquendi, & de tua bonitate pie sentiendi flagito gratiam, quatenus nihil obliquum, nihilq; quod sempiternæ tuæ ueritati sit auersum proferam inconsultum. Hoc profecto peragere ualebo, si tuæ splendore sapientiae irradiaueris me, & dignum me feceris consortio spirituali gratuito atq; diuino. Nam absq; te, nec initiatur, neq; incepit laudabiliter perficitur opus. Aggregat igitur tuo fratre auxilio propalare mediante calamo, quod corde te aspirante concepi. Tu uero domine esto dux uerbi, sermonis autor, & scientiae largitor præsidendo in me, meq; amabiliter collocando in te, quatenus te per gratiam tuam habitante in me, & loquente per me glorificeris à te: hoc intuti & utilissimo mediante instrumento, quod prolsus nihil commendatione dignum agere potest ex se, nisi moueatur à te, qui quemadmo-

Psal. 44  
dutu bonorum omnium es origo & causa: ita omnis  
tibi honor debetur &  
gloria.  
Laur. Justin.

QVO LVMINE MENTIS OCVLI IRRADIANDI SVNT,  
ne obdormiant in morte peccati. Cap. I.



Psal. 12

Ropheo sanctus David gratia Dei afflatus, tam in persona sui, quam etiam omnium à Deo in hac misericordia ualle peregrinantium, in oratione positus, clamat & dicit: Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, præualui aduersus eū, Illumina (inquit) ô domine Deus meus, non lucernarū aut stellarū, uel solis lumine, sed ueritatis ac sapietie tue splendore oculos meos, nō carnis, sed mētis & rationis, ne unq̄ obdormiā in morte. Nouerat idē uates hoc uisibile lumen, quod patet iumētis, cæli uolatilib. uniuersisq̄ mortalib. nō esse plurimū appetendū ab īs, qui abhorret obdormire in morte: quippe quū p̄ ipsum minime somnus mortis corporalis ualeat euitari. Nā nec morte, neq̄ uitā lux ita corporalis & uisibilis afferre potest. Intelligebat idem Propheta aliā esse lucē incōprehensibiliter hac clariorē, ac utiliore: quā quāuis, quantū in ipsa est, omnē hominē in hūc mundū uenītē illuminet, paucis tamē esse prærogatā. Hāc siquidē diligebat, hāc totis uiscerib. sibi dari à dñō orādo poscebat, sciens q̄ ad eandā cōsequendā suis ipse nequaquā uirib. sufficiebat. Flagitabat autē eam à domino, à quo omnis est sapietia: etiā ante æuum, nō ut sapiēs uideretur ab hominibus: sed ne peccati obdormiret in morte, & delictorū detineretur in laqueis, atq̄ in eisdē uitæ suæ terminū consummaret. Quod quidē sapientiæ luce parentibus (ut plurimū) euenire cōtingit. Ipsi enim mente cæci, captiuū uitiorū, & insensibilitate pleni quēadmodum ignorant se: ita nesciunt, in quo profundo malorū iaceant, & in quo dirē ac lugendæ mortis sepulchro obdormiant. Hac de causa euigilare negligunt, se excitan tem minime querūt, atq̄ ab huiusmodi letali sopore, ut resurgāt, exhortantē audire cōtemnunt. Vt inā apostolicā insonantem tubam corde perciperet, quā ait: Surge qui dor mis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Insinuauit idē Apostolus his paucis uerbis dormientē, & mortuū, & qualiter surgere ualeat. Nempe somnus mortis peccatum est, nō qualecunq; sed quod cōsummatū est, & generat mortē: per quod cordis obturatur aures, rationis amittitur lumē, deuotionis adimitur gustus, charitatis extinguitur ignis, merēdi aufertur gratia, & æternæ uitæ clauditur ianua. Ab hoc uero exitiali sopore, nemo euigilare potest, nisi Christus, qui est taliter dormiētū resurrectio, mortuorum uita, ac sedentī in tenebris, & mortis umbra, spiritualis lux. Nam (perhibēte Propheta) ipse est, qui soluit cōpeditos, erigit elisos, & illuminat cæcos. Illuminat quippe gratiæ suæ splendore mētis oculos, ut cognoscāt, quib. uinculis tenentur astricti: qualiuē delictorū sint sarcina prægravati. Huiusmodi namq; notitia saluti prorsus necessaria est primus proficiētū gradus, spiritualis uitæ initī, stabile uirtutum fundamentū, & assequēdæ gloriæ mediū singulare. Nempe ubi est peccati cognitio, ibi est spes uenītæ, & cōunctionis origo. Tolle hāc ab homine, & in illo esse recognoscere ignorātiā crassam, dominantē uoluptatē, cupiditatē indomitā, mētis hebetudinē, Dei contēptū, sui odiū, proximorū offendam, timoris sancti absentiā, charitatiq; carētiā. Hāc Propheta in spiritu longe prospēctas dominū deprecabatur, ut interiorē animē obtutū sapientiæ suæ irradiaret lumine, ne in cognitione peccati obtenebratus, atq̄ insensibilis effectus in uitiorum omniū immanitate effueret, fieretq; captiuus perditionis & mortis: quod totū ex peccati ignorātiā emanare certissimū est. Quāobrē beatū dixerim, cui datū est nosse quid sit peccatū, quid operetur in homine, & ad quē in eo perseverantē deducat finem. Peccatum quidē nulla est substantia, ut res aliqua: sed est uoluntas retinendi & sequendi, quod iustitia uerat. Est etiā præuaricatio legis diuinæ, & cælestiū inobedientia præceptorum. Per hoc enim homo fit alienus à Deo, interemptor sui, gehēnē filius, cōfusionis dominus, diaboli seruus, dissipator naturæ, gratiæ illusor, gloriæq; cōtemptor. Nā & peccatum dona naturalia uulnerat, spoliat gratuitis, animā maculat, amaricat conscientiā, cor indurat, insensibilem hominē reddit, ad alia peccata trahit, bona quā sunt, infructuosa esse facit: stultū hominem esse ostendit, & ipsam animam possidendo interimit. Nemo prorsus reserare ualeat, quam perniciosum sit peccatum, & quanta homini per eundē inflcta sunt mala. Vnde (quælo) pestilentiae, fames, bella, depradationes, furta, rapinæ, rixæ, æmulationes, contentiones, flagitia pessima, horrenda crimina, stupra, incestus, adulteria,

XX

3 quat

A adulteria, homicidia, ueneficia, præditiones, blasphemia, sacrilegia, & idolatria proueniunt, nisi ex somite & radice peccati: Vnde (inquit) aeris intemperies, inundationes aquarū, grandines, tēpestates, fragores & quoris, euersiones urbiū, prouinciarum incommoda, strages hominū tā crebro emergunt, nisi occasione peccati: Nā ex ipsius pœna inhumanis corporibus uigēt febres, dolores capitis, obturations aurū, oculorū & lumenis amissio, fœtor anhelitus, cruciatus ventris, stomachi repletio, humorum ebullitio, libidinis ardor, lepra, scabies, podagræ, iliorum, cordis, pulmonis, & iecoris passiones, & pœnae innumerabilia morborū horū similiū genera, quæ profecto uniuersa minime accidissent, si peccatum esse desisset. Postremò corporis resolutio dira, gehennale incendiū, dentiū stridor, incōsolabilis fletus, palpables tenebrae, dæmonū horridus aspectus, desperatio uenītæ, cruciatus perpetuus, uniuersale iudicium: extremaq; animaduersio iudicis, nequaquā esset facienda, & præcepti transgressio defuisse. Pro eodem deniq; deordinatum est cælum, ceciderunt angeli, de paradisi amœnitate expulsi fuere primi paretes, inundauerunt diluuij aquæ: in fauillam redactæ sunt Sodoma & finitimiæ ciuitates submersus est in mari rubro Pharao: in seruitutem s̄epe traditi sunt filii Israēl: crucifixus est dominus, atq; in diuersis tēporibus iudicia facta sunt maxima. Nihil profecto in hac uita sic metuendum est, quemadmodum peccatum: quod nequaquā uitari ualeat, nisi de illo ipsiusq; speciebus habeatur notitia. Cæterum quum de illis ad profectum legētū & audientium aliqua perstringere uelimus, sciendum est, quod aliud est peccatum originales, aliud mortale, aliud uero ueniale. Peccatum quidem originale illud esse dicitur, quod ab opere nec à natura, sed contrahitur ex uitio, & priorum transgressione parentum, transfunditurq; in carnem & animam: in carnem quidem materialiter & originaliter, in animam uero formaliter, & tāquam in subiectum. Ab hoc quippe originali delicto nullus excipitur, præter illam, quæ genuit mundi saluatorem: unde gemens Propheta aiebat: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et alio in loco scripturarum legitur: Nemo mundus est à peccato, etiā infans, cu-  
psal. 5  
lob. 25

C ius uitæ unius diei est super terram. Per hoc efficitur quisq; obnoxius æternæ damnationi, sicut Apostolus perhibet dicens: Eramus & nos filij iræ, quemadmodum & cæteri. Sed neq; ullus ualeat ab hac ira liberari, nisi per gratiam mediatoris Christi interueniente fide, & regenerationis mediante lauacro. Porrō ex huīus occasione delicti dupliciter homo fit reus, & sui debitor conditoris, culpæ (uidelicet) & pœnae. Culpa siquidē, quæ macula est, totaliter (sicut dictum est) per baptismi aboletur sacramentum: pœnia uero, quæ fomes siue peccati pronitas, uel lex peccati appellatur, remanet post baptismum quantum ad actum & motum cōcupiscentię testante Apostolo, qui ait: Nō enim quod uolo bonū, hoc facio, sed quod odi, hoc ago. Si em quod nolo, illud facio, sā nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Condelector enim legi Dei secūdum interiorem hominem. Video autem aliam legē in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me sub lege peccati, quæ est in membris meis. Aduersus hāc peccati legē oportet nos infatigabiliter dīmicare, ne in hoc quod gerimus, mortali regnet

D corpore, & trahat nos ad consensum mortalis culpe. Nam peccatum mortale est cōsensus in delectatione motuum carnis, qui ex deliberatione oritur rationis. Est etiā consensus in opus illicitum & in ea, quæ sunt diuina lege, necnon ecclesiæ sanctiōne prohibita. Patet igitur ex his mortale peccatum non posse consummari, si non interuenit uoluntarius cōsensus rationis. Ipse nāc consensus interioris hominis obtinet principatū, & eundē aut iustitiæ, aut peccati efficit seruum: hoc domino insinuātē, qui ait: Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus tuū lucidum erit: si autē nequa fuerit, etiā corpus tuum tenebrosum erit. Ad quā itaq; partem se flexerit huiusmodi cōsensus, post se trahit animæ libertatē. Si enim ad bonū se uertit, ipsam animā facit Dei tēplum esse, gratiæ receptaculū, & sanctorum cohæredē: si uero ad concupiscentiā carnis, ad amorem seculi, & ad illecebras uitiorum se prostituit, eandē reddit captiuā diaboli, mortis filiā, & gebenitiae stipulam. Hoc paucis Sapiens indicauit, inquiens: Omnis custodia serua cor tuum, quoniā ex ipso mors & uita procedunt. Porrō si à tali cōsensu cor custoditur impollutū, nunquam sinet animam peccati obdormire in morte. Quāobrem quisquis letale hūc soporē evadere concupiscit, stet supra sui cordis custodiā, & obnoxias suggestiones,

Laur. Justin.

Rom. 7

Luc. 11

Pro. 4

quæ nunc à diabolo, interdum à somite: qui uiget in carne, initium habent, gladio spiri. B  
 tuali interimat, ne ex ipsis delectatio uoluptuosa ebulliat, quæ ex sui mora inficit mentem, & ad consensum obortis infidelitatis, & insensibilitatis tenebris rationem impellit. Hinc seruus efficitur homo peccati, alienus à Deo, diuisus à sorte sanctorum, semotus ab unitate fidelium, expers thesaurorum Christi & ecclesiarum, sibi metipsi contrarius, atq; ad promerendum omnino inhabilis. Equidem in hoc genere mortalibus delicti non facile labitur, neq; in eodem repente ruit, ut ab illo captiuus teneatur, quisquis ab eo liber existit: quoniam tentatum de illo gratia adiuuat, reclamat conscientia, monet custos angelus, commendabilis uitæ consuetudo renititur, terret gehennæ metus, contradicit ratio, sceleris minatur obscoenitas, & in futuro iudicio peccata manifestada confundit. Non autem sic ueniale peccatum, quod non malitia, nec animi deliberato conscientia, sed (ut plurimum) ex ignorantia, & sapissime ex fragilitate, atq; delinquendi consuetudine perpetratur. Nam ueniale ideo dicitur, quia facile meretur ueniam. Hominem quippe quamvis usq; ad reatu perpetua mortis non grauet, meretur tamen poenam. Ideo namq; puniri meretur, quia semper est à uoluntate mouente, uel permittente, seu nō prohibente. Cæterum etiam in hoc differt à mortalib; quia peccatum ueniale est libido, siue uoluptas in creatura citra Deum: mortale uero est libido, aut uoluptas supra Deum, seu ex que Deo. Porro licet ueniale delictum se perpetratore aeternæ mortis, nequaquam faciat reum, maculat nihilominus animam, feruorem charitatis minuit, potentias animæ in bonis operibus debilitat, retardat à gloria, & sapientia fit peccati mortalibus occasio (videlicet) ex conscientia: quia quicquid f. contra conscientiam (etiam erroneam) adficit ad gehennam. Ex dispositione quoq; labitur facile quis in mortale. Dum enim homo per frequentem lapsu in absq; ullo timore uenialia peccata committit, disponitur ad mortalib;. Quamobrem quisquis cupit placere Deo, & per uirtutum studia anhelat ad perfectionis culmen ascendere, omni qua ualeat industria conetur nedum mortalib;, uerum etiam uenialia uitare peccata: tametsi sine delicto ueniali, nemo diu persistere queat. Cæterum cum spirituales viri Deum timentes, ipsisq; mandata seruantes cooperante in illis gratia possint absq; peccato mortali degere: oportet tamen eos semper sub uirtutum disciplina incedere, cum (sacro attestante eloquio) nullus sciat: utrum odio uel amore sit dignus. Quod utiq; Propheta confirmans dominū deprecatur inquietus: Delicta quis intelligitur ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo. Restat itaq; fideli quilibet frequenter ac precibus humilibus à Deo postulet lumen sapientiae & intellectus: quo mediante ualeat delictorum sufficientem, ac necessariam habere notitiam, quatenus inoffenso animæ pede spirituales effugiat intellecualium uenatorum laqueos, quorum hic mundus est plenus, dicente Ioanne: Nolite diligere mundum, neq; ea quæ in mundo sunt, qm omne qd in mundo est, aut est cōcupiscētia carnis, aut cōcupiscētia oculorum, aut superbia uitæ. Iste etenim cōcupiscentiarum laquei quanto cognoscuntur clarius, tanto odio habentur efficacius, displicent amplius, atq; ardenter impugnantur.

Quantum sit detestabilis uoluntarie delinquentium cæcitas, & in qualem peccatorum miseria dilabantur. Cap. II.

Venadmodum ex cuiuscunq; rei bonitate ac utilitate agnita amor, & ipsam possidendi affectus acceditur: ita econtrario ex insita prauitate atq; mortifera eius conditione inspecta odium ad eandem generatur & rancor. Hinc aperte colligitur, quanta sit uoluntarie peccantiū ignorantia, & quam magna illorum ac perniciosa sit cæcitas, quādoquidem secundum Prophetæ oraculum, gloriantur cum maleficerint, & exultant in rebus pessimis. Et in psalmo legitur: Quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicit. Sanesi huiusmodi haberet cor docile, & in eis aeternæ ueritatis claresceret lumē, prorsus debuerant peccādo & post cōsummatū scelus cōtristari, lugere & gemere: qm nihil sic humanae aduersatur saluti, à Deo separat, & dirimit à societate sanctorum, quāadmodum delictorum immanitas, atq; indisciplinata consuetudo peccandi: quam totis uiribus, & cū omni prudentia debet fugere amator Dei, uirtutis sectator, gratia cupidus, cælestium contemplator, & propriæ salutis zelator. Nam uoluntaria consuetudo delinquendi inhabilem reddit hominem ad bene agendum, proclivum ad malum facit, exhibet culpæ obnoxii,

A noxiū, & deordinat naturæ bonū, dona gratiæ, uirtutū merita. Quid (oro) hac seruitute infelicius: quid grauius: quid perniciolius: quid deterius: Nā omniū ipsa est incendiua criminū, uniuersorū uictiorū nutrix, atq; capitaliū peccatorū rea. Superbiā quippe auget, inanē fouet gloriā, cupiditatē accedit, impudicitia cōpletebitur, blanditur gulæ, faces inuidiæ parat, iræ impetum promouet, necnō laudabiliter operandi propositum calcat, obhorret totum, qd est uirtutis, qd cōmendationis, quod compunctionis, quod honoris, & quod gratia. Præcepis delictorum ruit in foueā, effrænis ducitur post carnis concupiscentias, contemnit maiorum admonitiones sacras, patrū decreta subsannat, & iniquis æterna supplicia præparata non metuit. Insistit iocis, fabulis delectatur, & plausu manū mentis leuitatem ostendit, & quantum ei licet, iucūda uoluptate potitur. Carter quoq; grauitate, non utitur consilio, pericula non præuident, præsentia bona diligit incredula futurorum. Hinc tota intentione & omni, qua ualeat, industria, qui ab hac uoluntaria delinquendi consuetudine possidetur, imitari conatur detestabilē impiorū ho-

B minum conuersationē, de quib; in sapientiæ uolumine sic legitur: Dixerunt impij apud Sap. 1 se nō recte cogitantes: Exiguū & cū tardio est tēpus uitæ nostræ, & nō est refrigeriū in fine hominis, & nō est, q; agnitus sit reuersus ab inferis, quia ex nihilo nati sumus, & post hæc erimus, tanq; nō fuerimus, quia extinctus ciniſ erit corpus nostrū, & spūs diffundetur tanq; mollis aer, & transibit uita nostra tanq; uestigia nubis, & sicut nebula dissolvetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata: & nomen nostrū obliuionē accipiet per tēpus, & nemo memorī habebit operū nostrorū. Venite ergo, & fruamur bonis, q; sunt, & utamur creatura tanq; à iuuentute celeriter, uino precioso & unguētis nos repleamus, & nō prætereat nos flos temporis, coronemus nos rosas, anteq; marcescāt, nullū prætū sit quod non pertranseat luxuria nostra, ubiq; relinquamus signa lätitiae nostræ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. Profecto ex his patet, q; quicq; hac uoluntaria & liberata peccandi consuetudine possidetur, nec Deum metuit, nec ullo pudore detinetur, nec iudulta tēpora ad peragendā pœnitentiam carpendit, neq;

C extremum uitæ suæ considerat diem, sed arbitrans sibi totum licere, quod uult, mortales ac proprias nititur perficere uoluptates, tanquam equus & mulus, quibus non est intellectus. Utinam corde retineret apostolicam sententiam, quæ ait: An diuinitas bonitas Röm. 5 Dei, & patientia, & lōganimitatis eius contemnit. Ignoras, qm benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autē duritiam tuam & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddit unicuiq; secundum opera eius. Ad hanc utiq; delinquendi necessitatem impellit huiusmodi contemptor diuinæ misericordie, quia intelligere dissimulauit, quantum Deo sit odibile peccatum, quantaq; mala infligantur animæ propter illud in præsenti, & quād magna in futuro sint resuata supplicia. Sibjpsi deniq; blanditur compunctionis gratiam suadens sibi se posse obtainere ad libitum, immemor diuinorum eloquiorum dicentium: Vigilate, Matt. 24 quia nescitis, qua hora dominus uester uenturus sit, sero, an media nocte, an gallicantu, an mane, ne cum uenerit repente, inueniat uos dormientes. Quod autem uobis di-

D co, omnibus dico, uigilate. Et illud: Scitote, quoniam si seiret paterfamilias, qua hora fur ueniret, uigilaret utiq; & non sineret perfodi domum suam. Ideo estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ueniet. Tantopere ueritas Dei his uerbis hortatur ad uigilandum, & singulis horis in bonis operibus persistendum; sciens quod nihil sic reddit hominem tardum ad bene operandum, atq; in sceleribus perdurantem, quemadmodum ad beneplacitum consequendæ ueniae subdola & uana fiducia. O quantos decepit hæc pestis, quantosq; huiusmodi inconsulta spes deiecit in tartarum. Dei bonitatem semper arbitrantur esse paratam ad impertiendam pœnitentibus misericordiam, sicut ipsa per prophetam pollicetur inquietus: Quotiescunq; peccator ingemuerit, non recordabor amplius inquiratum suarum. Vera prorsus estista sententia ( uidelicet) quando compunctionis commendabilis ad Deum syncerri emittuntur gemitus, & amplius non peccandi ineſt homini delibera uoluntas, quæ præculdubio ex cognitione delicti, necnon ex peccati displicentia Dei cooperante gratia sumit originem. Hac deficiente displicentia non uerus pœnitens, sed censendus est esse quisque derisor. Nam Deo gratus pœnitens, & ex corde compunctus lacrymis,

lacrymis, gemisibus, orationibus, ieiunijs, & carnis multimoda maceratione præterita. **B**  
 nititur abolete delicta: & omni, qua ualeat, uirtute atq; prudentia cordi suo peruigilem adhibet custodiā, ne turpibus, perniciōsis, uanisq; polluatur cogitationibus, noxijs ac terrenis occupetur affectibus, efficiaturq; templū coinquiatū & sordidū, quod esse de buerat mundum, atq; sanctificatū, tāquam uerbi Dei receptaculū, nuptialis thalamus, & sapientiae thronus. Ori quoq; & sermonibus suis modum ponit, & sub discretionis censura se refrēnat, non ut semper taceat, sed ut quod expedit, & dificetq; loquatur, grauitatem summopere studē tenere in uerbis, in moribus, & in operibus singulis, ac si diuinio astaret conspectui: sciens pro certo nedum de magnis & letalibus sceleribus, uerum etiā de uenialibus & minimis criminibus ab omnibus iudicandis rationem in ultimo examine esse reddendam: iuxta Saluatoris sententiam dicētis: De omni uerbo ocioso, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. Ex hac siquidem consideratione uerè pœnitens cōpungitur sepe, corde conteritur, & interdum etiam prorūpit in fletū, ac renouatur in spiritu suā iuuentutis delicta rememorans, intelligēs quā multa fuerint, quā obſcēna, quā Deo odibilia, sibiq; contraria. Fit autem ex hoc diuina in eo aspirante clementia, ut aduersum se sanctae humilitatis lamenta suscipiat, pœnas sibi inferat, & sibijs pī displiceat eo uehementius, eoq; laudabilius, quo clarius acharnilius agnoscit infirmitatem propriam, conuersationem præteritam, suam pronitatem ad lapsū, amissam gratiā, & materias præparatas ad culpam. Nempe in hoc ueritatis speculo se intuendo facile præconfusione ac desperatione deficeret, nisi ex aduerso cogitaret quā pīus, quā misericors, quā suavis, & quā præstabilis super hominum nequitia sit dominus, qui neminem pœnitētem, confitentem, se accusantem, humiliantem, seq; corrigere cupientem despicit uel repellit. Ex hac profecto cōsideratione exhalatus corde & deuotionis perfusus dulcedine rectioris uiæ semitas atq; cōmendabilioris uitæ instituta aggredi de cetero meditat, ne ingratitudini obnoxius, sibiq; à Deo derelictus transactarum culparum iterū labatur in foueam. Non enim ambigit à domino ueniam mereri post casum, si puræ confessionis cum compunctione animi, & mentis deliberaōne, ac cordis humilitate exceperit sacramentum, iuxta Prophetæ oraculum dicentis: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti inpietatem peccati mei. Nullum quippe est tam graue delictum, quod si displiceat, nō oris confessione tergatur.

Quibus de causis Dei filius carnem assumpit, & per sacramentorum institutionem quanta sit operatus pro salute hominum. Cap. III.

**D**iuina clemētia, q; ex sua naturali bonitate, quantū in se est, nemīnē uult perseire, cōpatiens humanæ naturæ, quæ, uidelicet, per Adæ lapsū ab ingenitæ dignitatis sublimitate exciderat, eandē sua dignata est subleuare prætentia. Veniens quippe uerbū in temporis plenitudine de regalib. sedib. à patre misum, cooperante spū sancto & immaculata ac sacratissima cōsentiente uirgine, carnem ex eadē assumpsit mortale peccati quidē expertem, omnisq; corruptionis immunem. Apparuit utiq; inter homines uerus homo, passibilis, palpabilis, uisibilis, & mortalib., habens in se oēs sapiētiae & sciētiae Dei thesaurōs, atq; totā diuinitatis plenitudinē corporaliter inhabitantē, tanq; uerus Deus à patre æternaliter genitus, quatenus mediāte doctrina sua cœlesti, miraculis innumeris, sacris moribus, spūali disciplina, ac institutione nouæ legis, & insuetæ cōuersationis perfectione mortalium illuminaret corda, agnoscerentq; in speculo fidei (& experientia teste) peregrinationis suæ ærumnas, infirmitatem propriam, animæ vulnera, dirā exactoris diaboli tyrānidē, & onus gravissimum damnabilium delictorum. Intelligerent præterea ubi iacerent, quid paternerunt, quò tenderent, quid amiserint, quid diligere, quidue querere, ac desiderare deberent. Nam rari & ceterarum comparatione paucissimi reperiebantur (nec i; sine illustrante gratia) qui ea, quæ memorata sunt, in sensu cordis & in luce perciperent ueritatis. Venit igitur dominus noster Iesus Christus Dei filius ac Dei & hominum mediator tanquam doctor summus, ueritatis magister, & flagrantissimus zelator animarum secum deferens gratiarum cœlestium inundantes riulos, atq; donorum spiritualium fluentia plenissima, ut arentia hominum irrigaret corda, emolliret ad pœnitentiam, & dixeret

**A**rigeret ad salutem. Venit, inq; sicut peritissimus languētum animatū medicus, consequitq; medicamenta spiritualia, ecclesiastica (uidelicet) sacramenta, quatenus fideliter ac digne illis utentes ex gehennæ atq; iræ filijs efficeret Dei filios, & sibi perpetuos coheredes. Languidi quippe erant cuncti mortales, & incurabili laborabant morbo, atq; ad occasum mortis æternę sine cessatione uergebant, tametsi exterius sibijs ipsis & incolu mes esse, & spiritualiter uiuere arbitrarentur, qd quidē infirmitatis & mortis lugendum est genus. Hoc nempe dominus pharisæis loquens insinuare curauit inquisiens: Si cæci essetis, utiq; apud uos non haberetis peccatum, sed quia dicitis, qm uidemus, peccatum uestrum manet. Propriæ siquidem infirmitatis conscius medicum quærerit, medicamenta opportuna sanitati concupiscit, contraria odit, ut ualeatudinis ualeat consequi bonū. Vis scire quantis calamitatibus, quantisq; languoribus spiritualibus uniuersum humānum genus teneatur astrictū: Omnes (inquit propheta Dauid) declinauerūt, simul inuitiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unū. Alius quoq; propheta ait: Omnes nos errauimus, unusquisq; declinauit in uiam suā. Hinc est, q; nemo inueniebatur, qui auxilium de cælo flagitaret, & peteret, exceptis paucis cæterorum comparatione, qui introrsus per gratiam illuminati, & spū diuino aflatū proprios agnoscentes morbos suos medicū poscebant tā pro se, quā pro populis, ut descenderet, & eorū sanaret languores, quorum testimonia sunt in diuinis uoluminibus præclara atq; notissima. Quamobrē ut nullus sibi suisq; meritis & medici aduentū atq; medicamentorū spiritualium impertiendam cælitus arrogaret gratiā, in temporis plenitudine soli Deo nota propria impulsus bonitate, misericordia & pietate ex insperato uerbū Dei, quod erat apud patrem, descendere, humanamq; naturam assumere dignatum est, sacro hoc perhī bēte eloquio: Dum medium silentium tenerēt omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus à regalibus sedibus uenit. Silebat prorsus cuncti, & idolatriæ mortalib; pestis atq; ignorantiae caligo totum pene occupauerat orbē, quando iustitiæ sol ex alto oriēs, bonitatis ac claritatis suæ radios super uniuersam effudit terram, dissoluens teponem mentiū, & infidelitatis fugans tenebras, atq; animarum uulneribus necessariq; secū ferens remedia, nō incredulis, sed profutura fidelibus. Porro ad mendā originalem culpam baptismatis instituit sacramentū, medicamentū optimū, & tāq; cæterorum fundamentum, fidei signaculum, lauacrū salutiferū, & æternæ uitæ ianuam, absq; quo nullus illuc ingreditur, ipso dño attestāte, qui ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnū cælorum. Ad quotidiana uerò criminā detegenda pœnitentia sunt collata remedia. Cæterum ad corroborandā debilitatē interioris hominis per pœnitentiam iam sanati, corporis & sanguinis sui almonia idē dominus noster Iesus Christus Dei & hominū mediator impertiri dignatus est: reliqua autem sacramenta in ecclesia instituta sunt ad confirmandum, ad præseruādum, ad erudiendū, & ad futurā uitā præparandū. Tria siquidē sacramēta, quæ prius memorata sunt (uidelicet) baptismus, pœnitētia, & eucharistia humanæ saluti pr̄sulū necessaria esse probāt. Omnib; quippe saluādis baptisma aut sanguinis, seu flaminis, siue fluminis suscipere expedit. Nam quamvis tria baptismata esse videantur, unū in effectū sortiuntur, & unū sunt, dicente Ioanne apostolo: Tres sunt, qui testimoniu dant in cœlo, pater, uerbū, & spiritus sanctus, & hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimoniu dant in terra, spiritus, sanguis, & aqua, & hi tres unum sunt. Adultis uerò & ratione uentibus pœnitentia & corporis Christi sacramenta negligere non licet, si saluari desiderant. Ceterum baptismatis sacramētu semel assumptū nullatenus reiterari licet, qm originale delictū per id ipsum abolitum nequaq; ultra contrahitur. At uerò mortalib; seu uenialib; culpa, in quā ob fragilitatem & innatā concupiscentiam facile quisq; impellitur, atq; collabitur, quoties acciderit, toties per pœnitentia medicamentū ab anima amoueri potest. Per Prophetam dominum exhortantem audi: Quoties (inquit) peccator ingemuerit per ueræ lamenta pœnitētia, nō recordabor amplius iniquitatum suarum. Altaris aut̄ sacrosancta mysteria non frequenter ad libitū, sed sanctitatis interueniente mūditia semel tantū in die ualent assimi. Nā quotidianus cibus est, unde & in oratione dominica dicimus: Panē nostrum quotidianum da nobis hodie. Non enim hoc petimus, ut ipsum sacramentaliter quotidie nos accipere oporteat, sed ipsius effectum, & qd est spiritualiter significatum in eo,

Psal. 13  
Esa. 56

Sap. 18

Ioan. 3

1. Ioan. 5

Matt. 6

Ezech. 18

in eo, plus uero & minus. Frequentius ac rarius iuxta cuiuscumque fidei magnitudinem, conscientia puritatem, actualem deuotionem, gratiae affluentiam, atque ignitum caritatis affectionem percipi coegerit. O beata poenitentia ad salutem interioris hominis diuinatus impensa, quanta est uirtus tua, & quam efficax est medela tua! Nullum plane est tamquam graue, tamquam enorme facinus, quod non deleat effectu. Te enim unigenitus Dei filius in exordio sue predicationis comedauit dicens: Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum celorum. Te praecursor filius, quo inter natos mulierum (insinuate ueritate) nullus surrexit maior, uerbis similibus hominibus praedicauit. Tu es refugium humilium, contritorum leuamen, ueniens porta, spes indulgentiae, propriae agnoscendae infirmitatis magistra, terror demonum, uirtutum nutrix, gratiarum custos, orationis incentiu[m], lacrymarum origo, consequenda misericordiae precursore, amica angelorum, & spiritualis disciplinae norma praecipua, si tamen interioris & exterioris operis sis exercitio decorata. Duplex namque es, & duplici studio consummari, ut possis esse perfecta. Aliquid enim interior, aliquid exterius, associata nihilominus interiori exercitio operatis. Interiorne namque poenitentia illa esse dixerim, quod est de fure naturali, & fit coram Deo in arcano conscientiae. Propheta perhibente, quod ait: Quae dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris, cõpugimini. Alio quoque in loco idem propheta inquit: Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Hec utique & si non actualiter, habitualiter tamen inesse debet homini iustificato, cui semper expedit displicentiam habere peccati. Exterior autem poenitentia illa, quae proprie sacramentum est, oris confessione agitur coram sacerdote, & ad ipsius arbitrii imponit, exhibita (uidelicet) contritione cordis & satisfactione operis. Nam parum homini conscientia delicta sua esset utile se peccatum acclamare, si absque animi moerore id faceret, si ulterius, non peccandi, ppositum non haberet, si iniuncta sibi satisfactione negligeret adimplere. Funiculus enim hic triplex quemadmodum difficile remittitur, si studiose seruetur: ita caret uirtute & gratia, si ex incuria dividatur. Verus quippe poenitens ex cognitione atque peccati odio conteritur in se, eru bescit, pro scelere, se coram Deo humiliando accusat, sacerdotis genibus, se prosternit, facinora perpetrata promittit, modum exprimit, cordis intentionem detegit, tempus consummati delicti & numeri confitetur, atque peccatorum suorum turpitudinem non abscondit. Quoniam enim non homini sed Deo, cuius persona gerit sacerdos, astare se credit, nihil ualeat occultare, quod fecit sciens, pro certo, quod nullatenus dignus est uenia, si non reiecit pudore palam, & prout deliquit, peccata sua euomuerit. Clamat profecto intus ro[rum], conscientia urget, impellit coproctio, per custodem angelum hortat gratia, ut pure, simpliciter, integrè, aperte, & distincte confiteatur, ut non superuacue labore, currat inaniter, & absque delictorum remissione tristis abscedat. Nam quemadmodum ficta & scienter celato scelere imperfecta oris confessio parit in corde modestiam, auferit indulgentiae speim, & confusionem immittit: ita econtrario humilis, integra, uerecunda, & compunctione referta animum replet gaudio, agilitate quadam legitificat confidentem, de Dei bonitate fiduciam prebet, ulterius non peccandi desiderium gignit, orandi accedit affectum, gratiarum ad Deum ingeminat actiones, satisfaciendi subministrat uires, & ad eucharistiae sacre sumptionem acuit gustum. Conuenienter quidem post confessionem delictorum integerrime factam, & post adeptam per eandem puritatem, lucem, & pacem sacramentalis refectionis subsequitur fames. Nam non nisi per internam munditiam caelestis panis percipitur sapor. Sumitur enim hic uitae panis sacramentaliter etiam a peccatoribus, atque criminibus oneratis, nequaquam tamen sentitur ab ipsis, quam magna, quam uerba delectabilis, ac suauiissima sit illius manducatio dulcedo. Panis angelorum est iustus, sed manu absconditum peccatoribus. Quotidie qui per gratiam sunt iustificati: reficiuntur, muddaturque a sordibus delictorum, & crescut in spiritu, qui uero in coeno carnis se uolutantes caelestia sacramenta edere ac frequentare presumunt in sui perniciem quotidie detersores fiunt, dicente Apostolo: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dñjudicans corpus domini. Non autem voluntarie delinquentes mundatur ex huius sacratissimi receptione sacramenti, sed potius grauantur. Propheta hoc perhibente, qui ait: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctae auferent a te iniquitates tuas? Prorsus minime. Quamobrem quicunque festinant ad perfectionis altitudinem, descendere, interioris hominis sui per compunctionis gemitum, confessionis medicamentum,

A mentum & amoris incendium, maculas tergat, adhibita nihilominus corporalibus sensibus indefessa custodia.

Quot generibus spiritualium inimicorum, & quot temptationum laqueis sit hec uita referta. Cap. III.  
  
 Eregrinationis uitae huius quisquis uoluerit indagare discrimina, inimicorum genera, temptationum species, numerositates laqueorum, & peccatorum lapsus, prorsus necesse est, ut in sua consideratione deficiat, praeceps cu[m] uita haec horum universa sit plena. Horis quippe singulis in cunctis actibus, in omnibus negotijs, & in quibuscumque locis (si diligenter inspicias) reperies quid cauere, quid metuere, quod respuere, & cu[m] quibus hostib[us] pugnare te oporteat. Evidet intra nos uiget concupiscentiae, bella gerunt, aduersarij sunt spirituales, hebetatur mens, obnubilat intellectus, cogitationes perturbant, consilia desunt, alternatur intentio, frigescit affectio, deliberatio nutat, interdu[m] quae displicebant, placet: & post paululum, quae grata erant, odio habentur, sicque interior homo tanquam nauis in medio pelagi constituta, diversarum procellarum impulsibus agitata, naufragioque propinquu[m] obtunditur, deprimitur, attollit, & peticitur. O quam saepe malignorum spirituum deceptionibus circumueniuntur, blanditijs falluntur, factisque rationibus superatur. Nec mirum, quoniam (attestante Apostolo) ipse Satan as trahit figuratur se frequentissime in angelum lucis, se contegendo quis sit, temptationum laqueos contundit, ac malum sub specie boni suadendo. Nemo prorsus, nisi sapientiae irradiatus splendor, & spiritus sancti magisterio eruditus, gratiasque Dei uirtute roboratus ualeat hostes huiusmodi debellare nequissimos. Aduersus hos exhortando ad pugnam fideles Paulus inquit: De cetero fratres confortamini in domino, & in potentia uirtutis eius. Induite uos armatura Dei, ut possitis stare aduersus insidias diabolii, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitiae in caelestibus. State ergo succincti lumbos uestris in ueritate, & induiti lorica iustitiae, & calciati pedes in preparatione euangelij pacis, in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguerem, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Haec profecto arma nedum contra aeras potestates, uerum etiam aduersus singula, que superius interiora sunt memorata certamina, optime congruunt, dummodo prudenti utantur consilio, & humilitatis censura teneantur, intellectus nihilominus inimicorum insidijs, passionum motibus, ac temptationum qualitatibus. Extra nos uero quot sint decipuli impellentes ad casum, quot laquei extensi, quantaque delinquentiae di materia, quis narrare sufficiat? Porro multitudo deuiantium ab itinere ueritatis, propriasque sectantium uoluptates insinuant, qualis iste mundus, quantis refertus perculis, & quibus aduersariorum generibus circumscriptus, paucis uerbis Ioannes apostolus insinuauit inquiens: Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt, quoniam omne, quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitae, quae non sunt ex Deo. Ista quippe uisibilia, quorum hic plenus est mundus, humanis se obsecrant sensibus, qui ueluti quedam animarum sunt ianuae, per

C nequissimi ignea extinguerem, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Haec profecto arma nedum contra aeras potestates, uerum etiam aduersus singula, que superius interiora sunt memorata certamina, optime congruunt, dummodo prudenti utantur consilio, & humilitatis censura teneantur, intellectus nihilominus inimicorum insidijs, passionum motibus, ac temptationum qualitatibus. Extra nos uero quot sint decipuli impellentes ad casum, quot laquei extensi, quantaque delinquentiae di materia, quis narrare sufficiat? Porro multitudo deuiantium ab itinere ueritatis, propriasque sectantium uoluptates insinuant, qualis iste mundus, quantis refertus perculis, & quibus aduersariorum generibus circumscriptus, paucis uerbis Ioannes apostolus insinuauit inquiens: Nolite diligere mundum, neque ea, quae in mundo sunt, quoniam omne, quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia uitae, quae non sunt ex Deo. Ista quippe uisibilia, quorum hic plenus est mundus, humanis se obsecrant sensibus, qui ueluti quedam animarum sunt ianuae, per

D quas uel mors ingreditur uel uita. Quum enim mentem hominis ad concupiscentiam sui allicant, & ad delectationem peccati trahant atque consensem, mors per has proculduo bio ianuas intrat ad animam. Ceterum si earundem uisibilium ac corporalium rerum intellecta atque gustata dulcedine in suis laudem mens eleuetur conditoris, tunc uita per ipsas ianuas introit uero cognoscitur. Ad hoc namque uisibilia ipsa sunt creata, ut deseruant homini, illumque excitent ad laudem, atque sui agnitionem opificis, quod apostolus Paulus euidenter manifestat, cum dicit: Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus atque diuinitas. Magna proinde & infatigabilis corporalibus est adhibenda custodia, atque sub uirtutum sunt censura regendi, praesertim cum in propatulo multa sint, quae ipsos prouocent ad malum, facileque idem in exteriora perefluant, & transitoriae delectationi inharrere naturaliter appetant. Qui enim pro suo libito, & absque Dei timore, ac delinquendi metu eosdem patitur euagari, plurimorum criminum prorsus efficitur reus. Quanta ex incontinentia oculorum prouenant mala, quis ualeat explicare? Concupiscentiae utique incentiu[m] ac libidinis fomes oculorum est petulacio. Aspergit Euua ueritatem arbore, fructum illius comedit,

comedit, & pergit, nec transgressionis suæ malo contenta, quod inobediendo gustauerat, tradidit uiro, sicq; ambo æternæ mortis nedum effecti sunt filij, uerum etiam uniuersos prævaricationis suæ poenam transmiserunt ad posteros. Hinc fames, siti, ægritudinem innumerabilem afflictio, carnis aduersus spiritum & spiritus contra carnem insuperabiles pugnæ, mortis corporis ineuitabilis necessitas, perpetueq; damnationis animarum supplicia habuere principiū. Hinc quoq; bellorū tumultus, ciuiū dissidia, subuersiones præliorum, deuastationes urbiū, regnorum transactiones, regum insidiæ, & (ut paucis multa concludā) totius orbis calamitates emanasse noscūtur. Nempe si ipsa Eua cunctorum genitrix procaciter suadente serpente lignū scientiæ boni & mali contra uetus nō fuisset intuita, nequaq; obedientiæ decretū damnabiliter præteriūset. Prophetæ deniq; sanctus & homo secundū cor Dei, qm̄ absq; disciplinæ gubernaculo ocu-  
los suos effluere permisit, intuens mulierē cum proprio uiro ludentē, uelano amore cor  
reptus, atq; libidinis ardore superatus, adulteriū & homicidiū iaculo spirituali se morte  
peremit. Non aut sic Dei seruus beatus Iob, cui similis tēporibus suis minime reperieba-  
tur in terra, egisse cognoscitur: Pepigi (inquit ipse) fœdus cum oculis meis, ut nō cogita-  
rem de uirgine. Intelligebat quippe homo sanctus sapientia & uirtutib. plenus impudi-  
ci aspectum oculi noxijs cogitationibus cor maculare, & delectatione inficere, atq; sa-  
piissime ad peccati consensum impellere. Quamobrē ut mala haec omnia superaret resi-  
stendo uirtutis censura, ac etiā diuini timoris studio corporalium lumen procacitate  
coercebat, quæ semper uiget, frequenter etiam affectum continentium uirorum euertit,  
& in impudicitia præcipitiū trahit. Mēbrum est oculus lubricum, instabile, semper no-  
ua inspicere cupiens, & inspecta repetere, huc illucq; reflectitur curiositatē suam imple-  
re uolens nec ualens, uacatis animi sibi cōnectit ignauia, atq; in propatulo rerum expo-  
situs, mētis intentionem rapit, dissipat prudentiam, cogitationes sine intellectu reddit,  
nisi subiiciatur sapientiæ iugo, & intētæ cōsiderationis refrænetur arbitrio. Merito igi-  
tut ille cōmandandus est uir, qui uigilanti cura ita se utiliter exercet in mēte, ut nedū in-  
saturabilē oculorū appetitum grauitatis uirtute subternat, uerum etiam aurū auditum à  
noxijs uerbis auertat. Sunt namq; reuera hi duo sensus, uidelicet, auditus & uisus ad re-  
cte gubernandum difficiliores ceteris, quoniam, sacro perhibente eloquio, nec oculus  
saturatur uisu, neq; auris impletur auditu. Ceterū nemo dubitat, quin ubi importunior  
est hostis, ibi procul dubio resistentia esse debeat ualidior, uigilantiorq; apponenda cu-  
stodia. Nam, experientia teste, cum aures absq; ullo obstaculo pateant, & homo socia-  
le sit animal, necesse est ex quotidiana conuersatione ut audiat sermocinationes collo-  
quentium uirorū ac mulierum, quæ (ut plurimum) sunt uanæ ociosæ, scurriles, impudi-  
cæ, permistæ mendacijs, adulationibus, priuatissimis laudibus, detractionibus, blasphemis,  
fraudibus, plausibus, & iocis. Porro ex depravata consuetudine & inordinata mente re-  
periuntur pauci in comparatione ceterorum, qui linguae suæ legem ponant, eloquijs  
familiaribus prudentiæ mensuram adhibeant, & ædificationibus sermones proferant.  
Nam qualia sunt à loquentibus uerba prolata, tales in audientiū mentes formantur co-  
gitationes. Nempe si sancta sunt, si casta, si utilia, si prudentiæ & sapientiæ splendore cla-  
rescunt, nō nunquam compungunt auditores, & inducunt ex sui cognitione ad fletum,  
interdum ipsi replentur gaudio, ueritatis luce irradiantur, & deuotionis suauitate pa-  
scuntur. O quam sæpe fide illuminantur, exhilarantur spe, & caritatis stimulis perurgen-  
tur. Nec mirum. Quum enim eloquium domini, iuxta Prophetæ testimonium, sit uebe-  
menter ignitum, dignū profecto est, ut humiliter intenteq; audiētum corda faciat esse  
ignita. Hoc experti sunt discipuli illi, cum quib. post resurrectionem gradiente domino  
Iesu atq; sacrarum scripturarum, quæ de se loquebantur, mysteria pandente mutuo ser-  
mocinantes cum exultatione dixerunt: Nōnne cor nostrum ardens erat, cum loquere-  
tur in uia, & aperiret nobis scripturas? Verum si incompensa, si impudica, seu detrac-  
toria, uel uana, quæ audiūt, sunt uerba, à Dei lege ac bonorum morū grauitate aliena, pro-  
cul dubio inficiunt animum, uirtutis rigorem emolliant, diminuant gratiam, mentis lu-  
men obnubilant, & conscientiæ puritatem commaculant. Ob hoc itaq; nobis Deus tri-  
buuit auditum, quatenus ipso mediante corde intelligeremus eloquia diuina & sancta,  
& per eadem instrueremur de ih̄s, quæ ad salutē pertinet reñciendo inepta uirtutibusq;  
contraria.

A contraria. Quod aut de uisu & auditu dictum est, hoc de ceteris arbitrandum est sensi-  
bus, tamecū non sint ita procliū ad lapsum, neq; adeo ad coercendum regendumq;  
difficiles. Non enim onerosum nobis ualde est carere odoramentis, quæ perfunctione  
satis mulcent odoratum, & cito afferunt fastidium, dum ad libitum haberet & hauriri ne-  
queūt. Non aut sic gustus, quo mediæ humanitas nostra nutritur & uiuit. Quotidie  
nāq; cogimur cibū sumere, & alimētis corporalibus (etiā inuiti) saturari, quæ profecto  
alimenta si palato sapiunt, uidiū percipiuntur. Hinc reperta sunt tam uaria ciborū fer-  
cula, saporūq; genera mīro studio & arte cōposita, quæ ualidis & sanis prorsus arbitror  
esse prohibita, infirmis uero atq; ualde debilibus, quibus ob corporis intemperiem om-  
nis oblatus est gustus, talia temperanter sumpta licere non dubito. Quū enim tunis na-  
turaliter appetat noxia, & sibi opportuna fastidiant, congruum est, ut illis indulgeatur,  
& lautiora tribuantur cibaria, quo ad usq; restaurantur, & in columnis fiāt. Non enim pa-  
rum corporum & animarū aduersatur saluti effrænata exquisitorum ciborū uoluptas,  
B quotidianusq; eorundē usus, quæ comitantur frequenter languores crebri, cōtemptus  
abstinentiæ, immoderata delectatio gulæ, uentrī repletio, iugis crapula, carnales mo-  
tus, cogitationes impudicæ, morosæ delectationes, libidinosi cōsenfus, pollutiones no-  
cturnæ, colloquia in honesta, & alia quamplurima uitia, quæ religiosis uiris ac morum  
grauitate decoratis omnino debent esse aliena. De tactu uero quid memorē, cū idē sen-  
sus singulis pene horis propria libertate potiatur? Sensus quippe iste ceteris sensibus  
simò toto corpori famulatur, semper præsto est, ad obsequendum paratus, in motu con-  
tinuo & ad bonū & malum quemadmodū & alijs pronus. Proinde tēperatiæ est uirute  
cohibendus, gubernandus prudentia, & Dei timore frānandus. Penes se uoluptatis ha-  
bet materiā, die noctuq; certandi patitur stimulos (teste Deo, quē nihil latet, & cōscienc-  
tia sola) ignem secum gerit & gladium, confusione & laudē, coronā & pœnā, mortē  
& uitam. Beatus plane est ille, qui huic sensui nouit legem imponere, ipsius petulantiā  
compescere, atq; in his tantum quæ necessaria sunt, eius usum cōuertere. Opportunum  
C namq; auditorium ac salubre remediu est ad perficiēdū ea quæ memorata sunt, custodis  
sui angeli spiritualē meditari presentiā, necnō ad ipsicēdarū uirtutū sustinere esuriem.  
Quod necessaria sunt dona spiritus sancti in adeptiōne & perseveranti exercitatione uirtutū. Cap. V.  
 Ominis uita quādiu huius mortalis naturæ tegitur indumento, eādē super-  
terrā esse militiā sacrarum scripturarū eruditus oraculis & cōprobante ex-  
perientia optime nouit quisquis rationis est cōpos, ac recte iudicādi deco-  
ratus est dono. Nā etsi ad cognoscēdā ueritatē humanus intellectus est ca-  
pax, minime tñ illā absq; paracliti munere operādo sufficit adimplere, dī-  
cete Apostolo: Nō q; sufficientes simus cogitare aliqd à nobis, quasi ex nobis, sed suffi-  
cientia nostra ex Deo est. Alio quoq; in loco ait: Nō est uolētis, neq; currentis, sed miserē-  
tis Dei. Quātos nouimus naturali pollere ingenio, terrenarū rerū prudēti cōsilio tracta-  
re negocia, urbiū præesse regimini, suæ reipublicæ præuidere pericula, regib. ac prouinciarū  
principib. salubria præbere monita, & tñ per abrupta uictoriū præcipitia sine Dei  
timore uagari? Quātos, inquā, cōspicimus quotidie scientiæ seculariæ habere  
notitiā, antiquorū in arcano cordis memoriter gesta reuoluere, proferre lingua, & per-  
currente calamo disertissime promulgare, & nihilominus quia superbiæ inflati sunt spī-  
ritu, à ueritatis itinerib effecti sunt longe? Non in sermone, sed in uirtute apost. Paulus  
regnū Dei esse testaf. Scientiā quoq; per seipsum absq; caritate inflare, caritatē uero per  
se solā ædificare idē Apostolus suo cōmandat eloquio. Quæ profecto caritas nequaq;  
proprio labore acquirit, nec humana calliditate percipit, neq; illam habere cupientib.  
pro libito datur, sed diuino gratuitoq; munere prærogatur. Sic enim ait Apost. Scien-  
tes q; tribulatio patientiam operat, patientia probationē, probatio uero spē, spes aut nō  
cōfundit, quia caritas Dei diffusa est in cordib. nostris per spiritū sanctū, qui datus est  
nobis. Non inquit, extorquetur uolenter, nec solicitudine hominis reperitur, sed dif-  
funditur ex alto in cordibus electorum, quoties & quando eidem spiritui placet, qui  
(domino perhibente) ubi uult, spirat: auditurq; uox eius, ignorat tamen, unde ueniat,  
aut quō uadat. Porro sp̄ritus iste sanctus quēadmodū est potens in opere, in sermone  
efficax, in dilectione seruidus: ita est in consolando promptus, in exhortando intentus,  
Laur. Justin. YY & in

2. Cor. 3  
Rom. 91. Cor. 4  
1. Cor. 8

Rom. 5

Ioan. 3

**E** 1. Cor. 12 & in se cōmūnicādo mūnificus. Apostolū qd de hoc spū ipsiusq̄ cōmūnicatione loqua tur, aduerte: Alij (inquit) per spūm dāf sermo sapientiae, alijs sermo scientiae secundū eun dē spūm: alijs gratia sanitatiū in uno spū, alteri fides secundū eundē spūm, alijs operatio uirtutum, alijs prophetia, alijs discretio spīrituum, alijs genera linguarū, alijs interpretatio sermonū. Hæc aut̄ omnia operatur unus atq̄ idē spūs diuīdens singulis prout uult. Nedū uerò pro sua ineffabili clementia tribuit dona fidelibus, uerumetia se possidentiū cooperator efficitur in sermonib⁹, in laborib⁹, in operib⁹, in cogitationib⁹, & in amplectendis perficiendisq̄ uirtutibus. Vnde (quæso) in contēnendis mūdi huius prospexitatibus, in abijsciendis ac erogandis cunctis opibus: in principum huius seculi calandis terroribus, in perferendis tormentis ignium, bestiarum, carcerum, exiliorū, contumeliarum, flagellorum, equuleorum, singulorumq̄ præcisione membrorum, sanctis martyrib⁹ ueritatis testibus, tanta patientia uirtus est præstata, nisi ab eodem, de quo loquimur, spiritu? A quo (quæso) fonte emanauit futurorum præscientia reuelata prophetis, seu diuinorum eloquiorum mysteria sapientiae fluenta melliflua, supernæq̄ ciuitatis Hierusalem iucundissima gaudia per doctores ecclesiæ sanctos propalata fidelibus: Nonne ab illo, de quo in uolumine sapientiae scriptum est: Spiritus domini replete orbem terrarum, & hoc quod cōtinet omnia, scientia habet uocis? Omnis est enim artifex, omnē habens uirtutē, omnia prospiciens. Quamobrem quicunq̄ cupit linguā habere disertam, quisquis scripturarum sanctarū querit sacramenta in eisdem latentia intellectu percipere, huius alni spiritus imploret auxilium. Non aut̄ aliunde q̄ ab ipso prestoletur donū obtinere sapientię, quo mediante ualeat gustare, quam suauis est dñs, & quam magna multitudo sit dulcedinis eius: quā utiq̄ abscondit seruūlitter timentibus se. Manifestat uero per spūm in illo recte sperantibus. Ipse nāq̄ est qui robur tolerantiae tribuit in aduersis, atq̄ laudabilem uirtutum laboriosa studia perseuerantiae perducit ad palmam. Hæc quippe uirtutes sunt, quæ Christi militem probant in pælio, in stadio dirigunt, & consummāt in opere. Nempe ex ipsarū quotidiano usu efficitur quisq̄ perfectus. Nequaquam autē illas appello uirtutes, quæ in pugnatorum militum numerosi G tate aut congregatarum diuitiarū, & aliorum qualitūcunq̄ honorū temporaliū felicitate, siue in corporis uel membrorū omniū sospitate, fortitudine, & agilitate subsistunt, sed quæ in hominis rationalis mēte formāt, & opera cōcepta interius atq̄ exterius inchoata laudabili fine persistunt. Sic enim uirtus, de qua hic tractatur, à sapientib⁹ esse diffiniatur. Virtus (inquiunt) est bona qualitas mētis, qua bene uiuitur, qua nullus male utitur, quā solus Deus in homine operatur. Ipse profecto uirtutes hominē efficiunt rationale, & à cōctarum dirimunt sorte bestiarū. Illę solo sensu ducunt carnis, & naturali impellū tur instinctu. Homo aut̄ uirtutis amator & gratia cooperator ratione trahitur, caritate informatur, boni & honesti delectatione allicitur, bellū quoq̄ sibi ipsi indicit, diuturniūq̄ certamē aggreditur, in quo nō licet inimicis terga uertere, neq̄ in propria uirtute cōfidere. Nam in primo congressu est abdicanda fiducia sui, & propria cognoscenda infirmitas pusillanimitate reiecta, quæ certandi debilitat uires, spem tollit, & aduersarijs audaciam p̄ficit. Ad Deū itaq̄ uirtutū sectator mente configiat, auxilium de celo po scat, robur perseuerāti ab eo imploret, qui huius certaminis inspecto r̄ est, adiutor, coro nator, & merces. Prophetā aduerte, quid dicat, quid cōfiteat, & quē p̄dicit: Diligam (inquit) te dñe fortitudo mea, dominus firmamentum meū, & refugium meū, & libera tor meus, Deus meus, adiutor meus, & sperabo in eū, protector meus, & cornu salutis mea. Laudans inuocabo dominū, & ab inimicis meis saluus ero. Quā elegāter, quā aperte, & quā uere Prophetā iste homo utiq̄ secundum cor Dei insinuat uirtutū dilectoribus, quem suum debeant defensorem intueri, in quem sperare, & ad quem cōfuge re, & de cuius bonitate p̄fumere. Superuacue prorsus pugnando desudat, qui pro acquirendis uirtutibus ac superandis hostibus absq̄ spe cælestis suffragij & humilitatis uirtute ad spīrituale certamen cōgreditur. Memoratum quoq̄ Prophetam, Dei bonitatem in patrib⁹ ueteris testamenti confitēdo & laudando quid dicat, audiamus: Deus auribus nostris audiūmus, patres nostri annunciauerū nobis opus, quod operatus es in diebus eorum & in diebus antiquis: manus tua gentes disperdidit, & plantasti eos, affixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & gla dius

**H** psal. 17

**G** psal. 43

**A** dius eorum non saluauit eos, sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio uultus tui, quoniam complacuisti in eis. Idem aut̄ alio in psalmo quid de humilitate loquatur, intellige: Custodiens (ait) paruulos dominus, humiliatus sum, & liberauit me. Oret igitur in spīritu frequenter, & de propria uirtute se humiliando diffidat, quisquis de ini mīcīs suis triumphare desiderat. Aduersarij siquidem, qui nos infestant, diabolus & caro sunt. Iste suis nunquam desinunt nos oppugnare insidijs, nusquam desunt faculare sagittis. Quanta aut̄ importunitate diabolus nos superare ac mactare conetur, apostolus Petrus fideles hortādo ad pugnā perhibet inquietis: Sobrij estote, & uigilate, quia aduersarius uester diabolus tanq̄ leo rugiēs circuit quærēs, quē deuoret, cui resistite fortes in fide. De lucta uero carnis contra spūm Paulus admonet dicēs: Caro concupiscit aduersus spīritum, & spīritus aduersus carnem, ut non quæcunq̄ uultis, eadem faciat. Porro ipse diabolus & angeli eius spīritus neq̄, qui nos impugnant, & ueluti rugiētes leones nos deuorare, secūmī ad gehennæ incendia rapere moliuntur, acerrimi bellatores sunt: assueti sunt ad præsum, inuidiæ liuore succensi, nocendi nimia malignitate referti, non diebus nec noctibus (Deo nihilominus permittente) nos suggestionibus malis, allocutionibus blandis, cogitationibus noxijs, inuisibilibus laqueis, falsis promissionibus, terroribus insuetis, atq̄ crudelibus minis Christi, sanctorumq̄ eius nituntur nos priuare consortio. His itaq̄ uiriliter resistere debemus, nosq̄ spiritualibus armis munire uirtutum, iuxta Apostoli Pauli hortamenta dicentis: Accipite fratres armaturam Dei, ut possitis resistere in die mālo, & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos uestros in ueritate, & induit lorica iustitiae, & calceati pedes in præparatione euangelij pacis in omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequisli mi ignea extingue, & galeam salutis assumite, & gladium spīritus, quod est uerbum Dei, per omnem orationem & obsecrationem orantes in omni tempore in spīritu, & in ipso uigilantes. Valent utiq̄ memorata arma uirtutum (Dei pro nobis & in nobis cooperante gratia) nedum defendere ab incursibus ac tentationibus spīrituum immundo rum, uerumetiam ab obscenis & perniciōs operibus carnis, quæ (eodem p̄fato perhibente Apostolo) sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, comedationes, ebrietates, & his similia, quæ prædico uobis, sicut & p̄dixi. Hæc profecto omnium peccatorū sunt germina, uictoriū occasions, & eadē peragentiū damnationis æternæ testimonia certa. Hæc, inquam, alienant animā à Deo, prūiat gratia, auferūt merita, diuinæ dulcedinis tollunt gustū, conscientia quietē turbat, fugat spē ueniæ, desperationis fouē parant, sapientia obtenebrat lumen, opera de se bona cōmaculat, delinquentē dirimunt ab unitate fidelium, gehennæ efficiunt filiū, & cælestis regni faciunt esse exortē. Ista igitur qui Christi sunt, intelligentes carnē suā cum uitijis & cōcupiscentijs suis crucifigentes, iejunij attenuat, domant laboribus, uigilijs terūt, fame, siti, frigore, & nuditate debilitat, uirtutū flagellis uerberant, cōcupiscentiasq̄ suas sibi dominari non sinunt. Plurimū deniq̄ quū laboriosus sit iste cōgressus, diuturna pugna, & bellatores rari qui huius spīritualis luctæ uelint perseuerare in stadio, ab ijs qui cupiunt esse uictores, diuina, ut superius dictum est, sunt imploranda suffragia, necnon de uiribus suis propria abdicāda fiducia, quæ radix est criminum, superbiae filia, fomes uitiorum, inimica uirtutum, gratiarum dissipatrix, & sanctæ humilitatis protus aduersaria. Cæterum cum difficillimum sit, iuxta domini exhortationē, quotidie crucem tollere, seipsum abnegare, carnis illecebras sternere, desideria illicita uincere, motus inordinatos cohibere, cælibem uitam ducere, sanctorum imitari uestigia, & secundū spīritū ambulare in spīritu (pro consequendis tamen semperiternis, & inuisibilibus gaudijs, quæ p̄parauit Deus diligentibus se) ab ijs qui Christo militant, & fide formata futura prospectant, onerosa nequaquam sunt arbitranda, sed leuia. Nam, attestante Apostolo, nō sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Labor quippe magnus, merces uero laboris prorsus maxima. Uirtutum itaq̄ spīritualem patiatur esuriem, certare mente & corde non cesset, se debellanter & audacter impugnet, quisquis de uirtute proficere in uirtutem, & ad perfectionis nūtitur alta conscendere, atq̄ Deum per cordis munditiam uidere peroptat.

**Laur. Justin.**

**Y Y 2**

**Quod**

**Psal. 114**

**Gal. 5**

**Ephes. 6**

**Gal. 5**

**Rom. 8**

Quod spiritualis lux sit necessaria ad cordis munditiam consequendam, dicit illius excellentia & effectu. Cap. VI.

**V**emadmodum cōmeantibus in nocte per ignotas regiones, seu difficiles semitas, uel itinera à latronibus occupata, atq; circumsepta periculis, prorsus necessarius est dux: ita peregrinantibus in regione umbre mortis (videlicet) in hac uita, quæ tentationibus, spiritualibus laqueis, ignorantia tenebris, & diuersorū inimicorum insidijs est referta, opportuna est lux, non illa quæ naturalibus momentis nutritur, ut ardeat, sed neq; illa quæ solis, lunæ, aut stellarum splendoribus irradiat terram, corporeisq; inspicitur oculis, atq; cōmuniis est pecoribus, uolucribus, & hominibus, sed quæ rationali communicatur creaturæ, fide percipitur, mentis puritate certnitur, gratis à Deo infunditur, & desuper uerbo inspirante donatur. Nam (didente Iacob apostolo) Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est descendens à patre luminū. Quamobrem quū ipse sit lumen, & æterni genitor luminis, merito ab ipso, & nō ab alio spiritualis lucis percipit lumen, quisquis uere illuminatur, nec quantum in ipsa luce est, quenquam sui participatione facit expertem, quemadmodum Ioannes apostolus insinuans ait: Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Non enim imputabitur illuminanti, quū quis memorata caret luce, sed eandē minime recipienti, atq; à se repellenti, qui illius contubernio sancto seipsum reddit indignum, dum cordis oculos auertit ab illa, & delictorum delitescit in tenebris, ipsas tenebras magis diligēdo quam lucē. Lucem ipsam audi dicens: Omnis qui male agit, odit lucē, & nō uenit ad lucē, ut nō arguātur opera eius, quia mala sunt. Nempe sicut ægris oculis corporalibus odiosa est uisibilis lux: æque animæ peccatrici & peccatorum in delectatione obrutæ sapientiae diuinę onerosum est lumen, quoniā radiorum illius fulgentium capax esse nō ualet. Sic enim legitur: In maleuolā animā nō introibit sapientia, neq; habitabit in corpore subditō peccatis. Hoc idem Ioannes apostolus insinuare uolens inquit: Et lux in tenebris lucet, & tenebra eam non cōprehenderūt. Proinde necesse est, ut scelerum obhorreat tenebras, delinquendi occasiones deuiter, & iniuriorum declinet consortia, mundet præterea cor nedum à pernicioseis & noxijs cogitationibus, uerum etiam à uanis & inutilibus, quicunq; concupiscit æternę sapientię irradiati splendoribus. Nam semper præsto est & parata se cōmunicare poscentibus, omnes quoq; præuenit donis, excitat clamoribus, & præoccupat promissis. Sic enim habes de illa scriptum: Sapientia foris prædicat, in plateis dat uocem suam, in capite turbarū clamitat, in foribus portarum urbis profert uerba sua dicens: Vsquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes oderint scientiam? Conuertimini ad correctionem meam, en proferā sp̄ritum meū uobis, & ostendā uerba mea. In euangelio quoq; inquit ad Hierusalē: Quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? In Apocalypsi etiam quid ipsa sapientia loquatur, obserua: Ego (ait) sto ad ostium, utiq; cordis, & pulso, Si quis audierit uocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & coeno bo cum illo, & ipse mecum. O sapientia æterna, incommutabile uerbum, & splendor paternæ gloriæ. O, inquam, meridiana lux, in qua nullæ sunt tenebrae, in qua contemplantur, quacunq; facta sunt, & essentialiter uniuersi existunt sapientia & scientia Dei thesauri, quā profecto inspicere felicitas est, quam cognoscere uita beata est, cui inhære re perpetua requies est, quam laudare ineffabile gaudium, quam ex toto corde diligere sumnum bonum, cui famulari est semper uiuere, cuius pulchritudinem intueri est sempiterna fruitio, iucunditas plena, perseuerans iubilus, suauitas immēsa, perfecta lætitia, immortalis uita, & consummata satietas. Quis apprehendere ualeat, & enarrare sufficit, quanta erga hominū salutē tua sit caritas, solicitude indefessa, peruigil cura, ac materna cōpassio? Equidem parum tibi fuit pro illis mortalem naturam sumere, humilitatis perferrre incommoda, esurire, sitiare, flere, laborare, peregrinari, pati contumelias, sustinere opprobria, deturpari sputis, spinis coronari, flagellis cædi, iniuste damnari, configi clavis, aceto potari, cum sceleratis deputari, & postremo in crucis patibulo morte turpissima uita priuari. Ceterum ut in dicibile tuæ dilectionis insinuares arcanū, & ad te per amoris uinculum & beneficiorū cumulū per abrupta uitiorū, & dēfissimas delictorum

**A** delictorū tenebras errantū mortalū attraheres corda, quotidie per aspirantē gratiā, & ueritatis lumē, atq; internam uocē quā nemo intelligit, nisi qui audit mente, & secū habbitare conatur, necnō per spirituale experimentū cū Prophetā ueraciter potest dicere, psal. 84 Audiam quid loquatur in me dominus Deus, qm̄ loquetur pacem in plebē suā, & super sanctos suos, & in eos qui cōuertūt ad cor. Interioris hominis pulsas ad ianuā nō propter te, qui nullius eges, sed pro illius bono, qui sine te nihil agere potest boni, nec esse bonus, neq; summi boni, quod tu es, habere consortium. Quamobrem tibi pulsanti per obedientię uirtutem spiritualis habitaculi sui patefaciat aditum, quatenus prōlibito tuo ingredi ualeas. Pulset nihilominus & ipse ad ostium tuum per orationis instantiam, æternorumq; desiderium, necnon per tuam in spiritu iugiter meditatam præsentiam, atq; per cordis dulcem gustatam munditiam. Hæc plane est thesaurus intus absconditus, hæc, inquam, est preiosa margarita cum sollicitudine & sudore reperta, pro qua custodienda debet sapientia amator & perfectionis cupidus distractis facultatibus uniuersis, ac etiam abdicatis à se illecebris carnis, ipsam in interioris hominis habitatculo colloca, & omni, qua ualeat, industria possidere. Est enim ipsa cordis munditia iuge conuiuum, deliciarum internarum ianua, hortus conclusus diuersarum uirtutum arboribus consitus, præclarum speculū, in quo cognoscuntur animarum maculae, deformitates uitiorum, temptationum laquei, inimicorum insidijs, peccatorum pōdera, lapsus criminum, & dispositiones singulorum. Per eandem donum cordis munditiam percipere ualeat homo, quantum in uia Dei proficit, quantum deficit, quid potest per gratiā, & q; nihil sufficit boni operari ex se. Diuina præterea intelligit sibi gratis collata fuisse beneficia, discitq; pro eisdē Deo gratias agere, Deū laudare, orare frequenter, mente ad cælestia sursum erigere cōdītori suo, ac sibi ipsi intendere, sanctarū scripturarū mysteria prælibare, infusionum spiritualiū arcana sentire, futuræ uitæ promissa sperare, supernū ciuiū cōcupiscere gaudia, atq; cū eisdē per amoris incēdium, cordis iubilū, pacis osculum, & caritatis indissoluble uinculum cōtemplando misceri. Nemo prorsus explicare cōualet quanta bona, quanta charismata spiritualia, & quot gaudia ex munditia ipsa prouenant. Dat quidē pacē, securitatem tribuit, fiduciā coram Deo præstat, pacatam redit conscientiam, eleuat de terrenis, prouehit in cælestia, & ad bene operandum, recte uiuendum, & utilia cogitādum se possidentē excitat. Nequaq; sinit ipsum uagari extra se, nō meditari inania, nec superflua appetere, neq; innoxij immorari. Supra modū aut obsecna desideria & uoluptuosæ carnis perhorrescit incendia, atq; mulierū illecebrosa phantasmatæ, que siue per immisiones immundorū spirituū, seu ex corruptæ sensuilitatis emergunt petulantia, abigit repente à se, & manu sancti desiderij mox, ut cordi se offerunt, ualide allidit ad petram. Non enim permitit aliquid pollutum aut immundum in mentis suæ penetralia ingredi, ne inficiatur, & perdat pudicitia nitorē, corporis cōstitutam, & animæ angelicam puritatem. Hinc quoq; sensibus peruigilem adhibet custodiam, auribus quidem obturat auditum, ne turpia & uana percipiāt eloquia Apostolice eruditiois eruditus sententia, quæ ait: Corrumptūt bōnos mores eloquia mala. **C** Oculis imponit legē, ne aspiciant, quod illi minime licet cōcupiscere. A lenocinj odo ramentorū auertit olfactū, & à multitudine ac uoluptate ciborū per sobrietatis regulā coeret gustū, sciens ex saturitate & crapula libidinis æstuare pruriginem. Tangere po stremo deuitat omne qd mulcet tactū, ut non uoluptatum carnalium labatur in foueā. Grauia deniq; delicta nedū ei perpetrare non libet, uerum etiam leuia & minuta, sine quibus mortalis uita non ducitur, solerter declinare conatur, agnoscēs, p certō q; nemo crit minibus prægrauiatus ad perfectionis ualeat euolare fastigia. Intelligit præterea q; uiri sancti uenialia paruipendendo consummare peccata paulatim probabuntur in grauiora, & à uirtutum tepescunt usū, quotidieq; procliviores efficiuntur ad casum. Quamobrem illum arbitror esse beatum, qui quamdiu à dño peregrinādo degit in corpore, per censuram disciplinæ spiritualis omni custodia seruat cor suū, & in cunctis negocij suis interius disponendis, uel per agēdis exterius in lumine fidei, & sapientia splendore. **D** presentiam meditatur in spiritu: Prophetamq; imitatur, qui ait: Prouidebam dominū in conspectu meo semper, qm̄ à dextris est mihi, ne cōmouear, propter hoc lætatu est cor meū, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiesceret in spe. Nihil quippe reor Laut. Iustin. YY 3 esse

esse sic efficax ad internā adipiscendā munditiā, & ad uirtutū arcē concendēdā, necnō. E  
ad conterendas carnis delectationes, quę aduersus animā militare noscuntur, quemad  
modum cogitare se astare semper ante oculos iudicis cūcta cernentis. Tali profecto stu  
dio & huiusmodi frequentata meditatione acquiritur cordis mūditia, tenetur, posside  
turq; cooperante nihilominus diuina misericordia, & mediatoris gratia, quę p̄ficit ope  
ra nostra) illa gratificat in se, ut placeant sibi. Nam absq; ipsa languet uirtus nostra, tepe  
scit affectus, hebetatur intellectus, interiores caligant oculi, & omne mentis robur au  
fugit. Hoc ueritas ipsa testatur, dum dicit: Sicut palmes non potest ferre fructum à se  
met ipso, nisi manserit in uite: ita & uos, nisi in me manseritis. Hoc idē Paulus suo confir  
mat eloquio: Non q̄ sufficiētes (inquit) simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis,  
sed sufficientia nostra ex Deo est. Flagitet itaq; à Deo cordis munditiā, si quis caret illa,  
eadem uero qui habet, ut oculi sui pupillam custodiat. Verum ut ipsam illęsam & in  
contaminatam seruet, omni cum diligentia secum habitare peruiglet.

Quod propter aduersariorum calliditatem & cordis nostri infirmitatem, debet in Christi militibus  
peruigil inesse constantia. Cap. VII.



llitantibus Christo, & ad uirtutū perfectionē attingere cupientib; magna  
nimilitatis oportet inesse cōstantiā. Vbi enim sunt hostes infesti, necnon &  
lucta penē continua, ibi esse cōgruit sollicitudo nō dormiēs, prudentię lu  
men, pugnādi audacia, desideriū patiënti, mētis puritas, & cooperās gra  
tia. Quantæ fortitudinis, quantæq; calliditatis sint aduersarij, qui nos im  
pugnāt, declarat dñs ad lob loquens: Non est (inquit) potestas quę cōparetur ei super  
terram, qui factus est, ut nullum timeret. Omne sublime uidet, ipse est rex super uniuers  
os filios superbiā. Calliditatem quoq; suā in primorū nostrorū debellatione parentū  
insinuauit, quū dixit ad mulierē: Cur præcepit uobis Deus, ne comederitis de omni li  
gno paradisi? & mulier respōdisset, de fructu ligni, qđ est in medio paradiſi, præcepit no  
bis Deus ne comederemus, necq; tāgeremus, ne forte moriamur. Illicò subintulit: Ne qua  
q; moriemini, scit em Deus q; in quocūq; die comederitis ex eo, aperiēt oculi uestri, &  
eritis sicut dñ sciētes bonū & malū. O calliditas maxima. Diuinitatis honorē, boni ma  
liq; scītiā insipiēti mulieri fallaci ac mendaci persualione p̄mittēs ambos innocētię cā  
dore priuauit, interiori expolliauit gaudio, de paradiſi amōenitate expulit, temporalis &  
æternę mortis aduersus eos illata sentētia huius grūnosē peregrinationis fecit esse colo  
nos. Non est passus ipse mendax, ac mendaci pater, elationis atq; seductionis inuētor  
illuc eosdē ascēdere, unde superbiēdo miser miserabiliter ipse ceciderat. Foras nāq; de  
paradiso uoluptatis utriq; electi corpus p̄priū sibi hostem effectū esse senserunt. Hinc  
aduersus captiū animā carnis concupiscentiā pugnare cōperūt, hinc pro huius trans  
gressione inobedientiā sibjpsī rationalis spūs hominis factus est insidiator & hostis.  
Amisso nāq; scientiā lumine, & creaturarū cognitione p̄fecta, ignorātiā Dei & sui re  
pleta est tenebris, & quę cæteros præcellebat dignitate & gratia, uitiorū effecta est ser  
ua, inanis, profuga, omniūq; infirmitatū spiritualiū contagione oppressa, ita ut prophe  
ticum illud dictum spiritualiter eidem congruere uideatur: Omne caput languidum,

& omne cor incoerens à planta pedis usq; ad uerticem capitū non est in eo sanitas, uul  
nus, & liuor, & plaga tumens non est circumligata, nec curata medicamine, necq; fota  
oleo. Verum ut de cæteris infirmitatibus illius quę innumerabiles sunt, taceam, quid  
humano corde fugacius: quidue(nisi sit diuina bonitate adiutus, præuentus gratia, &  
uirtute roboratus) illud ualet ratione subigere, à sentibus uitiorum mundare, & noxia  
rum cogitationum temptationibus liberare, quum dominus dicat: De corde enim exēt  
cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blas  
phemiae, quę omnia coinquinant hominem? Hoc quippe humanum cor appetere atq;  
euertere conatur diabolus illusionibus malis, immundis phantasmatibus, suggestio  
nibus blandis, & uoluptuosis delectationibus, ut ad consensum delictorum impellere  
queat. Sic utiq; p̄strauit cor lude, & de apostolatus sublimitate deiecit, egitq; arte sua,  
quatenus cupiditatis sagitta uulneratus cūctorū uilissimo p̄cio uenderet dñm, atq; de  
speratiōis ueneno debriatus suspendēs se laqueo miserabiliter interiret. Quamobrē cū  
omni diligētia custodiendum est cor, & timoris diuini obstruendum est seris, necno  
casti

A casti amoris est alligandum uinculis, ne lasciuēdo pereffluat, & per sensus carnis se cir  
cūquaq; diffundens nullatenus ad se redire sufficiat. Quum uero difficile sit idipsum im  
pollutum seruare, norunt, qui ambulare uolunt in spiritu. O quantis sudoribus, quām  
crebris violentijs, quantaq; sollicitudine illos laborare oportet! Nempe quum tenetur  
elabitur, quum custoditur aufugit, quum queritur uix reperitur, & quum ad se consider  
andum inducit, repente se uertit ad alia, more aspidis surdæ obturantis aures suas, ne  
audiat incātantium uoces. Discurrit per creaturarum numerositatem, delectatur in ea  
rum decoro, illecebrisq; ipsarum inhātere concupiscit: & nisi consideratione repentina  
ac insperata mortis, aut infernalis gehennæ terroribus agitetur, efficitur uelut equus &  
mulus, cui ad cognoscendum periculosi sui status errorem non est intellectus, neq; sup  
petit uirtus. Evidem hinc inde per loca arida, & in aquosa perambulans, ut optata suæ  
uoluptatis adiuueniat requiem, illamq; minime reperiēs ad se, etiam cum rubore redire  
compellitur. Imitatur utiq; filij prodigi formam, qui accepta quę illi contingebat patri  
monij portione longe discedens à patre, longiusq; recedens à se omni prorsus inconti  
nenter uiuendo facultate consumpta, post ualidæ famis inediā, & post siliquarū por  
corum concupitam escam, nec ad saturitatem habitam, ad genitoris sui gratiam corde  
compunctus, & lachrymarum ībre perfusus se prosternendo, propriumq; delictū hu  
militer confitendo clamauit: Pater peccavi in cālo & coram te, iam non sum dignus uo  
carī filius tuus: fac me sicut unum de mercenarijs tuis. Nulli quippe sit dubiū, quin quo  
ties peccatrix anima reatum suum agnoscens, & compūcta de cætero ex corde nō pec  
care disponens, ad Deum per confessionem humilem ueniam flagitando conuertitur:  
benigne suscipiatur, amplectatur misericorditer, spei stola præcingatur, annulo fidei  
desponsetur. Intelligentiā pro salute sua uitulum saginatū fuisse occitum supra modum  
se confundendo exultet, seq; increpando lætetur, & omni qua ualeat, deuotione Dei er  
ga se exhibitam dilectionem laudare, illiq; ex intimo cordis affectu gratiarum actiones  
offerre non cesseret. O quām efficax est ad promerendam gratiam, ad assequēdam indul  
gentiam, ad pacem obtinendam, ad moderandam Dei iustitiam, atq; ad illius in se pa  
ternam charitatē gustandā, delictorū priorū certa cognitio, detestatio criminū, ae  
etiam ad se renouādū in spiritu detestabilis, & deliberata intētio. Hoc proculdubio ne  
quaq; fieri potest, nisi peccator Dei misericordia præueniat: & per liberi arbitrij spōtā  
neum cōsensum ad se redire nō tardet. Porro neq; semel aut bis egisse hoc sufficit: sed to  
ties id faciēdum est, quoties homo aliquo enormi crimine senserit se esse grauatū. Ad se  
itaq; redeat, lapsum suū recognitando defleat, sibjpsī displiceat, ut Deo placeat, & corde  
cōpunctus cū Propheta clamet ac dicat: Miserere mei Deus secundū magnā misericor  
diā tuā, & secundū multitudinē miserationū tuarū dele iniquitatē meam: Amplius laua  
me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me: quoniam iniquitatē meam ego  
cognosco: & peccatum meum contra me est semper. Meretur quidem indulgentiā ob  
tinuisse à dño, si humiliter orabit iuxta ipsius pollicitationem per Prophetam dīcentis:  
Quotiescumq; peccator ingemuerit, non recordabor amplius iniquitatum suarum. Ex Ezch. 18  
gusto siquidum perceptae ueniae, ex dulcedine pacatae conscientiæ, necnon ex propo  
D lito de cætero non delinquendi nedum assuescet per incoerorem cōunctionis redire ad  
se: uerum etiam per internam exercitationem delectabitur habitare secū, quod quidem  
necessarium est in via Dei proficere cupiētibus. Nam quēadmodum qui extra domum  
corporalis habitationis nulla in eadē relicta custodia per nūdinas & plateas uagatur,  
uariasp; cum amicis cōfabulationes peragit, facillime latronū patitur insultus, rerumq;  
suarum quę in ea sunt, absq; ullo obstaculo sustinet prædam: æquē quicunq; mentis suę  
domiciliū sine spirituali examinatione foras per inanes obſcenasp; cogitationes ua  
gando deserit, non mediocre damnum incurrit. Vanum est cor hominis & inscrutabile  
(inquit sermo diuinus) & quis cognoscet illud? Ego (ait dominus) sum, qui scrutor re  
nes & corda, & qui reddo unicuique secundum opera sua. Porro si inscrutabile est cor,  
etiā ab illis qui spiritualiter iudicāt omnia, quomodo scrutari poterit ab eis q; omni uir  
tutū neglecta censura, per exteriora quęq; inutilia cogitando discurrunt. Qui legit, in  
telligat. Quamobrē quicunq; desiderat ad perfectionis culmen p̄ uirtutū gradus aſce  
dere, quantum hodierno tempore patitur humana fragilitas, atq; delectabiliter & hui  
militer

militer in spiritu habitare, secum exteriōes actiones, & potissimum secularia negotia, **B** seculariūq; conuersationē, quantū ei licet, absq; scandalō proximi & obediētis sanctā detimento deuitet. Sensibus præterea corporis & eorū cōcupiscentijs, quæ supra modum humanā alliciunt mentē, impellunt, & euertunt, peruigilem adhibeat cōtinentia censuram, ne petulanter naturali abutatur impulsu, & insatiabili quodam trahatur affe ctu. Cogitationibus deniq; nedum uoluptuosis ac noxijs, uerum etiam inutilibus, leui bus, & irrationabilibus ita legē imponat, ut dicat malis, recedite, & recedant: bonis ue ro, uenite, & ueniant. Quod si hoc ad libitum posse difficillimum sit, & penè impossibile, sicut Apostolus de se fatetur inquiens: Video aliam legem in membris meis repugnam tem legi mētis meæ, & captiuātem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Decer tet tamen toto conatu easdem diutius non morari in se, quatenus ex prolixa mora dele stationem non pariant, & ad peccati consensum impingant. Nam quēadmodum igni culus paruus, si nō extinguatur, ualet magnam lignorum comburere sylam: ita negle ctæ cogitationes, quæ uel ex concupiscentijs, uel ex operib. pullulant carnis, seu ex immundorum spirituum immisionibus admittuntur, nisi de cordis habitaculo in earū pri mo congressu propellātur, inficiunt, & in peccatorum seruitutē imprudentē, & dormitantem animam pertrahunt, ipsamq; spiritualib. per tēpora aggregatis diutijs priuant. Expedit itaque secum habitare uolenti, ut omni studio, omniq; prudentia intelligere assuecat, quales cogitationes ipsius uersentur in corde, quæ intentiones uoluantur in opere, & quæ affectiones in usu, & quotidiana exercitatione possideant mentem. Hæc qui ignorat, aut cōsiderare dissimulat, si compungatur ex charitate, uel ex cōsuetudine aliquid boni agat: saluari quidē potest, nequaq; uero ad p̄fectionē ualet ascendere, neq; diu secum laudabiliter commorari. Institutus est Propheta à Deo, ut prius euellat, de struat, disperdat, & dissipet: deinde ut ædificet, & plantet. Superuacue prorsus ædifica re nītitur, ac plantare uirtutum pomiferas arbores, & uirētū herbarum odorifera gesta, qui uitorum & concupiscentiarum sentes & germina, de cordis sui agro non conatur extrahere. Domini namq; sententia est, quod exortæ spinæ seminatum in corde suf focant uerbum, illudq; fructum debitum procreare non sinunt. Vigilet ergo super cu stodiā sua, considerationi propriæ cognitionis intendat, deuotioni deniq; secum habitan do uacet, quisquis per humilitatis uirtutem, & uilitatis suæ agnitionem uult in spiri tu proficiendo ascendere.

Quod perniciosas sit mentis elatio, & quod ad obtinendam humilitatem incipientium, proficientium, & perfectorum quotidiana sint studia. Cap. VIII.

 **H**um multa sint peccatorum genera, quæ illa operantes alienos à Deo, & perpetuæ gehēnæ efficiunt filios: superbia tamen uitium principatum tenens primum obtinet locum, tanquam radix, & uniuersorum criminū potissima causa, sacro hoc attestante eloquio ac dicēte: Initium omnis peccati est superbia. Hæc quippe exordiū habuit in cælo, nō ex suggestione uel alicuius impulsu, sed ex suimet in mente Luciferi ambitionē germinans imperādi. Intel ligens nāq; ipse nequissimus se à Deo cōditum, atq; præ cæteris spiritibus angelicis donis, ac pulchritudine esse insignitum, dominandi etiā cōcupiscēs celitudinē similis uoluit esse altissimo. Nam Prophetae præclarissimū ac singularē ipsius decorē narratis, de Ezech. 28 tegentisq; illius superbiam, ac suppliciū perhibentis ista sunt uerba: Tu signaculū similitudinis, plenus sapiētia, & perfectus decorē in delicijs paradisi Dei fuisti. Omnis lapis pretiosus operimētū tuū. Sardius, topatius, iaspis, chrysolitus, & onyx, berillus, sapphi rus, carbunculus, & smaragdus, aurum opus decoris tui. Tu Cherub extentus & protegens posui te in monte sancto Dei in medio lapidum ignitorum: ambulasti perfectus in uījs tuis à die conditionis tui, donec inuenta est iniquitas in te: & eieci te de monte sancto Dei, & perdidī te o Cherub protegens de medio lapidum ignitorum, & eleuatū est cor tuum in decorē tuo: perdidisti sapiētiam tuam in decorē tuo: producam ego ignem de medio tui, qui comedat te: & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium uidentium te. Quemadmodum enim ipse præ cunctis creaturis pro sibi à Deo multipli cibus gratis collatis beneficijs, factori & largitori suo gratiarum innumerabiles actio nes exoluēdo se humiliare debuerat: ita è regione ab autore uniuersorū dorsum suum auerxit,

**A**uertit, & amore principandi ipsius ambiuit honorem, cæterosq; spiritus uoluit habere subiectos, ac uenerari ut Deus. Sic enim superbia tumore inflatus (Propheta perhibente) locutus est: In cælum descendam, super astra cæli exaltabo solium meum: sedebō in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similiis ero altissimo. Mox autē idem Propheta condignæ retributionis temeritatis huius maximæ subintulit supplicium inquiēs: Verūtamen ad infernum detraheris in profundum lacū: qui te uiderint, ad te inclinabuntur, tecq; prospicient. Nunquid iste est qui conturbauit terram, qui concusserit regna, qui posuit orbe desertū, & urbēs eius destruxit? Tu autem projectus es de sepulchro tuo quasi stirps inutilis, & sancte pollutus. Se quippe erīgens superbīdo nedum aduersus Deum, uerum etiam contrā scipsum de propria sede cum dedecore & iactura quā maxima esse cūs est diabolus æternæ damnationis filius, gehennæ stipula, incensor criminum, hominum insidiator, apostata principium, & apostatarum spirituum caput & causa. Quod enim conceperat nequiter, persuasit cæteris. Verum quotquot illi adhēserunt, consentiendo in momento cum eodem pariter perierunt. Sic namq; debuit multari spirituum immundorum elata presumptio. Sic (inquam) diuinam decuit æquitatē à conspectu clementiæ, & gloriæ suæ propulsare ingratos, propriæq; conditionis ignaros, quatenus ex inficta sibi damnationē & irreparabili casu fierent omnibus non superbiedi exemplum, nec se supra se in magnis ac mirabilibus erigendi, neq; se inebriare desiderio principandi, quæ profecto quū sint elationis germina, nequeunt inulte transire. Nā (perhibente apostolo Petro) Deus angelis peccatibus non pepercit: sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicium cruciādos reseruari. Quāobrem discant, qui luteas habent domos, & corruptibile ac mortale corpus inhabitant eruditī ex ruina spirituum immundorum, non altum sapere, non dignitates ambire, honores non quærere, nec desiderare p̄fesse: sed potius subesse, & ministrare alijs magis, quā uelle sibi ab inferioribus ministrari. Quum enim difficillimum sit in statu mediocri, & infimo superbia opera fugere, &

**C** per humilitatis uirtutem contra ambitionis cogitationes, ac stimulos reluctari: imprudentissimum esse arbitror, ultiro quempiam se uelle periculis apostatarū à Deo expōnere, aliorum oneribus se negligere, cathedras pastoralis officij optare, seculares magistratus precibus mendicare, & popularem famam. Sententia namq; incarnata veritatis appetētam p̄eminentia detestantis, humilitatemq; docētis hæc est: Quum inuitatus (inquit) fueris ad nuptias, recumbe in nouissimo loco, ut qui te inuitauit, dicat tibi: Amice ascende superius, & tu h̄c erit tibi gloria coram simul discubentibus. Alio quoq; in loco: Discite (ait) à me, quia mītis sum & humili corde. Humilis siquidē magister humilitatem insinuauit in uerbis, in operibus, in morib; in miraculis, in responsis, in contumelijs, in iniurijs, in opprobrijs, in uerberibus, in flagellis, in passione, in cruce, & in morte. Nempe in omnibus ubiq; & in omni tēpore humilitatis exēplum præbuit, ut innotesceret cunctis, quantum uirtus ipsa placeret Deo, quā utilis & necessaria esset hominib; saluari uolentibus, cupientibusq; in spirituali exercitatione proficere. Indipentibus prorsus, proficientibus atq; perfectis congruit inesse humilitas, si ne qua istorum quilibet in uanum currit, ac superuacue elaborat. Cognoscuntur tamen ad ipsam uirtutem acquirendam, exercendam, & conseruandam, alia esse incipientium cogitationes & opera, alia proficientium certamina, atque alia spiritualia perfectorum studia. Hi namque gradus quamvis ascensionis in corde distinctas habeant actiones, sub eodem nihilominus humilitatis militant ducē, una cælestis gratiæ indigent luce, una' que æternæ felicitatis fruuntur mercede. Nempe ad adipescendam de qua loquimur, humilitatis uirtutem nouis, & rudibus Christi tyronibus inesse congruit per desiderium & usum seculi contemptus, & sui, de spectus habitus, uilitatis amor, incultus sermo, redargutionum sitis, spiritualis patris reuerentia, & præcipue obediendi ignita affectio. Nihil enim sic humilitati aduersatur, quemadmodum sibi ipsi credere, superiori suo uerbo, & cogitatione contradicere, propriæ uoluptati applaudere, illamq; actu uelle perficere. Hæc quippe est, quæ nutrit superbiam, facit hominem altum sapere, caligat mentis aciē, ne ueritatem lumen aspiciat, compunctionis initia perturbāde, detracere, repelliq; ascendere cu pientem,



pietatem, ne se humiliando proficiat. Qui uero spiritu Dei aguntur, roborantur gratia, & consequentiae uirtutis desiderio flagrant, incedunt simpliciter, se exponunt laboribus, contumelij, & uerberibus nullam sibi dantes requiem, nullamq; exterius consolationem querentes: lucrum arbitrantes magnum crucem tollere, carnem macerare, aduersum desideria illicita pugnare, concupiscentias emergentes coterere, & seipso abnegare quod sunt, ut reformati in melius incipient esse, quod necdum sunt. Tandiu uero eos oportet in hoc spirituali oneroso ac quotidiano perseuerare conflictu, donec diuinæ lucis irradiati splendore uirtutis percipiant gustum, & proficiendi amore flammeuant proficientium sectando uestigia: qui toto conamine intra se collecti per quotidiana uirtutum exercitia spiritu, & ratione ducuntur. Hæc siquidem sunt incipientium studia, atq; laudabilia opera, quæ humilitatis uirtutem pariunt, mentemq; parumper ad sui cognitionem excitant. Quæ profecto cognitio sanctæ humilitatis est optimum & stabile fundamentum, prout (domino concedente) inferius apparet. Hanc uero de qua sermo tractatur, humilitatis uirtutē ut apprehendere proficientes, tenere, & in ipsa proficere queant, totis uiribus contendunt habitare secum, quatenus ex assidua consideratione motus cordis, mentis latebras, cogitationum qualitates, desideriorū affectus, immisionum impulsus, intentionem rectitudinis in operando, pondus uerborum in loquendo, grauitatis circūspectionem in conuersando discernere & cognoscere ualeat. Non enim infirmitatis propriæ possunt esse erudit, neq; in humilitatis perfectione multū proficiendo ascendere, si ea quæ supra memorata sunt, scire aut opere cōplere neglexerint. Nam quemadmodum medici corporum si ægrotatiū infirmitatum ignorauerint qualitates & causas, nequaquam ualent sanitate conferre languentibus: ita non intelligentes initia, & passionum impetus, quæ uel ex innata infirmitate, seu ex continua delinquendi consuetudine de peccati lege dominante in carne uersantur in mente, sufficiunt uirtutum medicamenta in spiritu præbere certantibus. Sapientem Christi militem exhortantem ad suæ mētis cognitionem internarumq; passionū indefessam indaginem, quid loquatur, aduerte: Omni (inquit) custodia serua cortū: quoniam ex ipso mortis & uita procedunt. Nemo igitur animi torpore depresso, qui secum habitare parui pendit, ad uirtutum sublimiora fastigia consēdere ualeat. Viriliū animorum opus est istud, qui aduersarij dēsignātur uertere terga, qui pugnare nō metuunt, certādi peritiae norunt, sciuntq; nullum (nisi legitime dimicantem) pro uirtutum adeptione posse coroniari. Quæ profecto uirtutes formātur in corde, coaluntur in corde, & cōsummantur in corde (ipso utiq; cernante & coadiuvante, qui cordium & intentionū scrutator & coronator est solus.) Stat quippe dñs tanquā explorator callidus, & singulorū seruorū suorū inspicit corda, atq; quo affectu quisq; ducatur, qua deliberatione, ut illi placeat, mouetur: quóque studio exerceatur, ut crescat in spiritu, ut perseueret in stadio, ut efficiatur humilior, ut uirtutibus ceteris sit locupletior, ut ad resistēdum uitijs prōptior, & ad percipiendum charismata meliora paratior, paterno intuetur affectu. Nec mirū. Nam profu-  
sionis est ipsa diuina clementia ad sua hominibus erogādum spiritualia dona, q; ad eadem admittēdum ipsi sint proni. Hinc est q; eosdem allicit beneficijs, promissionibus trahit, dilectione tuetur, angelorū ministerio roborat, sacro erudit eloquio, suaq; apud illos cōmorādo lātos facit præsentia, ipso perhibēte, qui ait: Si quis diligit me, sermonē meū seruabit, & pater meus diligit eum: & ad eum ueniemus, & misericordiam apud eū faciemus. Hoc namq; pro maximo uiri sancti munere arbitrantes, perfectæ humilitatis currentes ad brauium ipsius in omnibus pro posse meditantur præsentia, Prophetico etiā edocti oraculo, qui quātū ex hoc ipse proficerit, insinuās inquit: Prouidebā dominū in cōspicitu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc latatum est cor meū, & exultauit lingua mea, insuper & caro mea requiescat in spe. Evidem incipientes ex exterioribus actionibus, in quibus occupātur, humiliatē se posse apprehendere cōfidunt, proficiētes uero infirmitatē suam ex perfectione uirtutū, necnō ex quotidiana uitorum impugnatione metientes, uilitatem propriam sibiipsi celare nō ualentes, se coram Deo humiliando prosternunt, sua accusant facinora, atq; se filios gehēnæ esse fatentur, si Dei ab illis remota pietate iudicentur. Ex hac proculdubio humili cōfessione se condemnando mihi uicimē iudicantur, descendendo in hac miseriārum suarum cōsideratione

A deratione ascendunt, siuntq; quo se uiiores agnoscunt, humiliores: dumq; se arbitratur deficere, absq; elationis contagione proficiunt. At uero perfecti, quorum imprezentiarum exiguis est numerus, iam mundo ex corde mortui, quib. etiam crucifixus est mundus, quāuis operentur magna, aggrediantur ardua, perferant aspera, innocenter uiuant, uirtutibus polleant, coruscent miraculis, terrena despiciant, inhantiq; affectu concupiscant cælestia: ueritatis tamen lumine illustrati se nihil ex se esse proclaimant, atq; ex Dei gratuita bonitate, si quid sunt, syncera humilitate fatentur esse, quod sunt. Norunt siqui dem se conditoris uniuersorum esse instrumenta electa per gratiam, quæ procudubio nisi exercentur à domino, tanquam cæteri iacerent interiori habitu vacui, memoriter retinentes quod dominus ait: Sine me nihil potestis facere. Illud quoq; Apostoli Pauli <sup>Ioan. 15</sup> dictum, omni commendatione dignissimum crebro reuoluunt animo: Non quod sufficiētes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. <sup>2. Cor. 3</sup> Idemq;: Qui putat se aliquid esse (inquit) quum nihil sit, ipse se seducit. Hinc est, quod <sup>Gal. 6</sup> B tanquam ueri humiles nequeunt se extollere, tum quia in omnibus quæ laudabiliter agunt, Dei non priuatam querunt gloriam, Deoq; gratiarum exhibent actiones, qui in illis, & per illos operari dignatur, huic ueritati eorum conscientia testimonium perhibente, tum etiam quia præteriorum sanctorum cum Christo regnatiū acta & mores assidue meditantes, in eorum comparatione se uilissimos arbitrates, seruosq; se inutiles ex corde iudicantes, præ humili confusione, ad cælum oculos leuare non audent. Considerant namq; ignitam illorum charitatem ad Deum, synceram dilectionem ad proximum, humilitatem in prosperis, in aduersis patientiam, in orationibus instantiam, magnanimitatem in laboribus, paupertatem in abundantia, in agendis prudentiam, in cōsilij sapientiam, in illatis iniurijs pacem, in temptationibus constantiam, in bene operando perseverantiam, sibiq; minime in omni commendabili exercitatione parcentes, ut Christo lucrisacerdent uniuersos. In huiusmodi quippe meditationib. seipso, quales sint, metentes non parum in humilitate proficiunt, per amplius tamen quum in uitę Christi immaculato speculo interioris hominis aciem figunt. In tali uitq; speculi Christi contemplatione omnium apparet reprehensibilis conuersatio, sanctorum imperfecta perfectio, uirtus infirma, exigua gratia, laus indigna, & uita culpabilis. Eo nāq; qui perfecti nuncupantur, se existimant nequiores, & ab humilitatis, ceterarumq; uirtutum perfectione temotiores, quo frequentius actu & habitu reuoluunt mente, qualis fuerit ipsius mediatoris Dei & hominum hominis Christi Iesu, cum hominibus forma uiuēdi: quæ profecto ex sui singulari excellentia, exemplaritate, perfectione, & gratia illam contemplantes replet admiratione, perfundit iubilo, exhilarat spe, in fide roborat, succedit dilectione, erudit de moribus, de agendis informat, decorat prudentia, atque per propriæ infirmitatis cognitionem certam, humilitatis sanctæ celsitudinē insinuādo prouehit ad coronam. Fit uero ex huiusmodi consideratione, ut sibiipsi displiceant, & se aliquid fuisse existimasse erubescant, nihilq; commendatione dignum omni tumoris elatione euacuata testentur. Hinc quoq; ad capessendam humilitatis perfectionem efficiuntur latores, ad imperfectionis propriæ notitiam clariores, & ad uniuersa tolerādum aduersa patentes, proculdubio intelligentes humilitatis uirtutem, absq; patientia exercitatione nullatenus esse posse perfectam.

Quantum detrimentum inferat ocium, & dissuetudo corporaliter ac spiritualiter  
dimicandi. Cap. X I.

**V**irilium pugnatorum nihil sic dignoscitur eneruare uirtutē, torporisq; inferre ignauiam: quemadmodum diuturna quies, & hostium nullam expectare molestiam. Nempe ex hoc hebetatur animus, repescit audacia, certandi euanscīt peritia, magnanimitas patiënti amittitur, languet fortitudo corporis, cunctorumq; membrorum aptitudo marcescit. Sicut enim aqua, quæ caret decursu, & facit in soucis, putrescit, & humano usui aliena efficitur, repleturq; animalibus uenatis & noxijs: ita & corpus ocij tabe confectum, concupiscentiarum ac uoluptatum carnalium parit, & nutrit insaniam. Hoc sic esse naturalis suadet ratio, experientia quotidiana testatur, atque antiquarum rerum gesta, & Romanorum pandunt historiæ. Idem namque quandiu aduersarios, cum quibus confligerent, pertulerunt, donec qui

qui eos ad bella laceſſerent, habuerunt, uitiliter dimicantes cunctarum gentium merueſtunt esse uictores: ut ubi defuerunt, qui eos irritarent ad pugnam, pariꝝ uirtute arceſtent in prelio, ueluti feræ indomitæ, & uenenata animalia soporata ad tempus bella exicitare ciuita: in quibus omni naturali pietate ſemota, omniꝝ amicitiarum lege turba: ta, atꝝ confusa proprij cruoris effuſione effecti ſunt rei. Ex ocio quippe & diſſuefactio: ne certandi intestinum exortum eſt prælium: per quod utique dominandi eſt debili: tata potentia, priuata regnandi eſt introducta tyrannis, ipsorum circumquaꝝ eſt dila: nitatum imperium, euerſio facta eſt urbium, prouinciarum diſſidium maximū, ciuiumꝝ Romanorum strages innumeræ. Porrò ad corroborandum ea quæ dicta ſunt, Hebreo: rum geſta, quæ diuinorum eloquiorum autoritate ſuffulta ſunt, proferantur in medium. Liberati ſiquidem Hebræi ab Ägyptiaca ſeruitute, transitoꝝ mari rubro pedis ſiccō ue: ſtigio, ut promiſſionis terram patribus pollicitam, & à peccatricibus gentibus occupa: tam hæreditate perpetua poſſiderent, ne ignauia tabeſcerent, ſeꝝ iſpos prauis morib: uinterimerent, gladijsꝝ consumerent: alienigenarum gentes, per quas exerceſerent ad pugnam, ſecum degendo funditus (Deo diſponente) exterminatae non ſunt. Ad pro: pellendam igitur corporis ſegniem, custodiendamꝝ certandi peritiam, & nutriēdam audaciā redigendi aduersarios in ſeruitutem, necnon ad inſinuandum per hos corpo: rales congreſſus, uisibilia bella & certamina, quæ inuisibiliter & ſpiritualiter populo Dei credituro ex gentibus, & in ecclesia congregando, tam cōtra aereas potestates ſe: culiqꝝ potentiam, quam etiam aduersus uitia, carnisqꝝ concupiſcentias fuerant excita: da, reliquias Chananæorum, Amorræorum, ceterarumqꝝ gentium à Dei cultu omnino alienarum in medio Israelitici populi cohabitasse deſcriptum eſt. Hoc Apostolus ſuo

<sup>1. Cor. 10</sup> confirmat eloquio: Nolo (inquit) uos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes sub: nube fuerūt: & omnes mare tranſierūt, & omnes in nube & mari baptizati ſunt. Et post paulum: Omnia (ait) illis in figura contingebant. Scripta autem ſunt ad correctionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt. Quamobrem ſicut illi populo quecunqꝝ acciderunt in ueritate, & ſub figura contigerunt: ita in nobis quotidie peraguntur, di: uina hoc diſpensante ſapientia, quæ ea quæ futura ſunt, & audientes poſſunt inſtruere, nunc palam, nunc per figuram, & enigmata reuelare dignatur. Ad erudiendam igitur & exercendam plebem ſuam, quam effuso proprio cruore redemit. Israelitæ genti popu: lum alienum à fide (prout memoratum eſt) uoluit eſſe infeſtum, quatenus diſcerent ſe: humiliare, diſcerent in neceſſitate conſtituti auxilium de caelo poſcere, diſcerent aduer: sarios reluctantando debellare. Porrò quecunqꝝ in diuinis uoluminibus ſcripta ſunt, ad no: stram doctrinam ſcripta ſunt: ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum ſpē ha: beamus. Carnalis ille populus uisibiles & carnales patiebatur hostes, & pro rebus uisib: libus pugnare cogebatur: nos uero quibus ſpiritus eſt ante faciem noſtram Christus dominus, ſpiritualiter cum inimicis ſpiritualibus pro rebus inuisibilibus, & aeternis cer: tare oportet: quemadmodum Apostolus nos admonet dicens: Non eſt nobis collucta: tio aduersus carnem & ſanguinem: ſed aduersus principes & potestates, aduersus mun: directores tenebrarum harum, cōtra ſpiritualia ne quītiae in caeleſtibus. Alibi autem ar: mis, quibus nos contra præfatos hostes muniri condeceret, rememorans ait: Arma mili: tiae noſtræ non carnalia: ſed ſpiritualia potentiae à Deo. Quamobrem ſicut impugnat: ores noſtri inuisibiles uisibilibus ſunt robustiores, nequiores, callidiores, & ad nos ſubi: gendum promptiores: æque ad resistendum eisdem congruit nos eſſe cæteris dimican: tibus corporaliter uigilantiores, magnanimiores, & ad obtinendam uictoriā fiden: tiores, non ex nobis, ſed propter illum, de quo Propheta inquit: Dominus illumina: tio mea, & ſalus mea, quem timebo? Dominus defenſor uitæ meæ, à quo trepidabo: Si conſistant aduersum me caſtra, non timebit cor meum: ſi exurgat aduersum me præ: lium, in hoc ego ſperabo. Et quemadmodum ſpiritualium & diuinorum, amißio pre: miiorum, eorumqꝝ iactura eſt maior, quam qualiumcūqꝝ rerum temporalium ac uisibiliū: ita ad repellendum aduersarios decet nos eſſe ſpiritualibus armis (uidelicet uirtutibus) inſignitos: fidei clypeo tectos, prudentiæ lorica munitos, humilitate decoratos, & pa: tiendi amore accenos, atꝝ proficiendi diſiderio roboratos. Verum quum lucta hec ſit diurna, & laboriosus congreſſus, ab hoc certamine amouendi ſunt puſillanimes,

<sup>Eph. 6</sup> <sup>2. Cor. 10</sup> <sup>Pſal. 26</sup> meticulosi,

A meticulosi, elati, deſides, ſeculi amatores, ſectatores uoluptatum, & terrenarum faculta: tum poſſeffores. Inimicorum ſiquidem reliquæ, quæ ad erudiendum, & ad laceſſendum nos ad cōflictum nobis cumꝝ habitare permifſe ſunt, atꝝ alterna uicissitudine nunquā ſinunt nos eſſe ſecuros: aliquæ ſunt ante nos, aliquæ iuxta nos, nonnullæ nobis cum inſe: parabiliter copulat: quædam uero intra nos ſunt inſatigabiliter infeſte. Porrò ante nos eſt hic mundus laqueis uisibilibus & inuisibilibus plenus, perhibente hoc Ioanne apo: stolo, atꝝ dicete: Omne quod in mundo eſt, aut eſt cōcupiſcentia carnis, aut cōcupiſce: tia oculorū, aut ſuperbiæ uitæ, quæ non ſunt ex Deo. luxta nos eſt quotidiana proximo: rum cōuerſatio, quæ ſicut in multis eſt delectabilis & proficia: ita ediuerſo eſt onerosa & daminabilis, interuenientibus ſæpiſſime detractionibus absentium, præſentium ſcan: dalis, alterationibus plurimisqꝝ alij ſpeciebus, quæ Deum timentibus notiſi: ma: ſunt. Nobis cum autem & inſeparabiliter, quoad uiuimus, colligata eſt corruptibi: lis & laboriosa ſarcina mortalis corporis, quod aggrauat animam, & deprimit ſenſum

B multa cogitantem. Hoc quidem corpus quantis ægritudinibus, doloribus, neceſſitatibus, & ærumnis atteratur, & per ipsum anima fatigetur, quotidiana & cōmunis docet experiētia: de qua particulariter loqui, quoniam in propatulo & nota eſt omnibus, uide: tur eſſe ſuperfluū. Intra nos uero eſt fomes originalis culpa: & lex peccati, quæ uiger in carne, & per carnem pugnat aduersus ſpiritu. De qua quidem lege peccati Apostolus inquit: Video aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuam: tem me ſub lege peccati, quæ eſt in mēbris meis. Hæc profecto quātis indeſinenter pugnat ſpiritu cōcupiſcentiarum aculeis, quātis uoluptatum carnalium tentet illecebris, quātis diſideriorum inordinatorū alliciat motibus, optime norunt qui ſecū habitant, & ſui cordis uacant cuſtodię: qui ambulant in ſpiritu, & uirtutum perfectionem appre: hendere molitunt: & qui cū uitij & cōcupiſcentijs carnem crucifixere propriā. Huius: modi ſciunt, q̄ necessaria ſit in hoc conſliuū patientiæ uitus, & perſeuerauia dimicari: di. Sed nequaquam miles Christi ſuiꝝ redēptoris imitator formidare debet, neqꝝ ē bel: lo cum rubore ſecedere. Ad toleratiā quippe inflammatur domini nostri Iesu Christi eruditus exēplo: qui à ſuā conceptionis exordio quoaduſqꝝ in cruce conſixus patri redidit ſpiritu, nūquā pati deliſit, non ſicut cæteri, ſed incomparabiliter ſupra uniuersos: longe tamen efficacius in anima, quam in corpore perpeſſus eſt dolores maximos, actuales cruciatus, ſpirituales gladios: perſecutiones ab hominibus, à ſuis ciuibus, ab a:lienigenis, & à ſui generis ſecundum carnem domesticis, & contribulibus: contra quos nullum inconstantia ostendit ſignū, nec acclamauit, neqꝝ contradictionis protulit uer: bum, ſed tanquam agnus coram tondente ſe obmutuit, & non aperuit os ſuum. Verum nequis intoleratiæ ſuā excuſationem obiiciat, dicatqꝝ dominum Iesum ideo ſuſtinuisse patiētiffime pœnarū immaniffima ſupplicia plus cæteris hominibus: quia Deus & ho: mo erat, uiator atꝝ comprehendor: poteratqꝝ ex potestate diuina animam ponere, & illam iterum pro libito ſumere, augere cruciatus & mitigare, patiꝝ quātum & quādiu illi placebat: ad ſuī uerecundiam & impatiētia confuſionē præteriorum ſanctorū, & præ:

D ſertim gloriosorum martyrum ſecum geſta recenſeat, qui tanquam inuictissimi regis Christi Iesu probatiffimi milites, ac ueriffimi teſtes Christianæ religionis non coactæ, nec uicti precebus, aut ſeduicti muneribus, quin potius ediuerſo iſta reſpuentes, ex libe: ra uoluntate, ſua ſponte, ex mera dilectione, & fidei ardore, ac alacri magnanimitate, mentisqꝝ tripludio in corporibus ſuīs, omnium perpeſſi ſunt genera tormentorum: adeo ut conſtantiffime inſultarent regibus, iudicibus, & tyrañis: ipſosqꝝ tortores hortaren: tur ad ſe cruciandum, quod apud inſideles incredibile uidebatur: penes uero Christi colas, Deiꝝ mandata ſectantes admirabile, omniꝝ ueneratione digniſſimum, potiſſimum quum in hoc congreſſu uictores extiterint cuiuscunque conditionis, diuitum (ui: delicet) & inopum, potentium & infirmorum, ſapientum & ſimplicium, ſenum & puerorum, ſeruorum & liberorum, marium & ſeminarum, coniugatorum & virginum. Hi namque aduersus ſeipſos ſupra naturam, præter conſuetudinem, contra ſuafiones, lachrymas, blanditiās affinium, & principum minas robustiſſime dimicantes (iuxta Apostoli ſententiam) per tolerantiam & fidem uicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, Hebr. 11 adepti ſunt reprobationes: obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis,

fugauerunt aciem gladij, conualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra uerterunt exterorum: alij distenti sunt non suscipiētes redemtionem, ut meliorem inuenirent resurrectionem, alij ludibria & uerbera experti, insuper & uincula, & carceres. Lapidati sunt, secti sunt, in occisione gladij mortui sunt: circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis: angustiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis & in cauernis terræ. Istis quippe exemplis quasi innumerabilibus atque notissimis ad perferenda quæcunque aspera & grauia, cum alacritate & gaudio congruenter promouere ualerent fidelium animos, nisi tepiditatis ac incredulitatis uincti compedibus tenerentur, necnon huius præsentis uitæ falla cibus illecebris inebrati, seruili captiuitatis iugo grauissimo premeretur. Hinc futurū bonorū ignari, & à pmissionū cælestiū gustu prorsus alieni, se per exteriora nūc cogitatione, nūc affectu, interdū breuissima ac permixta delectatione diffundūt quærentes satutatē, pacē, securitatem, iucunditatem, & temporalium affluentiam, quam proculdu-bio reperire non ualent. Non enim in hac peregrinatione, ex qua emanauit peccatum, & terra ex poena delicti primorum parentum spinas & tribulos germinare inchoauit, cœpitq; homo in sudore uultus sui corporalem alimoniam quærere, ista suppetunt commoda: sed alibi superabundant, & tribuuntur. Hie plane æterna præmia, quæ ele-ctis pollicentur, intuentur per fidem, spe amplectuntur, & in charitatis osculo cursim ac tenuiter prælibantur. Hic, inquam, quandiu corruptib;li indumento tegitur homō, oportet pati famem, sitiū, agravitūnes, persecutions, tentationes, & calamitates uarias, quæ uniuersa quanquam non simul, tamen alternatis uicissitudinibus & casibus di-spenstatione irrogantur diuina ad exercitationem uirtutum, uitiorumq; rubiginem detergendam. Nam simul illata imbecillitatē humanam prorsus opprimerēt, per inter-  
ualla uero temporum Dei bonitate misericorditer agente evenire permitta æquo pos-  
sunt animo sustineri. Hoc Apostolus insinuare uolens aiebat: Fidelis Deus, qui non pa-tietur uos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tentatione prouentum, ut pos-sitis sustinere. Tanquam pius pater erudit nos uerberibus & flagellis, ut emendet, exci-tet, exerceat, custodiat, compescat à malo, ac in bono enutriat. Nouit cordis nostri uul-nera, carnis petulantiam, pronitatem ad peccandum, in bene operando inconstantiam & ad seculi oblectamenta sectanda nos semper esse paratos. Quamobrem ueluti indo-mitis animalibus, nos tribulationum loris infrenat, terit oneribus, minis terret, promis-sionibusq; sustentat, quatenus apertis interioribus oculis, infusoq; fidei lumine intelli-gamus discrimina nostra, infirmitatem propriā, & præsentis exilij ærumnas, uertamur ad patrem, atque aduersa cuncta perferamus patienter, humiliter, alacriter, & perseueran-ter: scientes, & ex corde confitentes, quod in comparatione demeritorum, scelerum nostrorum (interuenti Dei iustitia) uniuersa quæ patimur, quamuis intolerabilla esse censeamus, parua sunt, tum ratione diuinæ æquitatis, quæ iuxta criminum grauitatem infert condigna supplicia, tum etiam ex cōsideratione retributionis æternæ, quam patienter aduersa tolerantibus Deus sua bonitate promittere dignatus est. Sic enim ait:  
**Matt. 19** Vos qui reliquistis omnia, & secuti estis me, utique in tribulationibus pro iustitia perse-cutiones sustinendo, centuplum accipietis, & uitam æternam possidebitis. Idem: Beati eritis, quum maledixerint uobis homines (inquit) & persecuti uos fuerint, & dixerint omne malum aduersum uos mentientes propter me: gaudete & exultate, quoniam mer-ces uestra copiosa est in cælis. Paulus quoque Apostolus ueritatis præco, & tuba ali-sona Christianæ religionis fideles adhortans ad perferenda æquanimiter præsentis ui-tæ mala clamat dicens: Non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram glo-  
**Heb. 12** riā, quæ reuelabitur in nobis. Alioq; in loco ait: Omnis disciplina in præsenti quidem nō uidetur esse gaudij, sed mœroris: posteà uero fructum pacatissimum exercitatis per-eam reddet iustitiæ. Quod enim patimur, temporale est: quod autem expectamus, æter-nū. Quod toleramus, sine interuallo labitur & deficit: sed quod nobis spondetur, absq; timoris uicissitudine, æternaliter perfruemur. Promissor noster Deus non potest fal-lere, quia ueritas est: nec ualet retractare aut negare quod ex sua mera liberalitate polici-tus est, quia charitas & iustitia immutabilis est. Cælum (inquit) & terra transibunt, uerba autem mea non præteribunt. Gaudeat igitur Christianus, iucundetur in domino,  
quisq;

**A** quisq; catholicæ religionis professor, quum tribulationis igne probatur: memineritq; scriptum esse per Iacobum apostolum spiritu sancto dictante: Omne gaudiū existimantes fratres mei, quum in tentationes uarias incideritis, scientes quod probatio fidei uestræ patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habet, ut sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Et post paululū infert: Beatus uir qui suffert temptationē, quo-niam quum probatus fuerit, accipiet coronam uitę, quam repromisit Deus diligētibus se. Quum itaq; corona uitæ promittatur in temptatione & tribulatione laborantibus, & Deum diligentibus: supereft, ut quilibet fidelis & Christo militās, læto animo perferat, quæcūq; illi emerserint aduersa, siue sint à Deo permitta, siue à proximo illata, seu à ne-quam spiritibus promota, aut à carnis uel spiritus sint infirmitate generata, sperans se in regeneratione futura, cum angelis & sanctis omnibus copiosissimam habiturum remu-nerationem post triumphum. Non autē uitribus suis præsumat id posse percipere, instet precibus assiduis, gemitib. sinceris, quotidianiachrymis, & operibus bonis. Nequa-quam enim repellit poterit, si fide integrā in oratione perseverando, spretisq; uniuersis negotijs secularibus, diuino se totum mente & corpore manciparit obsequio.

Quod consulte renunciandum sit seculo, & consiliorum iter initiandum: & qualis forma uera pere-grinationis sit per Christum fidelibus insinuata: Cap. X.



Gressurus quis quoddam arduum opus, utrū ad id perficiendum esse cer-seatur idoneus: et si non ualeat proprio metiri, consilio debet alieno. Nā ma-gni periculi res est, grauissimam & confusionis nō modice initiatū opus ante consummationem imperfectorum deserete. Huiusmodi documentum ab ipsa Dei sapientia pronunciatum fuisse euāgelicus textus proloquitur: Quis (inquit eadem) uolens turrim ædificare, nōne prius sedens cōputat sumptus, qui necessarij sunt, si habet ad perficiendū ea, ne postea quā posuerit fundamentū, & nō po-tuerit perficere, omnes incipiāt ei illudere dicētes: hic homo cœpit ædificare, & nō po-tuit consummare: Turrīs quippe hæc spiritualiter ædificanda contēptus est seculi men-te, & corpore pro Christo assūptus, necnon uirtutū perfecta adeptio. Porrō terrena cuncta despiceret, esurire, & penuriam pati, post diuinarum & delitarum affluentiam toto uitæ suæ tempore crūcem tollere, & p̄o consequenda uirtutum perfectione, quo-dianum sibi ipsi bellum indicere, uelleq; nedum præceptorum, uerum etiam consilio-rum Christi hortamenta sectari, prorsus opus est arduum, maturaq; deliberatione in-choandum, atq; inceptum, nulla ratione, nulliusq; persuasionē (excepta duntaxat ne-cessitate manifestissima) deserendum, stante incarnati Verbi sententia, quæ ait: Nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Hanc formido-losam magnipendendamq; sententiam multi tædio uicti, aut inconstantia superati, seu fallaci confidentia decepti pro minimo ducentes, initiatam Christi militiam ex toto re-iecto suauī iugo sapientiae retrorsum aspicientes, tāquam immundi canes ad uomitum redeunt. Sunt etiam plurimi primis numero non pauciores, qui retēto pristino religio-nis habitu, suiq; inordinato amore prostrati, spredo rigore uirtutum, necnon amissio spi-  
**Luc. 9**

**D**ritus fero, ipsiis diuinitus elargito remissioris conuersationis itinera gradiuntur: sibi sufficere arbitrantes, si ex sola præceptorum obseruatione, uitam ualeant obtinere per-petuam, iuxta domini pollicitationem dicentis: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Hī profectò mente frigidī, corde cæci, deuotione uacui, nequaquam considerare uolunt, quantum amiserint gratiæ bonum, & quam inconsulte primitias spiritus pro nihilo du-xerint pro exiguo torporis ocio, & breuissimo certamine patiendi, nequaquam intel-ligentes, quod grauiores ac periculosiores perferunt tentationes, qui in via Dei negli-genter uiuant, quamq; qui cum fero spiritus aduersarijs resistendo luctātur. Nam (ex-perientia teste) nemo libenter cum milite audace congregitur: potissimum spiritus ne-quam, qui optime norunt, quamq; sit uiriliter bellantium crebra uictoria, & quantis pre-ciosis monilibus illorum sit ornata corona. Suffodiuntur quoque rubore non modico, dum ipsi maligni superantur à carne gubernata per spiritum, & inuidiæ liuore succensi minime patiuntur, quantum in ipsis est, per uirtutum gradus quotidiē proficiēti esse perfectum. Hac quippe de causa saepē intermittunt pugnam, ut cesset uictoria, & bellatorum tepecat magnanimitas. At uero generosi milites quamuis non decertent Laur. Iustin.

actu: habitu tamen & desiderio semper sunt ad pugnā parati. Deficientibus quidem spiritibus immundis in stadio, minime tamen desunt concupiscentiarum aculei, aduersus quos gladium spiritus evaginatum tenent: nec non mentis intentionem erectam atque perwigilem, quatenus nascentes paruulos in sui ortus primordio potenter allidant ad petram. Deniqz in hoc congressu, ut ad perseuerandum reperiantur idonei, secundum Saluatoris nostri consilium relicto proprio & naturali solo, spretis parentibus & amicis, erogatisqz pauperibus uniuersis facultatibus suis, tanquam athletæ robustissimi exonerati ab omnibus, nudi ac spiritu ebrj Christum amplectuntur in cruce confixum. Nec mirum. Si enim Propheta David diuino repente afflatus spiritu corā omni populi multitudine in conspectu ancillarum suarum reiectis regalibus indumentis, & toto nudatus corpore non erubuit ante arcam foederis saltare, fabricatam ex ligno & purissimo obiectam auro in futurorum figuram: quāto magis seruus Christi sanctæ religionis cultor, charitatis facibus inflāmatus, & spiritus sancti uirtute impulsus ab renunciatis cunctis carnis illecebris, humanarumqz rerum affectione nudatus, fidei oculo & puro mente intuitu contemplando dominū nostrum Iesum Christum coronatum spinis, uerberibus flagellatum, deturpatum sputis, potatum felle, sanguine aspersum, absque specie & sine decore in crucis stipite confixum, totoqz corpore denudatum: non sicut patriarcha Noe, qui ex uini immoderato haustu temulentus effectus, detectus aspectibus filiorum pudenda exhibuit, sed tanquam Dei & hominū mediator pius, pontifex summus, sacerdos uerus, & innocentissimus agnus obtulit corpus suum Deo patri hostiam uiuentem, sanctam & immaculatam in ara crucis pro reconciliatione humani generis: quod delinquēdo & inobediēdo perierat, ueluti ebrius amore se totum pro sui redemptoris dilectione humiliet, & cuncta præsentis uitæ oblectamenta sponte respuat, & aduersa sustineat suum imitando præceptorem, qui mortem crucis pertulit confusione contempta. Talis quippe decebat ad insinuandam perfectionis, & seculi contemptus disciplinam uniuersis creditibus, ut esset præceptor, talisqz ad detergenda generis humani facinora: & ad exhortandum æquanimiter, & cum gaudio pati contumelias, persecutio[n]es, supplicia, & mortem propter iustitiam congruebat: ut esset nobis pontifex sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & cælis excelsior factus: qui non haberet necessitatem quotidie offerre, quemadmodum sacerdotes: prius pro se, deinde pro populo. Hoc enim ipse dominus Iesus Christus fecit semel se offerendo. Quamobrem quum idem dominus noster Iesus Christus sacerdos & pontifex, tantè sit autoritatis, tanticqz meriti, ut penetrarit cælos, & sedeat à dextris Dei semper uiuens, ad interpellandum pro nobis: teneamus spei nostræ confessionem, adeamusqz iuxta Pauli Apostoli exhortationem, cum fiducia ad thronum gratiæ eius, & misericordiam consequamur, & inueniamus gratiam in auxilio opportuno. Non enim talis est, ut non possit compati infirmitatibus nostris: quoniam quum in carne esset passibili, & cum hominibus conuersaretur, fuit tentatus per omnia pro similitudine absqz peccato. Hæc quippe est consequendæ ueniat nostra fiducia: tum quia optime cognoscit figmentum nostrum, quoniam puluis sumus, spiritus uadens & non rediens: tum etiam quia experimento didicit, quam laboriosa est hæc uita, quam onerosa caro, & periculosa laquei, quam infesti hostes, quam facilis descensus, atqz ad uirtutes quam sit difficilis ascensus. Ipse, inquit, est omnis spes nostra: quoniam (sicut Ioannes ait) si quis peccauerit, aduocatus habemus apud patrem Iesum Christum, qui interpellat pro peccatis nostris: & nō tantu[m] pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Habētes igitur in cælo dominum Iesum Deum nostrum redemptorem aduocatum & iudicem, erigamus nos toto affectu ad ipsum precibus & gemis, ipsius suffragium postulantes. Habemus etiam eundem in hac peregrinatione itineris nostri consortem, quemadmodum ipse testatur: Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem seculi, quanquam aliter & aliter. Regnantibus namqz cum illo est præmium, quo fruuntur, & per quod beati sunt: peregrinantibus uero speculum est, & omnium bonorum exemplar: & præcipue ad perfectionis alta attingere anhelantibus, sicut Mosi perfectorum personā tunc gerenti dictum est: Omnia (ait dominus) facito secundum exēplar quod tibi ostēdi in mōte: non utiqz lapideo uel ligneo, sed quod fuit excisum sine manib[us]; impleuitqz uniuersam latitudinem

1. Ioann. 2

Math. 28

Exod. 25

**A** tudinem terræ: de quo Propheta inquit in psalmo: Mons Dei, mons pinguis: mons coagulatus & pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo. Et ne quicquam materiale suspicaretur de hoc montetam eximie commendato, adiecit: Currus Dei decem millibus multiplex millia lœtantium, dominus in eis in Sina in sancto. Porro ad ascensum huius montis, Propheta aliis omnes hortatur, dicens: Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob: & docebit nos uias suas, & ambulabimus in semitis eius. Nequam super montem alium ascendendum est, quam super hunc: in quo est cunctarum forma uirtutum, morum decus, & disciplina perfecta uiuendi. Nam quicunque perfecte renunciare uult seculo, & tanquam peregrinus in hoc mundo conuersari & esse desiderat, imitetur exemplar exaratum in monte hoc, in humanitate (uidelicet) Christi. Ipse namque mediator, non agros, neque domos uoluit possidere in terra: sed tanquam aduena pauperrimus sustentari dignatus est ære, & eleemosynis alienis. Hospitalium nullum habuit, ita ut diceret: Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos: filius autem hominis non haber, ubi caput suum reclinet. Quamobrem nunc in istam, nunc in illam ingrediebatur domum, ut panem sumeret: non tamen gratis. Accipiebat corporalem cibum, & spiritualem impertiebatur animæ alimoniam. Percurrebat per ciuitates, uillas & castella, Dei uerbum circunquaque disseminans: nullum per hoc tribuens humanitati suæ refrigerium, nullum in labore solatium, nullumqz ad peragendum opus Dei & patris exequendam uoluntatem temporis interponeret spaciū. Vnde quum ex itinere fessus quadam die federet super fontem, expectaretqz discipulos, qui in ciuitatem perrexerant, ut non aliquid refocillationis, sed tantum ut panes emerent, dixissentqz ad eum: Rabbi manduca, respondit: Ego alium cibum habeo manducare, quem uos nescitis. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me. Cibus uero quem esuriebat, & manducare cupiebat, erat salus animarum crediturarum Samaritanorum, quos sciebat ex relatu mulieris de ipso testimonium perhibentis uenturos esse ad se. Nempe quemadmodum ceruus sitiens desiderat fontes aquarum: ita & incomparabiliter efficacius, idem mediator singulis horis salutem sibi uocat animarum. Hinc est quod tali uacans operi non designabatur cum publicanis & peccatoribus conuersari, & cibum sumere: quanquam Pharisei & Legisperiti, cæci & inuidi talia detestarentur conuiuia. Malebat enim diuinorum eloquiorum medicinam præbere languentibus, quam carnarium & incredulorum, & se persequunti scandala & oblocutiones euadere. Omne siquidem illius studium erat reddere agrotantibus sanitatem, cæcis mente & corpore lumen, & ignorantibus præclaras salutis monita: quibus mediantibus peccare desinerent, & ad Dei ac sui cognitionem uenirent, præsentis uitæ blandimenta respuerent, & æternæ felicitatis gaudia peroptarent. Ad hanc uti exequenda nunc de regno Dei, nunc de futuro iudicio, & æternis supplicijs, interdum palam, aliquando & plurimum in parabolis, de uirtutibus, de moribus, & de uitijis loquebatur: non solum erudiens tunc audiētes, sed futuros in illum credituros tamquam sui mystici corporis membra: & hoc in die quando cū hominibus conuersari licebat. Decurso uero die in oratione pernoctabat patrem pro peccatoribus exorando, uigilijs prolixis corpus atterendo: ita ut sibijs pro perficienda humani generis redemptione nullatenus indulgeret. Postremò autem ut se in hoc mundo aduenam esse ostenderet, atque peregrinantibus de se exēplar imprimeret, non in ciuitate, aut propria domo, uel inter cognatos nasci uoluit, sed in aliena patria, in stabulo iumentorum habitaculo, & super foenum cubare præsentibus boue & asino, prout fuerat per Prophetam præcognitum, qui ait: Bos cognovit possessorem suum, & asinus præsepe domini sui. Post paululum uero Herodis declinans immanitatem, qui ipsum necare molebatur, ut homo purus à parentibus est in exilium deportatus: ibi qz tanquam ignotus peregrinatus est tempus non modicum, non sine rerum penuria: quemadmodum alienigenis pauperibus euenire consuevit. Quale uero exemplum in morte reliquerit, mortalium non ualeat apprehendere sensus: quum in cruce ueluti reus, blasphemus, & iatro lacessitus iniurijs, opprobrijis saturatus patri spiritum reddere uoluerit. Totus itaque uitæ illius decursus nihil aliud est, quam irreprehensibilis, & perfectissima quedam Laut. Iustin.

omnium perfectionum forma, necnon magisterium Christianæ religionis optimum, B atque tutissimum exhibitum peregrinantibus uniuersis agnoscentibus, se hic ciuitatem non habere manentem, sed per fidem & dilectionem futuram querentibus. In hoc igitur præclarissimo speculo uerae peregrinationis, perfectionisq; uirtutum se cognoscendo proficientes & ascendententes inspiciant: cōponant & corrigan, imitenturq; non de pari, sed pedetentim, & quantulumcunque nostri uestigia redemptoris: quærat quæ sursum sunt, ubi ipse est in dextera Dei sedens: sapient quæ Dei sunt, non quæ super terram, si sectatores illius esse affectant, & peregrinatores non factos, parati semper inueniantur ad euadendum huius procellosi & quoris formidolosa naufragia: obliuiscantur præteriorum, & se ad anteriora protendant prosequentes cursum peregrinationis suæ perseueranter, ut ad brauim supernæ uocationis attingere queant, reñciant à se cuncta terrena quæ possident, ueluti ad regionem longinquam peragrantibus periculis, & laboribus ualde refertam, diuinæ se totaliter subiçiant uoluntati, siue aduersa emergat, siue prospera. Nam maximum impedimentum est ad perfectionem ascendere cupientibus, proprio incumbere sensui, propriamq; uelle perficere uoluntatem, quæ persæpe priuata affectione seducitur, inconsulta deliberatione fallitur, & ab regio itinere obliquatur. Suo uelle, & suo renuncient nolle, quatenus Propheticum illud ualeant ex corde cantare: Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Hæc autem quæ memorata sunt, ut possint cum effectu proficiendo peragere, obedientiæ se iugo prosterant, quæ uere peregrinantum cognoscitur esse indiuidua comes.

*Quod sit necessaria prudentia ad ceteras uirtutes adipiscendas, & de obedientia ac ipsius quibusdam gradibus.*

Cap. XL.

 Vicunq; ascenſum difficilem inoffenso pede peragrare disponit, non inconsulte, neque præcipitanter, sed paulatim & per gradus interecto temporis spacio conatur ascendere: alioquin debilitantur corporis vires, tremunt genua, anhelitus deficit, importabilis existimatur gradiendilabor, & ad peragendum inchoatum iter, etiam animi fortitudo languescit. Nam sicut moderatus labor cum discretione susceptus potius roborat corporis vires, quam eneruat: ita & animus inordinati feruoris stimulis agitatus, unde propere ad sui finem desiderij se posse peruenire latatur: inde retrogrediendo labitur, & affectus tædio incepsum opus intermittere cum rubore compellitur. Hac utique ratione manifeste colligitur, quam necessaria in via Dei proficere cupientibus sit prudentia: non earnis & terrena, quæ inimica est Deo: sed quæ defursum est, quæ profecto est pudica, modesta, pacifica, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordia & operibus bonis: iudicans sine simulatione, & ad rationis normam, quæ cogitat & quæcunque agit, universa dirigenſ, & præter rectum nihil faciens aut uolens: quoniam diuinæ sapientiae illustratur candore. Hæc quippe agenda moderatur, & ex præteritis metitur præsentia: & futura præuidendo disponit, atq; spirituales per quos ascendere ad uirtutes proficiendo ualeat, sibi in corde componit gradus. Nam quemadmodum qui corporalem qualemcumque altitudinem nituntur attingere, materialem sibi contexunt scalam H gradibus plurimis distinctam, atq; compactam: per quam securius atq; cōmodius proficiunt ualeant: ita & hæc prudentia quæ optime intelligit neminem repente ab imis ad summa in spirituali militia absq; congruo medio posse concendere. Scala namque hæc disciplina catholicæ religionis est spiritualibus decorata uirtutibus, quæ amatores suos prouehunt ad regna cælorum. Huius uerò scalæ gradus singularum uirtutum, diuersi sunt actus. Non enim pariformiter exercentur uirtutes, sed unaquæque propria habet media, & sibi conuenientes actus, qui nequaquam ab earum professoribus ignorari debent. Quum autem uirtutes ipse consistant in medio, prorsus deluduntur: qui cordis pusillanimitate depresso, uel inordinato feruore impulsu, uirtutum neglecto hoc medio ad earundem perfectionem peruenire posse se putant. Bonum est sal (ait incarnata Sapientia) si tamen infatuatum non fuerit, & ad omnem penè rem condidant perutile. Bona est similiſter prudentiæ uirtus, & in quoq; opere opportuna. Moderantur nāq; uirtutes reliquas, & earum est adiutrix congrua. Humanū insuper informatiō intellectum, ut nolit plus sapere, q; sapere oporteat, sed sapere ad sobrietatem. Preprehensibile

A sible deniq; esse insinuat ita intelligere nil uelle, quemadmodum curiose scrutari, qd scire minime prodest. Vox illius est: Altiora te ne quaesieris, & sublimiora te ne scrutatus fuēris, quia scrutator maiestatis opprimet à gloria. Hæc postremo uirtus intellectu dirigit & illuminat ad dispōnendos cæterarū uirtutū gradus. Obedientia uero uoluntate ordinat & coeret, excitatq; mentē in doctrina spūs & possessione uirtutū (hoc nimirum suadē te prudentia.) Vtrūq; em obest militantib. Christo, & indiscretus ac indisciplinatus proficiendi amor, necnō hebetata & ascendēdi tepefacta uoluntas. Vtrīq; huic spiritua lī morbo medetur obedientia sancta uoluntarie pro Christi caritate susceptra. Nā obedientia est uoluntatis propriæ abnegatio, proprij sensus impugnatō, atq; alieni arbitrij deliberata subiectio. Hæc nāq; quæ memorata sunt, quāuis negligētibus & tepidis grauia, & quasi impossibilita esse cœlestantur, Deo tñ placere satagentibus, atq; ad consequendā uirtutū palmā dilectione flagrātibus delectabilia esse credunt. Hæc quippe notificare uoluit dñs Iesus omnium uirtutū præceptor & actor, quū fideles suos exhortādo dicebat: Venite ad me oēs qui sub fasce propriæ uoluntatis laboratis & onerati estis, & ego exemplo meo, dulcedine mea, auxilio meo, & promissionibus meis reficiā uos: tollite iugū meū (videlicet) obedientiæ, qd pro uobis pertuli super uos, discite quoq; à me, quia mitis sum, & humiliis corde, & inuenietis requiē animab. uestrīs: iugū enim meū suave est, & onus meū leue. Mira res, quomodo dicatur iugū esse suave, qd premīt, & cum labore fertur, & onus quod ex se graue est, pronuncietur esse leue. Nisi ueritas, quæ mentiri non ualeat, hoc promeret, prorsus incredibile cœleretur, sed sententia hæc Saluatoris nostri si prudenter cōsideretur, uerissima est, & absq; ulla ambiguitate laudāda. Interroga (quæso) pigrū seruū, quisopus Dei facit negligenter, quid de hoc sentiat, & mox respondebit obedientiæ iugum esse importabile, & onus grauissimū, quū nullā det homini requiem, nullam tribuat discurrendi libertatem, nullamq; explendarum uoluptatum naturalium seu carnalium præbeat facultatem. Da uero amantem & in via Dei proficere anhelantem, & clamabit ex corde: Nihil hac locutione uerius, nilq; potuit proferri suauius, qm iugum hoc propriæ deterit petulantiam uoluntatis, & onus istud portat se amabiliter baiulantem. Nempe qui præsentis exilij oblectamenta sectatur, & carnis curam in desiderijs explorere conatur, iugum ipsum tanquam grauissimū, & ab omni tranquillitate alienum reſicit à se, illiq; nullatenus uult esse subiectus. Qui uero renūciat cū crīs quæ possidet, & fidei intuitu futura præmia, quæ promissa sunt imantib. Christum, prospicit cum spiritus alacritate, illud complectitur ex quotidina fructus ipsius suavitate refectus. Laborem quippe omnem exiguum & breuem arbitratur præ cōsideratione ineffabilis magnitudinis cælestiū gaudiorū, quæ in futuro obedientibus pollicentur, & consolationibus spiritualibus, quæ illis in hac peregrinatione donantur. Ereditur deniq; & acceditur apostolicis eloquij, quæ Christi obedientiam commendando sic aiunt: Christus factus est pro nobis obedientis usq; ad mortem: mortem autem crucis. Quantam autem remunerationem contulerit Deus humanitati illi à uerbo suscep̄t̄ pro obedientia ipsa, ilic̄ indicauit dicens: Propter quod & Deus exaltauit illum, & do

C ri suauius, qm iugum hoc propriæ deterit petulantiam uoluntatis, & onus istud portat se amabiliter baiulantem. Nempe qui præsentis exilij oblectamenta sectatur, & carnis curam in desiderijs explorere conatur, iugum ipsum tanquam grauissimū, & ab omni tranquillitate alienum reſicit à se, illiq; nullatenus uult esse subiectus. Qui uero renūciat cū crīs quæ possidet, & fidei intuitu futura præmia, quæ promissa sunt imantib. Christum, prospicit cum spiritus alacritate, illud complectitur ex quotidina fructus ipsius suavitate refectus. Laborem quippe omnem exiguum & breuem arbitratur præ cōsideratione ineffabilis magnitudinis cælestiū gaudiorū, quæ in futuro obedientibus pollicentur, & consolationibus spiritualibus, quæ illis in hac peregrinatione donantur. Ereditur deniq; & acceditur apostolicis eloquij, quæ Christi obedientiam commendando sic aiunt: Christus factus est pro nobis obedientis usq; ad mortem: mortem autem crucis. Quantam autem remunerationem contulerit Deus humanitati illi à uerbo suscep̄t̄ pro obedientia ipsa, ilic̄ indicauit dicens: Propter quod & Deus exaltauit illum, & do

D nauit illi nomen, qd est super omne nomē, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestiū, terrestriū, & inferorū, & omnis lingua confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est Dei patris. Magni prorsus obedientiæ uirtus apud Deum est meriti, dummodo sub ipsa sponte ac uiriliter militetur. Nemo ab illa secluditur, nullusq; eorum qui animæ suæ salutē desiderat, ab eius seruitute efficitur alienus, omnes recipit, omnes fouet, omnibus se diligentibus materno congratulatur affectu, personam nō respicit, ætatem nō spernit, conditionem non secernit, cuiuscunq; sit generis statum sibi famulantiū nō improbat, sed singulos pura affectione commendat. Alia siquidē uiris secularib. rei familiaris curam gerentibus mandata proponit, alia religiosis, qui ex uoluntaria professione diuino, quoad uixerint, se manciparunt obsequio, atq; aliam uiris probatis atq; perfectis, qui ex diuturna & commendabili conuersatione exercitatos habent sensus ad distinctionē boni & mali, obtemperandi Deo & hominibus statuit obedientiæ regulam, singulis autem iuxta cuiuscq; caritatis gradus perpetuae felicitatis præmia pollicetur. Accessit quidam ad dominū Iesum Christum diuitijs & possessionibus locuples, typū secularium gerens (sicut euangelica narrat historia) & requisiuit, dicens: Domine quid

Matt. 19 faciendo uitam aeternam possidebo. Et dominus: Si quis (inquit) ad uitam ingredi, serua m<sup>a</sup> data, nedū diuina & in tabulis lapideis dígito Dei scripta, ueruetia ab ecclesia spū sacerdotio dictate sancta subintelligitur. Parināc modo delinquunt, qui legis & ecclesiæ transgre diū p̄cepta. Talibus cōceditur licite pecunias, agros, & familiā possidere, atq; cum Dei timore & absq; rectæ cōsciētiae læsione tā priuata, quām publica tractare negotia. Obtemperet p̄ceptis diuinis, & ecclesiasticis obediāt institutionibus, & ab eis ultra nil petitur: excepto q̄ secundū suarū abundantia facultatū portionē cōgruā impertiāt egenis. Isto similiter dñs hortatur ex persona omniū, uni sic dicens: Esto cōsentiens ad uersario tuo, dum es in uia, ne tradat te iudici, & iudex tortoribus cruciandum. Aduersarius iste sermo diuinus & lex est. Huic consentimus, quū ea quā iubet, opere obedien do perficimus, ita ut non habeat, de quo nobis coram uniuersorū iudice querelā trans gressionis obijciat. Haec utiq; mandatorum obseruantia sub cōpendio dicta est lex obe dientiæ fidelibus secularibus tradita, & saluti eorum prorsus necessaria, sine cuius adim pletione nemo faciem Dei sibi placatam uidere merebitur. Religiosis autem & ijs, qui nequaquā mandatorum Dei seruata lege contenti sublimiora & perfectiora charisma ta apprehendere moluntur, tanquam uiris magnanimis, & caritatis iaculis transfixis asperiora & fortiora p̄cepta nō p̄cipiendo, sed potius consulendo proponuntur.

Matt. 19 Ipsis namq; sub persona unius à domino perhibetur: Si uis perfectus esse, uade, & uen de uniuersa quā habes, & da pauperibus, & ueni, & sequere me: & habebis thesaurū in cœlo. Excelsa (quamuis rara) uirtus est, quā spretis mundi diuitijs, calcatis honoribus, & uoluptatibus abdicatis lātum facit sectatorem suum, subditum Deo, fide insighem, in tribulatione patientem, in aduersis gaudentem, humile in prosperis, contemptore uisibilium, & ad inuisibilia capessenda currentem. Porro uirtutem hanc nemo assequitur, nisi qui quanta sit multitudo diuinæ dulcedinis in seculo uenturo Christi imitatori bus fideliter repromissæ syncero deuotionis gustat affectu. Nullus (inquam) id quod su pra naturam esse cognoscitur, & p̄ter cōmunem uiuendi usum perseveranter adimplere ualeat, nisi Dei gratia p̄raueniatur, & à patre trahatur ad filium, & à filio trahatur G ad patrem, quemadmodū filius ipse testatur: Nemo uenit ad me: nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Idemq; filius alio in loco ait: Nemo uenit ad patrem, nisi per me, ostendēs patrem & filium unius esse naturæ, unius substantiæ, uniusq; potestatis: patrē quoq; nihil operari sine filio, & filium absq; patre nihil agere, sicut multarum probari potest testē monijs scripturarū. Trahūt utiq; à patre ad filiū consiliorū sectatores, quū ipsi mediato ri homini Christo Iesu, quanta sit p̄rogata autoritas, potestas, claritas, gloria, & ineffabilis gratia, fidei manifestatur in speculo, ex qua profecto insinuatione accenduntur fa cibus caritatis, & desideriorū stimulis impellūt ad imitādū illū, & ipsi obtemperandū in omnibus, ut felicissimo digni habeantur aggregari cōsortio, mereanturq; cōsumma to huius exilij laborioso certamine, promissionum ipsius celestū esse particeps. Quam obtē p̄ceptoris & spiritualis patris se subdūt imperio, & p̄fessionis sanctæ (obedētia mediātē) iugo se spōte obijciūt. Hinc propriæ uolūtatis abnegationē pati, famē, nudita tem, irrisiones, cellularū carceres, tentationes, & si qua sunt humanitati eorum cōtraria, H dura, & noxia, pro nibilo ducunt, scientes laborem ipsorum momentaneum inanem nequaq; esse in domino. In hoc igitur agone pugnātes spiritualibus locupletant̄ donis, ita ut gratia Dei & experientia duce nedum sibi ipsi sufficiant legē imponere aduersus animi passiones, insultus dæmonum, & hominū prauorū insidias, uerum etiam alijs salu berrima præbere monita, sana p̄stare consilia, atq; infirmis, tentatis, & rudibus spiri tualia alimēta tribuere. Huiusmodi si ad regimen pmouent̄ animarū, obediētia regulā nō minus solito tenēt, patrū & seniorū decreta custodiūt, religionis cæmonias seruat, orationi, lectioni, operi manuū, silentio, & cæteris laudabilibus ordinationibus, necnō fraternæ conuersationi temporibus congruis ita uacant, ut habitus uirtutum in se pos sideant. Foris earundē exerceant actus ad ædificationē intuētiū, siatq; exēplū religiōis, sanctimonie, & imitationis simul uiuētib. & remotis, non ut per hoc honorificentur ab hominibus, sed ut glorificetur in illis & per illos Deus, qui eis gratis donauit esse, quod sunt. Ista quā memorata sunt, obedientiæ instituta religiosis p̄rogata si diligenter proficiantur ab eis, non solum inobedientia, sed etiam in reliquis uirtutibus faciēt illos proficere.

Ioan. 6

A proficere, & quotidianē fieri meliores, clariores fama, uiciniores Christo, & uiliores sit i. Perfectorū uerò obediētia & eorū, qui prēlationis fungunt officio, est mandatorū Dei & ecclesiæ indefessa custodia, uirtutū omniū usus (pro qualitate tñ psonarū, negotiorū, & tēporū) præesse ex ministerio alijs, & uniuersis ex cordis humilitate subesse, sic face re omnia omnib. ob cōpassionis & pietatis zelū, ut oēs lucifaciāt Christo, sua faceret cō munia egenis, captiuis, & orphanis: sup omnia aut & in cunctis uelle intelligere quā sit uoluntas Dei, quid sibi intus influat sapientia, quid recta suadeat cōscientia, & quid boni dicit ratio, atq; illa exercere in opere, quā suo cognoverint placere autori, & uirtutib; minime esse cōtraria: corpus deniq; subigere spiritui & mētē Deo, ita ut iuxta conatum humanæ fragilitatis ualeant syncero caritatis affectu dicere: Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Hęc ut complere possint, orationi uacēt iugiter, insistat precibus, deuotionis effundant lacrymas, gemitibus mundis diuinæ bonitatis & clementiæ pulsant ad ianuam perseveranter atq; humiliter, meminerintq; pollicitationis B domini dicentis: Petite & accipietis, quærите & inuenietis, pulsate & aperietur uobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærerit inuenit, & pulsanti aperitur.

Quod quilibet homo quamdiu in humanis degit, alieno suffragio indiget, et de utilitate, deq; orandi modo, atq; orationis sublimitate. Cap. XII.

Ecl. 2.4

Matt. 7

**I** Vmanā quisquis diligentī consideratione uoluerit indagare miseriā, eandē proculdubio alieno semper intelliget indigere suffragio. Quis, oro, tanto naturali pollet ingenio, ut interdū dubietate perplexus, fraterno nō clariſcet consilio: Quis, inq; tā robustus corpore, & mēbris incolmis, ut opus nō habeat alieno obsequio: Intuere, quā dignitate fulgentes, potestate inflatos, p̄claros dñio, & regia seu imperatoria maiestate insignes, & reperies huiusmodi eo p̄ cæteris amplius sibi ministrantiū indigere famulatu, quo maiori sunt sublimati honore, ampliori q̄ sunt regimine occupati: fitq; diuina disponente ac permittēte sapiētia ad ipsorū eruditionē, & superbiā deterrendā, ut subiectorū suorum in aliquo C sint subditi, & sibi obsequiūt ipsi sint serui. Ordinatione itaq; Dei, q̄ sapiētī cōsilio & irreprehensibili lege cuncta gubernat, sic cū hominib, actū est, ut nullus quamvis potēs, diues, aut naturalib. donis ornatus existat, sibi ipsi ita sufficiat, ut ualeat ueraciter dicere: Ego nullius egeo auxilio, neq; alicuius cogor sustentari adminiculo. Oportet em & sic impellit necessitas, & caritatis lex imperat, ut aliena onera compatiendo ex corde & (si ualemus) impertiendo p̄sidiū nostra esse arbitremur, ut mutuæ dilectionis iura seruemus. Paulo hoc perhibēte, qui ait: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legē Christi. Ad hanc legē perficiendā quotidianis instruimur documentis: scripturarū testi monijs conuincimur, & mēbrorū corporis nostri hortamur exemplo. Paret quippe qd unūquodq; mēbrū sicut est distinctū a cæteris: ita habet propriū à reliquis discretū officium. Videt oculus, aures audiūt, olfacti nares, os gustat, palpāt manus, & pedes ambulāt. Quāuis dignior sit oculus pede, in superiori & p̄stātori corporis loco positus, & à multis periculis tutus: pes uerò in inferiori & uiliori, calcet lutum, impingat in lapi des, & oēs corporis pondus sustētet & regat, nūquid inter illos est æmulatio aliqua, aut contemptus, uel priuata elatio: Præuiderit oculus, ne pes in quoquam offendatur obsta culo, ne labatur in foueam, seu aliquid patiatur incommodi: pes autē oculo pari famulat̄ affectu. Porro quod de oculo & pede dictum est, hoc de cæteris sentiendū est mēbris. Omnia se diligunt, omnia sibi inuicē obsequunt̄, nobilis ignobilis non despicit, neq; abiectius honorabili inuidet, quin potius si contingat aliquod ipsorum incom modum pati, reliqua exponunt se iuxta cuiuscō officium, quatenus pro posse languenti subueniant. Nemo se eximit, uel excusat. Pes quippe currit ad ministrandum, manus ad opus opportunum peragendum & contrectandum, oculus ad inspiciendum, quid sic utile, auresq; ad remedia proficia, & percipiendum quāq; noxia intenta esse noscuntur. Non diebus non noctibus mutuum sibi intermittunt præbere auxilium, tanto sunt naturalis amoris uinculo colligata. Ex hoc miro & laudabili corporis nostri spectaculo erudimur ad seruandā unitatem spiritus in uinculo pacis, atque ad nos inueniētum diligendum, ac in omnibus adiutoriū tribuendum singulari hortamur exemplo. Nam quemadmodū in humano corpore membra sunt multa, quā diversos habent actus:

actus, ita quicq; fideles in ecclesia congregati unū mysticum corpus efficiunt in Christo. E  
Iesu, & singuli alter sunt alterius membra. Quamobrē congruū & ualde opportunū est,  
ut uicissim seruāmus nobis, & cōmunicemus dona, quæ ad utilitatem proximorū no-  
bis à Deo pér spūm prærogata sunt, perhibente Apostolo: Vnicuq; (inquit) daf mani-  
festatio spūs ad utilitatē: alij quidē per spūm daf sermo sapientiæ, alij sermo sc̄ientiæ secū-  
dū eundem spūm, alteri fides in eodē spiritu, alij gratia sanitatū in uno spū, alij operatio-  
virtutū, alij pphetia, alij discretio spirituū, alij genera linguarū, alij interpretatio sermo-  
num. Hæc aut̄ operat unus atq; idē spūs diuidē singulis, prout uult. Si igit̄ charismata  
spiritualia impertiūt nobis à Deo, ut illa pācipemus cū proximis, magno prorsus est  
plectēdus supplicio, quisquis eandē nō habentib. cōmunicare neglexerit, p̄s̄ertim cū  
corporis huius, cuius membra sumus, caput sit Christus tam honorabile & tam sanctū,  
qui (uidelicet) corpus suum uiuiscat, regit, & nutrit, atq; singulis iubet membris, ut pro-  
ximos suos tanq; sui corporis membra diligant sicut se, & in necessitatibus suis cōpatiē-  
do ministrent. Cæterum cum fideles quilibet, qui sunt membra corporis Christi, qđ est  
ecclesia, suffragio (quemadmodum memoratum est) indigeant alieno, & nullum mem-  
brorū ualeant proximo suo impendere, nisi qđ perceperūt à capite Christo, in quo sunt  
omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, & omniū gratiarum abundat plenitudo, su-  
perest, ut quisq; in necessitatibus incumbentibus recurrat ad illum, & oratione median-  
te opportunitū poscat auxiliū. Oravit Moses in monte cacumine cōstitutus, & oratio-  
nis armis dīmicando, Amalechitarū populum superauit. Oratione sua Iosue solē firma-  
uit, nē ad occasum uergere, donec Gabaonitarum uictoriā cōsummaret. Precibus suis  
Anna sterilis Samuelem prophetam & sanctū impetrauit in filiū. Judith pudicissima  
mulier post precum instantiā capta fiducia crudelissimi Holofernī caput abscidit. He-  
ster humilis & deuota oratione p̄missa Hebreorum populum ab incumbenti tunc  
liberauit exītio. Dauid sanctissimus dum pestilentia clades angelo percūtiente acriter  
deseruīt in plebe, humiles ad dominū supplicationes effundens, perpetrat sceleris ul-  
tionem mitigare promeruit. Ezechias rex Deo acceptus cum ipsum corporaliter mori-  
oporterē audisset, maximo lacrymarū imbre effuso interpellantibus precibus uitæ suæ  
prorogationē obtinuit. Helias quoq; Dei zelo succensus, extinctū puerum ipsiusq; ora-  
tionibus suscitatū merenti generi tradidit incolumem. Daniel ætate iuuenis, sed grā-  
dauis moribus, & spiritu plenus supplicatione emissa atrocissimos leones māsuecere  
fecit. Tres pueri manib; ac pedibus compediti ardētis fornacis coniecti in medium  
Deum laudantes pariter & deprecantes per eandem deambulauerūt illāsi. Ne autem  
in multis immorer probatissimorum uirorum retexendo exempla, omnes sancti in pro-  
prijs & aliorum angustijs, temptationibus, periculis, & negotijs publicis ac priuatis, &  
in quoq; euentu semper ad orationis tranquillum portum accurrunt de cēlo posce-  
tes auxilium, indeq; assequuntur, quod indubia postulant fide. Sic enim pollicitus est  
dominū dicens: Amen dico uobis, quicquid orantes petitis, credite, quia accipietis, &  
fiet uobis. Magna prorsus est orationis uirtus diuino conspectui oblata per angelos  
(si tamen sit caritate ignita, fide plena, intentioni rectæ subnixa, humilitate sociata, à de-  
lictorum sordibus impolluta, bonisq; operibus decorata.) Hæc placat Deum, læti-  
cat angelos, redolet sanctos, penetrat cœlos, postulata reportat, terret dæmopes,  
aduersarios superat, immutat homines, uires reparat, roborat mentem, cor illuminat,  
propinquam reddit animam Deo, deuotionem parit, deprecantem complet dul-  
cedine, dispersas cogitationes & se frequentantem secum delectabiliter habitare fa-  
cit. Nullus perfecte enarrare sufficit, quā potens sit assidia iusti oratio, quā nece-  
saria cunctis, & quantū ad p̄fectionē uenire anhelatib, omnino sit congrua. Audeo euā  
dicere, neminem absq; illa posse ad salutem pertingere, cum salus ipsa ex Dei misericor-  
dia & oratione mediante donetur: Psalmista hoc insinuante, qui ait: Benedictus Deus,  
qui non amouit orationem meā, & misericordiam suā à me. P̄auenit enim gratia eius  
& misericordia, quæ gratis iustificat impiū, quem utiq; p̄destinauit Deus ante mundi  
constitutionem. Ex sua igit̄ mera bonitate anteq; essemus, p̄destinauit & gratifica-  
uit nos in dilecto filio suo, uocauit per gratiā, & iustificauit in misericordia, ex qua pro-  
fecto iustificationē acceptabilis efficitur oratio nostra. Totum itaq; bonum nostrum  
operan

A operandi bene & orandi, sicut decet, misericordia Dei adscribēdū est, & nō meritis no-  
stris, quæ absq; gratia eius nihil sunt, Apostolo hoc de se attestātē, q; ait: Gratia Dei sum  
id qđ sum. Et ad Timotheum scribēs: Non ex operib; iustitiæ, quæ fecimus nos, sed se-  
cundū misericordiā suā saluos nos fecit. Oratio igit̄ sine gratia languet & iacet, coad-  
iuta autem à gratia prodest multum, auget gratiam, corroborat iustificationē, & impe-  
trat misericordiā, qua obtenta oratio fit purior, & frequentius exercetur. Ista nouerunt,  
qui orationis gustum & deuotionis affectum percipere meruerūt. Hoc ideo dico, quia  
non omnis, qui orat, ad orationis altitudinem peruenit. Habet enim gradus, per quos  
spirituales uiri ascendunt, & Deo cari & propinqui fiunt, non corpore, sed mente. Cor-  
pore nāq; Phariseus Deo propinquus erat in tēplo orans & se iactans: corde uero longi-  
nus quia superbus. Publicanus autem, qui p̄e humili confusione oculos ad cælū  
erigere non audebat, seq; pectus tundēdo peccatorem esse fatebatur, Deo propinquus  
ac p̄sens erat. Nam Deus se deprecantiū siue uoce siue mente cordis humilitatē intue-  
tur & approbat. Itaq; non locus, sed affectus ad orandū est eligēdus. Verborum quoq;  
ornatus in oratione uocali, quæ Deum obsecrandi p̄imum sortitur gradum, non est ap-  
petendus, sed cordis munditia, syncera fides, prolatio postulationum simplex, deuotio  
pia, diuinæ p̄s̄entia cōsideratio certa, & obtinendi, qđ petitur, indubia spes. Hęc pro-  
fecto sunt spiritualia ornamenta orationis non minus mentalis quam uerbalis, que astā  
tiū eoram Deo & sua offerentiū uota debent inesse pectoribus, ut acceptabiles efficiantur  
& grati. Sunt namq; qui prolixas obsecrations uocales faciunt, & quid proferant,  
nequaquam intelligunt, cum diuersarū cogitationum distrahanter inuolucro. Hos per  
Prophetam sub figura populi Hebreorum dñs redarguit dicens: Populus hic labijs me  
honorat, cor autem eorum longe est à me. Insinuat quippe dominus, ut quemadmodū  
in oratione mouēt uerba, uerba formantur, & sancti spiritus promuntur eloquia: ita  
intendat mens, affectus euigilet, & alienæ excludantur cogitationes, quatenus tam in-  
terior, homo quam exterior laudabiliter diuiniis occupetur in laudib; ualeatq; cū A-  
postolo dicere: Psallam spiritu, psallam & mente, orabo spiritu, orabo & mente. Quasi  
dicat: Lingua promulgabo cælestia uerba: sensus uero latentes in litera, & sacra myste-  
ria mentis intelligentia gustabo. Evidēt utroq; modo ecclesia orationis & laudis  
sua Deo uota persoluit, suosq; filios ad id peragendum proprio hortatur exemplo, ac  
blanda eruditione inuitat, dum mellifluis hymnis, choreizantium psalmodijs, deuo-  
tissimis cæremonijs, solennitatibus sacrīs, sacramentorumq; frequentationibus pijs,  
& die noctuq; diuiniis occupatur in laudib;. Ex quibus omnibus per exteriorem a-  
ctum & organorum sonum auditorum demulcet aures, ac per hoc infuso deuotionis  
nectare mentes eleuat ad cœlestium cōcupiscentiam gaudiorum, necnon ad conseque-  
dam societatem ciuium supernorū. Cōmendabilis prorsus & supra modum cognosci-  
tur experimento certo esse perutilis uocalis oratio, quæ ianua est, & manuductrix ad  
degustandam mentalem, & in spiritu exhibitā orationem, de quā dominus mulieri Sa-  
maritanæ ait: Mulier crede mihi, quia uenit hora, & iā nūc est, qñ ueri adoratores ado-  
rabunt patrem in spiritu & ueritate. Nā & pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus  
est Deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare. Hic plane oran-  
di modus totus spiritualis est, & coram Deo ex cordis affectione formatus, nō ex indu-  
stria, quē proculdubio spiritus sanctus in obsecrantis mente infundit, & ad postulandū  
instruit, quemadmodum Apostolus manifestat dicens: Spiritus adiuuat infirmitatem  
nostram. Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus. Spiritus aut̄ postulat pro nobis ge-  
nitib; inenarrabilibus. Qui aut̄ scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secun-  
dum Deū postulat pro sanctis. Quicquid in hoc orandi modo petitur, faciliter obtine-  
tur spiritu sancto cooperante in corde supplicantis, & eundem erudiēt, & absq; ulla  
dubitacione ad obsecrandum impellente. Cæterum cum interdum (non tamen sine di-  
spensatione diuina) orantis mens effecta deuotione sterilis relinquitur sibi, expedit, ut  
ipsa se erigat, & ad Deum deprecandum exciter, nō semper uniformiter, sed diuersimo  
de, prout trahi se sentit. Interdum nāq; ex suorum rememoratione delictorū in oratione  
compungit, & p̄e cordis compunctione prorumpens in lacrymas nunc intérieores,  
nunc uero extérieores, conseritur in se Deo humiliter ueniam flagitando. Nam iste oran-  
di modus

dimodus et si nō habet deuotionis dulcedine, habet tñ humilis confessionis fructū, & E

emendationis desiderium, de quo per sape oboritur gratiarum exhibitio sancta, quæ ne  
quaç absq; delectatione perficitur. Nō nunquā aut orantis intentio allicitur ad considerandū, quæ & quāta percepit à suo cōditore, naturalia, corporalia, & spiritualia bene  
ficia, quæ pfecto ex sua multitudine innumerabilia, & ex sua magnitudine incōprehē  
sibilia esse noscuntur. In hac quippe exercitatione meditantis affectus caritatis ardore  
succeditur, compelliturq; corde semper, interdū uero uoce in laudem Dei & gratia  
rum actiones sui prōtūpere largitoris. Nec mirū est. Nam si ad dantis respicit diuinat  
tem, bonitatem, caritatem, & gloriam nō ualet non mirari, laudare, & dicere: Vnde hoc  
mihi uilissimo & omnium creaturārum minimo: & quare tanta tam p̄aeclara, tamq; sin  
gularis actualiter per se & per creaturas suas rationales & irrationalies ipso iubente &  
ordinante gratuita largitur dona? Longe quoq; plura & multo his p̄eistantiora, excel  
lentiora, & beatiora in futuro firmissima affueratione pollicetur (si tamen usq; ad uitæ  
meæ consummationem in ipsius timore & dilectione perseuerare curabo.) Verum si  
ad propriæ uilitatis, ignorantiae, & ingratitudinis profunditatem horrendam considera  
tionis suæ reflectit intuitum, se gehennæ filium & omnibus supplicijs proclamat esse  
dignissimum. In desperationis uero baratrū prorsus irrueret, nisi diuinæ pietatis & im  
mensæ misericordiæ illius, qui neminem uult perire, nutritur p̄esidio, per quod spe  
roborata & repleta gaudio gratias referendo sui conditoris debriatur amore. Nullus  
prorsus explicare ualet in hoc castissimi amoris p̄aeludio, & in hoc speculo beneficio  
rum Dei, quanta puritate mens in oratione posita, & in eorum consideratione intenta  
se coram Deo humiliando prosternat, quantum sibi uilescat, & se accuset, quām uer  
quenter de perpetratis criminibus, omissis bonis, neglectis inspirationibus, dissipatis  
muneribus, & consumpto tempore ad promerendam ueniā, augendam gratiam, & cō  
sequendam gloriam gratis sibi impenso indulgentiam & misericordiam desiderando  
ex intimo contriti cordis depositat affectu. Inscrutabile quippe est ad cogitandum, &  
omnino ad loquendum inenarrabile, quātis modis, quibus eloquij spiritualibus, quā  
tis splendoribus ueritatis, quantaq; deuotione, dulcedine, ac delectabili familiaritate  
animæ Deo assistenti & oranti in spiritu æterna se communicet sapientia ad ipsius ani  
mæ profectum & gaudium. Nec ab re. Nam eiusdem sapiētia illa sunt uerba: Et delecta  
bar (inquit) per singulos dies ludens coram illo omni tempore, ludens in orbe terrarū,  
& deliciæ meæ esse cum filijs hominū. In Canticis quoq; canticorū animam sibi carita  
tis uinculî alligatam quām dulciter inuitet accedere ad se, & secum cohabitare, sic legi  
tur: Surge, propera amica mea, formosa mea, immaculata mea, & ueni columba mea in  
foraminibus petræ, & in cauerna maceræ, ostende mihi faciem tuam, sonet uox tua in  
auribus meis, uox enim tua dulcis, & facies tua decora. In his deniq; allocutionibus sa  
cris animæ p̄æ nîmo amore languenti à uerbo prolatis in corde interdum fit, ut humil  
itat deuotionis ipsa suauitate referta, ac sponsi sui delectabili inebriata p̄esentia,  
quem in secretissimis p̄æcordijs desideriorum tenet astrictum, ô quām s̄ape proru  
pit in fletum, ô quantas ad spōsum promit laudes, & gratiarum actiones emittit, quām H

Prover. 8

Cant. 2

Cant. 4

melliflua profert amoris cantica, nō ex industria meditata, sed ex flagratiſſima caritate  
prolata, spiritu suggerente, nō carne, in quibus reciprocí amoris amplexibus copulata  
nonnunq; ineffabili quodam ita repletur iubilo, ut sponitis corporalibus sensibus, & cū  
sponso unum effecta in spiritu, abundantissimaq; pacis & gaudij iucunditate profusa se  
cum tacitè cātet, & dicat: Vulnerata caritate ego sum, quoniam quem diu quæsiui, iam  
video: & quem concipiui, teneo, nec dimittā. Ad sponsum uero cōuersa, & ante ipsum  
corde prostrata nō minus humiliter & uerecunde, quām cōfidenter ait: Vulnerasti cor  
meum dilecte mi, vulnerasti cor meum, non in uno oculorū tuorū, sed in presentia maie  
statis tuæ, & in decoro uultus humanitatis tuæ, q; est plena gratiarū, gaudiorum, splēdo  
rum, & delectationum: in qua desiderat angeli prospicere, & quam laudare, honorare,  
ac illos glorificare delectat. Vnde (quæso) mihi, & quare mibi, qui sum puluis & cinis,  
caro foetida, & uermium esca, peccatis onerata, priuata lumine, ingratitudine referta,  
supplicijs digna, & à te merito repudianda? Tamdiu igitur in his & huiusmodi sacris  
collocutionibus, amatorijs canticis, uenerandis amplexibus, mutuisq; aspectib. cū spō  
so sponsa

A so sponsa tripludiat, iucundat, subtilat, exultat, & laudat, quādū repente sponsus illabit,  
& ipsa moerore sauciata relinquit sibi destituta solatio, priuata gaudio, & lacrymis ma  
defacta uberrimis, gemitisq; associata creberimis, cui profecto nihil aliud rū liber,  
quām flere, & secū uoluere, ac meditari, quæ audiuīt, quæ uidit, quæ gustauit, & quæ di  
xit: sicq; ex reliquijs cogitationum diem festū ducit, p̄ecipue considerās, siquid mōdo  
posset redire in idipsum, qd paulo ante fuerat, qd quidē breuissimum extitisse & citissi  
me trās̄isse uidetur. Intelligit aut̄ nequaç hoc per se aſequi ualere, perhibente Apost.  
Non est uolentis neq; currētis, sed miserentis Dei. Qui profecto iuxta beneplacitū sa  
pientiæ ac bonitatis suæ nunc humiliat, nunc exaltat, prout cuiq; expedire cognoscit.  
Quantū uero in ipso est, disponit sic uiuere, sic se gubernare, sic orationi instare, & pre  
cibus sponsi pulsare ad ianuā, quatenus importunitate quadā laudabili iterū in nuptiā  
lem thalamū introduci mereat. Cæterū cū sciat uota sua ex nulla congruentius alia uir  
tute, quām ex Dei & pximi caritate posse perfici, Apostoli fultus testimonio, q de ipsa  
caritate eximia p̄æconia narrās ait: Si linguis hominū loquar & angelorū, caritatē aut̄  
non habeam, factus sum uelut æ sonans, aut cymbalum tinniēs: & si habuero prophe  
tiā, & nouerim mysteria omnia: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferā:  
& si distribuero omnes facultates meas in cibos pauperum: & si tradidero corpus meū,  
ita ut ardeam, caritatē autem non habuero, nihil mihi prodest: Deum totu corde, tota  
mente, totisq; uiribus, & proximū suum sicut seipsum diligere orando & operando in  
stituit, sperans indubie oratione mediante, quæ caritatis spiritualis est nutrix, posse pro  
ficiendo attingere, & ad quod concupiscit ascendere.

De prærogatiis animæ per uirtutum exercitationem ad perfectionem tendentis: necnon de excel  
lenti caritatis Dei & proximi. Cap. XIII.

**P** Saltes egregius & propheta clarissimus ( uidelicet ) Dauid rex Israēl &  
Dei spiritu plenus cum cōtemplatus fuisset multa, & futura more prophe  
tarum tanq; p̄æterita narrasset, inter cætera statum & prærogatiā deuotę  
animæ proficientis, & ad perfectionē per uirtutū exercitiū ascendere sata  
gentis, & appropinquātis paucis manifestauit inquiēs: Omnis gloria eius  
filie regis ab intus in simbris aureis circuāmīta uarietatibus. Magna, p̄sus huiusmodi  
animæ sunt ista p̄æconia, gradus sublimis, honorabilis decor, & prolatio uera, nō p̄ cor  
poralē exhibita sp̄eciē, sed per sp̄ūlē ornatū expressa, neq; hominibus, q secūdū carnē  
iudicāt, nota: sed manifesta, qui cordium secreta ueritatis & sapientiæ suæ luce rimatur,  
hoc Paulo attestante, qui ait: Viuus est Dei sermo, & efficax, & penetrabilior omni gla  
dio ancipiti pertingēs usq; ad diuisionem animæ ac sp̄ūs: cōpagūq; & medullarum, &  
discretor cogitationum & intentionū cordis, & nō est ulla creatura inuisibilis in cōspe  
ctu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. Istius animæ de qua habēdus est  
sermo, admiranda est laus, tum quia regis filia nuncupatur, nō qualisq; temporalis  
& mortalís regis, sed illius, qui pro sui singulari excellentia & diuinitate in sacris uolu  
minibus uocatur (& est) rex regum & dominus dominantium: diciturq; solus habe  
re immortalitatem, & inaccessibilē inhabitare lucem, de quo etiā sic legitur: Vnus est

altissimus creator omnipotens, rex potens & metuendus nîmis, sedens super thronū il  
lius, dominas Deus: tum etiā quia insinuatur gloriā ipsius intus latere in corde, quo nō  
ualent latrones uisibles irrumperet, & thesauros absconditos deprædarī, neq; inuisibili  
les (nisi permittente Deo) inuadere: tum demum quia uarietate circundata esse perhibe  
tur. Cæterum si anima una tantū dote & prærogatiua decorata cōmendabilis esse cen  
sanda est, quantomagis hæc omnium p̄ædictarū ornata fulgoribus: Quid, oro, digni  
us: quid ue honorabilius eidē cōferri potest, quām esse æterni regis filiam, cui ex patris  
liberalitate necnon ex uinculo atq; affinitate sp̄ūlis generationis, de qua apostolus la  
cobus: Voluntarie genuit nos uerbo ueritatis, ut simus initii aliquod creaturæ eius: p̄a  
terna debetur hæreditas, quæ est ineffabilis, opulentissima, imprædabilis, incorrupti  
bilis, in cælis conseruata, atq; reposita: ( si tñ per reciprocā dilectionē filialē ipsa p̄æ  
buerit reuerentiam, paternisq; in omnibus pro posse obtemperauerit iussionibus. ) Por  
rò si filia est, debet cordis aures paratas tenere, & audire, iuxta p̄pheticā admonitionē  
quid ei loquatur pater, quid iubeat dñs, & quid prohibeat iudex. Nam obseruantibus

Laur. Iustin.

aaa illum

Rom. 9

1. Cor. 3

Psal. 44

Heb. 4

Iac. 1

illū frequēter per ministros, interdū ad se loquitur ad cor tanq̄ bonus pater, dñs & magister, quatenus horū exhortationibus ad pfectū spiritualē eos incitet & ascēsum. Nō enim congruit paternæ dignitati filios habere degeneres, ingratos, & desides, qui sicut ille adolescentis luxuriosus & prodigus neglecto patris consilio, honorabiliq̄ cōsortio peregre proficentes, cōsumpto patrimonio uoluptuose degentes, fame ac labore attriti ad genitoris benevolentiam cum rubore redire cogantur. Oportet nāq̄, ut hæc anima, de qua loquimur, quæ summi regis est filia, dona naturalia & spiritualia sibi prærogata ad sui patris gloriam propriūq̄ pfectum exerceat, & decorē internū, cōscientiæ candorem, atq̄ puritatem mentis, cordisq̄ munditiā uigilanti obseruatione custodiat, in quibus proculdubio omnis ipsius regis dignitatis gloria subsistit & laus. Nam quem admodū in exterioribus grauitate morum & irreprehensibili decet illā conuersatione esse redimitam: ita in arcano cordis sui thalamo ornatiorem illam congruit esse cætris, qm̄ non exteriora opera tantum, quæ bonis malisq̄ communia sunt, sed habitū mētis dñs intuetur & cor, cupitq̄ illud auro mūdissimo, caritate, uidelicet, p̄eclarā, ac preciosissimis uirtutū margaritis, cogitationū sanctarū floribus, atq̄ desideriorum cœlestiū odoramentis esse perornatū, non ut huiusmodi pulchritudo illi quicq̄ conferat, qui est omnium honorū uniuersarumq̄ gratiarū p̄fessor, largitor & dator: sed ut ex occaſionem habeat p̄stantiora eidem prærogare charismata, atq̄ receptaculum reperiatur mundatū & cōptum, ad qd̄ precibus & caritate inuitatus accedat. Delectatur nāq̄ animas dilectione sautias, & suū callide obseruantes aduentum, necnō æternorū gaudiorum contemplatione iugiter intendentes, sibiq̄ uacantes uisere in spiritu, ac placido ac repentinō lætificare illapsū, atq̄ diuinorum uerbi sui thesaurorum eisdem pro beneplacito suo ac singularum capti dispositione & gradu mysteria referare secreta. Non enim pro libito amantium & poscentium sit irradatio talis, & tunc communicata dulcedo, ne ex assuefactione uilescant, seu ex nimia familiaritate se extollant, sicut Apostolus de se testatur dicens: Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, qui me colaphizet. Quanto siquidem revelationes infusa & devotiones collatæ crebriores & maiores sunt, si in anima, cui illa cōmunicatur, desit humilitas, quæ omnium gratiarum atq̄ uirtutū est custos, ex sui natura eleuant, & minus stabilem ac incautam mentē ad casum elationis impellūt. Quamobrem regis filia, de qua agitur, erudita per spiritum omnē gloriā suā, cunctas diuītias, uniuersa cātica amatoria laudis, & quicquid est delectabilis familiaritatis cum sponso, qd̄ deuotionis, quod gaudijs, quod gratiarū actionis, qd̄ exultationis & pacis degustat, totum intus nedū recondit in corde, ut sint ignota hominibus atq̄ aereis potestatibus, quæ thesauros publice ostensos, seu imprudenter custoditos deprædarī, uel saltem inficere consuerunt: uerum etiam in abditis p̄cordijs sui igniti pectoris & in simbris aureis, quibus secum tanquam rationale animal ruminando in ipsius dulcedine suauissima conquiescit. Talibus siquidē spiritualibus depasta alimonij, huiusmodiq̄ quotidie orando & meditando interioribus exercitijs occupata, atq̄ uerbo se illi castis communicante amplexib. cœlestia etiam in terserendo colloquia nuptialem sibi contexit uestem diuersarum uirtutū: necnon multiplicum gratiarum mira uarietate decoratā, qua mediante induita, ac sponsi oculis grata effecta omni seruili pauore deposito in nuptialem thalamū cunctorum cum admiratio ne supernorū ciuium læta introeat, atq̄ cum recumbentibus in illo opulentissimo & sacro conuiuio, Deumq̄ iucundissime & sine fine laudantibus, altissimum magnificādo, sponsumq̄ suum uenerabiliter cōplectendo & ipsa recumbat nullatenus ex illo egreditura per ænum. Interim autem dum peregrinatur à domino, dum corruptibilis naturæ indumento contegitur, dumq̄ temptationibus, infirmitatibus, ac uarijs aduersitatibus, & procellis laborare compellitur, circa exercitia sancta uirtutum se absq̄ intermissione occupare non cessat. Caritatem uero, quæ reliquarum uirtutum cognoscitur esse regina, mater, ac nutrix, totis astringit uisceribus, omniq̄ studio possidere desiderat, sine qua carnem macerare ieiunijs, corpus tradere flammis, ministrare languentibus, cibare famelicos, sitiens potare, uestire nudos, hospites colligere, carceribus intrusos uisitare, & defunctos efferre sepulchrīs prorsus nihil proficit ad salutem. Hæc pfecto caritatis

A caritatis uirtus est, quæ fidelem animā facit proximam Deo, copulat angelis, coæquat sanctis, diuinis illustrat splendoribus, spiritualibusq̄ replet muneribus. Ita (inq̄) uirtutes gratificat, cœlum aperit, orationes exaudibiles reddit, & diuino exhibet acceptas conspectui: fidem parit, roborat spem, cor lætificat, p̄cepta custodit, onerosa ex seleuia facit, tribulationes cum gaudio perfert. Nempe morte est fortior, adamante durior, melle dulcior, nectare suauior, sole splendidior, pulchrior astris, cœlo sublimior, abyssō profundior, terra latior, & omni temporis uolubilitate anterior. Sublimitatē, dignitatē, & gloriā illius nullus ualet sermo explicare: nullus intellectus capere, nulliusq̄ mēs ipsius arcana penetrare. Nec mirum, cum Ioannes apostolus de ipsa sic dicat: Deus caritas est, & qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Hoc quippe, quod dicitur: Deus caritas est, de ipsius substantia dictum est, quia caritas Dei & Deus unum est, quoniam totum, quod in Deo est, Deus est, sed aliud est Deus secundū essentiam, aliud dona ipsius, quæ rationali communicat creaturæ. Secundum essentiam ipse seipsum sibi ipsi communicat in generatione & processione. Pater namq̄ cum generat filium, se communicat filio in ipsa generatione ineffabili, diuina, coæterna, & libi consstantiali: pater uero & filius in processione spiritus sancti, qui amor patris, & filii: osculum & amplexus amborum, suo se cōmunicat spiritui, qui est idem, quod pater & filius in substantia, essentia, bonitate, potentia, sapientia, æternitate, & maiestate: nō tamen in persona. Nam quamuis pater, filius, & sp̄s sanctus unus sit Deus inseparabilis, inconfusus, & immensus, non autem una persona, quoniam alia est patris persona, alia filij, alia spiritus sancti, non tamen una anterior tempore, altera, aut posterior, nec maior uel minor, neq̄ fortior seu debilior est, sed per omnia sibi æquales sunt, ita ut totæ tres personæ unus sit Deus uerus, omnipotens, summus, perfectus, pater, filius, & spiritus sanctus, concordes in uoluntate, pares in omnipotentia, clementia, uirtute, & caritate. Quod enim operatur pater, operatur filius, & spiritus sanctus: & quod scit filius, scit pater, & spiritus sanctus: quod autē uult spiritus sanctus, similiter uult pater & filius. Nempe in hoc C distat pater à filio & spiritu sancto, quia pater à nullo est, filius uero tantum à patre est genitus: spiritus autem sanctus ab ambabus procedit. Hæc est beata trinitas, pater, & filius, & spiritus sanctus, non tres dñi, sed unus Deus: quem in cœlo adorant omnes angelī, throni, principatus, dominationes, atq̄ uirtutes, uniuersi quoq̄ p̄adestinati in libro uitæ, scripti, redempti, ac glorificati laudant, benedicunt, & gratias agunt sanctus, sanctus, sanctus pari & consona uoce clamantes: à quo, per quem, & in quo facta sunt omnia uisibilia & inuisibilia, spiritualia & corporalia, temporalia & æterna, & sine quo factum est nihil. Quamobrem sicut creaturæ omnes ab ipso factæ sunt: ita & nos non solum ab ipso facti sumus, quod sumus, uerum etiam quia diligimus. Nequaq̄ enim diligeremus, nisi diligeremur. Diligimus (inquā) quoniam ipse prior dilexit nos. Nam caritas, qua Deum diligimus, ab ipso est, & ipse illam nobis tribuit per spiritum suum, quemadmodum Apostolus fatetur inquiens: Caritas autem Dei diffusa est in cordib. Rom. 5 nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Infunditur igitur ab ipso, ut illum dili-

D gamus, non qualicunq̄ dilectione, sed de corde puro, conscientia bona, & fide non ficta: neq̄ ex parte, ut aliquid cum illo diligamus, uel quantum illum, sed illum propter illum, & cætera per illum, & in illo, & minus illo, quod fieri nullatenus ualet, nisi illum (iuxta p̄ceptum nobis in lege prærogatum, & ab ipso domino in euangelio confirmatū) diligamus ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus uiribus nostris. Hæc profecto est forma, qua Deum diligere debemus, uidelicet, ut cogitatio nostra semper intenta sit cogitare de illo, nec usq̄ se diuertere ab illo contra illum impudica, noxia, facinorosa, inutilia, & à lege prohibita cogitando, & in eisdem immorando uoluntarie & ex corde. Nam ex fragilitate, uel infirmitate, seu ex neglecta custodia in talibus inclinari non amittitur caritas, sed tepercit, & ad casum efficit prona, erigitur autem, & ad priorem redigitur statum, cum interior homo gratia Dei præuentus recognoscit reatum suum compunctione uulneratus ubertim lacrymas fundit, & uenit à Deo ex humilitate depositit. Ex hoc itaq̄ contritæ mentis sacrificio totus reuiviscit spiritus, qui ex mœrore languebat: atq̄ ex superuenienti paracliti dono, gaudio, & caritate perfusus (experiencia teste) uerum esse cognoscit, quod de seipso Propheta cecinerat di-

**B** Psal. 38 cens: Conculuit eorū meū intra me, & in meditatione meā exardescet ignis. Ad se de-  
niq[ue] rediens & Dei bonitatem in se operantem rememorans totus eleuatur in Deum,  
ac omni, qua ualet, affectione coniungitur Deo, ita ut desiderio p[re]i amoris ignitus, &  
unus cum illo ex huiusmodi adhäsione spiritus eius effectus, diuinæ insistat cognitio-  
ni, diuinisq[ue] occupetur in laudibus. De Deo namq[ue] plenus, necnon ex Dei in se latifi-  
catus præsentia non nisi ea quæ Dei sunt, potest tunc cogitare, diligere, gustare, atq[ue]  
percipere. In his profecto caritatis assuetus affectibus, & ab huiusmodi delectabilibus  
uinculis frequenter astrictus, quandam habitum amoris Dei acquirit, per quem impel-  
litr amabiliter cogitare de Deo, puris & inenarrabilibus Deum exorare gemitis, &  
ipsum totis viribus in suis retinere præcordijs, nullisq[ue] ab eiusdem castis amplexibus se  
parari aduersis. Verum quum in suo nequaquam resideat arbitrio Dei sui iucundissima  
ac concupita spirituali frui præsentia, ad proximi dilectionem cordis sui intentionem  
reflectit: præsertim cum interrogatus dominus, quod esset maximum mandatum in  
lege, & respōdisset: Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima  
tua, & ex omnibus viribus tuis: intulissetq[ue]. Secundum huic simile est: Diliges proximum  
tuum sicut te ipsum, conclusit sic: In his duobus mandatis tota lex pender & prophetæ.  
**Rom. 13** Et Apostolus: Qui diligit proximum, legem impleuit. Nam non occides, nō mœcha-  
beris, non furtum facies, non falsum testimonium dixeris, & si est aliud mandatum in le-  
ge, in hoc uerbo instauratur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Plenitudo autem  
legis est dilectio. Mandatum quippe diligendi Deum, & præceptum diligendi prox-  
imum dominus simul esse perhibuit, quoniam amborum transgressio est omnino dam-  
nabilis. Nemo uerè potest Deum diligere, qui proximum non diligit sicut se, sed neq[ue]  
absc[ri]pt Dei dilectione ualet quis recte proximū amare. Cohæret utiq[ue] sibi dilectiones istæ,  
nec queunt ab inuicem separari. Nam quamvis Dei caritas proximi dilectione uideau-  
tur esse dignior, non tamen est utilior, quoniam pari cursu tendunt in Deum, pariq[ue]  
remuneratione clarescant. Veritate hoc attestante, quæ in extremo examine electis di-  
ctura est: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratum estab-  
origine mundi: Esuriui em, & dedisti mihi manducare: sitiui, & dedisti mihi bibere, &  
reliqua misericordia opera, quæ in euangelio continentur. Adiecitq[ue]: Quod uni ex mi-  
nimis meis fecisti, mihi fecisti. Insinuans eundem caritatis Dei & proximi esse fru-  
ctum, eandemq[ue] mercedem. Cæterum cum dicatur præceptum dilectionis Dei & pro-  
ximi esse simile, non tamen eadem intentione, neq[ue] æquali mensura diligendus est pro-  
ximus, qua diligendus est Deus. Proximus namq[ue] à nobis amandus est, quia est eius-  
dem naturæ ac speciei, qua nos, creatus ab eodem patre, consecutus eandem fidem,  
consors futurus eiusdem gloriae: particepsq[ue] factus eiusdem gratiae, & ad ipsius dilec-  
tionem nos coercente mandato. Deus uero propter seipsum amandus est, quo nil me-  
lius, nihilq[ue] est excellentius, cum nedium ipse sit bonus, uerum etiam sit ipsa bonitas, po-  
tentia, sapientia, iustitia, caritas, pax, dulcedo, pulchritudo, æternitas, beatitudo, & glo-  
ria. Ipse (inquam) omnium est origo bonorum, cunctorum largitor munerum, gratia-  
rum distributor, fons luminum, cordium scrutator, formator corporum, creator anima-  
rum, eorum uita, salus, sanctificator, redemptor, protector, custos, amator, principium,  
finis & merces: quam non intuetur oculus, auris non percipit, nec cuiuscunq[ue] mortalis  
atttingit intellectus. Quas ob res & innumeræ alias, quas humani imbecillitas nullaten-  
tus capit ingenij, non sicut nos metipso, prout proximum diligere iubemur, sed plus  
quam nos: immo nos propter ipsum sine modo, absc[ri]pt mensura, sine interuallo, & pure ac  
simpliciter absc[ri]pt proprie consideratione mercedis. Nam maxima prorsus & omniu[m]  
laborum nostrorum opulentissima remuneratio est caritas sola, qua diligimus Deum no-  
strum, nostraq[ue] illi est grata dilectio, quoniam & quod sumus, & totum quod ualemus  
intelligere, & laudabiliter operari, pati, & concupiscere, ab illo habemus; illi q[ue] etiam si-  
milia annorum uiueremus, ex debito ordinatae iustitiae, continuum & sollicitum, etiam  
usq[ue] ad sanguinis effusionem, & omnis perfectionem generis tormentorum eidem ob-  
ligamur impendere famulatum, & ultra ab ipso nil petere. Hoc quippe dominus &  
redemptor noster ad humilitatem exhortari nos uolens expressit dicens: Quū omnia fe-  
ceritis, dicite, quia serui inutiles sumus: fecimus enim, q[uod]d facere debebamus. Ig[ue] siquid  
boni

**G** Matt. 25

**H**

**C** A boni agimus, si qua beneficia, si aliquam remunerationē, temporalem vel spiritualem,  
seu æternam pro operibus nostris recipimus, totū bonitati, liberalitati, & charitati eius  
adscribendum est: qui sponte & ex mera dilectione, ut ad bene agendum nos inuitaret,  
se pro gratijs & donis, gratis nobis ab ipso collatis, nostrum facere uoluit debitorem.  
Clamemus itaq[ue] omnes, clam & singuli ex medullis cordis, & ex desiderijs flagran-  
tissimæ charitatis, & cum Prophetæ dicant: Quid retribuam domino pro omnibus, que  
retribuit mihi: Calicem utiq[ue] salutaris accipiam, perferamq[ue] pro amore illius, qui tātum  
dilexit me, labores, tētationes, languores, illusiones, uerbera, uircula, carceres, & queq[ue]  
mihi poterū infligi aduersa. Scio em q[uod] nihil horū (Dei mei in me perseverāte charita-  
te) ualebit me separare à dilectione Christi. Certus deniq[ue] sum, quia ipso me protegēte,  
dirigent, atq[ue] souente, neq[ue] mors, neq[ue] uita, neq[ue] angelis, neq[ue] principatus, neq[ue] uirtutes,  
neq[ue] instantia, neq[ue] futura, neq[ue] altitudo, neq[ue] latitudo, neq[ue] profundum, neque creature  
aliqua poterit me segregare ab amore ipsius: quoniam (sacro perhibente eloquio) For-  
tis est, ut mors dilectio, dura ut infernus æmulatio. Lampades eius, ut lampades ignis  
atq[ue] flamarum. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina ob-  
ruerint illam. His & huiusmodi ignitis affectibus charitatis anima, quæ p[re] nimio sui cō-  
ditoris amore Christi spiritualis effecta est sponsa, atque ad perfectionis celitudinem  
in hiādo de uirtute proficit in uirtutē, ualetq[ue] quæ superius memorata sunt, secura mēte  
de promere, necno cū Prophetæ cantare: Diligam te dñe fortitudo mea, dñs firmamen-  
tum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus, adiutor meus, & spera-  
bo in eum: protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus. Nam diuinis intus  
occupata in laudibus, hymnis & spiritualibus canticis: foris uero in proximorum exer-  
citata necessitatibus, igni charitatis Dei & proximi indeficier fomenta cōgrua non  
cessat infundere. Nam Deum contemplatur in Deo, spōsum autem suum contuetur in  
proximo, cuius amore mellifluo ipsa uulnerata charitate langescit.

Quod ex consideratione creaturarum, & in scripturarum speculo summi artificis claret peritia,  
& qualiter Deus operatur. Cap. XIII.

**D** Vum ex uniuscuiusq[ue] artificis opere eiusdem peritia agnoscatur, quæ quā-  
uis ex exteriori ministerio intuentū clarescat aspectibus: longe tamen ex-  
cellentius in operantis mēte eniter, quid de Deo nostro summo, & uniu-  
sorum opifice perfectissimo sentiendum sit, facillime comprehendit, quis-  
quis fabricam uisibilium creaturarū carnis oculis, necnon inuisibilium for-  
mas & species intuetur, quæ in lumine fidei, & sacrarum speculo scripturarum parum  
per eluent obtutibus rationalis animæ, quæ secum ratiocinando spiritualiter sibi ob-  
iecta dijudicat. Nam quod mortalis artifex agit extrinsecus, quanquam peritissimus in  
arte sua esse censeatur, imperfectè tamen operatur: quemadmodum & ipse imper-  
fectionibus plenus existit. Quod uero operatus est Deus, & indesinenter perficit, tam uis-  
ibiliter, quam inuisibiliter, omni perfectione, omniq[ue] bonitate ornatum est, sicut scri-  
ptum est: Et uidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. Non solum in mundi  
exordio, quando ex nihilo creauit omnia, eaq[ue] tunc fecit: uerum etiam illa quæ agit, ual-  
de bona esse noscuntur, quoniam per uerbum & sapientiam suam uniuersa operatur non  
indigens materia, neq[ue] forma aliqua: quia uoluntas sua sufficiens illi est materia, & ipse  
pulcherrima sibi ipsi est forma. Voluntate namq[ue] agit omnia, Prophetæ insinuante, qui  
ait: Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt. Alio quoque in  
psal. 32 loco sic legitur: In uolūtate tua domine, uniuersa sunt posita: & non est qui tuæ possit  
resistere uoluntati: tu enim fecisti omnia, cælum & terram, & uniuersa quæ cæli ambi-  
tu continentur, dominus uniuersorum tu es. Quomodo autem dixerit, & per quem fe-  
cerit omnia, Prophetæ declarat, inquiens: Verbo domini celi firmati sunt, & spiritu oris  
eius omnis uirtus eoru[m]. Per uerbum igitur suum, filium utiq[ue] suum, quē genuit equalem  
sibi ante secula, per quem fecit & secula, & creauit uniuersa, de quo Apostolus scribens  
ait: Multifarre multisq[ue] modis, olim Deus loquens patribus in prophetis, nouissime  
diebus istis locutus est nobis in filio: quem cōstituit haeredem uniuersorum, per quem  
fecit & secula: qui quum sit splendor glorie, & figura substantiæ eius: porta'nsque  
omnia uerbo uirtutis suæ: purgationem peccatorum faciens, sedet ad dexteram mai-

aaa 3 statia

statis in excelsis. Patet itaque Deum cuncta operari per uerbum suum, sapientiam suam, potentiam suam, uoluntatem & bonitatem suam (uidelicet) per seipsum: non ex materia aliqua corporali & corruptibili per alium, quam per se facta. Nam etsi in materia aliquid operatus est, uel operatur: etiam ipsa ab illo ex nihilo creata est, quoniam (perhibente Ioanne Apostolo) Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Et in principio Genes. sic scriptum est: In principio, id est in uerbo, fecit Deus cælum & terram, utique ex nihilo. In illo plane principio, qui in euangelio ait: Ego principium, qui & loquor uobis. Cæterum quemadmodum ad creandum uniuersa quæ facta sunt, ipse (sic dictum est) sufficiens est sibi materia: ita est etiam irreprehensibilis, & speciosissima forma non formata ab aliquo, nec de aliquo, nec in tempore, neq; per interualla, sed sempiterna, incommutabilis, indefectibilis, perfectissima, beata permanens in se, & uiuens in se omnium uita, sicut Apostolus supra memoratus fatetur dicens: Quod factum est, in ipso uita erat tanquam in artifice arca, & in mente cogitatio: longe excellentius, ualdeq; perfectius, coruscans & uiuens in ipso, quam ipsa creatura in se: quæ profecto R creature est imago q̄dam & forma uisibilis & intellectualis, illius inuisibilis, ineffabilis, sempiternalis, & inuariabilis formæ, in qua cognoscuntur omnia, & uniuersa clarescunt, siue sint angeli, siue uirtutes, dominationes, principatus & potestates. Nam & ipsa natura angelica, & quicquid in cælo fulget, & mouetur in aere: quicquid vegetatur in terra, seu natat in aquis, uel humanis subiacet sensibus, illius formæ cælestis, que Deus est, intelligitur esse uestigium, opus, & speculum. Nam qui sine initio est, & à nullo habet quod est, cuncta quæ facta sunt creauit in tempore: unde ipsum principium est, autor, conseruator & gubernator omnium & singulorum quæ sunt. Verum cum ipse Deus sit talis naturæ, ut mortalibus in propria substantia uideri non possit: sed hoc solummodo in cœlesti reseruatum sit patria, ut interim humanus sustentetur intellectus, & de Deo aliqualem per fidem ualeat habere notitiam: obiectum est illi decor creaturarum & speculum, quatenus ex consideratione ipsarum manuducatur ad intelligentiam conditoris eorum, sacro hoc referente eloquio: A magnitudine (inquit) speciei creaturarum facile earum creator agnoscitur. Et Apostolus: Inuisibilia (ait) Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus, atque diuinitas. Clamat enim uocibus suis homines, ad cognitionem Dei excitantes, & dicunt: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Verum quum ex peccato, & poena peccati rationalis animæ caligauerit uisus, auditus obduruerit, elanguerit gustus, spiritualisq; hebetauerit sensus ad capessendam inuisibilium scientiam: ualuerint quoque ipse creaturæ ex continuo & inordinato earundem abusu hominibus, ut illos Deus à torpore mentis extaret, & de inuisibilibus, & cælestibus, per uisibilia & sensibilia erudiret ob ineffabilem bonitatem suam, & charitatem nimiam, qua humanum dilexit genus: uerbum suum, per quod facta sunt uniuersa, in temporis plenitudine misit in terras, ut fieret caro (uidelicet) ut caro, id est homo, assumeretur à uerbo, non ut uerbum mutaretur in carnem, sed esset Deus & homo, unus Christus, unaq; persona, in qua habitaret omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: essentq; cuncti thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi, necnon uniuersorum exuberaret abundantia meritorum & gratiarum, quantum natura creata & facta, simplicissimæ & increatæ naturæ unita capabilis existet. Cæteris namque creaturis datus est spiritus ad mensuram, & collecta sunt gratiarum dona, atque propria in Christi corpore (quod est ecclesia) sunt distincta ministeria, prout largienti beneplacitum est Deo, quemadmodum Apostolus declarat sic: Vnicuique (inquit) nostrum data est gratia, secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit: Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Quod autem ascendit quid est, nisi quia & descendit primum ad inferiores partes terræ? Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia: & ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas, alios autem pastores & doctores ad consummationem sanctoru in opus ministerij, in ædificatione corporis Christi: donec occurramus omnes in unitate fidei, & agnitionis filij Dei in uirum perfectum, & in mensuram etatis plenitudinis Christi. Ipsi uero homini Christo nequaquam ad mensuram datus est spiritus, sed prorsus

A prouersus omnis plenitudo: ita ut natura humana, quæ propter priorum parentum, prævaricationem facta fuerat deformis, inualida, ignorans, & totaliter expuissa à gloria, per Christum digna efficeretur uniri uerbo, & esse una persona, inconfusis tamen permanentibus ambabus naturis, agente uerbo, quæ uerbi sunt, non sine homine: & faciente homine, quæ hominis sunt, non absque uerbo se communicante ipsi assumpto homini in omni plenitudine gratiæ: de cuius profecto plenitudine, & exuberantia decoratum est corpus ecclesiæ cunctarum perfectione uirtutum: ita tamen ut quod deest membro uni, reperiatur in altero: & si quid deficere uideatur in corpore, plenissime & affluentissime esse agnoscatur in capite. Non solum autem omnem gratiarū & donorū ipse Christus Deus & homo habuit plenitudinem, uerum etiam meritorū indicibilem abundantiam multiplicibus rationibus. Merebatur siquidem, non tantum quia homo, sed etiam quia Deus. A tempore quoq; sua conceptionis meteri inchoauit per habitum perfectissime charitatis, & per exercitum omnium uirtutum: quod quidem meritum, non tantum sibi, sed etiam impertitus est nobis. Pro omnibus quippe operibus suis, quæ ex libero procedebant arbitrio, meruit sibi uitam æternam iam habitam, nobis autem habendum. Acquisiuit deniq; nobis ueniam delictorum, gratiæ merendi, stolam carnis & immortalitatis, & cælestis gloriæ nobis introitum patefecit. Quamobrem totum, quod habemus, meriti, quod uirtutis, quod intelligentiæ, quod fidei, quod spei, quod charitatis, quod gratiæ, & quod gloriæ, adscribere debemus ipsi redemptori nostro, & mediatori Dei & hominum homini Christo Iesu, qui ob nostræ conformitatem & assumptionem naturæ, factus est nobis frater: quum ex natura uerbi noster sit Deus & dominus, quem toto corde, cunctisq; animæ nostræ potentijs debemus diligere, colere, uenerari, laudare: cuiq; gratiarum ineffabiles persoluere actiones: necnon omnibus sermonibus, exhortationibus, & attestacionibus suis indubitatam fidem adhibere, & plenissimam: quum sit uerus & fidelissimus testis, mentiri nescius: narretq; uniuersa quæ loquitur in euangelij tanquam Deus, & Dei filius missus à patre ueritati perhibere testimonium, & palam facere, quæ in prophetarum & sacrarum scripturarum uoluminibus latebant inuolucro. Ante enim quam Dei sapientia fieret homo, & cum hominibus conuersaretur in homine, intelligebantur à paucis explicite individua trinitatis parilitas, triū personarum distinctio, essentiæ unitas, & equalis potestas, una maiestas, unaq; diuinitas patris & filij & spiritus sancti: incarnati uerbi mysterium, incarnationis fructus, redemptionis modus, indissolubilis charitatis uinculum: Christi & ecclesiæ sacramentum atque spirituale connubium. At uero Dei filio apparente in carne, & per assumptionem hominem loquente, ac pro hominibus passionis ludibria, flagellantum se uerbera, acerbissimæ mortis dira, & intolerabilia supplicia paciente: ista quæ sub obiectis ænigmatibus à Prophetis fuerat propalata, ita sunt facta notissima, ut per ecclesias populis publice prædicentur, confiteantur ab omnibus, & ab uniuersis fidelibus uenerentur. Nomen insuper domini Iesu, quod penè erat ignotum, adeò effectum est celebre, & tam honorabiliter sublimatum, ut in hoc nomine omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum: nullumq; aliud datum sit nomen sub cælo, per quod oporteat saluos fieri credentes, quam hoc. Vexillum denique crucis, quod iniquis & sceleratis hominibus deputatum erat ad supplicium, ex quo idē Saluator peperit in illo, in tanta creuit ueneratione, ut ab uniuersis colatur Christicolis, & singulorum imprimatur frontibus: muniaturq; ex illo pectus, factum etiam sit tutamen in cunctis periculis, terror dæmonum, credentium salus, robur debilium, principum gloria, arma populorum, nutantium spes, fiducia pugnantium, clavis cæli, peccatorum uenia, occasio meritorū, ostensor mitterionis diuinæ, preciū redēptionis humanæ, Christianæ militiae decus, patientiæ speculū, humilitatis exēplar, obediētiæ norma, forma iustitiæ, charitatis experientum, uictoriæ brauiū, lignū uitæ Christi sanguine rubricatū: cunctarumq; uirtutum margaritis ornatum. In ipso quoq; Dei filio & dno Iesu Christo est fundata ecclesia mira granduum, & officiorum uarietate decorata, atq; donorum spiritualium multiplicitate insignita (prout Apostoli Pauli claret testimonio superius in memorato) fides catholica propagata: aggregata populorū turba, Deum die noctuq; cōsona uoce, pari uoto ac ignis affectu laudantiū, laudabilibusq; operib; eidem famulantiū, tuncō bonitati suæ gratias agentium,

agentium, qui in unigenito filio suo diuinæ consortes esse naturæ, cohæredes regni, & **E** complices gloriae concupiscunt. Sacraenta postremo ecclesiæ, in quibus salutis humanæ est substatutus effectus, ab eodem incarnato uerbo quadam sumptere principium, quædam autoritate ipsius roborata existunt. Quæ enim ipse instituit, uitam beatam conferunt digne sumetibus: infidelibus autem & indignis interitum sempiternum. Sapientiam Dei in homine loquètem de baptismo, quid dicat, audiamus: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorū. Ceterorum quippe sacramentorum baptismus, est fundamentum & ianua: per quam introitum in ecclesiam, & ab ecclesia transitum ad regnum. Aboletur namq; per hoc sacrum lauacrum originale delictū: & uniuersa (si qua sunt) perpetrata facinora, facit præterea eo ablutum gratum Deo: ecclesiæ filium, sanctorum cōtubernio dignum, thesaurorum Christi partipem: innocentia candore uestitutum, æqualem angelis, mysticis corporis Christi membrum uiuum. Porro qui eo caret, palmes est præcibus à uite nullum gratum Deo frens fructum: sed igni perpetuo eternaliter concremandus. Verum quod de baptismo, R. sacramento dictum est, hoc de eucharistiæ sacro sancto mysterio sentiendum est: de his duntaxat dico, qui sunt rationis capaces, & ad discretionis attigerunt etatem: qui uel per infidelitatem, seu per insensibilitatem, & mentis hebetatum torporem panem uitæ contemnunt sumere: de quibus Saluator ait: Nisi manduaueritis carnem filij hominjs, non habebitis uitam in uobis. Pueris siquidem & discretione carētibus huiusmodi non est indicta necessitas. Abluti enim lauacro sancto sanctificato, per uerbum etiam absq; hujus perceptione sacramenti in fide saluantur ecclesiæ. Nam quemadmodum sine materiali alimento, corpus uiuum diu permanere non ualet: ita proculdubio absq; hoc cœlesti pabulo rationalis anima charitate priuata spirituali uita, & uiuificante gratia uegetari nequaquam potest, neq; opus dignū æterna remuneratione peragere: tametsi corpus ipsum sacramentaliter uideatur assumere, non sine animæ suæ detrimēto maximo, dicente Apostolo: Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, nō iudicans corpus domini. Studeat igitur quisq; fidelis esse in corpore Christi mēbrum uiuum per charitatem compactum atq; cōnexum, quatenus de eodem spirituali cibo, quo corpus ipsum uegetetur, pascatur, nutritur & crescat: id capite suo cooperante in corpore, quod est ecclesia, quam ita dilexit, ut traderet semetipsum pro'ea mundā illam lauacro sanguinis & aquæ in uerbo, ut exhiberet sibi speciosam ecclesiæ non habetem maculam, neq; rugam, neq; aliquid eiusmodi. Illam deniq; non solum mundauit lauacro aquæ in uerbo, uerū etiam ab aeterno exitio proprio cruro redemit per uerbū. Parum quippe profuisse ei lauari lauacro aquæ in uerbo, nisi per illud uerbū, per quod mundata fuerat, esset quoq; redempta. Per lauacrum siquidem mundationis, & per redemptionis mysterium effecta est ecclesia sp̄s formosa absq; macula & ruga. Optime namq; in hoc opere sanctificationis ecclesiæ consummato per uerbū conueniunt aqua & sanguis se in illis sancto infundente spiritu uerbi cooperatore. Nam perhibete Ioāne quū penderet in cruce corpus exanime domini Iesu redemptoris nostri, suisetq; lancea transfixum, ut ostenderetur quanti esset precij opus passionis, & qualem quantumq; in **H** se haberet effectum, continuo exiuit sanguis & aqua, insinuans ex hoc dominus salutis humanæ mysterium esse completum. Mūdamur quidem in aqua ab omni sorde peccati, sicut per Prophetam dominus pollicetur inquietus: Effundam super uos aquam mūdam, & mundabimini ab omni inquinamento carnis & spiritus, & dabo uobis spiritū nouum. Redimimur uerò per sanguinis effusionem ab omni seruitute diaboli delictorum & mortis, Apostolo Petro attestante, qui ait: Scientes q; nō corruptibili auro uel argento redempti estis de uana uerstra cōuersatione paternæ traditionis, sed precioso sanguine, quasi agni incōtaminati & immaculati Christi. Et Ioānes in Apocalypsi inquit: Gratia uobis & pax ab eo, qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ: qui dilexit nos, & lauit à peccatis nostris in sanguine suo. Luce igitur clarius patet, quod reconciliamur Deo, mūdamur ab iniquitatibus, & à seruitute redimimur per Iesum Christum Dei filium & dominum nostrum: & per sacramenta ab ipso initiata atq; statuta copulamur, & cōglutinamur corpori eius mystico: & de spiritu eius uiuimus, efficimurq; ex inimicis amici, ex seruis

Ioan. 6

1. Cor. 11

Ezech. 36

1. Petr. 1

Apoc. 1

**G**

**A** ex seruis liberi, ex exulib; ciues angelorum, & ex alienis filiis & hæredes. Per eundem postremo fiduciā habemus accedendi ad Deum, porrigi supplicationes, impetrandi postulata, consequendi ueniam, gratiam promerendi, & perueniendi ad gloriam. Quamobrem ipsum totis uiscerib, diligamus: ita ut corde iubilemus ei, spirituales promamus laudes & gratias, & mētis nostræ hospitium mundum ab omni peccati labore seruemus. Lingua insuper nostra ipsius magnificet nomen, maiestatis illius enaret præcōnia, beneficia sibi collata non taceat, & exhortationis uerba proximis secum cōuersantibus minime sileat. Opera deniq; nostra ita sint ornata uirtutibus, ut corā hominibus luceant, & per ipsa glorificetur Deus, qui operatur in nobis: & ad imitādum etiam qui uiderint, prouocentur, nullam ex his temporalem expectantes mercedem, seu transitoriā laudem: quemadmodum hypocritæ & seculi desiderant amatores. Sufficiat nobis pro præsentī remuneratione laboris, quem in bene agendo utcunq; patimur, laus diuina: profectus proximi, conscientia nitor, uirtutis exercitatio, uitiorum fuga, &

**B** futuri iudicij infusa securitas. Securus prorsus & intrepidus in extremo examine coram iudice iudicaturo astabit, qui nullam diuinæ gloriae rapinam exercuit, nullumq; in laudabiliter operando priuatum concipiuit honorem, cū Propheta psallens & dicens: Non nobis domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Illi profecto honor, laus omnis debetur & gloria, qui cum in forma Dei esset, ut patri proprium exhiberet honore, semetipsum usq; ad susceptionem passibilis ac seruili naturæ exinanivit, factus eidem obediens usq; ad turpissimam crucis mortem. Ob quam causam Deus illū exaltauit super omnes angelos, thronos, dominationes, principatus, atq; uirtutes: de dicitq; illi omnē plenitudinem potestatis in calo & in terra, necnō uniuersale iudicium facere, quia Dei filius, & filius hominis est: donauit quoq; illi nomen, quod est super omne nomē, cui cœlestium, terrestrium, & infernū omne flectatur genu. Merito namq; eidem omne flectitur genu, uniuersaq; curuantur imperia tāquam filio Dei, regi regum, ecclesiæ capitii, redemptori prædestinatorum, cunctarum largitori gratiarum, & omnium beatitudini. **C** ni sanctorum: quem uniuersi (& præcipue fideles) pio debent uenerari affectu, ipsiusq; desiderare frui præsentia: non per speculum in ænigmate, neq; per fidem, sed facie ad faciem, ubi cum patre regnat in gloria.

Quod naturaliter homo appetat ad altiora descendere, & quod Dei iudicia non sint scrutanda: quod lisq; & ad quid homo sit conditus. Cap. X V.



Ortalibus hec est naturaliter innata cupidus, ut semper ambiant ad alta cōscendere, & hoc unicuiq; iuxta gradū proprium. Quidam enim ex aggre-gatione temporalium facultatum arbitrantur ex earum abundantia cæ-tros aestimatione præcellere: nonnulli autem ex adeptione dignitatū & ma-gistratum, seu ex administratione officiorum putant se hominibus lauda-biles esse: aliqui uero ex acquisitione scientiæ & eloquentiæ fastu dantes operam, plus scire quam reliqui, quatenus inflati & tumidi admiratione in turbis digni appareat: alij similiter sic, & alij sic, prout pprius cuiusq; obliquus & inordinatus trahit affectus. Ta-

**D** lis profecto appetitus ascendendi rationabiliter in hominum mentibus ab autore suo insitus est: qui optimo, irreprehensibili, inscrutabiliq; consilio uniuersa creavit in pōdere, numero & mensura: tametsi multa quæ facta sunt, & quotidie fiunt, uideatur esse cō-fusa, & ratione carere: quod quidem ex cæcitate iudicantis, nec intelligentis prouenire noscitur. Quis (oro) cognovit sensum domini? aut quis cōsiliarius eius fuit? Quis (in-quam) altitudinem sapientiæ eius, & arcanas iudiciorū Dei causas perscrutari præsum-pit, & impune pertransiit? Sapientē audi quid dicat: Altiora ne te quæsieris, & profun-diora te ne scrutatus fueris, quia scrutator maiestatis opprimetur à gloria. Merito op-primetur à gloria, & tenebrescit à lumine: qui secretorum Dei profunda iudicia, quæ il-li soli sunt nota, & quibus ex parte reuelare uoluerit, indagare atq; conatur agnoscere. Nititur namq; ad hoc attingere, ad quod Apostolus Paulus peruenire nō valuit, quum ait: O altitudo diuinarū sapietiæ & sciætiæ Dei, q; incōprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiae eius. Acie mentis in claritate luminis sempiterni figere cupiēs, & mi-nime ualēs, illico reuerberatus, confessus est iudicia Dei prorsus esse inscrutabilia. Pro-pheta quoq; in hunc sensum deductus, inquit: iudicia Dei abyssus multa. Admonemur **Psal. 36** Laur. Iustin.

Sapien. 11

igitur ex his quæ dicta sunt, ipsa diuina iudicia potius debere uenerari, q̄ curiose aut præsumptuose rimari: & toto corde cōfiteri eadem esse uerissima iustificata utiq̄ in semetipsa. Sapiēte hoc attestante, qui ait: Omnia quæ fecisti nobis domine, in uero iudicio fecisti, quia peccauimus tibi: & mādatis tuis nō obediūimus. In Daniele quoq̄ Propheta sic legitur: Benedictus es dñe Deus patrum nostrorū, & laudabile & gloriosum nomen tuum in secula, quia iustus es in omnib. quæ fecisti nobis, & uniuersa opera tua uera: & uiae tuæ rectæ, & omnia iudicia tua uera. Iudicia eīm uera fecisti iuxta omnia, quæ induxisti super nos, & super ciuitatē sanctam patrū nostrorum Hierusalem, quia in ueritate & iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Sunt itaq̄ (sicut dictum est) iudicia Dei non scrutanda, sed uenerāda: opera uero eius prorsus intelligenda, quatenus ex opere sapientiā artificis cognoscamus, cognoscendo diligamus, diligendo ad ipsum quandoq̄ peruenire ualeamus. Non enim frustra idem uniuersorū artifex fecit nos ratione capaces, & gloria cupidos. Per rationē quippe (mediātib. creaturis, sanctarumq̄ scripturarū eloquij) ad qualēcunq̄ pertingimus Dei notitiam, perhibēte Apostolo ac

Rom. 1 dicente: Inuisibilia Dei à creatura mundi per ea quæ facta sunt, intellecta cōspiciuntur:

Psal. 118 sempiterna quoq̄ eius uirtus atq̄ diuinitas. Et Propheta: Declaratio sermonū tuorum illuminat, & intellectū dat paruulis. Per appetitū autem sublimitatis & honoris impellimur ad desiderandam & cōsequendam celitudinē cælestis gloriæ: quæ in futuro promissa est perseveratibus in bono, laudabiliterq̄ uiuētibus. Cæterū quum ex parentia gustus diuinæ bonitatis, atq̄ ex priuatione spei æternorū præmiorū hebetata sit ratio: nec non grauata mole corporeæ fragilitatis ad inuisibilia, per uisibilia perquirēdum elāgue rit, deniq̄ appetitus adipiscēda: gloriæ in cælis repromissæ fidelibus, exil homo supernæ patriæ, & ciuiis mundi huīus effectus tanquā rationis lumine priuatus, atq̄ infidelitatis insensibilitate obrutus ac sepultus se ad quærēdum delectabiliterq̄ possidendum uisibilia bona, & temporalia obiectamenta cōuertit abutēdo donis naturalib. & gratuitis, atq̄ sui cōditoris deturpando imaginē, quā gerit in anima: quæ ideo talis est facta, ut in ipsa eluceat diuinæ bonitatis affluētia: & per ipsam glorificeat imago Dei inuisibilis: uerbum (uidelicet) sempiternū ante omnia secula genitū ex patre, ad cuius imaginē idē homo rationalis est cōditus, quēadmodum diuina fasētur oracula. Sic enim in illius creatione Deū dixisse legitur: Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā. Declaratur ex hoc humanæ naturę sublimitas, quū quodā in creatione sua, Deus sit usus consilio. Nam dum saceret cæteras creaturas, siue cælestes, seu terrestres, dixit: Fiat lux, & facta est lux: fiat firmamētū in medio aquarū, & diuidat aquas ab aquis, & factū est ita: fiat luminaria in firmamētō cæli, & factū est ita: & sic de reliquis, prout in mūdi per Mosem exordio describit. Quum uerò ad formādum hominē uenisset, inquit: Faciamus hominem ad imaginē & similitudinē nostrā, insinuās ex hoc totius trinitatis in ipsius hominis plasmatione cōcurrisse consilium: dicendo siquidem faciamus, distinctionē indicat personarū, singulariter autē imaginem memorans substantiæ denūciat unitatem. Tres namq̄ sunt personæ, pater, filius, & sp̄ritus sanctus: una uerò essentia indiuisibilis & inseparabilis, & nō una persona, & una imago, nō tres imagines. Nā filius patris dicit esse imago: & est tā propria, tā æqualis, tā similis, ut ueraciter & catholice dicatur: Qui uidet patrē, uidet filium. Ipsum filium, quid Philippo postulanti, ut eis patrē ostēderet, dixerit, audiamus: Tanto (inquit) tēpore uobiscum sum, & nō cognouisti me: Philippe qui uidet me, uidet & patrē meum: nō credis, quia ego in patre, & pater in me est: Et ad Iudeos loquens ait: Ego & pater unum sumus, quod utiq̄ homo dicere nequaq̄ ualeat: quāuis ad eius sit formatus imaginē, quum aliud sit esse imaginē, aliud ad imaginē esse. Esse namq̄ imaginē, indicat parilitatē eandem, eandemq̄ substantiam ita expressam & propriā: ut non possit separari, neq̄ persona una esse ualeat sine alia, aut altera agnosci absq̄ altera. Hoc insinuare uoluit ipse unigenitus, quādo dixit: Si cognouissetis me, & patrē meū utiq̄ cognouissetis. Ad imaginē uerò esse cōdītū, qualēcunq̄ indicat exemplitatē prōlius ab essentia imaginis alienā, quāuis similem: sicut res illuminata ab illuminatē lumine, & creatura à creatore. Erat quippe Ioannes Baptista prēcursor saluatoris (prout idē testatur dñs) Lucerna ardēs & lucēs, nō tamen lux. Apostolum Ioannem audi, quid de hac dicit lucerna: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioānes; hic uenit in

G

Gen. 1

Ioh. 14 xerit, audiamus: Tanto (inquit) tēpore uobiscum sum, & nō cognouisti me: Philippe qui uidet me, uidet & patrē meum: nō credis, quia ego in patre, & pater in me est: Et ad

Ioh. 10 ludeos loquens ait: Ego & pater unum sumus, quod utiq̄ homo dicere nequaq̄ ualeat: quāuis ad eius sit formatus imaginē, quum aliud sit esse imaginē, aliud ad imaginē esse. Esse namq̄ imaginē, indicat parilitatē eandem, eandemq̄ substantiam ita expressam & propriā: ut non possit separari, neq̄ persona una esse ualeat sine alia, aut altera agnosci absq̄ altera. Hoc insinuare uoluit ipse unigenitus, quādo dixit: Si cognouissetis me, & patrē meū utiq̄ cognouissetis. Ad imaginē uerò esse cōdītū, qualēcunq̄ indicat exemplitatē prōlius ab essentia imaginis alienā, quāuis similem: sicut res illuminata ab illuminatē lumine, & creatura à creatore. Erat quippe Ioannes Baptista prēcursor saluatoris (prout idē testatur dñs) Lucerna ardēs & lucēs, nō tamen lux. Apostolum Ioannem

Ioh. 1 audi, quid de hac dicit lucerna: Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioānes; hic uenit in


H

A it in testimoniu, ut testimoniu perhiberet de lumine, nō erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. De luce autē intulit loquēs de Christo: Erat lux uera, quæ illuminat omnē hominē uenientē in hūc mūdum. Si omnē hominē, ergo & Ioannē. Quum enim dicat omnē hominem, nullus excipitur: ut nemo gloriatur se lucē esse nisi in dño: quēadmodum quibusdam cōuersis Apostolus scribēs ait: Fuistis enim aliquādo tenebrae, nūc autē lux in dño. Solus igitur dñs Iesus Dei filius lux est, qui de seipso ueraciter ait: Ego sum lux mūdi. Cæteri autē qui utcunq̄ lucēt, ab hac luce recipiunt lumē. Idem itaq̄ mediator dñs Iesus, quēadmodum solus est lux, quæ nescit occasum, & nullā recipit uicissitudinē tenebrarū: æquē solus est perfectissima & æterna patris imago, de qua sic legitur: Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula, splēdor diuinæ maiestatis, & imago bonitatis illius. Alij quippe homines qui ad imaginē Dei formati dicuntur, similitudinē quandam ab ipsa imagine perceperūt. Hinc ratio innata homini naturaliter cōcupiscit illuminari ab ipsius æternæ sapiētiæ luce, quod in hac peregrinatione Sap. 7

B ex parte agitur, & in futuro perficitur, perhibente Apostolo: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Quū autē uenerit quod perfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Videlicet nunc per speculum in ænigmate, quod est ex parte: tūc autē facie ad faciem. Hac utiq̄ ratione appetitus ascēdendi insitus naturaliter huic creatæ imagini trahit illā ad concupiscētiā unīēdi se increatæ imagini tanquā principio, à quo, & fini, ad quem cōdita est. Ex his nāq̄ colligitur, q̄ rationalis creatura naturaliter tēdit in Deum, neq̄ in aliqua re (præterq̄ in Deo) oblectari perfecte & ad satietatē ualeat (si tamen naturæ dignitatē seruauerit: quā profecto quum deprauaueris, necesse est, ut per inaniam & trāsitoria se diffundat gaudia, quoniā absq̄ alicuius rei dilectione nequaquam uiuere potest.) Quā obrem immētas gratias suo referat cōditori, quisquis uerbi Dei & æternæ sapiētiæ irradiatus splendore se peregrinari in ueritate cognoscit à dño, totisq̄ ignitæ charitatis desiderijs flagratiſſime beatissima illius cōcupiscit frui præsentia. Nēpe qui talis est, & ad gradum hunc (diuina sibi opitulante clemētia) peruenire promeruit, tanquā huius C seculi aduena patiēter degens sui corporis resolutionē inhianter expectat, cūcta ardua & aspera æquanimiter patitur, nō eleuatur prosperis, nec frangitur aduersis: quæcunq̄ temporalia habet, solū ad usum & necessitatē possidet, & hoc utitur mundo, tanquā non utatur: si infirmatur, gaudet: si persecutionē sustinet, gratias agit: si ipsi maledicunt, ipse benedicit: si attollitur laudibus, humiliando se deīcit: si damnis afficitur, illud beati lob memorabile dīctū animo reuoluit dicens: Nudus egressus sum de utero matris meæ, nudus & reuertar illuc: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut dñi placuit, ita factum est, sit nomē domini benedictū: si facultatibus abundat, cū pauperibus impertitur: si necessarijs eget, nō cōtristatur, quoniā cum apostolo Paulo nouit abundare, esurire, sitiare, & penuriam pati: si periculis inuoluitur, ad orationis cōfugit suffragium, auxiliū de cēlo à Deo exposcēs: si tentationib. agitatur, reluctādo uiriliter extultatione repletur Iacobī Apostoli exhortatione admonitus, qui ait: Beatus uir qui suffert temptationē, quoniam quum probatus fuerit, accipiet coronam uitæ, quam repromisit Deus diligentibus se: si subtractis spiritualibus delectationibus mente efficitur sterilis, spei se magnanimitate confirmat cantans & dicens: Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum: si ex superueniente gratia exhilaratur, animo humilitatis se grauitate corroborat: si orationi uacat, Deo in spiritu astare se putat amouendo à corde noxiās & superfluas cogitationes: si diuinārum scripturarū lectioni intendit, spiritualem sensum sub uelamine literæ conatur elicere: deniq̄ si ex inhabitante cordis penetralia uerbi præsentia sponsi castis potitur amplexibus cōditoris sui amore flammescens: si supra se cælestia meditando attollitur, charitatis liquefactus dulcedine, supernorum ciuium concupiscit aggregari consortio, fitq̄ ille tunc onerosus sui corporis incolatus, dissolui cupientis & esse cum Christo. Nam etiā ipsum manere in carne utile quantulumcunq̄ esse uideatur, cum Christo regnare multo melius esse arbitratur. Consolatur autem se ipsum, & huius peregrinationis erumnas forti tolerat animo memor Apostolici sermons dicentis: Existimo enim q̄ non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorū Def expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolēs, sed propter illum qui subiecit Laur. Iustin.

D subtractis spiritualibus delectationibus mente efficitur sterilis, spei se magnanimitate confirmat cantans & dicens: Expecta dominum, uiriliter age, confortetur cor tuum, & sustine dominum: si ex superueniente gratia exhilaratur, animo humilitatis se grauitate corroborat: si orationi uacat, Deo in spiritu astare se putat amouendo à corde noxiās & superfluas cogitationes: si diuinārum scripturarū lectioni intendit, spiritualem sensum sub uelamine literæ conatur elicere: deniq̄ si ex inhabitante cordis penetralia uerbi præsentia sponsi castis potitur amplexibus cōditoris sui amore flammescens: si supra se cælestia meditando attollitur, charitatis liquefactus dulcedine, supernorum ciuium concupiscit aggregari consortio, fitq̄ ille tunc onerosus sui corporis incolatus, dissolui cupientis & esse cum Christo. Nam etiā ipsum manere in carne utile quantulumcunq̄ esse uideatur, cum Christo regnare multo melius esse arbitratur. Consolatur autem se ipsum, & huius peregrinationis erumnas forti tolerat animo memor Apostolici sermons dicentis: Existimo enim q̄ non sint condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorū Def expectat. Vanitati enim creatura subiecta est non uolēs, sed propter illum qui subiecit Laur. Iustin.

bbb 2 eam



eam in spe, quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertate gloriae. **E**liorum Dei. Scimus enim, quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque adhuc: non solum illa, sed & nos ipsi primitus spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei expectantes redemtionem corporis nostri. Esse namque cum Christo in patria desideranter concupiscit tanquam multo melius, sed peregrinari in carne ex deliberatione complectitur. Præponit enim diuinam uoluntatem suam, potiusque illi cupit placere, quam sibi: cui in omnibus desiderat obtemperare mandatis, atque ab ipsius nullatenus discrepare consilijs. Nouit quidem ex dilatione sui incolatus nequaquam sibi posse presentiam conditoris amittere indubitate spe propriæ salutis roboratus de Dei bonitate & fiducia, cum Paulo dicens: Scimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem habemus ex Deo, domum non manufactam æternam in cælis. Nam & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cælo est, superindui cupientes (si tamen uestiti, & non nudi inueniamur.) Nam & quis sumus in tabernaculo isto, ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed supereristi, ut absorbeatur quod mortale est à uita. Hinc est, quod futuræ resurrectionis spe frētus in uniuersis sibi occurritibus, siue prosperis, seu aduersis uirtuti coaptat mente, sicque conuersatur in carne sui cordis intēdens custos, quasi quotidie moritus (frequenter nihilominus propheticum illud decātans in spiritu: Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te Deus: Sitivit anima mea ad Deum fons uiuum, quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei.) Viuit plane in corpore seruiens Deo, & ministerio sibi credito uacat exterius: interius autem non solum à noxijs, & inutilib. cogitationib. inordinatisque affectib. propriā mente excutit, ueruetiam quātum illi fas est, ab occurribus necessitatib. suis, & aliorū se liberare contendit, ut expeditus inueniatur ad meditāda quæ Dei sunt. Hominū denique cōsortia, quæ ex mutua cōfabulatione mētis maculant puritatē, & uarijs replent phantasias, pro virib. declinat quārēdo solitaria loca mōroris & orationis amica diuino hortatus oraculo. Ducā (inquit dñs) eam animam (uidelicet) deuotioni instare cupientem in soliditudinem, & loquar ad cor eius: non in tumultib. hominū, nec in fragoribus actionū, sed in solididine tranquillitas & pacis. Dominus ad cor loquitur, & diuinorū eloquiorū cælestiūque honorū arcana mysteria reuelat. Horum siquidem eruditus experientia, horū affectus dulcedine, iuxta gratiam sibi traditā, & spiritu impellēte, qualia sint supernorū ciuium gaudia, quāta sint præmia, meditatur & mente cōpleteatur. Nam etsi (perhibēte Apostolo) oculus non uidit, auris non audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus diligētibus se: tam (reuelante spiritu) aliquo modo nostra degustantur, non qualia aut quanta sunt, sed quāntum humana infirmitas intelligere potest, & quantū Deo libet cōmunicare. Paulus quippe, qui usque ad tertium cælum raptus est, & de Dei essentia, & illius gloria magnitudine, arcana uidit & audiuit, quæ non licet homini loqui, sic ait: Siue in corpore, siue extra corpus fuerit, nescio, Deus scit. Quid de huiusmodi gloria dicere potest, quia mortalī constitutus est corpore, & in terra conuersatur, ueluti ciuis & incola: Ipse quoque Ioānes in coena recubuit supra pectus domini Iesu, & inde uerbi haustū generatio, quam postea eructauit dicens: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Nihil particulariter de ipsa dixit, sed tantum quæ in futuro manifestanda sunt, nobis enarrauit inquiens: Carissimi nunc filij Dei sumus, & nondum appariuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quid nos carne inuoluti, & sanguine de tanta re præsumere debemus: Si enim de ihesu quæ quotidie cernimus, audimus, & manu contingimus, uix pauca agnoscimus, quid de inuisibilib. & cælestibus iudicare debemus? Qui legit intelligat. Nam quod de ipsis credēdo cōfitemur, per scripturas sacras (docente spiritu sancto) dicimus, necnō per unigenitū filium Dei in sinu patris existentē, qui in carne apparsit enarrauit nobis, nunc per parabolas, nunc sub uerborum compendio in becillitate nostra aliter non apprehendente, eodem unigenito attestāte, qui ait: Si dixi uobis terrena, non creditis: quomodo, si dixerim uobis cælestia, credetis: Ipsa ideo gloria à Deo fidelibus promissa, quāvis propter immensitatem eiusque suauitatem, sicuti est, explicari non ualeat, ramen quid sit, taceri non debet ad exhortationem illorum, qui spernentes uisibilia

**A** billia & temporalia bona inuisibilia & cælestia, quæ omnem sensum superant, consummato huius peregrinationis agone obtinere nō dubitat, uerbo Dei hoc pollicēte, quod ait: Cælum & terra transibunt, uerba autē mea non præteribunt. Nempe gloria illa, quæ pro remuneratione laborum pro Christo in terra certantiū donatur in patria, Deus est, quo nihil melius est. Postulante namque Mose dominum, ut manifestaret se illi, audiuit: Ostendam tibi omne bonū, id est meipsum. Non enim potuit aut rectius, aut uerius, aut efficacius diuinæ maiestatis gloria explicari, quod dicere: Ostendam tibi omne bonum. Tum quod est felicitatis, quod satietatis, & quod delectationis hoc unico uerbo cōprehenditur. Bonum hoc à nullo habet, quod est, quia naturaliter est, quod est. Ab ipso autem, si qua sunt bona, cōdita sunt siue in cælo, siue in terra, non ex se bona, sed à bono bona, quia bonus nō potest nisi bona facere. Cōtemplatio igitur huius summi boni, quod Deus est, uita æterna est, beatitudo indeficiēs, & sempiterna satietas. Hoc bonum quisquis, sicuti est, intueri meruerit, ab eius amplexibus diuelli non poterit: quoniam replebitur admiratione, dilectione, sapientia, gaudio, securitate, pace & laude, dicente Prophetæ: Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Laudabunt (inquit) & nunquam à laude tepeſcent, aspicientes in eum omni laude dignissimum, in quo sunt omnia laudabilia, desiderabilia, & amabilia, quoniam quod in eo est, Deus est: lex iustitiae, infallibilis ueritatis, bonitatis indeficiens latitudo cuncta complectens, sapientia uniuersa perlustrans, & sublimitas omnia creata transcēdens: quē agnoscere uita æterna est, quem diligere gaudium ineffabile est, quem laudare iucundissimum est, & quo frui beatificum carēs in cōcerore, timore, dolore, dubitatione, uarietateque. Nam ad hoc bonum contemplandum electus quisque ideo sumitur, ut intrans in gaudium domini sui ultra non egrediatur foras, sed tranquillitate perpetua potiatur, dicente uerbo Dei. Volo pater, ut ubi ego sum, & illi sint mecum, & ut eos, quos dedisti mihi, non perdam ex illis quenquam, tu pater in me, & ego in illis, ut simus cōsummati in unū. Quid maius promitti potuit: quid beatius tribui, quam sicut pater in uerbo, ita uerbum esse ueritatem in nobis per annexum amoris, & uinculum charitatis, non per naturam, sed per adoptionem: qua Deus pater in filio suo nos gratificare dignatus est, regni sui cōparticipes faciendo: Hæc est hereditas filiorum Dei patris mandata custodientium, esse (uidelicet) cum Christo, & patris præsentia potiri, ipsumque facie ad faciem contemplari: uide etiam Christum in patris dextera in humanitate nostra residentem, eleuatum supra omnes angelorum, archangelorum, thronorum, dominationum, uirtutum, cherubim & seraphim choros: cunctorumque sanctorum, patriarcharum, prophetarum, & electorum omnium decore uestitum: ipsum quoque ciuitatem sanctam Hierusalem suo preclarissimo fulgore illustrantem: ita ut nullo alio indigeat lumine, quum ipse agnus Dei sit lux indeficiens, inextinguibilis, atque perpetua: in cuius uerbi lumine singuli percipiunt lumen, Deumque glorificant & uenerantur. Non enim possunt non laudare illum: per quem sunt creati, confirmati ac redempti. Nam ab illo confirmati sunt angeli, & electi quicque ad tantam prouecti sunt gloriam, interueniente per effusionem sanguinis redemptione, & ipso Dei filio pro hominibus interpellante, patricque ostendente uulnerum cicatrices, præcipuum suam dilectionis indicium. Eadem namque ratione, & eodem affectu Dei filius induitus, humana natura colli debet & honorari, quo pater ipse, quoniam per ipsum & in ipso sunt omnia: fiuntque singulorum electorum gaudia, communia omnibus, & omnia singulis: & se quilibet bonum illud habere in seipso putat, quod agnoscit in alio esse propter cōiunctionem amoris, quem sibi mutuo gerunt in Christo: quorum ipse est caput. Inuicem quippe se diligunt in charitate perfecta: omni qua possunt uirtute eum collaudat, & plus quam possunt, laudare cupiunt: quoniam incomparabiliter longe plus quam intelligunt, ipsum fatentur esse laudandum. Omne illorum igitur desiderium est, omnisque actio contemplari, laudare illum, & transformari in illum, magis illum quam se diligentes. Hinc sicuti, & ab ubertate domus Dei inebriantur portantes ad satietatem de torrente uoluptatis æternæ: quæ affluentissime emanat de fonte uitæ, de quo scriptum est: Fons sapientiae uerbum Dei in excelsis. De hoc quippe uitæ fonte scaturiunt indeficienter riui sapientiae suauiores omni nectare, & omni splendorc clariores, ex quibus ipsi beati spiritus recreati quadam sobria ebrietate replentur Laur. Iustin. **b b b 3** **omni**

omnilumine, & superabundant gaudio, Deo sibi omnia existente in omnibus, qui est benedictus in secula. In hac profecto contemplatione cælestium præmiorum perfecti quicq; nonnunquam rapiuntur: quoniam quæ retro sunt obliuiscentes, sc̄q; ad anteriora extendentes brauium prosequuntur supernæ uocationis, ut apprehēdant, in quo comprehensi sunt, & gustando intelligent, quæ desiderando ex Dei promissione possidere semper expectant. Qua siquidem expectatione per patientiam & tolerantiam aduersitatum emergētum efficiuntur quotidie fortiores: nunc Dei gloriam, prout possunt & illis præstatur, speculantes, nunc reluctantly de uirtute proficiunt in uirtutem, gradatimq; student ad altiora & perfectiora concidere (expectantes nihilominus corporis resurrectionem, quatenus iuxta sua uota possint uidere in Sion Deum deorum.) Hic plane peregrinantur, & ad perfectionem per uirtutum scalam ascendentium est ultimus gradus, patienter (uidelicet) uiuere, & ad cælestis patriæ brauium ardentissime pergere: ut ad Deum possint feliciter peruenire, eumq; sicuti est uidere, qui est omnium origo bonorum, bonum ineffabile, uitæ fons, lux indeficiens, pugnantium fortitudo, corona uinculum: & cum ipso regnantium gloria, qui trinus est Deus permanens in secula seculorum, Amen.

## EPISTOLARVM LIBER.

## EVGENIVS PAPA QVARTVS, LAVERENTIO IVSTINIANO.

**D**ilecte fili salutem, & Apostolicam benedictionem. Quum primum audiuitus uocationem ecclesiæ Vicentinæ, ex obitu bona memoriae P. episcopi Vicentini, perspeximus aduenisse tempus, quo desiderio cordis nostri satisfieri poterit. Hodie siquidem uenerabilem fratrem nostrum F. episcopum Castellanensem à uinculo, quo ecclesiæ Cästellanensi tenebatur, absoluimus, & ad præfatam ecclesiam Vicentinam transtulimus. Te uero in episcopum & pastore præfatae ecclesiæ Castellanensis de consilio fratrum nostrorum præfecimus. Hortamur itaq; ueluti à Deo uocatus tanquam Aaron huic ordinationi consentire uelis, ac pro honore Dei, ac animarum salute, & animæ merito hoc onus assumere. Non enim ignoramus, quantum uerbo, autoritate, & exemplo illi ciuitati ualitus sis: & præsertim sanctæ congregationi tuæ, prout de hac re alias tibi particularius scribemus. Nos uero, qui onera nostra tecum libenter partim sumus, omni opera & industria curabimus tibi fauori & auxilio esse. Propterea ueluti obediētæ filius, quod tibi Dei uoluntate iniunctum est, parato animo suscipe. Nam (ut inquit beatus Gregorius) sicut non licet talia appetere: ita nec uocatum ad ipsa pertinat recusare. Ex his enim consequeris benedictionem à domino, & gratiam à Deo salvatori tuo. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo capitum principum Apostolorum, die xi. Maij, pontificatus nostri anno tertio.

Laurentius Iustinianus ad Eugenium Papam quartum.

**S**ancissime ac beatissime pater, ouium Christi Iesu domini nostri uniuersalis pastor. Quanto mœrore sit oppressum cor meum, quod singultus, quodue obortæ sint lachrymae, ex hoc quod uilitatem meam ecclesiæ Castellanensi præficere intendūt sanctitas uestra, nouit ille testis & iudex, cui notissima absque ambiguate sunt omnia. Ad quod quidem onus portandum, quum prorsus me sciam impotentem & indignum, coram sanctitatis uestræ prostratus pedibus tanquam filius (licet immeritus) à clementissimo patre postulo: quatenus parumper cæteris à corde sepositis curis dignetur sanctitas uestra patienter audire, reuoluere animo, synceraq; examinatione rationibus meis, quas sub compendio dicturus sum, accōmodare cōsensum: si qua erga uilissimū filii inest paternalis affectio, si qua ad ulcerosum cōpassio, si qua erga onerib. conscientiae grauatu pia miseradi inten-tio. Horret nāq; omnia interiora animæ meæ, cū materiam hāc discutio, nec ullo modo patitur

A patitur tanto se īgerere periculo, quū notissimū sit me secundū interiorē hominē prūatum esse sciētia, à uirtutibus prælatis congruentibus alienum, atq; à talī experientia extraneum. Secundum uero exteriorem continuis pene languoribus laborantem, in se nūm q; uergentem. Quæ uniuersa pastoribus ecclesiæ nullatenus congruūt: imo supra modū aduersantur. Quantū autem ponderis sit régimen huius diœcesis, in qua plurimū deordinatus est clerus, uitia innumerabilia adulta, creberrima lucta, & quotidiana contradictione nobilium ac potentum, optime considerate ualet sanctitas uestra. Hinc animus diffidit, aliquam utilitatem posse perficere. Consideratis etiam persecutionibus, laboribus continuis, & modicis profectibus sanctorum præsulum, qui in domino quietuerunt: quorum utinam dignus essem deosculari uestigia. Præterea quis nō merito scandalizetur, cum uiderit, seu audierit Laurentium post annos triginta in monasterio sub obedientia conuersatū cū parcitate uictus ac uestitus sedula semper intētione, hominū consortia declinasse, nunc expositum esse turbis, audire causas secularium, conuersatio nem habere cum ipsis, quibus mea conuersatio omnino non conuenit, & colloquia facere, quæ seruis Christi non cōpetunt? His alijsc̄ rationibus uereor maius detrimentū debere insurgere in subditos per promotionē hāc, quam cōmodum. Postremo cū attēdo diligenter fratrum nostrorum in me amorem, coniunctionem, & synceram caritatem, iplosq; cordis tentationes superasse, me præstantiores eos esse cōspicio. Ideoq; sanctitas uestra dignetur hoc opus iniungere alteri, qui magis quam uilitas mea dominico gregi prodesse ualeat. Sunt enim in consortio nostro quam plurimi, quibus cū propter uitæ meritū, ac scientiæ ornamentum, cū propter abundantiam cælestis gratiæ istā cōferre poterit dignitatem sanctitas uestra, quā dñs ad sui gloriā in columem in utroq; homine custodire dignet. Amen. Datū Venetijs ex coenobio sancti Gregorij in Alga.

Eugenius Papa quartus ad consortium Canonicorum sancti Georgij in Alga.

**C**onsorti filiū salutem & apostolicam benedictionem. Tum ex literis uestris receptis, tum ex ijs, quæ dilectus filius Georgius eremita nobis retulit, intelleximus uos satis contristari, quod dilectum filium Laurentium lustrianum in pastorem & patrem dederimus ecclesiæ Castellanensi, quum tandem expectaremus, ut quemadmodū exhortati fuimus, cōgauderetis nobiscum. Si consideremus consorti necessitudinem, cōmunem perseverantiā in opus Dei, mœrori uestro satis ignoscimus. Si amorem proximi, rempublicā, & cōmune bonum, ab his omnibus mœror excluditur. Neq; magni facimus eius corporis conditio-nem ad paratos labores, quoniam nō robusto corpore, sed forti & feruēti animo opus est. Aderunt multi præterea, qui cōmunicatos labores libenter excipient, ipsiq; in omne officium & in omne tempus auxilio erunt, ita ut nōnunquam in contemplationis bonū se recipiat. Sæpe uero ad Mosi exemplū descendat ad caltra, ut proximorū necessitatì consulat. Sic apostolos, sic pastores ecclesiæ, sic dominū nostrū Iesum Christum fecisse legimus. Quis ex hac assumpta dignitate calumniam faciet, præsertim quum uidebit pontificem sine auro, sine diuinitijs, sine pompis, nihilq; quod suum sit querere, sed quod Iesu Christi. Hoc ture nō euacabitur gloria in Christo, sed amplior reddet. Huius rei plura ante oculos habetis exempla. Ex his non ambigimus, quin uberrimus fructus secuturus sit. Multa siquidem cōmoda in conditione personæ ipsius, inter quæ fauor sedis apostolicæ, impræsentiarum se offerunt, quæ non habuerunt ante prædecessores eius. Itaq; siccate iam lacrymas, considerate quantum bonum sit apud episcopum pro multis offerre se Deo, & date illi gloriam & honorem. Datum, &c.

Eugenius Papa quartus ad Laurentium Iustinianum.

**D**ilecte fili salutem & apostolicam benedictionem. Receptis literis caritatis tuę & intellectis ijs, que per dilectū filium Georgium eremitam nobis dici mandasti, nihil noui de proposito tuo suscepimus. Arbitramur em id prece-pū esse mēti tuę, ut soli ocio uacares. Sed qm̄ te in meliore sorte dari posse cōspeximus, ex multorū cōsilio ecclesiæ Castellanensi te in patrē dedimus. Cōsuluimus saluti patriæ, ex qua originem duximus: cōsuluimus & tibi in maius meritorum animæ tuæ. Quū igitur ad hoc amplius bonum à Deo uocatus sis, non satis concipimus, quomodo cū Deo dissentire gestias. Neq; ad hoc satis faciunt, que pte inducis.

Primum te nouimus, quantum secundum utrumq; hominem per annos triginta proficeris, & idcirco in hanc rem publicam pastorem te induximus. Necq; æstimauimus, q; in senium tendas, quoniam non corpore, sed animo laborandum est. Sed & multos habebis, præsertim conseruos tuos, qui in omni officio, fauori, & auxilio tibi erunt. Habebis & nos ipsos, & apostolicam sedem, quorum nihil aut parum habuerunt prædecessores tui. Simulq; considera quòd non regnum suscipis, sed ministerium Christi, non honorem, sed onus: non diuitias, sed dispensationem multiformis gratiæ Dei. Necq; id existimes, quòd non nulli (ut scribis) hoc fortasse refugerint, quoniam uaria sunt dona discipulorum Christi. Multos enim uirgines dedit, multos in solitudinem contulit, te uero quum utriusq; uitæ participem fecerit, iure ad hoc subeundum onus te astrictum esse intelligis. Ita enim pene omniū Castellanēsis ecclesiæ summa expectatio est, ut te in patrem ac pastorem habeant. Qua de re uocationem tuam amodo cognosce, nec uelis ex humilitate bonum humilitatis, & obedientiæ perdere: quoniam sicut non licet te hanc rem appetere, ita non licet pertinaciter recusare. Et sic te hortamur iterum, atq; iniungimus. Leua in circuitu oculos tuos, & uide. Omnes isti congregati sunt, uenerunt tibi. Super te enim orietur dominus, & gloria eius in te uidebitur, quoniam (uti indubie speramus) propitio Deo in hos ueluti in terram bonam semina sparges, & afferes fructum centuplum in patientia. Datum, &c.

Laurentius Iustinianus egregio legum doctori Madio de Madijs Veronensi.

S. P. D.

**G**regie & in Christo honorande maior meminisse debet dilectio uestra fere elapso biennio instanter uos flagitasse, ut paruitas mea, quicquam super psalmos, qui pœnitentiales dicuntur, uellet scribere ad animæ uestræ profectum. Cui tunc postulationi quid responderim, enarrare superfluum arbitror. Fateor autem, quòd abinde citra semper reuerentia uestræ debitorum me tenui, mecum saxe conferens, quid agere debeam, ut caritati uestræ satisfacrem. Nam ad ea, quæ poposceratis, manum apponere minime audebam pluribus retraetus rationibus. Tandem conclusi, ut opusculum, quod diuina opitulanter gratia nuper edidi De contemptu mundi, uestræ deberem dirigere humanitatì. Hoc per præsentem latorem mitto, supplicoq; reuerentia uestræ, quatenus opportunum dignetur captare tempus, & illud corrigere atq; emendare, quicquid repererit emendatione dignū. Non enim magnum est, si corrigenda in illud exarata sint, considerata uilitatis meæ imperitia. Nam correctioni uestræ humiliiter subiacebo. Non renuat ergo prudentia uestra ob caritatis uinculum hoc onus assumere, sepositis interdum aliquantis per temporalium curis. Verum siquid competenter in ipso inuenietis dictum, humanitas uestra munus nostri agnoscat esse autoris, qui æque per imperitos sicut per doctos uera fatur.

Reuerentia uestræ seruus per Christum Laurentius se totum, qualis est.

Madij de Madijs claro uiro, & in primis reuerendo in Christo patri domino Laurentio Iustiniano. S. P. D.

**H**Ibi magnas & ingentes habeo gratias pro incredibili dono, quo proximis diebus me donare dignatus es. Ille uero cumulatissimas reddere dignetur: absq; cuius nutu nec folium arboris defluit, nec unus passus ad terram cadit, & qui retribuit secundum opera. Mihi credas Laurenti uir reuerende: Non ego modo, qui & mea & meipsum tibi debo pro tuis immortalibus in me beneficij, uerum totus terrarum orbis, & in primis orthodoxa fides tuae humanitatì, caritati, industria, liberalitatì indissolubili deuinctus est uinculo. Eius excellentiam muneris si explicare uoluero, potius me tempus quam copia deseret. Illud attingam, quod prætermittere nefas censeo. Si enim tota philosophorum uita meditatio mortis est, ut doctissimi uiri censuerunt, ueram sapientia summam in his tuis codicillis merito dixerim contineri. Qui illud Socraticum mortales docent, nosce te ipsum, qui à corpore, id est pestiferis carnis titillationibus, & nefandis uoluptatis illecebribus nos animum secernere monent, qui deniq; humanas animulas ad ueram infallibilem ex his uinculis & hoc carcere liberationem instruunt. Et ita instruunt, ut dum in mundo

A mūdo diuersamur, nō in mundo, sed mundi illi cælesti uitæ similem uisumus uitam. Ecum ad illam beatam æternamq; feremur, minus nostrorum animorum cursus tardetur. Quid huic dignitati per Deum immortalem comparandum dixerim? Alij sibi non dico habeant, sed habeantur à statuis, tabulis pictis, pateris, cælato auro & argento, quo donati sunt, quo premantur, cuius cupiditate ardeant, & perdendi metu crucientur: quo deniq; non sibi, id est rationi consulant, non proximo succurrant, sed uel locum expleant, uel uentri forte inseruant, ut sic illud uulgatissimum audire mereantur. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nos uero ad salutem uera pergamus semita. Semita illa, inquam, quam tū sacra docent literæ, tum tui confirmant codicilli. Proinde magna te manet merces, & illa inæstimabilis quidē. Eos propterea à nobis abdicemus, repudiemus, redagationibus, insectemur, abominemur, qui gloriam inanem nominis sui quæsierunt, qui Hectorē pugnantem, aut Socratem philosophantem scribendo omnem consumpsérunt etatem. Amen amen dico illis, mercedem suā receperunt. Quippe humanam uitā ex præsenti tantū iudicantes spes suas fabulis, animas sepulcris dederūt. Tu autem in Christo Iesu nobis amandus, colendus, & toto (ut aiunt) pectori amplectendus es, qui hisce commentarijs, hisce laboribus summis Christiana quadam caritate nos pie, sancte, religioseq; uiuere docuisti. Perge igitur, ut cœpisti, uir doctissime, & tuam, id est, celestem in terris uitā uiue. Pro his enim omnibus (ut superiore loco dixi) parata est merces amplissima, quā totis semper quæsisti uiribus, id est, Christus Iesus.

Hieronymus Caballus Brixianus D. Philippo Stanchario.

S. P. D.

**C**atus Laurentius patriarcha noster, qui in omni morū sanctitate, quamdiu uixit, uersatus est, multa (ut scis) uolumina nō minus eleganter, quam sapienter cōscripta moriens nobis reliquit: quæ cū omni ex parte res sanctissimas, memoratuq; dignas contineant, exæstimauiimus cum pro nostra in eū deuotione, tū mirabili eius sanctitate ac singulari doctrina nos operæ preciū esse facturos, si curaremus, ut ea, quæ hac tenus in bibliothecis nostris recondita pene latuerant, nunc tandem in lucē prodirent ac publicarent, ut q; per pauci ante nos sent, pleriq; nunc se tenere gauderent. Impressoribus igitur tradita sunt, & propemodum omnia absoluta. Sed cū in his nōnullæ existant autoritates primo aspectu quādam inter se repugnantiā pretendentes circa materiam conceptionis beate virginis, te rogo obtestorq; atq; etiam sī tua, mi. Philippe lepidissime, patitur caritas iubeo, & astringo, ut commemorata uolumina eo, quo soles, omnia studio inspicias atq; consideres: & quid super ijs, quæ ab eo de conceptione tractata sunt, sentias, nos per literas tuas edocas, ne tanti autoritates uiri aliorum fortasse ab ijs, qui suis libenter obsequuntur affectibus, accipiантur, quam ab eo dictæ sunt. Verum quod onus tibi imponimus, id nobis profecto, gratoq; animo uendicassemus, nisi uariæ multiuagæq; occupationes, quibus nostræ congregationis (ut nosti) uniuersalis seruitutis iugum ferentes impedimur, quod conscientia seruata rectitudine postponere nequimus, ita nos circumuallassent, ut ad huiusmodi speculationis contemplationem nullus sit nobis omnino locus relatus. Quare, Philippe mi suauissime, cum amore domini nostri Iesu Christi, tum causa nostra, qui te semper magni fecimus, non grauaberis, quod à te petiūs, summa diligentia, summoq; studio efficere. Necq; enim quicquam nobis gratius facere poteris. Vale & me (ut facis) ama plurimum, teq; à me uehementer amari tibi persuade. Vale iterum. Datum Brixiae ex diu Petri Oliueti claustro pridie nonas Octobres anno a na tali Christiano, M. D. V.

Philippi Stancharij de monticellis Brixiani ad reuerendum in Christo patrem D. Hieronymum Caballum congregationis sancti Gregorij in Alga, Rectorem generalem responsiua epistola.

**V**oniam, reuerende pater, illa tua solerti cura, qua in cunctis negotijs tuis uti soles, beati Laurentij Iustiniani patriarchæ nostri codices ad Christi Iesu gloriam & spiritualem ecclesiæ suæ sanctæ consolationem imprimiti iussisti, tuis me literis oras, hortaris, iubes, cogis, ut quid ipse præminatus patriarcha de conceptione illa benedicta matris Dei senserit, arundineo tibi significare stylo non differam. Licet enim, optime pater, eam in mesciā tiā non esse clarissime mouerim, qua sententiarum uel apparentem dissonantia ad concordiam

cordiam sine omni calumnia reducere ualeam, tamen quia tu mihi & congregationis nostrae uniuersitati pr̄esides, tuis consilijs, hortationibus, simul & pr̄ceptis nō obtemperare quasi peccatum hariolandi putaretur. Ad id quod à me tātoperē flagitas, responsum accedo. Veruntamen siquid emendandū forsitan recitabo, tu studioſa castigatione ad rectitudinis normam pro ingēnij tui dexteritate dirigere poteris. Qui enim beatam uirginem Dei genitricem cum originalis peccati macula putant fuisse cōceptam, quasdam ipsius beati patriarchæ sententias ad ipsorum corroborandā opinionem forsitan assumere gestient. Primo namq; in libro, qui Fasciculus amoris inscribitur capite duodecimo, ita exaratū est. Nullus plane ab ipso mundi initio fuit, quāuis sanctus, quāuis sanctificatus in utero, qui sine colluione peccati, & absq; uirili semine conciperet, & de intemerata uirgine nasceretur. Item in libro De obedientia circa mediū uigesimi quarti capitū. Ab istiusmodi necessitatibus improprio, & ab hac poena peccati solus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus cognoscitur fuisse liberrimus. Itē in libro De humilitate haud longe à septimi capitū initio. Ipse utiq; sicut ab omni peccato fuit immunis, ita in omni opere sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & cælis excellior, atq; mundior factus: cæteri uero coinquinati, transgressores, infirmi, & gemebundi. Sed his non obstantibus adhuc teneo, & dico beatum Laurentiū absq; dubitatione sensisse, ac eius mentem fuisse, q; beata uirgo Maria mater Dei & redemptoris nostri Iesu Christi fuerit concepta sine originali peccato, quod quidem clarissimis ipsius beatæ patriarchæ autoritatibus ostenditur. Et primo in sermone De annūciatione ipsius immaculatæ uirginis ita dicit: Ab ipsa namq; sui cōceptione in benedictionibus est præuenta dulcedinis, atq; à damnationis aliena chirographo. Et post pauca subiungit: Erat plane sicut à carnis colluione immunis: ita & ab omni peccati labe extraea. Præterea in libro De casto connubio uerbi & animæ circa medium septimi capitū beatus patriarcha scribit: Hæc est originalis poena delicti, à qua nemo, quamvis eximia polleat sanctitate, liber existit. Quotquot enim ex ipsa nati sunt propagine (exceptis duntaxat mediatore Dei & hominum homine Christo Iesu & ipsius matre) sub hac peccati lege sunt conditi, unde Propheta uoce omnium gemes ait: Ecce in iniuritatibus conceptus sum. Item in libro, qui Fasciculus amoris dicitur, non longe à fine septimi capitū: Nemo ab ipso mundi initio usq; ad temporis plenitudinem (duntaxat mediator eiusq; genitrice exceptis) iugum dominationis eius euslit. Ulterius in libro De gradibus perfectionis capite primo inquit: Ab hoc quippe originali peccato nullus excipitur, præter illā, quæ genuit mundi saluatorem. Ecce quomodo beatus patriarcha aperto sermone loquitur, & ita clare mētem suam exprimit, ut ipsius uerba neq; glossari, neq; in oppositum sensum retorqueri ualeant. Tres uero autoritates primæ huic sensui minime contradicunt, quoniam loquuntur de lege communi, & de eo, quod secundū naturalem conceptionem hominis naturaliter solet euénire. Et per consequēs nō præiudicant uirginis gloriæ speciali priuilegio, quo filius Dei in matre sua præelecta hāc maculā dispensatiue præuenit: quā tota natura humana in cæteris puris hominib. incurrit. Dicunt etiam quidā sub signis distributiuis positis in primis autoritatibus sufficeré, q; fiat distributio pro omnibus uiris naturaliter conceptis, & nō oportere distributionē fieri pro mulieribus. Posset etiam dici ad primā accipiendo eam, sicut iacer, q; nō sit cōtra ultimum deductas autoritates, quoniam est una hypothetica copulatiua, à qua non excipimus beatam uirginem, quum ipsa non sit de intemerata uirgine nata, sed de partum semine concepta. Siquis autem de opposita opinione prædictis respōsionibus nō acquiesceret, posset alia responsio dari, quæ est hæc. Dato q; beatus Laurentius in tribus primis autoritatibus aliquando tenuerit partem affirmatiuam, id est q; fuerit in origina li peccato concepta, licet in nulla ipsarum nominatim exprimatur beata uirgo, tamen in cæteris suis operibus oppositum tenuit, & scripsit, maxime in illo De gradibus perfectionis, qui fuit ultimus liber ab ipso beato patriarcha compositus circa finem temporis, quo in hoc mundo uixit. In quo quidem libro nominatim excipit beatam uirginem ab ipso originali peccato. Nec mirum quidem. Nam & beatus Augustinus doctor egregius post multorum librorum editionem, librum retractionum compoſuit, & ideo magis ultimis determinationibus standum est, q; primis, si aliquam inter se disconue-

A se disconuenientiam habere videantur. Sed neq; propter hoc beata uirgo quantum ad immunitatem peccati fuit æqualis gradus humanitati Christi: quia Christus per suam propriam potestatem, quum fuerit Deus & homo, peccatum originale non contraxit neq; contrahere potuit, sicut nec damnari. Virgo autem gloriaſa quamvis Dei misericordia præuenta originale peccatum nō contraxerit, quantum tamen de se fuit, ex propagatione suæ originis contrahere potuit. Cæteri uero huiusmodi peccatum contra re potuerunt, & de facto contraxerunt. Et sic beata uirgo infra dignitatem solius filii cōstituta, omnes alios homines magnifice præcellebat. Quæ si de spiritu sancto concepta fuisset, nulla fortasse insurgeret quæſtio. Nunc autem quia per concupitum uiri, & mulieris concepta est: sicut cæteri homines q; ab originalis peccati macula dicatur immunis, apud quosdam inconueniens reputatur. Sed hoc non uidetur obstat, si consideretur, q; talis præseruatio fuit à supernaturali causa, habente potentiam infinitam. Posita namq; causa naturali, etiam sufficienti poterit Deus uirtute omnipotentia suæ suspendere effectum, ne euéniat, sicut pueri non sunt combusti in fornace Babylonis, nec occisus Daniel à leonibus. Et tota ratio huius est, quia prima causa, cuius uirtute & influxu agunt secundæ causæ, suspenderat hanc uirtutem & influxum. Ita in proposito dicimus, quod licet ex uiri & mulieris semine concipi uideatur esse sufficiens causa, quod quis cum originali peccato concipiatur: poterit tamen Deus sua infinita potentia illam præuenire maculam, ne euéniat ita, quod fœtus sit purus & immaculatus. Neq; hoc negarent, qui oppositam partem sequuntur, tamen dicerent, quod non fuisset conueniens. Sed hoc etiam non obstat, quoniam concessa possibilitate, concedi uidetur & conuenientia, quia minimum inconueniens (ut Anselmus dicit) in Deo est impossibile. Et hec dicta sint absq; temeraria assertione, & cum omnimoda reuerentia doctorum, qui oppositum tenere uidentur. Optime in longum ualeat reuerenda paternitas tua, quam Deus omnipotens per suam infinitam caritatem in utroq; homine: id est anima & corpore incolumen custodire dignetur. Bononia anno, M. D. V. quarto nonas Decembris.

D. LAURENTII IVSTINIANI  
operum finis.



# RERVM AC VOCVM IN HIS D. LAV-

RENTII IVSTINIANI OPERIBVS TRACTATARVM INDEX,

iuxta alphabeti ordinem conscriptus.



- A  
Belinnocentiam quomodo custodiuerit folio 777. litera d. 778.e  
abeuntium retrorsum itinera 562.e  
abnegare se, uires humanas excedit 992.h  
abnegandi seipsum ratio 660.e.f.g  
Abraam cur multarū gentium pater constitutus fuerit 777.d.778.e  
Abraæ fidei cōmendatio 19.d  
Abraham beatitudinem quomodo sibi uendicauerit 830.e  
Abraamī sacrificādo uigilātia 169.a  
Absalonem quid suspenderit 63.d  
in absolutione peccatorum, qualis ordo seruandus 648.h  
abstinentia bona 88. g. commendatio 223.d. commoda 90.e.f. abstinentia temperies adhibenda 92.g acidiæ descriptio & mala 819. c.d  
actionis robur in spe remunerationis includi 402.e  
actionum tēporalium iugum excutiendum 103.a  
in Actionib. temporalibus & exterioribus exercitijs, serui Christi non se totaliter occupare debent, sed se partim actioni, partim deuotioni tradere 185.d  
accusatores in extremo iudicio 8.e.f  
Adam suo lapsu, quibus priuatus sit 1.a. arbitrij proprij libertate quando se priuauit 991. b. cur Deus cum omni sua posteritate, tunica pelliæ & carne corruptibili contextuerit 128.e.f  
Adæ culpa an fuerit Euæ gravior 214. f. Deo quomodo displicuerit 769. a.b. ante peccatum conditio 599. d. paradisi colonus quandiu  
deputatus fuerit 599. d. pec cādo quæ perdidet 600.e  
Ādamus immortalitatis gloriā si uoluisset, nō amisisset. 249.b  
Ādami peccati causa 60.g adiutoriū homini quotuplex sit datum 20.g.h  
admiratio quid sit 5.c  
āduersari Deo omnia quæ uidetur, ipsius subdūtur imperio 941.d. 942.e.f  
āduersarius noster in hac uia 800.g  
de Āduersarij uictoria, qui securus esse possit 224.f  
āduersarij humani generis 599.b  
aduerſariorum generis humani fortitudo 562. g. callidas, 562. g.h. potestas 1012.e  
āduersa æquanimiter ferenda 58.h. patiēter ferre qui ignorantia, occurrentia reue renter excipienda 228.f cūcta, quæ in hoc seculo homines patiuntur, an sint diuinæ iustitiae opera 305.c. cur Deus amicis suis contingere permittat 650.h. quæc peccatis proprijs adscribere quātū sit meriti 1046.h. preferendi exemplum 1093. d. 1094.e.f.g.h. 1095.a  
in Āduersis frustra homo conturbatur, atq; in prosperis latatur 740.h  
āduersitas oculos aperit 1008.f  
adulantium mos 81.a  
adulatoris uitia 81.a.b  
adulatorib; quibus modis resistendum sit 205.b  
adulteria ubi perpetrentur 724.f  
adulteriorum principium 215  
in adultis salutis causa 778.e  
adultorū spiritu cibis 1001.b  
aduocatus omnium 72.h  
ædificaturo quæ sint necessaria 409.c.d  
ædificium spirituale 672.h  
ædificij spiritualis solidum fundamentum 302.f  
ædificiorum conflagrationem an Deus immittat 305.b  
ægritudines an à domino irrogantur 1094.f  
ægritudinū innumerabilium, afflictionis origo 1500.e  
ægrotantes in carne, quomodo tractandi 872.h  
ægrotantium fiducia 451.a.b  
mos 395.a  
æquanimitatis indicia 77.c  
æquitas quid sit 33.d  
æquitatis statera 202.f. omne iudicium rectū, quid extinguit 295.b  
aeris intemperiæ an Deus immittat 305.b  
ætas nulla ab obedientia legis secessit 589.b. nostra dilectionis fraternæ ignara 685.b  
æternitatis semina 992.g.h  
æterna quibus donantur, tristitia negantur 216.f. quibus merito debeatur 833.d  
æterne terribitionis gloria, iuxta caritatis mensuram contundatur 198.h  
ab æternorū desiderio, qui nō impedianter 80.g  
affection seductoria 298.f. fraternalis caritatis, inæstimabilis apud Deū meriti 326.h  
affectionis iugū quām sit grave 903.b.c. ordinatio 30.h.  
tēporalium abdicatio 85.a.  
propriæ satietate, cur omnes priuentur 758.e  
affectioni humanae triplici, medicina triplex exhibita 676.f  
affectionem humana inter & diuinam differentia 229.c.d  
affectiones interioris hominis inordinatae, quomodo substantiæ imperio sint deprimentæ 212.h. quomodo noscantur 430.h. uoluptuosæ, naturales, spirituales unde generentur 674.g  
affectionum ad cultū Dei pertinentium diuisio 34. f. humani cotidis, solus Deus est indubius cognitor 1013.c  
affectionis humanus non nisi ex diuino gustu satiatur 342.e  
creatüris non satiatur 757.b.c. ad operandū, spe præccc ccc mī pluri

mihi plurimū excitatur 773.a  
multipliciter ad operādum  
allicitur 946.e.naturalis ue-  
ri & boni per peccatum de-  
bilitatus, qualiter restau-  
re 214.e.paternus in filiū  
366.h.367.a  
affectus diuīsio 46.h.diuini  
cū humano collatio 367.a  
humanī excitatio 498.h.na-  
turalis capacitas 675.d  
676.e  
affectionē duplē cuilibet homi-  
ni inesse naturaliter 214.e  
affectionē in cunctis quæ agimus  
Deus potius attendit quām  
opus 615.b.carnalem seclā-  
tis iudicium 676.f.spiritua-  
lem nemo sine cōsensu libe-  
ri arbitrii sortitur. 674.a  
affectionē nō diuitiæ damnātur  
à Christo 698.e  
affectionē quid temperet 92.h  
afflictiones uiribus humanis  
non superari 1101.c.d  
agēdi bene, unde manari in-  
firmitas 1018.e.f  
agnus uerissimus 416.g  
agni immaculati figura 812.e  
agnoscit à fidelibus quid debe-  
at 765.d  
agon spiritualis 981.a.b  
agonia quid sit 5.c  
agricolæ docti prudētia 161.c  
cælestis peritia 360.e.f.g.h  
agricolæ purgationē æquo ani-  
mo ferendam 360.h.361.a  
agricolarū lōganimitas 560.h  
alienigenarum pauperū exem-  
plar 1097.d  
alimentū carnale capiendo mo-  
dus 184.f  
alimentum cælestē 941.a  
alimenta corporalia, ad suum  
qui māducet iudicū 720.e.f  
alimenta diuina 179.b  
alimonia spiritualia 742.f  
allocutiones mystice quib.pā-  
dantur 353.c  
altaris immaculata hostia  
716.e.dominici qualis de-  
beat esse minister 719.b.sa-  
crosanctū mysteriū semel in  
die tantū sumēdum 1077.d  
altarium ornamēta cur sint in  
ecclesia instituta 837.d  
altum sapientis mala 869.d  
amabilis hominibꝫ & Deo ca-  
rissimus 589.c  
bene amare quid sit 43.c

amare beatius quām amari  
49.d  
amari quām timeri semper o-  
mnipotenti Deo magis pla-  
cuſſe 166.g  
ut ametur quis à Deo, quæ ſint  
illa quæ operanti conferant  
46.e  
amantis Deum affectus 760.e.  
f.g.h  
amantis affectus ſeipſo minor  
761.c  
amantem non ſcientem diligit  
omnipotens 165.a  
amatiū cibus proprius 842.h  
amatoris ueri natura 594.e  
ad Amatorē perfectionis ex-  
hortatio 593.c  
amatorū ſeculi ſedulitas 602.h  
603.a.Dei ſeruorum torpo-  
rem redarguit ibidem  
amatorium ſine medicamēto,  
ſine herba, ſine ueneficij car-  
mine 50.e.f  
ambitio ubi dominetur 724.f  
amicitia quadrupliciter offendit  
43.a.b  
amicitiam quæ diſſoluāt 49.d  
in Amicitia qui recti & fideles  
50.f.g  
amicitarum cauſæ multifariæ  
470.g.h.471.a. compagi-  
nem contentionibus diſſolu-  
ui 156.g. puritas ex condi-  
tione p̄emij commendatur  
274.h  
amicus fidelis qui ſit 51.b  
amicus uerus 76.h  
amici plurimi quomodo facie-  
di 50.e. Dei qui appellati  
293.a  
amicorum Dei dona 275.d  
amittitur facile quicquid ſine  
diligentia custoditur 267.a  
amor quomodo initietur, nu-  
triatur & perficiatur 218.g.  
amor Del 34.f. perfectus  
47.d. diuinus quantum uti-  
litatis cōſerat 42.h.mutuas  
exigit amoris uices 275.b  
amor ignitus 260.e  
amor perfectus nihil habet pri-  
uatum 199.d. pernicious  
587.d.priuatus quātæ ſit ia-  
etur 326.f. proximi pro a-  
more ſapiētiæ impēi 297.c.  
d.purus uires unde ſumat  
37.c.spiritualis 332.h.333.a  
amor triplex, carnalis uideli-  
cet, ſensualis & ſpūalis 331.c

332.e.f.g  
amor uerus 258.g. unde co-  
gnoscatur 212.g  
amoris ardenteris indicium  
296.e.ars ex magisterio uer-  
bi diſcurit 260.f.augmen-  
tum 467.c.d.casti exercitio  
253.b.c.d. Christi testimo-  
nium 349.d. Christi uarii  
effectus & ſublimitas 348.e  
amoris descriptio 364.f.372.  
g.h. discreti & equalitas 50.g  
amoris, dilectionis, caritatis  
differentiæ & distinctiones  
46.f.g.h  
amoris diuini erga unūquę  
indicia 943.b.c. encænia  
181.d.fortitudo 688.e.f. qui  
succensus eſt flamma, quām  
excellenter ſe intus exerceat  
528.e. gradus & incremen-  
ta 44.h.45.a.incedio ardē-  
tis opera 528.e.f.g.h.præco-  
nia 1011.c.d.1012.e.prælu-  
dia 553.a.b. ſignū 55.c. uer-  
rum 45.d  
amoris Dei utilitas 42.h  
germina amoris ſpūalia 372.h  
amoris indicium 239.a  
amoris legitimi lex 203.c  
ſigna 212.g  
amoris lex 308.g.h.magnitu-  
dine comprehēſi, diu quieti  
eſte non poſſunt 516.e.natu-  
ralis diuīsio 46.g.rectus or-  
do 585.b. origo ubinam ſit  
302.e.fons ibid. perfecti in-  
dicium 318.f.proprij impe-  
tum cohibēdi ratio 204.e.f.  
rerū tēporalium mors 38.g  
fine Amoris ſolatio aliquo-  
nem in uiuere 274.h  
amoris species quatuor 44.g.  
ſpeculum 266.g. ſpiritualis  
forma 279.d.&quissima ſta-  
tera 349.d.uemētia quo-  
modo prærogetur 342.g  
unde colligatur 265.c.indi-  
cium ibi.d. uehemētis in-  
dicia 519.b.ueri commēda-  
tio 38.e.natura 207.c.uincu-  
la 348.f.negocium iucun-  
dum 348.g.iura inter pecca-  
tores nequeunt legitime ſer-  
uari ibid. cuiusuis rei origo  
1074.h  
amori pecunia quām uilis ſe  
omnis affectus 64.e  
ad Amorem uoluptatis refræ-  
nādum cōſiderationes, quæ  
mentem

mentem iuuant 22.g.h  
amore ſensuali ſanctos reple-  
tos fuſſe 333.c  
Amorræorum reliquias in me-  
dio populi Iſraelitici, cur do-  
minus habitare uoluerit  
1092.f.g  
Anachoritarum robur 568.f  
Anachoritarum uita, cur indi-  
cta 735.c  
beati Andreæ magnanimitas  
688.f  
angelus domini, an unicuiq;  
noſtrum etiam minimo ad-  
ſit 49.a  
angeli natura 764.h  
angeli Satanæ aſtutia 153.c  
angeli profugi lapsus 546.g  
angelum propriū, ſingulis ho-  
minibus eſte deputatum  
232.h.233.a  
angeli ante Christi aduentum,  
cur toties patrib. locuti ſint  
877.a.b. an Christū come-  
dant 711.c. mortalibus cur  
ministrēt 704.h. nihil præ-  
termittūt quod ſaluti homi-  
num ſit proficuum 835.a.b.  
in quibus ſint ſimiles & di-  
ſimiles 293.b.c  
angelorum apostatarum natu-  
ra 942.e. bonorum mini-  
ſterium 73.d.74.e.coetibus  
præſentibus, indecorum eſt  
negligenter psallere 170.e.f.  
g.h. noſtri indefessa cuſto-  
dia 130.g. cognition 670.e.  
conditio 992.f. dignitas at-  
que cæleſtis Hieruſalem glo-  
ria 168.f.gloria quibus pre-  
rogetur 681.c.animarumq;  
æqualis gloria 220.c. gau-  
diu 671.a. erga nos mi-  
nisteria ibi. imitatores ex qui-  
bus efficiamur 594.e. la-  
pſus, de humana ſpecie re-  
ſtaurandus 785.a. laetitia  
374.e.517.d. malorū falla-  
cias ſuperādi ratio 757.a.b.  
angelorum ministeria 670.e  
ministeria, ad humanæ na-  
ture cuſtodiati cur adhibi-  
ta 232.h. monita ſalubria  
756.g.h.757.a. natura  
670.e. naturam non aliter,  
quām euluscuncū uermicu-  
culi Deum creare 172. nu-  
merofitatis, diſtinctis ordinis  
bus cotidita 273.d.274.e  
pro animabus delinquēti  
bus orationes 822.f. ordi-  
nes & officia 466.e.670.f.  
944.h.945.a. opus 440.g.  
erga genus humanum ope-  
ra 756.g.h.757.a. potefas  
& ministerium 273.a.b.c. ra-  
tionalemq; naturam cur die  
uina maiestas coniderit  
322.e ruinae origo 134.h.  
ſpirituum ſubſtantia 747.a  
angelos noſtrós protectores eſ-  
ſe uenerandoſ 221.a.ad hu-  
manam eſte cuſtodiā de-  
putatos 272.f. quid ſtraue-  
rit 1002.e  
ab Angelis homo an honore-  
tur 595.a  
angelicæ naturæ an datum ſit  
plurimis in locis eſte 312.g  
angelicam conuerſationem te-  
nere conētur, quotquot ca-  
leſti domino gratiſſimū de-  
ſiderat exhibere famulatum  
168.g  
angelicā potius quām huma-  
nam quosdam ducere uitā  
193.a  
angelicorum ſpirituum habi-  
tatio 316.h. erga genus hu-  
manum uigilantia 945.c  
anima quid ſit 18.e. an repleri  
poſſit 595.a  
anima Christi ſponsa re nō no-  
mine 788.c  
anima Christum quoties ne-  
get 452.g. delinquens uo-  
lūtariē non copulatur ſpon-  
ſo 299.c. felix quæ dicenda  
259.d.fidelis qualiter ad pu-  
gniam accendatur, & de ini-  
micis habere triumphū eru-  
diatur 220.g.221.a.b. quo-  
modo instruatur 328.f.g.la-  
cūs particeps, iuſtitia ſermo-  
nis eſt expers 742.h. quo-  
modo mundetur & purge-  
tur 361.b.c. quibus nutria-  
tur 24.e. occupari, replet  
autem non poſteſt 70.e. à pa-  
tre ad filium quomodo tra-  
hatur 778.f. apud Deum in  
quanto ſit precio 689.c.d.  
quomodo proficiat 47.c.  
qualiter reformatur 582.h  
delectationis auida an terū  
qualitate uel uarietate ſatia-  
ri poſſit 23.c.d. ſapientia  
spiritualis 614.h. rationa-  
lis ornementum 257.b. re-  
gimen 271.a. reſurrecſio  
782.g. robur omne, quæ  
extinguant 166.e. ſenſus  
ſpiri-

spiritualis 247.c. speculum 105.a. quæ sponsæ uocabulo digna sit, descriptio 245.b. in spiritu eruditæ studium 750.f.g. non tentatæ pericula. 58.f. ante uerbi notitiam status 250.g. uerbi conngibium affectantæ præcipua regula 251.a & uerbi amoris familiaris copula 915.a. uincula 268.h. uita 806.h. mors ibid. & 807.a.b. uita in quo subsistat 835.c. ad Animam accessus quæ patet 204.h. 267.a animam qui semel amisit, ultrius recuperare, etiæ ex ipsa omnium intercesione sanctorum, non ualeat 830.h. rationalem, hominis carnem & Dei uerbum simul, Deum dici 237.b. letali peccato detentam, solitus Dei est recuocare ad uitam 808.g. ad sapientiam recipiēdam, quid disponat 252.f animæ ut in uirtutibus crescāt, quomodo purgandæ & dirigendæ 141.c animarum cū Christo regnatum in cælesti patria felicitas 194.h. 195.c. 199.b.c cibus proprius 224.h. quibus Deus delectetur descriptio 1106.f. duces cur instituantur 212.e. fructus ubi multiplex exuberet 866.e.f.g. lauacrum 1006.c. languoribus mederi uolentis officium 554.f. lucris intendere, non cunctis prodest 253.b. medela 992.g. medicamentum spiritua le triplex 451.a. uerus medicus 525.a. pascua uberrima 676.e. pastores notantur 577.a.b.c.d. 578.e.f.g.h. 579.a.b.c. præsules, medicina artis peritis assimilantur 868.h. principatus nullus sibi uendicet 253.b ad Animarum regimen qui cunctæ uocatur, prius rectæ intentionis in se fundamen tum instituat, quo mediante spiritualis ædificij in Deum structura proficiat 848.h animarum regimen quanti sit laboris & periculi 848.e. f. 904.g. regiminis onus suscipere, & terrena lucra ex eodem solummodo queri tare quæ sit periculorum 858.e. regimini prefectum quæ deceant 863.d. 864.e qui præst, qualiter decere debeat 871.b.c.d. 872.e.f.g ad Animarum regimen exem plum efficax 690.g animarum rector qualis esse debeat 815.a.b.c.d. 816.e animarum rectoris autoritas 895.c.d. 896.e.f.g.h. 897.a ministri Christi autoritas 896.e.f.g. quanta debeat esse sufficientia 906.e.f.g.h rectorem qualem esse oporteat 211.d. rectorum omnium in die iudicij examen 905.c. d. officium 163.b. rectoribus quanta pro ipsarum salute debeat inesse uigilantia 869.a. tanquam Christo obediendum 187.c.d. sanctarum cum Christo, & in Christo regnantium felicitatis & amoris casti latitudo unde cognoscatur 199.d saluti curâ impêdere quæ Deo sit gratum 583.d. 584.e f. 585.a ad animas saluadum optimū medicamentum 831.d animalia an ad iustitiam pertinentia doceant 32.g animalis quis nuncupandus 1007.a animales quandiu illudantur & à seip̄is aberrent 1008.e.f animus ad agnitionem ueritatis quibus fiat robustior 225.a animus amoris uehementia comprehēsus quiescere nequit 516.c. ad cælestia contemplanda, qualiter duca tur 217.a.b. quomodo ad uim intimæ contemplationis rapiatur 108.h. in con uitio carnali, spirituali consideratione exercēdus 185.a diaboli laqueis quando captiuus teneatur 268.f in quibus exercendus 116.e.f iniustus cur in peccatum trahatur 76.g. pressuris uarijs purgatus, spirituali gau dio repleri meretur 387.a ad monumentum ueniant 517.a.b.

ualeat demulceri 476.e fortitudo spirituali bellatori ad supplantandum Leonis ac Draconis diaboli sauitiæ, quantum expeditat 562.g.h 563.a. fortitudinis fructus 257.c.d. humani appetitus 396.h. instabilis uera indicia 77.c.d. motus in eruditorum perniciosus 226.e. motus interiores, cognitu difficiles 225.b. petulans familia, ad spiritus unitatē quomodo coercenda 212.h. præsumptio 30.f pugnatis uires ubi reparandæ 231.c ex animi torpore quod depetrat, nō acquirit gratis 675.c. uacillantis signum 76.f uirtutem homo quomodo experiatur 56.f. uis 212.g animo fortis quis 257.c animum timidum quid faciat 5.b. inuisibilibus, carnem autem uisibilibus enutriti 204.h. in momento temporis immutare solius esse Dei 260.g animi quot modis purgentur 387.b animorū dulce uinculum cōtentione dissipari 156.g. uirilium, atq; Christo in spiritu militantium proprium quid sit 537.a.b.c. opus 1090.f.g ad Animos fidelium exercendos, ex superna dispensatione, in hoc aereo loco constitutus est diabolus 155.c animositas malorum inscrutabilis nocēdi, unde originē trahat 454.e antidotum spirituale 222.h Antiochum quid peremerit 63.d apostandi casus & initium 211.d apostatio humani generis unde initium habuerit 307.a Apostoli qua re extiterint com mendabiles 347.b. quandiu cum illis fuit dominus, an spiritum intus loquētē in tellexerint 353.d. in fide debiles 517.a. cur à Deo fuerint honorati 777.d. 778.e ad monumentum ueniant 517.a.b.

**A**postolorum autoritas 571.a b.c.d merita cur extollantur 618.g ad monumentū aduētus 517.a.b rete 529.a.b.c.d principē ad Christum negandū, qua arte dia bolus induxerit 156.e uirtus 568.e apostolicorumq; uitorum gesta, pijs esse consideranda 891.a Apostolis sapientiæ & intellectus spiritū, cur Deus præstiterit 526.e.f altiore per fectionis gradum, an aliqui apprehenderint 771.a Apostolatus culmen 330.e Apostolicæ dignitatis autoritas 269.b appetitus sensualitatis quid mortificet 257.b appetitus ascēdendi ad alta rationabiliter in hominū mentibus à Deo cur sit in situ 1113.c.d appetitum scientiæ & sapientiæ amorem, an homo intus habeat 368.e.f appropriare Deo uolentem nullus est qui inhibeat 301.c aqua sapientiæ 321.d aquæ in sacramento efficacia 241.d aquarum inundationes, an Deus immittat 305.b aquis qui se prefocat, an uitam oderit 780.c Araonis lapsus 984.g ad Aratrū manum mittētum uaria conditio 1095.c arbitrorū equissimus 631.c arbitrium hominis quando sit liberum 363.d arbitrij liberi proprietas 774.h. definitio ibi. arbitrij humani quæ sint, & cōtra 963.d. 964.e arbor inutilis 1017.b arcana spiritualia & diuina sen tiri possunt, at non proferri 759.d archangelorum officiū 945.a architecti in restaurando ædificiō prudentia 420.g arcus spiritualis 558.f artiolandi artis initium 214.g ars Dei ad animarum conuersiōnem 829.b.c artis cuiuscunq; discēdæ ratio 284.g artiæ quib; Christiani milites

Baptismatis sacramenti fīnis 1077.c sacramētum reiterari an liceat 1077.d baptismata an siunt tria 1077:d baptismi institutio 71.d efficiacia descriptio 1112.e.f baptizari in Jordānis alueo cur 221.c à Beatitudinis arce qui nō possint defluere 202.e beatitudinis æternæ mysteria arcana, quando & quibus pandantur 841.a beatitudinē futuræ incorrupti bilitatis quis prælibet 25.c beatitudine priuata, hominē sanctarum scripturarū testimoniio se priuasse 214.f beatus quis 3.d in altera uita æquè paruus & magnus erit 220.f qui uigilat ad fores, &c. explicatur 258.h in hac uita quis dicendus 1006.h beatorū, dum peregrinaretur in corpore, cōuersatio 681.c gloria dispar 219.d. 220.e.f unitas 929.930.e beatos uarijs tētationib. agitati, est necessarium 693.d bellū ciuilis Romanorum causa 1091.d. 1092.e bella inter gentes & regna à monibus concitari 273.a bellorū tumultus origo 1080.e bellatori omni præsidium esse necessarium 597.b.c.d bellorū corona 1024.h. industria 484.e statio 974.e bellatorib. strenuissimis qd in terdū accidere soleat 441.b ad Bellatores Christi exhortatio 570.f beneficium Dei commune & speciale 690.h beneficium nostri conditoris præcipuum 1007.a beneficia Dei quadrupliciter distincta 71.b.c.d. 72.e.f.g beneficia à Deo dōlēter nemo optauit, qui nō impetrauerit 113.b beneficia sua Deus cur morib; cōmunicet 116.h. 117.a beneficia diuina gratis collata quos nō corrigit, dignum est ut calamitatum pressuræ ad sui prouehant cognitio nem ccc 3

nem erroris 943.b  
beneficia in ecclesia quib. conserenda 904.h. ecclesiastica quib. cōfcrēda 905. a.b.c.d  
beneficia humano generi quāta per Christū sint prærogata 990.f. g. h. 991.a.b diuina humano nequeunt explari eloquo 997.a.b. Dcūs nemini ex debito confert 1004.g  
beneficiorum à Deo impetratio 12.f corporalium consideratio 72.e Dei neminem esse expertem 228.f homini à Deo collatorum enumera ratio 703.a.b. 704.f Dei erga genus humanū descrip tio 940.e.f.g.h  
blanditiarum origo 215.c  
bonitas Christi affluentissima atq; excellentissima 862.f.g  
bonitas Dei immensa 822.f  
bonitas diuina quid ab omnibus requirat 13.a.b in homine unde cōmēdetur 328.g  
bonitatis argumētum insigne 432.e  
bonitatis diuinæ excellentia, quæ uerbo reuelante cogno scitur 545.b.c.d singularis regula 942.f mira & iucunda dispensatio saluti huma ne prorsus necessaria 127.d 128.e Dei erga peccatores descriptio 940.e.f.g.h  
bonitatis proprium 290.e  
bonitatē diuinā plenius amo re, quām timore capi 166.f ad reatus indulgētiā, cur multi facillime posse flecti iudicent 989.b.c  
bonitatem, corporis oculo nō inspici 234.g  
bonus, malorum euitat cōsor tia 375.d  
bonus cum malis nemo secu rē habitat 449.c  
bonos & malos diligēdos esse 189.b  
bonum qui se intuetur facere non posse quod uult, nō de speret, sed pugnet 227.a infra & supra nos collocatum 254.f ubi reperiatur 254.g & malum, qui sibi inuiē cō municent 275.a iucundissimum 842.h ex Boni appetitu, quām multa homines subierint perit

cula 215.b.c  
boni & mali ignorātia 277.a.b  
boni semen in impio suffocari potest, extingui non 957.b  
boni sublimitas unde cōmen detur 446.g  
bonū duplex hominib. Deus prēparauit, primum prēsttit, secūdum promisi 777.b aliquod nō benē agi 949.c bona omnia terrena Christia no esse contemnenda 59.b bona quæ recte intelligimus, an implere ualeamus 659.a bona à Deo, mala à nobis 916.e  
bonorum conuersatio semper malorū persecutio perteu lit 541.a omnium funda mentum 14.b finis 36.g re tributio, in præsenti seculo, nullo modo perficit 794.h  
bonis tēporalibus qui gloria tur, damabiliter se extollit 662.e

**C**

Aeci in ecclesia qui 904.h  
cæcitatis genus pessimū 299.a  
cæcitatis spiritualis indicū ma ximum 889.d  
cælum quibus dominus lar giatur 681.c  
cæli porta 105.a  
cæli scala 870.g  
cælorum ianua 374.e  
in Cælorum regione quis beatior 202.f  
cælorum regnū quibus proueniat 15.b regna cui pateat 35.c scala 993.d corporaliter secreta qui penetra rint 533.b  
cælestis aula quos suscipiet 23. a 74.g. gratia, sola hominis malitia propulsatur 144.g patriæ statum, in congregatiōnibus Deo dicatis, & uniformiter uiuentibus perspicue elucere 133.d  
ad Cælestē regnum uia facilli ma & optima 373.c  
cælesti benedictione indignus 106.f gloria indignus 149.c in Cælesti honore maior 15.a cælestia qui facile amittant 216.f gaudia, quanta sint, ignorari 221.c ad Cælestia qui latet semper a gratia

nimo tendat 224.e an quis mortalium in hac uita eleue tur 882.g  
cælestium secretorum arcana quis attingat 216.h cognitio 723.a.b bonorum qui cupit esse particeps, Deo ob bediat 937.d  
cæremoniārum legalium effigacia 935.b multisarius usus cur sit in ecclesia institutus 837.d  
calamitatis futuræ certum indiciū 55.c.d humani geneti origo 664.g  
in calamitate æterna miseror 379.a.b calamitates anā Deo irrogētur 1094.f narrantur uitæ Christi à conceptionis exordio ad spiri tus emissionem 1093.c.d  
calculus candidus 362.g  
in Cæpo dominico cur simus constituti 521.c  
Cananeæ mulieris fidel com mendatio 19.b  
canes multi 577.c  
cantica sub uerborum cortice arcana habere sacramenta 169.d  
captiuo nemo miserabilior est illo, qui arbitratur se esse lib erum 798.g  
caput cur cætera corporis mēbra naturali nobilitate su peremineat 552.e  
caritas unde oriatur, & quām sit necessaria 35.d propter ipsius effectus quām sit ad salutē necessaria 36.g quanto sit cæteris uirtutibus commendabilius ibi.h quid sit 46.f cum auro confertur 297.a Dei ubi ostendatur 913.a in cælo non crescit 1032.e definitur 280.g describitur 376.f erogata detrimentum non patitur 326.g quib. exercitationibus proficiat 47.b & fides funiculus triplex 355.c filios Dei à peccatorib. discer nit 38.e in nobis erga Deū quibus prouocetur 40.g unde generetur 279.c hominē Deum facit, sacra attestante scriptura 911.c.d suscipit à seipso explicatur 1012.h interpretatur 663.a meritis non imputatur, sed gratis

gratis à Dcō datur 911.b sancta ex sui dignitate, cur alias uirtutes præcellat 37.c cur paucissimis communice tur 603.c.d in spiritu sancto unde oriatur 367.d quām sit utilis 38.e caritatis abyssus 223.a affectibus affueti conditio 1108.e 1109.b actus uotis inferior 761.c affectus duplices 586.g.h 587.a alimenta 117.a amicæ duæ 33.a amissæ reparatio 96.f commēdatio 47.a.b. 157.d. 748.h. 749.a. 911.c consummā dē impedimenta 593.c cōsummatæ fructus 310.g regula ibi. Dei augmentum 998.f.g. 1102.e erga genus humanum profunda myste ria 583.a.b.c.& proximi cxcellentia 1102.e perfectio 295.a signa 45.b.c.d caritatis diuinæ indicium 364.h meditatio 306.e.f profusio ubi claret 645.b sarcosancta commercia 553.a.b signum præclararum 745.a certū testimonium quid exhibeat 284.f caritatis descriptio 471.c.d diffinitio 35.d. 36.f diuitiæ diuinis historijs figuratæ 239.c domini Iesu immensæ præclarissima testimonia 855.d  
sine Caritatis dono, an quis possit obtemperare domino 349.d  
caritatis dulcedo quādo præficeretur 325.d effectus 457.d exemplar 1058.f excellētia cōmendatio 38.e. 39.c flamma beata. 603.c myste riorum nositia unde ibid. flamma ubi eluccat 891.b fons 302.e fortitudo 38.h fraternæ cōmendatio 281.a b disruptor 728.h amulat or 589.c  
caritatis incendium quām re peat 439.c incendio quām do cor concremetur 593.d incentiuū 105.e indeciū 993.d interna in proximū affectio 127.c latitudo 826.f  
caritatis lex, quæ tempore gra tia per dominum nostrum 213.b  
caritina diuina attenta inten sione suntrumināda 169.d caro contra spiritum, car finē illa pacis cōcordia pugnet 729.b.c  
caro quomodo vincatur 11.d carnis amor perniciosus 125.d carnis concupiscētię an in Pati lo uigerint 543.d corrūptæ prop̄tum 544.g desideria sestantes pacem ignora nt 357.a domicilium 376.f  
carnis gloria & excellētia post resurrectionem 194.e.f g incētiā totaliter propulsi a perfectis nequeunt 1055.d lenocinia quomodo superanda 544.h. 545.a mala 543.b.c.d natura nulla ratione odio habenda 128.g natura quis immutet, eiusq; uoluptates mortificet 204.f oblectamēta repudiantium status 103.d operibus cur quisq; facilis afficiat quām spiritus 903.d petulatiam domandi ratio 600.g prud entia 263.g. 1008.f.g.h ac spiritus dirum certamen 543.a & spiritus separatio terribilis 494.h  
carnis cum spiritu pugnæ origo 203.d. 204.e. 214.f  
carnis substantiam nō esse negligendam 192.c.f  
sub Carnis uelamine cur Dei sapientia munera spiritus celare disposuerit 128.f  
carnis uitia quomodo extin guenda 99.g  
carnis uoluptatibus dedito rum in die iudicij sententia 793.a  
carnem humanam cur Deus assumpsit 940.h  
carnem ad ministerium spiritus esse accommodandam 204.e.f  
cōtra Carnem pugnatur, mu nimenta 204.e  
carnem post resurrectionē totam spiritualem effectam iri 194.f.g  
carnem spiritali quid subigat 257.b  
carnem contra spiritum quid rebellare faciat 239.g  
carnalis amor 332.e.f  
carnalium passionum antido tum singulare 799.a  
carna

carnalia ultia quomodo extin-  
guantur 22.e  
castimoniae exempla 891.b  
castimoniae gradus 25.b.c  
castitatis cōmendatio 871.c.d  
cūstos 974.e. uiolatio 24.h  
castitatē quibus modis ualeat  
homo incorruptam custo-  
dire 24.g  
castra Dei 724.g  
castra pugnantium spiritualia  
973.a  
castra spiritualia 789.c  
casus commendabilis 266.h  
casus in homine origo 628.g  
ad Casum habilis decipula  
650.h  
ad Casū, quod diabolus præ-  
parat, Deus ad triumphum  
quomodo uertat 154.g  
cathedræ non desiderandæ  
847.a.b  
cathedras officij pastoralis o-  
ptare est imprudētissimum  
1089.c  
Cayphæ malignitas 454.h  
455.a  
cellæ commendatio 746.f.g  
certamen spirituale conflictui  
uisibili assimilatur 107.c  
certamē spirituale describitur  
893.d. 894.e.f.g  
certaminis inuisibilis imago  
556.g  
in Certamine spirituali diabo  
li astutias non ignorare uti-  
le 560.f. opportuna regula  
562.g. quibus rationibus  
spiritus humanus robore-  
tur 229.b. 230.e.f.g.h.  
232.g.h  
ad Certamina spiritualia uiros  
perfectos callide à diabolo  
obseruari 154.h  
certantium robur 223.a  
certātibus in uitæ huius stadio  
utile refugium 597.b.c  
Chananorū reliquias in me-  
dio Israelitici populi, cur do  
minus habitare uoluerit  
1092.f.g  
charismata spiritualia quæ fa-  
pientiæ amatoribus præro-  
ganter 353.b. cur nobis à Deo  
impertiantur 1102.e  
Cherubim 274.f  
Christus ad rīos quotidie quo  
modo accedat 261.c.d  
in Caluariæ mōte 483.a.b.c  
cur fuerit clarificatus 777.d

778.e. ubi cōmorari dele-  
ctetur 597.a. cōspuatur spūa  
liter quādo 475.c. in cru-  
ce irridetur & maledicitur  
490.e.f.g. crucifigitur 483.  
c.d. Deo ante secula Deus  
coæternus 18.e. Deus patri  
coæternus 753.a.b. dux no-  
ster quām peritè contra re-  
ctores tenebrarū suas acies  
direxerit 567.b.c.d. 568.e.f.  
g. ecclesiam quantum dili-  
gat, ex consideratione unio-  
nis carnis & spiritus euiden-  
ter elicitor 123.d. in horto  
436.g.h. 437.a. in ligno cur  
pependerit 623.b. huma-  
næ miseriæ condolere, quo-  
modo didicerit 241.a.b. in  
humanitatem qualiter uene-  
rit 595.c.d. ligatur accædi-  
tur 472.e.f. irridetur ibi.h.  
473.a.b. incolatus sui tem-  
pore quid premonstrauerit  
328.g.h. Iesus quando uo-  
catus sit 607.b. cur ibi pa-  
scit & pascitur 785.c. an pa-  
trem & matrē reliquerit, ut  
sponsæ suæ adhæret 417.d  
in sacramento an ab omni-  
bus sumatur 313.b. tentari  
cur se permiserit 223.b. an  
timuerit naturaliter 8.h  
quos ad se trahat 327.c  
Christi amor 348.h  
Christi in nos amoris uehemē-  
tia 622.e.f.g.h. 623.a.b.c.d  
Christi in nos amoris profun-  
da mysteria 538.a.b.c.  
584.f.g. amore nihil dul-  
cius 223.a. baptizati, præ-  
dicationis, à discipulo tradi-  
ti, spinis coronandi, illusio-  
nis, crucifixionis, felle pota-  
ti, mortis, resuscitati, ascen-  
sionis testimonia 637.a.b  
caro carnaliter manducata  
non prodest 662.g. in ca-  
lum ascēsio 533.a.b.c.d. 534.  
e.f.g. corpus de cruce de-  
ponitur 505.a.b.c. in cru-  
ce cruciatus & immania sup-  
plicia 485.c. Dei & hominis  
excellentia 1063.a.b.c. di-  
lectio unde probetur 376.g  
diuinitatis descriptio 947.  
a.b. discipulorū nota 39.b  
Christum semper persecutor  
fuisse 378.h. sub sacramenti  
accidentibus totum esse 181.  
a. dentibus non ateri ibi.  
Christum

ficiat 61.d. gaudium 856.  
h. 857.a. generationis fa-  
crosancta ineffabile æter-  
numq; mysterium, quibus  
detur contemplari 595.c.d  
gratiæ & sapietiæ plenitudo,  
eiusq; & ecclesiæ spiritualis  
copula 239.a. humanita-  
tis diuersorum 596.e hu-  
militatis commendatio 93.  
a.b. 94.g.h. 95.a  
in Christi ludibrio quanta  
lateant mysteria 474.g.h  
Christi nativitatis loci descri-  
ptio 86.e.f  
Christi passionis causa 625.a.  
b. meditatio 18.f.g. passio-  
nem meditantiū triplex sta-  
tus 136.g  
Christi saluatoris nostri pau-  
pertas 81.c.d. 82.e cum Pe-  
tro colloquium 334.e.f.g.h  
335.a.b.c.d. 336.e.f  
Christi pulchritudo, potestas,  
sapientia, diuitiæ, regni mo-  
deramina, familiaritas 348.  
h. amoris utilitas 349.a  
fructus 348.b & ecclesiæ  
sacramentum 126.f.g. fa-  
gittæ, quibus aduersarium  
transfixit 224.e.f  
Christi scientia & sapietia 241.  
a.b.c.d serui qui circa quæ  
mentis suæ principaliter di-  
rigere debeant intentionem  
144.e seruorum exercitia  
296.g ad tartaream inferi  
mansioñem descensus 508.  
h. 509.a.b.c.d uestimenta  
diuiduntur 488.e.f.g. uita  
in terris fructus 23.a. dea-  
cursus enarratio 1097.  
a.b.c.d

Christo famulantibus medita-  
tiones necessariæ 176.f.g  
Christum pro nobis, non ta-  
mén sine nobis, contra spiri-  
tuales nequitiæ inire certa-  
men 205.d  
Christum concipere, parturi-  
re, nutritre qualiter debea-  
mus 596.h  
Christum Deus sine tempore  
genuit 18.e. Iudæi cur oc-  
ciderint 9.a. in paupere ne-  
mo despiciat 523.b  
Christum semper persecutor  
fuisse 378.h. sub sacramenti  
accidentibus totum esse 181.  
a. dentibus non ateri ibi.  
Christum

Christum sequi, uirtutib. etiā  
insignes, qui nequeat 601.d  
sequi paruitatis humanæ su-  
pereminet facultatem 992.h  
sequentū dimicandi genus  
proprium 694.g. sequen-  
tium re non nomine opera  
787.d  
á Christo qui adiuuentur 15.c  
qui magis cōmēdetur 133.a  
qui excludant 363.d. 364.e  
Christiani titulo quām multi  
794.e  
Christiano sine orationis mu-  
nimine nihil agendum  
109.d  
Christianorū doctrina 566.  
h. fructus 787.c. hæredis-  
tas 233.c. re & nomine re-  
gula 966.h. 967.a. prælia  
durissima 22.e. in hac pere-  
grinatione uiaticum 802.g  
Christianis, militū industriam  
esse imitandam 131.c.d  
Christianæ perfectionis, quan-  
ta sit autoritas 770.e.f  
Christianū nomen qui frustra  
sortiatur 23.b  
Christianitatis excelsa profes-  
sio 331.b  
cibus quotidianus 1077.d.  
spiritualis 867.a  
cibi repletio quæ mala adferat  
918.e.f  
post Cibum magnam esse ad-  
hibēdam sui custodiam, ne  
superfluat mens 182.f  
ciborum abundantia resectio  
1032.g. exquisitorum uo-  
luptatis mala 1081.a.b. fer-  
cula arte composita quibus  
prohibita 1081.a  
cibis an uentur in uita beata  
sancti 910.h  
circuncisio perfecta 606.g.h  
uera atq; futura 607.a  
cur octauo celebrari māda-  
tur ibi.a.b  
circūcidi cur Christus digna-  
tus sit 606.e.g  
ciuitatis supernæ gloria 217.a.  
219.a.b. 220.e  
ciuitates per angelos regi 273.  
b. possidere & castra, dona  
sunt Dei 856.g  
clarificationis Christi exordiū  
324.e  
claritatis Dei emanatio synce-  
ra 271.b  
ad Claustrales uiros sermo-  
1016.g.h. qualitates disce-  
975.d. 976.e.f  
claustri cōmoda 973.d. 974.e  
clementiaæ diuinæ beneficium  
singularissimum 969.c  
in Clero qui nō ministrare, sed  
dominari uolunt, raptores  
& tyranni sunt 849.c  
clericorum, ad debellandum  
uitæ, arma 815.d. honeste  
uiuētium paucissimi 576.h  
in Codicibus diuinis omne  
quod patet & quod latet qui  
teneat 37.a  
in Coenaculo quid actum fue-  
rit 414.e.f.g  
cœnobia, quibus ex caulis sint  
constructa 970.e.f. quorū  
exemplo instituta 147.c.d  
in quem finem constructa  
119.c. multa, non sancto-  
rum habitacula, sed dæmo-  
num spectacula 975.b  
cœnobita 85.c.d  
cœnobitarum collegia unde  
emanarint 572.h. loca, cur  
sint instituta 735.c. institutio-  
nis commendatio 745.d  
cogitatio ad domandam car-  
nen perutilis 91.b.c  
cogitatione uana iustos & san-  
ctos pollui 279.a  
cognitiones eruditæ 1014.f  
sine intellectu ibi.g. nostræ  
ubinam sint ponderandæ  
327.d. neglectæ igniculo  
non extincto assimilantur  
1088.e. cur peccatorem in  
conscientiæ secreto aceusent  
939.d  
cognitiones extra se uagari qui  
rarissime patientur 1059.b.  
c. hominū an angeli igno-  
rent 670.h. in animo cur  
uersemus multiplices 214.  
g. humanas inter & diuinæ  
differentia 229.c. no-  
xias quis ad plenum de-  
uitet 256.e.f. prauas quid  
remoueat 92.h  
cognitionum castarum origo  
89.c. discernendarum re-  
gula 1016.g.h. immissio-  
nes, qualitates & causas in-  
telligere, quanti sit momen-  
ti 1013.c. insultus quomo-  
do abigendi 1014.f. origo,  
qualitates, autor ibi.  
cognitionum primordia dili-  
gentissime obseruanda  
1024.h  
commodi & incommodi igno-  
rantia 277.d. 278.e  
commodo

nere quām sit Christiano u=  
tile 1090.f. uoluptuosarū  
tabes 278.g.h  
cogitationibus ociosis omnes  
obnoxios esse 278.h. 279.a  
uoluptuosis, noxijs, inutili-  
bus, leibus, irrationali-  
bus legem imponere quām  
sit utile 1088.e.f  
in Cognitionibus suis qui de-  
cipiantur 163.d  
cognitio Dei 34.e  
cognitio sui 276.g. quanta  
secum adferat commoda  
1012.f.g.h. unde emergat  
964.e quām sit ad salutem  
necessaria 1005.g.h  
cognitio præsentis peregrina-  
tionis omnibus saluādis op-  
portuna 588.h. 589.a  
cognitio uera sui, in quo con-  
sistat 279.c  
cognitionis diuine considera-  
tio ubi reposita 286.g  
diuinæ disciplinæ 594.e  
naturalis & accidentalis di-  
uisio 11.b  
cognitionis propriæ perfectio,  
ex quibus consistat 1013.c  
cognitioni spirituali ac diuinæ  
quis habitor 386.h  
ad se cognoscendum compen-  
diosa formula 1016.g.h  
cognoscere seipsum 885.c.d  
collegia Christo famulantia,  
• quorum exemplo instituta  
147.c.d  
in Collegijs Deo dicatis mo-  
derate modestiæ cū proxim-  
is propter multa, quæ in  
eisdem conuersationibus  
eueniunt péricula, conuer-  
sandum esse 188.g  
in Collegijs seruorum Christi  
assiduam & priuatam con-  
uersationem interdicēdam  
esse 190.e.f  
colles lac & mel quando fluxe-  
rint 596.f  
colloquiorum humanorum  
descriptio 1080.g  
comensationum principium  
215.c  
in comensationibus quæ dete-  
standa 184.g  
cōmerciū spirituale 842.h  
commilitoni Christi corona  
1024.h  
commodi & incommodi igno-  
rantia 277.d. 278.e  
commodo

commode proprio qui se pri-  
uēt, ut ceteris profint 239.b  
cōmoda priuata, iura dilectio-  
nis ignorant 325.c.d  
qui Commoriantur quotidie  
Christo 482.f  
commutatio beata 833.d  
compassio quid 35.b  
cōpunctio de proprijs facino-  
ribus recta non est nostri ar-  
bitrij 963.d  
compunctionis ueræ notissima  
indicia 486.e.gratiā qui sibi  
suadent se posse obtainere ad  
libitum, falluntur 2075.c  
compunctionis & complacitus  
Christianæ perfectionis ini-  
tiūm 570.g  
conceptionis nostræ conside-  
ratio 97.b  
concionatoris officium 892.h  
quāta debeat esse sufficiētia  
906.e.f.g.h.solicitudi ibi.ue-  
ri efficacia 1044.g.  
concionatorum in die iudicij  
examen 905.c.d. sub cōpen-  
dio regula 713.b.  
concupiscentia hominis origi-  
naliter & formaliter ubi ma-  
neat 544.e  
concupiscētia fomes an in pue-  
ris etiā uigeat 778.c.huma-  
næ nullus est finis 757.d.lu-  
ctus, quæ per fidem supera-  
tur 554.f.turpitudinē præ-  
cedētia & cōsequētia 23.a.b  
concupiscētiam quid edomet  
232.e  
sine cōcupiscētia an aliquis ui-  
uat 390.h  
concupiscentia 439.a  
concupiscētarū in carne pro-  
creatarū consideratio 160.e  
fons 279.a.b. germen unde  
excreuerit 543.b. multa ge-  
nera 391.a.b.c.d. mater 24.  
h. motus quomodo repre-  
mendi 212.h. riuos quid re-  
stringat 5.a  
concupiscentias quid frænet  
92.h  
concupiscētij carnalibus mor-  
tificatis, quām congruū sit  
corpus prudēter discreteq; rege: & qui hoc negligunt  
in plurimas contrarietates  
decidere 191.a  
concupisci quod non licet, in-  
tueri nequaquā licet 733.c  
concupiscibilem hominē cur-

Deus fecerit 342.e  
concupisibilium multiplices  
species 391.a.b.c.d  
condēnationis uel absoluto-  
nis sentētia aduersus singu-  
los ante resolutionem cor-  
poris, an à Deo proferatur  
152.g  
conditio nulla à legis obedien-  
tia secernitur 589.b  
cōditionis humanae descriptio  
885. d. propriæ gnarus ibi.  
conditoris beneficia in creatu-  
ris quāta eluceant 835.c.no-  
stri mira caritatis effusio  
559.c. donum præcipuum  
540.h. speculum ualde lu-  
cidum 704.f.g  
conditorem quid negare faci-  
at 63.c  
contra Conditem superbire  
quid sit 63.c  
conditorum à Deo conditio  
599.d  
confessio qualis esse debeat  
179. a. 180.e.f. non omnis  
fructuosa 964. e. qualis esse  
debeat ibi.e.f. an sit ad salutē  
necessaria 816.f  
confessionis commendatio  
256. h.cōmoda 179.d. deli-  
ctorum præconia 925.b. hu-  
milis utilitas 269.a.ueræ me-  
rita 964.e.f  
confessionem debere esse spō-  
taneam 180.f.g  
confidentia aduersaria & præ-  
sumptuosa 68.f  
confidere de se quām fatuum  
68.h  
confitēdi modus à cunctis ser-  
uandus 180.h. 1078.f  
confitendi peccata modus  
964.h. 965.a  
conflictus interior 536.h  
conflictus spiritualis 981.a.b  
confusum nihil reperiri quod  
Deus creauerit 300.g  
connubij Christi & animæ ex-  
plicatio 319.a.b.c  
connubij sacri uenerāda com-  
mercia, quæ nemo scit, nisi  
quæ experientia magistrum  
fecit 788.f.g  
conscientia quid 631.d  
conscientia perturbata 767.b.  
erronea ibi. obliqua ibi. dā-  
nabilis ibi. c. recta ibi. d  
conscientia & scientia sibi ihui-  
cem famulantur 766.g.h.

conscientia arcana quādo cla-  
rescant 1061.a. emendatio  
34.e.gloria 5.c. robur 105.a  
contra Conscientiam qui fa-  
cit, & dificat ad gehennam  
151.b  
consideratio interior triplex,  
per quam ad propria infir-  
mitatis clarè deuenitur no-  
titiam 274.h  
considerationis nostræ, tum ex  
parte corporis, tum ex par-  
te animæ utilitas 97.b  
considerationis uis effectus, &  
utilitas 30.g.h  
consilijs spiritus in Christo ef-  
ficacia 663.b  
ad Consilium præbēdum qui  
idonei 756.f  
consiliorum Christi qui cupit  
esse sectator, qualis esse de-  
beat 780.f  
consiliorum euangelicorū au-  
thoritas 770.e.f. iter esse ini-  
tiandum 1095.b.c.d  
consilijs quorum nos commit-  
tere debeamus 206.e.f  
consilijs utilibus semper parē-  
dum 186.f  
consolatio integra 68.g  
consolationis diuinæ partici-  
pes 698.e  
cōsolationis corporalis inde-  
sinens abdicatio 34.e  
consortia indisciplinatōrū de-  
uitanda 452.f  
constantia habitus, & disre-  
tionis lumen, unde exorian-  
tur 316.g  
consuetudinem semper ad id  
quod reliquit, reflecti 227.c  
contemplatio 111.b  
contemplatio diuina 415.b  
contemplatio solitudinis secre-  
tum diligit 641.a  
contemplationis commenda-  
tio 172.h. genus dulcissimū  
288.f.gradus 113.d. primus  
114.e. 285.d. secundus ibi.f.  
& 286. d. tertius ibid. quar-  
tus ibi. g. quintus ibi.h. ora-  
tionis finis 113. d. gradus di-  
uersi, quib. animus ad sum-  
ma trinitatis notitiam du-  
citur 284.g. 287.d  
ad Contemplationis montem  
accessus 285.c  
contemplationis oculus 284.F  
contemplationis ueræ signa  
723.b

contem-

contemplationi cælesti uacan-  
di ratio 673.a  
contēplationi contraria 108.h  
contēplationi sine præeden-  
te uerbo an quis uacare pos-  
sit 327.c  
ad Cōtemptores, ut ad corre-  
ptionem redeant, admonis-  
tio 701.a.b.c  
contemptorū Del & derisorū  
supplicij tempus 132.c  
contentio, diabolicum figmen-  
tum 156.h  
contentionis incōmoda 156.g  
cōtentioni uacare malum pes-  
simum 156.g  
contentiones qui difficile eui-  
tent 542.e  
contentiosi mala 156.g  
cōtinētia quæ quām optimum  
præbet adiutorium homini,  
ut in pristinum reformatur  
statū, unde per peccatum ceci-  
derat, locum in ordine fru-  
ctuū ligni uitæ possidet pri-  
mum 20.e  
cōtinētia cōmēdatio 871.c.d.  
exēpla 891.b. diffinitio 21.a  
uirtus ex quib. claret ibi.b.  
inimica 25.a. gradus & per-  
fectio ibid.b. finis ibi.c  
cōtinētiam quib. modis ualeat  
homo incorrupta custodire  
24.g. tenere qui nō ualebit  
25.b  
cōtraria an uniri possint 126.f  
contrectationū obscenarum  
exordium 215.c  
contritionis efficacia 34.h  
contumacia hominum redar-  
guitur 870.f  
ad Contumeliā acclamanti ui-  
ctoria quæ sit 57.a  
contumeliarū sustinentia uti-  
litas 99.a  
conuersatio Deo grata 190.h  
conuersatio incōposita in pu-  
blicum deducta, quantum  
noeat 542.f  
conuersationis laudabilis ad-  
iutorium 181.c  
in Cōuersationib. proximorū  
innumerous casus latitare  
188.h  
cōuersis nouiter spiritualiū gu-  
stus delectationum necessa-  
rius, propter quod debent  
introduci ad uitā & passio-  
nē Christi meditandā 136.g  
conuientiū vinculum 223.a

conuictum iuge 1085.b. ma-  
gnū, in toto terrarū orbe dif-  
fusum 669.a. nuptiale  
415.b. sanctū 91.d. sacrosan-  
ctum 963.e  
ad Cōuium quos Deus inui-  
tet 215.a  
ad Conuium cælesti qui ad-  
mittentur 259.c  
ad Conuiūm nuptiale cur cęci-  
& claudi introire cogantur  
645.d  
à Conuiuo dominico qui se-  
gregentur 672.g  
cōuiua duo nuptialia, in quæ  
nō nisi per Christum fidelis  
omnis ingreditur 961.b.c  
conuiua lęta unde sumperint  
principium 215.c  
cor humanū quibus dissolu-  
tur & recolligatur 80.h  
cor humanum peccatorū tene-  
bris inuolutū Dei secreta ri-  
mari nō potest 148.e.an in/  
scrutabile sit spiritualiter iu-  
dicantibus omnia 1087.d  
cordis adita dupli testimo-  
nio patere 372.h. ostiū ibid.  
affectus in amati præsentia,  
leges nō seruat 198.e. aren-  
tis signum notissimum 169.d  
auditor non uocis est Deus  
109.a.cōtrito ad promeren-  
dum ueniam efficax 963.d  
sola contritio, ad recōcilian-  
dam animam Deo, sine oris  
cōfessiōe an sufficiat 964.g.  
cultus 34.e. custos 1014.e.f.  
custodiæ uacantium condi-  
tio 1093.b. delicię 374.e.elā-  
ti proprium 1003.c. fieri hu-  
militatem operientis opera  
291.a. b. c. amissam gratiam  
quid reparet 256.g.h  
cordis gressus nō minus quām  
corporis coercēti sunt 746.f  
habitaculi interioris orna-  
mēta 258.f. impōnitētis sup-  
plicia 702.e.f.g. erga Deum  
ingrati indicū 180.g. lętitia  
cui debeat 167.d. mala  
256.g. maculæ 256.e. motus  
cōsideratio assida quāti sit  
più momenti 1090.f.g. mū-  
ditia sola, nos Deo amabiles  
reddit 193. b. mūditia unde  
nutriatur 439.b. quomodo  
posseideat 521.d. unde pro-  
ueniat 593.c. quid sit 748.e.f  
cordis munditiæ utilitas 46.e

corpus

ad Cordis munditiæ percipiē-  
dam optimū medicamentū  
256.f. lumē spirituale quām  
sit necessariū pie uolentibus  
uiuere 1084.e.f

ex Cordis munditia quāta bo-  
naproueniat 1085.b. c. cor-  
dis natura 603.b.c. oculū ad  
Deū qui frustra erigat 105.d  
oculos quid claudat & rese-  
ret 548.f. ornamētum spiri-  
tuale 257.a. in proximū pie-  
tas 127.c. simplicitas & du-  
plicitas 76.h. tepor 267.b.c  
testimonium 212.e

cor impollū seruare, quām  
sit utile 1087.a. b. custodire  
1088.d. 1089.a  
ad Cor hominis Deus quomo-  
do loquatur 563.b  
in Corde cuius Christus habi-  
tet 771.d  
corde deuīatū itinera 562.e  
corde humano nihil incōpre-  
hensibilius 467.b  
ex Corde mors & uita 933.b  
corde sentiri quādam quæ ore  
non possint proferri 216.h  
corde simulato gradientes an-  
diu latere ualent 482.f  
in Corde quod dulciter uerat  
frequenter ex ore profertur  
518.h

cordiū dilectio inuolabiliter  
seruāda 329.d.iudicia Deo  
sunt reseruanda 725.c.d.  
726.e. secreta quib. indicij  
noscantur 372.g. corda au-  
dientiū loquēdo quis trans-  
figat 373.c.nō corpora, af-  
ficiū animi, non linguæ mo-  
tum psallētum requirit om-  
nipotens 169.c. huius seculi  
princeps quibus excēque-  
rit 202.g

Cornelij fidei cōmēdatio 19.b  
c. Cornelij gentilis opera  
945.c

corpus Christi indigne sumen-  
tium pœna 707.c.d. 708.f.g  
spiritualiter quotidie mādu-  
candum esse 711.a. in cœna  
quomodo comedent Apo-  
stoli 427.b.c.d. humanū cæ-  
tera creaturarū corpora di-  
gnitate præcellere 191.a.in-  
firmari quib. de causis domi-  
nus permittat 56.g. Dei my-  
sticum 612.h. mysticum cur  
Deus habere uoluerit 680.f

corpus an idē numero sit plurimis in locis 312. g. Christi non phantasticū fuisse tunc probetur 606. f. Christi in sacramēto eucharistiae an tangatur 312. f. corpus suum in sacramento, an nobis Deus in cibum præbuerit 706. g. Christi omnes qui sumunt, an manduent 313. b. corporis Christi membra 853. c. d. Christi sacramenti commeratio 179. c. d. glorificati natura 525. b. humani contemplatio 270. g. humani cōditio 885. d. 886. e. cuncta membra actuū suorum reprehēsibiles motus habere 161. d. 162. e. mēbrorum mutua officia 127. a. b. copula, amor, unitas ibid. nostri miseriæ consideratio 97. c. d. mortalis sarcinæ laboriosæ incommoda 1093. a. b. mystici Christi mēbra spirituallia omnia, declinasse 575. c. passiones abstinentia edomit 223. d. regimen 271. a. resolutionem concupiscentibus quid cōtemplandum 218. h. resurrectio 782. g. h. de Corporis post resurrectionē beatitudine 191. a. 192. h. 194. e. corporis sensus salubriter coercendi 723. c. corporis spiritus 852. f. corpori Christi mystico, quomodo copulemur 1112. h. aduersus Corpus propriū decertare, virilium est mētium 917. c. corpus à uiuificāte spiritu esse alendum 192. f. corpus nostrū in utero Deus, non mater format 703. b. o. cōdedit, aquæ putrescenti assimilatur 1091. d. de Corpore exire secure cui detur 35. c. corpore infirmi, qualiter trāstandi 872. h. corpora cælestia ac terrestria, qualiter iussa diuinā perficiat 942. h. 943. a. b. corporum molestiæ quomodo ferenda 57. a. b. corporaliter quādiu homo uitit, et si omnium criminum se fecerit reum, resurgēta

mēn in spiritu, sibi à Deo indicata est fiducia 821. c. d. corporaliter uiuētes corā Deo in spiritu mortui 893. c. d. corporalis Christi præsentia an sit in sacramento 313. b. de Corporalibus spiritualia elicienda 322. f. corporeis sensibus an Deus patet 301. a. correctio quæuis, non odi, sed dilectionis est indiciū 745. a. in correptione magna adhibēda est prudentia 440. e. qui Corrigātur difficile 798. h. crapulæ incommoda 89. c. mala 1085. d. creatura quæuis, siue terrena siue cælestis sibi p̄fisi non sufficit 757. d. 758. e. creaturæ consideratio 72. e. f. creaturæ rationalis prudentissimus ordo 361. b. creatura hominem plus allici, quām creatore 221. c. creaturæ Dei quibus nocuæ 90. g. creaturæ omnes sibi iniūctum homini exhibēt ministeriū 255. c. d. creaturarum cuilibet iuxta spēciam suam, particularia dona concessa 230. h. 231. a. dulcedō plenam satietatem non affert 757. b. omnium finis 1029. a. illecebræ absq; sapiētiæ gustu humano cordi uenena trāfundūt 404. h. numerositas soli assimilatur 705. a. obedientiam cur homo amiserit 595. a. uisibiliū usus an in altera uita futurus sit 910. h. ad Deum amandum uoces 41. a. b. confidatio, summi artificis peritiā ostendit 1109. c. creaturas omnes, cur Deus creaerit 1010. h. 1011. a. omnes peccatoribus famulari 520. e. f. ad usum nō ad fructiōne fuisse conditas 332. e. f. in Creaturis Deum laudabile apparere, præcipue in humana creatura iustificata 171. c. d. 172. e. f. in Creaturis omnib. maxima penuria 397. a. qui facile Credit, frequenter labitur 1014. e. an Credat quis invitè 394. g.

crēdere Deo, Deum, & in Deum 11. d. 12. e. 346. f. g. credere quid quisq; negligat 511. b. credentes alterā esse uitam, cur conuersationem suam non mutant 793. c. credentiū spiritualia stipendia 532. g. h. salus 1111. d. credulitas quid 34. e. f. credulitatis professio 928. e. inter homines origo 374. e. crepusculū spirituale q̄ribus Christus primum patefecerit 209. a. crima letalia septem 818. f. criminum fomes 60. g. criminū mors 39. a. propriorū detestatio 1087. d. radix 1083. d. criminib. prægrauatus ad perfectionis non euolat fastigia 1085. d. cruciatus cruciatibus superari 231. d. cruciatū natura cur pati formidet 494. h. cruciatibus æternis qui iustissime deterendi 812. g. crucifigētum carniē cūm uitij & concupiscentijs cōdītio 1093. b. crucis mysterium 485. a. mystery 666. e. f. g. uerbum currit pereuntib. stultitia 624. h. sanctæ uexillū quare sit mūndo manifestatum 484. e. uirtus 7. b. c. crucem quotidie tollere humanas uires excedit 992. h. incipientium tollere exercitia 1053. b. c. d. cubile immaculatum 974. e. culpa apud Deum an ulla sit irremissibilis 701. d. culpæ quod est, quām s̄petribuatur naturæ 204. g. culpæ humanæ grauitas 97. d. à Culpe mortalis reatu esse alienum, conceditur in hac uita multis 933. c. culpæ occasio 253. b. culpæ originalis mala 605. b. comitis incōmoda 1093. b. cultus Deo debiti diuīsio 34. e. cultus hominis uerus 1038. g. cupiditas inordinata 30. f. cupiditatis humanæ modus qualis 60. f. g. cupiditatis uoluptuosæ habitaculum

taculum 268. c. David in regē cur unctus fuerit 777. d. 778. e. Davidis summa humilitas 101. b. lapsus 650. h. patientia cōmendatio 57. a. debilitatis humanæ descriptio 984. g. h. debitum naturale 48. g. debita omnib. reddēda 464. e. decalogi legis & gratiæ distīertia 777. c. cursus violentus 778. f. D Aemones. omne genus humanū abolere student 273. a. dæmones hominesq; malos sapientiæ subesse imperio 465. b. c. dæmonū fallaciæ 796. g. terror 1111. d. fides 555. d. fraus magna & pernicioſa deceptio 686. h. 687. a. lapsus origo 671. b. c. infestationes multifariæ 547. a. b. malitia inscrutabilis, & mortalib. prorsus ignota 150. e. dæmonum ueneratio unde ora 214. g. per Dæmones signa fieri 272. h. à Dæmonibus angeli homines liberant 272. g. de Dæmonibus malignis, trophæum certaminis reportare cōcupiscenti quid sit agendum 205. d. 206. e. f. dæmonia efficeri, bonis & malis est commune 1030. h. dæmoniorum uices, in cōgregationibus Deo dicatis, qui gerant 156. e. damnationis animarum principiū 1080. e. causa unde p̄deat 556. h. indiciū 799. a. futuræ præfigium notisimū 1083. c. 434. g. h. perpetuæ eidens indicium 827. a. damnat Deus ex se neminiem 610. h. damnari qui nō poterit 229. a. damnādus ab homine nemo 809. b. damnati an homines prius fiat p̄ natī 358. e. 544. e. 989. d. damnatorum cruciatus 824. h. 825. a. Danielis oratione hebetescunt seræ 104. g. oratio 109. a. soberitas 104. g. oratio 109. a. soberitas 109. d.

delicta propria non aliena esse manifestanda 180. f. aliena detegere, an sit Christianum 541. d. delictorū beata cōfessio 925. b. in Delictorum grauium foueam, cur Deus suos interdū incide permittat 650. h. delictorum uoluntaria perpetratio, ubi absit 285. d. ad Delictorum nostrorum satisfactionē post hanc uitam nihil esse, quod uel unius horæ spacium nobis possit indulgere 159. c. proprietorum cognitionis fructus 1087. b. delinquat nemo ut locupletiō rem habeat gratiam 266. h. in Delinquendi audaciā & dissolutionē adducto, quid faciēdum sit 150. h. 151. a. necessitatem qui impelluntur 1075. c. delinquēdi consuetudo unde inoleuerit 992. g. delinquentium peccata, cur Deus dissimulet 1018. f. delinquentium spes 1006. e. uoluntarie cæcitas quātum sit detestabilis, & in qua le peccatorum miseriam dilabuntur 1074. h. delinquētib. quām benignus & misericors Deus appareat 520. e. delinquētibus uoluntarie, statuum ignis & sulphuris seruat 1012. e. dementia summa 869. d. demētia summa signū 1042. g. magnæ signum evidens 79. c. maximæ argutētum 833. c. demerendi lex 1012. e. denarius nō æqualiter, sed iusta caritatis gradus felicitatis æternæ p̄rogat 634. h. deordinationis in rebus ualde bonis origo 546. f. deprædarī aliena dñiūnis, imperialibus, humanisq; legibus prohibitum 884. h. depreciationis humiliis exēpla 1045. b. c. fructus 303. a. b. deprecandi regula 652. e. f. g. h. descendendi & ascendendi regula 997. c. d. 998. e. deferatur à Deo quis 431. b. desiderium 132. g. desideria cuncta quæ bona esse d d d cōfessio

censentur non sunt opere perficienda 993.a desideria nostra ubinam sint probanda 327.d sancta dilectione crescent 113.a quid multiplicet 92.h desideriorum origo 133.a desideriorum affectus cognoscere, quam sit utile 1090.f desideriorum suorum qui calorem temperet 391.b scaturigo 133.a desperandum nemini de Dei miseratione 69.b.c.613.a.b desperatio ex quibus generatur 166.e in desperationis soueam, ut Christi servi ruant, quam diligenter conetur diabolus 166.e interitus 1006.e malitia 985.b modestia unde oriatur 908.f morbo mendendi ratio 610.g negatio 34.e desperationis uenenū ab omnibus mortalibus abdicandum 821.c.d.822.e.f desperationem anima, quibus modis uitare possit 150.g.h in minimis etiam esse detestandam 165.d desperationē mens uerbo Dei erudita, quibus modis repellat 166.e.f desparatorum portus 1006.e detractio à charitate aliena 728.e detractionis mala c.d detractionibus assuetus, à charitate excisum se fatetur 156.f detractor triplici scelere efficietur reus 728.f detractoris impietas 156.f detractoris opera 727.d ad Detractorem sermo 728.f.g detractore in collegijs sanctorum nihil perniciosius 189.c.d deuotio spiritualis, an sit ad sa-rietatem sectanda 551.b deuotis dulcedinis cupidus terra cultori assimilatur 106.e sub Deuotionis germine, quam do deceptiōis lateat coluber 327.d necare quamplurimos, incōsulte uacates proximis, spoliatos esse 253.a origo 339.f sancte testimoniū

nium 181.b.c suavitate referti conditio 987.b deuotionem quid extinguat 267.c deuotionem absque uita nihil proficere 181.b deuotos duplice laqueo irrete diabolus conatur 551.a Deus quem diligit 271.b ubi agnoscatur perspicacius 288.f.g. quam nos amore complectatur 622.e.f.g.h.623.a à quibus apprehendatur 107.d.108.e ad quid nos considerit 13.a creauit a qualiter omnia 172.e quibus delectetur 585.d.586.e ab homine quibus causis diligendū sit 42.f.g.h. quomodo 43.d quam sit exorabilis 943.a.flagellatus cur dicatur & mortuus 237.c iustus & sapiens quib.sapiat 4.g.ubi habitet 784.h humanam cur assumperit natu ram 217.b.c ab hominibus quid querat 1005.d ad hominem quomodo ingrediatur 12.f quomodo inueniatur 113.a ubi se manifester 563.b medico assilimatur 857.b.c quid oderit & puniat 63.d ubi, & quomodo querēdus 747.d cur peccatores amauerit, & amet 26.g.h.cur prober homines 297.d.298.e ubi reperiatur facile 302.f uenidat neminem sibi imperiose 282.g. quomodo uidebitur 616.g.h quib. modis omnes homines ad se uocet 686.f.g.h

Dei uerus amator 44.f amatoris opera 917.d benignitatis cōmēdatio 228.f cognitio triplex 282.e.f cognitio quam̄ operetur in anima 787.b nostri inenarrabilis caritas 155.d caritatis erga homines descriptio 940.e.f.g.h. clementia omnibus mirabili prouidentia praesto esse 231.a in Dei correptione qui soli deficiant 56.h cum diabolo, certaminis locus 797.d filius 290.e.f.g filiorum domini 39.b. hortamēta ad pacē inuitatis 763.c.imitator ext

mius quis 142.h iugū qui excutiat 63.c irā, oratione suspendi 104.h mirabilia opera, corporalia & spiritu lia 224.g mysteria quibus propalanda 795.c.d ad Dei notitiam perueniēdiue hiculum 639.d in Dei oculis qui uiuat 98.f Dei opera, matura meditatio ne cogitanda 231.a patris erga nos benignitas 943.b.c & patris familiās dīsimitudo 936.e.s Dei pietas labenti homini ab innocētā statu, qualiter trīplici ei lege, peccati remedia contulit, atq; in tēporis plenitudine misit unigenitum suum, ut uerbo & exemplo fideles ad contemptū mundi, & uirtutū palmā accenderet 18.e potētiā, iustitia, sapientiamq; perire, an quis desideret 63.b præstia corporalis & spiritualis 865.c.d sapientia quos refugiat 224.f sapientia, cur humanam assumpserit natu ram 235.c sapientia opera fintne mortalibus, uel angelis spiritibus omnia nota 616.e.f uia ardua & infidatibus plena 133.d Deo quid cōmēdet hominem 282.c Deo & homin. qui displiceat 372.h quā placeat 297.b q; placere non possit 376.e qui totū tribuit, Deū ut totū habeat, & exigitatis censoria exigit 840.f. quiete qui non uacent 80.e quis uictior 379.a Deo uim quid faciat 266.f seu suum officia, ac humani corporis mēbra, an insint 234.g.h Deum qui amet 34.f. amare castē 44.h ueraciter 45.d ad Deum cognoscendum exēplum efficax 690.g ad Deum cōuerti, in Deum redire quid sit 17.d in uniuersis creaturis conspicī 286.e in Decalogo mādatū dilectionis nō timoris posuisse 166.g non diligit qui ei nō obedit 349.c apud Deū cur nullus quāti sit meriti, dījudicare possit 243.d

Deum esse omnis cōreatura testatur 281.d non esse, iniustum, impotentem, seu insipientem esse, an sint qui uelint 63.a.b exhortantē qui non audit, subsannātem audiēt, 678.e Deum esse finē causamq; universorum 201.d esse spiri- tū, & patribus antiquis cognoscibilem per ministeriū angelbrum sē exhibuisse 953.a habere & possidere quid differat 302.g. humānam habere formam, cur sacta attestantur eloquia 234.b. 235.a loqui per hominē, & habitare in homine quid sit 1043.d.1044.e Deum in homine uisum esse 236.e an Deū sicuti est uisuri simus 282.e à Deo quō quisq; arctius amat, eò durius in p̄senti flagellatur 281.a a Deo auerti, exire quid sit 17.d à Deo qui rejiciantur 63.c cum Deo unus spiritus qui fiat 65.c diabolus quam̄ callidē perscutus fuerit Christū, & quotidie ipsius pastores impugner 901.c.d diabolus generi humano quomodo semper aduersatus sit & potissimum post aduenitum Christi, fidelū populū tripli tentationum infestus sit specie 146.f diabolus primum hominem quonam arguento de loco deliciarū deiecerit 156.e ut in strumento multoties utitur hominibus ad eos tentandum, qui in cōgregatiōnibus degunt, & simpliciter atq; uirtuose conuerstanur, ut illos impellat ad casum 155.c diabolus mulierē quibus modis allexerit 20.h omnia omnibus quomodo fiat, ut omnes lucrifaciat 155.a quibus praualeat 26.f diaboli arma 224.e 286.h astutias quid supererit 27.c astutias nō ignorare quam̄ sit utilē 560.f blāditie 548.g gnuus 964.g dignitatibus nemo expletur 757.c an Diligat Deum homo, quib. signis cognoscatur 45.b.c an Diligant se omnes 51.b non Diligit se, qui nequiter uituit 189.a an Diligamus Deum quomodo cognoscere possimus 349.d diligere Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, an quis in hac uita possit 959.d se quid sit 585.b se ipsum qui non ualeat 830.g proximum qualiter debeamus 127.a.b quibus rationib; impellamur 1000.e.f.g diligere sicut se, & quantum se, quid differant 1033.b diligi à Deo omnes patiter 430.f.g.431.a diligendi Deum finis 998.f diligēdi modus expressus 329.c.d.331.d Deum formae descrip̄tio 1107.d diligēdum quomodo sit 50.h ad Diligēdum Deum quā sint quā uehementer hominem accēdant 40.g.h.41.a.b.c ad Diligendum proximū quibus exemplis & documentis homo excitetur 48.f diligenti Christū ardenter, nihil difficile 349.b diligētum Deum species qua tuor 44.g diligētum Deum ordinata intentio 326.e dilectio quid sit 46.f dilectio Dei, dilectionis nostrae causa efficiēns 358.h inscrutabilis & ueneranda 430.f fructuosa 50.h naturalis 297.b propriatib; remissa ibi.c polluta ibi. uera inter quos oriatur 52.f dilectio uita, lignum spirituale 471.c dilectionis Christi in nos inducium 1147.d dilectionis Dei p̄sagiū 745.a p̄cipiū.indicium 832.e.f probatio 674.e dilectionis diuinæ euidentiū 577.d fraternæ forma, in unoquoc; nostrum insti tutas 10.h 811.a fraternæ regula 625.c.d dile

gnus 964.g

dilectionis lex 325.b  
dilectionis mādatum explicatur 373.d.374.e qua de causa Deus nobis instituerit 797.d  
dilectionis modus quem erga proximum habere debemus 52.e  
dilectionis mutua emolumen ta 49.b.c incrementa 330.f.g  
dilectionis nostrę causa efficiēs 1031.d nutrimentum 223.a  
ordo 329.b.c perfectio 52.f  
regula 374.e uera ad Christum notissimum signum 987.b.c utilitas 46.f  
ad Dilectionē creatoris sui, anima per carnales corporis sensus monetur 837.c. mutuo seruandā singulare exēplum 1101.c.d  
dilectionē Dei homo ex beneficiorum numerositate agnoscere ualeat 364.f Christi exhortatione 1113.a.b.c.  
Dilectionem fraternalē quis frangat 156.g ex operib.probari 372.h  
dilectione caritatem cognosci 330.f  
In Dilectione Dei qui maneat 366.g  
dilectione diuinitatis quod agitur, non amitti 326.g  
dilectione simulata multos perire 189.d  
dilectori suo quicquid Deus non est, consummatam letitiam non præbet 757.b.c  
dilectoribus Christi lingua ministerium cōtrarium 727.b  
dilectum Deo hominem quæ faciant 805.b.c  
directores animarum opus habent ductore 897.b.c  
discedentium à Christo principalis iactura 550.g  
discedentium à Christo itinera 562.e  
disciplina cognoscientium se in ueritate 1006.g.h Apostolica 697.d  
disciplina cælestis mari assimilatur 226.g. omnis Christiana professionis, in quo comprehendetur 554.h. militia Christianæ 987.b  
disciplina spiritualis 981.c.d 1019.a.b.c.d

disciplina cælestis norma 659.c. Dei patris erga genitus humanum ratio 1094.f  
domini efficacia. 832.e dominica meritū uberrimum 745.a  
discipline incarnati uerbi fundamentum 330.e medicina 1019.d.præceptum 777.b.c  
disciplinæ uerissima concupiscentia 267.d  
in Disciplinam & perfectionē monasticæ conuersationis prologus 116.g  
in Disciplina spirituali, an Deus quempiam, sine laboriosa exercitatione, consummatum effecerit 602.g  
discipuli carnales 444.f  
discipuli Christi indicia 542.e  
discipuli Christi quomodo agnoscantur 330.e  
discipulorum incredulitatem, cur Christus carpat 521.d 522.e  
discipulis cur se Christus manifestare distulerit 521.a  
discipulos, fœmina uirtute superat 517.b.c  
discipulatus Christi, quo uis regno præstantior 404.g  
discordia commendabilis ac beata 744.h  
discretio 132.f  
discretionis diffinitio 28.g  
absq; Discretionis disciplina omne quod agitur, diu per se uerare non ualeat 193.d  
discretionis donum esse præcipuum 540.h. examen cur sape fallatur 395.a.iudicium quætiātū mandatum 549.d. Iument in corde humili quid præstet 592.g.h regula, omnibus Deo militantibus tenenda 737.a.b  
discretionis spirituū dono redimiti conditio 987.b usus cur si homini prærogatus 764.g  
discretione naturali præditorū studia 1008.f.g  
dispensatoris fidelis officium 892.h  
dispensatorū Christi opera 891.c  
dispositio ad uirtutes perficiendū necessaria 914.h  
diffensionū inter homines origo 374.e  
docere officium explere, quan-

do & quibus licet 734.g  
docendi genus nobile, & ad alliciendum animos incertum 328.f  
dōcēntis officium 766.e  
doctor uerus quis censendus meritoq; colendus 328.g  
doctoris facundia sonoræ uocum dulcedini assimilatur 301.c per spiritum cur nobis prærogentur 1102.e  
donorū Dei meditatio 940.e participatione nemo immunit 1035.a.b  
ex Donorū qualitate, gradus agnoscitur militantiū Christi 274.h  
donorum spiritualium genera duo 1030.e.f.g.h  
donorum sublimū indignus quis 104.h  
ut Dona uicissim communice mus mirum exemplū 1101.c.d. 1102.e  
donis spiritualibus quis nunquam locupletabitur 175.a  
dominus ante suorum oculos cur se transfigurare uoluerit 59.d  
dominus unus solus 849.c  
domini gaudium 518.e.f  
domino qui placere appetunt quibus se debeat occupare sermonibus 161.c  
domini reconciliatio 34.e  
domini qui nuncupentur 939.a  
domus spiritualis 966.e  
domus spiritualis construenda oratio 409.c.d.410.e  
domos, prædia & nemora habere, dona sunt Dei 856.g  
donum singulare 1013.b  
doni diuinæ pietatis consideratio 18.g  
dona aliorū qui putet esse sua 243.c  
ducis Hebræorum autoritas 210.f  
ducis nostri Christi potentia adiuutorium homini prærogatur 364.g  
dona Dei quibus tribuantur 139.c. an sint propalanda 759.d  
dona excelsa, quæ carissimis Deo prærogantur 353.b  
dona an gratiam commēdēnt 524.f  
dona spiritualia, sensibus corporalibus nō patent 234.g  
non repente, sed per incrementa uirtutum Deus largit

do & quibus licet 734.g  
docendi genus nobile, & ad alliciendum animos incertum 328.f  
dōcēntis officium 766.e  
doctor uerus quis censendus meritoq; colendus 328.g  
doctoris facundia sonoræ uocum dulcedini assimilatur 301.c per spiritum cur nobis prærogentur 1102.e  
doctrina contemptibilis 734.g.h  
doctrina optima 734.h ut Dominaretur hominibus an homo sit institutus à Deo 475.a  
dominari hominem hominibus, an Deus iusserit 849.b  
dominandi prærogatiua animantibus solum, non hominib. homini cōcessa 703.c.d  
dominus Iesus cur tentatus sit, pugnauerit, & uicerit 57.c  
dominus erga fideles suos, quomodo agat 366.h  
dominus ante suorum oculos cur se transfigurare uoluerit 59.d  
dominus unus solus 849.c  
domini gaudium 518.e.f  
domino qui placere appetunt quibus se debeat occupare sermonibus 161.c  
domini reconciliatio 34.e  
domini qui nuncupentur 939.a  
domus spiritualis 966.e  
domus spiritualis construenda oratio 409.c.d.410.e  
domos, prædia & nemora habere, dona sunt Dei 856.g  
donum singulare 1013.b  
doni diuinæ pietatis consideratio 18.g  
dona aliorū qui putet esse sua 243.c  
ducis nostri Christi potentia adiuutorium homini prærogatur 364.g  
dona Dei quibus tribuantur 139.c. an sint propalanda 759.d  
dona excelsa, quæ carissimis Deo prærogantur 353.b  
dona an gratiam commēdēnt 524.f  
dona spiritualia, sensibus corporalibus nō patent 234.g  
non repente, sed per incrementa uirtutum Deus largit

E brietas beata 1069.  
E brietatum principium

quando fuerit 215.c  
ebriorum spiritu descriptio 1096.e.f  
ecclesia per arcā Noe quomo do fuerit figurata 958.f.g  
ecclesia Christi unde edificetur 928.h cur à mari usque ad mare suā dilatauerit propa gines 928.h frumentū & zizaniam pariter, usq; ad tempus messis sustinet 582.e  
cur mater dicatur 242.e  
sponsa immaculata, corpus Christi ibi  
ecclesia mater & uirgo 625.d  
ecclesia nūc speciemens fulget exterior 581.d sponsa formosa, absq; macula & ruga quomodo sit effecta 1112.g  
ecclesia autoritatē & scientiam esse tributā 242.g.h.243.a autoritatis exempla 895.c.d 896.e.f.g.h  
ecclesia & Christi autoritas 1047.c.d.1048.e.f. capi tis & membrorum conexio 377.b.c.d sacramenta rum initium 910.f societas 941.a  
ecclesia Christi unitas 430.b ecclesia & Christi unitatis figura 503.d claritas 1070.f ecclesia clavis 242.h clavum, contemptus origo 892.f corporis decus 1111.a in ecclesia corpore an aliquid sit proprium 362.h ecclesia Dei nota 39.b detri mentum grande 892.e in exordio desponsationis sue spiritualia monilia 574.e.f.g.h.575.a  
ecclesia facultates quibus ero gandæ 950.b ad fouendos debiles, consolandum miserros, languoresq; curandos, triplex remedium 451.b.c fundamētum 631.b 907.c ianua 1112.e membra singula sancti spiritus fouet 574.h membra, membris corporis assimilata 1041.a.b.c  
ecclesia militantis figura 958.f.g  
ecclesia minister non tributor gratiæ, sed cooperator 648.h ministri officium 815.d 816.e  
ddd 3 ecclæ

ecclesiæ ministrorum sub com-  
 pendio regula 713.b.c mi-  
 nistris omnibus conuenien-  
 tia 716.e  
 ecclesiæ catholicaæ monarchia  
 955.c.d  
 ecclesiæ nascentis imago 698.f  
 nascentis initia 324.e potes-  
 tas 952.g.h  
 ecclesiæ primitiæ perfectionis  
 imago 973.b pubertatis  
 suæ status 928.e.f præsen-  
 tis cōditio ibi.f.g status om-  
 nes declinasse 575.c thesau-  
 ros pauperibus esse erogan-  
 dos 579.d uinculū 243.c  
 ad ecclesiam oratio 418.e.f  
 ecclesiam ubi Christus sibi co-  
 pulauerit 241.d  
 erga Ecclesiam suam dominus  
 Iesus, quantæ solitudinem  
 gerat, quantaq; pro illius sit  
 operatus salute 855.a.b.c  
 in Ecclesia Dei, incerta iudicia  
 243.b  
 in ecclesia necessarium est esse  
 qui præsent 955.c  
 ecclesiæ prælati notant 579.  
 a.b.c.d.580.e  
 ecclesiæ præsulum in promo-  
 uendis animarū rectoribus  
 officium 905.a.b.c.d  
 ecclesiæ reditus cuius sunt  
 928.h  
 ecclesiastica autoritas, an in  
 qualitate ministratæ cōsistat  
 892.h  
 autoritat, quibus de rebus  
 ante tribunal Christi, inter-  
 rogatio fiet 975.c  
 ecclesiastica facultates paupe-  
 ribus sunt erogandæ 858.f  
 ecclesiastica beneficia, quibus  
 conferenda 905.a.b.c.d  
 ecclesiasticarum personarum,  
 quum Deus populū fame,  
 gladio, peste affigit, officiū  
 879.b.c.d  
 ab Ecclesiasticis pastorib. quæ  
 debeant exhiberi 884.e  
 edulium singulare 941.a  
 egeni diuites effecti hydropi-  
 cis similes 779.c.d  
 elatio subiectione fugit 592.e  
 elatio quætorum malorum sit  
 origo 1003.a.b  
 elationis filiæ 1002.h fons  
 24.h fructus qualis sit  
 1066.g.h germina 1089.  
 b incentiuum 98.e occa-  
 sio continuo successu para-  
 tur 264.f uenenum, quæm  
 sit pestiferum 1002.e.f.g  
 elatus nullatenus potest esse sa-  
 piens 1042.h.1043.a  
 elati ad humilitatem, an subdi-  
 tos hortari possint 580.e  
 elati & humilis cōditio 1021.d  
 electio 371.a.b.c.d 716.h.617.  
 a.b.c  
 electio diuina præcedit electo-  
 rum merita 401.c  
 electio an sit comprehensibilis  
 401.a effectum quando ha-  
 bere coepit 401.d  
 electio unde originem habeat,  
 & quando sit facta 401.c.d  
 electionis gratia nullis actis ac-  
 quiritur 667.b.c magnuni  
 indicium 134.g.ordo ordi-  
 natissimus 617.c  
 electione Dei, an hominū me-  
 rita præcedant 371.a.b  
 electi ut ad ueram perueniant  
 Hierusalē, quibus indigeat  
 208.e  
 electi animæ & corporis uerā  
 pacem an in hac uita conse-  
 quantur 544.f  
 electorum unumquæc tenta-  
 tionibus ac mundi pressu-  
 ris, quandiu Deus exercet  
 permittat 406.g post re-  
 surrectionem conditio 569.  
 c.d desideriū omne 1117.d  
 imago 492.e magisteriū  
 374.e merces 1069.c so-  
 cietas 39.a uirtus quando  
 clucescat 221.d  
 electis Dei in hac peregrinatio-  
 ne, sine disciplina uiuere nō  
 congruit 147.g  
 electis munus speciale præro-  
 gatum 963.d  
 eligit Deus neminem ex præce-  
 dentibus meritis 667.a  
 eleemosynæ commendatio  
 590.f.g  
 eleemosynæ præconia 870.h  
 871.a  
 elemētorum accorporum cæ-  
 lestium regimē cui iniunctū  
 670.g  
 elōgare se à se quid sit 1050.g.h  
 eloquij diuini commendatio  
 563.c.d. efficacia 564.e.f  
 eloquia diuina quantum do-  
 mino placeant 164.g  
 eloquia domini à malis prola-  
 ta, an finaudienda 542.g

cum anima & animæ cum  
 Deo spiritualia 1104.g.h  
 eloquia nostra discretionis lā-  
 ce pensanda 728.h  
 eloquiorum diuinorum præ-  
 cipua commendatio 768.g  
 h.769.a  
 eloquiorum domini efficacia  
 1080.h  
 eloquiorum sapientiæ efficacia  
 327.a.b.c  
 Enoch cur in cælum trāslatus  
 fuerit 774.d.778.e  
 episcopi officium 580.f  
 episcopi plebibus cur sint insti-  
 tuti 878.e.f  
 episcoporum nostri seculi ne-  
 gligentia 685.b.c  
 epulæ cælestes 842.g gustus  
 deuotionis bonus 842.g.h  
 epulæ temporales & cælestes  
 91.c.d  
 epularum carnaliū & spiritua-  
 lium differentia 183.a.b.c  
 epularum uaria fercula unde  
 sumperint principium  
 215.c  
 eremi beneficia 724.h.725.a  
 errantes qualiter quæri, repe-  
 riri, & baiulari oporteat  
 691.d  
 errata aliorum facilius quisq;  
 potius quæm propria dama-  
 nat 728.e  
 errores quid detegat 232.e  
 errorum latebras sapientia de-  
 tegit 224.g  
 erubescencia quid sit 5.b  
 erudiatur ne alius pro altero  
 689.b  
 crudientem cæteros, se cōtein-  
 pto, Deus corripit 1012.h  
 erudientium ad iustitiam mul-  
 tos, merces 602.e  
 eruditio spiritualis maxia-  
 mum arcanum 851.c  
 escarum corporalium abstinen-  
 tiam Deus ab hominib. non  
 querit 1005.d  
 essentiæ Dei certa notitia 294.h  
 essentiam Dei sempiternam, se  
 ad humani generis inclinas  
 se salutem 237.d  
 esurientium in altera uita præ-  
 sumptum 220.f  
 euangelium habētum non re,  
 sed nomine opera 787.c.d  
 euāgelica perfectionis solium  
 libera 774.h  
 eloquias domini à malis prola-  
 ta, an finaudienda 330.e  
 euangelistarū fructus 787.c.d  
 eucha-

eucharistia effectus & præpara-  
 tio, necnon multiplex cōfo-  
 latio, qua potiuntur qui ad  
 illam dignè accedunt 179.a  
 eucharistia institutio 71.d  
 eucharistia mysterium 451.c  
 705.d.706.e  
 eucharistia preceptio sine con-  
 fessione an ad salutem pro-  
 ficiat 180.h dignitas 181.a  
 eucharistia sacramētum 312.f  
 427.a.428.e  
 eucharistia spirituales effectus  
 707.b absq; eius perce-  
 ptione qui saluentur in fide  
 ecclesiæ 1112.f  
 ad Eucharistiam percipiēdam  
 præparatio 428.e.f.g.h  
 famæ custos 5.c  
 famam propriam nemini licet  
 zelare 887.a.b.c.d  
 famam temporalem, ut super-  
 bi ambiunt: ita humiles fu-  
 giunt 1022.f.g  
 famæ 89.b an à domino irro-  
 getur 1094.f origo 1080.e  
 familiaritatem cū regibus, cū  
 principibus, cum magistra-  
 bus nunquā Christus ha-  
 buit 1037.d  
 famulari Christo cupiēti uirili-  
 ter necessaria 129.d.130.e.f.g  
 famulati Christo nihil æstimā-  
 dum arduum 994.e  
 famulantium Christo ignavia  
 561.a.b.c  
 famulatium Christo status ua-  
 rij 974.e.f  
 famulatium Deo triplex ordo  
 224.g domino mūdo cor-  
 dis intēuone coalēda 723.c  
 in exercitijs spūalibus æquæ ne-  
 cessaria est lux, sicut in cor-  
 poralibus 966.g.h  
 exercitus spiritualis uisibili as-  
 similatur 906.e  
 existimationis humanæ præ-  
 sumptio 259.b  
 experiētia quādo fallat 1059.c  
 Ezechias, oratione, sanitati re-  
 stituitur 104.e  
 F  
 Acie ad faciē Deum uide-  
 re quid sit 616.g.h  
 facinus expiabile 905.b  
 de Facinoribus proprijs com-  
 punctionem habere rectā, nō  
 est humani arbitrij 963.d  
 facultas boni uel mali eligendi  
 libera 774.h  
 facultates temporalis, cur Deus  
 mortalib. præstiterit 599.g  
 facultū mūdi amatores, pīs  
 spiritualiter imitādi propo-  
 nuntur 1013.d.1014.e.f  
 ad Facultatum mūdialium re-  
 nūciationem uocati officiū  
 993.c.d  
 facultatum munera à mortali-  
 bus Deus non optat 789.b  
 temporalium proprietatem  
 an Deus prohibeat 697.d  
 terrenarum immoderate cu-  
 pidinis mala 899.b.c  
 facultatibus terrenis nemo fa-  
 tiatur 757.c  
 fama uulgari laudari, cur ho-  
 mo desudet 992.g  
 famæ custos 5.c  
 famam propriam nemini licet  
 zelare 887.a.b.c.d  
 famam temporalem, ut super-  
 bi ambiunt: ita humiles fu-  
 giunt 1022.f.g  
 famæ 89.b an à domino irro-  
 getur 1094.f origo 1080.e  
 familiaritatem cū regibus, cū  
 principibus, cum magistra-  
 bus nunquā Christus ha-  
 buit 1037.d  
 fidei claritas 653.d confirma-  
 tio 16.h.17.a commenda-  
 tio 555.c.d.556.e.f com-  
 probatio 16.g constantiæ  
 exempla 891.a  
 fidei Christianæ ueritatis testis  
 moniū 16.h efficacia 1031.a  
 excellentia 425.a diffinitio  
 11.a.c.d firmæ duo necessa-  
 riæ 13.d  
 fidei formatæ cōmēdatio 11.a  
 b. fructus 653.c gratia purifi-  
 cati conditio 987.b.c ful-  
 cimentum 13.d fundamen-  
 tum solidum 286.g  
 fidei informis duplex cogni-  
 tio & distinctio 11.a lūmē  
 ubi cluceat 891.b merces  
 perfecta 692.h.413.d.527 a  
 b.c.meritum quid possideat  
 63.c.517.a.nostre uota 800.e  
 g. oculo qui uentura prospe-  
 ctent 814.g. opūs 12.e. o-  
 stēsores, prædicatores, pro-  
 pugnatores 907.c.d. effica-  
 cia ibi. & 908.e. autoritas ibi.  
 ostium cui sit apertū 215.b  
 pedissequa 374.e fidei per-  
 fectio unde uenustetur & co-  
 gnoscatur 19.a corona re-  
 giae assimilatur ibida  
 fidei

fidei recta regula 836.f  
 fidei robur 38.h  
 fidei & sciētia differētia 769.b  
 fidei, spei, & charitatis uinculū 1032.e solidum fundamen-  
 tum 344.e  
 fidei ueræ recta confessio 394.  
     h uirtus 10.e.11.a.b.13.b.  
     c.d uirtutis commendatio-  
     duplex 12.f  
 ex Fidei uirtute quanta bona  
     homini augeantur, & quan-  
     tum proficiat 14.e  
 fidei unitas unde probetur  
     16.e unitatis commenda-  
     tio 16.e utilitatis 14.d  
 fidē Christianā solam ueram  
     esse, quibus rationib. osten-  
     datur 16.e  
 in Fide dubitantium itinera  
     562.e  
 in Fide incipientium cibus, &  
     exercitia 211.a.b.c rudi-  
     menta 212.f  
 in fide perfectorū cibus, exer-  
     citia, gradus, instituta, rudi-  
     menta 211.a.b.c.d 212.e.f.  
     g.h.213.a.b.c.d proficien-  
     tium exercitia 212.f.g.h.213.  
     a.b.c.d  
 fidelis quis dicatur 13.a  
 fidelium opera solum in extre-  
     mo iudicio iudicabuntur  
     859.c  
 fideilium uita socialis status  
     970.h.971.a  
 fiducia infidelis 68.e  
 fiducia propria 333.a  
 fiducia in spiritu sancto unde  
     oriatur 367.d  
 filius Dei qui nuncupandus  
     262.h  
 filius Dei ad patrem profectus,  
     qualē discipulis exhorta-  
     tionem exhibuerit 336.f.  
     g. quibus de causis carnem  
     assumpserit 1076.g.h.1077.  
     a.b  
 filij opera 287.d remuneratio  
     773.b  
 filium Dei, hominem quid sa-  
     ciat 14.h  
 filium Dei crucis ignominiam  
     passum cur ecclesia dicat  
     345.c  
 filij Dei qui merito sint & uo-  
     centur 350.f.894.f  
 filiorum Dei nota 38.f  
 filiorum Dei gloria 1027.b  
 filiorum est cum exultatione  
     32.g

domini percussionem tole-  
     rare 280.h  
 filijs Dei quid in hac uita agen-  
     dum 207.b.c  
 filios Dei à filijs diaboli quid  
     discernat 38.f  
 filios procreare & filias, ancil-  
     las gubernare & seruos, do-  
     na sunt Dei 856.g  
 finis triplex 36.h  
 finis in omni re uidēdus 113.d  
     eorum qui beatam uitā in  
     fauoribus esse iudicarunt  
     195.b  
 finis hominis naturalis 764.g  
     singulorum omnibus mor-  
     talib. ignotus 152.h uerus  
     quis 1036.g.1037.a.b  
 finem, rationalis homo præ-  
     meditari debet, ad quē ope-  
     rum suorum intentionē di-  
     rigat 1036.g.h  
 flagelli diuini præconia 799.a  
 flagella illata cur patienter se-  
     renda 58.h  
 flagitorū omnium fons 738.e  
 flens ad Deum nemo accessit,  
     qui non, quod postulauit,  
     aceperit 113.b  
 fluuius uoluptatis i.c aquæ  
     uiuæ ibid.d  
 fœderis tabernaculum 973.d  
     974.e  
 fœminarum illecebrosa phan-  
     tasmatu dormienti, an sint  
     peccato obnoxia 25.c  
 fœminarum sanctarū ad mo-  
     numētum aduentus 517.b  
     opera 1083.e  
 forma spiritualis uitorum  
     in carne 966.h.967.a  
 fornicationis filiæ 819.a  
 fortitudo 258.f.287.b.c  
 fortitudinis diffinitio 918.h  
     919.a  
 fortitudinis spiritus in Christo  
     efficacia 663.b  
 fortitudinis uirtus describitur  
     257.c  
 fraude ubi componantur  
     724.f  
 fraudulentia mala 899.c  
 fundamentum totius exterioris  
     hominis 298.g  
 furor omnis sanctitatis inimi-  
     cus 246.h  
 furoris descriptio & fructus  
     819.c  
 fuoreo quid nutriat 156.g  
 fur an aquo animo furetur  
     32.g

fur spiritualis 904.a  
 furis metus & terror 885.a  
 fures in ecclesia qui 904.h  
 furari aliena quām graue sit  
     crimen 884.g.h.885.a.b  
 furtum quām graue sit pecca-  
     tum 884.h duplii contri-  
     tione dignum ibi:  
 furtorum inter homines origo  
     374.e  
 futura tanquam præterita pru-  
     denti examinanda 220.h  
 futura antequam fiant prænū-  
     ciare, bonis & malis est com-  
     mune 1030.f.g.h  
 futurorum cognitio unde oria-  
     tur 116.e  
 futurorum imago 740.741.a  
 G

**G** Alea spiritualis 553.d  
     554.e  
 gaudium domini 310.h  
 gaudium spirituale quomodo  
     præstetur 757.d  
 gaudium in spiritu sancto un-  
     de oriatur 367.d  
 gaudium in spiritu quid sit, an  
     quis nouerit 841.a.b  
 gaudio diuino quis dignus  
     efficiatur 368.e  
 gaudia cælestia quis sperare  
     possit 841.a  
 gaudia interna cælestium pro-  
     missionū, quibus commu-  
     nicentur 908.h  
 Gedeonis humilitas 95.c  
 gehennæ filij qui 453.d.454.e  
     opera 1083.e  
 gehennæ porta 977.a  
 gētium uniuersa multitudo ad  
     fidem an fuerit conuersa  
     347.a  
 gētium à Dei cultu omnino a/  
     lienigenarum reliquias, cur  
     dominus in medio populi  
     Israélitici habitasse permis-  
     erit 1092.f.g  
 an Generatio aliqua sine lege  
     extiterit 589.b  
 generationis spiritualis effica-  
     cia 778.h  
 generationes præcedētum an-  
     sociale duxerint uitam  
     325.c  
 genitricis Dei & domini nostri  
     commendatio 73.a.b.c.d  
 genu humanū ad quid cōditū  
     238.f diuinum antiqua no-  
     bilitatis penè ex hominum  
     memoria deletum 249.c  
     generis

generis hu[m]ani nobilitas 689  
     c.d conditio 1035.d.1036.e  
 gesta laudabilia uitorum præ-  
     territorum plurimū profice-  
     recupiētes, ad uirtutū pro-  
     uocant studium 889.a  
 gesta exteriora indifferentia  
     1051.b.c  
 gladius spiritualis 563.c  
     564.g.h  
 gladius spiritualis quē in terrā  
     dominus Iesus misit 744.h  
 gladius bīs acutus 977.a  
 gloria inanis ubi polleat 724.f  
 gloria futura, quibus reuelabi-  
     tur 908.f sanctorum perse-  
     cta 289.a.b.c.d  
 glorię beatę descriptio 1068.h  
     1069.a glorię diuinę de-  
     prædator quis sit 205.b. fu-  
     tura primicias, an iusti in hac  
     uita suscipiant 216.g  
 glorię incommoda 83.a  
 ad Glorię substāialis gradum  
     excellentiorē qui nō ascen-  
     dāt 202.e cupidos an Deus  
     nos fecerit 114.e.f  
 ad glorię supernę triumphum  
     via 147.b  
 gloriam Dei nemo impune si-  
     bi uendicavit 290.g.h  
 gloriam Dei qui deprædentur  
     726.e  
 gloriam Dei & hominum uel-  
     le sibi præripere, quām sit  
     detestabile 884.g.h  
 gloriam & honorē in hac uita  
     qui appetit, Deum nescit, &  
     semetipsum prorsus igno-  
     rat 885.c  
 ad Gloriam introitus 35.c  
 gratiarum cælestes 288.e  
 gratiarum actio 111.a  
 gratiarum fundamentū 431.a  
 gratiarum spiritualium multi-  
     tudine qui ditentur 140.h  
 gratias altissimo quis nō obli-  
     getur reddere? 843.b  
 grex Christi qualiter tractan-  
     dus 873.a.b.c  
 gula appetitus frenum 1032.g  
 ingluuiem Christi seruis esse  
     edemandam 182.g.h inor-  
     dinatio mala 87.d inor-  
     dinata uoracitas, quomodo  
     compeſcatur 557.c intem-  
     perantiam uincendi ratio  
     744.h mala 818.h  
 gustus Dei 723.a uera signa  
     ibi.b delectatio 1060.g  
 gustum quid cōponat 553.d

rum ualle, spiritualis homo  
     in corde suo statuere debeat  
     997.c  
 gratia 617.a gratū faciēs 430.  
     h generi humano gratis da-  
     ta 957.b.c Dei qui se priuēt  
     352.h sponte 830.g natu-  
     ram oppugnat 212.h  
 gratia definitio 31.c.d.32.f ce-  
     lestis riuis 839. cœlestis in-  
     dicium præclarum 964.e  
 gratia Dei appropinquantis  
     bonum signum 100.h Deo  
     ineffabiles, eur non reddan-  
     tur 594.g diuine profectus  
     614.e in nos descriptio  
     1034.g.h  
 gratia lex 677.c lumen quis  
     repellat 156.g non est elas-  
     tus capax 1043.c  
 gratia gratum facientis effica-  
     cia 609.c.d excellētia 776.  
     f.g opera mirabilia 244.g  
     h.245.a pedissequus 375.c  
     suę exortę Deus neminem  
     reddit 936.f  
 gratia ampliorem qui merea-  
     tur 64.g nulli Deus subtra-  
     hit 216.e Deus quibus im-  
     pertiat 1003.b Dei amissam  
     recuperandi modus 675.b  
 gratia cælestem omnibus, non  
     tamen æqualiter se commu-  
     nicare 193.a  
 gratia gratificantem, an quis  
     mereatur ex cōgruo 776.g  
     homo sibi collatam, cur ami-  
     serit 934.e.f.g  
 de Gratia Dei nō est præsumē-  
     dum 810.f  
 gratia cælestes 288.e  
 gratiarum actio 111.a  
 gratiarum fundamentū 431.a  
 gratiarum spiritualium multi-  
     tudine qui ditentur 140.h  
 gratias altissimo quis nō obli-  
     getur reddere? 843.b  
 figurata 312.f  
 homicidium spirituale 728.e  
 homicidiorum inter homines  
     origo 374.e  
 homo ut agnoscat sua mala, an  
     doctore indigēat 206.h cæ-  
     teras creaturas quātū digni-  
     tate præcellat 910.e.f.ex col-  
     latis sibi à Deo beneficis, or-  
     bliq[ue] suo aurori obtēpera-  
     re 939.d qualiter à dignitate  
     spirituali degeneret 52.h  
     homo

homo quibus reb. ad diligendū Deum excitetur 40.g  
41.a.b.c  
homo quomodo factus sit malus 54.e. molestus cur sibi ipsi esse debeat 203.d cur appetat naturaliter ad altiora ascendere 113.c in prima humani generis institutione cur factus sit 932.h. 1113.c qualis à Deo factus sit 933.d hominis causa, an tota ab eo pēdeat 152 culpā cum dia-boli collatio 97.d eruditio atq; erectio 951.c.d hominis exterioris & interioris conditio 763.a finis 927.b hominis interioris exercitia 197.a.b.c.d. 198.e.f.g.h. in hac uita cōditiō 1079.a.b.c hominis lapsi reformatio 594.e libertas 21.c industria 926.g.h lugenda conditio 1053.d. 1036.e. mulier 553.c natura duplici fulget dignitate 234.f opera qualia sint descriptio 1017.d 1018.e originis causa & finis 300.g renouatio 374.e hominis veteris expoliatio, quæ uestem confert nuptialē 978.h uilitas 291.a virtus unde decoretur 328.g homini malo an subesse debeamus 956.e.g homini quid sit meditandum 44.e. ut pro suo arbitrio ualeat & possit proficere in me his, aut in deteriori labi, an datum sit 202.e hominem, Deus qualem fecerit 26.h tæteris animantib. cur Deus prætulerit 594.h cur Deus condiderit 929.c effici talem quales sunt cum quibus uersatur 99.b hominem de limo terræ, cur Deus formauerit 629.b quid iustificet 31.c ad seipsum, quantis quibusq; medijs Dei sapientia reuocet, ut se cognoscat 1011.c.d 1012.f.g. unicum & non plures, cur Deus formaue rit 48.g homines uani qui 27.b hominum cæcitas 278.e.f. genus ad quid cōditum 238.f spiritus 747.b

homines hominibus cur Deus uoluerit esse prelatos 854.g ab Hominib. quid Deus querat 1005.d honestatē quid denigret 156.g honor & gloria non hominib. sed soli Deo 885.d ad Honoris ueri cathedrā ascēsus 618.g honorem appetere in hac uita non licet 885.c. 887.a.b.c.d Dei uelle præcipere, quam detestabile sit 884.g. 885.b honoribus quis ponere renunciant 914.g honores quid uincat 115.a honoribus attolli, cur tam an-xie homo desideret 992.g hortus conclusus 996.h hostia immaculata 319.d hostias pecudum ab homini- bus Deus nō querit 1005.d hostijs Deus qualibus prome- teatur 35.a.b hostis humani generis, opus difficile aggredienti assimi- latur 155.c pugnandi con- suetudo 901.c.d impoten- tia 942.e.f hostium humani generis, duo genera 537.c nullam expe- ciantis molestiam detrimen- ta 1091.d nos debellatiūm fraudes 548.f.g.h Christi militum astutia 1024.f.g hostium & pugnē Christiano- rum descriptio 1054.e.f b. Hugonis Lincolnensis ui- ta 694.f humanitatis imbecillæ præsi- dium 230.e.f.g.h humiliare se nequiter explicatur 291.d humiliatio humanæ salutis q̄ sit necessaria 123.d humiliatio inuita 292.e.f humiliatiōis & humiliatis dif- ferenzia 1018.h humilationis materia 1019.a b.c pedissequa 296.e regula 279.b humilis natura 434.h opera 592.e.f 726.f.g uerius status describitur 1038.h. 1039.a humiliatus importabile, pro pria uoluntas 592.e humiles qui sint 93.d dignita- tis altitudinem abhorrent 99.d humiles semper casum uerentur 253.c à Dei sapientia non quam cōtemnuntur 276.g subesse non præesse concu- piscunt 833.c.d humiliū corde quotidiana fer- eula 1016.f.g cursus & me- ta 102.h donum 842.h fa- miliaritas humiliatam pa- rit 99.a fructus 1032.h 1033.a.b gloria 1027.b honor 1067.c manna aby- scinditum 1068.g simili- citas Deo, quam peritorum tumor gravior 295.d ther- saurus 693.d. thesauri my- prædabiles 1067.c humiliatis quanta commenda- tione apud Deum sit digna- 1002.h cordis quomodo acquiratur 1033.d describi- tur 592.f duplex 100.h humiliatis facta 100.f unde ge- heretur 279.c quibus ne- cessaria 93.d qua sedulitate secunda 94.g unde nutria- tur 222.g plena, perfecta 101.e est secunda, quæ in sui uera cognitione fundata est 1005.b.c.d quam sit subli- mis & præcelsa 1021.a.b subjectionem parit 592.e & sui cognitio, sicut solis splen- dor & calor, uno sunt uincu- lo copulata 1017.x humiliatis uera & facta ipsiusq; exercitatio & perfectio 321. a 290.e. 291.a thesauro ih- sublimi arce collocato af- milatur 1033.c.d humiliatis acquisitione 98.e amatōr quis 156.g acui- tutum amatores, exemplo negiatorum rerum tem- poralium, in sui debent cor- dis exercitatione, cognitio- ne atq; custodia semper in- sistere 1013.d 1014.e.f bo- na 684.f causa 94.e 750.e commendatio 115.d 285.c 1089.c.d confessio recta 694. diffinitio 1006. dæ- scipuli officium 1034.e.f.g. discipula 749.d doctrina 1057.a effectus multiplices 96.e excellentia uerbis & exemplis Salvatoris nostri, aliorumq; sanctorum nota 94.e exemplar 1058.g ex- emplum præcipuum 95.c exemplum pastoribus im- tandem

tandum 1022.h. 1023.a. exē- plā 1069.c humiliatis fictæ opera 291.a. b.c.d fructus 548.f humiliatis fucata diuersæ spe- cies 1039.b.c.d fundamen- tum solidum 925.d funda- mentum, quibus iaciatur 1013.a.b.c. stabile 1090.e gaudia 684.f.g generatio 98.e genus primum 291.a. b.c secundum ibi.d tertium 292.c gradus 94.e gradus primus 101.c secundus ibi. d tertius ibi.d. 102.e quar- tus ibi.f quintus ibi. sextus ibi.g indicium 99.c indi- cium approbatum 1038.h testimonium insigne 99.c locū pacatissimus 847.d lux unde emicet 222.g ma- gnitudo 96.e humiliatis beatæ Mariæ com- mēdatio 95.b materia 97.c.d norma 446.h ubi elu- ceat 891.b perfectio 94.e perfectio summa 95.b humiliatis perfectæ habitus ubi perficiatur 294.h exer- citia 295.a præconia 894.h præcipuum signum 99.d 100.e regula uera 684.f.g 780.f.g humiliatis sanctæ amulato- rū 589.c certum indicium 1044.e opera 291.d mer- ces quanta sit in hoc, & in fu- turo seculo 1066.g.h san- ctissimæ descriptio 93.a uir- tus ibid. humiliatis & sapientiæ cōcor- dia 751.b species quadru- plex 100.f gradus ibid.h 101.a humiliatis ueræ descriptio 1039.d generatio 1060.e indicia 99.a præconia, quæ in Christi ministerio pul- cherrime eluent 420.g uia 99.b humiliatis uirtus in hoc seculi stadio pugnaturis, quam sit necessaria 205.c. quomo- do possideatur 751.c Deo gratissima 1005.c quibus cōsiderationibus nutritur & crescat 1033.c.d quam sit seruis Christi necessaria 1047.c.d illusionis spiritualis mysteriū 468.f imago coiuersationis cælestis 1022.e imaginis Dei in homine refor- matio 295.a per Humilitatis uirtutē ad Deū ascenditur 1051.a.b.utilitas 46.e. 591.d humiliati quæ aduersentur 1089.d humiliatem fingentium uaria hominum genera 1039.d 1040.e. f.g ad salutem esse necessariam 259.c ad Humilitatē quibus confide rationibus homo peruenire poslit 97.a utrum quis possideat quib. indicis co- gnoscatur 99.b.c qua Humilitate Deo gratias debeamus agere 1005.a.b hydropisim spiritualiter pati 391.a hymnorū caeca, cur sint in ecclesia instituta 837.d hypocrisis unde sumperit ex- ordium 215.c hypocritarum genus execrabi- le 104.e

**I**acob filiorum uitiū 157.c Iacobi, Rachelis, & Lyæ my- sterium 743.c b.Iacobi apostoli lapsus 651.b iactatiæ elatæ incōmoda 970.h iactura omnibus communis. 797.b iacturam spiritualem facile pa- titur, qui alienæ uitæ curio- sus inquisitor existit 723.c facula ignita 973.b ianua regni cælorum 1020.h ianuæ septē, per quas mors in- trat, & dormientem atq; in- gratam interimit animam 818.f.g.h. 819.a.b.c.d. 1015.d ad Ianuam interioris hominis cur Christus pulset 1085.a idea in Deo ante mundi cōsti- tutionem, an fuerint 288.g idolorū cultura unde manarit 214.g seruitus 818.g ieunij bona 88.g.h commo- da 108.g Iesu nominis literarū syllabæ tantummodo prolata, an quid proficiant 607.d ignis qui ardet, nec cōsumitur 914.e improbi indicium 99.c imprudentius quis 555.c imprudētæ magnæ indicium 30.f imprudentiæ mala 27.d imprudentiæ signum notissi- mum 729.c impruden-

imprudentia notissimum testi monium 135.a.b  
imprudentium opera 550.g.h  
impudicitia detestatio 871.b  
impudici indicium 99.c  
impudicorum consortia esse asper nanda 189.c  
impudicos & criminosos, sp i ritualis Deo promere iubil ationes magni periculi rem esse 168.g  
ignauia torporem quid expel lat 557.c  
ignis inferni an spiritus cū cor poribus cremet 269.d  
ignis cū caritate collatio 37.a.b spiritualis 1059.b  
ignis columna, quæ in eremo, Dei populum præcedebat, quid significet 208.f.g  
ignem in terram cur dominus miserit 166.g  
ignorantia damnabilis & con fusione digna 295.a dispœ satiua 295.d hominum opinione reprobata 295.c  
inutilis, sed inexcusabilis 295.c  
ignorantia sui quām sit pernicioса, quæ in concitato animo dominatur 395.a  
sui oculos clausos aperit cul pa 1055.b  
ignorantia crassa descriptio 295.b  
ignorantia diuisio 30.e errorem quid detegat 277.a  
filia 296.e genus pessimum 295.b  
ignorantia humana descriptio 259.a.b. mala 278.a.b 554.g  
ex Ignorantia seculo, quid mortales educat 208.f  
ex Ignorantia, detrimenta plura causari 554.f  
ex Ignorantia sui, quanta proueniant mala 1006.e.f  
ignorete se quātum sit malum 1012.f.g.h  
incarnationis uerbi causa potissima 664.h  
incutti ad interitum à dæmons ne, quomodo rapiatur sem piternum 687.a  
incensum suauissimum Deo qui adoleat 35.b  
incensi sacrificia Deus ab homi nibus non quatit 1005.d  
incentiuum concupiscentia

1079.d  
incestu principium 215.c  
incipientium in fide lex, uita tuta, doctrina cælestis, & ex periēta certa exercitia, 1055 a.b.c.d instituta, cibus 211. a.b.c.d 212.e.f.g.h. 213.a.b. c.d  
incolæ in hac uita se agnoscē tis conditio 1115.1116  
incolarum huius seculi longa nimitas 560.h.561.a  
incontinentia notissimum si gnum 733.d  
incredulitatis exēplum 380.g  
indifferentia 1051.b.c  
indulgentia ingratus 71.a  
indulgentia solus Deus largitor 964.h  
indulgientiam pœnitenti Deus non denegat 821.d.822.e  
indumentum, cibum, potum, cur à nobis Deus requirat 697.c  
indumenta spiritualia 840.e  
indumentorū preciosus appa ratus, quorsum inuentus 1038.f.g  
inexcusabilis apud Deum quis 965.d  
inferni ignis an sit corporeus 269.d pœna ibi. & 270.e locus 269.d.270.e ostia re serantur 510.f  
inferni supplicia 740.e.792.e. 825.a.b.c.872.f.975.d  
in Inferno degentiu colloquia 795.a  
infidelis an sit inexcusabilis, si Deum non diligit 40.g. 41.a.b  
infidelium cogitatio 563.b  
infidelium & à Deo alienorum finis 202.f  
infideles in extremo iudicio, cur non iudicabuntur 859.b  
infidelitatis indicium maximum 886.h  
infirmi & ualidi alimentum 742.e  
infirmorum interni motus 225.c  
infirmitas humana à paucis intelligitur 264.f  
infirmatis humanæ descrip tio 984.g.h medicamentū optimum 222.g.mysterium 45.e.f.g.h.451.a  
infirmatis propriæ confidea tio triplex 274.h. con

scius 885.d  
infirmatis sanatio 114.e  
infirmati humanæ immidea te operari non cōgruit 602. e.f.g  
infirmatem pro pœna pecca ti, Deus in suis permitit do minari 226.h.227.a  
infirmates ex uoluptatibus multas generari 88.g  
infirmates natura cur pati formidet 494.h  
infirmatum humani generis origo 605.b  
infusiones spirituales quibus pandantur 353.c à quibus percipientur 31.d an in no bis fiant 755.b.c  
ingenij acumen quid obnubil et 464.h  
ingenij humani ad opera Dei capessenda imbecillitas 594 f.g naturalis acumē, adae rearum potestatum infidias fugiendas nō sufficit 966.h rudit expeditus assentit ue ritati, quām qui perspicacia habet intellectus 927.c  
ingratitudo malū grande, quæ maxime perfectionis retar dat a scelum 922.e.f quām sit pernicioса 1039.b.c.d  
ingratitudinis uitio, quis ob noxius habendus sit 158.g  
inhumanian ad proximi dilectionē possint subditos hor tarri 580.e  
inimicitias inter humanam & angelicam naturā, quis pos fuerit 47.a  
inimicushumanī generis quot modis sanctis studijs aduer setur 140.h.141.a  
inimici multifarij à quibus perigrinantes impugnantur 201.d  
inimicotum nostrorū trium phandi contra nos, audacia unde roboretur 554.h cōdito, infidia, locus 1093.a rabies quo armorum gene re conteratur 206.f species à quibus omne humanū genus in huius uitæ cāpo militans impugnatur 537.b.c  
inimicorum spiritualium frau des 122.g.h spiritualiū nullus, nisi uolens seruus efficiatur 1012.e spiritualium rui na 994.e qualitas quibus hominum

hominum debellatur genus 537.a  
inimicis an teneamur inferre mala 46.h quæ illis debeamus 47.a  
inimicos uincendi forma 283.c  
de Inimicis triumphare desideranti necessaria 562.g  
iniquitas quibus non sit in rui nam 821.d  
iniquitatis exterminiū 82.g.h  
iniquitates generis humani, cur omnipotens sustineat 987.d  
iniquitatum omnium radix & receptaculum 256.f  
ab Iniquitatib. quomodo mū demur 1112.h  
iniquus sibi non domino mē titur 455.b  
intellectus donū, uniuersa na tura humanæ ornamenta præcellit 926.f.g exercitia 1011.a.b instruclio ibid.  
intellectus spiritus in Christo efficacia 663.b  
intellectus stabilitas 77.b  
intellectui ueritas, quomodo se cognoscibilem præbeat 317.b  
inobedientia reatu quoties quisq; obnoxius esse cōuincatur 686.f  
inobedientia supplicio plectē di 960.h  
inobedientium uitium redar gutur 870.f  
innocens ubi opprimatur 724.f  
innocentia 33.d  
innocentia pristinū decorem quid nobis exhibuerit 600.h  
innocentia cordis ac puritatis infundantur 353.c  
insistentium conuiua 1016 e.f.g indicium certissimum 303.c  
innocentia interioris testis 5.c mentis candor, non est no stri arbitrij 963.d præco 375.c speculum 302.f  
ad Innocētiā seruandā quid sit necessarium 521.c.d  
inquisitionis sedulae sublime fa stigium 517.a  
insani indicium 99.c  
insipientium societas 30.f  
insipientium arma 904.f  
inspirationis germen quoties præfocetur 600.e.f  
instituta Christi 1023.d diuina in quibus mēs humana sit occupanda 591.a  
in Institutione nouâ accipienda, nullus sibi credat 993.b  
intellectus ut ad Deum sapien ter diligendum peruenire queat, quot modis captiue tur 43.d.44.e  
intellectus humanus unde acuatur 5.d humanus quo modo in uirum perfectum crescat 841.c  
intellectus per quos gradus ad ueri & summi Dei cognitionem prouehatur 214.h  
intellectus humani acumen, quomodo seducatur 395.a certaminis stadium 981.a  
982.e  
intellectus donū, uniuersa na tura humanæ ornamenta præcellit 926.f.g exercitia 1011.a.b instruclio ibid.  
intellectus spiritus in Christo efficacia 663.b  
intellectus stabilitas 77.b  
intellectui ueritas, quomodo se cognoscibilem præbeat 317.b  
intelligentia quid sit 26.g  
intelligentia uera 245.d  
intelligentia rationalis uirtus 764.g  
intelligentiæ sanę sensus 63.b  
intelligentia spirituale lauacrum 299.d  
innocentia spiritus 642.e  
ad Intelligentiam Dei ascensus 279.c  
intelligentiam fides præcedit 769.b  
intelligentia spirituales quibus infundantur 353.c  
intemperatiæ iugum quām sit graue 903.c  
intentio 927.a  
intentio animi quid sit 197.a  
intentionis hominum scopus 315.d  
intentionis mētis prouida gu bernatrix 302.g  
intentionis rectæ emolumen tum 517.a  
intentionē rectitudinis in opere rādo discernere, quām sit u tile 1090.f  
intentionum cordis, Deus so lus est cognitor 1013.c  
ad Interitum homo non plas

matus 764.g  
interpellandi Deum fiduciam, quando homo amiserit 552.g  
intueri non licet, quod concus pisci non licet 91.b  
intuitus effrænati mala 733.c  
inuidia fructus & mala 819 b.c  
inuidia letalis morbus, quo modo supereretur 557.c li uor ubi facile reperiatur 146.f morbū suaſione dia boli non egere 157.d scelus immane 157.b.c uitium & mater 51.d  
intuitati omnes, cur non ingrediuntur, discumbat & comedant 690.h  
Job oratio 265.a  
Job an innocentem humiliatus fuit 265.a  
beatus Ioannes corporis ſefo lutionem, an sine dolore ſu ſtinuerit 600.f carnis petu lantiam, quomodo domuerit ibi. angelicam dignita tem imitatus sit 601.b  
sanctus Ioannis Baptista cur lu ceria esse dicatur 643.d 644.h  
Ioannis Baptista commendatio 77.d  
b. Ioannis integratatis cōmen datio 601.a.b.602.e.f  
Ionā bellu maria quid de uorandum exposuerit 63.d  
Ioseph Aegypto, cur prælatus fuit 777.d.778.e  
Iosephi caritas 239.d  
ira domini cui portanda 58.h  
ira ofatione placatur 104.h  
ira passio pernicioса 246.h  
ad iram animi excitati placan dati medicamentū ualidum 476.e  
iram Dei contra se, qui aduo cet 176.g.h  
iracundi ad patientiam & manu fuetudinem, an possint sub ditos hortari 580.e  
iracudia frumentus, quomo do coerceatur 557.c  
irrisionis Christi uilipendium 490.g  
itineris comites quales esse de beant 1647.c.d  
ititera uitæ spiritualis præclara 566.f.g  
Iudea desperatio 435.a.b.c.d  
Iude

Iudæ inhumanitas 443.a.b  
Iudæ hypocrisis 432.f.g.h.rulinna cui ascribenda 433.a  
Iudam proditionem quid interire fecerit 69.c  
Iudæ à ueritatis populo ieunius cur remanserint 317.c  
cur excusatione de peccato suo non habeant 379.c.d  
Iudæorum dominus, cur sit deserata derelicta 382.g.h maliginitas 446.g horreda nequitia 470.e.f.g  
Iudæorum sacerdotum uitium 157.c  
Iudex sibi spūi, cur quisq; efficiatur 676.e  
Iudicis extremi potestas 270.e  
Iudicis oratio 897.d.898.e.f  
Iudicem quid deceat 464.h  
Iudices in populo Israelitico, cur Deus esse uoluerit 854.h  
Iudicium officium 464.e  
Iudicat Deus non aliter, quam secundum quod quisq; uixerit 152.g  
Iudicat Deus nullum, antequam de corpore exeat 152.g  
Iudicare proximum nemini licet 809.a.b.c.d  
Iudicabuntur omnes, in extremo iudicio, secundum operam 792.h  
Iudicium quid tollat 349.d  
Iudicium discretionis 859.c  
Iudicium duplex generale, uis delicit & particulare 858.g  
cur dominus uoluerit hominibus esse ignotum 859.a  
Iudicium extremum antecedentia 7.a cōcomitantia ibi.b  
Iudicium rectum, qui proferre possit 901.a.b  
Iudicium spiritualis hominis 196.g.h  
Iudicij extremi consideratio 7.a descriptio 792.g  
Iudicij salubris comminatio 453.c  
Iudicio futuro, cur omnia incerta reseruentur 213.d  
Iudicio proprio nō fidendum sed eiūs cui consulendi diuinus, concessum est dominum 206.e  
in Iudicio extremo ordinis differenta 17.b  
à Iudicio particulari nemo ex-

cluditur 859.c  
iudicia à corde sunt solerteres secunda 725.c  
iudicia diuina ueneranda, non inuestiganda 222.f  
iudicia Dei non curioserimanda 228.f.1113.d.1114.e occulta, sunt ueneranda 943.d 944.e.f.g.h  
iudicia temeraria 809.a  
iudiciorū diuinorū lumē, mortalibus inaccesibile 490.h  
iudiciorum Dei arcana nullfas est rimari 101.c  
iudiciorū Dei incomprehensibilis altitudo 942.f  
Judith sobrietas 88.b  
iugum Christi 678.h quibus rationib. suave sit 39.d.40.e quid suave reddat 1023.d  
iumentorum spiritus 747.a.b  
iumētis cur assimiletur homo 628.g  
iumentis insipientibus qui cōparentur 1007.b  
iurgia ubi siant 724.f  
iurgiorum in humana specie origo 374.e  
an Iustificet mortales dominus, sine ullo medio 829.c  
Iustificari qui non poterit 3.d  
Iustificationis altitudo, unde pensanda 824.f  
in Iustificatione mortalium, quales homines Deus eligat 645.d  
Iustificati hominis initium 914.h medicamentū quam maximum 964.e  
Iustitia quid sit 32.g.h.745.b ubi deprauetur 724.f unde pullulet 31.c  
Iustitia regis 33.b  
Iustitia uirtutes omnes, cur circuire dicatur 33.d  
Iustitia consummata brauium 52.f descriptio 32.e.258.f diffinitio 31.c.920.g.h disciplina 1033.b.c esurie feli x 31.d excellentia quibus effectibus luculententer apparet ibi. 33.a forma 374.e  
Iustitia fructus 981.d libra una coram Deo 591.b  
Iustitia opus 939.a  
Iustitia in Christo opera 874.h  
Iustitia operum consideratio 6.g regula 257.d.258.e  
Iustitia uera cursus & per-

ctio 35.c  
Iustitia uera opera 31.d itudia 34.h  
Iustitia ubi nullum sit uestigium 64.e  
Iustitia uirtus 31.c quot comprehendit in se uirtutes, que ordinant ad proximum, ad seipsum, & ad Deum 33.c.d arti assimilatur 34.h  
Iustitia uirtutis diuisio 32.e uirtutis splendor & effectus 33.c zeli exēpla 895.b.c.d  
Iustitia qui aduersatur, non ualeat esse iustus 829.a  
Iustitiam seruare dupliciter à natura, scilicet, & à scriptura admonemur 32.f ueram qui habeant 33.d  
Iustus quis appellari possit 32.f qui sit 33.a  
Iustus quis recte censendus 745.b.c  
Iusti in hoc mundo conditio 961.a.b fructus 372.f gubernaculum 38.g  
Iusti memoria 741.a.b imitantis Christum regula ibid.c  
Iusti mors qualis 33.b  
Iusto quādam communicantur, quā alijs communicare non licet 883.a  
Iustum uirū quid deceat 57.d 258.e  
Iusti qui 668.f consolari & prosperari, cut reformident 216.g. an Deum possideant 302.g  
Iusti omnes & ueritatis professores, cur à mundi amatoribus persecutio nes perferat 378.f.g  
Iusti quare tentari permittuntur, & quomodo contra uitia singula pugnant 744.g  
Iustorum animus 613.c  
in Iustorum conuentu sublimior 874.d conuiuia se creta, quam delectabilia 840.f corda, quam suauiter uerbi Dei reficiantur elo quio 327.a disciplina 850.f dona 275.c fletus finis 389.a.b intentio ordinata 326.e  
Iustorum consummata iustitia 385.c  
Iustorum merces futura 511.a b. 513.d.514.e.f  
Iustorum

Iustorum misericordia 486.g.h sam 166.e  
Iustorum opus 541.b opera 203.a. in petitionibus error 651.a.b  
Iustorum preces quātum presenti ecclesiæ 987.c.d.988.e tormentorum immania genera passi 360.e.f.g.h 361.a  
Iaqueis, desperationis furore, qui se suspenderunt, an uitā oderint 780.e  
Iaqueis in homine cuncta sunt plena 1012.f  
Iasciuī indicium 99.c  
Iatria quid 34.e  
Iatronis confessio 492.e  
Iauacrum sanctificationis 962 h.963.a  
Iaudatiōis diuinæ regula 694 h harmoniam omnia, quāuis in naturis contraria, efficeret 231.a  
Iaus inanis 1003.d.1004.e  
Iaudis diuinæ efficacia 319.d perfectio 300.f  
Iaudis perfectæ regula 716.e  
Iaudis sacrificium, non bestiarum Deus à mortalib. optat 789.b  
Iaudem qui captat humanam inaniter laborat 662.e  
Iaudibus diuinis insensibilis quis 226.e qui intersunt & Deo psallūt, quales esse debet, & quod plurimū congaudent sancti angeli in lacritate psallentibus 168.f  
b. Laurentius Iustinianus, Dei in se miserationes referat 70.g.h.71.a agonis Christi formulam, cur scripsit 412.e eiusdem caritatis uehementia 655.a constantia 654.h desiderium 370.e peccatorum confessio ibid.f g.h ligni uitæ fructū per oratio 115.c  
b. Laurentio Iustiniano sapientia Dei quomodo apparuit 397.b.c.d leuiatione ex longo usu fieri difficultima 227.c.d  
Leuiathan quid terreat 559.b lex Dei an cunctis debeat esse nota 368.g  
lex duplex mortalibus instituta 677.b.c in fraternia caritate 50.g fraternæ dilectionis, cūctis Christi membris imposta 325.b gratia quæ complectatur 937.d naturæ, cut unumquenq; in corde coiuincat 939.d peccati & cōdemnationis, à qua ne-

mo præter Christum excipitur 989.d.990.e seruulis 933.d spiritus 251.a.b.c in tabulis lapideis, Dei digito cur sit exarata 934.h 936.g  
lex triplex mortalibus, à Deo prærogata 932.e.f legis diuinæ custodia 555.d notitia unde habeatur 224.f amulorum doctrina 329.d imbecillitas 700.f legis naturæ effectus 932.e.f à Legis obliuientia, neminem excludi 589.b absq; legis obedientia nulla generatio saluabitur 589.b legis obseruatione, homo Deo reconciliatur 589.b peccati incommoda 1093.b & prophetarum præcepta universa, sub legem caritatis & gratia redacta 935.d scripta uis 935.a.b temporum omnium unus effectus 777.c legi diuinæ, qui non obtemporant, Deum oderunt 589.c legi peccati, an quis uelit, nolit, fit substratus 544.f legem adimplere qui possit 36.e cur Deus dederit 216.e legem diuinæ sapientiae nō esse imponendam 228.f qui solicitus perficiat 589.b.c seruantibus, cur remuneracionis mercedem Deus promisit 216.f lege caritatis sola, salutem consequimur 936.h leges ad quid dispositæ 464.e legum sanctitarum causa 60.g legibus, an à Christi fidelibus, fit obedendum humanis 939.b  
leges quid aboleat 464.b libamen domino maximum 659.d libatio grata 319.d liberalitas 33.d liberalitatis utilitas 46.e liber uitæ 1057.c de Libro uitæ qui deleantur 477.a libri sacri an ueti sint, qui dubitent 153.b liberi & propinq; quomodo diligendi 831.b à Liberis & propinq; qui iusto Dei iudicio obliuionis traditæ

tradatur 830.h  
liberi per Christum facti, an ab eo deficere possint 207.c  
liberum arbitrium, cur Deus homini præbuerit 254.g  
an à Deo trahatur 778.e.f  
mutandi potentiam, nullus mortalium sibi uendicit 612.f  
liberi arbitrij dignitas 774.h  
unde commendetur 363.d  
dignitatem, quatenus homo delinquenda amiserit 506.h  
notas 556.f.h  
fides 1012.e virtus, an salutis, uel propriæ damnationis efficiatur causa 674.h  
libertas detestanda 601.b  
qua censenda ibid.  
libertatis aut condemnationis iudicium, qui non assequuntur 63.c  
libertatem fugit humilitas 592.e  
libertatem Christi ueram esse appetendam 129.d  
libidinis fomenta 918.e  
fores 1079.d  
suga quomodo perficiatur 557.c  
incen-  
tium 24.h  
libidinum incendia cohibus priuilegia 601.d  
libidines quid refrænet 257.b  
ligandi atque soluendi potestas, ubi nihil operetur 648.h  
lignum scientia boni & mali 1.c  
uitæ ibi. d.2.e  
in para-  
diso 44.e  
lignum uitæ quibus sit 27.b  
ligni uerti delicia, per lignum crucis donata 665.a  
ligni uitæ fructus 2.e.f.g.h  
ligni uitæ fructus specialis 32.c  
in Ligni uitæ fructib. quæ uitæ tertium gradum prome-  
reatur 31.c quartum sor-  
tiatur 52.f  
in Ligni uitæ fructibus, quæna virtus secundum locum te-  
neat 25.d  
qua virtus quin-  
tum locum teneat 60.e  
sextum ibi. f.65.d septimum ibi. 74.h octauum ibi. no-  
num 79.b.87.c decimum ibi. undecimū 93.a duo-  
decimum teneat locum 103.a  
ligni uitæ fructuum locum ultimum, quæ virtus possi-  
deat 115.c  
in ligni uitæ ordine, fructus ter-  
tius 35.c.d quartus ibid.  
ligni uitæ radicis effectus, quæ  
uitæ gerat 10.e fructus  
immarcessibilis 25.c  
ligno honoris exhibiti origo 214.g  
lili flos 96.h  
lingua reflectionis tēpore, qui-  
bus religanda 184.g  
lingua effrānis mala 89.c.d  
373.a intemperantia pru-  
denter proficiens cohie-  
benda 727.a.b  
ex Lingua lapsu maxima oriri  
Christi seruis detrimenta 161.c.162.e  
lingua loquacis mala 541.c  
lingua ostia quando aperiens  
da 373.b  
lingue pernicies inquietū ma-  
lum, nequitiarum riuli 152.e.f  
prudenter exerci-  
tæ præconia 869.c  
linguam optimè compescit hu-  
militas 750.f  
quid componat 553.d  
ta-  
citurnitat prius quam ser-  
mocinationi assuescendam 247.d  
ab utilibus interdū sermonibus cohibendam 248.e  
linguarum diuersitas in mun-  
do, cur exorta sit 1051.a.b  
linguosus, ad malum semper  
pronos, & ruinæ propin-  
quus 248.e  
literæ, intelligētæ, ueritatis in-  
sacrī scripturis appre-  
hensio 317.c  
literæ lex 677.c  
litium inter homines origo 374.e  
liuoris infirmitas hominibus  
insanabilis 157.b.c semina-  
rium 374.h  
liuorem fraternalæ prosperitatis  
superandri ratio 744.h  
loci stabilitatis & mobilitatis  
effectus 77.c  
locationis incōsideratæ pestis 163.c  
longanimitas describitur 560  
g.h.562.e  
longanimitatis Dei testimonia 875.a erga peccatores de-  
scriptio 940.e.f.g.h  
ad Longanimitatis toleratiæ  
exhortatio 562.e.f

loquacitatis inanis, & præsum-  
ptuosa mala 162.f.g  
loqui qui recte sciat 29.c  
loqui publicè quos deceat 163.a  
loquendi benè regula 373.a  
materiam indeficientem ser-  
uos Dei inuenire 164.h  
ad Loquendum effrāno reme-  
dia 729.a.b  
Iorica spiritualis 549.c  
Loth commendatio 541.a  
S.Lucæ doctrina 676.f.g mor-  
tis locus 677.b  
lucernæ, pedibus ambulātum  
huius uitæ perlucidum  
exhibentes 643.a spiritua-  
les 1058.h.1059.a  
lucrum bonum 833.d  
à Lucia spirituali qui remouē-  
di 1092.h  
luctatores eximij in perfecto-  
rum numero cēsendi 548.h  
lugentium in altera uita præ-  
mium 220.f  
lumē diuinorum iudiciorum  
mortib. inaccessibile 400.h  
lumen fidei formatæ 1031.a  
lumen uerum à quibus sit ui-  
sum 209.c  
lumen uespertinum 834.c.f  
luminis Christi effectus 209.a  
luminis diuini speculum 208.h  
ueritatis efficacia 1061.e  
ad Lumen trahi, & in lumine  
Deo differunt 1061.b.c  
de Lumine in lumen qui pro-  
fiscatur 213.c.d  
luminaria spiritualia, quibus  
illustratur & decoratur ecclæ-  
sia 865.c  
lux quid sit 322.e  
lux bona 834.f matutina, me-  
ridiana ibi. duplex, solis &  
sapientiæ 1009.b.c.d  
lux naturalis æternæ assimila-  
tur 639.d quam sit necessa-  
ria 966.g.h  
lux spūalis 836.e.565.d quo-  
modo oriatur cum occasum  
in se nesciat ibi. & 566.e in  
hac uitæ peregrinatibus ne-  
cessaria 642.h.381.a.b ad  
cordis munditiam 1084.e.f  
lux uespertina 833.a.834.f  
ueritatis æternæ, an repro-  
bis impertiatur 1062.e  
in Lucis angelum, diabolus  
quibus

quibus se transfiguret: &  
q̄itia sub uirtutū specie sua  
dere continue nitatur 155.a  
beatorum præsentis & fu-  
tu⁹ declaratio 1061.c.d  
lucis diuinæ cōmendatio 208.  
g & humilitatis familiari-  
tas reciproca 1060.e excel-  
lentia, quæ à mundis corde  
cernitur 381.a increatæ ex-  
cellentia quæ humano non  
potest explicari eloquo  
1063.a.b  
lucis matutinæ uis 835.c ex-  
cellentia & effectus 1084.e.f  
meridianæ efficacia 835.d  
836.e.f.g.h spiritualis ex-  
cellētia, & qualiter ad ipsius  
perueniatur notitiam 206.  
h & corporalis utilitas  
1060.f.g.h.1061.a tempo-  
ralis uitæ 381.a uera fru-  
ctus 208.f  
lucem ueritatis habentium si-  
gna 317.d.318.e cuius ho-  
mini Christus non cessat in-  
fundere 1011.c.d.1012.e  
Iucem inuisibilē, quibus Deus  
ostendat 21.d  
Luciferi casus 941.d 942.e  
lapsus 671.b.1066.g.h  
luxuriæ delicta detestabilia  
819.a  
luxuriæ maculas tergendi ra-  
tio 774.g  
**M**  
Acerationem carnis  
Deus ab hominibus  
non querit 1005.d  
magistratus seculares preci-  
bus mēdicare est impruden-  
tissimum 1089.c  
maiestatis diuinæ præclarissi-  
mum speculum 405.a  
maiestatem cælestem ad se acce-  
dentes fouere 166.f  
maledictorum figuræ 491.b.c  
malignitatis effectus 457.d  
458.e  
malignorum oppressiones,  
æquanimiter sunt ferendæ  
939.b  
malitia crudelis, & detestanda  
63.b  
malitia, quæ nullam meretur  
ueniam, descriptio 701.d  
malitia inuentor 147.b  
malus an possit esse excusabi-  
lis 775.a  
malum, hominem per se posse,  
quibus

non autem bonum, sine Dei  
adiutorio 250.e  
mali Deum quomodo perse-  
quantur 378.f  
mali an ad libitū malum perfis-  
ciant 465.c  
malorum natura 613.b uita  
detestabilis, iustis onerosa  
540.h  
per Malos Deus loquitur  
344.f  
malum unde emanarit 775.  
a.b  
malum magnum 541.c  
mala bonis, & bona malis, in  
hac uita à Deo, cur irrogen-  
tur 859.d  
mala præsentia quem non cor-  
rigunt, ad sequentia perdu-  
cunt 56.h sua qui ament  
24.f omnia terrena Chri-  
stiano ferenda 59.b  
malorum omnium causa po-  
tissima 119.b.c 934.f.g.h  
incen-  
tium 60.g origo 916.g remedium 67.c  
omnium radix 977.a se-  
minarium 969.b ultimū 88.g  
ad Mala uitæ præsentis, & quia-  
nimiter perferenda exhorta-  
tio 1093.c.d 1094.e.f.g.h  
1095.a  
mandatum dulcedine & dele-  
ctatione plenum 331.c mer-  
cede exuberantissimum  
331.d  
mandatum uetus quando in-  
firmatum 331.c  
mandati Dēi transgressionem,  
nō esse graue peccatum, cur  
multi sibi suadeant 989.b  
mandati sanctio, cur statuta sit  
325.d Deum & proximum  
diligendi declaratio 1108.f  
mandato nouo, fueritne ali-  
quid simile in uniuersa ue-  
teris legis lectione 325.c  
mandatum domini qui possit  
perficere 36.e  
mandata cur contemnatur  
577.c prohibitiōis & præ-  
ceptionis 933.b.c  
mandata spiritualia 628.h  
an fintalia religiosis, quæni  
secularib. proposita 1099.d  
mandatorum obseruantia, ad  
beatitudinem teridere desi-  
derantibus, est prorsus ne-  
cessaria 959.c sine qua ne-  
cessaria 614.e.f  
b.Mariæ Christus, cui obtem-  
pere 3 petatis

perauerit 948.e.f  
 b. Martini perfectio 683.c.d  
 685.d uitæ insignia 686.e  
 martyr sine ferro mortiens  
 685.a  
 martyres cur fuerint coronati  
 777.d.778.e sine ferro &  
 flamma, quomodo esse pos-  
 simus 54.g seculum, cur  
 spreuerint 629.d supplicia  
 tanta, cur uoluerint perfer-  
 re 840.f curtæ & talia pa-  
 siflant 15.b tormenta illata  
 quando superarint 232.f  
 g.h uoluntate nō actu qui  
 604.f  
 martyrum ac sanctorum ago-  
 nes, cur in ecclesia recitetur  
 797.a Christi gesta enar-  
 rantur 1093.d.1094.e cō-  
 stantia 132.g.h facta fortia  
 231.b.c fides 19.c 282.e  
 568.e.f gesta pīs sunt con-  
 sideranda 891.a.b men-  
 tes emollire ac flectere, quo  
 medio diabolus curauerit  
 156.e uictoria causa 653.a  
 martyrum sanctorum uirtutis  
 & constantia origo 911.d  
 martyrij certamen concupisce-  
 re, cui sit facile 604.g  
 martyrij genus insigne 655.b  
 genus magnum & singula-  
 re 685.a generatia 603.d  
 604.e.f mater 17.a  
 b. mater Christi de omnibus  
 quæ ad interioris hominis  
 compositionem, morumq.  
 pertinent grauitatem, unde  
 informata sit 597.a  
 matris cum caritate compara-  
 tio 37.b  
 matrem tantum unam in car-  
 ne Christus habere uoluit,  
 multas in spiritu, cur uelit  
 1021.c  
 matrimonij institutio 71.d  
 Matthiae & Barsabæ ad aposto-  
 latum electio 617.c  
 medendi peritia, unde sumpe-  
 rit principium 494.h  
 Mediator noster, an aliquid i-  
 gnorauerit 241.a ceruo as-  
 similatur 1097.c  
 Mediatoris Christi agon triū-  
 phalis 409.c ad passionis  
 supplicium preferendū ma-  
 gnitudo 436.e  
 Mediatoris nostri manu  
 672.f

per Mediatoris Christi natu-  
 ram uisibilem, qualiter me-  
 diante fide, homo ad inuisi-  
 bilia sit prouectus 532.e  
 mediatoris officium 210.e.f  
 zelus & potestas 240.e.f.g  
 medicamentum ad detergen-  
 da sclera optimum 981.b  
 medicina cælestis 1006.e  
 medicus uerus 525.a  
 medicorum cum animæ pasto  
 ribus comparatio 141.e  
 meditatio 110.h eius genera-  
 tria ibid.  
 meditatio omni Christiano  
 necessaria 293.d 294.e.f  
 1034.e.f.g  
 meditationis attentæ fructus  
 302.g.h  
 membrorum Christi concor-  
 dia 573.a.b.c.d  
 membrorum corporis & pro-  
 ximi dilectionis similitudo  
 51.b.c.d.52.e corporis cō-  
 cordia descriptio 851.c.d  
 852.e  
 membrorum ecclesiæ officia  
 955.b  
 memoria 26.g.h.27.a  
 mendacis poena 727.c.d  
 mendicare, incumbente neces-  
 sitate, leges concedunt  
 884.h  
 mens carnalis spiritualis intel-  
 ligentia mysteria non capit  
 317.c  
 mens eleuata supra se, in nu-  
 ptiale cælestis spōsi intro-  
 ducitur thalamum 882.h  
 883.a hominis, quomodo  
 efficiatur mala 838.e huma-  
 na delicijs temporalibus as-  
 sueta, quomodo illis se pri-  
 uari patiatur 136.h huma-  
 na in poenit., quibus fiat hi-  
 laris 551.d inquieta, sermo-  
 nibus sapientia, an erudia-  
 tur 337.a  
 mens quibus instauretur 4.f  
 inuisa & noua, cur semper  
 querat 489.c Deum lo-  
 quentem, ubi audiat 261.b  
 sapientia splendore, quādo  
 fulgeat 593.d lumen ueri-  
 tatis, quomodo percipiat  
 139.b quomodo moriatur  
 25.a polluatur ibi. mun-  
 dialibus negocijs inuoluta,  
 mari turbato alsimilatus  
 864.e

mens quando optime occupe-  
 tur 319.d  
 mens pia solis claritati assimi-  
 latur 613.b quomodo ro-  
 boranda 5.d à soliditate  
 quando non decidat 221.a  
 ueritatis lumine irradiata  
 554.e uoluptatum amatrix  
 quibus exaggeretur incom-  
 modis 23.d  
 mentis abscondita, cuncta quid  
 manifestet 71.a affectio di-  
 ligenter examinanda 298.f  
 status circumspecte compo-  
 nendus ibid.g caritate af-  
 fecta qualitas 37.a claritas  
 qualiter reformetur 299.d  
 contritæ sacrificij fructus  
 1107.d disciplina 302.g  
 orationis funiculus 302.g  
 dispersionis coadunatio  
 105.a domicilium qui per  
 inanes cogitationes deserit,  
 cui assimiletur 1087.d in  
 elatione ruina 68.e erectio  
 498.h  
 mentis eruditæ robur 166.e  
 exercitia in quib. se occupat,  
 qui spiritualem solitudinem  
 possident 759.d gaudium  
 374.e  
 in Mentis habitaculo, quando  
 uitiorum contentio oriatur  
 439.c mentis hebetudinis  
 origo 88.g  
 mentis humilis conuiuum  
 1016.f  
 mentis impudicæ ac frigidæ in-  
 dicium 280.h reprobæ ibi.  
 impudicæ indicium notissi-  
 mum 147.h  
 mentis innocētia, pro aliorum  
 commodis, ne perdatur ca-  
 uendum 253.a lumine cur  
 homines careant, sui Dei q.  
 cognitionem amittat 669.d  
 machina 42.h oculū quid  
 obnubiler 156.g ad oratio-  
 nem dispositio 108.e.f pa-  
 catæ uitius & indicij 121.b  
 prauæ mala 77.a solidita-  
 tis uera indicia ibi.a.b  
 in Mentis pomerio cōtempla-  
 tionis receptacula, quis edi-  
 ficare ualeat 256.f  
 mentis pugna quam corporis  
 laboriosior 655.b rationa-  
 lis cib. proprius 317.d.318.e  
 splendore ueritatis illustrata  
 felicitas 1061.a. rubigo  
 224.e

224.e. tentationes uarie 260.  
 g.h trāquillitas 679.a uin-  
 cula 268.f temperatæ uit-  
 tute, decorata fructus 257.  
 b.c  
 mēti suæ qui imperare nequit,  
 Deo nunquam poterit esse  
 subiectus 674.e  
 mentem quid conseruet 5.a  
 ad contemplanda cælestia  
 gulæ appetitu impediri 88.e  
 qualem dominus diligt  
 137.b qualem omnipotēs  
 dignanter inhabitet 645.a  
 mentem simplicem à domino  
 uisitari 175.a  
 mente cæci 833.c  
 mentes fidelium in fide, quo-  
 modo roboretæ 17.d  
 mentium arcana qui curiose  
 percunctatur, spiritualiter  
 iudicare se nescit 726.f cō-  
 cordia 39.a diligētū Chris-  
 tum interna solatia 554.e.f  
 mentium iustarum de legis di-  
 uinæ autoritate testimoniū  
 202.h  
 mentium magnarum exerci-  
 tia 996.e indicia 384.f o=  
 pus 253.b.1055.d.1056.e  
 est magnarum uoluntarium  
 contra se bellum indicere  
 544.h  
 mētium sanctarum proprium  
 446.f  
 mercatorū studium, pīs in spi-  
 ritualib. imitandū proponi-  
 tur 1013.d.1014.e  
 merces certaminis 220.h  
 merces eterna sine exercitatio-  
 nis promptitudine non ac-  
 quiritur 603.b laborantiū  
 993.d  
 merces maxima 974.h  
 merces sempiterna, an gratis  
 donetur 654.g spiritualis  
 iustorum peregrinantium  
 214.e  
 mercenarij inutiles 577.c  
 merendi per carnis cōsumptio-  
 nem copia admittur 202.g  
 uitius unde generetur  
 776.e.f  
 merentes seu demerendi occa-  
 sio 777.c  
 ad Merēdum tempus, quibus  
 desit 739.d  
 meritusne sit Christus tāquam  
 homo & Deus 1111.a.b  
 meritum quid augeat 373.a

præclaræ uictoria 820.f.g  
 militibus Christi pugnādi ne-  
 cessitas indicta 1024.e.f  
 ad Milites Christi exhortatio  
 532.g.h 599.a.b.c.746.g  
 oratio 233.d.234.e.331.a  
 408.g.409.a.sermo 1049.c  
 militia spiritualis describitur  
 893.d.894.e.f  
 militiae Christianæ arma 234.e  
 549.b stipendia 968.f  
 militiae spiritualis disciplina  
 1019.a.b.c.d  
 militiam Dei aggressus caueat,  
 ne repēte se ad exteriora ex-  
 ercita transferat 186.e  
 militare Christo in spiritu uo-  
 lentium exercitatio 581.b.c  
 militare duobus contrarijs si-  
 mul non posse 185.c  
 militantes Christo, quibus sp̄t  
 ritualibus studijs se exercere  
 debeant, ut ad perfectionis  
 fastigium attingere queant  
 194.h regum mortaliū mī-  
 nistris conferuntur 668.f  
 militantium Christo, & trium-  
 phantium conditio 134.  
 f.g  
 militantium Christo officium  
 144.g.h  
 militantum non recte Christo  
 quadruplex species 467.b.  
 c.d.468.e.f Christo strenue  
 quanta sit lætitia 840.g  
 militantium in ecclesia tria ges-  
 nera 2.e  
 militantium regi æterno stu-  
 dium 168.f.g  
 militäibus Christo qualis de-  
 beat esse extrinsecus, & in-  
 trinsecus humilitatis disci-  
 plina 591.d.592.e longa-  
 nimitatis opportuna praco-  
 nia 560.f in hac peregrina-  
 tione spiritualia non defunt  
 solatia 909.a  
 militantibus Deo, discretionis  
 regula tenenda 737.a.b  
 minister domini Iesu uetus  
 qui sit 64.g Christi qualis  
 esse debeat 713.b  
 minister uerbi, si quē iniquum  
 scienter p̄tromoueat, illius  
 omnium criminum sit par-  
 ticeps 905.a  
 ministri Christi corona  
 907.b  
 ministri Christi officium à Pati-  
 lo descriptum 892.f  
 minis

R E R V M A C V O C V M

ministri Christi oratio qualis esse debeat 878.h.879.a puto fame, peste, gladijs afflito, officium 879.b.c quantum debet esse sufficientia 906.e.f.g.h ministri Dei, quos absoluere à peccatis debeant 814.h ministri iniqui, lupis assimilatur 905.a ministri mali opera 892.e.f.g ministri uerbi in die iudicij ex amen 905.c.d ministrum ecclesiae Christi cōcettationes & clamores non decent 904.f ministri tierbi notatur 577.a.b.578.e.f.g.579.a.b ministrorum Dei negligentia 685.b.c elegātia in quibus comprobetur ibi.c.d uerbierudiendi officium & forma 871.a.b.c.d.872.e.f.g opera 891.c Christi pondus unde agnoscatur 923.d potestas maxima ibi. meritum 924.e gemma 926.e ecclesiae culpa grauiissima 582.f.g ad Ministros ecclesiae sermo 975.d.976.e.f ministerium in ecclesia praeidentium, cur sit necessarium 853.d ministerium Christi quib. cōmittendum 905.a ministerij Christi uituperij origo 892.f.g.h miracula per angelos fieri 272.g quæ sint dicenda 272.h operādi uirtus, qui bus conseratur 272.h miracula facerē, bonis & malis est commune 1030.f.g.h miseratiū in altera uita præmium 220.f miserationis diuinæ ineffabiles diuitiæ 821.d diuitiæ ubi inuestigandæ & confiderandæ 648.e.f maximum iudiciū 361.b.756.h.644.e singulare 412.h pietate plementissimum 603.d munus maximum 551.c singulare opus 610.f mysterium 451.a præfigium certum 718.h miserationis Dei testimonia 875.a.b miserationum Dei commenda-

tio 1067.a.b miseria origo 60.f misericordia terminus 994.e misericors & miserator dominus 70.f.g misericordia 70.g Dei, quomodo præcedat & sequatur hominem 27.a falsis rationibus, quomodo obtinebitur 150.g ineffabilis commendatur 809.d.810.e.f misericordia conditoris præfigium 648.f Dei erga pecatores descriptio 940.e.f.g.h exemplar 1058.e.f commendatio 70.f.604.e 1067.a.b consideratio 6.f misericordia opera 378.h misericordia in Christo opera 874.h misericordiam Dei implorare quoties peccatorem oporteat 1087.c quo latius Deus prærogat, eo distictius delinquentibus iram infert 520.f ad Misericordiam Dei promerendum suffragantia 1005.d de Misericordia Dei, cur nemini sit desperandum 708.e misericordia domini 756.g.h mitium in altera uita præmiū 220.f mitium natura 1025.b uox, mores ibid. qui Mittantur à Deo 586.h modestia 49.d mœror ubi locum non habeat 166.h mœroris causa Paulo quem fuit 1018.f.g mœrorem & gaudium qui sibi inuicem communicent 275.a monacho nihil proprium in seculo 697.d.698.e monachum diabolus, quo uitio præcipitem trahat maximum ad mortem, & perducat 64.e monachorum status, quam sit securus 970.h.971.a sub Monasterij disciplina positos, proflus decere silentiū 163.b.c in Monasterio qualis esse debeat habitantium mutua & fraterna conuersatio 188.g monasteria cur sint erecta 119.c monasteria in ecclesia, quibus ex causis instituta 970.e.f monasteriorum commendatio 973.d.974.e.975.a.b prouentus 976.g monasteria ociosis, nihil prodesse 159.c.d. 160.e.f.g.h 161.a monasticam conuersationem deserentium status 123.a.b montes dulcedinem, quando stillauerint 596.f morborum omnium in humano corpore causa 1073.a.b mores simulati unde lumpulent principium 215.c morum argumentum ex mismis cognosci 99.c morum bonorum denunciator 375.c ad Morum probitatem exemplum efficax 690.g mores inueteratos abolere, difficultum 227.c morib. à fidei confessione non esse discordandum 355.c moriens æquissimè obliuiscitur sui, qui dū uiueret oblitus est Dei 790.h erga Morientium animas ineffabilis Dei affectus 821.d mori in corpore pro dñmno qui possit 38.g mori desiderare pro Christo, quando laudabile sit 604.g mori spiritualiter 482.e unusquisq; sua sponte ualeat, resurgere uero minime 808.g mori uel uiuere ex arbitrio proprio quisque dicitur 820.e mortales quanta sint in cælis reposita gaudia, cur nesciat 199.b cur tam incontinenter uiuant, & effrænatelo quantur 575.d ad alta ascendere, cur naturaliter ambiant 1113.c.d. cur non resplicant, & ad se redeant 594.h mortalium cœpitatis descriptio 79.c.d.603.a.b conditio 992.f.g.1035.d.1036. mortalium præcipua dignitas 301.a mortalium genus cæcum 397.a insolentia damna tur 703.c.d mortalium

I N L. I V S T. I N D E X.

mortalium occupationes cæci tate esse inuolutas 254.e.f perniciosa opinio 987.a ruinæ occasio 797.b mortalium omnium tenebræ 278.e.f.g prudentia cæca & infatuata 806.e.f mortalibus & immortalibus seruire, an quis ualeat 299.b mortalitatis nostræ naturam, cur Christus induerit 614.g mors naturæ munus necessarium 99.a mors duplex pro trægressio nis poena inflcta 356.g morum crudelis & pia 603.d mors morte pernicioſior 782.h mors omnium pessima 888.e mors & uita in hominis potestate 820.e mors spiritualis, quæ ad animam intret 1015.d mortis diræ fætor, quoties in cordis penetralia ingrediat 733.b futura cogitatio 98.f horam cur unicuiq; dominus uoluerit esse ignotam 790.h ianua 1012.e ex Mortis iugi memoria, quæ commoda cōferantur 97.a mortis necessitatis remedium 185.d necessitudo amoris probat incendium 604.f mortis spiritualis causa 782.h figura 783.a.b mortis ac uitæ imperium, an naturalis affectus habeat 676.e mortem esse præcauendam 185.c post Mortem qui merito ab hominum memoria tollatur 831.a morte dupli protoparentes damnati 689.d qui plectendus 391.c.885.a æterna, qui morte plectendit 352.h morte hominem plus allici, quam uita 221.c temporali & æterna, hominē dignum quid efficiat 63.d mortui in spiritu 898.e mundum qui sperrant 987.b in Mundo omnia à nobis preter tempus aliena 740.g mortuorum tria genera 808.f Moses oratione hostes superat 104.f populi Dei dux, cur electus fuerit 777.d munus acceptabile 319.g munus diuitibus & pauperibus commune 127.a.b.c munus singulare, & Deo gratissimum 582.h munerum à Magis Christo oblatorum explicatio 609.b.c.610.e munera sua, cur Deus eroget 200.g murmurationis mala 541.c 728.e mutatio almi spiritus beata 772.f mysterium magnum, & ueneratione dignissimum 852.e.f mysteria oratione aperiuntur 104.h per angelorum mysteria aperiri 272.g mysteria Dei secreta & profunda iudicia, cur penetrare cōtendamus 214.g mysteriorum domus 415.b N Atrium circūcisio 606.h natu ex Deo qui 38.f natum in nobis Iesum qualiter sentire poterimus 597.a natuitatis Christi meditatio 307.c.d.308.e.f natuitatis humanæ cōsideratio 97.b.c natuitatis loci Christi descripicio 86.e.f natuitati Christi diuersorum qualiter à nobis parandum 596.h.597.a natura per Adamū corrupta, quomodo reformat 216.e natura amatoris ueri 594.e natura nullo modo odio habenda 128.f in salutis adiutorium accommodata 231.d natura intellectuāl duplex 322.g humana ad diuinitatis thronum euecta 235.d naturæ angelicæ homo, quomodo similis reddatur 21.c naturæ decus 374.e debilitati spirituale remediuū ualde proficuum 451.c.d deordinatio, cui sit adscribenda 232.h deformitatem quando Deus reformare curauit 325.c naturæ exemplum 973.d laus 5.c lex 932.e nostræ soli licere mereri & demereri 202.e naturæ

naturæ humanæ mysteria sacratissima 1021.b descrip-  
tio 1094.g & uerbi unio  
1111.a opera penes homi-  
nes uiluile 594.g sublimi-  
tatis declaratio 1114.g or-  
namenta præcelsa 926.f.g  
præceptum 777.b præro-  
gatiæ, quas per inobedien-  
tiam homo amisit 933.d  
tribuere quod satis est, q[uo]d sit  
difficile 204.g uis maxi-  
ma 779.d  
naturæ diuinæ in Christo de-  
claratio 347.c cōsortes ex  
quibus efficiamur 594.e  
humanam in unitate perso-  
nali unum fieri 235.b.c  
naturæ diuinæ humanæ, sa-  
crofæcum mysterium 306  
g. & humanæ in Christo de-  
claratio 1063.b.c.d. 1064.e  
f.g.h. 1065.a.b  
naturæ humanaæ post diluuiū  
conditio 934.h conditio-  
nis consideratio 1035.d  
1036.e consideratio 125.d  
290.h elegantia 301.a  
naturæ humanaæ infirmitates  
854.e spirituales paſſiones  
ibid. e.f  
naturæ nostræ conditio 396.e  
cōditionis status quām mul-  
tiplici motu uarietur 42.h  
species in genere quot mo-  
dis, & quibus ex causis hu-  
miliata sit 1018.h. 1019.a  
naturam nostram, cur Deus af-  
sumperit 940.h  
naturæ tres in Christo 663.d  
naturalis decor, ubi eluceat  
232.f  
nautarum in tempeſtate mos  
549.d  
negatio desperati uiri 453.a.b  
negociatio bona 870.h  
in Negocio omni tam spiritua-  
li, quām humano, principa-  
tum tenet amor 1020.h  
negociorum ordinatio 30.h  
in Negocijs, cur Deus iustos  
comitetur 520.g  
negociatorum diligentia, cum  
prudentia, p[ro]p[ri]e[ti]as proponitur  
in spiritualibus imitanda  
1013.d. 1014.e.f  
neminem Christus respuit pu-  
gnare uolentem 567.b  
neophiti officium 993.b.c  
neophitorū obediētia 977.d

regiminis ratio 978.e.f.g  
nequitij, diabolus malorum  
inuentor quæ suadeat  
141.a  
numeris septenarius septifora-  
mis gratiæ sancti spiritus in  
Christo per prophetam ex-  
pressus 663.a  
nuptiæ spirituales 967.c  
ad Nuptias spirituales uocati  
1026.g.h  
nutrimentum p[ro]p[ri]e[ti]as saluificum  
164.e. 184.f. 224.h. 399.c  
423.b. 742.e

**O**

Bediendi norma 847.c  
ad Obedientium sibi,  
quām multipliciter  
nos alliciat dominus 946  
e.f.g  
obedientia 34.g  
obedientia ad salutem necessa-  
ria 60.f reprehensibilis  
triplex 63.d. 64.e quæ ab-  
sencia ibi.e.f commenda-  
bilis duplex ibi.f uera quæ  
exigat 77.h paradisum a-  
perit 216.e quām Deo pla-  
ceat 357.c.d  
obedientia duplex, necessita-  
tis, uidelicet, & uoluntatis  
948.f.g.h. 949.a humili-  
tati iungitur 1052.f.g  
sub Qbedientia agone in mo-  
nasterijs decertare pro do-  
mino eligentium officium  
165.b  
in Obedientia agone qui per-  
seuerat, merito commenda-  
tione sunt digni 992.f.g  
obedientiæ Deo, ab omnibus  
merito debitæ, uaria exépla  
946.e.f.g.h  
obedientiæ diffinitio 60.f effi-  
cacia 1099.a  
sine Obedientiæ disciplina ne-  
mo in cælum intromittitur  
777.d exemplar 1057.d  
effectus multiplices 61.c. 62  
f.g. efficacia 937.d. 938.e  
formula 136.e.f gradus &  
fectio 64.g.h. 65.a.b. 1099.a  
gradus tres 948.e lex 777  
c mādata cur Deus institue-  
tuerit 216.e obsequia Deo  
uera quādo reddamus 65.a  
radix immortalis 939.d re-  
pugnatiæ 62.b species du-  
plex speculum præclarissi-  
mum 947.a  
obedientiæ

obedientiæ sanctæ speculū ſin-  
gulare 973.d. 974.e uirtus  
quanti sit apud Deum me-  
riti 1099.d uirtus 60.f  
134.h uirtutis dignitas, ex  
quibus clarescat 61.c  
ad Obedientiæ uirtutem exem-  
plis insensibilium creatura-  
rum, angelorum & Christi,  
quomodo prouocetur mor-  
tales 60.h. 61.a  
absque Obedientiæ uirtute,  
neminem adulterum & discre-  
tione utentem saluari posse  
948.f  
obedientiæ Christus unde di-  
dicerit 61.b  
ad Obedientiam regularem  
uocati officium 993.c.d  
in Obedientia qui perfectus ce-  
rendus 64.f  
sub Obedientia qualiter se exer-  
cere debeat, quisquis in ipsis  
cōgregationib. laudabiliter  
militare uoluerit 133.d  
obedientis orationis efficacia  
62.e  
obedientium persona mysticæ  
præfigurata 482.e  
in Oblationibus quæ fuerint  
præfigurata 312.f  
oblectamentū præcipuum à Deo  
hominib. prærogatiū 680.e  
oblectamenta noua qui sem-  
per meditentur inueniri  
225.d  
obsequio alieno, cur nemo sit  
qui non indigeat 1101.b.  
c.d  
obsequendi uia 947.a.b  
obseruantia quid sit 32.f  
obseruantæ regularis exordi-  
um 975.a  
oliuæ flos 96.h  
obstinati, ut ad Deum conuer-  
tantur, admonentur 762.e  
obtemperare Deo, cur omnes  
teneamur 774.e.f. quod mo-  
dis omnes constringamur  
946.e.f.g.h  
onera ambulantibus in spiritu  
ualde contraria 658.h  
opificis æterni uestigia 669.d  
opifitione falsa delusi, qui de-  
linquist, sunt innumeri 989  
a.b.c  
opinionum cur mūdus sit ple-  
nus 214.g  
occupationes p[ro]p[ri]e[ti]as 597.a  
occupationū spiritualium fru-  
ctus 111.d  
oculus carnis & rationis  
306.g

opus Dei præcipuum 608.e  
opus Deo gratum 1071.a  
Deo gratissimum 585.a  
præcipuum & acceptabile  
544.h  
operis cultus 34.g  
operis diuīſio 2.h  
operi manuum sancti statuto  
tempore desudabat 739.a.b.c  
opere plenius doceri, quām  
sermone 15.c  
opere perficere, cur tam fre-  
quenter prætermittamus,  
quod desiderāter gestamus  
in corde 604.g  
opera bona, an Dei electionem  
præcedant 371.a.b  
opera Dei miranda 129.a.b  
non itudia esse intelligentia  
1114.e diuina & huma-  
na, qualia sint 1017.c.d  
opera famulantium Christo  
974.e.f.g  
opera gratiæ ueneranda, non  
inquirenda 244.h. 245.a  
opera humana, cur sint Deo ac-  
cepta 776.f.g. in felauda-  
bilia, qua intentione facien-  
da 1005.a.b  
opera misericordiæ spiritualia  
& corporalia 998.g.h  
opera misericordiæ in extre-  
mo iudicio, cur Deus coro-  
handa promittat 1004.h  
opera naturæ, quorsum con-  
ditia 594.g. quātum uis bo-  
na absque Dei misericordia  
nihil sunt 1103.a  
in Operum exteriorum aper-  
to adificiū erigentes, & non  
in interiori homine funda-  
menta uirtutum iacentes,  
caso labore desudare 193.b  
operum laudabilium merces  
555.d  
operum suorum quisq[ue] exci-  
piet merita 744.g. nostro-  
rum merita, ex gratia Dei, u  
beroc[us] nostro arbitrio pro-  
creari 774.h singulorum  
apud Deum retributio uera  
871.d  
fine Operum bonorum exer-  
citatione, an quis diuina pos-  
sit fruitione latari 708.f  
operum bonorum exempla  
quantum adificant 866.f  
operum Dei arcana mysteria,  
minime curioſe ſcrutanda  
984.f.g  
operum

operum diuinorum mysteria  
244.e.f.g  
opera spiritualia cur homo fa-  
stidat 300.h  
de Operibus solis, in extre-  
mo iudicio disceptatio fiet  
792.h  
in Operibus exterioribus, &  
necessitatib. proximorum,  
seruorum Christi officium  
185.d  
ex Operibus suis suam ualeat  
quisque metiri mercedem  
634.f  
operari multa nō adhibita in-  
tentionis recte custodia, pa-  
rum prodesse 196.g  
benè Operandi insuperabilis  
uigor, quibus cogitationib.  
robotetur 161.b  
operādi benè excellentia 363.  
c bonum nostrū omne nō  
meritis nostris, sed Dei mis-  
ericordiæ adscribendum  
1102.h.1103.a  
benè Operandian cunctis in-  
cumbat necessitas 521.c  
benè operandi præcipua diffi-  
cultas 587.b  
operandi libertatē quādo ho-  
mo amiserit 552.g  
operationis cœlestis superemi-  
nentia ubi pateat 645.c  
cur Orauerit Christus 751.d  
orare spiritu 752.f  
orandum ubi, in quo loco, &  
quo tempore 108.h.109.c  
& quomodo sit 113.a.b.c.d  
orāndi documentum 437.c  
modus 438.e modus & tē-  
pus 171.c.174.e.178.e  
392.e.f modus duplex, &  
quibus singularis spéciali-  
ter cōgruat 751.d modus  
1101.b.1102.f.g spiritualis  
1103.d sublimitas 1101.b  
1102.e.f.g.h utilitas ibid.  
ad Orandum tria loca cōgrua-  
109.a non locus, sed affe-  
ctus eligendus 1103.b  
orantis anūmum quæ uigilan-  
tem efficiant 176.f mentis  
deuotione effectæ sterilis re-  
medium 1103.d  
oranti quid agendum sit 112.h  
113.a  
oranti mente quæ accidant  
1104.g  
orantes qualiter se habere de-  
beant ante orationem 171.c

orantes tacentes, ut plurimum  
dominus uisitare dignatur  
162.h  
orantes uarios insultus pati,  
ipsorumq; remedia 171.c  
175.b.c  
oratio 110.h quæ execrabilis  
392.g  
orantes uarios insultus pati,  
ipsorumq; remedia 171.c  
175.b.c  
oratio 110.h quæ execrabilis  
392.g  
oratio inutilis 105.g.h 106.a  
b in auribus Dei inexas-  
dibilis 109.c propora  
110.e saluti contraria 110.e  
præsumptuosa ibi.f ridicu-  
losa ibid.  
oratio deprecantis, ut perfecta  
sit, quæ debeat concurrere  
112.g.h nostra quando fiat  
Deo acceptabilis 1102.h  
quomodo decipiatur 224.g  
in orationis actu prudentiam  
esse adhibendam 112.h  
orationis bonum 171.c diffi-  
nitio 174.h diffinitiones  
103.d.104.e.dignitas 103.a  
effectus & laudes 171.c.174.  
h.178.g.h  
per Orationis exercitium, de  
multiugo ascensu in Deum  
tractatio 171.c.173.a  
orationis finis 177.d gradus  
1103.a.b. horas spiritus ma-  
ligni obseruant 178.e hu-  
milis & Dei beneficia reco-  
gnoscētis efficacia 1104.e.f  
orationis humilium efficacia  
1045.b.c.d ianua spiritua-  
lis 302.h impedimenta quæ  
faciant illam non exaudiri à  
domino 106.e  
orationis mentalis exercitatio  
& profectus 300.f  
orationis mūdē efficacia 303.a  
ornamenta spiritualia 1103.b  
ad Orationis portū, cur Chri-  
stus frequenter secesserit  
597.c  
orationis prolixitatem, Deus  
ab hominibus non querit  
1005.d refugium 437.b.c  
orationis sanctæ diuersæ spe-  
cies in duplice statu: quietis  
uidelicet, & pugnae 558.e.f  
sacrificium singuli diuersi-  
mōde Deo exhibent 558.g  
h species duæ earumq; diui-  
siones 109.d  
orationis spiritualis alæ 303.b  
regula 752.e studiū quām  
sit preciosum 301.b.c uir-  
tus 103.a.1102.f.g

orationis uirtus quibus esse  
cūbus eluceat 104.e.224.g  
uehiculū 392.f uocalis non  
intellectæ iudicium 1103.b  
utilitas 1103.c  
ad Orationem præparatio du-  
plex 105.a  
orationem exorabilem, quid  
reddat 105.a.b de ijs quæ  
disponunt animum, & exo-  
rabilem reddunt ibi.c uo-  
calem non semper esse repu-  
diandam 177.c ab ea quā-  
do cessandum ibi.  
post Orationē quid Christus  
egerit 442.e  
in Oratione qui Deo uacare  
uolunt, quales esse debeat  
105.a  
in Oratione qualiter homo se  
habere debeat 174.e quæ  
perquirenda ibi.h  
de Oratione iudicium qui re-  
portent 175.a  
in Oratione qui nullum perci-  
piat fructum 176.e qui nō  
repellantur 1095.b  
orationum forma 652.e.f.g  
genera uaria 109.d  
orationum sanctorum admi-  
nicula 680.h  
orationū uota, cur se Deus in-  
terdum audire dissimulet  
521.a.b  
orationes nostras esse exaudi-  
tas, quomodo intelligere  
possimus 428.f  
oratoribus ueris, omnem lo-  
cum, & omne tempus con-  
uenire 173.d.174.e  
orbis totius calamitatum ori-  
go 1080.e  
ad Ordines sacros, qui promo-  
uendi 905.a.b.c.d  
organa in ecclesia, hymnorum  
& psalmorū cantica, cur sint  
instituta 837.d  
origo omnis boni unde ma-  
net 1059.d bonorum om-  
nium 1118.f  
originis nostra consideratio  
97.b  
originalis pœna delicti 226.h  
pro Originalis culpe contagio  
detergēdo, quæ Deus insti-  
tuerit 605.c  
ornamenta spiritualia 915.d  
ornamenta animarum fide-  
lium qualia esse debeat  
1028.e.f

ornatus exterior nō reddit ho-  
minem gratum Deo, sed in-  
terior, qui in uirtutum con-  
summatione subsistit 914.f  
os qui regat ac temperet 89.c  
Oris circuncisio 606.h cul-  
tus 34.g deuota confessio  
ad promerendum ueniam  
efficax, cordisq; contritio  
963.d  
otium fugiendum 90.h.158.g  
h in claustro uiuetibus esse  
fugendum 159.c.d 160.e  
f.g.h.161.a.b caritatis ini-  
micum 528.e  
otij studiosi utilitas 111.c.d  
otiosum nihil fecisse Deum in  
natura 167.c  
ouis quælibet cum perit, an sit  
inexcusabilis 861.d  
oues Christi quomodo si uæ  
nales 905.b  
ouium Christi pabulum 913.c  
pascua uaria 788.f pasto-  
res, terrenarum facultatum  
sunt dispensatores 858.f pa-  
storū in die iudicij examen  
905.c.d  
In Ouium arbitrio positiū est,  
pastorem imitari, uel eū con-  
temnere 861.d  
oues pastor, cur agnoscere de-  
beat 690.g  
ad Oues Christi regendas, qui  
promouendi 905.a  
in Ouile domini per macerā  
intrare 928.g

**P** Abulapiorum 913.c  
**P** palatum famæ excitet, nō  
sapores 92.f  
palmes nullus ab ipso mundi  
exordio reperitur, qui non  
tribulatione purgatus sit  
360.f.g.h  
palmites qui non sint 359.c.d  
panis in eucharistia, an in cor-  
pus conuertatur 312.f  
panis quotidianus 1077.d  
panis uitæ sacramentaliter à pec-  
catoribus etiam sumitur  
1078.h  
sub Panis specie in sacramento  
quid sit 429.d.430.e & ui-  
ni accidētibus, quid fideles  
manduent 710.f  
Paracletus ubi agnoscatur  
288.f  
Paracletus quid 349.e  
Paracleti disciplina, q; dignus

efficiatur 213.b  
fine Paracleti gratia, an quis  
possit diuina custodire p̄ce-  
pta 349.c  
Paracletum quibus Deus mit-  
tat 349.d  
paradis spiritualis, quibus  
pateat 3.c  
paradisi amœnitatem, cur ho-  
mo perdiderit 595.a  
paradisi porta 993.d  
parentes primi à suæ celisti-  
nis arce, cur corruerint  
223.d  
parentum quandiu in mundo  
sumus, nos esse debitores  
61.d  
de Parētum nobilitate, an quis  
sit laudandus 94.h  
parentum in liberos eximia ca-  
ritas 125.a.b.c  
parentibus, cur Christus obe-  
diuerit 947.d.948.e  
parturire, nutritre Christum,  
qualiter debeamus 596.h  
paruulorum spiritu cibus  
1001.b  
pascua piorum uaria 788.f  
pascua spiritualia 676.e.786.  
e.f.g.841.c.962.f.g qualia  
sint, in quibus sponsus inter-  
lilia pasci perhibetur 784.g  
passio passione uincitur 231.d  
passionis Christi causa 625.a  
meditatio, quid in contem-  
plantis animo efficiat 18.f.g  
498.h speculum 505.d  
passionis sacramentum 436.e  
passionem Christi meditātes,  
qualiter diabolus conetur  
decipere 136.g meditan-  
tium triplex status ibi.  
passionum acerbissimarum  
exempla 891.a.b impetus  
discernere, quām sit utile  
1090.f  
passionibus Christi commu-  
nicandum esse 149.c.d  
150.e  
passiones carnis & animæ do-  
mitas tenentes, sapientia da-  
pibus saginantur 353.c  
pastor animarum medico con-  
fertur 141.c  
pastor bonus animarū, qualis  
esse debeat 789.a.913.c  
quid exercere debeat 881.a  
b.c  
pastori iustus 921.d  
pastor, ornatus uestiū, equo/

rum, domorū, epularumq;  
non querat 915.c  
promouere quos debeat  
905.a.b qui p̄cepta Dei  
neglit, fit iusto iudicio, ut  
sua despiciantur à plebe  
921.a subditos suos quali-  
ter corripere debeat 860.h  
861.a quantis ex compara-  
tione uisibili, debeat esse ful-  
tus uirtutibus 918.g  
pastoris animarum officium  
851.a  
pastoris boni propriū 913.d  
in conferendis beneficijs of-  
ficiū 904.f.g corona  
907.b lucerna ibi. exame  
coram Christo in die iudicij  
905.c.d fidelis & infidelis  
opera 892.f.g.h gloria  
900.f.g  
pastoris ianua, quibus patere  
debeat 919.a.b iudicis offi-  
cium 900.f.g  
pastoris mali opera 892.e  
ex Pastoris mali uita, qualia  
orientur scandalū 920.f.g  
pastoris mentis typus 915.b.c  
ne cadat munimenta 918.h  
negligentis pœna 143.a  
pastoris negligētis duplex cō-  
tritio & iudicium 861.b o/  
ratio qualis esse debeat 878.  
h.879.a.b patientia 921.d  
923.d.924.e.in personis ac-  
cipiendis officium 903.a.b  
prudentia in corrigendo  
873.d 874.e.f.g pruden-  
tia 918.e.f.921.b simplicis  
& fraudulentī differentia  
899.a.b taciturnitas à doc-  
mino damnatur 861.b  
pastoris ueri dignitas, forma  
578.h.579.a & ficti diffe-  
rentia 578.e.f.g.h ueri for-  
ma 690.f animarum regi-  
minis cura & forma à Paulo  
tradita 873.a op̄a 891.c  
interna uox 861.d uictus  
ratio 918.e.f. uita totius  
decursus nihil transbit indi-  
scussum atq; mūlum 905.d  
in uitijis corrigendis offi-  
cium 895.c.d.896.e.f.g.h  
pastori ornamenti tempora-  
lia sunt omnino cōtemnen-  
da 915.d spirituum discer-  
nēdorū munus à Deo pe-  
tendum 897.e  
pastori malo, an subesse de-  
beamus

beamus 956.e  
pastorem ouium Christi concertationes, & clamores nō decēt 904.f imitari uel cōtemnere, an sit in ouium arbitrio positum 861.d à Pastore uero quid alienū esse debeat 929.c  
pastores animarum quid prēdicare debeant 871.d.872.e an facultatum terrenū sint dispensatores 858.f cācis qui assimilentur 897.b diuitias cumulare desuēcat 928.h notantur 577.a.c. d.578.e.f.g.h.579.a ouibus tria debent 913.c plebibus, cur sint instituti 878.e.f  
pastores spirituales subditos delinquentes, qualiter corrigerere debeant 872.h 873.a.b.c absq; uita laudabili non saluantur 866.g  
pastorum autoritatis, & humilitatis exempla 895.c.d. 896.e.f.g.h  
pastorum confessio 925.c doctrina qualis esse debeat 871.a.b.c.d 872.e.f.g exēplum 883.d examen in die iudicij 905.c.d gemma 926.e meta spiritualis 914.e notitia qualis esse debeat 861.a officium 462.h ornamenata spiritualia 914.e peccata 925.c sub compendio regula 713.b in regimine animarum, quanta sufficiencia, quantaq; debeat esse sollicitudo 906.e.f.g uita, cur sit populis nota & despecta 685.b.c uoluptas maxima 929.a  
pastorum bonorum consuetudo 578.f.g.h.579.a  
pastorum superborum, & humilium conditio 1022.f.g.h  
pastoribus ecclesiæ uasa argentea & deaurata, an liceat habere 858.g fides quām sit necessaria 908.e  
pastoribus spiritualib. incumbit, exemplo ducis exercitus uisibilis, Dei populum spirituali gubernare in prēlio 906.e.f uiuendi ratio præscribitur 929.a.b.c.d  
pastores ecclesiæ de animarum regimine ab angelis instrui

273.b  
aduersus Pastores negligentes formidolosa comminatio 857.d.858.e dæmonū tentatio 919.b.c.d  
pastores in plebis cur Deus præficerit 578.h  
ad Pastores ecclesiæ admonitio 899.d qui in delicis corporalibus uiuunt, exhortatio 919.d.920.e.f  
à Pastoribus in extremo iudicio, quid exposctetur 291.c  
pastorale ministerium, quām sit laboriosum 848.f.849.b  
officium quid sit 858.e officium quantæ sublimitatis, quātumq; ad cælestem properendum beatitudinē habile sit 857.a.b.c  
pastorale gerēti officium quid expediatur 883.b.c  
pastoralis cathedra 886.g  
pastoralis ministerij finis 879.d  
pastoralis officij debitum qui persoluat 883.d quid sit 884.f.g  
pastoralis officij graue crimen 163.b formam ab Apostolis traditā, nostri uix dignatur aspicere 685.b officij forma 691.d  
pater ubi agnoscatur 288.f  
pater spiritualis qualis esse debeat 978.e.f  
patris in filium affectus 366.h  
Patris opera 287.d gloriam filius, quomodo reuelet 616.g Dei ac filij gaudium 367.c & filij una diuinitas 952.e cū filio æternæ substantiæ declaratio 1063.b.c  
patrisfamilias prudentis proprium 855.a.b  
ad Patrē quomodo fideles trahat filius 778.f  
patrum antiquorum uita 685.c  
patribus cur sint locuti angeli 877.a  
patribus cælestis contemplatio 288.g.h  
ad Patriam uia 1024.h  
patiendi speculum 15.c meritum ibid.  
patients uerè qui sit 53.d  
patientia medicinae assimilatur 54.h  
pastores ecclesiæ de animarum regimine ab angelis instrui

273.b  
aduersus Pastores negligentes formidolosa comminatio 857.d.858.e dæmonū tentatio 919.b.c.d  
pastores in plebis cur Deus præficerit 578.h  
ad Pastores ecclesiæ admonitio 899.d qui in delicis corporalibus uiuunt, exhortatio 919.d.920.e.f  
à Pastoribus in extremo iudicio, quid exposctetur 291.c  
pastorale ministerium, quām sit laboriosum 848.f.849.b  
officium quid sit 858.e officium quantæ sublimitatis, quātumq; ad cælestem properendum beatitudinē habile sit 857.a.b.c  
pastorale gerēti officium quid expediatur 883.b.c  
pastoralis cathedra 886.g  
pastoralis ministerij finis 879.d  
pastoralis officij debitum qui persoluat 883.d quid sit 884.f.g  
pastoralis officij graue crimen 163.b formam ab Apostolis traditā, nostri uix dignatur aspicere 685.b officij forma 691.d  
pater ubi agnoscatur 288.f  
pater spiritualis qualis esse debeat 978.e.f  
patris in filium affectus 366.h  
Patris opera 287.d gloriam filius, quomodo reuelet 616.g Dei ac filij gaudium 367.c & filij una diuinitas 952.e cū filio æternæ substantiæ declaratio 1063.b.c  
patrisfamilias prudentis proprium 855.a.b  
ad Patrē quomodo fideles trahat filius 778.f  
patrum antiquorum uita 685.c  
patribus cur sint locuti angeli 877.a  
patribus cælestis contemplatio 288.g.h  
ad Patriam uia 1024.h  
patiendi speculum 15.c meritum ibid.  
patients uerè qui sit 53.d  
patientia medicinae assimilatur 54.h  
pastores ecclesiæ de animarum regimine ab angelis instrui

uouentaria 34.e  
patientia actus 53.c diffinitio 53.c effectus 154.e.f excellētia 53.d exemplum solidum 491.a.b exemplar 1058.f genitrix 54.h patientia gradus 59.b.c finis 53.a  
patientia fundamentum, quo modo collocandum 53.a perfectio 59.b.c patientia perfecta uera uictoria 60.e patientia status differentes 59.b.c patiētia uirtus quibus modis exerceri soleat 56.e ad Patientiam adipiscendam uia 54.h ad Patientiam quod confiderationibus uehementer homo præparetur 58.g patientiam quæ nutritant 59.d patrocinij sanctorum, an indigamus 661.a pauidus qui semper est, beatus 1036.f beatus Paulus de Christi diuinitate & scientia fideliter uisionem eruditus 646.h 647.a beati Pauli alimentum 867.b diuini Pauli conuersio 129.a 611.b.c.d.612.e inconsulta petatio 652.e beati Pauli ante uocationem conditio 646.e in Paulo reuelationis testimoniū 646.h.647.a pauperis & diuinitis alimentum 742.e pauperis ulceribus contabescētes, & anhelitu foctidi, cur non sint contemnēdi 523.a pauperum consolatio uera 81.d diuitia 683.d inalterata uita præmium 220.f pauperum pupillorum & uideuarum redditus 928.h alienigenarum exemplar 1097.d pauperas animam ad quātam perfectionem deducat 82.f.83.a ad contemplationis erectionem utilis 84.h ad euangelicæ prædicacionis promulgationem utilis 83.c.d paupertas felix 833.d paupertas 834.e

paupertas ad uitæ æternæ perfruitionem utilis 84.e ad uitæ exercitium utilis 83.a laudabilis 266.h paupertas spiritus, quæ diuitæ in Christo facit 978.h paupertas uoluntaria, quibus amplectenda 80.g paupertatis amatorum bona, quibus ditentur 80.f amor ubi eluceat 891.b. bonum 82.e. bona 870.g diffinitio 80.e donū 79.b exemplar uerum 1057.c paupertatis formam quā Chri stus seruauit & Apostolis seruandam instituit 86.e.f.g gradus primus 85.a secundus ibi.c tertius 86.e paupertatis perfectio, & perfectionis celstido 87.b pulchritudinis descriptio 86.h sectatorum bona, quibus ditentur 81.a.b.c.d uirtus 79.b utilitas 82.f paupertatis uoluntariae beatitudi 121.b.c felicitas 74.g 973.  
pax cum quibus nulla firmari da 151.c quibus sit 471.a.b ubi nō reperiatur 357.a pacis amatores qui sint 33.a descriptio 52.h receptaculum 870.g ad Pacis sectatores oratio 397.b.c.d ad Pacem quomodo peruenitur 53.a pacem qui dirumpat 156.g in homine quid impedit 232.f pacem pater quādo nobis do nauerit 356.h pacem creatura nulla, sui dilectoribus præstat 397.a paciforum in altera uita præmium 220.f peccat nemo mortaliter iniuitus 1012.e.f an Peccet quis reclamante conscientia 1042.g peccandi consuetudo uoluntaria, quām sit detestabilis 1074.h.1075.a displicentia, unde emergat 964.e peccandi necessitas unde emerit 1018.e.f peccantium gaudium 389.b omne genus posse saluari 783.a.b uia 58.g

peccator ad Deum, quomodo cōuertatur 649.b ubi laudetur 1003.d opus bonum an exercere ualeat 820.h peccator nullus temere contemnendus 1005.b peccatoris anima eo modo ad æternæ uitæ meritum lāguet in opere, quo exanimē corporis in actione agnoscitur es se inutile 820.h peccatoris, iaculo desperatio nis trāfixi, cōflugium 150.h peccatoris fructus 372.f peccatoris uires, ubi reparen tur 230.e.f.g peccatori non esse desperandum 245.a percatorem, cur cogitationes in conscientia secreto accu sent 939.d peccatore ad sui cognitionem nunquam attingere 279.b ad Peccatorem, emendatoris uitæ uiam arripere conantē, exhortatio 650.e.f.g peccatores qui meritò plangē di 827.c.d peccatores à quibus laudētur 1003.d.1004.e peccatorum affectio, cur iuste damnetur 758.e in Peccatorum cordibus, pax non reperitur 357.a peccatorum laus & gloria 1003.d.1004.e.f peccatorum & iustorum status 389.b.c peccatorum socius nō euadet peccatum 542.g peccatoribus & ingratis, quāta quotidie Deus beneficia conferat 520.e peccatorib. an dare prohibeamur 33.d ad Peccatores, ut iri tēpore resipiscant, exhortatio 687.a.b.c.822.g.h. ut Dei erga se clementia recordentur, exhortatio 940.e.f.g.h erga Peccatores bonitatis Dei enarratio 940.e.f.g.h ad Peccatores ab inanimatis sumpta exhortatio 942.h à Peccatoribus abest sapientia 323.c an sacramentaliter sumptus Christi 1078.h peccatum irremissibile 1040.e peccatum mortale sine uoluntatis consensu, non consumptio 1074.e.f peccatores 1073.d mari 1073.d peccatum nihil est 363.a.b peccatum proximi non publi canum, sed celandū 127.c peccatum uincendi singularis fiducia 229.b definitur 277.a quæ mala inuexerit 374.e.f. feuer corripēdū 228.h peccatum nullum tam graue, quod non humilitate, lacrymis, & uera compunctione tergatur 900.e sine Peccati collūsione, an quis conceptus prēter Christum fuerit 379.d.1018.e peccati descriptio 1072.h excusatio ubi nulla 50.g excusationis morbus unde originem sumpserit 503.a peccati fomes quid appelletur 1073.c magnitudo 69.b mala 1072.h malorum enumera ratio 1072.h.1073.a medici na unde petenda 13.b peccati mortalis descriptio 1073.d mortalis & uenialis differentia 1074.f oblectamenta, quām sint uersata & quām laboriosè fugiatur 204.g.h omnis initium 1002.e origo 1018.e.f à Peccati originalis culpa præter Christum, an quis immunitis fuerit 226.h.358.f.618.h 719.h. 1018.e.379.d.990.e 1073.b peccati originalis descriptio 226.g.h.1073.b.pœna 332.f 374.f à Peccati pœna solus mediator liber 990.e an quis præter eum fuerit immunitis 379.d 226.h.618.h.719.h.990.e peccati pernicies 1072.h.1073.c recidiūatio & frequēs casus 69.d seruus homo, quomo do officia 1073.d.1074.e peccati supplicium miro modo, Dei operatē clemētia, in salutis adiutorium cōuer sum 128.f uenialis descriptio 1074.e.f peccatores 1073.d

peccato quæ cōtradicere soleat 1074.e  
peccatum nullum habere, quis audeat dicere? 827.h  
peccatum noscere, beatitudo est 1072.h  
peccato, quibus simus priuati 500.e  
Peccato esse immunem nulli datum est rationis usum habenti 226.h.358.f.379.d 618.h.719.a.933.c.990.e 1018.e.f.1073.b  
Peccato redeuntibus triage neraliter congruere 587.a  
Peccato originali, quis excipiatur 1073.b  
peccato mortali detentum, solus Deus ad uitam reuocat 808.g  
sine Peccato ueniali, an quis persistere queat 1074.f.g  
peccato, affectus naturalis q̄ debilitatus sit 214.e.f  
peccata quibus siā necessaria 24.f  
peccatorum ablūtio plenissima, quād obtineatur 37.d  
absolutio cui deneganda 648.b cōsumptio 1006.e  
germina 1083.c indulgentiam à Deo, qui non impenitent 701.d  
Peccatorum labe, an quis ualeat esse immunis 960.e  
peccatorum origo 60.g radices præcipuae 82.h  
peccatis & iniquis operibus, quomodo Deus aduersetur 151.a,b quāuis calamitatum genera adscribenda 1046.h  
peccata confitēdi ratio 1006.g  
absoluēdi ordo 684.h dis solui non mœstitia, sed dilectione 166.f hominū, cur Deus dissimulet 282.h 520.f 613.b refrānādi ratio 227.d  
de Peccatis homo pœnitēs, gemens & plorans, nunquam serō ad dominum reuertitur 821.d  
pecunia obedire, quām perniciōsum sit & fuerit 63.d.64.e  
pecuniam congregare conantur accidentia 82.h  
percussionis mysteriū 447.c  
perdīno hominis unde 69.a  
peregrinari in ueritate, quise agnoscit, sapiētia irradiatus est splendore 1115.b  
percigranti in hac ualle, quæ aduersa occurrant 53.a,b  
peregrinantum inimici multi farij, à quibus impugnētur 201.b.203.c triplicem statum, & proprium cuiq̄ sp̄itualem esse ducem 210.e exemplar 1097.d gradus ultimus 1118.e iustorum merces 214.e solatiū 223.a singulare 402.e  
peregrinationis humanae comes indiuidua 206.g huius solatium maximū 286.g huius leuamen optimum 358.h huius qui iter gradūt, probatum directorem habere studeant, si uelint feliciter peruenire quō tendunt 565.a,b tādij ablatio 498.h  
peregrinationis uerae forma, qualis sit per Christū fidelibus instituta 1095.b,c,d 1096.f,g  
in peregrinationis itinere premium 566.h  
in Peregrinatione hac, qualiter sponsa fruatur spirituali uerbi præsentia 315.c,d  
peregrinari in hoc seculo se agnoscēti exercitia 592.g,h cōditio 1115.c,d 1116.e,f,g seculo, qui se esse cognoscit, qualiter cōuersationem suā ordinet 801.b  
peregrinorum spiritualis seputura 462.f  
ad Peregrinos huius uitæ exhortatio 588.h  
pereunte propria uoluntate perire 434.g  
perfectio excelsa 203.c  
perfectio quomodo innotescat 280.g  
perfectio ex desiderio uirtutis non consummatur 743.c  
sanctorū ubi imperfecta apparet 1091.c  
ad Perfectionis alta tendentib. lingua ministerium plurimū aduersatur 727.b sine tribulationib. nemo cōscendet 832.e cōscendere, quibus modis quisque ualeat 1020.e,f,g,h ascendere cu pientis officium 1087.d  
ad Perfectionem uia ascensionis

perfectionis amatoris exercitatio 196.f,g,h.592.g.593.a,b,c  
ad Perfectionis arcem conscen dendogradus 660.f  
perfectionis ascensus difficilis 593.c  
perfectionis braium 741.b,c ex Perfectionis Christi compariatione, clara sanctorū de coloratur uirtus 376.h  
perfectionis Christiane proposūtum 992.f testimonium 994.e clarissimum speculū 891.a,b,c,d corona cōpositio 683.c  
ad Perfectionis culmen ascensus 581.c  
perfectionis culmen cupientis opus 1071.b, officiū 1087.d 1088.e euangelicæ solium, unde agnoscat 330.e quāta sit utilitas 770.e  
ad Perfectionis fastigium uolucrī cursu, & indubitāti animo anhelantis ascendere officium 165.b,c qualiter anima prouehatur 582.h pa latim ascendendum 602.g attingere cupientibus impedimenta 733.b tēdēntis affectus perniciosus quantum noceat 123.d finis 202.f gradus 591.b,c omnis fundamēta 589.a indicia 197.a,b,c,d 198.e,f,g,h iter agressus montium altitudinē ascendēti assimilatur 165.d itinera 970.e mater 280.g meta 985.b,c,d,986.e,f,g  
ad Perfectionis montem alcentis alimentum 742.e  
perfectionis præcelsæ gratiam qui mereatur 594.f primordia 659.c,d regula 283.b 594.e,658.h regula & cōfiliorum Christi disciplina 769.c,d,770.e scala 225.b semita 374.e speculū præclarissimū 1097.b,c,1098.e  
in Perfectionis stadio, curtam pauci perseverent 602.g,h status 59.d,60.e  
ad Perfectionis statū quibusli ceat accedere 123.d,124.e  
perfectionis uia 870.g,966.h 967.a utilitas 770.e,f  
perfectioni legis obseruatione homo fit proximus 589.b  
ad Perfectionem uia ascensionis

ascensionis initium 660.f in Periculis cur Deus iustos comitetur 520.g  
ad Perfectionem prudētia decoratus, tardē semperq̄ proficiens, suo tempore attingit 193.d ascēdere cupienti impedimentū maximū 1098.e  
perfectionē amantis actus 197.a,b,c uirtutum apprehendentium conditio 1093.b  
ad Perfectionē attingere & seculo renunciare uolēti, quid faciendum 123.d  
ad Perfectionem uirtutum, an quis repente cōscēdat 674.g ascendentium per uirtutum scalam gradus ultimus 1118.e tendentis officium 995.a,b,c,d  
ad Perfectionem cuiuscunque artis, nullus nisi ex ordinato progressu attingere ualeat 994.g,h  
perfectus in obediētia qui censendus 64.f in hac uita uere quis 60.e  
perfecto uiro quæ aduersentur 76.f  
ad Perseuerantiam adhortatio 77.f,g  
perseuerātiā hominē tenere q̄ multa sint qua p̄apeditat 76.f  
de Perseuerātiā hominis, quibus indicis posuit rationaliter p̄esum, quæ quāto magis in unoquoq̄ concurrūt, tanto fortiorē ipsum exhibent ad perseuerandū 77.a  
personæ Dei & hominis Christi testimonia 1064.g,h  
perturbationes hominis fine sūmū ignorantis 513.d  
perueniēdi uia ad Deum 69.a  
perueniētati hominū Deo militare 128.h  
pedes Christi 697.b  
pedes spirituales 557.a,797.c  
pestis spiritualis 985.b  
peſilientiam an Deus immittat 305.b  
petendi an nobis insit facultas 301.c  
petitiones supplicatiū, quid repellat 679.d  
S. Petrus ad sui cognitionem, quomodo deuenerit 222.g  
ante resurrectionem dominiū sensuali amore, nō spiritualis 545.b uirtus con summata 1019.e perficere quodlibet quām periculo sumū sit 69.f  
per uisionē eruditus 646.h 647.a proprio lapsu, quid didicerit 1046.e,f  
b.Petri ante uocationem conditio 646.e feruor 433.b,c lapsus 450.e,f,g,h 650.h 984.g,h incongrua petitio 651.d pedū lotio 421.b,c,d 422.e,f zelus immoderatus 444.h  
b.Petrum ex tentatione longe salubrius, quam ex eruditione magistri prosecisse 222.g  
b.Petrum cur ter dominus rogauerit, an se diligenter 913.c in Petro reuelationis testimoniū 646.h  
petulantiam quid mitiget 257.b  
phantasmata illecebrosa formæ natum dormienti, an sint peccato obnoxia 25.c  
Pharaonem quid submerserit 63.d  
Pharisæorū malignitas 446.g Pharisæorum fucata humilitas 1039.d,1040.e  
Pharisæorum uitium 157.c,d b.Philippi ignorātia 343.a Philosophia stimulus, quomodo coheretur 12.h  
philosophia uerae summa principia 284.e  
pietas 34.g  
pietas ubi pereat 724.f  
pietatis definitio 32.e  
pietatis diuinæ sacramentum consummatum 621.d diuinæ maxima miseratio 827.c  
pietatis genus optimū 800.f mater 38.h modus 282.c magnū opus 412.h p̄econia 1011.c,d sacramentum magnum 377.d,489.d  
pietatis spiritus in Christo efficiacia 663.b  
pietatis zelum in cunctis seruare difficultissimum 228.h 229.a  
pius, quibus de claritate in clāritatem trāsformetur 225.a  
piorū in patria felicitas 194.h 195.d  
piorum & sanctorum specialis uirtus 38.f  
piorum de Dei operibus iudicia 944.e,f,g prima intentio 1059.d  
fff 3 ploes

plorum natura 613.c  
 piorum & impiorum status 389.b  
 gios in hac uita ignorantia nō carere caligine 208.e omnes à mundi exordio tribulatione esse purgatos 360.f Pilati ignorantia 478.e.f.g.h piscatorū cōmēdatio 12.h.13.a pīscis prunis superpositus 531.b placere hominib. qui quarūt, Christi serui non sunt 833.b plangendusne sit Christus 482.f.g.h plangendi meritō qui 827.c.d plasmatio humani corporis, & qua de causa rationali spiri- tui aduersetur 729.b à Plebe qui iusto Dei iudicio despiciantur 685.b pōena, oculos aliquando apri- riet, quos nūc claudit culpa 588.e pōenē presulis negligētis 143.a pōnarum omnia genera, an Christus in cruce pertulerit 496.f pōnitere se posse ad libitū, qui confidant 1008.g pōnitens uere & Deo gratius describitur 1075.d.1076.e pōnitenti uere, quā Deus lar- giatur 965.a pōnitentia 34.e pōnitentia exterior & interior 1078.e.f pōnitētia cōmēdatio 229.a.b efficacia 1077.d.1078.e.in- stitutio 71.d magisterium Deo gratissimum 698.h 699.a exercitium omnibus sanctis cōmune ibi. reme- dia ad libitū non capiuntur 790.g pōnitētia sacramenti finis 1077.c.d pōnitentiam agendi tempus, homini post hāc uitati de- ficit 159.c pōnitentiam protoparentū cur Deus sustinere noluerit 600.h pontificis mali opera 892.e.f.g pontificis ministerium quale sit 850.b.651.a opibus Chri- sti fame, gladio uel peste affli- citus, officium 879.c.d pontificis summi autoritas 955.d pontificis summi in die iudicij examen 905.c.d in promo- uendis animarum rectori- bus officium 905.a.b pontifices notantur 577.a.b c.d.578.e.f.g.579.a.b.c.d cur contemptibiles efficiantur 892.e.f pontificum corona 907.b gemma 926.e malignitas 446.g pontificum ornamenta 915.d pontificum sanctorum opera 891.d spirituāles margari- tae 585.c.d pōtifices in populo Israelitico, cur Deus esse uoluerit 854.h pontificalis officij primatū qui ambiunt, quantorum sup- pliciorū cēsendi sint rei 850.h autoritatis derisionis origo 892.f pontificali sublimatum cathe- dra quali munere redimitū esse deceat 883.b populorū multitudo, quibus modis allicienda 327.a populorum prālati notantur 578.f.g.h regimini spiritua- liter prāfecto quid expedit 883.c scelera unde augenan- tur 892.f arma 1111.d porta aurea 12.f ferrea ibi.g porta clausa 380.e possidentium Christum beata studia 554.e.f postulādum à Deo quid 438.f postulatio 110.g postulationes deprecantium, cur Deus interdum audire dissimulet 521.a.b postulationibus utilibus, do- minus consensum nō dene- gat 651.b.c.d potentium in die iudicij sentē- tia 792.h.793.a oppres- siones aquanimitter an sint fer- rendae 939.b potestates aereæ, an quantū ue- lint hominibus noceant 272.h potestatum angelicarum offi- cia 945.a potus saluberrimus 742.f prāceptore spirituali cunctos egere 210.g.211.a prāceptionis perfectio 36.f prāceptum duplex Adam ha- buit 777.b

prācepta Christi 1023.d prāceptorū Dei obedientia ad salutem adulto necessa- ria 589.a.b.c dulcedo quā- ta sit obseruantib.ea 962.e prāceptis qui nō obtemperat inaniter Deum diligit 354.f prāceptis Dei optemperandi ratio 949.b.c prācepta, cur Deus indixerit 216.e prācepta Dei adimplere, nō est impossibile 949.d custos diētū hāreditatis descrip- tio 1117.a.b prācipitio qui se dederunt, an uitam oderint 780.e prāconia popularia nemini li- cer appetere 887.a.b.c.d prādestinatio 152.g.h.371.b prādestinationis aeternae ratio- nabile argumentum 375.c altitudinem non esse inqui- rendam 401.b.c indubium prāsagiū 799.a tentatio quām pernicioſa sit 152.g.h in hac uita testimo- nium 231.c de Prādestinatiōe, diaboli sug- gestiones 152.g ex Prādestinatione infidelita- tis uenenum, quomodo or- ratur 152.g.h prādestinata beatitudine, quo modo homo se priuet 214.e prādestinatus exitio aeterno ante mortē, an quis sit 152.h prādestinati & uocati, oculis corporalib.assimilātur 75.c cur Dī merito nuncupetur 408.e prādestinati atq; glorificati, an sine exercitatione peruigili, ad sanctitatis apicem perue- nerint 681.b prādestinati ante mundi con- stitutionem 968.g prādestinatorum causas curio- sa percunctione non esse inquirendas 401.b.c prādestinatoū ecclesia 710.e prādestinatos ignorat diabo- lus 147.b.c prādicantium Dei uerbum of- ficiū 866.e.f.g.h prādications officiū, quibus & quando sumendum sit 734.g prādicatiōis Apostolorū po- testas 863.a.b.c status quantitā- tis perfectionis 894.b

prātestas 877.d à Prādicatione priuata nullus 1.praeful excipitur 866.g in prādicationib. quid frequē- tius agi debeat 867.a prādicatōrum conditio 529.d 530.e.f.g.h examen in die iudicij 905.c.d gradus in ecclesia, cur dominus Iesus instituerit 735.a.b omnium intētib, qualis esse debeat 867.c sub compen- dio regula 713.b prādia, domos & nemora ha- bere, an dona sint Dei 856.g prādiorum subuersionū prin- cipium 1080.e prādones in ecclesia q 904.h prāfectorum populis consue- tudo 567.a.b prāfatio, quibus efficiatur rui- na occasio 524.e prālatiōis ambitio, unde sum- pserit principium 215.c mu- nus, quām sit laboriosum 848.f ministerium qualiter assumendum 850.e.f eorū qui fungunt officio obedie- tia 1101.a in Prālatione quanta sint mala 848.e prālations in ecclesia non de- siderandæ 847.a.b.c prālatiōis capitii assimilatur 853.d officio abutens, lan- guido, medici consilium ne- gligenti assimilatur 857.b.c ad animas regendas, quos promouere debeat 905.a.b prālatiōis officium 848.f oratio qualis esse debeat 878.h 879.a prālatiōis humilis cōditio 894.b 895.a prālatiōis ecclesiasticarum facul- tarum non possessores, sed dispeſatores 713.b cur sint ordinati 464.e prālatorum & malorum iudi- cio subesse qui non possit 63.a ecclesia ruina 577.d 578.e cōuersatio, an sit de- clinanda 848.e corrigen- di subditos forma 873.d 874.e.f.g officium 703.d 892.h quanta debeat esse sufficiencia 905.e.f.g.h prālatorum statui congruen- tia 863.a.b.c status quantitā- tis perfectionis 894.b

prāful, signo in sublimi posito comparatur 918.g.919.a prāful iustus 921.d prāfulis mali opera 892.e f.g prāfulis in extremo die exa- men 905.c.d ornementa 915.d prāfuli in tribunali residenti, quid recogitandum 900.e prāfules in ecclesia, cur sint in- stituti 878.e superinten- dāt dominicis gregibus, ad instar eorum, qui tempore belli urbium excubias faci- unt, & de se perfectionis lu- men exhibent 880.h no- tātut 577.a.b.578.e.579.a prāfules, pauperum an sint mi- nistri 928.h prāfulum spiritualium autori- tas 880.f pondus unde a- gnoscatur 923.d potestas maxima ibid. meritum 924.e in promouēdis animarum rectoribus officiū 905.a.b prāfibus, temporales reddi- tus pauperibus non eroga- re, quām sit perniciosum, & Deo odibile 858.f prāfibus ecclesiasticis, qualia ter subditos regere liceat 872.h.873.a.b.c.d prāfibus à próximo circuna- ueniri ſepe contingit 899.a qui Prāfunt alij, qualiter ſe im- humilitate custodire atque iudicare debeant 462.h qui Prāfunt qualiter pro con- feruanda subditorum pace, ſe habere debeant 524.e qui Prāfunt more medico- rum, ſtudeant in priuatib. locutionibus, congruam a- nimarum medicinam au- dientium prābtere languo- ribus 868.g.h ut Prāfint ecclesia multi, ſed ut proſint non quarunt 928.g prāfesse qui non possit utili- ter 465.a prāfesse qui conepiſent, an à Christo uocentur 579.b c.d refugit humihtas 717.e prāfesse qui non desideret, uix reperitur 724.f prāfesse, cur omnes cupiant 833.a.b prāfumptio 263.a prāfume

præsumptio sui 68.h  
 præsumptio elata, plurimos  
prosternit 593.d  
 præsumptio detestabilis 845.c  
846.e.f.g. detestanda 1028.e.f  
 præsumptuosi uitia 62.h.63.a  
 præuaticationis origo 977.a  
 præuaticationis causa 1054.  
g.h  
 præuaticatores, ut ad eor re-  
deant, admonentur 701.  
b.c.d  
 preces attente fusæ 112.h.113.a  
 in Precibus qui exaudiantur  
365.d  
 primordia perfectiōis 659.c.d  
 principandi ambitio ubi sum-  
psit exordium 845.b  
 principatum officia 945.a  
 principis exercitus, & militum  
idem iter 1049.a.b  
 principes, cur sint ordinati  
464.e  
 principum gloria 1111.d in  
oppidis pacifice possiden-  
dis prudentia 161.c orna-  
menta Deo non placent  
914.g  
 princeps tribuum, & familia-  
rum in Israëlico populo,  
cur Deus esse uoluerit 854.h  
 principium unum cui obedi-  
re oportet 950.f.g  
 ad Pristinum statum, quomo-  
do homo reducatur 299.b  
 probationem peregrinatibus  
esse necessariam 361.b  
 probatissimos uiros sine deli-  
cti contagione, uitæ sua cur-  
sum non posse consumma-  
re 229.a  
 probitatis uis 49.d  
 probotum uirotū gloria 583.a  
 proprium 582.h.583.a  
 prædelle alij qui ualeat 253.a  
 prædelle maioris meriti est,  
quām præesse 917.b  
 prodigium inauditum, om-  
niumq; nouitatum singula-  
re 328.h  
 profectus spiritualis 1019.b  
 professio excelsa 331.b  
 professionis monasticae præua-  
ticatores admonent 698.f.g  
 professioni Christianæ cōtra-  
via 234.e  
 proficiendi sollicitudo natura-  
liter hæminata 1070.h  
 proficientes prudenter debet  
vitare contraria 727.a.b

proficiētiū in fide gradus pri-  
mus 1072.g  
 prometeendi lex 1012.e  
 promissa humano generi à  
Deo facta quantum proſint  
364.f  
 promissio maxima 968.e.f  
 propagines ecclesiæ 928.h  
 properè agitur, quod libenter  
auditur 25.a  
 prophetæ à Deo cur fuerint e-  
ruditæ 777.d.778.e futura  
tanquam præterita, quomodo  
narrent 1065.a.b  
 prophetarū uocibus, aut apo-  
stolorum testimonio repu-  
gnare summæ est dementiae  
631.b autoritas 700.f  
 prophetare, bonis & malis est  
commune 1930.g.h  
 propugnatores fidei 907.c.d  
 propinquior quis Deo 1051.c  
 prosperis qui fruſtra latentur  
740.h  
 prosperitas temporalis, securitate  
calamitatis est initiū 389.a  
 prosperitas mentis oculos ob-  
obtegit 1008.f  
 prosperitatis pericula 58.e  
 prosperitatum spiritualiū bo-  
na 550.h  
 in Prosperitatibus cur Deus iu-  
stos comitetur 520.g  
 prouidentia 26.g  
 prouinciarum ducum prudē-  
tia 144.f  
 prouincias per angelos regi  
273.b  
 erga Proximi dilectionē, quæ  
scrunda 51.a caritatis &  
Dei fructus idem 1108.g  
 proximi dilectio 127.a.b dilec-  
tione an Dei caritas sit uti-  
lior 1108.f uerus amor  
297.c.d describitur 326.h  
 caritas perfecta à Verbo in  
eucharistiæ sacramento exhibi-  
bito 310.f pax, cuius lucro  
 præponenda 939.c  
 proximo amabilem, quæ nos  
reddant 49.c.d  
 proximo reddere debitū quid  
sit 1033.b  
 proximū amare quib; rationis  
bus incitemur 48.f.49.a.b.c  
 quomodo & quibus exem-  
plis debeamus 50.f.g.51.a  
 q; recte diligat 51.a.b plus  
 quā seipsum qui diligant 51.  
b.e pīj cur tam ardenter de-

ligat 1108.e qualiter unū  
quenq; diligere oporteat  
123.d Deo quid nos faciat  
227.b  
 proximi qui 48.g  
 proximi unde ut plurimū scā-  
dalizentur 589.d  
 proximorum compassio, mu-  
nus Deo acceptum 296.f  
 cōuerationis incommoda  
1093.a cura quām sit peri-  
culosa 848.f.g delicta an  
sint celanda 127.c oblocu-  
to grande malū 728.e.pro-  
fectib; desudare, quām Deo  
sit acceptabile 585.a.586.c  
 proximorum persecutio-  
nes quas ferre debeamus 56.h  
57.a  
 cum Proximis conuersatio-  
nis descriptio 188.g.h  
 prudens insipientiū equitas cō-  
sortia 375.q  
 prudens quis 917.b  
 prudentes facilius labuntur,  
quām simplices 927.c  
 prudentium simplicitas 31.b  
 prudētia qui solus polleat 189  
a.b in quo ueretur 258.e  
 ad ceteras virtutes adipicē-  
das, quām sit necessaria  
1098.g.h  
 prudentia & sapientia uicis-  
sim sibi inuicem famulatū  
265.d in omnibus cum hu-  
militate est adhibēda 604.h  
 prudentia carnis 30.e terrena  
ibi diabolica ibi. e.f.917.a  
 prudentia adipiscendæ opti-  
mum initium 395.b com-  
mendatio 549.a.b Deo fa-  
mulantibus necessariae enar-  
ratio 144.e descriptio 919  
d 916.e.g diffinitio 25.d  
26.g dignitas & decor qui-  
bus effectibus pateat 27.b  
diuilio 26.g effectus lauda-  
biles 28.f excellentia fructi  
bus arboris assimilatur 28.f  
 prudētia humanæ doctrinæ  
quid cōterat 12.h.605 145.c  
 libra Christo militantibus,  
quām sit necessaria 540.h  
 lumen quantū spirituali be-  
latori expediat, ad supplana-  
tandum diaboli sauitiam  
562.g.h.563.a  
 ad Prudentiæ perfectionē ho-  
mini cupienti uenire quæ  
sunt necessaria 39.g  
 ad Prus-

nari exoptat 1024.h  
 pugnandi Christianis indicta  
prudentiæ persuasions 916.h  
 præconia 917.b.c regula  
1032.f regula prima 916.f  
 secunda ibi.g scala & scalæ  
gradus 1098.h  
 prudentiæ, sapientiæ, & scienc-  
tia uaria significatio 1043.b  
 prudentiæ uirtus 25.d 26.g  
cunctis Deo famulantibus  
necessaria, per quam singu-  
lis horis proprias debent di-  
uidere actiones: & quid cui-  
libet operi, ut perfectum sit,  
competat 144.e  
 prudentiæ quām multa sint, &  
quæ sint illa, quæ nō medio-  
criter aduersantur 29.d  
 prudentiam quid reddat com-  
mendabilem 28.f  
 psallentium mentes à terrenis  
negotijs & cogitationib; pur-  
gandas esse 169.b.c  
 psalmodia alacris, qua pluri-  
mum angeli gaudent 168.f  
 psalmodiæ sacrificium Deo of-  
ferentium officium 168.h  
 psalmodiæ diffinitio 168.h  
169.a  
 psalmorum cantica, cur sint in  
ecclesia instituta 837.d  
 pudicitiæ commendatio 871.  
c.d consummatio 25.c fir-  
mamentum 974.e gradus  
sex 25.b. lampas 5.c ze-  
latorum eruditio 24.g  
 pudicus incontinentium eru-  
bescit societatem 375.d  
 puerorum mos 111.b  
 pueroru; trium in fornace ora-  
tio 169.a  
 pugna carnis & spiritus dira  
543.a  
 pugna spiritualis 820.f.981.a  
unde sumat originē 554.h  
 pugnæ aduersus tenebrarum  
rectores præparatio 122.e.f  
g carnis & spiritus origo  
203.d 204.e.214.f  
 pugnæ spiritualis, qui uictor  
existat 213.a  
 ad Pugnatim spiritualem ordi-  
natio 31.a  
 qui securus accedat 224.e dif-  
fidētiam sui uictoriæ sub-  
ministrate 221.a  
 à Pugna spirituali nullus li-  
ber 893.c  
 pugnare non desinat, qui coro-  
nari exoptat 1024.h  
 g genus humanum descri-  
bitur 1094.f  
 rationis amissionis origo 88.g  
 donum, uniuersa naturæ hu-  
mana ornamenta præcellit  
926.f  
 rationis iudicium, cur homini  
datum 254.g iudicium quā-  
tū cætera naturæ dona præ-  
cellat 764.f  
 rationis pædagogij spirituales  
552.e uehiculum 306.g  
 ex Rationis usu recto, cæteris  
animantibus quomodo ho-  
mo eminet 1007.a.b.c  
 ratione quid confundat 156.g  
 ratione hominis, sapientiæ splé-  
dore illustratā, spiritualem  
esse regulam 196.g  
 ratione capaces, cur nos Deus  
ficerit 1114.e.f  
 rationalis spiritus patria 376.f  
 rationale uim spiritualiter  
sapientia appetit 231.d  
 rationale animal, quid discere  
debeat 616.f  
 rationales qui 1007.c  
 non Ratiocinando, sed creden-  
do, Dei sapientia agnoscitur  
951.a  
 ad Reatus indulgentiam, cur  
Deū flecti facile multi putent  
989.b.c  
 reclinatorium sponsi 974.e  
 recōciliationis humanæ effica-  
cia 876.h  
 per recōciliationis factæ meri-  
tū per Christum, de exilio  
reuocamur ad patriā 876.g  
 rectitudinis zelus 228.h  
 sine Rectore an ecclesia in haec  
peregrinatione esse possit  
854.c.f.g  
 rectorum animarum officium  
883.d.884.e  
 rectum homo quod uult, cur  
non agat 254.g  
 redargutionis regula 449.e  
 redditus temporales pauperi-  
bus nō erogare, quām sit  
perniciosum 858.f.g  
 redemptionis beneficia 71.c  
 redēptionis humanæ naturæ  
ordo 700.g.declaratio 1112.h  
 Redēptoris nostri benignitas  
immensa 822.f lucru 856.h  
 largitas affluentissima 862.f  
 clementiæ descriptio 1034.h  
 uita descriptio 1022.h  
 refectio

refectio salutaris 842.h  
ante Refectionem, qualiter ser-  
uorum Christi pre munien-  
da mens sit: & in ipso discus-  
bitu, quales esse oporteat,  
qui Deo placere desiderant  
182.f  
refectiones spirituales 961.d  
an Reformati excellentius si-  
mus, quam cōditi fuerimus  
596.f.g  
refugia munitissima ab incur-  
sibus intellectualium bestia-  
rum ualde secura 724.g.h  
regentium familias, & congre-  
gationes officium 524.e  
regiminis onus qui subeunt,  
quomodo præesse debeant  
703.d  
regiminis, his qui præsunt fin-  
gulare documentum 891.d  
ad Regimen animarum uocati  
officium 848.h.904.g  
in Regimine animarū, quanta  
sit anxietas 848.e.f  
in Regimine animarum cōsti-  
tuto quid expediat 864.g  
ex Regimine spirituali terrena  
lucra quætitare, quam sit  
periculorum 858.e  
in Regimine qui præsunt opus  
habent sapientia, sicut cæci  
corpo, indigent ductore  
897.a.b  
reginae Austri longanimitas  
560.h  
regiōes exteris ignotasq; cur  
homines peragrent 215.c  
regium iter 463.a  
regnum qualiter poscendum  
652.g huius seculi non est  
appetendum 1023.a  
regnum cælorum, cui merito  
debeat 834.e  
regni cælestis signaculum 38.f  
cælorū clavis 280.g Chri-  
sti qualitas 697.a  
regnum cælorum diripiētium  
gloriosum certamē 820.f.g  
cælorum obtainere uolentis  
studium 839.d  
regnum cælorum, quibus do-  
minus promiserit 920.e  
regnum Dei qui non cōsequē-  
tur 128.g cui pateat 35.c  
quibus proueniat 15.b  
regnū Dei intra se qui habeant  
723.b  
in Regno cælorum, & ecclesia  
Christi cæteris fulgentiores

293.a  
tegno cælorum qui sponte se  
priuent 830.g  
in Regno cælorum locupletior  
840.e  
regno Dei indignus esse qui  
conuincatur 131.d.132.e  
regnorum transactionum ori-  
go 1080.e  
regna cælorum qui possidebit  
38.f corporaliter qui pe-  
netrarent 533.b  
regna per angelos regi 273.b  
regere caritatis opus, domina-  
ri superbiæ 849.c  
regula discretionis 737.a fi-  
dei 836.e  
regula incipientium, proficien-  
tium & perfectorum in fide  
1033.d perfectione 283.b  
594.e.658.h  
religio Christiana, quantū elu-  
ceat in ijs, qui seculo renun-  
ciantes sub disciplina regu-  
laris obseruantæ degunt  
971.c  
religionis cultus 374.e defi-  
nitio 32.e magisterium  
974.e  
religionis catholicæ autoritas  
425.a.b  
religionis catholicæ ornamen-  
tum 555.d catholicæ orna-  
menta sublimia 532.g.h  
religionis Christianæ digni-  
tas 403.b Christianæ fun-  
damētum indissoluble un-  
de cognoscatur 426.e.f  
magisterium 1097.d.  
1098.e regula 962.g Chri-  
stiæ speculum 674.e te-  
stes uerissimi 1093.d  
religionis sanctæ rudimenta  
970.e  
religionis omnis forma 1022.  
h.1023.a  
in Religione rudes, qualiter  
exercendi 978.e.f.g.h  
religioso uiro, quib. de rebus  
ante tribunal interrogatio-  
fiet 975.c  
religiosi notantur 580.h.581.a  
religiosi obedientiae instituta  
prærogata 1100.e.f.g  
ad Religiosos sermo 975.d  
976.e  
remedium pro omnium faci-  
norum satisfactione genera-  
rale 229.a triplex quod Dei  
potestas homini labentis cō-  
resurrectio-

tulit 118.e.f contra motum  
in fide incipiētium 128.g.h  
remedij locus quando esse de-  
sinat 68.f  
remuneratio & poena, cur soli  
rationali creaturæ debean-  
tur 950.h  
in Remunerationis spe, actio-  
nis robur includitur 402.e  
renuntiare perfecte seculo uox  
lentis exemplar 1097.a  
renuntiandum cōsulte esse se-  
culo 1095.b  
reproborum de uniuersali ec-  
clesia uox 243.d.244.e  
repletio ciborū quæ mala adfe-  
rat 918.e  
repugnare Deo an homo pos-  
sit 823.c.d  
res unaquaq; unde cognosca-  
tur 594.f  
rerum omnium indicia certa-  
99.c usum non damnat do-  
minus, sed priuatū affectum  
698.f temporalium uilita-  
tis & instabilitatis cōsidera-  
tio 120.f.g.h temporalium  
penuriam, Deus ab homini  
bus non querit 1005.d  
rebus singulis generaliter esse,  
cur Deus tribuerit 202.e  
res alienas furtiuè dñiperc, nō  
mediocre delictum 884.g  
rebus uisibilib. cibo, petu, ues-  
timentis, &c. at uenient in  
beata uita laici 910.h  
de Resilientib. à lide, an si funa-  
ditus desperandum 675.b  
ad Resilientiam exhortatio  
687.a.b.822.g  
resistere hominem Dei uolu-  
tati, unusquisq; sufficienter  
experitur in se 823.d quæ  
uidetur, ipsius iussa exequiū  
tur 942.d  
restorationis humanæ enarra-  
tio 311.c magisterium  
640.f parabola 700.f.g  
resurget nemo corporaliter &  
spiritualiter, qui non utroq;  
modo mortuus fuerit 782.h  
resurgendi ad uitam, quibus  
ablatu sit spes 812.f  
resurrectio domini 511.a  
resurrectio prima 627.c  
resurrectio duplex, animæ ui-  
delicit & corporis 782.g  
resurrectio spiritualis, qualiter  
in unoquoq; iustificato fiat  
823.a.b  
resurrectio-

resurrectiōis autoritas in quo  
declaretur 17.b  
resurrectionis Christi testimo-  
nia 637.a.b donum 826.e  
resurrectiōis dominica uerus  
cultur 627.c.d  
resurrectionis spiritualis uarij  
modi 824.g. spiritualis  
medicina, unde proueniat  
769.b ianua 1006.e  
retributionis futuræ gloria,  
quomodo condonet 194.b  
retributione æterna, qui dul-  
cius ac abundātius perfrue-  
tur 821.b  
reuelationes oratione fiunt  
104.h per angelorum mi-  
nisteria reuelari 272.g an  
in nobis fiant 755.b infusæ  
quales anim. eleuēt 1106.g  
reuerentia quid sit 9.c  
rex Christus regibus humanis  
assimilatur 672.f  
regis cælestis potentiam in spe-  
culo fidei qui considerent  
1062.h milites probatissi-  
mi 1093.d  
reges qui meliores & pruden-  
tiores existimentur 27.c  
regum officium 475.a.b  
regum territorum in urbibus  
pacifice regendis prudentia  
161.c in adipiscendis pro-  
uincijs consuetudo 567.a.b  
huius seculi in extremo iu-  
dicio sententia 792.h.793.a  
regum Orientalium comen-  
dabilis solicitude 608.g.h  
609.a  
regum ornatmenta Deo nō pla-  
cet 914.g insidiarum ori-  
go 1080.c  
regibus gentium edificatiibus,  
mediator noster assimilatur  
672.f  
ad Reges terræ, & gētium prin-  
cipes adhortatio 399.a  
ritus obseruantæ ceremonia-  
lis legalis finis 935.c.d  
rixas qui concitet 156.g  
Romanorum belli ciuitis cau-  
sa 1091.d  
robustus fidei 16.e  
ros calicus 842.h  
rosa flo 96.h  
rudib. & illiteratis secretorum  
cælestium notitiam, quomo-  
do Deus præbeat 1062.h  
ruina omnib. cōmuniis 797.b  
sacramentum unitatis 923.b.c  
sub Sacramēti accidētib. Chris-  
tum dentib. nō atterti 181.d  
speciebus qualiter Christus  
fit ibid.  
sacramenti transmutatio, an sit  
trāsmutabilis 312.g bene-  
ficia non ex ministri benefia-  
cijs pendent 717.a baptis-  
mi finis 1077.d corporis  
& sanguinis Christi uerba,  
quomodo intelligēda 888.h  
in Sacramento baptismi aquæ  
efficacia 241.d  
in sacramento eucharistiæ, an  
sint accidentia sine subiecto  
312.f  
in Sacramēto quomodo Deus  
nobiscū fit 706.e.f an cor-  
pus impaſſibile percipia-  
mus 706.f  
de Sacramento, patris & filii &  
spūſanci testimonia 707.a  
in sacramento, an panis & uini  
substantia sit, & non corpus  
Christi 707.b sub specie pa-  
nis quid sit 429.d.430.e a-  
lia credi, quam uideri 710.e  
uoluntarie delinquētes gra-  
uantur, nō mūdātur 1078.h  
qui Christum sumāt 313.b  
sacramenta duo potissimum sa-  
luberrima, tanquam præsi-  
dia spiritualia pugnantibus  
necessaria, per quæ tribuitur  
uulneribus peccatorum sa-  
lus, & robur pro reparatio-  
ne uirium deperditarum,  
dominus Iesus in stadio mi-  
litatis ecclesiæ instituit 179.a  
corporis & sanguinis domi-  
ni 310.h.311.a  
sacramenta ecclesiastica 503.d  
ecclesiastica, an ratione com-  
prehendi possint 282.f  
sacramenta cælestia, cur sint in-  
stituta 664.h  
sacramenta an possint à malis  
pollui, uel à bonis augeri  
962.g  
sacramentorum cōfessionis, &  
eucharistiæ effectus 179.a.b  
sacramentorum institutio  
71.c.d  
sacramētorum auxilio omnes  
egere 179.d  
sacramētorum regenerationis  
humanæ origo 241.d  
sacramentorum cælestium no-  
titiam, unde ecclesia sortita  
sit 402.g clavis 955.d  
efficacia 314.e.f.g.h.962.h  
fundat

fundamentū 1112.e ianua  
 ibidem  
 sacramentorum dispensator  
 qualis esse debeat 815.a.b.c  
 d 816.e Christi & ecclesie  
 initium 910.f  
 ad Sacramentorum spiritua-  
 lium intelligentiam perue-  
 niendi ratio 1042.f  
 per Sacramētorum institutio-  
 nem, quanta Christus pro  
 salute hominum sit opera-  
 tus 1076.g.h.1077.a.b  
 sacramenta legalia, cur domi-  
 nus Iesus perficere uoluerit  
 416.f  
 sacramenta sine spe, precio, pa-  
 ctione à fācerdote esse mini-  
 stranda 577.d  
 sacrificium corporis 35.a  
 sacrificium iustitiae 35.c  
 sacrificium per quod omnia  
 mundantur peccata 35.c  
 sacrificium Deo gratum 34.h  
 38.f 296.g.136.e.586.e  
 831.d  
 sacrificium pauperibus & di-  
 uitibus cōmune 127.a.b.c  
 uerbo suauissimum 252.h  
 salutare 319.d expectatio-  
 nis 923.b.c maximae apud  
 Deum efficacie 965.b  
 sacrificium legalium efficacia  
 935.b  
 in Sacrificijs legalib. quæ præ-  
 figurata sint 312.f  
 sagittæ spirituales 558.f  
 saluari, an quis possit, etiam si  
 Deum non possideat 302.g  
 saluari neminem per merita-  
 tantum, sed per Dei misera-  
 tiones 1004.h  
 saluandus quis sit, quis uide  
 nadus, nemo discutiat  
 401.c uidere cupienti assi-  
 milatur 36.h  
 saluādi omnes legi diuinæ ob-  
 temperare coguntur 589.b  
 salus humana in uniuersis,  
 quæ Dei sapientia per assū-  
 ptum hominem inter homi-  
 nes gesit, procurata fuit  
 348.e  
 salus maxima 831.d  
 salutis argumenta, quæ sancti  
 patres in spirituali certami-  
 ne frequentarint 206.f.g  
 animarū restaurandæ opti-  
 mum initium 395.b con-  
 sequendæ magnum incita-  
 mentum 823.a.b  
 salutis indicium maximum  
 729.a.744.h monita uni-  
 uersis præberi 271.c.862.e  
 optimum præsidium 551.c  
 salutis recuperandæ maxima  
 portio 605.b spem ex cor-  
 dibus peccatorum, qui co-  
 nentur extingue 152.g  
 semina spiritualia 656.e a=  
 liena magister 1005.b  
 salutis æternæ imprædabile  
 brautum 994.e  
 saluti humanæ necessaria 425.  
 b effectus ubi sit substitu-  
 tus 1112.e mysterium ubi  
 & quādo fuerit completum  
 ibid.h  
 saluti humanæ nihil est neces-  
 sarium, quod non in Chri-  
 sti humanitate respendeat  
 1065.c  
 salutem nostrā per quos Deus  
 operetur 130.g Deus non  
 sine nobis operatur 367.d  
 salutem suam quisq; prius, de-  
 inde aliorum quærat 253.b  
 salutem diligenti, quid sit agen-  
 dum 274.g.h  
 salutem propriam negligentes  
 super aliorum salute non ui-  
 gilant 577.a  
 ad Salutē quid sit necessarium  
 911.a per se, ex genere bo-  
 norum, quæ non sufficient  
 1005.d  
 salute propria qui certus effi-  
 ciatur 263.b  
 de Salute nullius diffidendum  
 est 447.c  
 pro Salute hominum, cur lon-  
 ge amplius diuina potentia  
 laborauerit, quām in cæte-  
 rarum rerum procreatione  
 atq; regimine 824.e.f  
 salutationes unde sumperint  
 principium 215.c  
 saluus sine sui agnitione nemo  
 fiet 225.b  
 sanctimoniaz clarissimum spe-  
 colum 891.a.b.c.d  
 sanctiōnum ecclesiasticarū in-  
 obedientiæ origo 892.f  
 sanctitatis disciplina quib. con-  
 gruat 184.g domus 974.e  
 totius stabile fundamētum  
 223.a habitaculum 1021.a  
 imago unde sumperit prin-  
 cipiū 215.a.ubi eluceat 891.  
 b omnis institutio 1023.a

sanctitatis pabulum 923.c  
 spirituale tabernaculum  
 415.b  
 sanctitatis testimonium 375.c  
 sanctitate uiri cōspicui, in igno-  
 rantiæ errorem prolapsū  
 650.g.h  
 sanctitatem præditus, an interdū  
 aspirationi renitur diui-  
 nae 823.d  
 sanctus ubi supplāetur 724.f  
 sancti an deprecentur pro no-  
 bis Deum 680.h.681.a  
 sancti mortis naturalem pauo-  
 rem, qualiter superauerint  
 494.g.h an pœnarum &  
 exitij metu caruerint 494.h  
 495.a  
 sancti uiri in scala uirtutum,  
 quomodo ascendant & de-  
 scendant 839.c  
 sanctorum acta non in uiuis,  
 sed in mortuis tantum codi-  
 cibus agnoscī 695.b auxi-  
 lium an sit implorandum  
 661.a cantica cui adscribē-  
 da 169.c.d in hac uita con-  
 ditio 149.a  
 à Sanctorum confortio qui nō  
 excidant 365.a  
 sanctorum corpora quomo-  
 do resurgent 43.c  
 sanctorum gloria perfecta, cū  
 uerbo & per uerbū regnani-  
 tum 288.g.h. 289.a.  
 b.c.d  
 sanctorum martyrū fidei pro-  
 batio 653.d  
 sanctorum mors, cur sit precio-  
 sa in cōspectu domini 630.e  
 opera 442.f.891.c  
 sanctorum operum excellen-  
 tia in scriptis solūmodo re-  
 seruatur 891.d pars 435.a  
 patrum conuentus 164.e.f  
 sanctorum patrocinii 632.h  
 633.a.b an sit nobis neces-  
 sarium 661.a  
 sanctorum precedentium uir-  
 tutes, an in præsenti sint, qui  
 imitetur 771.b.c præmium  
 224.h  
 sanctorum præteriorum gesta  
 quantum piè uiuentibus  
 profint 889.a.b.c proficiē-  
 di amor et inordinatus affe-  
 ctus plurimos periclitari fe-  
 cerunt 327.d in hac uita  
 status 207.d studium sin-  
 gulare 1059.d  
 sanctorum

sapientiæ dicendæ modus con-  
 gruus 373.a documētum  
 omne in quo fulgeat 1023.a  
 sanctis uiris occulta quædam  
 mysteria, per spiritum pro-  
 palantur, quæ alijs manife-  
 stare non licet 883.a  
 sanctos, cogitatione uana pol-  
 lui 279.a  
 sanctos, an uenerari debea-  
 mus 682.f.g quando ue-  
 raciter colamus ibi.h  
 à Sanctis nullum donum, sed  
 à Deo omne saluti proficuū  
 consequimur 661.a  
 in Sanctis quid mirandum  
 683.c  
 sanguinis in sacramento effica-  
 cia 241.d  
 sanitatis indignus 71.a  
 sapientia quid sit 252.e.f  
 287.b.c.917.a  
 sapientia ubi imperet 465.a.b  
 quos fugiat 323.c  
 sapientia soli assimilatur 1010.  
 e.f. sole delectabilior ibi.  
 sapientia diuina ubi conspicia-  
 tur 208.g.h quātum supra  
 nos euigilet, quis indagare  
 ualeat 221.d.222.e  
 sapientia Dei, & indeficientia,  
 unde claret 255.c. Dei in  
 carne ueniens, quid uniuer-  
 os docuerit 400.h  
 sapientia hominis uera 30.f  
 sapientia humanata 714.f  
 sapientia animam, quomodo  
 doceat 750.h.751.a  
 sapientiæ & gratiæ Christi ple-  
 nitudo describitur 239.a.b  
 sapientiæ additamentum, un-  
 de sentiatur 746.h  
 sapientiæ affectus in suo filios  
 367.a.b contubernium,  
 quibus denegetur 203.c  
 contubernio, quis dignus  
 743.c  
 sapientiæ Dei consideratio 6.h  
 dapibus qui saginentur  
 353.c  
 sapientiæ diuinæ occulta, cui re-  
 uelentur 213.c diuinæ ma-  
 gisterium 227.a  
 sapientiæ diuinæ speculum  
 271.a.b diuinæ perfecta te-  
 stificatio 347.b Dei myste-  
 ria arcana, quæ nemo, nisi  
 spirituali illius sit alligatus  
 cōnubio, intelligit 1014.g.h  
 3015.a.b

sapientiam Del impetrandi ra-  
 dio 673.b  
 sapientiam Apostoli in suis do-  
 centem penetralibus, quan-  
 do persenserint 353.d  
 sapientiam quis perdat 156.g  
 sapientiam omnia transcedē-  
 tem, non extra nos esse que-  
 rendam 254.h  
 sapientiam humanā, cur Deus  
 stultam fecerit 259.b  
 sapientiam cui Deus det 266.e  
 qui prudenter quærat ibi.  
 ad Sapientiam recipiēdam di-  
 spositio 252.f  
 sapientem ad libitum fieri ne-  
 minem 271.b.c  
 sapientes & cordati, qui vulgo  
 appellantur 265.d.266.e  
 sapientum mundanofū & spi-  
 ritualium descriptio 1044.  
 f.g  
 non Sapores, sed fames pala-  
 tum excitet 92.f  
 saporum genera arte cōposita,  
 quibus prohibita 1081.a  
 Sathanæ impotentia 942.e.f  
 astutia 153.c infidia 1015.b  
 membra 310.f.g  
 saturitatis mala 90.e.1085.c  
 Saulis ante regnum & post cō-  
 ditio 1021.d.1022.e  
 scala Hieronymi 673.c  
 scala quam in somnis uidit san-  
 cus Iacob, quid sit 214.h  
 quā Iacob in somnis uidit,  
 cuius summits cālos tangē-  
 bat, angelosq; in ea ascēden-  
 tes & descendentes 293.d  
 perfectionis 225.b  
 scala ē cālo demissa 329.c  
 scala uirtutum, per quam ad  
 perfectionem ascendor, in  
 quo contexitur 839.b  
 scala uirtutum, quæ ad Dei co-  
 gnitionem perducit 1030.  
 f.g.h  
 scala spiritualis septem gradus  
 1029.c  
 scandalū inter iustos, an acci-  
 dent 541.b ex male præsi-  
 dentium uita qualia oriūtur  
 920.f  
 sceleratos quomodo Deus in-  
 sequatur 885.a.b  
 sclesti homines, in quo peri-  
 tos artifices imitentur 661.c  
 sclestis in hac peregrinatione,  
 cur cuncta penē ad nota suc-  
 cedant 14849.d  
 scelus

R E R V M A C V O C V M

scelus nullum tam immane,  
quod non cordis compun-  
ctione deleatur 229.a im-  
mane 157.b  
scelus nefandissimū 1028.e.f  
inexpiable 1040.e  
scelerā quibus non sīt in rui-  
nam 821.d  
scelerā proximorum tāquam  
propria deflenda 389.a  
ad Scelerā detergenda medica-  
mentum optimum 981.a.b  
schismatum origo 214.g  
scholasticorum orationes, cur  
non exaudiantur 106.g  
scire utiliter & contra 213.b  
scire an quisq; debeat, & cur  
259.c.d  
scire nihil qui conuincatur  
321.b  
sciri à fidelibus quid debeat  
765.d  
nō Scientem sed amantem di-  
igit omnipotens 165.a  
Scientia an inter sancti spiritus  
dona computetur 259.c  
scientia quando utilis 259.c.d  
scientia acquisita an homo e-  
geat, ut se agnoscat 279.b  
scientia acquisita, iustitiae fru-  
ctum non germinat 342.g  
scientia omnibus communis  
797.b  
scientia humana de minimis  
nescit rationem reddere  
259.b  
scientia non ignoranda 769.d  
scientia naturalis, cur animum  
reddat insipidum 342.g  
scientia an ad salutem sit necel-  
saria 259.c  
scientia necessaria quæ 1013.  
a.b  
scientia in mentibus tumidis  
nullatenus habitat 1043.c  
Scientia in spiritu sancto, unde  
oriatur 367.d  
scientia commendatio 1012.h  
1013.a diuinitatis origo  
413.d  
scientia fundamentum perpe-  
tuū, atque imperturbabi-  
le 766.f.g  
scientia gustum an malus ha-  
bere possit 286.e  
scientia spiritus in Christo effi-  
cacia 663.b  
scientia in scriptura sancta ua-  
ria significatio 1043.c  
scientia uera regula ordinatis-

sima 321.b  
scientiam humanam, uerā esse  
ignorantiam 259.a  
scientiam à scientiæ gustu dif-  
ferre 286.g  
ad scientiam deperditam repa-  
randam, mandatum cari-  
tatis, per mediatorēm Chri-  
stum sūt institutum 368.e  
ad scientiam sui exemplum ef-  
ficax 690.g  
scientiam absque temporis in-  
teruallo, solus Deus docet  
994.h  
scientia, abuentibus ca, quām  
sit pernicioſa 1013.a  
scientiarum multiplicitas  
768.f.g.h  
scripturæ sacræ commendatio  
563.c.d. uis 564.f  
scripturæ sacræ commoda  
286.f  
scripturæ studij utilitas 77.b  
scripturæ diuinæ, elatum effu-  
giunt 769.b.c  
scripturarum factum declara-  
tio unde oriatur 116.e  
scripturarum diuinarū sacra-  
menta 765.c.d  
scripturarum scientia unde no-  
scenda 271.c  
scripturarum sacrarum uilipē-  
fionis origo 892.f  
in Scripturarum speculo sum-  
mi artificis peritia, quomo-  
do clareat 1109.c.d &  
qualiter operetur ibidem  
1110.c.f  
scripturas sacras qui intelligat  
317.c.d  
secretorum unde oriatur reue-  
latio 115.d cælestium ar-  
cana quis attingat 216.h  
seclarum cur mundus sit ple-  
nus 214.g.794.f.g  
seclarū de futura uita opinio-  
nes 794.f.g  
seclatorum Christi descriptio  
1037.b.c.d.1038.e.f  
ad Secularis uita pristina ope-  
ra, qui redeant 155.a  
secularium status 790.f  
1050.e  
secularium uita, quām sit perni-  
ciosa 589.d.590.e  
seculum præsens locum esse ue-  
nia 192.g.h  
seculum præsens, dominus le-  
sus exhortationis uerbo, ata-  
que remunerationis pro-

missio spernendum esse do-  
cuit 731.a.b  
seculi amatores quibus ad tōn  
temptum mundi exhorten-  
tur 119.d  
ad Seculi amatores exhortatio  
97.c.d oratio 783.c.d  
seculi amatorum de Dei ope-  
ribus iudicia 944.g  
seculi amatorum superbia  
1022.f.g  
seculi contemptus exempla  
891.a  
seculi custos 374.e  
seculi futuri gloriæ figura  
908.g  
seculi gloria, cum mentis in-  
nocentia, non possidetur  
299.d  
ad Seculi uomitum redeentes  
468.f  
seculo renūtiare uolenti, quid  
agendum 123.d  
seculo abrenūtiantium pia so-  
latia 693.b.c  
seculo qui renuntiare uolunt,  
ut prudenter præmeditetur  
status, loci, personarumq; cōditiones, cum quib. Deo  
militēt, ne à dæmonibus de-  
cipiantur, noui & ueteris te-  
stamenti docentur admoni-  
tionibus 122.e  
seculo, quicunque renuntiare  
disponit, ut Christi seruitu-  
tem assequatur: in suo pri-  
mordio conuersionis, tri-  
plici excitatus adiutorio os-  
tinem à se debet metū re-  
pellere 128.g. renuntia-  
re cupienti exercitia & arma  
131.c.d  
securus qui solus incedat  
327.d  
sedere à dextris patris, cui da-  
tum 16.h  
seditiones in ciuibus à dæmo-  
nibus concitari 273.a  
seditiones an Deus permittat  
305.b  
segnities quid sit 5.b  
absque Semine uirili, an quis  
præter Christum conceptus  
fuerit 379.d.990.e.1018.e  
1122.f.g  
semina æternitatis 992.g.h  
Sennacherib quid interemerit  
63.d  
seniorum consilium 99.d  
senium natura, cur formi-  
det

I N L. I V S T. I N D E X.

det 494.h  
fensualis amor 332.f.g  
sensus consummatus 267.d  
sensui proprio incūbere quām  
sit perniciosum 1098.f  
sensum proprium abdicandi  
ratio 65.b  
sensus duo reliquis ad guber-  
nandi difficiliores 1080.g  
sensuum custodia 24.f  
sensuum lenocinium refrāna-  
re debent, qui Deo strenuè  
militare cupiunt 167.a  
ad Sensuum corporalium ia-  
nuas, spirituales excubiae  
1015.c  
sensuum corporalium unitas  
& diuersitas 1060.f.g.h  
sensuum spiritualium cibus  
164.e  
sensibus corporalibus spiritua-  
lia dona non patent 234.g  
sensus exercitatos ad discretio-  
nem boni & mali qui habe-  
ant 167.a  
sensus quinque refrānandi ra-  
tio 736.f.g.h  
sentētias ignauia, ignis & igno-  
rantiæ, inuenies post impu-  
dicos  
sequi Christum qui nequeant  
601.d  
Seraphim 274.f.g  
sermocinationum colloquen-  
tium hominum descriptio  
1080.g  
sermonis cōtentiosi pernicies  
156.g Deo acceptu cōmen-  
datio 161.c  
ociosi mala 727.c  
sermonibus utilibus, an sit in-  
terdum abstinentum  
248.e  
sermonis inordinati flagitia  
373.a.b  
ut Seruitamus uicissim nobis  
mirum exemplum 1101.c.d  
in Seruitio Dei tanto unus/  
quisque fit promptior, quā-  
to timore & amore fuerit lo-  
cupletior 161.c  
seruitorum factorum princi-  
pium 215.c  
seruitus bona 844.e Christi  
ex mūdialis seruitus com-  
paratiōe cōprobatur 128.g  
seruitus mala 357.d.358.e  
seruitus uera, quām mentis tri-  
buit libertatem 978.h  
seruitus Iacobi eloquium my-

sticum 602.h Christi com-  
probatio 228.h  
seruitutis tyrranicę iugum re-  
ficiendi ratio 601.c  
seruus Christi regi terreno pa-  
cis auido assimilatur 161.c  
seruus Christi secūdum Deum  
quum delinquit, dolere stu-  
deat: & semper in domum  
iuxta Apostoli sententiam  
gaudere disponat 165.a.b  
seruus Dei quib. indicij me-  
rito commendetur 986.h  
hominum 833.b  
seruus diaboli nemo nisi uo-  
lens fit 1012.e  
seruus peccati qui efficiatur  
1073.d.1074.e  
serui Christi legitimi studium  
196.f.g  
serui Dei fidelis & prudentis  
officium 139.c  
serui retributio 773.b  
seruo Christi tentationum in-  
sultus esse supprimendos  
221.b  
seruo Dei ad perfectionem ten-  
denti necessaria 161.c  
seruo Dei indignum, à gustu  
spei diuinæ deficere 165.d  
seruum Christi conari debere  
ut tristitiam, quā multorum  
malorum & præcipue despe-  
ratōis causa existit, à se ab-  
iiciat 165.a  
seruum Christi in omni certa-  
mine, quid fortē & securum  
faciat 970.h  
seruo liberum se arbitrante,  
nullus est miserabilior  
798.g  
serui Dei, amatorum tempo-  
ralium facultatum compa-  
ratione, redargutione, cur  
sint digni 979.b.c.d  
serui Christi difficultiora aggre-  
diuntur opera, quām ama-  
tores mudi 988.f  
seruorum Christi caritas 572.  
e.f.g.h exercitia exteriora  
185.d.186.e  
seruorum Christi in operibus  
exterioribus officium 185.d  
pōdus quām sit graue 1050  
f in operibus exterioribus  
& proximorum necessitati-  
bus officium 185.d  
seruorum Christi studia 296.g  
spiritualia 693.b.c in con-  
gregatione degentium sta-

tus 970.h  
Dei seruorum exercitia 145.a  
b.c.d lucrum 146.e tor-  
por redarguitur 602.h  
603.a  
seruis Christi quæ sīt summe  
necessaria 1047.c.d  
seruis Christi collegialiter ui-  
uentibus, perniciosum esse  
ocium, quod magnopere  
deuitare debent, plurimis  
suasionibus & exhortatio-  
nibus, necnon qualiter il-  
lud declinare debeant  
158.e ingluuiem esse edo-  
mandati 182.g.h  
seruos Christi, cum magno  
affectu debere silentij uirtu-  
tem diligere, & linguae la-  
plum toto posse uitare, per  
quem maxima animæ ori-  
untur detrimenta, & in qui-  
bus occupate se debeat ser-  
monibus, qui domino pla-  
cet appetunt 161.c.162.e  
ad Seruos Christi exhortatio  
602.h.603.a  
sexus nullus à legis obserua-  
tione secernitur 589.b  
signa an magica arte fiat 272.h  
signa facere, bonis & malis est  
commune 1030.f.g.h  
signorū operatio ad quid pro-  
fit 346.g.h  
silentium extremum fugien-  
dum 163.d  
silentij tigorem, ubiq; seruare  
paucorum est 187.c uirtu-  
tus, laudabilisq; locutio dea-  
scribitur 161.c.d  
silentij uirtus, an sit semper ta-  
cere 163.c regum iter  
ibid.d  
silentij utilitas 108.g  
silentium negligentem, pecca-  
torum laqueos uitare non  
posse 162.f  
similitudo Dei quomodo dia-  
formetur in mente 299.a  
simplicitas inutilis, an Deo de-  
spiceat 295.d  
silentium sollicitudo 390.h  
sitis origo 1080.e an irroge-  
tur à domino 1094.f  
sobrietas, quomodo & qui-  
bus medijs acquiratur  
90.h  
sobrietatis celsitudo 92.g  
sobrietatis commendatio  
223.d

R E R V M A C V O C V M

sobrietatis commoda 89.a.b  
90.c  
sobrietatis descriptio 87.c  
88.e  
sobrietatis exemplum 88.h  
sobrietatis perfectio, quib. modis teneatur 92.e  
sobrietatis uirtus 87.c.88.e  
sobrietatis uirtutem obtinere concupiscentibus, quæ sint euitanda 92.e  
ad Sobrietatis uirtutem acqui rendam multis suasionibus nos horari 88.f  
sobrietatem cur homo exerce re debeat 89.a  
sobrius ebriosorum erubescit societatem 375.d  
societas Christi & ecclesiae 941.a  
societas naturalis nihil habet proprium 239.b  
Sodomæ iniquitas 24.g.h  
solis uisibilis natura 381.a  
solis splendori & calori humilitas, & sui cognitio assimilatur 1017.c claritatimens pia assimilatur 613.b  
solis radij diuinorum iudiciorum indagationi assimilantur 616.e  
solis præconia 1009.c.d  
1010.g & sapientia lux describitur 1009.b.c  
solatium peregrinantium 223.a  
solatium spirituale 567.a  
soliditatis uera iudicia 77.a à Soliditate mens quando nō decidat 221.a  
solicitudo quibus interdicatur 84.f  
solitarij mors 737.c  
ad Solitarium exhortatio 737.c.d  
solitariorum spirituales deliciae 761.b.c  
solitudo corpus, non corporis passiones edomat 223.d corporalis quorū instituta 746.f  
solitudo semper amanda, non semper tenenda 223.d  
solitudo corporali exercitio interdum subleuanda 739.a  
solitudo interior 761.c Deo dicata ibi.d eius præconia ibidem  
solitudo localis quid sit, &

quām proficia, quantumue onerosa, si non uoluntaria esse contingat 723.d.724.e.f.g.h  
solitudo spiritualis quid sit 746.f  
in Solitudinis loco degētibus, opportunam spiritualis rui na materiam, quæ ministrēt 738.f.g.h  
in Solitudinis loco, cui licet uiuere 744.e.f.g  
solitudinis cōmendatio 223.b  
723.c  
solitudinis solatia spiritualia 736.f.g.h  
solitudinis utilitas 641.a  
solitudinē possidentium exercitia 759.d  
solitudinem frusta qui teneat 223.d  
solitudinem in seipso adifican dam 223.c  
solitudinem spiritualem sectantibus, quantum sit necessarium discretionem habere spirituum 754.g  
soluendi atq; ligandi potestas ubi sit uana 648.h  
sonus spiritus aduentis factus Apostolis in unum co habitantibus quid subindicit 641.a  
sophismatum origo 214.g  
sortibus in dubijs, an liceat Apostolorum exemplo uti 617.d cur ipsi sint usi ibi.  
species humana cur sibi ipsi facta sit contraria 543.a.b  
spectaculum cælestē maximū, & prospers uenerandum 822.g  
speculum amoris 266.g  
animæ 105.a  
speculum innocentiae 302.f  
speculum luminis diuini 208.h  
speculum omni carens imperfectionis macula 328.h  
passionis Christi 505.d patiendi 15.c  
speculum perfectionis 891.a.b  
1057.c maiestatis diuinæ 197.a.b.c.d  
spiritualium opera 743.a.b  
speculum religionis 1059.b  
obedientiae 947.a.973.d  
974.e  
speculum uirtutum omnium 1057.b.c  
sperare frustra in Christo 708.f

spes describitur 262.h.263.a  
Spes Deo militantibus pernecessaria 65.d quædam maledicta 68.e lubrica ibi.s uana ibi. falsa, uera ibi.g  
spes immortalitatis 302.f  
spes omnis humani generis 936.g.h  
Spes impij 795.a.b  
spes ancora 374.e  
spes in Deo ponēd& fulcimentum 34.f  
spes definitio 708.f.900.h  
908.h fidei & caritatis uinculum 1032.e  
spes filia 34.e  
spes gaudium ubi eluceat 891.b  
spes humana præcipuum solatum 551.c  
spes premium cui cognitum 797.a.b  
spes ueræ suavitatem, quando homo consequatur 841.a  
Spei uirtus 65.d diffinitio 66.g effectus uarij, p. quos ditantur qui illam possidet 66.h 67.a uirtutis quæ ad cognoscendū proficue sunt, species quinq; 68.e  
Spei uirtuti quæ plurimū aduersentur 68.h  
de Spei uirtute qui securē gaudēant 69.d uirtutē mens, quæ nutritre desiderat, quomodo in Deo, in benefijs Dei, & in sanctorum suffragijs se exercere debeat 70.e  
71.72  
spem quid pariat 38.h  
spiraculum uitæ quid sit 20.g  
spirituale bonum quomodo conspi ciatur, degustetur, cōprehendatur, cōcupiscatur & teneatur 215.d  
spiritualis homo desperatione quomodo repellat 166.e  
spiritualis quæ Dei sunt, quomodo percipiatur 217.b  
spirituales re & nomine rari 966.h  
spirituales in hac uita deliciae 197.a.b.c.d  
spiritualium opera 743.a.b  
speculum nequitiarum insidiæ 122.g in nos odium ibidem  
spiritualium inexpertus, à natuitate cæco assimilatur 720.g gustus triplex nouis ter

I N L. I V S T. I N D E X.

ter conuersis necessarius 786.g  
spiritus sancti dona 641.c.d  
288.e opera 287.d.1081.d  
in anima admiranda operatio 772.e.f  
spiritus Dei in suis præter natu ram opera 881.d  
spiritus præsetia, arboris fructib; assimilatur 853.a an aliter in ecclesia, quām in unaquaq; fidelium cōgregatiōne præsideat 853.a.b eruditissimo patris familias as similatur ibid.b  
spiritus humanus, quibus cō siderationibus in spirituali ceteramine roboretur 229.b.c.d  
spiritus rationalis, iumentorū similis, quomodo efficiatur 204.h rationalis qualiter per corporales sensus proficiat, ipsiusq; nobilitas præcipua 552.e.f rationalis in haç uita quibus sustentetur 364.f. rationalis, uirtutibus & sapientia sc exercendo cre scit, & ad perfectionem attinet 741.d rationalis, per creaturarū speculum de spiritualibus, quomodo suffi ciente erudiatur 1042.e f.g.h  
spiritus super quos descen dat 640.g.h quot dona hominibus adserat 1081.d  
1082.f  
spiritus in carnē quando trāferatur 674.h  
spiritus aduentum sentiri, sed unde ueniat nesciri 258.h  
259.a  
spiritus & carnis affectus uarij 126.e connexio ibi.f.g bellum unde sumpserit initium 543.b pugnæ causa 729.b.c  
spiritus deliciae, quibus cognitiæ 931.c  
spiritus dona 356.e.f  
S. spiritus dona, in ecclesia i gnata 243.b  
spiritum officia 466.e habitatione 316.h  
spiritum beatorum natura 670.e ministeria ibi.f.g.h beatorum ordines & officia 944.h bonorum monita, quām sint utilia 756.g.h  
757.a  
spirituum discernēdorum regula 992.h.993.a substantia 747.a  
spirituum immundorum nequitiam, Deo militate 128.h fraudes quando detegantur 1061.a  
spirituum malignorum cōtra mortales odij causa 205.c.d tentandi artes 153.d  
spirituum singulorū proprietates 747.a  
spirituum discretio, solius Dei donum est 754.h.755.a  
spirituum in cælo prælium 671.c  
spiritibus, aereæ potestates, ari sint subditæ 272.h uniuersa esse supposita 317.b  
sponsa, quibus gradibus prouehatur ad fruitionem uerbi 249.b  
sponsa qualiter sui cordis habi taculum præparare debeat ad suscipiendum Verbum, & spirituales excubias cælare 254.e  
sponsa absentante se sposo, quos spirituales protectus ardenter consequatur 263.c  
264.f.265.a  
sponsa in quibus se congruis locis, negocijs, & temporibus occupet 296.g.h in hac peregrinatione qualiter uerbi præsentia fruatur 315.c.d  
sponsæ aures 245.c.d oculi 246.e.f  
sponsæ Christi eloquia, & opera 298.g.h uita ibi.  
sponsæ descenditionis gradus, quos penes se recōdit 293.d  
294.e.f  
sponsæ & filiorum Dei differētia 328.e  
spōsæ exercitium 252.h spīritualia exercitia 280.e  
sponsæ exultatio 304.e.f  
sponsæ facies 247.d os ibi.  
lætitia 279.d lingua 248.e f cor ibi.g elegātia 249.a  
sponsæ Christi meditationes 197.a.b.c.d.198.e.f  
sponsæ munus 263.b munus spōsæ gratissimum 300.e amore perfecto re plēta, opera 318.f.g.h.319.a ornamenti 1028.h proximis opem ferendo, prudētia  
ggg 3

dentia 235.b.c.d  
 sp̄sæ spiritualia studia 295.a  
 in thalamum nuptiale in-  
 troduc̄ta uoluptas 1104.g  
 uestis quibus cōtexti debeat  
 1106.g.h uotorum perfe-  
 ctio 1105.b  
 sp̄sæ per meditationem de-  
 cursus uitæ, incarnati uerbi  
 plurimum in amore profi-  
 cere 305.a.b  
 sponsus ne ueniendo pertran-  
 seat, quid faciendum 258.f  
 sp̄sæ amor nō incassus 274.h  
 alternationis, accessus & di-  
 scensus cognitio narratur  
 259.a.b  
 sp̄sæ amplexibus qui dignus  
 fiet 221.b cognitio, ipliūsc̄  
 accessus & discessus alterna-  
 tio 259.a  
 sponsi cōnubium quibus de-  
 negetur 203.c  
 ad Sp̄sæ cubiculum secretius  
 qui admittatur 213.b.c  
 sponsi cubiculum qui intrare  
 merebuntur 220.f  
 sponsi elegantia 217.a.218.e.f  
 sponsi celestis indumenta 840.e  
 receptaculum 761.d  
 sponsi inuitantis monita, non  
 negligenda 219.a inter li-  
 lia pascua 784.g.h  
 sponsi ac sponsæ munera, qui-  
 bus cognita 276.e & sp̄sæ  
 & thalamus 236.f & sp̄sæ  
 & beata unio 294.g elo-  
 quia spiritualia 1104.g.h  
 stadium spirituale 281.c  
 stadium certaminis spiritualis  
 1049.b  
 in Stadio corporali dimican-  
 tum conditio 562.g hu-  
 ius seculi pugnanti quæ sint  
 necessaria 205.c  
 in Stadio spirituali pugnaturi,  
 quales esse debeant 556.f  
 in Stadio spirituali certatibus  
 impedimenta 733.b  
 statera spiritualis 326.h me-  
 ritorum æquissima 223.a  
 775.a  
 status celestis in congregatio-  
 nib. qualiter repræsentetur  
 133.d.134.e  
 status hominū miseria 315.d  
 316.e.389.b  
 status meditationum triplex  
 136.g.h.137.a patientia  
 59.b.c

status uniuscuiusq; quanto est  
 maior, tanto ruina pernicio-  
 sior 713.c ueræ humilita-  
 tis descriptio 1038.a.1039.a  
 uestis quibus cōtexti debeat  
 1106.g.h uotorum perfe-  
 ctio 1105.b  
 sanctus Stephanus cælos aper-  
 tos quomodo uiderit 233.b  
 b. Stephanus iniuriarū dolo-  
 re aliquo an motus sit 597.h  
 angeli speciem, cur in facie  
 portenderit 599.a  
 Stephani fidei commendatio  
 19.c  
 b. Stephano in stadio laboran-  
 ti, quid Christus exhibuerit  
 598.f.g  
 stola immortalitatis qui dona-  
 buntur 323.b  
 stola prima, quam Christus si-  
 bi in hac peregrinatione fa-  
 mulantibus tribuit 695.c  
 stolas sancti ubi sibi contexue-  
 rent 681.c  
 stomachi repletionis incōmo-  
 da spiritualia 918.e  
 studium mercatorum pījs imi-  
 tādum proponitur 1013.d  
 1014.e  
 studia discretione prēditorum  
 1008.f regi æterno militan-  
 tum 168.f  
 sponsi inuitantis monita, non  
 negligenda 219.a inter li-  
 lia pascua 784.g.h

sponsi ac sponsæ munera, qui-  
 bus cognita 276.e & sp̄sæ  
 & thalamus 236.f & sp̄sæ  
 & beata unio 294.g elo-  
 quia spiritualia 1104.g.h  
 stadium spirituale 281.c  
 stadium certaminis spiritualis  
 1049.b  
 in Stadio corporali dimican-  
 tum conditio 562.g hu-  
 ius seculi pugnanti quæ sint  
 necessaria 205.c  
 in Stadio spirituali pugnaturi,  
 quales esse debeant 556.f  
 in Stadio spirituali certatibus  
 impedimenta 733.b  
 statera spiritualis 326.h me-  
 ritorum æquissima 223.a  
 775.a  
 status celestis in congregatio-  
 nib. qualiter repræsentetur  
 133.d.134.e  
 status hominū miseria 315.d  
 316.e.389.b  
 status meditationum triplex  
 136.g.h.137.a patientia  
 59.b.c

subiectionis regula 947.a.b  
 subiectionē quid fugiat 592.e  
 subiectorum, sub compendio;  
 regula 2.g  
 subiectorum uitia, qui possit  
 redarguere 21.a  
 ad Subiectorum regimen eru-  
 ditio 439.d.440.e  
 sublimia gratis non donari  
 593.b  
 substantia omnis, an sit nomi-  
 ne Christi ab omnibus ero-  
 ganda 697.c  
 substatiæ diuinæ qualitas 510.  
 h æternæ patris cum filio  
 declaratio 1063.b.c.d  
 substantiam alienam rapere  
 grande malum 884.g.h  
 in Sudore uultus tui, an nobis  
 ut Adamo dictum sit 1030.e  
 suffragium imbecillitatis hu-  
 manæ 597.c  
 suffragium non aliunde pror-  
 sus quis, quām à Deo implo-  
 rare debet 878.b  
 suffragio alieno quilibetho-  
 mo quandiu uiuit, quomo-  
 do indigeat 1101.b  
 suffragia Christi pro nobis ac  
 merita 72.g.h  
 suffragia per sanctos Christia-  
 nis collata 680.g  
 summum bonum quomodo  
 diligatur & credatur 38.h  
 summum bonum non corpo-  
 ris sensibus capi 215.c  
 ad Summa neminem, absque  
 sui læsione, repente conser-  
 dere 193.d nullus nisi pro-  
 batus prouehitur 220.g  
 Sunamitidis filij resuscitati sa-  
 cramentum 817.b  
 superbia ignorantiam generat  
 247.a  
 studijs spiritualibus occupa-  
 tis, Deus suam exhibit præ-  
 sentiam 734.f.g  
 studijs spiritualibus, qui fre-  
 quentius incumbat 842.g  
 stupor quid sit 5.c  
 stuprorum principium 215.c  
 fusiones diaboli 798.e  
 subditorum officium 580.g  
 subesse pauci, præsse innume-  
 ri uolunt 845.c improbis  
 an debeamus 956.e.g hu-  
 miles non præsse cupiunt  
 833.c.d  
 subiectio humilitatem parit  
 592.e

superbia uitium quām perni-  
 ciōsum, Deoq; odibile  
 1002.e.f.g.h  
 superbiam, quām solerter de-  
 beamus fugere 1005.a.b  
 non Superbiendum esse magi-  
 sterium singulare 846.h  
 superbienti onus importabile,  
 obedientia 592.e  
 superbus non ualer esse erudi-  
 tus 1042.h  
 superbi sicut dignitates tempo-  
 rales ambiant: ita humiles  
 easdem fugiunt 1022.f.g  
 superborum merces 833.c  
 superborum rex 548.f  
 superbis in peccatum cadere,  
 utile 100.g  
 superiori tanquam Christo o-  
 bediendum 187.c  
 superstitiones unde uigeant  
 577.c  
 superstitionum adinuētio un-  
 de manari 214.g  
 supplicationis humiliū exem-  
 pla 1045.b.c locus 108.h  
 109.c. modus 113.a.b.c.d  
 171.c. 174.e. 178.e. 392.e  
 438.e. 1101.b. 1102.f.g  
 supplicio æterno plectēda, cur  
 homines sectentur 989.b  
 supplicio æterno qui merito  
 plectēndus 1023.b  
 supplicia æterna sunt iugiter  
 meditanda 792.e  
 supplicia quanta qualiae re-  
 seruentur delinquētibus in  
 posterum 824.h.825.a.b.c  
 peccati quomodo sint in sa-  
 lutis adiutorium conuersa  
 128.f  
 supplicia malis citra condignū  
 Deus largitur 634.h æter-  
 na 740.e. 792.e. 825.a.b  
 872.f.975.d  
 supplicijs maioribus qui ple-  
 ctendus 1050.  
 Susannæ memorabile exem-  
 plum 458.f  
 temporalem substanciam cæ-  
 lestibus facultatibus præpo-  
 ni 129.c  
 temporalia uisibilla eruntne san-  
 ctæ in uita beata necessaria  
 910.h  
 ex Temporalium facultatum,  
 inordinato amore quanta  
 exuberent peccata 124.g.h  
 temporalium occupatio peri-  
 culosa 111.d sitis quomo-  
 do sedetur 557.c soliciu-  
 do quanta sit sarcina 79.c  
 taciturnitatis efficacia 57.a  
 taciturnitatis sola natura quām  
 declinentur 162.f  
 taciturnitati prius, quām  
 sermocinationi linguam as-  
 suescendam 247.d  
 tactus delectatio 1060.g  
 tactum frēnandi ratio 1081.b  
 talētum spirituale penes tere-  
 positiū quis retineat 296.h  
 tela inuisibilia 973.a  
 temeritas humana quāta lit re-  
 dargutione digna 986.h  
 temeritas maxima 1028.e.f  
 temeritatis humanæ confusio  
 95.a  
 temeritatis nota 201.c  
 temeritatis signū notissimum  
 725.e.781.a  
 temperantia 917.b.c  
 temperantia actiones, quādo  
 mens operetur 257.c  
 temperatia descriptio 258.e.f  
 virtutis fructus 257.b.c  
 in Tempestate nautarum con-  
 suetudo 549.d  
 tempestates in mari à demoni-  
 bus concitari 275.a  
 templum Dei non lapidū stru-  
 ctura compositum 254.h  
 templum Dei ædificare uolen-  
 ti fundamentum 594.e  
 tempus ad merendum quibus  
 desit 157.b  
 tentatio nulli nisi ignauo, tepli-  
 do, & resistere nolenti, nocet  
 228.e  
 tentatio dolosa 561.d perni-  
 ciōla 152.g  
 tentationis beatitudo 58.f  
 tentationis fructus 57.d  
 58.e.f  
 tentationis nullus est insul-  
 tus, qui non diuini eloquij  
 medicatione uincatur  
 563.c  
 tentatione nemo caret 227.  
 a.b  
 in Tentatione nemo nisi uolēs  
 superatur 1012.e.f  
 tentationes 439.a Christia-  
 nis, quām sint utiles 222.g  
 tentationes uaria 154.g  
 tentationes Deo famulantium,  
 earūdēc̄ remedia 224.g.h  
 tentationes an ex diuina dispe-  
 satione procedat 226.g an  
 irrogētur à domino 1095.d  
 spirituales 796.g.h  
 tentationes piorū uatię 260.g.h  
 tentationum somētum 224.e  
 tentat

R E R V M A C V O C V M

temptationum fructus 154.f  
temptationum multimoda genera, quæ seruis Christi à dia-  
lo inferuntur: & de ipsarum  
remedij 150.e  
tentationū genus hotrendum  
453.a  
temptationū laquei quando co-  
gnoscantur 1061.a  
tentationū multitudo & reme-  
dia 244.g multiplicatio  
69.c species triplex 146.f.g  
ad temptationum pugnas ani-  
mæ præparandæ 57.c  
temptationum singulorū descri-  
ptio 224.g  
temptationū uictoria unde per-  
cipiatur 549.a  
temptationum multiplex utilitas,  
& ad earum tolerantia mul-  
timoda exhortatio 146.f  
694.e.f  
temptationum spiritualium no-  
titia, Christiano necessaria  
225.b  
temptationes uarias à Deo per-  
mitti 167.b grauiores qui  
perferant 1095.d. omnes  
æquo animo esse ferendas  
1093.d 1094.1095.a  
contra Tentationes acerrimus  
prælator qui sit 224.e  
ad Tentationes euitandas or-  
do pulcherrimus 439.a  
tolerandas exhortatio 146.f  
147.g  
in Tentationibus omnibus spi-  
rituum immudorum, quid  
faciendum sit 155.b  
temptationibus qui nunquā sint  
carituri 224.e  
tentatoris opus & infidæ  
151.b.c  
tentati sunt quotquot Deo pla-  
cere meruerunt 981.c  
terra, herbam uitætem de qua  
fons irrigauit superfici ter-  
ra, quando germinauerit  
307.b  
terra fecunditates 244.f.g  
terra sterilitatem, an Deus im-  
mittat 305.b  
terram spiritualem lacte & mel  
le manantem possidendi ra-  
tio 733.a  
terratum nouitas an iuuet  
77.c  
terrena sapientium cogitatio  
563.b  
testes in extremo iudicio 8.f.g

testimonium Christianæ perse-  
ctionis 994.e humilitatis  
insigne 99.c  
testimonium solo diuino, qui  
contentus sit, rarus reperi-  
tur 582.h  
timoris uirtus 76.h  
timoris multiplex utilitas 4.e  
timoris damnationis æternæ  
uis ac fructus 824.h  
timoris mundani cruciatus  
9.a  
timoris spiritus in Christo effe-  
cacia 663.a.b  
titulus Christi in cruce, expli-  
catur 487.a.b.c  
ad Tolerantiam longanimita-  
tis exhortatio 562.e.f  
Tobias beatitudinem quomo-  
do sibi uendicauerit 830.e  
tormenta pñj quomodo supe-  
rarint 232.f  
tormentorum omnium per-  
pessionem, quomodo Deo  
nulla etiæ mercedis spe de-  
beamus 1108.g  
torporis insultus repellendi, ra-  
tio 744.h  
torrents uoluptatis 999.c  
trahi à patre ad filium quid sit  
1100.g  
pro Trægressiōis poena mors  
duplex inflcta 356.g  
træsubstantiatio an sit artificia-  
lis, accidentalis, uel substancialis  
312.g  
tranquillitas mentis 679.a  
ad Tribuendū Deus paratior,  
quam homo sit ad flagitan-  
dum 301.d  
tribulationis tentatio 55.a.b  
in Tribulatione cur Deus ius-  
tos comitetur 520.g  
tribulatione affliti officium  
985.b.c.d. 986.e.f pios om-  
nes ab ipso mundi exordio  
esse purgatos 360.f.g  
tribulationum distinctio 56.e  
tribulationum exercitatio  
406.g fructus quid repræ-  
mat 13.b.387.b  
tribulationum origo 59.b  
tribulationum uexatio, quam  
sit fructuosa 831.b.c  
tribulationum utilitas 54.h  
694.e  
per Tribulatiōes erudiri, quā-  
tæ sit utilitatis 1046.f.g  
omnes à quo animo esse fe-  
rēdas 1093.d. 1094.e.f.g.h  
1095.a  
timoris donum 2.e

I N L. I V S T. I N D E X.

tribulationib[us] fatigati opera  
551.c  
tributa an sint deneganda  
464.e  
trinitatis summæ tota malestas  
ubi reluceat 288.f  
ad Trinitatis notitiam gradus  
284.g.287.d  
trinitatis sanctæ opera 287.d  
beatæ personarum declara-  
tio 1107.b.c  
trinitatis opera indiuisa 345.e  
proprietas discreta ibi.  
trinitatis speculum 306.g  
qui Triumphet perfectè de se  
581.b  
triumphandi ratio de inimicis  
1083.a  
triumphantium merces 402.e  
in Christo conditio 134.f  
triumphum de inimicis spiri-  
tualibus habēdi ratio 220.e  
triumphū spiritualem qui for-  
tiantur 549.a  
triumphare de inimicis uolen-  
tibus necessaria 562.g  
tristitia irrationalis & supera-  
bundans, pestis pessima  
165.c  
tristitia nimia abiecta  
165.a.b  
tristitia nimia incommoda  
69.d. spiritu assuetis lapsum  
frequentē considerationēq[ue]  
propriam esse perniciosam  
166.e  
tristitiam deprimētem, Deum  
nō approbare, nec omnem  
reprobare, sed solum illam  
quæ caritati aduersatur  
166.h  
trophæum singulare 673.d  
tunica inconsutilis 189.a  
turbatus cur fuerit Christus  
431.c.d 432.e  
turris David spiritualis 746.e  
ut Turris David, qui efficiatur  
1015.c  
turris spiritualis qualibus edi-  
ficetur studijs 584.h adi-  
ficationis ratio 1095.b.c  
typus mentis eorum qui præ-  
sunt 915.b.c  
tyranni in ecclesia qui 849.c  
tyranni qui nuncupent 939.a  
tyrannis an sit obediendum  
939.a.b  
tyrannidis Ro.causa 1092.e  
tyronis noui Christi exercita-  
tio 184.e  
uentris usus eritne in uita bea-  
ta 910.h  
uentura ueritatis spiritus, quæ  
do annunciet 512.f  
uerbum ubi agnoscatur 288.f

uerbum p[er] carnem cur ad ho-  
minem uenerit 216.e  
uerbum non in carnem con-  
uersum aut mutatum 237.b  
uerbum ut cato fieret quando  
definitum 329.a  
uerbum ubi habitet 262.g  
perseueranter 263.b  
uerbum per contemplationis  
ocium, qualiter ualeat inue-  
niri 268.e  
uerbum ubiq[ue] totum 269.d  
415.b  
uerbum abbreviatiū 281.c  
uerbum Dei an sonet 305.d  
uerbum Deo odibile 651.a  
uerbi altitudo à quo percipia-  
tur 208.g  
uerbi & animæ præludia 253.  
b.c.d  
in Verbi sacri & animæ connu-  
bij materia, omnem carna-  
nalem intelligentiam esse a/  
mouendam 235.a  
uerbi, animæ, & carnis Christi  
mysteria 1064.h.1065.a  
uerbi uehementem amore ex-  
perientia sola cognoscit  
260.e.f  
uerbi amor legitimus, quibus  
indicijs in sp[iritu] p[re]cordijs  
adesse cognoscatur 279.c  
uerbi bonitas ubi sentiatur  
270.h  
de Verbi bonitate non diffide-  
dum 280.f  
uerbi connubij consummatio  
202.f connubij uis 260.e  
ad uerbi conuiuium, quomo-  
do accedendum 215.a  
uerbi diuini commendatio  
563.c.d. utilitas 1564.e.f  
uerbi dilecti fruitione non esse  
in præsenti uita perfectam  
225.a  
uerbi exemplar 231.d  
uerbi generatio diuina 1063.  
a.b.c receptaculum 415.b  
hortamenta uerbi sublimia  
328.f  
uerbi imago 256.e  
per uerbi incarnatione, ut hu-  
manæ redēptionis celebra-  
retur mysterium, miro diui-  
na æquitatis iudicio actum  
esse 412.f  
uerbi incarnati mysterium  
1063.d.1064.e.f.g.h.1065.a  
uerbi incarnati disciplinæ fun-  
damentum 330.e  
uerbi

R E R V M A C V O C V M

uerbi instrumentum 231.d  
uerbi iter, per quod ad cor gra-  
diatur 354.e  
uerbi lumen 251.c  
uerbi magisterium in tentatio-  
nibus intelligi 221.d  
ex Verbi natura an Christus  
nobis sit frater 1111.b  
uerbi praesentia, quomodo in-  
telligatur 261.d  
uerbi praesentia quando rece-  
dat 267.b  
uerbi praesentiae argumentum  
notissimum 262.h  
uerbi praesentiæ quid perhibe-  
at testimonium 263.a  
uerbi præsidia 230.e.f.g  
uerbi receptaculum 254.h  
quomodo dilatandum  
255.a.b.c  
uerbi sedes 231.d  
uerbi sponia, qualis esse debe-  
at 244.e.f.245.a.b  
uerbi sponsa 264.f  
uerbi sponsæq; allocutiones  
mutuæ 248.e.f  
uerbi templum 231.d  
uerbum amantis conditio  
225.a  
uerbum carnem factum, in ho-  
minibus habitasse 236.e.f  
uerbum suum Deus carne in-  
dutum, cur miserit 254.g  
ad Verbum suscipiéndum, quæ  
ornamenta sint præparan-  
da 258.f  
uerbum accessisse, quomodo  
cognoscatur 261.c  
uerbum esse sponsum, spon-  
sam humanam esse natu-  
ram 235.c  
uerbum Dei tractantis offici-  
um 475.c  
uerbum Dei populis, qui in-  
casum pronuncient 530.g  
uerba scurrilia unde sumper-  
rint principium 215.c  
uerba spiritualia interna  
245.c  
uerbotum Dei assidua medi-  
tationis utilitas 77.b  
uerbotum uanorum mala, pō-  
dus in loquendo discernere,  
quam sit utile 1080.h.1090.f  
uerba quæ approbet dominus  
165.a  
uerba Dei, amatoria, anima so-  
la qua experitur nouit  
759.d  
uerba ignauia, ignis & igno-  
rancie inuenies post impu-  
dicos 373.b  
uerbos exemplum 373.b  
uerbos mala 729.a  
uercundia quid sit 5.b  
ueritas quid sit 32.f  
ueritas Christianæ fidei, ex  
quibus pateat 17.b.c.d  
18.e  
ueritas describitur 406.h  
mortalibus quomodo in-  
notescat 317.b  
ueritas quomodo intelligi-  
tur 350.g  
ueritas per malos prænuncia-  
tur 487.d  
ueritas nullius indiget 631.c  
uerbi receptaculum 254.h  
quomodo dilatandum  
255.a.b.c  
uerbi sedes 231.d  
uerbi sponia, qualis esse debe-  
at 244.e.f.245.a.b  
uerbi sponsa 264.f  
uerbi sponsæq; allocutiones  
mutuæ 248.e.f  
uerbi templum 231.d  
uerbum amantis conditio  
225.a  
uerbum carnem factum, in ho-  
minibus habitasse 236.e.f  
uerbum suum Deus carne in-  
dutum, cur miserit 254.g  
ad Verbum suscipiéndum, quæ  
ornamenta sint præparan-  
da 258.f  
uerbum accessisse, quomodo  
cognoscatur 261.c  
uerbum esse sponsum, spon-  
sam humanam esse natu-  
ram 235.c  
uerbum Dei tractantis offici-  
um 475.c  
uerbum Dei populis, qui in-  
casum pronuncient 530.g  
uerba scurrilia unde sumper-  
rint principium 215.c  
uerba spiritualia interna  
245.c  
uerbotum Dei assidua medi-  
tationis utilitas 77.b  
uerbotum uanorum mala, pō-  
dus in loquendo discernere,  
quam sit utile 1080.h.1090.f  
uerba quæ approbet dominus  
165.a  
uerba Dei, amatoria, anima so-  
la qua experitur nouit  
759.d  
uerba ignauia, ignis & igno-

ueritas rerum sine causarum  
cognitione perceptio 12.f  
ueritatis scientia 316.f  
ueritatis splendore illustrati con-  
ditio 987.b.c  
ueritatis æternæ speculum  
316.h  
ueritatis summæ scientia, ubi  
eniteat 286.h  
ueritatis supernæ illustrati bo-  
na 1061.a.b  
ueritatis testimonia 381.c.d  
382.e.f  
à Veritatis tramite, qui facile  
deuient 737.b itineribus  
qui longe effecti sint 1081.d  
ueritatis uerbo qui pascatur  
342.f  
ueritatis uespertinæ, matutinæ  
& meridianæ lux 832.h  
833.a  
ueritati qui expeditius assen-  
tia 927.c  
ueritati testimonium credibile  
qui perhibeat 425.c.d  
ueritati an malus, uel iniustus  
possit obijcere quicquam  
631.c  
ueritati rudis ingenii expedi-  
tius assentit, quam sapiens  
927.c  
ueritatem contentione occul-  
tari 156.g  
ueritatem habentium fructus  
317.d.318.e  
ueritatem omnem quando pa-  
racletum instruat 386.f  
ueritatem quis dicatur agno-  
scere 939.a cuius Christus  
non cessat infundere 1011.c  
d.1012.e  
ueritatis liber 992.h  
ueritatis lumen 924.f.g.h  
lucem habentium signa  
317.d.318.e  
ueritatis mater 38.h  
ad Veritatis notitiam qui ad-  
mittantur 235.a  
ueritatis origo 1043.a  
in sacris scripturis apprehensi-  
o 317.c  
ueritatis professor 263.b  
professores, cur à mundi a-  
matoribus persecutions  
perferant 378.f.g  
ueritatis professoribus loqua-  
citas aduersatur 727.c  
ueritatis à pio prolata effica-  
cia 1044.g  
ueritatis regula 410.h

I N L. I V S T. I N D E X.

damnet 1038.f  
uestimentum Christi uestigij, quale substernendum 697.b  
uestimentorum Christi diui-  
orum intelligentia 488.h  
489.a  
uestimentorum usus 1038.g  
fastus damnatus à Christo  
ibidem  
uestis perfectorum nuptialis  
545.b  
uestem nuptiale quid conse-  
rat 978.h  
uestium ornatus quid indicet  
99.b an pastores, pontifi-  
ces & episcopos deceat  
915.c  
uetita aspicere, quam perni-  
ciosum sit, & fuerit 91.a.b  
uictoria plena 5.b  
uictoria perniciosa 800.e  
ad Victoriae coronam qui per-  
tingant 205.d  
uictoriae coronam anhelantis  
institutum 602.h corona  
solis perseverantibus datur  
995.d palma perseveran-  
tibus resuata 1024.e.f  
uictoriae portio maxima  
540.g  
uictoriae piorum causa 653.a  
uictoriae spiritualis magnæ esse  
partem, uincendi desiderium  
212.f  
uictoriae triumphalis corona  
perpetua 570.e.f  
uictoria sine pugna non obti-  
neri 234.e  
uia ad Deum accedendi regia  
302.f ad patriam 1024.g  
uia regia per quam incedendo  
ad perfectionis sublimitatē  
prouehimur 329.c  
uia regia, qua ambulantem in  
se perducit ad requiem  
978.h  
uia ad uitam quibus sit angu-  
sta 1023.d  
uia regni cœlestis facillima & o-  
ptima 373.c  
uia ad perfectionem pericula,  
quibus sint cognita 602.h  
in Viam paradisi lucerna 28.e  
uiam Dei inchoantium exer-  
citia 1053.b  
in Via Dei negligenter uiuen-  
tes grauiores ac periculo-  
fiores pererunt tētationes,  
quam qui cum feruore spi-  
ritus aduersarijs resistendo  
iustantur 1095.d profice-

re desideranti quid sit facie-  
dum 131.c prudētia quam  
sit necessaria 1098.g  
uias suas cupiētem corrigere,  
nefas est de Dei bonitate dif-  
fidere 823.a.b  
uestimentorum usus 1038.g  
fastus damnatus à Christo  
ibidem  
uiatoris prouidi cautio 566.g  
uiatorum consuetudo, & com-  
mendabile propositum  
113.d  
uiatorib, certantibus spiritua-  
lis merces 567.a  
uictorum palma 39.a  
uictoribus consummato istius  
uitæ agone, qualis merces  
in futuro parata sit 567.a.b  
uictoria plena 5.b  
uictoria perniciosa 800.e  
ad Victoriae coronam qui per-  
tingant 205.d  
uictoriae coronam anhelantis  
institutum 602.h corona  
solis perseverantibus datur  
995.d palma perseveran-  
tibus resuata 1024.e.f  
uictoriae portio maxima  
540.g  
uictoriae piorum causa 653.a  
uictoriae spiritualis magnæ esse  
partem, uincendi desiderium  
212.f  
uictoriae triumphalis corona  
perpetua 570.e.f  
uictoria sine pugna non obti-  
neri 234.e  
post Victoriam qualiter exul-  
tare soleant bellatores 480.f  
uictoria in spiritualibus, absq;  
pugna nemo obtinebit  
1049.b.c  
uidere Deum in se qui merean-  
tur 216.e  
an Videatur in hoc mundo  
Deus 842.e  
uiduarum redditus 928.h  
uidua beatitudinem quomo-  
do sibi uendicauerit 830.e  
uigilare in sui cordis custodia,  
magnæ est exercitationis  
1013.b  
uigiliardum longitudinē Deus  
ab hominibus non querit  
1005.d  
uilitas mortalium describitur  
1291.a  
uilitatis propriæ insigne testi-  
monium 99.d  
uincula spiritualia 648.g

uincula peccatorum spiritua-  
lia 823.d.824.e  
uindicationis definitio 32.f  
uindictæ genus optimum  
283.b  
sub Vini & panis accidentibus  
quid fideles māducēt 710.f  
uiola flo 96.h  
uiolentia salutaris 802.f  
sine Violentia suimet, an quis  
gratia locuples sit 603.b  
uiri imperium usurpatū 452.g  
desperati negatio 453.a.b  
uiri spiritualis, sancti & perfe-  
cti studia 983.a.b.c.d.984.e  
in Virum perfectum humanus  
intellectus quomodo crea-  
scat 841.c  
uiri rationales aliter & pueri, &  
aliter spirituales res æstimat  
1044.h.1045.a  
uirorū gesta laudabilia quan-  
tum bonis proficiant 889.a  
uirorum spiritualium pōdus,  
quam sit graue 1050.f.g  
uirorū in carne spiritualis for-  
ma 966.h.967.a  
uirorum uanorum natura de-  
tribitur 57.b  
uiros iustos quid deceat 257.  
d.258.e  
uirga Mosis 663.c  
uirginitatis commendatio  
871.c.d  
de Virgine intemera, absque  
peccati macula, an quis pre-  
ter Christum natus sit 358.f  
379.d.618.h.990.e.1018.e.f  
1973.b  
in Virginitatē fatuarum nume-  
rum computandi 225.c  
uirginum sacrarum exercitus,  
pijs cogitatione sunt inspi-  
ciendi 891.b  
uirtus quid sit 742.e.f  
uirtus apud celestem regē que  
summū mercatur fastigium  
92.h  
uirtus unde formetur 328.g  
uirtus unde perficiatur 746.h  
quomodo possideat 212.g  
uirtus quomodo putetur ui-  
tium 277.a absq; sermonē  
an prole 328.f  
uirtus sicut ex ministerio hu-  
mani corporis rationalis sp̄  
ritus agnoscitur: ita in ecclē-  
sia corpore sancti spiritus  
clarer præsentia 851.b  
uirtus iustitia 31.c  
uirtus

R E R V M A C V O C V M

virtutis bonū ignorari 221.c  
 ad Virtutis consummationem  
     qui attingat 65.b  
 virtutis culmen in quo consi-  
     stat 36.g  
 virtutis decor 375.c  
 virtutis commēdabile deside-  
     rium 603.c  
 virtutis desiderij præconia  
     557.d  
 virtutis documentum 446.h  
 virtutis efficacia 838.h.839.a.b  
     diffinitio 1082.g  
 virtutis forma 891.b  
 virtutis fructus 885.a morta-  
     lium decor 328.g  
 virtutis paltani qui nō appre-  
     hendet 212.g eius cōmen-  
     datio ibi.h  
 virtutis perfectio 981.c  
 ad Virtutis perfectionem uia  
     221.d  
 virtutis perfectæ exercitium  
     82.g  
 virtutis præconia 446.f  
     907.c  
 virtutis probatio 55.b  
 virtutis professorū descriptio  
     1037.b.c.d  
 virtutis raræ speculum 212.h  
     sedes 5.c  
 virtutis testimonium 220.g  
 virtutē sine tentationibus non  
     perfici 221.c consequendi  
     primus congressus 1082.  
     g.h  
 à Virtute deficere, quando sit  
     tolerabile 604.g  
 in-Virtute non processisse, in  
     uanum est cucurrisse 113.d  
 virtutes an bonis & malis pos-  
     sint esse comitantes 38.f  
 virtutes cardinales 915.b.c  
 virtutes theologicae, & cardina-  
     les 907.b.1029.a  
 virtutum actus, qui superua-  
     cue adificet 1025.a inter  
     pares emulatio laudabilis  
     921.a  
 in Virtutum adeptione & per-  
     seueranti exercitatione, spi-  
     ritus sancti dona, quām sint  
     necessaria 1051.c.d  
 virtutum amator, sui sit diligēs  
     inquisitor 225.b amato-  
     ribus retum temporalium  
     negotiatores imitādi propo-  
     nuntur 1013.d.1014.e  
 virtutum amore inflammatus  
     quām sedule Christum imia-  
     1057.b.c  
 tari conetur 225.b.c  
 virtutum ascensus & descensus  
     spiritualis 1028.e.f  
 virtutum brauium 374.e  
 virtutum cardinalium fructus  
     33.c  
 virtutum cardinalium orna-  
     mentum 1032.f  
 virtutum causa 4.h  
 virtutum cēsura ubi solicitor  
     seruanda 185.b consum-  
     matio his ornatus interior  
     ubi substat 914.f  
 virtutum consideratio rebus  
     133.b  
 virtutes omnes cur iustitia cir-  
     cuire dicatur 33.d  
 virtutes deserentium itinera  
     562.e  
 virtutum culmen qui conse-  
     quantur 210.g  
 virtutum dignitas unde com-  
     prehendatur 61.c dilecto-  
     rum officium 1082.h  
 virtutum dona solius Dei esse  
     330.c  
 ad Virtutum disciplinā exem-  
     plum efficax 690.g  
 virtutum exempla, quantum  
     eos qui Deo placere uolunt  
     exciteñt ad virtutum studia  
     889.a.b  
 virtutum finis 977.b.1012.e  
 virtutum fundamentum im-  
     pūribile 420.g  
 virtutum gradus distinçti 2.h  
 virtutum gradus sublimis ex-  
     celsa exigit studia 245.a  
 virtutum mater 280.g  
 virtutum narrationis utilitas  
     4.e  
 virtutum nouerca 24.h  
 virtutum omnium origo  
     969.b  
 virtutum perfectio 27.d  
 ad Virtutum perfectionem, si-  
     net temptationum scientia, ne-  
     mo ascendet 225.d  
 ad Virtutum perfectionem,  
     quis perueniat 743.c.d  
 virtutum ptimitæ 5.c  
 virtutum primogenita 13.b  
 virtutum qualitatis descriptio  
     1028.e  
 virtutum radix 96.g.981.d  
     1005.b.1025.a  
 virtutum scala quibus gradiv-  
     bus perficiatur 1030.e.f.g.h  
 virtutum schola 974.e  
 virtutum omnium speculum  
     1057.b.c

I N D E X : I V S T : I N D E X

virtutum spiritualium digni-  
     tas unde appareat 21.b  
 virtutū spiritualium officium  
     945.a  
 virtutum uiri, angeli nuncu-  
     pantur 1029.d  
 virtutibus acquirendis, quām  
     ociando & dormitando, mi-  
     nus esse laboris 226.f  
 virtutibus uniuersis manda-  
     tum nouum prælatū 329.d  
     330.e  
 ad Virtutes ascensus difficilis  
     133.b  
 virtutes omnes cur iustitia cir-  
     cuire dicatur 33.d  
 virtutes deserentium itinera  
     562.e  
 virtutes perfectas, quomodo  
     homo acquirat 914.h  
     915.a  
 in Virtutibus dispositi sunt gra-  
     dus, per quos ad earū per-  
     fectionē ascenditur 977.b.c  
 visibilia an sint sanctis in bea-  
     ta uita usui futura 910.h  
 visibilium uanitatem, ac inui-  
     sibilium ueritatem, quā res  
     homini efficaciter ostendat  
     10.e  
 visibilibus affectu qui adharet  
     quantum à naturali digni-  
     tate degeneret 404.h  
 de Visibilibus inuisibilia eli-  
     cienda 322.f  
 visibilibus quomodo utēdum  
     sit pio 1079.c.d  
 uisitare genus humanum, cur  
     Deus uoluerit 595.b.c  
 uisus delectatio 1060.g  
 uita beata quā sola dicenda sit  
     195.c.d  
 uita commendabilis absq; fer-  
     monis exhortatione, an eru-  
     diat 327.a  
 uita contemplativa in quibus  
     præmineat actiū 111.b  
     112.e.f  
 uita uniuscuiusq; qualis fuerit  
     talis eti & sententia 152.g  
 uita intellotis exteriorisq; ho-  
     minis, super quas uirtutes  
     uerter 258.e  
 uita hominis unde cognoſca-  
     tur esse militia super-terram  
     893.b.c  
 uita malorum iustis onerosa  
     540.h  
 uita & mors in hominis potes-  
     tate 920.e  
 uita

520.g  
 repleta sit miserijs 804.e  
 s.ig.h  
 uita perfecta 98.g  
 uita æterna 1096.c  
 uita æterna quibus promissa  
     1920.e an credi uel inuesti-  
     gati debeat 282.f quid sit  
     842.e  
 uita solitaria an sit appetenda  
     722.e.f.g  
 uita spiritualis 630.f  
 uita uirorum probatissimorū  
     1286.g.h  
 uita hæc quot generibus spiri-  
     tualiū inimicorum, & quot  
     tentationum laqueis sit refer-  
     ta 1079.a.b.c  
 uitæ actiū ex exercitio 112.g.a  
     līcia & curiosus inquisitor, in  
     quā mala incidat 723.c  
 de Vitæ beatæ felicitate sub cō-  
     pendio 19.a  
 uita beatæ inchoatio 45.b.fis  
     liorum opera 1083.c  
 uita beatæ ignorātia unde in-  
     oleuerit 195.a Christi in  
     hoc mundo enarratio 1097  
     b.c.d  
 uitæ contemplatiū diffinitio  
     111.c actiū ibi  
 uitæ correptio quām sit utilis  
     832.e.f  
 uita decus 55.c  
 uita æternæ descriptio 19.4  
     20.e  
 uitæ æternitas, non in præsen-  
     seculo prærogatur 796.f  
 finis incertus 802.f.g  
 uitæ fons 4.h.1006.1069.b  
 uitæ futuræ ciues fieri, qui de-  
     dignenit 202.g  
 uitæ futuræ gloria 219.a.b.c.d  
 uitæ futuræ ignorantia, quan-  
     tum apud mortales uigeat  
     791.a imago 971.a in-  
     creduilitatis origo 892.f  
 ostium 284.e  
 uitæ futuræ status 171.a  
 uitæ humanæ uaria conditio  
     183.c.d disciplina 597.d  
 uitæ humanæ miseria 97.c  
     inimicorum enumeratio  
     537.b.c  
 uitæ ianua 1012.e  
 uitæ & mortis imperiū, an na-  
     turalis affectus habeat  
     676.e  
 in Vitæ huius itineribus, cur  
     Deus iustos comitetur

1054.e  
 uitam malorum esse damnabi-  
     lem 540.h  
 uitam socialem, an generatio-  
     nes præcedentes duixerint  
     325.c  
 uitam esse aliam, quis credit  
     927.d.928.e  
 uitam esse alteram, qui non iu-  
     dicent 1008.h  
 uitam minus quām morte homi-  
     nes allici 221.h  
 de Vita Deus unumquenq; nō  
     præterita, sed de fine iudicat  
     68.e  
 in Vita hac, an quis Deum ha-  
     beat 37.d  
 de Vita futura sectarum opa-  
     niones 794.f.g  
 in Vita æterna, quis dignitate  
     sublimior 244.e præferti  
     an quis sit beatus 1006.h  
 uitis ueræ radix 362.e  
 uitium spirituale 146.f  
 uitia quando turpissima  
     396.g  
 uitiorum dominatus unde co-  
     gnoscatur 549.a finis  
     1012.e fructus 885.a na-  
     tura 1003.a occasioñes  
     1083.c  
 uitiorum opportuna remedia  
     925.a  
 ad Vitiorum scopulos, cur ho-  
     mo uelut amens collidatur  
     300.h  
 uitiorum sentes quando semi-  
     uentur 600.g  
 uitiorum sentina 267.b  
 à Vitiorum temestate, totam  
     uitam quid defendat 921.h  
 de Vitiorum temestate, in diuina  
     cognitionis sumē uocati  
     officium 207.b  
 uitiorum tentamenta, an faciat  
     uitum instrumenta  
     154.f.g  
 uitij qui deditus esse non uia-  
     leat 208.f  
 uitia quid exterminet 55.a  
 uitia sub uitum specie quo-  
     modo diabolus suadere cō-  
     tinue nitatur 155.a  
 uitia, uitam æternam cupienti-  
     bus, in hac uita resecanda  
     220.g extinguendi ratio  
     90.g.22.e  
 uitia nostra sine misericordia  
     hhh infi-

## R E R V M A C V O C V M

**I**nsequenda 228.h  
 uita in deterius, nisi continuo  
 coercentur, proficiunt  
 227.d  
 uita superet, quicunq; uirtu-  
 tes possidere cupit, necesse  
 est 1013.a  
 contra Vitia singula qui pu-  
 gnent 744.g  
 uitia, uirtutum operatione sup-  
 plantandi ratio 744.h  
 de Vitiis, qui uictoriā perfec-  
 tam obtinuerūt, etiam eos  
 tentari 228.f  
 ut Vixerimus omnes: ita à Deo  
 iudicabimur 152.g  
 benè Viuere quid sit 40.f  
 beate uiuere cui gratis tribuitū  
 sit 202.e  
 uiuere Christo qui censendus  
 sit 535.a  
 uiuere uel mori ex arbitrio  
 proprio quisque dicitur  
 820.e  
 uiuendi cęca mortalium cupi-  
 do 796.e.f  
 bene Viuendi exercitia 825.b  
 uiuendi finis ubi adest, prome-  
 rendi gratia auferitur 159.a  
 ad Viuendum benè quid ho-  
 mines excitet 284.e  
 uiuendo qui obliuiscitur Dei,  
 moriendo & quisime obli-  
 uiscitur sui 79.h  
 uiuentes negligenter, parum  
 se Deum fatentur diligere  
 199.a  
 uiuentibus solitariē, discretio-  
 nis regula tenenda 737.a.b  
 unigenitum suum cur Deus in  
 mundum miserit 856.h  
 unio in Christo, diuinæ & hu-  
 manæ naturæ, in unitate per-  
 sonali celebrata 234.f  
 unionis diuinæ & humanæ na-  
 turæ excellentia 237.a.b  
 in unitate personæ descriptio  
 235.f.g  
 unitas ecclesiæ Christi describi-  
 tur 403.b  
 unitas fidel 16.e  
 unitatis & caritatis uinculum,  
 quomodo dissipetur 239.b  
 unitatis compago 374.e  
 unitatis custodiendæ mēsura,  
 modus, ordo 329.d  
 unitatis dilectio unde trahat  
 originem 403.a.b  
 unitatem fraternalm seruandi  
 modus 592.f.g

**I**N L. IV S T. I N D E X:  
 ex Voluptatibus quot mala  
 proueniant 23.d.24.e  
 88.g  
 ex Voluptatibus mala proue-  
 nientia 88.g  
 uoluptatibus carnis nego fa-  
 turatur 757.c  
 uoracitas gulæ, qua ratione cō-  
 pescenda 557.c  
 uoracitatem qui declinare ne-  
 queant 88.g  
 uotum piorum, omnium simi-  
 le 942.g  
 uota humilium & mansuetorum 16.e  
 uti cibis in beata uita, an san-  
 ctis necesse erit 910.h  
 uuæ flos 96.h  
 uulpeculæ spirituales 903.a  
**Z**  
 uox Dei ubi intelligatur  
 563.b  
 uox interna eorum qui uere  
 præsunt 861.d  
 uocis prolatio absq; intentio-  
 ne cordis superuacua 843.c  
 uocem Christi internam, qui  
 intelligat 1085.a  
**Z** Achæus beatitudinē, quo-  
 modo sibi uendicauerit  
 830.e  
 Zachæi diligentia commenda-  
 tio 65.a  
 zelatoris uirtutum opera  
 917.d.918.e fraternæ dilec-  
 tionis prudentia 145.a.b  
 zelatores mūditia, cur suarum  
 cogitationum obseruēt pri-  
 mordia 1016.g.h  
 zelatoribus uirtutum, merca-  
 torum diligentia imitanda  
 proponitur 1014.e  
 zelus Christi 240.e.f  
 zelus immoderatus 444.h  
 zelus mediatoris nostri  
 240.e.f  
 zeli iustitiae exempla 895.b.c  
 228.g  
 zeli diuinæ iustitiae considera-  
 tio 6.h.7.a. dilectionis fra-  
 ternæ exempla 891.a im-  
 moderati incommoda  
 253.a  
 zeli rectus atq; commendabi-  
 lis ordo 728.f  
 zelo rectitudinis qui arserint  
 228.f  
 zizaniam & frumentum eccle-  
 sia Christi usque ad tempus  
 messis sustinet 582.c  
 hhh 2

ad unitatē spiritus seruandam  
 mirum speculum 1101.c.d  
 uniuersi perspectio, cur apud  
 homines uiluerit 669.d  
 uniuersorum causa & finis  
 201.d  
 uocatio 371.d  
 uocatio communis & sp̄cialis  
 967.d  
 uocatio singularis 834.g  
 in Vocationis exordio noui-  
 torum studia 138.e.f  
 139.a.978.h  
 uocationis uaria genera 686.  
 f.g.h  
 ex Vocatione uel ex uirtutum  
 operatione, an quis sanctifi-  
 ceretur 591.b  
 uocati ad mundi cōtemptum  
 officium 993.c.d  
 uocati à Christo qui 579.a  
 uocati à luce meridiana 836.g  
 uocati ad nuptias 967.c.d  
 968.e.1026.g.h  
 uocati, oculis corporalibus as-  
 similantur 866.g  
 uocatorum ad seculi contem-  
 ptum officium 993.c.d ad  
 obedientiam regularem offi-  
 ciū 993.c.d  
 uocatorum à Deo officium  
 132.f  
 uolucres cæli 1002.h  
 uolumina sacra quadrifario  
 sensu referta 564.e  
 uoluntas à quo iudicabitur  
 63.c propria quām si hu-  
 milis grauis 592.e  
 uoluntas libera quā sit 556.h  
 778.f  
 uoluntas Dei perfecta, ubi pla-  
 ne cognoscatur 1065.c  
 uoluntatis bona lucra 969.a  
 affectio 62.h  
 uoluntatis inordinatae descrip-  
 tio 128.h consensu pec-  
 catū consummatur 1073.d  
 uoluntatis libidinosæ ignem  
 quid extinguat 92.h ma-  
 la incommoda 969.a ma-  
 la opera 546.h.547.a  
 uoluntatis propriæ arbitrium  
 à se abdicare, an sit omnium  
 974.g propriæ fructus  
 995.d propriæ malū 60.f.g  
 quanta mala 63.a horren-  
 da ibi.b malorum incom-  
 moda 134.g.h.977.b  
 1052.e.f ruina quanta ibi.  
 60.f.g  
 ex Vox

# INDEX IN DOMINI LAURENTII IVSTINIA

NI OPERA, SACRAE SCRIPTVRAE LOCORVM,

utut propriam elucidati sunt, interpretationes ordine

Biblio tradens.



## EX GENESIS CAP. I.

- Aciamus hominē ad imaginem & similitudinem nostram 703.c  
2 Fluuius egrediebatur de loco uoluptatis, ad irrigandum paradisum 274.g.785.d  
2 Hoc nunc est ex ossibus meis, & caro de carne mea 714.f.g  
3 Adam ubi es? 1006.g  
3 In sudore uultus tui uesceris panem tuum 600.e  
3 Terra germinabit tibi spinas & tribulos 544.g.600.e  
25 Maior seruiet minori 617.a.b  
27 Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni 97.a.633.d.634.e

## EX ODI CAP. IIII.

- Soluē calceamenta de pedibus tuis, tera in qua stas, &c. 868.f  
25 Omnia facito secūdum exemplar quod tibi ostendi in monte 1096.h.1097.a  
28 Rationale quoque iudicij facies opere polymita, quadrangulum erit, &c. 915.b  
33 Ostendam tibi omne bonum, &c. 783.d  
784.e  
33 Non uidebit me homo & uiuet 836.h

## LEVITICI CAP. XXVI.

- Comedetis uetusissima veterum, & nouis superuenientibus vetera abhiciens 416.g.682.f

## DEUTERONOMII CAP. VI.

- Diliges proximum sicut te ipsum 51.a  
6 Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota fortitudine diligere 43.d  
20 Circuncidimini uiri Iuda præputia cordis vestri, & non carnis 606.g  
28 Et suscitabo super oves pastorē unum, qui pascer eas, seruum meum David 861.c  
32 Ecce ego sum Deus, qui non immutor, ego occidam, & uiuere faciam 857.b

## I. REGVM XV.

- Quum es es parvulus, &c. 718.e  
3. Reg. 19. Panis subcineritus 713.d  
4. Reg. 4. Erascendit, & incubuit super puerū, posuimus os, &c. 817.b.c

## IOB CAP. XXXL

- Pepigis fœdus cum oculis meis, &c. 733.d  
PSALMORVM IIII.

- Quæ dicitis in cordibus uestris, &c. 228.e  
4 Filij hominū, usquequo graui corde, ut quid diligitis uanitatem, &c. 350.f  
8 Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, &c. 645.d.646.e

## INDEX.

44. Sedes tua Deus in seculum seculi, uirga directionis, uirga regni tui 663.c  
44. Astitit regina à dextris, &c. 839.d  
46. Psallite Deo nostro, psallite, spallite sapienter 169.c  
48. Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis 675.a.827.b  
1007.b  
49. Sacrificium laudis honorificabit me 715.d.716.e  
49. Peccatori dixit Deus, quare tu charras iustias meas? 1012.h  
50. Benigne fac domine bona in uoluntate tua. Sion, ut aedificantur muri Hierusalem 238.f  
50. Asperges me domine hyssop & misericordia, auabis me, & super niuem dealabis 333.b  
52. Deus dissipabit omnia ossa eorum, qui hominibus placent 886.g.h  
54. Quis dabit mihi penas sicut colubus, & uolabos & requiescam? 285.d.722.e.f.723.a  
58. Convertetur ad uesperā, & famē patientur ut canes, & circuibunt ciuitates 738.e  
61. Nōne Deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum 346.e  
65. Iubitate Deo omnis terra, seruite domino in latititia 167.c  
67. Mons Dei, mons pinguis, mōs coagulatus, & pinguis: ut quid suspicamini montes coagulatos? 1097.a  
72. Defecit caro mea & cor meum, Deus cordis mel 253.d  
72. Inflammatum est cor meum, & renes mei consummati sunt 342.e.f  
72. Vt iumentū factus sum apud te, & ego semper tecum 1098.f  
74. Cum accepero tempus, ego iusticias iudicabo 1018.f  
75. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquæ cogitationis diem festum agerent tibi 1016.e.f  
77. Panem cœli dedit eis, panem angelorum manducauit homo 711.b.c  
81. Nimis honorati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus corū 613.a  
83. Quam dilecta tabernacula tua domine uirtutum, cōcupiscit & deficit anima mea in atria domini 338.e  
93. Cor meū & caro mea exultauerūt in Deum uiutum 342.f.699.b  
93. Beatus uir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo dispositi in ualle 1051.b  
94. Veritas de terra orta est, & iustitia de calo prospexit 307.b  
99. Aperi os tuum & implebo illud 165.a  
90. Cum ipso sum in tribulatione 43.b  
90. Altissimum posuisti refugium tuum 597.d  
96. Alluxerunt coruscationes tuæ orbis terræ, uidit & commota est terra 93.c  
103. Qui facis angelos tuos spiritus 61.a.b  
103. Emite spiritum tuum & creabūtur, & renewabis faciem terræ 65.d.66.e  
103. Posuisti tenebras & facta est nox 909.c.d  
106. Errauerunt in solitudine in inaquoso, uici ciuitatis habitaculi non inuenierunt esuientes & sitiientes anima eorum in iplis defecit 254.f  
110. Memoriam fecit mirabilem suorum miseris & misericordia dominus, escâ de ditimentibus se 710.f  
112. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum latetantem 330.h.331.a  
112. Excelsus dominus humilia respicit, & alta à longe cognoscit 1021.c.d  
115. Dirupisti domine uincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis 269.c.648.g  
115. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius 603.e  
118. Confige clavis à timore tuo carnes meas 89.a  
118. Quam dulcia fauibus meis eloquia tua 169.d  
118. Bonitatem & disciplinam & scientiam doce me 344.f.g  
118. Particeps ego sum omnium timimenti te, & custodiuentium mandata tua 362.h  
118. Lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis 643.a  
118. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectu dat paruulis 286.f.769.c  
118. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ 820.e.f  
118. Viam mādatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum 826.e  
118. Omnis cōsummationis uidi finem, latum mandatum tuum nimis 826.f  
118. Os meū aperui, & attraxi spiritū, quia mādata tua desiderabam 932.e  
118. Iustus es domine, & rectum iudicium tuum 944.f  
118. Priusquam humiliarer, ego deliqui: propteræ eloquium tuū custodiui 1054.h  
119. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitaui cum habitantib. Cedar, in multum incolâ fuit anima mea 213.d  
131. Paraui lucernam Christo meo 643.d  
132. Ecce quam bonum, & quam iucundū habitat fratres in unum: sicut unguētum 970.g  
136. Beatus qui tenebit & allidet paruulos suos ad petram 655.b  
138. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet nimis 345.d  
142. Doce me facere uoluntatem tuam, quia Deus meus es tu 227.b  
143. Emitte sagittas tuas & dissipabis eos 224.e

## LOC. S. S C R I P T.

- 145 Lauda anima mea dominū, laudabo dominum in uita mea 716.e  
 147 Ante faciem frigoris eius quis sustinebit 260.h  
 148 Præceptū posuit & non præteribit 60.h  
 PROVERB. SALOMON. CAP. I.  
 Frustra iacitur recte ante oculos pennatorum 1015.b  
 8 Et delicia tua esse cum filiis hominum 714.c.968.h  
 8 Dominus possedit me in initio uiarum suarum, antequam quicquam ficeret ab initio 982.g.h  
 15 Mens iusti tanquā iuge conuiuum 1016.e  
 18 Impius quem in profundum malorum uenerit, contemnit 150.h.151.a.295.a.b  
 25 Mel inuenisti, comedere quod sufficit, ne cogari euomere 551.b  
 ECCLESIASTIS CAP. III.  
 Vnus interitus hominis & iumentorum, & aqua utriusq; conditio 794.h  
 CANTICORVM CAP. I.  
 Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum 275.c.566.g  
 1 Nolite me considerare quod fusca sim, quia decolorauit me sol 293.c  
 1 Pasce hōdos tuos iuxta tabernacula pastorum 676.e  
 2 Dillexi meus mihi, & ego illi 284.f  
 3 In lectulo meo quāsi per noctem, quem diligit anima mea 658.g  
 4 Vulnerasti cor meum soror mea spōsa, vulnerasti cor meum 260.e  
 4 Hortus conclusus soror mea spōsa, hortus conclusus fons signatus 750.g  
 5 Veni soror mea sponsa, miscui uinum cum aromatibus meis, comedifauum meum cum lacte 214.h  
 5 Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? Laii pedes meos, quomodo inquinabo illos? 253.b.c.442.h  
 5 Veniat dilectus meus in hortū suum, & comedat fructus pomorum suorum 675.d  
 6 Quā est ista, quā progrederitur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna 837.a  
 6 Sexaginta iuntriginæ, octoginta concubinae 1068.e  
 7 Omnia poma noua & uetera, seruauit tibi dilecte mihi 839.b  
 8 Aquā multā non potuerunt extinguere caritatem 212.g  
 8 Fortis ut mors dilectio, dura ut infernus & mulatio 911.d.912.e  
 8 Lampades eius, sunt lāpades ignis 937.a  
 SAPIENTIAE CAP. II.  
 Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum 374.b.375.a.b.c  
 14 Tentatio est uita hominis super terrā 642.h  
 18 Dum medium silentium tenerent omnia omnipotens, &c. 1077.b.c
- ECCLESIASTICI CAP. I.  
 Fons sapientia uerbum Dei in excelsis 758.f  
 4 Vāh soli, quoniā si ceciderit non habet subleuantem se 743.d  
 7 Noli esse nimium iustus 51.c  
 15 Cibauit eum pane uitæ & intellectus, &c. 742.f  
 ESAIAE CAP. I.  
 Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum 256.e  
 1 Bos cognouit possessorem suum, & aīnus præsepe domini: populus aut meus non cognouit me 595.d  
 2 Venite, ascendamus ad montem domini, & ad domum Dei Iacob 1097.a  
 5 Vāh qui dicitis bonū malum, & malum bonum ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras 803.b  
 6 Nisi credideritis, non intelligetis 343.b  
 11 Ereditetur uirga de radice Iesse, & flos de rā dice eius ascendet 663.b  
 24 Secretum meum mihi 883.a  
 26 Atimore tuo domine concepimus, & perpetrimus spiritum salutis 772.e.f  
 40 Omnis caro foēnum, & omnis gloria eius quasi flos agri 1007.d  
 9.50 Gētium populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam 890.f  
 56 Canes muti non ualentes latrare 163.b  
 62 Super muros tuos Hierusalem, cōstitui cōstodes, qui die ac nocte non tacebunt laudare nomen domini 966.f  
 HIEREMIAE CAP. VI.  
 Vāh mihi qui tacui 163.a.b  
 9 Mors intrat per fenestras nostras 137.c.d 267.b  
 THRENORVM CAP. III.  
 Misit Deus ignem in ossib. meis, & erudit uite me 150.g  
 1 Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuabit se supra se 1915.b  
 4 Quomodo obscuratum est aurum, immutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij 892.e  
 EZCHIELIS CAP. I.  
 Similitudo quatuor animaliū, quatuor facies, & quatuor pennæ uni 632.f  
 1 Quum ambularent animalia, ambulabant pariter rotæ 676.h.677.a  
 1 Et cum uox fieret de firmamento, animalia submittebant alas suas 993.b  
 18 Quotiescumq; ingemuerit peccator, non recordabor amplius iniquitatum suarum 900.e.965.b.1075.d  
 36 Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinatis uestris 333.b  
 OSEE CAP. II.  
 Ducam eā in solitudinem, & loquar ad cor eius 726.h

## IN D E X.

- IOHELI S CAP. I.  
 Computruerunt iumenta in stercore suo 630.f.871.c  
 MICHEAE CAP. VI.  
 Humiliatio tua in medio tui 279.b.1018.h  
 ABACVC CAP. II.  
 Iustus ex fide uiuit 836.e  
 3 Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis 216.g  
 MALACHIAE CAP. I.  
 Iacob dilexi, Esau autem odio habui 617.b  
 EX NOVO TESTAMENTO  
 MATTAEI CAP. V.  
 Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur 166.h.167.a.1025.c.d  
 5 Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnum cælorum 1020.h.1025.a  
 5 Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt 1026.h.1027.a.b  
 5 Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur 1026.e  
 5 Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possident terram 1025.b  
 5 Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur 1026.g  
 5 Vos estis sal terræ, uos estis lux mundi 647.c  
 5 Esto consentiens aduersario tuo, dum es in via cū eo, ne tradas te iudici, & iudex torribus cruciandū 250.g.610.b.1100.e  
 5 Quod si sal euanuerit, &c. 893.a  
 6 Vbi est thesaurus tuus ibi & cor tuumerit 37.d  
 6 Panem nostrum quotidianū da nobis hodie 742.f  
 7 Omnis qui petit, accipit, &c. 878.h  
 8 Dimitte mortuos sepelire mortuos suos 299.a.b  
 9 Nec mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rumpuntur utres 1052.h  
 11 Tollite iugum meū super uos, & discite à me quia mitis sum, &c. 39.d.119.d.862.e  
 11 Inter natos mulierum, non surrexit maior, &c. 293.b  
 11 Iugū enim meū suave est, &c. 678.h.949.d  
 11 Adiebus Ioānis Baptistæ, regnum cælorum uim patitur, &c. 820.f.1020.h  
 11 Venite ad me omnes qui laboratis, & onera ti estis, & ego reficiam uos: tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inueniatis requietum animab. uestris: iugū enim meum suave est, & onus meum leue 937.a 1099.b.c  
 11 Regnum cælorum uim patitur, &c. 977.c  
 11 Dilcite à me quia mitis sum 1022.c.d  
 15 Cæcus si cæco ducatum præstet, &c. 766.e  
 18 Si duo consenserint, quicquid petierint, fieri 1073.d  
 illis à patre meo 232.f  
 18 Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cælis est 835.a  
 19 Vos qui secuti estis me, & reliquistis omnia, centuplum accipietis, &c. 1094.g  
 19 Si uis perfectus esse, uade, uēde omnia quā habes, & da pauperibus, &c. 967.b  
 21 Sternebant uestimenta sua in uia 697.b 699.a  
 23 Et patrem nolite uobis uocare super terrā, unus est enim pater uester, &c. 48.h  
 23 Nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester qui est in cælis 659.b  
 25 Quod uni ex minimis meis fecisti, &c. 52.e  
 25 Amen dico uobis, nescio uos 1006.f  
 26 Ite in ciuitatē, & ecce occurret uobis homo lagena aquæ baiulans 413.a.b.c.d 414.e.f.g.h.415.a.b  
 26 Accipite & manducate, hoc est corpus meū quod pro uobis tradetur 706.f  
 26 Spiritus quidem promptus, &c. 439.c  
 26 Dormite iam & requiescite, &c. 442.f.g.h  
 26 Amice ad quid uenisti 443.a  
 27 Regnum meum non est de hoc mundo 696.h  
 28 Data est mihi omnis potestas in celo & in terra 398.g.h  
 28 Ecce ego uobiscū sū omnib. dieb. &c. 563.a  
 MARCI CAP. VI.  
 Signae eos qui crediderint, hæc sequentur: in nomine meo dæmonia ejcent, &c. 532.g.h  
 LVCAE CAP. I.  
 Illuminare ihs qui in tenebris, & in umbra mortis sedent, &c. 307.a  
 1 Per uiscera misericordiæ Dei nostri, in quib. uisitauit nos oriens ex alto 595.b.c.d  
 1 Aue Maria gratia plena, &c. 619.b.c.620.e.f  
 1 Quomodo fiet istud, &c. 620.f  
 1 Spiritus sanctus superueniet in te, &c. 620.g  
 1 Ecce ancilla domini, fiat mihi, &c. 621.a.b  
 1 Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis 307.b.c.877.b.c  
 2 Iesus autem proficiebat ætate & sapientia, & gratia apud Deum & apud homines 596.g.  
 2 Obtulerunt par tuttūrum, aut duos pullos columbarum 614.b.615.e  
 8 Ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt 980.e  
 9 Qui uult post me uenire, abneget semetipsum, tollat crucem suam, & sequatur me 555.a.967.b  
 9 Nemo mittens manū ad aratrum, & respiciens retro, est aptus regno Dei 782.f  
 10 Transiens quidam Samaritanus, misericordia mōris, alligauit vulnera, uinum & oleum infundens 874.f  
 11 Si oculus tuus fuerit nequam, &c. 1073.d  
 hhh 4 11. Si oculus

L O C . S . S C R I P T .

1. Si oculus tuus fuerit simplex, totū corpus tuum lūcidū erit 776.e
  2. Ignem ueni mittere in terram 37.a.674.h  
937.b
  3. Homo quidā descēdebat ab Hierusalem in Hierico, & incidit in latrones 700.e.f.g
  4. Contendite intrare per angustam portam, quoniā arcta est uia qua dicit ad uitam 790.g
  5. Quum fueris inuitatus ad nuptias, recumbe in nouissimo loco 1029.b
  6. Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur 1066.g.h
  7. Quis enim est ex uobis, qui uelit turtim eificare, quin prius sedens computet sumptus an habeat quibus opus est ad perficiendum 1095.b.c
  8. Regnum calorum intra uos est 1021.a
  9. Desiderio desiderauit hoc pascha manducare uobiscū, antequā pātiar 417.a.b.c
  10. Si in uiridi ligno hoc faciunt, in arido quid fieri? 483.a
  11. In manus tuas domine cōmendo spiritum meum 500.e.f
  12. Inclinato capite tradidit spiritum 500.g.h
  13. Hodie mecum eris in parādiso 670.g
- IOANNIS CAP. I.
- In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum 982.g
1. Verbū caro factū est 237.d
  2. Si quis de hac aqua biberit sicut 225.d
  3. Quomodo potestis credere uos, qui gloriā ab inuicem accipitis? 886.h
  4. Nisi manduaueritis carnem filij hominis, non habebitis uitam in uobis 962.h  
963.a.1112.h
  5. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eū 648.h.691.e.f.967.c.1100.g
  6. Homicida erat ab initio, &c 775.b.c
  7. Si glorifico meipsum, gloria mea nihil est 887.a.b
  8. Fur non uenit nisi ut perdat, &c. 798.e
  9. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, fur est & latro 850.f.g
  10. Nunc clarifica me pater 400.g
  11. Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet 279.a.422.h.423.a
  12. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem 326.f.g
  13. Sermonem quem audistis, nō est meus, sed eius qui misit me patris 354.g.h.355.a
  14. Misitaquam in peluum 419.d.420.e.f
  15. Quod ego facio nescis modo, scies autem postea 421.d
  16. Sinon lauero te, non habebis partem mecum 422.f.g
  17. Postquam lauit pedes eorum, accepit uestimenta sua, at uerum recubuit 423.c.d  
424.e.f
  18. Ego sum uia ueritas & uita 302.e
- I. AD CORINTHIOS CAP. II.
- Spiritualia & iudicari omnia 907.a
3. Tem

I N D E X .

3. Templum Dei sanctum est quod es tuos 109.b.c
  4. Nihil mihi conscius sum, an potuerit hoc Paulus semper dicere 610.h
  5. Regnum Dei non est in sermone, sed in ueritate 1043.d
  6. Psallam spiritu: psallam & mente, orabo spiritu orabo & mente 1103.c
  7. An nescitis quoniā angelos iudicabimus 682.e
  8. Nolo uos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt 710.g  
711.d
  9. Fidelis est Deus, qui non patietur uos tentari 797.c
  10. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat 963.d
  11. Ignorans ignorabitur 295.b.c
  12. Omnes resurgemus, sed nō omnes immutabimur 812.g
  13. Prius quod animale, deinde quod spirituale est 981.a
- II. AD CORINTHIOS CAP. VI.
- Os nostrum patet ad uos ô Corinthi 255.d
1. Tristitia secundum Deum pœnitētiam in salutem stabilem operatur 166.h
  2. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uittus Christi 617.a
- AD GALATAS CAP. I.
3. Quum autem placuit ei, qui me segregauit ab utero matris meae 787.b
  4. Videte, ne quum spiritu cooperitis, carne consumamini 674.h
  5. Qui autem Christi sunt, carnem suam crucifixierunt cū uitijs & cōcupiscentijs 167.a
- AD EPHESIOS CAP. III.
6. Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem 777.c.d
  7. Omne quod arguitur à lumine, manifestatur 294.h
  8. Surge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus 1072.f.g
- AD PHILIPENSES CAP. III.

F I N I S .

ERRATA SIC CORRIGE.

pagina 65. uersa 27. lege remigare 137.42. spiritualia 145.51. gloria 194.  
48. donec 237.21. anima 242.51. celorum 272.21. uniuersa 295.8. aduersari 543.2. percepit 547.29. clypeo 557.46. mediantibus 602.23. laureola 623.54. gaudium 679.42. apostolos 700.34. hominum 721.20. solitudine 767.33. damnable 787.42. ornatum, tota 886.51. palmes 919.  
2. uirtus 987.41. exaudibilis 988.10. fructus 990.43. tonitruum 996.53  
præconia 1011.34. suum 1021.13. fane 1031.17. inuisibilitum 1038.26. arebitrantur 1060.3. iustificatis 1091.54. Idem.

BASILEAE APVD HIER. FROBENIVM, ET NIC.  
EPISCOPIVM, MENSE MARTIO, ANNO  
NATALIS CHRISTI LX.



